

Magna

LXXI
a
LXXXII.

EX BIBLIOTHECA
FRANCES A. YATES

Raymond B. Boylan

210621

1/2 00



Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Getty Research Institute

1902

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM.

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO OCCIDENTALIBUS,
ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO ORIENTALIBUS, FLORUERUNT;

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA
ECCLESIE SÆCULA ET AMPLIUS.

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS LECTIONIBUSQUE VARIANTIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS, AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI
SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;
OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

INNUMERABILIBUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO
SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM AUTEM UNUSQUISQUE
PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR;
ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET
IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A
PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR: CHARACTERUM NITIDITAS,
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO OPERIS DECURSU CONSTANTER
SIMILIS, PRÆTHI EXIGUITAS, PRÆSERTINQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,
PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS AD OMNES ÆTATES,
LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES SECUNDA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE LATINÆ
A GREGORIO MAGNO AD INNOCENTIUM III.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ LATINÆ TOMUS LXXXII.

SANCTI ISIDORI HISPALENSIS.

TOMI III ET IV.

PARISIIS,

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,
IN VIA DICTA CHAUSSÉE-DU-MAINE, 127.

1877

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1216) PRO LATINIS,
ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA
ECCLESIE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALCUJUS MOMENTI SUBSEQUENTI-BUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETHI EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES LATINA PRIOR.

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE LATINÆ
A TERTULIANO AD INNOCENTIUM III:

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ LATINÆ TOMUS LXXXII

SANCTI ISIDORI HISPALENSIS

TOMI TERTIUS ET QUARTUS.

PARISIIS,

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,
IN VIA DICTA AVENUE-DU-MAINE, 189, OLIM CHAUSSÉE-DU-MAINE, 127.

SÆCULUM VII. ANNUS 636.

SANCTI ISIDORI,

HISPALENSIS EPISCOPI,

OPERA OMNIA,

ROMÆ ANNO DOMINI MDCCXCVII EXCUSA,

RECENSENTE FAUSTINO AREVALO,

QUI

ISIDORIANA PRÆMISIT; VARIORUM PRÆFATIONES, NOTAS, COLLATIONES, QUA ANTEA
EDITAS, QUA TUNC PRIMUM EDENDAS, COLLEGIT; VETERES EDITIONES
ET CODICES MSS. ROMANOS CONTULIT:

NOVA NUNC ET ACCURATIORI EDITIONE DONATA PRETIOSISSIMISQUE MONUMENTIS AUCTA:

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS TERTIUS.

VENIT SEPARATIM TOMUS TERTIUS 10 FRANCIS

—
PARISIIS,

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,
IN VIA DICTA CHAUSSÉE-DU-MAINE, 127.

—
1878

ELENCHUS RERUM

QUÆ IN SANCTI ISIDORI OPERUM TOMO TERTIO CONTINENTUR.



	Col.
Dedicatio Philippo III. auctore J. Grialio	41
Ejusdem ad lectorem Præfatio	43
Vita S. Isidori.	49
Notitia historica in S. Isidorum	57
Testimonia de S. Isidoro.	65
S. Isidori Etymologiarum libri XX	73



PRÆFATIO.

Paucis te volo, lector benevole, sanctissimi Patris atque clarissimi Hispaniarum doctoris Isidori Opera omnia quotquot exstant, quæque eruditorum virorum sententia genuinus ejusdem sunt fœtus, tuæ ac publicæ omnium utilitati libens offero. Neque meam qualemcunque operam in hac editione adornanda cuius ingrata futuram puto. Id quod vel inde mihi satis persuasum habeo, quoniam per duo fere sæcula, ab anno scilicet 1617, nullus, quod sciam, recudenda curavit. Exigebat sane Auctoris nobilissimi omnigena ac præclarissima doctrina, ut quemadmodum ab omnibus jure merito prædicatur, ita omnium manibus diu noctuque tereretur. Verum id qui fieri potest, nisi exemplaria abundant? Eapropter ipsorum desiderium, quod doctoris toto orbe celebratissimi magnum nomen augebat, ad novam quamdam, eamque accuratissimam, elaborandam editionem, eruditorum omnium, Hispanorum præsertim, animos sollicitabat, pertentabatque. Nec tamen propterea fuit, qui opera et industria sua publicis votis satisfaceret. Hæc autem omnia animadvertens ego, simulque verens ne inde Hispanorum genti dedecoris aliquid accederet, hanc editionem, quanta potui diligentia ac studio, et aggressus sum, et perficere curavi.

Et quidem vehementer amabam non solum Isidori opera jam olim excusa, denuo optimis characteribus, aliisque ornamentis quæ ad typographum spectant, prædita in medium producere; verum etiam, undique collatis veteribus manuscriptis, emendatiora, auctiora, illustrioraque publici juris facere. Sed animi vim repressit, tum rei magnitudo facultates meas superans, cum ejusdem mei conatus spes vel omnino jam expleta vel non nisi ægre nimis explenda. Nemo enim nescit, quanta cura et diligentia, accedente Philippi II Hispaniarum principis augustissimi speciali mandato, viri ex tota Hispania doctissimi, conquisitis hinc inde non per totam tantum Hispaniam, sed etiam per universam fere Italiam antiquis codicibus, singuli partes singulas ad trutinam revocantes, omnia tandem sancti Isidori scripta, quæ inveniri potuerunt, et emendantur, et selectis annotationibus illustrarunt. Hinc prodiit anno 1599 editio regio nomine insignita, quam Joannes Grialius, vir clarissimus, aliorum perfunctus laboribus, adjectis quoque suis, Philippo III, jam tunc regnanti, nuncupatam in vulgus emisit. Regiam hanc editionem optimam quidem, atque aliis etiam posterioribus anteponendam asserunt eruditi; non tamen numeris omnibus absolutam arbitrantur. Certandum adhuc, et novo labore insudandum clamant, ut Isidorus, qua par est gloria et decore, procedat in publicum. At dicunt, non faciunt: Isidorus interim pene latet, atque in dies magis, magisque desideratur.

Igitur quod per me licet, quodque a me, et observantia in Isidorum, et publicæ utilitatis amor exigunt, id præsto; eandem ipsam videlicet regiam editionem integram, illustriori forma digestam; elegantioribus characteribus, et nitida charta, id est, optimis typis (quæ typographi sunt partes) conspicuam iterum in medium profero. Neque tibi, lector benevole, aliud a me exquirendum putes. At fortassis, plura sunt, inquires, Isidori nomine inscripta opuscula, quæ frustra in Regia editione quæras. Ex his nonnulla sparsim ab aliquibus fuere in lucem edita; reliqua adhuc in ecclesiarum archiviis vel chartulariis delitescunt. Sunt plane; eademque tibi nunc exhibeo Appendicis loco. Qua in re conjecturæ meæ effectu ipso comprobata luculentum habes testimonium. Revera enim nec labori, nec sumptui peperci, ut omnia ea requirerem, quæ novam editionem uberiorem, locupletiores redderent. Accepi itaque hinc inde apographa varia sancti Isidori nomine insignita. Sed ea a viris doctis in trutinam revocata, apocrypha inventa fuere fere omnia. Edidi nihilominus et in studiosorum gratiam, et in eruditorum exercitationem. Itaque singulorum seriem, addita brevi censura, contexam.

Primum obtinet locum *Liber quartus Sententiarum*, qui hactenus a nonnullis ob aliquorum codicum Isidori nomen præferentium fidem, tanquam ejusdem sancti Doctoris genuinum opus fuit habitus. At jam ut spurium habendum dubitabit nemo, qui libros quinque Sententiarum a Tajone Cæsaraugustano episcopo collectos, atque a continuatore Hispaniæ Sacræ, tom. 31, novissime in lucem editos attente legerit. Excerptus namque inde est quartus hic liber, ut cuique conferenti patebit. Atque ut id facili negotio perspicui valeat, singulis capitibus annotatur quodnam ex quonam Tajonis libro, et capite sit desumptum. Observantur præterea lectiones variæ, et alicubi non perpetuæ Sententiarum series alioquin sibi utrinque cohærentes. Quæ omnia ad SS. Patrum Augustini et Gregorii opera, e quibus Tajo libros compilavit suos, illustranda plurimum conducent.

Sequuntur *Duo alia Sententiarum capitula*: quorum primum ex Divo Gregorio super Ezechielem ad verbum est depromptum; alterum ex Juliani Pomerii *de Vita contemplativa* lib. III, capitibus 3, 4, 9 et 10. (*Vide Patrol. t. XVI.*) Invenitur hocce opus inter sancti Prosperi Aquitanici scripta; eodemque longo tempore a permultis scriptoribus fuit assertum. Nunc ab omnibus Pomerio vindicatur. Videantur hæc de re Isidorus noster de Viris illustribus cap. 25, et Cl. Ceillerius tom. XV *Histoire générale des Auteurs Ecclesiastiq.*, de Juliano Pomerio disserens.

Tertio loco subnexui opusculum hoc titulo, *Exhortatio humilitatis*, quod sancto Martino Braccarenſi episcopo aſcribitur, editumque est inter ejusdem opera tom. XV Hispaniæ Sacræ a doctiss. Florezio.

Abjudicandus similiter et Isidoro nostro Sermo, qui sequitur, *De Corpore et Sanguine Domini in Pascha*; cum idem sit omnino cum homil. 7 sancti Cæsarii Arelatensis, *De Paschate*. Vid. Biblioth. PP. tom. II, column. 277, edit. Paris. 1624.

Adduntur carmina quædam Bibliothecæ sancti Isidori appensa, quæ tom. IX Hispan. Sacr. edita fuerunt hac inscriptione: *Titulus Bibliothecæ a Domino Isidoro editus*; nec non fragmenta nonnulla, quibus capita ibidem indigitata suppleantur.

Sexto loco edidi *Expositionem Missæ*: quæ etsi non indigna videatur Isidori ingenio, et eruditione, vel ex nomine ab ipso est ableganda, quod Isidori ætate alius Missæ ordo, ritusque vigeat in Ecclesia Hispana ab eo, qui ibidem exponitur, quique idem est omnino cum Romano hodierno.

Deinde subjunxi *Lectiones novem* in Festo Translationis sancti Isidori alias recitatas. Desumptæ sunt ad verbum ex Actis Translationis ejusdem tom. IX Hispan. Sacr. editis.

Postremo tandem loco supplendum curavi *Caput xvii Questionum in Leviticum* ex Albornoſiano codice a D. Petro de Castro transcriptum; cujus apographum in Biblioth. Floreziana conventus divi Philippi regalis Matritensis ordinis Sancti Augustini asservatur.

Lamentum pœnitentiæ duplici alphabeto editum, etc., cujus meminit V. Cl. Nicolaus Antonius tom. I Biblioth. Veter. lib. v, cap. 4, pag. 265, quodque ab eodem ipso Nicolao acceptum ediderunt AA. Actor. Sanctor. tom. I Aprilis ad diem iv, editioni huic non addidi, quod sero, ea nempe fere in finem perducta, admonitus sum.

Liber autem *De Ordine Creaturarum* a D. D'Acheri tom. I Spicilegii pag. 225 editus, et quæ abb. Constantinus Cajetanus evulgavit opuscula sub Isidori nomine, cum a viris doctis vel ut spuria, vel ut nimium suspecta traducantur, non talia visa sunt, quæ hic insererentur.

Habes igitur, candide lector, Isidori Opera, si non ea summa diligentia, quam non nisi homines doctissimi et eruditissimi præstare poterant, illustrata ac nativo nitore restituta; aliquanto tamen defæciora, amplioraque, quam regia exhibuit editio. Ipsi itaque perfructu, ipsorum lectioni sedulo incumbere, meumque laborem, studium, conatum libenter amplectere. Vale.

PHILIPPO III, CATHOLICO REGI J. GRIAL.

Sancti Isidori (cujus ipse a stirpe genus ducis) Opera ante annos jam plures, conquisitis undique tota ex Hispania Italiaque manuscriptis exemplaribus, pater tuus, Catholicorum Regum maximus, selectis quibusdam viris, quorum nonnullis nos, longe licet impares, successimus, emendanda tradiderat. Nam tametsi propter Auctoris præstantiam manserant, ferebanturque vulgo, qui nunc prodeunt, plerique omnes libri; tamen postulandum non fuit, in tot excellentibus scriptoribus, quibus temporis longinquitas fraudi fuisset, unus uti esset Isidorus eximius. Ergo contra potius accidit. Cum enim tererentur omnium manibus (neque enim fuit ullius, aut nomen in litteris per ea tempora clarius, aut auctoritas in rebus, vel Ecclesiasticis, vel civilibus gravior) factum est, et describentium vitio, et legentium sinistra diligentia, vix, ut ulli pro germanis, et sinceris aliena, atque adulterina, tam multa paulatim inollescerent. Ea vero tempora sunt consecuta, in quibus litterarum honos nullus, cultus nullus. Ut non tam queri debeamus, quod hæc deformarint, quam quod ad nos qualiacunque transmiserint, magna potius habenda sit gratia. Restituta porro hæc nostra ætate re litteraria, cum lux rebus reddita videretur, tamen majus periculum adire cœperant sanctissimi Patris egregii labores, tum propter ea, quæ diximus, intertrimenta; tum vero propter præposteram quorundam hominum elegantiam. Nam majorum disciplinarum studia, severioresque curæ, quæ, vel de Religione ab eo susceptæ sunt, vel in formandis, componendisque moribus versantur, ea, vel nomine ipso tanti pastoris, doctoris, legislatoris, satis tecta, munitaque videbantur. Quæ vero non tam vitam ipsam, quam vite cultum attingunt, et ornatum; ea, nisi rex potentissimus gentilis sui scripta, quasi subolem, manu asseruisset, verendum plane fuit, ne de statu dejecta, vix ullo in loco, exiguo certe cum honore econsisterent. Fastidiebant enim hæc, et abnutabant delicati homines, quasi inventis frugibus, glandes ipsis objicerentur. Nunc vero non illa modo, quæ dignitatem suam per se tuebantur ipsa satis, illustriora, honoratoriaque officio isto reddentur, sed quæ criminationibus obnoxia, calumniisque obvia atque exposita videri poterant; ea posthæc, et suis, et aliorum viribus fidere, et iniquorum voces contemnere assuescent. Nam quæ leviora, minutioraque censebantur, ea robur, pondusque auctoritatis ex antiquioribus scriptoribus bona ex parte recipient. Qua in re, cum nonnullorum, quibus hæc cura commissa fuerat, insignis opera exstiterit, illorum exemplo speramus, etiam fore; ut alii non nostri modo, sed externi etiam eruditione præstantes viri, in id jam nobiscum certatim conspirent ut laboriosissima Hispani doctoris excerpta studio suo pervestigare porro pergant, fortunasque nostras opibus ipsi suis constabulant. Quod autem labor hic, qui, te nunc nato, susceptus est, ad exitum tamen perducet (cum id re-

ligiosissimus parens admodum expetiisset) ante regni tui initia minime potuerit ; nos hoc divino consilio factum putamus. Ut cui dies natalis in sancti Herminigildi, Hispaniæ regis, martyris, Isidorianique ex sorore nepotis natalem fuerat præstitutus ; iisdem omnino, eademque cæli de parte oblatis auspiciis, imperium inires, quibus primordia vitæ consecrasses. Atque, ut a nepote constituendæ exemplum, ita ab avunculo tuendæ, propagandæque religionis adjumenta acciperes, atque documenta ; eaque non a majoribus solum, vel etiam a tali parente tradita ; sed a te quoque ipso, nisi te tuimet meminisse pigeat, satis tibi insignite commendata.

AD LECTOREM J. GRIAL.

Quibus emendatio librorum sancti Isidori Hispalitani (sic enim cum Gregorio Magno, ut et analogia exposcit, appellare malimus, quam Hispalensem) ante annos amplius viginti Majestatis Catholicæ jussu commissa fuerat ; ii ita rem gessere, ut quidam nihil prius habuerint, quam ut se totos statim huic labori ad-dicerent ; alii ab suis se studiis et occupationibus ad hanc operam traduci permoleste ferrent ; nonnulli etymologiarum correctionem (spissum sane opus) cæspetantes, ita rem distulerunt, ut partim re imperfecta, partim ne incepta quidem, e vita excesserint : ita ut alii pro aliis, neque id semel fuerint suffiendi. Donec rege admonito, finem nullum fore, nisi quidquid plures refecissent, atque id insuper, quod sarcendum restaret, ad unum omne deferretur : ad id operis ego (cui ne abnuere quidem fas esset) maxime idoneus visus sum ; non quidem ingenii, doctrinæve facultate præ cæteris aliqua (qui essem infra omnium censum), sed cui fortasse tantum esset ab re mea otii mihi aliena, ut curarem ; sive adeo certe cum pluribus, ut conflietarer, ea lege atque omine, ut bene gestæ rei laus solida ad alios, noxarum omnium ad me unum summa summarum rediret. Quod ne accidat, hoc est, ne in me solum culpa omnis derivetur, ita mihi cautio erit : ut ne quis debito laboribus suis testimonio fraudetur, potior multo cura sit. Quod facturus fui aliquanto uberius : nisi is, qui editionem hanc a principio, usque pietate magna, sollicitudine assidua solus prope curarat Joannes Lopijs Velascus, regius secretarius, probissimus vir, neque ab ullo litterarum genere alienus, sub ipsum hujus laboris finem nobis præceptus esset. Cujus obitu, neque de manuscriptorum exemplarium numero, neque de us, a quibus missa fuissent, satis nobis constare potuit. Ergo in emendandi labore, quid quisque quantumque contulerit (quod sciero, poteroque) quam verissime referam.

Etymologiarum emendatio Alvaro Gomezio Toletano, viro in primis erudito credita est, traditaque ipsi veterum eodicum magna copia, quorum bona pars Gothicis (seu mavis Longobardicis), characteribus erat scripta. Quo ipse, varietate notata, ad Antonium Augustinum Tarraconensem archiepiscopum, et Petrum Chaeonem Romæ jam tunc commorantem singulis de rebus referret. Quorum utrique id etiam a rege fuerat injunctum : ut et ipsi, collatis suis exemplaribus, quid sensus sui esset ad eundem Alvarum remitterent. Constat autem omnes triginta, aut eo pluribus manuscriptis libris in hoc opere emendando fuisse usos. Sed Antonium Augustinum sanetissimum antistitem, deque suis libris toto orbe notissimum, cum ad duodecimum librum perventum esset, hoc est, Opere prope in medio, mors occupavit. Petrus Chaeon (sic enim ipse se nostro, non Ciaconum, aut Ciaconium Itolorum more, scribebat : ut qui Hispanum se, et Toletanum, id quod erat, quam Romanum, atque Sabinum haberi mallet), is igitur, quod multos annos in antiquis auctoribus emendandis versatus, de hoc opere restituendo in primis cogitavit ; dici vix potest, quantum opis attulerit, vir ingenio, industria, conjiciendi arte quadam singulari. Sed huic, quam dico, conjiciendi solertiæ nos perparum, minusque fortasse, quam æquum fuerat, tribuimus : libros veteres, quos ut antiquissimi quique erant, ita minus auctos, minusque corruptos invenimus, fontesque, e quibus hæc hausta, ab eodem bona ex parte indicatos, eos sumus secuti. Alvarus ergo, et duorum, quos diximus, egregia opera, et aliorum, in primisque Antonii Covarruvie nostrorum omnium, quot sunt, quotque fuere undecunque doctissimi, atque elegantissimi viri communicatione adjutus, cum et pietate erga Isidorum eximia, et Majestati Catholicæ satisfaciendi studio plurimum duceretur, annotationum in omnes viginti libros magnæ molis corpore relicto, defunctus est. Quod cum gravissimi viri inspexissent, studium quidem diligentiamque, ut æquum fuit, valde probarunt, totius rei formam, modumque incudi reddenda censuere. Idque visum tum alias ob causas necessarium ; tum vero, quod cum enumeranda scripturarum, conjecturarumque varietate multus ubique esset, tamen contextum ipsum, cujus gratia labor omnis susceptus fuerat, in emendatum reliquerat. Huic latifundio (quoad genus hoc telluris ferret) perpurgando, conscrendoque ego sum colonus datus. Quando meo cum labore nihil attinet dicere. Nam et si talibus viris (ut par fuit) satis fidebam, tamen, quin veteres libros ipse quoque rursus evolverem, identidemque in singulis prope cunctarum, efficere non potui. Ut mittam interim conquistata meo (ut ait ille) dulcique reperta labore. Quæ, quamvis pauca admodum non sint, mihi tamen videri sane solent, quam paucissima : dum cogito, quam multa adhuc restent, quæ nova aliqua cultura indigeant. In notis consilium non fuit de quorundam minime malorum hominum sententia quæstiones pertæcere, aut e veterum scriptis in eundem sensum plura congerere, aut eorum, quos nostra hæc ætas ingenio, et eruditione præstan-

tes plurimos tulit, serinia compilare. Nam quis modus futurus esset euuetarum artium disciplinarumque bibliothecas omnes exhauriendi? Ergo in veteribus, e quo desumptum aliquid comperimus, ei quin sua redderemus, vix aliquem prætermisimus. Alios vero non nisi cum necesse fuit, ac raro et perparce citauimus; placuitque non hoc fieri, itidem ut in comædiis, omnes omnia ubi resciscunt. E recentioribus vix quemquam nominauimus, nisi si quis forte loci alieuius curationi medicam manum applicauerat.

Differentiarum librum priorem P. Pantinus, regius capellanus, e duobus manuscriptis libris correxit, quæque essent e veteribus grammaticis accepta, vel cum iis consentirent, indicauit. Visum vero nobis est Parisiensis editionis addere differentias, partim quidem easdem, nonnunquam etiam diversas, nullo tamen ordine digestas, ut qua conditione Isidori scripta fuerint, vel ex eo libello appareat.

Posteriorem librum, qui de Theologicis Differentiis est doctor Rolandus Wicelius, regius quoque capellanus, e duobus item manuscriptis libris emendauit.

Librum de Natura Rerum ad Sisebutum scholiis bene longis ab eo cui fuerat commissus auctum offendimus. Quæ, quia emendationi parum seruibant, placuit iis qui hæc regio iussu curabant, illis procul rejectis, librum ex quatuor manuscriptis codicibus, inter quos erat ex Ouetensi Ecclesia Longobardicus peruetustus, per nos reformari, notasque, quæ ex usu essent, affigi: quod est, neque frustra factum.

Chronicon vir clarissimus Garsias Loaisa, serenissimi postea principis magister, Toletanæ nunc Ecclesiæ dignissimus antistes, præter emendationem, indicatosque fontes e quibus confluit, multa insuper historiarum cognitione, variaque eruditione collocupletauit. Cui propterea lib. v Etymologiarum, ubi eadem omnino tempora resque aliquanto breuius describuntur; locus integer, intactusque reservatus est. Illud mirari nemo debebit, sique temporum descriptio interdum discrepet; ille enim suos codices, nos nostrorum consensum repræsentauimus.

Idem illustrissimus antistes Sententiarum libros tres e manuscriptis XIII codicibus (e quibus duo Longobardici) emendatos et notis illustratos, Taurinique antea cum Chronico non satis probe excusos, longe nunc emendatiores dedit, totamque hanc editionem favore, industria, beneficioque suo prorexit.

Librum de Viris Illustribus Joannes Baptista Perezus, episcopus postea Segobricensis, e manuscriptis VI emendauit, locosque illius quosdam illustrauit.

Idem Gotthorum, Sueuorum et Wandalorum Historiam correxit. E quot manuscriptis libris, non liquet. In eo quod æra 464, anno imperii Justiniani I, edidimus, non (ut gravissimis uiris placere videmus,) anno Justini 9 secuti sumus, non tantum hujus Historiæ, sed etiam libri v Etymologiarum vetera exemplaria: quæ magno consensu Justino octo tantum annos assignant: utrovis autem modo Amalaricus (quod illi uolunt) in eundem annum incidit. Quod item uerba de S. martyre Herminigildo æra 606: Herminigildum deinde filium imperiis suis tyrannizantem obsessum exsuperavit, quosdam offendunt: nos quidem uocis tyrannizan insolentia nihil mouemur: eadem namque est usus Rodericus Toleranus lib. II, cap. 14: Herminigildum deinde filium contra imperium tyrannizantem, obsessum Hispali dolo cepit: et quia nefandis ritibus noluit consentire, tormentis variis cruciavit. Demum securi percussus parricida impius dignum Deo martyrem consecrauit. Huiusmodi aliquid de martyrio in Isidoro deesse suspicamur. Nam quin nepoti idem cum Leandro fratre testimonium tribuerit, non fit uerisimile. Atque eo magis, quod iisdem propemodum uerbis in eadem re est usus Alphonsus Carthagenæ Anæcephalæosis cap. 26. Ut utrumque illa ex Isidoro descriptis plane non dubitemus.

Idem Epistolas collegit atque correxit.

Librum de Ortu et Obitu Patrum Petrus Fontidonius, Salmanticensis canonicus, e veteribus VIII exemplaribus emendatum reliquit. Quod uero is liber gravissimis quibusdam uiris suspectæ auctoritatis uidetur: nobis, præter tot exemplarium nostrorum, cæterorumque consensum, sanctorum Ildephonsi et Braulionis cum Sigeberto auctoritas omnibus illorum argumentis potior esse debuit.

Mysticorum Expositiones Sacramentorum nullo certo titulo præscriptas accepimus: quod septem manuscriptorum librorum singuli singulas prorsus diversas, prorsusque ineptas præscriptiones præferebant, quarum nulla cum Parisiensi editione conueniebat. Notarat, selegeratque per totum hoc opus uir doctissimus lectionum uarietates quasdam. Sed cui fucum fecerant tum codices quidam non satis attente considerati; tum Eucherii Lugdunensis editio fallax, e quo credidit bonam partem desumptam: eum contra potius deprehenderimus, ex Isidoro illa omnia ad Eucherium fuisse transfusa. Equius, ueriusque fuerat, eos Auctores, quibus hæc accepta refert Isidorus, Origenem, Victorinum, Hieronymum, Ambrosium, Augustinum, Cassianum, Gregorium e uolere: ni res esset laboris, tædiique multi, quæque hominem minus occupatum, quam ille plane fuerat, postularent. In ea re nos, quod quimus, præstitimus. Atque in titulo restituendo, opus ipsum prope iam abalienatum auctori suo restituisse uidemur. Quod ejus magna pars, Genesis scilicet tota, et libri Regum apud Eucherium leguntur: opus etiam uersum Venerabilis Bedæ libris attextum sit. Sed Eucherio tam multa non Isidoro modo, sed aliorum inserta, uel assuta potius sunt, ut pudeat illorum qui Romanæ editioni præfuerunt. Nam (Augustinum et Paulinum mitto, in quorum scripta an Eucherius incidit, alii uiderint) Gregorium et Cassiodorum non potuisse ab Eucherio nominari, cujus fuit negligentia (an stuporis potius dicam) non uidisse? In teget etiam de Templo Salomonis, sive Bedæ,

sive alterius liber, in quo Cassiodorus citatur, in libri tertii Regum commentarium conjectus est. Sed Isidorum Eucherio ad jungere illius fuisse videtur, qui historicum, mysticumque sensum simul habere voluit. Bedæ vero (si modo is Beda est) cum e diversis Auctoribus quæstiones in Vetus Testamentum concinnare propositum fuerit, neque id, nisi usque ad Exodi initium perduxerit; tamen per totam Genesim, cum aliquid ex hoc opere proponit, vel Isidorum disserte nominat, vel recapitulationem subtegmen hoc appellat. Quæstionum porro titulus in uno Olivensis canobii eodice legitur, in quo singulis expositionibus suæ sunt percunctationes præpositæ. Neque tamen hujus codicis quæstiones easdem puto cum iis, quarum Ildephonsus meminit in libro de Viris Illustribus. Non enim ulla in re opus immutatum significat, nam neque id necesse fuit, ut Quæstionum liber Hieronymi et Augustini exemplo dicretur. Quapropter nec veriti sumus nos quoque Quæstionum etiam titulum retinere. Apparet etiam e Braulione has quæstiones in libros duos fuisse distinctas. Sic enim ille in prænotatione: Quæstionum libros duos, quos qui legit, veterum tractatorum supellectilem recognoscit. Nam respexisse videtur ad verba ipsius Isidori in præfatione: in quibus lector non nostra leget, sed veterum releget. Fuerunt autem codices, quibus usi sumus; octo: Palentinus, Valentinus, Complutensis, Guadalup. Oxonienses duo, et eujus antea meminimus, Olivensis: nullo ita vetusto, ut Longobardicis litteris esset notatus.

Allegorias Cyprianus Suarez e Societate Jesu emendatas cum scholiis reliquit. Quot manuscriptis libris adjutus sit, non constat.

Idem emendavit etiam libellum de Conflictu Vitiorum et Virtutum. Neque item constare potuit, quot veteres Codices acceperit. Sed non advertit doctissimus vir, hunc tractatum eum Operibus sancti Ambrosii Romæ nupcr editum, in quo tam multa a nostris discrepant, ut nos ea singillatim referenda non duxerimus. Tantum hæc nostra qualia eunque cum Augustiniana editione, propemodum congruentia, simul eum illis legi maluimus. Isidori autem esse opusculum (ut ipse scriptum reliquit) et codices illius nomen præferentes, et stylus (haud multum fortasse a synonymis abludens) et Sigeberti testimonium optimo viro persuaserant. Nos (ne quid dissimulemus) hoc fuisse opus illud eredimus, quod Isidori ipsius ætate Joan. Chrysostomi nomine ferebatur. Sic enim ille de Chrysostomo in libro de Viris Illustribus: Ad personam quoque cujusdam nobilissimæ matrona Gregoriæ reperitur opus ejus insigne de Conversatione Vitæ et Institutione Morum, sive de Compugnantia Virtutum et Vitiorum. Ergo scripturarum varietates, tam multas interpretibus potius, quam librariis ascribemus. De Epilogo vero, qui apud Ambrosium brevior, in nostris aliquanto productior, apud Augustinum multo est longior, non est quod laboremus, nam constat esse alienum, haud minus quam inscriptionem ad Simplicianum in Ambrosiana editione. Neque ex additamento conjecturam de auctore [facere Lovanienses theologi debuerunt].

Idem Expositionem in Canticum Salomonis in uno tantum manuscripto libro repertam correxit ex Bedæ Commentariis, quos ille ex hoc fonticulo exuberasse autumabat. Causamque addidit, cur Isidoro recte ascripta sit. Reperisse enim se in veteri quadam Braulionis Prænotatione Operum Isidori verba hæc, quæ vulgo desiderantur. Moralium libros beati Gregorii papæ rogatu compendiose abbreviavit; Cantica Canticorum facunda expositione elucidavit; quartam editionem Psalterii edidit; super libros Moysi, et Psalterium, et quatuor Evangelia expositioni non minimo insudavit studio. In canonico quoque et Civili jure permaxima composuit instrumenta. Sed ne hæc quidem verba brevissimæ expositioni satis conveniant. Est enim multo brevior ea Justi Urgellitani expositione, quæ Isidoro ipsi valde brevis visa est. Quid si ex Beda excerpta? Illos duos libellos, quod de Auctore non satis liqueret, extremos fecimus.

Contra Judæos libros duos ex VII manuscriptis codicibus emendavit, annotationesque addidit Joannes Mariana e Societate Jesu; idem in Procœmiorum libro ex totidem manuscriptis; idem in Synonymis ex decem exemplaribus restituendis et illustrandis præstitit.

De Ecclesiasticis Officiis libros nos ex vetustissimo eodice Albaidensi (quod concilia plura, aliaque nonnulla contineat), ab aliis jam nobilitato, probe, ut speramus, refecimus. Neque tamen optimus codex non sæpe juvenandus nostro labore fuit, eonquisitis auctorum locis, e quibus fuerat id opus concinnatum. Habuimus præterea exemplar aliud e collegio Complutensi.

Regulam Monachorum, in eodice tantum uno prius repertam, admodum depravatam P. Chæon ex Smaragdo, et libro Sententiarum Patrum bona ex parte direxerat; cujus operam nos alterum codicem nacti, et quidem Longobardicum, sed et ipsum tamen mendis oppido deformem, permultum proveximus.

Atque hæc de singulis libris. In universis vero id præ oculis habendum, excerpta esse pleraque. Id enim præ se tulit sanetissimus vir; cavit etiam aliquando, ne ad culpæ suæ titulum referrentur, de quibus testificatio adhiberetur auctorum. Quæ testificatio, cum neque ab ipso tam sæpe, quam nunc esset necesse, neque a nobis fuerit adhibita, aut adhiberi etiam, ereptis auctoribus nonnullis, quibus ille est usus, ullo modo potuerit: cohibebit se (si me audiet lector) nec dum diligentissimum scriptorem negligentia alicujus arguit, audaciæ temeritatisque crimen incurrat, de quo, et ab aliis, et a se ipso fortasse non multo post sit ipse condemnandus. Nam sunt etiam, quæ proposuisse tantum, non etiam dijudicasse (neque id nullo, sed Hieronymi, atque aliorum exemplo) sit existimandus. Cujusmodi sunt in Historia, quæ de trium capitulorum defensoribus in Theodoro Mopsucsteno, in Faeundo, in Justiniano imperatore, atque in Victore Tunnensi ex ipso Victore narrauit. Qualia fortasse fuerint, quæ in libro de Ortu et Obitu Patrum a graviss-

simis viris notata sunt, ut Isidoro indigna. Quorum auctor alius querendus potius fuit quam liber abjiciendus, qui SS. Ildephonsi et Braulionis auctoritate niteretur. Quibus addas licet, me iubente, quæ de Osi Cordubensis exitu ex Marellino refert. Neque id mirum videri debet ei qui libro V Etymologiarum cap. ultimo, ætate IV, sub David Carthaginem conditam, eandemque multis post annis sub Amasia rursus conditam aspiciat. Qua tamen de re in Chronico sibi cavet. Subjicit enim in Amasia : Carthaginem hoc tempore quidam asserunt conditam : alii vero superius.

Quo de genere sunt etiam alia quedam in Etymologiis: non illa quidem magni momenti, sed interdum etiam secum ipsa pugnantia: ut quod exsul scribendum sit, non exul; at contra exultat, non exsultat. Atqui illud e Terentio Scauro hoc e Velio Longo sumptum videri possit, quod satis esse debet.

Malitiose, et impie adjecta credimus, quæ de præfinitione extremæ diei cap. 6 Expositionum in Genesim abesse prorsus a quibusdam exemplaribus, in aliis importune repeti admonuimus. Nisi hæc quoque non de suo, sed de aliorum sensu relata, propositaque eum doctissimo viro MAVIS. Sed hujusmodi vix aliud reperias: ut libros omnes inoffenso pede possis decurrere.

Detracta etiam quedam suspicamur, ut quod paulo ante de sancti Herminigildi martyrio diximus.

Typographorum culpas omnes præstare vix ejus sit, qui ætatem in hoc uno labore contriverit, præloque affixus perpetuo hæserit. Nos hujus rei inexerti, aliisque difficultatibus impediti obniti tantum non potuimus. Quod superest, ne qua majoris negotii restent, in quibus labi aut hæcere possis, quin de iis admonere, sedulo curavimus.

VITA SANCTI ISIDORI,

AUCTORE CANONICO REGULARI COENOBII LEGIONENSIS SANCTI ISIDORI,
Forte Luca, postea episcopo Tudensi

(Edicta in Actis Bolland., ex manuscripto Codice Toletano a viro clarissimo Nicolao Antonio submissa.)

PROLOGUS.

1. Præclara beatissimi doctoris Hispaniarum, Christi confessoris Isidori, archipræsulis Hispalensis, Hispaniæ primatis merita, fratres charissimi, sacrosaneta per orbem Ecclesia dignis efferenda laudibus prædicat, et festivum per omnia virum celebris semper et ubique famæ commendat. Verumtamen præter communem illam honorificentiam gloriam, quam sibi meritorum magnalibus in omnium comparavit contuberniis fidelium, præcipuis in Hispania sustollitur præconiis, quem alterum in terris post apostolos suæ fidei meruit intercessorem. Hic est enim splendidissimus Solis justitiæ radius, per quem tibi præcipue, Iberia, lumen veritatis illuxit; et quæ multis fueras Arianorum, Acephalorum, Mahometi et aliorum pseudoprophetarum seducta erroribus vel fallaciis, beati Isidori mediante doctrina dux effecta es æquitatis. Hic est insignis ille pastor tuus, egregiusque pontifex, qui te summis præficiendam sedibus, æternisque fecundandam divitiis, tam copiosis divinarum scripturarum^a debriavit augmentis, ut^b situ in successum transsumpto, jam non sis in regionibus ultimis ultima, sed in primis prima. Hic

^a Ita mox *debriatio* divina dicitur. Sic Beda in Vita sancti Cuthberti episcopi Lindisfarnensis, 20 Martii illustrata, num. 46, asserit sanctos Cuthbertum et Herebertum presbyterum sese alterutrum cœlestis sapientiæ poculis *debriare*. Galbertus in Vita beati Caroli Boni, 2 Martii, num. 47, dicit hujus occisores ira et furore *debriatos*. Similia passim alibi habentur; unde apparet *debriare* accipi, pro *potare* seu *satiare*.

^b Lucas Tudensis, in præfatione ad Chronicon mundi, ita habet: *Hispania, situ in successum transmissa, non est in ultimis regionibus ultima, sed in primis prima.*

^c Nicolaus Antonius ista adnotat: *Ab urbe Hispali nomen integræ Hispaniæ inditum sensuit olim Anto-*

A est qui post gloriosissimum apostolorum Jacobum hanc tibi contulit gratiæ excellentiam, ut populis (sis) fecunda, religione conspicua, triumphis clarissima. Sane ab Hispali civitate, sanctissimi Isidori sede, certissimo secuturi eventus præsigio^c Hispania cognominata, ditior emines debriatione divina, quam felicitate terrena. Licet enim victoriosa trophæis, gratiosa deliciis, laudis tuæ titulos cunetarum nationum in fines extuleris; multo tamen spectabilius multoque gloriosius est, quod te tam assiduis tamque officiosis obsequiis, tum nostri Salvatoris reverentia, tum gloriosissimi apostoli Jacobi præsentia, tum etiam rectissimi patris Isidori præsentia simul et clariflua doctrina, omnis te colit, omnis ad te confluit religio Christiana, quoniam (supra id) quod tibi fors obtulit aut vis indulsit naturæ, apostolicæ dignitas prærogativæ non immerito obtinuit, ut sicut singularis privilegio gratiæ, ^d alter Romæ Petro apostolo successit Gregorius; ita non impar Gregorio alter in Hispania Jacobo succedat Isidorus. Semina namque Verbi Dei, quæ beatus Jacobus seminavit, quasi pervigil agricola Isidorus cœlestium imbrium prædicatione saluberrima irrigavit, et spinas, tri-

nus Nebrissensis, nec improbat Florianus de Campo lib. 1 Historiæ Hispaniæ, cap. 16, et alii, quos laudat Rodericus Carus in Historia Hispalensis urbis, sive antiquitatum illius, lib. 1, cap. 4. Hi autem sanctum Isidorum sunt secuti, qui ad Sisenandum regem Historiam Gothorum, hoc est librum 11 Chronici, dirigens, ita censet; quamvis lib. IV Originum, cap. 4, Hispaniam ab Hispano rege, non ab Hispali cognominatam eredit. Lucas vero Tudensis, in prologo sui Chronici, aliud prorsus etymon Hispaniæ, viro tali indignum prodit.

^d Constantinus Cajetanus de sancto Isidoro profert partem sermonis sancti Braulionis, in quo sequentia leguntur.

bulos, et ^a zizaniam pravorum dogmatum, ab inimicis hæreticis superseminatam, sarculo spiritus evellendo, ad fructus vitæ excolendos usque perduxit. Gregorium revera in beatissimi apostolum principis, loci simul et meriti principatu, universi orbis præfecit auctoritas; Isidorum autem Romanæ censura curiæ alterum profiteri Gregorium meritum effecit parilitas. Et quidem singula quæ non tantum cursu naturæ, verum etiam ea quæ divina Providentia miraculose, senescenti mundo, per eum mirabiliter, ad illuminationem Ecclesiæ, dignata est operari, debitis prosequi officiis, vires, ingenium, et scientiam nostram excedit. Verumtamen de sanctissimo peccator, de maximo parvus, de sapientissimo imperitus, de multis ejus mirabilibus pauca ad futurorum eruditionem (ne tanti Patris opera labentibus annorum curriculis a corde quoque fidelium dilabantur), brevitate qua potero, charitatis gratia, fidelis styli subnotatione perstringam. Tanta quippe tamque bona, de tanto tamque bono viro, bene dicere, non nisi bonitatis ejusdem viri ascribendum est meritis; quorum profecto tenus hoc (*id est*, hætenus) exerevit eminentiæ magnitudo, ut rerum fidei sermonis subsidat elegantia, et elegantiae cultum veritatis commendet materia.

CAPUT PRIMUM.

Sancti Isidori prosapia illustris et sancta.—Institutio in litteris.

2. Igitur ut egregius confessor Isidorus egregiis vestustaretur exordiis, et insignem futurum insignis præsignaret origo, civitatis ^b Carthaginensis, et provinciæ Hispaniæ dux, Theodorici regis Gothorum proles, Severianus, pater (ejus fuit), mater vero, ^c Turtura vocitata: viri clarissimi, viri eruditissimi, viri etiam tam morum quam ingenii singularitate præditi confessores Christi, Leander archipræsul Hispalensis, et Fulgentius, qui fulgore sanctarum Scripturarum et operum universalem irradiavit Ecclesiam, almus doctor et præsul clarissimus, una cum sanctissima Virgine ^d Florentina, virginum præposita, fratres ac nutritii fuere. Horum ^e serenissimis instructus documentis, orationibus proficiens, morum gravitate venustus, patriam religione, patrem prudentia, disciplina fratres, cognatos cultu, pares gratia, affines præmio, proximos illustravit affectu. Gloriosissimus diligebat puerum doctor et archipræsul Leander, tanquam unicum, et specialius extra patriam eum habens solatium; et quia non tantum

^a Ita zizaniam dixit sanctus Ambrosius, lib. vii in Lucam: *Aliud est fermentum tritici, aliud zizaniæ.*

^b Ms., *civitas Carthaginensis provinciæ Hispaniæ, T. R. G. proles, dux Severianus*; quæ visum est, primi verbi correctione, et alterius transpositione, restitui sano sensu posse, conformiter ei quo Lucas Tudensis in citata præfatione Severianum Carthaginensem ducem nominat. Au vero hic a Theoderico rege Gothorum prognatus, aut saltem frater ejus fuerit, disputent alii.

^c *Theodora* dicitur Lucæ Tudensi loco citato. Quintanadvenas hanc Theodorici regis filiam facit, in Vita sancti Fulgentii fratris.

^d In Martyrologio Romano, *Florentia*; colitur

A fallacium divitiarum quantum felicium morum suorum successivum exoptabat hæredem, summopere vigilabat, ne illa ætas, quæ prona consuevit devenire in malum, locum reperiret quo in corruptionem laboretur peccati. Non parcebat virgæ, et ^f laudatus est in illo; docuit eum et misit zelum in inimicum, et in medio amicorum gloriatus est in illo. In vita sua vidit et lætatus est, et in obitu suo non est contristatus coram inimicis. Reliquit enim similem sibi post se; defensorem domus contra inimicos, et amicis reddentem gratiam. O sanctissime Pater Leander, venerandus iste puer, quem diligis, quem nutris, quem doces, quem erudis, quem corrigis, quem custodis; cælestis sponsi paronymus est, sanctorum angelorum amicus, patriarcharum ac prophetarum compar, apostolorum civis, martyrum consors, præsul splendor, et sanctorum omnium gradibus proportionaliter conferendus, quod eventus rei opportuno tempore declarabit.

3. Igitur cum esset infantulus, sicut de beato Ambrosio legitur, et a nutrice ad hortum duceretur, anus, capta oblivione, eum inter olera dimittens discessit. Post aliquot autem dies, lugens filium, solarium Severianus pater ascendit, atque sedens contra viridarium aspexit, viditque ^g innumeram apum multitudinem cum ingenti murmure super puerum certatim descendere, atque inde ad cælos volare. Qui in stuporem versus, ad hortum concite descendit, vocatisque servientibus, festinavit, ut rei gestæ videret miraculum. Accedentes autem viderunt alias apum **C** in os pueri intrantes et exeuntes, alias vero super faciem et totum corpus mellis et favi operimenta textentes. Patre vero filium cum clamore et lacrymis amplectente apes in tantam se altitudinem aeris extulerunt, ut oculis corporeis non possent videri. Hæc de multis, quæ cum eo taliter gesta sunt pauca proposui, ut prudens advertere possit, a quanta virtutum incœperit perfectione.

4. Cum igitur reverendus puer Isidorus fuisset studiis litterarum traditus, atque, ut sibi videbatur, ingenii minus existeret capacis, puerili permotus timore, verbera magistri metuens, divino nutu haud procul fugit ab Hispalensi civitate. Cumque ex itineris fatione juxta marginem cujusdam putei sitiens resedisset, ^h aspexit prægrande saxum tortuosis foraminibus perforatum. Quod diligenter inspiciens, cœpit volvere intra se quis istorum ⁱ orammum vel ad quid exstiterit operator. Similiter in ore putei erat quoddam 20 Junii.

^e Nicol. Antonius mallet legi *severissimis*.

^f Paululum hæc varint Vulgata Editione.

^g Adnotat Nic. Antonius ista: *Referunt ostensum hoc in Isidoro contigisse hi qui a sæculis duobus res ejus gestas in litteras retulerunt. Antonius, Morales lib. xii, cap. 4; Padilla, cent. 7, cap. 22; Vasæus, ad an. 649; Mariana, lib. vi, cap. 7; Marietta, lib. v de Sanctis Hispaniæ, cap. 23; omnes, ut suspicari possumus, hinc edocti.* Ita ille.

^h Idem adnotat hujusce quoque rei auctores esse quos ante laudaverat, atque item Laurentium de Padilla in Vita sanctorum Hispanorum.

lignum, continuis chordarum sectionibus in aquis hauriendis canalatum, et dum secum tacitus ageret, ad aquas hauriendas venit quædam mulier; quæ, super pulchritudine pueri admodum mirata, interrogavit quid hic ageret, aut cur tam parvus puer solus hæc advenisset. Erat enim miræ pulchritudinis, splendidus facie, decorus forma, hilaris aspectu, lætus vultu, humilis visu, verecundiam semper in moribus præ-tendens. Ad quam puer humiliter conversus, inquit: O domina, ut mihi digneris disserere rogo quis, vel ad quid, lapidis hujus foramina vel istius ligni canales facti fuerunt. Cui mulier: *Lapis iste, ait, frequenti instillatione guttarum fuit perforatus, et lignum hoc frequenti chordarum ductu in aquis hauriendis cæstitit canalatum.* Puer autem, divino repletus Spiritu, ad se reversus dixit: *Et si lapis durissimus mollis aquæ frequenti instillatione cavatur, et lignum chordarum sectionibus cedit sectatum; quanto magis ego homo, Dei gratia præveniente, discendo quotidie parvissimis incrementis, valco ad augmentum scientiæ pervenire!* O venerande Isidore, hujus evolutionis cogitatio non pueri est junioris, sed viri perfecti et sapientissimi senioris. Quis ille qui etiam ante litterarum disciplinam in teneris annis sic te docuit, nisi ille Spiritus veritatis, qui tibi suggerens omnia, etiam vas sanctificatum elegit, ut portes nomen filii Dei coram regibus et principibus et filiis Israel? Post hoc puer concito gressu revertitur Hispalim, seque magistrorum disciplinis subdidit cum humili devotione.

5. Tanta denique gratia cœlitus ei infusa, quidquid a magistris proponebatur ex Scripturis, sitibundo pectore avide retinebat; et non auditor obliviosus factus, armariolo memoriæ multis profuturum fidelibus reservabat; et ipsos doctores suos, quasi præscio intellectu, præveniebat; qua novitate miraculi tam magistri quam omnes qui aderant, stupore admirationis reddebantur attoniti. Sic namque divino inflammatus Spiritu, Latinis, Græcis et Hebraicis litteris instructus, omni locutionis genere formatus, ^a in trivii eruditione conspicuus, in quadrivii instigatione perfectus, in doctrinis philosophorum præclarus, divinis et humanis legibus eruditus, suavis eloquio, ingenio præstantissimus, vita quoque atque doctrina pro temporis ætate in multorum admirationem exstitit clarissimus. Sic namque de virtute in virtutem proficiens, refulsit doctor ita eximius, ut

^a De hoc trivio et quadrivio ista indicat Nic. Antonius: *Trivium olim dictæ tres artes, grammatica, rhetorica et logica, sicut quadrivium quatuor aliarum, arithmetica, geometria, astrologia et musica; quæ omnium horum septem liberalium artium componunt, ut Vossius ait in lib. 1 de Vitiis sermonis, cap. 26.*

^b Iterum ista observat Nic. Antonius: *Intelligit Didimum Alexandrinum grammaticum, qui inter alia cognomina, teste Suida, dictus sit Chalcenterus, hoc est æreorum viscerum, ob studiorum et scribendi patientiam; eo enim nemo alius plures libros scripsit, ut ait Fab. Quintilianus lib. 1, cap. 8, ipseque Isidorus, lib. VI Etymol., cap. 7, si pro CALITERUS (quod est in vulgatis Editionibus ante Matritensem), CHALCENTERUS legeris, de quo Hesichius, de Viris illustribus, Suidas et sanctus Hieronymus. Hæc ille.*

A secundum qualitatem sermonis omnibus, videlicet Latinis, Græcis et Hebræis, sapientibus ac minus intelligentibus, in eruditione existeret aptus, et incomparabili eloquentia strenuus. Cum igitur beatus Isidorus omnibus fere mortalium præfulgeret scientiis, quod nostris temporibus contigisse recolitur inauditum, non, ut illa juvenilis ætas assuevit, delectationem amplexus est mundi, sed totus in logicali contemplatione, vel actualium instigatione, aut divinarum theoriarum meditatione et studio insistebat. Denique in tantum hunc insignivit natura, gratia ditavit, extulere mores, studia provocarunt, ut Platonem ingenio, Aristotelem studio, eloquentia Tullium, copia ^b Chalcenterum, eruditione Origenem, gravitate Hieronymum, Augustinum doctrina, **B** Gregorium sane prosequeretur exemplis. Qui cum eidem beato Gregorio, jussu fratris ac nutritii sui Leandri, epistolam quamdam de beatitudine, tam de philosophorum sententiis quam sanctarum Scripturarum floribus, miro studio decoratam, delegasset, ac beatus Gregorius perlegisset eandem, tam de sermonum disertitudine quam de sententiarum connexionione ac scientiarum exuberatione admirans, eunque in Spiritu, qualis futurus erat, intuens, fertur dixisse: *Ecce alter Daniel*; et quidam alius: *Ecce plus quam Salomon hic.*

CAPUT II.

Notitia cum sancto Gregorio Magno.—Liber Etymologiarum conscriptus.—Scientia sacra adversus hæreses, imprimis Arianam, exerta.

C 6. Ex tunc itaque beatus Gregorius, amore visendi beatum Isidorum delectatus, sanctissimo antistiti Leandro, charitatis vinculis sibi annexo, sui animi voluntatem certis indicibus declarabat. Harum amicitiarum causa exstiterat, ^c cum Arianæ hæresis fervorem tempore Leovegildi confutare Leander radicatus non posset, pro confirmandis sanctæ et immaculatæ Trinitatis capitulis, ad Constantinopolitanum præsulum ^d cœtum transievit. Ibi aderat Gregorius, tunc cardinalis, vicem Romani antistitis agens, cum quo ipse Leander amicitiae fœdus pepigit, et ab eo postulavit ut Moralia Job sibi exponeret, quod postea in apostolatu ille devota mente complevit. Cum autem Gregorii desiderium venerabilis Isidorus comperisset (quod mirabile est auditu), nocte Nativitatis Domini, ^e ut fertur, in ecclesia Hispalensi

^c Quæ sequuntur edidimus ad Vitam sancti Leandri 15 Martii, num. 3, et ex antiquis Breviariis desumpta et ex ipsius Isidori Chronico.

^d Nullum tunc diximus Constantinopoli fuisse concilium, sed veram causam qua istic convenerunt Leander et Gregorius, ex nostri, non sui, temporis usu cardinalis hic dictus, contineri in ipsius sancti Gregorii epistola, expositioni libri Jobi præfixa. Plura lege in utraque Vita sancti Gregorii, ad diem 12 Martii elucidata.

^e Nicolaus Antonius ista adnotat: *Miraculum hoc non facile probaverunt aliqui ex nostris: maxime Morales, lib. XII, cap. 5; Mariana, lib. VI, cap. 7. Alii nec referre id voluerunt, Vasæus, Garibajus, Marietta et Morgadus in Historia Hisp. lib. 1, cap. 9; sed concessisse Romanis, ut videret Gregorium et ab eo videre*

prima lectione perlecta, extra ecclesiam egressus, nescio a quo ductus, in parvissimo temporis intervallo ad Romanam devenit urbem, atque beatum papam Gregorium in matutinis laudibus Deo psallentem invenit. Viso autem eo beatus Gregorius nimium lætus, protinus agnovit; et ideo gratias agens, amicissimum sibi Leandrum in Isidoro amplexatus est. Post evangelicam vero expletionem, vale faciens sancto, ab ecclesia egressus Hispalim in ipsa nocte rediit, et clericos quos dimiserat easdem matutinas laudes reperit celebrantes. Quod vero hoc sanctissimi Gregorii obtentu, vel Isidori meritis, aut aliquo alio modo factum fuerit, fatcor me ambigere; melius est enim non eloqui magna, ubi sine mendacii periculo non erratur, quam contraria definire; sed firmiter teneo beatum juvenem scientiæ experientia plurima attentasse, et utilitati Ecclesiæ et fidelium commodis retulisse. Multimode namque pravorum dogmatum assertores hæreticos persequebatur, quia his temporibus plurimæ hæreses emergerunt, vineam hæreditatis Domini, scilicet sanctam demolientes Ecclesiam; et divina Providentia factum non ambigimus, quod talis tunc temporis fulgeret Isidorus, qui eorum proterviam non solum sanctarum Scripturarum testimoniis reprobaret, verum etiam philosophicis syllogismis et obstationibus annullaret.

7. Etenim tanto culmine scientiarum perfectus existit, quod nullus, ut reor, antiquorum philosophorum recti examinis iudicio ei fuerit comparandus. Hoc ex cautelæ industria præterire, si liceret, ne ethnicorum studia authenticis aut præferri aut comparari possent ullatenus documentis; cum sicut exaltantur cœli a terra, sic exaltatæ sunt viæ nostræ a viis eorum et cogitationes a cogitationibus eorum; et quantum excellit spiritus carnem, ratio sensum, fides opinionem, intelligentia fidem, pax Dei omnem sensum, postremo creator omnem creaturam, sic theologia omnem mundi sapientiam, sic philosophi omnem philosophorum gentilium transcenderunt doctrinam. Quia vero hoc multo magis Isidorus, qui et antiquorum philosophicis claruit perfectus, et modernorum theologicis emicuit summus: tamen (ut alia hujus illustris viri ad præsens omittam copiosissima, in quibus miro desudavit ingenio, volumina) ille Etymologiarum qui inscribitur, omnium admiratione plenus, omnium susceptione dignus liber, sollicitat, contestatur, exclamat, ne etiam hoc sanctissimi et eruditissimi viri desit laudibus, quo vel philosophorum primi ac peritissimi sunt elati, vel

A sapientissimus ille Salomon omnes illos tam scientia quam excellentia præcedere comprobatur; et sic omnibus filiis hominum scientiarum varietate post apostolos incomparabilis est creditus.

8. In hoc libro in trivii eruditione Isidorum præditum cernes eloquentia, hic in quadrivii investigatione perfectum admireris in matheseos disciplina, hic corporis salutem tueri, ac restaurare docendo theoreticum practicumque reperies; hic methodicam, empiricam logicamque^a, discernendo Apollinem, Æsculapium et Hippocratem novissime perpendes; hic^b Phoronei, Trismegisti, Solonis et Pompilii instituta retractando, juris invenies peritissimum; hic jura, leges edictis et decretis inferendo, instruxisse putabis Justinianum; hic Ephemerides, epactas, Idus et Kalendaria, Annales et Historias distinguendo^c Pherecidem et Josephum ebibisse probabis; hic chronicam persequendo Eusebium, Hieronymum et Orosium lectitasse clamabis. Et quia de Salomone legitur disputasse de cedro quæ est in Libano, usque ad byssopum qui nascitur in pariete, de beato Isidoro hic reperitur, de prima causa usque ad extremam fere creaturarum mirabiliter pertractasse; et negotia et officia singularum modosque discutiendo, postremo rerum omnium naturam et circumstantias describendo, non solum hausisse, verum etiam excessisse putabis Salomonem: hic ætheris, aeris, aquarum terræque discrimina, cunctorum viventium naturas et vocabula perscrutando consuluisse credes primum hominem; hic Rachelis amplexibus totum stupebis delectatum, dum in antiquorum experientii studio videris occupatum; hic^d mali mandragorici fragrantia ad Liæ gremium gaudebis revocatum; dum supernorum delectatus amore in sacræ Scripturæ fecunditatem pie senseris implicatum; hic cum Mariæ vestigiis assidentem Dominicis partem optimam elegisse; hic cum Martha sollicitum frequenti in ministerio instituisse; hic cum Paulo electionis Vase usque ad tertium cœlum raptum; hic cum eodem plus omnibus laborantem, ut omnes lucrifaceret, omnibus omnia factum; hic cum Paulo circumcisionem prædicanti Petro in faciem restituisse; hic cum Petro, enecto Simone, nec Neronem timuisse; hic hæreticorum omnium sigillatim expugnasse dogmata; hic sancta quatuor suscepisse ac venerari concilia; hic^e cum Chalcedonensi synodo Dioscorum enervat et Eutychem hæreticos; hic cum Ephesina prima Nestorii quassat impietatem; hic cum Constantinopolitana cum Eunomio confodit

iisque interserit Lycurgum, hic omissum.

^a Pherecidem Syrum, lib. 1, cap. 37, dixit primum apud Græcos soluta oratione scripsisse; et cap. 41, addit claruisse iis temporibus quibus Esdras legem conscripsit. Vide Vossium de scriptoribus Græcis, lib. iv, cap. 4.

^d Lib. xvii, cap. 9, de herbis aromaticis agens, vult mandragoram dictam, quod habeat mala suaveolentia.

^e Referuntur retrogrado ordine concilia, de quibus recto ordine agit ipse lib. vi, cap. 15.

tur, vero similis est. Tamajus Salazar, etsi allegat Lucam Tudensem et Breviarium Segobiense pervetustum, tamen merum arbitratur commentum, cum Quintanadvenas. Et haudquaquam, inquit, est credibile tam insigne facinus antiquiores, Brantium et Hildephonsum, reticere. Ideo auctor bene præfatur hæc formula, UT FERTUR, sub dubio rem, ut acciperat, narrans.

^a Explicat hæc Isidorus, lib. iv, cap. 4, et vocat tres hæreses medicorum.

^b Idem, lib. v, cap. 1, agit de auctoribus legum,

Macedonium; hic cum Nicena versutissimum ac omni insania condemnat obæcatum Arium.

9. Hic Arius fuit quidam presbyter Alexandrinus; qui diversas in Trinitate substantias mentiendo asseruit, et Christum non verum Deum, nec in Patre essentialiter permanentem, procaci falsitate astruxit. Sed qui tantum miser desipuit, et in sua assertione mendax fuit et perfidus; quia Christum verum Deum esse negavit, idcirco justo iudicio Dei crepuit medius, et effusus omnibus visceribus ejus, cecidit in faciem prostratus, et quibus Christum negaverat fœda ora pollutus dignam pro impietate sua pœnam ab eodem Deo et homine etiam in hoc sæculo est consecutus; et in tartarico igne æternaliter cruciandus multos suos sequaces præcessit, suo nefario tam depravatos quam depravandos errore. Hujus etenim inanitas sceleris cum fideles toto orbe, totius orbis persequeretur exsiliis; post conventuum, Athanasio suo expulso, subversionem; post Italiæ lugubres, exterminato Vercellensi episcopo Eusebio, planctus; post Galliarum damnosas, Hilario^a proscripto, ruinas: ^b Leovegildus Hispaniarum rex, cum omnibus pene regni sui principibus, hujus hæresis errore seductus, in tantam venit dementiam, ut clarissimos quosque et in lege Dei eruditos Ecclesiarum prælatos ab Hispaniæ confinibus persequendo exsularet; atque plurimos eorum gladio cædendo, carcere detrudendo, fame cruciando, ac diversis pœnarum generibus afficiendo, non solum in Hispaniæ partibus, verum etiam in Gallia et aliis regionibus per feralem insaniam dignos Deo martyres consecravit: et quia strenuus in armis fuit, multos populos suæ ditioni subjugatos impie oppressit, catholicis odio fidei persecutionem intulit, Ecclesiarum privilegia fregit, divites cupiditate cæcus damnavit, et in omnibus perniciosus exstitit. Inter omnia autem mala quæ gessit, sanctissimum^c Masonam Emeritensem episcopum exsilio relegavit; atque clarissimum doctorem archipræsulem Hispalensem Leandrum, qui ad conversionem gentis Gothorum speciali contra nefarias hæreses cura infatigabiliter insistebat, multis affectum injuriis, ut oves sine pastore a seductoribus circumventæ luporum hiatibus facilius clauderentur, a regno Hispaniæ expulit, et se cum suis principibus Arianorum hæresi miserabiliter subjugavit, et Romano pontifici comminando, ad destructionem Romanæ urbis et Ecclesiæ demolitionem venturum se sponsione juramenti firmavit.

10. Venerabilis autem adolescens Isidorus, cunctarum scientiarum disciplinis eruditus, fervore martyrii accensus, pro defensione Ecclesiæ mori pronus, armis fidei præmunitus, contra furentes Leovegildi regis ac principum ejus rabies athleta fortissimus, Christi comitante gratia, processit imperterritus. Ministri ergo multiformis seductoris modo blanditiis

^a Coluntur hi pugiles, Athanasius 2 Maii, Eusebius 1 Augusti, et Hilarius 13 Januarii.

^b De Leovegildo seu Leovigildo rege, consule Acta sancti Hermenigildi filii, ejus jussu martyrii coronam adepti 13 Aprilis.

leniendo, modo terroribus propulsando, modo disputationibus agitando, modo munera offerendo, modo tormenta imponendo, modis quibuscunque poterant, a sancto proposito ipsum permutare satagebant. Magnum quippe suis dogmatibus credebant augeri cumulum, si Isidoro superato (qui tam scientiæ claritate quam generis nobilitate, corporis pulchritudine, morum gravitate et eloqui suavitate fulgebatur), possent eum suis assensibus inclinare. Eia fortissime athleta Isidore, *ecce nunc tempus acceptabile*, in his ergo diebus thesaurum incomparabilem, quem in pueritia congregasti, ut audivimus, non tibi soli, sed et fidelibus reserandum, profer in medium; tempus est loquendi et divinarum sententiarum lapides spargendi, ut frontes obstinatæ inimicorum conterantur, et fides Ecclesiæ catholicæ roboretur. Ecce enim navicula Petri in medio quatientibus fluctibus undique agitatur, Ecclesia Christi demergitur, nisi divini succursionis manu ad portum optati littoris deducatur. Inter hæc robustissimus athleta Isidorus in tormentis lætatur, et Deo gratias referebat, quia dignus est habitus pro nomine Domini Jesu contumeliam pati; et inter oblatrantes undique Arianorum frequentias nec minis terretur, nec blanditiis demulcetur; sed magis ac magis fervore charitatis succensus, inter gladios hæreticorum securus, tam de tonitruis divinarum sententiarum quam de coruscatione philosophicarum propositionum, fulmina divini oraculi ardentia emittebat intrepidus, quibus inimicorum sævientium obtenebrabat aspectus. Quasi unus de quatuor paradisi fluminibus, ex ore suo flumina gratiæ cum impetu emanabant, quibus fidelium aridam irrigando ad viriditatem fidei perducebat; et hæreticorum perfidiam, in garrulitatis ac loquacitatis audacia confidentem fluctibus eloquentiæ demergebat. Hebetescunt miseri, et obmutescunt; sæviunt et confunduntur, qui dum se putant adolescentem superare, ab eodem turpiter superantur; atque fidem Christi, quam putant penitus exstirpare, hujus juvenis instantia cœlestibus incrementis dolent quotidie pullulare.

CAPUT III.

Orthodoxa fides per sanctum Isidorum propagata. — Ejusdem cellula. — Clausi vita.

11. Audiens autem reverendus doctor Leander fortissimi juvenis Isidori constantiam, in Domino gavisus, orationibus continuis Dominum precabatur, ut ipse, quid in servi sui tenera juventute inceperat mirabiliter, cœlesti eum robore confortaret, atque per eum Ecclesiæ suæ optatum dignaretur, prostratis inimicis hæreticis, annuere benigne triumphum. Misit ei itaque epistolam in qua præmonet mortem pro fide catholica quidquam non esse timendum. Beatus vero juvenis, tam orationibus prælati et fratris, quam exhortationibus et epistolarum adminiculo

^c Paulus Diaconus Emeritensis, libro de Vita et miraculis Patrum Emeritensium, latissime deducit res gestas sancti Masonæ, qui inscriptus est Martyrol. Hispanico Tamaji ad Kalendas novembris.

confortatus, neque in adversis frangebatur neque levabatur in prosperis, sed in iis omnibus, ac si in epularum delectatione, lætus et hilaris apparebat. Debellata itaque Arianorum insania, unum et verum Deum Filium, cum Patre et Spiritu sancto in unitate essentialiter permanentem, sanctarum scripturarum auctoritatibus, et septem liberalium artium rationibus, nec non philosophorum conventionibus, apertissime declarabat, et Romano pontifici, loco beati Petri a fidelibus substituto, ac universis Ecclesiarum prælatis ab eodem cœlesti institutore missis, divinæ paginæ testimoniis approbando, fidelibus populis obedire suadebat. Hic etiam prælatus sui fratrisque Leandri sic est exsecutus vices, sic onera levigabat, sic vestigiis inhærebat constantiæ, ut carcere, minis, tormentis et gladio persecutorum spretis, serenissimi principis Recaredi, impiissimi regis Leovegildi filii, securus adiret præsentiam; et pocula verbi Dei assidue propinando, ab Ariana hæresi revocaret, et fidei catholicæ documentis redderet obsequentem. Formidolosi autem regis Leovegildi, qui se cunctis vitiis manciperat, et aures suas spinis diabolici erroris obturaverat, ne audiret bonum; non solum est nisus debellare proterviam; verum ad hoc usque, totius regni primates gladio spiritus exasperando commovit, ut eorum insistente perfidia, in necem piissimi ac serenissimi principis Hermenegildi filii sui, pro fide catholica vinculis mancipati, hujus Isidori amicissimi (quia eum beatus Leander a fæce Ariana erutum in fidem catholicam confirmaverat) impiissimus pater et tyrannus parricida insurgeret; et ad exsequias gloriosissimi regis et martyris, ministerio angelico celebratas, manifestæ perfidiæ culpam, exemplo Judæ proditoris, non pœnitens, sed pœnitentia ductus agnosceret. Veniens namque Toletum, cœlesti urgente iudicio, atrocissima percussus infirmitate, inter torsiones et ejulatus simul cum ipsis interancis miserabilem evomuit^a animam, atrocissimis flammis et vermibus, ut credimus, æternaliter cruciandus; quo præcessit seductor suus nefandissimus Arius.

12. Mortuo igitur rege Leovegildo, factum est ut revertentem a Carthagine triumphatorem suum Leandrum læta susciperet Hispania, et substituto in regno catholico Recaredo, Hermenegildi regis et martyris fratre, fortis Isidori victoria redditur, nuntiata Ecclesiæ pacis cum fidelium tripudio; exterminata a totius regni confinibus, cum debito dedecore, Ariana

^a Nicolaus Antonius adnotat : *De morte Leovegildi consulendum Ambrosium Morales, lib. xi, cap. 11, et quæ congerit Bivaricus ad Maximi Chronicon anno Christi 587.* Nos nonnulla attigimus ad Vitam sancti Hermenegildi 13 Aprilis.

^b Idem Leandrum primum auctorem agnoscere videtur Ecclesiastici officii, quo dehinc Gothi usi sunt, quod vulgo Isidoro tribui solet. Porro, teste Mariana, lib. vi, cap. 5, in concilio quarto Tolletano, decretum erat : *Missale et Breviarium unum esto in Hispania; ejus rei perficienda cura, quoniam Isidoro, qui primas partes in eo concilio tenuit, creditur esse demandata; usus obtinuit, ut Missale et Breviarium*

perfidia. Revocantur itaque exsultantes præsidēs, ecclesiæ adornantur, fideles devotissimi cum patribus gratulantur, omnipotentis Dei clementia magnifice collaudatur, qui tantæ virtutis constantia Isidorum roboravit. Beatus autem Leander, operibus charitatis et verbo prædicationis, Christianissimo regi Recaredo, qui loco patris eundem Leandrum sibi præposuerat, gentibus Gothorum, quibus semper patrio inhæserat affectu, et populo Hispalensi, quorum curis invigilabat specialius, in sollicitudine, in charitate non ficta devotissime insistebat; et ut Patrem et Filium et Spiritum sanctum, *trinum* secundum personarum distinctionem, et *unum* secundum majestatis divinitatem, Deum esse crederent suadebat; quibus credentibus, prior instituit illis præcepta et^b ecclesiastica officia. Ipso etiam tempore Suevi, unda baptismatis per^c eum jam loti, Galleciam obtinent. Cernens igitur Leander admirabilem Isidori constantiam tantis fulgurare virtutum augmentis, nescio si quo præventus præsagio, ne se dimisso, prædicationis causa aut ob aliud aliquid exterius peteret regiones; vel quia, ut credimus, se ab infantia mente et corpore virginem Domino consecraverat, ne saltem levi inter turbas posset fame maculari, aut ne qui exstiterat persecutionis tempore robustissimus, levis auræ humana favoris elatus jactantia, in tranquillitate positus, frangeretur; in cella, ut fertur, ab eodem Isidoro constructa, bonæ indolis adolescentem reclusit. Hoc autem factum tam piissimus rex Recaredus, quam plures Ecclesiarum prælatus ægre ferentes, cum animi molestia sustinebant; injustum enim censebant tanti patris placitis contrahere. Murmurabant clerici mussitando, obsistit populus conclamando, lucernam clarissimam Isidorum non debere sub modio cellulæ vel etiam unius civitatis poni, qui splendore scientiarum et coruscatione bonorum operum, ad totius orbis sufficeret illuminationem; et qui tanquam aurum in fornace, ab impiis pœnarum tusionibus probatus exstiterat; non in cellula includendum, sed in multarum gentium lucem proferendum, querulis vocibus clamitabant.

13. Reverendus autem Pater Leander, ut gravitatis pondere pressus, non pio regi Recaredo, non Ecclesiarum prælatis, non regni principibus, non musitationibus clericorum nec populorum vocibus cessit; Spiritus enim sancti gratia præventus ipse, sciebat quid esset facturus. Denique ei eruditissimos providit magistros, a quibus audiendo, cum quibus

Mozarabum, hoc est ex antiquo Gothorum more conservatum, sacrorum precumque diurnarum et nocturnarum ritus Isidoro tribuantur, tametsi nonnulla Leander invenit, plura progressus temporis addidit.

^c Illustravimus ad diem 20 Martii acta sancti Martini Dumiensis, archiepiscopi Bracarenensis; et ostendimus, auctoritate Gregorii Turonensis et sancti Isidori, Suevos in Gallæcia degentes cum rege Theodemiro ad fidem orthodoxam conversos. An aliquid eo contulerit sanctus Leander, alibi non legimus. Potuit tamen fecisse, quando regnum Suevorum delectum sub Leovegildo et in Gothos translatum, permansit sub Recaredo rege catholico.

etiam disputando, conferendo, quibus opponendo et respondendo, quosque interrogando, si quid minus didicerat, posset addiscere corrigendo. Mira res! omnis quippe, qui docturi eum de sua scientia præsumebant, ab eo mirabiliter docti, de incrementis doctrinæ copiosius gaudebant. Venerabilis vere rex Recaredus, juxta cellulam beati viri assidue assidebat; et a fontibus Salvatoris almo Isidoro effluente, sanctæ Trinitatis fidem piis hostibus per fenestram hauriebat; et non immemor auditorum, cupiens Filio Dei duplicatum reportare talentum, populis sibi subjectis pocula vitæ æternæ, quæ acceperat, fideliter effundebat. ^a Erat namque cultu religionis præditus, et paternis moribus longe dissimilis: nempe ille irreligiosus, et bello promptissimus; hic fide pius et pace præclarus; ille armorum artibus gentis imperium dilatans; hic gloriosus eandem gentem fidei trophæo sublimans. In ipsis enim regni sui exordiis catholicam fidem adeptus, totius gentis populos, inoliti erroris labe deterosa, ad cultum rectæ fidei revocavit. Synodum ^b deinde omnium episcoporum ad condemnationem Arianæ hæresis, de diversis Hispaniæ et Galliæ provinciis congregavit; cui concilio idem religiosissimus princeps interfuit, gestaque ejus præsentia sua et subscriptione firmavit. Hic virtutibus adornatus, omnes quos Deo charos faciebat, honoribus extollebat; quos vero superstitiosos, coram omnibus arguebat, ut cæteri timorem acciperent; qui non patrem perfidum, sed Christum Dominum sequens, horrebat et exsecrabatur Arianam insaniam, et a toto regno suo turpiter expellebat. Tantam in vultu gratiam habuit, tantam in animo gessit benignitatem, ut in omnium mentibus influens etiam malos ad affectum amoris sui attraheret; adeo liberalis exstitit, ut privilegia et Ecclesiarum prædia, quæ pater suus fisco associaverat, jure proprio restauraret; adeo clemens, ut populi tributa sæpe indulgentiæ largitione laxaret, opes suas in miseris et thesauros suos in egenis recondens, sciens ad hoc illi fuisse collatum regnum, ut eo salubriter frueretur. Hæc ad laudem Dei nostri et confessorum ejus Leandri et Isidori, qui talem a Domino discipulum obtinere meruerunt.

CAPUT IV.

S. Leandri episcopi Hispalensis obitus, et libri scripti. — Successio S. Isidori.

14. Videns itaque humani generis inimicus, se suosque a sanctis confessoribus, per Recaredum regem, quem ante subditum habuerat, persequi; duos comites inelytos opibus et nobiles genere, profanis

A tamen mentibus et ignobiles moribus, Ganvistan, videlicet et Vulgernun, una cum Ariano episcopo ^c Athalco nomine, contra regem Recaredum concitavit: qui congregata multitudine Francorum, ob vindictam Arianæ vesaniæ, urbis Narbonæ circum adjacentes regiones devastantes, et innumerabilem clericorum, religiosorum et catholicorum trucidantes multitudinem, etiam piissimo regi Recaredo regnum præripere nitebantur. Contra quos gloriosissimus Recaredus, misso ^d Claudio Emeritensi duce, glorioso triumphavit eventu. Nam prostratis consternatisque de inimicis fere ^e sexaginta millibus, in Hispaniam cum gloria magna regressus est. Post hoc, remotis ab omni parte tempestatibus, desideratam Dominus populo suo largiri dignatus est pacem. Dum hæc ita se gererent, et multa catholicæ Ecclesiæ, favente Domino, tranquillitas redderetur, et Arianæ hæresis calamitas ab omnium pene mentibus discuteretur, atque urbs Hispalensis una cum sanctissimis confessoribus pro tantæ tranquillitatis gratia congaunderet, et Domino indesinenter gratias referret innumerabiles, eundem venerabilem antistitem Leandrum, Domino vocante, contigit ægrotare. Cumque diem extremum sui felicissimi laboris in proximo venturum agnosceret, venerabilem fratrem suum Isidorum, solatii ac benedicendi gratia et ut se ejus orationibus commendaret, a cellula educit, et sibi præsentari precatur. Quod cum beato Isidoro retulissent, cujus jam tota mens cœlis inhærebat, et parvam cellulam omnibus temporalibus divitiis præponebat, repulit eos a se dicens: Scitote, fratres, me ab hac cellula minime egressurum, quamdiu frater meus in hujus peregrinationis corpore superstes steterit: ipse enim hoc proposito sacramenti firmavit. Beatus autem Leander, pastoralibus jugiter curis expletis, post receptionem Dominici corporis et sanguinis, felicissime in Domino obdormivit. Hoc autem prætermittere jamdudum non existimo, quod hic clarissimus doctor Leander ^f fuit ab eodem patre Severiano, quo et Isidorus, genitus, professione monachus, et ex strenuissimo monacho, multo populorum conamine, ipso renuente, Hispalensis Ecclesiæ constitutus est episcopus. Vir hic suavis eloquio, ingenio præstantissimus, vita quoque atque doctrina fulsit excellentissimus; ut etiam fide ejus atque industria, populi gentis Hispanorum per eundem beatum adolescentem fratrem suum Isidorum (ut superius scriptum est) ab Ariana insania ad fidem catholicam reverterentur. Hic namque in exsilii sui peregrinatione composuit duos ad-

^a Sequentia ex Isidori Chronico transcripta sunt.

^b Concilium Toletanum III æra 627, Recaredi anno 4, Christi 580 celebratum.

^c Gregorius Turonensis lib. IX Hist. Franc., cap. 1^o, appellat *Athalocum*, *Arianæ sectæ episcopum*, qui, cum ad consentiendum ei paucorum faveret adulatio, commotus felle, ingressus in cellulam suam, inclinato super lectulum capite, nequam spiritum exhalavit. Huic episcopo videntur adhæsisse *Ganvistan* et *Vulgernus*, licet alii eorum non meminerint, et ab illis excitati Franci in Narbonensem seu Gothicam provinciam irruisse.

^d Joannes Bielarcensis *Claudium Lusitanie ducem* appellat. Isidorus, *Claudium ducem*.

^e *Bielarcensis. Sexaginta millia ferme Francorum noscitur infugasse, et maximam eorum partem gladio trucidasse.* Isidorus tot advenisse ait; addens, nullam unquam in Hispaniis victoriam Gothorum vel majorem vel similem exstitisse.

^f Hæc, paucis hinc inde additis aut mutatis, transcripta sunt ex elogio Isidori de S. Leandro, in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis; ex quo nonnulla perperam hic scripta correximus. Ea autem ad S. Leandri vitam illustravimus.

versus hæreticorum dogmata libros, eruditione san-
ctarum Scripturarum ditissimos, in quibus vehe-
menti stylo Arianam impietatem confodit ac detegit;
graviter ostendens scilicet, quid contra eos habeat
catholica Ecclesia, vel quantum distet ab eis religio-
ne vel fidei sacramentis. Exstat et aliud laudabile
ejus opusculum, adversus instituta Arianorum, in
quo propositis eorum dictis suas responsiones oppo-
nit. Præterea edidit Florentinæ sorori suæ, de insti-
tutione virginum et contemptu mundi, libellum, titu-
lorum distinctionibus prænotatum; siquidem et ec-
clesiasticis officiis idem non parvo laboravit studio:
in toto autem psalterio duplici editione orationem
conscripsit: in sacrificiis quoque, laudibus atque
psalmis multa dulcisono carmine composuit. Scripsit
etiam epistolas multas ad papam Gregorium, et de
beatitudine unam, in quibus ab eo archiepiscopale
pallium et libros de expositione beati Job librumque
Pastoralis Regulæ poposeit; et ut pro ejus fieret
ad Dominum intercessio, pro morbo podagrico, quo
admodum vexabatur, frequentissime exoravit. Quæ
omnia a beato papa Gregorio, qui eum tenerrime
diligebat, impetravit. Alteram vero, ut in ante dictis
prælibavimus, ad fratrem suum Isidorum direxit
epistolam, in qua præmonet cuiquam mortem esse
timendam. Ad cæteros quoque episcopos plurimas
promulgavit familiares epistolas, et si non satis
splendidas verbis, acutas tamen sententiis. Sub Re-
caredo rege catholico, Romani pontificis vicibus in
Hispaniis fungens, floruit: cujus etiam tempore mor-
talis vitæ terminum clausit, a pridie Idus Martii.

15. Translato igitur inter angelos beato Leandro,
Hispalensis metropolis tanto destituta patrono, die
noctue preces Domino effundebat, quatenus, po-
pulo suo misertus, eis pastorem fidelissimum provi-
deret, qui non solum cathedrali dignitate, verum
etiam morum sanctitate beato Leandro successor
existeret. Huic vero petitioni eorum pius Dominus
minime defuit, misericorditer eis annuens postulata.
De tanti etiam patris decessu adjacentium^b paro-
chiarum episcopi admodum condolentes, convenerunt
in unum, cum clericorum et religiosorum convoca-
tione, ut secundum sanctorum Patrum instituta eidem
Ecclesiæ idoneum præsulem eligendo providerent.
Horum siquidem electioni confirmandæ rex serenissi-
mus affuit Recaredus, una cum principibus et Hispa-
niarum nobilibus viris. Sed populus civitatis, quod
conceperat animo non valens subicere, majorum
vota præveniens, interim conclamabat, dignum Dei
famulum episcopatu Isidorum, qui in juvenilibus an-
nis pro lege catholica viriliter egit, et innumeras pro
ejusdem fidei defensione ab impiis sustinuit pœnas.
Regis autem et episcoporum et principum eadem erat
voluntas, una concordia, eademque sententia, et Isi-

Adorum episcopatu esse dignissimum, qui tam exem-
plo boni operis quam sermone sanctæ prædicationis
totam erudiret Hispaniam, testabantur: et ad beatum
Isidorum accedentes, cum humilitate et reverentia,
communem omnium insinuant voluntatem; suaden-
tes eum onus archipræsulatus, ad totius Hispaniæ sa-
lutem, subire; sed ille, qui omne sublime haud secus
quam suum præcipitium declinabat, nulla ratione
eorum desideriis præbebat assensum. Ad hoc reve-
rendus princeps et almi pontifices, videntes se sua-
sionibus nil posse proficere, non ferentes ultra, con-
vocatis civibus uno spiritu, ad eundem convenerunt
Isidorum, pacati vim facere. Concurrentes itaque
populi, concitato clamore beati viri cellulam diri-
munt; atque, prout poterat, reluctantem in voce jubi-
lationis ad Ecclesiam perduxerunt. Clamabat eminus
Dei servus, volens excusationis prætereundæ rationem:
sed incassum, quia continentium aures suas populo-
rum lætantium voces invalescebant.

B 16. Perpendens itaque Christi præco, se nulla posse
ratione resistere, coactus cessit; atque in Hispalen-
sem antistitem cum veneratione magnifica est ele-
ctus, totus insignis, totus signatus, totus ccleber,
totus pulcher, totus amabilis, totus desiderabilis, in-
signis origine, honestate, honore et majestate; signa-
tus natura, dignitate, gratia et disciplina; ceber
doctrinis, eloquiis, præmiis et præconiis; pulcher
habitu, aspectu, delectu et cultu; amabilis obse-
quio, alloquio, conciliis, patrociniis; desiderabilis
specie, desiderabilis bonitate, innocentia vel justitia;
C desiderabilis perfecta charitate. Talis eligitur, talis
deligitur, talis cogitur, trahitur, adoptatur; talis in-
fulatur. Diriguntur præterea nuntii ad gloriosissimum
Gregorium venerandæ urbis romanæ papam, ut confir-
mata electione, de benedictione beati Petri apostoli pal-
lium Isidoro sibi amicissimo archiepiscopale transmit-
tere dignaretur. Sanctus vero Gregorius papa, de ele-
ctione sibi dilecti Isidori admodum gavisus, Deo gratias
egit, et nuntiis honorifice susceptis electionem confir-
mavit; ^c pallium cum postulatis dirigens, etiam ut
primatiæ honorem in Hispaniis exsequeretur, concessit.

Decoratus igitur infula præsulari quantus vixerit,
quantus exstiterit, quantum profecerit, quantaque
fecerit, pontifex asserat, præsul affirmet, probet an-
tistes, episcopus testetur: declaret virtus pontificem,
D prodat scientia præsulem, doctrina fateatur antisti-
tem, mores eloquantur episcopum. Erat enim semper
prudens, semper constans, semper modestus, semper
justus; prudens discernendo, prudens eligendo, pru-
dens diligendo, prudens inhærendo: constans tole-
rando, constans resistendo, constans cædendo, con-
stans persequendo; modestus appetendo, modestus
inquirendo, modestus utendo, modestus parcendo;
justus meditando, justus loquendo, justus operando,

^a Imo tertio Idus Martii, ad quem diem Vitam de-
dimus.

^b Parochiam pro diocesi usurpari in Vitis Sancto-
rum et apud S. Hieronymum monimus cap. 1. Ita
præcipitur in Capitulis Caroli Magni, ut nullus episco-

pus in alterius parochia ordinationes faciat.

^c Lectiones in Breviariis Hispanicis et Romano
cardinalis Quignonii, eique pallium misit in Hispa-
niam.

justus perseverando ; probus ubique, devotus ubique, utilis ubique, expertus ubique ; promptus ad incipiendum, promptus ad obediendum, promptus ad agendum, promptus ad insistendum, devotus ad meditandum, devotus ad proloquendum, devotus ad orandum, devotus ad postulandum, devotus ad obediendum, devotus ad impetrandum ; utilis ad persuadendum, ad dissuadendum, ad dispensandum, utilis ad compensandum ; expertus ad evellendum et ædificandum, expertus ad plantandum, præ oculis semper habens passiones Filii Dei, non inani gloria elevabatur : nam, omnium se servum exhibens, plus amari appetens quam timeri, atque magis prodesse quam præesse, cunctis amabilem et benignum se præbebat ; jejniis, orationibus, et sanctarum Scripturarum meditationibus insistens ; ex vilissimis cibis non ad cupiditatem, sed ad necessitatem parum sumens ; sibi parcus, aliis largus nominabatur ; eandem morum gravitatem quam prius, eandem sectabatur humilitatem. Idem enim constantissime perseverabat, qui prius fuerat ; et, crescente dignitate, augebantur ei Spiritus sancti dona ; atque ita plenus auctoritate et gratia, ubique laus sanctitatis ejus, et lucerna, inefficienti lumine accensa, jam non sub modio posita, sed super candelabrum constituta, ubique cunctorum laudibus ferebatur ; ita ut etiam multorum doctorum præclarissimæ lucernæ, suo splendidissimo lumine de bono in melius magis ac magis accensæ, igne sancti Spiritus conglobato, splendeflue redderentur. Cunctorum etiam se debitorem astruens, præter alios hoc dono radiantem, inerat ei quasi proprie proprium, scilicet gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus : et miserorum ærumas, compassione pia in se transumptas, potius ipse quam illi sentiebat ; et elemosynarium largiflua donatione pietatis studio detergebat. Tanta siquidem aderat illi copia largiendi, et continua hilaritas tribuendi, ut in multorum admiratione nullus valeret percipere, neque etiam ipsi familiares ejus, unde tantorum censuum sibi largitas proveniret. Quantum vero largus per omne vite suæ tempus exstiterit, soli Deo reservatum est nosse. Didicerat enim serenissimos mores, plus in tribuendo quam in accipiendo gaudere ; sibi parcus et quodam modo avarus, cunctis vero affluens, ditabat munificentis universos. In prosperis et adversis unus vultus ejus semper, clara hilaritate præventus cunctis lætior occurrebat. Non illum cunctis virtutibus inimica elatio asserebat ; sed in omnibus placidam prætendens humilitatem, potentissimis et pauperibus charissimus habebatur in tanto etiam apostolatus culmine sublimatus, non ad cathedram, sed ad curam ; non ad honorem, sed ad onus ; non ad principandum, sed ad serviendum ; non ad subditorum marsupia evacuanda, sed ad facinora extirpanda ; non ad quietem, sed ad laborem ; non ad diversorum saporum fercula vel pocula exquirenda, sed ad divina præcepta populis demonstranda ac suadenda, et ad

pauperibus Christi temporalia subsidia provide administranda, episcopi dignitate se vocatum, non minus operibus quam sermonibus fatebatur.

CAPUT V.

Cura in institutiones clericorum, monachorum, laicorum. — Iter Romanum. — Pluvia impetrata. — Mortua resuscitata.

17. Circa clericorum vero et scholarium curam ita sollicitus erat, ut ex ipsa vehementi invigilantiam singulorum patrem probarent. Parum enim sibi videbatur vicinis clericis scholaribus providere, quin etiam undique vocaret, ut magis haberet quibus sua impartiretur beneficia, quos per se ipsum in sanctarum Scripturarum paginis erudiret, et temporalibus alimoniis provideret. Concurrerant ergo clerici, tantum patrem, non solum audire, verum audire sitientes ; qui benignissime patri susceptos affectu hortabatur, ne ab eo prius discederent, quam in lege Dei edocti sibi et catholice Ecclesie profuturi clarescerent ; et ut removeret ab eis materiam vacandi otio, extra Hispalensem civitatem miræ pulchritudinis exstruxit monasterium, a quo nulli scholari exeundi ante quadriennium licentia præbebatur. Quosdam autem eorum qui ditiores videbantur, et inesse recusabant ministerio, quos veritatis spiritu demonstrante, in Ecclesia Dei opere et sermone potentes futuros esse prævidebat ; ne occasione comperta, vana quæque per gyrovagationem meditando, mentem a studio revocarent, ferreis astringebat compedibus. De quorum collegio sanctissimus quasi Lucifer emicuit ° Ildefonsus, nec non et gloriosus Braulius Cæsar Augustanus episcopus. Et quia non semper personaliter, pluribus emergentibus curis, prout optabat, poterat eis continuare doctrinam, ubicumque in lege Dei sedulos, et ad bella spiritualis certaminis aptos speculabatur magistros, multis honoribus attollendo humiliter precabatur, ut sui optati laboris non immemores, in scholaribus docendis continuarent operam efficacem. Non enim sibi videbatur nefarias hæreses a vinea Domini radicitus posse evelli, nisi clerici et quique religiosi, fama sanctitatis et instantia prædicationis, populis insisterent. Fomes namque et occasio totius mali et hæresis, morum lapsus clericorum et religiosorum, et segnis contemptus scientiæ Scripturarum exstitit. Super religiosos quoque monachos, eremitas, atque secundum patrum regulas sæculo renuntiantes summo opere invigilabat, ne quis eorum inopia mergeretur, aut verbi Dei inedia deperiret, necessitate compulsi, per diversa quæritando, lapides sanctuarii dispergerentur ; et color auri optimus, scilicet propositum sanctorum virorum, mutaretur, et pervagatione mediante sanctæ conversationis obliviscerentur ; et concupiscentiis illecti et abstracti, sæcularibus curis implicarentur ; et regularibus frenis laxatis, se diaboli subderent servituti. Sicut mater unicum amans filium, ita omnibus charitate annexus, pandebat unicuique eorum

^a Coluntur S. Ildefonsus 23 Jan. et S. Braulius seu Braulio 18 Martii : ad quorum Vitas hæc latius indicantur.

benevolentiae sinum. Sicut gallina congregat pullos suos sub alis, ita protegebat eos a facie malorum: ne adversis pulsus incursum vel egestatis pressis angustiis, paterno sublato praesidio, extra quam norma poscit, affligerentur. Sicut aquila provocat ad volandum pullos suos, ita ad caelestia desideria piis monitis animabat; ipse prius caelestibus operibus inhærendo super eos volitans, illius sanctissimi apostoli Pauli exemplar secutus, ne forte, cum sine exaggeratione operum aliis praedicaret, iudicio deprehensus evangelico, dicens et non faciens, reprobis efficeretur. Quis namque sanctarum congregationum frater, molestia animi vel corporis pressus, infirmabatur, ipso non ad sanitatis remedia succurrente? Quis inimici tentationibus scandalizatus urbatur, illo non studio pastoralis aquam sanctae praedicationis desuper effundente? Porabat onera subditorum, dignum ducens ipse solus in sollicitudinibus saeculi tribulari, ut sancti viri perturbatione submota, habentes victum et vestitum, soli Deo studerent placere; credens se eorum intercessionibus, si quid ei deerat, promereri. Quamvis, etiam suae et aliorum consulendo salutem, mulierum pro posse vitaret praesentiam, quascunque tamen moniales vel religiosas in Dei laudibus cerneret permanentes, mira venerabatur affectione; et ne temporalium spiritualiumve sibi deesset copia, assiduis largitionibus providebat. Per Hispaniae igitur regionem plurima nec non et pulchra aedificavit monasteria: in quibus utriusque sexus religiosorum turmas, ad laudem et gloriam divini nominis congregavit. Tradidit etiam eis regulam, quam ipse secundum apostolorum instituta ediderat, quam pro loci varietate et Dei servorum viribus decentissime temperavit, docens unumquemque stare in gradu et gratia qua vocatus est; et in officio quo in saeculo fungebatur (dum modo sit honestum), in monasterio quoque, secundum praepositi sui imperium, si necesse fuerit, humiliter deservire.

18. Inde non contentus (prodesse) uni soli provinciae, qui omnium fidelium utilitati se natum credebat; per civitates et regiones egressus, in sacris tubis novi et veteris Testamenti clangendo, ad caelestia desideria animabat electos; vel contra mundi rectores tenebrarum harum, ad spiritalia (bella) hortabatur. Ubique tuba personat Evangelii, ubique annuntiatur Christus, ubique sanctae Trinitatis laudes resonant, et non est qui se abscondat a calore ejus; quoniam in omnem terram confessoris sonus exivit. Nam quos praesentia sui corporis illustrare non valebat, missis epistolis et nuntiis roborabat. Quidquid indecorum, quidquid incompositum, quid-

^a *Regula S. Isidori* exstat inter opera ejus, et scorsim parte II Codicis Regularum a Luca Holstenio editi. Citant eum Benedictus Anianensis abbas, in *Concordia Regularum et Smaragdus monachus*, in commentario ad *Regulam S. Benedicti*.

^b *Marca*, seu *marcha* pro limite provinciae, aut integra limitanea provincia, accipitur passim in actis sanctorum. Consule dicta 6 Februar. ad *Vitam metricam S. Amandi* per Milonem c. 2, litt. 6.

^c Fuisse anno 604 Romae duo concilia habita tradit

A quid deforme, sed maxime legi Dei contrarium habuisset obvium, non parcebat oculus ejus; et ne crescendo augmentaretur sollicitus, quam celerrime principiis obsistendo, delere de populo Christiano et exstirpare nitentur. Sed et Apostolicas sanctiones atque decreta sanctorum patrum, sanctaeque Romanae Ecclesiae praecipue institutiones, in cunctis Hispaniarum ecclesiis instituebat. Tradebat caelestia et humana jam strenuus legislator; leges dabat, modestiae et honestati convenientes, praebens se ignem urentem, in consumendo nemora criminum; et aquam frigidissimam, in frigidando ardore tentationum. Denique quae civitas, quae solitudo, quae ^b marka, quae hujus doctoris non senserit beneficia? Peragrans itaque Dei servus, fidelium mentes verbi Dei pabulo

B reficiendo, pauperes Christi in elemosynis recreando, haereticorum dogmata sollicitè persequendo, in universis Hispaniarum provinciis; ad inclytam pervenit urbem Romanam, summo pontifice id humiliter postulante; qui quanto honore et reverentia a romano antistite et cardinalibus fuerit receptus, non es in nostrae disserere valetudinis; sed ex officiis et dilectionis obtemperantiis erga cum exhibitis per facile lector conjicere potest. Onere namque totius Ecclesiae sibi imposito, omnes se ei quasi patri pio, salva apostolica excellentia, offerbant benigne, ut etiam, si liberet, genere nobilissimi, moribus famosi, dignitate praecipui, famulorum vicces supplerent, et humilitate quae poterant ministrarent: dignum ducentes prudentissimi viri, ut quia pro fide catholica

C et Ecclesiae Romanae honore ipsum, despectis tormentis principum, morti exposuerat, et multis scripturarum sententiis matrem Ecclesiarum omnium comprobaverat; ab eisdem Romanis condigno veneraretur honore: placuit etiam cunctis ut ecclesiae praelati ad sanctam ^c synodum convenirent, ut si quid inhonestum reperiretur aut ambiguum, cum eodem sanctissimo corrigeretur Isidoro: quem summo desiderio in Romana curia ad sui decorem detinuissent, nisi in Ecclesiae detrimento, ipso insinuante, hoc cessurum agnoscerent. Dimissa itaque synodo, quidquid voluit in romana curia ordinavit, et omnibus affectis mœrore dimissis, cum maximo honore et apostolicis muneribus in Hispaniam regressus est. Experti siquidem erant eum inter caeteras

D virtutes prophetiae spiritu clarescere, et ita multa de futuris, tanquam essent historialiter acta, magis evangelizare quam praedicere videbatur. Revertente autem eo factum est gaudium magnum et tripudium in ecclesia Hispaniarum.

19. Cum autem sanctus doctor ad Galliarum fines

in synopsi sua Conciliorum Labbaeus, quorum aliud pro monachis constitutum edidit, aliud adversus Andream Graecum, sub monachali habitu impostorem. Quidam aliqua similis synodus praesente sancto Isidoro habita fuerit? Ejus mentio fit in breviariis Hispanicis. At publicum aut solemne illud concilium non fuisse, arbitramur, cum Ambrosio Morales, lib. XII, cap. 21; Mariana lib. VI, c. 7; Padillat, cent. VII, c. 22, et aliis.

appropinquaret, mire magnificavit Dominus agere cum sancto suo. Cum enim Galliarum et Hispaniarum provinciæ siccitate aeris nimia laborarent, et ex pluviae defectu fruges, arbores atque herbæ arescerent, et homines ex ipsa intemperie gravem corporis sustinerent molestiam; sancti antistitis audientes adventum, læti et alacres, de solita Domini pietate confisi, qui in servo suo semper operabatur insignia, cum crucibus et lampadibus de singulis civitatibus ei obviam procedebant, postulantes ut pro eis ad Dominum preces fundere dignaretur. Narbonenses vero, prope eo veniente, clamabant dicentes : O pie Hispaniarum doctor Isidore, tuis sanctis orationibus fuis ad Dominum, ab imminentibus periculis erue nos : advenisti desideratus, per te ubique a Domino solita præsentur beneficia. Beatissimus vero doctor, ut erat compassione promptus, imperat silentium; et verbi Dei cibaria esurientibus apponit populis, admonens eos, ut una secum Domini invocantes misericordiam, sanctæ Trinitatis fide præambula et omni hæsitatione postposita, filii Dei poscerent beneficia. Inde vir sanctus, elevans manus ad cælum, Dominum precabatur, quatenus ad gloriam sancti sui nominis, populo suorum peccatorum remissionem, corporis sanitatem, aeris temperiem, pluviarum largitionem, atque fructuum abundantiam dignaretur impertiri oplatam. O mira virtus orationis sanctorum! Cum enim aeris serenitas nimia esset et solis ardore æstuarent universa, post tonitruorum repentinos mugitus ac fulguris contiguos ictus tanta subsecuta est aquarum inundantia, ut quis non vidit temporibus retro actis hujus pluviae comparationem. Beatus vero confessor, ictibus fulguris undique agitato, totus ardere videbatur. At omnes timore mortis exterriti, sancto relicto, ad ecclesias confugerunt. Qui autem ægroti humeris bajulantium subsidia beati patris expetentes advenerant, suæ immemores imbecillitatis etiam cæteros fugiendo præcurrebant cum merito : omnes enim B. Isidori obtentu pristinae erant redditus sospitati. Cæteri vero, in infirmorum sanitate perpendentes a Deo factum miraculum, animati viribus ad sanctum accedere cupiebant; sed nullus erat, qui præ foribus auderet progredi, coruscatione simul et pluviarum inundantia prohibente. Supersedens itaque Christi præco usque quo imbres cessarent, concurrat ad eum universa multitudo, laudantes in sancto mirabilia nostri Salvatoris. Beatus vero pontifex eos blande exhortatur, dicens : Ecce, fratres, quantum obtinet sanctissimæ Trinitatis fides intemerata. In nomine individuae Trinitatis petistis a tribus vel pluribus erui periculis, et tria vobis a Domino et etiam plura sunt collata benefi-

^a Sequebantur nonnulla inserta de Mahometis prædicatione in Hispania, et quomodo a diabolo monitus sit recedere in Africam propter adventum S. Isidori : quæ falsa et adscititia censet Nicolaus Antonius. Disputat de iis Tamajus, qui *opinionem unam et sine apice veritatis adstructam clamitat cum Morales, Padilla, Mariana et aliis*. Quare nos ea ex hac Vitâ eliminamus, maxime quia compendium hic re-

cia; scilicet sanitas corporis, aeris temperies, et exuberans frugum ac fructuum abundantia : præterea, quod sanctius ac carius amplectendum, si illibatam fidem servabitis, peccatorum indulgentiam consequimini et bravium remunerationis æternæ. Nunc igitur, confirmate corda vestra in charitate Christi Filii Dei, et nullatenus circumveniimini a seductoribus, qui circueverunt mare et aridam ut faciant unum proselytum, æternis flammis horribiliter concremandum. Lupi sunt infausta edacitate voracissimi, qui non veniunt nisi ut mactent et perdant, exterminantes facies suas, ut appareant jejunantes hominibus, et per hoc facilior ejus decipiendi aditus reperiat. Hæc et his consimilia perorans sanctus venit ad hospitium, ut defessa membra refoveret. **B** Populus interim per vicos et plateas Dei nostri magnalia collaudante, maledicentes, detestantes eos, qui Dei et virginis Filium Dominum nostrum Jesum Christum, vel sola cogitatione Deum esse verum, cum Patre et Spiritu sancto permanentem in æternum, negarent ^a.

20. Cum appropinquasset almus doctor ad Hispanensem civitatem, obviam ei processit utriusque sexus populorum multitudo, clericorum, scholarium, monachorum et laicorum : qui in hymnis et laudibus, in voce jubilationis et tripudii, eum susceperunt cum gaudio magno. Concurrentibus itaque omnibus, ut sancti Patris tangerent fimbrias, ex compressione turbarum, quædam mulier prægnans præfocata spiritum exhalavit. Quod Sanctus cernens, ut erat misericordiæ visceribus affluens, ubertim flevit, verba orationis ad Dominum tacitus fundens. Post aliquantulum vero spatium mulier surrexit, voce magna dicens : Benedictus tu, pater sancte Isidore, et benedictus sermo oris tui : sacris namque orationibus tuis ego, et quem gesto in utero, non solum præsentis vitæ redditi, verum etiam de manu sumus eruti inimici. **C** Populus ad mulierem conversus, seiscitabantur qualiter evenisset ei. Ad quos illa : Egremente, inquit, anima mea et filii mei, qui in utero est, de corpore, caterva dæmonum affuit, qui nexibus igneis nos ad pœnarum loca rapere parabant; et gloriosissimo patre nostro pro nobis orante, audita est vox dicens : Revertantur animæ horum in corpore suo, quoniam amicus Dei Isidorus orat pro illis. Quo audito, unus angelorum sanctorum qui semper sunt cum beatissimo doctore Isidoro, nos ad corpus reduxit. Elevans itaque omnis populus vocem in cælum, laudes clarior Altissimo personando, eum in urbem dixerunt. Tantam siquidem pacem per eum Dominus contulit Ecclesiæ, atque tantum intulit terrorem universis superstitionis filiis, ut funditus ab Hispaniis omni extir-

latorum legi potest apud Lucam Tudensem lib. III Chronici sub Sisebuto rege et æra 674; item apud Maximum, in Chronico, ad annum 606; Luitprandum, ad annum 607; et similes auctores nuper excogitatos, quasi exinde Hispaniæ accederet aliqua gloria. Quidni tamen Mahometicæ pravitate seminator aliquis, tempore Isidori ex Africa in Hispaniam trajecerit, matureque detectus, coactus sit sibi fuga consulere.

pata hæretica pravitate, nullus reperiretur qui vellet vel auderet hæresim nominare. Et ne aliquod misericordiæ opus vir sanctissimus inexpertum præmitteret, si qua de puellis sæcularibus præinopia infamem cogere ducere vitam, Dei minister celerime præveniando, miserabilia rescindebat vota, nuptui vel monasterio, pro ejus electione, tradendo. Si quem etiam de laicis in lege Domini voluntarium reperisset, nimia venerabatur dilectione, et inter suos secretarios amicabiliter annotabat. Innumerabiles fere squalore carceris maceratos vel etiam captivos, large datis muneribus, liberavit; et alieno ære illaqueatos, creditoribus data pecunia, utrosque gaudentes effecit. Reformandæ etiam pacis inter discordantes erat illi maxima cura; et nunc ecclesias construendo, nunc monasteria restaurando, nunc pontes innovando, veritatis operarius sollicitus permanebat; illud Salomonicum sæpius suis proponendo, multa mala docuit otiositas. Tanta erga eum reges et principes vincti tenebantur dilectione, propter apostolicam qua fungebatur auctoritatem, ut eum patrem humiliter venerarentur sanctissimum, et quæque ab eo sibi imperata perficerent cum summa devotione. Hinc in principibus florentem obedientiam cerneret monachorum, dum qui regis vel alicujus principis incurrisset offensam, et per alia ei reconciliari nequisset, ad extremum refugium securus accedebat Isidorum. Quis unquam ad eum peccator mœstus, turbulentus, vel desperatione suffossus accessit, et non in verbis gratiæ, quæ meliifluo ejus ore effluebant, statim viribus resumptis, spe veniæ et gratiæ animatus, lætus et hilaris et ex animi contritione justus effectus, gratias agens, repletus bonis discedebat? Quicumque ad eum cujuscunque professionis accedebant, suæ assiduitate visionis et usu locutionis atque exemplo boni operis ab ambitione temporalium quiescebant, et veritatis lumine succensi, in desiderium æternæ lucis inardescabant. Quantæ autem extiterit virtutis et miraculorum vibratione coruscus, si omnes humani corporis artus verterentur in linguam, proloqui non audent. Præterea futurorum providens utilitati, innumerabilibus fere sententiis et verbis præclaros edidit libros, quos enumerare longum est, tamen eos beatus Braulius Cæsaraugustanus episcopus in parte enumerat. Scriptis postquam edidit alphabetum ^a papiæ judicium, alphabetum verballium, alphabetum theologiarum distinctionum, atque alphabetum librorum; oratione finem faciens, orationis scripsit Alphabetum, futuros plangens Gothicæ gentis errores, simul eversionem, in quo quotidie Domino psallebat, quod in hoc opere duximus annotandum.

^a An patriæ? Nicolaus Antonius annotat mendum hoc emendari non posse, quod indicati alphabeti nullus meminerit.

^b Est ea *synodus Hispalensis* II apud Loyasam, habita anno regni 81, Sisebuti 9, Christi 619 aut se-

CAPUT VI.

Alphabetum Orationis ad tentamenta repellenda Adversarii et Dei gratiam promereudam.

Audi, Christe, etc. (*Vide infra inter Opera sancti Patris.*)

CAPUT VII.

Epistolæ ad varios.

Præterea epistolam quam ad S. Masonum Emeritensem archipræsulem de reparatione prælatorum post carnis lapsum, S. Masono cum instantia humili postulante scripsit in hoc opere ampliamus; eo quod sit perutilis, non solum episcopis et personis ecclesiasticis, verum etiam cunctis ad Deum per pœnitentiam redeuntibus.

§ 1. *Ad sanctum Masonum Emeritensem archiepiscopum.* (*Vide infra ad epistolas S. Patris.*)

Plures etiam multarum quæstionibus promulgavit epistolas, quas si non ad plenum, tamen ex parte duximus adnotandas, ut Sancti virtus et potestas in eis innotescat mundo et Christi fideles erudiantur.

§ 2. *Ad Braulium discipulum suum.* (*Vide infra ad epistolas S. Patris.*)

§ 3. *Braulius Cæsaraugustanus episcopus ad Isidorum.* (*Ibid.*)

§ 4. *Ad sanctum Braulium.* (*Ibid.*)

§ 5. *Ad sanctum Eugentium Toletanum archiepiscopum.* (*Ibid.*)

§ 6. *Ad Leodefredum Cordubensem antistitem.* (*Ibid.*)

CAPUT VIII.

Synodus Hispalensis. Hæreticus conversus, cæcus illuminatus. — Epistolæ ad varios.

27. Hæc de innumerabilibus fere sufficiat ad præsens: si enim cuncta quæ occurrunt de eo præstringere voluerimus scriptis, tempus nos facilius quam copia deseret. In his namque sanctis operibus omne vitæ suæ tempus exercitatus, fama scientiæ et virtutum ejus universas regiones complevit. Multi itaque nobiles et peritissimi, desideratum cupientes videre Isidorum, alterius audire sapientiam Salomonis a finibus terræ veniebant. Veniebant alii ut doctrinam ab eo salutarem perciperent; alii vero ut viderent mirabilia in nomine Domini facientem: veniebant infirmi ut sanarentur a languoribus suis, quia virtus Dei de illo exibat et sanabat omnes, alii autem tentantes accedebant erronei, de seipsis præsumentes, si forte possent eum capere in sermone. Quorum pravæ æmulationis tempore quo ad ^b synodum Hispalim conveniebant episcopi, advenit ^c Gregorius, re suo contrarius ^d nomini, hæresis Acephalorum antistes, verbis garrulus, lingua disertus; paralogicis syllogismis promptissimus, in disputationibus acutissimus, qui, quasi fluvius rapidissimus, multos sibi obsistentes fidelium, qui electi videbantur, ab sanctæ ecclesiæ horto evellebat, et in mortis exitium secum infallibiliter pertrahebat. Negabat enim in Christo

quente, cui profuit ipse S. Isidorus metropolitanus, interfuere septem episcopi suffraganei ejus.

^c *Gregorius Syrus* natione et ipse episcopus, cujus factoria historia exstat in dicta synodo can. 12.

^d *Gregorius Græce vigilem* aut *vigilantem* significat.

duas esse substantias, et non verum Deum ex Deo Patre ante tempora permanentem, sed purum tantum hominem asserebat. Hic ad B. Isidorum cum venisset, petebat ut in communi audientia sibi cum eo inire disputationis certamen audendi tribueretur facultas; sperans se, etsi eum non superare, tamen nec ab illo superari ullatenus posse; et hoc deveniret in multorum eversionem, si ita succederet, sicut hæreticus prænotaverat. Beatus autem confessor, prævidens hoc ad utilitatem catholicæ Ecclesiæ a Domino dispensari, ejus petitionibus benigne annuens, statuit diem. Convocat fideles, iudices eliguntur, qui partibus auditis, contra succumbentem dignam pro obtinente ferrent sententiam. Quid plura? Initur certamen, et diversarum Scripturarum concurrentibus testimoniis, cedit hæreticus episcopo, quia non poterat resistere sapientiæ et Spiritui, qui loquebatur. Admirans ergo super doctrina domini, non expectat ut sententia iudicium proferatur, ipse proprio ore se acclamans victum.

28. Populis vero cum episcopis et clero pia devotione Deum laudantibus, eo quod prostratus sit Christianorum prædo, qui seducebat illos die ac nocte, cæcus quidam astitit, importunis vocibus conquerendo: Heu, inquit, alme doctor Isidore, diu est quod de tua sanctitate percepi famam; sed nunc assistens, bonitate tua privatus, te videre non mereor. Intuitus autem cum Gregorius, B. Isidorum dissimulantem precabatur ut pontificalem chirothecam, quam manu tenebat, sibi porrigeret. Qua impetrata, in conspectu omnium fidus surrexit; et cæci oculos ea tangens, clara voce dixit, Dominus Jesus Christus, qui per B. Isidorum oculos mei cordis illuminavit, sanctis ejus meritis oculos corporis tui ad confirmationem fidei dignetur illuminare. Quo dicto, de palpebris cæci sanguine erumpente, visum recepit, vociferantibus in laudis júbilo exinde populis. Beatus antistes, vix silentio impetrato, docuit Christum Jesum verum Deum et verum hominem esse colendum, atque in una ejusdem persona duas esse substantias, divinam scilicet et humanam: divinam, quia Deo Patri semper manet coæternum; humanam, quia ex intemerata matre virgine cœpit esse hodiernus.

§ 1. *Epistola beati Isidori ad Braulionem.* (Vide infra ad Epistolas S. Patris.)

§ 2. *Alia epistola ad eundem.* (Vide ibid.)

§ 3. *Epistola Braulionis ad S. Isidorum.* (Vide ibid.)

§ 4. *Responsum S. Isidori.* (Vide ibid.)

CAPUT IX.

Synodus Toleti habita. — Præclara in morbo præparatio ad felicem obitum.

32. Cum igitur gloriosus doctor Isidorus diversis coruscaret miraculorum signis, et fama sanctitatis ejus per universum fere orbem diffunderetur, pro-

^a *Hæc est quarta synodus, sub Sisenando rege celebrata, sub quo et ipse diem suum obiit Isidorus, ut Ildephonsus innuit. Sed nihil eorum quæ postea huic synodo tribuuntur, diserta scilicet fidei confessio in ea, nisi aliis verbis legitur. Quare auctoris licentia hæc fuerit non laudanda, suo potius quam synodi*

Aphetiæ spiritu, quo clarissimus refulgebat, obitus sui diem longe ante discipulis præsignavit. Attollitur clamor scholarium, monachorum luctus substruitur, monialium singultus erumpit, atque populi gaudium convertitur in mœrorem. Beatus autem confessor eandem, quam semper habuerat, de Ecclesiæ Dei grege sollicitudinem gerens, jussit omnes Hispaniæ episcopos, et abbates, et principes, ad Toletanum synodum convocari; exoptans summo opere, quatenus antequam migraret de corpore, clericalem ordinem in fraterna concordia, laicalem vero in perpetua dimitteret pace. Ad quam ^a synodum cum ventum fuisset, in primis ut in fide sanctæ Trinitatis permanent exhortabatur, hanc de unitatis essentia ac personarum varietate proponens distinctionem, unum scilicet essentia et natura, indivisibilem, verum Deum, de quo Moyses dicit: audi, Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est: qui nequaquam vel cogitatione a fidelibus est dividendus ut non in labyrintho erroris volvantur: qui ubique totus et integer est, per essentiam sive per præsentiam majestatis, quod idem est; intra omnia, sed non inclusus; extra omnia, sed non exclusus; nec localiter tamen: qui cum sit simplicissimus secundum majestatis divinitatem, est tamen trinus secundum personarum distinctionem; Pater ingenitus, semper omnipotens; Filius unigenitus de Patre, semper inseparabiliter natus; amborum autem Spiritus, inseparabiliter a Patre Filioque semper procedens; unde et unum sunt. Præterea in una Christi persona duas profiteamur nativitates atque naturas; unam scilicet sempiternam ex Patre, secundum quam Deo Patri æqualis manens, est immortalis et impassibilis, alteram vero temporalem ex matre, cum anima assumptam, secundum quam pro nobis pati atque mori dignatus est; unde verus Deus et verus homo in una persona est. Quid autem sit gignere, nasci vel procedere, hoc si non capimus sinu mentis, capiamus sinu fidei et salvi erimus. Omnes nefarias hæreses, non minus quam suum præcipitium exhortans, enervavit et anathematizavit, maxime execrabilem et odibilem Arii sectam, necnon et Acephalitarum nefariam superstitionem: quas ipse a tota Hispania et Galliis vehementi invigilatione, fratris sui prædecessorisque Leandri, sanctitate et doctrina perspicui, fulciete studio, gladii verbi Dei persequendo eliminavit, confudit ac penitus enervavit. Romano etiam pontifici, loco beati Petri apostoli substituto, eo quod sit Ecclesiæ Dei caput in his quæ ad Deum pertinent, a fidelibus omnibus debere obedire, clarissimis sanctarum Scripturarum testimoniis approbavit: quibus etiam contestando prohibuit, ne unquam membra a suo capite sejungerentur; volentibus præsumere, maledictum intentans. Regibus et principibus leges instituit; Ecclesiæ Christi sacerdoti-
sermone pronuntiare maluisse. Ita Nicolaus Antonius: sed in Toletana synodo strictius dicta, latius explicantur in synodo Hispalensi II, can. 43.

^b Idem observat nihil tradi de Romano pontifice in dicta synodo Toletana IV.

bus catholicam fidei regulam tradidit; ^a officia et gradus cunctorum ordinum exposuit, sacrorum jura ostendit civibus, et cunctis domesticis fidei populis disciplinam Christianæ religionis insinuavit. Ad ultimum vero, cum omnia hæc essent ab universis approbata, alter Moyses atque nostris temporibus legislator, ore prophetico prosecutus est dicens: Cum in his traditionibus permanseritis puro corde, in præsentem vitam pace fruamini et bonis, et in æternæ gloria congratulabimini laude perpetua; cum autem hæc præcepta dereliqueritis, apprehendent vos mala, et cadet gens Gothorum fame et gladio inimicorum et peste. Cum autem conversi ad Dominum Deum vestrum fueritis perquirentes ea, possidebit semen vestrum portas inimicorum suorum et erit vobis gloria major quam fuerit unquam. Post hæc accepta benedictione valescentes Sancto, omnes ad propria sunt reversi.

33. Beatus autem Isidorus primas, per aliquot dies Toleti moram faciens, verbo sanctæ prædicationis infatigabilis persistebat. Et licet plura monasteria servis Dei construeret miro opere, dum esset Toleti, parvissima erat cella contentus. Inde regressus Hispalim, cum ^b fatigatum corpus ægritudine assidua animæ natura subtiliter provideret * (licet in multorum admirationem larga elemosynarum distributione semper fuerit usus), tanta elemosyna continuis diebus, per sex menses seu amplius, plusquam erat solitus, monachis, scholaribus et pauperibus ab eo est erogata, ut ab oriente sole usque ad vesperum in distribuendo pauperibus substantiam multam, maneret occupatus. Post hæc infirmitate ægritudinis fessus, dum febris in corpore convalesceret et cibum ejiceret debilitatus stomachus (ut suis exemplum relinqueret pœnitendi), ad pœnitentiam convaluit (ut quod suis semper docuerat verbis, opere quoque, palam cunctis expleret, et cum Apostolo diceret, Imitatores mei estote sicut et ego Christi. Convocato itaque clero et omni populo, fecit se a discipulis suis ad ecclesiam lecto deferri); atque reverendæ vitæ sanctum Joannem episcopum, et præclarum virum Epartium antistitem beatissimum (quos sibi vitæ sanctitas vinculo amicitiarum annexerat) jussit statim ut essent præsentés. Et dum a cellula sua ad ecclesiam sancti Vincentii martyris adduceretur, cuncta agmina clericorum (scholarium,

A monachorum, sanctimonialium, quorum sanctus confessor doctor exstiterat et sustentator) cunctarumque illius civitatis plebium, cum clamoribus et magno ululatu, eum susceperunt (rumpentes capillos capitibus, barbas, facies et vestes scindentes); ut si ferreum possideret quispiam pectus, solveretur mox in lacrymas et lamentum totus.

34. Et dum in prædicti martyris ecclesia juxta altaris cancellum, in medio poneretur choro, mulierum turbas longius stare præcepit; ut in accipiendo ipse pœnitentiam, virorum tantum, non mulierum, circa eum præsentia cerneretur. Et dum a prædictis suis episcopis qui cum cæteris; qui ad hoc triste, licet sanctum, convenerant spectaculum, insolabilibus resolvebantur lamentis, in cinere ^d involveretur et cilicio, expandens manus suas ad cœlum, ita exorsus est dicens (Tu Deus, qui nosti corda hominum, et publicano longe posito, dum pectus percuteret, dimittere peccata dignatus es, et Abrahamæ patriarchæ sinu recipere voluisti, suscipe hanc confessionem meam; et peccata, quæ innumerabiliter contraxi, ab oculis differ tuis. Non reminiscaris mala, et juventutis delicta ne memineris): Tu, Domine, non posuisti pœnitentiam justis, qui non peccaverunt tibi; sed mihi peccatori, qui peccavi super numerum arenæ maris. Non inveniatur in me hostis antiquus quod puniat. Tu scis quia, postquam infelix ad onus istud potius quam ad honorem in hanc sanctam Ecclesiam indigne perveni, peccare nunquam finivi; sed ut prave agerem laboravi. Sed quia tu dixisti: In quacunque hora peccator se a viis suis converterit, omnes iniquitates suas traderes oblivioni; hujus præcepti memor tui, elamo, utique cum spe et fiducia, ad te, cujus cœlum non sum dignus aspicere præmultitudine peccatorum quæ conversantur in me. Adesto et suscipe orationem meam, et mihi peccatori veniam postulatam. Quod si cœli non sunt mundi in conspectu tuo, quanto magis ego homo, qui bibi iniquitates quasi aquas, et sumpsi claustra ^e peccati. His consummatis vivificum corporis et sanguinis Domini sacrificium, cum profundo gemitu cordis indignum se judicans, ab ipsis suscepit pontificibus.

35. Deinde eorundem episcoporum et quicumque de clero erant, cunctarumque plebium (per omnia nobis, præbens humilitatis exemplum) veniam precabatur, dicens: Deprecor vos, sanctissimi domini mei

gatum corpus, etc.

^c Parenthesi inclusa sunt addita, ut hinc inde nonnulla alia. Quæ () inclusimus, velut ab auctore Vitæ originariam relationem interpolante inserta.

^d In editis, ab uno cilicium, ab altero super se mitti exposceret cineres. Fuerunt autem hi duo episcopi, Joannes Ilipæ, quæ hodie Penna-flor; et Epartius Italiæ, vulgo Sevilla la Vieja; ambo concilio Toletano IV subscripti; et post metropolitam Hispalensem primi, secundum ordinem sedium, apud Carolum a S. Martino in Geographia sacra enumeratarum.

^e Idem, ut colostrum peccatum: quod magis probarim? est enim colostrum flos primi lactis: et sic continuata metaphora jungitur priori non absinili, qua se dicit Sanctus quasi aquas bibisse iniquitatem.

^a Quædam de his habentur can. 39 et 40.

^b Hinc transcribitur Redempti clerici (quem archidiaconum appellat S. Isidorus in epistola ipsi inscripta) de obitu S. Isidori relatio eum hoc exordio hic omisso: *Visum est mihi ut tuæ sanctitatis brevi exponerem, quomodo bonæ recordationis dominus meus Isidorus, Hispalensis Ecclesiæ metropolitanus episcopus, pœnitentiam accepit, suamque confessionem erga Deum vel homines habuerit; vel quomodo de hoc sæculo ad cœlum migravit, fidelis prænotationis meæ stylo tuæ dilectioni notescerem. Quæ res me primum compulsi pro hac sollicitudine, quam ex amore in eum offertis, vestræ charitati gratias agere: deinde quia vera suppressere nequeo, et quod de eo pauca de multis colligere potuit, teorante dicere cogor. Dum finem suum, nescio qua sorte jam prospiceret, et fati-*

sacerdotes, sanctamque eongregationem clericorum et populi, ut pro me infelice et pleno sorde peccati, vestra ad Dominum dirigatur oratio; ut qui meritis non sum dignus, merear, vestro saltem intercessu, obtinere, impetrata clementia, meorum veniam delictorum. Dimitte mihi indigno quod in unumquemque vestrum commisi, si quem contempsi odio, si quem læsi irascendo. ^a (Vides virtutum exemplar, a quo omnium paterna sollicitudine necessitas dependebat, dum magistrum sic conspicis a sibi subjectis veniam postulare: quia hoc gratiosius est simpliciori amore, quibus prodest offensos aliqua timere occasione. Imitari labora pro viribus ad tanti doctoris humilitatem sectandum: est enim summa humilitatis species subijcere se minori; et castus Dei timor sive sanetus, qui permanet in sæculum sæculi, est, se non elato corde præferre alicui. Deinde beatus confessor subiecit:) Dimittite, obsecro, nunc saltem, domini mei, mihi instanter petenti, imo et si quid deliqui, pœnitenti. Et dum omnes voce magna pro eo indulgentiam eum lacrymis postulassent (licet ab aliquibus objiceretur quod ille qui sanetitatis fulgebat culmine, non peccatorum precibus, sed e converso illi ejus juvarentur obtentu, qui mentis et corporis integritate ab ineunte ætate se Domino consecerat. Dumque universi singulares viri virtutes narrant, circumstantes admonuit iterum, dicens: Sanctissimi domini episcopi et omnes qui adsunt, rogo et obsecro, ut charitatem invicem vobis exhibeatis, non reddentes malum pro malo, nec velitis esse susurrone in populo; ut dilectionis vineulo connexi, non reperiat a vobis lupus rapax relictum quem auferat. Dum igitur unicuique debitorum vineula vel ehirographa condonasset (quæ fere innumerabilia videbantur, quod etiam ad eximiam bonitatis ejus exerevit indicium, cœpit, resumptis divina virtute viribus, tam profusis cœlestis pabuli insistere dapibus, tam copiosa divini mysterii populis apponere fereula, atque diem qua ad vitam nasceretur, qua eum Apostolo euepiebat dissolvi et esse eum Christo, cunctis lætus insinuare, ut indubitanter asseras eum spiritu æternis semper interfuisse convivis: atque, quamvis gravi correptus morbo, sed quo magis infirmatus fortior et potens, verbo exemploque prædicare, tam constanter, tam prudenter, tam affluenter, ut ad cœlestia festinans ipse, assistentes quoque festinare compellebat. His itaque gestis), residuam egenis et pauperibus mox dari jussit pecuniam. (Sed etiam hoc quam præcipue laudis illius elarificat titulum, quod dominicæ pacis præcoatorque, ab omnibus studuit osculari, et pacem (accipere) quam ore prædicabat et

^a Hæc animadversio non habetur apud Redemptum, sicut etiam infra alia quædam puneta, quæ verosimiliter adjecta sunt ab auctore nostro, multa amplificatione ubique uso; nisi dicere quis malit ipsum Redemptum, abbreviatum duntaxat, a nobis haberi.

^b Brevius apud Redemptum: *Interea se ab omnibus osculari studuit, dicens.*

^c Additur apud Redemptum: *Et post diem confessionis vel pœnitentiæ quartum, pastorem jugiter*

moribus; dum eandem osculo dato singulis circumstantibus imitator auctoris relinquit, dicens:) ^b Si ex toto corde dimiseritis ea quæ in vos adversa vel prava haecenus intuli, dimittit vobis Creator Omnipotens omnia delicta vestra, ita ut sacri fontis unda, quam hodie devotus populus est percepturus, sit vobis in remissionem peccatorum: et hoc osculum inter me et vos maneat in testimonium futurorum. Completis his omnibus, ad cellulam reversus est ^c.

CAPUT X.

Sancti Isidori obitus, sepultura, epitaphium; varia encomia.

36. Aliis etiam continuis tribus diebus, similiter a clero et innumerabili plebium exercitu (qui quotidie numero augebatur, sancti Patris exitum sibi lamentabilem, cœlesti autem curiæ delectabilem, videre cupientes) similiter ad ecclesiam ducebatur, et sanctæ prædicationis verba sitientibus infundebat, et revertentem a nuptiis Dominum gaudens exepere gestiebat, quasi optata obviam Christo et cœlesti curiæ invitanti ad tam celeberrimum epithalamium procedens, episcoporum, clericorum, principum et populorum caterva vallatus. Post diem autem confessionis vel pœnitentiæ quartum, in ecclesia stans, præto sermone ad populum, expandens manus ad cœlum ac benedicens omnibus, Deo sibi haecenus traditum gregem commendans, sanctum Domino tradidit spiritum; nobis sui corporis pretiosissimam margaritam, digna veneratione amplectendam, relinquens. Pontificis autem animam, a corporis theca resolutam, populi ut eernunt, emittunt voces et ululatus ad cœlum, tanti Patris decessum amarissimis singultibus plangentes. Inundat civitas Hispalensis fletibus; episcopi pastorem, principes præceptorem, clericum doctorem, monachi et moniales rectorem et sustentatorem, pauperes patrem et defensorem, vultu lugubri cordis amaritudinem prætententes, insolabiliter plangebant. Non multo post luctus convertitur in gaudium, amaritudo in dulcedinem, vox plangentium in laudem, desperatio in consolationem, eo quod Sanctus non fuerit passus adeo eos diu tristari: nam de corpore ejus tanta effluxit fragrantia, omnium aromatum vineens odorem, ut omnes qui aderant cœlesti viderentur perfrui beatitudine. Diversarum ægritudinum convenerunt infirmi, qui non solum sancti corporis tactu, verum etiam solo odoratu, pristinae redduntur sospitati. Ad tam insignia singularis viri meritorum dona uberius cumulanda, ac cumulatus exaggeranda, quadragenarius accedit annorum numerus, multiplex Sacramento dicatus; quorum in spatio functus ac defunctus, Dei in se ple-

curam et finem suum consummavit in pace, pridie Nonas Aprilis, luna XIX, æra DCLXXIV, hoc est anno Christi 636, quando Pascha agebatur pridie Kalendas Aprilis: adeo ut appareat hanc confessionem factam esse ipso sabbato sancto: quando celebrandus erat solennis catechumencorum baptismus, quod ipsum indicant verba immediate progressa: et sic mortuus fuerit serie 4 Paschalis hebdomadæ.

nissime inhabitante et cooperante gratia evidenter ostenderet, quod perfectionis sibi culmen mystici sacramentum numeri consignaret. Advertat, dilectissimi fratres, eharitatis vestrae intuitus, attendat quantus fuerit in sanctis, quam admirabilis, quam laudabilis, quam magnificus, quamque gloriosus iste Sanctus. Alius namque sanctorum caecos illuminat, alius leprosos mundat, alius mutis organa solvit, alius surdis auditum restituit, alius claudo gressum firmat, alius defunctum cadaver ad vitam revocat, alius a tactu haustuque lethifero conservat illaesos, alius quovis morbo sanat attritos : unicuique enim, sicut ait Apostolus, datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alii quidem per spiritum datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alii gratia sanitatum in uno spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii gratia linguarum, alii interpretatio sermonum : haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus : cujus dono, cujus munere, cujus gratia, cujus largitate, enjus instinctu, cujus inspiratione repletus electus Dei confessor Isidorus his omnibus gratiarum muneribus, his charismatum donis ita refulsit ad plenum, ut cum haec enumerando Apostolus describeret, in Isidorum mentis conspectum direxisse videretur, in quem cunctorum praecedentium dona justorum confluerent, et a quo in sequentes derivata decreverent.

37. Dormivit autem B. Isidorus ^a aera dclx, anno ab incarnatione Domini dcxxii, sana doctrina sanoque consilio praestantior cunctis, et copiosus operibus eharitatis dierum honorum senior : non caligaverunt ejus oculi, et dentes ejus non sunt moti de loco suo. Denique, ut sancti corpus cum honore debito sepeliretur, omnium fuit una voluntas, eadem vota, idemque desiderium. Et quia sanctissimus doctor Leander, antequam migraret ex corpore, fratrem suum hunc beatissimum juxta se sepeliri expetiebat, et gloriosa virgo Florentina, eorum soror, idem de se summo exoptaverat desiderio, sepulcrum sanctissimi corporis Isidori medium honorifice locaverunt, S. Leandri et S. Florentinae sepulcro illud hinc inde jungentes, auroque et argento plurimo caelati operis decorantes. Interea plures fuere divino illuminati dono, qui viderunt Sancti animam in sublime ab angelorum multitudine, in voce laudis et jubilationis, deferri; et Christum Dei Filium, cum innumerabili sanctorum caetera, obviam ei procedentem. Quidam etiam, cujus vitae continentia satis imitabilis videbatur, qui eundem confessorem super omnia diligebat, cum casu emergente, tristitia nimia consolari renuens anxietur, se raptum in exstasi testabatur, atque hunc egregium pastorem inter innocentium turbas, quos Herodes pro Christi nomine trucidavit cum martyrii palma; virginitatis aureola, confessionis corona, primatum tenere se vidisse fatebatur, dicentem sibi,

^a Supra ex Redempto retulimus aera dlxxiv, et annum Christi 636, qui annus mox e regno Cintilani confirmatur.

A Quia paratus sum, omnibus pro me Christi auxilium implorantibus, ferre subsidium. Qua visione laetus semper et hilaris videbatur, sed tamen quodammodo anxius semper, pro patris suspirans praesentia. Sed perfectissimi viri quid miracula notem, quid virtutes magnificem, quid scientiam praedicem, quid doctrinam commendem, quid mores extollam? Nam in apostolico viro, imo post apostolos Christi apostolo, virtutum consonantiam quid quaeras, cum in eo prudentiam Noe, fortitudinem Abrahamae, temperantiam Isaac, justitiam Jacob, patientiam Job evidenti ratione conspicias. Unde in Isidore scientiae laudes eminentiam, cum in eo Moysi et Eliae mireris praesentiam? Quid doctrinae praeferas gratiam, in quo doctoris gentium veritatem exuberare, disciplinam spiritu fervere, zelum, scientiam abundare reperies? Quid morum glorifices claritatem, in quo Stephani tormenta, caeterorumque Christi sequacium cernes principare constantiam?

38. Sed quia in his non est supersedendum ad praesens, ne protracta lectio fastidium generet audienti, ad propositum redeamus. Fuere interea clerici et scholares peritissimi quamplures in versibus et carminibus, agnoscentes doctorem, de accepto ab eo munere pii Patris magnalia extollentes; inter quos honor eleri B. Ildefonsus, archipraesul Toletanus inelytae sanetitatis, qui de pectore magistri doctrinae latices hauserat purissimos, ad magistri decorem in parte Ecclesiae, qua sancti doctores quiescebant, eorum gesta miro facit opere depingi, et in cruce argentea, quae sanctorum superjacebat monumentis, hoc carmen signavit.

b EPITAPHIUM.

Crux haec alma gerit geminorum corpora fratrum,
Leandri, Isidori, pariumque ex ordine vatum.
Tertia Florentina soror, devota perennis,
O quam composita consors! hic digna quiescit:
Isidorus medius disjungit membra duorum.
Hi quales fuerint, libris inquirito, lector:
Cognosces, et eos bene cuncta fuisse locutos,
Spe certos, plenosque fide, super omnia eharos.
Dogmatibus cernas horum erevisse fideles,
Ae reddit Domino quod impia jura tenebeant.
Utque viros credas sublimes vivere semper,
Aspiciens sursum pietos contende videre.

ITEM ALIUD.

D In laudem Ecclesiae, Christo regi gloriae
Concinamus jugiter:
Et virginis unico, carmine Davidico,
Canamus solemniter.
Gloriam Isidori, meritorum memori
Voce sonent cantici:
Crescat laudum cumulus, gratuletur populus,
Et chori angelici:
Nostris in temporibus praefulgens hic moribus,
In verbis Dominiis:

^b Hoc carmen edidit ad 21 Decemb. Tamajus Salar,

Fidus fidem extulit, fide labem expulit
 Erroris hæretici.
 Natus de Carthagine, nihil ab origine
 Puerile sapiens,
 Per fines Hispaniæ fontem sapientiæ fudit,
 Mira faciens.
 Hispali dum præfuit primas, legem docuit,
 Hispanus Hispaniam ;
 In doctrina præmicans, crucifixum prædicans,
 Fugans ^a idolatriam :
 Stemmata prænobilis, perstitit immobilis
 In Dei magnalibus ;
 Affectans cœlestium gaudiorum præmium,
 Spreto temporalibus.
 Per fulgorem operum, exemplar fructiferum
 Sese clero tribuit ;
 Nil a certo varians, totus cœlis inhians,
 Vitia perdomuit ;
 Romanorum dogmata Cosmi hic per climata,
 Reparavit largius ;
 Hesperus Hesperiam, lucifer Ecclesiam
 Decoravit clarius.
 Orthodoxus Arium, dirum adversarium,
 Rationis caleulo
 Confundit hic malleus ; cessit hostis felleus,
 Victus in propatulo.
 Iberi devotio eleri, pleno gaudio,
 Colat patrem patriæ.
 Contemplando dogmata Cosmi laudent climata
 Doctorem Ecclesiæ.
 Decus archipræsulum, sacerdotum speculum,
 Scripsit, docte modulans,
 De fide catholica carmina mirifica,
 Libros libris cumulans.
^b Mahometi cæcitas, perdens gentes perditas,
 Illius miracula
 Nequiens refellere, mœsta fuit cedere,
 Viro sine macula ;
 Ut sincere credidit, sincere sic edidit
 Formam pœnitudinis ;
 In discendis perspicax, in exemplis efficax,
 Doctor multitudinis,
 Quis ad plenum promere pœsset vel præscribere
 De gestorum titulis ?
 Lingua non sufficeret, dextera deficeret,
 In scribendis singulis.
 Exoremus igitur hunc, de cuius creditur
 Sanctitate firmiter ;
 Hostis ab insidiis ut nos et a vitis
 Defendat perenniter.
 O depressor criminum, tua nobis Dominum
 Prece reconcilies :
 In spe nos confoveas, noxia submoveas
 Sordes cunctas expies ;

^a *Idolatriam* pro *idololatria* passim mediæ ævi scriptores habent.

^b Rejecimus supra aliquorum sensum de Mahometis in Hispaniam adventu : quem dum hujus epitaphii auctor recipit ut indubitatum, satis indicat longe juniorem se esse S. Ildefonso, cui primum epitaphium

A Quem tecum excolimus, fratris tui poscimus
 Leandri suffragia,
 Preces nostras audiat, audiens suscipiat,
 Æterna memoria :
 Doctoris Fulgentii, horum fratrum socii,
 Recordari volumus ;
 Quem per vitæ meritum, salutis sollicitum
 Esse nostræ, quæsumus.
 Virginem egregiam Florentinam sociam,
 Cum fratribus petimus,
 Ut adjutrix veniat, et offensas leniat
 In quas nos cecidimus ;
 Et leniri Dominus velit nihilominus,
 Amen clerus concinat.
 Interventu Virginis, labe mundet criminis,
B Quos peccatum inquinat.
 Pro nobis tam celebris Virgo, pulsis tenebris
 Vitiorum, advocet,
 Ut qui regit omnia miranda potentia,
 Nos in cœlis collocet.
 Amen !

40. Obiit beatus professor ^c sub die Nonarum Aprilis, temporibus Christianissimi ^d Cintilani, Hispaniæ regis, et Heraclii ^e imperatoris Romanorum, illius videlicet Heraclii qui crucem Dominicam, quam impius rex Cosdroe asportaverat loco suo, Hierosolymis restituit atque exaltavit. Testamentum nullum concludit ; quia, licet facultatibus abundans in Christo, tamen cum pauper spiritu esset, omnia quæ possidebat, priusquam de mundo migraret, distribuit pauperibus et egenis. Sed hoc quoque veram cunctorum erga patrem notavit dilectionem, quod duas lucernas fere perpetim ardentes et pene incxstinguibiles, quæ ab eodem naturali arte factæ feruntur, unam ad caput et unam ad pedes, in locis abditis posuerunt, unde corpus sanctissimum quasi continuo lumine frueretur.

41. Interca, fratres charissimi, dignum est ut hunc sanctissimum doctorem laudibus et præconiis veneretur omnis Ecclesia ; sed maxime Hispaniarum, quæ specialius præ cæteris saluberrima ejus refulsit doctrina. Quis enim extollat virum in infantia omni laude venerandum, in pueritia omnium veneratione laudandum, in adolescentia tot virtutibus plenum, in juventute tanta bonitate conspicuum, in episcopatu tot miraculis clarissimum, in senectute tam laudabili prædicatione perfunetum, in senio tam imitabili exitu perornatum, atque in fine tam mirifico transitu glorificatum ? Quis hunc non prædicet æterni regis conspectibus acceptissimum, qui vita, et moribus præsulatus officium, virtutibus famam, signis gratiam, profectibus disciplinam, scientiam laudibus, dies incrementis, et finem tanta gloria decoravit ? Nimirum cum adhuc vir beatissimus corporeæ molis tædio gravaretur, et sitiens ad fontem vivum spiritus, nil tribuitur.

^c *Imo pridie Nonarum.*

^d *Cintila*, seu *Cintilanus* regnavit annos tres, menses octo, ab anno 636 usque 640.

^e *Heraclius* imperavit ab anno 610 usque ad annum 641.

in cœlo, nil in terra præter ipsum desideraret; quantus in oculis divinæ majestatis fuerit, quam Deo charus, quam angelis acceptus, quam amabilis hominibus, quam miraculis clarus, quam virtutibus splendidus, quam signis magnificus, quam glorifica laude dignus, quanta meritorum apud Deum largitate munificus, quanta apud homines munerum magnificentia conspicuus, in exanimi corporis rediviva omnibusque stupenda sæculis virtutum gratia orbis expertus est universus. Quantum enim qualemque transeuntium genitrix alitrixque terra, nihil tamen terrenum, nihil caducum sapientem, Isidorum produxerit, fovit, tenuerit, imo ut expressius loquar, mente et operatione jugiter in cœlis inhærentem detinuerit; ipsum testatur cælum, sensit terra, aer exclamat, aquarum probat utilitas, sanitates produunt, dum ad divini nutus imperia Isidori semper placata meritis, et precibus prompta, pie petentium votis et obsequiis favent, et commoditatibus obsequuntur ad eruditionem Ecclesiæ, et laudem Jesu Christi Domini nostri, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT XI.

^a *Abbreviatio Braulii Cæsaraugustani episcopi de vita sancti Isidori, Hispaniarum doctoris.*

42. Isidorus, vir egregius (natione Carthaginensis, a patre Severiano nobilissimo ejusdem patriæ duce genitus), Hispalensis Ecclesiæ archipræsul (Hispaniæ primas, sanctissimis episcopis et confessoribus Leandro et Fulgentio, ac sanctissimæ Florentinæ virgini præpositæ virginum, exstitit germanus) et sancto Leandro successor sanctissimus. Vir iste beatissimus a pueritia studiis litterarum traditus, Latinis, Græcis et Hebraicis litteris instructus, omnium locutionis genere formatus, in trivii eruditione conspicuus, in quadrivii instigatione perfectus, divinis et humanis legibus ad plenum eruditus; suavis cloquio, ingenio præstantissimus, vita quoque atque doctrina fuit clarissimus, et merito a cunctis Hispaniarum doctor nominatus. Sic namque de virtute in virtutem proficiens, refulsit doctor eximius, ut secundum qualitatem sermonis omnibus, videlicet Latinis, Græcis et Hebraicis, sapientibus ac minus intelligentibus, in eruditione existeret aptus atque incomparabili eloquentia strenuus. Nam tantæ jucunditatis affluentem copiam in eloquendo promeruit, ut ubertas admiranda dicendi ex eo in stuporem verteret audientes; quod audita, is qui audisset, non repetita sæpius memoriæ commendaret.

43. Jam vero quantus sapientia fuerit, ex ejus diversis studiis et elaboratis opusculis perfacile prudens

^a Exstat hæc S. Braulionis ante Opera S. Isidori et appellatur *prænotatio librorum* ejus apud Tamajum Salazar ad hunc diem et alios; sed nusquam illis exstat tam laxè deducta quam hic; ut non videatur *abbreviatio* dicenda, sed *paraphrastica elucidatio*; sicut supra etiam in Redempti clerici recensione de obitu Isidori observavimus: et uncis similiter includimus quæ videntur interpolando adjecta. Nam totum hoc principium ita breviter complexus est Braulio: Isidorus egregius, Hispalensis episcopus, Leandri episcopi successor et germanus, floruit a tempore

A intelligere poterit. Denique de his quæ ad nostram notitiam venerunt, ista commemoravi. Edidit libros Differentiarum duos, in quibus subtili discretione, ea quæ confuse usu proferuntur, sensu discrevit; Proœmiorum librum unum, in quo quid quisque liber sanctæ contineat Scripturæ, brevi subnotatione distinxit; de Ortu et Obitu Patrum librum unum in quo gesta, dignitatem quoque et mortem eorum atque sepulturam sententiali brevitate subnotavit; ad germanum suum Fulgentium episcopum, Officiorum libros duos, in quibus origines officiorum, cur unumquodque in Ecclesia Dei agatur, interprete stylo, non sine majorum auctoritate, elicit; Synonymorum libros duos, quibus ad consolationem animæ, et ad spem percipiendæ veniæ, intercedente rationis ordine, exhortationem erexit; de Natura Rerum, ad Sisebutum regem, librum unum, in quo, tam de ecclesiasticorum doctorum, quam etiam de philosophorum indagine, obscura quædam de elementis absolvit; de Numeris librum unum, in quo arithmeticam propter numeros ecclesiasticis in Scripturis insertos, tetigit disciplinam; de Nominibus Legis et Evangeliorum librum unum, in quo ostendit quid memoratæ personæ mysterialiter significant; de Hæreticis et Hæresibus librum unum, in quo majorum secutus exempla, brevitate qua potuit, diffusa collegit; Sententiarum libros tres, quos floribus papæ Gregorii ex libris moralibus decoravit; Chronicorum a principio mundi usque ad tempus suum librum unum, nimia brevitate collegit; contra Judæos, postulante Florentina germana sua præposita virginum, libros duos, in quibus omnia quæ fides catholica credit, ex Legis et Prophetarum testimoniis approbavit; (de ^b Nativitate Christi sempiterna ex Patre et temporali ex matre, ex Isaïæ testimoniis, librum unum; moralium libros, B. Gregorii papæ rogatu, compendiose abbreviavit: Cantica canticorum secunda expositione elucidavit); de Viris Illustribus librum unum. Deinde nos istos suggestimus: Religiosorum Regulæ librum unum, quem pro patriæ usu et regularium viribus decensissime temperavit; de origine Gothorum et regno Suevorum et Vandalorum Historiæ librum unum; Quæstionum libros duos, quos qui legerit veterum tractatum supellectilem recognoscit. (Bibliothecam compilavit. ^c Quartam Psalterii translationem edidit; super libros Moysi, et Psalterium, et quatuor Evangelia Expositionem non minimo insudavit studio; in canonico quoque et civili jure permaxima composuit instrumenta); Etymologiarum etiam codicem nimie magnitudinis, distinctum ab eo titulis, non libris;

Mauritii imperatoris et Recaredi regis: in quo quiddam sibi antiquitas vindicavit, imo nostrum tempus antiquitatis in eo scientiam sibi imaginavit: vir in omni locutionis genere formatus, ut imperito doctoque secundum qualitatem sermonis existeret aptus, congrua vero opportunitate loci incomparabili eloquentia clarus.

^b Hujus opusculi et duorum sequentium non fit mentio in jam citatis editis.

^c Aliquot sequentium non meminerunt libri editi-

quem quia rogatu meo fecit, quamvis imperfectum reliquerit, tamen in viginti libros divisi, quod opus omnimodæ philosophiæ conveniens quisquis crebra visitatione perlegerit, non ignotus divinarum humanarumque rerum merito erit. Ibi recluditur diversarum artium elegantia, et quæcunque fere sciri debent, restricte colliguntur. Sunt et alii sancti viri multi libri et in Ecclesia Dei multo cum ornamento inscripti, quibus eam liquide præmunivit; quem Deus, post tot defectus Hispaniæ novissimis temporibus suscitavit, credo, ^a ad restaurandam antiquorum sapientiam, quæ præ nimia antiquitate fere in humanis mentibus defecerat, ne diutius ignorantia aut rusticitate veterasceret populus Christianus. Temporum igitur series, et sæculi ætates nescienti populo aperuit, sacrorum jura ostendit, sacerdotibus ecclesiastica officia et gradus cunctorum ordinum exposuit, regibus et principibus leges instituit, iudiciis avaritiam interdixit, civibus et cunctis domesticis fidei populis disciplinam Christianæ religionis insinavit, spurcitiam Arianae hæresis a tota Hispania gladiis verbi Dei persequendo eliminavit, malignam Acephalitarum hæresim confudit ac destruxit: Gregorio namque præfate hæresis antistite superato, et sanctorum testimoniis Scripturarumque auctoritate convicto, docuit duas in Christo esse naturas, divinam scilicet et humanam. Ad ultimum vero sedium, locorum, regionum, omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas, et quæque obscura atque ab humanis mentibus fere jam remota, scribendo patefecit. Tanta debriatione scientiarum claruit præditus, ut non solum nostris temporibus, verum etiam a tempore apostolorum velante, primo homine et Salomone exceptis, in scientiarum varietate, ut credimus, nemo exstitit illi primus. Floruit temporibus ^b Recaredi, Luibani, Witterichi, Gundemari, Sisebuti, Suintilliani et Sisinandi regum, quos ipse ab insania Ariana eruit, et in fide catholica confirmavit.

44. Fuit præterea spiritu prophetiæ clarus, in elemosynis largus, hospitalitate præcipuus, corde severus, in sententia verax, in iudicio justus, in prædicatione assiduus, in exhortatione lætus, in Iucrandis Deo animabus studiosus, in expositione Scripturarum cautus, in consilio providus, in habitu humilis, in mensa sobrius, in oratione devotus, honestate præclarus, semper pro Ecclesia ac veritatis defensione mori pronus et omni bonitate conspicuus. Præterea pater exstitit clericorum, doctor et sustentator monachorum ac monialium, consolator mœrentium, tamen pupillorum ac viduarum, levamen oppresso-

^a In editis, *Ad restauranda antiquorum monumenta... quasi quamdam opposuit destinam, id est fulcrum seu columnam, uti ea voce uluntur SS. Augustinus, Fulgentius, Beda cum Arnobio: quæ porro sequuntur, brevis et nervosius sic habentur in editis. Cui non immerito istud philosophicum a nobis aptatur: Nos, inquit, in nostra urbe peregrinantes errantesque tanquam hospites, tui libri domum reducerunt. Tu ætatem patriæ; tu descriptiones temporum; tu sacrorum jura, tu sacerdotum, tu domesticam publicamque disciplinam; tu sedium, regionum, locorum; tu om-*

Arum, defensor civium, attritor superbiorum, persecutor et malleus hæreticorum; et quid plura? Speculum honorum omnium factus est mundo, et ideo jam sine fine regnat cum Christo. Quo vero flumine eloquentiæ et quibus jaculis divinarum Scripturarum seu Patrum testimoniis omnium nefarias hæreses destruxerit et enervaverit, synodalia gesta coram eo Hispali vel Toleti acta declarant: in quibus et Romano pontifici a fidelibus, loco beati Petri apostoli substituto, debere obediri; et uni Deo in trinitate personarum serviri, clarissimis Scripturarum testimoniis approbavit. Obiit temporibus Heraclii imperatoris et Christianissimi Suintilliani Hispaniæ regis, illius videlicet Heraclii qui crucem Dominicam, quam impius rex Cosdroe asportaverat, loco suo Hierosolymis restituit atque exaltavit. Dormivit autem beatus Isidorus cum patribus suis æra 660, sana doctrina sanoque consilio præstantior cunctis, et copiosus operibus charitatis, ac diversis refulgens miraculorum signis; in quo quædam sibi antiquitas vindicavit, imo nostrum tempus antiquitatis in eo scientiam et miracula imaginavit: cui quasi quadam apposita laude non immerito illud philosophicum a nobis aptatur: Nos, inquit, in nostra urbe extraneorum more tanquam hospites, tui libri quasi domum reducerunt, ut possimus aliquando, qui et ubi essemus agnoscere. Tenuit episcopatum quadraginta annis, et sepultus est in senectute bona, angelorum sociatus choris. Afficitur tædio et mœroris inundatione civitas Hispalensis, dum tanto patre orbata in sortem voracissimi deducitur prædonis. Interea, fratres charissimi, dignum est ut hunc sanctissimum confessorum Isidorum omnis laudibus attollat Ecclesia, sed maxime Hispaniarum, quæ præ cæteris specialibus ejus saluberrima refulsit doctrina. Nam sicut Gregorius doctor Romæ successit Petro, ita B. Isidorus in Hispaniarum partibus doctrina Jacobo successit apostolo. Semina namque vitæ æternæ, quæ beatissimus Jacobus seminavit, hic beatissimus Isidorus verbo prædicationis, quasi unus ex quatuor paradisi fluminibus, sufficienter irrigavit, atque universam Hispaniam, tam exemplo boni operis quam fama sanctitatis, velut splendidissimus solis radius illuminavit. Igitur hunc sanctissimum confessorem attentius exoremus, quatenus pro nobis miseris peccatoribus, qui adhuc in periculis hujus vitæ constituti sumus, apud Deum intercessor assistat assiduus, ut qui ejus sacram doctrinam pio amore amplectimur, in præsentibus ab instantibus periculis eruamur, et post hanc vitam ad societatem electorum Dei sacris ejus intercessionibus pervenire mereamur.

nium divinarum humanarumque rerum genera, officia, causas aperuisti. Quo vero flumine eloquentiæ et quot jaculis divinarum Scripturarum seu Patrum testimoniis Acephalitarum hæresim confoderit, synodalia gesta coram eo Hispali acta declarant, in quibus contra Gregorium, præfate hæresis antistitem, eam asseruit veritatem. Obiit temporibus Heraclii imperatoris et Christianissimi Chintilani regis, sana doctrina præstantior cunctis, et copiosior operibus charitatis.

^b Regnarunt hi septem ab anno 536.

NOTITIA HISTORICA IN S. ISIDORUM,

AUCTORE FABRICIO.

(Ex bibliotheca med. et inf. ætatis.)

Isidorus Hispalensis, stirpe Gothica ^a, Severiano patre Carthaginensis provinciæ genitus, vir egregius, et paucis superiorum sæculorum inferior, Hispalensis Ecclesiæ post Leandrum ^b, germanum fratrem, A. C. 600 defunctum episcopus, *in omni locutionum genere formatus, incomparabili eloquio clarus, cujus ubertas admiranda, ut verbis Hildefonsi utar, in stuporem verteret audientes*; grammaticus necessarius iudicio etiam eorum qui illi detrahunt ^c, diem obiit A. 636. De quo ne plura dicam, faciunt quæ copiose de eo Lucas Tudensis aliique apud Mabillonium Sæc. II Benedictin. atque in Actis Sanctorum tom. I April., IV, pag. 327 seq. et 900 seq. De obitu sancti viri Redemptus Clericus in relatione id. pag. 349.

De scriptis Isidori, S. Braulio Augustanus in præfatione ad libros Isidori (quam repetit auctor Vitæ tom. I Act. Sanctor. April., pag. 351, et suæ de iisdem dissertationi integram præmisit Oudinus tom. I, pag. 1583), S. Hildefonsus de Viris Illustribus cap. 9, Sigebertus cap. 55, Honorius III, 40; Anonymus Mellicensis cap. 26; Vincentius Bellov. Speuli Hist. lib. XXIII, 31; Trithemius cap. 232, et e recentioribus præter Labbeum eique laudatum Arnoldum Wionum tom. I Ligni Vitæ pag. 244 seq., aliosque, tum Caveum, Oudinum, consulendus imprimis Nicolaus Antonius tom. I Bibl. veteris Hispaniæ, lib. V, cap. 4, pag. 250 seq. Videor autem mihi actum non acturus, si et ipse scripta ejus breviter retulero.

Editiones Operum Isidori hæcenus exstant quatuor: una Margarini Bignæi, Paris. 1580; altera longe melior, Madritensis, Jo. Griali, 1599; tertia Jacobi Breullii, monachi S. Germani Parisiensis, Ord. Bened., Paris. 1601, in qua præfationes Madritensis editionis omissas ægre ferunt Colomesius et alii. Hæc recusa est Colon. 1617, cujus ordinem sequar in scriptis Isidori recensendis. Novam editionem quam exspectare jussit V. C. Jacobus Hommey, fata ejus præverterunt.

1. *Originum sive Etymologiarum libri XX*, præmissis tribus ad Braulionem episcopum Cæsaraugustanum Isidori epistolis, et duabus Braulionis ad Isidorum, quo defuncto deinde Braulio ultimam manum addidit operi, inque libros digessit utilissimum sane, in quo ex optimis scriptoribus, ecclesiasticis etiam

A non paucis, collegit breviterque exposuit de omni ferme argumento pleraque digna scitu, et multa bonæ notæ vix alibi reperiunda: lib. I, de Grammatica; II, de ^d Rhetorica et Dialectica; III, de quatuor Disciplinis mathematicis; IV, de ^e Medicina; V, de Legibus et temporibus, ubi breve Chronicon cap. ult. desinens in anno decimo Heraclii; VI, de Libris et Officiis Ecclesiasticis; VII, de Deo, Angelis et Fidelium Ordinibus; VIII, de Ecclesia et ^f Sectis diversis; IX, de Linguis, Societatibus et Cognatione; X, Vocabula ordine alphabeti, eorumque Origines; XI, de Homine et Portentis; XII, de Animalibus; XIII, de Mundo et Partibus; XIV, de Terra et Partibus; XV, de Ædificiis et Agris eorumque Mensuris; XVI, de Lapidibus et Metallis; XVII, de Rebus rusticis; XVIII, de Bello et ludis; XIX, de Navibus, Ædificiis, et Vestibus; XX, de Penu, Instrumentis rusticis et domesticis. Subjunguntur etiam, pag. 178, fragmenta tria de Ponderibus, de Mensuris, variisque Vocabulis. In notatione originis vocabulorum non semper rem tangit aen, uti nec Varro apud Latinos, neque apud Græcos Plato, vel Philo apud Judæos: unde acerbior Christoph. Beemanni censura, *nil nisi nugas agere et risum movere*, et Salmasii ad Hist. Augustam pag. 28: *Isidorum more suo ineptum in etymologiis tradendis improbantis*, quem tamen in multis defendendum, alii eruditi docuere. Vide Nic. Anonium tom. I, pag. 251 seq. Prodiit hoc opus Isidori in Italia ^g ex veteri editione sine loco et anno; tum Augustæ Vindel. 1472, per Gintherum Zainer ex Reutlingen, quæ exstat apud Venerandum nostrum Wolfium, et Venet. 1483, et Basil. 1489, Paris. 1509, 1520, nec non Haganoæ, apud Secerium, 1529, et eum Marciano Capella, ex emendatione Bonaventuræ Vuleanii, Basil. 1577, fol.; tum inter Isidori Opera, curante Margarino Bignæo, Paris. 1580, fol., atque ex Dionysii Gothofredi recensione inter scriptores Latinæ linguæ, Genev. 1595, 1602, 1622, 4^o; denique cum notis præclaris Joannis Griali, qui observationibus Alvari Gomezii, Antonii Augustini et Petri Ciacconii usus est, in editione Operum Isidori Madritensi 1599, recusa Paris. 1601, et Col. 1617, fol. Eximii Codices antiqui Msti Lugd. Batavorum inter libros qui fuere Isaaci Vossii.

p. 255.

^f Catalogus hæresium ex Isidoro repetitur a Gratiano parte II Decreti, causa 24, qu. 3, editus etiam ab Hieronymo Gebwiler Argentor. 1523, 4^o, cum S. Augustini de Fide atque operibus et S. Hieronymo contra Helvidium et Vigilantium et et sparatum a J. Quintino, juriseconsulto, Paris. 1560.

^g Vide Gesneri Bibl. p. 568.

^a Voss. de Hist. Lat. p. 263.

^b Blondellus de Episc. p. 73.

^c Vide Thomas Pope Blount Censuram Scriptorum p. 336.

^d Inde Isidorus de Arte Rhetorica, in antiquis rhetoribus Frane. Pithœi p. 356, 358.

^e Symphoriani Camperii commentarium in librum IV Isidori, de Re Medica, memorat Nic. Antonius t. I,

2. *De Differentiis sive Proprietate Verborum*^a liber 1, pag. 179, ex Agrætio^b aliisque antiquis de hoc argumento scriptoribus, de quibus dixi in Bibl. Latina, IV, 6. Liber II, *de Differentiis spiritualibus* verborum sacri et moralis argumenti pag. 185. Auctores citat Lactantium et Fulgentium: Liber tertius, primo longe plenior, digestus ordine litterarum, atque notis eruditus illustratus ex edit. Madritensi 1599, fol., qui *Differentiarum sive de Proprietate Sermonum* inscribitur pag. 194, præmissa præfatione in qua Isidorus notat veteres subtilius verba et verba distinxisse, sed poetis necessitate metrica sermonum proprietates confundentibus, consuetudinem obtinuisse ut pleraque ab auctoribus indifferenter acciperentur. *De his*, inquit, *apud Latinos, Cato primus scripsit, ad cuius exemplum ipse paucissimas differentias, partim edidi, partim ex auctorum libris deprompsi, tibi que, lector, pro delectatione subnotavi.* Non alius fuit liber quem Ms. habere se testatus, edere voluit Barthius XXXII, 1, *Adversar.* Adde XXXIX, 14. Citat Isidorus in hoc libro etiam grammaticos Melissum et Palæmonem.

3. *Synonymorum* sive *Soliloquiorum* libri duo pag. 216, præmissa epistola ad Braulionem archidiaconum. Meditationes et præceptiones morales sunt, quæ *soliloquia* vocantur, quia homo solus plangens secum, vel rationem suam in consilium vocans inducitur: synonyma vero, quia eadem res aliis aliisque verbis repetita inculcatur. Prodiit Antwerp. 1488, 4°. Atque Italicae versionis a Josepho Alchano compositæ, editæque Venetiis A. 1570, meminit Nic. Antonius tom. I, pag. 263.

4. *De contemptu Mundi* libellus pag. 227, quem ait se scripsisse imitatione libri Ciceronis, illius scilicet quo consolationem de obitu Tulliae suæ fuit complexus. Lucem viderat Venet. 1523, 8°.

5. *De Norma vivendi*, pag. 230.

6. *Exhortatio penitendi, cum consolatione ex misericordia Dei, ad animam futura judicia formidantem*, pag. 233.

7. *Lamentum penitentiae* rhythmis trochaicis, alphabeto duplici pag. 234. Incip.: *Audi, Christe, tristitem fletum, amarumque canticum.* Confer Lucam Tudensem in Isidori Vita cap. 6 tom. I Act. Sanctor. April., III, pag. 340 seq.

8. *Oratio pro Correctione Vitæ, flenda semper peccata*, pag. 239; *Oratio contra Insidias Diaboli*, pag. 244.

9. Epistola ad *Massanum* sive *Massonem* Emeritensem episcopum *de Lapsu Sacerdotis et Reparatione* data A. C. 609, pag. 245. Edidit et Canisius t. I, part. II antiquar. Lect., pag. 300 (edit. novæ Basnagianæ tom. II, parte II, pag. 147), et Octavianus Cajetanus Rom. 1616, 4°. Exstat et in Actis Sanctor. tom. I April., pag. 342. Vide Nic. Antonium tom. I, pag. 263 seq. et 268. Hæc Epistola plane commenti-

^a Vide Goldastum ad Valerianum de bono disciplinae, inter paræneticos veteres p. 54.

^b Perperam *de proprietate rerum* apud Sigebertum

tia videtur Joanni Morino lib. IV de Pœnitentia, cap. 15, § 6; quod pluribus probat Oudinus tom. I, pag. 4586 seq.

10. *De Natura Rerum* liber ad Sisebutum regem, pag. 246. Hic est *Liber Rotarum* in Chronico Fontanellensi; Trithemio cap. 232, *Cosmographia*; aliis, *de Mundo*, vel *Astronomicus* sive *de Astris* et in edit. Augustana 1472, fol., *de Responcione Mundi et Ordinatione Astrorum*. Vide Nic. Antonium tom. I Bibl. vet. Hispan., pag. 253. *Sane non contemnendum opusculum*, inquit Scriverius ad Vegetii v, 11. *et dignum viri docti censura. Multa indidem fragmenta Nigidii, Varronis, Suetonii Tranquilli et aliorum haurienda.*

11. *Chronicon* ab origine rerum usque ad annum quintum imp. Heraclii, et principis Sisebuti, cum notis *Garciae de Loaisa*, ex edit. Madritensi.

Præter rem hoc Chronicon alii ad *Isidorum Paense* auctorem retulere: hujus vero auctor Chronici perinde ut Isidorus Hispalensis V. ult. Etymologicar. profitetur se vestigiis insistere Julii Africani, Eusebii, Hieronymi et Victoris Tunnunensis. Prodiit A. 1477 sub tit. *de temporibus*; et cum Gerhardi Mercatoris et Matthæi Beroaldi *Chronologia*, Basil. 1577, 8°, per Thomam Guarinum. In Ms. Vossiano Bibl. Leidensis inscribitur *Chronica de sex Mundi ætatibus*; et in ipsis paginis, *Imago Mundi, Abbreviationem temporum* vocat Anonymus Mellicensis cap. 26.

12. *Historia sive Chronicon Gothorum*,^c pag. 274, ab æra Hisp. 214 (A. C. 176) usque ad mortem Sisebuti regis, æra 666 (A. C. 628), sub juncta appendice *de Vandalis*, quæ eadem fere legitur in limine historiae Roderici Toletani, et *de Suevis*, p. 277. Prodiit in libro secundo Chronici Lucae Tudensis tom. IV Hispaniæ illustratæ, et integrior cum Codice sive XII libris legum Wisigothorum ex Bibl. Petri Pithæi, Paris. 1579, fol. et in Hispania illustrata Andreae Schotti t. III, pag. 847; et cum scholiis Garciae de Loaisa, Taurini 1693, 4°; et cum Bonav. Vulcanii notis, sub junctum Jornandi pag. 201, Lugd. B. 1597, 8°; et cum Jornande ac Paulo Warnefrido Frid. Lindenbrogii, p. 181. Et Vulcanius p. 233, et Lindenbrogius Hamb. 1611, breve *Chronicon Regum Wisigothorum* adjunxere. Longe emendatior et auctior historia illa exstat in Hugonis Grotii collectione rerum Gothicarum, Amstelod. 1655, 8°, pag. 707; et in Philippo Labbei Bibliotheca nova Mstorum pag. 61 seq.; et in Aguirrii Conciliis Hispaniæ tom. II, pag. 183 seq. Vide Nic. Antonium t. I, pag. 256 seq.

13. *Liber Proamiorum de Libris* quos in Canone recipit Ecclesia Catholica, *Veteris* pag. 278, et *Novi Testamenti* pag. 282. Quæ fuerit eo tempore sententia Ecclesiæ Occidentalis de Canone librorum sacrorum, ex hoc aliisque Isidori scriptis bene potest intelligi, ut notavit Richardus Simon in Censura Bibl. Ecclesiasticæ Dupinianæ tom. I, pag. 252. seq.,

cap. 55.

^c Habet et Goldastus in scriptoribus rerum Suevicarum Francof. 1605, et Ulm. 1722, fol., p. 3.

qui etiam pag. 259 seq. notat Latinam versionem librorum Biblicorum non semper Hieronymianam sequi, sed aliam subinde, uti in Psalmis Romanum sive Italicum Psalterium, de quo vide Bonam n. 3, Rerum Liturgicar., et Nic. Antonium t. I, pag. 262.

14. *Commentaria* allegorica et vicina iis quæ inter Eucherii et Bedæ opera leguntur, sive *Quæstiones et mysticorum Expositiones Sacramentorum in Vetus Testamentum*; in quibus auctor ait se sumpsisse dicta ab Origene, Victorino, Ambrosio, Hieronymo, Cassiano, Augustino, Fulgentio, ac nostris insigniter temporibus eloquenti Gregorio. In Genesin pag. 283, Exodum pag. 305, Leviticum pag. 315, Numeros pag. 320, Deuteronomium p. 326, Josue p. 330, Judicum pag. 333, Ruth pag. 336, Regum librum pag. 337 (II, pag. 342; III, pag. 344; IV, pag. 345); In Esdram, et de Maccabæis pag. 347, ex edit. Colon. 1530, 8°. *Expositio in Canticum canticorum* pag. 503. Totum Vetus Testamentum simpliciter exponendo percurrisse Isidorum testatur Sigebertus cap. 55. Hoc est quod Isidorus ipse mysticam expositionem traditurus: *Et quia jam pridem juxta litteram a nobis sermo totus eontextus est.* Sed illum hodie desideramus.

15. *Allegoriæ Veteris* pag. 248, et *Novi Testamenti* pag. 351, prodierant Haganoæ apud Jo. Secerium 1529, 4°. Notæ Cypriani Suarez sive Soarii in editione Madritensi Operum Isidori A. 1599. In codice Cotelerii inscribitur hic Isidori liber: *de Significationibus Veteris et Novi Testamenti.* Vide ad Patres Apostolicos tom. I, pag. 738, Braulioni *de Nominibus Legis et Evangeliorum.*

16. *Libër de Scriptoribus Ecclesiasticis* xxxiii, p. 355. Prodierat cum Hieronymi, Gennadii, Honorii, Sigeberti et Henrici Gandavensis scriptis similibus, editore Suffrido Petri, Coloniae 1580, 8°; et in Conciliis Hispanicis Garsiae Loaisæ A. 1593; et in Andrae Schotti Hispania illustrata t. I, Franc. 1603, fol.; et in Auberti Miræi Biblioth. Ecclesiastica, Antwerp. 1638, Hamb. 1718, fol.; et in Conciliis Hispanicis Loaisæ et Aguirrii t. III, p. 71. Non diversus hic liber a libro *de Viris illustribus* XLVI, qui p. 511, ex Garsiae Loaisæ Conciliis Hispanicis, Madrit. 1593, fol., exhibetur, tantum addita a capita XIII: 1. de Sixto Papa, 2. de Macrobio Diacono, 3. Philastrio, 4. Theodoro Mopsuesteno, 5. de Ossio (primum est in libro de S. E.), 6. Rufino, 7. Vergundo sive Verecundo, 8. Victorino episcopo, 9. Idacio Chronici scriptore, 10. Eusebio episcopo Dorilætano, 11. Cereali, 12. Ferrando Afro, 13. Petro Ilerdensi, et 14. de Marcellino presbytero. Inde cap. 15, de Idacio. Priscillianistarum adversario, est caput secundum in libro de S. E., atque ita deinceps capita conspirant omnia ad extremum usque, quod utrobique est de Maximo Cæsaraugustano episcopo. Subjunctus ibidem p. 519. *Hildefonsi Toletani libel-*

Alus de Viris Illustribus duodecim, de cujus aliis editionibus divi supra tom. III, p. 259.

17. *De Vita vel Obitu Prophetarum et Apostolorum, sive Sanctorum qui Deo placuerunt LXV Veteris*, p. 359, et *XXII Novi Test.*, p. 364. Prodierat in Orthodoxographis, Basil. 1569, fol., parte II, p. 1736, et ex veteri editione in 4°, sine loco et anno; tun Haganoæ 1529, apud Jo. Secerium, 4. Usserius allegat libellum de festis Apostolorum in Martyrologio Hieronymiano, ex quo ait Isidorum hausisse quæ de Sanctis N. T. scripsit.

18. *Ad Florentiam, sororem suam, de nativitate Domini, passione et resurrectione, Regno atque Judæio.* p. 367. Fragmentum insigne versionis antiquæ Theoticæ ex Codice Colbertino, quem illustris Baluzius ei communicaverat, cum Tatiani harmonia vulgavit atque insigni glossario auxit et illustravit vir egregius Jo. Philippus Palthenius, Ghryphiswald. 1706, 4°. Repetitum etiam in celeb. D. Jo. Schilteri t. 1 Thesauri Antiquitatum Teutonicarum. Ulm., 1727, fol.

19. *De Gentium Vocatione*, ad eandem Florentiam p. 379. Hoc cum superiore scripto absolvit libros duos contra Judæos, Venet. 1485, 4, sive contra nequitiam Judæorum, editos apud Jo. Secerium, Haganoæ 1529, 4° Venet. 1584, atque in Oceano Juris sive Tractatu tractatum, tomo XIV, p. 23. Inscribitur etiam *de Fide Catholica ex veteri et Novo Testamento, vel testimonium de Christo et Ecclesia.* Vide Nic. Antonium t. I, p. 262.

20. *De Ecclesiasticis Officiis* ad Fulgentium episcopum Astigitanum libri II, p. 391. Editi primum a Joanne Cochleo Lips. 1534, 4°; deinde ex Cochleo Parisiis apud Vivantium Gautherot 1542, forma minore, et 1564, 8°; et in Orthodoxographis, Basil. 1569, fol.; atque in Melch. Hittorpii sylloge scriptorum de Catholicis Ecclesiæ officiis, Colon. 1568., fol., ubi desunt duo postrema libri secundi capita *de suffragiis Ecclesiæ, et quorum suffragia prosunt*: atque eorum loco hæc legitur clausula p. 36: *Hæc sunt pauca ex multis, quæ probabilium virorum novimus percepisse doctrinis, quorumque eloquia perinde quibusdam in locis a nobis interesse noseuntur, ut sermo noster patens sententiis firmetur.* Exstant hi libri etiam in sylloge scriptorum de Officiis Ecclesiasticis Romana 1591, fol., Paris. 1610. fol.; et in Bibliothecis Patrum Paris. 1644, tom. X; et in auctario A. 1624. Exstat et in Act. Sanctor. t. I April. p. 345. Ex hoc Isidori opere petita dicta in Anonymi tractatu de benedictione Dei ad Bathericum episc. ab A. 816 ad 842, Ratisbonensem edito a Stevartio p. 799 seq., et in edit. Sectionum Canisianarum Basnagiava t. II, p. 38, Isidori *exegesis in Missæ Canonem* Paris. 1548, 8°.

21 *Ad Ludifredum, sive Leofredum, Cordubensem episcopum, quodnam episcopi et cæterorum sit officium in Ecclesia*, p. 413, ex Ivone et Gratiano, ubi

^a Illa XIII capita, appendicis more subjiciuntur Isidoro, Hildefonso, Juliano, ac Felici Toletano in

editione Miræi, et apud Aguirrium t. III Concil. Hispan. p. 84.

deest pars postrema quæ ex Ms. offertur p. 486. **A** *De Prælati* fragmentum cum Goldasti notis editum 1601, 8°, cum Valeriani Cemeliensis sermone de bono disciplina.

22. *Sententiarum* Theologicarum libri III, ex Gregorii M. Moralibus magnam partem excerpti, p. 414, cum notis Garciae Loaisæ p. 427, 452, 478, ex editione Taurinensi 1593, 4°. In illis erudita multa, illud vero prorsus destitutum naso critico quod p. 483 scribit Loaisa: *Nostris etiam exulceratissimis temporibus, Oecolampadii volumen adversus Sacramentum Eucharistiæ, Bertramo presbytero ad Carolum Magnum ascribitur: Carolostadii opus adversus imagines ipsi Caroli Magno: Calvini quidam liber Alcaino Caroli M. præceptori.* Isidorilibrum in antiquioribus editionibus inscribuntur *de summo bono*, quia incipiunt a verbis: *Summum bonum Deus est*, Lovanii 1486, 4°, per Joannem de Wesphalia, et Lipsiæ 1493, atque sine loco et anno, in 12. Vide Theophilii Sinceri *Nachrichten von alten und raren Büchern* p. 163. Prodiit et Paris. 1519, 12; 1538. Hic videtur esse *liber Ecclesiasticorum Dogmatum* Sigeberto cap. 55: nam qui in editione Bignæana Parisiensi, A. 1580, Isidoro hoc titulo tribuitur, auctorem habet Gennadium Massiliensem. Isidorus *in fide Catholica* laudatur ab Ænea Paris. contra Græcos; sed intelligit libros de quo supra n. 19. Ex libro primo *Sententiarum* cap. 7. 10 et 38 seq., petitus liber *de Conversis ad Monachos*, quem velut ineditum vulgavit Canisius tom. V, II, Antiq. Lect., p. 303 (tom. II, II, edit. novæ p. 153), ut Constantino Cajetano observatum.

23. *Epistolæ sex* p. 486, duæ ad Braulionem, archidiaconum una, altera jam episcopum, tertia ad Helladium aliosque episcopos, quarta ad Claudium ducem, quinta ad Redemptum archidiaconum, et sexta ad Eugenium episcopum Toletanum. Exstant et in Actis Sanctor. t. I, April. p. 343 seq. Ex his quintam de usu panis azymi in Occidentali Ecclesia, suspectam habent viri doctissimi. Vide Nic. Antonium t. I, p. 264. Quartam sextamque refutat Oudinus tom. I, p. 1592 seq. Dalkeus III, II, de cultibus Latinor. religiosus p. 296. W. E. Tentzelius de Symbolo Athanas. p. 53 seq.

24. *Regula Monachorum* capita XXIII, ad Cœnobitas Honorianenses, p. 490. Eadem quæ in Codice Regularum Holsteniano Rom. 1661, 4°, p. 118, et Paris. 1663, 4°. Caput ultimum, *Sententia de Regula devotarum*, in Edmundi Martene tom. IX Monumentorum veterum p. 160.

25. *De Conflictu Vitiorum et Virtutum* liber p. 497, qui alieno loco lectus inter opera S. Ambrosii, Augustini, Leonis Magni. Vide Nic. Antonium tom. I, p. 265, qui malit tribuere *Ambrosio Autperto*, quod Oudino etiam placet tom. I, p. 1596.

Notæ vivorum doctorum in Isidori opera per Joannem Grialum collectæ et auctæ p. 523, 618.

26. *Liber Glossarum* ex variis glossariis, quæ sub Isidori nomine circumferuntur collectus p. 618, 631.

Prodiere et cum glossis Græco-latinis Philoxeni et

aliorum, ex recensione Bonav. Vulcanii, Lugd. B. 1600, fol.; atque inter scriptores Latinæ linguæ, recensitos a Dionysio Gothofredo, Genev. 1595, 1602, 1622, 4°; et cum annotationibus Joannis Ludovici de la Cerda, in ejus *Adversariis sacris*, Lugd. 1626, fol., capite 141, p. 317 seq.; et novissime illustratæ eruditus Jo. Georgii Grævii observationibus, et *Auctario Glossarum* atque collectaneis Theodori Janssonii ab Abmeloven, una cum *Lexico philologico* tertium edito Matthiæ Martinii, Trajecti ad Rhen. 1698, fol. (exempla quædam referunt Amst. 1701).

Scripta quæ in novissima Operum Isidori editione desiderantur.

Chronicon breve Regum Wisigothorum. Vide supra n. 12.

Sententia de regula Devotarum. Supra n. 24.

De Prælati fragmentum, supra n. 21.

Exegesis in Missæ Canonem, supra n. 20.

Sermones plurimos diversis temporibus habitos, stylo egregio scriptos Isidorum transmisisse ad posteros, scribit Anonymus Mellicensis cap. 26. Sermone *in natali S. Emiliani*, episcopi Vercellensis, ms. in tabulario Ecclesiæ Vercellensis vidit Jo. Stephanus Ferrerius.

Sanctorum trium episcoporum, Religionis Benedictinæ luminum, Isidori Hisp., Ildephonsi Toletani et Gregorii R. E. cardinalis episc. Hostiensis Vita et actiones scholiis illustratæ. Accesserunt opuscula quædam ejusdem Isidori antea non edita, Rom. 1616, 4°, curante Constantino Cajetano, Syracusano: nimirum *Sermo brevis in die Nativitatis Domini*, alius *de sanctis Angelis*. *Fragmenta commentariorum in Regulam S. Benedicti*, de quibus vide Nic. Antonium tom. I, p. 268. *De conversis ad Monachos*, supra n. 3. *Oratio sive Confessio*, quam iterum edidit Jo. Tamaus Salazar tom. II Martyrologii Hispani.

Hymnus duplex in laudem S. Agathæ exstat in Actis Sanctor. tom. I, Febr. v, p. 596. Unus incipit: *Adesto plebs fidissima*. Alter: *Festum insigne prodiit*.

Explanatio *Danielis* prophetæ, et *de Susanna* ms. in Bibl. Leidensi. Vide Catalogum p. 329. *Commentarius in Cantica canticorum* qui legitur inter Gregorii M. Opera, Isidoro in quibusdam Codd. tribuitur. *Liber de Ordine creaturarum*, ad Braulium episcopum urbis Romæ (Cæsaraugustæ) editus a Dacherio t. I. Spicileg. p. 268 (edit. novæ tom. I, p. 225). Vide Nic. Antonium tom. I, p. 266, ubi disquirat quomodo Romæ potuerit nomine Cæsaraugusta venire.

Liber de Miraculis Christi, Nic. Antonius p. 267, ex Monastico Anglicano p. 223.

De S. Trinitate, Trithem.

De corpore et sanguine Domini, id.

De institutione jejunii Quadragesimalis fragmentum edere promisit Boxhornius notis ad Clodium Albinum Spartiani. Sed fortasse idem fuit cum lib. I, cap. 36, de Officiis Ecclesiast.

De partibus Orationis, Ms. in Bibl. Caroli de Mont-

chal; fortasse non diversum a capitibus quibusdam libri primi Originum. Similiter *de Numeris* quod Braulioni memoratur ex libro tertio, et *de Hæresibus* ex libro octavo. Etiam librum *de Nominibus Legis et Evangeliorum* et librum *de Mysteriis Salvatoris* puto latere in num. 13, 14, 15.

Librum Prophetiarum Isidori, pseudo-Luitprandus, p. 486, adversariorum ait se vidisse scriptum lingua Latina, Gothica; vulgari Hispana et Arabica.

Lucas Tudensis in Vita cap. 5, p. 340, nescio quod ejus *Alphabetum Papiæ Judicum*^a memorat, et *alphabetum verbalium, Theologicarum distinctio- num, alphabetum librorum, orationis.*

De oratione Synodali in synodo Hispalensi A. 636, paulo ante obitum habita, in qua Aarii hæresin et Acephalitarum superstitionem condemnavit, mentionem facit Braulio, et scriptor Vitæ cap. 9, tom. I Act. Sanctorum April. p. 347.

Missale et Breviarium Hispanicis Ecclesiis præscriptum ab Isidoro non satis constat, atque dubitant viri eruditi Liturgiam *Mozarabicam* sive *Mixtarabicam* ad Isidorum auctorem referre. Confer W. E. Tenzelium de ritu Lectionum sacrarum § 54. *Legum etiam Wisigothicarum* libros XII, a Petro Pithæo, Paris. 1579, fol., et in Frid. Lindenbrogii Codice Legum antiquarum, atque in tomo tertio Hispaniæ illustratæ editos, post Isidorum denuum collectos docent. Confer Nic. Antonium tom. I, p. 269, 270.

De Collectione Canonum, Conciliorum et Epistolarum Decretalium adhuc ut ferunt inedita, certe diversa ab illa Isidori Mercatoris, vide quæ notavi tom. XI Bibl. Græcæ p. 13 seq. et 66, et Nic. Antonium tom. I, p. 270 seq.

Interciderunt *commentarii allegorici* in plures libros Vet. Test. et *litterales* universi. Vide supra n. 14.

Veniam peto ab æquis lectoribus, si eorum sub oculis hic repræsentem omnium quotquot unquam audierim vel legerim, vetustissimum codicem Etymologiarum S. Isidori, quem servat Bibliotheca Malatestarum Cæsenatensis, librum, quem credo scriptum sæculo VII. Continet vero ille libros XXV,

^a An *Patronymicorum*?

A nempe V ultra numerum quem editi præferunt. Id vero discrimen non inde provenit, quod addita sint quædam supra edita, sed ex diversa tantummodo disponendi operis ratione. Ita ergo distribuitur. Quatuor priores libri sunt ut in editis excepto quod libri IV, cap. 13, de initio medicinæ deest. In lib. V variat nonnihil *Chronicon* Isidori, quod incipit in hoc codice: *Ordinem Temporum*. Reliqui dein libri usque ad cap. 26, lib. XVIII pari passu cum editis procedunt, sed initium capituli 27 in editis est in codice initium libri XIX. Tum caput 20 lib. XVIII in editis est ibi liber XX. Liber XXI incipit a cap. 52 lib. XVIII. Liber XXII est caput 60 libri XVIII. Liber XXIII exorditur a cap. 7 lib. XIX. Liber XXIV a cap. 20 libri XIX. Denique totus liber XXV libro XX editorum coheret. Additamenta illa, quæ in edito Parisiensi 1601, p. 269, seorsum dantur hic etiam, sed non omnia comparent ad marginem descripta, ut *talentum*, etc., *mina*, etc., *obolus*, etc., *siclus*, etc. Sunt vero hæc addititia alterius et paulo recentioris manus, quam reliqua omnia. Variantes quædam occurrunt non contemnendæ, quas tamen ego majori diligentia annotare ex temporis angustia prohibitus sum. Unum hoc tantummodo non neglexi. Quo loco in edito lib. XIX, cap. 19, legitur *Canterium, Gallia, Gavia*; ibi est *Cauteria Lingulina*. Denique in fine libri eadem ac cætera manu versus isti leguntur:

C Ut est labor agricolis (*sic*) vomere proscindere terras
Est mihi arundineus (*sic*) calamus sulcare novalis.
Ille etiam tostas congaudet cernere messes,
Sic et ego finem lecto concludere versum (*sic*).

Libros de officiis nactus sum in altero ms. codice Lucensi, sæculo VIII scripto, atque in illo postrema duo illa capita desiderari animadverti, quæ et in Hittorpii editione desunt; sicut et ibi pariter iisdem verbis, quibus et editus Hittorpius totum opus concluditur.

Denique prætereundum haudquaquam duco collectionem canonum Isidorianam evulgasse Romæ an. 1741 virum el. Cajetanum Cenni, qui et adductis in Præfatione argumentis sincerum illum Isidori Hispalensis fetum esse demonstrat.

TESTIMONIA DE S. ISIDORO HISPALENSIS

Sancti Braulionis, Cæsaraugust. episcopi, Prænotatio librorum D. Isidori.

Isidorus vir egregius, Hispalensis Ecclesiæ episcopus, Leandri episcopi successor et germanus, floruit a tempore Maurilii imperatoris, et Reccaredi regis; in quo quiddam sibi antiquitas vindicavit, imo nostrum tempus antiquitatis in eo scientiam imaginavit: vir in omni locutionis genere formatus, ut imperito doctoque secundum qualitatem sermonis existeret aptus, congrua vero opportunitate loci incomparabili eloquentia clarus. Jam vero quantus

D sapientia fuerit, ex ejus diversis studiis et elaboratis opusculis perfacile prudens lector intelligere poterit. Denique de iis quæ ad notitiam nostram venerunt, ista commemoravi. Edidit libros Differentiarum duos, in quibus subtili discretione ea quæ confuse usu proferuntur sensu discrevit; Proœmiorum librum unum, in quo, quid quisque liber sanctæ contineat Scripturæ, brevi subnotatione distinxit; de Ortu et Obitu Patrum librum unum, in quo eorum gesta, dignitatem quoque, et mortem eorum, atque sepulturam sententiali brevitate subnotavit; ad germanum suum

Fulgentium, episcopum Astigitanum, Officiorum libros duos, in quibus originem Officiorum, cur unumquodque in Ecclesia Dei agatur, interprete suo stylo non sine Majorum auctoritate elicuit; Synonymorum libros duos, quibus ad Consolationem animæ, et ad Spem pereipiendæ veniæ, intercedente rationis exhortatione, erexit; de Natura Rerum ad Sisebutum regem librum unum, in quo tam de Ecclesiasticorum Doctorum quam etiam de Philosophorum indagine obscura quædam de elementis absolvit; de Numeris librum unum, in quo Arithmeticeam propter Numeros Ecclesiasticis Scripturis insertos ex parte tetigit disciplinam; de Nominibus Legis et Evangeliorum librum unum, in quo ostendit quid memoratæ personæ mysteria significent; de Hæresibus librum unum, in quo Majorum secutus exempla, brevitate qua potuit, diffusa collegit; Sententiarum libros tres, quos floribus ex libris papæ Gregorii Moralibus decoravit; Chronicorum, a principio Mundi usque ad tempus suum, librum unum nimia brevitate collectum; contra Judæos, postulante Florentina germana sua proposito virgine, libros duos in quibus omnia quæ Fides Catholica credit, ex Legis et Prophetarum testimoniis approbavit; de Viris Illustribus librum unum, cui nos ista subjunximus: Monasticæ Regulæ librum unum, quem pro Patriæ usu et invalidorum animis decantissime temperavit, de Origine Gotthorum, et Regno Suevorum, et etiam Wandalorum Historia, librum unum; Quæstionum libros duos, quos qui legit, veterum tractatorum multam suppellectilem recognoscit; Etymologiarum codicem nimia magnitudine, distinctum ab eo titulis, non libris, quem quia rogatu meo fecit, quamvis imperfectum ipse reliquerit, ego in viginti libros divisi: quod opus omnimodo philosophiæ conveniens quisquis crebra meditatione perlegerit, non ignotus divinarum humanarumque rerum scientia merito erit. Ibi redundans diversarum artium elegantia, ubi quæcunque fere sciri debentur, restricta collegit. Sunt et alia ejus viri multa opuscula, et in Ecclesia Dei multo cum ornamento inscripta. Quem Deus post tot defectus Hispaniæ novissimis temporibus suscitans (credo ad restauranda antiquorum monumenta, ne usquequaque rusticitate veterasceremus), quasi quamdam apposuit destinam. Cui non immerito illud philosophicum a nobis aptatur: Nos, inquit, in nostra urbe peregrinantes errantesque tanquam hospites, tui libri, quasi domum redierunt: ut possimus aliquando qui et ubi essemus agnoscere. Tu ætatem patriæ, tu descriptiones temporum, tu sacerorum jura, tu sacerdotum, tu domesticam publicamque disciplinam, tu sedium, regionum, locorum, tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti. Quo vero flumine eloquentiæ, et quot jaculis divinarum Scripturarum, seu Patrum testimoniis Acephalitarum hæresim confoderit, synodalia gesta coram eo Hispani acta declarant. In qua contra Gregorium præfata hæresis antistitem eam asseruit veritatem. Obiit temporibus Heraclii imperatoris, et Christianissimi

A Chintilani regis, sana doctrina præstantior cunctis, et copiosior operibus charitatis.

Ex sancti Ildephonsi, Toletani episcopi, libro de Viris Illustribus.

Isidorus post Leandrum fratrem Hispalensis sedis provinciæ Bethicæ cathedram tenuit; vir decore simul et ingenio pollens: nam tantæ jucunditatis affluentem copiam in eloquendo promeruit, ut ubertas admiranda dicendi ex eo in stuporem verteret audientes, ex quo audita bis, qui audisset non nisi repetita sæpius commendaret. Scripsit Opera, et eximia, et non parva, id est librum de Ortu et Obitu Patrum; librum Lamentationis, quem ipse Synonymorum vocavit; libellos duos ad Florentinam sororem contra nequitiam Judæorum; librum de Natura Rerum ad Sisebutum principem; librum Differentiarum; librum Sententiarum. Collegit etiam de diversis auctoribus, quod ipse cognominat, Secretorum Expositiones Sacramentorum, quibus in unum congestis, idem liber dicitur Quæstionum. Scripsit quoque in ultimo ad petitionem Braulionis Cæsaraugustani episcopi librum Etymologiarum, quem cum multis annis conaretur perficere, in ejus opere diem extremum visus est conclusisse. Floruit temporibus Reccardi, Liuvanis, Witterici, Gundemari, Sisebutis, Suinthilani, et Sisenandi regum: annis fere quadraginta tenens pontificatus honorem, insignemque doctrinæ sanctæ gloriam pariter et decorem.

Ex Sigeberti Gemblacensis libro de Viris Illustribus.

C Isidorus Junior, Hispalensis episcopus, multa scripsit. Scripsit ad Braulionem episcopum viginti libros Etymologiarum. Scripsit librum Proæmiorum de libris Veteris et Novi Testamenti, quos in Canonem recepit Ecclesia catholica; de Ecclesiasticis Officiis, ad Fulgentium; de Ortu, Vita et Obitu sanctorum Patrum, qui in Scriptura laudibus efferuntur; ad Orosium, librum de Significationibus Nominum; ad Sisebutum, librum de Natura Rerum. Scripsit et librum de Differentiis Verborum; librum de Proprietate Rerum; librum Sermonum; librum Ecclesiasticorum Dogmatum. Scripsit Synonyma, ubi inducuntur duæ personæ: una hominis plangentis, altera rationis admonentis. Scripsit et Lamentum Pœnitentis, distinctum alphabeto, addita oratione. Scripsit de Conflictu Virtutum et Vitiorum librum unum; de **D** Mysteriis Salvatoris librum unum. Totum Vetus Testamentum simpliciter exponendo percurrit. Scripsit et alia sæculari litteraturæ competentia, quæ commemorare nihil ad nos.

Obitus beati Isidori a Redempto Clerico recensitus.

Visum est mihi, ut tuæ sanctitati breviter exponerem, qualiter bonæ recordationis dominus meus Isidorus Hispalensis Ecclesiæ metropolitanus episcopus pœnitentiam acceperit, suamque confessionem erga Deum, vel homines habuit; vel quomodo de hoc sæculo ad cælum migrarit, fideli prænotationis meæ stylo, tuæ dilectioni notescerem. Quæ res me primum compulit pro hac sollicitudine, quam ex amore in eum offertis, vestræ charitati gratias

agere; deinde, quia vera suppressere nequeo, et quod de eo, pauca de multis colligere potui, te orante, dicere cogor. Dum finem suum, nescio qua sorte, jam prospiceret, et fatigatum corpus ægritudine assidua subtiliter animæ natura prævideret, tantam eleemosynam quotidianis diebus per sex pene menses, seu amplius, plusquam erat solitus pauperibus ab eo est erogata, ut oriente sole usque in vespere multis illis in accipiendam maneret substantiam. Post hæc vulnere percussus est, ita ut dum febris in corpore convalesceret, et cibum rejiceret debilitatus stomachus. Ad pœnitentiam convaluit, atque suos coepiscopos, Joannem scilicet et Aparitium beatissimos, mox adesse fecit præsentem. Et dum a cellula sua ad basilicam sancti Vincentii martyris adduceretur, cuncta agmina pauperum clericorum, religiosorum omnium, cunctarumque hujus civitatis plebium cum vocibus et magno ululatu eum susceperunt, ut si ferreum possideret quispiam pectus, solveretur mox in lacrymas, et lamentum totus. Et dum in prædicti martyris basilicam juxta altaris cancellum in medio poneretur choro, mulierum turbas longius stare præcepit, ut in accipiendo ipse pœnitentiam, virorum tantum, non illarum, circa eum cerneretur præsentia. Et dum a prædictis sacerdotibus ab uno cilicio, ab altero super se mitti..... exponere cinerem, expandens manum ad cœlum, ita exorsus est, dicens: Tu Deus, qui nosti corda hominum, et Publicano longe posito, dum pectus percuteret suum, dimitti peccata dignatus es; qui Lazarum dormientem de monumento post resolutionem carnis die quarta dignatus es resuscitare, et Abrahæ patriarchæ sinus cum recipere voluisti; suscipe in hac hora confessionem meam, et peccata, quæ innumerabiliter contraxi, ab oculis differ tuis: non reminiscaris mala mea, et juventutis delicta ne memineris. Tu, Domine, non posuisti pœnitentiam justis, qui non peccaverunt tibi; sed mihi peccatori, qui peccavi super numerum arenæ maris. Non inveniatur in me hostis antiquus, quod puniat. Tu seis, quia postquam infelix ad onus istud, potius quam ad honorem, in hanc sanctam Ecclesiam indigne perveni, peccare nunquam sinivi; sed ut inique agerem, laboravi. Et quia tu dixisti: In qualunque hora peccator a viis suis reverterit, omnes iniquitates suas traderes oblivioni: hujus præcepti memor sum tui. Clamo utique cum spe et fiducia ad te, cujus cœlos aspicere non sum dignus præ multitudine peccatorum, quæ conversantur in me. Adesto et suscipe orationem meam, et mihi peccatori dona veniam postulatam. Quod si cœli non sunt mundi in

A conspectu tuo, quanto magis ego homo, qui bibi, quasi aquas, iniquitatem, et sumpsi, ut colostram, peccatum. His igitur consummatis, corpus et sanguinem Domini cum profundo gemitu cordis, indignum se judicans, ab ipsis suscepit pontificibus. Deinde eorundem sacerdotum, et quicumque de clero erant, civium cunctarumque plebium veniam precabatur, dicens: Deprecor vos, sanctissimi Domini mei sacerdotes, sanctamque congregationem clericorum et populi, ut pro me infelici et pleno omni sorde peccati ad Dominum vestra porrigatur oratio: ut qui meo merito Dei non sum dignus impetrare clementiam, intercessu vestro merear consequi meorum veniam delictorum. Dimittite mihi obsecro, indigno, quod in unumquemque commisi vestrum: si quem contempsi odio, si quem rejeci impie charitatis consortio, si quem maculavi consilio, si quem læsi irascendo: dimittite nunc petenti, imo et pœnitenti. Et dum una voce omnes pro eo indulgentiam postulassent, et unicuique debiti sua vincula, vel chirographa condonassent, circumstantes iterum admonuit, dicens: Sanctissimi Domini mei episcopi, et omnes qui adsunt, rogo et obsecro ut charitatem invicem vobis exhibeatis, non reddentes malum pro malo, nec velitis esse susurro in populo, non inveniatur in vobis hostis antiquus quod puniat, non reperiat a vobis relictum lupus rapax quem auferat, sed potius ereptam ab ore lupi ovem pastor suis humeris congaudens reportet ad hanc caulam. Igitur post hanc confessionem, vel orationem, residuam egenis et pauperibus mox dari jussit pecuniam. Cui tamen fideli sit dubium, ut non statim, dimisso omni facinore, associaretur societatibus angelorum? Interea se ab omnibus osculari studuit, dicens: Si ex toto corde dimiseritis ea quæ in vos adversa vel prava usque hactenus intuli, dimittet vobis Creator Omnipotens omnia delicta vestra; ita ut sacri fontis unda, quam hodie devotus est populus percepturus, sit vobis in remissionem peccatorum, et hoc osculum inter me et vos maneat in testimonium futurorum. Completis his omnibus, ad cellulam reductus est, et post diem confessionis vel pœnitentiæ quartum pastorem jugiter curam, et finem suum consummavit in pace. Amen. Sub die pridie Kalend. April., luna XIX, æra DCLXXIV.

Ex concilio Toletano VII, cap. 2.

D Nostri quoque sæculi doctor egregius, Ecclesiæ catholicæ novissimum decus, præcedentibus ætate postremus, doctrinæ comparatione non infimus, et (quod majus est) in sæculorum fine doctissimus, atque cum reverentia nominandus, Isidorus.

J. GRIALIS AD ETYMOLOGIARUM LIBROS ADMONITIO.

Origines verborum qui tradunt, sive se intra grammaticorum fines contineant, sive philosophandi studio latius evagentur, sive utrumque (quod sanctus Isidorus fecit) sequantur; periculosæ tractant plenum opus alee. Id quod non modo Plato, et Varro, Stoicique (quos hujus rei perstudiosos fuisse e Cicerone novimus), sed gravissimi quique e nostris nimium experti sunt. Neque tamen ipsorum culpa, sed eorum vitio, qui quid illi spectarint, non sunt satis assecuti. Cujus rei caput illud est præcipuum, quod cum

uniuscujusque verbi (ut ait Varro) naturæ sint duæ, a qua re, et in qua re vocabulum sit impositum, illudque spectare grammatici, hoc magis sit philosophi : priorem illam rationem ingressis, huicque disciplinæ (quæ Ἑτυμολογική dicitur) insistentibus multi difficiles se et morosos identidem exhibent; dum ad syllabas et litteras omnia revocantes, si quid paululum deerrarit, id ut dissimulent, imperare sibi non possunt. At qui alterum genus (quod περὶ σημαينوμένων idem Varro nominat) sibi proponunt; dum rebus ipsis edocendis, atque oculis subjiciendis intenti, occasionem tantum in vocibus captant, neque tam verbis, quam rebus lucem inferre student; ii vero, dum parum grammaticos videri se negligunt, in minus eruditorum opinionem incurrunt : cum sint maxima ex parte illis ipsis, qui artem hanc unam profitentur, ea in ipsa longe solertiores, modo animum ad eam rationem adhibeant, quam serio se nosse dissimulant. Quis enim credat, quæ res minutissimis grammaticis obviæ sint, eas doctrinarum omnium parentes, ac repertores usque adeo fugisse, ut se deridendos levissimis hominibus tam sepe propinarint? An erit, qui Ciceroni tumultum timorem multum, Sulpitio testamentum mentis testationem, Tertulliano limum liquorem opimum fuisse, persuasum habeat? Aut qui Sylvestrum, et Romanæ synodi Patres Curiam a cruore dictam existimasse arbitretur? Nam ex Platone, Varrone, Hieronymo exempla congerere superfluum. Cum duo priores jam olim ea de re vulgo male audiant : Hieronymus vero culpam hanc (si modo culpa est) ita agnoscat, ut sibi ipse ignoscat; neque enim aliter toties illam in se admitteret, Græcis, et Latinis nominibus Hebraicæ notationes (ut ipsius utar verbo) tam violenter assignans. Lusisse, iniquis, gravissimos viros? Non nego. Illud aio assecutos, ut cum lusisse existimari voluerint, turpiter labi minus prudentibus hominibus videantur. Sed rursus eos, sive lusus, sive ineptias appellent; non carere fructu et utilitate dico. Nam, quin res, aut involutas explicent, aut obscuras in apertum producant, aut quæ notæ, manifestæque sint, acrius, ut sensus irritent, faciant, æquus harum rerum æstimator negabit nemo. Mantum (quod indumentum Hispanicum dicit esse Suidas) Isidorus, quod manus tegat tantum, nominatum vult. Qua notatione profusiore nos ea veste nunc uti ostendit, utpote quæ non manus solum, sed pedes quoque jam teget. Loricam noverat e Servio suo (neque enim librum alium tam legendo triverat) tegmen esse de loro factum. Loris carentem dixisse maluit; ut a lorica, quæ jam olim exolevisset ad circulis consertam ferreis Lectoris animum oculosque converteret. Sexcenta sunt hujusmodi. De definitionibus qui scripsere, cum unam, quæ rei naturam proxime attingat, veræ definitionis nomine dignentur, tamen reliquas ita non fastidiunt, ut earum plurima genera sedulo conquirant (nam quindecim, aut iis etiam plura Victorinus et Boethius prodidere) notationum, quæ verborum enodationes, descriptionesque sunt, conceptiones varias, cur tantopere aversentur, si quæras : causam quam afferant? Nisi forte, id se indignari, quod aberrationes hujusmodi in verborum, quam in rerum lusu magis appareant. At minori apparent cum periculo, non minori interdum cum fructu. Ut si qua in re, in hac plane verum sit, quod ait Flaccus : Ridiculum acri, fortius et melius magnas plerumque secat res. Sed ad Isidorum redeamus. Qui cum omne scriptorum genus diligentissime pervolutaret : optimum ratus, si parum eruditi sæculi hominibus brevem, facilemque viam ad disciplinas omnes aperiret : ut simul, et rerum, et verborum notitiam traderet, quaque liceret, in ipsis vocibus hæerere omnia ostenderet; nihil aptius visum, quam si vocum enucleandis notionibus, et propriis earum usus ostenderetur, et rerum iisdem subjectarum, audito sono, observaretur ante oculos, maneretque veluti spectrum quoddam, atque simulacrum. Quod cum faceret, plurimas quidem sive origines, sive explicationes e veteribus scriptoribus desumpsit; sed neque veritus est ipse illorum exemplo (quod bonum sibi esset, atque commodum) novas quoque proferre, consimilique ludo ludere. Eorum, inquam, exemplo, quorum æmulari exoptavit negligentiam, non admodum curans levium criticorum obscuram diligentiam. Qui, si quid in eo carperent, attendissent, minus sæpe, minusque audacter in illum sævirent. Ridiculi enim plane ipsi sunt, cum ea multoties rident, quæ ipsi venerantur, quosque hic noster auctores habuit, bona ex parte fuisse reperiuntur. Quos spero fore jam æquiores, cum multa, quæ quasi Isidoriana, cachinno excipiebant, veterioribus auctoribus reddita videbunt. Quod si hoc opus, aut perfecisset D. Isidorus, aut non damnis auxissent maximis lectores : non diffideremus fortasse omni illum propemodum culpa liberare. Testatur enim ex veteris lectionis recordatione collectum : aliorum autem vitia præstare nolle se, discrete ipse profitetur. Nunc vero, cum auctoris summa abfuerit manus, interpolaritque hæc, et digesserit (ut quibusdam videtur) Braulio; lectores, quod in hoc volumine satis magnam, satisque lautam librorum suppellectilem per id tempus sibi esse ducent, quidquid aliunde possent, huc congererent; librarii, quidquid illitum chartarum margini cernerent, pro se quisque certatim in contextum inferrent; cujus audaciæ (an impietatis potius dicam?) tam multis aliorum delictis ad Isidori invidiam abuti? Sed ut quid in eo reprehendant, videamus, accusationis capita proposuisse fuerit operæ pretium. Vocibus (inquirunt) Latinis Græcas, Græcis Latinas origines tribuit. Quæ priora sunt, e posterioribus oriri vult. Orthographiæ rationem nullam ducit. Quæ verborum productiones sunt, in stirpibus, et radicibus numerat. Pro certis originibus origines alias, quæ significationibus subserviant, arbitrio suo supponit. Ad hanc opinor summam crimina omnia referri. Quæ nisi communia illi cum optimis auctoribus ostendero, non causam dico, quin, quod meritis est, ferat. Sed pluribus exemplis non utar : quod indicatis locis, facile sibi quisque ingentem sylvam comportare possit. Artem et oratorem Latinas esse voces ambigit nemo. At artem Donatus ἀρετήν, oratorem ἀρετήρα voluit esse Festus. Quam multa eodem modo Varro ex iis etiam, quæ in utroque agro (ut ait ille) non serpunt? Quid? Qui ex nostris Jesum Ἰησοῦν, Cephas κεφαλὴν esse dixerunt, quorum nominum certas origines et interpretationes ex Evangelio noverant? At qui viri? Quatuor a figura quadrata deduxit Isidorus, cum quadratum e quatuor oriri rectum, simplexque videatur. Nonne jus eodem modo a justitia traxit Ulpianus? Orthographiæ rationem nullam ducit. Quid? Qui hortum ab oriendo, aut hederam ab edendo, aut ab hærendo dictam docet? At is est Festus Pompeius. Cui vero productiones pro stirpibus non sint, ut Sulpitio in testamento, Aquillio in postliminio; eorum, qui in hoc ludo se exercuerunt, arbitrator omnino fuisse neminem. Quid illis facias, qui de originum suppositionibus, quo significationes magis appareant, quærentur? Nisi grammaticorum inter jubeas ploras cathedras? Nam cum sinistram, quantum ad auguria attinet, et scuatorem, quantum ad agendi facultatem, utrumque a sinendo trahit Servius; nonne aliud veriloquium sciens, prudensque dissimulat? Quid? Quod nonnunquam ita fieri res ipsa cogit. Germanum negat esse Varro de eodem germine, sed de eadem genitrice manantem. Quid cum dignitati, vel honestati serviunt, aut melius aliquid innuunt; quam voces præ se ferant? Ignorabat idem Varro, culinam, quam in postica domus parte fuisse dixerat, a postica animalis parte dictam? A colendo ignem duxisse maluit. Obscurum Isidoro fuerat, medicinam a medendo oriri? A modo deflexit; ut ejus qualis usus esse deberet,

ostenderet. Sed instant clamoribus, atque urgent; etymologias, veriloquiaque, quæ neque etymologiæ, neque veriloquia sint, appellari nequaquam debuisse: itaque neque etymologiarum nomine libros fuisse præscribendos. Quasi non ἀλαδὼν μάρτυς ἢ ἐτυμολογία a Galeno dicta sit? Sed laborasse plane videtur sanctissimus vir, ut opus longe utilissimum, et (ut illa ferebant tempora) immensi laboris, exigue admodum, et (ut ita dixerim) exiliter indicaret. Itaque rerum plurimarum doctrina refertos Commentarios, quasi nomina sola contingerent, Etymologiarum libros appellari voluit, aut certe, cum longius progressus est, opus de quarundam rerum origine ad Braulionem mittere se scribit. Qua præscriptione quid verecundius, aut modestius excogitari potuit? Ergo id ille consecutus est, ut posteri non quarundam, sed omnium (prope dixerim) rerum, ac verborum ab his libris habere se cognitionem ad hæc usque tempora perpetuo agnoverint, et magna voce prædicaverint.

SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

ETYMOLOGIARUM

LIBRI XX.

¹ Præfatio.

Domino meo, et Dei servo, Braulioni episcopo, Isidorus. En tibi, sicut pollicitus sum, misi opus de origine quarundam rerum, ex veteris lectionis recordatione collectum, atque ita in quibusdam locis adnotatum, sicut exstat conscriptum stylo majorum.

LIBER PRIMUS,

DE GRAMMATICA.

CAPUT PRIMUM.

De disciplina et arte.

1. ^a Disciplina a *discendo* nomen accepit; unde et scientia dici potest. Nam *scire* dictum a *discere*, quia nemo nostrum scit, nisi qui discit. Aliter dicta disciplina, ^b quia discitur plena.

2. Ars vero dicta est, ^c quod artis præceptis regulisque consistat. ^d Alii dicunt a Græcis hoc tractum esse vocabulum ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est, a *virtute*, quam scientiam vocaverunt.

3. ^e Inter artem et disciplinam Plato et Aristoteles differentiam esse voluerunt, dicentes artem esse in iis quæ se et aliter habere possunt; disciplinam vero esse quæ de iis agit quæ aliter evenire non possunt. Nam quando veris disputationibus, aliquid disseritur, disciplina erit; quando aliquid verisimile atque opinabile tractatur, nomen artis habebit.

CAPUT II.

De septem liberalibus artibus.

1. Disciplinæ liberalium artium septem sunt. Pri-

CAP. I. — ^a *Disciplina a disc.* Verba sunt. D. August., Soliloq. cap. 2.

^b *Quia discitur plen.* Pleni vis in disciplina nulla est, nam *plina* productio est sola verbi. Sed, ut huiusmodi notationum lusus etymologiarum vera, ac sincera appellatione commendari se minime postulant, ita qui hæc statim quasi inepta aut inania prorsus fastidiose respuat, nimium ipse durus sit præter æquumque et bonum.

^c *Quod artis præcept.* Artis pro artibus antiquos scripsisse constat. Nam Valerius Probus artus pro angusto, et artus pro membris inflexione sola distinguit. Festus: *Artifices quod apte opera inter se artent, qua ex causa etiam artes appellatæ sunt.*

^d *Alii dicunt.* Donatus, in Andr.; et Serv., in artem secundam Donati. Varro, lib. iv: *Nonnulla (inquit) nomina in utraque lingua habent radices, ut arbores quæ in confinio natæ in utroque agro serpunt.*

PATROL. LXXXII.

A ma, grammatica, id est, loquendi peritia. Secundæ, rhetorica, quæ propter nitorem et copiam eloquentiæ suæ maxime in civilibus quæstionibus necessaria existimatur. Tertia, dialectica eognitione logica, quæ disputationibus subtilissimis vera secernit a falsis.

2. Quarta, arithmetica, quæ continet ^f numerorum causas, et divisiones. Quinta, musica, quæ in carminibus cantibusque consistit.

Sexta, ^g Geometria, quæ ^g mensuras dimensionisque complectitur. Septima, astronomia, quæ continet legem astrorum.

CAPUT III.

De litteris communibus.

1. Primordia grammaticæ artis litteræ communes existunt ^h quas librarii et calculatores sequuntur, quorum disciplina velut quædam grammaticæ artis infantia est. Unde et eam Varro litterationem vocat. Litteræ autem sunt indices rerum, ⁱ signa verborum, quibus tanta vis est, ut nobis dicta absentium

^e *Inter art. et disc.* Eodem modo distinguit artem a scientia Arist.

CAP. II. — ^f *Numerorum causas.* Ita Gothici recte, al., *casus.*

^g *Mensuras.* Soli duo Tarraconenses habent *mensuras terræ.* A reliquis ea vox abest. Quod si non tam etymon, quam rem ipsam, quæ magis communis est, spectes, non incommode illam rejiciemus. *Est* (inquit) lib. ii, c. 25, *Geometria mensura magnitudinis immobilis, atque formarum,* cum lib. iii, c. 10, veram nominis rationem reddiderit.

CAP. III. — ^h *Quas librarii.* Aug., lib. ii de Ord., cap. 12, cum de litteris egisset, hæc subdit: *Ergo utilitas numerandi magna necessitate animadversa est. Quibus duabus repertis nata est illa librario-rum et calculorum professio, velut quædam grammaticæ infantia, quam Varro litterationem vocat.*

ⁱ *Signa verb.* Hieron., de Notis, epist 34: *et lin-*

sine voce loquantur. Verba ^a enim per oculos, non per aures, introducunt.

2. Usus litterarum repertus est propter memoriam rerum. Nam, ne oblivione fugiant, litteris alligantur. In tanta enim rerum varietate, nec disci audiendo poterant omnia, nec memoriâ contineri.

3. ^b Litteræ autem dictæ, quasi legitæræ, quod iter legentibus præsent, vel quod in legendo iterentur.

4. Litteræ Latinæ et Græcæ ab Hebræis videntur exortæ. ^c Apud illos enim prius dictum est *aleph*; deinde ex simili enuntiatione apud Græcos tractum est *alpha*; idem apud Latinos *a*. Translator enim ex simili sono alterius linguæ litteram condidit ut nosse possimus, linguam Hebraicam omnium linguarum et litterarum esse matrem. Sed Hebræi viginti duobus elementis litterarum secundum Veteris Testamenti libros utuntur; Græci vero viginti quatuor; Latini, inter utramque linguam progredientes, viginti tria elementa habent.

5. ^e Hebræorum litteras a Lege cœpisse * per Moysen, Syrorum autem et Chaldeorum per Abraham. ^f Unde cum Hebræis, et numero, et sono concordant, solis characteribus discrepant. Ægyptiorum litteras Isis regina, ^g Inachi filia, de Græcia veniens in Ægyptum, reperit, et Ægyptiis tradidit. ^h Apud Ægyptios autem alias habuisse litteras sacerdotes dicunt, alias vulgus; sacerdotales *εραξ*, vulgares *πανδημους*. Græcarum litterarum usum prim; Phœnices invenerunt, unde et Lucanus :

Phœnices primi (famæ si creditur) ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

guæ celeritatem præcederent signa verborum. Et epist. 47 : *signa ac furta verborum.*

^a *Verba... introducunt.* Absunt hæc a quibusdam Goth. libris.

^b *Litteræ autem, quasi legitæræ.* Neque hoc legitur in ullo Goth. cod. Est tamen apud Priscianum et Sergium.

^c *Apud illos... Aleph.* Ex Epiph. lib. de Ponderib.

^d *Ut nosse... matrem.* Verba sunt Hier. ad Soph., c. 3.

^e *Hebræorum litt.* Ea lem traduntur de inventor. litterarum septenariis quibusdam, quos Crinitus refert lib. xvii de Honest. disciplin.

^f *Unde cum Hebr.* Ex Hieron. prolog. Galeato.

^g *Inachi filia.* Secutus est Isidorus Augustinum, xviii de Civit., cap. 3; Augustinus Ovidium, Metamorph. I, quod etiam Græcorum aliquos sensisse Suidas in collectaneis testatur.

^h *Apud Ægypt.* Nihil necesse est Græcarum litterarum monstra quæ in Gothicis Codicibus visuntur huc proferri. Satis esse debet ex iis Antonium, Aug. Petrum Chaconem et Vulcanium eodem modo conjecisse. Cum præsertim Herodoti verba, quæ subscribam, ex lib. II, dubitandi nullum relinquunt locum: Αἰγύπτιοι διφραστοῖσι γράμμασι χρῶνται, καὶ τὰ μὲν αὐτῶν ἱερα, τὰ δὲ δημοτικὰ κελέουσι. Vid. Clem. Alex. Stromm. 5.

ⁱ *Cadmus Agenoris.* Plinius, lib. vii, c. 56. Sed neque cum Plinio, neque cum Georgio Cedreno satis convenit Isidoro in huc litterarum assignatione.

^j *His Palamedes adjecit tres η, ζ, ω.* Malim e Servio, Æn. II, 0, φ, γ. Plinius quoque easdem tres huic assignat, quarum addens, ξ.

* Hic deesse videtur verbum aliquod in modo personali. Quam ellipsim non semel usurpavit Isidorus, ut legenti patebit. EDIT.

6. Hinc est quod et Phœniceo colore librorum capita scribuntur, ⁵ quia ab ipsis litteræ initium habuerunt. ⁱ Cadmus Agenoris filius Græcas litteras a Phœnice in Græciam septemdecim primus attulit : α, β, γ, δ, ε, ζ, ι, κ, λ, μ, ν, ο, π, ρ, σ, τ, φ. ^j His Palamedes Trojano bello tres adjecit : η, ζ, ω. ^k Post quem Simonides Melicus tres alias adjecit : Θ, Ψ, Ξ.

7. ^l Litteram Pythagoras Samius ad exemplum vitæ humanæ primus formavit; cujus virgula subterior primam ætatem significat; incertam quippe et quæ adhuc se nec vitis nec virtutibus dedit. Bivium autem, quod superest, ab adolescentia incipit; cujus dextera pars ardua est, sed ad beatam vitam tendens; sinistra faciliior, sed ad labem, interitumque deducens. De qua sic Persius ait :

Et tibi quæ Samios deduxit littera ramos,
Surgentem dextro monstravit limite callem.

8. Quinque autem esse apud Græcos mysticas litteras. Prima Υ, quæ humanam vitam significat, de qua nunc diximus. Secunda Θ, quæ mortem significat. Nam iudices eandem litteram *theta* apponebant ad eorum nomina quos supplicio afficiebant. Et dicitur *theta ἀπὸ τοῦ θανάτου*, id est, *a morte*. Unde, et habet per medium telum, id est, mortis signum. De qua quidam sic ait :

O multum ante alias infelix littera theta !

9. Tertia ^m Τ, figuram demonstrans Dominicæ crucis: unde, ⁿ et Hebraice *sigma* interpretatur; de qua dictum est, in Ezechiele, angelo : *Transi per mediam Jerusalem, et signa thauⁿ in frontes virorum gementium et dolentium.* ^o Reliquas vero duas, summam, ^c et ultimam sibi vindicat Christus. Ipse enim princi-

^k *Post quem Simonides Melicus.* Quatuor item a Simonide Melico adjectas vult Plinius, e quo sunt hæc : ζ, η, ψ, ω. P. Chacon cum dissentire Isidorum a Plinio in numero videret, et in Codicib. Gothicis partim *miles* ** tres, partim *similiter tres* reperisset, itemque apud Suidam et Eustachium Simonidem διὰ τὸ ἡδὲ Μελαζέτην appellatum, existimabat legendum SIMONIDES MELICERTES.

^l *Υ littera.* E Ser., Æn. VI, in illud : *latet arbore opaca, etc.*

^m *Τ Figuram demonstrans dominicæ crucis.* Recte doctissimi viri putant, propterea apud Latinos Missæ canonem ab hac littera incipere. Hieron., ad Ezech., c. IX : *Antiquis Hebræorum litteris, quibus hodie utuntur Samaritani, extrema thau littera crucis habet similitudinem.* Hæc Hieronymus; quod non perinde apparet in Samaritanorum alphabeto, quod circumfertur Ambros., lib. de Abrah., c. 2 : *Et cum trecentis decem et octo viris adeptus victoriam. Numeravit (inquit) trecentos decem et octo, ut scias non quantitatem numeri, sed meritum electionis expressum; ceteris enim asciscit quos dignos numero fidelium iudicavit, qui in Domini nostri Jesu Christi passionem crederent. Trecentos enim τ littera Græca significat; decem et octo autem summam η exprimit.* Vocem ipsam thau *SIGNUM* interpretati sunt LXX; CRUCEM Caninius, haud malus auctor, in Instit. ling. Syriacæ.

ⁿ *In frontes virorum.* Ita omnino legendum ex Gothicis, et ex LXX, qui ἐπὶ τὰ μέτωπα. Vulgat., super frontes.

^o *Reliquas vero duas.* Ex Tertull. lib. de Monogam.

** Forte legendum : *Melic. tres*, ita ut *Melic.* sit pro *Melcus*; quidquid sit, sensus est, Chaconem, quatuor his vocibus elementa τοῦ *Melicertes* latitare fuisse suspicatum. EDIT.

pium, ipse finis, dicens : *Ego sum alpha et ω* : concurrentibus enim in se invicem alpha ad ω usque devolvitur, et rursus ω ad alpha replicatur : ut ostenderet in se Dominus, et initii decursum ad finem, et finis decursum ad initium.

10. Omnes autem litteræ apud Græcos et verba componunt et numeros faciunt. Nam *alpha* littera apud eos vocatur in numeris unum; ubi autem scribunt *beta*, vocantur duo; ubi scribunt *gamma*, vocantur in numeris ipsorum tria; ubi scribunt *delta*, vocantur quatuor, et sic omnes litteræ apud eos numeros habent.

11. Latini autem ^a numeros ad litteras non computant, ^b sed ^c sola verba componunt.

CAPUT IV.

De litteris Latinis.

1. Latinas litteras Carmentis nympha prima Italii tradidit ^c. Carmentis autem dicta, quia carminibus futura canebat. Cæterum proprie vocata Nicostrata.

2. Litteræ autem aut sunt ^d communes aut libera-

^a *Numeros ad litteras non computant.* Dubitandum non fuit de hac lectione Gothicorum omnium Codicum, mirumque in ea hæsisse viros eruditissimos.

^b *Sed sola verba componunt.* Post hæc in plerisque libris subduntur ista : *Exceptis aliquibus, quæ numeros figura demonstrant ut I, pro uno; C, pro centum; D, pro quingentis; L, pro quinquaginta; M, pro mille; V, pro quinque; et X littera, quæ et in figura crucem et in numero decem demonstrat.* Ex quibus tamen in Vet. Langobard. Garsia Loaisæ v. cl. et in Rom. Cod. tantum hæc leguntur : *Excepto I, quæ unum, et X littera, quæ et in figura crucem significat, et in numero decem demonstrat.* Quæ omnia aliena esse constat. Nostri enim libri, quin aucti sint ab aliquo qui notarum nullam prætermiserit quæ litteræ speciem præberet, haud dubium est. Primum, quia quæ nunc videntur, aut etiam litteræ jam sunt, eæ sine controversia litteræ olim non fuerunt, sed numerorum tantum notæ; factæque sunt ex numerorum notis litteræ, non contra ex litteris notæ. Deinde, quia quæ mille assignatur littera, si ea est T, ut Gothici omnes libri prælerunt, ea Latini nunquam sunt usi. Sed cix, sive 81. Scio tamen ipsum T Gothorum ex I Latina nota et linea imposta scribentium vitio conjunctis fluxisse, quod hac quoque nota I Romani mille significabant, idque Isidorum ignorasse non fit verisimile. Præterea cum paulo ante T figuram Dominicæ crucis demonstrare dixerit, nunc X soli id tribuere, cum T quoque meminisset, non oportuit. Et T quidem figuram crucis esse etiam Lucianus vult cum Σ in T inveni facit. De X nihil (quod sciam) ab ullo Latinorum proditum. Adde quod hæc eadem de X quæ in quibusdam Gothicis sequenti capite repetuntur, ab aliis atque ab impressis omnibus libris absunt. Postremo neque id esset numeros ad litteras computare. Id quod vidisse etiam videtur quisquis hunc locum tali accessione multavit. Non enim excepit litteras illas quod ad eas numeri computarentur, sed quod figura numeros demonstrarent. Alioqui quomodo unus ad I, aut centum ad C, aut quinque ad V, aut decem ad X, aut ulla omnino ex hic exceptis ad numeros computabitur?

^c CAP. IV. — *Carmentis autem.* E Serv., Æn. viii.

^d *Communes aut liberales.* Hoc est : litteræ dicuntur tum notæ et signa vocum quæ scribuntur et leguntur, tum res ipsæ et disciplinæ quæ scriptura continentur. Ita sequenti capite grammaticam appellabit originem liberalium litterarum. Nam quod *artium* eo loco quidam habent Codices, interpretatio plane fuit *litterarum* : in plerisque enim et velustioribus *litterarum* legitur. Itemque lib. xiv, c. 4; et

les. Communes dictæ, quia multi eis utuntur in communi, ut in scribendo et legendo. Liberales, quia eas tantum illi noverunt qui libros conscribunt recteque loquendi dictandique rationem noverunt.

3. Litterarum duplex modus est; dividuntur enim principaliter ^s in duas partes, in vocales et consonantes : ^e vocales sunt quæ directo hiatu faucium sine ulla collisione varie emittuntur. Et dictæ vocales, quod per se vocem impleant, et per se syllabam faciant, nulla adhærente *consonantes*. Consonantes sunt quæ diverso motu linguæ vel inpressione labiorum efficiuntur. Et vocatæ consonantes, quia per se non sonant, sed junctis vocalibus consonant.

4. Hæ in duabus partibus dividuntur : in semivocalibus, et in mutis. ^f Semivocales dictæ, eo quod quiddam semis de vocalibus habeant. ^g Ab E quippe vocali incipiunt, et desinunt in naturalem sonum Mutæ autem dictæ, quia nisi subjectis sibi vocalibus nequaquam erumpunt. ^h Si enim eis extremum

lib. iii de Summ. Bon., c. 13 : *Meliores sunt (inquit) communes litteræ, quia simpliciores et ad solam humilitatem legentium pertinentes.* Eodem etiam pertinere videtur quod intra, cap. 9, verba quædam grammaticorum esse dixit, alia rhetorum. Sic hodie Hispani loquimur, cum litteratos dicimus, non illos qui legendi scribendique periti sunt (quod antiqui scire litteras appellabant), sed eos potius qui majores disciplinas probe callent.

^e *Vocales sunt.* Aug., lib. ii de Ordine., c. 12 : *Animadvertit oris sonos alios esse, qui moderato varie hiatu, quasi enodati, ac simplices faucibus sine ulla collisione defluunt; alios diverso pressu, oris tenere tamen aliquem sonum; extremos autem, qui, nisi adjunctis sibi primis, erumpere non valent; itaque has litteras hoc ordine quo positæ sunt Vocales, Semivocales et Mutas nominavit.*

^f *Semivocales, quod quiddam semis de v. h. Serg., in Art. primam Donati : Quod semis quiddam habeant vocis.* Idem elegantibus versibus expressit Perentianus. Nobis vero valde probatur tota in re Priscianus. *Vocales dicuntur (inquit) quod per se voces perficiunt, vel sine quibus vox litteralis proferri non potest. Semivocales appellatæ, quod plenam vocem non habent, ut semideos. et semiviros dicimus, non qui dimidiam partem habent deorum, vel virorum, sed qui plene dei, vel viri non sunt. Mutæ ad comparisonem bene sonantium sunt dictæ, velut informis dicitur, non qui carct formam, sed qui male est formatus; sic mutæ, non quod omnino carent voce, dicuntur, sed quod habent partem vocis exiguam.*

^g *Ab e quippe vocali incip.* Id a mutis ipsas distinguit, quia (ut ait Priscianus) litteræ plus sonant cum eis vocalis præponitur, quam cum postponitur : præponitur autem semivocalibus, postponitur mutis.

^h *Si enim eis extremum vocalis detraxeris sonum incl. litt. m. s.* Male quosdam hæc habuere verba; ita ut, vel delenda, vel alio, id est ad semivocales, transferenda censuerint. Si enim mutæ (inquunt) dictæ, quia nisi subjectis vocalibus nequaquam erumpunt, quomodo illis detractis inclusum murmur sonabit? Quibus ita responsum sit : vix potuisse commodus loqui Isidorum; non enim editum aut prolatum, sed inclusum, ac ne sonum quidem, sed murmur dixit. Quod autem *sonabit* addidit, aut voce destitutus est, qua melius quod volebat enuntiaret; aut certe periculum non fuit ne non satis quod vellet ostenderet, cum non prolatum sed inclusum murmur id, quidquid est, appellasset. Esse autem id aliquid negari non potest, cum paulo post dicat mutas a suo sono

num vocans detraxeris sonum, inclusum litteræ murmur sonabit. ^a Vocales autem, et semivocales, et mutæ, a veteribus sonæ, et semisonæ, et insonæ dictæ.

5. ^b Inter vocales autem apud grammaticos *i* et *u*, ^c varias habent significationes.

6. Nam modo vocales, modo semivocales, modo mediæ sunt. Vocales ideo sunt, quia solæ positæ syllabas faciunt, et aliis consonantibus eonjunguntur. ^d Consonantes habentur ideo, quia interdum habent post se vocales in eisdem syllabis constitutas, ut *Iuno*, *vates*, et habentur pro consonantibus.

7. Mediæ autem ideo dicuntur, quoniam naturaliter solæ medium sonum habent, ut *illius*, *unius*. Coniunctæ aliis pinguis sonant, ut *Ianus*, *vanus*. Solæ enim aliter sonant, aliter iunctæ. *I* vero propterea interdum duplex dicitur, quia quotiescunque inter duas vocales invenitur, pro duabus consonantibus habetur, ut *Troia*. Geminatur enim ibi sonus ejus.

8. ^e *U* quoque littera proinde interdum est nihil, quia alicubi, nec eonsonans est, ut *quis*. Vocalis enim non est, quia *i* sequitur; consonans non est, quia *q* præcedit. Ideoque quando nec vocalis, nec eonsonans est, sine dubio nihil est. ^f Eadem et digamma a Græcis vocatur, quando sibimet aliisque vocalibus jungitur; quæ ideo digamma dicitur, quia duplex est instar *F* litteræ, quæ duplex gamma habet; ad cuius similitudinem conjunctas vocales digamma appellari grammatici voluerunt, ut *votum*, *virgo*.

incipere, et in vocalem desinere; est igitur aliquid a quo incipiant antequam ad vocalem perveniant.

^a *Sonæ, semisonæ, et insonæ*. Ex Victorini Grammatica.

^b *Inter vocales autem.... i et u*. Omnia ex Donato. ^c *Varias habent significationes*. ASSIGNATIONES legebat Chacon.

^d *Consonantes habentur*. Nigidius apud Agell., lib. XIX, c. ult. : *Si quis putat præire in his verbis. Varius, Vennonius, Volusius aut iin his, iam pridem, iecur, iocum, iocundum, errabit, quod hæ littere eum præeunt, ne vocales quidem sunt*.

^e *U quoque littera*. E Sergio.

^f *Eadem et digamm*. Cujus figuram quidam *F* rectum esse volunt (quæ nomini convenit), alii inversum *∩*, qualis in marmoribus etiam cernitur. Sed hanc inversam figuram a Claudio inductam opinor, eum digammon ipsum multo ante Claudium Varro usurpaverit. Videturque Claudius obtinere potuisse ut ætate sua ea figura in usu esset; at posterioribus sæculis antiqua restituta est. Quare apud Priscianum et Donatum perpetuo *F* rectum pro digammo scribitur.

^g *Deficiunt*. Id enim est liquescere. Græci *ὑπερζέματα*, et Terentianus idem exprimens, *udas* litteras nominat.

^h *Et a metro excluduntur*. Nam cum tempus consonantes (ut ait Terentianus) dividant unum duæ, tamen liquida mutæ subdita partem temporis non ministrabit. Ut idem Terentianus elegantissime docet:

Si mediam vocalis habet, quam consona et uda

Excipiunt, nequeunt geminæ vexare priorem. Causam reddit :

Nam mediam nil uda juvat, quæ subdita eurrat.

ⁱ *Reliquæ M et N apud Gr. liq.* Sic etiam plerique alii. Contra Sergius : *Si liquidæ (inquit) sibi præponatur, liquidarum jura deperdunt, ut Mnestheus*.

^j *Unde et legitime*. Sic Gothici omnes libri; sed *vu* atam lectionem *unde et Latine* retinebat Chacon ex Donati verbis : *Unde fit ut quidam putent Lati-*

9. Inter semivocales autem quædam liquidæ dicuntur, quia **IO** interdum in una syllaba postpositæ aliis eonsonantibus ^g deficiunt, ^h et a metro excluduntur. Ex quibus duæ apud Latinos liquescunt, *l* et *r*, ut *fragor* et *flatus*. ⁱ Reliquæ *m* et *u* apud Græcos liquescunt, ut *Mnestheus*.

10. Decem et septem autem Latinis litteris vetus scriptura constabat. ^j Unde et legitimæ nominantur, illa ^k ratione scilicet, vel quod ab *e* vocali incipiunt, et in mutum sonum desinunt, ut sunt semivocales; vel quod a suo sono incipiunt, et in vocalem *e* desinunt, ut sunt mutæ.

11. *H* autem littera pro sola aspiratione adjecta est postea. ^l Unde et a plerisque aspiratio putatur esse, non littera : quæ proinde aspirationis nota dicitur, quia voem elevat. Aspiratio enim est sonus uberius elatus, cui contraria est prosodia, sonus æqualiter flexus.

12. ^m *K* litteram Salvius ludimagister prius Latinis adjecit, ut in sono diserimen faceret duarum litterarum *c* et *q*; quæ ideo ⁿ supervacua dicitur, quia exceptis *kalendaris* superflua judicatur : per *c* enim universa exprimimus.

13. ^o *Q* litteram nec Græci resonant, nec Hebræi; exceptis enim Latinis, hanc nulla alia lingua habet. Hæc prius non erat. Unde et ipsa supervacua est vocata, quia per *c* euncta veteres scripserunt.

¶ 14. ^p *X* littera usque ad Augusti tempus nondum apud Latinos erat; sed pro ea *c* et *s* scribebant; unde *nas litteras non plures esse quam XVII*.

^k *Illaratione scilic... quod ab e voc*. Recte rationem reddit Isidorus eum tantum XVII litteræ Latinæ, sive legitimæ sint, omissisque vocalibus de quibus controversia esse nulla poterat. Nam consonantes (inquit) aut ab *e* incipiunt, et in suum sonum desinunt, quales sunt omnino semivocales *sex, f, l, m, u, r, s*; aut contra a suo sono incipiunt, et in *e* desinunt, quales sunt mutæ totidem *b, c, d, g, p, t*. Vid. Donat., *Artem primam*, e. 2, et *Serg.*, c. 6.

^l *Unde et a plerisque aspiratio...* Ex Hier. in nominib. Heb. ex Deuter.

^m *K Litteram Salvius ludimag.* Al. Sallustius. Salvii Rhetoris meminit Plinius in epistolis, et Suetonius in Vespasiano. Sed ante hunc Kaisones Fabii fuerunt, cujus prænominis nota *K* fuit, ut apparet, ex fastis. Item *Kalare*, et *Kalendaræ* in omnib. veterib. libris.

ⁿ *Ideo supervacua*. Ita Hieronym., Donatus, Priscianus, et Terentianus. Sergius tamen : *K, inquit, et Q, quæ nonnullis superflue videntur, hanc habent rationem, ut K tunc præponatur, quando eam A sequitur. Q antiqui, quoties V sequebatur, præponebant*. Eadem fere Diomedes, nisi quod *K*, non nisi *A* brevi præponi vult.

^o *Q Litteram nec Græci*. Ex Hieron., in nominib. ex Jesu nav.

^p *X Littera*. Constat ante Augusti tempora *X* litteram in usu fuisse, ex antiquissimis nummis, et columna Rostrata Duilii ante MCCC annos posita, et ex æneis legum tabulis Augusto longe superioribus, ac postremo ex Cicerone, qui in Oratore ad Brut. : *Quomodo (inquit) vestrum axilla ab ala factum est, nisi fuga litteræ vastioris? Quam litteram etiam e maxillis, taxillis, vexillo, paxillo consuetudo elegans Latinis sermonis evellit*. Eadem tamen Nigidium repudiasset, neque unquam ea in libris suis usum, sed antiquitatem secutum fuisse, refert Victorinus in *Arte grammatica*. Quæ hoc loco sequuntur : *Et digne hoc tempore, quo Christi nomen innotuit, quod per eam*

et duplex vocatur, quia pro *c* et *s* ponitur; unde et ex eisdem litteris compositum nomen habet.

15. A Græcis duas litteras mutuavit Latinitas, *y* et *z*, propter nomina, scilicet, Græca. Et hæc apud Romanos usque ad Augusti tempus non scribebantur; sed pro *z* duo *ss* ponebant, ut *hilarissat*; pro *y* vero *u* scribebant.

16. ^a Unicuique autem litteræ tria accidunt: nomen, quomodo vocetur; figura, quo caractere signetur; potestas, quæ vocalis, quæ consonans habeatur. A quibusdam et ordo adjicitur, quæ præcedat, quæ sequatur, ut *a* prior sit, sequens *b*. A autem in omnibus genibus ideo prima est litterarum, pro eo quod ipsa prior nascentibus vocem aperiat.

17. Nomina autem litterarum gentes ex sono propria linguæ dederunt, ^b notatis oris sonis atque discretis. Nam postquam eas animadverterunt, et nomina illis et figuras imposuerunt: figuras autem partim ex placito, partim ex sono litterarum formaverunt, ut ^c *puta i*, et *c*, quarum uni sicut exilis sonus, ita tenuis virgula; alterius pinguis sonus, sicut et plena figura. ^e Potestatem autem natura, voluntas ordinem dedit.

18. Inter figuras litterarum et apicem veteres distinxerunt: apicem dictum pro eo quod longe sit a pedibus, et in cacumine litterarum apponitur. Est enim linea jacens super litteram æqualiter ducta. Figura autem, qua tota littera scribitur.

CAPUT V.

De grammatica.

1. Grammatica est scientia ^d recte loquendi, et origo et fundamentum ^e liberalium litterarum. Hæc in disciplinis post litteras communes inventa est, ut jam qui didicerunt litteras per eam recte loquendi rationem sciunt. Grammatica autem a litteris nomen accepit: *γράμματα* enim Græci litteras vocant.

2. Ars vero dicta est, quod artis præceptis regulisque consistat. Alii dicunt a Græcis hoc tractum esse vocabulum *ἀπὸ τῆς ἀρετῆς*, id est, *a virtute*, quam scientiam vocaverunt.

3. ^f Oratio dicta quasi *oris ratio*; ^g nam orare est loqui, et dicere. Est autem oratio contextus verborum cum sensu. Contextus autem sine sensu non est oratio, quia non est oris ratio. Oratio autem plena est, sensu, voce et littera.

4. Divisiones autem Grammaticæ artis a quibusdam triginta dinumerantur, id est: partes orationis

quæ crucis signum figurat scriptitatur, ea licet in Gothicis quibusdam leguntur, quia in melioribus Codicibus, et in Editis nulla sunt, et Isidori eruditione non sunt satis digna, minime recepimus.

^a *Unicuique litteræ tria.* Ex Donat, et Sergio.

^b *Notatis oris sonis.* Verba Augustini, *de Ord.*, c. 12.

^c *Potestatem natura dedit.* Tot enim figuris ad notandos sonos opus fuit. Sed placebat Chaconi Tolætanus Codex, in quo non sunt hæc verba. Quod mihi quoque valde probatur; nam neque in Goth. Ovet. collegii sunt, neque ubi sint collocanda consentiunt libri, sed alius alio ea rejicit.

CAP. V. — ^d *Recte loq.* In Editionibus veteribus additur, *scribendique ratio*; id non est in Gothicis; est vero apud Victorinum.

^A octo, vox articulata, littera, syllaba, pedes, accentus, posituræ, notæ, orthographia, analogia, etymologia, glossæ, differentiæ, barbarismi, solœcismi, vitia, metaplasmata, schemata, tropi, prosæ, metra, fabulæ, historiæ.

13 CAPUT VI.

De partibus orationis.

1. Partes orationis primus Aristoteles duas tradidit, nomen et verbum. Deinde Donatus octo definivit. Sed omnes ad illa duo principalia revertuntur, hoc est, ad nomen et verbum, quæ significant personam et actum. Reliquæ appendices sunt, et ex his originem trahunt.

2. Nam pronomen ex nomine nascitur, cujus officio fungitur, ut *orator ille*. Adverbium de nomine nascitur, ut *doctus, docte*. Participium de nomine, et verbo, ut *lego, legens*. Conjunctio vero, et præpositio, vel interjectio ^h in complexum istarum cadunt. Ideo, et nonnulli quinque partes definierunt, quia istæ superflue sunt.

CAPUT VII.

De nomine.

1. Nomen dictum ⁱ quasi notamen, quod nobis vocabulo suo res notas efficiat. Nisi enim nomen scieris, cognitio rerum perit. Propria nomina dicta, quia specialia sunt: unius enim tantum personam significant. Species priorum nominum quatuor: prænomen, nomen, cognomen, agnomen. Prænomen dictum, eo quod nomini præponatur, ut *Lucius, Quintus*.

2. Nomen vocatum, quia notat genus, ut *Cornelius*; Cornelii enim omnes in eo genere. Cognomen, quia nomini jungitur, ut *Scipio*; agnomen vero, quasi accidens nomen, ut *Metellus Creticus*, quia Cretam subegit. Extrinsecus enim venit agnomen ab aliqua ratione. Cognomentum autem vulgo dictum, eo quod nomini cognitionis causa superadjiciatur, sive quod cum nomine est.

3. Appellativa nomina inde vocantur, quia communia sunt, ^k et in multorum significatione consistunt. ^l Hæc in viginti octo species dividuntur, ex quibus corporalia dicta, quia vel videntur, vel tanguntur, ut *cælum, terra*.

4. Incorporalia, quia carent corpore; unde nec videri nec tangi possunt, ut *veritas, justitia*.

5. Generalia, quia multarum rerum sunt, ut *animal*; nam et homo, et equus, et avis animal sunt.

^e *Liberalium litterarum.* Ita veteres Cod., non *artium*. Et supra litteras in communes et liberales divisit.

^f *Oratio oris ratio.* Eod. modo luserunt in hac voce Hier., in epist. 139, ad Cyprian., Victorinus, et alii.

^g *Nam orare est loqui.* Verba Servii, *Æn.* x.

CAP. VI. — ^h *In complexum istarum cadunt.* Vel eas conjungentes, vel præpositæ, vel interjectæ, unde et nomina acceperunt.

CAP. VII. — ⁱ *Nomen... quasi notamen.* Ita Boethius, et Priscianus. E Græco *ὄνομα* tractum putant alii. Nos ex *NOSCIMEN nomen* abscissum putamus, ut ex *NOSCIBILIS nobilis*.

^j *Hæc in viginti octo.* xxvii, Sergius. Isidorus ipse xxvii percenset, ut deesse videatur aliquid.

6. Specialia, quia partem demonstrant, ut *homo*, **A** species enim animalium homo.

7. ^a Principalia, quia primam positionem habent, nec aliunde nascuntur, ut *mons*, *fons*.

8. Derivativa, eo quod ex alio nomine deducuntur, ut a MONTE *montanus*.

9. ^b Diminutiva, quia minuunt sensum, ut *Græculus*, *scholasticulus*.

10. ^c Sono diminutiva, quia sic sonant sicut diminutiva, sed intellectu principalia sunt, ut *fabula*, *tabula*.

11. Tota Græca, quia ex toto Græce declinantur, ut *Callisto*. Sic enim et Græcus et Latinus dicit.

12. ^d Tota Latina, quia ex toto in Latinum vertuntur; Græcus dicit *Odysseus*, Latinus *Ulysses*.

13. Media dicta, quia ex parte Græca sunt, et ex parte Latina. Eadem, et notha, quia corrumpunt ultimas syllabas manentibus prioribus, ut apud Græcos, *Alexandros*, *Menandros*; apud nos vero *Alexander*, *Menander*. Dicta autem notha quemadmodum nothus dicitur quisquis de dispari genere nascitur.

14. Synonyma, hoc est, plurinomina, eo quod sit in pluribus nominibus significatio una, ut *terra*, *humus*, *tellus*. Idem enim sunt omnia.

15. Homonyma, hoc est, uninomina, eo quod sit in uno nomine, significatio plurima, ut *tumulus*, nunc mons brevis, nunc tumens tellus, nunc sepulcrum. Est enim in uno nomine significatio diversa.

15 16. Relativa dicta, eo quod ad aliam referantur personam, ut *magister*, *pater*, *dominus*.

17. Illa autem ^e quæ dicuntur ad aliquid aliqualiter se habentia, a contraria significatione dicta sunt, ut *dexter*. Dicit enim dexter non potest, nisi sinister fuerit.

18. Porro qualitatis nomina ex eo dicta, qui per ea qualis quisque sit ostenditur, ut *sapiens*, *formosus*, *dives*.

19. Quantitatis, quia mensura trahuntur, ut *longus*, *brevis*.

20. Patronymica dicuntur, eo quod trahuntur a patribus, ut *Tydidēs*, Tydei filius, *Æneades*, Æneæ filius; quamvis, et a matribus, et a majoribus ducantur.

^a Principalia q. primam pos. Utroque nomine vocantur, et Principalia, et Primæ positionis.

^b Diminutiva... *scholasticulus*. Eod. exemplo utuntur Donatus, et Charisius.

^c Sono dimin. E Sergio.

^d Tota Latina. Ex Donato.

^e Quæ dicuntur ad aliquid aliqualiter. Ita legendum ex Sergio, conjungendaque manuscriptorum et impressorum librorum lectio: in illis enim *qualiter*, in his *aliter* legitur.

^f Actualia. Hæc neque apud Donatum, neque apud Sergium leguntur.

^g Loci a loco. Reliquit numeri et ordinis species: ita xxviii species constabunt.

^h Verbis similis. Aliquid hoc loco e Sergio desiderare possis. Sic namque ille Art. 2, c. 2: **c** Sunt etiam participiis similia, ut demens. Nam sic est demens, quasi legens; sed demens nomen est, quia recipit comparisonem, id est dementior; legens vero participium,

21. Ctetita, id est, possessiva, a possessione, ut *Evandrius ensis*.

22. Epitheta, quæ Latine adjectiva, vel superposita appellantur, eo quod ad implendam sui significationem nominibus adjiciantur, ut *magnus*, *doctus*. Adjicis ea personis, ut *magnus Philosophus*, *doctus homo*, et plenus est sensus.

23. ^f Actualia ab actu descendunt, ut *rex*, *dux*, *cursor*, *nutrix*, *orator*.

Gentis a gente veniunt, ut *Græcus*, *Romanus*.

24. Patriæ a patria descendunt, ut *Atheniensis*, *Thebanus*.

^g Loci a loco, ut *suburbanus*.

25. Verbalia dicuntur, quia de verbo nascuntur, ut *lector*.

Participalia, quæ sic sonant, sicut participia, ut *clemens*, *prudens*.

26. ^h Verbis similia, a verbi similitudine dicta, ut *contemplator*. Nam et verbum est imperativi modi, futuri temporis; et nomen, quia casum recipit. Hæc omnes species a nominum appellatione descendunt.

16 27. ⁱ Secunda pars, nominis comparatio. Comparatio dicta, quia ex alterius comparatione alterum præfert. Cujus gradus tres sunt: positivus, comparativus, et superlativus. Positivus dictus, quia primus ponitur in comparationis gradu, ut *doctus*. Comparativus ab eo, quod comparatus positivo, præfertur illi, ut *doctior*: plus enim novit quam doctus. Superlativus, eo quod comparativo superferatur, ut *doctissimus*: plus enim scit quam doctior.

C 28. Genera dicta sunt, eo quod generent, ut masculinum, femininum. Cætera non sunt genera, sed hoc hominum ratio et auctoritas voluit. Neutrum dictum, quia nec hoc est, nec illud, id est, nec masculinum, nec femininum. Commune dictum, quod duobus generibus nomen unum communicat, ut *hic* et *hæc canis*.

29. Cui contrarium est epicænum, quia utrumque sexum sub uno genere enuntiat, ut *hic piscis*. Est enim incerti sexus, quod nec natura, nec oculis discernitur, sed sensus tantum peritia. *Omne genus* dictum, quia cunctis generibus servit: masculino, et feminino, neutro, et communi, et omni.

D quia non recipit similiter comparationem. Sunt etiam verbo similia, ut *contemplator*, sed cum casum acceperint, nomina sunt, ut *contemplator cum contemplatoris facit*. Cum autem tempus habuerint, verba, ut *Maro dixit*: *Contemplator aquas dulces*. Ergo casum ex Sergio posuimus, ubi *comparationem* habebant libri omnes. Nam *comparationem* recipere de participialibus, non de verbo similibus, dixerat Sergio.

ⁱ Secunda pars nom. Quam primam dixerit, nisi appellativorum, nulla est; præcessit enim: *Hæc omnes species a nominum appellatione descendunt*.

^j Sed sensus tantum peritia. Aut sensum pro intellectus arbitrio posuit, aut male libri omnes *sensus tantum peritia*. Nam si neque natura, neque oculis discernetur genus, quomodo sensus peritia discernetur? Itaque suspecta habebat hæc verba Chæcon. Mirum ni *usus tantum peritia* Isidorus scripsit. Qui Servium legerit de hac scriptura non admodum dubitabit. Ejus verba sunt in art. 2, cap. 5: *Inter*

30. Numerus vocatus, quia per eum, vel singularia, vel pluralia nomina ostenduntur.

Figura, quia, vel simplicia, vel composita sunt.

31. Casus a cadendo dicti; per eos enim inflexa nomina variantur, et cadunt. Nominativus casus dictus, quia per eum aliquid nominamus, ut *hic magister*. Genitivus, quia per eum genus cujuscunque quærimus, ut *hujus magistri filius*; vel quod rem significamus, ut *hujus magistri liber*.

32. Dativus, quia per eum alicui aliquid nos dare demonstramus, ut *da huic magistro*. Accusativus, quia per eum aliquem accusamus, ut *accuso hunc magistrum*. Vocativus, quia per eum aliquem vocamus, ut *o magister*. Ablativus, quia per eum nos auferre aliquid cuiquam significamus, ut *auferam a magistro*.

33. Hexaptota nomina dicta, quia per sex casus varietates habent, ut est *unus*. Pentaptota, quod tantum in quinque casibus variantur, ut *doctus*. Tretraptota, quod tantum in quatuor casibus declinantur, ut *atus*. Triptota, quod tantum in tribus, ut *templum*. ^a Diptota, quod tantum in duobus, ut *Jupiter*. ^b Monoptota, quod uno tantum casu utuntur, ut *frugi*.

CAPUT VIII.

De pronomine.

1. Pronomen dictum, quia pro ^e vice nominis ponitur, ne fastidium faciat nomen ipsum, dum iteratur. Nam cum dicimus: *Virgilius scripsit Bucolica*, addimus pronomen, *ipse scripsit et Georgica*; sic varietas significationis, et fastidium tollit, et ornatum inducit.

2. Pronomina autem aut finita sunt, aut infinita. ^a Finita pronomina dicta, eo quod definiunt certam personam, ut *ego*. ME enim statim intelligis. Infinita dicuntur, quia non sunt certæ personæ. De absentibus enim dicuntur et incertis, ut *quis, quæ, quod*. Minus quam finita appellantur, quia commemoracionem faciunt notæ personæ, ut *ipse, iste*, certum est enim de quo dicitur.

18 3. Possessiva vocantur, eo quod nos aliquid possidere ostendunt; nam dum dico *meus, tuus*, definio aliquid meum esse, vel tuum. Relativa dicuntur, quia ad interrogationem referuntur, ut *quis est?* respondetur, *is est*. Demonstrativa, eo quod habent demonstrantis significationem. Aliquem enim præsentem his demonstramus, ut *hic,*

epicænum, et commune hoc interest, quod in communi articulari secernimus sexum, ut, hic canis; in epicæno vero unus articularis sumitur, et utrumque sexum intelligimus, ut, hæc aquila; eum autem sumemus articulare quem auctoritas dederit. Nam cum naturaliter non possumus in epicænis sexum deprehendere, debemus auctoritate firmari. SEXUS PERITIA, quod in uno Rom. C. legitur, absurdum omnino videtur.

^a Diptota, ut JUPITER. Duob. in casib. Jupiter dici etiam Charisius ait, et Sergius. Varietates duas habere nemo dixerit: nam ne accentum quidem variat Jupiter in vocativo, et nominativo. Ergo varietatem a casu cum Sergio distinxit.

^b Monoptota. Hæc Sergius aptota appellari mavult. CAP. VIII. — ^c Pro vice nominis. Sic infra, c. 36: *Antonomasia pro vice nominis ponitur*. Donatus, Sergius et Beda, *Pro nomine ponitur*. Posset legi pro

hæc, hoc, e quæ tria et articuli nominantur.

4. Articuli autem dicti, quod nominibus arctantur, id est, colligantur, ut cum dicimus *hic orator*. Inter articulum autem, et pronomen hoc interest, quod articulus tunc est, cum nomini jungitur, ut *hic sapiens*. Cum vero non conjungitur, demonstrativum pronomen est, ut *hic, et hæc, et hoc*.

5. Omnia autem pronomina, aut primigenia, aut deductiva sunt. Primigenia dicta sunt, quia aliunde originem non trahunt. Hæc viginti unum sunt. Finita tria: *ego, tu, ille*. ^f Infinita septem: *quis, qualis, talis, quantus, tantus, quotus, totus*. Minus quam finita sex: *iste, ipse, hic, is, idem, sui*. Possessiva quinque: *meus, tuus, suus, noster, vester*. Reliqua autem deductiva dicuntur, quia ex illis deducta atque composita existunt, ut *quispiam, aliquis, etc.*

CAPUT IX.

De verbo.

1. Verbum ^g dictum, eo quod verberato acre sonat, vel quod hæc pars frequenter in oratione versetur. Sunt autem verba mentis signa, quibus homines cogitationes suas invicem loquendo demonstrant. Sicut autem nomen significat personam, ita verbum, factum dictumque personæ. In persona verbi, agentis et patientis significatio est. Nam *scribo* agentis personæ factum est. Item *scribor* personæ factum indicat, sed ejus a quo patimur.

19 2. Verborum genera duo sunt, grammaticorum, atque rhetorum. Grammaticorum in tria cadunt tempora: præteritum, præsens et futurum, ut, *fecit, facit, faciet*. Rhetorum autem universa oratio verba dicuntur, veluti, *verbis bonis nos cepit, verba bona habuit*: ubi non tantum verba quæ in tria cadunt tempora, sed universa oratio est. Verborum species sunt formæ, modi, conjugationes et genera.

3. Formæ verborum inde dictæ, eo quod nos ad unamquamque rem informant; per has enim ostendimus quid agamus. Nam Meditativa dicta a meditantis sensu, ut ^h *lecturio*, id est, *legere volo*. Inchoativa post meditationem ab inchoantis indicio, ut *calesco*. Frequentativa a sæpius agendo, ut *lectito, clamito*. Formæ enim sensum tenent, modi declinationem. Nam nescis quid sit declinatio, nisi prius didiceris quid sit sensus.

nomine, id est, *vice nominis*, ut eod. c. 36: *Antonomasia est pro nomine, id est, vice nominis posita.*

^d Finita, eo quod dif. c. p. Servius ad Art. Donat.

^e Quæ tria, et articuli n. Sergius. Hæc nonnulli etiam pronomina articularia vocant, eo quod more Græcor. cum nominibus declinantur.

^f Infinita septem. Quæ nomina ab aliis dicuntur. Sed cum Isidoro faciunt Charisius, Diomed., Serv. et D. Augustinus.

CAP. IX. — ^g Verbum... quod verberat. E. Serv. ad Art. Don. Sed improbat Quintil. lib. I, c. 5. Quæ de perfecta forma leguntur in impressis, a Longobardicis quibusdam recte aberant.

^h LECTURIO, id est, LEGERE VOLO. Sic Longobard. et Servius: *Una meditativa forma est, quæ non agere nos aliquid, sed adhuc velle agere ostendit, ut est lecturio; significat enim non lego, sed legere volo.*

4. Modi dicti ab eo, quemadmodum sint in suis significationibus. Indicativus modus dicitur, quia significationem indicantis habet, ut *lego* Imperativus, quia sonum habe imperantis, ut *lege*. Optativus, quia per ipsum optamus aliquid agere, ut *utinam legerem!*
^a Coniunctivus, quia ei coniungitur aliquid ut locutio plena sit: nam quando dicis *cum clamem*, pendet sensus; quod si dicam *cum clamem, quare putas quod taceam?* Plenus est sensus.

5. Infinitus dicitur, eo quod tempora definiens personam verbi non definit, ut *clamare, clamasse*. Cui si adjungas personam: *clamare debeo, debes, debet*, fit quasi finitum. Impersonalis dicitur, quia indiget persona nominis, vel pronominis, ut *legitur*: addis personam, *a me, a te, ab illo*, et plene sentitur. Sed infinitus modus persona tantum verbi eget. Impersonalis vero, vel pronominis persona, vel nominis.

6. Coniugatio dicitur, eo quod per eam ad unum sonum multa coniungantur. Docet enim, in quam syllabam exeat futurum tempus, ne per imperitiam quis dicat *legebo*, pro *legam*. Harum prima et secunda mittunt futurum tempus in *bo*, et in *bor*, tertia in *am*, et in *ar*.

7. Genera verborum ideo dicta, quia gignunt. Nam activo adjicis *r*, et gignit passivum. Rursum passivo adimis *r*, et parit activum. Ipsa autem activa dicuntur, quia agunt, ut *verbero*; et passiva, quia patiuntur, ut *verberor*. Neutralia, quia nec agunt, nec patiuntur, ut *jacco, sedeo*. His si *r* litteram adjicis, ^b non sonant Latine. Communia autem dicuntur, quia et agunt et patiuntur, ut *amplector*. Hæc similiter, deposita *r* littera, Latina non sunt. Deponentia vero dicuntur, ^c quia deponunt futuri temporis participium a significatione passiva, quod exit in *us*, ut *gloriandus*.

CAPUT X.

De adverbio.

1. Adverbium ^d dictum est, eo quod verbis accidat, ut puta, *bene legi*. Bene adverbium est, *legi* verbum. Inde ergo dictum adverbium, quod semper verbo iunctum adimpleatur. Verbum enim solum sensum implet, ut *scribo*. Adverbium autem sine verbo non habet

^a Coniunctivus. Servius: *Ideo dictus coniunctivus, quia in loquendo, cum solus elocutionem implere non possit, coniungit sibi indicativum.*

^b Non sonant Latine. Latina, Ms.; non sunt Latina, paulo post ex Donat.

^c Qui deponunt futuri temporis participium a passiva significatione. DEPONENS (ait Charisius) per antiphrasim dicitur, id est, e contrario, quod verbum *r* littera finitum deponere eam non potest. Idem totidem verbis Diomedes. Ergo eodem modo hæc Isidori verba sunt accipienda, ut cum verbum deponens reliquas voces a passiva significatione deposuerit, hoc est, deiecerit, futurum in *us* a patiendi significatione depellere nunquam queat. Nam *sequendus, utendus*, et si qua huiusmodi reperiuntur, passivam significationem retinent. Aut, DEPONUNT, id est *abjiciunt*, neque recipiant futurum in *us* propter passivam significationem, ut *gloriandus*: nam *gloriandus* in usu plane non est. Comminianus apud eundem Charisium: *Trahuntur participia a communi (inquit) quatuor, præsens, et præteritum, et duo futura: VADANS, VADATUS; VA-*

plenam significationem, ut *hodie*; adjicis illi verbum, *hodie scribo*, et iuncto verbo implesti sensum.

21 CAPUT XI.

De participio.

1. Participium dictum, quod nominis et verbi capiat partes, quasi *participium*. A nomine enim vindicat sibi genera, et casus; a verbo tempora, et significationes; ab utroque numerum et figuram.

CAPUT XII.

De conjunctione.

1. Coniunctio dicta, quod sensus sententiasque coniungat. Hæc enim per se nihil valet, sed in copulatione sermonum, quasi quoddam exhibet glutinum. Aut enim nomina sociat, ut *Augustinus et Hieronymus*, aut verba, ut *scribit et legit*. Una autem vis omnium, sive copulens, sive disjungens.

2. Copulativæ autem conjunctiones dictæ, eo quod sensum vel personas coniungant, ut *ego et tu eamus ad forum*: ipsum et sensum coniunxit. Disiunctivæ dictæ, quia disjungunt res aut personas ut *ego aut tu faciamus*. ^e Subiunctivæ dicuntur, quia subiunguntur, ut *que*; dicimus enim, ^f *regique, hominique, Deoque*; non dicimus, *que regi, que homini*.

3. ^g Expletivæ dictæ, quia explent propositam rem, ut puta, *si hoc non vis, saltem illud fac*. Communes nominantur, quia ubivis ponuntur, et subiunguntur, ut, *igitur hoc faciam, hoc igitur faciam*.

4. ^h Causales dicuntur a causa, eo quod aliquid cogunt facere, ut puta, *occido illum quia habet aurum*: Quia habet aurum causa est. Rationales dicuntur a ratione, ⁱ qua quisque utitur in faciendo, ut, *quomodo eum occidam, ne agnoscar: veneno? an ferro?*

CAPUT XIII.

De præpositionibus.

1. Præpositio dicta, quod nominibus præponatur, et verbis. ⁱ Accusativæ autem, et ablativæ præpositiones a casibus quibus serviunt dictæ. Loquelares vero, quia loquelis, id est, verbis semper coherent, nec aliquid valent solæ positæ, ut *di, dis*. Coniunctivæ vero verbis figuram faciunt, ut *diduco, distraho*.

DATURUS, VADANDUS. A deponenti tria: præsens, præteritum, et futurum, ut LUCTANS, LUCTATUS, LUCTATURUS.

CAP. X. — ^d Totum caput e Sergio.

D CAP. XII. — ^e Subiunctivæ. Ita appellat eas Donatus. ^f *Regique, hominique, Deoque*. Hemistichium Iuveni de Magis.

^g Expletivæ. Etiam Donatus, et Diomedes, saltem in expletivis numerant.

^h Causales, eo quod aliquid cogunt facere. Recte emendavit Chacon, cum libri partim *cogitem*, partim *cogitent* haberent. Sergius: *Inter causales, et rationales hoc interest, quod tunc utimur causalibus, quando de causa loquimur; tunc rationalibus, quando de ratione. Causa est, que nos compellit (al., impingit), ad aliquid faciendum; ratio, qua utimur in faciendo.*

CAP. XIII. ⁱ Accusativæ autem, et Ablativæ. Ita appellantur a Serv. et Serg.

^j Loquelares. Ita appellantur a Probo, Serv., Donat. Diomed., Charis., Festo, in Am., et Bed., de Arte Metr.

CAPUT XIV.

De interjectione.

1. Interjectio ^a vocata, quia sermonibus interjeeta, id est, interposita, affectum commoti animi exprimit, sicut eum dicitur ^b ab exultante *vah!* a dolente, *heu!* ab irascente *hem!* a timente *hei!* Quæ voces quarumcunque linguarum propriæ sunt, nec in aliam linguam facile transferuntur.

CAPUT XV.

De voce.

1. Vox est aer ietus sensibilis auditu, quantum in ipso est. ^c Omnis vox, aut est articulata, aut confusa. Articulata est hominum, confusa animalium. Articulata est quæ scribi potest, confusa quæ scribi non potest.

CAPUT XVI.

De syllaba.

1. Syllaba Græce, Latine *conceptio*, sive *complexio* dicitur. Nam syllaba dicta est ^d ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα, id est, a *conceptione litterarum*: συλλαμβάνειν enim dicitur concipere. Unde vere illa est syllaba, quæ ex pluribus nascitur litteris. ^e Nam unam vocalem pro syllaba abusive, non proprie, dicimus, quæ non tam syllaba dicenda est quam ratio temporum. Syllabæ autem, aut breves sunt, aut longæ, aut communes.

2. Breves vocatæ, quia nunquam produci possunt. Longæ, quia nunquam corripri possunt. Communes autem, quia pro scribentis arbitrio, eum necessitas cogit, et producuntur, et corripuntur. Lege Donatum. Ideo autem syllabæ longæ, brevesque dicuntur, quia per varias vocum moras aut dupla aut simpla spatia temporis habere videntur. Diphthongæ syllabæ Græco nomine dictæ, quod in eis binæ vocales junguntur.

3. Ex his apud nos veras esse scimus quatuor: *a*, *æ*, *au*, *eu*. *Ei* vero apud majores tantum celebrata fuit. Syllaba autem apud metricos ideo semipes nominatur, quod sit dimidius pes. Nam pes ²1 duabus

Aeonstat syllabis. Cum ergo syllaba una est, quasi dimidius pes est. ^f Dionysius Lintius syllabarum omnium singulas formas aptissimas fecit, et ob id statua honoratus est.

CAPUT XVII.

De pedibus.

4. Pedes ^g sunt qui certis syllabarum temporibus insistunt, nec a legitimo spatio unquam recedunt. Pedes dieti, eo quod per ipsos metra ambulent. Nam sicut nos pedibus incedimus, ita metra quasi pedibus gradiuntur. Pedes autem omnes centum viginti quatuor sunt: disyllabi quatuor, trisyllabi octo, tetrasyllabi sexdecim, pentasyllabi duo et triginta, hexasyllabi quatuor et sexaginta. Usque ad quatuor autem syllabas pedes dicuntur; reliquæ συζυγίαι vocantur.

B 2. Ipsi autem pedes habent speciales causas nominum quare ita vocentur. Pyrrhichius dietus est, quia hic assidue, vel in certamine, vel in ludo puerili sæpius ^h frequentabatur. ⁱ Spondeus dicitur. ²5 quia tractim sonat. Nam spondeus tractus quidam dicitur, id est sonus qui fundebatur circa aures sacrificantium. Unde et ii qui tibiis canebant in sacris gentilium spondiales nominabantur.

3. Trochæus vero ab eo dictus est, quod celerem conversionem faciat cantilenæ, et quasi rota velociter eurrat in metris, τροχός enim Græce rota dicitur.

4. Iambus dietus est, quod ἰαμβέζειν Græci detrahere dixerunt. Hujusmodi enim earmine omnes invectiones, vel detractiones implere poetæ sunt soliti. Dietum autem nomen ab eo quod velut venenum **C** quodammodo maledicti aut livoris infundat.

5. ^j Tribraehys, qui et ehorius appellatur, dietus quia fit ex tribus brevibus.

6. Molossus dictus, a saltatione Molossorum, quam exereuerunt armati.

7. ^a Anapæstus, quia remissionibus et ludis hic pes dicatus est.

guntur: *Sive Pyrrhichius dicitur, ἀπὸ τοῦ πύρρος, id est, igne: celeri enim, sicut ignis, pes iste decurrit. Hinc est illud Virgilianum: ARDENTES TYRRI, id est, FESTINANTES. Eadem sunt in recentioribus Editionibus. Recta tamen prior etymologia. Terentianus: Πυρρήχιος; idem vocatur, quippe et aptus Pyrrhichæ.*

ⁱ Spondeus dictus, quia tractim. Est enim σπονδαίον lente moveri, unde spondeos stabiles dixit Horatius. Et Cicero: *Etsi enim hebetior est, et tardior, habet tamen stabilem quemdam, et non expertem dignitatis gradum.* Vel potius ἀπὸ τῆς σπονδῆς, id est, libatione, unde ἐπιβώμιος etiam dictus, quod eo sacerdotes ad aras progredientes uterentur, ut ejus pedis gravitas ominosis vocibus officeret, ne ad illorum aures pervenirent. Terentianus:

Qui, quod in templis canorus a sono vocis malæ Auribus libantis obstat et favet, σπονδαίος est.

Et qui tibiis longis in sacris canebant, spondiales dicebantur, quorum meminit Plutarchus.

^j Tribraehys, qui, et ehorius. Et trochæus dicitur. Quintilian., lib. IX, c. 4: *Tres breves choreum, quem tribraehyn dici volunt.* Terentianus, cum de iambo egisset:

Nec minus currit trochæus lege versa temporum, Syllaba longus priore, parcius novissima.

Χόριος idem nuncupatur a magistris plurimis.

CAP. XIV. ^a *Interjectio.* Omnia fere verba Aug., lib. I de Serm. Domini in mont., c. 9.

^b *Ab exultante VAH!* Diomedes: *Exsultantem significat EVAX!* Item Donatus et Bed.: *Lætantis EVAX!* Augustinus tamen: *Cum delectamur, VAH!* (inquit) dicimus.

CAP. XV. ^c Omnia e Donato.

CAP. XVI. ^d ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν. Ita Serg., Diomed., Charis.

^e *Nam unam vocalem pro syllaba abusive.* Donatum videtur notasse, qui vocalem longam syllabam dici proprie voluit. Ejus enim verba sunt: *Syllaba est comprehensio litterarum, vel unius vocalis enuntiatio temporum capax.* Nam abusive etiam vocalem brevem syllabam vocamus.

^f *Dionysius Lintius.* Vel *Lindius* potius, ejus Strabo et Suidas meminere. Is Pompeii ætate grammaticam Romæ docuit.

CAP. XVII. ^g *Pedes sunt qui certis.* Elegantissime Terentianus:

Una longa non valebit edere ex sese pedem, Ictibus quia fit duobus, non gemello tempore.

Sergius quoque: *Necesse est pedem unumquemque in se habere certum cum temporibus numerum syllabarum.*

^h *Frequentabatur.* Postea in Romano Cod. hæc le-

8. Dactylus a digito dictus, quod a longiore nodo inchoans, in duos desinat breves. Sic, et iste pes juncturam unam habet longam, et duas breves. Unde et manus oppansa palma dicitur, et pendentes digiti dactyli.

9. Amphibrachus, quod in utraque parte brevem habeat, longa in medio interjacente: $\beta\rho\alpha\chi\upsilon\varsigma$ enim brevis dicitur.

10. Amphimacrus dicitur, quod duæ hinc inde longæ habent in medio inclusam brevem: $\mu\alpha\chi\rho\delta\varsigma$ enim Græce longus dicitur.

11. Bacchius appellatus est, eo quod eo pede Bacchica, id est, Liberi sacra, celebrabantur.

12. Antibacchius, vel palimbacchius dictus, quia contrarius, vel iteratus a Bacchio est.

13. Proceleumaticus, eo quod sit ad celeuma canentium aptus.

14. Dispondeus autem, et ditrochæus, et diambus dictus, quod geminis constant iambis, spondei vel trochæis.

15. Antispatus, quod sit ex contrariis syllabis, ex brevi et longa, ex longa et brevi.

16. Choriambus vero, quia ex hoc pede compositum carmen choris aptissimum sit.

17. Ionici sane propter numerorum inæqualem sonum dicti; habent enim binas longas syllabas, binasque correptas.

18. Pæones dicti ab inventore. Constant ipsi ex una longa et tribus brevibus; quæ longa juxta nomina eorum variatim est constituta.

19. Epitriti vocati, quod semper tres longas habeant syllabas, et unam brevem.

20. Syzygiæ autem sunt pentasyllabi, et hexasyllabi pedes. Et dictæ apud Græcos $\sigma\zeta\upsilon\gamma\lambda\alpha\iota$, quasi quædam declinationes. Sed hi non sunt pedes, sed appellantur pentasyllabi, et hexasyllabi, quia ultra quinque, et sex syllabas non procedunt; unde non oportet in carmine has syllabas quodlibet excedere, nomen, ut *Carthaginensium*, *Hierosolymitanorum*, et *Constantinopolitanorum*.

Idem :

Nam solet longam trochæus solvere in duas breves, Unde et appellantur trochæum quem vocamus $\tau\rho\chi\epsilon\pi\alpha\chi\upsilon\upsilon$.

^a *Anapæstus*. Longobardicos secuti sumus, qui in hanc lectionem consentiunt. Altera etymologia, quæ in aliis libris manuscriptis et inditis legitur: *Anapæstus dicitur percussus* (Græci enim $\alpha\nu\alpha\pi\alpha\epsilon\sigma\tau\omega$ *REPERCUSSIONEM dicunt; qui idco dicitur percussus, eo quod reperiatur a dactylo, est enim illi contrarius*). E Diomede sumpta est. Quibus verbis illud etiam subjungitur in sex libris: *Illud autem mirandum est, in his duobus pedibus, quod anapæsto incipiat, et omnino breviores semper præponat. Sed quis non videt, hac etymologia recepta, ut anapæstus quasi percussus dicatur, nihilominus hunc quam dactylum nomen sumere de qualitate syllabarum, non quod reperiatur a dactylo, sed quod duæ syllabæ breves re-*

²⁷ 21. ^f Accidunt unicuique pedi arsis, et thesis, id est, elevatio, et positio vocis. Neque enim iter pedes dirigere poterunt, nisi alterna vice levantur, et ponantur: ut *arma*, *ar* elevatio est, *ma* positio. In his duobus per divisionem pedes legitimi colliguntur. Æqua divisio est, quoties arsis et thesis æquali temporum divisione cæduntur.

22. Dupla, quoties ex his unus alterum duplo vincit. Sescupla vero est, quoties unum alterum sescuplo superat. In simpla enim ejus parte unum plus invenitur, in dupla unum minus habetur. ^s Sescum enim dimidium dicitur. Triplum est, quando major pars ter continet totum minus, id est, tria, et unum. Epitritum est, quando minus continetur a majore, et ejus tertia pars. Cæduntur vero pedum membra, vel per æqualitatem, vel per duplum, vel per sescuplum, vel per triplum, vel epitritum.

23. ^h Partimur ergo in æqua hos :

Spondeum, ut *æstas*;

Pyrrhichium, ut *fuga*;

Dactylum, ut *Mænalus*;

Anapæstum, ut *Erato*;

Dispondeum, ut *oratores*;

Proceleumaticum, ut *avicula*;

Diiambum, ut *propinquitas*;

Ditrochæum, ut *cantilena*;

Antipæstum, ut *Saloninus*;

Choriambum, ut *Armipotens*.

24. Item in dupla partimur hos pedes :

Trochæum, ut *meta*;

Iambum, ut *parens*;

Molossium, ut *Aeneas*;

Tibrachyn, ut *macula*;

Ionicum majorem, ut *Junonius*;

Ionicum minorem, ut *Diomedes*.

²⁸ 25. Unus vero tantum est qui tripla partitione dividitur, quæ est maxima, atque ideo minime metris adest.

26. Tripla: — Amphibrachys, ut *carina*.

percutiuntur, et obtunduntur a sequenti longa?

^b *Juncturam unam*. Articulum juncturam dixit.

^c *Antibacchius, vel palimbacchius, quia iteratus*.

Romanus Codex eam Donato: *Quia contrarius*. Hi *antibacchium*, nostri *palimbacchium*, interpretati sunt.

^d *Ad celeuma canentium*. *CALCANTIUM* volebat Chacon., ex Jerem. xxv: *Celeuma, quasi calcantium*. Et Hieronym., Is. xvi: *Nequaquam in vindemia lætus vindemiator celeuma cantabit*. Et Jerem. XLVIII et LI.

^D *Canendum* alii edidit, haud male.

^e *Sed hi non sunt pedes*. Cicero in Oratore: *Jam pæon, quod plures habeat syllabas, quam tres, numerus a quibusdam, non pes, habetur*. Sed quod $\sigma\zeta\upsilon\gamma\lambda\alpha\varsigma$ declinationes dixit, conjugationes forte legendum.

^f *Accidunt unicuique pedi arsis*. E Sergio. Vide Terentianum.

^g *Sescum enim dimid*. Sic Longobard. libri. Cicero in Oratore: *Ut necesse sit partem pedis, aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse majorem; ita fit ut æqualis dactylus, duplex iambus, sesquiple pæon*. Vid. Serg., art. 1, c. 5; et Quintil., lib. IX, c. 4.

^h *Partimur ergo in æqua*. Omnia ex Donato usque ad *Fescenninus*.

Sescupli autem ii sunt :

Amphimacrus, ut *insulæes* (sic);

Bacchius, ut *Achat* (sic);

Antibacchius, ut *natura*;

Pæon primus, ut *legitimus*;

Pæon secundus, ut *colonia*;

Pæon tertius, ut *Menedemus*;

Pæon quartus, ut *celeritas*.

27. Restant quos ^a epitrita partitione dividimus :

Epitritus primus, ut *sacerdotes*;

Epitritus secundus, ut *conditores*;

Epitritus tertius, ut *Demosthenes*;

Epitritus quartus, ut *Fescenninus*.

Sunt igitur æqui decem, dupli vero sex, triplus unus, sescupli septem, epitriti quatuor.

28. Numerus syllabarum in pedibus a duabus usque ad sex protenditur : ulterius enim non procedit, quia usque ad sex syllabas tenduntur pedes. Tempora in pedibus sunt, ut quanta unusquisque pes habeat. Resolutio est pedum, quando pro una longa duæ breves ponuntur, aut pro duabus longis quatuor breves, ut : *Sectaque intexunt abiete costas. Abiete* nunc resolutio est spondei in proceleumaticum, in qua resolutione semper ^b synalæpham sequitur Virgilius.

29. ^c Ex una autem longa duæ breves fiunt; ex duabus autem brevibus ^d longa nunquam fit. Findi enim solida possunt, solidari scissa non possunt. Figura est, cujus nota syllabæ agnoscuntur. Ubi enim circuli partem inferiorem bis positam aspicias, Pyrrhichius est, $\cup\cup$; ubi *i* geminum jacens, spondeus, - - . Nam nota brevis inferior semicirculus \cup , nota longa *i* jacens est - - .

30. ^d Metra pedibus accidunt, ut a trochæo trochaicum, a dactylo dactilicum, a iambo iambicum, de quibus paulopost dicendum est.

CAPUT XVIII.

De accentibus.

1. Accentus, qui Græce prosodia dicitur, ex Græco nomen accepit. Nam Græce $\pi\rho\delta\varsigma$, Latine *ad*, $\acute{\omega}\delta\eta$ Græce, Latine *cantus* est. Hoc enim nomen de verbo ad verbum expressum est. Latini enim habent et alia nomina. Nam accentus et tonos et tenores dicunt, quia ibi sonus crescit et desinit.

2. Accentus autem dictus, quod juxta cantum sit,

^a *Epitrita partitione*. Augustinus *sesquiterciam* nominat, alii *supertertiam*; *Epitritam* Diomedes, Donatus, et Terentianus.

^b *Synalæpham sequitur Virgil*. Servius, *Æn.* v, ad illud: *Genua labant: Proceleumaticus* (inquit) *est quem sic semper ponit Virgilius, ut cogi possit in dactylum*. Quod alibi etiam repetit. Id fit si *i* et *u* consonantes fiant, sed in *rejice capellas*, *Ecolg.* 3, etiam duo *ii*, in unum, idque consonans, contrahenda, cum tamen, *i*, in medio, nisi inter duas vocales, consonans esse non possit.

^c *Ex una autem longa duæ breves...*, *ex duabus autem*. Terentianus :

Nam non ita est ut longa dissolubilis.

Breves vicissim contrahi in longam valent :

Quia solida findi magnitudo non vetat;

Divisa jungi rursum in unum non queunt.

^d *Metra pedibus accidunt*. Donatus : *Accidunt unicuique pedi arsis et thesis, numerus syllabarum,*

A sicut adverbium, quia juxta verbum est. Acutus accentus dictus, quod acuat et erigat syllabam. Gravis, quod deprimat, et deponat, est enim contrarius acuto. Circumflexus, quia de acuto et gravi constat : incipiens enim ab acuto in gravem desinit; atque ita, dum ascendit, et descendit, circumflexus efficitur.

3. Acutus autem et circumflexus similes sunt, nam uterque levat syllabam. Gravis contrarius videtur ambobus, nam semper deprimit syllabas, cum illi levant, ut : *Undè venit Titan, et nox ubi sidera condit. Undè* hic gravis est, minus enim sonat quam acutus, et circumflexus.

4. Monosyllaba autem pars orationis, si naturaliter brevis est, ut *vir*, **30** aut positione longa, ut *ars*, acutum accentum habebit. Si vero naturaliter longa, ut *rês*, circumflexum. Dissyllaba pars orationis, si priorem naturaliter longam habet, et ultimam brevem, circumflectitur, ut *Musâ*, aliter acuitur. Trisyllaba pars orationis, si mediam brevem habet, ut *tibia*, tunc primam acimus. Si vero naturaliter longam habet secundam, et ultimam brevem, ut ^e *Românus*, tunc mediam circumflectimus.

5. Tetrasyllaba autem, et pentasyllaba ratione trisyllaborum retinentur. ^f Gravis accentus cum uno accentu poni potest in dictione una, cum utrisque nunquam, ut *Catùllus*. In composita dictione unus accentus est, ut *armipotens, omnipotens*.

6. ^g Accentus autem reperti sunt, vel propter distinctionem, ut *viridique in littore conspicitur sus*, ne dicas *ursus*, vel propter pronuntiationem, ne dicas **C** *mêta* breviter, et non producta *metâ*, vel discernendæ ambiguitatis causa, ut *ergò*. Nam cum producitur *go*, causam significat, cum corripitur, conjunctio est.

CAPUT XIX.

De figuris accentuum.

1. Figuræ ^a accentuum decem sunt, quæ a grammaticis pro verborum distinctionibus apponuntur. $\acute{\omega}\xi\epsilon\acute{\alpha}$, id est, acutus accentus, linea a sinistra parte in dexteram partem sursum ducta fit ita : '.

2. $\beta\alpha\rho\epsilon\acute{\alpha}$, id est, gravis linea a summo sinistrae in dexteram deposita, fit ita : '.

31 3. $\Pi\epsilon\rho\iota\sigma\pi\omega\mu\acute{\epsilon}\nu\eta$, id est, circumflexus, linea de acuto et gravi facta exprimitur ita : ^.


4. $\mathcal{M}\alpha\rho\acute{\alpha}$, id est, longa, virgula jacens est, ita : -.


D *tempus, resolutio, figura, metrum*. De quibus omnibus jam egit Isidorus. Sergius : *Metrum, quod ex spondeo spondaicum, ex trochæo trochaicum, ex iambo iambicum nuncupatur*. Ac $\tau\acute{o}$ *nuncupatur* addendum putabat Isidoro Chacon, ita fore integra omnia.


CAP. XVIII. — ^e *Ut Românus*. Ita legendum ex Tarraconensibus libris, vel *Cethegus* ex Donat., ut congruat exemplum; non *Metellus*, ut est in reliquis libris. Nam distinxit paulo ante naturaliter longam a positione longa.

^f *Gravis accentus.... cum utrisque nunquam*. Nunquam enim plus una acuta in eadem voce, ut ait Quintilianus, sed gravis poni in una dictione non solum cum acuto, sed etiam cum circumflexo potest.

^g *Accentus autem reperti sunt*. Atqui Donatus, et Sergius, unde hæc sumpta sunt, conturbati et dissimiliari sæpe accentum legendi, vel distinguendi, vel pronuntiandi ratione, vel discernendæ ambiguitatis neces-

5. Βραχὺς, id est, brevis, pars est circuli inferior, jacens ita : .

6. Ὑφέν, id est, conjunctio, quia duo verba connectit, subjecta virgula versui circumflexa fit ita : .

7. Diastole, id est, distinctio, quæ e contrario separatur, dextera pars circuli supposita versui fit ita : .

8. Apostrophos, pars item circuli dextera, et ad summam litteram apposita, fit ita : ' , qua nota deesse ostenditur in sermone ultima vocalis, ut *tribunal* , pro *tribunali*.

9. Δασεία, quod interpretatur aspiratio, id est, ubi H littera poni debet, tali figura notatur : F.

10. Ψιλλή, quod interpretatur siccitas, sive purum, id est, ubi H littera esse non debet, tali nota ostenditur : I.

11. ^a Quorum duorum accentuum figuram Latini ex ipsa littera aspirationis fecerunt. Unde, si jungas has, facis eandem aspirationis notam H. Rursum si medium ejus apicem scindis, δασείαν F, et ψιλλήν I facis.

CAPUT XX.

De positura.

1. Positura est figura ad distinguendos sensus per cola et commata, et periodos, quæ dum ordine suo apponitur, sensum nobis **32** lectionis ostendit. Dictæ autem posituræ, vel quia punctis positis annotantur, vel quia ibi vox pro intervallo distinctionis deponitur.

2. Has Græci θέσεις vocant, Latini *posituras*. Prima positura, subdistinctio dicitur, eadem et κόμμα. Media distinctio sequens est, ipsa et κῶλον. Ultima distinctio, quæ totam sententiam claudit, ipsa est περίοδος; cujus, ut diximus, partes sunt κῶλον et κόμμα, quarum diversitas punctis diverso loco positis demonstratur.

3. Ubi enim in initio pronuntiationis necdum plena pars sensus est, et ^b tamen respirare oportet, fit comma, id est, particula sensus, punctusque ad imam litteram ponitur, et vocatur subdistinctio ab eo quod punctum subtus, id est, ad imam litteram accipit.

4. Ubi autem in sequentibus jam sententia sensum præstat, sed adhuc aliquid superest de sententiæ plenitudine, fit colon, mediamque litteram puncto notamus, et mediam distinctionem vocamus, quia punctum ad mediam litteram ponimus.

sitate, dicunt; et utrumque verum esse nemo negarit.

CAP. XIX.—^h *Figuræ accentuum*. Omnia ex Donato. ^a *Quorum duorum accentuum figuram Latini*. Ita quidem Donatus, et Sergius. Sed A. August. etiam Græcos prius littera ipsa H pro aspiratione usos dicit; habere enim se Græcos nummos in quibus scriptum sit Π Π Ρ Α Κ Α.; idque etiam Athenæum, lib. IX, c. 49, et Priscianum, in lib. de Ponderibus, testari. A quibus ne Capellæ quidem verba prorsus abhorrent : H *aspirationis notam Græci dividerunt*. Quod si vocem *Latini* tollas, quæ a Romano Codice abest, non minus commoda erit scriptura : *Quorum duorum accentuum figuram ex ipsa littera aspirationis fecerunt*, Græci scilicet.

CAP. XX. — ^b *Et tamen respirare oportet*. Hanc respirationem Donatus et Sergius mediæ distinctioni tribuunt.

CAP. XXI. — ^c *Asteriscus*. De Asterico et obelo August., XVIII de Civit., cap. 42, et Hieronym. in præfat. Paralipom. et in Job, et epist. 135, ad Suniam et Fretel. Reperiunturque adhuc in libris, et asterisci, et obeli

5. Ubi vero jam per gradus pronuntiando plenam sententiæ clausulam facimus, fit periodus; punctumque ad caput litteræ ponimus, et vocatur distinctio, id est, disjunctio, quia integram separavit sententiam.

6. Hoc quidem apud oratores. Cæterum apud poetas ubi in versu post duos pedes syllaba remanet, comma est, quia ibi post scansionem præcisio verbi facta est. Ubi vero post duos pedes de parte orationis nihil superest, colon est. Totus autem versus periodus est.

33 CAPUT XXI.

De notis sententiarum.

1. Præterea quædam scripturarum notæ apud celeberrimos auctores fuerunt, quasque antiqui ad distinctionem scripturarum carminibus et historiis apposuerunt. Nota est figura propria in litteræ modum posita, ad demonstrandum unamquamque verbi, sententiarumque ac versuum rationem. Notæ autem versibus apponuntur numero viginti sex, quæ sunt nominibus infra scriptis.

2. ^b Asteriscus (★) apponitur in iis quæ omissa sunt, ut illucescant per eam notam, quæ deesse videntur. Stella enim ἀστὴρ Græco sermone dicitur, a quo asteriscus est derivatus.

3. ^d Obelus (—) id est, virgula jacens, apponitur in verbis vel sententiis superflue iteratis, sive in iis locis ubi lectio aliqua falsitate notata est, ut quasi sagitta jugulet supervacua, atque falsa confodiat. Sagitta enim Græce δελδς dicitur.

4. Obelus (↔) superne adpunctus ponitur in iis, de quibus dubitatur utrum tolli debeant necne.

5. ^e Limniscus (÷) id est, virgula inter geminos punctos jacens, **34** apponitur in iis locis quæ sacre Scripturæ interpretes eodem sensu, sed diversis sermonibus, transtulerunt.

6. ^f Antigraphus (∇) cum puncto apponitur, ubi in translationibus diversus sensus habetur.

7. ^g Asteriscus (✱→) cum obelo : hac proprie Aristarchus utebatur in iis versibus, qui non suo loco positi erant.

8. Paragraphus (↵) ponitur ad separandas res diversæ aliquantulum figuræ : asterisci, ✱ ✱ ✱ ; obeli, —, →

^d *Obelus superne adpunctus*. Placet A. Augustino sic pingi, ut est in pandectis Florent. →

^e *Limniscus*. De vocis notione vid. Veget. de Re veterinaria. Mirum vero hypolimniscum ab Isidoro prætermisum (nam prætermisum non dubito, cum omnes xxvi notas quas proposuit explicarit) cum constet quatuor omnino notis in Hexaplis, aut Octaplis usum fuisse Origenem, asterisco, obelo, limnisco, et hypolimnisco. Est vero hypolimniscus ex Epiphano virgula jacens punctum subtus habens, quo indicatur ab altero tantum LXX pari sensum eisdem verbis redditum. Figura fuit : —

^f *Antigraphus*. Duplici figura pingitur. In Gothicis hæc tantum : ∇

^g *Asteriscus cum obelo*. Hunc A. August. ita pingi vult : ✱→

a rebus quæ in connexu concurrunt, quemadmodum in catalogo loca a locis, et regiones a regionibus, in agone præmia a præmiis, certamina a diversis certaminibus separantur.

9. ^a Positura (↵) est figura paragrapho contraria, ideo sic formata, quia sicut ille principia notat, ita ista fines a principiis separat.

10. Cryphia (∩), circuli pars inferior cum puncto, ponitur in iis locis ubi quæstio dura et obscura aperiri vel solvi non potest.

11. ^b Antisigma (∩) ponitur ad eos versus quorum ordo permutandus est, sic et in antiquis auctoribus positum invenitur.

12. ^c Antisigma (∩) cum puncto ponitur in iis locis ubi in eodem sensu duplices versus sunt, et dubitatur qui potius eligendus sit.

13. ^d Diple (∨) : hanc scriptores nostri apponunt in libris ecclesiasticorum virorum ad separanda, vel demonstranda testimonia sanctarum scripturarum.

14. ^e Diple περι στύχον, (∨) hanc primus Leogoras Syracusanus apposuit **35** Homericis versibus ad separationem olympi a eclo.

15. ^f Diple περιστυγμένη, (∨) id est, eum geminis punctis : hanc antiqui in iis apponebant s quæ Zenodotus Ephesius non recte adjecerat aut detraxerat, aut permutaverat; in iis et nostri ea usi sunt.

16. Diple ώβελισμένη (∨) interponitur ad separandas in comædiis vel tragædiis periodos.

17. ^b Aversa (∩) ⁱ quoties strophe et antistrophe infertur.

18. Aversa cum obelo (↔) ad ea ponitur quæ ad aliquid respiciunt, ut :

ⁱ Nosne tibi fluxas Phrygiæ res vetere fundo
Conamur? nos? an miseros qui Troas Achivis
Objecit?....

^a Positura. Cum reliqua omnia Græca sint; respectum posituræ nomen videri possit.

^b Antisigma. Vid Laert. in Platone.

^c Antisigma cum puncto. In Laertio A. Augustini hæc erat figura. ∩.

^d Diple. Cicero lib. viii Epist. ad Att., epist. 2 : *Vibuli res gestæ sunt adhuc maximæ; id ex Pompeii litteris cognoscas, in quibus animadvertito illum locum, ubi erit διπλή.* De figura consentiunt omnia, præter Codicem Laertii A. August. in quo hæc cernuntur : ||, :||; mendose, ut ipse etiam putabat.

^e Diple περι στύχον ∨ Leogoræ meminit Suidas, sed nihil de eo præter nomen.

^f Diple περιστυγμένη. ∨. Sic Anton. August. ex Cæsaraug. C., ∩; Gothic. CC.

^g Quæ Zenodotus. Primus hic (ut ait Suidas) Homeri corrector fuit, bibliothecis Alexandrinis præfectus, et filiorum Ptolomæi magister.

^h Diple aversa. Placet Cæsaraug. libri figura ∩ itemque aversa cum obelo, ↔ et superne obelata. ∩

ⁱ Quoties Strophe. De strophis, et antistrophis

A 19. Dipcl (↔) superne obelata ponitur ad conditiones locorum, ac temporum, personarumque mutatas.

20. Diple recta et aversa superne obelata (↔) ponitur, finita loco suo monade significante similem sequentem quoque esse.

21. Ceraunium (↔) ponitur quoties multi versus improbantur, nec per singulos obclantur, ceraunus enim fulmen dicitur.

22. ^k Chresimon (↔). Hæc sola ex voluntate uniuersusque ad aliquid notandum ponitur.

36 23. ^l Φ et ρ, (Φ), id est φροντίς. Hæc ubi aliquid obscuritatis est, ob sollicitudinem ponitur.

24. Anchora (∩) superior ponitur, ubi aliqua

B res magna omnino est.

25. Anchora inferior ubi aliquid vilissime, vel inconvenientius denuntiatur est.

26. ^m Coronis (∩) nota tantum in fine libri apponitur.

27. ⁿ Alogus (∩) nota ad mendas adhibetur.

28. Fiunt et aliæ librorum notulæ pro agnoscendis iis quæ per extremitates paginarum exponuntur, ut ubi lector in liminari hujusmodi signum invenerit ad textum recurrens ejusdem sermonis vel versiculi, sciat esse expositionem cujus similem superjaacentem notam invenerit.

CAPUT XXII.

De notis vulgaribus.

C 1. Vulgares ^o notas Ennius primus mille et centum invenit. **37** Notarum usus erat ut quidquid pro concione aut in judiciis diceretur librarii scriberent complures simul astantes, divisim inter se partibus, quot quisque verba, et quo ordine exciperet. ^p Romæ primus Tullius Tiro Ciceronis libertus commentatus est notas, sed tantum præpositionum.

vide Pindari interpretem, ad Olymp. et Hephæstionis Enchiridion, et Fortunatianum, de Metris Horatianis. Qui ita ait : *In cantionibus lyricis legitime scriptis, hoc est monostrophis, hæc tria inveniri necesse est : strophem, antistrophem, epodon. Nam circuire aram dextra strophem vocabant; redire a sinistra, antistrophem; post cum in conspectu Dei consistentes cantici reliqua peragebant, epodon.*

ⁱ Nosne tibi fluxas Phrygiæ res. Quo loco Servius, Status (inquit) relativus est.

^k γρήσιμον. Quod usui est.

^l Φ et ρ. Cum in veteribus libris frontis legeretur, non difficilis fuit conjectura φροντίς legendum, quæ vox curam significat, et sollicitudinem.

^m Coronis. Varie in libris pingitur, a quibus diversa est Hephæstionis nota. Sed placet Carion apud Aristophanem : Γραμμή τίς ἐστι βραχέα καμπήν τινα ὑποκάτω ἔχουσα.

ⁿ Alogus. Varie pingitur : ∩

CAP. XXII. — ^o Vulgares notas Ennius primus. Posteriorum intelligo, qui de litteris et syllabis duos libros scripsit, ut ait Sucton. in Procem. lib. de Illustrib. Gramm.

^p Romæ primus Tull. Tiro. Verba Hieronymi in Chronic. Euseb. Sed quonam modo primus, si Ennius quoque primus? Nundum hæc concinnarat Isidorus.

2. ^a Post eum Vipsanius Philargius, ^b et Aquila libertus Mæcenatis **38** alius alias addiderunt. Deinde Seneca, ^c contractu omnium, digestoque, et aucto numero, opus effecit in quinque millia. Notæ autem dictæ, eo quod verba vel syllabas præfixis characteribus notent, et ad notitiam legentium revocent, quas qui didicerunt proprie jam *notarii* appellantur.

CAPUT XXIII.

De notis juridicis.

1. Quædam autem litteræ in libris juris verborum suorum notæ sunt, quo scriptio celeris breviorque fiat. Scribebatur enim, verbi gratia, per B et F, *bonum factum*; per S et C, *senatusconsultum*; **39** per R et P, *respublica*; per P et R, *populus Romanus*; per D et T, *duntaxat*; ^d per supinam in litteram *mulier*; per P, secundum naturam, *pupillus*; ^e per PꝞ, verso capite, *pupilla*; per unum K, *kaput*; per duo KK juncta, *kalumniæ kausa*; per I et E, *judex esto*; per D et M, *dolum malum*.

2. Cujus generis plurimæ consimiles notæ in libris antiquis inveniuntur. Has juris notas ^f novitii imperatores a Codicibus legum abolendas sanxerunt, quia multos per has callidi ingenio ignorantes decipiebant, atque ita jusserunt scribendas in legibus litteras, ut nullos errores, nullas ambages afferant, sed sequenda et vitanda aperte demonstrent.

CAPUT XXIV.

De notis militaribus.

1. In ^g breviculis quoque quibus militum nomina continebantur **40** propria nota erat apud veteres, qua inspiceretur quanti ex militibus superessent, quantique in bello cecidissent. ^h T nota in capite versiculi posita

^a Post eum Vipsanius. Confirmavit conjecturam A. Augustini Codex Ovetensis collegii, in quo Vipsanius diserte scriptum est. Quod vero Agrippæ, qui ex Vipsania gente fuit, libertum hunc fuisse idem suspicabatur, non assentior. Neque enim arbitror liberto patronum id nomen dedisse, quod ipse respuerit. Vid. Senec. in Declamat.

^b Et aquila libertus Mæcen. Notas a Mæcenate ipso excogitatas, sed editas ab Aquila narrat Dion. lib. LV.

^c Contractu omnium. Sueton de Valer. Prob. : *Multaque exemplaria contracta emendare, ac distinguere, et adnotare curavit.*

CAP. XXIII. ^d Per supinam in litteram. Cum plerique omnes libri M litteram haberent, probissime conjecit. A. Augustinus in scribendum, quo tertia littera significatur. Nam per C conversam in hunc modum *Ꝟ* *cujam* significabant, eoque prænomine mulieres omnes utebantur. Plutarch., in Problem., et Boceth in Top. Quod autem per supinam in litteram dicit Isidorus, Romanus Codex hanc notam habet *U* quæ est etiam in Goth. Ov.

^e Per PꝞ verso capite PUPILLA. Ita Valerius Prob.

^f Novitii imperatores. Justinianus, in præfat. quæ Pandectis et Codici præfixa est. Obierat autem Justinianus anno a Christo nato 565.

CAP. XXIV. — ^g In breviculis. Rufinus, invect. 2: *Si quis, accepto breviculo, in quo militum nomina continentur, nitatur inspicere quanti ex militibus supersint, quanti in bello ceciderint; et requirens qui inspicere missus est propriam notam, etc.*

^h T nota i. c. v. superstitem signif. Ita apud P. Diaconum, quamvis V nota *vivum* solere significari sciamus. Nam quod VFERALE vocat Ausonius, alia ra-

superstitem designabat. ☉ Vero ad uniuscujusque defuncti nomen apponebatur. Unde et habet per medium telum. Id est, mortis signum, de qua Persius ait :

Et potis est nigrum vitio præfigere theta.

2. ⁱ Cum autem impuritiam significare vellent lambda littera usi sunt; sicut mortem significabant cum ponebant theta ad caput. In stipendiorum quoque largitione propriæ erant notæ.

CAPUT XXV.

De notis litterarum.

1. Notas etiam litterarum inter se veteres faciebant, ut quidquid occulte invicem scriptura significare vellent, mutuo scriberent. **41** Testis est Brutus. qui iis litteris ea quæ acturus erat notabat, ignorantibus aliis quid sibi vellent eæ litteræ.

2. Cæsar quoque Augustus ad filium : *Cum, inquit, innumerabilia inciduut assidue, quæ scribi ad alterutrum oportet, et esse secreta; habeamus ergo inter nos notas, si vis, tales, ut cum aliquid notis scribendum erit, pro unaquaque littera scribamus sequentem, hoc modo, pro A, B; pro B, C, et deinceps eadem ratione cæteras; ^j pro Z autem littera redeundum erit ad duplex. AA.* Quidam etiam versis verbis scribebant.

CAPUT XXVI.

De notis digitorum.

1. Sunt quædam et digitorum notæ, sunt et oculorum, quibus secum taciti proculque distantes colloquantur, sicut mos est militaris, ut quoties consentit exercitus, quia voce non potest, manu promittat, alii quia voce non possunt, gladiatorum ^k nutu salutant.

2. ^l Ennius de quadam impudica : *Quasi in choro pila ludens **42** datatim dat sese et communem facit.* tio est, ut adnotavit eruditissimus vir.

ⁱ Cum autem impuritiam. AL., *pueritiam*; al *impuritiam*. Ergo ληρεῖν, λαλεῖν, aut etiam lallare, quæ puerorum et imperitorum sunt, per λ significari quidam suspicantur. Alii non λ, sed γ litteram Pythagoræ substituunt puerorum ætati convenientem. Qui impuritiam malunt λαστιάζειν, aut aliud obscœnum verbum ex Aristophane in Concionatricibus intelligunt.

CAP. XXV. — ^j Pro Z autem l. red. ad dupl. AA. Suetonius, in August. : *Pro X autem ad duplex AA*: opinor, quia Augusti tempore extrema littera fuit X, Isidori vero Z, ut supra vidimus c. 3 et 4.

CAP. XXVI. — ^k Nutu gladiatorum. Sic est in Longobard. libro Viri clariss. G. Loaisæ, cum in reliquis omnibus motu non perinde eleganter legatur.

^l Ennius de quad. impud. NOËVIUM pro Ennio reponendum admonuit vir eruditus ex Festo. Sunt autem versus ex Tarentilla Nævii quos Gab. Faernus trochaicos quinque esse dicebat, sed duos mendose scriptos; illa verba in choro tollenda esse, vel potius ante scribenda, quasi dicta essent a poeta in choro : *Quasi pila ludens datatim dat se, et communem facit, Alium tenet, alii nutat....*

Alibi manus est occupata, alii pervellit pedem, Alii dat annulum spectandum a labris, alium invocat, Cum alio cantat, attamen aliis dat (de digito litteras.

Libuit eidem secundum versum ex Festo in *adnctat* ita supplere : *Alii adnutat, alii adnctat, alium amat, alium tenet.* Sed operæ pretium erit eosdem senarios tactos ab alio audire.

Quasi in foro pila,
Ludens datatim dat se, et communem facit,

Alium tenet, alii adnudit, alibi manus est occupata, alii pervellit pedem, alii dat annulum spectandum a labris, alium invocat, cum alio cantat, attamen aliis dat digito litteras. Et Salomon: Annuet oculo, terit pede, digito loquitur.

CAPUT XXVII.

De orthographia.

1. Orthographia Græce, Latine Recta scriptura interpretatur; ῥηθῆ enim Græce *recta*; γραφή *scriptura* dicitur: hæc disciplina docet quemadmodum scribere debeamus. Nam sicut ars tractat de partium declinatione, ita orthographia de scribendi peritia, ut puta *ad*, cum est præpositio, *d* litteram; cum est conjunctio: *t* litteram accipit.

2. *Haud*, quando adverbium est negandi, *d* littera terminatur, et aspiratur in capite; quando autem conjunctio est, per *t* litteram sine aspiratione scribitur.

3. *Apud*, præpositio per *d* scribitur; sicut *ad patrem*, quoniam veteres sæpe *ad* pro *apud* usi sunt duabus ex iis mediis litteris subtractis.

4. Interdum autem aliæ litteræ in locum aliarum rite ponuntur. *R* et *p* litteris quædam cognatio est; nam pro *birro* dicimus *pirrum*. *C* et *g* quamdam cognationem habent; nam cum dicimus *centum* et *trecentos*, postea dicimus *quadringentos*, *g*ponentes pro *c*. *C* et *q* similiter cognatio est; nam *hujusce* per *c*, *cujusque* per *q* scribimus. ^a *Cum* autem præpositio per *c* scribenda est, si autem abverbium fuerit, per *q*. Dicimus enim *quum* lego. *Deus* per *e* solam; *dæmon* per *æ* diphthongum est notandus.

5. *Equus*, quod est animal, per *e* scribendus. *Æquus*, quod est justus, per *æ* diphthongon est scribendus. ^b *Exul* addita *s* debet scribi, quia *cxul* dicitur qui extra solum est. ^c *Exultat* melius sine *s* littera scribitur. Nam cum ipsa *x* ex *c* et *s* constat, quomodo cum in ea sit *s*, rursus ei additur alia?

6. *Æquor* per diphthongon scribendum, quia non ab aqua, sed ab æqualitate nomen est factum.

7. *Forsitan* per *n* in fine scribendum, quia integrum ejus est *si forte tandem*.

Alium tenet, alii adnudit alibi manus
Est occupata, ast alii percellit pedem,
Alii dat annulum spectandum de labris,
Aliam invocat, cumque alio cantat, attamen
Aliis dat digito litteras

Vid. conjectanea in Varronem.

^a CAP. XXVII. — *Cum autem præp.* Ex Velii Longi libello de Orthograph.

^b *Exul additas.* Quia salvum esse dictionibus suum initium debet, ait Terentius Scaurus.

^c *Exultat.* E margine hæc aseita putabat Chacon; continent enim sententiam præcedenti contrariam, e Placidi glossis desumptam. Nos Isidoro id nihil obesse putamus: illius namque non tam his de rebus judicare quam pluribus e locis diversa corrogare studium fuit. Eadeni fuit Velii Longi opinio in lib. de Orthographia. Porro in antiquissimis legum tabulis in æ incisis, *maxumus*, *proxumus*, *dixerint*, *faxsit*, *deduxsit*, *exsigatur* hujusmodique alia multa visuntur.

^d *Formosus sine N.* Scaurus: *Non mediocriter peccant qui formoso N litteram adsumunt, non magis necessariam, quam GLORIOSO.* Quidam ex apicibus vocalibus longis impositis *n* contraxisse plurimas vo-

8. *Fcdus*, quod est deformis, per *c* solam scribendum; *fædus*, quod est pactum, cum *æ* diphthongo scribendum.

9. ^a *Formosus* sine *n* scribitur quia a *forno*, id est, *calido*; calor namque sanguinis efficit pulchritudinem.

^e *Gnatus.* 44 quod est filius, per *g* scribendum, quia facit *generatus*.

10. *H*, quæ aspirationis nota est, in Latino tantum vocalibus jungitur, ut *honor*, *homo*, *humus*. ^f Aspiratur autem et consonantibus, sed in Græcis, et Hebræis nominibus. *Heus* autem, et *heu* interjectiones per *h* scribendæ.

11. *I* litteram inter duas vocales constitutam bis scribi quidam existimabant sicut ut *Trojia*, *Majia*, sed hoc ratio non permittit. Nunquam enim tres vocales in una syllaba scribuntur. Sed *i* littera inter duas vocales constituta pro duplici habetur.

12. *Id*, pronomen neutri generis per *d* scribitur, ab eo quod est *is*, *ca*, *id*, quia facit *idem*.

Quod si verbum est tertiæ personæ per *t* notabitur, ad eo quod est *eo*, *is*, *it*, quia facit *itur*.

13. ^b *K* litteram antiqui præponebant quoties *A* sequebatur, ut *kaput*, *Kanna*, *Kalamus*. Nunc autem *Kartago*, et *Kalendæ* per eandem tantum scribuntur. Omnia autem Græca nomina qualicumque sequente vocali per *k* sunt scribenda.

14. *Lætus* per *æ* diphthongum scribitur quia lætitia a latitudine vocata est, cui contraria est tristitia, quæ angustiam facit. *L* autem littera interdum pro *d* littera utimur, ut *latum* pro *datum*, et *calamitate* pro *cadamitate*; a *cadendo* enim nomen sumpsit *calamitas*.

15. ⁱ *Maxumus*, an *maximus*, et si qua similia sunt, qualiter scribi debeant 45 quæsitum est. Varro tradidit Cæsarem per *i* hujusmodi verba enuntiare, et scribere solitum esse; inde propter auctoritatem tanti viri consuetudinem factam ut *maximus*, *optimus*, *peccimus*, scribatur.

16. *Malo* per unum *l* scribendum, quia est *magis* ces contendunt, ut *formosus*, *thesaurum*, *mesam*, *quoties*, *vicesimum*. A Augustinus antiquiorem ceusebat hanc scripturam quam usum apicum, exstare enim Genæ æream tabulam ante Ciceronis ætatem incisam, in qua sit *vicensumum*. Idemque de *thensauro*, *thensa*, *mensa*, et reliquis existimabat. Apices addere vocalibus longis non ita antiquum fuisse, licet sit vetus Quintiliano teste. Nam antiquiores longas vocales duplicare solitos, ut *Fcelix* pro *Felix*, *Vaala* pro *Vala*, quæ in nummis leguntur. Quod autem *formosus* a *formo* ducit, idem repetit lib. x et xix, c. 7 et xx, c. 13.

^e *Gnatus*... quia facit GENERATUS. Eodem modo loquitur paulo post: Sat. per T, quia integrum facit *satis*.

^f *Aspiratur et consonantibus.* Cicer. in Orator. : *Quin ego ipse cum scirem majores ita locutos, ut nusquam nisi in vocalibus aspiratione uterentur, loquebar ita ut puleros, cætegos, Cartaginem dicerem.*

^g *Ut TROJIA, MAJIA.* Ita Ciceronem solitum scribere tradit Velius. Quo respexisse videtur Terentianus: *Atque i geminum scribere nos jubent magistri.*

^b *Quoties A sequebatur.* A breve, ut diximus ex Diomed. ad cap 4.

ⁱ *MAXUMUS an MAXIMUS.* Velius Longus: *Ut jam in*

voto; malle per duo l, quia est magis velle; nolo quoque per unum l, nolle per duo. ^a Nolo enim, ne volo est; Nolle, ne velle.

17. ^b Os si vultum aut ossum significat, per o solam scribendum est; ^c si personam, h præponenda est.

18. Ora finium per o; hora dici, per h scribendum. Onus, si de onere venit, per o solam scribendum, si de honore, cum h aspiratione.

19. Præpositio et præterea per diphthongum scribendum.

^d Pene vero, quod est conjunctio, per e.

Pæna, quod est supplicium, per æ.

20. Q littera tunc recte ponitur, cum illam statim u littera sequitur, et alia quælibet una pluresve vocales junguntur, ita ut una syllaba fiat. Cætera per e scribuntur.

21. Quæ pronomen eum a scribendum; que conjunctio, sine a.

Quid, per d litteram scribitur eum pronomen est; per t eum verbum, cujus positio prima est queo, quis, quit; et in compositione nequeo, nequis, nequit.

22. Quod, quando pronomen est, per d scribendum; quando numerus, per t, quia tot item per t scribitur.

^e Quotidie per q scribendum; non per c, ut sit quot diebus.

23. R littera, communionem habet eum s littera. Itaque apud antiquos honos, labos, arbos, dicebatur; nunc honor, labor, arbor.

24. Sat per t scribi oportet, quia integrum ejus facit satis.

Sed per d oportet scribi. Apud antiquos enim sedum dicebatur; nos finales duas litteras abscidimus.

ambiguitatem cadat utrum per i quedam debeant dici an per v, ut est optimum, maximum. In quibus adnotandum antiquum sermonem plenioris sonus fuisse, et ut ait Cicero, rusticanum; atque illis placuisse per talia scribere, et enuntiare. Erravere autem grammatici qui putaverunt superlativa per v enuntiare; ut enim concedamus illis in optimo, in maximo, in pulcherrimo, in justissimo, quid facient in his nominibus in quibus æque manet eadem questio superlativæ sublatæ: manubiæ, an manibiæ; lubido, an libido? Non vero postquam exilitas sermonis delectare cepit, usque i littera castigavimus illam pinguetudinem, non tamen ut plene i litteram enuntiares. Et contendam quosdam alia nomina per v scribere, qui antiquorum voluntates sequuntur, nec tamen sic enuntient quomodo scribant. Vide Quintil. lib. 1 c. 3; et Gn. Cornutii librum de Orthog., apud Cassiodor., unde hæc translata sunt.

^a Nolo enim ne volo. Ne pro non dixisse antiquos probat Festus. Idque frequens apud Plautum. Terentius quoque nisi tu ne vis, dixit.

^b Os si vultum aut ossum significat. Ita constanter vetustissimi Codices; nec mirum ossum dixisse hoc loco Isidorum, necessitate pene coactum, cum osso Agellium multo ante usum tradat Charisius. De loco vero Terentii in Eunuchio credo ego Faeruo, illud addens, si ossum apud Terentium legeretur, neque Varronem, neque Charisium, qui id non probant, fuisse dissimulatos.

^c Si personam. Ut sit accusativus pronominis articularis, hos.

^d Pene quod est conjunctio per e. In Pandectis Florentinis per æ perpetuo scribi aiebat A. Augustinus.

25. ^f Tamtus sicut et quantus in medio m habebunt. De quam enim et tam veniunt, unde et quantitas, quantus, et tamtus.

26. ^g Væ interjectio cum a scribenda, ve conjunctio, sine a.

27. Xristus, quia Græcum est per x scribendum.

^h Ita et Xrisma.

28. Y et z litteris sola Græca nomina scribuntur. Nam eum justitia z litteræ sonum exprimat, tamen, quia Latinum est, per t scribendum est. Sic militia, malitia, nequitia, et cætera similia.

29. In dubiis quoque verbis consuetudo veterum erat ut cum eadem littera alium intellectum correpta, alium producta haberet, longæ syllabæ apicem apponebant, ut puta populus arborem significaret, an hominum multitudinem, apice distinguebatur. Sic, et ubi litteræ consonantes geminabantur, ⁱ sicilicium superponebant, ut sel'a, ser'a, as'eres. Veteres enim non duplicabant litteras, sed supra sicilicos apponebant. Qua nota admonebatur lector geminandam esse litteram.

CAPUT XXVIII.

De analogia.

1. Analogia, Græcæ, Latine Similium comparatio, sive proportio nominatur. ^c Cujus hæc vis est, ut quod dubium est, ad aliquod simile quod non est dubium referatur, ut incerta certis probentur. Octo autem modis comparatio analogiæ colligitur, id est, qualitate, comparatione, genere, numero, figura, casu, extremitatibus similium syllabarum, et similitudine temporum.

2. Si quid de iis unum defuerit, jam non est analogia, id est, similitudo; sed est anomalia, id est, extra regulam, ut lupus, et lepus, totum conve-

^e Quotidie per Q. Sed jam evanuisse dicit Quintilianus. Velius: Per Q quotidie magis dicunt, quam per C cotidie, cum et dicatur melius et scribatur; non enim est quotidie a quot dictum, sed a continenti die cotidie tractum.

^f TAMTUS, et QUANTUS. Vide apud Cassiod. de Orthograph. Gn. Cornutum, et Cessellium.

^g Væ interjectio. Eodem modo Agellius, lib. v, c. 12: Sed mirum (inquit) quod in compositione A deperditur, quoniam ve syllaba in illis brevis est, ut in vetus, vecors.

^h Ita, et XRIAMA. Ita vetustissimi Codices. Si Latine placuit tunc Xristum Xrisma scribi, ob id opinor, ut retineretur cruceis figura; qua de re supra, c. 3 et 4.

ⁱ Sicilicium superponeb. Sic Victorinus in libro de Orthog. qui exstare id signum ætate sua multis in libris testatur. Fuit autem nota hujusmodi ser'a, sel'a. Sicilicium dictum (ait Festus) quod semunciam scet. Id nunc nullum apparere in antiquis marmoribus, aut libris miramur, cum in Duiliî titulo clases, numei, in nummis Pilipus, sine alla sicilici nota visantur.

CAP. XXVIII. — 1 Omnia ex Quintil., lib. 1, cap. 5, et Sergii Arte secunda, c, de Casibus, sed ita concinnata, ut neque interdum cohæreant, neque auctoribus e quibus sumpta sunt satis respondeant.

^k Analogia... Latine similitum comparatio. Ferri poterat, nisi apud Quintilianum similitum comparatio alio sensu acciperetur. Est namque apud illum analogiæ pars, hic genus ipsum. Sergius melius similitum rationem dixit.

^l Cujus hæc vis, ut quod dub., etc. Verba sunt Quintil.

nit; ^a sed dissentiunt casu; facit enim lupi, leporis. Nam regulariter est dum quæris utrum *trames* masculinum sit an femininum, et erit masculinum.

3. Item *funis*, si incerti generis esse credis, similis est illi *panis* in declinatione, et erit masculinum.

^b Item ex comparatione positivorum, ut si dicas, *doctus*, *magnus*, positivi sunt, et sui similes. Fit, et per diminutionem, ut puta *funem* masculinum esse *funiculus* ostendit; sicut *marmor* neutri generis esse; *masculum* indicat.

4. Nam quod genus in principalitate est, id esse solet in diminutione. Sed hoc non semper, ut *pistrinum*, *pistrilla*. Sed quia scire debemus, ex positione declinationem, et ex diminutione genus colligere.

49 CAPUT XXIX.

De etymologia.

1. Etymologia est origo vocabulorum, cum vis verbi vel nominis per interpretationem colligitur. Hanc Aristoteles σύμβολον, Cicero Notationem nominavit, quia nomina et verba rerum nota facit, ut puta *flumen*, quia fluendo crevit, a *fluendo* dictum.

2. Cujus cognitio sæpe usum necessarium habet in interpretatione sua. Nam cum videris unde ortum est nomen, citius vim ejus intelligis. Omnis enim rei inspectio, etymologia cognita, planior est. Non autem omnia nomina a veteribus secundum naturam imposita sunt, sed quædam, et secundum placitum, sicut et nos servis et possessionibus interdum secundum quod placet nostræ voluntati nomina damus.

3. Hinc est quod omnium nominum etymologia non reperiuntur, quia quædam non secundum qualitatem qua genita sunt, sed juxta arbitrium humanæ voluntatis vocabula acceperunt. Sunt autem etymologiae nominum, aut ex causa data^d, ut *reges a regendo*, id est, a *recte agendo*; aut ex origine, ut *homo* quia sit ex *humo*; aut ex contrariis, ut a *LAVANDO lutum*, dum lutum non sit mundum, et *lucis*, quia umbra opacus, parum luceat.

4. Quædam etiam facta sunt ex nominum derivatione, ut a *PRUDENTIA prudens*. Quædam etiam ex vocibus, ut a *GARRULITATE graculus*. Quædam ex Græca etymologia orta, et declinata sunt in Latinum, ut *silva*, *domus*.

5. Alia quoque ex nominibus locorum, urbium, fluminum traxerunt vocabula. Multa etiam ex diversarum gentium sermone vocantur. Unde, et origo eorum vix cernitur. Sunt enim pleraque bar-

bara nomina, et incognita Latinis et Græcis.

50 CAPUT XXX.

De glossis.

1. Glossa Græca interpretatione linguæ sortitur nomen. ^e Hanc philosophi adverbium dicunt, quia vocem illam de qua requiritur uno et singulari verbo designat. Quid enim illud sit in uno verbo positum declarat, ut *conticescere* est *taere*.

2. Item : *latus haurit apertum*; HAURIT, *percutit*. Item cum *terminum* dicimus *finem*, aut *populatas* interpretamur esse *vastatas*, et omnino cum unius verbi rem uno verbo manifestamus.

CAPUT XXXI.

De differentiis.

1. Differentia ^f est species definitionis, quam scriptores artium de eodem et de altero nominant. Hæc enim duo quadam inter se communiione confusa conjecta differentia, discernuntur, per quam quid sit utrumque cognoscitur, ut cum quæritur quid inter *regem* intersit et *tyrannum*, adjecta differentia quid uterque sit definitur, ut *rex modestus*, et *temperans*, *tyrannus vero crudelis*. Inter hæc enim duo differentia cum posita fuerit, quid sit utrumque cognoscitur. Sic et cætera.

51 CAPUT XXXII.

De barbarismo.

1. Barbarismus est verbum corrupta littera, vel sono enuntiatum : littera, ut *floriet*, dum *florebit* dicere oporteat; sono, si pro media syllaba prima producat, ut, *letebræ*, *tenebræ*. Appellatus autem barbarismus a *barbaris* gentibus, dum Latine orationis integritatem nescirent; ^g unaquæque enim gens facta Romanorum, cum suis opibus vitia quoque et verborum et morum Roman transmissit.

2. ^h Inter barbarismum autem, et barbarolexim hoc interest, quod barbarismus in verbo Latino fit, dum corrumpitur; quando autem barbara verba Latinis eloquiis inseruntur, barbarolexis dicitur. Item quando in prosa vitium fit sermonis, barbarismus vocatur; quando in metro, metaplasmus dicitur.

3. Barbarismus autem fit scripto, et pronuntiatione. Scripto quatuor modis : si quis in verbo litteram, vel syllabam adjiciat, mutet, transmutet, vel minuat. Pronuntiatione autem fit in temporibus, tonis, aspirationibus, et reliquis, quæ sequuntur.

4. Per tempora quippe fit barbarismus, si pro longa

adverbium. Græci πρὸς ἕπος. Unde natum, Ὅδδὲν πρὸς ἕπος. Glossas initio dictas ipsa verba, vel obscura, vel peregrina ex Aristotele, Galeno, Polluce, Suida, et Quintiliano novimus; posteriores interpretationes ipsis verbis additas eodem nomine vocarunt. Nimis tamen anguste loqui videtur Isidorus, cum unius verbi rem uno tantum verbo explanari præcipit, ut si pluribus verbis explicetur glossam fore neget. Quod etiam repetit lib. xxiv, cap. 30.

CAP. XXXI. — ^f Differentia est. Ex Victorii. et Boeth., lib. i, de Definit., c. 28, repetuntur ead. l. ii, c. 30.

CAP. XXXII. — ^g Unaquæque enim gens. Eadem infra, lib. ix, c. 1.

^h Inter barbarismum, et barbarolexim. BARBAROLEXIM quoque nominat Charisius, BARBARALEXIM Donatus et Diomedes.

^a Dissentiunt casu. Non casu, sed genere differre voluit Sergius, quia non ut *lupus lupa*, ita *lepus lepa* faceret.

^b Item ex comparatione positivor. Donat. in Art. secund. : In his regulis analogia, vel ex collatione positivor, nominum, vel ex diminutione cognoscitur.

^c Ex positione declinationem, et ex dim. g. Consentiant vetustissimi Codices in hanc scripturam.

CAP. XXIX. — ^d Ut REGES a RECTE AGENDO. Al., a *regendo*. Utrumque ex Codicibus, et ex aliis Isidori locis confirmari potest. Vide lib. iii de Summ. Bon., c. 48; et Burchard., lib. xv, c. 38; et Ivon., part. xvi, c. 39; et infra, lib. xii, c. 3.

CAP. XXX. — ^e Hanc philosophi adverbium. Al.,

* Facit ad nominativum casus, hic subintellectum, referendum est.

syllaba brevis ponatur, aut pro brevi longa. Por tonos, si accentus in aliam syllabam commutetur. Per aspirationem, si adjiciatur *h* littera ubi non debet, aut detrahatur ubi esse oportet.

5. Per hiatus, quoties in pronuntiatione scinditur versus antequam compleatur; sive quoties vocalis vocalem sequitur, ut *Musæ Aonides*. Fit barbarismus, et per metacismos, iotacismos, et lambdacismos.

6. Metacismus est quoties *m* litteram vocalis sequitur, ut, *bonum aurum, justum amicum*. Sed et hoc vitium aut suspensione *m* litteræ, aut detractioe vitamus.

7. Iotacismus est quoties in iota littera duplicatur sonus, ut, *Troia, Maia*, ubi earum litterarum adeo exilis erit pronuntiatio, ut unum iota, non duo, sonare videatur.

8^a Lambdacismus est, si pro uno *l* duo pronuntientur, ut Afri **52** faciunt, sicut *colloquium* pro *conloquium*; vel quoties unum *l* exilius, duo largius proferimus. Quod contra est; ^b nam unum largius, duo exilius proferre debemus.

9^c Collisio est quoties novissimæ syllabæ finis in alterius principio est, ut *matertera*.

CAPUT XXXIII.

De Solæcismo.

1. Solæcismus est plurimorum verborum interse inconveniens compositio, sicut barbarismus unius verbi corruptio. ^d Verba enim non recta lege conjuncta solæcismus est; ut si quis dicat, *inter nobis* pro *inter nos*; aut *dare veniam sceleratorum*, pro *sceleratis*.

2. Dictus autem solæcismus a ^e Cilicibus, qui ex urbe Solæ, quæ nunc Pompeiopolis appellatur, profecti, cum apud alios commorantes, suam et illorum linguam vitiose inconsequenterque confunderent, solæcismo nomen dederunt. Unde et similiter loquentes solæcismos facere dicuntur.

53 3. Solæcismus autem apud poetas *schema* dicitur, quoties inversus necessitate metri factus invenitur; cum autem non invenitur necessitas, permanet solæcismi culpa.

4. Solæcismus fit duobus modis: aut per partes orationis, aut per accidentia. Per partes orationis fit, si alteram partem pro altera ponamus, ut puta si ^f præ-

^a *Lambdacism*. Vide Martian. Capell.

^b *Nam unum l largius, duo exilius*. Contra videbatur unum exilius, duo largius proferenda. Sed vetant libri omnes. Erat igitur (ut opinor) hujusmodi Isidori sententia: ut quemadmodum vocales duæ cum in diphthongum conveniunt, non plene singulæ proferuntur, sed ita coeunt, ut confuso sono aliquid unicuique depereat, neutraque illarum plene exaudiatur; ita duplex *ll* in media dictione exilius profertur, quam simplex. Neque id (si arguari licet) præter rationem ac idit. Nam prius *l* obtunditur cum in sequens illiditur, quam plagam accipiens alteram vicissim sequenti infligit; nam cum eo coalescens aufert illi quod semivocalis erat proprium, at a vocali inciperet. Ita utrumque languescit, prius posteriore sui parte, priore posterius. Lambdacismos quoque nostri qui mollius loqui student sæpe admittunt. Neque Hebræi has delicias non agnovere, veluti cum in דגהס בילד תהיה daghes decorum appingunt.

positiones adverbii applicemus. Per accidentia fit, id est, per ea quæ accidunt partibus, ut puta per qualitates, genera, numeros, figuras, et casus. Per ista igitur omnia fiunt solæcismi, sicut Donatus exposuit.

5. Fiunt præterea et plurimis modis. Nam Lucilius centum genera solæcismorum dixit, quos omnes vitare potius quam sequi debet qui regulam recte loquendi tenere studet.

CAPUT XXXIV.

De vitiis.

1. Vitia apud grammaticos illa dicuntur, quæ in eloquio cavere debemus. Sunt autem hæc: barbarismus, solæcismus, acyrologia, cacophonon, et reliqua.

2. Barbarismus est corruptio verbi unius, ut si tertiam syllabam quis producat in *ignoscere*.

B 3. Solæcismus, compositio vitiosa verborum: ut si aliquis dicat, *inter hominibus* pro *inter homines*.

4. Acyrologia, non propria dictio: ut, *liceat sperare timent*; proprium est autem timenti formidare, non sperare; ^g et, *gramineo in campo*: proprium est *graminosum* dicere campum, non *gramineum*.

5. ^h Cacophonon, dictio obscena, vel incomposite sonans. Obscœna, ut, **54** *his animum arrecti dictis*. Incomposita, ut, *juvat ire et Dorica castra*, ⁱ Mala enim compositio fit, ab ea syllaba incipere qua superior finierat.

6. Pleonasmus, adjectio unius verbi supervacua: ut, *Hactenus arborum cultus et sidera cœli*. Neque enim alibi nisi in cœlo sunt sidera.

C 7. Perissologia, adjectio plurimorum verborum supervacua: ut, *Vivat Ruben, et non moriatur*, dum non sit aliud vivere quam non mori.

8. Macrologia, longiloquium, res non necessarias comprehendens, ut: *Legati, non impetrata pace, retro unde venerant domum reversi sunt*.

9. ^j Tautologia, idemloquium, ut: *Si fata virum servant, si vescitur aura, ætherea, neque adhuc crudelibus occubat umbris*. Totum enim quod repetitur una res est, sed crebro sermone annuntiata.

10. Eclipsis est defectus dictionis, in quo necessaria verba desunt, ut, *cui pharetra ex auro*; deest enim *erat*.

11. Tapinosis est humilitas statum magnæ rei dictis infirmans, ut:

^c *Collisio est*. Collisionis supra non meminerat, at meminuit Donatus.

D CAP. XXXIII. — ^d *Verba non recte conjuncta*. Ex Aug. ii de Doctrin. Christ., c. 13.

^e *E Cilicib*. Ex Diomede.

^f *Si propositiones adverbii applicemus*. Ita vetustissimi Codices recte; ut si dicas *de longe*. Non enim: *Omnes artem secuti negant adverbii præpositionem addi oportere, sed auctoritas veterum præponi debet. De subito, etc.*

CAP. XXXIV. ^g *Gramineo in campo*. Quod advertit Serv. v *Æn*.

^h *Cacophonon*. Quod Isidorus incomposite sonans, Servius Cacophonon in sermone, Donatus Cacophonon in composita dictione vocat.

ⁱ *Mala enim compositio*. Verba Servii ad: *Dorica castra, Æncid. ii*.

^j *Tautologia idemloquium*. Ita paulo ante: *Macrologia longiloquium, etc.* C. 36 allegoriam alieniloquium interpretatur.

Apparent rari naves in gurgite vasto.
Gurgitem posuit pro *mari*.

12. Cacosyntheton. Vitiosa compositio : ut, *versaque juvencum terga fatigamus hasta*.

13. ^a Amphibolia, Ambigua dictio; quæ fit, aut per casum accusativum, ut illud responsum Apollinis ad Pyrrhum :

Aio te, Æacida, Romanos vincere posse.

In quo non est certum quem in ipso versu monstraverit esse victorem.

14. Fit et per incertam distinctionem, ut, *bellum ingens geret Italia*. Incerta distinctio, utrum *bellum ingens*, an *ingens Italia*.

15. Fit et per commune verbum, *deprecatur Cato, calumniatur Cicero, præstolatur Brutus, dedignatur Antonius*; nec ostenditur in hac ambiguitate utrum ipsi alios, an alii ipsos deprecati sunt, aut calumniati.

16. Fit et per homonymiam, quando uno nomine multa significantur, ut *acies*, et non addas, aut *ferri*, aut *oculorum*, aut *militum*.

55 CAPUT XXXV.

De metaplasmis.

1. Metaplasma Græca lingua, Latine Transformatio dicitur, qui fit in uno verbo propter metri necessitatem, et licentiam poetarum. Cujus species istæ sunt :

2. Prothesis, appositio in principio verbi, ut *gnato* pro *nato*, et *tetulit* pro *tulit*. Epenthesis, appositio in medio, ut *relliquias* pro *reliquias*, *indupcrator* pro *imperator*.

3. ^b Paragoge, appositio in fine, ut *magis*, pro *mage*, et *potestur*, pro *potest*.

Aphæresis, abscissio de principio, ut *temuo* pro *contemno*.

Syncope, abscissio de medio, ut *forsan* pro *forsitan*.

Apocope, abscissio de fine, ut *sat* pro *satis*.

4. Ectasis, productio contra naturam, ut, *Italiam fato*, cum *Italiam* correpte dici debeat.

Systole, correptio contra naturam, *aquosus Orion*, cum *Orion* producte dici debeat.

Diæresis, discissio unius syllabæ in duas, ut, *albai, longai*, pro *albæ, longæ*.

5. Episynalæphe, conglutinatio duarum in unam, ut *Phaeton*, pro *Phaeton, Nerei*, pro *Neræi, æripedem*, pro *æripedem*.

^c Synalæphe, collisio vocalium adjunctarum vocalibus, ut, *atque ea diversa penitus, dum parte geruntur*.

^a *Amphibolia*. Ita vetustissimi Codices et ita a Charisio nominatur, rectius quam a Diomede, et Donato *amphibologia*.

CAP. XXXV. — ^b *Paragoge* ut *MAGIS* pro *MAGE*. Iisdem exemplis utitur Donatus; at Charisio apocopes exemplum est *mage*, pro *magis*.

^c *Adjunctarum vocalibus*. Sat erat collisionem vocalium dicere. Sed si quid addendum fuit, tolerabilior Romani Codicis scriptura visa est in quo *adjunctarum*, quam nostrorum, ubi *juncta*, vel *adjuncta* legitur.

^d *Metaplasma est, qui in uno sermone*. Totus locus e Serv., Æn. v, ad illud :

Urbis opus, triplici pubes, quem, Dardana versu. Utrobique tamen mendosus, quem restituit ex ve-

A 6. Ethlipsis, collisio consonantium cum vocalibus, ut *multum ille, et terris*.

Antithesis, contrapositio litteræ pro alia littera, ut *olli* pro *illi*.

Metathesis, transpositio litteræ, ut, *Evandre* pro *Evander*, *Timbre* pro *Timber*.

7. Inter barbarismum et lexin, hoc est Latinam et perfectam elocutionem, ^d metaplasma est, qui in uno sermone ratione fit vitiosus. Item inter solæcismum et phrasin, id est perfectam connexionem sermonum, schema, **56** id est figura, est, quæ fit contextu sermonum ratione vitiosa. Ergo metaplasmi et schemata media sunt, et discernuntur peritia et imperitia. Fiunt autem ad ornatum.

CAPUT XXXVI.

De schematibus.

1. Schemata, ex Græco in Latinum eloquium Figuræ interpretantur, quæ fiunt in verbis, vel sententiis ^e per varias distinctionum formas propter eloquii ornatum. Hæc dum multa sint, ^f apud grammaticos ista inveniuntur.

2. Prolepsis est præsumptio, ubi ea quæ sequi debent anteponuntur, ut : *Interea reges ingenti mole : Latinus*. Debit enim sic dicere : *Interea reges ingenti mole*, et statim adjicere quod sequitur : *Procedunt castris*; deinde dicere : *Latinus*, etc.; sed facta pro ornamento præsumptio rei, et qui sequi debuere reges interpositi sunt in septem versibus, et postea additum est : *Procedunt castris*, Inde præsumptio, quia anteposita sunt quæ sequi debuere.

C 3. Zeugma est clausula, cum plures sensus uno verbo clauduntur, quæ fit tribus modis. Nam aut in primo, aut in postremo, aut in medio id verbum ponitur, quod sententias jungit. In primo, ut,

§ VERTITUR *ænophoris fundus sententia nobis*.

In medio, ut,

Græcia Sulpicio sorti DATA, Gallia Cottæ.

In postremo, ut : *Namque hoc tempore obsequium amicos, veritas odium PARIT*.

4. Hypozeuxis est figura superiori contraria, ubi in singulis sensibus propria unicuique clausula est, ut,

Regem ADIT, et regi MEMORAT nomenque, genusque.

5. Syllepsis ^b est in dissimilibus clausulis, aut pluralis dictio singulari verbo finita, ut, *sociis et rege recepto*, aut singularis dictio plurali verbo expleta, ut :

Sunt nobis mitia poma,

Castaneæ molles, et pressi copia lactis.

teri Editione Chacon.

CAP. XXXVI. — ^e *Per varias distinctionum formas*. Ita plerique ex Longob. Male in aliis, *distinctionum*. Nam *distinctionum*, et ad nomen schematis et ad rem ipsam de qua agitur multo est aptius.

^f *Apud grammaticos ista inveniuntur*. NECESSARIA ex Donato et Charisio addebat Chacon.

§ *Vertitur ænophoris fund.* Citatura Nonio in sententia ex Lucil. lib. III Satyr.

^b *Syllepsis est in dissim. cl.* Donatus : *Item syllepsis est in dissimilibus clausulis, quando dictio singularis verbo plurali adjungitur*. Charisius : *Syllepsis est cum singularis dictio plurali verbo concluditur*.

57 Supra enim sunt dixit, hic debuit dicere : *Est pressi copia lactis.*

6. Fit autem syllepsis non solum per partes orationis, sed et per accidentia partibus. Nam ubi et pro multis unus, et pro uno multi ponuntur, syllepsis est : pro multis unus, ut est illud : *uterumque armato milite complent*, cum non uno, sed multis militibus. Item pro uno multi, ut in Evangelio : *Latrones qui crucifixi erant cum eo improperebant ei*; ubi pro uno uterque inducitur blasphemasse.

7. Anadiplosis est, quando ab eodem verbo quo illud, prior versus finivit sequens versus incipit, ut est

Certent et eyenis ulule, sit Tityrus Orpheus, Orpheus in silvis, inter delphinas Arion.

8. Anaphora est repetio ejusdem verbi per principia versuum plurimorum, ut :

Nos te, Dardania incensa, tuaque arma secuti, Nos tumidum sub te permensi classibus æquor.

9. Epanaphora est in uno versu per principia sensuum ejusdem verbi repetitio, ut

Te nemus Angitice, vitrea te Fucinus una, Te liquidi flevire lacus.

10. Epizeusis in uno sensu congeminatio verbi, ut : *sie sie juvat ire sub umbras.*

11. Epanalepsis est sermonis in principio versus positi ejusdem in fine replicatio, ut est illud : *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.*

12. Paronomasia est in significatione diversa dictio pene ipsa, ut illud : *Abire an obire te convenit*, id est, *exsulem fieri, an mori?*

13. Schesis onomaton, multitudo nominum conjunctorum ^a quodam ambitu copulata, ut *nubila, nix grando, procellæ, fulmina, venti.*

14. Paromæon est multitudo verborum ex una littera inchoantium, quale est apud Ennium :

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.

Sed hoc bene temperat Virgilius, dum non toto versu utitur hac figura ut Ennius, sed nunc in principio versus tantum, ut est illud : *Sæva sedans super arma*; nunc in media, ut :

Quæque lucus late liquidos, quæque aspera dumis; Nunc autem in fine, ut :

Sola mihi tales casus Cassandra canebat.

58 15. Homœoptoton est, cum plurima nomina per unum casum denuntiantur, ut est illud :

Sed neque currentem se, nec cognoseit euntem, Tollentemque, manus saxumque immane moventem.

16. Homoteleuton est, cum uno modo verba plurima finiuntur : ut *abiit, abscessit, evasit, erupit.*

17. Polyptoton est, cum diversis casibus sententia variatur, ut

^a *Quodam ambitu copulata.* Mendose, apud Donatum, eodem habitu copulandi legitur.

^b *Marcus Dama.* E Pers. Satyr. v.

^c *Antitheton.* Hæc usque ad finem capitis neque Donati sunt, neque Charisii, et in Rom. Codic. plures aliæ figuræ leguntur, ut hæc quoque alienæ videri possint.

CAP. XXXVII. — ^d *Ad non propriam similitudinem.* Ferri potest vulgata scriptura *similitudinem*, ut sit quod Charisius dixit, *propter similitudinem.* Nam

^e *Ex nihilo nihilum, ad nihilum nil posse reverti.*
^b *Marcus Dama, papa, Marco spondente, recusas, Credere tu nummos? Marco sub iudice palles!*
Marcus dixit. Ita est, assigna, Marce, tabellas.

18. Hirmos est sententia continuatæ orationis tenorem suum, usque ad ultimum servans, ut :

Est in recessu longo locus, insula portum,
et reliqua. Hinc enim in longum vadit sensus usque ad illud :

Horrentique atrum nemus imminet umbra.

19. Polysyntheton est dictio multis concatenata conjunctionibus, ut, *tectumque, laremque, armaque, amyceleumque canem.*

20. Dialyton, vel asyntheton figura est, quæ e contrario sine conjunctionibus solute ac simpliciter effertur, ut, *venimus, vidimus, placuit.*

B 21. ^c *Antitheton* est ubi contraria contrariis opponuntur, et sententiæ pulchritudinem reddunt, ut illud : *Frigida pugnabant calidis, lumentia siccis; Mollia cum duris; sine pondere, habentia pondus.*

22. Hypallage quotiescunque per contrarium verba intelliguntur, ut *dare classibus austros*, cum ventis naves demus, non navibus ventos.

CAPUT XXXVII.

De tropis.

1. Tropos Græco nomine Grammatici vocant, qui Latine modi locutionum interpretantur. Fiunt autem a propria significatione **59** ^d ad non propriam similitudinem. Quorum omnium nomina difficillimum est annotare, sed ex omnibus Donatus ^e tredecim usui, tradenda conscripsit.

C 2. Metaphora est verbi alicujus usurpata translatio, sicut cum dicimus, *fluctuare segetes, gemmare vitæ*, dum in iis rebus fluctus et gemmas non invenimus, in quibus hæc verba aliunde transferuntur, sed hæc atque aliæ tropicæ locutiones ad ea quæ intelligenda sunt propterea figuratis amictibus obteguntur, ut sensum legendis exerceant, et ne nuda atque in promptu posita vilescant.

3. Fiunt autem metaphoræ modis quatuor : ab animali ad animale, ut, *aligeros conscendit equos*; metaphorice loquens miscuit quadrupedi alas avis, et quo cursu deserta petiverit, miscuit volatili cursum quadrupedis. Ab inanimato ad inanimale, ut, *Pontum pinus arat; suleum premit alta carina.* Miscuit usum terræ aquis, dum *arare* et *suleum premere* ad terram pertineat, non ad mare.

D 4. Ab inanimato ad animale, ut *florida juvenus*; miscuit flores inanimales juventuti quæ animam habet. Ab animali ad inanimale, ut :

^f *Tu, Neptune pater, cui tempora eana crepanti Cincta sulo resonant, magnus cui perpete mento Profluit Oceanus, et flumina erinibus errant.*

ex eo videntur hæc. Sed cum idem Charisius metonymiam definiat : *Dictioem translata a propria significatione ad aliam proximitatem*, utrovis modo legas licebit. Et Donatus : *Ad impropriam similitudinem.*

^e *Tredecim usui trad.* Ita Beda. *Duodecim* Donatus et Charis.

^f *Tu, Neptune pat.* Citatur ex Claudian. a D. Aug., lib. iii de Doct. Chr. Varroni quidam Albinovam tribuebat A. Augustinus.

Mentum enim, et *tempora*, et *crines* non ad Oceanum pertinent, sed ad homines.

5. Sic et alia rerum nomina de alio genere in aliud genus decentissime decoris gratia transferuntur, ut oratio perornetur. Metaphora autem, aut partis unius est, ut, *fluctuare segetes*: non potes dicere *segetare fluctus*; aut antistropha est, id est, reciproca, ut *remigium alarum*. Nam et alae navium, et alarum remigia dicuntur.

6. Catachresis, est alienae rei nomen appositum: hæc eo a metaphora differt, quod illa vocabulum habenti largitur; hæc quia non habet proprium, alieno utitur, ut,

Faciemque simillima lauro;

et,

.... Nunc una ambæ junctisque feruntur

Frontibus, et longa suleant vada salsa carina.

Dum *facies*, et *frons* tantum animalium et hominum sint. Quod nomen si poeta non apposuisset navi, quid proprium eidem parti diceret non haberet.

7. Metalepsis tropus a præcedente indicans quod sequitur:

^a *Inque manus chartæ nodosaque venit arundo.*

Nam per *manum* verba, per *arundinem* litteræ significatæ sunt.

8. Metonymia est Transnominatio ab alia significatione ad aliam proximitatem translata. Fit autem multis modis: aut enim per id quod continet id quod continetur ostendit, ut *theatra plaudunt, prata mugiant*, dum illic homines plaudant, hic boves mugiant; aut contra per id quod continetur id quod continet, ut *jam proximus ardet Ucalegon*, dum non ille, sed domus ejus arderet.

9. Item per inventorem id quod inventum est, ut, *sine Cerere et Libero friget Venus*, et *commistam Vulcanus* (mittit) *adastra favillam*. Vult enim per *Cerere* frumenti inventricem intelligere *panem*; per *Liberum* inventorem vitis, *vinum*; per *Venerem*, *libidinem*; per *Vulcanum*, *ignem*. At contra per inventum inventorem demonstrat, ut, ^b *Vinum precamur*, pro *Libero*, qui vinum apud Græcos invenit.

10. Item per efficientem, id quod efficitur, sicut, *pigrum frigus*, quod pigros homines faciat; et, *timor pallidus*, eo quod pallidos homines reddat. At contra per id quod efficitur, efficiens, ut:

*Jungit equos auro genitor, spumantique addit
Frena feris.*

Spumantia frena dixit, cum utique non ipsa faciant spumas, sed equus qui ea gerit spumis conspergat infusus.

11. ^c Antonomasia est pro nomine, id est vice nominis posita: ut *Maia genitus* pro *Mercurio*; qui tropus fit tribus modis: ab animo, ut, *magnanimusque Anthesiades*; a corpore, ut *ipse arduus*; extrinsecus, ut:

^a *Inq. manus chartæ*. Pers., Satir. III. Quod vero equitur: *Nam per manum verba*, etc., aut aliena sunt, ut aliis quoque visum est, aut forte legendum, *nam per manum, chartam, et arundinem litteræ significatæ sunt.*

^b *Vinum precamur*. Serv., Æn. I, ad... *Crateras magnos*, etc.: Tropus est *synecdoche*, ut *cererem pro frumento dicimus*. Sic *Plautus*:

A *Infelix puer, atque impar congressus Achilli.*

12. Epitheton, Supra nomen, præponitur enim proprio nomini, **GI** ut *Alma Ceres, obsecrniq; canes, importunaq; volueres*. Inter antonomasiam autem et epitheton hoc differt, quod antonomasia, pro vice nominis ponitur; Epitheton autem nunquam sine nomine est. ^d Quibus duobus tropis, vel vituperamus aliquem, vel ostendimus, vel laudamus.

13. Synecdoche est Conceptio, cum a parte totum, vel a toto pars intelligitur. Eo enim et per speciem genus et per genus species demonstratur; sed species pars est, genus autem totum. A tota enim pars intelligitur, ut:

*Quam multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus
Trans pontum fugat.*

B Non enim totus annus est frigidus, sed pars anni, id est, hiems. At contra a parte totum: ut, *flammas cum regia puppis extulerat*. Ubi non solum puppis, sed navis; et non navis, sed qui in ea; et non omnes, sed unus flammas extulit.

14. Onomatopæia, nomen fictum ad imitandum sonum vocis confusæ, ut *stridor* valvarum, *hinnitus* equorum, *mugitus* boum, *balatus* ovium.

15. Periphrasis est Circumloquium, dum res una plurimis verbis significatur, ut, *auras vitales carpit*. Significavit enim per copulationem verborum unam rem, hoc est, *vivit*. Hic autem tropus geminus est; nam aut veritatem splendide producit, aut fœditatem circuitu evitat. Veritatem splendide producit, sicut:

*Et jam prima novo spargebat lumine terras,
Tithoni croceum linquens aurora eubile.*

C Vult enim dicere, *jam lucebat*, aut *dies ortus erat*. Fœditatem circuitu devitat, sicut:

*placidumque petivit
Conjugis infusus gremio per membra soporem.*

Hoc enim circuitu evitat obscœnitatem, et decenter ostendit concubitum.

16. Hyperbaton est Transcensio, cum verbum aut sententia ordine commutatur. Hujus species quinque sunt: Anastrophe, hysteron proteron, parenthesis, tmesis, synchysis.

Anastrophe, verborum ordo præposterus, ut *litora circum*, pro *circum littora*.

17. Hysteron proteron, sententia ordine commutata, ut:

Postquam altos tetigit fluctus, et ad æquora venit.

D Ante enim ad æquora venit, et sic tetigit fluctus.

GE 18. Parenthesis, ubi^e interponimus sententiam, qua ex medio remota, integer sermo perdurat, ut, *Aeneas (neque enim patrius consistere mentem Passus amor) rapidum ad naves præmittit Achatem*. Est enim ordo: *Aeneas rapidum præmittit Achatem*, nam illud in medio parenthesis est.

Vinum precamur, nam hic Deus præsens adest.

^e *Antonomasia*. Donatus: *Antonomasia est significatio vice nominis posita*, etc., usque ad *Achilli*.

^d *Quibus duobus tropis*. Ex Donat. Charisius quoque *Ἐπιθετον est dictio vocabulo adjecta, aut ornandi aut destruendi, aut indicandi causa*.

^e *Interponimus sententiam*. Donatus: *Interposita formatio diversæ sententiæ*.

19. Tmesis est sectio unius nominis per interpositionem verborum ut

... *Multo nebulae circum Dea fudit amictu, pro circumfudit.*

20. Synchysis est, ubi ex omni parte confusa sunt verba, ut illud: *Juvenes, fortissima frustra pectora, si vobis audentem extrema cupido est certa sequi, quae sit rebus fortuna vidctis. Excessere omnes, adytis arisque relictis, dii quibus imperium hoc steterat; succurritis urbi incensae; moriamur, et in media arma ruamus.* ^aOrdo talis est: *Juvenes fortissima pectora frustra succurritis urbi incensae, quia excessere dii, quibus hoc imperium steterat. Unde si vobis cupido certa est me sequi audentem extrema, ruamus in media arma, et moriamur.*

21. Hyperbole est excelsitas fidem excedens ultra quam credendum est, ut, *sidera verberat unda, et terram inter fluctus aperit.* Hoc enim modo ultra fidem aliquid augetur, nec tamen a tramite significandae veritatis erratur, quamvis verba quibus indicatur excedant, ut ^b voluntas loquentis non fallentis appareat; quo tropo non solum augetur aliquid, sed et minuitur. Augetur, ut, *velocior aura;* minuitur, ut, *mollior pluma, durior saxo.*

22. ^c Allegoria est alieniloquium, aliud enim sonat, aliud intelligitur; ut, *tres littore cervos conspicit errantes:* ubi tres duces belli Punici, vel tria bella Punica significantur. Et in Bucolicis, *Aurea mula decem misi,* id est, ad Augustum decem eclogas pastorum. Hujus tropi plures sunt species, ex quibus eminent septem: ironia, antiphrasis, aenigma, charientismos, paroemia, sarcasmos, astysmos.

63 23. ^d Ironia est sententia per pronuntiationem contrarium habens intellectum. Hoc enim tropo calide, aut per accusationem, aut per insultationem aliquid dicitur, ut est illud:

*Vestras, Eure, domos, illa se jactet in aula
Aeolus, et clauso ventorum carcere regnet.*

Et quomodo aula, si carcer est? Solvitur enim pronuntiatione. Nam *carcer* pronuntiatio est; *jactet in aula*, ironia est; et totum per contrariam pronuntiationem enuntiatur, per ironiae speciem, quae laudando deridet.

24. ^e Antiphrasis est sermo e contrario intelligendus, ut *lucus*, quia caret luce per nimiam nemorum umbram: et *manes*, id est, *mitis*, et *modesti*, cum sint terribiles et immanes; et *Parcae* et *Eumenides Furiae*, quod nulli pareant, vel benefaciant. Hoc

^a Ordo talis, etc. Servii ad eum Virgilii locum.

^b Ut voluntas loq. non fall. Quintil., lib. viii: *Monere satis est, mentiri hyperbolen, neque ita, ut mendacio fallere velit.*

^c Allegoria. Ambros., lib. de Abraham: *Allegoria est, cum aliud geritur, et aliud figuratur.* Cic. in de Orat: *Aliud dicitur, et aliud intelligendum est.*

^d Ironia. Charisius: *Ironia est oratio pronuntiationis gravitate in contrarium deducens sensum verborum.*

^e Antiphrasis. Hieronymus, Bonos. Epist. 100: *An ideo tibi bellus videris quia fausto vocaris nomine, quasi non et lucus ideo dieatur, quod minime luceat, et Parcae quod nequaquam pareant, et Eumenides Furiae quod non sint benivae, et vulgo Aethiopes vocen-*

tropo, et nani *Atlantes*, et caeci *videntes*, et vulgo Aethiopes *argentei* appellantur.

25. Inter ironiam autem, et antiphrasim hoc distat, quod ironia pronuntiatione sola indicat quod intelligi vult, sicut cum dicimus homini agenti male: *Bonum est quod facis.* Antiphrasis vero non voce pronuntiantis significat contrarium, sed suis tantum verbis, quorum origo contraria est.

26. Aenigma est quaestio obscura, quae difficile intelligitur, nisi aperiatur, ut est illud: *De comedente exivit cibus, et de forti cgressu est dulcedo,* significans ex ore leonis favum extractum. Inter allegoriam autem et aenigma hoc interest, quod allegoriae vis gemina est, et sub re alia aliud figuraliter indicat. Aenigma vero tantum sensus obscurus est, et per quasdam imagines adumbratus.

B 27. ^f Charientismos est tropus quo dura dictu gratius proferuntur, uti cum interrogantibus nunquid nos quaesierit aliquis, respondetur: *Bona fortuna.* Unde intelligitur, neminem nos quaesisse.

28. ^g Paroemia est rebus et temporibus accommodatum proverbium. **64** Rebus, ut, *contra stimulum calces*, dum significatur adversis resistendum. Temporibus, ut, *Lupus est in fabula.* ^h Aiunt enim rustici vocem hominem perdere, si cum prior lupus viderit. Unde et subito tacenti dicitur istud proverbium, *Lupus in fabula.*

29. ⁱ Sarcasmos est hostilis irrisio, cum amaritudine, ut:

*Referes ergo haec, et nuntius ibis
Pelidae genitori. Illi mea tristia facta*

C *Degencrenque Neoptoleum narrare memento.*

30. Huic contrarius est astysmus, id est, urbanitas sine iracundia, ut illud:

*Qui Bavium non odit, amct tua carmina, Mavi,
Atque idem jungat vulpes, et mulgeat hircos,*

id est: qui Bavium non odit, pro poena ei contingat ut diligat Mavium. Fuerunt autem Mavius et Bavius poetae pessimi, et inimici Virgilii. Qui hos ergo diligit, faciat quae contra naturam sunt, id est, jungat vulpes, et mulgeat hircos.

31. Homœosis est quae Latine interpretatur similitudo; per quam minus notae rei per similitudinem ejus quae magis nota est panditur demonstratio. Hujus species sunt tres: ⁱ con, parabola, paradigma, id est, imago, comparatio, exemplum.

D 32. Icon est imago, cum figuram rei ex Simili genere conamur exprimere, ut:

tur argentei?

^f Charientism. Ex Donat. et Charis.

^g Paroemia. Ex Donat. Charisius: *Paroemia est vulgaris rei usurpatio cum aliqua diversitate, ut, cocta numerabimus exta, cum significet, ex eventu sciemus.* Et, *contra stimulum calces id est, rei contrariae resistere.* Quae sit sententia hujus proverbii in Actis Apost. et apud Terentium nemo nescit.

^h Aiunt enim rustici. Non rusticos, sed physicos id confirmare scribit Servius, ad eclog. 9. Vid. Donat. in Adelphi.

ⁱ Sarcasmos. E Servio, En. II, ad verba Pyrrhi: *Referes ergo haec, et eclog. 3, ad illud: Qui Bavium non odit.*

*Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque
Et crines flavos, et membra decora juventæ.*
Congrua enim est similitudo de specie cujus persona
inducitur.

33. Parabola est comparatio ex dissimilibus rebus, ut,
qualis in arvis

*Æstiferæ Libyæ viso leo cominus hoste
Subsedit;*

ubi leoni Cæsarem comparavit, non ex suo, sed ex
alieno genere similitudinem faciens.

34. Paradigma est exemplum dicti, vel facti ali-
cujus, aut ex simili, aut ex dissimili genere, conve-
niens ei quam proponimus rei; ita: ^a *Tam fortiter
periiit apud Hipponem Scipio, quam Uticæ Cato.*

¶ 35. Similitudo autem tribus modis fit: a pari,
a majore, a minore. A pari:

Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est **B**
Seditio.

A majore ad minus:

Qualiter expressum ventis per nubila fulmen;
a minore ad majus:

*Si potuit mancs arcessere conjugis Orpheus
Threicia frctus cithara fidibusque canoris*
quasi dicat, re perva et brevi, id est, si ille cithara
fretus, ego pietate.

CAPUT XXXVIII.

De prosa.

1. Prosa est producta oratio, et a lege metri so-
luta. ^b Prosum enim antiqui productum dicebant, et
rectum. Unde ait Varro apud Plautum *prosis lectis*
significare *rectis*; unde etiam quæ non est perflexa
numero, sed recta, prosa oratio dicitur, in rectum
producendo. Alii prosam aiunt dictam ab eo quod
sit profusa, vel ab eo quod spatiosius proruat et ex-
currat, nullo sibi termino præfinito.

2. Præterea tam apud Græcos quam apud Latinos
longe antiquiorem curam fuisse carminum, quam
prosæ. Omnia enim prius versibus condebantur,
prosæ autem studium sero viguit. Primus apud Græ-
cos ^c Pherecydes Syrius soluta oratione scripsit,
apud Romanos autem Appius Cæcus adversus Pyr-
rhum solutam orationem primus exercuit. Jam ex
hinc, et cæteri prosæ eloquentia contenderunt.

CAPUT XXXIX.

De metris.

1. Metra vocata, quia certis pedum mensuris, at-
que spatiis terminantur, neque ultra dimensionem

^a *Tam fortiter periiit apud Hipp. Scip. Q. Metel-
lum Scipionem, opinor, intelligit. Qui cum antea P.
Cornelius Scipio diceretur, postea adoptione Q. Me-
telli Pii, dictus est Q. Cæcilius Metellus Scipio. Hic,
ut refert Appianus, cum in classem Cæsaris incidis-
set, neque effugere posset, gladio perfossus in mare
se præcipitavit.*

CAP. XXXVIII.—^b *Prosum enim antiqui produc-
tum d. e. r.* Glossar.: *Prosa, pexa tunica, πεκτόνι μάτιον.*
Vid. Fest. *Prosum* autem, an *prosum* dicas, nihil
referre (nisi quod illud antiquius) recte advertit vir
eruditiss.

^c *Pherecydes Syrius.* Apuleius, lib. II Florid. : *Phe-
recydes Syro insula oriundus, qui primus, versuum
nexu repudiato, conscribere ausus est passis verbis, so-
luto locutu, libera oratione.* Meminit hujus Plinius,

Amporū constitutam procedunt. Mensura enim
Græce μέτρον dicitur.

2. ¶ Versus dicti ab eo quod, pedibus in ordine
suo dispositis, certo fine moderantur per articulos,
qui *cæsa* et *membra* nominantur. ^a Qui ne longius
provolverentur quam judicium posset sustinere, mo-
dum statuit ratio unde reverterentur, et ab eo ipso
versum vocatum dicunt quod *revertatur*.

3. Huic adhæret rhythmus, qui non est certo fine
moderatus, sed tamen rationabiliter ordinatis pedi-
bus currit; qui Latine nihil aliud quam *numerus* di-
citur. De quo est illud:

.... *Numeros memin, si verba tenerem.* ^a

4. ^e Carmen vocatur quidquid pedibus continetur;
tui datum nomen existimant, seu quod *carptim* pro-
nuntiaretur ^f (unde hodie lanam quam purgantes
discerpunt, *carminare* dicimus), seu quod qui illa
canerent *carere* mente existimabantur.

5. Metra, vel a pedibus nuncupata, vel a rebus
quæ scribuntur, vel ab inventoribus, vel a frequen-
tatoribus, vel a numero syllabarum.

6. A pedibus metra vocata, ut dactylica, iambica,
trochaica. A trocheo enim trochaicum metrum na-
scitur; a dactylo dactylicum, sic et alia a suis pedi-
bus. A numero vero hexametrum, pentametrum,
trimetrum. Nam senarios versus nos ex numero pe-
dum vocamus; hos Græci ^g quia geminos feriunt,
trimetros dicunt. Hexametros autem Latinos pri-
mum fecisse Ennius traditur, ^h eosque *longos* vocat.

7. Ab inventoribus metra appellata dicuntur, ut
C Anacreonticum, Saphicum, Archilochium. Nam Ana-
creontica metra Anacreon composuit, Saphica Sapho
mulier edidit, Archilochia Archilochus quidam **¶**
scripsit, Colophonia Colophonius quidam exercuit;
Sotadeorum quoque repertor est ⁱ Sotades genere
Cretensis; Simonidia quoque metra Simonides poeta
lyricus composuit.

8. A frequentatoribus, ut Asclepiadea. Non enim ea
Asclepius invenit, sed proinde ita vocata sunt quod
eis idem frequentissime et elegantissime usussit.

9. A rebus quæ scribuntur, ut heroicum, elegia-
cum, bucolicum. Heroicum enim carmen dictum,
quod eo virorum fortium res et facta narrentur. Nam
heroes appellantur viri quasi aerei, et cælo digni
propter sapientiam et fortitudinem; quod metrum
auctoritate cætera metra præcedit, unum ex omni-

lib. v. c. 29; et lib. vii, c. 56. Strab., lib. x, et Eu-
stach. Οδυσσ. ο, ad illud: Νῆσός τις Συρή κελίσσεται, Ἐξ
ἧς (inquit) Φερεκύδης. Quod vero sequitur apud eum d.
Βάβιλονιος corruptum est ex Βάδου υἱος. Vid. Laert.

CAP. XXXIX. — ^a *Qui ne longius provolv. etc.*
Usque ad *numerus dicitur*. Augustini sunt verba. II
de Ordine, c. 14. Vidend. idem, III de Mus., c. 1.

^e *Carmen vocatur.* E Serv., Æn. III.

^f *Unde hodie carminare.* Utilitur eo verbo non se-
mel Plinius, ut lib IX, c. 38.

^g *Quia geminos feriunt.* Terentian.: *Scd ter ferit-
tur hinc trimetros dicitur.*

^h *Eosque longos.* Cicero, II de Legib.: *Heroicis
versibus, quos longos appellat Ennius.*

ⁱ *Sotades genere Cretensis.* De quo Suid. et Athe-
næus, lib XIV.

bus tam maximis operibus aptum quam parvis, suavitatis et dulcedinis æque capax.

10. Quibus virtutibus ^a nomen solum obtinuit, ut Heroicum vocaretur ad memorandas scilicet heroum res. Nam, et præ cæteris simplicissimum habetur, constatque duobus pedibus, dactylo et spondeo; ac sæpe pene, vel ex hoc, vel ex illo, nisi quod temperantius fit utriusque mistura, quam si instruat a singulis.

11. Omnibus quoque metris prius est. Hoc primum Moyses in cantico Deuteronomii, ^b longe ante Pherecydem et Homerum cecinisse probat. Unde et apparet antiquius fuisse apud Hebræos studium carminum quam apud gentiles. ^c Siquidem et Job, Moysi temporibus adæquatus, hexametro versu, dactylo spondeoque decurrit.

12. Hoc apud Græcos ^d Hecateus Milesius fertur primus composuisse; vel, ut alii putant, Pherecydes Syrius, quod metrum ante Homerum Pythium dictum est, post Homerum Heroicum nominatum.

68 13. Pythium autem vocatum volunt, eo quod hoc genere metri oracula Apollinis sint edita. Nam cum in Parnasso monte Pythonem serpentem in vindictam matris sagittis insequeretur, accolæ Delphici hoc illum metro hortati sunt, ut ait Terentianus: ἢ Παιάν, ἢ Παιάν.

14. Elegiacum autem dictum, eo quod modulatio ejusdem carminis conveniat miseris. Terentianus:

*Hos elegos dixere, solet quod clausula talis
Tristibus, ut tradunt, aptior esse modis.*

15. Hoc autem vix omnino constat a quo sit inventum, nisi quia apud nos Ennius eo prior usus est. Nam apud Græcos sic adhuc lis grammaticorum pendet, ut sub judice ^e res relicta sit. Nam quidam eorum Colophonium quemdam, quidam Archilochium auctorem atque inventorem volunt.

16. Bucolicum, id est, pastorale carmen plerique Syracusis primum compositum a pastoribus opinantur, nonnulli Lacedæmone. Namque ^f transeunte in Græciam Xerxe rege Persarum, eum Spartanæ virgines, sub hostili metu, neque egredi urbem audent, neque pompam ^g chorumque agrestem Dianæ de more exerceant, turba pastorum, ne religio præteriret, eundem inconditis cantibus celebrarunt. Appellatur autem Bucolicum a bubus, de majore par-

^a Nomen solum obtin. Quamvis Lyricis heroum quoque tacta caneruntur.

^b Longe ante Pherecydem. Duo fuere Pherecydæ. Atheniensi antiquiore fuisse Syrium (de quo cap. 37) vult Strabo. Contra Suidas, nisi mendum in hoc hæret.

^c Siquidem Job. Hieron., in Præfat. ad Job.

^d Hecateus Milesius. Strab., lib. I: Ἡρώτιστα γὰρ ἢ ποιητικὴ κατασκευὴ παρήλθεν εἰς τὸ μέσον καὶ εὐδοκίμῃσεν. Ἐῖτα ἐξέστην μιμούμενοι λύσαντες τὸ μέτρον, τ' ἄλλα δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ συνέγραψαν οἱ περὶ Κάρδμον, καὶ Φερεκύδην καὶ Ἑκαταῖον, etc.

^e Res relicta sit. Ita vet. Cod. Rom.; relegata, vel religata, nostri; nos duas voces, res relicta, alienas putamus. Horatius, in Art.:

Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,

Grammatici certant, et adhuc sub judice lis est.

Transeunte in Græciam Xerxe. E Serv. ad Eclog. 4.

^f Nomen legendum probatur? Edit.

te, quamvis opilionum caprariorumque sermones in A iis et cantica inserantur.

17. Hymnos primum David propheta in laudem Dei composuisse **69** ac cecinisse manifestum est. Deinde apud gentiles ^b prima Mnemia Timothoe fecit in Apollinem et Musas, quæ fuit temporibus Ennii longe post David. Hymni autem ex Græco in Latinum *laudes* interpretantur.

18. Epithalamia sunt carmina nubentium, ⁱ quæ decantantur a scholasticis in honorem sponsi et sponsæ. Hæc primum Salomon edidit in laudem Ecclesiæ et Christi. Ex quo gentiles sibi epithalamium vindicarunt, et istius generis carmen assumptum est. Quod genus primum a gentilibus in scenis celebrabantur; postea tantum in nuptiis hæsit. Vocatur autem epithalamium, eo quod in thalamis decantetur.

B 19. Threnos, quod Latine *lamentum* vocamus, primus Jeremias versu composuit super Urbem Jerusalem quando subversa est, et populus Israel captivus ductus est. Post hunc apud Græcos Simonides poeta Lyricus. Adhibebantur autem funeribus atque lamentis; similiter et nunc.

20. Epitaphium Græce, Latine *supra tumulum*. Est enim titulus mortuorum, qui in dormitione eorum fit qui jam defuncti sunt. Scribuntur enim ibi vita, mores et ætas eorum.

21. Poesis dicitur Græco nomine opus multorum librorum; poema, unius. Idylion, paucorum versuum; distichon, duorum; monostichon, unius.

22. Epigramma est titulus quod in Latinum *superscriptio* interpretatur: **70** ἐπι enim *super*, γραμμή *littera* vel *scriptio* dicitur.

23. Epodon in poemate clausula brevis est. Dicitur autem *epodon* quod accinatur ad speciem elegiaci, ubi præmisso uno longiori, alter brevior componitur, atque ita in singulis quibusque majoribus sequentes minores quasi clausulæ recinunt.

24. ^j Clausulas autem Lyrici appellant, quasi præciosos versus integris subjectos, ut est apud Horatium:

*Beatus ille qui procul negotiis,
deinde sequitur præcisus:*

Ut prisca gens mortalium.

Sic et deinceps alterni, quibus aliqua pars deest, et ipsi præcedentibus similes, sed minores.

25. ^a Centones apud grammaticos vocari solent, qui ^g *Chorumque agrestem Dianæ*. F. *Agresti*, vel, ut est in Rom. Cod. *Agrestæ*. Dianæ Agrestis meminit Pausan. lib. vi.

D ^b *Prima Mnemia Timoth.* Ita plerique Cod. Al., *Mnemia*, *Emmia*, aut *Inemia*, et *Cymothoe*. Qua de re amplius quaerendum. Nam Timothoes vestigium nullum. Mnemia vero an pars nominis sit, an μνημεῖα, id est, *monumenta*, reliquerit, id quoque in medio relinquimus.

ⁱ *Quæ cantatur a scholasticis.* Aug., in Ps. XLIV: *Solent dici a scholasticis carmina quædam uxorem deducentibus, quæ vocantur epithalamia; quidquid ibi cantatur, in honorem cantatur sponsi et sponsæ.* Quod autem ad *scholastici* nomen attinet, Hieronym. in Catalog. de Sarapione: *Sarapion qui ob elegantiam ingenii nomen Scholastici meruit.*

^j *Clausulas autem Lyrici appellant.* Sic Terentian. paulo ante, pentametrum clausulam heroici dixit.

de carminibus Homeri, vel Virgilli, ad propria opera, more centonario, ex multis hinc inde compositis in unum sarciant corpus, ad facultatem cujusque materiae.

26. Denique ^b Proba, uxor Adelphi, centonem ex Virgilio, de Fabrica mundi et Evangelii plenissime expressit, materia composita secundum versus, et versibus secundum materiam concinnatis. Sic quoque, et ^c quidam Pomponius ex eodem poeta inter cætera styli sui otia Tityrum in Christi honorem composuit; similiter et de Æneide.

71 CAPUT XL.

De fabula.

1. Fabulas poetæ a *fando* nominaverunt, quia non sunt res factæ, sed tantum loquendo factæ. Quæ ideo sunt inductæ, ut ficto mutorum animalium inter se colloquio imago quædam vitæ hominum nosceretur. Has primas invenisse traditur ^d Alemæon Crotoniensis, appellanturque Æsopiæ, quia is apud Phrygas in hac repolluit.

2. Sunt autem fabulæ, aut ^e Æsopiæ, aut Lybisticæ. Æsopiæ sunt, cum animalia muta inter se sermoeinasse finguntur, vel quæ animam non habent, ut urbes, arbores, montes, petræ, flumina. Lybistica autem, dum hominum eum bestiis, aut bestiarum eum hominibus fingitur vocis esse commercium.

3. Fabulas poetæ quasdam delectandi causa finxerunt, quasdam ad naturam rerum, nonnullas ad mores hominum interpretati sunt. Delectandi causa factæ, ut eæ quas vulgo dicunt, vel quales Plautus et Terentius composuerunt.

4. Ad naturam rerum fabulas fingunt, ut ^f Vulcanus elaudus, quia per naturam nunquam rectus est ignis; ut illa triformis bestia, ^g prima leo, postrema draco, media ipsa chimera, id est, caprea, a tates hominum per eam volentes distinguere, quarum ferox et horrens prima adolescentia, ut leo, dimidium vitæ tempus lucidissimum, ut caprea, eo quod acutissime videat, tum fit senectus ^h casibus inflexis, draco.

5. Sic et Hippocentauri fabulam esse confictam, id est, hominem equo mistum, ad exprimendam humanæ vitæ velocitatem, quia equum constat esse velocissimum.

72 6. Ad mores, ut apud Horatium mus loquitur

^a *Centones*. Tertullianus, lib. de Præscriptionib. : ... cum de sæcularibus quoque Scripturis exemplum præsto eit ejusmodi facilitatis. Quivishodice ex Virgilio fabulam in totum aliam componit, materia secundum versus, versibus secundum materiam concinnatis. Denique Ossidius [Al. Hosidius] Geta Medeam tragediam ex Virgilio plenissime expressit. Meus quidam propinquus ex eodem poeta, inter cætera styli sui otia, Pinacem Cebetis explicuit. Homerice tonas etiam vocare solent, qui de carminibus Homeri propria opera more centonario ex multis hinc inde compositis in unum sarciant corpus.

^b *Proba uxor Adelphi*. Probat Faleonia, cujus et Hieronymus meminit, et cento quidam circumferitur.

^c *Et quidam Pomponius*. Al., Pomponus.

CAP. XL. — ^d *Alemæon Clotoniensis*, Pythagoræ discipulus.

^e *Aut Æsop., aut Lybisticæ*. Arist., Rhetor. II, de

A muri, mustella vulpeculæ, ut per narrationem fictam ad id quod agitur verax significatio referatur. Unde et Æsopi tales fabulæ sunt ad morum finem relatæ; vel sicut in libro Judieum ligna sibi regem requirunt, et loquuntur ad oleam, et ad ficum, et ad vitem, et ad rubum : quod totum utique ad mores fingitur, ut ad rem quæ intenditur, ficta quidem narratione, sed veraci significatione, veniatur.

7. ⁱ Sic et Demosthenes orator fabula usus est adversus Philippum, qui eum ab Atheniensibus postularet ut sibi decem oratores darentur, et discederet, finxit ille fabulam, qua dissuaderet dicens : lupos aliquando pastoribus, quorum diligentiam decipere voluissent, suasisse ut in amicitiam convenirent, ea tamen conditione, si canes, in quibus erat causa jurgiorum, jure illis traderentur; annuisse pastores, et in spem securitatis dedisse canes, quos ovium suarum vigilantissimos custodes habebant. Tunc lupi, adempta omni formidine, omne quod in gregibus illis erat, non pro satietate tantum, verum etiam pro libidine laceraverunt : Philippum quoque principes populi postulare, quo facilius posset opprimere spoliata eustodibus urbem.

CAPUT XLI.

De historia.

1. Historia est narratio rei gestæ, per quam ea quæ in præterito facta sunt dignoscuntur. Dieta autem Græce *historia*, ἱστορία, id est à *videre*, vel *cognoscere*. Apud veteres enim nemo conscribebat historiam, nisi is qui interfuisset, et ea quæ conscribenda essent vidisset. Melius enim oculis quæ fiunt deprehendimus, quam quæ auditione colligimus.

73 2. Quæ enim videntur sine mendacio proferruntur. ^k Hæc disciplina ad grammaticam pertinet, quia quidquid dignum memoria est, litteris mandatur. Historiæ autem ideo *monumenta* dicuntur, quod memoriam tribuunt rerum gestarum. *Series* autem dieta per translationem a *sertis* factorum invicem comprehensorum.

CAPUT XLII.

De primis auctoribus historiarum.

1. Historiam autem primus apud nos Moyses de initio mundi conscripsit. Apud gentiles vero primus

Exemplo : Τούτων δὲ ἐν μὲν παραβολῇ, ἐν δὲ λόγοι, οἷον οἱ Αἰσώπειοι, καὶ λυβικοὶ. Hesy chius : Λυβικοὶ λόγοι. Χωμαλέον φησὶ λέγειν εὐρεῖν τοὺς λόγους τούτους. Vid. Theon. progymnasm.

^f *Vulcan. elaud.* E Serv., Æn. VIII.

^g *Prima leo. post. drac.* Lueretii versus, lib. v.

^h *Casibus inflexis*. Qui Longobardicos characteres norint, vel *cruribus*, vel *cursibus* admittant, propter similitudinem, a et u, r et s, eum præsertim *casibus* sit in libro Salamant. in Romano vero : *casibus subjacens inflexis*.

ⁱ *Sic et Demosth.* In Olynthiacis.

CAP. XLI. — ^j *Historia ἱστορία*. E Serv., Æn. I.

^k *Hæc disciplina ad grammaticum pertinet*. Aug., lib. II de Orlin., cap. 12 : *Quia grammaticum ipso nomine profiteri se litteras elamat, unde etiam Latine litteratura dicitur, factum est ut quidquid dignum memoria litteris mandaretur, ad eam necessarium pertineret.*

Dares Phrygius de Græcis et Trojanis historiam edidit, quam in foliis palmarum ab eo conscriptam esse ferunt.

2: ^a Post Daretem autem in Græcia Herodotus primus historicis habitus est. Post quem Pherecydes claruit iis temporibus quibus Esdras legem scripsit.

CAPUT XLIII.

De utilitate historiæ.

1. Historiæ ^b gentium non impediunt legentes in iis quæ utilia dixerunt. Multi enim sapientes præterita hominum gesta ad institutionem præsentium historiis indiderunt.

2. Si quidem et per historiam summa retro temporum annorumque supputatio comprehenditur, et per consulum regumque successum multa necessaria perscrutantur.

CAPUT XLIV.

74 *De generibus historiæ.*

1. Genus ^c Historiæ triplex est. Ephemeris namque appellatur unius diei gestio. Hoc apud nos *diarium*

CAP. XLII. — ^a *Primus historicus.* — *Primus in Historia Roman.* Cod., quam scripturam confirmare videtur Silius. Goth. mendum *historiam*. Sic Martial.: *Crispus Romana primus in historia.*

CAP. XLIII. — ^b *Historiæ gentium non imped. legent.*, etc. Vid. Aug., II de Doct. Christ., cap. 21.

CAP. XLIV. — ^c *Genus historiæ tripl.* Vid. Agelle lib. 5, cap. 48.

^d *Nam quod Latini diarium Græci ephemerid.* — Agell.: *Id eorum est qui diarium scribunt, quam Græci ephemerida vocant.*

^e *In commentariis acta sunt.* Conficiebantur ex actis primum commentarii, deinde ex commentariis annales, vel historia texebatur. Isidorus ex actis commentarios, ex commentariis annales, ex annalibus historiam confici vult, ejusque dici historiam, cujus opera ex annalibus historia sit composita, aut certe annales plures in volumen unum redacti.

^f *Inter historiam autem et annual.* Servius, Æn. I,

vocatur. ^d Nam quod Latini *diarium*, Græci *ephe-merida* dicunt.

2. Kalendaria appellantur quæ in menses singulos digeruntur.

3. Annales sunt res singulorum annorum. Quæcunque enim digna memoriæ domi militiæque, mari ac terra, per annos in ^e commentariis acta sunt, ab anniversariis gestis annales nominaverunt.

4. Historia autem multorum annorum vel temporum est; **75** ^f *cujus diligentia annui commentarii in libris delati sunt.* ^f Inter historiam autem et annales hoc interest, quod historia est eorum temporum quæ vidimus, annales vero sunt eorum annorum quos ætas nostra non novit. Unde Sallustius ^g ex historia; Livius, Eusebius et Hieronymus ex annalibus et historia constant.

B 5. ^h Inter historiam, et argumentum, et fabulam interest. Nam historiæ sunt res veræ, quæ factæ sunt. Argumenta sunt quæ, etsi facta non sunt, fieri tamen possunt. Fabulæ vero sunt quæ nec facta sunt, nec fieri possunt, quia contra naturam sunt.

ad verba: ET VACET ANNALES: *Historia ex eorum temporum quæ vel vidimus vel videre potuimus, dicta, ἀπὸ τοῦ ἰστορεῖν, id est, videre, Annales vero sunt eorum annorum et temporum quæ ætas nostra non novit, sed et Livius ex annalibus et historia constat.*

^g *Sallustius ex historia; Livius, Euseb.* Ita Goth. Ovet. colleg., pravissime, cum in reliquis omnibus *historialibus* legatur. Videntur apud Servium voces *Sallustius ex historia* desse. Et plane in Sallust. ætatem inciderunt non modo reliquæ historiæ, quas a M. Emilio Lepido et Q. Lutatio Catulo Coss. orsus est, sed etiam Jugurthinum bellum, quod P. Scipionis Nasicæ consulatu cœpit. Hujus autem rei sit penes auctorem, hoc est Servium, fides; non enim probatur doctissimis viris hæc differentia. Vid. Beroaldi de Servii Commentariis censura.

^h *Inter historiam, argum. et fab.* E. Serv., Æn. I, ad verba: *Revocato a sanguine Teucri.* Qui locus emendari et suppleri ex hoc potest, pessime enim affectus est.

LIBER SECUNDUS,

DE RHETORICA ET DIALECTICA

76 CAPUT PRIMUM.

De rhetorica ejusque nomine.

1. Rhetorica ^a est bene dicendi scientia, in civilibus quæstionibus eloquentiæ copia ad persuadendum justa et bona ^b. Dicta autem *rhetorica* Græca appellatione ἀπὸ τοῦ ῥητορῆζειν, id est, a *copia locutionis*; ῥητορῆς enim apud Græcos *locutio* dicitur, ῥήτωρ *orator*.

2. Conjuncta est autem grammaticæ arti rhetorica. In grammatica enim scientiam recte loquendi disci-

CAP. I. — ^a *Rhetorica est bene dicendi scientia.* Hæc tantum verba hujus loci propria esse duco. Quæ præterea leguntur in plerisque libris, *in civilibus quæstionibus necessaria ad persuadendum justu et bona eloquentiæ copia in rerum personarumque negotio*, neque eadem sunt in omnibus, et priora quidem importata hæc sunt e capite 2 lib. I, postrema vero, *in rerum personarumque negotio*, a Goth. omnibus Cod. absunt. Adscripsimus ergo tantum quæ in melioribus libris leguntur.

Dicta autem ἀπὸ τοῦ ῥητορῆζειν. Ita vet. Codices neque id abnuat interpretatio.

mus. In rhetorica vero percipimus qualiter, ea quæ didicimus, proferamus.

CAPUT II.

De inventoribus rhetoriæ artis.

1. Hæc autem disciplina a Græcis inventa est a ^c Gorgia, Aristotele, Hermagora, et translata in latinum a Tullio, videlicet, et ^d Quintiliano, sed ita copiose, ita varie, ut eam lectori admirari in promptu sit, comprehendere impossibile.

CAP. II. — ^c *Gorgia, Aristot., Hermag.* Quoniam hⁱ præcipue artem hanc excoluerunt, quamvis alii prima fundamenta jecerint, ut Empedocles, Tisias et Corax.

^d *Quintiliano.* — *Et Titiano* addunt quidam libri, non tamen melioris notæ, recteque irrepsisse putabat Chacon ex ultimis syllabis *Quintiliani* librarior. vitio repetitis. De Titiano Hieronym. in Chronic.: *Titianus vir eloquens præfecturam prætorii apud Gallias administrat.* Et Serv., Æneid. x: *Titianus et Calvus, qui themata de Virgilio elicerunt, et deformaverunt ad dicendi usum.*

2. ^a Nam membranis retentis, quasi adhærescit memoriæ series dictionis; ac mox repositis, recordatio omnis elabitur. Hujus disciplinæ perfecta cognitio oratorem facit.

CAPUT III.

De nomine oratoris et partibus rhetoricæ.

1. Orator est igitur vir bonus dicendi peritus. Vir bonus consistit natura, moribus, artibus. Dicendi peritus consistit artificiosa eloquentia, quæ constat partibus quinque: inventione, dispositione, elocutione, memoria, pronuntiatione, et fine officii, quod est aliquid persuadere.

2. Ipsa autem peritia dicendi in tribus rebus consistit, natura, doctrina, usu; natura, ingenio; doctrina, scientia; usus, assiduitate. Hæc sunt enim quæ non solum in oratore, sed in unoquoque homine ^b artifice spectantur ut aliquid efficiat.

CAPUT IV.

De tribus generibus causarum.

1. Genera causarum tria sunt: deliberativum, demonstrativum, judiciale: deliberativum genus est in quo de quibuslibet utilitatibus vitæ, quid aut debeat aut non debeat fieri, tractatur; demonstrativum in quo laudabilis persona aut reprehensibilis ostenditur.

2. Judiciale in quo de ipsius personæ facto, aut pænæ, aut præmii sententia datur. Dictum autem *judiciale*, eo quod *judicet* hominem, et sententia sua ostendat utrum laudabilis præmio dignus sit, aut certe reus condemnari ^c liberarique supplicio.

3. Deliberativum genus vocatur, eo quod de unaquaque re in eo *deliberatur*. Hujus genus duplex est, suasio et dissuasio, id est, de expetendo et fugiendo, de faciendo et non faciendo.

4. Suasoria autem in tribus locis dividitur: honesto, utili et possibili. Hæc differt aliquid a deliberativa, quia suasoria eget altera persona, deliberativa interdum et apud se agit. In suasoria autem duæ sunt quæ plus valent: spes et metus.

5. Demonstrativum dictum, quod unamquamque rem aut laudando aut vituperando *demonstrat*; quod genus duas habet species: laudem et vituperationem. Laudis ordo tribus temporibus distinguitur: ante ipsum, in ipsum, post ipsum.

6. Ante ipsum, ut:

Quæ te tam læta tulerunt sæcula.

In ipsum, ut:

O sola infandos Trojæ miserata labores.

Post ipsum, ut:

^a Nam membranis retentis, quasi adh. Respexisse videtur ad Ciceronis verba Tusc.: *Sed nescio quomodo, dum lego, assentior; eum posui librum, assensio omnis elabitur.*

CAP. III. — ^b Artifice spectantur. Al., expectantur, forte expectantur.

CAP. IV. — ^c Liberarique. Rejiciebat hæc Chacon. Sed frequens apud Isidorum conjunctionem disjunctionumque vicissitudo.

CAP. V. — ^d Græci autem statum a content. Ita Herodia et Hermagoras. Præferre videtur Isidorus nostram vocem Græcæ στασεως.

^e Relatio criminis, comparatio. — Compensatio in

*In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ
Lustrabunt, convexa polus dum sidera pascet,
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.*

7. Pari ordine, e contrario, et in vituperatione hominis hæc forma servanda est, ante hominem, in hominem, post hominem. Locus communis ad demonstrativum vituperationis genus pertinet, quod tamen ab eo in aliquo differt. Nam vituperatio, quæ contraria est laudi, specialiter in certam facientis personam adhibetur.

8. Communis vero locus generaliter in facti crimine præponitur; unde, et *communis locus* dicitur, quia absente persona non tam in hominem quam in ipsum crimen exponitur. Omne enim vitium non in uno tantum, sed etiam commune in plurimis invenitur.

CAPUT V.

De gemino statu causarum.

1. Status causarum apud rhetores dicitur ea res in qua causa consistit, id est, constitutio. ^d Græci autem statum, a contentione, στασις, dicunt. Latine autem non solum a pugna, per quam expugnent propositionem adversarii, sed quod in eo pars utraque consistat. Fit autem ex intentione et depulsionem.

2. Status autem causarum duo sunt, rationalis et legalis. De rationali oriuntur conjectura, finis, qualitas, translatio. De fine juridicialis et negotialis. De juridiciali absoluta et assumptiva. De assumptiva, concessio, remotio criminis, ^e relatio criminis, comparatio. De concessione, purgatio et deprecatio.

3. Conjecturalis status est, cum factum quod alii objicitur ab alio pernegatur. Definitivus status est, cum id quod objicitur, non hoc esse contenditur, sed quid illud sit, adhibitis definitionibus, approbatur. ^f Qualitas est, dum qualis sit res quæritur; et quia de vi et genere negotii controversia agitur, constitutio *generalis* appellatur.

4. Translatio est, cum causa ex eo pendet, quod aut non is agere videtur quem oportet, aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua pœna oporteat. Translativa constitutio dicitur, quod actio translationis et commutationis indigere videtur.

5. Juridicialis est, in qua æqui et recti natura, et præmii aut pænæ ratio quæritur. Negotialis est, in qua quid juris ex civili more et æquitate sit consideratur. ^g Assumptiva est, quæ ipsa ex se nihil dat firmi ad recusationem, foris autem aliquid defensionis assumit.

6. Concessio est, cum reus non id quod factum est, defendit, sed ut ignoscat postulat, ^h quod nos ad pœnitentes probavimus pertinere. Remotio criminis

plerisque libris, qua de re Capella: Comparatio (inquit) quam compensationem *novi a posterioribus perhiberi*. Sed *comparatio* est apud Ciceronem, unde hæc sunt. Et infra comparatio definitur, consentientibus omnibus libris.

^f Qualitas est. Videntur abundare hæc voces ex Cic., 1 de Invent., legendumque: *Dum qualis sit res quæritur, quia de vi, et de genere negotii, etc.*

^g Assumptiva. Post assumptivam videtur desiderari absoluta. Dixerat enim ex juridiciali assumptivam, et absolutam oriri. Quam Cicero definit: *Quæ ipsa in se juris et injuriæ continet questionem.*

^h Quod nos ad pœnit. Vid. d. 50, c. In capite et seqq.

est, cum id erimen quod infertur, a se, et a sua culpa, vi et potestate in alium reus dimovere conatur.

7. Relatio criminis est, cum ideo jure factum dicitur, quod alius ante injuria laecesserit. Comparatio est, cum aliud aliquod alterius factum honestum aut utile contenditur, quod ut fieret, illud quod arguitur, dicitur esse commissum.

8. Purgatio est, cum factum quidem conceditur, sed culpa removetur. Hæc partes habet tres: imprudentiam, casum, necessitatem. Deprecatio est, cum et peccasse se et consulto peccasse reus confitetur, et tamen ut ignoscatur postulat, quod genus perraro potest accidere.

9. Item ex legali statu hæc oriuntur, id est, scriptum et voluntas, leges contrariæ, ambiguitas, collectio, sive ratiocinatio et definitio legalis. Scriptum et voluntas est, quando verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere. Legis contrariæ status est, quando inter se duæ leges, aut plures discrepare noscuntur.

10. Ambiguitas est, cum id quod scriptum est duas aut plures res significare videtur. Collectio vel ratiocinatio est, quando ex eo quod scriptum est aliud quoque quod non scriptum est invenitur. Definitio legalis est, cum vis verbi, quasi in definitiva constitutione, in quo posita sit quaeritur.

11. Status ergo tam rationales quam legales quibusdam certius decem et octo connumerati sunt; cæterum^a secundum rhetoricos Tullii undeviginti reperiuntur, propterea quia translationem inter rationales principaliter affixit status. Inde se ipse etiam Cicero reprehendens, translationem legalibus statibus applicavit.

▷ CAPUT VI.

De tripartita controversia.

1. Tripartita controversia, juxta Ciceronem, aut simplex est, aut conjuncta. Et si conjuncta erit, considerandum est utrum sit ex pluribus quaestionibus juncta, an ex aliqua comparatione. Controversia simplex est quæ absolutam continet unam quaestionem, hoc modo: *Corinthiis bellum indicamus, an non?*

2. Conjuncta, est ex pluribus quaestionibus, in qua plura quaeruntur hoc pacto: *Utrum Carthago diruatur, an Carthaginensibus reddatur, an eo colonia deducatur?* Ex comparatione, in qua per contentionem utrum potius aut quid potissimum quaeritur, ad hunc **S** modum: *Utrum exercitus in Macedoniam contra Philippum mittantur, qui sociis sit auxilio; an teneatur in Italia, ut quam maximæ contra Annibalem copiar sint!*

▷ CAPUT VII.

De quatuor partibus orationis.

1. Partes orationis in rhetorica arte quatuor sunt:

^a Secundum rhetoricos Tullii. Libros de Inv.

^b CAP. VI. — Omnia ex eodem lib. 1 de Invent.

^c CAP. VII. — *Benivolum*. Ita scribi præcipit Isidorus ipse, lib. x, non *benivolium*.

^d CAP. VIII. — Ex eodem Ciceronis loco.

^e CAP. IX. — *Confirmationis extrema concl.* Confirmationem syllogismo addidit, Ciceronem secutus, exemplo tamen non nisi syllogismi simplicis est usus.

A exordium, narratio, argumentatio, conclusio. Harum prima auditoris animum provocat; secunda res gestas explicat; tertia fidem assertionibus facit; quarta finem totius orationis complectitur.

2. Inchoandum est itaque taliter, ut ^e benivolum, docilem, vel attentum auditorem faciamus: benivolum. precando; docilem, instruendo; attentum, excitando. Narrandum est ita, ut breviter atque aperte loquamur. Argumentandum ita, ut primum nostra firmemus, dehinc adversa confringamus. Concludendum ita, ut concitemus animum audientis implere quæ dicimus.

▷ CAPUT VIII.

De quinque modis causarum.

1. Species causarum sunt quinque: honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Honestum causæ genus, est cui statim sine oratione nostra favet animus auditoris; admirabile, a quo est alienatus animus eorum qui audituri sunt; humile, est quod negligitur ab auditore.

2. Anceps, est in quo aut judicatio dubia est, aut causa honestatis et turpitudinis particeps, ut et benevolentiam pariat et offensionem; obscurum, in quo aut tardi auditores sunt, aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa cernitur implicata.

▷ CAPUT IX.

De syllogismis.

1. Syllogismus Græce, Latine *argumentatio* appellatur. Argumentatio autem dicta est, quasi *arguta mentis oratio*, qua inventum probabile exsequimur.

C Syllogismus igitur est propositionis, et assumptionis, ^e confirmationisque extrema conclusio, aut ex ambigenti incerto, aut ex fiducia comprobantis.

2. Constat enim tribus partibus: propositione, assumptione, conclusione. Propositione, ut puta: *Quod bonum est, turpem usum habere non potest*. Consentit audiens; assumit ille: *Pecunia turpem usum habet*; concluditur: *Ergo pecunia bonum non est*.

3. Syllogismis autem non solum rhetores, sed maxime dialectici utuntur, licet ^f Apostolus sæpe proponat, assumat, confirmet, atque concludat, quæ, ut diximus, propria artis dialecticæ, atque rhetoricæ sunt.

4. Syllogismorum apud rhetores principalia genera duo sunt: inductio, et ratiocinatio. Inductionis membra tria sunt: prima propositio, secunda illatio, quæ **D** et assumptio dicitur, tertia conclusio.

5. Inductio est quæ rebus non dubiis captat assensionem ejus cui instituta est, sive inter philosophos, sive inter rhetores, sive ^g inter sermocinantes. Propositio inductionis est quæ similitudines concedenda rei necessario unius inducit, aut plurium.

6. Illatio inductionis est, quæ et assumptio dicitur,

^f Licet Apostolus. Verba sunt Hieronymi ad Paul. Urbicam, epist. 155; mutasse Isidorum vocem *Apostol.* in *Philosophum* credebatur Chacon, rediisseque rursus, vel ex scribentium errore, utraque voce per compendium scripta; vel alieujus, qui eam ex Hieronymo accersivit, supervacua diligentia.

^g *Sive inter sermocinantes*. Victorinus, in *quacumque contentione verbor.*

quæ rem de qua contenditur et ejus causa similitudines habitæ sunt introducit. Conclusio inductionis est quæ aut concessionem illationis **§§** confirmat, aut quid ex ea conficiatur declarat. ^a Ratiocinatio est oratio qua id de quo est questio comprobatur.

7. Enthymema igitur Latine interpretatur *mentis conceptio*, quem *imperfectum syllogismum* solent ^b artigraphi nuncupare. Nam in duabus partibus ejus argumenti forma consistit, quando eo quod ad fidem pertinet faciendam utitur, syllogismorum lege præterita, ut est illud : *Si tempestas vitanda est, non est igitur navigandum*. Ex sola enim propositione constat esse perfectum; unde magis rhetoribus quam dialecticis convenire judicatum est.

8. Ratiocinationis duo sunt modi. Primus enthymema, qui est imperfectus syllogismus, atque rhetoricus. Secundus epicherema, qui est in rhetoricis **B** latior syllogismus.

9. ^c Enthymematis membra sunt quinque : primum convincibile, secundum ostentabile, tertium sententiale, quartum exemplabile, quintum collectivum.

10. Convincibile est quod evidenti ratione convincit, sicut fecit Cicero pro Milone : *Ejus igitur mortis sedetis ultores, cujus vitam, si putaretis per vos restitui posse, nolletis*.

11. Ostentabile est quod certa rei demonstratione constringit, sicut Cicero in Catilinam : *Hic tamen vivit, vivit, imo etiam in senatum venit*. Sententiale est quod sententia generalis addicit, ut apud Terentium : *Obsequium amicos, veritas odium parit*.

12. Exemplabile est quod alicujus exempli comparatione eventum similem comminatur, sicut ^d Cicero in Philippic. : *Te miror, Antoni, quarum exempla imilaris, eorum exitus non pertimescere*.

13. Collectivum est cum in unum quæ ^e argumentata sunt colliguntur, sicut ait Cicero pro Milone : *Quem igitur cum gratia noluit, hanc voluit cum aliquorum querela. Quem jure, quem loco, quem tempore non est ausus, hunc injuria, alieno tempore, cum periculo capitis non dubitavit occidere!*

14. Præterea secundum Victorinum enthymematis est altera **S** definitio ex sola propositione, sicut jam dictum est, quæ ita constat : *Si tempestas vitanda est, non est navigatio requirenda*. ^f Ex sola assumptione, ut est illud : *Sunt autem qui mundum di-*

^a Ratiocinatio. Eodem modo Cassiodorus. Brevius Fortunatianus : *Ratiocinatio est qua aliquid approbamus*. **D**

^b Artigraphi. Eadem voce utuntur Donatus et Servius ad Artem Donati. Constatque ex D. August., epist. 59, hujusmodi Græcolatinas voces illa ætate usurpatas esse, quamvis Quintiliano invisas. Iidem ab Augustino et Fortunatiano technici dicuntur.

^c Enthymematum membra. Fusius hæc Isidorus quam Fortunatianus.

^d Cic., Philipp. 2 : *quorum exempla imitere, eorum exitus non perhorrescere*.

^e Quæ argumentata. Ex Ovet. Colleg. Goth. reliqui, quæ argumenta.

^f Ex sola assumptione. Supplevimus hic quædam ex Tarraconensibus libris et Cassiodoro, auctore Aut. Augustino.

ant sine divina administratione discurrere. 15. Ex sola conclusione, ut est illud : *Vera est igitur divina sententia*. Ex propositione et assumptione, ut est illud : *Si inimicus est, occidit; inimicus autem est*. Et quia illi deest conclusio, enthymema vocatur.

16. ^g Sequitur epicherema, descendens de ratiocinatione, ^h latior et exsecutior rhetoricus syllogismus, latitudine distans, et productione sermonis a dialecticis syllogismus, propter quod rhetoribus datur. Hic autem constat modis tribus : primus modus tripartitus est, secundus quadripartitus, tertius quinque partitus.

17. Tripartitus epicherematicus syllogismus est qui constat membris tribus, id est, propositione, assumptione, conclusione. Quadripartitus est qui constat ex membris quatuor : prima propositione, secunda assumptione, et una propositionis sive assumptionis conjuncta ; tertia probatione, et ⁱ quarta conclusione.

18. Quinquepartitus est qui constat ex membris quinque, id est : prima propositione, secunda ejus probatione, tertia assumptione, quarta ejus probatione, quinta conclusione. Hunc Cicero ita facit in Arte Rhetorica : *Si deliberatio et demonstratio genera sunt causarum, non possunt recte partes alicujus generis causæ putari ; eadem enim res, alii genus, alii pars esse potest : eidem genus et pars non potest, et cætera, quousque syllogismi hujus membra claudantur*.

§5 CAPUT X.

De lege.

C 1. Lex ^j est constitutio populi, quam majores natu cum plebibus sanxerunt. Nam quod rex aut imperator edicit, *constitutio* val *edictum* vocatur. ^k Institutio æquitatis duplex est, nunc in legibus, nunc in moribus. Inter legem autem et mores hoc interest, quod lex scripta est ; mos vero est vetustate probata consuetudo, sive, lex non scripta ; nam lex a *legendo* vocata, quia scripta est.

2. Mos autem longa consuetudo est de moribus ^l tracta tantumdem. Consuetudo autem est jus quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur cum deficit lex ; nec differt, scriptura an ratione consistat, quando et legem ^m ratio commendat.

3. Porro si ratione lex constat, lex erit omne jam quod ratione constiterit, duntaxat quod religioni con-

ⁿ Sequitur epicherem. Ex lib. 1, de Invent.

^h Latior et exsecutior rhetoricus syllogismus. Sic paulo ante epicherema latiore syllogismum dixit, *latior exsecutio* volebat A. Augustinus ex Fortunatiano.

ⁱ Et quarta conclus. Vox quarta ex Gothiis repocita est.

^j C. X. Lex est. L. v, c. 10, et d. 1, c. 2. Repetuntur eadem, l. v, c. 3, 10, 19, et seq. Vid. Grat. d. 1.

^k Institutio æquit. Omne autem jus legibus et moribus constat, lib. v, cap. 3, et d. 1, cap. 2.

^l De moribus tracta tantumdem. Sic ovet. l. Tantummodo Grat.

^m Legem ratio commendat. Tertul., lib. de Coronæ milit. : *Consuetudo etiam in civilibus rebus pro lege suscipitur cum deficit lex. Nec differt scriptura an ratione consistat, quando, et legem ratio commendat*.

gruat, quod disciplinæ convenient, quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo, quia in communi est usu.

4. Omnis autem lex, aut permittit aliquid, ut vir fortis petat præmium; aut vetat, ut sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat; aut punit, ut qui eadem fecerit capite plectatur.

5. ^a Factæ sunt autem leges ut earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, et in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas. Legis enim præmio aut pœna ^b vita moderatur humana.

6. Erit autem lex honesta, justa, possibilis, secundum naturam, **SG** secundum consuetudinem patriæ, loco temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem ^c in captionem contineat, nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripta.

CAPUT XI.

De sententia.

1. Sententia est dictum impersonale, ut: *Obsequium amicos veritas odium parit*. Huic si persona fuerit adjecta, chria erit, ita: *Offendit Achilles Agamemnonem, vera dicendo; Metrophanes promeruit gratiam Milhridatis obsequendo*.

2. Nam inter chriam et sententiam hoc interest, quod sententia sine persona profertur, chria sine persona nunquam dicitur. Unde, si sententiæ persona adjiatur, fit chria; si detrahatur, fit sententia.

CAPUT XII.

De cataseeve et anaseeve.

1. Cataseeve est confirmatio propositæ rei, anaseeve autem contraria superiori est; revincit enim non fuisse, aut non esse, quod natum, aut factum, aut dictum esse proponitur, ut si quis Chimeram neget fuisse, aut fuisse confirmet.

2. Inter has et tnesin hoc interest, quod tnesis quamvis et ipsa habeat disputationem in utramque partem, tamen incertæ rei, quasi quædam liberatio vel coarctatio est; cataseeve autem et anaseeve in his rebus quæ verisimiles non sunt, sed pro veris proponuntur, plerumque versantur.

3. Anaseevæ prima divisio est, in inconveniens, et mendacium. Inconvenientis species sunt: quod inhonestum est et quod inutile. Item inhonestum tractatur, aut in dictis, aut in factis. In dictis, ut si quis indecora et non respondentia auctoritati dixisse dicatur, velut si aliquis infamet Catonem illum Censorium juventutem ad nequitiam et luxuriam cohortatum.

4. **S7** In factis, ut si quis abhorrens aliquid a san-

^a Factæ autem sunt leges. Ex Aug. epist. 56.

^b Vita moderatur humana. — Moderatur passive ut, l. xv; d. de Neot. gest. Pro qualitate personarum, et actio formatur, et condemnatio moderatur.

^c In captionem contineat. Paul., lib. v, Sentent., cap. 33: Ne quis in captionem verborum in cavendo incidat.

CAP. XII. — ^d Egredientes Africæ. Ex Plin. et Solin. mendose libri omnes, ingredientes.

^e Cataseevæ proderit. Post hæc verba adduntur in Gothicis aliquot: Ut gradus omnes constituamus, ho-

etimonia et nomine suo fecisse dicatur, ut est fabula de adulterio Martis et Veneris. Mendacium autem tres habet species: incredibile, quod factum non esse credatur, ut adolescentem de Siculo littore ^d egredientes Africa classes videre.

5. Impossibile est: « ut Clodius insidias Miloni fecerit, et idem occisus sit a Milone. » Contrarium est: « Nam si insidias fecit, occidit. Occisus est, non fecit insidias. » Hæc distributio in contrarium reformata ^e cataseevæ proderit. Oportebit tamen principia sic ordinare, ut aut credendum esse veterum auctoritati, aut fabulis fidem non habendam esse dicamus.

6. Et ad id postremum in anaseeve recurramus, ne quid aliud significare voluerint qui ista finxerunt, ut si Scyllam non marinam, sed maritimam feminam, nec succinetam canibus, sed rapacem aliquam et inhospitalem venientibus extitisse.

CAPUT XIII.

De Prosopopœia.

1. Prosopopœia ^f est cum inanimalium et persona et sermo fingitur. Cicero in Catilinam: *Etenim si mecum patria mea, quæ mihi vita mea multo est charior, loqueretur, dicens, etc.*

2. Sic et montes, et flumina, vel arbores loquentes inducimus, personam inponentes rei quæ non habet naturam loquendi, quod et in tragœdiis usitatum est et in orationibus frequentissime invenitur.

SS CAPUT XIV.

De ethopœia.

1. Ethopœiam vero illam vocamus in qua hominis personam fingimus, pro exprimendis affectibus, ætatis, studii, fortunæ, lætitiæ, sexus, mœroris, audaciæ. Nam cum piratæ persona suscipitur, audax, abrupta temeraria erit oratio; cum femina sermo simulatur, sexui convenire debet oratio; jam vero adolescentis, et senis, et militis, et imperatoris, et parasiti, et rustici, et philosophi, ^g diversa ratio ducenda est.

2. Aliter enim loquitur gaudio affectus, aliter vulneratus. In quo genere dictionis illa sunt maxime cogitanda: quis loquatur, et apud quem, et de quo, et ubi, et quo tempore; quid egerit, quid acturus sit, aut quid pati possit, si hæc consulta neglexerit.

CAPUT XV.

De generibus questionum.

1. Genera questionum duo sunt: quorum unum est finitum, alterum infinitum. Finitum *hypothesis* Græcæ, Latine *causa* dicitur, ubi cum certa persona controversia est.

2. Infinitum quod Græcæ *thesis*, Latine *propositum* nestum, utile, verisimile, possibile, consentaneum; vel ex diverso inhonestum, inutile, parum verisimile, impossibile, contrarium. Quæ, quia neque satis cum superioribus coherent, neque sunt in vetustioribus libris, recipienda non putavimus. Licet quibusdam probarentur.

CAP. XIII. — ^f Prosopop. Hæc et ethopœia majores visæ sunt quam ut cum figuris reliquis connumerandæ essent; propterea eas in progymnasmatis posuit.

CAP. XIV. — ^g Diversa ratio ducenda. Ex Goth. Ov. Al., oratio dicenda.

nominatur. Hoc personam non habet certam, nec
^a inest ei aliqua certa circumstantia, id est, nec locus,
 nec tempus. In causa vero certa omnia sunt,
^b unde quasi pars causæ est propositum.

CAPUT XVI.

De elocutione.

1. Jam vero in elocutionibus illa uti oportebit, ut res, locus, tempus, **§§** persona audientis efflagitat, ne profana religiosis, ne inverecunda castis, ne levia gravibus, ne lasciva seriis, ne ridicula tristibus misceantur.

2. Latine autem et perspicue loquendum. Latine autem loquitur qui verba rerum vera et naturalia persequitur, nec a sermone atque cultu præsentis temporis discrepat. Huic non sit satis videre quid dicat, nisi id quoque aperte et suaviter dicere; ne id quidem tantum, ^c nisi id quod dicat et facere dicat.

CAPUT XVII.

De trimodo dicendi genere.

1. Dicenda sunt quoque submissa leviter, incitata graviter, inflexa moderate. Hoc est enim illud trimodum genus dicendi: humile, medium, grandiloquum. Cum enim magna dicimus, granditer proferenda sunt; cum parva, subtiliter; cum mediocria, temperate.

2. Nam in parvis causis nihil grande, nihil sublime dicendum est, sed leni ac pedestri more loquendum. In causis autem majoribus, ubi de Deo, vel hominum salute referimus, plus magnificentiae et fulgoris est exhibendum.

3. In temperatis vero causis ubi nihil ^d agitur ut agat, sed tantummodo ut delectetur auditor, inter utrumque est moderate dicendum; sed et quamvis de magnis rebus quisque dicat, non tamen semper granditer dicere debet, sed submisso cum docet, temperate cum aliquid laudat vel vituperat, granditer cum ad conversionem aversos animos provocat. Utenda tamen verba in submisso genere sufficientia, in temperato splendentia, in grandi vehementia.

§§ CAPUT XVIII.

De colo, commate et periodo.

1. Componitur autem, ^e instruiturque omnis oratio commate, colo et periodo. Comma particula est sententiæ; colon, membrum; periodus, ambitus vel circuitus. Fit autem ex conjunctione verborum comma, ex commate colon, ex colis periodus.

2. Comma est juncturae finitio, ut puta, *et si vereor*, **D** *judices*, ecce unum comma; sequitur et aliud comma, *ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem timere*; et factum est colon, id est, membrum, quod in-

CAP. XV. — ^a *Neque inest ei aliqua certa circumst.* Al., *Neque in thesi aliqua circumst.*, eodem sensu.
^b *Unde quasi pars causæ, e. p.* Cic. in Top.: *Itaque propositum pars causæ est.*

CAP. XVI. — ^c *Nisi id quod dicat et facere dicat*, Rom. Cod.: *Nisi id quod dicat et fecerit*. F., *nisi id quod deceat fecerit*. Al.: *Nisi id quod dicat et facere dicat*. Quam scripturam, una mutata littera, recepimus.

CAP. XVII. — ^d *Nihil agitur ut agat*. Sic O. I., ac tales sunt causarum pleræque in demonstrativo genere.

CAP. XVIII. — ^e *Instruitur*. Prothesis in Gothica scriptura frequens, *instruitur* pro *struitur*, nec minus

tellectum sensui præstat, sed adhuc pendet oratio; sicque deinde ex pluribus membris fit periodus, id est, extrema sententiæ clausula, ita: *veterem iudiciorum morem* ^f *requirunt*. Periodus autem longior esse non debet, quam ut uno spiritu proferatur.

CAPUT XIX.

De vitiis litterarum, et verborum, et sententiarum cavendis.

1. Præterea purum et honestum oratoris eloquium carere debet omnibus vitiis, tam in litteris quam in verbis, quam etiam in sententiis.

2. In litteris, ut junctura apta et conveniens sit, et sic observandum, ne præcedentis verbi extrema vocalis in eandem vocalem primam incidat verbi sequentis, ut *feminae Ægyptiæ*; ^g quæ structura melior fit, si consonantes vocalibus applicantur; triumque consonantium, quæ in se incidentes stridere et quasi rixari videntur, vitanda junctura est, id est, *r, s, x*, ut: *Ars studiorum, Rex Xerxes, Error Romuli*. Fugienda est et consonans *m*, illisa vocalibus: ut, *verum enim*.

CAPUT XX.

De juncturis verborum.

1. In verbis quoque cavenda sunt vitia, ut non impropria verba ponantur, quam Græci *acyrologiam* vocant. Amanda est ergo proprietates, sic tamen, ut aliquando propter humilitatem sordidi, aut spurci vocabuli, translatis nominibus sit utendum; non tamen longe accitis, sed ut veris proxima et cognata videantur.

2. Fugienda etiam hyperbata longiora, quæ fieri sine aliorum sensuum confusione non possunt. Ambiguitas quoque et vitium illud cavendum, cum quidam, jactatione eloquentiæ ducti, quod uno aut duobus verbis significare poterant, interpositis inanibus vocibus, longa et circumflexa ambage concludunt, quod vitium *perissologia* vocatur.

3. Cui contrarium vitium est, brevitalis studio, etiam necessaria verba furari. Fugienda sunt quoque sicut in litteris et verbis, quæ inter prima grammaticorum studia cognoscuntur, ita et in sententiis vitia.

4. Sunt autem cacophonon, tautologia, eclipsis, acyrologia, macrologia, perissologia, pleonasmos, et his similia. At contra orationem extollit et exornat energia, tum emphasis, quæ plus quiddam quam dixerit intelligi facit, ut si dicas, *ad gloriam Scipionis ascendet*; et Virgilius, *demissum lapsi per funem*. Cum enim dicit *lapsi*, ^h altitudinem suggerit. Huic contraria virtus est verbis minuere quæ natura sua magna sunt.

frequens aphæresis, *Spania* pro *Hispania*, *Spalensis* pro *Hispalensis*, *storia* pro *historia*.

^f *Morem requirunt*. Eadem verba apud Fab. Nunc pro *requirunt*, in Miloniana *minime vident*, vulgo legimus, cum alii quoque *requirunt* in Ms. lib. legisse se affirmant.

CAP. XIX. — ^g *Quæ structura*. Al., *instructura* ex usitata prothesi.

CAP. XX. — ^h *Altitudinem suggerit*. Sic Cod. Romanus; nostri omnes *altitudinem imaginis sugg.* sed sive *imaginis*, sive *imaginationi* potius legas, nobis probari neutrum potuit.

CAPUT XXI.

De figuris verborum et sententiarum.

1. Augetur et ornatur oratio, etiam figuris verborum ac sententiarum. ¶ Nam quia directa, et perpetua oratio fatigationem atque fastidium tam dicendi quam audiendi creat, flectenda est, et in alias versanda formas, ut et dicentem reficiat et ornatior fiat, et iudicem diverso vultu audituque deflectat. E quibus plurimæ superius a Donato in schematibus Artis Grammaticæ annotatæ sunt.

2. Unde tantum illa hic interponi oportuit, quæ in poemate, aut nunquam, aut difficulter fiunt, in oratione autem libere.

Anadiplosis est congeminationo verborum, ut, *hic tamen vivit! vivit! imo etiam in senatum venit.*

3. Climax est gradatio, cum ab eo verbo quo sensus superior terminatur inferior incipit, ac dehinc quasi per gradus dicendi ordo servatur, ut est illud Africani: *Ex innocentia nascitur dignitas, ex dignitate honor, ex honore imperium, ex imperio libertas.*

4. Hanc figuram nonnulli *catenam* appellant, propterea quod aliud in alio quasi necitur nomine, atque ita res plures in geminatione verborum trahuntur. Fit autem hoc schema non solum in singulis verbis, sed etiam in contextione verborum, ut apud Gracchum: *Pueritia tua adolescentiæ tuæ inhonestamentum fuit, adolescentiæ senectuti dedecoramentum, senectus reipublicæ flagitium.*

5. Sic et apud Scipionem: *Vi atque ingratiis coactus cum illo sponsionem feci, facta sponsione ad iudicem adduxi, adductum primo cætu damnavi, damnatum ex voluntate dimisi.*

6. Antitheta, quæ Latine *contrapositione* appellantur, quæ dum ex adverso ponuntur sententiæ pulchritudinem faciunt, et in ornamento locutionis decentissima existunt, ut, Cicero: *Ex hac parte pudor pugnat, illine petulantia, hinc pudicitia; illie stuprum: hinc fides, illine fraudatio; hinc pietas, illine scelus; hinc constantia, illine furor, hinc honestas, illine turpitudine; hinc continentia, illine libido; hinc denique æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia virtutes omnes cum vitiiis omnibus certant: cum iniquitate luxuria; ignavia cum temeritate, postremo copia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia; bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit.*

7. Hujusmodi locutionis ornamento Liber Ecclesiasticus

CAP. XXI. — *Vi, atque ingratiis coactus.* — *Coactus τῶν ἰνγρᾶτιῶν* interpretationem esse quis dubitet? ergo expungi sine fraude poterat.

^b *Bina, et bina.* LXX δύο, δύο, ἐν κατέναντι τοῦ ἑνός. Et ita quidam vulg. edit. libri. Ms.: *duo, duo, unum contra unum.*

^c *Principum dignitas, etc.* Ex oratione pro Ligario.

^d *Pro inconsiderato fortem, pro illiberali dilig.* — *Proconfidente fortem, pro illiberali diligentem rei familiaris.* dixit Rutilius citans idem exemplum ex Hyperide. Eodem utitur Fabius, lib. IX, c. 3. Alterum autem paradiastoles exemplum apud Rutilium Fabius synœciosi aptavit, cum oppositæ figuræ videantur; illa enim res quæ videntur eadem disjungit; synœciosis con-

^a *ticususus est, dicens: Contra malum bonum, et contra mortem, vita; sic contra pium peccator, et sic intuere in omnia opera Altissimi, bina, et bina unum contra unum.*

8. Synonymia est quoties in connexa oratione pluribus verbis unam rem significamus, ut ait Cicero: *Nilil agis, nihil moliris, nihil cogitas.* Item, *non feram, non patiar, non sinam.*

9. Epanodos, quam *regressionem* nostri vocant: *Principum dignitas erat pene par, non par fortasse eorum qui sequebantur.*

10. Antapodosis, quoties media primis et ultimis conveniunt, ut. *Vestrum hic factum reprehenditur, patres conscripti, non meum, ac pulcherrimum quidem factum; verum, ut dixi, non meum, sed vestrum.*

11. Paradiastole est quoties id quod dicimus interpretatione discernimus, cum te pro astuto sapientem appellas, ^d pro inconsiderato fortem, pro illiberali diligentem.

12. ^e Antanaclasis est quæ eodem verbo contrarium exprimit sensum. ^f Querebatur quidam de filio, cum mortem suam exspectaret, ¶ respondente: *Non exspecto: Imo peto,* inquit, *ut exspectes.*

13. Antimetabole est conversio verborum quæ ordine mutato contrarium efficit sensum: *Non ut edam vivo, sed, ut vivam edo.* Et illud: *Si consul Antonius, Brutus hostis; si conservator reipublicæ Brutus, hostis Antonius.*

14. ^g Exoche: ^{*} *Quis eos appellavit? Appius; quis produxit? Appius.*

15. Nunc figuras sententiarum quas operæ pretium est cognoscere persequamur.

16. ^h Sententia est dictum impersonale, ut: *Obsequium amicos, veritas odium parit.* Huic si persona fuerit adjecta, chria erit, ita: *Offendit Achilles Agamemnonem veradicendo. Metrophanes promeruit gratiam Mithridatis, obsequendo.* Nam inter chriam et sententiam hoc interest, quod sententia sine persona profertur, chria sine persona nunquam dicitur. Unde si sententiæ persona adjiciatur, fit chria; si detrahatur, fit sententia.

17. Sententiarum species multæ sunt: aliæ enim indicativæ, aliæ pronuntiativæ, ut:

Vade, age, nate, voca zephyros, et labere pennis. Aliæ admirativæ, ut:

... *Tantæ ne animis caelestibus iræ!*

18. Aliæ comparativæ, ut:

tra diversa conjungit.

^e *Antanaclasis.* Anaclasin vocat Rutilius, nisi mendum in eo. Quintilianus speciem esse dicit paronomasiæ.

^f *Querebatur quidam.* Procleium appellant hunc Fabius et Rutilius.

^g *Exoche* ^{*} *Quis eos appellavit.* Videtur hoc loco deesse tum definitio exoches cum suo exemplo tum etiam alterius figuræ nomen cujus exemplum sit, quod e Milioniana affertur. Hanc A. Augustinus symplecismum fuisse aiebat; utramque e Servio et Aquila Rom. supplere non erit difficile.

^h *Sententia est dict. imp. sup., cap. 11: Quæ tamen, ne non intellecta.* Verba Servii ad v.: 1, *sequere Italiam vent.* Æn. IV.

Si vinco, et pereo, quid ibi me vincere præstat? **A** Alia superlativæ, quæ cum aliquo motu animi et indignatione promuntur :

... *Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?*

19. Alia interrogativæ, ut :

*Qui genus, unde domo? pacemne huc fertis, an arma?
... juvenes quæ causa subegit*

Ignotas tentare vias?

20. Alia responsivæ, ut *illinc, istinc*. Alia deprecativæ, ut, *eripe me his invicte malis*. Alia promissivæ, ut :

*Parce metu, Cytherea, manent immota tuorum
Fata tibi.*

Alia concessivæ, quæ cum impulsione prohibeant, ut :

I, sequere Italiam, ventis pete regna per undas; **B** quæ tamen ne non intellecta sit persuasio, permista sunt aliqua, quæ vetant latenter, ut, *ventis per undas*.

Alia demonstrativæ, ut, *en, ecce*. Alia optativæ, ut :

O mihi præteritos referat si Jupiter annos!

21. Alia^a derogativæ, ut, *nequaquam*.

Alia, quæ cum exclamatione proferuntur, ut :

^b *Quis furor, o cives, pacem convertit in arma?*
Et Cicero : *O dii immortales, ubinam gentium sumus?*

22. Alia exhortativæ, cum ad sententiam provocamus, ut : *Aude, hospes, contemnere opes*.

23. Alia dehortativæ, cum a contrario vitio peccato que reducimus. Sunt et affirmativæ, ut, *quidni, quippe*.

24. Præceptivæ, ut :

Nudus ara, sere nudus, c habebis frigore menses.

25. Vetativæ, ut :

*Neve inter vites corylum sere, neve flagella
Summa pete.*

26. Negativæ, ut, *non, minime*. Sunt et mirativæ, ut : ^d *Papæ! vivere non licet, et fornicari libet!*

27. Dolentis, ut :

*Hei mihi quod nullis amor est * sanabilis herbis!*

Flentis.....

Similitudinis sic :

^f *Ut quondam Creta fertur labyrinthus in alta.*

Admonentis.....

Irridentis.....

Gementis.....

Exhortativæ.....

Consolativæ.....

Commiserantis.....

Quorum quot sunt figuræ, tot et in pronuntiando voces.

^a Alia derogativæ. Al., denegativæ.

^b *Quis furor*. Petron. in Satyr. :

Quis furor, exclamat, pacem convertit in arma?
^c *Habebis frigore menses*. Febrim potius ex Serv. et Virgilio Vita. Sed hæc verba e margine inserta verissime judicabat Chacon.

^d *Papæ! vivere non licet*, etc. Verba sunt Hieronymi in epist. ad Rust. 4.

^e *Sanabilis*, medicabilis apud Ovid.

^f *Ut quondam Creta*. Ex Æn. v.

^g *Sunt et amphidoxæ*. Vid. Aug. de Rhetor., cap. 10.

^h *Procatalepses*. Prolepsin Fabius, et præsumptionem vocat.

ⁱ *Cænonesis*. Hanc Rufinianus Anacænosin; Fabius

28. ^g *Sunt et amphidoxæ* quarum pars honesta est, pars inhonesta, ut :

... *Non est tua tuta voluntas :*

Magna pctis Phaeton.

29. *Sunt, et alia*, ^h procatalepses, cum id quod vobis objici poterat, ante præsumimus ad diluendum, ut : *Si quis vestrum, judices, aut eorum qui adsunt forte miratur*. Sunt, et aporiæ, dubitatio simulantis nescire se quæ scit, aut quomodo dicatur.

¶ 30. ⁱ Cænonesis autem dicitur communicatio consilii cum iudicibus, aut adversariis, ut si dicas : *Vos consulo, judices, aut, vos adversarii, quid me facere convenit, aut quid vos facturi fuissetis.*

31. Paradoxon est, cum dicimus inopinatum aliquid accidisse, ut pro Flacco Cicero : *Cujus laudis prædicator esse debuerit, ejus periculi deprecatorum esse factum.*

32. Epitropæ, id est permissio, cum aliqua ipsis iudicibus, aut adversariis permittimus æstimanda, ut ^j Calvus in Vatinius : *Perfrica frontem, et dic te digniorem qui prætor fieres quam Catonem.*

33. Parrhesia est oratio libertatis et fiducia plena : ^k *Occidi, occidi non Spurium Melium*, etc. Quæ figura caute utendum est, ut Cicero, præmisit enim rationem.

34. Ethopœia est cum sermonem ex aliena persona inducimus, ut, pro Cælio Tullius facit Appium cæcum cum Clodia loquentem. Energia est rerum gestarum aut quasi gestarum sub oculis inductio, de qua locuti jam sumus.

35. ^l Metathesis est quæ mittit animos iudicum in res præteritas, aut futuras, hoc modo : *Revocate mentes ad spectaculum expugnatae miseræ civitatis, et videre vos credite incendia, caedes, rapinas, dirptiones, liberorum corporum injurias, captivitates matronarum, trucidationes senum*. In futurum autem anticipatio eorum quæ dicturus est adversarius, ut Tullius pro Milone, cum mittit animos iudicum in eum reipublicæ statum qui futurus esset, si, occiso Milone, Clodius viveret.

36. Aposiopesis est cum id quod dicturi videbamur silentio intercipimus :

Quos ego, sed motos præstat componere fluctus.

37. ^m Epanalepsis est digressio : *Tulit calor me dicendi, et dignitas rerum paulo longius quam volebam, sed redeo ad causam.*

¶ 38. Anamnesis est commemoratio ejus rei quam oblitus fuisse nos fingimus.

Apætesis est cum id quod in animos iudi-

communicationem nominat.

^j *Calvus in Vatinius*. Constat a Calvo Vatinius accusatum; Catullus :

Risi nescio quem modo in corona,

Qui, cum mirifice Vatiniانا

Meus crimina Calvus explicasset.

^k *Occidi, occid*. Ex Milonian.

^l Metathesis. Hypotyposin Rufinianus et reliqui vocant. P. Nunnesius recte nominatam ab Isid. Metathesin aiebat, quod per eam traducuntur iudicum animi ab eo quod adest, ad præteritum, aut consequens.

^m Epanalepsis. Cicero *reditum*, Quintilianus ἀφοδόν vocat.

cum quasi deposueramus opportune repositimus.

39. *Ætiologia* est cum proponimus aliquid ejusque causam et rationem reddimus.

40. ^a *Characterismus* est descriptio figuræ alicujus expressa, ut :

Omnia Mercurio similis, vocemque, coloremque, Et crines flavos; et membra decora juventæ.

41. ^b *Epitrochasmus*, cum plures sensus breviter expeditos in unum locum coacervat; et cum quadam festinatione decurrit; ut Cicerō : *Rempublicam, Quiritēs, vitamque omnium vestrum, bonā, fortunās, conjuges, liberosque vestros, etc.*

42. *Ironiā* est cum per simulationem diversum quam dicit intelligi cupit. Fit autem, aut cum laudamus eum quem vituperare volumus, aut vituperamus quem laudare volumus: Utriusque exemplum erit si dicas : *Amatorem reipublicæ Catilinam, hostem reipublicæ Scipionem.*

43. ^e *Diasyrmos* ea quæ magna sunt verbis minuit, aut minima extollit.

44. *Epimone* est quoties in eodem sensu diutius immoramur : *Cui tandem pepercit? Cujus amicitia fidem custodivit? Cui bono inimicus non fuit? Quando non aut accusavit aliquem, aut verberavit, aut prodidit?*

45. *Epangelia* est promissio qua judicem attentum facimus, pollicentes nos aliqua magna aut minima dicturos.

46. *Prosopopœia* est cum in animalium et persona, et sermo fingitur. **¶** Cicero in *Catilinam* : *Etenim, si mecum patria mea, quæ mihi vita mea multo est charior, loqueretur, dicens, etc.*

47. ^d *Parathesis* est cum quasi deponimus aliquid imperfectum apud memoriam judicum repetituros nos dicentes cum opportunum fuerit.

48. *Pensis*, id est soliloquium, cum ad interrogata ipsi nobis respondemus.

48. ^e *Synchœresis* est cum differimus aliquid pe-

^a *Characterismus*. Vid. Rutilius, apud quem mendose *chresterinus*.

^b *Epitrochasmus cum plures sens.* Duas figuras videtur confundere, epitrochasmus et synathrœsmum. Nam coacervare plures sensus commune epitrochasmō cum synathrœsmo; cum quadam festinatione decurrere, epitrochasmī potius est. Exemplum ex III *Catilinaria* magis est synathrœsmi; non enim vita, bona, fortunæ, conjuges, liberi plurimum inter se distantia, quod erat epitrochasmī fortasse proprium. Voluit namque Aquila et Numenius esse *πελοδιεστῶτα*. Ergo cum in veteribus Editionibus epitrochasmus sit, litrismus, lintrismus et syntrismus in manuscriptorum, utramque figuram ab Isidoro definitam putamus, non admodum dissimilibus verbis, unde unius definitionem, alterius exemplum utriusque tantum nomina librariorum inscitia reliquerit. Quomodo peccatum ab iisdem paulo ante advertit A. Augustinus in exoche et symploce. Vid. Rutil., Aquil., et Fab. lib. viii. Vulcanius *Athrœsmos* fecit (credo) ex *litris*mos.

^c *Diasyrmos*. Cujus exempla plurā apud Aquilam et Rufinam.

^d *Parathesis*. Cui *Apætesis* (de qua paulo ante) spondet.

^e *Synchœresis*. Discessimus aliquantulum a libris, nam in *Excusis synæresis* in Manusc. *synerosis*, quia invenimus *συγγώρησις*, id est *permissionem*, ab Aris-

tenēs, ut aliud interim nos permittant dicere.

CAPUT XXII.

De dialectica.

1. ^f *Dialecticā* est disciplinā ^g ad discernendas rerum causas inventa. Ipsa est philosophiæ species, quæ logica dicitur, id est, rationalis, definiendi, querendi, et disserendi potens. Docet enim in pluribus generibus quæstionum quemadmodum disputando vera et falsa dijudicentur.

2. Hanc quidem primi philosophi ^h in suis dictionibus habuerunt, non tamen ad artis redegere peritiam. ⁱ Post hos Aristoteles ad regulas quasdam hujus doctrinæ argumenta perduxit, et ^j dialecticam nuncupavit pro eo quod in ea de dictis disputatur; nam *λεξῶν* dictio dicitur. **¶** Ideo autem post rhetoricam disciplinam ^k dialectica sequitur, quia in multis utriusque communia existunt.

CAPUT XXIII.

De differentia dialecticæ et rhetoricæ artis.

1. Dialecticam vero et rhetoricam Varro ^k in IX *Disciplinarum* libris tali similitudine delineavit : *Dialectica et rhetorica est^l quod in manu hominis pugnis astrictus, et palma distensa, illa verba contrahens, ista distendens.*

2. Dialectica siquidem ad disserendas res acutior; rhetorica ad illa quæ nititur docenda facundior. Illa ad scholas nonnunquam venit, ista jugiter procedit in forum. Illa requirit rarissimos studiosos, hæc ^m frequenter et populos.

3. Solent autem philosophi antequam ad isagogen veniant exponendam, definitionem philosophiæ ostendere, quo facilius ea quæ ad eam pertinent demonstrantur.

CAPUT XXIV.

De definitione philosophiæ.

1. Philosophia est rerum humanarum divinarumque cognitio, cum studio bene vivendi conjuncta. Hæc duatide Quintiliano, in *Musicis*, inter figuras rhetoricas numerari.

CAP. XXII. — ^f Hoc initium tertii libri in Tarrac. Cod. ^g *Ad discernendas rerum c. Al., ad disserendas.* Sed discernendas legendum ostendunt verba sequentia : *Docet quemadmodum disputando vera et falsa dijudicentur.*

^h *In suis dictionibus*, id est, *disputationibus*.

ⁱ *Post hos Arist. Cassiodor. : Quia quidem veteres sunt usi plurimum, tamen ad artis non redegere normam. Primus fere Aristoteles eorum quidem qui in aliquo sunt pretio ad regulas quasdam hujus disciplinæ argumenta perduxit.*

^j *Et dialecticam nuncupavit.* Non ille quidem totam artem, sed eam solam partem quæ probabiliter disserit, ut observatum est ab antiquis Peripatheticis, Alexand., Bœeth., et aliis.

CAP. XXIII. — ^k *In IX Disciplin. lib.* Legitur totum hoc cap. apud Cassiod.; sed utrobique legendum *nono* advertit A. Aug.; citari namque ab Agellio, Acrono et Non. Varronis tertium, quintum et octavum *Disciplinarum* lib., quamvis *novem disciplinarum* libris ferri quoque possit, si *novem* non ad diisciplinas, sed ad libros referatur.

^l *Quod in manu hom. pugn.* Id multo ante Varronem Zeno Stoicus dixerat, ut refert non uno in loco Cicero.

^m *Frequenter et populos.* — *Frequentes et populos*, apud Cassiod.

bus ex rebus constare videtur, ^a scientia et opinatione.

2. Scientia est cum res aliqua certa ratione percipitur; opinatio autem cum adhuc incerta res latet, et nulla ratione firma videtur, ut puta, sol utrumne tantus quantus videtur, an major sit quam omnis terra; **100** item, luna globosa sit, an concava; et stellæ utrumne adhæreant cælo, an per ærem libero cursu ferantur; cælum ipsum, qua magnitudine, quave materia constat, utrum quietum sit et immobile, an incredibili celeritate volvatur; quanta sit terræ crassitudo, aut quibus fundamentis librata, et suspensa permaneat.

3. Ipsum autem nomen Latine interpretatum, *amorem sapientiæ* proficitur. ^b Nam Græci φιλων *amorem*. σοφίαν *sapientiam* dicunt. Philosophiæ species tripartita est: una naturalis, quæ Græce *physica* appellatur, in qua de naturæ inquisitione disseritur; altera moralis, quæ Græce *ethica* dicitur, in qua de moribus agit; tertia rationalis, quæ Græco vocabulo *logica* appellatur, in qua disputatur quemadmodum in rerum causis, vel vitæ moribus veritas ipsa quæritur.

4. In physica igitur causa quærendi; in ethica ordo vivendi; in logica ratio intelligendi versatur. Physicam apud Græcos primus perscrutatus est Thales Milesius, unus ex septem illis sapientibus. Hic enim ante alios cæli causas atque vim rerum naturalium, ^c contemplata ratione, suspexit, quam postmodum Plato in quatuor definitiones distribuit, id est, arithmetica, geometria, musica et astronomia.

5. Ethicam Socrates primus ad corrigendos componendosque mores instituit, atque omne studium ejus ad bene vivendi disputationem perduxit, dividens eam in quatuor virtutes animæ, id est, prudentiam, justitiam, fortitudinem et temperantiam.

6. Prudentia est in rebus, qua discernuntur a bonis mala. Fortitudo, qua adversa æquanimitè tolerantur. Temperantia, qua libido, concupiscentiæque rerum frenatur. Justitia, qua recte judicando sua cuique distribuuntur.

7. Logicam, quæ *rationalis* vocatur, Plato subjunxit, per quam, discussis rerum morumque causis, vim earum rationabiliter perscrutatus est, dividens eam in dialecticam et rhetoricam. Dicta autem *logica*, **101** id est rationalis, λόγος enim apud Græcos, et *sermonem* significat, et *rationem*.

8. In his quippe tribus generibus philosophiæ etiam eloquia divina consistunt. Nam, aut de natura disputare solent, ut in Genesi et Ecclesiaste; aut de moribus, ut in Proverbiis et in omnibus sparsim libris; aut de logica, ^d pro qua nostri theoreticam sibi vindicant, ut in Cantico canticorum et Evangeliiis.

9. Item aliqui doctorum philosophiam in nomine et partibus suis ita definiunt: *Philosophia est divinarum humanarumque rerum, in quantum homini pos-*

sibile est, probabilis scientia. Aliter: Philosophia est ars artium, et disciplina disciplinarum. Rursus: Philosophia est meditatio mortis, quod magis convenit Christianis, qui, sæculi ambitione calcata, conversatione disciplinabili, similitudinè futuræ patriæ vivunt.

10. Alii definiunt philosophiæ rationem in duabus consistere partibus, quarum prior inspectiva est, secunda actualis. Inspectiva dividitur in naturalem, doctrinalem et divinalem. Doctrinalis dividitur in quatuor partes, in arithmetica, musicam, geometriam et astronomiam.

11. Actualis dividitur in moralem, dispensativam et civilem. Inspectiva dicitur, qua supergressi visibilia, de divinis aliquid et cælestibus contemplanur, ^e eaque corporeum mente solummodo inspicimus quoniam supergrediuntur obtutum.

12. Naturalis dicitur, ubi uniuscujusque rei naturam discutitur, ^f quia nihil contra naturam generatur in vita; sed unumquodque iis usibus deputatur quibus a Creatore definitum est, nisi forte eum voluntate Dei aliquod miraculum provenire monstratur.

13. Divinalis dicitur, quando aut ineffabilem naturam Dei, aut spirituales creaturas ex aliqua parte profundissima qualitate disserimus.

102 14. Doctrinalis dicitur scientia quæ abstractam considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas dicitur quam, intellectu a materia separantes, vel ab aliis accidentibus, ut est par, impar, vel alia hujusmodi, in sola ratiocinatione tractamus. Cujus species sunt quatuor, arithmetica, geometria, musica, astronomia.

15. Arithmetica est disciplina quantitatis numerabilis secundum se. Geometria est disciplina magnitudinis immobilis et formarum. Musica est disciplina quæ de numeris loquitur qui ad aliquid sunt his qui inveniuntur in sonis. Astronomia est disciplina quæ cursus cælestium siderumque figuras contemplatur omnes, et habitudines stellarum circa se et circa terram indagabili ratione percurret.

16. Porro actualis dicitur quæ res propositas operationibus suis explicat, cujus partes sunt tres, moralis, dispensativa et civilis. Moralis dicitur, per quam vivendi mos honestus appetitur et instituta ad virtutem tendentia præparantur. Dispensativa dicitur, cum domesticarum rerum sapienter ordo disponitur. Civilis dicitur per quam totius civitatis utilitas administratur.

CAPUT XXV.

De isagogis Porphyrii.

1. Post philosophiæ definitiones, in quibus generaliter omnia continentur, nunc isagogas Porphyrii expediamus. Isagoga quippe Græce, Latine *introductio* dicitur, eorum scilicet qui philosophiam inci-

^f Quia nihil contra naturam generatur in vita. Orig., hom. cit. in Cant.: *Naturalis dicitur ubi uniuscujusque natura discutitur, quia nihil contra naturam generatur in vita, sed unumquodque iis usibus deputatur in quos a creatore productum est. Dux voces contra naturam absunt a m-s. libris, pro quibus confusum legitur in Excusis, et apud Cassiodor.*

CAP. XXIV. ^a *Scientia et opin.* Ex Lact., lib. III, c. 3.

^b Nam Græci φιλων AMOREM. Forte, amatorem.

^c *Contemplata ratione.* — *Contemplatus* volebat A. Aug.

^d *Pro qua nostri theoreticam.* Ex Hieron. epist. ad Paulam Urbicam, vel ex Orig., homil. 1 in Cant.

^e *Eaque... mente solummodo.* Ex ead. Orig. hom.

piunt, continens in se demonstrationem primarum rationum, de qualibet re quid sit, suaque certa ac substantiali definitione declaratur.

2. Nam posito primo genere, deinde species, et alia quæ vicina esse possunt subjungimus, ac discretis communionibus separamus, tandiu interponentes differentias, quousque ad proprium ejus de quo quærimus signata ejus expressione perveniamus, ut puta: *Homo est animal rationale, mortale, terrenum, bipes, risus capax.*

3. Genus *animal* cum dictum est, substantia hominis declarata est. **103** Est enim ad hominem genus animal, sed quia late patebat, adjecta est species, terrenum, et jam exclusum est id quod aut æthereum, aut humidum. Differentia vero, ut *bipes*, quæ propter animalia posita est quæ multis pedibus innituntur. Item *rationale*, propter illa quæ ratione egent; *mortale* autem propter id quod angelus non est.

4. Postea discretis atque seclusis communionibus adjectum est proprium in parte postrema, est enim solum hominis quod ridet; sic perfecta est omnis ex parte definitio ad hominem declarandum. Cujus disciplinæ definitionem plenam existimarunt Aristoteles et Tullius ex genere et differentiis consistere.

5. Quidam postea pleniore in docendo ejus perfectam substantialem definitionem in quinque partibus, velut in membris suis dividerunt. Quarum prima est de genere, secunda de specie, tertia de differentia, quarta de proprio, quinta de accidente.

6. Genus, ut *animal*. Est enim vocabulum generale et commune omnium animam habentium. Species, ut *homo*. Est enim specialitas, qua separatur a cæteris animantibus. Differentia, ut *rationale, mortale*. His enim duobus differt homo a cæteris.

7. Cum enim dicitur *rationale*, discernitur ab irrationalibus mutis, quæ non habent rationem. Cum *mortale*, discernitur ab angelis, qui nesciunt mortem. Proprium, ut *risibile*. Homo est enim, qui ridet, et hoc præter hominem nullius animalis est. Accidentis, ut color in corpore, doctrina in animo.

8. Hæc enim temporum varietate et accidunt et mutantur; et est ex omnibus his quinque partibus oratio plenæ sententiæ, ita: *Homo est animal rationale, mortale, risibile, boni malique capax*; sic etiam in omni oratione substantiali tandiu interponere debemus species et differentias, quandiu, seclusis omnibus quæ hoc idem possunt esse, ad id perveniatur, ut proprietas jam certa teneatur.

9. Isagogas autem ex Græco in Latinum transtulit ^a Victorinus orator, commentumque ejus quinque libris Boëthius edidit.

104 CAPUT XXVI.

^b De categoriis Aristotelis.

1. Sequuntur Aristotelis categoriæ, quæ Latine

CAP. XXV. — ^a Transtulit Victorin. Boët., Dialog. 1: *Rogo ut mihi explices id quod Victorinus orator sui temporis fere doctissimus a Porphyrio per ἰσαγωγῆν, id est per introductionem in Aristotelis categorias dicitur transtulisse.*

CAP. XXVI. — ^b Pleraque ex Arist. categoriis

A prædicamenta dicuntur, quibus per varias significationes omnis sermo conclusus est.

2. Instrumenta categoriarum sunt tria, id est prima æquivoca, secunda univoca, tertia denominativa. Æquivoca sunt, quando multarum rerum nomen unum est, sed non eadem definitio, ut *leo*. Nam quantum ad nomen pertinet, et verus, et pictus, et cœlestis leo dicitur. Quantum ad definitionem pertinet, aliter verus definitur, aliter pictus, et aliter cœlestis.

3. Univoca sunt, quando duarum aut plurium rerum unum nomen est, et definitio, ut *vestis*; nam, et ^c birrus et tunica nomen vestis possunt accipere et ejus definitionem. Ergo hoc univocum in generibus esse intelligitur, quia et nomen, et definitionem dat formis suis.

B 4. Denominativa dicuntur, quæcunque ab aliquo solo differentia casu secundum nomen habent appellationem, ut a *bonitate bonus*, a *malitia malus*.

5. ^d Categoriarum autem species decem sunt, id est, substantia, quantitas, qualitas, relatio, situs, locus, tempus, habitus, agere et pati.

6. Substantia, quæ proprie et principaliter dicitur, est quæ neque de subjecto prædicatur, neque in subjecto est, ut *aliquis homo, aliquis equus*. Secundæ autem substantiæ dicuntur, in quibus speciebus illæ quæ principaliter substantiæ primo dictæ sunt insunt atque clauduntur, ut in homine *Cicero*.

7. Quantitas est mensura per quam aliquid vel magnum vel minus ostenditur, ut *longus, brevis*. Qualitas est, ut qualis sit *orator, 105* aut *rusticus, niger*, aut *candidus*. Relatio est quæ refertur ad aliquid. Cum enim dicitur *filius*, demonstratur, et *pater*. Hæc relativa simul incipiunt; nam servus et dominus uno tempore exordium nominis sumunt, nec aliquando invenitur dominus prior servo, nec servus domino. Alter enim alteri præesse non potest.

8. Porro situs a positione dictus, ut quis, aut *stet*, aut *sedcat*, aut *jaccat*. Locus est ubi sit, *in foro, in platea*. Loci autem motus habet sex partes, dexteram et sinistram, ante et retro, sursum atque deorsum. Partes quoque istæ sex duo habent, longe et prope. Tempus, ut, *hodie, heri*.

9. Habitus ab habendo aliquid dictus, ut *habere scientiam in mente, virtutem in corpore*: circa corpus, vestimentum et cætera quæ ad habendi modum designato a doctoribus numero comprehenduntur.

D 10. Jam vero agere, et pati ab agentis et patientis significatione consistunt. Nam *scribo* vocis actum habet, quoniam facientis rem indicat. *Scribor* patientis est, quoniam pati se ostendit. In his enim novem generibus, quorum exempli gratia quædam posita sunt, vel in ipso substantiæ genere, quod est *ὀνεία*, innumerabilia reperiuntur; nam et ea quæ intellectu capimus, ea ad alterum horum decem prædicamentorum sermone vulgamus.

Boët. interp.

^c Nam birrus et tunic. Idem Capella, quod autem vestis genus birrus, vid. lib. XIX, cap. 24 et in Casian. annot.

^d Categoriar. species. Cassiod.: *Quidquid loquimur aut cogitamus, in aliqua hor. specie invenitur.*

11. Plena enim sententia de his ita est : *Augustinus* **A** *magnus orator, filius illius, stans in templo, hodie infulatus, disputando fatigatur.* Usiæ autem, id est substantiæ, proprium est, quod cæteris subjacet, reliqua novem accidentia sunt. Substantia autem dicitur ab eo quod omnis res ad seipsam subsistit. Corpus enim subsistit, et ideo substantia est.

12. Illa vero accidentia quæ in subsistente atque subjecto sunt, substantiæ non sunt, quia non subsistunt, sed mutantur, ut color, vel forma. De subjecto autem, et in subjecto quasi de ipso et in ipso. Ubi enim dicitur de subjecto, substantia est, quasi dicitur de substantia. Ubi autem dicitur in subjecto, accidentia sunt, id est quæ accidunt in substantia, ut quantitas, qualitas, vel figura.

13. De subjecto igitur genera, et species, in subjecto **B** accidentia sunt. ^a Ex his novem accidentibus tria intra usiam sunt, quantitas, qualitas et situs. **106** Hæc enim sine usia esse non possunt. Extra usiam vero sunt locus, tempus et habitus; intra et extra usiam relatio, facere et pati.

14. Appellatas autem categorias constat, quia non possunt nisi ex subjectis agnosci. Quis enim quid sit homo possit agnoscere, nisi aliquem hominem sibi ponat ante oculos, quasi subjectum homini?

15. ^b Hoc opus Aristotelis intente legendum est, quoniam, sicut dictum est, quidquid homo loquitur, inter decem prædicamenta habetur. Proficiet etiam ad libros intelligendos, qui sive rhetoribus, sive dialecticis applicantur.

CAPUT XXVII.

^c De perihermenias.

1. Sequitur dehinc liber perihermenias subtilissimus nimis, et per varias formas iterationesque cautissimus, de quo dicitur : *Aristoteles quando perihermenias scriptitabat,* ^d *calamum in mente tingebat.*

Præfatio perihermeniarum.

2. Omnis quippe res quæ una est, et uno significatur sermone, aut per nomen significatur, aut per verbum, quæ duæ partes orationis interpretantur totum quidquid concepit mens ad eloquendum. Omnis enim elocutio conceptæ rei mentis interpres est.

3. Hanc Aristoteles vir in rerum expressione et faciendis sermonibus peritissimus, hermeniam nominat, quam interpretationem nos appellamus, scilicet quod res mente conceptas prolatis sermonibus interpretatur per cataphasin et apophasin, id est per affirmationem et negationem. Per affirmationem, ut *homo currit*; per negationem, ut *homo non currit*.

4. In his itaque perihermenias supradictus philosophus de septem speciebus tractat, id est, de nomine,

^a Ex his novem accid. Ex Aug., lib. de Categoriis.

^b Hoc opus... intente legend Cic. in Hortens. apud Non.: *Magna animi contentio adhibenda est explicando Aristotelem si legeris.*

CAP. XXVII. — ^c De perihermenias. Ita vet. Cod. et paulo post *Præfatio perihermeniarum.*

^d *Calamum in mente ting.* De universis Aristotelis scriptis Suidas : *Ἀριστοτέλης τῆς φύσεως γραμματεὺς ἦν, τὸν κάλαμον ἀποερέγων εἰς νοῦν.*

^e Hæc omnia... reperitur. Addita sunt hæc ex Ms.

de verbo, de oratione, de enuntiatione, de affirmatione, de negatione, de contradictione.

5. **107** Nomen est vox significativa secundum placitum, sine tempore, cujus nulla pars significativa separata, ut *Soerates*. Verbum est quod significat tempus, cujus pars nihil extra significat, sed semper eorum quæ de altero dicuntur nota est, ut *cogitat, disputat*. Oratio est vox significativa, cujus partium aliquid separatum significativum est, ut *Socrates disputat*. Enuntiativa oratio est vox significativa de eo quod est aliquid, vel non est, ut *Socrates est, Socrates non est*.

6. Affirmatio est enuntiatio alicujus de aliquo, ut *Socrates est*; negatio est alicujus ab aliquo, ut *Socrates non est*. Contradictio est affirmationis et negationis oppositio, ut *Socrates disputat, Socrates non disputat*.

7. ^e Hæc omnia in libro perihermeniarum minutissime divisa et subdivisa tractantur, quarum rerum definitiones hic breviter sufficiat intimasse, quando in ipso competens explanatio reperitur. Utilitas perihermeniarum hæc est, quod ex his interpretamentis syllogismi fiunt. Unde et analytica pertractantur.

CAPUT XXVIII.

De syllogismis dialecticis.

1. Sequuntur ^f dehinc dialectici syllogismi, ubi totius ejus artis utilitas et virtus ostenditur, quorum conclusio plurimum lectorem adjuvat ad veritatem investigandam, tantum ut absit ille error ^g decipiendi adversarium per sophismata falsarum conclusionum.

2. Formulæ categoricorum, id est, prædicativorum **C** syllogismorum sunt tres.

Primæ formulæ modi sunt novem.

3. Primus modus est ^h qui conducit, id est, qui colligit ex universalibus **108** dedicativis dedicativum universale directim, ut : *Omne justum honestum, omne honestum bonum, omne igitur justum bonum.*

4. Secundus modus est qui conducit ex universalibus dedicativis et abdicativis abdicativum universale directim, ut : *Omne justum honestum; nullum honestum turpe, nullum igitur justum turpe.*

5. Tertius modus est qui conducit ex dedicativis particulari et universali dedicativum particulare directim, ut : *Quoddam justum honestum, omne honestum utile, quoddam igitur justum utile.*

6. Quartus modus est qui conducit ex particulari **D** dedicativa et universali abdicativa abdicativum particulare directim, ut : *Quoddam honestum justum, nullum honestum turpe, quoddam igitur justum non est turpe.*

7. Quintus modus est qui conducit ex universalibus dedicativis particulare dedicativum ⁱ per re-

quæ etiam sunt apud Cassiodorum nonnihil immutata.

CAP. XXVIII. — ^f Vid. Cassiod., Capell. et Apulei, de syllogism. categor., sive perihermenias.

^g Error decipiendi. Al. devincendi. Al. dejiciendi.

^h Qui conducit. Συλλάγει. Quod autem in exemplis propositionis loco assumptio collocatur, neque id de syllogismi vi quidquam minuit, neque sine Græcorum et Arabum exemplo fit.

ⁱ Per reflexionem, ἀντιστροφὴν, vulgo *econversioner*

flexionem, ut : *Omne justum honestum, omne honestum bonum, quoddam igitur bonum justum.*

8. Sextus modus est qui conducit ex universali dedicativa et universali abdicativa abdicativum universale per reflexionem, ut : *Omne justum honestum, nullum honestum turpe, nullum igitur turpe justum.*

9. Septimus modus est qui conducit ex particulari et universali dedicativis dedicativum particulare per reflexionem, ut : *Quoddam justum honestum, omne honestum utile, quoddam igitur utile justum.*

10. Octavus modus est qui conducit ex universalibus abdicativo et dedicativo particulare abdicativum per reflexionem, ut : *Nullum turpe honestum, omne honestum justum, quoddam igitur turpe non est justum.*

11. Nonus modus est qui conducit ex universal abdicativo et particulari dedicativo abdicativum particulare per reflexionem, ut : *Nullum turpe honestum, quoddam honestum justum, quoddam igitur justum non est turpe.*

12. *Formulæ secundæ modi sunt quatuor.*

Primus modus est qui conducit ex universalibus dedicativo et abdicativo abdicativum universale directim, ut : *Omne justum honestum, nullum turpe honestum, nullum igitur justum turpe.*

13. Secundus modus est qui conducit ex universalibus abdicativo **109** et dedicativo abdicativum universale directim, ut : *Nullum turpe honestum, omne justum honestum, nullum igitur turpe justum.*

14. Tertius modus est qui conducit ex particulari dedicativo et universali abdicativo particulare abdicativum directim, ut : *Quoddam justum honestum, nullum turpe honestum, quoddam igitur justum non est turpe.*

15. Quartus modus est qui conducit ex particulari abdicativo et universali dedicativo abdicativum particulare directim, ut : *Quoddam justum non est turpe, omne malum turpe, quoddam igitur justum non est malum.*

16. *Formulæ tertiæ modi sunt sex.*

Primus modus, qui conducit ex dedicativis universalibus dedicativum particulare, tam directim quam reflexim, ut : *Omne justum honestum, omne justum bonum, quoddam igitur honestum bonum, vel sic, quoddam igitur bonum honestum.*

17. Secundus modus est qui conducit ex dedicativis particulari et universali dedicativum particulare directim, ut : *Quoddam justum honestum, omne justum bonum, quoddam igitur honestum bonum.*

18. Tertius modus est qui conducit ex dedicativis universali et particulari dedicativum particulare directim, ut : *Omne justum honestum, quoddam justum bonum, quoddam igitur bonum honestum.*

19. Quartus modus est qui conducit ex universalibus dedicativa et abdicativa abdicativum particu-

^a *Hinc ad dialecticas.* Cassiod. : *Hinc ad pulcherrimas definitionum species accedamus, quæ tanta dignitate præcellunt, ut possint jure dici ornamenta orationum, et quædam lumina.* Unde ex judiciorum, tria verba jure dici orationum non dubitavimus facere, cum præsertim in ms. Farragon. libris multo hæc pejus affecta deprehendissemus. Sensus autem horum

lare directim, ut : *Omne justum honestum; nullum justum malum, quoddam igitur honestum non est malum.*

20. Quintus modus est qui conducit ex dedicativo particulari et abdicativo universali abdicativum particulare directim, ut : *Quoddam justum honestum, nullum justum malum, quoddam igitur honestum non est malum.*

21. Sextus modus est qui conducit ex dedicativo universali et abdicativo particulari abdicativum particulare directim, ut : *Omne justum honestum, quoddam justum non est malum, quoddam igitur honestum non est malum.*

22. Has formulas categoricorum syllogismorum qui plene nosse desiderat, librum legat qui inscribitur *Perihermenias Apuleii*, et quæ subtilius sunt tractata cognosceat. Distincta enim atque considerata **110** ad magnas intelligentiæ vias lectorem, præstante Domino, utiliter introducunt. Nunc ad hypotheticos syllogismos ordine sequenti veniamus.

23. Modi syllogismorum hypotheticorum, qui fiunt cum aliqua conclusione, sunt septem.

Primus modus est : *Si dies est, lucet; est autem dies, lucet igitur.*

Secundus modus est : *Si dies est, lucet; non autem lucet, non est igitur dies.*

Tertius modus est ita : *Non et dies est, et non lucet; atqui dies est, lucet igitur.*

24. Quartus modus est ita : *Aut dies est, aut nox; atqui dies est, nox igitur non est.*

Quintus modus est ita : *Aut dies est, aut nox; atqui nox non est, dies igitur est.*

Sextus modus est ita : *Non, et dies est, et nox; dies autem est, nox igitur non est.*

25. Septimus modus est ita : *Non est dies et nox; atqui nox non est, dies igitur est.* Modos autem syllogismorum hypotheticorum si quis plenius nosse desiderat, librum legat Marii Victorini, qui inscribitur *De syllogismis hypotheticis.*

26. ^a Hinc ad dialecticas definitionum species accedamus, quæ tanta dignitate præcellunt, ut possint jure dici orationum apertæ manifestationes, et quædam indicia dictionum.

CAPUT XXIX.

De divisione definitionum ex Marii Victorini libro abbreviata.

1. Definitio philosophorum est, quæ in rebus exprimendis explicat quid res ipsa sit, ^b non qualis sit, et quemadmodum membris suis constare debeat. Est enim oratio brevis uniuscujusque rei naturam a communione divisam propria significatione concludens. Divisio definitionum in partes quindecim habetur.

III 2. Prima species definitionis est *ὀνομαστικῆς*, id est *substantialis*, quæ proprie et vere dicitur definitio,

verborum hic erit, ut et illustrandis sententiis et enodandis dictionibus has definitiones dicat subservire.

CAP. XXIX. — ^b *Non qualis sit.* Deerat negatio in omnibus libris. Boeth., de Definit., cap. 4: *Ergo definitio, quæ est philosophorum propria in rebus exprimendis explicat quid sit, non quales sit; quemadmodum membris suis constare debeat, exponemus.*

ut : *Est homo animal rationale, mortale, a risus disciplinæque capax.* Hæc enim definitio per species et differentias descendens venit ad proprium, et designat plenissime quid sit homo.

3. Secunda species definitionis est quæ Græce ἐνομηματικὴ dicitur, Latine *notio* nuncupatur; quam *notionem* communi, non proprio nomine, possumus dicere. Hæc isto modo semper efficitur : *Homo est, quod rationali conceptione. et exercitio præest animalibus cunctis.* Non hic dixit quid sit homo, sed dicendo quid agat, quasi quodam signo in notitiam devocat. In isto enim et in reliquis notitia rei profertur, non substantialis explicatio declaratur, quia illa substantialis definitionum omnium obtinet principatum.

4. Tertia species definitionis est quæ Græce ποιηδης dicitur, Latine *qualitativa* vocatur, quia ex qualitate nomen accepit, pro eo quod quale sit id quod sit evidenter ostendit. Cujus exemplum tale est : *Homo est, qui ingenio valet, artibus pollet, et cognitione rerum, aut quid agere debeat eligit, aut animadversione quid inutile sit contemnit.* His enim qualitatibus expressus ac definitus est homo.

5. Quarta species definitionis est quæ Græce ὑπογραφικὴ, Latine a Tullio *descriptio* nuncupatur : quæ, adhibita circuitione dictorum factorumque, quid quæque res sit descriptione declarat. Quæritur enim quid sit avarus, quid crudelis, quid luxuriosus, et universa luxuriosi, avari et crudelis natura describitur; ut si luxuriosum volumus definire, dicimus : *Luxuriosus est victus non necessarij, sed sumptuosi et onerosi, appetens, in delicijs affluens, in libidinem pronus.* Hæc et alia definiunt luxuriosum, sed per descriptionem definiunt. Quæ species definitionis oratoribus magis apta est quam dialecticis, quia latitudines habet, quæ simili modo in bonis rebus ponitur et in malis.

6. Quinta species definitionis est ^e quam Græce κατ' ἀντιθεσιν, Latine *ad verbum* dicimus. Hæc vocem illam de cujus re quæritur alio sermone designat, uno, et singulari, et quodam modo, quid illud, **112** sit in uno verbo positum, uno verbo alio declarat, ut, *contiscere est tacere.* Item cum terminum dicimus finem aut populas interpretamur esse vastatas.

7. Sexta species definitionis est quam Græci κατὰ διαφορὰν, nos *per differentiam* dicimus. Scriptores vero artium de eodem, et de altero nominant, ut cum quæritur quid intersit inter regem et tyrannum, adjecta differentia quid uterque sit definitur, id est : *Rex est modestus et temperans; tyrannus vero impius et immitis.*

8. Septima species definitionis est quam Græci κατὰ μεταφορὰν, Latini *per translationem* dicunt, ut Cicero

^a *Risus disciplinæque cap.* Male omn. lib., *sensu disciplinæque cap.*, cum supra, cap 26, *risus capax* sit. Itemque apud Boeth.

^b *Et onerosi... in libidinem pronus.* Ex Boeth.

^c *Quam Græci κατ' ἀντιθεσιν.* Ex eodem, lib. III, in Top.

^d *Qua fluctus eludit.* ELUDERE quoque legitur apud Cicero. Idque probat A. Augustinus, et Gothi Cod. confirmant. *Alludere* malunt Lambinus et Ursinus.

^e *Undecima...* κατ' ἄλλειπες Boeth., κατ' ἔνδειαν. Porro quæ restant restituta sunt omnia ex Boethio.

A in Top. : *Littus est, a qua fluctus eludit.* Hæc varie tractari potest : modo enim ut moneat, modo ut designet, modo ut laudet ac vituperet. Ut moneat : *Nobilitas est virtus majorum apud posteros sarcina.* Ut designet : *Caput est ars corporis.* Ut laudet : *Adolescentia est flos ætatis.* Ut vituperet : *Divitiæ sunt brevis vita longum viaticum.*

9. Octava species definitionis est, quam Græci κατ' ἀφάρσεων τοῦ ἐναντίου, Latini *per privantiam contrarii ejus quod definitur*, dicunt : *Bonum est quod malum non est. Justum est quod injustum non est*, et his similia. Hoc autem genere definitionis uti debemus cum contrarium est notum, ut : *Si bonum est quod prodest cum honestate, id quod tale non est malum est.*

10. Nona species definitionis est quam Græci κατ' ὑποτύπωσιν, Latini *per quamdam imaginationem* dicunt, ut : *Aeneas est Veneris et Anchisæ filius.* Hæc semper in individuis versatur quæ Græci ἄτομα appellant.

11. Decima species definitionis est quam Græci ὡς τύπος, Latini *exemplum* appellant, ut si quæritur quid sit animal, respondetur : *Ut homo.* Rem enim quæsitam prædictum declaravit exemplum. Hoc est autem propriam definitionis, quid sit illud quod quæritur declarare.

12. ^e Undecima species definitionis est quam Græci κατ' ἄλλειπες πλήρους ὁμοίου γένους, **113** Latini *per indigentiam pleni ex eodem genere* dicunt, ^f Ut si quæritur quid sit triens, respondeatur : *Cui bes deest ut sit assis.*

C 13. Duodecima species definitionis est quam Græci κατ' ἐπαινον vocant, id est *per laudem*, ut Tullius pro Cluentio : *Lex est mens, et consilium, et animus, et sententia civitatis;* et aliter : *Pax est tranquilla libertas.* Fit et per vituperationem, quam Græci φόρον vocant, ut : *Servitus est postremum omnium malorum, non modo bello sed morte quoque repellenda.*

14. Tertia decima species definitionis est quam Græci κατ' ἀναλογίαν, Latini *juxta rationem* dicunt. Sed hoc contingit cum majoris rei nomine res definitur inferior, ut est illud : *Homo minor mundus.* Cicero hac definitione sic usus est : *Edictum legem annum dicunt esse.*

15. Quarta decima species definitionis est quam Græci κατὰ τὸ πρὸς τι, Latini *ad aliquid* vocant, ut est illud : *Pater est cui est filius, dominus est cui est servus.* Cicero in Rhetorica : *Genus est quod plures amplectitur partes. Item pars est quæ subest generi.*

16. ^g Quinta decima species definitionis est quam Græci κατ' αἰτιολόγίαν, Latini *secundum rei rationem*

^f *Ut si quæritur quid sit triens, r. c. b. d. u. s. a.* Probe A. Augustinus cum in plerisque Ms. legeretur. *Ut si quæritur quid sit thesis, respondeatur : Cui vis deest ut sit arsis*, quod exemplum e musica petiitum ferri quoquomodo poterat. Sed non est ut Isidorus a Boethio tam longe discesserit. cujus exemplum est, item uti apud Cassiodorum : *Ut si quæritur quid sit quadrans respondeatur : Cui dodrans deest ut sit assis* Assis autem recto casu non est, quod quemquam apud Isidorum ostendat.

^g *Quinta decima κατ' αἰτιολόγίαν.* Boethio, αἰτιωδῆς.

Vocant, ut : *Dies est sol supra terras, nox est sol sub terris*. Scire autem debemus prædictas species definitionum topicis merito esse sociatas, quoniam inter quedam argumenta sunt posita, et nonnullis locis commemorantur in topicis. Nunc autem ad topica veniamus, quæ sunt argumentorum sedes, fontes sensuum, et origines dictionum.

CAPUT XXX.

De topicis.

1. Topica est disciplina inveniendorum argumentorum. Divisio topicorum sive locorum ex quibus argumenta ducuntur triplex est. **114** Nam alia in eo ipso de quo agitur hærent; alia, quæ dicuntur *affecta*, quæ quodammodo ex rebus aliis tracta noscuntur; alia quæ assumuntur extrinsecus. Argumenta quæ in eo ipso de quo agitur hærent, in tribus divisa sunt. Prima, *a toto*; secunda, *a parte*; tertia, *a nota*.

2. Argumentum *a toto*, cum definitio adhibetur ad id quod quæritur, sicut ait Cicero: *Gloria est laus recte factorum, magnorumque in rempublicam fama meritorum*.

3. ^b *A partibus* est argumentum, cum is qui se defendit, aut negat factum, aut factum esse jure defendit.

4. *A nota* est argumentum, cum ex vi nominis argumentum aliquod elicitur, ut Cicero : *Consulem, inquit, querebam, quem in isto majali invenire non poteram*.

5. *Affecta* argumenta sunt quæ quodammodo ex rebus aliis tracta noscuntur. Sunt autem numero quatuordecim, id est : primum *a conjugatis* argumentum est, cum declinatur a nomine, et fit verbum, ut Cicero Verrem dicit *everrisse* provinciam; vel nomen a verbo, cum *latrocinari* dicitur latro. Nomen est a nomine; Terentius : *Inceptio est amentium, haud amantium*, dummodo distet unius appellationis postremitas in aliam vocis declinationem formata.

6. Secundum argumentum *a genere* est, cum de eodem genere sententia dicitur, ut Virgilius : *Varium et mutabile semper femina*.

7. Tertium *a specie* argumentum est, cum generali quæstioni fidem species facit, ut :

At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor.

A simili argumentum est, quando rebus aliquibus similia proferuntur :

*Suggere tela mihi, non ullum dextera frustra
Torsit in Rutulos, steterunt quæ in corpore Gra-
jum Iliacis campis.*

115 8. *A differentia* argumentum est quando per differentiam aliqua separantur, ut Virgilius :

Non Diomedis equos, nec currum cernis Achillis.

A contrariis argumentum ducitur, quando res discrepantes sibimet opponuntur, ut Virgilius :

Mortaline manu factæ immortale carinæ.

CAP. XXX. — ^a *Gloria est laus recte fact.* Ex Orat. Pro Marcello.

^b *A partibus*. Consentiant lib. omn. At Cassiod : *A partibus sic, ut puta* : Si oculus videt, non ideo totum corpus videt.

^c *Quem in isto majali*. Ita legendum apud Cic. in Pisoniana, non ut vulgo *animali*, quod advertit etiam Lamb. Est vero *majalis* porcus castratus.

^d *Nam inceptio est amentium, haud amant.* Indulsit

A *Fas habeant, certusque incerta pericula lustret
Aeneas?*

9. *A consequentibus* argumentum ducitur, quando positam rem aliquid in evitabiliter consequitur, ut Virgilius :

Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.

Ab anteccedentibus argumentum est quando aliqua ex iis quæ prius gesta sunt comprobantur, ut Cicero pro Milone : *Cum non dubitaverit aperire quid cogitaverit, vos potestis dubitare quid fecerit?*

10. *A repugnantibus* argumentum est quando illud quod objicitur aliqua contrarietate destruitur, ut Cicero : *Is igitur non modo de tali periculo liberatus, sed honore amplissimo ditatus domi te interficere voluisset?*

B 11. *A conjunctis* argumentum est cum probabiliter ostenditur quid sit ex re quaque venturum, ut Virgilius : *....Nos si pellant, nihil abfore credunt
Quin omnem Hesperiam penitus sua sub juga mittant.*

12. *A causi* argumentum est, quando consuetudine communi res quæque tractatur, ut Terent. :

*Ego non nihil veritus sum dudum abs te, Dave,
Ne faceres quod vulgus servorum solet, dolis,
Ut me deluderet.*

Ab effectis argumentum est cum ex iis quæ facta sunt aliquid approbatur, ut Virgilius :

Degeneres animos timor arguit.

13. *A comparatione* argumentum est quando per collocationem personarum, sive causarum, sententiæ ratio sub imputatione formatur, ut Virg. :

*Tu potes Aeneam manibus subducere Grajum,
Nos aliquid contra Rutulos juisse nefandam est?*

C 14. Item argumenta quæ ducuntur extrinsecus, quæ Græci ἀρετῶν, id est *artis expertia* vocant, ut est testimonium. Testimonium omne est quod ab aliqua externa re sumitur ad faciendam fidem.

15. Hæc dividitur quinque modis, id est : primo ex persona; secundo ex naturæ auctoritate; tertio ex temporibus; quarto ex dictis factisque majorum; quinto ex tormentis. Persona non qualiscunque est, **116** quæ testimonii pondus habet ad faciendam fidem, sed morum probitate debet esse laudabilis.

16. Naturæ auctoritas est, quæ maxime in virtute consistit. Temporibus multa sunt quæ afferunt auctoritatem, id est, ingenium, opes, ætas, fortuna, ars, usus, necessitas, et concursio rerum fortuitarum. A dictis factisque majorum petitur fides, cum priscorum dicta factaque memorantur. A tormentis fides præbentur, post quæ nemo creditur velle mentiri.

D 17. Ea vero quæ tractantur in tempore, quia suis nominibus plana sunt, definitione non indigent. Memoria quoque condendum est topica oratoribus, dialecticis, poetis et jurisperitis communiter hoc sibi, ut in etymologiis solet, ut amentem et amantem conjugata diceret. Idem exemplum apud Cassiodorum. Neque vero displicebat A. Augustino Goti-chorum Cod. scriptura: *amentium, aut amantium*.

^e *Is igitur non modo de tali*. Hæc paulo aliter apud Cic. pro Dejotar.

^f *Sed quando aliquid specialiter prob.* Boët., lib. vi, in Top. Cic. ad locum de Caus. : *Communis quippe oratoribus ac philosophis locus hic esse perspi-*

quidem argumenta præstare; sed ^f quando aliquid specialiter probant, ad rhetores, poetas jurisperitosque pertinet; quando vero generaliter disputant, ad philosophos attingere manifestum est.

18. Mirabile plane genus operis, in unum potuisse colligi quidquid mobilitas ac varietas humanæ mentis in sensibus exquirendis per diversas causas poterat invenire: conclusum liberum ac voluntarium intellectum. Nam quocumque se verterit, quascunque cogitationes intraverit, in aliquid eorum quæ prædicta sunt necesse est cadat ingenium.

CAPUT XXXI.

De oppositis.

1. Contrariorum genera quatuor sunt, quæ Aristoteles ἀντιθέμενα, id est *opposita* vocat, propterea quod sibi velut ex adverso videntur obsistere, ut contraria. Nec tamen omnia quæ sibi opponuntur contraria sunt, sed omnia contraria opposita sunt. Primum genus est *contrariorum*, ^a quod, juxta Ciceronem *adversum* vocatur, pro eo **117** quod tantum contrarie sibi opponuntur, ut non eorum sint quibus opponuntur, ut *sapientia, stultitia*.

2. Quod genus in tres species dividitur. Nam sunt quædam ex eis quæ medium habent; et sunt quædam quæ sine medio sunt; et quædam sunt quæ habent medium, et tamen sine nomine sunt, ^b nisi utrumque ei vocabulum creet. *Candidus* et *niger* medium habent, quia inter eos sæpe color pallidus vel fuscus invenitur.

3. Sine medio sunt quoties unum de duobus accidit, ut *sanitas* vel *infirmetas*. Horum nihil est medium. Ea autem quorum media sine nomine sunt, ut *felix, infelix*, medium habent *non felix*. Secundum genus est *relativorum*, quæ ita sibi opponuntur, ut ad se conferantur, sicut *duplum, simplum*.

4. Hoc solum oppositorum genus ad se refertur. Non enim est majus, nisi referatur ad minus, et simplum nisi ad duplum. Nam relativum relativo ita opponitur,

citur, qui est a causis, his naturas rerum (quod est philosophiæ proprium) illis (quod oratoriæ facultatis est) facta probantibus.

CAP. XXXI. — ^a Quod juxta Ciceronem *adversum* vocatur. Mendose *diversum* in libris omnibus. Neque tamen dissimulandum quod Boethius dicere est au-

nt hoc ipsum quod opponitur, aut ejus sit cui opponitur, aut ad id quocumque modo referatur. Dimidium enim opponitur duplo, ejusque dupli medium est; sed ita illi opponitur, ut ejus sit cui opponitur.

5. Sic et parvum opponitur magno, ita, ut ipsum parvum ad magnum cui opponitur sit parvum. Nam superiora, quæ dicuntur *contraria*, ita sibi opponuntur ut eorum non sint quibus opponuntur, nec ad ea quocumque modo referantur. Siquidem iniquitas justitiæ ita contraria est, ut non ejusdem justitiæ iniquitas sit, aut ad illam sit iniquitas.

6. Tertium genus oppositorum est *habitus*, vel *orbatio*. Quod genus Cicero *privationem* vocat, quia ostendit aliquid quempiam habuisse unde privatus est.

Cujus species sunt tres, quarum prima est in re, secunda in loco, tertia in tempore congruo. In re, ut *cæcitas*, et *visio*. In loco, ut: « Cæcitalis et visionis in oculis locus est. » In tempore congruo, ut: Infantem non dicere sine dentibus eum **118** cui dentes ætas adhuc parva negavit; non enim est privatus dentibus quos nondum habuit.

7. « Quartum vero genu ex *affirmatione* et *negatione* opponitur, ut: *Socrates disputat, Socrates non disputat*. Hæc a superioribus ideò differunt, quod illa singularim dici possunt, hæc nisi connexe dici non possunt. Quod genus quartum apud dialecticos multum habet conflictum, et appellatur ab eis *valde oppositum*, siquidem et tertium non recipit.

8. Nam ex illis quædam habere tertium possunt, ut in contrariis *candidum* et *nigrum*; tertium ejus nec candidum nec nigrum, sed *fuscum*, vel *pallidum*. In relativis quoque, ut *multa*, et *pauca*, tertium ejus nec multa nec pauca, sed *mediocria*. In habitu, vel orbatione, ut *visio* et *cæcitas*; tertium ejus nec cæcitas nec visio, sed *lippitudo*. Hoc ergo: *legit, non legit*, tertium nihil habet.

sus, Ciceronem non tam propriis nominibus quam notioribus usum fuisse. Nam quæ CONTRARIA (inquit) nominantur, OPPOSITA verius dicuntur; quæ ADVERSA dicuntur, CONTRARIORUM melius suscipiunt nomen.

^b Nisi utrumque ei vocabulum creet. Id est, nisi medium ex extremis nomen accipiat.

LIBER TERTIUS.

DE QUATUOR DISCIPLINIS MATHEMATICIS.

Prefatio.

1. *Mathematica Latine dicitur doctrinalis scientia, quæ abstractam considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas est, quam intellectu a materia separantes, vel ab aliis accidentibus, ut est, par, impar, vel ab aliis hujusmodi, in sola ratiocinatione tractamus. Cujus species sunt quatuor, id est, arithmetica, geometria, musica et astronomia. Arithmetica est disciplina quantitatis numerabilis secundum se. Geometria est disciplina magnitudinis formarum. Musica est disciplina quæ de numeris loquitur qui inveniuntur in sonis. Astronomia est disciplina quæ cursus cælestium siderum atque figuras contempletur, atque omnes habitudines stellarum. Quas disciplinas deinceps paulo latius indicabimus, ut earum causæ competenter possint ostendi.*

119 CAPUT PRIMUM.

De vocabulo arithmetice disciplinae.

1. Arithmetica est disciplina numerorum. Græci enim numerum ἀριθμὸν dicunt. Quam scriptores sæcularium

D litterarum inter disciplinas mathematicas ideo primam esse voluerunt, quoniam ipsa, ut sit, nulla alia indiget disciplina.

2. Musica autem, et geometria, et astronomia,

quæ sequuntur, ut sint atque subsistant istius egent auxilio.

CAPUT II.

De auctoribus ejus.

1. ^a Numeri disciplinam apud Græcos primam Pythagoram autumant conscripsisse, ac deinde a Nicomacho ^b diffusius esse dispositam, quam apud Latinos primus Apuleius, deinde Boetius transtulerunt.

CAPUT III.

Quid sit numerus.

1. Numerus autem est multitudo ex unitatibus constituta; nam unum semen numeri esse, ^c non numerum. Numero *nummus* nomen dedit, **120** et a sui frequentatione vocabulum indidit. *Unus* ex Græco nomen trahit. Græci enim *unum* ἓνα dicunt: sic *duo*, *tria*, quos illi δύο et τρία appellant.

2. ^d *Quatuor* vero a figura quadrata nomen sumpserunt. *Quinque* autem non secundum naturam, sed secundum placitum voluntatis vocabulum acceperunt ab eo qui numeris nomina indidit. *Sex* autem et *septem* a Græco veniunt.

3. ^e In multis enim nominibus, quæ in Græco aspirationem habent, nos pro aspiratione *s* ponimus. Inde pro ἕξ *sex*, pro ἑπτὰ *septem*, sicut pro *herpillo* herba serpillum. *Octo* vero per translationem, sicut illi et nos: illi ἐννέα, nos *novem*; illi δέκα, nos *decem*.

4. Dicti autem *decem* a Græca etymologia, eo quod ligent et conjungant infra jacentes numeros. Nam δεσμεύειν, *conjungere*, vel *ligare* apud eos dicitur. Porro *viginti* dicti, quod sint *decem bis geniti*, *v*, pro *b* littera posita. *Triginta*, quod a ternario denario gignantur, sic usque ad *nonaginta*.

5. ^f *Centum* vero vocatâ *cantho*, quod est circulus, *ducenti* a *duo*, et *centum*, sic et reliqui usque ad *mille*. *Mille* autem a *multitudine*, unde et *militia*, quasi *multitia*; inde et ^g *milia*, quæ Græci mutata littera μυρία vocant.

121 CAPUT IV.

Quid præsentent numeri.

1. Ratio ^h numeri contemplanda non est; in multis enim sanctarum Scripturarum locis quantum mysterium habeant elucet. Non enim frustra in laudibus Dei dictum est: *Omnia in mensura, et numero, et pondere fecisti.*

CAP. II. — ^a *Numeri discipl.* Eod. modo apud Boet.

^b *Diffusius esse dispositam* Ex Gothicis. Al., *compositam*.

CAP. III. — ^c *Non numerum.* Tò volunt additum in Excusis abest a Gothicis, et quidem hujusmodi præcisæ locutiones per infinita verba frequentes in hoc opere.

^d *Quatuor a figura quadrata.* Imo figura quadrata a quatuor; quatuor vero a Græco τέτταρες. Mutant namque sæpe illi *x* in *τ*, ut τείνος pro κείνος, et contra, quos nos quoque non raro imitamur.

^e *In multis enim nominibus.* E Serv., ad Eclog. 2. Alia, *serpillumque*, etc.

^f *Centum vero a cantho.* Canthus et circulus est oculorum, et ferrum quo lignorum rotunditas in rotis aretatur, et stringitur, ut ait Hieronym. Ad Ezech. cap. xx. *Canthos* namque eo loco legendum, non (ut habet Reatini Editio) *canthos*.

^g *Milia quæ Græci mutata lit.* Quod in excusis libris additur: *v. l. p. r.*, hoc est, *id est*, *l* pro *r*, in Ma-

2. Senarius namque, qui partibus suis perfectus est, perfectionem mundi quadam numeri sui significatione declarat. Similiter et quadraginta dies, quibus Moyses, et Elias, et ipse Dominus, jejunaverunt, sine numerorum cognitione non intelliguntur.

3. Sic et alij in Scripturis sacris numeri existunt quorum figuras non nisi ⁱ noti hujus artis scienter solvere possunt. Datum est etiam nobis ex magna parte sub numerorum consistere disciplina, quando horas per eam discimus, quando mensium curricula supputamus, quando anni spatium redeuntis agnoscimus. Per numerum siquidem, ne confundamur, instruimur. Tolle numerum rebus omnibus, et omnia pereunt. ^j Adime sæculo computum, et cuncta ignorantia cæca complectitur, ^k nec differri potest a cæteris animalibus qui calculi nescit rationem.

122 CAPUT V.

De prima divisione parium et imparium.

1. Numerus dividitur in paribus et in imparibus. Par numerus dividitur in his: pariter par, et pariter impar, et ^l impariter par, et impariter impar. Impar numerus dividitur in his: primum et simplicem, secundum et compositum, tertium mediocrem, qui quodammodo primus et incompositus; alio vero modo secundus et compositus est.

2. Par numerus est qui in duabus æquis partibus dividi potest ut II, IV, VIII. Impar vero numerus est qui dividi æquis partibus nequit, uno medio, vel deficiente, vel superante, ut III, V, VII, IX et reliqui.

3. Pariter par numerus est qui secundum parem numerum pariter dividitur, quousque ad indivisibilem perveniat unitatem, ut puta LXIV habet medietatem XXXII, hic autem XVI: XVI vero VIII; VIII, IV; IV, II; II, I, qui singularis indivisibilis est.

4. Pariter impar est qui in partes æquas recipit sectionem, sed partes ejus mox indissecabiles permanent: ut VI, X, XVIII, XXX et L. Mox enim ut hunc numerum divideris, incurris in numerum quem secare non possis.

5. Impariter par numerus est cujus partes etiam dividi possunt, sed usque ad unitatem non perveniunt, ut XXIV. Hi enim in medietatem divisi, faciunt XII,

nuscriptis non est, itaque licebit, vel a μυρία, vel a χιλια milia dicta putare.

CAP. IV. — ^h *Ratio numeri.* Augustini sunt verba lib. XI de Civit., cap. 30

ⁱ *Noti hujus artis.* Id est *periti*, sic in vetustioribus lib. et apud Bed., qui caput hoc in librum suum de computo transtulit. Eodem modo Braulo in Vita Isidori: *Quod Opus* (id est Etymologiarum) *omnimodo philosophiæ conveniens quisquis crebra meditatione perlegerit, non ignotus divinarum humanarumque rerum scientia merito erit.*

^j *Adime sæculo computum.* Al., *adime sæculo calculi comp.*, sed vocem *calculi* neque Beda, neque antiquiores libri agnoscunt.

^k *Nec differri potest.* Ita nom. lib. man. ut *differri* sit *distingui*, nisi quod in quibusdam, numero multitudinis, *nec differri possunt. c. g. c. nesciunt rationem.*

CAP. V. — ^l *Impariter impar.* Eadem divisione utitur Capella, quamvis hoc membrum Boetius omiserit, neque sic hoc loco in Gothicis, nisi quod paulopost explicat Isidorus quid sit impariter impar

Fursumque in aliam medietatem VI, deinde in aliam III; et ultra divisionem non recipit sectio illa, sed ante unitatem invenitur terminus quem secare non possis.

6. Impariter impar est qui ab impari numero impariter mensuratur: ut XXV, XLIX; qui dum sint impares numeri, ab imparibus etiam partibus dividuntur, ut septies septem, XLIX, et quinquies quini XXV. Imparium numerorum alii simplices sunt, alii compositi, alii mediocres.

123 7. Simples sunt, qui nullam aliam partem habent nisi solam unitatem, ut ternarius solam tertiam, et quinarium solam quintam, et septenarius solam septimam. His enim una pars sola est. Compositi sunt, qui non solum unitate metiuntur, ^a sed etiam alieno numero procreantur, ut IX, XV, XXI et XXV. Dicimus enim ter terni IX, et septies terni XXI, ter quini XV, et quinquies quini XXV.

8. Mediocres numeri sunt qui quodam modo simplices et incompositi esse videntur, alio vero modo secundum et compositi. Verbi gratia, IX ad XXV, dum comparatus fuerit, primus est et incompositus, quia non habet communem numerum, nisi solum monadicum. Ad XV vero si comparatus fuerit, secundus est et compositus, quoniam inest illi communis numerus præter monadicum, id est ternarius numerus, quia novem mensurat ter terni, et quindecim ter quini.

9. Item parium numerorum alii sunt superflui, ^b alii diminuti, alii perfecti. Superflui sunt quorum partes simul ductæ plenitudinem suam excedunt, ut puta duodenarius; habet enim partes quinque: duodecimam, quod est unum; sextam, quod duo; quartam quod tria; tertiam, quod quatuor; dimidiam, quod sex; unum enim, et duo, et tria, et quatuor, et sex simul ducta faciunt XVI, et ^c longe a duodenario excedunt; sic et alii similes plurimi, ut duodevicesimus, et multi tales.

10. Diminuti numeri sunt qui partibus suis computati, minorem summam efficiunt, ut puta denarius, cujus partes sunt tres: decima, quod est unum; quinta, quod duo; dimidia, quod quinque. Unum enim, et duo, et quinque simul ductæ octonarium faciunt, **124** ^d longe a denario minorem. Similis est huic octonarius, vel alii plurimi, qui in ^e partes reducti infra consistunt.

11. Perfectus numerus est qui suis partibus adimpletur, ut senarius, habet enim tres partes, sextam, tertiam, et dimidiam; sexta enim ejus est unum, ter-

^a Sed etiam alieno numero. Alio numero Cod. Rom. et Boët.

^b Alii diminuti. Alii, diminutivi.

^c Et longe a duodenario numero excedunt. Hoc est duodenarium longe excedunt, quomodo, et mox, et alias etiam loquitur.

^d Longe a denario minorem. Serv., in Artem Donati: Comparativus gradus tribus casibus jungitur: ablativo, septimo, et nominativo, interposita particula quam ablativo, ut doctior ab illo. Quam loquendi rationem ipse etiam usurpat, ut Æn. 1, ad verba, dederatque abeuntibus heros. Heros (ait) vir fortis, semideus, plus ab homine habens, et infr., cap. 47: Dum sol est superior a luna.

^e In partes reducti. Al., reducti.

tia duo, dimidia tres. Hæ partes in summam duæ, id est, unum, et duo, et tria, simul eundem consummant perficiuntque senarium. ^f Sunt autem perfecti numeri intra denarium VI, intra centenarium XXVIII, intra millenarium CCCXCVI.

CAPUT VI.

§ De secunda divisione totius numeri.

1. Omnis numerus, aut secundum se consideratur, aut ad aliquid. Iste dividitur sic: alii enim sunt æquales, alii inæquales. Iste dividitur sic: alii sunt majores, alii sunt minores. Majores dividuntur sic: in multiplices, superparticulares, superpartientes, multiplices superparticulares, multiplices superpartientes. Minores dividuntur sic: submultiplices, subsuperparticulares, subsuperpartientes, submultiplices subsuperparticulares, submultiplices subsuperpartientes.

2. Per se numerus est qui sine relatione aliqua elicitur, ut III, IV, V, VI, et cæteri similes. Ad aliquid est numerus qui relative ad alios comparatur: verbi gratia, quatuor ad II dum comparatus fuerit duplex dicitur et multiplex; sex ad III, octo ad IV, decem ad V, et iterum tres ad I triplex, sex ad II, novem ad III, etc.

3. Æquales numeri dicuntur, qui secundum quantitatem æquales sunt, **125** verbi gratia: II ad II, III ad III, X ad X, C ad C. Inæquales numeri sunt qui ad invicem comparati inæqualitatem demonstrant, ut III ad II, IV ad III, V ad IV, X ad VI, et universaliter major minori, aut minor majori, hujusemodi dum comparatus fuerit inæqualis dicitur.

4. Major numerus est qui habet in se illum minorem numerum ad quem comparatur, et aliquid plus, ut, verbi gratia: quinarium numerus ternario numero fortior est, eo quod quinarium numerus habet in se ternarium, et alias partes ejus duas, et reliqui tales.

5. Minor numerus est qui continetur a majore ad quem comparatur cum aliqua parte sui, ut ternarius ad quinarium, continetur enim ab eo cum duabus partibus suis. Multiplex numerus est qui habet in se minorem numerum bis, aut ter, aut quater, aut multipliciter, verbi gratia: II ad unum dum comparati fuerint, duplex est; III ad unum, triplex; IV, quadruplex, et reliqui.

6. E contra, submultiplex numerus est qui intra multiplicem continetur bis, aut ter, aut quater, aut multipliciter, verbi gratia: unum a duobus bis continetur, a tribus ter, a quatuor quater, et ab alijs multipliciter. Superparticularis numerus est dum fortior

^f Sunt autem perfecti, etc. Omnia ex Boët. lib. I de Arithm., cap. 20.

CAP. VI. — § Librariorum inscitia et nominum similitudine pleraque in hoc capite male accepta fuerant. Nam definitionum quædam transpositæ, aliæ omissæ, exempla mendosa. Quæ omnia, ut minimo negotio, ita nullo cum periculo restituta sunt. Quare illud unum adnotasse sufficiat: quos numeros Isidorus submultiplicem superparticularem, submultiplicem superpartientem, aut submultiplicem subsuperparticularem, submultiplicem subsuperpartientem vocat. iisdem quidem nominibus, lib. II Geomet., a Boëtio nominari, sed lib. I Arithm. cap. 22, multiplices subsuperparticulares, et multiplices subsuperpartientes ab eodem dici.

continet intra se inferiorem numerum circa quem comparatur, similiter et unam partem ejus.

7. Verbi gratia: III ad II dum comparati fuerint continent intra se duos et alium unum, qui media pars est duorum; IV ad III dum comparati fuerint continent in se tres et alium unum, qui est tertia pars trium. Item V ad IV dum comparati fuerint habent in se quaternarium numerum, et alium unum, qui est quarta pars dicti quaternarii numeri, et cæteri tales.

8. Superpartiens numerus est qui in se inferiorem numerum totum continet, et super hoc alteras partes ejus duas, aut tertias, aut quartas, aut quintas, aut alias, verbi gratia: V ad III dum comparati fuerint, habent in se quaternarius numerus ternarium, et super hoc alias partes ejus duas; VII ad IV dum comparati fuerint, habent in se quatuor, et alias tres partes ejus; IX ad V dum comparati fuerint habent in se quiaque, et alias quatuor partes ejus.

9. Subsuperparticularis numerus est minor qui continetur in fortiori numero cum aliqua parte sua, aut media, aut tertia, aut quarta, aut quinta, **126** verbi gratia: II ad III, III ad IV, IV ad V, et cæteri similes.

10. Subsuperpartiens numerus est qui continetur in numero superpartienti cum aliquibus partibus suis duabus, aut tribus, aut pluribus, verbi gratia: III continentur a V cum aliis duabus partibus suis; V a IX cum quatuor partibus suis.

11. Multiplex superparticularis numerus est qui dum comparatus fuerit ad numerum sibi inferiorem, continet in se totum inferiorem numerum multipliciter, cum aliqua parte ejus, verbi gratia: V ad II dum comparati fuerint continent in se bis binos, et unam partem ejus; IX ad IV dum comparati fuerint continent in se bis quaternos, et unam partem ejus.

12. Multiplex superpartiens numerus est qui dum comparatus ad inferiorem sibi numerum fuerit, continet eum multipliciter cum aliis partibus ejus, verbi gratia: VIII ad III dum comparati fuerint continent in se bis ternos, cum aliis duabus partibus ejus; XIV ad VI dum comparati fuerint continent in se bis senos cum aliis duabus partibus ejus; XVI ad VII dum comparati fuerint continent inter se bis septenos, cum aliis duabus partibus ejus; XXI ad IX dum comparati fuerint continent intra se bis nonos, cum aliis tribus partibus ejus.

13. Submultiplex subsuperparticularis est qui dum ad fortiorem comparatus fuerit continetur ab eo multipliciter cum aliqua parte sua, ut III ad VII, et IV ad IX.

14. Submultiplex subsuperpartiens numerus est qui dum ad fortiorem sibi comparatus fuerit, continetur ab eo multipliciter cum aliquibus partibus suis, verbi

CAP. VII. — ^a *Secundus superficialis*. Ita etiam paulopost; al., *superficiosus*.

^b *Qui discretis monadibus*. Ita apud Cassiod.

^c *Linea, aut spatio, aut solido, dicitur continens*. Eodem modo Cassiod., disjunctione pro conjunctione utens.

^d *Plano pede, id est superficie*. Alio sensu dixit Vitruv., lib. VI, cap. 11, et lib. VII, cap. 1 et 4.

^e *Solidus... qui long., lat. et altitud.* Vox *latitudinē* abest a nostris libris. Est tamen inf., cap. 11, in definitione figure solidæ, et in Cod. Rom.

CAP. VIII. — ^f *Secund. Geomet.* Hæc, neque inte-

gratia: III ad VIII continentur bis cum duabus partibus ejus, IV ad XI continentur bis cum tribus partibus suis.

CAPUT VII.

De tertia divisione totius numeri.

1. Numeri, aut discreti sunt, aut continentes. Iste dividitur sic, primus linealis, **127** ^a secundus superficialis, tertius solidus. Discretus numerus est ^b qui discretis monadibus continetur. Verbi gratia, III, IV, V, VI, et reliqui.

2. Continens numerus est qui conjunctis monadibus continetur, ut, verbi gratia, *ternarius* numerus, si in magnitudine intelligatur, ^c linea, aut spatio, aut solido dicitur continens. Similiter quaternarius et quinquarius numeri.

3. Linealis numerus est qui inchoans a monade linealiter scribitur usque ad infinitum. Unde alpha ponitur pro designatione linearum, quoniam hæc littera unum significat apud Græcos.

4. Superficialis numerus est qui non solum longitudine, sed et latitudine continetur, ut *trigonus, quadratus, quinquangulus*, vel circulares numeri, et cæteri qui semper in ^d plano pede, id est superficie, continentur.

5. Circularis dum sibimet multiplicatus fuerit, a se inchoans ad se convertitur. Verbi gratia: *quinquies quini vicies quinque*. ^e Solidus numerus est qui longitudine, latitudine et altitudine continetur, ut sunt pyramides, qui in modum flammæ consurgunt.

6. Cubus sunt tesseræ. Sphæræ quibus est æqualis undique rotunditas. Sphæricus autem numerus est qui circulato numero multiplicatus a se inchoat, et in se convertitur, ut *quinquies quini, viginti quinque*. Hic circulus dum seipso multiplicatus fuerit, facit sphæram, id est, quinquies XXV, CXXV.

CAPUT VIII.

De differentia arithmeticae, geometriae et musicae.

1. Inter arithmeticae autem, et geometriam, et musicam hoc interest, ut media invenias. In arithmetica primo sic quæris. Conjungis extrema, et divides, et facis medium, ut puta: fac extrema esse VI et XII, simul jungis, et faciunt XVIII; partiris media, et facis IX, **128** quod est analogicum arithmeticae, ut medius quod monadibus superat primum, iis superetur ab extremo. Superant enim IX VI, tribus monadibus, iis superantur a XII.

2. ^f Secundum vero geometriam ita quæris. Extrema multiplicata tantum faciunt quantum et media multiplicata, ut puta, VI et XII multiplicata faciunt LXXII; media, VIII et IX multiplicata tantumdem faciunt.

3. ^g Secundum musicam ita: qua parte superat medius primum, eadem parte superatur medius ab extrema sunt, neque satis cum superioribus coherent. Nam cum proposuisset differentiam inter arithm., geomet., et music. ex inventionem medii, rationemque arithmetici medii inveniendi propositis extremis tradidisset, oportebat idem in geometrico medio persequi, quod neque hoc loco præstat, neque inferius, cap. 13, ubi eadem repetuntur.

^g *Secundum musicam*. Neque hæc meliore sunt conditione, nisi, quod cap. 22, alieno loco, quæ hujus propria erant, explicantur. Nam hic non rationem musici medii inveniendi, sed definitionem proportionis musicae assignat, eamque non integram.

remo, ut puta VI a VIII duabus monadibus superantur, quæ duæ pars sunt tertia eademque media VIII superantur ab ultima, quæ est XII.

CAPUT IX.

Quod numeri infiniti existunt.

1. Numeros autem infinitos esse certissimum est, quoniam in quocunque numero finem faciendum putaveris, idem ipse non dico uno addito augeri, sed quamlibet sit magnus, et quamlibet ingentem multitudinem continens, in ipsa ratione, atque scientiam numerorum, non solum duplicari; verum etiam multiplicari potest.

2. Ita vero suis quisque numerus proprietatibus terminatur, ut nullus eorum par esse cuicunque alteri possit. Ergo, et dispare inter se **129** atque diversi sunt, et singuli quique finiti sunt, et omnes infiniti sunt.

DE GEOMETRIA.

CAPUT X.

De geometriæ inventoribus, et vocabulo ejus.

1. Geometriæ disciplina primum ab Ægyptiis recepta dicitur, quia inundante Nilo, et omnium possessionibus limo obductis, initium terræ dividendæ per lineas et mensuras nomen arti dedit. ^a Quæ deinde longius acumine sapientum provecta, et maris, et cœli, et aeris spatia metitur.

2. Nam provocati studiosi cœperunt post terræ dimensionem et cœli spatia quærere: quanto intervallo luna a terris, a luna sol ipse distaret, et usque ad verticem cœli quanta se mensura distenderet, sicque intervalla ipsa cœli orbisque ambitum per numerum stadiorum ratione probabili distinxerunt.

3. Sed quia ex terræ dimensione hæc disciplina cœpit, ex initio sui, et nomen servavit; nam geometria de terra, et de mensura nuncupata est. Terra enim Græce γῆ vocatur, μέτρον mensura. Hujus disciplinæ ars continet in se lineamenta, intervalla, magnitudines, et figuras, et in figuris dimensiones et numeros.

CAPUT XI.

De quadripartita divisione geometriæ.

1. Geometriæ quadripartita divisio est in figuras planas, in magnitudinem numerabilem, in magnitudinem rationalem, et in figuras solidas.

2. Planæ figuræ sunt, quæ longitudine et latitudine continentur.

Vid. Boet., lib. II Arithm., cap. 34 et seq., et 50 et lib. II de Mus., cap. 12 et 16.

CAP. X. — ^a Quæ deinde longius provecta. Ex Plin., lib. II, cap. 23.

CAP. XI. — ^b Quæ sunt juxta Plat. Probe hæc quæ disjecta erant in sedes suas reduxit Chacon.

CAP. XII. — ^c Dianatheton grammon. Hæc meliorum librorum scriptura. Antonius Covarr. et doctrinarum omnium et elegantiarum admirabili quadam scientia præstantissimus, diacatheton grammon minima mutatione volebat, fieri enim a Vitruvio et aliis de cathetis lineis mentionem, nec male post quadratum subjici rectangulum altera parte longius per καθετός, hoc est, perpendiculares lineas productum. Id P. Nunneseo nequaquam probabatur, quod commune esset pluribus figuris: nam, et in tetragono et trigono orthogonio esse lineas καθετός. Ipse δὲ ἀποθέτων γραμμῶν substituebat; esse namque in quibusdam libris hanc figuram quam duo Γ opposita conjunctaque redderent. A. Aug. Codicum

Numerabilis magnitudo est quæ numeris arithmetice dividi potest.

130 3. Magnitudines rationales sunt quarum mensuram scire possumus, irrationales vero, quarum mensuræ quantitas cognita non habetur.

4. Figuræ solidæ sunt quæ longitudine et latitudine et altitudine continentur, ^b quæ sunt juxta Platonem numero quinque.

CAPUT XII.

De figuris geometriæ.

1. In plano figurarum prima circulus est, figura plana, et circumducta, cujus in medio punctus est, quo cuncta convergunt, quod centrum geometriæ vocant, Latini punctum circuli nuncupant.

2. Quadrilatera figura est in plano, quæ sub quatuor lineis rectis jacet.

^c Dianatheton grammon figura plana, etc.

Orthogonium triangulum est figura plana, quæ habet angulum rectum.

Isopleuros figura est plana, etc.

3. Sphæra est figura in rotundum formata partibus cunctis æqualis.

^d Cubus est figura solida, quæ longitudine, et latitudine et altitudine continetur.

4. ^e Cylindrus est figura quadrata habens superius semicirculum insolidum.

131 5. Conon, figura solida, quæ ab amplo in angustum finit, sicut orthogonium.

6. Pyramis est figura solida, quæ in modum ignis ab amplo in acumen consurgit. Ignis enim apud Græcos πῦρ appellatur.

7. Sicut autem intra decem omnis est numerus, ita intra circulum omnium figurarum concluditur ambitus.

CAPUT XIII.

De principiis geometriæ.

1. ^f Principia hujus artis punctus est, cujus pars nulla est. Linea est præter latitudinem longitudo. Recta linea est quæ ex æquo in suis punctis jacet. Superficies vero, quæ longitudines et latitudines solas habet.

2. Superficiæ vero fines lineæ sunt, quorum formæ ideo in superioribus figuris positæ non sunt, ^g quia intra eas inveniuntur.

scripturam retinens ἀποθέτων suspensas interpretabatur, suspensas namque videri ejus figuræ lineas quæ sit altera parte longior. Nobis propensior ad veritatem Covarrubiæ conjectura videbatur, quæ neque Chaconi displicebat. Nam dianatheton vocem geometrarum aures non agnoscunt, et P. Nunnesei nimis irrita sententia est.

^d Cubus. Adde: quæ sex quadratris æqualibus continetur.

^e Cylindrus. De cylindri definitione amplius deliberandum.

CAP. XIII. — ^f Principia hujus artis. Cic., Academic. IV: Non quæro in his initia illa mathematicorum: punctum esse quod magnitudinem nullam habet; extremitatem, quasi libramentum, in quo nulla omnino sit crassitudo; lineamentum longitudinem latitudine carentem.

^g Quia intra eas inven. Est enim punctus in circulo, linea in figuris planis, superficies ejusque finis in solidis.

CAPUT XIV.

De numeris geometriæ.

1. ^a Numeros autem secundum geometriam ita quæris : extrema quippe ejus multiplicata, tantum faciunt quantum et media multiplicata, ut puta, VI et XII multiplicata faciunt LXXII; media VIII et IX multiplicata tantumdem faciunt.

DE MUSICA.

132 CAPUT XV.

De musicâ et ejus nomine.

1. Musica est peritia modulationis sono cantuque consistens; et dicta musica per derivationem a *Musis*. Musæ autem appellatæ ^b ἀπὸ τοῦ μῦσθαι, id est a quærendo, quod per eas, sicut antiqui voluerunt, vis carminum et vocis modulatio quæreretur.

2. Quarum sonus quia sensibilis res est ^c præterfluit in præteritum tempus, imprimaturque memoriæ; inde a poetis Jovis et Memoriæ filias Musas esse confictum est. Nisi enim ab homine memoria teneantur soni, pereunt, quia scribi non possunt.

CAPUT XVI.

De inventoribus ejus.

1. Moyses dicit repertorem musicæ artis fuisse Jubal, qui fuit de stirpe Cain ante diluvium. ^d Græci vero Pythagoram dicunt hujus artis invenisse primum, ex malleorum sonitu, et cordarum extensione percussa. Alii ^e Linum Thebæum, et ^f Zethum, et Amphion in arte musica primos claruisse ferunt.

2. Post quos paulatim directa est præcipue hæc disciplina, et aucta multis modis; **133** eratque tam turpe **C** musicam nescire quam litteras. Interponebatur autem non modo sacris, sed et omnibus solemnibus, omnibusque lætis, vel tristioribus rebus.

3. ^g Ut enim in veneratione divina hymni, ita in nuptiis hymenæi, ^h et in funeribus threni, et lamenta ad tibias canebantur. ⁱ In conviviis vero lyra, vel cithara circumferebatur; et accubantibus singulis ordinabatur conviviale genus canticorum.

CAPUT XVII.

Quid possit musica.

1. ^j Itaque sine musica nulla disciplina potest esse perfecta, nihil enim est sine illa. Nam et ipse mundus quadam harmonia sonorum fertur esse compositus, et cælum ipsum sub harmoniæ modulatione re-

CAP. XIV. — ^a Numeros autem. Repetuntur hæc ex cap. 8, quia caput 11 numerabilem magnitudinem partem geometriæ fecerat.

CAP. XV. — ^b ἀπὸ τοῦ μῦσθαι. In Cod. mirā varietas, nos ex μῦσσαι, quod proprius aberat, μῦσθαι fecimus, quod etymon Platoni placuit in Cratylō.

^c Præterfluit in præter. Aug., lib. II Ordin., cap. 4: Quoniam illud quod mens videt semper est præsens; sonus autem, quia sensibilis res est, præterfluit in præteritum tempus, imprimaturque memoriæ, rationabili mendacio jam poetis favente ratione, quærendum ne quid propagini similiter inesset, Jovis et Memoriæ Musas filias esse confictum est.

CAP. XVI. — ^d Græci vero Pythagor. Macrob., lib. II in Somn. Scip.

^e Linum Theb. Ex Euseb., in Chron.

^f Zeth. et Amph. Ex eodem, et Serv., in Corydonē.

^g Ut enim in veneratione divin. Horat. :

A volvitur. Musica movet affectus, provocat in diversum habitum sensus.

2. In præliis quoque tubæ concensus pugnantes accendit; et quanto vehementior fuerit clangor, tanto fit fortior ad certamen animus. Siquidem et remiges cantus hortatur. Ad tolerandos quoque labores musica animum mulcet, et singulorum operum fatigationem modulatio vocis solatur.

3. Excitos quoque animos musica sedat, sicut legitur de David, qui a spiritu immundo Saulem arte modulationis eripuit. Ipsas quoque bestias, **134** neciori et serpentes, volucres, atque delphinas, ad auditum suæ modulationis musica provocat. Sed et quidquid loquimur, vel intrinsicus venarum pulsibus commovemur, per musicos rhythmos harmoniæ virtutibus probatur esse sociatum.

CAPUT XVIII.

De tribus partibus musicæ.

1. Musicæ partes sunt tres, id est, harmonica, rhythmica, metrica. Harmonica est quæ discernit in sonis acutum et gravem. Rhythmica est ^k quæ requirit incursionem verborum, utrum bene sonus an male cohæreat.

2. Metrica est quæ mensuram diversorum metrorum probabili ratione cognoscit, ut, verbi gratia, heroicum, iambicum, elegiacum, etc.

135 CAPUT XIX.

De triforâ musicæ divisione.

1. At omnem sonum, qui materies cantilenarum est, triforâ constat esse natura. Prima est harmonica, quæ ex vocum cantibus constat. Secunda organica, quæ ex flatu consistit. Tertia rhythmica, quæ pulsu digitorum numeros recipit.

2. ^l Nam aut voce editur sonus, sicut per fauces; aut flatu, sicut per tubam, vel tibiā; aut pulsu, sicut per cytharam; aut per quodlibet aliud, quod percutiendo canorum est.

CAPUT XX.

De prima divisione musicæ, quæ harmonica dicitur.

1. Prima divisio musicæ, quæ harmonica dicitur, id est modulatio vocis, pertinet ad comædos; tragædos, vel choros, vel ad omnes qui voce propria canunt. Hæc ex animo et corpore motum facit, et ex motu sonum, ex quo colligitur musica, quæ in homine vox appellatur.

D Divitum mensis, et amica temp'is.

^m Et in funeribus threni. Hinc Sicilianum modus in XII tabul., de quibus Agell., lib. II, cap. 2, et Non., in Siricinis. Servius, Æn. V: Sciendum majoris ætatis funera ad tubam solere proferri, minoris vero ad tibias. Vid. Fest. in Funebres tib. Hebræos quoque tibias in funeribus adhibuisse ostendunt Maimai verba, cap. IX, et vidisset tibicines, et turbam tumultuantem.

ⁿ In conviviis circumf. Ex Quint., cap. de Music.

CAP. XVII. — ^j Itaque sine mus. Ex eodem Quintil.

^k Quæ requirit incursionem verb. Sic omnes libri Cassiod.: Quæ in concursione verborum dijudicat. Capell.: Quæ ad melos pertinet, harmonica dicitur, quæ ad numeros rhythmica, quæ ad verba metrica.

CAP. XIX. — ^l Nam aut voce. Ex August. in Psal. cL, et II de doctr. Christ., cap. 17, unde sumpta hæc omnia. Quod percutiendo canorum est. Ex eodem lib. II de Ord., cap. 14.

2. ^a Vox est aer spiritu verberatus, unde et verba sunt nuncupata. Proprie autem vox hominum est, seu irrationabilium animantium. Nam in aliis abusive non proprie sonitus vox vocatur, ut :

Vox tubæ infremuit, fractasque ad littora voces.
Nam proprium est ut littorei resonent scopuli, et :
At tuba terribilem sonitum procul ære canoro.
Harmonia est modulatio vocis, et concordantia plurimorum sonorum, vel coaptatio.

3. Symphonia est modulationis temperamentum ex gravi et acuto concordantibus sonis, sive in voce, sive in flatu, sive in pulsu. Per hanc quippe voces acutiores gravioresque concordant, ita ut quisquis ab ea dissonuerit sensum auditus offendat. Cujus contraria est diaphonia, id est voces discrepantes, vel dissonæ.

4. Euphonia est suavitas vocis. Hæc et melos a suavitate, et melle dicta.

5. Diastema est vocis spatium, ex duobus vel pluribus sonis aptatum.

6. Diesis est spatia quædam, et deductiones modulandi, atque vergendi de uno in alterum sonum.

7. Tonus est acuta enuntiatio vocis; est enim harmoniæ differentia, et quantitas, quæ in vocis accentu vel tenore consistit; cujus genera in quindecim partibus musici dividerunt, ex quibus hyperlydius novissimus et acutissimus, hypodorius omnium gravissimus est.

136 8. Cantus est inflexio vocis, nam sonus directus est, præcedit autem sonus cantum.

9. Arsis est vocis elevatio, id est initium. Thesis vocis positio, hoc est finis.

10. Suaves voces sunt subtiles, et spissæ, claræ, atque acutæ. Perspicuæ voces sunt quæ longius protrahuntur, ita ut omnem impleant continuum locum, sicut clangor tubarum.

11. Subtiles voces sunt quibus non est spiritus, qualis est infantium, vel mulierum, vel ægrotantium, sicut in nervis. Quæ enim subtilissimæ chordæ sunt, subtiles ac tenues sonos emittunt.

12. Pingues sunt voces, quando spiritus multus simul egreditur, sicut virorum. Acuta vox est tenuis, et alta, sicut in chordis videmus. ^b Dura vox est, quæ violenter emittit sonos, sicut tonitruum,

CAP. XX. ^a *Vox est aer sp. v.* Grammaticorum et philosophorum (ut ait Lactantius) definitio, sed quæ ipsi tamen minime probatur, lib. de Opif., cap. 15.

^b *Dura...quoties in dur.m.percutitur f.* Al., *durum m. percutil ferrum.*

^c *Vinnola.* Al. *vinnolata.* Festus: *Vinnulus molliter se gerens, et minime quid viriliter faciens.* Non: *Vinnolum, sensiloquum, illecebrum.* Plaut., in *Asin.* oratione, *vinnula, venustula.* Gloss., *vinnulus* Νωλεξης, ubi mendose *vinnicus* legitur.

CAP. XXI. — ^a *Organum vocab. cst general.* Ex August. in Ps. CL.

^e *Hoc autem cui folles adhibent.* Hydraulon appellari a Græcis putabat Chacon, de quo Vitruv., lib. X, cap. 13, et Tertull., lib. de Anima, c. de Animo. Plin. lib. VII, cap. 37, et Hieron., in pneumat. Alii Tyrrhenam tibiam appellari putant ex Polluce, lib. V, cap. 9. De Organis vulgaribus exstant pulcherrimi versus apud Claudian., in lib. de Manlii Theod. con-

A sicut incudis sonus, quoties in durum malleus percussitur ferrum.

13. Aspera vox est rauca, et quæ dispergitur per minutos et in dissimiles pulsus. Cæca vox est quæ mox ut emissa fuerit conticescit, atque suffocata nequaquam longius producitur, sicut est in fictilibus. ^e Vinnola vox, est mollis atque flexibilis. Et vinnola dicta a vinno, hoc est cincinno molliter flexo.

14. Perfecta autem vox est alta, suavis et clara. Alta, ut in sublimi sufficiat; clara, ut aures impleat; suavis, ut animis audientium blandiatur. Si ex his aliquid defuerit, vox perfecta non erit.

CAPUT XXI.

De secunda divisione, quæ organica dicitur.

B 1. Secunda divisio organica est in iis quæ, spiritu reflante completâ, **137** in sonum vocis animantur, ut sunt tubæ, calami, fistulæ, organa, pandura, et iis similia instrumenta.

2. ^d Organum vocabulum est generale vasorum omnium musicorum. ^e Hoc autem cui folles adhibentur, alio Græci nomine appellant. Ut autem organum dicatur, magis ea vulgaris est consuetudo.

4. ^f Tuba primum a Tyrrhenis inventa, de quibus Virg. :

Tyrrhenusque tubæ mugire per æthera clangor.
Adhibebatur autem non solum in præliis, sed et in omnibus festis diebus propter laudes vel gaudii claritatem. Unde et in Psalterio dicitur: *Canite initio mensis tuba in die insigni solemnitatis vestræ.* Præceptum enim fuerat Judæis ut initio novæ lunæ tuba clangent, quod etiam huc usque faciunt.

C 4. Tibias excogitatas in Phrygia ferunt, has quidem diu funeribus tantum adhibitas, mox et sacris gentilium. Tibias autem appellatas putant, quod primum de cervinis tibiis cruribusque hinnulorum fierent; deinde per abusionem ita cœptas vocari, etiam quæ non de cruribus ossibusve essent; hinc et tibicen, quasi tibiarum cantor.

5. ^g Calamus nomen est arboris proprium, a *calendo*, id est *fundendo voces*, vocatus.

138 6. Fistulam quidam putant a Mercurio inventam; ^h alii a Fauno quem Græci vocant Pana. Nonnulli eam ⁱ ab Idi pastore Agrigentino ex Sicilia.

sulatu.

D ^f *Tuba primum... Tibias excogitat.* Clem. Alex., Strom. I, Etruscos tubam et Phrygas tibiam ait excogitasse.

^g *Calamus n. est arb. prop.* Non valde mirum si arundinem arborem dixit, quisquis fuit, unde hæc sumpta sunt. Cur a *calendo*, id est, *fundendo voces* nomen deduxerit, id multo obscurius, nisi *calando*, hoc est, *vocando* legas. Nam *canendo*, quod est in plerisque Gothicis, mendosum putamus. Sed has origines, quæ, aut nimis alienæ, aut etiam absurdam multis apud Isidorum videbantur, non negligendas esse, satis jam viri eruditi hac ætate sunt experti.

^h *Alii a Fauno.* Plin., lib. VII, cap. 56.

ⁱ *Ab Idi pastore.* Rom. Cod., *ab uno pastore.* Quid si vox mutilata ex Daphnide, quem Diod., lib. VIII Bucolici carminis auctorem facit, quod A. Augustino non displicebat?

^a Fistula autem dicta, quod vocem emittat. Nam **A** Græce PHOS vox, STOLA missa appellatur.

7. Sambuca in Musicis species est symphoniarum. Est enim genus ligni fragilis, unde et tibiæ componuntur.

8. ^b Pandura ab inventore vocata ; de qua Virg. .

Pan primus calamos cera conjungere plures
Instituit, Pan curat oves, oviumque magistros.
Fuit enim apud gentiles deus pastoralis, qui primus
dispare calamos ad cantum aptavit, et studiosa arte
composuit.

139 CAPUT XXII.

De tertia divisione, quæ Rhythmica nuncupatur.

1. Tertia est divisio rhythmica pertinens ad nervos et pulsum, cui dantur species cithararum diversarum, tympanum, et cymbalum, sistrum, acitabula **B** ænea, et argentea, vel alia, quæ metallico rigore percussa reddunt cum suavitate tinnitum, et cætera hujusmodi.

2. Citharæ ac Psalterii repertor Jubal, ut prædictum est, perhibetur. Juxta opinionem autem Græcorum ^c citharæ usus repertus fuisse ab Apolline creditur. Forma citharæ initio similis fuisse traditur pectori humano, quod uti vox de pectore, ita ex ipsa cantus ederetur, appellataque eadem de causa. Nam *pectus* Dorica lingua κίθάρα vocatur.

3. Paulatim autem plures ejus species exstiterunt, ^d ut psalteria, lyre, barbiti, phœnices, et pectides, et quæ dicuntur indicæ, et feriuntur a duobus simul. Item aliæ, atque aliæ, et quadrata forma, et trigonali.

4. Chordarum etiam numerus multiplicatus est, et **C** commutatam genus. Veteres autem citharam fidicallam vel fidem nominaverunt, quia tam concinunt inter se chordæ ejus, quam bene conveniunt inter quos fides sit. Antiqua autem cithara septem chordis erat : unde Virgilius : *Septem discrimina vocum.*

5. Discrimina autem ideò, quod nulla chorda vicina chordæ similem sonum reddat, sed ideo septem chordæ, vel quia totam vocem implent, vel quod septem motibus sonat cœlum.

140 6. Chordas autem dictas a corde, quia sicut pulsus est cordis in pectore, ita pulsus chordæ in cithara. Has primus Mercurius excogitavit ; idemque prior ^e nervos in sonum strinxit.

^a Nam Græce PHOS vox. Visum est Codicum simpliciore scripturam sequi, si quid forte veri crepant. **D** Nam idem aliquoties repetit Isidorus. φωνή non longe aberat.

^b Pandura. Ab Assyriis inventam scribit Pollux, lib. iv. Varr. lib. vii : *Cur non a cithara, et Psalterio, et Pandura dicamus eitharicem, etc.*

CAP. XXII. — ^c Citharæ usus ab Apolline. Bionii :

Ως εἶρε πλαγίαυλον ἰ Πάν, ὡς αὐλὸν Ἰθρανᾶ,

Ως χέλυον Ἐρμάων, κίθαρην δ' ὡς ἄδύς Ἀπόλλων.

^d Ut psalter. barb. Vid. Athen., lib. iv, et Polluc.

^e Nervos in sonum strinxit. Mendose libri omnes in nervos sonum strinxit. Tertull., lib. de Coron. mil., cap. 8 : *Sed, et si nervos idem (Mercurius) in sonum strinxit, non negabo et hoc ingenium eum sanctis fecisse.*

^f In modum Δ. Cassiod., in Prolog. in Ps. : *Psalterium est (ut Hieronymus ait) in modum Δ litteræ formati ligni sonora concavitas.*

7. Psalterium, quod vulgo canticum dicitur, a psallendo nominatum, quod ad ejus vocem chorus consonando respondeat. Est autem similitudo citharæ barbaricæ ^f in modum Δ litteræ. ^g Sed psalterii et citharæ hæc est differentia, quod psalterium lignum illud concavum unde sonus redditur superius habet, et deorsum feruntur chordæ, et desuper sonant. Cithara vero concavitatem ligni inferius habet.

^h Psalterio autem Hebræi decachordo usi sunt propter numerum decalogum legis.

8. Lyra dicta ἀπὸ τοῦ λυρεῖν, a varietate vocum, quod diversos sonos efficiat. Lyram primum a Mercurio dicunt inventam fuisse, hoc modo. ⁱ Cum regrediens Nilus in suos meatus varia in campis reliquisset animalia, relicta etiam testudo est, quæ cum esset putrefacta, et nervi ejus remansissent extenti intra corium, percussa a Mercurio sonitum dedit, ad cujus speciem Mercurius lyram fecit, et Orpheo tradidit, qui erat hujus rei maxime studiosus.

9. Unde et æstimatur eadem arte non feras tantum, sed et saxa atque silvas cantus modulatione allicuisse. Hanc musici propter studii amorem, et carminis laudem, etiam inter sidera suarum fabularum commentis collocatam esse finxerunt.

10. Tympanum est pellis, vel corium ligno ex una parte extentum. **141** Est enim ^j pars media symphonici in similitudinem cribri. Tympanum autem dietum, quod medium est. Unde, et ^k margaritum medium tympanum dicitur, et ipsum ut symphonia ad virgulam percutitur.

C 11. ^l Cymbala acitabula quædam sunt, quæ percussa invicem se tangunt, et sonum faciunt. ^m Dicta autem cymbala, quia cum ballematia simul percutiuntur. Ita enim Græci dicunt cymbala ballematica.

12. Sistrum ab inventrice vocatum. Isis enim Ægyptiorum regina id genus invenisse probatur. Juvenalis :

Isis, et irato feriat mea lumina sistro.

Inde et hoc mulieres percutiunt, quia inventrix hujus generis mulier. ⁿ Unde, et apud Amazonas sistro ad bellum feminarum exercitus vocabatur.

142 13. Tintinnabulum de sono vocis nomen habet, sicut et plausus manuum, stridor valvarum.

^g Sed psalter, et eithar. Ex August., in ps. LXXX.

^h Psalterio autem Hebræi decachord. Nam apud alios novem tantum chordas habuisse ait Athenæus.

ⁱ Cum regrediens Nilus... allicivisse. Ex comment. Arat. in Lyr. et Hygin., lib. ii.

^j Pars media symphonici. Sic supra, cap. 20, sambuca species est symphonici.

^k Margaritum medium tympanum. Tympanium vocat Plin., lib. ix, cap. 35.

^l Cymbala, et acitabula. Aug. in ps. cl : *Cymbala invicem se tangunt, ut bene sonent, ideo a quibusdam labiis nostris comparantur.*

^m Dicta autem cymbala, quia cum ballematia. Interdicitur ballemator, usus in natalitiis sanctor. Concil. Tol. iii, can. ultim. Ballematium vero ἀπὸ τοῦ βαλλίζειν opinor ductum. Est autem βαλλίζειν, ut ait Suidas, τὰ κύμβαλα κτύπειν, καὶ πρὸς τὸν ἐκείνων ἡχονοῦν χεῖσθαι. Unde nostrum quoque balar.

ⁿ Unde apud Amazonas. Quas ad calamos arma

14. ^a Symphoniam vulgo appellatur lignum cavum, ex utraque parte, pelle extenta, quam virgulis hinc et inde musici feriunt. Fitque in ea ex concordia gravis, et acuti suavissimus cantus.

CAPUT XXIII.

De musicis numeris.

1. Numeros autem secundum musicam ita quæris. Positis extremis, ut puta VI et XII, vides quot monadibus superetur VI a XII, et est VI monadibus; ducis per quadratum: sexies seni faciunt XXXVI. Conjungis extrema illa prima VI ac XII, simul efficiunt XVIII. Partiris XXXVI per XVIII, efficitur dipondius. Hos jungis cum **143** summa minore, scilicet VI, erunt VIII, et erit medium inter VI et XII. Propterea quod VIII superant VI duabus monadibus, ^b id est, tertia de sex, et superantur VIII a XII quatuor monadibus, tertia **B** portione. Qua parte ergo superat, eadem superatur.

2. Sed hæc ratio quemadmodum in mundo est, ex volubilitate circularum, ita et in microcosmo in tantum præter vocem valet, ut sine ipsius perfectione etiam homo symphonis carens non consistat. Ejusdem musicæ perfectione etiam metra consistunt, in arsi, et thesi, id est, elevatione et positione.

DE ASTRONOMIA.

CAPUT XXIV.

De astronomiæ nomine.

1. Astronomia ^c est astrorum lex, quæ cursus siderum, et figuras, et habitudines stellarum, circa se et circa terram indagabili ratione percurrit.

CAPUT XXV.

De inventoribus ejus.

1. Astronomiam primi Ægyptii invenerunt. Astrologiam vero et nativitatis observantiam Chaldæi primi docuerunt. Abraham autem instituisse Ægyptios astrologiam Josephus auctor asseverat, Græci **144** autem dicunt hanc artem ab Atlante prius excogitatam; ideoque dictus est sustinuisse cælum.

2. Quisquis autem ille fuit, motu cæli et ratione animæ excitatus, per temporum vices, per astrorum ratos definitosque cursus, per intervallorum spatia moderata, consideravit dimensiones quasdam et numeros, quæ definiendo, ac secernendo in ordinem neclens astrologiam reperit.

CAPUT XVI.

De institutoribus.

1. In utraque autem lingua diversorum quidem **D** tractasse ait Capella, lib. ix, sed Isidor. magis videtur respexisse ad Virgillii carmen:

Regina in mediis patrio vocat agmina sistro. Æn. viii.
^a *Symphonia.* Hieronymus ad Damas., epist. 146: *Male quidam Latinorum symphoniam putant esse genus organi, cum concors in Dei laudibus concentus hoc vocabulo significetur. Symphonia quippe consonantia exprimitur in Latino.* Qui locus Hieronymi Isidorum procul dubio non fugit; invaluisse tamen consuetudinem ut pro organi, quodam genere illa ætate usurparetur appareat ex ejus verbis: *Symphonia vulgo appellatur.*

CAP. XXIII. — ^b *Id est, tertia de sex.* In scribendis numeris, Chaconi sumus assensi, ut rejiceremus ad verba quædam obsoleta, quæ in Excusis, et Mss. leguntur, quæ si quis malit, ejusmodi plura apud Volus. Mæcianum inveniet.

PATROL. LXXXII.

A sunt de astronomia scripta volumina, inter quos tamen Ptolemæus apud Græcos habetur præcipuus, hic etiam, et canones instituit, quibus cursus astrorum inveniantur.

CAPUT XXVII.

De differentia astronomiæ et astrologiæ.

1. Inter astronomiam et astrologiam aliquid differt. Nam astronomiam conversionem cæli, ortus, obitus, motusque siderum continet, vel qua ex causa ita vocentur. Astrologia vero partim naturalis, partim superstitiosa est.

2. Naturalis, dum exsequitur solis et lunæ cursus, vel stellarum, certasque temporum stationes. Superstitiosa vero est illa quam mathematici sequuntur, qui in stellis augurantur, quique etiam duodecim signa per singula animæ vel corporis membra disponunt, siderumque cursu nativitates hominum et mores prædicere conantur.

CAPUT XXVIII.

De astronomiæ ratione.

1. Astronomiæ ratio modis plurimis constat. Definit enim quid sit mundus, **145** quid cælum, quid sphaeræ situs, et cursus, et quid axis cæli et poli, quæ sint climata cæli, qui cursus solis et lunæ, atque astrorum, etc.

CAPUT XXIX.

De mundo et ejus nomine.

1. Mundus ^d est is qui constat ex cælo et terra, mari cunctisque sideribus. Qui idcirco mundus est appellatus, ^e quia semper in motu est; nulla enim requies ejus elementis concessa est.

CAPUT XXX.

De forma mundi.

1. Formatio mundi ita demonstratur. ^f Nam quemadmodum erigitur mundus in septentrionalem plagam, ita declinatur in Australem. ^g Caput autem ejus, et quasi facies, orientalis regio est, ultima pars septentrionalis est.

146 CAPUT XXXI.

De cælo et ejus nomine.

1. Cælum philosophi rotundum, volubile, atque ardens esse dixerunt, ^h vocatumque hoc nomine, eo quod tanquam vas cælatum impressa habeat signa stellarum.

2. Distinxit enim id Deus claris luminibus, et implevit solis scilicet et lunæ orbe fulgenti, et astrorum micantium splendentibus signis adornavit. Hic

CAP. XXIV. — ^c *Astronom.* Eadem supra, lib. ii, cap. 25.

CAP. XXIX. — ^d *Mundus est.* Hyginus (e quo multa Isidor.) Astron. cap. 1: *Mundus appellatur is qui constat ex sole, et luna, et terra, et omnibus stellis.*

^e *Quia semper in motu est.* Nempe quasi movendus. Vid. lib. xii, cap. 1.

CAP. XXX. — ^f *Nam quemadmodum.* Virg. Georg. i.

Mundus, ut ad Scythiam, Riphæasque arduas arcas, Consurgit, præmitur Libyæ devexus in austros. ^g *Caput autem.* Aristoteles tamen australem verticem caput facit, secutus, ut quibusdam videtur, Homerum. Sed philosophorum hac de re placita vid. apud Plutarch.

CAP. XXXI. — ^h *Vocatumque.* Ex Amb. ii He-xam., cap. 4.

autem Græce οὐρανὸς dicitur ἀπὸ τοῦ ὄρασθαι, id est, **A**
 à videndo, eo quod aer perspicuus sit, et ^a ad speculandum purior.

CAPUT XXXII.

De situ sphaeræ cælestis.

1. Sphaera ^b cæli est species quædam in rotundum formata, cujus centrum terra est ex omnibus partibus æqualiter conclusa. Hanc sphaeram nec principium habere (dicunt), nec terminum, ideo quod in rotundum quasi circulus, unde incipiat, vel ubi desinat, non facile comprehenditur.

2. ^c Philosophi autem mundi septem cælos, id est, planetas globorum consono motu introduxerunt, quorum orbibus connexa memorant omnia, quos sibi innexos et velut insertos versari retro et e contrario certis motibus ferri arbitrantur.

147 CAPUT XXXIII.

De motu ejusdem.

1. Sphaeræ ^d motus duobus axibus volvitur quorum unus est septentrionalis, qui nunquam occidit ^e appellaturque Boreus; alter australis, qui nunquam videtur, et ^f Austronotius dicitur.

2. His duobus polis moveri sphaeram cæli dicunt, et ^g cum motu ejus sidera in ea fixa ab Oriente, usque ad Occidentem circumire, Septentrionibus breviores gyros juxta cardinem peragentibus.

CAPUT XXXIV.

De cursu ejusdem sphaeræ.

1. Sphaera cæli ab Oriente in Occidentem semel in die, et nocte vertitur xxiv horarum spatii, quibus sol cursum suum supra terras et sub terra sua volubilitate concludit.

CAPUT XXXV.

De celeritate cæli.

1. Tanta celeritate cæli sphaera dicitur currere, ut nisi adversus præcipitem ejus cursum astra currerent, quæ eam remorarentur, mundi ruinam facerent.

CAPUT XXXVI.

De axe cæli.

1. Axis ^h est septentrionalis linea recta, quæ per mediam pilam sphaeræ tendit, et dictus ⁱ *axis*, quod in eo sphaera ut rota volvitur, vel quia ibi plaustrum est.

^a *Ad speculandum.* Ex eodem, lib. III, cap. 22.

CAP. XXXII. — ^b *Sphaera cæli est speci.* Hoc caput ex Hygin., Astron. cap. 1, et Ambros., I et II Hexam., et ex Somni. Scip., concinnatum est.

^c *Philosophi autem... arbitrantur* Ex Ambros., II Hexam., cap. 2. Cicero: *Novem tibi orbibus, vel potius globis, connexa sunt omnia*, etc.

CAP. XXXIII. — ^d *Sphaeræ motus duobus axib.* Id est, *polis*, quomodo alii quoque interdum loquuntur.

^e *Appellaturque Boreus.* Sic etiam appellatur a Serv., Geog. I.

^f *Et Austronotius.* Al., *Austronotus*, et Hygino *Notius*, sed in comment. in art. *Austronotus*, ut etiam inf., cap. 36, et lib. XIII, cap. 5.

^g *Et cum motu ejus sidera in ea fix.* Aug., de Gen. ad lit., lib. II, cap. 10.

CAP. XXXVI. — ^h *Axis est septentrional.* Sic rursus lib. XIII, cap. 5; et Serv. II Æn.: *Axis est, aut plaustrum septentrionale, aut pars Septentrionis.* Delebat tamen vocem *septentrionalis* Chacon. a quo non dissentimus.

148 CAPUT XXXVII.

De cælestibus polis.

1. Poli ^j sunt circuli qui currunt per axem. Horum alter est septentrionalis, qui nunquam occidit, appellaturque Boreus; alter australis, qui nunquam videtur, et Austronotius dicitur.

2. Et dicti *poli*, quod sint axium cyceli ex usu plaustrorum, a *poliando* scilicet nominati, sed *polus* Boreus semper videtur, Austronotius nunquam, quia dextra cæli altiora sunt, pressa Austri.

CAPUT XXXVIII.

De cardinibus cæli.

1. Cardines cæli extremæ partes sunt axis. Et dicti *cardines*, eo quod per eos vertitur cælum, vel quia sicut cor volvuntur.

CAPUT XXXIX.

De convexis cæli.

1. Convexa autem cæli, extrema ejus sunt a *curvitate* dicta, unde est illud:

Convexum quoties claudit nox humida cælum.

^k *Convexum enim curvum* est, seu inclinatum, et in modum circuli flexum.

149 CAPUT XL.

De januis cæli.

1. Januæ ^l cæli duæ sunt, Oriens et Occasus. Nam una porta sol procedit, alia se recipit.

CAPUT XLI.

De gemina facie cæli.

1. Facies cæli, vel caput, orientalis regio; ^m ultima septentrionalis. De qua Lucanus:

Sic mundi pars ima jacet, quam zona nivalis, Perpetuæque premunt hiemes.

CAPUT XLII.

De quatuor partibus cæli.

1. Climata ⁿ cæli, id est, plagæ, vel partes quatuor sunt ex quibus prima pars orientalis est, unde aliquæ stellæ oriuntur. Secunda occidentalis, ubi nobis aliquæ stellæ occidunt. Tertia septentrionalis, ubi sol pervenit in diebus majoribus. Quarta australis, ubi sol pervenit noctibus majoribus.

2. *Oriens* autem ab *oxortu* solis est nuncupatus. *Occidens*, quod diem faciat *occidere*, et interire. Abscondit enim lumen mundo, et tenebras superinducit, *Septen-*

ⁱ *Et dictus axis.* Quoniam, cap. 32, axium, cardinum et polorum meminerat, eorum nunc etymologias reddit.

CAP. XXXVII. — ^j *Poli sunt circuli.* Eadem inf., lib. XIII, cap. 5.

CAP. XXXIX. — ^k *Convexum.* E Serv., Eclog. 4; repetitur lib. XIII, cap. 5.

CAP. XL. — ^l *Januæ.* lib. XIII, cap. 4.

CAP. XLI. — ^m *Ultima septentrion.* Vocem *Lucani ima ultimam* interpretatur Isidorus. Alioqui quomodo ima pars septentrionalis, si (ut cap. 29 dixit) mundus in septentrionalem plagam erigitur. Itaque laborat ut Virgilium cum Lucano conciliet. Idem vidit Servius, qui ad Virgilio verba, *Mundus ut ad Scythiam: Jam, inquit, definitio est nostri climatis, id est, nostræ habitationis, quæ a Septentrione incipiens in australi plaga desinit.* Minus videt, qui bis in Isidoro *ima pro ultima* reponere conatus sit ad Lucanum solum respiciens.

CAP. XLII. — ⁿ *Climata cæli.* Ex Hieronym., in Ezech. cap. VI.

trio autem a *septem* stellis axis vocatur quæ in ipso revolutæ rotantur. Hic proprie et vertex dicitur, eo quod vertitur.

3. *Meridies* **150** autem vocatur, vel quod ibi sol facit *medium* diem, quasi *medidies*, vel quia tunc purius micat æther. *Merum* enim *purum* dicitur.

4. Sunt et alia septem climata cœli, quasi septem lineæ ab Oriente in Occidentem, sub quibus et mores hominum dispares, atque animalia specialiter diversa nascuntur; quæ vocata sunt a locis quibusdam famosis, quorum primus est Meroe, secundus Siene, ^a tertius Catachoras, id est, Aphrica, quartus Rhodus, quintus Hellespontus, sextus Mesopontus, septimus Boristhenes.

CAPUT XLIII.

De hemisphæriis.

1. Hemisphærium dimidia pars sphaeræ est; hemisphærium supra terras, est ea pars cœli quæ a nobis tota videtur; hæmisphærium sub terra, est quæ videri non potest, quandiu sub terra fuerit.

151 CAPUT XLIV.*De quinque circulis cœli.*

2. Zonæ cœli quinque sunt, quarum distinctionibus quædam partes temperie sua incoluntur, quædam immanitate frigoris aut caloris inhabitabiles existunt. Quæ ideo, et zonæ, vel circuli appellantur, eo quod in circumductione sphaeræ existunt.

2. Quorum primus circulus ideo *Arcticus* appellatur, eo ^b quod intra eum *Arctorum* signa inclusa perspicuntur. ^c Secundus circulus ex eo *θερινός τροπικός* dicitur, quia in eo circulo sol Aquilonis finibus æstatem faciens ultra eum circulum non transit, sed statim revertitur, et inde *tropicus* appellatus.

3. Tertius circulus *ισσημερινός*, qui a Latinis ideo æquinoctialis appellatur, eo quod sol cum ad eum orbem pervenerit, æquinoctium facit (*ισσημερινός* enim Latine *dies* dicitur *æquinox*) quo circulo dimidia sphæ-

^a *Tertius Catachoras.* — *Catagoras, cathocoras, catagorius, et catakorius* habent Ms.; et voces id est *Aphrica* absunt a Romano Cod., et forte a Cassiodoro huc allatæ; ille enim, *tertius Aphrica*. Capella, *tertius Dialexandrias*, quod ducitur per Cyrenas in Aphricam Carthagini ab Austro adjacentem, ex quo quidam, *tertius Cyrenæ in Africa* faciebant. Alius *catacaras, catamisocaras* interpretabatur, esse namque Misucaram portum in Mauritania. Chæcon superioribus verbis annectebat, a locis famosis, *κατὰ χῶρας*.

CAP. XLIV. — *Quod intra eum Arctorum.* Sic omnes Goth. tum hic, tum lib. XIII, cap. 6. Hyginus, lib. III, cap. 1, de Polo Arctico, *quo utraq; Arcti nixæ vehuntur Arctico circulo inclusæ*. Neque vero *Arcturi*, quod est in Exeusia displicet. Nam idem Hyg., lib. I Astron. (unde hæc sumpta videntur): *Qui circulus (inquit) Arcticus appellatur, quod intra eum Arcturi simulacra utinclusa perspicuntur quæ signa a nobis ursarum speciei ficta, Septentriones appellantur.* Et Arat. interp.: *Duo sunt Arcturi quorum majorem vocant Helicen, et paulopost: Arcturus minor, etc.*

^c *Secundus circulus.* Verba Hygini, lib. I de Astron.: *ισσημερινός* namque Latine dicitur *dies æquinox*. Quod si verbum ipsum redderemus, *æquidialis* potius nominaretur. Quo modo antiquos locutos tradit Festus his verbis: *Æquidiale apud antiquos dictum est, quod nunc dicimus æquinoctiale, quia nox diei potius quam nocti adnumerari debet. Græci quoque in hoc*

Aræ pars constituta perspicitur. Quartus circulus Antareticus vocatur, eo quod contrarius sit circulo quem Arcticum nominamus.

4. Quintus circulus *χειμερινός τροπικός*, qui a Latinis *hiemalis*, **152** sive *brumalis* appellatur, ideo quia sol cum ad eum circulum pervenerit, hiemem iis qui ad Aquilonem sunt facit, æstatem autem iis qui in Austri partibus commorantur.

CAPUT XLV.

De circulo zodiaci.

1. Zodiacus ^d autem circulus est qui ex linearum quinque angulis et ex una linea constat.

CAPUT XLVI.

De candido circulo.

1. Lacteus circulus via est quæ in sphaera videtur, a *candore* dicta, quia alba est, ^e quam aliqui dicunt viam esse ^f qua circuit sol, et ex splendoris ipsius transitu ita lucere.

CAPUT XLVII.

De magnitudine solis.

1. Magnitudo solis ^g fortior est terra, unde, e eodem momento quo oritur, et Orienti simul, et Occidenti æqualiter apparet. Quia vero tanquam cubitalis nobis videtur, considerare oportet quantum sol distat a terris, quæ longitudo facit ut parvus videatur nobis.

153 CAPUT XLVIII.*De magnitudine lunæ.*

1. Magnitudo quoque lunæ minor fertur esse quam solis. Nam dum sol ^h superior sit a luna, et tamen a nobis major quam luna videatur, jam si prope nos accessisset, multo major quam luna conspiceretur. Sicut autem fortior est sol terra, ita terra fortior luna per aliquam quantitatem.

CAPUT XLIX.

De natura solis.

1. Sol ⁱ dum igneus sit præ nimio motu conver-

consentiunt *ισσημερινός*, id est, æquidiale dicentes. Sed nos æquinoctium dicimus, non æquidium. Græci a die, nos a nocte nomen fecimus. Neque tamen dissimulabimus in omnibus libris legi, *Hemerinos* enim Latine dicitur *dies*, atque *nox* duobus exceptis Tarracensisibus, a quibus voces atque *nox* absunt. Chæcon ita; *ἡμέρα* namque Latine dicitur *dies* atque *nox*; voluisse namque Isidorum *ἡμέρας* appellatione diem noctemque contineri, quomodo etiam edidit Vulcanius. Hygini lib. I: *Deinde ducitur circulus æquinoctialis Græcis isemerinos appellatus, ideo quod sol cum ad eum orbem pervenit, æquinoctium conficit. Hoc circulo facto dimidia sphaeræ pars constituta perspicitur.*

CAP. XLV. — ^d *Zodiaeus.* Ita omnes libri, quo sensu, non plane dixerim; aliter lib. XIII, cap. 6. Sed illa quoque, ut aliena a Gothicis absunt.

CAP. XLVI. — ^e *Quam aliqui dicunt.* Metrodorus, ut refert Plutare.

^f *Qua circuit sol.* Currit, R., ut lib. XIII, cap. 5. CAP. XLVII. — ^g *Fortior est terra*, id est major, ut c. seq. et sup., cap. 6, fortiorem numerum non semel dixit.

CAP. XLVIII. — ^h *Superior sit a luna.* De hac constructione diximus in cap. 5. Locus autem ex Hygini lib. IV, c. de Luna.

CAP. XLIX. — ⁱ *Sol dum igneus sit.* Ex comment. Arat. in fin.

sionis suæ amplius incalescit. ^a Cujus ignem dicunt philosophi aqua nutriri, et ^c contrario elemento virtutem luminis et caloris accipere. Unde videmus eum sæpius madidum, atque rorantem.

CAPUT L.

De cursu solis.

1. Solem ^b per seipsum moveri, non cum mundo verti dicunt. **154** Nam si fixus cœlo maneret, omnes dies et noctes æquales existerent; sed quoniam alio loco cras occasurum, alio occidisse hesterno videmus, apparet eum per seipsum moveri, non cum mundo verti. Spatiis enim inæqualibus orbis annuos conficit propter temporum mutationes.

2. Nam vadens longius ad meridiem, hiemem facit, ut hibernis humoribus, ac pruinis terra pinguescat. Accedens propius ad Septentrionem, æstatem reddit, ut fruges maturitate durentur, et quæ sunt in humidis incocta fervere facta mitescant.

CAPUT LI.

[De effectu solis]

2. Sol oriens diem facit, occidens noctem inducit; nam dies est sol super terras, nox est sol sub terris. ^c Ex ipso enim sunt horæ; ex ipso dies, cum ascenderit; ex ipso etiam nox cum occiderit; ex ipso menses, et anni numerantur; ex ipso vicissitudines fiunt temporum.

2. Quando autem per meridiem currit, vicinior est terræ; quando vero juxta Septentrionem, ^d sublimis attollitur. Cui ideo Deus diversos cursus constituit, loca, et tempora, ne dum semper eisdem moraretur locis, quotidiano vapore ejus universa consumerentur, sicut Clemens ait: *Cursus diversos accipit, quibus aeris temperies pro ratione temporum dispensatur, et ordo vicissitudinum permutationumque servatur. Nam dum ad superiora conscenderit, ver temperat; 155 ubi autem ad summum cœli venerit, æstivos accendit calores; descendens rursus autumno temperiem reddit. Ubi vero ad inferiorem reddit circulum, ex glaciali compage cœli rigorem nobis hiberni frigoris derelinquit.*

CAPUT LII.

De itinere solis.

1. Sol oriens per meridiem iter habet, qui postquam ad occasum venerit, et Oceano se tinxerit,

^a *Cujus ignem dicunt philosophi. Cleanthi eam opinionem tribuit Cicero, in de Nat. Deor. Et in: Alii autem solem, lunam, reliqua astra aquis, alia dulcibus, alia marinis; Camque causam eleantes affert, cur se sol referat, nec longius progrediatur solstitiali orbe, itaque brumali, ne longius discedat a cibo. Lucretius quoque, de Sideribus lib. v:*

Sive aliunde fluens alicunde extrinsecus aer
Versat agens ignes, sive ipsi serpere possunt,
Quo cujusque cibis vocat, atque invitat euntes,
Flammea per cœlum pascentes corpora passim.

Et solem ex ignibus ab humidis vaporibus collectis coagmentatum, nubemque quamdam ustulantem esse, Xenophanes aiebat. Vid. Plutarch., Plin. et Arat. Comment.

CAP. I. — ^b Solem per seips. Pleraq. ex Hygin. lib. iv, cap. de Sole.

^o per incognitas sub terra vias vadit, et rursus ad orientem recurrit.

CAPUT LIII.

De lumine lunæ.

1. Lunam ^f quidam philosophi dicunt proprium lumen habere, globique ejus unam partem esse lucifluantem, aliam vero obscuram, et paulatim se vertendo diversas formas efficere. ^g Alii e contra aiunt lunam non suum lumen habere, sed solis radiis illuminari. Unde et eclipsim patitur, si inter ipsam et solem umbra terræ se interponat.

CAPUT LIV.

De formis lunæ.

1. Prima figura lunæ bicornis est, ^h secunda sectilis, tertia dimidia, quarta plena, quinta iterum dimidia ex majore, sexta iterum sectilis, septima bicornis.

2. Septima iterum semis et vicesima secunda semis in suo orbe mediæ sunt; cæteræ proportionales sunt.

156 CAPUT LV.

De interlunio lunæ.

1. Interlunium lunæ est tempus illud inter deficientem et nascentem lunam. Est autem tricesima dies qua luna non lucet. Quæ ideo tunc videri non potest, quia soli conjuncta obscuratur; sed eodem momento renascens paulatim ab eo recedendo videtur.

CAPUT LVI.

De cursu lunæ.

1. Luna amissi ac recepti luminis vicibus menstrua spatia moderatur. ⁱ Quæ ideo obliquo et non recto incedit cursu ut sol, ne incidat in centrum terræ, et frequenter patiatur eclipsim. Vicinus est enim circulus ejus terræ. Crescens autem orientem cornibus spectat; decrescens occidentem; merito, quia occasura et amissura est lumen.

CAPUT LVII.

De vicinitate lunæ ad terras.

1. Luna terris vicinior est quam sol. Inde et breviori orbe celerius peragit cursum suum. Nam iter quod sol in diebus CCCLXV peragit, ista per triginta dies percurrit. Unde et antiqui menses in luna, annos autem in solis cursu posuerunt.

CAPUT LVIII.

De eclipsi solis.

1. Eclipsis ^j solis est quoties luna tricesima ad eandem lineam **157** qua sol vehitur pervenit, cique

CAP. LI. — ^c Ex ipso... temporum. Verba Clem. viii Recogn.

^d Sublimis attollitur. Reliqua, quæ in excusis libris leguntur absunt a. Ms. et allata huc sunt e cap. 17 libri de Natura rer. ad Sisebuth.

CAP. LII. — ^e Per incognitas sub terra vias. Cognitas jam nostrorum hominum diligentia.

CAP. LIII. — ^f Lunam quidam. Ex Arat. comment. ^g Alii e contra. Sensum quidem ex iisdem commentariis, sed verba ex Hieronimo mutuatus est in Isaie cap. LXVI.

CAP. LIV. — ^h Secunda sectilis... sexta iterum sectilis. Al., utrobique sextilis.

CAP. LVI. — ⁱ Quæ ideo... incidit. E Servio, Æn. 1. ad verb. Hic canit errantem lunam.

CAP. LVIII. — ^j Eclipsis. Ex interprete Arat. prope fin.

se obiciens solem obscurat. Nam deficere nobis sol videtur, dum illi orbis lunæ opponitur.

CAPUT LIX.

De eclipſi lunæ.

1. Eclipsis lunæ est quoties in umbram terræ luna incurrit. Non enim suum lumen habere, sed a sole illuminari putatur, unde et defectum patitur, si inter ipsam et solem umbra terræ interveniat.

2. Patitur autem hoc decima quinta luna eoque quando centrum atque umbram obstantis terræ exeat, videatque solem, vel a sole videatur.

CAPUT LX.

De differentia stellarum, siderum et astrorum.

1. Stellæ et sidera, et astra inter se differunt. Nam stella est quælibet singularis. Sidera vero sunt stellis plurimis facta, ut Hyades, Pleiades.

2. Astra autem sunt stellæ grandes, ut Orion, Bootes. Sed hæc nomina scriptores confundunt, et astra pro stellis, et stellas pro sideribus ponunt.

CAPUT LXI.

De lumine stellarum.

1. Stellæ non habere proprium lumen, sed a sole illuminari dicuntur, sicut et luna.

158 CAPUT LXII.

De stellarum situ.

1. Stellæ immobiles sunt, et cum cælo fixæ perpetuo motu feruntur, neque cadunt per diem, sed solis splendore obscurantur.

CAPUT LXIII.

De cursu stellarum.

1. Sidera, aut feruntur, aut moventur. *Feruntur* quæ cælo fixa sunt, et cum cælo volvuntur. *Moventur* vero quædam, sicut planetæ, id est, erraticæ, quæ cursus suos vagos certa tamen definitione conficiunt.

CAPUT LXIV.

De vario cursu stellarum.

1. Stellæ pro eo quod ^a per diversos orbis cælestium planetarum feruntur, quædam celerius exortæ serius occidunt, quædam tardius exortæ citius ad occasum perveniunt.

2. Aliæ pariter oriuntur et non simul occidunt, omnes autem suo tempore ad cursum proprium revertuntur.

CAPUT LXV.

De intervallis stellarum.

1. Stellæ inter se diversis intervallis distant a terra, propterea dispari claritate magis, minusve nostris oculis apparent; nam multæ majores sunt iis quas videmus conspicuas, sed longius positæ parvæ videntur a nobis.

^a CAP. LXIV. *Per diversos orbis cælestium planetarum.* Rom. Cod., *Cælestium polorum*, ex quo *parallelorum* faciebat Chacon. Porro, quæ restant ex Hygini sunt præfatione.

^b CAP. LXVI. *Pyrois.* Cum in omnibus libris esset *Vesper*, recte monuit Chacon permutandas esse litteras. Ita namque Martem vocari ab omnibus, etiam ab Isid., cap. 70. Unde etiam corrigendus lib. v, cap. 30. Vid. Cic., II de Nat. Deor., et Censor., cap. 13, de die Natal.

159 CAPUT LXVI.

De numero circulari stellarum.

1. Numerus circularis stellarum est, per quem cognosci dicitur in quanto tempore circulum suum unaquæque stella percurrat, sive per longitudinem, sive per latitudinem.

2. Nam luna octo annis fertur explere circulum suum, Mercurius annis viginti, Lucifer annis novem, sol annis decem et novem, ^b Pyrois quindecim, Phaeton duodecim, Saturnus triginta. Quibus peractis ad reversionem circuli sui iisdem signis et partibus revertuntur.

3. Quædam sidera radiis solis præpedita anomala fiunt, aut retrograda, aut stationaria, ^c juxta quod et poeta meminit dicens :

Sol tempora dividit ævi ;

B Mutat nocte diem, radiisque potentibus astra
Ire vetat, cursusque vagos statione moratur.

CAPUT LXVII.

De stellis planetis.

1. Quædam stellæ ideo planetæ dicuntur, id est, *errantes*, quia per totum mundum vario motu discurrunt. Unde pro eo quod errant *retrogradæ* dicuntur, vel *anomala* efficiuntur, id est, quando particulas addunt et detrahunt. Cæterum quando tantum detrahunt, *retrogradæ* dicuntur, stationem autem faciunt quando stant.

160 CAPUT LXVIII.

De præcedentia et antegradatione stellarum.

1. Præcedentia vel antegradatio stellarum est, dum stella motum suum consuetum agere videtur, et aliquid præter consuetudinem præcedit.

CAPUT LXIX.

De remotione vel retrogradatione stellarum.

1. Remotio vel retrogradatio stellarum est, quando stella, dum motum suum agit, simul et retrorsum moveri videtur.

CAPUT LXX.

De statu stellarum.

1. Status stellarum est, quia dum stella semper movetur, tamen in aliquibus locis stare videtur.

CAPUT LXXI.

De nominibus stellarum, quibus ex causis nomina acceperunt.

1. Sed appellatus, eo quod solus appareat, obscuratis fulgore suo cunctis sideribus.

D 2. ^d Luna dicta quasi *Lucina*, ablata media syllaba, de qua Virg. : *Casta fave Lucina*. Sumpsit autem nomen per ^e derivationem a solis luce, **161** eo quod ab eo lumen accipiat, acceptumque rediat.

3. Stellæ dictæ a *stando*, quia semper fixæ stant in cælo, nec cadunt. ^f Nam quod videmus de cælo

^e *Juxta quod, et poeta.* Lucan., lib. x, apud quem non *ævi*, sed *anni* legimus.

^d CAP. LXXI. *Luna dicta q. Lucina.* Cic. : *Luna a lucendo nominata, eademque est Lucina.*

^e *Per derivationem a solis luce.* Cicer. in Somn. *Ex quibus illa, quæ ultima cælo, citima terris luce lucēbat aliena.*

^f *Nam quod videmus e cælo.* Serv., Georg. i. *Quod autem videmus e cælo stellas quasi labi ἀπὸ πύρις sunt ignis ætherei, quæ fiunt, etc.*

stellas quasi labi, non sunt stellæ, sed igniculi ab æthere lapsi, qui fiunt dum ventus altiora petens æthereum ignem secum trahit, qui trecu suo imitatur stellas cadentes. Nam stellæ cadere non possunt; immobiles enim (ut prædictum est) sunt, et cum cælo fixæ feruntur.

4^a Sidera dicta, quod ea navigantes *considerando* dirigunt ad cursum consilium, ne fallacibus undis aut ventis alio deducantur. Quædam autem stellæ idcirco *signa* dicuntur, quia eas nautæ observant in gubernandis remigiis, contemplantes aciem, fulgoremque earum, quibus rebus status cæli futurus ostenditur.

5. Sed et omnes homines ea intendunt ad prævidendas aeris qualitates per æstatem, et hiemem, vernalemque temperiem. Ortu enim vel occasu suo certis stationibus temporum qualitates significant.

6. Signorum primus Arctos, qui in axe fixus septem stellis in se revolutis rotatur. Nomen est Græcum, quod Latine *Ursa* dicitur; quæ quia in modum plaustrum vertitur, nostri eam Septentrionem dixerunt.

7. Triones enim proprie sunt boves aratorii, dicti eo quod terram terant, quasi *teriones*. Septentriones autem non occidere axis vicinitas facit, quia in eo sunt.

8. Arctophylax dicitur, quod Arctou, id est, Hellicem Ursam sequitur. Eundem et Booten dixerunt, eo quod plastro hæret: signum multis inspectabile stellis, inter quas Arcturus est.

9. Arcturus est sidus post caudam majoris Ursæ positum in signo Bootæ. Unde et Arcturus dictus est, quasi ἀρκτου οὐρά, quia Bootæ præcordiis collocata est. Oritur autem autumnali tempore.

162 10. Orion astrum ante Tauri vestigia fulget; et dictus Orion ab *urina*, id est, ab inundatione aquarum. Tempore enim hiemis obortus, mare et terras aquis et tempestatibus turbat.

11. Hunc Latini Jugulam vocant, quod sit armatus, ^a ut gladio, et stellarum luce terribilis, atque clarissimus; in quo si effulgent omnia, serenitas portenditur; si obscuratur hic acies, tempestas cernitur imminere.

^a Sidera q. e. n. *considerando*. At Varro: *Sidera quæ insidunt, atque ita significant aliquid in terris.*

^b *Arcturus sidus*, E. Serv., Æn. 1.

^c *Hunc Latini jug.* Ex comm. Arat.

^d *Ut gladio*. Aratus, ξίφος ἔφι περαιθῶς. Cic.: *Et dextra retinens non easum luminis ense.* Varro tamen non ad eusem refert *jugalæ* etymon. Sic namque scribit: *Citius Orion patefit, hujus signi e caput dicitur e stellis tribus, quas infra due claræ, quas appellant humeros, inter quæ quod videtur jugulum, unde et jugula dicta.*

^e *Hyadas dictæ*. Serv., Æn. 1. Hyades dictæ ἀπὸ τοῦ ἕειν. Latine *succulæ* a *succo*, et Georg. 1: Hyades ἀπὸ τοῦ ἕειν, e quo apparet esse quæ hoc loco confusa leguntur. Arati quoque interpretis: *Hyades* (inquit) *appellantibus Græcis, quod nostri a similitudine cognominis vocabulum eis stellis propter succos impositum arbitrantur, imperiti appellavere succidas.* Cic. 11 de Nat. Deor.: *Has Græci Hyadas vocitare consueverunt a pluendo, ἕειν namque est pluerre, nostri imperite succulas, quasi a suis essent, non ab imbribus nominatæ.*

^f *Pleiadas a pluralitate*. Ex Arat. comment. Nam Serv., Georg. 1, ἀπὸ τοῦ πλέειν, id est navigando,

12. ^e Hyades dictæ ἀπὸ τοῦ ἕειν, id est, a *succo*, et *pluviis*. Nam pluvia Græce ἕειν dicitur. Ortu quippe suo efficiunt pluvias, unde et eas Latini *succulas* appellaverunt, quia quando nascuntur, pluviarum signa monstrantur, de quibus Virgilius: *Arcturum pluviasque Hyadas*. Sunt autem septem in fronte Tauri, et oriuntur tempore vernali.

13. ^f Pleiades a *pluralitate* dictæ, quia pluralitatem Græci πλειότιτα appellant. Sunt autem stellæ septem ante genua Tauri, ex quibus sex videntur, nam latet una. Has Latini *Vergilias* dicunt, a temporis significatione, quod est *ver*, quando exoriuntur. Nam occasu suo 163 hiemem, ortu æstatem, primæque navigationis tempus ostentunt.

14. Canicula stella quæ et Sirius dicitur, æstivis mensibus in medio centro cæli est, et dum sol ad eam ascenderit, conjuncta cum sole, duplicatur calor ipsius, et dissolvuntur corpora, et vaporantur. Unde ex ipsa stella *dies caniculares* dicuntur, quando et molestæ sunt purgationes.

15. *Canis* autem vocatur propterea, quod corpora morbo afficiat. ^g *Sirius* propter flammæ candorem, quod ejusmodi sit, ut præ cæteris lucere videatur. Itaque quo magis eam cognoscerent, Sirion appellasse.

16. Cometes stella dicta est, eo quod comas luminis fundat ex se. Quod genus sideris quando apparuerit, aut pestilentiam, aut famem, aut bella significat.

17. ^h *Cometæ* autem Latine *erinitæ* appellantur, quod in modum erinium flammam spargunt, quas Stoici dicunt esse ultra xxx, quarum nomina et effectus quidam astrologi scripserunt.

18. Lucifer dictus, eo quod inter omnia sidera plus lucem ferat; est autem unus ex planetis. Hic proprie et *jubar* dicitur, eo ⁱ quod *jubas* lucis effundat, sed et splendor solis et lunæ, ac stellarum, *jubas* vocatur, quod in modum *jubæ* radii ipsorum extendantur.

19. ^j Hesperus stella occidentalis, quam cognominatam perhibent ab Hespero Hispaniæ rege. Est autem, et ipsa ex quinque stellis planetis, noctem ducens, et solem sequens. Fertur autem quod hæc stella oriens quod ortu suo primæ navigationis tempus ostendat.

^g *Sirius propter flammæ candorem*. Qui sive pro *Sirius* hoc loco legerunt (ut est in plerisque omnibus Manusc.) offecit eorum luminibus in *canicula* et *candore* vocis similitudo, neque adverterunt *σειριαν* *candere* esse et *splendore*, Isidorumque qui antea *Canicula* quæ et *Syrus* dixisset, nunc utriusque nominis rationem reddere. Cum præsertim in Arat. commentariis, unde sunt hæc ita scriptum sit: *Srium autem stellam vocatam putant propter flammæ candorem*. Postremo *Colicum* varietas (nam in quibusdam *sive*, in aliis *aut* (in aliis *vel*) ipsos satis coarguit, est vero proprie *Sirius* (ut ait Serv., Æn. x) stella in ore canis.

^h *Cometæ autem Latine erinitæ*. Serv., Æn. x: *Cometæ Latine erinitæ appellantur, et Stoici dicunt has stellas esse ultra xxxii, quarum nomina et effectus Avienus, qui iambicis scripsit Virgiliti fabulas, memorat*. Sed Isid. forte ultra xxx scripsit, neglecto minori numero.

ⁱ *Quod jubas luc.* E Serv., Æn. iv. Ita portis *jubare* ex d. 1.

^j *Hesperus* Serv., Æn. i et iii.

Luciferum, occidens vespere facit, de qua Statius :
...et alterno deperditur unus in ortu.

164 20. Planetæ stellæ sunt quæ non sunt fixæ in cœlo, ut reliquæ, ^a sed in aere feruntur. Dictæ autem *planetæ ἀπο τῆς πλάνης*, id est, *ab errore*. ^b Nam interdum in Austrum, interdum in Septentrionem, plerumque contra mundum, nonnunquam cum mundo feruntur. ^c Quarum nomina Græca sunt Phaeton, Phænon, Pyrois, Hesperus, Stilbon.

21. Hos Romani nominibus deorum suorum, id est, Jovis, Saturni, Martis, Veneris atque Mercurii, sacraverunt. ^d Decepti enim, et decipere volentes, in eorum adulationem qui sibi aliquid secundum amorem sæculi præstitissent, sidera ostendebant in cœlo, dicentes quod Jovis esset illud sidus, et illud Mercurii, et concepta est opinio vanitatis. Hanc opinionem erroris diabolus confirmavit, Christus evertit.

22. Jam vero illa quæ ab ipsis gentilibus *signa* dicuntur, in quibus et animantium imago de stellis formatur, ut Arctos, Aries, Taurus, Libra, et hujusmodi alia, ii qui sidera præviderunt in numerum stellarum, speciem corporis superstitiosa vanitate permoti, finxerunt, ex causis quibusdam deorum suorum et imagines et nomina conformantes.

23. Nam Arietem primum signum, cui, ut Libræ, mediam mundi lineam tradunt, propter Ammonem, Jovem ideo vocaverunt, in cujus capite qui simulacra faciunt Arietis cornua figunt.

24. Quod signum gentiles ideo inter signa primum constituerunt, quia in mense Martio, qui est anni principium, solem in signo illo cursum agere dicunt, ^e sed et Taurum inter sidera collocant, et ipsum in honorem Jovis, eo quod in bovem sit fabulose conversus, quando Europam transvexit.

165 25. ^f Castorem quoque et Pollucem post mortem inter notissima sidera constituerunt, quod signum Gemini dicunt.

26. Cancrum quoque inde dixerunt, eo quod ad id signum mense Junio sol dum venerit retrograditur in modum cancri, brevioresque facit dies; hoc enim animal incertam habet primam partem, denique ad utramque partem gressum dirigit, ita ut prior pars sit posterior, et posterior prior.

27. Leonem ingentem Hercules in Græcia occidit, et propter virtutem suam hunc inter duodecim signa constituit. Hoc signum sol cum attigerit, nimium calorem mundo reddit, et annuos flatus Etesias facit.

28. Virginis etiam signum ideo intra astra collocaverunt, propter quod eisdem diebus in quibus sol per illud decurrit, terra exusta solis ardore nihil pa-

riat, est enim hoc tempus canicularium dierum.

29. Libram autem vocaverunt ab æqualitate mensis ipsius, quia octavo Kal. Octobris sol per illud signum currens æquinoctium facit, Unde et Lucanus :
Ad juxta pondera Libræ.

30. Scorpionum quoque et Sagittarium propter fulgura mensis ipsius appellaverunt. Sagittarius vir equinis cruribus deformatus, cui sagittam et arcum adjungunt, ut ex eo mensis ipsius fulmina demonstrantur. Unde et Sagittarius est vocatus.

31. Capricorni figuram ideo inter sidera finxerunt, propter capram Jovis nutricem, cujus posteriorem partem corporis in effigiem piscis ^g ideo formaverunt, ut pluvias ejusdem temporis designarent, quas solet idem mensis plerumque in extremis habere.

B 32. Porro Aquarium et Pisces, ab imbris temporum vocaverunt, quod hieme, quando in his signis sol vertitur, majores pluviae profunduntur. Et miranda gentilium dementia, qui non solum pisces, sed etiam arietes, et hircos, et tauros, ursas, et canes, cancos, et scorpiones in cœlum transtulerunt; nam et aquilam et cygnum propter Jovis fabulas inter cœli astra ejus memoriæ causa collocaverunt.

166 33. Perseum quoque, et uxorem ejus Andromedam, posteaquam sunt mortui in cœlum receptos esse crediderunt, ita ut imagines eorum stellis designarent eorumque appellare nominibus non erubescerent.

34. ^h Aurigam, etiam Erichthonium, inter cœli astra collocaverunt, propter quod vidissent eum primum quadrigas junxisse. Mirati sunt enim ingenium ejus ad imitationem solis accessisse, et propter hoc nomen ejus post mortem inter sidera posuerunt.

35. Sic Calisto, Lycaonis regis filia, dum a Jove compressa, et fabulose a Junone in ursæ fuisset speciem versa, quæ Græce *ἄρκτος* appellatur, post interfectionem ipsius nomen ejus Jovis ⁱ cum filio in stellis septentrionalibus transtulit, eamque Arcton, filium autem ejus Arctophylaca appellavit.

36. Sic lyra pro Mercurio in cœlum locata. Sic Centaurus Chiron, propter quod nutrierit Æsculapium et Achillem, inter astra dinumeratus est.

37. Sed quolibet modo superstitionis hæc ab hominibus nuncupentur, sunt tamen sidera, quæ Deus in mundi principio condidit, ac certo motu distinguere tempora ordinavit.

38. Horum igitur signorum observationes, vel geneses, vel cætera superstitiosa, quæ se ad cognitionem siderum conjungunt, id est, ad notitiam fatuorum, et fidei nostræ sine dubitatione contraria sunt;

^a Sed in aere fer. Ut multis est visum. Vid. Plin., lib. II.

^b Nam interdum ad Aust. Verba Serv., Georg. I, ad versum : Quos ignis cœli Cyllen.

^c Quorum nomina Græc. Sive hæc ex Hygino, sive e Cicrone sumpta sint, illud certum est, Phaetonta Isidoro non esse Saturnum, ut sibi constet. Nam cap. 65, Phaetonta XII annis cursum explere dixit, Saturnum vero XXX. Itaque frustra in hoc dectissimus vir laboravit. Vide Plutarch., II de Plac., et Capell. VIII de Planet. Orb.

^d Decepti. e et decipere vol. Ex Aug., in ps. XCIII.

^e Sed et Taurum. Ex Arat. Comm.

^f Castorem. Ex Hygini Astr. lib. II.

^g Ideo formaver. Al., finxerunt.

^h Aurigam etiam Erichthon. Hygini lib. II.

ⁱ Jovis cum filio. Jovis in recto casu etiam usus est Arati interpret, et Petronius; notus etiam de diis Ennianus versus :

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

sic ignorari debent a Christianis ut nec scripta esse videantur.

39. Sed nonnulli, siderum pulchritudine et claritate pellecti, in lapsus stellarum cæcatis mentibus corruerunt, ita ut per supputationes noxias, **167** quæ *mathesis* dicitur, eventus rerum præscire possent; quos non solum Christianæ religionis doctores, sed etiam gentilium, Plato, Aristoteles, atque alii, rerum veritate commoti, concordi sententia damnaverunt, dicentes confusionem rerum potius de tali persuasione generari.

40. Nam si (ut dicunt) genus humanum ad varios actus nascendi necessitate premitur, cur, aut laudem mereantur boni, aut mali legum percipiant ultionem? Et quamvis ipsi non fuerint cœlesti sapientiæ cœditi, veritatis tamen testimonio, errores eorum merito pertulerunt.

41. Ordo autem iste septem sæcularium disciplinarum ideo e philosophis usque ad astra perductus est, scilicet, ut animos sæculari sapientia implicatos a terrenis rebus abduceret, et in superna contemplatione collocaret.

LIBER QUARTUS.

DE MEDICINA.

CAPUT PRIMUM.

De medicina.

1. Medicina ^a est quæ corporis vel tuctur vel restaurat salutem, cujus materia versatur in morbis et vulneribus.

2. Ad hanc itaque pertinent, non ea tantum quæ ars eorum exhibet qui proprie medici nominantur, ^b sed etiam cibus, et potus, et tegumen; **168** defensio denique omnis, atque munitio, qua corpus nostrum adversus externos ictus casusque servatur.

CAPUT II.

De nomine ejus.

1. Nomen ^c autem medicinæ a modo, id est, temperamento impositum æstimatur, ut non satis, sed paulatim adhibeatur. Nam in multo contristatur natura, mediocri autem gaudet; unde et qui pigmenta et antidota satis vel assidue biberint, vexantur. Immoderatio enim omnis, non salutem, sed periculum affert.

CAPUT III.

De inventoribus medicinæ.

1. Medicinæ ^d autem artis auctor ac repertor apud Græcos perhibetur Apollo. Hanc filius ejus Æsculapius laude vel opere ampliavit.

2. Sed postquam fulminis ictu Æsculapius interiit, interdita fertur **169** medendi cura, et ars simul cum auctore defecit, latuitque per annos pene quingentos, usque ad tempus Artaxerxis regis Persarum. Tunc eam ^e revocavit in lucem Hippocrates, ^f Aselepio patre genitus in insula Coe.

CAPUT IV.

De tribus hæresibus medicorum.

1. Hi itaque ^g tres veri totidem hæreses invenerunt.

CAP. I. — ^a *Medicina.* Cœlium Aurelianum fere secutus est in hoc libro.

^b *Cibus, et potus, et tegumen.* Al., *cibi, et potus tegmen, et tegumen.* Al., *regimen, et tegmen,* nos regimen ex varietate scripturæ tegmen et tegumen irrepsisse putamus.

CAP. II. — ^c *Nomen autem medicinæ a modo.* Non tam de veriloquio laborasse quam occasione in voce quæsisse videtur, ut reliqua inferret. Id enim φιλοσοφότερον, quod et Plato et Varro persæpe faciunt.

CAP. III. — ^d *Medicinæ autem artis.* Soranus, in præfat. Isagoges: *Medicinam quidem invenit Apollo, amplificavit Æsculapius, perfecit Hippocrates.*

Prima, Methodica, inventa est ab Apolline, quæ remedia sectatur et carmina. Secunda, ^h Empirica, id est, experientissima, inventa est ab Æsculapio, quæ non indiciorum signis, sed solis constat experimentis. Tertia, Logica, id est rationalis, inventa ab Hippocrate.

2. Iste enim, discussis ætatum, regionum vel ægritudinum qualitatibus, artis curam rationabiliter perscrutatus est. Empirici enim experientiam solam sectantur; logici experientiæ rationem adjungunt; methodici, nec elementorum rationem observant nec tempora, nec ætates, nec causas, sed solas morborum substantias.

170 CAPUT V.

De quatuor humoribus corporis.

1. Sanitas est integritas corporis, et temperantia naturæ ex calido et humido, quod est sanguis; unde et sanitas dicta est, quasi *sanguinis status*.

2. Morbi generali vocabulo omnes passiones corporis continentur, quod inde veteres morbum nominaverunt, ut ipsa appellatione mortis vim quæ ex eo nascitur demonstrarent. Inter sanitatem autem et morbum media est curatio, quæ nisi morbo congruat, non perducit ad sanitatem.

3. Morbi autem omnes ex quatuor nascuntur humoribus, id est, ex sanguine, et felle, melancholia, et phlegmate. Sicut autem quatuor elementa, sic et quatuor humores, et unusquisque humor suum elementum imitatur: sanguis aerem, cholera ignem, melancholia terram, phlegma aquam. Et sunt quatuor humores, sicut quatuor elementa, quæ conservant corpora nostra.

4. ⁱ Sanguis ex Græca etymologia vocabulum

^e *Revocavit in lucem.* Plin., lib. ix, cap. 1: *Tum vero cam revocavit in lucem Hippocrates genitus in insula Coe imprimis clara, et valida, et Æsculapio dicata.*

^f *Aselepio patre.* Qui fuit sanguinis fortasse auctor ultimus. Nam ab Æsculapio nonns, decimusve fuisse dicitur Hippocrates, filius vero Heraclidæ et Pheneretæ.

CAP. IV. — ^g *Itaque tres viri.* Vid. Celsi præfationem ad lib. de Re medic.

^h *Empirica, id est, experientissima.* Potuit cum Plinio *experimentosam* dicere.

CAP. V. — ⁱ *Sanguis ex Græc. etymolog.* Ἀπὸ τοῦ ζῆν, sive ζῆν, quod est vivere.

sumpsit, quod vegetet, et sustentet, et vivat. Cholera Græci vocaverunt, quod unius diei spatio terminetur, unde et cholera, id est, *fellicula* nominata est, hoc est, fellis effusio; Græci enim fel *χολήν* dicunt.

5. Melancholia dicta eo quod ex nigri sanguinis fece admista sit abundantia fellis. Græci enim *μέλαν* nigrum vocant, *fel* autem *χολήν* appellant.

6. ^b Sanguis Latine vocatus, quod sit suavis; unde et hominis **171** quibus dominatur sanguis, dulces et blandi sunt.

7. ^c Phlegma autem dixerunt, quod sit frigidum. Græci enim *rigorem* *φλέγμα* appellant. Ex his quatuor humoribus reguntur sani, ex his læduntur infirmi. Dum enim amplius extra cursum naturæ creverint, ægritudines faciunt.

8. Ex sanguine autem et felle acutæ passiones nascuntur, quas Græci *ἄξια* vocant. Ex phlegmate vero et melancholia veteres causæ procedunt, quas Græci *χρόνια* dicunt.

CAPUT VI.

De acutis morbis.

1. Oxea est acutus morbus, qui aut cito transit, aut celerius interficit, ut ^d pleuritis, phrenesis; *ἄξυ* enim *acutum* apud Græcos, et *velocem* significat. *Χρόνια* est prolixus corporis morbus, qui multis temporibus remoratur, ut podagra, phthisis; *χρόνος* enim apud Græcos *tempus* dicitur. Quaedam autem passiones ex propriis causis nomina acceperunt.

2. ^e Febris a *fervore* dicta est, est enim abundantia caloris.

3. Phrenesis appellata, sive ab impedimento mentis, quia Græci *mentem* *φρένας* vocant, seu quod dentibus infrendant, nam *frendere* est *dentes concutere*. ^f Est autem perturbatio cum exagitatione et dementia ex cholericâ vi effecta.

4. ^g Cardiacæ vocabulum a *corde* sumpsit, dum ex aliquo timore, **172** aut dolore afficitur. *Cor* enim Græci *καρδίαν* vocant. Est enim cordis passio cum formidabili metu.

5. ^h Lethargia a somno vocata. Est enim oppres-

^a Hoc est effusio fellis. Cœlius, lib. III Acutar., cap. 19 : Cholera passionem aiunt quidam nominatam a fluore fellis, velut fellifluam passionem, nam cholera fel appellant, rheam fluorem.

^b Sanguis Latine. Hæc omnes libri habent, sed verisimile est tentasse quoque Latinam etymologiam reddere, quam etiam repelit lib. XI, cap. 1.

^c Phlegma autem, quod sit frigid. Κατ' ἀντιφρασιν. Recte namque Cœlius, lib. III Trad. cap. 1 : Multa (inquit) medici contrariæ interpretationis vocabula sumpserunt, ut fella, quæ Græci glyce vocant, velut dulcia, cum sint amarissima. Alioquin φλέγμα ab Homero καῦμα appellari, ait Pollux.; et cap. seq. Isidoro ipsi phlegmon INFLAMMANS est.

CAP. VI.—^d Pleuritis, phrenesis.—Pleuritis, phrenitis, perpetuo apud Cœlium.

^e Febris a FERVORE. Ita Varro apud Non.

^f Est autem perturbatio cum exag. — Rom. Cod., Perturbatio mentis cum agitatione.

^g Cardiacæ. Cœl., lib. II Acut., cap. 34.

^h Lethargia. Idem lib. II Acut., cap. 1 : Græci lethæm oblivionem vocant, argian vacationem, quam corpori atque animæ ingerit vis supradictæ passionis. Quæ verba non ab Isidoro, qui nationes captaret,

A sio cerebri, cum oblivione, et somno jugi, veluti stertentis.

6. ⁱ Synanche a continentia spiritus et præfocatione dicta. Græci enim *συνάγγειν* *continere* dicunt; qui enim hoc vitio laborant, dolore faucium præfocantur.

7. Phlegmone est fervor stomachi cum extensione et dolore. Nam cum cœperit fieri, inquietudo et febris consequitur. Unde et dicta est *φλεγμονή* ἀπὸ τοῦ φλέγειν, id est, *inflammare*; sic enim sentitur, et inde nomen accepit.

8. Pleuritis est dolor lateris acutus, cum febre et sputo sanguinolento. *Latus* enim Græce *πλευρον* dicitur, unde et pleuritica passio nomen accepit.

9. Peripneumonia est pulmonis vitium, cum dolore vehementi et suspirio; Græci enim *pulmonem* *πνεύμονα* vocant, unde et ægritudo dicta est.

10. ^j Apoplexia est subita effusio sanguinis, qua suffocati intereunt. Dicta autem apoplexia, quod ex lethali percussu repentinus casus fiat. Græci enim *percussionem* ἀπὸ πλάζω vocant.

11. Spasmus Latine contractio subita partium aut nervorum, cum dolore **173** vehementi. ^k Quam passionem a corde nominatam dixerunt, quod in nobis principatum vigoris habet. Fit autem duobus modis, aut ex repletionem, aut ex inanitionem.

12. Tetanus ^l majorum est contractio nervorum a cervice ad dorsum.

13. ^m Telum, lateris dolor est, dictum est autem ita a medicis, quod dolore corpus transverberet, quasi gladius.

14. Ileos, dolor intestinorum, unde et *ilia* dicta sunt; Græce enim *εἰλεῖν* *obvolvare* dicitur: quod se intestina præ dolore involvant. Hi et *torminosi* dicuntur ab intestinorum tormento.

15. ⁿ Hydrophobia, id est, aquæ metus; Græci enim *ὑδὼρ* *aquam* vocant, *φόβον* *timorem* dicunt; unde et Latini hunc morbum ob aquæ metum *lymphaticum* vocant. Fit autem, vel ex canis rabidi morsu, ^o aut ex ejus spuma in terram projecta, sed a librariis omissa credebat Chæcon.

ⁱ Synanche. Ex cod. lib. III, cap. 1.

^j Apoplexia. Ex cap. 5.

^k Quam passionem a corde nominatam, id est, ortam; oriuntur enim nervi a corde secundum Aristotelem.

^l Majorum contractio nervorum. Cœl., lib. III, cap. 6 : Nervorum majorum, quos *τένοντες* vocant, levis tensio. In nostris tamen libris, *major contractio*, mendose.

^m Telum. Serenus : Est et vis morbi quod telum commemoratur, cum subito furor insanus fuerit incitatus ictu.

ⁿ Hydrophobia. Cœl., lib. III, cap. 9.

^o Aut ex ejus spuma. Cum aeris spuma legeretur in omnibus fere libris, Rodericus Fontejus, medicus doctissimus, ex *Æliam.*, lib. IX de Hist. Anim., ejus spuma legendum admonuit, cujus conjecturam comprobantur Mejeraden. liber, et Conchensis Hispano sermone conscriptus, in quo; *ó de la espuma de él caida en tierra*. Sed cum in reliquis omnibus libris ex aeris spuma legatur, Cœliusque, quem Isidorus plane sequitur, ex solius aspirationis odore, ex rabido eane adducto quosdam in hanc passionem

Quam si homo, vel bestia tetigerit, aut dementia repletur, aut in rabiem vertitur.

16. Carbunculus dictus, quod in ortu suo rubens sit, ut ignis, postea niger, ut carbo exstinctus.

17. Pestilentia est contagium, quod dum unum apprehenderit, celeriter ad plures transit. Gignitur autem ex corrupto acre, et in visceribus penetrando innotuit. Hæc etsi plerumque per aereas potestates fiat, tamen sine arbitrio Omnipotentis Dei omnino non fit.

18. Dicta autem pestilentia, quasi *pastulentia*, quod veluti incendium depascat, ^a *Et toto descendat corpore pestis*. Idem et contagium a *contingendo*, quia quemque tetigerit, polluit.

19. ^b Ipsa et *inguinaria* ab inguinum percussione. Eadem et lues a *labe*, et *luctu* vocata, ^c quæ tanto acuta est, ut non habeat spatium temporis, quo aut vita speretur, aut mors, sed repentinus languor simul cum morte venit.

CAPUT VII.

De chronicis morbis.

1. Chronia est prelixus morbus, qui multis temporibus remoratur, ut podagra, phthisis, *χρόνος* enim, apud Græcos *tempus* dicitur.

2. ^d Cephalca ex causa vocabulum habet, capitis enim passio est; Græci enim *caput κεφαλήν* vocant.

3. ^e Scotoma ab accidenti nomen sumpsit, quod repentinas tenebras ingerat oculis, cum vertigine capitis. Vertigo autem est, quotiescunque ventus consurgit, et terram in circuitum mittit.

4. Sic et in vertice hominis arteriæ et venæ ventodiat devenisse, cum venosus aer adducitur, et vitalibus inseritur partibus, acris quoque mentionem ab Isidoro factam verisimile nobis fit. A. Augustinus, vel *oris*, vel *ejus* probabat.

^a *Et toto descend. c. p.* Ex v. *Æn.*

^b *Ipsa et inguinaria.* Vid. Paul Diacon., de *Inguinaria nova Italiæ peste ante Justinianum.*

^c *Quæ tanto acuta est.* Gothicismus frequens, nec Isidori fortasse, sed librorum.

CAP VII. ^d *Cephalca.* Cœl., lib. i *Tard.*, cap. 4: *Cephalca a parte corporis quæ patitur passionem nomen accepit.*

^e *Scotoma.* Ex cod., cap. 2.

^f *Pro lunæ cursu comitetur eos insania.* Al.: *per lunæ cursum comitentur eos insidiæ demonum.* Utraque scriptura retineri possit, ut prior *lunationis* (ut ita dixerim), posterior *larvationis* notatio sit.

^g *Ipsæ est morbus comitialis idem major.* Fest., in *Prohibere comitia*, et Cels., lib. iii.

^h *Et divinus.* — Sacer potius; cujus appellationis multas reddit causas Cœlius Aurel., i *Trad.*, cap. 4. Pejus tamen in plerisque libris pro *divinus*, *diutinus* legitur. Nisi utrumque hoc subsequenti passioni, id est, *manicæ* aptemus. Ea enim et *divinus* morbus dicitur, et *diutinus*. Nam tardissima, ut Cœlius ait, passio est.

ⁱ *Erat autem apud Rom. comitiorum dies solemnus iii Kal. Januar.* — In *Kal. Januar* omnes Cod. Itaque expungebat hæc, ut aliena, absurdaque Chacon. Non enim *Kal. Januar.* comitia haberi, cum is dies non comitialis, sed fastus esset. A. Augustinus in *Kal. Januar.* ante eas *Kalend.* quibus initium magistratus erat interpretabatur. Anton. Covarruvias vocem in ex nota iii factam advertit. Idemque esse iii *Kal. Januar.* quod *tertio Januarii die*, quo die (ut ait Caius in l. *Si caluitur*, D. de verb. signif.) pro salute principis vota suscipiebantur, eratque totius pop. Rom.

A *sitatem ex resoluta humectatione gignunt, et in oculis gyrum faciunt, unde et vertigo nuncupata est.*

5. Epilepsia vocabulum sumpsit, quod mentem apprehendens pariter, etiam corpus possideat; Græci enim *apprehensionem ἐπιληψίαν* appellant. Fit autem ex melancholico humore, quoties exuberavit et ad cerebrum conversus fuerit. Hæc passio et *caduca* vocatur, eo quod cadens æger spasmos patiatur.

6. Hos etiam vulgus *lunaticos* vocat, quod pro lunæ cursu comitetur **175** eos insania; eadem et *larvatio*. Ipse ^g est et morbus *comitialis* idem major, ^h et *divinus*, quo caduci tenentur. Cujus tanta vis est, ut homo valens concidat semetipsum.

7. *Comitialis* autem dictus, quod apud gentiles, cum comitiorum die cuiquam accidisset, comitia dimittebantur. Erat ⁱ autem apud Romanos comitiorum dies solemnus iii Kal. Januar.

8. Mania ab insania vel furore vocata. j Nam Græcorum vetustas **176** *furorem* *μανικὴν* appellabat, ^k sive ab *inanitate*, quam Græci *μάνιν* vocaverunt, sive a *divinatione*, quia *divinare* Græcæ *μανεῖν* dicitur.

9. Melancholia dicta est a nigro felle; Græci enim *nigrum μέλαν* vocant, *fel* autem *χολήν* appellant. Epilepsia autem in phantasia fit, melancholia in ratione, mania in memoria.

10. ^l Typi sunt frigidæ febres, quia τύπος Latine *forma*, atque *status* dicitur; est enim accessionum vel recessionum revolutio per statuta temporum intervalla.

11. Rheuma Græcæ, Latine *eruptio*, sive fluor ap-

C conventus jam inde a Numa usque celeberrimus, eodemque modo dixisse Plutarchum, Ciceronem tertio die *Kalendarum* natum, quem Cicero ipse iii *Non.* appellet. Is dies et nuncupatio votorum, et solembria imperatorum, et præcise vota et solembria dicebatur. Sueton. in *Aug.*, *Capitolin.* in *Pertinac.*, Tacit., iv et xv *Ann.*, Tertull., in lib. de *Coron.* Comitia autem non ea solum dici quæ ad legendos magistratus fierent, sed pro conventu populi accipi solere, manifestum est.

j Nam *Græcor. vetustas.* Ex eod. Cœl. lib., cap 5, sed hæc confusa et perturbata sunt.

k *Sive ab inanitate, quam Græci μάνιν.* Ita interpretatur *μάνιν* et *μάνιν* Eustach. α. ψ, explicans vocem *παρήγορος*. Ergo etiam apud Aurelian. *inanitate*, pro *iniquitate* reponendum videri possit, subjicit enim: *Quam appellant maniam, vel quod animum, sive mentem, ultra modum laxet, manon enim dimissum, sive mollem appellant.* Hispana quoque translatio: *O es dicha ab inanitate; esto es, de vaciamiento, ó de cosa vacia, que los Griegos llaman manie.* Adde quod Isid., lib. v, cap. 28: *Alii (inquit) putant manere vocari ab acre, quia manus, id est, rarus est, atque perspicuus.* In eo vero quod superius Græcæ *μανεῖν divinare* esse dixit, Gothicos libros sumus secuti.

l *Typi sunt frigidæ febres.* Ejecimus hinc illa (*quæ abusive appellantur ab herba quæ in aqua nascitur*), quamvis erant in omnibus libris, neque cuius dubium quin huc nullo adducta sint consilio e libro xvii. Quod vero *forma* atque *status* e libris scripsimus, *statutum* mallebat Chacon; vocari enim *legem*, sive *pragmaticam* apud Justinianum τύπον, Novell. Græc. 165, 166, edictumque vii τύπον *πραγματικόν* inscribi; eas tamen quoque leges *formas* Latine dici in l. *Decernimus*, c. de *Sacros. Eccles.* A statutis ergo temporibus, et ea lege quam periodicæ febres servant, τύπος appellatas.

pellatur. Catarrhus est fluor rheumæ jugis ex naribus quæ dum ad fauces venerit βράγχος vocatur, dum ad thoracem, vel pulmonem πτύσις, dicitur.

12. ^a Coryza est quoties influxio capitis ^b in ossa venerit narium, et ^c provocationem fecerit, cum ster-
nutatione; unde, et coryza nomen accepit.

177 13. Branchos est præfocatio faucium a frigi-
do humore. Græci enim guttur βράγχος dicunt, circa
quod fauces sunt, quas nos corrupte branchias di-
cimus.

14. Raucedo, amputatio vocis. Hæc et arteriasis
vocatur, eo quod vocem raucam et clausam reddat
ab arteriarum injuria. Suspirium nomen sumpsit,
quia inspirationis difficultas est, quam Græci δύσ-
πνοίαν dicunt, id est, præfocationem.

15. ^d Peripneumonia a pulmonibus nomen acce-
pit. Est enim pulmonis tumor, cum spumarum san-
guinearum effusione.

16. Hæmoptois, emissio sanguinis per os, unde
et nomen sumpsit, αἷμα enim sanguis dicitur.

17. Phthisis est ulceratio, et tumor in pulmonibus,
qui juvenibus facilius evenire solet; φθίσις autem
apud Græcos dicta, quod sit totius corporis consum-
ptio.

18. ^e Tussis Græce ab altitudine vocatur, quod a
profundo pectoris veniat, cujus contraria est supe-
rior in faucibus ubi uva distillat.

19. ^f Apostema a collectione nomen accepit; nam
collectiones Græci apostemata vocant.

20. Empye dicta est apostema intrinsecus, vel
in latere, vel in stomacho, cum dolore, et febribus,
et tussi, et abundantibus sputis, et purulentis.

21. Hepaticus morbus a jecoris passione nomen
accepit, Græci enim jecur ἥπαρ vocant.

22. Lienosis a splene vocabulum sumpsit. Græci
σπλήν lien vocant.

23. ^h Hydrops nomen sumpsit ab aquoso humore
cutis, nam Græci ὕδωρ aquam vocaverunt, est enim
humor subcutaneus, cum inflatione turgente, et an-
helitu fetido.

24. ⁱ Nephritis a renum languore nomen accepit,
Renes enim Græci νεφροὺς dicunt.

178 25. ^j Paralysis dicta a corporis impensatione,

A facta ex multa in frigidatione, aut in toto corpore,
aut in parte.

26. ^k Cachexia nomen sumpsit a corporis malo
habitu; καχεξίαν enim Græci malam vexationem vo-
caverunt. Fit autem hæc passio ex intemperantia
ægotantis, vel curatione mala medicantis, aut post
ægritudinem tarda resumptione.

27. ^l Atrophia nomen accepit a diminutione cor-
poris; nam Græci nutrimenti cessationem ἀτροφίαν
dicunt. Est enim tenuitas corporis ex causis latentibus,
et paulatim convalescentibus.

28. ^m Sarcia est superfluum carnis incrementum,
quo ultra modum corpora saginantur; Græci enim
carnem σάρκα vocant.

29. ⁿ Ischias, vocata a parte corporis quam vexat.
B Nam vertebrorum ossa, quorum summitas iliorum
initio terminatur, Græci ισχία vocant. Fit autem de
phlegmate quoties descenderit in recta ossa, et effici-
tur ibi glutinatio.

30. ^o Podagram Græci a retentione pedum dicunt
nominatam, vel a ferali dolore, siquidem omne quod
immite fuerit abusive agreste vocamus.

31. Arthriticus morbus ab articulorum passione
vocabulum sumpsit.

32. Calculus petra est quæ in vesica fit, unde et
nomen accepit. Gignitur autem ex materia phleg-
matica.

33. Stranguria dicta est, eo quod stringat urina-
rum difficultate.

179 34. Satyriasis, jure desiderium veneris cum
extensione naturalium locorum, dicta passio a Satyris.

35. ^p Diarrhœa, jugis ventris fluxus sine vomitu.

36. Dysenteria est divisio continuationis, id est,
ulceratio intestini, Δύς enim divisio est, ἔντερρα in-
testina. ^q Fit autem antecedente fluore, quam Græci
Διάρροίαν vocant.

37. ^r Lienteria dicta, quod cibum tanquam per
lævia intestina nullis obstantibus faciat prolabi.

38. Colica passio nomen sumpsit ab intestino
quod Græci κόλον appellant.

39. Ragades [Al. Ragadiæ] dicuntur, eo quod fis-
suræ sint rugis collectæ circa orificium. Hæc et hæ-
morroides a sanguinis fluore dictæ. Græci enim
sanguinem αἷμα dicunt.

D deest qui tueatur hanc lectionem, esse enim pen-
sare ponderare. Laborare igitur suo pondere paraly-
ticos, qui ægre suos artus (ut ait Seneca) moliantur.
Nobis illud suspicari venit in mentem, ex librarior.
compendiis natum esse vitium. Fuisse enim potuit:
dissolutio corporis impensationem, id est, di-
solutio corporis impediens actionem.

^k Cachexia. Cœl., lib. III, cap. 6.

^l Atrophia. Item, lib. II, cap. 14, et lib. III, cap. 7.

^m Sarcia. Ita lib. omnes. Cœl., polysarcia.

ⁿ Ischias. Idem, lib. V, cap. 1.

^o Podagra. Ibid., cap. 2.

^p Diarrhœa. Diarrhœa et satyriasis in acutis nu-
merantur a Cœlio.

^q Fit autem anteced. f., etc. Verba sunt Cœlii,
lib. IV, cap. 6.

^r Per lævia intestin. Al., lenia.

^a Coryza... quoties influxio. E Cœl., lib. II, cap. 7.

^b In ossa ven. — In os ven n. R. Cod.

^c Et provocationem. Ita Goth. omnes alii præfo-
cationem. Facilis lapsus ex digammo.

^d Perineupmonia. Hanc superiori capite inter
acutus posuit, alios fortasse secutus; hic Cœlium
imitatur, qui eam in tardis numerat.

^e Tussis Græc. Nempe βήξ, quasi βύξ, sive βίστος,
ant βύθος.

^f Apostema a collectione. — Collectionem vocant
recentiores quem Celsus abcessum nominat.

^g Empye. Cœl. lib. II Tard., cap. 14: Item empyica
passio quod ex vomica collectionis interioris puru-
lenta per tussiculam excludantur sputa.

^h Hydrops. Cœl., lib. III, cap. 8.

ⁱ Nephritis. Quæ etiam διακρήσις.

^j Paralysis dicta a corp. imp. Ita omnes libri; neque

CAPUT VIII.

De morbis qui in superficie corporis videntur.

1. Alopecia est capillorum fluor circumscriptis pilis fulvis ^a æris qualitatem habentibus : vocata hoc nomine a similitudine animalis vulpeculæ, quam Græci ἀλωπεξζα vocant.

2. Parotides sunt duritiæ, vel collectiones, quæ ex febribus, **180** vel aliquo alio nascuntur in aurium vicinitate; unde et παρωτίδες sunt appellatæ, ὠτιζ enim Græce auriculæ dicuntur.

3. Lentigo, vestigia macularum parvula in rotunditatem formata, a specie lenticulæ dicta.

4. ^b Erysipelas est quam Latini *sacrum ignem* appellant, id est, execerandum per antiphrasim. Si quidem in superficie rubore flammeo ^c cutis rubescit. Tunc moto rubore quasi ab igne vicina invaduntur loca, ita ut etiam febris exciletur.

5. Serpedito est rubor cutis cum pustularum exstantia, et nomen sumpsit a *serpendo*, eo quod serpat per membra.

6. Impetigo est sicca scabies, prominens a corpore, cum asperitate et rotunditate formæ. Hanc vulgus *sarnam* appellat.

7. Prurigo vocata a *perurendo* et ardendo.

8. Nyctalmus est passio qua per diem visus patientibus oculis denegatur, et nocturnis irruentibus tenebris redhibetur, aut, versa vice (ut plerique volunt), die redditur, nocte negatur.

9. ^d Verrucæ aliud sunt, satyriasis aliud. Verrucæ singulatim sunt, satyriasis vero una fortior, ac circa ipsam plures inveniuntur.

10. Scabies et lepra, utraque passio, asperitas cutis cum pruritu, et squammatione; sed scabies tenuis asperitas et squammatio est. **181** Hinc denique nomen accepit, quæ ita veluti purgamenta amittat. Nam scabies quasi *squammies*.

11. ^e Lepra vero cutis asperitas squamosa lepidi similis, unde et nomen sumpsit, cujus color nunc in nigredinem vertitur, nunc in alborem, nunc in ruborem. In corpore hominis ita lepra dignoscitur, si variatim inter sanas cutis partes color diversus appareat, aut si ita se ubique diffundat,

Cap. VIII. ^a *Circumscriptis p. f. æris qualitatem habentibus.* Al., *æris*. Sed rejiciebat hæc omnia, ut aliena, Chæcon.

^b *Erysipelas.* Ab ἐρί voce, *augendi*, et σύπεσθαι, *putrescere*, ἐρυσίπελας vocari quidam volunt.

^c *Cutis rubescit.* Al., *cutis rubescunt*.

^d *Verrucæ aliud sunt, satyriasis.* Editio antiqua *phthiriasis*, Manuscripti omnes *satyriasis* habent. Morbus uterque a verrucoso valde diversus. Quamvis *satyriasis* nomine, alia quoque morborum genera ab eo de quo superiori capite dixit significantur. Ut *phthites*, aut *phthiriasis* velimus. Bustachius facit, qui Il, 6, ad verba εἰ Μελιτρον ἔχον, Φθιρῶν τ' ἔρος ἀκριτόφυλλον : Φθέρ (inquit) σημαίνει τὴν πίτυν, καὶ τοὺς κώγους τῆς πίτυος. Quod si verum est, magna similitudo phersæ, sive, ut loquitur Didymus, φθειρῆς, cum verrucis. Si quis *satyriasis* magis probat, Gothicis Codices auctores habeat.

^e *Lepidi similis.* Id est, squammæ. Cassius Felix : *Lepida species scabiæ corticosa squammas in se ostendens Græce dictas lepidas, unde nomen a Græco*

A ut omnia unius coloris quamvis adulterini faciat.

12. Elephantiacus morbus dicitur ex similitudine elephantis, cujus naturaliter dura et aspera pellis nomine morbo in hominibus dedit, quia corporis superficiem similem facit elephantorum cuti, sive quia ingens passio est, sicut animal ipsum, ex quo derivatum ducit nomen.

13. ^f Icterus Græce appellatur a cujus iam animalis nomine, quod sit coloris fellis. Hunc morbum Latini *arcuatum* appellant ad similitudinem cœlestis arcus. *Auruginem* vero Varro appellari ait a colore auri. ^g *Regium* autem morbum inde æstimant dictum, quod vino bono et regalibus cibis facilius curetur.

14. ^h Cancer a similitudine maritimi animalis vocatum vulnus (sicut medici dicunt) nullis medicamentis sanabile. Aut ergo præcidi solet a corpore membrum ubi nascitur, ut aliquanto diutius vivat, **182** tamen inde mortem quamlibet tardius affuturam.

15. Furunculus est tumor in acutum surgens, dictus quod ferveat, quasi *fervunculus*; unde et Græce ἀνθράξ dicitur, quod sit ignitus.

16. ⁱ Ordeolus est parvissima, et purulenta collectio in capillis palpebrarum constituta, in medio lata, et ex utroque conducta, hordei granum similans; unde et nomen accepit.

17. ^j Oscedo est qua infantum ora exulcerantur, dicta ex languore oscitantium.

18. Frenusculi ulcera circa rictum oris, similia his quæ fiunt jumentis asperitate frenorum.

19. Ulcus putredo ipsa, vulnus quod ferro fit quasi **C** vi. Et ulcus, quod olet quasi oleus.

20. Pustula est in superficie corporis turgida, veluti collectio.

21. ^k Papula est parvissima cutis erectio, circumscripta cum rubore, et ideo papula dicta, quasi *pupula*. Sirimpio...

22. Sanies dicta, quia ex sanguine nascitur, excitato enim calore vulneris, sanguis in saniem vertitur. Nam sanies non fit in quocunque loco, nisi ubi sanguis advenerit, quia omne quod putrescit, nisi calidum, et humidum fuerit, quod est sanguis, putrefieri *lepra accepit*. Scribon., Larg. cap. 133 : *Squamma æris, quam Græci λεπίδα vocant*.

^l *Icterus... a ejusd. animal.* Galen., ab *ictide mustella agresti*. Plinius, ab *ictero avicula*. Gloss. : **D** *Aurugo, ἰκτερίς*. Hieronym., Amos. iv : ירקון id est, auruginem, omnes icterou transtulerunt.

^m *Regium.* Plin., lib. xxii, cap. 4 : *Varro regium cognominatum morbum arcuatum tradit quoniam molso curetur*.

ⁿ *Cancer.* Locus sumptus ex Aug. lib. xxii, de Civit., cap. 8; sed *ulcus* dicendus fuit potius quam *vulnus* cancer, si vere paulopost vulnus ab ulcere distinguit.

^o *Ordeolus... ex utroque conduct.* Libri A. Aug. *ex utraque parte conducta*, id est, ut ipse interpretabatur, angusta, et quasi conclusa, vel circumducta.

^p *Oscedo.* Duo morbi confundi videntur, oscedo et quas Græci ζφθας vocant. Ergo hæc quidam ita distinguebat : *Oscedo* dicta ex languore *oscitantium*. Aphthæ, quibus infantum ora exulcerantur.

^q *Papula, q. PUPULA.* Al., *quasi papilla*. Pupulas veteres puellas dicebant laneas.

non potest. ^a Sanies autem, et tabes sibi differunt. Fluere enim sanie vivorum est, tabe mortuorum.

23. Cicatrix est obductio vulneris, naturalem colorem partibus servans, dieta, quod obducat vulnera, atque obcæcet.

183 CAPUT IX.

De remediis et medicaminibus.

1. Medicinæ euratio spernenda non est. ^b Meminimus enim et Isaiam Ezechiae languenti aliquid medicinale mandasse, et Paulus apostolus Timothæo modicum vinum prodesse dixit.

2. Curatio autem morborum tribus generibus constat: pharmacia, quam Latini *medicamina* vocant; chirurgia, quam Latini *manuum operationem* appellant, *manus* enim apud Græcos *χέρ* vocatur; diæta, quam Latini *regulam* nuncupant, est enim observatio legis et vitæ.

3. Sunt autem omnium curationum species tres: primum genus diæticum; secundum pharmaceuticum; tertium chirurgicum. ^c Diæta est observatio legis et vitæ. Pharmacia est medicamentorum curatio. Chirurgia est ferramentorum incisio; nam fero exeiduntur quæ medicamentorum non senserint medicinam.

4. Antiquior autem medicina herbis tantum et suecis erat. Talis namque medendi usus cœpit; deinde ferro et cæteris medicamentis.

5. Omnis autem curatio, aut ex contrariis, aut ex similibus adhibetur. Ex contrariis, ut frigidum calido, vel siccum humido, sicut et in homine superbia sanari non potest, nisi humilitate sanetur.

6. Ex similibus vero, sicut ligamentum vel rotundo vulnere rotundum, vel oblongo oblongum apponitur. Ligatura enim ipsa non eadem membris et vulneribus omnibus, sed similis simili coaptatur, quæ duo etiam ipsa adiutoria nominibus suis significant.

7. Nam *antidotum* Græce, Latine *ex contrario datum* dicitur. Contraria enim contrariis medicinæ ratione eurantur. At contra ex simili, **184** ut *πικρά*, quod interpretatur *amara*, quia gustus ejus amarus est. Ex convenienti enim nomen accepit, quia amaritudo morbi amaritudine solvi solet.

8. Omnia autem medicamenta ex propriis causis habent vocabula. Hiera enim dicta quasi *divina*. Arteriae, quod apta sint gutturis meatui, et tumores faucium et arteriarum leniant. Theriaca est antidotum serpentinum, quo venena pelluntur, ut pestis peste sol-

^a *Sanies autem, et tabes.* E Serv. Æn. viii, ad verb. *Tormenti genus.*

Cap. IX. — ^b *Meminimus enim et Isaiam.* Verba sunt Tertull., in lib. de Coron. Milit.

^c *Diæta observatio legis et vitæ.* — *Legis cur dixerit, haud ita obviam.* Sic apud Demosth. *διαταν επιτρέψαι*, et apud Thucydidem *διατρέμει* idem esse quod *πολιτεύει* observarunt ante nos alii.

^d *Catapotia.* Scrib., Larg. cap. 87: *Catapotium, id est, medicamentum quod non diluitur, sed, ita ut est devoratur.*

^e *Electarium.* Ita vocatur a Cœl., lib. iii, Acut., cap. 4; *ectigma* a Plin., lib. xx, cap. 14 et 22; quod sub lingua liquatur, a Celso.

^f *Collyria.* Ἀπὸ τοῦ κολύειν τὸν ῥοῦν, id est, a pro-

hibenda fluxione. Cathartica Græce, Latine *purgatoria* dieuntur.

9. ^d *Catapotia*, eo quod modicum potetur, seu inglutitur. *Diamoron* a succo mori nomen sumpsit, ex quo conficitur; sicut *diacodion*, quia ἐκ τῆς κωδωνίας, id est, *ex papavere* fit; sicut *diaspermaton*, quia ex seminibus componitur.

10. ^e *Electarium* vocatum, eo quod molle sorbeatur. *Trochiscus* dictus, quia in modum rotulae deformatur, τροχός enim Græce rota dicitur. ^f *Collyria*, Latine sonant, quod vitia oculorum detergant. *Epithema*, eo quod superponatur, aliis adiutoriis præcedentibus.

11. *Cataplasma*, eo quod inductio sola sit. *Emplastrum*, eo quod inducatur. *Malagma*, eo quod sine igne maceretur et comprehendatur. *Enema* Græce, Latine *relaxatio* dicitur. ^g *Pessaria* dicta, quod intus injiciantur.

12. *Medicinam jumentorum* Chiron quidam Græcus invenit; inde pingitur dimidia parte homo, dimidia equus. Dictus autem Chiron ἀπὸ τοῦ χειρουργεῖν, quia chirurgus fuit.

13. *Criticos dies medici* vocant, quibus, credo, ex judicio infirmitatis illud nomen impositum est, quod quasi judicent hominem, et sententia sua, aut puniant, aut liberent.

185 CAPUT X.

De libris medicinalibus.

1. *Aphorismus* est sermo brevis, integrum sensum propositæ rei scribens.

2. *Prognostica prævisio ægritudinum*, a *prænoscendo* vocata. Oportet enim medicum et præterita agnoscere, et præsentia scire, et futura prævidere.

3. ^h *Dynamidia* potestas herbarum, id est, vis et possibilitas. Nam in herbarum cura vis ipsa δύναμις dicitur. Unde et *Dynamidia* nuncupatur, ubi eorum medicinæ scribuntur.

4. *Botanicum herbarium* dicitur, quod ibi herbarum notentur.

CAPUT XI.

De instrumentis Medicorum.

1. *Enchiridion* dictum, quod manu astringatur, dum plurima contineat ferramenta. *χέρ* enim Græce *manus* vocatur.

2. *Phlebotomum* ab incisione vocatum. Nam *incisio* Græce *τομή* dicitur.

3. ⁱ *Simile... Angistrum... Spatomele...*

^g *Pessaria.* Cels. lib. v, cap. 21 *Ut ea quæ feminis subjiciunt πεσσοῦς Græci vocant.* Inde *πεσσοῦς* diminutionis vox. *Isidorus* vero *pessaria*, quod *pessum* cant, diæta videtur existimasse.

Cap. X. — ^h *Dynamidia.* Sic appellarunt recentiores medici Caleni libros de Simplicibus medicamentis, servatque hodie id nomen vetus eorum librorum interpretatio.

Cap. XI. — ⁱ *Simile... Angistrum... Spatomele.* Harum vocum interpretationes desunt. *Σμύλη* usus est in expurgandis vulneribus. Unde *σμύλευμα* vocat Aristoph. in *Ranis*, quod abraditur. Inde etiam *σμιλάριον* minuendi forma. *Angistrum* medici, nunc *uncinum* dicunt. *Spatomele* ad exploranda ulcera adhibetur; *μύλη*, etiam meminuit Pollux ad idem opus.

4. ^a Guva, quæ a Latinis a similitudine *cucurbita*, ^b a suspirio *ventosa* vocatur. **186** Denique animata spiritu per igniculum, dehinc præciso corpori superposita, omne quod intra cutem vel alius æstuat, sive humorem, sive sanguinem evocat in superficiem. Cyster...

5. Pila a pinsendis seminibus, id est, terendis. Hinc et pigmenta, eo quod in pila et pilo aguntur, quasi pilamenta. Est enim pila vas concavum, et medicorum aptum usui, in qua proprie ptisanæ fieri et pigmenta concidi solent.

6. Varro autem refert Pilumnum quemdam in Italia fuisse, ^c qui pinsendis præfuit arvis, unde et pilumni, et pistores. Ab hoc ergo pilum et pila inventa, quibus far pinsitur, et ex ejus nomine ita appellata. Pilum autem est unde contunditur quidquid in pilam mittitur.

7. Mortarium, quod ibi jam semina in pulverem **B** redacta et mortua condiantur.

8. ^d Coticula est, in qua circumducta collyria resolvuntur, erit enim lenis. Nam aspera frangi potius quam solvi collyrium facit.

187 CAPUT XII.

De odoribus et unguentis.

1. Odor vocatus ab aere.

2. Thymiana lingua Græca vocatur, quod sit odorabile. Nam thymus dicitur flos, qui odorem refert, de quo Virgilius :

....redolentque thymo fragrantia mella.

3. Incensum dictum, quia igne consumitur dum offertur.

4. Tetraidos, formulæ incensi in longitudinem porrectæ, quæ fiunt ex quatuor pigmentis. *Quatuor* **C** enim Græce τέτραρα, formula εἶδος dicitur.

5. Stacte est incensum quod ex pressura manat, dictum a Græcis ^e ἀπὸ τοῦ στάζειν, quod est *manare*, et *distillare*.

^a Guva. Ita meliores Cod. Alii cum Impress. antiq., *Guvia*. Utamque lectionem defendunt viri doctissimi. Qui *Guvia* volunt, ex errore lectionis Græcæ vocis *Guvia* fluxisse dicunt. Græcis namque σῦκτα, vel σικτα *cucurbita*; permutari namque sæpe et u, alteramque in alterius locum immigrare. Chacon, qui *Guva* malebat ex *Cufa* g pro c, et v pro o f digammo subeuntibus factum *Guva* existimabat. Vocari enim cucurbitas leves, quæ sine scarificatione adhibentur, a Græcis κοφφας, et quidem non modo u pro f in Gothicis libris frequens, sed et lib. xix, cap. 19, in Codice Oniensi pervetusto *Gufia* est, ubi in reliquis omnibus *Guvia* instrumentum fabror. De Cuphis porro sape **D** Cœlius, ut lib. iv, cap. 7: *Cucurbitæ apponendæ leves, quas Græci cuphas vocant*; et cap. 8: *appositio cucurbitæ levis, quam Græci cupham vocant*. Isidorum vero, qui cucurbitas omnes a Græcis cuphas vocari putaret, deceptum Cœlii lectione idem fatebatur.

A suspirio *ventosa*. Satyrius :

Jam dudum caput hoc ventosa cucurbita quærit. Et Theod. Priscianus, lib. ii, cap. 6 : *His cucurbitæ ventosæ sunt imponendæ*. Celsus cucurbitas medicinales appellat.

^c Pinsendis præfuit arvis. Ita Cod. omnes, *Herbis tamen legit Hispanus interpres : Varro dice, que Pitolino fue un hombre, en Italia que mejor molia yervas, y mejor las amasaba, que todos los otros*. Sed quia frumento pinsendo præfuisse ait Servius, initio libri ix, *arvis* ex libris retinuimus, ut *arvis* pro *frumentis* ponatur, ut apud Horat.

6 Myrobalanum, quia fit ex glande adorata, de quo Horatius :

Et pressa tuis balanus capillis.

Oleum est purum, nullique rei admistum. Unguentum vero est omne quod ex communi oleo confectum, aliarum specierum commistione augetur, odoris jucunditatem sumens, et longius redolens.

7. Unguenta autem quædam dicuntur a locis, ut ^f Telinum, cujus Julius Cæsar meminit, dicens: *Corpusque suavi Telino unguimus*. Hoc conficiebatur in insula Telo, quæ est una ex Cycladibus.

188 8. Sunt et quædam ab inventorum nomine, ut Amaracinum. ^g Nam quidam tradunt regiuni quemdam puerum, Amaracum nomine, complura unguentorum genera ferentem casu prolapsum esse, et majorem ex commistione odorem creasse. Unde nunc optima unguenta Amaracina dicuntur, sunt autem ex genere florum.

9. Item alia quæ a materiæ suæ qualitate dicuntur, ut rosaceum a rosa; Cyprinum a flore Cypri; unde et propriæ materiæ odorem referunt.

10. Ex his quædam simplicia unguenta sunt quæ ex una tantum specie existunt, unde et sui nominis referunt odoratum, ut Anethinum: est enim sincerum ex oleo et anetho tantum. Composita autem sunt, quæ pluribus admistis fiunt; unde et neminis sui odorem non habent; quia obtinentibus aliis quæ admiscerentur, incertum odorem ducunt ^h.

11. Cerotum...

Chalasticum....

Martiatum....

CAPUT XIII.

De initio medicinæ.

1. Quæritur a quibusdam, quare inter cæteras

Ne percuneteris fundus meus, optime Quincti,
Arvo pascat herum, an baccis opulentet olivæ,
etc.

^a Coticula. Al., *citacula*. A. Augustinus, *Cotyla*. Plinius, lib. xxxi, cap. 9, de Sale: *Ad hæc Hispaniensis eligitur, contraque suffusiones oculorum cum lacte in coticulis teritur*.

Cap. XII. — ^e ἀπὸ τοῦ στάζειν. Vet Cod. παρὰ τὸ σταζειν στάζειν, id est, obtritum. Al. id est, *optimum*.

^f Telinum, cujus Jul. Cæs. Ad libros de Analog. hæc refert Fulvius Ursinus. Sed A. Augustinus non Cæsaris dictatoris, sed Strabonis Tragicæ verba putabat, cujus Cicero meminit in Bruto, et Festus in Prophetas, quod senarius ipse prope integer nobis quoque persuadet. Integer autem fortasse fuit: *Corpusque suavi Telini unguine unguimur*. Telini meminit etiam Tertull. in hb. de Pall. et Athenæus lib. xv, cap. 15.

^g Nam quidam tradunt regium quemd. puer. E Serv., Æn. 1.

^h Ut cerotum *chalasticum*: Coniuncte hæc legebat Chacon ex Marcell., lib. de Medic., cap. 35: *chalasticum Olympiacum cerotarium in'signe*; et cap. 25: *descriptio ceroti chalastici*. Apud Priscianum vero, lib. ii, cum chalastici fomenti, cataplasmatibus, adjutori, aquæ, clysteris mentio fit, in his omnibus chalastici, vox laxandi vim habet. Martiatum vero ab inventore dicunt appellatum, ut Marcellianum, de quo Martialis:

Cujus olet toto pinguis coma Marcelliano,
Et splendet vulso brachia trita pilo.

liberales disciplinas medicinae ars non contineatur. Propterea, quia illae singulares continent causas, ista vero omnium. Nam et grammaticam medicus scire jubetur, ut intelligere vel exponere possit quae legit.

2. Similiter et rhetoricam, ut veracibus argumentis valeat definire quae tractat. Nec non et dialecticam propter infirmitatum causas ratione adhibita perscrutandas atque curandas. Sic et arithmeticam propter numerum horarum in accessionibus et periodis dierum.

3. Non aliter et geometriam propter qualitates regionum et locorum situs in quibus doceat quid quis observare debeat. Porro musica incognita illi non erit, nam multa sunt quae in aegris hominibus **189**

per hanc disciplinam facta leguntur, sicut de David legitur, quia a spiritu immundo Saulem arte modulationis eripuit. Asclepiades quoque medicus phreneticum quemdam per symphoniam pristinae sanitati restituit.

4. Postremo et astronomiam notam habebit, per quam contempletur rationem astrorum, et mutationem temporum, nam sicut ait quidam medicorum, cum ipsorum qualitatibus et nostra corpora commutantur.

5. Hinc est quod medicina *secunda philosophia* dicitur. Utraque enim disciplina totum sibi hominem vindicat. Nam sicut per illam anima, ita per hanc corpus curatur.

LIBER QUINTUS.

DE LEGIBUS ET TEMPORIBUS.

CAPUT PRIMUM.

De auctoribus legum.

1. Moyses ^a genti Hebraicae primus omnium divinas leges sacris Litteris explicavit. ^b Phoroneus rex Graecis primus leges judiciorum constituit.

2. ^c Mercurius Trismegistus primus leges Aegyptiis tradidit. ^d Solon primus leges Atheniensibus dedit. ^e Lycurgus primus Lacedaemoniis jura ex Apollinis auctoritate confinxit.

190 3. ^f Numa Pompilius, qui Romulo successit in regnum, primus leges Romanis edidit; deinde ^g cum populos seditiosos magistratus ferre non posset, decemviros legibus scribendis creavit, qui leges ex libris Solonis in Latinum sermonem translatis XII tabulis exposuerunt.

4. Fuerunt autem hi : Appius Claudius, T. Genucius, P. Sextius, Spur. Veturius, C. Julius, A. Manlius, Ser. Sulpitius, ^h P. Curiatius, T. Romilius, Sp. Postumius. Hi ⁱ decemviri legum conscribendarum electi sunt.

5. ^j Leges autem redigere in libris primus con-

CAP. I. — ^a *Moyses genti Hebraicae.* Ex Euseb. Chron.

^b *Phoroneus rex Graecis.* Qui fuit Argivor. Rex II, ut ibid. tradidit Euseb.

^c *Mercurius Trismeg.* Lact., lib. I, cap. 16.

^d *Solon primus.* Ante Solonem scripserat leges Dracon. Sed populus Atheniensis uni Soloni reip. initia accepta ferre solitus est.

^e *Lycurgus.* Aug., II de Civit., cap. 16 : *Quamvis Lycurgus Lacedaemoniis leges ex Apollinis auctoritate se instituisse confinxerit, quod prudenter Romani credere notuerunt; propterea non inde acceperunt.*

^f *Numa Pompil.* Virgil. :

Nosco crines incanaeque menta
Regis Romani primus qui legibus urbem
Fundabit.

Quamvis Romulum et Tatium suas ante leges condidisse dicant Festus in Plorare, et Pompon., cap. 2, d. de Orig. Jur.

^g *Cum populos seditiosos magistr.* Ex lib. de Viris Illust. in Virgino, et *seditiosus* legebat Chacon ex veteribus quibusdam libris. Nondum enim fuisse seditiosos magistratus.

^h *P. Curiatus.* Ex Livio et Cassiod. Al., *Curiatus.*

ⁱ *Hi decemvir. leg. c. e. s.* At non hi XII tab. au-

sil Pompeius instituere voluit, sed non perseveravit, obtreptatorum metu; ^k deinde Cæsar coepit id facere, sed ante interfectus est.

6. Paulatim autem antiquae leges vetustate atque incuria exoluerunt; quarum etsi nullus jam usus est, notitia tamen necessaria videtur.

7. ^l Novae a Constantino Cæsare coeperunt, et reliquis succedentibus; **191** erantque permistae, et inordinatae. ^m Postea Theodosius minor Augustus ad similitudinem Gregoriana et Hermogeniana Codicem factum constitutionum a Constantini temporibus, sub proprio cujusque imperatoris titulo, disposuit, quem a suo nomine Theodosianum vocavit.

CAPUT II.

De legibus divinis et humanis.

1. Omnes autem leges, aut divinae sunt, aut humanae. Divinae natura, humanae moribus constant; ideoque hae discrepant, quoniam aliae aliis gentibus placent.

2. ⁿ Fas lex divina est; jus lex humana. ^o Transire per alienum fas est, jus non est.

ctores, sed his suffecti, excepto App. Claudio. Gratianus, *legum scribendarum causa.*

^l *Leges autem redigere.* Unde hoc sumpserit, incertum. A Cod. Tarracon. uno abest vox *Pompeius*. Unde suspicabatur A. Aug. C. primum scriptum fuisse, inde factum *Consul*, additumque ab aliquo *Pompeius* ex margine. Cum C. Ciceronem fortasse ostenderet, quem constat librum edidisse de jure civili in artem redigendo. Sed quod sequitur, *non perseverasse obtreptatorum metu*, nescio an satis in Ciceronis personam cadat, cadit autem optime in Pompeium, cujus potentia invidiosa et suspecta erat.

^k *Deinde Cæs.* Suet. in Julio.

^l *Novae a Constantin. Cæs. coep.* A. Aug. : *Propter Theodosianas, inquit, constitut., quarum collectio ex Christianorum principum constitutionibus const., eoque volumine Hispania utebatur (non Justiniani Codice) sumpto ex tribus Codicibus, in quibus leges Paganorum et Christianorum continentur.*

^m *Postea Theodos. min.* Sic etiam Ivo., part. IV, cap. 170, Decret. et lib. II, tit. 12, cap. 17, Panormiae. Legitur etiam *junior*, in quibusdam Gratiani et Isidori libris.

CAP. II. — ⁿ *Fas lex divina.* E Serv., Georg. I, ad vers. *Fas, et jura sinunt.*

^o *Transire per alienum.* Ita Goth. Cod.; *agrum* addidit Gratianus.

CAPUT III.

Quid differant inter se jus, leges et mores.

1. Jus ^a generale nomen est, lex autem juris est species. Jus ^b autem dictum, quia justum. Omne autem jus legibus et moribus constat.

192 2. Lex est constitutio scripta. Mos est vetustate probata consuetudo, sive lex non scripta. Nam lex a *legendo* vocata, quia scripta est.

3. Mos autem longa consuetudo est de moribus ^c tracta tantumdem. ^d Consuetudo autem est jus quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur; cum deficit lex. Nec differt, scripturam an ratione consistat, quando et legem ratio commendat.

4. Porro ^e si ratione lex constat, lex erit omne jam quod ratione constiterit, duntaxat, quod religioni congruat, quod disciplinae conveniat, quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo, quia in communi est usu.

CAPUT IV.

Quid sit jus naturale.

1. Jus, aut naturale est, aut civile, aut gentium. Jus naturale est commune omnium nationum, et quod ubique instinctu naturae, non constitutione aliqua habeatur, ut: viri et feminae conjunctio, ^f liberorum susceptio et educatio, communis omnium possessio, et omnium una libertas, acquisitio eorum quae caelo, terra marique capiuntur.

193 2. Item depositae rei ^g vel commodatae restitutio, violentiae per vim repulsio. ^h Nam hoc, aut si quid huic simile est, nunquam injustum, sed naturale, aequumque habetur.

CAPUT V.

Quid sit jus civile.

1. Jus ⁱ civile est, quod quisque populus, ^j vel civitas sibi proprium, ^k humana divinaque causa constituit.

CAPUT VI.

Quid sit jus gentium.

1. Jus gentium est sedium occupatio, aedificatio, munitio, bella, captivitates, servitutes, postliminia,

CAP. III. — ^a *Jus generale.* E Serv., AEn. 1, ad vers. *Jura dabit, legesque viris.*

^b *Jus autem dictum, quia justum.* Ulp., cap. 1. de Just. el jur. : *Est autem jus a justitia appellatum;* et Paul., cap. 11 : *Jus autem pluribus modis dicitur,* etc.

^c *Tracta tantumdem.* Ita plerique Cod; unus Tarracon., *tracta tantum.*

^d *Consuetudo autem est i. q. m. e.* Ex Juliano, cap. 32, de Legibus. Reliqua ex Tertull., lib. de Corona Milit.

^e *Si ratione lex constat.* Ita apud Tertull. Al., *consistat,* ut lib. II, cap. 10, et apud Gratian.

CAP. IV. — ^f *Liberorum susceptio.* Ita meliores Cod., non *successio.* Male enim ante procreationem et educationem successio collocaretur.

^g *Vel commodatae restitutio.* Al., *commendatae pecuniae,* non perinde recte.

^h *Nam hoc.* Paul., cap. 9, de Just. : *Jus pluribus modis dicitur, uno modo cum id, quod semper aequum, et bonum est jus dicitur, ut est naturale.*

CAP. V. — ⁱ *Jus civile.* Ex Caj., cap. 9, de Just. et Jur.

^j *Vel civitas.* Ex c. *Omnis,* de Just. et Jur. D.

^k *Humana divinaque causa.* Divina humanaque, Gratianus. Est autem posita conjunctio pro disjunctione, quod neque juriscultis insolens.

A ^l *foedera, paces, induciae, legatorum non violando-rum religio, connubia inter alienigenas prohibita; et inde jus gentium, quod eo jure omnes fere gentes utuntur.*

CAPUT VII.

Quid sit jus militare.

1. Jus militare est belli inferendi solemnitas, foederis faciendi nexus, signo dato egressio in hostem, vel pugnae commissio. Item signo dato receptio; item flagitii militaris disciplina, si locus deseratur; item ^m stipendiorum modus, dignitatum gradus, praemiorum honor veluti cum corona vel torques donantur.

2. **194** Item praedae decisio, et pro personarum qualitatibus et laboribus justa divisio, item principis portio.

CAPUT VIII.

Quid sit jus publicum.

1. Jus ⁿ publicum est in sacris, et sacerdotibus, et in magistratibus.

CAPUT IX.

Quid sit jus Quiritium.

1. Jus Quiritium est proprie Romanorum, ^o quo nulli tenentur nisi Quirites, id est, Romani, tanquam de legitimis haereditatibus, ^p de cretionibus, de tutelis, de usucapionibus; quae jura apud nullum alium populum reperiuntur, sed propria sunt Romanorum, et in eosdem solos constituta.

2. Constat autem jus Quiritium ex legibus, et plebiscitis, senatusconsultis, constitutionibus principum, et edictis, ^q sive prudentum responsis.

CAPUT X.

Quid lex.

1. Lex ^r est constitutio populi, qua majores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt.

CAPUT XI.

Quid scita plebium.

1. Scita ^s sunt quae plebes tantum constituunt; et vocata scita, quod ea plebs sciat, ^t vel quod sciscit ita uti rogata fuit.

CAP. VI. — ^l *Foedera paces.* Sallust., in Jugurth. : *Leges judicia, foedera, atque paces.*

CAP. VII. — ^m *Stipendiorum modus.* Hinc duplicarii, quibus virtutis ergo stipendia duplicabantur; et aere diruti, quibus detrahebantur ignominiae causa. Vid. Fest. et Cicer. in Verr.

CAP. VIII. — ⁿ *Ex Ulp., cap. 1, de Just. et Jur.*

CAP. IX. — ^o *Quo nulli tenentur, nisi dives Rom.* Hae Romanorum erant propria propter multas juris observationes, et solemnitates Quiritum proprias. Alioqui legitimae haereditates, et tutelae, et usucapiones, etiam apud Graecos erant Graecorum legibus. Sed Romae Graeci peregrini erant, nisi qui cives Romani fuerunt, et haeredes fieri non poterant, neque ab intestate succedere ex jure Quirit., quo jure alii non tenentur nisi cives Romani.

^p *De cretionibus.* De quibus inf., cap. 24, et Ulp., in fragm.

^q *Sive prudentum resp.* Disjunctio pro conjunctione satis frequens in hoc opere.

CAP. X. — ^r *Lex est.* Sup., lib. II, cap. 10.

CAP. XI. — ^s *Scita sunt.* Plebiscita. Grat., d. 2, cap. 3.

^t *Vel quod sciscit ita uti rogata fuit.* Vel quod *exsciscit ut et rogat, et fuit,* Salm. et compl. Codices vestigiis, non longe a recta scriptura. Alii, quod

CAPUT XII.

Quid senatusconsultum.

1. Senatusconsultum, quod tantum senatores ^a populis consulendo decernunt.

CAPUT XIII.

Quid constitutio et edictum.

1. Constitutio, vel edictum, quod rex, vel imperator constituit, vel edicit.

196 CAPUT XIV.

Quid responsa prudentum.

1. Responsa sunt, quæ jurisconsulti respondere dicuntur consulentibus; unde ^b et responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes, et arbitri æquitatis, qui ^c institutiones civilis juris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites contentionesque sopirent.

CAPUT XV.

De legibus consularibus, et tribunitiis.

1. Quædam etiam leges dicuntur ab iis qui conderunt, ut ^a consulares, tribunitiæ, Juliæ, Corneliæ. Nam et sub Octaviano Cæsare ^e suffecti consules Papius et Poppæus legem tulerunt, quæ a nominibus eorum appellatur Papia, Poppæa, continens patrum præmia pro suscipiendis liberis.

2. Sub eodem quoque imperatore ^f Falcidius tribunus plebis legem fecit, ne quis plus testamento legaret quam ut quarta pars superesset hæredibus. Ex cuius nomine lex Falcidia nuncupata est. 197 Aquilius quoque legem condidit, quæ hactenus Aquilia nuncupatur.

sciscitatur et rogat, mendose; non enim plebs rogabat, sed ipsa potius rogabatur illa formula: *Velitis, jubeatis, Quirites*, et in fine: *Hæc uti dixi, ita vos, Quirites, rogo*. Post rogationem plebs in suffragium vocabatur; binæ singulis tabellæ ministrabantur: alteri *A* littera erat inscripta, quæ *Antiquo*, id est, *antiqua probo*, significabat; alteri *V. R.*, id est, *uti rogas*. Est autem *scisco*, ut Festus interpretatur, *jubeo, sententiam dico*, vel *suffragium fero*. Quod si *sciscitatur et rogatur*, vel *sciscitur et rogatur* legas, ut est in aliis libris, posterius prioris erit interpretatio. Gloss., *sciscit*, πρὸς ἀνετα.

CAP. XII. — ^a *Populis*. Ita omnes libri; sed *Populi Rom.* legebat Chacon. Natus error ex similitudine *s* et *r* Gothicorum characterum, quorum prius *s*, posterius *r* illis fuit.

CAP. XIV. — ^b *Responsa Pauli*. Qui xxiii libros Responsorum scripsit, ex quibus multa in Digestor. libris leguntur.

^c *Institutiones juris civilis*. A responsis ad institutiones venisse dicebat A. Augustinus propter Caii institutiones cum Pauli sententiis ab Alarico editas post Codicem Theodosianum.

CAP. XV. — ^d *Consulares, Tribunitiæ*. Consulares leges vocabantur quæ, consule populum rogante, lætæ erant. Tribunitiæ quæ, tribuno; quamvis hæc *plebiscita* proprie appellarentur, sed sæpius *leges*, Cic., III de Legibus: *Leges sunt veteres, neque eæ consulares (si quid interesse arbitramini), sed tribunitiæ*. Vid. Angell., lib. x, cap. 20.

^e *Suffecti consules*. Consules suffecti dicebantur qui non Kalendis Januariis, ut ordinarii, sed aliqua parte anni consolatum capiebant. Senec., lib. III de Ira, cap. 31: *Dedit mihi præturam, sed consulatum speraveram; dedit duodecim fascies, sed non fecit ordinarium consulem; a me numerari voluit annum, sed*

A

CAPUT XVI.

De lege satyra.

1. Satyra ^g vero lex est quæ de pluribus rebus simul eloquitur, dicta a copia rerum, et ^h quasi a *saturitate*; unde, ⁱ et satyram scribere est poemata varia condere, ut Horatii, Juvenalis et Persii.

CAPUT XVII.

De legibus Rhodiis.

1. Rhodiæ leges navalium commerciorum sunt, ab Insula Rhodo cognominatæ, in qua antiquitus mercatorum usus fuit.

198 CAPUT XVIII.

De privilegiis.

1. Privilegia autem sunt leges privatorum, quasi privatæ leges. Nam privilegium inde dictum, ^j quod in privato feratur.

CAPUT XIX.

Quid possit lex.

1. ^k Omnis autem lex, aut permittit aliquid, ut vir fortis petat præmium; aut vetat, ut, Sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat; aut punit, ut, Qui cædem fecerit capite plectatur, ejus enim præmio, aut pœna vita moderatur humana.

CAPUT XX.

Quare facta sit lex.

1. Factæ sunt leges ut earum metu humana coercatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, et in ipsis improbis, formidato supplicio, refrenetur nocendi facultas.

C *deest mihi ad sacerdotium*, etc. Ausonius, in Gratiar. actione: *Sed consulatus ille cujusmodi? Ordinario suffectus, bimestri spatio interpositus, in sexta anni parte consumptus*. Vid. Dion., lib. XLVIII.

^f *Falcidius*. Locus ex Euseb. Chron.

CAP. XVI. — ^g *Satyra lex*. Nulla fuit lex quæ proprio nomine *satyra* vocaretur; sed leges omnes quæ multa eaque diversa continebant *satyræ* appellabantur, ducta similitudine, sive ab ea lance quæ diversis pomor. seu frugum generibus referta deorum templis inferebatur; sive a cibo variis rebus condito. Inde quas leges perpetuo valere et æternas esse volebant, in earum sanctionibus addebant, *neve per satyram abrogato, aut derogato*, hoc est, ne simul quis, cum aliis alterius legis capitibus de eis abrogandis ad pop. ferret. Cum enim turbulenti aut factiosi magistratus legem aliquam populo non injucundam abrogare cupiebant, legum capita quædam æquissima et multitudini valde grata proponere, interque ea unum de illa, alia lege abroganda inserebant, quo artificio circumventus populus utiles sæpe leges imprudens abrogabat. Unde plures translationes fluxere. Nam quidquid confuse non servato temporis aut rerum ordine fiebat, per satyram fieri dicebatur. Gloss., *Satyra*, νόμος πολλὰ περιέχων. Vid. Fest.

^h *Et quasi saturitate*. — *Saturam* scilicet dicebant et scribebant Isidori ætate.

ⁱ *Unde et satyram scribere*. Hæc aliena censemus cum Chacone.

CAP. XVIII. — ^j *Quod in privato feratur*. More suo pro *in privatam*, nisi potius *in privatos* legendum. Cic. III de Legibus: *Majores nostri in privatos homines leges ferri noluerunt, id est enim privilegium*.

CAP. XIX. — ^k *Repetuntur hæc capita ex lib. II, cap. 10.*

CAPUT XXI.

Qualis debeat fieri lex.

1. Erit autem lex honesta, justa, possibilis, secundum naturam, secundum patriæ consuetudinem, loco, temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem **199** contineat, nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripta.

CAPUT XXII.

De causis.

1. Pragma Græcum est, quod Latine dicitur *causa*; unde et *pragmata* negotia dicuntur, et actor causarum et negotiorum *pragmaticus* nuncupatur.

CAPUT XXIII.

De testibus.

1. Testes quisque ante iudicium, sibi ^a placitis alligat, ne cui sit postea liberum, aut dissimulare, aut subtrahere se; unde et *alligati* appellantur.

2. Item *testes* dicti, quod *testamento* adhiberi solent, sicut *signatores*, quod *testamenta signant*.

CAPUT XXIV.

De instrumentis legalibus.

1. Voluntas generale nomen omnium legalium instrumentorum, quæ quia non vi, sed voluntate procedit, ideo tale nomen accepit.

2. Testamentum vocatum, quia nisi testator mortuus fuerit, **200** nec confirmari potest, nec sciri quod in eo scriptum sit, quia clausum et obsignatum est; et inde dictum *testamentum*, quia non valet nisi post testatoris *monumentum*; unde Apostolus: *Testamentum*, inquit, *in mortuis confirmatur*.

3. ^b Testamentum sane in Scripturis sanctis non hoc solum dicitur, quod non valet, nisi testatoribus mortuis, sed omne pactum et placitum, *testamentum* vocabant; nam Laban et Jacob testamentum fecerunt, quod utique etiam inter vivos valeret. Et in Psalmis legitur: *Adversum te testamentum dispuerunt*, hoc est, pactum; et innumerabilia talia.

4. Tabulæ testamenti ideo appellatæ sunt, quia

CAP. XXIII. — ^a *Sibi placitis alligat.... unde et alligati*. An inde nos, *aliados*, et *alianza*, quasi alligatos et alligationem dicimus? An potius *sibi placitos* ex A. Augustini veteri libro recipimus, et *allegat* legimus, et *allegati*? Namque eosdem quoque non multum diversa significatione *allegados* hodie vocamus? Deflexisse enim significationes ab antiquis infinitis in vocibus passim cernimus; nam ad attestationem respicere non fit verisimile.

CAP. XXIV. — ^b *Testamentum sane*. Verba sunt Aug. in ps. LXXXII, et Hieronym., Habac. II.

^c *Quinque testium subscriptione firmatum*. Tot enim testes in testamento per æs et libræm adhibebantur. Justinianus vero ait jure civili signa testium necessaria non fuisse, sed jure tantum prætorio.

^d *Holographum testam.* Amb., in Epist. ad Gal. cap. VI: *Ubi holographa manus est, falsum dici non potest*. Idem hologrammon, sive hologrammaton testamentum apud Justinianum dicitur, de quo novell. 107, cap. 1: Βουλόμεθα, εἴ τις γράμματα ἐπιστάμενος μεταξύ τῶν αὐτοῦ παιδῶν βούλοιο ποιήσασθαι διατύπωσιν, πρῶτον μὲν αὐτοῖς προγράψειν τὸν γρόνον, εἶτα καὶ τὰ τῶν παιδῶν ὀνόματα οἰκείᾳ χειρὶ, καὶ πρὸς γε τοὺς οὐγκιασμοὺς, εἰς οὓς γράφει κληρονόμους αὐτοὺς, μὴ τοῖς συμβόλοις τῶν ἀριθμῶν σημανομένους, ἀλλὰ δι-

A ante chartæ et membranarum usum in tabulis dotalis non solum testamentum, sed etiam epistolarum alloquia scribebantur; unde et portitores earum *tabellarii* vocantur.

5. Testamentum juris civilis est ^e quinque testium subscriptione firmatum.

6. Testamentum juris prætorii est septem testium signis signatum; sed illud apud cives fit inde civile, istud apud prætores, inde juris prætorii. Testamentum autem signare, *notare* est, ut *notum* sit quod scriptum est.

7. ^d Holographum testamentum est manu auctoris totum conscriptum, **201** atque subscriptum; unde et nomen accepit. Græci enim ἔλον *totum*, ^e γραφήν *litteram* dicunt.

B 8. Irritum testamentum est, si is qui testatus est capite diminutus est, aut si non rite factum sit.

9. Inofficiosum testamentum est, quod, frustra liberis exhereditatis, sine officio naturalis pietatis in extraneas personas redactum est.

10. Rupium testamentum, inde vocatur, eo quod nascente posthumo, neque exhereditato nominatim, neque hærede instituto, dirumpitur.

11. Suppressum testamentum, est quod in fraudem hæredum, vel legatariorum, seu libertorum non est palam prolatum: quod si non latet, tamen si prædictis personis non proferatur, suppressi tamen videtur.

12. ^f Nuncupatio est cum in tabulis cerisque testator recitat, dicens: *Hæc, ut in his tabulis cerisque scripta sunt, ita do, ita lego; itaque vos, cives Romani, testimonium mihi præbetote*, et hoc dicitur *nuncupatio*; nuncupare enim est palam nominare, et confirmare.

13. ^g Jus liberorum est conjugum sine liberis invicem loco pignorum hereditatis alterna conscriptio.

14. ^h Codicillum, ut veteres aiunt, sine dubio ab auctore dictum, **202** qui hoc scripturæ genus instituit. Est autem scriptura nulla indigens solemnitate

ἔλων γραμμάτων δηλόμενος.

^e Γραφήν *litteram*. — *Littera pro scriptura*, ut apud incertum poetam:

Littera rem gestam loquitur, res ipsa medullam.
^f *Nuncupatio.... hæc, ut in his tabulis*. Ulpian., in Fragm., tit. XX: *Nuncupatur testamentum in hunc modum: Tabulas testamenti testator tenens ita dicit: « Hæc, ut in his tabulis, cerisque scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor; itaque vos, Quirites, testimonium præbetote. »* Sed, quod Ulpianus addit, *ita testor*, omissum ab Isidoro, nihil mirum. Ait enim Pomponius, cap. 120, de Verbor. signif., in XII tabul., *Legandi* verbo, etiam hæredis institutionem contineri.

^g *Jus liberorum*. Conjuges quibus filii non essent, non poterant se invicem hæredes in universum instituire, nisi jus liberorum a principe impetrassent. Ulpian. tit. XVI. Quod confirmatur etiam verbis veteris interpretis novell. Theodos. et Valent. de Testament., quæ posita est in calce Codicis Theodosiani.

^h *Codicillum*. Seneca, lib. de Brevit. vitæ: *Hoc quoque quarentibus remittamus: quis Romanis primus persuasit navem conscendere? Claudius is fuit, Caudex ob hoc ipsum appellatus, quia plurimum tabellarum contextus CAUDEX apud antiquos vocabatur. Unde publicæ tabulæ Codices dicuntur, et navcs nunc quoque,*

verborum, sed sola testatoris voluntate qualicunque scripturæ significatione expressa : cujus beneficio voluntatibus defunctorum constat esse subventum propter legalium verborum difficultatem, aut certe propter necessitatem adhibendorum solemnium ita ut qui titulum scribit ejusdem scripturæ, *codicillum* vocet; icut autem *codicillus* fit vice testamenti, ita epistola vice *codicillorum*.

15. ^a *Cretio* est certus dierum numerus, in quo institutus hæres, aut addit hæreditatem, aut finito tempore *cretionis* excluditur, ^b nec liberum est illi ultra capiendæ hæreditatis.

16. ^c *Cretio* autem appellata est quasi *decretio*, id est, decernere, vel constituere, ut puta : *Ille mihi hæres esto*; additurque : *Cernitoque intra dies tot.* Adeundarum autem hæreditatum centesimus status erat dies, quibus non esset *cretio* addita.

17. ^d *Fideicommissum* dictum, ut fiat quod a defuncto committitur. 203 Nam *fides* dicta, eo quod fiat : quod tamen non directis verbis, sed *precativis* exposeitur.

18. ^e *Pactum* dicitur inter partes ex pace conveniens scriptura, legibus ac moribus comprobata; et dictum *paetum*, quasi ex *pace factum*, ab eo quod est *pango*, unde et *pepigil*.

19. *Placitum* quoque similiter ab eo quod *placet*. Alii dicunt *Pactum* esse quod volens quisque facit; ad *Placitum* vero etiam nolens compellitur, veluti quando quisque paratus sit in iudicio ad respondendum; quod nemo potest dicere *pactum*, sed *placitum*.

20. *Mandatum* dictum, quod olim in commisso negotio alter alteri *manum dabat*.

21. *Ratum* vero quasi *rationabile* et *rectum*; unde, et qui pollicetur dicit : *Ratum esse profiteor*, hoc est, *firmum* atque *perpetuum*.

22. ^f *Rite* autem esse [F. est] non *recte*, sed, *ex more*.
^g *Chirographum*..... *Cautio*.....

23. *Empio* et *venditio* est rerum commutatio, atque *contractus* ex *convenientia* veniens.

24. ^h *Emptio* autem dicta, quod *a me tibi sit*; *venditio* quasi *venundinatio*, id est, a *nundinis*.

quæ ex antiqua consuetudine per *Tiberim commectus subvehunt*, *caudicariæ* vocantur. Hinc *codicilli*, qui ex tabulis cera illitis conficiebantur, ut facile in sinu gestari possent. Itemque scriptura qua quis voluntatem suam sine ulla solemnitate testatur.

^a *Cretio*. Vid. Ulp. tit. xxii.

^b *Neque liberum illi est. Jus, sive arbitrium intellige.*

^c *Cretio appellata est*. Varr., lib. vi : *CREVI valet CONSTITUI, itaque hæres, eum constituit se hæredem esse, dicitur cernere; et eum id fecit, crevisse.*

^d *Fideicommissum*. Ulp., tit. xxv : *Fideicommissum est quod non civilibus verbis, sed precativis relinquitur.*

^e *Pactum dicitur*. Refert hæc verba Bernard., Papien., cap. 11, de Verb. sign., in 1 collect. Decretal., et Greg. IX, cap. 11, eo tit. Recte in vet. libris *paetum a pago*, non *a pango* ducitur.

^f *Rite autem esse non recte*. Non dissentit a Servio, qui *rite* non *recte* solum, sed *recte secundum ritum* interpretatur.

^g *Chirographum*..... *cautio*. Separatæ leguntur hæc

A 25. *Donatio* est cujuslibet rei *transactio*. Dictam autem dicunt *donationem*, quasi *doni actionem*; et *dotem*, quasi *do item*. Præcedente enim in nuptiis *donatione*, *dos* sequitur.

204 26. ⁱ Nam antiquus *nuptiarum* erat ritus, quod se maritus et uxor invicem emebant, ne videretur uxor ancilla, sicut habemus in jure. Inde est, quod præcedente *donatione* viri, sequitur *dos* uxoris.

27. *Donatio usufructuaria* ideo dicitur, quia *donator* ex ea *usumfructum* adhuc retinet, servato cui *donatum* est jure.

28. *Donatio directa* ideo *nuncupatur*, quia et jure et usu statim transit in alterum, nec ultra inde aliquid ad jus *donatoris* retorquetur.

B 29. ^j *Conditiones* testium sunt proprie, et dictæ *conditiones* a *condicendo*, quasi *conditiones*, quia non ibi testis unus jurat, sed vel duo, vel plures. Non enim in unius ore, sed in duorum aut trium testium stat omne verbum. Item *conditiones*, quod inter se conveniat sermo testium, quasi *condictiones*.

30. *Stipulatio* est *promissio*, vel *sponsio*; unde et *promissores stipulatores* vocantur; dicta autem *stipulatio* a *stipula*. ^k Veteres enim quando sibi aliquid promittebant, *stipulam* tenentes frangebant : 205 quam iterum *jungentes*, *sponsiones* suas agnoscebant. Sive quod *stipulum* ^l juxta Paulum *juridicum firmum* appellaverunt.

31. *Sacramentum* est *pignus* *sponsionis*, vocatum autem *sacramentum*, quia violare quod quisque promittit, *perfidia* est.

CAPUT XXV.

De rebus.

1. *Hæreditas* est res quæ morte alicujus ad quempiam pervenit, ^m nec legata testamento, nec possessione retenta. Dicta autem *hæreditas* a *rebus additis*, sive ab *ære*, quia qui possidet agrum, et censum solvit; ⁿ inde *hæres*.

2. Res sunt quæ in nostro jure consistunt. ^o *Jura* autem sunt quæ a nobis juste possidentur, nec aliena sunt.

3. Dicta autem res a *recte* habendo, *jus a juste*

voces in melioribus libris sine interpretatione; quæ sunt in *Editis* ipsa se satis produnt. Cod. Neap. *Chirographum, cautio, id est MANUS INSCRIPTIO*.

^h *Emptio autem dicta*. Vel potius, quod *e meo tuum* fiat, nisi quod hæc notatio est *mutui* apud *Justinianum*.

ⁱ *Nam antiquus nuptiarum... sicut habemus in jure*. Verba *Servii* initio lib. 1 *Georg.*, ubi desunt fortasse hæc verba : *ne videretur uxor ancilla*.

^j *Conditiones proprie testium*. Ita scriptum in *Gothico*, et ita procedit notatio.

^k *Veteres... agnoscebant*. Expungebat hæc *Chacon*.

^l *Juxta Paul. jurid. Lib. v Sent., tit. 8. Vid. inf. lib. x, Stipul.*

CAP. XXV.—^m *Nec legata testamento, aut possessio retenta*. Verba sunt *Ciceronis* in *Topicis*, quæ in uno tantum libro *Ovet. Colleg. integra* leguntur.

ⁿ *Inde, et hæres*. Al., *inde et res*.

^o *Jura autem sunt*. Ex *August.*, *epist. 54*; quæ referuntur a *Greg.*, c. 12, de *Verbor. signif.*, et 14., q. 4, c. *Quid dicam*, et a *Bernard. Pap.*, in 1 collect.

possidendo. Hoc enim jure possidetur quod juste, hoc juste quod bene. Quod autem male possidetur alienum est. Male autem possidet, qui vel sua male utitur, vel aliena præsumit. Possidet autem juste, qui non irretitur cupiditate. Qui autem cupiditate tenetur, possessus est, non possessor.

4. Bona sunt honestorum, seu nobilium, quæ proinde bona **206** dicuntur, ut non habeant turpem usum, sed ea homines ad res bonas utantur.

5. Peculium proprie minorum est personarum, sive servorum. Nam peculium est, quod pater, vel dominus filium suum, vel servum pro suo tractare patitur. Peculium autem a *pecudibus* dictum, in quibus veterum constabat universa substantia.

6. Bonorum possessio est jus possessionis certo ordine, certoque titulo acquisita.

7. Intestata hæreditas est, quæ testamento scripta non est, aut si scripta sit, jure tamen nequaquam est addita.

8. Caduca inde dicitur, quia ejus hæredes ceci-derunt.

9. Familia hereiseunda est divisio hæreditatis inter hæredes. Hereiseunda enim apud veteres *divisio* nuncupatur.

10. Comuni dividendo, est inter eos quibus communis res est, quæ actio jubet postulantibus iis arbitrium dari, cujus arbitrato res dividatur.

11. Finium regundorum actio dicta, eo quod per eam regantur fines utriusque, ne dissipentur, ^a dummodo non angustiore quinque pedum loco ea controversia sit.

12. Locatio est res ad usum data cum definitione mercedis.

13. Conductio est res in usum accepta, cum constituta mercede.

14. Res credita est quæ in obligationem ita deducta est, ut ex tempore quo contrahebatur certum sit eam deberi.

15. Usura est incrementum feneratoris, ab *usu æris* crediti nuncupata.

16. ^b Commodatum est id quod nostri juris est, et ad alterum **207** temporaliter translatum est cum modo temporis, quandiu apud eum sit, unde et *commodatum* dictum est.

17. Precarium est, dum *prece* creditor rogatus permittit debitorem in possessione fundi sibi obligati demorari, et ex eo fructus capere. ^d Et dictum *precarium*, quia *prece* additur, quasi *prece adium*, *r* pro *d* litera commutata.

18. Mutuum appellatum est, quia id quod a me tibi datur ex *meo tuum* fit.

19. Depositum est pignus commendatum ad tem-

^a Dummodo non angustiore quinq. ped. Negationem tollit A. August. ad leg. XII tab., cap. 20.

^b Commodatum. — Commodum, lib. omnes, mendose.

^c Cum modo temp. Id est, cum præfinitione temporis. Al., per commodum temp.

^d Dictum precarium q. p. a. Productio verbi est *arium*, ut in *armario*. Sed *σπραινόμενον* ita commode explicari quis neget?

pus, quasi *diu positum*. Deponere autem quis videtur, cum aliquid metu furti, incendii, naufragii, apud alium custodia causa deponit.

20. Interest autem in loquendi usu inter pignus et arrham. Nam pignus est quod datur propter rem creditam, quæ dum redditur, statim pignus aufertur. Arrha vero est quæ primum pro re bonæ fidei contractu empta, ex parte datur, et postea completur.

21. Est enim arrha complenda, non auferenda, unde, qui habet arrham non reddet sicut pignus, sed desiderat plenitudinem, et ^e dicta *arrha a re* pro qua traditur. Item inter pignus et fiduciam, et hypotheecam, hoc interest:

22. Pignus est enim quod propter rem creditam obligatur, cujus rei possessionem solam ad tempus consequitur creditor. Cæterum dominium penes debitorem est.

23. Fiducia est cum res aliqua sumendæ mutuæ pecuniæ gratia, vel mancipatur, ^f vel in jure ceditur.

24. Hypotheeca est eum res commodatur sine depositione pignoris, pactione, vel cautione sola interveniente.

25. ^g Momentum dictum a temporis brevitate, ut quam cito, quam statim salvo negotio reformetur, nec in ullam moram produci **208** debeat, quod repetitur; sicut nec ullum spatium est momenti, cujus tam brevis est temporis punctus, ut in aliquam moram nullo modo producatur.

26. Instrumentum est unde aliquid construimus, **C** ut culter, calamus, asea.

27. Instructum, quod per instrumentum efficitur, ut baculus, codex, tabula.

28. Usus, quo in re instructa utimur, ut *in baculo inniti, in Codice legere, in tabula ludere*, sed, et ipse fructus agrorum, quia eo utimur, *usus* vocatur. Hæc sunt illa tria...

29. Ususfructus autem vocatus, quia solo *usu* habetur ejus *fructus*, manente apud alium jure.

30. Usucapio est adeptio domini per continuationem justæ possessionis, ^h vel biennii, vel alicujus temporis.

31. Mancipatio dicta est, quia *res manu capitur*. Unde oportet eum qui mancipio accipit comprehendere id ipsum quod ei mancipio datur.

D 32. Cessio est propriæ rei concessio, sicut est illud: *Cedo jure propinquitatis*. *Cedere* enim dicimus, quasi *concedere*, id est, quæ propria sunt; nam aliena restituimus, non cedimus. Nam *cedere* proprie dicitur, qui contra veritatem alteri consentit, ut ⁱ Cicero: *Cessit*, inquit, *amplissimi viri auctoritati, vel potius paruit*.

^e Dicta autem arrha a re. Imo ab arrhabone præcisa voce.

^f Vel in jure ceditur. Quomodo juris cessio fiat, docet Ulpian., in *Fragm.*, et Caius citatus à Boethio in *Top.*

^g Momentum ut quam cito, quam statim. Ita meliores libri.

^h Vel biennii. Anni, vel biennii. Ulpianus plenius

ⁱ Ut Cicero. In *Ligariana*.

33. Interdictum est quod a iudice non in perpetuum dicitur, salva propositione actionis ejus.

34. Pretium vocatum, eo quod prius illud damus, ut pro ejus vice rem quam appetimus possidere debeamus.

35. Commercium dictum a *mercibus*, quo nomine res venales appellamus. Unde et *mercatus* dicitur cœtus multorum hominum, qui res vendere vel emere solent.

36. Integri restitutio est causæ vel rei reparatio.

37. Causa redintegratur, quæ vi potestatis expleta non est. Res redintegratur, quæ vi potestatis ablata atque extorta est.

CAPUT XXVI.

De criminibus in lege conscriptis.

1 Crimen a *carendo* nominatur, ut furtum, falsitas, etc., quæ non occidunt, sed infamant.

2. Facinus dictum a *faciendo* malum, quod noceat alteri.

3. ^aFlagitium a *flagitando* corruptelam libidinis, qua noceat sibi. Hæc duo sunt genera omnium peccatorum.

4. Vis est virtus potestatis, per quam causa, sive res, vel aufertur, vel extorquetur.

5. ^bVis privata est, si quisquam ante iudicium armatis hominibus quemquam a suo deiecerit vel expugnaverit.

6. Vis publica est, si quis civem ante populum, vel iudicem, vel regem appellentem necaverit, aut torserit, sive verberaverit, vel vinxerit.

7. ^cDolus est mentis calliditas, ab eo quod deludat; aliud enim agit, et aliud simulat. Petronius aliter existimat dicens: *Quid est iudices, dolus Nimirum ubi aliquid factum est quod legi dolet; habetis dolum, accipite nunc malum.*

8. ^dCalumnia est iurgium alienæ litis, a *calvando* id est, *decipiendo* dicta.

9. ^eFalsitas, appellata a *fando* aliud quam verum est.

10. ^fInjuria est injustitia; hinc est apud Comicos *injurius* qui audet aliquid contra ordinem juris.

CAP. XXVI. — ^aFlagitium. Non.: *Flagitium veteres vitium quod virgini inferatur dici voluerunt.*

^bVis privata... Vis publica Ex Paul., lib. v Sentent., tit. 26, ex quo legentium videbatur Chaconi antea *populum*, nunc *iudicem*, vel *regem appellentem*, quod nobis quoque videtur, nisi ante *populum Gothicismum* esse mavis.

^cDolus est mentis calliditas. De dolo malo hæc Labeo et Aquilius. Nam est etiam dolus bonus, ut videtur deesse vox *malus*.

^dCalumnia a CALVENDO, id est DECIPiendo. Hinc in XII tabul.: *Si calvitur pedemve struit.*

^eInjuria est injust Verba Servii, Æn. ix, ex verb. *Cum Turni injuria.*

^fSeditio. Citantur hæc a Non., ex Cic., vi de Rep., in Seditio.

^gSacrilegium. Serv., Æ. ix.: LEGERE, *furari*, unde et SACRILEGI, qui *sacra furuntur.*

^hIn idolor. cultu hæsit. Ita interpretatur quidam illud Pauli ad Rom. ii: *Qui abominatis idola, sacrilegium facis.*

ⁱAdulterium est illusio. — *Abusio*, Ovent. et Neap.

11. ^rSeditio dicitur dissensio civium, quod seorsum alii ad alios eunt. Nam hi maxime turbatione rerum et tumultu gaudent.

12. ^sSacrilegium proprie est sacrarum rerum furtum; postea, et ^hin idolorum cultu hæsit hoc nomen.

13. ⁱAdulterium est illusio alieni conjugii, quod quia *alter alterius* torum comma. ulavit, *adulterii* nomen accepit.

14. ⁱStuprum....

15. ^kRaptus proprie est illicitus coitus, a *corrumpendo* dictus, unde Virgilius: *Rapto potitur*, id est, stupro fruitur.

16. Homicidii vocabulum compositum est ex *hominine*, et *cæde*; qui enim cædem in hominem fecisse compertus erat, *homicidam* veteres appellabant.

17. Parricidii actio non solum in eum dabatur qui parentem, id est, qui patrem, vel matrem interemisset, sed et in eum qui patrem occiderat, et dictum *parricidium*, quasi *parentis cædes*.

18. ^lInternecivi iudicium in eum dabatur qui falsum testamentum fecerat, et ob id hominem occiderat. Accusatorum ejus possessio bonorum sequebatur. *Internecivi* autem significatio est, quasi hominis quædam *enecatio*; nam præpositionem *inter* ponebant antiqui pro *i* Nævius: *Mare inter bibere*. Et Plautus: *inter luere marc*, id est *ebihere* et *eludere*.

19. Furtum est rei alienæ clandestina contrectatio, a *furvo*, id est *fusco* vocatum, quia in obscura fit. ^mFurtum autem capitale crimen apud majores fuit ⁿante pœnam quadrupli.

20. Pervasio est rei alienæ manifesta præsumptio. Furtum autem earum rerum fit, quæ de loco in locum transferri possunt, pervasio autem et earum quæ transferuntur, et earum quæ immobiles sunt.

21. Inficiatio est negatio debitæ rei cum a creditore deprecatur. Idem et abjuratio, id est, rei creditæ abnegatio.

22. Ambitus iudicium in eum est, qui largitione honorem capit, et *ambit*, amissurus dignitatem quam munere invadit.

28. Peculatus iudicium in eos datur, qui fraudem

Fest.: *Adulter et adultera dicuntur, quia et ille ad alteram et hæc ad alterum se conferunt.*

ⁱStuprum... Lacuna est in melioribus libris; in aliis quæ de Raptu dicuntur pro interpretatione adhibentur.

^kRaptus. E Serv., Æn. iv.

^lInternecivi. Sic in antiquissimis quibusque libris, Fest.: *Internecivum testamentum propter quod dominus ejus necatus est.* Neque aliorum librorum scripturas, in quibus *interneciei*, *internecii*, *internecidii* legitur, rejicimus. *Internecidi* etiam recipimus cum Jacob. Cujac. Nam et Agell. *internecium morbum* dixit.

^mFurtum capitale. Legibus XII tab., ut ait Theophilus, lib. iv Inst., tit. xii. Draconis vero leges etiam minimæ rei furem capitis damnabant. Plutarch. et Agell.

ⁿAnte pœnam quadrupli. At Cato, in præf. lib. de Re rust.: *Majores nostri sic habuerunt, et ita in legibus posuerunt furem dupli condemnari, feneratorum quadrupli.* Vid. Agell., lib. xi, cap. 48, qui hanc litem componit.

ærario faciunt, pecunianque publicam intervertunt ; **A** nam a pecunia peculatus est dictus. Non autem sic judicatur furtum publicæ rei, sicut rei privatae ; nam ille sic judicatur ut sacrilegus, quia fur est sacrorum.

24. Repetundarum accusatur, qui pecunias a sociis cœpit. In hoc **212** iudicio reus si ante moriatur, in bona ejus iudicium redditur.

25. Incesti iudicium in virgines sacratas vel propinquas sanguine constitutum est ; qui enim talibus miscentur, incesti, id est, *incesti* habentur.

26. Majestatis reatu tenentur ii qui regiam majestatem læserunt, vel violaverunt, vel qui rempublicam prodiderunt, vel cum hostibus consenserunt.

27. Piaculum dictum, quod *expiari* potest ; Commissa sunt enim quæ erant quoquo ordine expianda.

CAPUT XXVII.

De pœnis in legibus constitutis.

1. Dupliciter malum appellatur : unum quod homo facit, alterum quod patitur. Quod facit, peccatum est, quod patitur pœna. ^a Malum autem tunc plenum est, cum et præteritum est, et impendet, ut sit et dolor et metus.

2. Pœna dicta quod *puniat*. ^b Est autem epithetum necessarium, et sine adjectione non habet plenum sensum, adjicis *pœna carceris*, *pœna exsilii*, *pœna mortis*, et implet sensum.

3. Supplicium proprie dicitur, non quo quis quoquo modo punitur, sed cum ita damnatur, ut bona ejus consecrentur, et in publico redigantur ; nam *supplicia* dicebantur supplicamenta. Et *supplicium* dicitur de cujus damnatione delibatur aliquid Deo, unde et *supplicare*.

4. ^c Octo genera pœnarum in legibus contineri Tullius scribit : **213** *damnum, vincula, verbera, talionem, ignominium, exsilium, servitutem, et mortem ; his namque pœnis vindicatur omne perpetratum peccatum.*

5. Damnum a *diminutione* rei vocatum.

6. Vincula a *vinciendo*, id est, *arctando* dicta, eo quod constringant, atque retineant, vel quia *vi ligant*.

7. Compedes dictæ, quia *continent pedes*.

CVP. XXVII, ^a *Malum autem tunc plenum... et impendet.—Planum... et impedit* legit interpret Hispanus, qui ita reddidit : *El mal entónces es llano, quando es pasado, e embarga al que sea dolor, e miedo.*

^b *Est autem epitheton necessarium.* Pro *necess.* NOMEN est in plerisque libris, error natus ex scripturæ compendio nomen, quod est in libro Salmant.

^c *Octo genera pœnarum.* Ex August., 21 de Civit. cap. 11. Cic. lib. 1 de Orat. : *Vitia hominum atque fraudes, damnis, vinculis, ignominiiis, verberibus, ex siliis, morte multantur.* Talionis tamen (quod sciam, non meminit Cicero ; meminit Aug.

^d *Nervus...* In vet. Cod lacuna est. Aliorum interpretatio ex Festi epitome sumpta videri possit, sed aliquanto etiam verius Festus ipse.

^e *Boja.* Fest. : *Boiæ genus vinculorum tam lingue, quam ferreæ dicuntur.*

^f *Numero tantum plurali.* At Virgil. singulari dixit : *fluuntque effusi carcere eurrus.*

8. *Pedicæ* sunt laquel quibus pedes illaqueantur, dictæ a *pedibus capiendis*.

9. *Catenæ* autem quod accipiendo *teneant* utraque vestigia, ne progrediantur. Item *catenæ*, quod se *capiendo teneant* plurimis nodis.

10. *Manicæ* sunt vincula quibus *manus capiuntur*, licet et *manicæ tunicarum* sint.

11. ^d *Nervus....*

12. ^e *Boia* est torques damnatorum, quasi *jugum iu bove* ; ex genere vinculorum est.

13. *Carcer* in quo custodiuntur noxii. Et dictus *carcer*, quod eo homines *coereantur*, includantur que quasi *arcer*, ab *arendo* scilicet. Locum autem in quo servantur noxii *carcerem* dicimus numero tantum singulari ; unde vera emittuntur quadrigæ **B** *carceres* vocamus ^f numero tantum plurali.

14. *Verbera* dicta, quia cum agitantur, aerem *verberant*. Hinc **214** *flagra*, et *plagæ*, et *flagella*, quia cum *flatu*, et strepitu in corpore sonant. Nam *plagæ* quasi *flagæ* ; sed *plagæ* et *flagra* primæ positionis sunt ; *flagella* autem per diminutionem dicta.

15. ^g *Anguilla* est, qua coercentur in scholis pueri, quæ vulgo *scutica* dicitur.

16. *Fustes* sunt quibus pro criminibus juvenes feriuntur, appellati quod præfixi in *fossis stent*, quos *palos rustici* vocant.

17. ^h *Vectes* dicti, quod manibus *vectentur*, unde ostia saxaque velluntur, ⁱ sed hi ad pœnas legum non pertinent.

18. *virgæ* sunt summitates frondium arborumque dictæ, quod *virides* sunt, vel quod *vim* habeant **C** *arguendi* : quæ si ^j lenis fuerit, virga est ; si certe nodosa, vel aculeata, scorpio rectissimo nomine, ^k quia arcuato vulnere in corpus infigitur.

19. *Ictus* proprie flagellorum sunt ab *agitando* vocati.

20. *Ungulæ* dictæ, quod effodiant ; hæc et ^l *fidiculæ*, quia iis in equuleo torquentur, ut *fides* inveniantur.

215 21. ^m *Equuleus* autem dictus, quod extendat

22. *Tormenta* vero, quod *torquendo mentem* inveniant.

23. Est et ⁿ *latomia* supplicii genus (... ad verbe-

^g *Anguilla.* Plin., lib. IX, cap. 23 : *Tenuissimum (murænis) tergus, contra anguillis crassius, eoque verberari solitos tradit Verrius prætextatos, et ob id dicit his multam non institutam.*

^h *Vectes.... saxaque velluntur.* Vehuntur. — malebat A. August., sed velli vehique saxa vectibus passim videmus.

ⁱ *Sed hi ad pœnas leg. n. p.* Cur igitur hic commemorati ? An quia martyres vectibus cruciatis sæpe legimus ?

^j *Si lenis.* Al., *si lævis.*

^k *Quia arcuato vulnere.* Verba sunt Hieronymi, sive Tertulliani potius. Vid. inf., lib. XII, cap. 5.

^l *Et fidiculæ.... ut fides inveniantur.* Vel potius a fidium similitudine.

^m *Equuleus.... quod extendat.* Al., *extendatur.*

ⁿ *Latomia.* Eused., in Chron. : *Tarquinius superbus excogitavit vincula, taurea, fustes, latumias, carceres, compedes, catenas, exsilia, metalla.* Nec tamen lautu-

randum ^a aptum) inventum a Tarquinio Superbo ad poenam sceleratorum. Iste enim prior latomias, tormenta, fustes, metalla, atque exsilia advenit, et ipse prior ex regibus exsilium meruit.

24. Talio est similitudo vindictæ, ut *taliter* quis patiat ut fecit. Hoc enim et natura et lege est institutum, ut lædentem similis vindicta sequatur. Unde et illud est legis: *Oculum pro oculo, dentem pro dente*. Talio autem non solum ad injuriam referendam, sed etiam pro beneficio reddendo ponitur. Est enim communis sermo et injuriæ et beneficentiæ.

25. ^b Ignominium dictum, eo quod desinat habere honestatis **216** nomen is qui in aliquo crimine deprehenditur. Dictum autem *ignominium* quasi *sine nomine*, sicut *IGNARUS sine scientia, sicut* *IGNOBILIS sine nobilitate*.

26. Hoc quoque et *infamium*, quasi *sine bona fama*; *fama* autem dicta, quia *fando*, id est, *loquendo*, pervagatur per traduces linguarum et aurium serpens. Est autem nomen et bonarum rerum, et malarum. Nam fama felicitatis interdum est, ^c ut illud est: *Illustris fama*, quod laus est; malarum, ut *Virgilius*:

Fama malum, qua ^d non aliud velocius ullum.

27. ^e Famæ autem nomen certi locum non habet, quia plurimum mendax est, adjiciens multa, vel demutans de veritate; quæ tandiu vivit, quandiu non probatur. At ubi probaveris, esse cessat, et exinde res nominatur, non fama.

28. Exsilium dictum quasi *extra solum*. Nam *exsul* dicitur, qui *extra solum est*. (... Unde ^f *postliminium* redeuntibus, hoc est de exsilio reducendis, qui sunt ejeti injuria extra limen patriæ.) Dividitur autem exsilium in relegatis et deportatis.

29. Relegatus est quem bona sua sequuntur; deportatus, quem non sequuntur.

30. Proscriptio exsili procul damnatio, quasi *porro scriptio*. Item *proscriptus*, quia *palam scriptus*.

31. ^g Metallum est ubi exsules deputantur ad eruendam venam marmoraque secanda in erustis.

217 32. ^b Servitus a *servando* vocata. Apud antiquos enim qui in bello a morte *servabantur*, *SERVI* vocabantur. ⁱ Hæc est sola malorum omnium postrema, quæ liberis omni supplicio gravior est, nam ubi libertas perit, una ibi perierunt et omnia.

33. Mortium vero diversi easus, ex quibus crux ^d miæ dicendæ (ut quidam arbitrantur) quia Seneca lib. v Controvers. dicit: *Nec quemquam vestrum decipiat nomen ipsum latumiae minimè lauta res est* Vid. Fest. Aseon.

^a *Ad verberandum aptum*. Aliena hæc censemus.

^b *Ignominium*. Sic meliores libri, et statim *infamium*, quæ vox sæpe in consiliis Toletan. legitur.

^c *Ut illud est: Illustr. fam.* Ex Orat. pro Marcel.

^d *Qua non aliud*. Sic in omnibus Gothicis non *quo*, ae, meo iudicio, haud male.

^e *Famæ autem nomen*. Totus locus ex Apolog. Tertull., cap. 8.

^f *Unde postliminium.... patriæ*. Obelo hæc notavimus de A. Aug. et Chaconis sentent.

^g *Metallum.... deputantur*. Neap. *deportantur*.

^h *Servitus*. Ex Aug. xix de Civit., cap. 15.

vel patibulum, in quo homines appensi cruciantur vel patiuntur, unde et nomina habent.

34. Patibulum enim vulgo *furca* dicitur, quasi *ferrens caput*, suspensum enim et strangulatum ex eo exanimat; sed patibuli minor poena quam crucis. Nam patibulum appensos statim exanimat, crux autem suffixos diu crueiat, unde et in Evangelio latronibus, ut morerentur, et de ligno ante Sabbatum deponerentur, crura contracta sunt, quia ligno suspensi cito mori non poterant.

33. In ipso ^j quoque genere necis differt. Crudelius est enim in aqua spiritum torquente extingui, ignibus uri, frigore, et fame necari, canibus, et bestiis exponi. Nam ferro mori ætas quoque major optavit. Gladius enim sine majori cruciatu compendiosa morte vitam finire novit.

36. Culleus est parricidale vasculum ab *occulendo*, id est, *claudendo* **218** dictum. Est autem uter ex corio factus, in quo parricidæ cum simia, et gallo, et serpente inclusi, in mare præcipitantur; omnium autem istarum mortium genus *animadversio* nominatur.

37. Animadversio enim est quando iudex reum punit, et dicitur *animadvertere*, id est, *animum illuc advertere*, intendere utique ad puniendum reum, quia iudex est.

38. Ideo autem Romani aqua et igni interdiebant quibusdam damnatis, quia aer et aqua cunctis patet, et omnibus data sunt, ut illi non fruerentur, quod omnibus per naturam concessum est.

DE TEMPORIBUS.

CAPUT XXVIII.

De chronica vocabulo.

1. ¹ Chronica Græce dicitur, quæ Latine *temporum series* appellatur, qualem apud Græcos Eusebius Cæsariensis episcopus edidit, et Hieronymus presbyter in Latinam linguam convertit: *χρόνος* enim Græce, Latine *tempus* interpretatur.

CAPUT XXIX.

De momentis et horis.

1. Tempora autem momentis, horis, diebus, mensibus, annis, lustris, sæculis, ætatibus dividuntur. Momentum est minimum atque angustissimum tempus, a *motu* siderum dictum.

2. Est enim extremitas horæ in brevibus interval-
lis, enim aliquid sibi cedit atque sneedit. *Hora* Græcum est nomen, et tamen Latinum sonat. Hora enim

ⁱ *Hæc est sola malorum*. Cic., Philipp. II: *Servitus malorum omnium postremum, non modo bello, sed morte etiam repellendum.*

^j *In ipso quoque genere necis*. Ex Apolog. Tertull.

^k *Et Serpente*. Juvenal., satir. 8:

Cujus supplicio non debuit una parari

Simia, nec serpens unus, nec culleus unus.

Quæ de serpente, gallo et simia in quibusdam libris leguntur, in melioribus nulla sunt, præterquam in uno Salman. sane pervetusto, sed ibi quoque ad finem totius capituli rejecta, ut liquido appareat esse aliena. Hujusmodi accessionibus pessime multati sunt hi libri.

Cap. XXVIII. — ¹ Quæ his XII capitibus de temporibus continentur, adhuca huc sunt e libro Isidori de Astris ad Sisebulium regem, et ejusdem Chronicæ.

finis est temporis, sicut et horæ sunt fines maris, fluviorum et vestimentorum.

219 CAPUT XXX.

De diebus.

1. Dies est præsentia solis, sive sol supra terras, sicut nox sol sub terris: ut enim dies aut nox sit causa est, aut supra terram sol, aut sub terris. Dies legitimus viginti quatuor horarum est, usquedum dies, et nox spatia sui cursus ab Oriente usque ad alium Orientem solem cœli volubilitate concludat. Abusive autem dies unus est spatium ab Oriente sole usque ad Occidentem.

2. Sunt autem diei spatia duo: ^a interdianum atque nocturnum, et est dies quidem horarum viginti quatuor, spatium autem horarum duodecim.

3. ^b Vocatus autem *dies* a parte meliore; unde et in usu est ut sine commemoratione noctis numerum dicamus dierum, sicut et in lege divina scriptum est: *Factum est vespere et mane dies unus.*

4. Dies secundum Egyptios inchoat ab occasu solis; secundum Persas, 220 ab ortu solis; ^c secundum Athenienses, a sexta hora diei; secundum Romanos a media nocte. Unde et tunc *gallieinium* est, ^d id est *gallorum cantus*, ^e quorum vox diei ostendit præconium, ^f quando et mesonyctius afflatus fit.

5. Dies dicti a *diis*, quorum nomina Romani quibusdam sideribus sacraverunt, Primum enim diem a Sole appellaverunt, qui princeps est omnium siderum, sicut et idem dies caput est cunctorum dierum.

6. Secundum a Luna, quæ soli et splendore et magnitudine proxima est, et ex eo mutuatur lumen. Tertium a stella ^g Martis, quæ Pyrois vocatur. Quartum tella Mercurii, ^h quem quidam Stilbonta dicunt.

7. Quintum a stella Jovis, quam Phaetontem aiunt; sextum a Veneris stella, quam Luciferum asserunt, quæ inter omnia sidera plus lucis habet; septimum a stella Saturni, quæ septimo cælo locata xxx annis fertur explere cursum suum.

Cap. XXX. — ^a *Interdianum*. Sic libri omnes.

^b *Vocatus autem dies a part. mel.* E Serv., Æn. v, ad vers. *Torquet medios nox humida eurs.*

^c *Secundum Atheniens. a sexta hora diei.* Ex eod. Servii loco, qui Agellium citat, Agellius vero, lib III, cap. 2, ex Varrone diem apud Athenienses ab occasu solis dicit incipere. Quod affirmat etiam Macrobius, lib. I, et Censorin., cap. 19. Ergo, vel Servium, vel Agellium emendari oportet. Isidorus secutus est Beda, cap. 2 de Ratione Temporum. Quid si *supra* per compendium scripta *sexta* lectores fecerunt, cum *supremam* Isidorus intellexisset, vel potius pro SUPREMA *sexta* hora legerunt? Nam alio pacto quomodo hinc honeste habeamus nescio.

^d *Id est, gallor. cantus.* Hæ voces additæ ex C. Neap. ut quod sequitur. *Quor. vox, etc.*, procederet.

^e *Quor. vox diei est.* p. Ambros.: *Hoc excitatus Lucifer soluit polum caligine.*

^f *Quando, et mesonyct. afflat.* Et quia noctis melior pars acta, solque ad nos jam flectitur, afflari radiis ejus orbis hic dicitur. *Afflari* autem magorum est verbum, qui, adventante sole, simulacra nocturna aufugere credebant. Unde Philostrate, lib. III de Vit. Appolonii negat Achillis simulacrum gallicinium expectasse. Quo pertinet illud quoque Anchisæ:

Jamque vale, torquet medios nox humida cursus,
Et me sævus equis Oriens afflavit aethelis.

Eodemque modo interpretatur Servius illud Æn. VI;

8. Proinde autem ex his septem stellis nomina diebus gentiles dederunt, eo quod per easdem aliquid sibi effici existimarent, ⁱ dicentes habere a Sole spiritum, a Luna corpus, a Mercurio ingenium et linguam, a Venere voluptatem, a Marte sanguinem, a Jove temperantiam, 221 a Saturno humorem: talis quippe exstitit gentilium stultitia, qui sibi finxerunt tam ridiculosa figmenta.

9. Apud Hebræos autem dies prima *una Sabbati* dicitur, quæ apud nos *dies Dominicus* est, quem gentiles Soli dicaverunt; *secunda Sabbati*, secunda feria, quem sæculares *diem Lunæ* vocant; *tertia Sabbati* tertia feria, quem illi *diem Martis* vocant; *quarta Sabbati*, quarta feria, qui *Mercurii dies* dicitur a paganis.

10. *Quinta Sabbati*, quinta feria est, id est, quintus a die Dominico, qui apud gentiles *Jovis* vocatur; *sexta Sabbati*, sexta feria est, quæ apud eosdem paganos *Veneris* nuncupatur; *Sabbatum* autem septimum a Dominico die est, quem gentiles Saturno dicaverunt, et *Saturni* nominaverunt. *Sabbatum* autem ex Hebræo in Latinum *requies* interpretatur, eo quod Deus in eo requievisset ad omnibus operibus suis.

11. ^k Melius autem in vocabulis dierum de ore Christiano ritus loquendi ecclesiasticus procedit: tamen si quem forte consuetudo traxerit, ut illud exeat ex ore, quod improbat corde, intelligat illos omnes, de quorum nominibus appellati sunt hi dies, homines fuisse et propter beneficia quædam mortalia, quia plurimum potuerunt, et eminuerunt in hoc sæculo, delati sunt eis ad amatoribus suis divini honores et in diebus, et in sideribus, sed prius a nominibus hominum sidera nuncupata, et a sideribus dies sunt appellati.

12. *A fando* autem *feriæ* nuncupatæ sunt, quod in eis nobis sit tempus dictionis, id est, in divino, vel humano officio fari; sed ex iis festi dies hominum,

Ecce autem primi sub lumina solis, et ortus, ut lumina primi solis medium noctis intelligat.

^g *Stella Martis, quæ Pyrois.* Chaconi assensu sumus hic, ut etiam supra, lib. III, cap. 70, cum in libris omnibus utrobique vesper pro Pyrois legatur.

^h *Quem quidam Stilbonta.* Optime quoque conjecit idem Chacon, cum hic legatur: *Quem quidam candidum circulum dicunt, candidum* glossam fuisse τοῦ στίλβοντα, unde ab imperito lectore sublato *Stilbonta* additum *circulum*, cum candidus circulus via lactea Isidoro sit, lib. II, cap. 45; hujus rei magnam argumentum, vocem *circulum* etiamnum a quibusdam libris abesse.

ⁱ *Dicentes habere a sole spirit.* Serv., Æn. XI, ad vers. *Nil jam cælestib. ullis debentem: Superis debemus oninia donec vivimus, ideo, quia, ut dicunt physisi, cum nasci cæperimus, sortimur a sole spiritum, a luna corpus, a Marte sanguinem, a Mercurio ingenium, a Jove desiderium, a Venere cupiditates, a Saturno humorem.* Ubi quod ad Jovem attinet, Servius ex Isidoro videtur corrigendus. Cic., II de Nat. deor.: *His interjecta Jovis stella illustrat, et temperat.* Quem propterea in Somn. Scip. fulgorem salutarem appellat. Bed., cap. 4, a Saturno tarditatem.

^j *Et Saturni nominaver.* Aug., XVIII cont. Faust. cap. 5: *Saturnum importare conamini, quia eum diem Saturni gentes appellaverunt.*

^k *Melius autem in vocab.* Ex Aug. in ps. xciii.

causa instituti sunt, feriati causa divinorum sacrorum.

13. ^a Partes diei tres sunt : mane, meridies et suprema.

14. Mane, lux matura et plena; nec jam crepusculum. ^b Et dictum mane a mano : *manum* enim antiqui bonum dicebant. Quid enim melius luce? Alii mane existimant vocari a ^c *manibus*, quorum conversatio a luna ad terram est. Alii putant ab aere, quia *manus*, id est, *rarus* est, atque perspicuus.

222 15. Meridies dictus quasi *medidies*, hoc est, *medius dies*, vel quia tunc purior dies est. *Merum* enim *purum* dicitur. In toto enim die nihil clarius meridie, quando sol e medio cœlo rutilat, et omnem orbem pari claritate illustrat.

16. ^d Suprema est postrama pars diei, quando sol cursum suum in Occasum vertit, dicta quod superest ad partem ultimam diei.

17. ^e Serum vocatum a clausis *seris*, quando jam nox venit, ut unusquisque somno tutior sit.

18. Hodie, quasi *hoe die*, et ^f *quotidie*, non *cotidie*, ut sit *quot diebus*.

19. ^g Cras, quod est postea.

20. Hesternum est pridie, et dictum *hesternum* ab eo quod jam dies ipse sit a nobis *extraneus*, et prætereundo alienus.

21. Pridie autem, quasi *prori die*.

22. Perendie, id est, *per ante diem*, vel in ^h antecessum, id est, prius.

CAPUT XXXI.

De nocte.

1. Nox ⁱ a *nocendo* dicta, eo quod oculis noceat. Quæ idcirco lunæ ac siderum lucem habet, ne indecora esset, et ^j ut consolaretur 223 omnes nocte operantes, et ut quibusdam animantibus quæ lucem solis ferre non possunt ad sufficientiam temperaretur.

2. Noctis autem et diei alternatio propter vicissitudinem dormiendi et vigilandi effecta est, et ut operis diurni laborem noctis requies temperaret.

3. ^k Noctem autem fieri, aut quia longo itinere lassatur sol, et cum ad ultimum cœli spatium pervenit clan-

^a Partes diei. E Serv., Æn. II.

^b Et dictum mane a MANO. E Serv. Æn. I. ad vers. *Tenet ille immania saxa*. Varro, lib. V : MANE, quod tunc MANAT dies ab Oriente, nisi potius, quod BONUM antiqui dicebant MANUM, Vidend. item Serv., Æn. III, ad vers. *Stant manibus aræ*.

^c A MANIBUS. Macrobius, lib. I Saturn., cap. III : MANE autem dictum, quod a locis inferioribus, id est, a MANIBUS, lucis exordium emergat. Et in fin. lib. VIII, infr.

^d Suprema est post. Varro SUPREMA, summum diei, id a SUPERRIMA. *Hoc tempus XII tabulæ dicunt occasum esse solis*.

^e Serum Al., Sero.

^f Et QUOTIDIE non COTIDIE. Vid. sup., lib. I, cap. 26,

^g Cras, quod est postea. Deesse videtur aliquid, et postera fortasse legendum.

^h In antecessum, id est, prius. Gloss. in antecessum, *προχρηται*; et apud Senec., in antecessum solve, hoc est, antequam dies debili cedat.

CAP. XXXI. — ⁱ Nox dicta. E Serv., Æn. I, ad vers. *Ponto nox incubat atra* Raba. lib. X, cap. 6 : *Nox dicta, quod NOCEAT aspectibus, vel negotiis*

A guescit, ac labefactos efflat suos ignes; aut quia eadem vi sub terras cogitur, qua super terras pertulit lumen, et sic umbra terræ noctem facit. Unde et Virgilius :

Ruit Oceano nox,

Involvens umbra magna terramque polumque.

4. ^l Noctis partes septem sunt : vesper, crepusculum, conticinium, intempestum, gallicinium, matutinum, diluculum.

5. Vesper a stella occidentali vocatur, quæ solem occiduum sequitur, et tenebras sequentes præcedit. De qua Virgilius :

Ante diem clauso componet Vesper Olympo.

6. Tenebræ autem dictæ, quod *teneant umbras*.

7. Crepusculum est dubia lux. Nam ^m *creperum* dubium dicimus, hoc est inter lucem et tenebras.

8. Conticinium est, quando omnia silent. *Conticescere* enim *silere* est.

9. ⁿ Intempestum est medium et inactuosum noctis tempus, quando agi nihil potest, et omnia sopore quieta sunt. Nam tempus per se non intelligitur, nisi per actus humanos; medium autem noctis actu caret.

224 10. Ergo *intempesta*, inactuosa, quasi *sine tempore*, hoc est *sine actu*, per quem dignoscitur tempus; unde est, *intempestive venisti*. Ergo *intempesta* dicitur, quia caret tempore, id est, actu.

11. Gallicinium propter gallos lucis prænuntios dictum.

12. Matutinum est inter abscessum tenebrarum et auroræ adventum; et dictum *matutinum*, quod hoc tempore inchoante mane sit.

C 13. Diluculum quasi jam incipiens parva diei lux. Hæc et aurora, quæ solem præcedit.

14. ^o Est autem aurora diei clarescentis exordium, et primus splendor aeris, qui Græcæ *ἠώς* dicitur, quam nos per derivationem *auroram* vocamus, quasi *eororam*. Unde est illud : *Lætus Eois Eurus equis*, et *Eoasque acies*.

CAPUT XXXII.

De hebdomada.

1. Hebdomada dicta a numero septem dierum

humanis, sive, quod in ea fures latronesque NOCENDI aliis occasionem nanciscantur. Nisi potius a Græco *ἑβδομή*, ut ait Varro.

^j Consolaretur homines. Al., omnes.

^k Noctem autem fieri... lumen. Lucret., lib. V :

At nox obruit ingenti caligine terras.
Aut ubi de longo cursu sol extima cœli,
Impulit, atque suos efflavit languidus ignes,
Concussos itere, et labefactos aere multo;
Aut quia sub terras cursum convertere cogit
Vis eadem supera, quæ terras pertulit orbem.

^l Noctis partes. Serv., Æn. II : *Sunt autem solidæ noctis partes secundum Varronem hæc : vespera, conticinium, intempestum, gallicinium, lucifer.*

^m *Creperum dubium*. Eleganter Ambros. *Lætus dies hic transeat; pudor sit ut diluculum, fides velut meridies; crepusculum mens nesciat*. Est autem *creperum* Sabinum verbum, ut ait Varro.

ⁿ *Intempestum... id est, actu*. Omnia sunt Servii, Æn. III, ad vers. *Nox intempesta tenebat*.

^o *Est autem aurora*. Ex eodem, Æn. XI. Varro tamen, lib. VI : *Aurora dicitur ante solis ortum ab eo quod igne solis tum AUREO aer AURESCIT*.

quorum repetitione, et menses, et anni, et sæcula peraguntur; ἐπτα enim Græci *septem* dicunt. Hanc nos *septimanam* vocamus, quasi *septem luces*. Nam *MANE lux* est. Octavus autem dies, idem primus est, ad quem reditur, et a quo rursus hebdomadis series orditur,

CAPUT XXXIII.

De mensibus.

1. Mensis nomen est Græcum de lunæ nomine tractum. *Luna* enim μῆνη Græco sermone vocatur, unde et apud Hebræos menses 225 legitimi, non ex solis circulo, sed ex lunæ cursu enumerantur, qui est de nova ad novam.

2. Ægyptii autem primi propter lunæ velociorem cursum, et ne error computationis ejus velocitate accideret, ex solis cursu diem mensis ad invenerunt, quoniam tardior solis motus facilius poterat comprehendere.

3. ^a Januarius mensis a *Jano* dictus, cui fuit a gentilibus consecratus, vel quia limen et *janua* sit anni. Unde, et bifrons idem Janus pingitur ut introitus anni et exitus demonstraretur.

4. Februarius nuncupatur a *Februo*, id est, Plutone cui eo mense sacrificabatur. Nam Januarius diis superis, Februarius diis Manibus Romani consecraverunt. Ergo ^b Februarius a *Februo*, id est, a Plutone, non a *febre*, id est, ægritudine, nominatus.

5. Martius appellatur propter *Martem*, Romanæ gentis auctorem, vel quod eo tempore cuncta animantia ad *marem* agantur, et ad concumbendi voluptatem.

6. ^c Idem appellatur et *mensis novorum*, quia anni initium mensis est Martius. Idem ^d et *novum ver*, ab indicibus, scilicet, germinum, quia in eo, viridantibus fructibus novis, transactorum probatur occasus.

7. ^e Aprilis pro Venere dicitur, quasi *Aphrodis*. Græce enim Ἀφροδίτη *Venus* dicitur, ^f vel quia hoc mense omnia aperiuntur in florem, quasi *aperilis*.

8. Maius dictus a *Maia*, matre Mercurii, vel a majoribus natu, qui erant principes reipublicæ. Nam hunc mensem majoribus, sequentem vero minoribus Romani consecraverunt.

9. Unde et Junius dicitur. Ante enim populus in centurias seniorum et juniorum divisus erat.

326 10. ^g Julius vero, et Augustus de honoribus hominum Julii et Augusti Cæsarum nuncupati sunt.

CAP. XXXIII. — ^a *Januarius... vel quia limes et janua*. Hieronym., Ezech. xxviii: *Januarius dicitur, eo quod apud Romanos anni sit JANUA*. Sed *limes non limen* in omnibus libris legi mirum.

^b *Februarius a FEBRUO*. — *A die februato* Varro; *a Februo deo lustrationum* Macrobius; *a februo*, hoc est, purgamento, Censorinus. Servium, I Georg., et August., xviii contra Faust., cap. 5, secutus est Isidorus.

^c *Idem appell. mensis novor*. In sacris libris.

^d *Idem novum ver ab indicibus*. Serv., Georg. I, ad verb. *Vere novo*. Al., *ab initibus*.

^e *Aprilis... q. APHRODIS*. Macrobius, lib. I, cap. 12: *Secundum mensem nominavit Aprilē, quasi Aphrilem, a SPUMA, quam Græci vocant ἀφρόν unde Venus creditur orta*.

^f *Vel q. l. m. omnia aperiuntur in florem*. Quod Varroni placuit.

A Nam prius Quintilis et Sextilis vocabantur: Quintilis, quia *quintus* erat a Martio, quem principem anni testantur esse Romani; Sextilis similiter, quod *sextus*.

11. September nomen habet a ^h numero, et imbre, quia *septimus* est a Martio, et *imbres* habet. Sic et October, November atque December ex numero et imbribus acceperunt vocabula: quem numerum decurrentem December finit, pro eo quod denarius numerus præcedentes numeros claudit.

12. Kalandas autem, Nonas et Idus propter festos dies Romani instituerunt, vel propter officia magistratum. In iis enim diebus conveniebatur in urbibus.

13. Quidam autem Kalendas a *colendo* appellari existimant. Apud veteres enim omnium mensium principia colebantur, sicut et apud Hebræos. Idus autem plerique Latinorum ab *edendo* dictas putant, quod ii dies apud veteres epularum essent.

14. Nonæ a *nundinis* vocatæ, nundinæ enim sunt publicæ conventiones, sive mercimonia.

CAPUT XXXIV.

De solstitiis et æquinoctiis.

1. Solstitium dictum, quasi *solis statio*, quod tunc, sole stante, 227 creseant dies, vel noctes.

Æquinoctium appellatum, quod tunc dies et nox horarum ⁱ spatio æquali consistunt.

2. ^j Duo autem sunt solstitia: unum æstivum octavo Kalendarum Juliarum, de quo tempore remeare sol ad inferiores incipit circulos, aliud hiemale, octavo Kal. Januar., quo tempore sol altiores incipit circulos petere. Unde et hiemalis solstitii dies minimus, sicut æstivi maximus invenitur.

3. Item duo sunt æquinoctia: unum vernale, et aliud autumnale, quæ Græci ἰσημερίας vocant. Sunt autem hæc æquinoctia die octava Kalend. April. et octavo Kalend. Octob., quia annus olim in duas partes tantum dividebatur, hæc est, in æstivum et in hiemale solstitium, et ^k in duo hemisphæria.

CAPUT XXXV.

De temporibus anni.

1. Tempora anni quatuor sunt: ver, æstas, autumnus et hiems; dicta sunt autem *tempora* ^l a communionis *temperamento*, quod invicem se humore, siccitate, calore et frigore temperent. ^m Hæc et *curricula* dicuntur, quia non stant, sed *currunt*.

^g *Julius vero et August.* Aug., II de Doct. Chr., cap. 21.

^h *A numero et imbre.* A numero tantum Varro, Augustinus et Servius, a quo hæc procul dubio sumpsit Isidorus. Sed hæc omnia additamentis plena. Quamvis scio Cassiodorum ex imbribus quoque notationem confecisse.

CAP. XXXIV. — ⁱ *Spatio æquali consistunt*. Ita nostri omnes Cod. *Constant Romani*.

^j *Duo autem sunt.* E Serv., Georg. I, ad vers. *Humida solstitia*. At boni Latinitatis auctores æstivum solum solstitium agnoscunt, alterum non *solstitium*, sed *brumam* nominant.

^k *Et in duo hemisphæria*. Sic omnes libri, *In duas ἰσημερίας* volebat A. Aug.

CAP. XXXV. — ^l *A communionis temperam.* A *communi temp.* Cod. Rom.

^m *Hæc et curricula.* E Serv. Æn. viii.

2. ^a Constat autem post factum mundum ex quaditate cursu solis tempora in ternos menses fuisse divisa. Quorum temporum talem veteres faciunt discretionem, ut primo mense ver *novum* dicatur, secundo *adultum*, tertio *præceps*.

3. Sic et æstas in suis tribus mensibus *nova*, *adulta* et *præceps*; sic et autumnus *novus*, *adultus* et *præceps*; item hiems *nova*, **228** *adulta* et *præceps*, sive extrema. Unde est illud: *Extremæ sub casum hiemis*. Ver autem dictum, quod *viret*. Tunc enim post hiemem vestitur tellus herbis, et in florem ^b cuncta rumpuntur.

4. ^c Æstas dicitur ab *æstu*, id est, calore; et *æstas* quasi *usta*, id est, exusta et arida. Nam calor aridus est.

5. ^d Autumnus a tempestate vocatur, quando et folia arborum cadunt, et omnia matureseunt.

6. Hiemem autem ratio hemisphærii nuncupavit, quia tunc breviori sol volvitur circulo. Unde et hoc tempus ^e *bruma* dicitur, quasi βραχὺς ἡμέρα, id est, *brevis*, vel a cibo, quod major tunc sit vescendi appetitus. *Edacitas* enim Græce βρώμα appellatur; ^f unde et *imbrumari* dicuntur quibus fastidium est ciborum.

7. Hibernus autem inter hiemem et vernum est, ^b quasi *hiemevernus*, qui plerumque a parte totam hiemem significat. Hæc tempora singulis etiam cœli partibus ascribuntur.

8. Ver quippe Orienti datur, quia tunc ex terris omnia oriuntur; æstas vero Meridiano, eo quod pars ejus calore flagrantior sit; hiems Septentrioui, eo quod frigoribus et perpetuo gelu torpeat; autumnus Occiduo, eo quod graves morbos habet; unde et tunc folia arborum defluunt. Ut autem autumnus abundet morbis, facit **229** hoc confinium frigoris et caloris, et ⁱ compugnancia inter se contrariorum aerum.

CAPUT XXXVI.

De annis.

1. Annus *j* est solis anfractus, cum, peractis

^a *Constat autem post fact.* E duobus Servii locis, Georg. I, ad vers. *Vere novo*, et Georg., II, ad vers. *Non alios prima*.

^b *Cuncta rumpuntur.* Al., *erumpunt*, al., *prorum-punt*.

^c *Æstas ab æstu.* Serv., Æn. II, ad vers. *Propius-que æstus incend. volv.*: *Æstus* (inquit) calor est, unde et *æstas* dicitur. Vid. Varr., lib. V.

^d *Autumnus a tempestate.* An tempestatem tempestivitatem intelligit? Ut sit *AUTUMNUS auctus annus*. detracta *e*, ut in *sartor*, *fartor*, *auctor*. Fest.: *Autumnium quidam dictum existimant, quod tum maxime augentur hominum opes*.

^e *Bruma q. βραχὺς.* Varr., Fest., Serv. et Macrob.

^f *Unde et IMBRUMARI.* Al., *imbrumati*, item *brumati*, et *brumatici*, quæ vox hodieque apud nos in usu est.

^g *Quibus fastidium est.* Quibus studium est, unus Tarrac.

^b *Quasi hiemevernus.* Ex Cod. Neap. et Ovet., al., *hibernus*, ut sit *præceps* hiems.

ⁱ *Ex compugnancia contrarior. aerum.* — *Contrariorum rerum* Servius, Georg. I, ad vers. *Quid tempestates Autumni*.

CAP. XXXVI. — *j* *Annus est.* Totum caput, usque ad *æra*, conflatum ex variis Servii locis, Æn. I, III, et V.

^k *Æra singulor. annor.* Leguntur hæc in plerisque Eusebii Codicibus, sed negabat existare in antiquis-

A CCCLXV diebus ad eadem loca siderum redit. *Annus* autem dictus, quia mensibus in se recurrentibus volvitur. Unde et *annulus*, quasi *annuus*, id est, circulus, quod in se redeat. Virgilius:

Atque in sua per vestigia volvitur annus.

2. Sic enim et apud Ægyptios indicabatur ante inventas litteras, pieto dracone caudam suam mordente, quia in se recurrit. Alii *annum* dicunt, ἀπὸ τοῦ ἀναναεῖσθαι, id est, *ab innovatione*, renovatur enim semper.

3. Tria sunt autem genera annorum. Aut enim *lunaris* annus est triginta dierum, aut *solstitialis*, qui XII continet menses; aut *magnus*, omnibus planetis in eundem locum recurrentibus, qui fit post annos solstitiales plurimos.

B 4. ^b *Æra* singulorum annorum constituta est a Cæsare Augusto, **230** quando primum ^c censum exegit, ac Romanum orbem descripsit. Dicta autem *æra* ex eo quod omnis orbis *æs* reddere professus est reipublicæ.

CAPUT XXXVII.

De olympiadibus, et lustris, et jubileis.

1. Olympias apud Græcos constituta apud Elidem Græciæ civitatem. Eliis agentibus agonem, et ^a quinquennale certamen, quatuor mediis annis vacantibus; et ob hoc Elidum certaminis tempus olympiadem vocaverunt, quadriennio in una olympiade supputato.

231 2. ^b *Lustrum* vero est πεντετηρίς, id est, *quinquennium*, quod quinto anno dicitur condi propter olympiadas a Romanis; adhuc enim consules, adhuc *æra* nondum erant. Est enim quinquennale tempus. Ideo vero sic vocatur eo quod censu per quinquennium in republica peracto, urbs Roma lustrabatur.

3. *Jubilæus* interpretatur *remissionis annus*. Est enim Hebraicus, et sermo, et ^c numerus, qui septennis annorum hebdomadibus, id est, quadraginta novem annis textitur, in quo clangebatur tubis, et

simis Chæcon. Porro de *æra* multi hæc ætate multa. Nos Nonio credimus ita scribenti: *Æra muneri nota. Lucil., lib. XXIX: Hæc est ratio, perversa æra, et summa, et subducta improbe.* M. Tullius, in Hortensio, apud eundem Nom.: *Quid tu, inquam, soles, cum rationem a dispensatore accipis, si æra singula probasti, summam quæ ex his confecta sit non probare?* Vid. inf., lib. VI, cap. 15.

ⁱ *Censum exegit.* Ita lib. III. Tarrac. Neap., *exagitato censu*; et quidem apud Euseb. frequens: *Censu Romæ agitato, inventa sunt hominum millia, etc.*

CAP. XXXVII. — ^m *Et quinquennial. certam.* Euseb. in Chron.: *Elii agunt quinquennale certamen: quatuor annis in medio expletis, quam olympiadem Iphitus, filius Praxonidis, sive Hemodi, primus constituit.*

ⁿ *Lustrum vero.* Serv., Æn. I, ad vers. *Vincit lustris lab. ætas*: — *Lustris quinquenniis et bene olympiadibus computat tempora, quia nondum, vel æra, vel consules.* *Lustrum autem dictum, quod post quinquennium unaqueque civitas lustrabatur.* Ergo verba illa, *adhuc n. consules, adhuc æra nondum erant*, quæ Virgilio interpretationi tantum serviunt, nihil Isidoro detracta oberunt. Nam Isidorus Servium legens non videtur Maronis verba considerasse; PROPTER OLYMPIADAS, pro olympiadibus, vel loco olympiadum interpreteris licet.

^o *Et numerus, qui septennis.... Spiritus sancti.*

ad omnes revertebatur antiqua possessio, debita ab-
solvebantur, confirmabantur libertates.

4. Hunc numerum etiam in diebus Pentecostes et ipsi celebramus post Domini Resurrectionem, remissa culpa, et totius debiti chirographo evacuato, ab omni nexu liberi suscipientes advenientem in nos gratiam Spiritus sancti.

CAPUT XXXVIII.

De sæculis et ætatibus.

1. Sæcula ^a generationibus constant, et inde *sæcula*, quod *sequantur*. Abeuntibus enim aliis alia succedunt. ^b Hunc quidam quinquagesimum annum dicunt quem Hebræi *jubilæum* vocant.

2. Ob hanc causam, et ille Hebræus, qui, propter uxorem et liberos **232** amans dominum suum, aure pertusa, servitio subjugatur, servire jubetur in sæculum, hoc est, usque ad annum quinquagesimum.

3. ^c Ætas plerumque dicitur et pro uno anno, ut in annalibus; et pro septem, ut hominis; et pro centum, et pro quovis tempore. Unde et ætas tempus quod de multis sæculis instruitur. ^d Et dicta *ætas* quasi *ævititas*, id est, similitudo ævi.

4. Nam ævum est ætas perpetua, cujus neque initium neque extremum nascitur, quod Græci.... vocant; quod aliquando apud eos pro sæculo, aliquando pro æterno ponitur. Unde et apud Latinos est derivatum.

5. Ætas autem proprie duobus modis dicitur; aut enim hominis, sicut infantia, juvenus, sedectus; aut mundi, cujus prima ætas est ab Adam usque ad Noe; secunda a Noe usque ad Abraham; tertia ab Abraham usque ad David; quarta a David usque ad transmigrationem Judæ in Babyloniam; quinta deinde usque ad adventum Salvatoris in carne; sexta, quæ nunc agitur, usque quo mundus iste finiatur.

6. ^e Quarum decursus per generationes et regna primus ex nostris Julius Africanus sub imperatore Marco Aurelio Antonino, simplicis historiæ stylo elicit. Dehinc Eusebius episcopus Cæsariensis, atque sanctæ memoriæ Hieronymus presbyter, chronicorum canonum multiplicem ediderunt historiam regnis simul et temporibus ordinatam.

7. Dehinc alii atque alii inter quos præcipue ^f Victor Tununensis **233** Ecclesiæ episcopus, recensitis priorum historiis, gesta sequentium ætatum usque ad consulatum Justini junioris imperatoris explevit.

8. Horum nos temporum summam ab exordio mundi ad Augusti Heraclii imperatorem, vel Suinthilanis regis Gothorum, quanta potuimus brevitate, notavimus, adjacente e latere descendente linea temporum, cujus iudicio summa præterita sæculi cognoscatur.

Ex Hieron., ad Am., cap. 5; et Ambros., in Apolog. David, cap. 8.

CAP. XXXVIII. — ^a Sæcula generationibus constant. Sæcula sex generationibus constant, Cod. Neap., sed nullo (opinor) sensu.

^b Hunc quidam. Ex Hieronym., ad Gal. II.

^c Ætas. Serv., Georg. III: Ætatem plerumque generaliter dicimus, pro anno, pro triginta, pro centum, pro quovis tempore. Verba autem ut in annalibus,

CAPUT XXXIX.

De discretione temporum.

1. Prima ætas continet in exordio sui creationem mundi. Primo enim die, Deus in lucis nomine condidit angelos; secundo, in firmamenti appellatione cœlos; tertio, in discretionis vocabulo speciem aquarum, et terræ; quarto, luminaria cœli; quinto, animantia ex aquis; sexto, animantia ex terra, et hominem, quem appellavit Adam.

2. Adam, anno CCXXX, genuit Seth, a quo filii Dei, CCXXX.

Seth, anno CCV, genuit Enos, qui cœpit invocare nomen Domini. CCCCXXXV.

Enos, an. CLXXX, genuit Cainan, DCXXV.
Cainan, an. CLXX, genuit Malaleel, DCCXV.

B 231 3. Malaleel, an. CLXV, genuit Jared, DCCCCLX.
Jared, an. CLXXII, genuit Enoch, qui translatus est M. CXXII.

Enoch, an. CLXV, genuit Mathusalem, M. CCLXXXVII.

4. Mathusalem, an. CLXVII, genuit Lamech, M. CCCCLIV.

Lamech, an. CLXXXVIII, genuit Noe. Arca ædificatur, M. DCXLIII.

Noe autem, an. DC, factum est diluvium, II M. CCXLII.

Secunda ætas.

5. Sem post diluvium, anno II, genuit Arphaxad, a quo Chaldæi, II M. CCXLIV.

Arphaxad, an. CXXXV, genuit Sala, a quo Samaritæ et Indi fuerunt. II M. CCCLXXIX.

C Sala, an. CXXX, genuit Heber, a quo Hebræi, II M. DIX.

6. Heber, ann. CXXXIV, genuit Phaleg. Turris ædificatur, II M. DCXLIII.

Phaleg, an. CXXX, genuit Ragau. Dii primum adorantur, II M. DCCLXXIII.

Ragau, an. CXXXII, genuit Seruch. Regnum inchoat Seytharum, II M. DCCCCV.

7. Seruch, an. CXXX, genuit Nachor. Regnum Ægyptiorum nascitur, III M. XXXV.

Nachor, an. LXXIX, genuit Tharam. Regnum Assyriorum et Sycioniorum exoritur, III M. CXIV.

Thara, an. LXX, genuit Abraham. Zoroastes magicam reperit. III M. CLXXXIV.

Tertia ætas.

D 8. Abraham, anno C, genuit Isaac. Nam prius et Ismahel, a quo et Ismahelitæ, III M. CCLXXXIV.

Isaac, an. sexagesimo, genuit Jacob. Argivorum regnum inchoat, III M. CCCXLIV.

Jacob, an. xci, genuit Joseph. Phoroneus Græciæ leges dedit, III M. CCCCXXXV.

itemque ut in homine aliena cum Chacone censemus. ^d Et dicta ætas q. ÆVITAS. Nam et ævitas olim eadem fuit.

^e Quarum decursus.... sæculi cognoscatur. Hæc non sunt in vetustioribus, sumpta tamen sunt ex Isidori Chronico.

^f Victor Tununensis. Ita legendum ex lib. de Vir. Illust., non (ut antea) Turonensis.

9. Joseph, an. **cx** vixit. Græcia segetes habere cœpit,
IIIIM.DXLV.

235. Hebræorum servitus in Ægypto an. **cxliv**.
Atlas astrologiam invenit, IIIIM.DCLXXXIX.

Moyses, an. **xl**, rexit populum in eremo. Hebræilegem et litteras habere cœperunt, IIIIM.DCCXXXIX.

10. Josue, an. **xxvii**, Erichthonius in Græcia primus quadrigam junxit, IIIIM.DCCLVI.

Othoniel, an. **xl**, Cadmus litteras Græcis dedit,
IIIIM.DCCXCVI.

Aoth, an. **lxxx**. Fabulæ fictæ sunt, IIIIM.DCCCLXXVI.

Debbora. an. **lx**. Apollo medicinæ artem invenit, et citharam reperit, IIIIM. DCCCCXVI.

11. Gedeon, an. **xl**. Mercurius lyram condidit,
IIIIM.DCCCLVI.

Abimelech, an. **iii**. Chorus in Græcia inventus,
IIIIM.DCCCCLIX.

Thola, an. **xxiii**. Priamus regnavit in Troja,
IIIIM.DCCCCLXXXII.

Jair, an. **xxii**. Carmentis Latinas Litteras reperit,
IVM.IV.

Jephte, an **vi** Hercules se flammis injecit, IVM.X.

Abesan, an. **vii**. Alexander Helenam rapuit,
IVM.XVII.

12. Abdon, an. **viii**. Troja capta est, IVM.XXV.

Samson, an. **xx**. Ascanius Albam condidit,
IVM.XLV

Heli sacerdos, an. **xl**. Arca Testamenti capitur,
IVM.LXXXV.

Samuel, an. **xl**. Homerus fuisse putatur. IVM.CXXV

Quarta ætas

13. David, annis **xl**. Carthago a Didone conditur.
Gad, Nathan et Asaph prophetaverunt,
VIM.CLXV.

Salomon, an. **xl**. Templum Hierosolymis ædificatur,
IVM.CCV.

14. Roboam, an. **xvii**. Regnum Israel, et Juda dividitur,
IVM.CCXXII.

Abia, an. **iii**, sub quo Abimelech pontifex fuit,
IVM.CCXXV.

Asa, an. **xli**. Achias, Amos, Jehu, Johel, et Azarias prophetaverunt,
IVM.CCLXVI.

15. Josaphat, an. **xxv**. Prophetavit Elias, Abdias et Michæas.
IVM.CCXCI.

Joram, an. **viii**. Prophetavit Elias et Eliseus,
IVM.CCXCIX. **D**

236 Ochozias, an. **i**. Elias rapitur, IVM.CCC.

Athalia, an. **vii**. Jonadab sacerdos claruit,
IVM.CCCVII.

16. Joas, an. **xl**. Eliseus moritur, IVM.CCCLVII.

Amasias, an **xxix**. Carthago condita,
IVM.CCCLXXVI.

Ozias, an. **lii**. Olypias a Græcis instituitur,
IVM.CCCCXXVIII.

Joathan, an. **xvi**. Romulus nascitur,
IVM.CCCCXLIV.

17. Achaz, an. **xvi**, Roma conditur, IVM.CCCCLX.

Ezechias, an, **xxix**. Senatus Romæ fit,
IVM.CCCLXXXIX.

A Manansses, an **lv**. Sibylla Samia claruit,
IVM. DXLIV.

Amon, an. **xii**. Census primum agitur. IVM.DLVI.

18. Josias, an. **xxxii**. Thales philosophus agnoscitur,
IVM DLXXXVIII.

Joachim, on. **xi** Nabuchodonosor Judæam capit,
IVM. DXCIX.

Seechias, an. **xi**. Templum Hierosolymis incensum.
Sapho mulier diverso poemate claruit,
IVM. DCX.

Quinta ætas.

19. Hebræorum captivitas, annis **lxx**. Judith historia scribitur,
IVM. DCLXXX.

Darius, an. **xxxiv**. Judæorum captivitas solvitur,
IVM. DCCXIV.

B Xerxes, an. **xx**. Sophocles et Euripides tragœdi celebrantur,
IVM. DCCXXXIV.

20. Artaxerxes, an. **xl**. Esdras incensam legem renovat,
IVM. DCCLXXIV.

Darius, qui et Nothus an. **xix**. Hæc ætas habuit Platonem et Gorgiam primum rhetorum,
IVM. DCCXCIII,

Artaxerxes, an. **xl**. Hester historia expletur,
IVM. DCCXXIII.

21. Artaxerxes (qui et Ochus), an. **xxvi**. Demosthenes et Aristoteles prædicantur, IVM. DCCCLIX.

Xerxes, an. **iv**. Xenocrates illustris habetur,
IVM. DCCCLXIII.

Darius, an **vi**. Alexander Hierosolymam cœpit,
IVM.DCCCLXIX,

C 22. Alexander Macedo, an. **v**. Asiam obtinuit,
IVM.DCCCLXXIV.

Ptolemæus, an. **xl**. Machabæorum liber inchoat primum,
IVM. DCCCCXIV.

237 Philadelphus, an. **xxxviii**. Septuaginta interpretes agnoscuntur,
IVM. DCCCCLII.

Evergetes, an. **xvxi**. Jesus Sapientiæ librum composuit,
IVM. DCCCCLXXVIII.

23. Philopator, an. **xvii**. Machabæorum, secundi libri historia componitur,
IVM. DCCCCXCV.

Epiphanes, an. **xxiv**. Romani Græcos obtinuerunt,
VM. XIX,

Philometor, an. **xxxv**. Scipio Africam vicit,
VM. LIV.

24. Evergetes, an. **xxix**. Brutus Hispaniam snbegit,
VM. LXXXIII,

Soter, an. **xvii**. Thraces Romanis subjiciuntur, VM.C.

Alexander, an. **x**. Syria Romanis subjecta est, VM. CX.

25. Ptolemæus, an. **viii**. Rhetoricæ ars Romæ cœpit
VM. CXVIII.

Dionysius, an. **xxx**. Pompeius Judæam capit,
YM. CXLVIII,

Cleopatra, an. **ii**. Ægyptus Romanis subditur, VM. CL.

Julius Cæsar, an. **v**. Hic primus monarchiam tenuit.
VM. CLV.

Sexta ætas.

26. Octavianus, annis **lvi**. Christus nascitur,
VM. CCXI.

- Tiberius, an. xxiii. Christus crucifigitur,
VM. CCXXXIV.
- Caius Caligula, an. iv. Matthæus Evangelium scripsit,
VM. CCXXXIII,
27. Claudius, an. xiv. Marcus Evangelium edidit,
DM. CCLII.
- Nero, an. xiv. Petrus et Paulus necantur,
VM. CCLXVI.
- Vespasianus, an. x. Herosolymia a Tito subvertitur.
VL. CCLXXVI.
28. Titus, an. ii. Hic facundus et pius fuit,
VM. CCLXXVIII.
- Domitianus, an. xvi. Joannes in Pathmos relegatur.
VM. CCXCIV.
- Nerva, an. i. Joannes Ephesum redit, VM. CCXCV,
Trajanus, an. xxiv. Joannes Apostolus requiescit,
VM. CCCXIV.
29. Adrianus, an. xx. Aquila interpretes habetur,
VM. CCCXXXV.
- Antoninus Pius, an. xxii. Valentinus et Marcion agnoscuntur,
VM. CCCLVII.
- Antoninus, an. xix. Cataphrygarum hæresis oritur,
VM. CCCLXXVI.
30. Commodus, an. xiiii. Theodotion interpres habetur,
VM. CCCLXXXIX.
- 238.** Ælius Pertinax, an. i. Nihil habet historiæ,
VM. CCCXC.
- Severus, an. xviii. Symmachus interpres habetur,
VM. CCCCVII.
31. Antonius Caracalla, an. vii. Quinta editio Hierosolymis invenitur,
VM. CCCCXV.
- Macrinus, an. i. Hujus brevitatis vitæ nihil gestorum habet,
VM. CCCCXVI.
- Aurelius Antoninus, an. iv. Sabellii hæresis oritur,
VM. CCCCXIX.
32. Alexander, an. xiiii. Origenes insignis habetur,
VM. CCCCLXXXIII.
- Maximus, an. iii. Iste Germanos vicit,
VM. CCCCLXXXVI.
- Gordianus, an. vii. Iste de Parthis et Persis triumphavit,
VM. CCCCLXIII.
33. Philippus, an. vii. Hic primus Christianus imperator fuit,
VM. CCCCL.
- Decius, an. i. Antonius monachus claruit, VM. CCCCLI.
- Gallus, an. ii. Novatus heresim condit, VM. CCCCLIII.
- Valerianus, an. xv. Cyprianus martyrio coronatur,
VM. CCCCLXVIII.
34. Claudius, an. ii. Iste Gothos ab Illyrico expulit,
VM. CCCCLXX.
- Aurelianus, an. v. Iste Christianos persequitur,
VM. CCCCLXXV.
- Tacitus, an. i. Hujus brevitatis vitæ prænotatione caret,
VM. CCCCLXXVI.
35. Probus, an. vi. Manichæorum hæresis orta est,
VM. CCCCLXXXII.
- Carus, an. ii. Iste de Persis triumphavit,
VM. CCCCLXXXIV.
- Diocletianus, an. xx. Iste divinis libris adustus martyria fecit,
VM. DIV.
- Galerius, an. ii. Hujus brevitatis vitæ nihil dignum historiæ contulit,
VM. DVI.
36. Constantinus, an. xxx. Nicæna synodus congregatur,
VM. DXXXVI.
- Constantius, an. xxiv. Anthropomorphitarum hæresis oritur,
VM. DLX.
- Julianus, an. ii. Hic ex Christiano paganus effectus est,
VM. DLXII.
37. Jovianus, an. i. Iste iterum Christianus effectus est,
VM. DLXIII.
- Valens, an. xiv. Gothi hæretici efficiuntur,
VM. DLXXVII.
- Gratianus, an. vi. Priscilianus agnoscitur,
VM. DLXXXIII.
- Valentinianus, an. vii. Hieronymus in Bethleem prædicatur,
VM. DXC.
- Theodosius, an. iii. Joannes anachoreta claruit,
VM. DXCIII.
38. Arcadius, an. xiiii. Joannes Chrysostomus floruit,
VM. DCVI.
- 239** Honorius, an. xvi. Augustinus episcopus claruit,
VM. DCXXI.
- Theodosius, an. xxvii. Nestorius hæresiarcha existit,
VM. DCXLVIII.
39. Martianus, an. vi. Chalcedonensis synodus agitur,
VM. DCLIV.
- Leo major, an. xvi. Ægyptus errore Dioscori latrat,
VM. DCLXX.
- Zenon, an. xvii. Acephalorum hæresis orta est,
VM. DCLXXXVII.
40. Anasthasius, an. xxvii. Fulgentius episcopus prædicatur,
VM. DCCXIV.
- Justinus, an. viii. Acephalorum hæresis abdicatur,
VM. DCCXXII.
- Justinianus, an. xxxix. Vandali in Africa extinguuntur,
VM. DCCLXI.
- Justinus, an. xi. Armenii fidem Christi suscipiunt,
VM. DCCLXXII.
41. Tiberius, an. vii. Longobardi Italiam capiunt,
VM. DCCLXXIX.
- Mauritius, an. xxi. Gothi catholici effecti sunt,
VM. DCCC.
- Phocas, an. viii. Romani cæduntur a Persis,
VM. DCCCVIII.
42. Eraclius xvii nunc agit imperii annum; Judæi Hispania Christiani efficiuntur. Residuum sextæ in ætatis soli Deo est cognitum.

LIBER SEXTUS.

DE LIBRIS ET OFFICIIS ECCLESIASTICIS.

CAPUT PRIMUM.

De Veteri et Novo Testamento.

1. Vetus Testamentum ideo dicitur, quia veniente Novo cessavit, de quo Apostolus meminit, dicens : *Vetera transierunt et ecce facta sunt omnia nova.*

240 2. Testamentum autem Novum ideo nuncupatur, quia innovat. Non enim illud discunt nisi homines renovati ex vetustate per gratiam, et pertinentes jam ad Test. Nov., quod est regnum cœlorum.

3. ^a Hebræi autem Veteris Testamenti, Esdra auctore, juxta numerum litterarum suarum, viginti duos libros accipiunt, dividentes eos in tres ordines, Legis scilicet, et Prophetarum, et Hagiographorum.

4. Primus ordo Legis, in quinque libris accipitur, quorum primus est Beresith, quod est Genesis; secundus Veelle Semoth, quod est Exodus; tertius Vaicra, quod est Leviticus; quartus Vajedabber, quod est Numeri; quintus Elleaddebarim, quod est Deuteronomium.

5. Hi sunt quinque lib. Moysi, quos Hebræi *thora*, Latini *legem* appellant. Proprie autem Lex appellatur, quæ per Moysen data est.

6. Secundus ordo est Prophetarum, in quo continentur libri octo, quorum primus Josue Ben-Nun, qui Latine Jesu Nave dicitur: Secundus Sophtin, quod est Judicum; tertius Samuel, qui est Regum primus; quartus Malachim, qui est Regum secundus; quintus Isaias; sextus Jeremias; septimus Ezechiel; octavus Thereazar, qui dicitur Duodecim prophetarum; qui libri, quia sibi pro brevitate adjuncti sunt, pro uno accipiuntur.

7. Tertius est ordo Hagiographorum, id est, *sancta scribentium*, in quo sunt libri novem, quorum primus Job; secundus Psalterium; tertius Misse, quod est Proverbia Salomonis; quartus Coheleth, quod est Ecclesiastes; quintus Sir hassirim, quod est Cantica canticorum; sextus Daniel; septimus Dibrehajamim, quod est Verba dierum, ^b hoc est Paralipomenon; octavus Esdras; nonus Esther, qui simul omnes v, viii et ix, fiunt xxii, sicut superius comprehensi sunt.

8. Quidam autem Ruth et Cinoth, quod Latine dicitur Lamentatio Jeremiæ, hagiographis adjiciunt, et xxiv volumina Testamenti Veteris **241** faciunt, juxta viginti quatuor seniores, qui ante conspectum Domini assistunt.

9. Quartus est apud nos ordo Veteris Testamenti eorum librorum qui in canone Hebraico non sunt. Quorum primus Sapientiæ liber est; secundus Ecclesiasticus; tertius Thobias; quartus Judith; quintus et sextus Machabæorum, quos licet Judæi inter apo-

crypha separent, Ecclesia tamen Christi inter divinos libros, et honorat et prædicat.

10. In Novo autem Testamento duo sunt ordines: primus Evangelicus, in quo sunt Matthæus, Marcus, Lucas et Joannes; secundus apostolicus, in quo sunt Paulus in quatuordecim Epistolis, Petrus in duabus, Joannes in tribus, Jacobus et Judas in singulis. Actus apostolorum et Apocalypsis Joannis.

11. Summa autem utriusque Testamenti trifarie distinguitur, id est, in historia, in moribus, in allegoria. Rursus ista tria multifario dividuntur, id est, quid a Deo, quid ab angelis, vel hominibus gestum dictumque sit, quid a prophetis prænuntiatum de Christo et corpore ejus; quid de diabolo et membris ipsius; quid de veteri et novo populo; quid de præsentis sæculo, et futuro regno, atque judicio.

^c CAPUT II.

De scriptoribus et vocabulis sanctorum librorum.

1. Veteris Testamenti secundum Hebræorum traditionem hi perhibentur auctores. Primus Moyses Divinæ Historiæ cosmographiam in quinque voluminibus edidit, quod Pentateuchum nominatur.

2. Pentateuchum autem a quinque voluminibus dicitur: *πέντε* Græcè *quinque*, *τεῦχος* *volumen* vocatur.

3. Genesis liber inde appellatur, eo quod exordium mundi et *generatio* sæculi in eo contineatur.

242 4. Exodus vero exitum ab Ægypto vel egressum populi Israel digerit, et ex ea causa nomen accepit.

5. Leviticus appellatur, eo quod Levitarum ministeria et diversitatem victimarum exsequitur, totusque in eo ordo Leviticus annotatur.

6. Numerorum liber vocatur, eo quod in eo egressæ de Ægypto tribus dinumerantur, et quadraginta duarum per eremum mansionum in eo descriptio continetur.

7. Deuteronomium Græco sermone appellatur, quod Latine interpretatur *secunda lex*, id est, repetitio, et evangelicæ legis præfiguratio, quæ sic ea habet quæ priora sunt, ut tamen nova sint omnia quæ in eo replicantur.

8. Josue liber nomen accepit a Jesu filio Nave, cujus historiam continet, scriptorem vero ejus eundem Josue Hebræi asseverant, in cujus textu post Jordanis transitum regna hostium subvertuntur, terra populo dividitur, et per singulas urbes, viculos, montes atque confinia Ecclesiæ cœlestisque Jerusalem, spiritualia regna præfigurantur.

9. Judicum nominatur a principibus populi, qui præfuerunt in Israel post Moysen et Josue, antequam David et cæteri reges existerent. ^d Hunc librum

enim Chronicon is liber dictus est, quamvis id nomen aptissime illi conveniat, ut Hieron. ait.

CAP. II. — ^e Pleraque ex Hieron., epist. ad Paulum.

^d Hunc librum et Ruth. Voces et Ruth, a plerisque

CAP. I. — ^a Hebræi autem Ex Prolog. Galeato Hieronym., et præfatione in libros Reg., et Epiphani., lib. de Pond.

^b Hoc est Paralip. Quæ post hæc verba adduntur in Excusis, in Ms. nulla sunt, neque esse debent. Non

et Ruth edidisse creditur Samuel. Liber Samuel ejusdem Samuelis nativitatem, et sacerdotium, et gesta describit, idecirco et ab eo nomen accepit.

10. Et quamvis hic liber Saul et David historiam contineat, utriusque tamen ad Samuel referuntur, quia ipse unxit Saul in regnum, ipse David in regem futurum. Cujus libri primam partem conscripsit idem Samuel, sequentia vero ejus usque ad calcem scripsit David.

11. Melachim proinde appellatur, eo quod reges Judæ et Israeliticæ gentis, gestaque eorum, per ordinem digerat temporum. Melachim enim Hebraice, Latine *regum* interpretatur. Hunc librum Jeremias primus in unum volumen coegit. Nam antea sparsus erat per singulorum regum historias.

12. Paralipomenon Græce dicitur, quod nos *prætermisorum*, vel *reliquorum* dicere possumus, quia ea quæ in lege vel in Regum libris, **243** vel omisa, vel non plene relata sunt, in isto summam et breviter explicantur.

13. Librum Job quidam Moysen scripsisse arbitrantur; alii unum ex prophetis; nonnulli vero eundem Job post plagam suæ passionis scriptorem fuisse existimant, arbitantes ut qui certamina specialis pugnae sustinuit, ipse narraret quas victorias expedit.

14. ^a Principia autem et fines libri Job apud Hebræos prosa oratione contexta sunt; media autem ipsius ab eo loco in quo ait: *Pereat dies in qua natus sum*, usque ad eum locum: *Idcirco ego me reprehendo, et ago pœnitentiam*, omnia heroico metro discurrunt.

15. Psalmorum liber, Græce *psalterium*, Hebraice *nebel*, Latine *organum* dicitur. Vocatus autem Psalmorum quod uno propheta canente ad psalterium, chorus consonando responderet. ^b Titulus autem in Psalmis Hebraicus *Thehilim* quod interpretatur *Volumen hymnorum*.

16. ^c Auctores autem psalmorum sunt qui ponuntur in titulis: Moyses, scilicet, et David, et Salomon, Asaph, Ethan, Idithun, et filii Core Eman Ezraithæ, et reliquorum, quos Esdras uno volumine comprehendit.

17. Omnes autem psalmos apud Hebræos metrico carmine constat esse compositos. Nam ^d in morem Romani Flacci, et Græci Pindari, nunc alii iambo currunt, nunc Alcaico personant; ^e nunc Saphico nitent, ^f trimetro, vel tetrametro pede incedentes.

18. ^g Salomon, filius David, rex Israel, juxta numerum vocabulorum suorum tria volumina edidit, aberant, sed rejiciendæ non fuerunt, cum idem dicat lib. 1 de Offic. Eccl., cap. 12.

^a Principia autem et fin. Ex præf. Hier. ad lib. Job.

^b Titulus autem comprehendit. Ex epist. ad Sophr.

^c Auctores autem. Ex eadem epist.

^d In morem Romani. Flacc. Ex præf. ad Chron. Euseb., et ad Job.

^e Nunc Saphico nitent. Tument apud Hieron.; tinent. Segunt. Cod.; ex quo tinniunt quidam legebat.

^f Trimetro vel tetrametro. Nihil de trimetro aut tetrametro Hieronymus: Sed nunc semipede ingreditur. Atque ita legi volebat Chacon, illud alterum glossamafuisse.

^g Salomon. Ex Hieronym., ad cap. 1 Ecclesiastæ.

^h Ubi per epithalamium. Vid. Orig., hom. 1 in Cant.,

quorum primus est Hebraice *Misle*, quem Græci *Parabolas*, Latini *proverbiorum* nominant, eo quod in ipso sub comparativa similitudine figuras verborum et imagines veritatis ostenderit.

19. Ipsam autem veritatem ad intelligendum legentibus reservavit. **244** Secundum librum *Coleleth* vocavit, qui Græce *Ecclesiastes* dicitur, Latine *Concionator*, eo quod sermo ejus non specialiter ad unum sicut in Proverbiis, sed ad universos generaliter dirigatur, docens omnia quæ in mundo cernimus cauduca esse et brevia, et ob hoc minime appetenda.

20. Tertium librum *Sir hassirim* prænotavit, qui in Latinam linguam vertitur *Canticum canticorum*; ^h ubi per epithalamium carmen conjunctionem Christi et Ecclesiæ mystice canit. Dictum autem Canticum canticorum, eo quod omnibus canticis præferatur, quæ in Scripturis sacris habentur, sicut quædam in lege dicuntur sancta, quibus majora sunt sancta sanctorum.

21. Horum autem trium librorum carmina hexametris ut pentametris versibus apud suos composita perhibentur, ut Josephus Hieronymusque scribunt.

22. Isaias, evangelista potius quam propheta, edidit librum suum, cujus omnis textus ⁱ eloquentia prosa incedit, Canticum vero hexametro, et pentametro versu discurret.

23. Jeremias similiter edidit librum suum cum threnis ejus, ^j quos nos *lamenta* vocamus, eo quod in tristioribus rebus funeribusque adhibeantur, in quibus quadruplex diverso metro composuit alphabetum, quorum duo prima quasi Saphico metro scripta sunt, quia tres versiculos, qui sibi nexi sunt, ^k et ab una tantum littera incipiunt, heroicum comma concludit.

24. Tertium alphabetum trimetro scriptum est, et a ternis litteris iidem versus terni incipiunt. Quartum alphabetum simile primo et secundo habetur.

245 25. ^l Ezechiël et Daniel a viris quibusdam sapientibus scripti esse perhibentur, quorum Ezechiël principia et fines multis habet obscuritatibus involuta. Daniel vero claro sermone regna orbis pronuntiat, et tempus adventus Christi manifestissima prædicatione adnotat.

26. Ii sunt quatuor prophetæ qui Majores vocantur, quia prolixa volumina condiderunt. Liber duodecim prophetarum auctorum suorum nominibus prænotatur, qui propterea dicuntur Minores, quia sermones eorum breves sunt,

27. Unde et connexi sibimet invicem in uno volumine Hieronymo interp.

ⁱ Eloquentia prosa. Ut supra, prosa oratione. Al., eloquentiæ prosa.

^j Quos nos *lamenta* v. eo quod tristioribus rebus funeribusque. Canebantur fortasse, uti nunc Job verba, ita Isidori ætate, Jeremiæ Lamentationes in officio defunctorum,

^k Et ab una tantum. Ex epist. ad Paul. Urbic.

^l Ezechiël et Daniel. Idem refert de Eccles. Offic., ex Hebræorum sententia, qui hæc vaticinia, non ab ipsis vaticibus scripta, sed ab aliis excepta somniant. Sed de Ezechiële ne dubitatum quidem videtur hieronymi ætate. Contra Danielis librum refert idem scripsisse Porphyrium, confutat umque ac Euseb. Apollinario et Methodio.

mine continentur, quorum nomina sunt : Osee, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias et Malachias.

28. Esdræ liber auctoris sui titulo prænotatur, in cujus textu ejusdem Esdræ, Nehemiæque sermones pariter continentur. Nec quemquam moveat quod unus Esdræ dicitur liber, ^a quia secundus, tertius et quartus non habentur apud Hebræos, sed inter apocryphos deputantur.

246 29. Esther librum Esdras creditur conscrip- sisse, in quo eadem regina sub figura Ecclesiæ Dei populum a servitute et morte eripuisse scribitur, atque, interfecto Aman, qui interpretatur *iniquitas*, diei celebritas in posteros mittitur.

30. ^b Liber Sapientiæ apud Hebræos nusquam est, unde et ipse stylus Græcam magis eloquentiam redolet. Hunc Judæi Philonis esse affirmant, qui proinde Sapientiæ nominatur, quia in eo Christi adventus, qui est sapientia Patris, et passio ejus evidenter exprimitur.

31. ^c Librum autem Ecclesiasticum certissime Jesus, filius Sirac, Hierosolymita, nepos Jesu sacerdotis magni, composuit, de quo meminit Zacharias; qui liber apud Latinos propter eloquii similitudinem Salomonis titulo prænotatur.

32. Dicitur autem Ecclesiasticus, eo quod de totius Ecclesiæ disciplina religiosæ conversationis magna cura et ratione sit editus. Hic et apud Hebræos reperitur, sed inter apocryphos habetur.

33. Judith vero et Tobias, sive Machabæorum libri, quibus auctoribus scripti sint minime constat. Habent autem vocabula ex eorum nominibus quorum gesta scribuntur.

34. Quatuor libros Evangeliorum quatuor evangelistæ singulariter conscripserunt.

35. Primus Matthæus conscripsit Evangelium litteris Hebraicis, et sermonibus in Judæa, initians evangelizare ab humana Christi nativitate, dicens : *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham*, significans descendisse corporaliter ex semine patriarcharum Christum, sicut promissum erat in prophetis per Spiritum sanctum.

247 36. Secundus Marcus plenus Spiritu sancto conscripsit Evangelium Christi eloquio Græco, in Italia secutus Petrum, ut discipulus. Is initium a spiritu prophetali fecit, dicens : *Vox clamantis in deserto* : *Parate viam Domino*, ut ostenderet Christum post assumptionem carnis Evangelium prædicasse in mundo,

^a *Quia secundus, tertius et quartus non habentur apud Hebr.* Quia Esdræ Nehemiæque sermones in unum volumen (ut ait Hier.) coarctant, ita neque secundum agnoscunt; ut nobis Nehemias idem secundus Esdræ inscribitur.

^b *Liber Sap.* Ex Hier. præf., cum in lib. Procem. Jesu filio Sirach tribuat, Augustinum secutus, xvii de Civit.

^c *Librum Ecclesiast. qui liber apud Latin.* Non mirum, si Isidori ætate Salomonis titulum præferret, cum Hieron. ita de eo : *Quem Hebraicum (inquit) reperi, non Ecclesiasticum, ut apud Latinos sed PARABOLAS prænotatum. Cui juncti erant Ecclesiastes et Cantica canticorum, ut similitudinem Salomonis*

A Ipse enim Christus et propheta dictus est, sicut scriptum est : *Et ^d prophetam in gentibus posui te.*

37. Tertius Lucas, inter omnes evangelistas ^e Græci sermonis eruditissimus, quippe ut medicus in Græcia, Evangelium scripsit Theophilo episcopo, initians a sacerdotali spiritu, dicens : *Fuit in diebus Herodis regis Judææ sacerdos quidam nomine Zacharias*, ut manifestaret Christum, post nativitatem carnis et prædicationem Evangelii, hostiam fuisse effectum pro salute mundi.

38. Ipse est enim Sacerdos de quo dictum est in Psalmis : *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Ubi enim Christus advenit, sacerdotium Judæorum obmutuit, lex et prophetia cessavit.

B 39. Quartus Joannes scripsit Evangelium ultimus in Asia, incipiens a Verbo, ut ostenderet eundem Salvatorem qui pro nobis dignatus est nasci et pati, ipsum ante sæcula Dei Verbum esse, ipsum a cælo venisse, et post mortem ad cælum iterum remeasse.

40. Hi sunt quatuor evangelistæ, quos per Ezechielem Spiritus sanctus significavit in quatuor animalibus. Propterea autem quatuor animalia, quia per quatuor mundi partes fides Christianæ religionis eorum prædicatione disseminata est.

41. Animalia autem dicta sunt quoniam propter animam hominis prædicatur Evangelium Christi. Nam et oculis plena erant intus, et foris, quoniam pervident quæ dicta sunt a prophetis, et ^f quæ promissa erant impleri.

C 42. ^g Crura autem eorum recta, quia nihil pravum in Evangeliiis. Et alas senas tegentes crura, et facies suas, revelata sunt enim quæ tegebantur in adventu Christi.

248 43. Evangelium autem interpretatur bona annuntiatio. Græce enim *εὐβενε*, *αγγελία* dicitur *annuntiatio*. Unde, et angelus *nuntius* interpretatur.

44. ^h Paulus apostolus suas scripsit Epistolas quatuordecim, ex quibus novem septem Ecclesiis scripsit, reliquas discipulis suis Timotheo, Tito et Philemoni.

45. ⁱ Ad Hebræcos autem Epistola a plerisque Latinis ejus esse incerta est propter dissonantiam sermonis, eandemque alii Barnabam conscripsisse, alii a Clemente scriptam fuisse suspicantur.

46. Petrus scripsit duas nominis sui Epistolas, quæ **D** Catholicæ ideo nominantur, quia non uni tantum populo, vel civitati, sed universis gentibus generaliter scriptæ sunt.

non solum numero librorum, sed etiam materia- rum genere cœquaret.

^d *Et prophetam in Gen. posui te.* Ex LXX, *τὸ θεῖον σε.* Vulg., *dedi te.*

^e *Græci sermonis.* Ex Hieron., epist. ad Damasum 145; sed ibi Græcis Evangelium scripsisse dicitur, non in Græcia.

^f *Et quæ promissa erant impleri.* Ex Neap. Cod. Al. in priori.

^g *Crura autem eorum rect.* Ex LXX. Vulg., *Pedes eorum recti.*

^h *Paulus apost.* Eadem lib. I de Offic., cap. 12; et Rab. II de Instit. Cler., cap. 54.

ⁱ *Ad Heb.* Ex Hieronymi Catalog.

47. Jacobus, et Joannes, et Judas, suas scripserunt Epistolas.

48. Actus apostolorum primordia fidei Christianae in gentibus, et nascentis Ecclesiae historiam digerit. Actuum apostolorum scriptorem Lucam esse (constat) evangelistam; in quo opere nascentis Ecclesiae infantia textitur, et apostolorum historia retinetur. Unde et Actus apostolorum dicitur.

49. Apocalypsim librum Joannes evangelista scripsit, eo tempore quod ob Evangelii praedicationem in insula Pathmos traditur relegatus. Apocalypsis autem ex Graeco in Latinum *revelatio* interpretatur. Revelatio enim dicitur manifestatio eorum quae abscondita erant, juxta quod et ipse Joannes dicit: *Apocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere servis suis.*

50. Hi sunt scriptores sacrorum librorum, qui, per Spiritum sanctum **249** loquentes ad eruditionem nostram, et praecipua vivendi et credendi regulam conscripserunt.

51. Praeter haec et alia volumina apocrypha nuncupantur. Apocrypha autem dicta, id est, *secreta*, quia in dubium veniunt. Est enim eorum occulta origo, nec patet Patribus, ex quibus usque ad nos auctoritas verae scripturarum certissima et notissima successione pervenit. In iis apocryphis, etsi invenitur aliqua veritas, tamen propter multa falsa nulla est in eis canonica auctoritas, quae recte a prudentibus judicantur non esse eorum credenda quibus ascribuntur.

52. Nam multa, et sub nominibus prophetarum, et recentiora sub nominibus apostolorum ab haereticis proferuntur, quae omnia sub nomine apocryphorum auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt.

CAPUT III.

De bibliothecis.

1. Bibliotheca a Graeco nomen accepit, eo quod ibi recondantur libri. Nam βιβλιων *librorum θηκη repositio* interpretatur.

2. ^a Bibliothecam Veteris Testamenti Esdras scriba post incensam legem a Chaldaeis, dum Judaei regressi fuissent in Jerusalem, **250** divino afflatus Spiritu, reparavit; cunctaque legis ac prophetarum volumina quae fuerant a gentibus corrupta, correxit, totumque

CAP. III. — ^a *Bibliothecae veteris Testam.* Libri sacri saepe bibliotheca appellantur. Hieron. in Catalog. : *Eusebius in Scripturis divinis studiosissimus, et bibliothecae divinae eum Pamphilo martyre diligentissimus perinvestigator.* Et in epist. ad Marcellam 141 : *Beatus Pamphilus martyr, eum Demetrium Phalerum et Pisistratum in sacrae bibliothecae studio vellet aequare.* Et Gratianus non semel Hieronymum in prologo Bibliothecae citat.

^b *Apud Graecos autem.* Totus locus ex Agellii lib. vi, cap. ult. Vid. Athen., et Cicero, in Orat. Eustachius Aristarcho et Zenodoto ad id usum Pisistratum dicit. Plato, in Hipparch., Pisistrati filium Hipparchum Homeri libros Athenas detulisse, eosque decantari in Panathenaeis ludis jussisse ait.

^c *Ptolemæus... omnis litterat. sag.* Verba Tertullii in Apolog., cap. 18.

^d *Septuaginta millia.* Sic omnes libri. *Septuaginta*

A Vetus Testamentum in viginti duos libros constituit, ut tot libri essent in lege quot habebantur et litterae.

3. ^b Apud Graecos autem bibliothecam primus instituisse Pisistratus, creditur Atheniensium tyrannus quam deinceps ab Atheniensibus auctam Xerxes, incensis Athenis, avexit in Persas, longoque post tempore Seleueus Nicanor rursus in Graeciam retulit.

4. Hinc studium regibus urbibusque caeteris natum est comparandi volumina diversarum gratum, et per interpretes in Graecam linguam vertendi.

5. Dehinc magnus Alexander, vel successores ejus. instruendis omnium librorum bibliothecis animum intenderunt, maxime ^e Ptolemæus cognomento Philadelphus, omnis litteraturae sagacissimus, cum studio bibliothecarum Pisistratum aemularetur, non solum gentium scripturas, sed etiam et divinas litteras in bibliothecam suam contulit. ^d Nam septuaginta millia librorum hujus temporibus Alexandriae inventa sunt.

CAPUT IV.

De interpretibus.

1. Hic etiam, et ^e ab Eleazaro pontifice petens Scripturas Veteris Testamenti, in Graecam vocem ex Hebraica lingua per septuaginta interpretes transferre curavit, quas in Alexandrina bibliotheca habuit.

2. ^f Siquidem singuli in singulis cellulis separati, ita omnia per Spiritum sanctum interpretati sunt, ut nihil in alicujus eorum codicis **251** inventum esset quod in caeteris, vel in verborum ordine, disreparet.

3. Fuerunt et alii interpretes, qui ex Hebraea lingua in Graecam sacra eloquia transtulerunt, sicut Aquila, Symmachus et Theodotion, sicut etiam et ^g vulgaris illa interpretatio, cujus auctor non apparet, et ob hoc sine nomine interpretis. Quinta Editio nuncupatur.

4. Praeterea sextam et septimam Editionem Origenes miro labore reperit, et eum caeteris Editionibus comparavit.

5. ⁱ Presbyter quoque Hieronymus, trium linguarum peritus, ex Hebraeo in Latinum eloquium eadem Scripturas convertit, eloquenterque transfudit, cujus interpretatio merito caeteris antefertur. Nam est, et verborum tenacior, et perspicuitate sententiarum clarior, ^k atque, utpote a Christiano interprete, verior.

CAPUT V.

De eo qui primum Romam libros advexit.

1. Romam primus librorum copiam advexit ^a *Emilius Paulus*, Perse Macedonum rege devictus **millia**, Agell., et Marcell., lib. xxii.

CAP. IV. — ^e *Et ab Eleaz.* Ex Hieron., in Chron. ^f *Siquidem sing.* Idem refert Aug., lib. ii de Doct. Christ., et lib. xviii de Civit., c. 42; et Epiph., lib. de Ponder., qua de re nimis multa a nostris hoc tempore dicta sunt.

^g *Et vulgaris.* Haec verba non sunt Augustini. ^h *Miro labore rep.* Ex Catalog. Hier. in Origen. Reperit autem has Editiones (ut ait Epiph.) in doliis quintam vero in Acteo littore, ait Hieronymus in praefat. ad homil. Origen. a se versas.

ⁱ *Presbyter quoque.* Aug. xviii de Civit., cap. 43. ^j *Cujus interpretatio.* Ex eodem ii de Doct. Christ. quae tamen non de Hieronymi interpretatione, sed de Itala dicuntur ab Augustino.

^k *Atque utpote a Ch. int. v.* Haec quidam libri non habent, neque libro i de Offic. Eccles. leguntur sunt tamen in vetustioribus.

^b deinde Lucullus e Pontica præda. **252** Post hos Cæsar dedit Marco Varroni negotium quam maximæ bibliothecæ construendæ.

2. ^c Primum autem Romæ bibliothecas publicavit Pollio, Græcas simul atque Latinas, additis auctorum imaginibus in atrio quod de manubiis magnificentissimum instruxerat.

CAPUT VI.

Qui apud nos bibliothecas instituerunt.

1. Apud ^d nos quoque Pamphilus martyr, cujus vitam Eusebius Cæsariensis conscripsit, Pisistratum in sacræ bibliothecæ studio primus adæquare contendit. Hic enim in bibliotheca sua prope triginta voluminum millia habuit.

2. Hieronymus quoque atque Gennadius Ecclesiasticos scriptores toto orbe quærentes ordine persecuti sunt, eorumque studia in uno voluminis indiculo comprehenderunt.

253 CAPUT VII.

Qui multa scripserunt.

1. Marcus ^e Terentius Varro apud Latinos innumerabiles libros scripsit. Apud Græcos quoque Chalcenterus miris attollitur laudibus, quod tantos libros ediderit quantos quisque nostrum alienos scribere propria manu vix possit.

2. De nostris quoque apud Græcos Origenes, in Scripturarum labore, tam Græcos quam Latinos operum suorum numero superavit. Denique Hieronymus ^f sex millia librorum ejus selegisse fatetur.

3. Horum tamen omnium studia Augustinus ingenio vel scientia sua vicit. Nam tanta scripsit, ut diebus ac noctibus non solum scribere libros ejus quisquam, sed nec legere quidem occurrat.

CAPUT VIII.

De generibus opusculorum.

1. Opusculorum ^g genera sunt tria. Primum genus excerpta sunt, quæ Græce scholiam nuncupantur: in quibus ea quæ videntur obscura vel difficilia, summam ac breviter præstringuntur.

2. Secundum genus homiliæ sunt, quas Latini verba

CAP. V. — *Æmil. Paul.* ^a Videndum num ad hoc atis sit quod Plutarchus, Æmilii abstinentiam laudans, narrat, libros regis duntaxat filiis studia litterarum tractantibus concessisse, cum auri et argenti acervos, reliquamque prædam, ne aspicere quidem voluerit.

^b Deinde Lucull. Cicer., in Lucull., et in de Finibus. Sed quod Lucullo Isidorus, Pompeio, qui Lucullo successit bellumque confecit, tribuit Plin. lib. vii, cap. 30.

^c Primum autem Rom. Plin., lib. vii, cap. 30: *Marci Varronis, in bibliotheca quæ prima in orbe ab Asinio Pollione de manubiis publicata Romæ est, unius violentis posita imago est.* Nam etsi reges illi multo ante Pollionem bibliothecas instruxerant, non tamen forsse publicarent, hoc est, publicas fecerant.

CAP. VI. — ^d Apud nos. Ex epist. 141, ad Marcellam.

CAP. VII. — ^e M. T. Varr. apud Græc. Locus est ex Hieronymi libello qui non exstat, ejus tamen eam partem ad hunc locum pertinet refert Ruffin., in vect. his vers.: *M. Terentium Varronem miratur antiquitas quod apud Latinos tam innumerabiles libros scripserit. Græci Chalcenterum miris offerunt laudibus, quod tantos libros composuerit quantos quisvis nostrum alienos sua manu describere non possit.* Id cognomen

^A appellant quæ proferuntur in populis. Tertium, tomi quos nos libros vel volumina nuncupamus. Homiliæ autem ad vulgus loquuntur; tomi vero, id est libri majoris sunt disputationis. Dialogus est collatio **254** duorum, vel plurimorum, quam Latini sermonem dicunt. Nam quos Græci dialogos vocant nos sermones vocamus.

3. ^h Sermo autem dictus, quia inter utrumque seritur. Unde et in Virgilio:

Multi inter sese vario sermone serebant.

Tractatus est unius rei multiplex expositio, eo quod trahat sensum in multa. ⁱ sententiam contrectando secum.

4. Differt autem sermo, tractatus et verbum. Sermo enim altera eget persona, tractatus specialiter ad se ipsum est, verbum autem ad omnes. Unde et dicitur: *Verbum fecit ad populum.*

5. Commentaria dicta quasi *cum mente*. Sunt enim interpretationes, ut commenta juris, ^j commenta Evangelii.

6. ^k Apologeticum est excusatio, in quo solent quidam accusantibus respondere. In defensione enim aut negatione sola positum est, et est nomen Græcum.

7. ^l Panegyricum est licentiosum, et lacinosum genus dicendi in laudibus regum, in cujus compositione homines multis mendaciis adulantur. Quod malum a Græcis exortum est, quorum levitas instructa dicendi facultate et copia incredibili multas mendaciorum nebulas suscitavit.

8. ^m Fastorum libri sunt in quibus reges vel consules scribuntur, a *fascibus* dicti, id est, potestatibus. ⁿ Unde et ob id libri Fastorum dicuntur, quia de regibus et consulibus editi sunt.

9. Proœmium est initium dicendi. Sunt enim proœmia principia librorum, quæ ante causæ narrationem ad instruendas audientium aures **255** coaptantur. Cujus nomen plerique Latinitatis periti sine translatione posuerunt; hoc autem vocabulum apud nos interpretatum *præfatio* nuncupatur, quasi *prælocutio*.

10. Præcepta sunt quæ aut quid faciendum, aut quid non faciendum sit, docent. Quid faciendum, ut:

fuit Didymo Alexandrino grammatico, ut ait. Hesichius in lib. de iis qui in discipl. claruerunt. Vid. Suid.

^f *Sex mill. lib.* Ita Ruffin. in Apolog., sed cum Hieronymus mendacii arguit, vixque tertiam partem ab Euseb. relatum affirmat. Idem tamen quod Ruffinus tradidit Epiphanius.

CAP. VIII. — ^g *Opusculorum* Ex Hieron., præf. in Homil. Orig. in Ezech., quæ repetit etiam Ruff. in Invect.

^h *Sermo autem dicit.* E. Serv.
ⁱ *Sententiam contrectando secum.* Ita A. Aug., cum in omnibus libris *sentendi* nullo sensu legeretur; seu a *contrectando secum*, Chacon.

^j *Commenta juris commenta Evang.* — *Commenta pro commentaria* præcise scriptum putabat A. Augustinus. Sed retinet idem verbum hodie abscissum vulgaris sermo, ut suspicari possimus eodem modo Isidori ætate usurpatum,

^k *Apologeticum.* Ex Laet. v. cap. 4.

^l *Panegyric.* Ex eodem, lib. 1, cap. 15.

^m *Fastor. lib... a fascibus dicti.* Significatione etymon aptavit, ut consuevit, alioqui a *fando* dice non ignorans.

ⁿ *Unde et ob id.* Ex Cod. Neap. Mendose reliqui Ovid.

Dilige Deum tuum, et honora patrem tuum, et matrem tuam. Quid non faciendum, ut : Non mæchaberis; non furtum facies.

11. Similiter et gentilium præcepta vel jubent vel vctant. Jubent faciendum, ut : *Nudus ara, sere nudus.* Vetant, ut :

Neve inter vites corylum sere, neve flagella Summa pete.

12. Primus autem præcepta apud Hebræos Moyses scripsit, apud Latinos ^a Martius vates primus præcepta composuit. Ex quibus est illud : *Postremus dicas primus taceas.*

13. Parabolæ et problemata nominibus suis indicant altius se perscrutari oportere, Parabola quippe alienus rei similitudinem per se gerit, quod licet sit vocabulum Græcum, jam tamen pro Latino usurpatur. Et notum est quod in parabolis, quæ dicuntur rerum similitudines, rebus de quibus agitur comparantur

14. Problemata autem, quæ Latine appellantur propositiones, quæstiones sunt habentes aliquid quod disputatione solvendum sit.

15. Quæstio autem est *quæsitio*, eum quæritur an sit, quid sit, quale sit.

16. Argumentum vero dictum quasi *argutum*, vel quasi *argute inventum*, ad comprobandas res.

17. Epistolam proprie Græci vocant quod interpretatur Latine *missa*.

18. Ante chartæ et membranarum usum ^b in dedolatis ex ligno codicillis epistolarum alloquia scribebantur. Unde et portitores earum tabellarios vocaverunt.

256 CAPUT IX.

De ceris.

2. Cerae litterarum materies, parvulorum nutrices, ipsæ.

... Dant ingenium pueris primordia sensus, quarum studium primi Græci tradidisse produntur, Græci autem et Thusci primum ferro in ceris scripserunt, postea Romani jusserunt ne graphium ferreum quis haberet.

2. Unde et apud scribas dicebatur : *Ceram ferro ne cædito.* Postea institutum est ut eeram ossibus scriberent, ^d sicut indicat Atta in satyra dieens :

Vertamus vomerem in eeram, mucroneque arcus Osseo...

Graphium autem Græce, Latine scriptorium dicitur Nam γραφή scriptura est.

CAPUT X.

De chartis.

Chartarum ^e usum primum Ægyptus ministravit ceptum apud Memphiticam urbem; Memphis

^a Martius vates. Vid. Lil. Gyrard. Dialog. 4. de Poet. latin.

^b In dedolat exl.c. Ex Hieron. Epist. ad Niceam 32. CAP. IX. — ^c Ipsæ dant ingen. Carmen est Dracontii, lib. 11 de Machin. Mundi :

Cera dat ingenium pueris primordia sensus.

Inde fit, ut præstet littera, vel noceat.

^d Sicut indicat Atta. Cui cur Attæ cognomen hæserit Vid. Fest. in Atta.

CAP. X. ^e Chartarum usus. Plin., lib. XIII, cap. 12.

^f Augustæ regia. — Regia glossam putabat Chacon.

^g Sexta Corneliana. De Corneliana nihil Plinius.

enim civitas Ægyptiorum est, ubi chartæ usus inventus est primum, sicut ait Lueanus :

Conficitur bibula Memphitis charta papyro.

Bibulam autem papyrum dixit, quod humorem bibat.

257 2. Charta autem dicta, quod earptim papyri tegmen decerptum glutinatur. Cujus genera quam plura sunt. Prima, et præcipua ^f Augustæa, regia, et majoris formæ, in honorem Octavii Augusti appellata.

3. Secunda Liviana ob honorem Livie; tertia hieratica dieta, eo quod ad sacros libros eligebatur, similis Augustææ, sed subcolorata.

4. Quarta Tæniotica, a loeo Alexandriæ, qui ita vocatur, ubi fiebat; quinta Saitica ab oppido Sai.

5. ^g Sexta Corneliana, a Cornelio Gallo, præfecto Ægypti, primum confecta; septima emporetica, quod ea merces involvuntur, eum sit scripturis minus idonea.

CAPUT XI.

De pergamenis.

1. Pergameni ^h reges cum eharta indigerent, membrana primi exeogitaverunt. ⁱ Unde et pergamenarum nomen hucusque tradente sibi 258 posteritate servatum est. ^j Hæc membrana dicitur, quia ex membris pecudum detrahuntur.

2. Fiebant autem primum coloris lutei, id est, eroeei, postea vero Romæ eandida membrana reperta sunt, quod apparuit inhabile esse, quod, et facile sordeseant, aciemque legentium lædant. Cum peritiores arehiteeti neque aurea lacunaria ponenda in bibliothecis putent, neque pavimenta alia quam e Carysteo marmore, quod auri fulgor hebetet, et Carysti viriditas reficiat oculos.

3. Nam et qui nummulariam discunt, denariorum formis myrteos pannos subjiciunt, et gemmarum sculptores scarabeorum terga, quibus nihil est viridius, subinde respiciunt, et pictores idem faciunt ut laborem visus eorum viriditate recreent.

4. Membrana autem aut eandida, aut lutea, aut purpurea sunt. Candida naturaliter existunt. Luteum membranum bicolor est, quod a confectore una tingitur parte, id est crocatur, de quo Persius :

Jam liber, et positus bicolor membrana capillis.

5. Purpurea ^k vero inficiuntur eolore purpureo, in quibus aurum et argentum liquescens pateseat in litteras

259 CAPUT XII.

De libris conficiendis.

D 1. Quædam genera librorum apud gentiles certis modulis conficiebantur. Breviore forma, earmin atque epistolæ. At vero historiæ majori modulo scribebantur, et non solum in eharta, vel membranis

Constat vero ex Dione et aliis Cornelium Gallum Ægypto fuisse præfectum ab Augusto.

CAP. XI. — ^h Pergamæni reges. Eumenes Pergan rex membranas primum exeogitavit. ⁱ Unde et pergamenarum. Verba sunt Hieronymi in epist. ad Chromat. 43.

^j Hæc et membrana dicitur. Et feminino et neutro genere. Gloss. : Membranum ὑμῶν.

^k Purpurea vero. Hieron. ad Eustoeh., de Custodia virg. : Inficiuntur membranæ colore purpureo, at rum liquescit in litteras. Unde liquescit hic reponebat Chacon.

ed etiam, et ^a in omentis elephantinis, textilibusque malvarum foliis, atque palmarum.

2. Cujus generis Cinna sic meminit :

Hæc tibi Aratæis multum invigilata lucernis
Carmina, queis ignes ^b novimus aërios,
Levis in aridulo malvæ descripta libello
Prusiaca vexi munera navicula.

3. Circumceidi libros Siciliæ primum increbuit. Nam initio pumicabantur. Unde et ait Catullus : *Cui dono lepidum novum libellum Arido modo pumice expolium ?*

CAPUT XIII.

260 *De librorum vocabulis.*

1. Codex multorum librorum est, liber unius voluminis. Et dictus Codex per translationem a caudibus arborum, seu vitium, quasi *caudex*, quod in se multitudinem librorum quasi ramorum contineat.

2. Volumen liber est a *volvendo* dictus, sicut apud Hebræos volumen legis, volumina prophetarum.

3. Liber est interior tunica corticis quæ ligno cohæret. De quo Virgilius : *Alta liberaret in ulmo.* Unde et liber dicitur in quo scribimus, quia ^c ante usum chartæ vel membranorum de libris arborum volumine fiebant, id est, compaginabantur. Unde et scriptores a libris arborum libraríos vocaverunt.

CAPUT XIV.

De librariis, et eorum instrumentis.

1. Librarios (constat) ante bibliopolas dictos. *Librum* enim Græci βιβλιον vocant. Librarii autem idem antiquarii vocantur; sed 261 librarii sunt qui et nova et vetera scribunt, antiquarii qui tantummodo vetera, unde et nomen sumpserunt.

2. A *scribendo* autem *scriba* nomen accepit, officium exprimens vocabuli qualitate.

3. Instrumenta scribæ calamus et penna. Ex his enim verba paginis infiguntur, sed calamus arboris est, penna avis, cujus acumen in duo dividitur, in toto corpore unitate servata (credo) propter mysterium, ut in duobus apicibus Vetus et Novum Testamentum signaretur, quibus exprimitur verbi sacramentum sanguine passionis effusum.

4. Dictus autem calamus quod liquorem ponat. Unde et apud nautas *CALARE ponere* dicitur.

5. Penna autem a *pendendo* vocata, id est, volando. Est enim, ut diximus, avium.

262 6. Folia autem librorum appellata, sive ex si-

CAP. XII. — ^a *In omentis eleph.* Hinc elephantini libri, nisi mavis Codices eboreos, aut tabulas eboreas significari, de quibus meminere Ulp., de Leg. I, cap. 52. et Pompon., cap. 2 de Orig. jur.

^b *Novimus aërios.* Sic Gothi. omnes Basil. Zanchus *ætherios* legit. *Aërios* ex illorum opinione qui sidera non in orbibus fixa, sed per aera ferri existimarunt.

CAP. XIII. — ^c *Ante usum chartæ.* Ex Hieronym. ad Nicæam.

CAP. XIV. — ^d *Unde apud nautas CALARE.* Quo verbo nostri quoque Trasones utuntur, cum *calar* el *sombbrero*, *calar la visera*, atque alia hujusmodi efficiunt; inde etiam dies intercalares dictos vult, quasi interpositos, inf., cap. 17.

^e *Quia sic scribebant antiqui sicut arat. terr.* Id Græci (ut ait Pausan., lib. 1 ἡλιακῶν) βουστροφῆδον γραφεῖν dixere. Versum autem vocabant rustici,

A militudine follicum arborum, seu quia ex follibus fiunt, id est, ex pellibus quæ de occisis pecudibus detrahi solent, cujus partes paginæ dicuntur, eo quod sibi invicem compingantur.

7. Versus autem vulgo, vocati ^o quia scribebant antiqui sicut aratur terra. A sinistra enim ad dexteram primum deducebant stylum; deinde convertebantur ^f ad inferiora et rursum ad dexteram versus, quos hodieque rustici versus vocant.

8. ^g *Scheda* est, quod adhuc emendatur, et necdum in libris redactum est, et est nomen Græcum, sicut et *tomus*.

CAPUT XV.

De canonibus Evangeliorum.

1. Canones Evangeliorum ^h Ammonius, Alexandriae episcopus, primus excogitavit, quem postea Eusebius Cæsariensis secutus, plenius 263 composuit. Qui ideo facti sunt, ut per eos invenire et scire possimus qui reliquorum Evangelistarum similia aut propria dixerunt.

2. Sunt autem numero decem, quorum primus continet numeros in quibus quatuor eadem dixerunt: Matthæus, Marcus, Lucas, et Joannes; secundus, in quibus tres, Matthæus, Marcus, Lucas; tertius, in quibus tres, Matthæus, Lucas, Joannes; quartus, in quibus tres, Matthæus, Marcus, Joannes.

3. Quintus, in quibus duo, Matthæus, Lucas; sextus, in quibus duo, Matthæus, Marcus; septimus, in quibus duo, Matthæus, Joannes; octavus, in quibus duo, Marcus, Lucas; nonus, in quibus duo, Lucas, Joannes.

4. Decimus, in quibus singuli eorum propria quædam dixerunt, quorum expositio hæc est. Per singulos enim evangelistas numerus quidam capitulis affixus ad jacet, quibus numeris ⁱ subdita est æra quædam minio notata, quæ indicat in quoto canone positus sit numerus cui subjecta est æra.

5. Verbi gratia: si est æra prima, in primo canone; si secunda, in secundo; si tertia, in tertio, et sic per ordinem usque ad decimum perveniens.

6. Si igitur, aperto quolibet Evangelio, placuerit scire qui reliquorum evangelistarum similia dixerunt, assumes adjacentem numerum capituli, et requires ipsum numerum in suo canone quem indicat, ibique invenies quot et qui dixerint, et ita demum in corpore inquisita loca quæ ex ipsis numeris indicantur per singula Evangelia de iisdem dixisse invenies.

D cum, sulco ad finem perducto, iterum eo redditur unde arationis initium est, quod est *versum peragere* Plinio, lib. xviii, cap. 19.

^f *Ad inferiora.* Al., *ad inferiorem.*

^g *Scheda.* Charis., lib. I: *SCIDA charta sine aspiratione, a SCINDENDO dicta est, sed etiam alii cum aspiratione, SCHEDAM ex Græco ἀπό τοῦ σκληροῦ dictam putant.*

CAP. XV. — ^h *Ammonius.* Ex Hieronymi Catalogo, et præc. in Evang., et præc. Euseb. ad canones Ammonii.

ⁱ *Subdita est æra quæd.* Vel ex hoc loco apparet æram nihil esse aliud quam numeri notam. Nam quam Isidorus *æram*, Hieronymus *numerum* dixit, et Victor Capuanus, in præf. ad Harmoniam evangelicam Tatiani eadem de re: *Memoratos numeros prius curiosus lector, si velit, inspiciens, facile ex nota numeri reperta comprobet lectione.* Vid. supra lib. v, c. 34.

CAPUT XVI.

De canonibus conciliorum.

1. Canon ^a autem Græce, Latine *regula* nuncupatur. Regula autem 264 dicta, quod recte ducit, nec aliquando aliorum trahit. Alii dixerunt regulam dictam vel quod regat, vel quod normam recte vivendi præbeat, vel quod distortum pravumque quid corrigat.

2. ^b Canones autem generalium conciliorum a temporibus Constantini cœperunt. In præcedentibus namque annis, persecutione fervente, docendarum plebium minime dabatur facultas.

3. Inde Christianitas in diversas hæreses, est scissa, quia non erat licentia episcopis in unum convenire, nisi tempore supradicti imperatoris. Ipse namque dedit facultatem Christianis libere congregari.

4. Sub hoc etiam sancti Patres in concilio Nicæno de omni orbe terrarum convenientes, juxta fidem evangelicam et apostolicam, secundum post apostolos symbolum tradiderunt.

5. Inter cætera autem concilia quatuor esse (scimus) venerabiles synodos, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quasi quatuor Evangelia, vel totidem paradisi flumina.

6. Harum prima Nicæna synodus trecentorum octodecim episcoporum Constantino Augusto imperante peracta est. In qua Arianae perfidiæ damnata blasphemia, quam de inæqualitate sanctæ Trinitatis idem Arius asserebat; consubstantialem Deo Patri, 265 ^c Deum Filium eadem sancta synodus per symbolum definiuit.

7. Secunda synodus centum quinquaginta Patrum sub Theodosio seniore ^d Constantinopoli congregata est, quæ Macedonium, Spiritum Sanctum Deum esse negantem, condemnans, consubstantialem Patri et Filio sanctum Spiritum demonstravit, dans symboli

CAP. XVI. — ^a Canon autem, hoc caput ex alio Isidori volumine a Braulione, qui hoc opus interpolavit, in librosque digessit, accersitum videtur. Nam et concilior. Acta hoc opere condita contineri inferius dicitur, et multa hujus loci verba in ea præf. quæ inscribitur *origo conciliorum* reperiuntur.

^b Canones autem gen. Citantur hæc a Grat., disc. 15 cap. 1, et Ivone, lib. II, tit. XI, cap. 16, Panorm. ex 18 cap. lib. VI Etymolog. Eademque in Rabani margine ex 17.

^c Deum Filium. — Dei Filium, Gratian.

^d Constantinopoli Al., Constantinopolim.

^e Tertia synod. Ante hæc verba Ivo, cap. 20: *Hæc synodus acta est temporibus Damasi papæ Romani, Cyrilli Hierosolymitani episcopi, Neetarii Constantinopolitani.* Sic namque legendum, non Nestorii.

^f Ostendens manere. Gennad.: *Sixtus Urbis Rom. episcopus decretum synodi adversum Nestorium a se habitum volumine describens ad Orientis et Occidentis Ecclesias dedit, confirmans, duabus in Christo manentibus perfecte naturis, unam Filii Dei credendam esse personam; et rursus eadem fere in Leporio.*

^g Quarta synod. Ante hæc verba Ivo, cap. 21: *Hæc synodus acta est temporibus Cælestini papæ Romani, Juvenalis Constantinopol. episcopi.* Ubi pro Constantinopolitani, Hierosolymitani legendum admonuit A. Augustin.

^h Christum Dominum. — Christum Deum alii libri, et Grat., Ivo, Raban.

ⁱ Confiteamur naturæ. Addit post hæc verba solus Ivo: *Hæc synodus acta est temporibus Leonis papæ Rom. et Juvenalis Hierosolymitani episcopi, Anatolii*

A formam, quam tota Græcorum et Latinorum confessio in Ecclesiis prædicat.

8. ^e Tertia synodus Ephesina prima, ducentorum episcoporum sub juniore Theodosio Augusto edita, quæ Nestorium duas personas in Christo asserentem justo anathemate condemnavit, ^f ostendens manere in duabus naturis unam Domini Jesu Christi personam.

9. ^g Quarta synodus Chalcedenensis sexcentorum triginta sacerdotum sub Martino principe habita est, in qua Euthychem Constantinopolitanum abbatem Verbi Dei et carnis unam naturam pronuntiantem, et ejus defensorem Dioscorum quemdam Alexandrinum episcopum, et ipsum rursus Nestorium cum reliquis hæreticis una Patrum sententia prædamnavit, prædicans eadem synodus ^h Christum Dominum de Virgine sic natum, ut in eo substantiam et divinæ et humanæ ⁱ confiteamur naturæ.

10. Quatuor hæc sunt synodi principales, fidei doctrinam plenissime 266 prædicantes; sed et si qua sunt concilia quæ sancti Patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritatem omni manent stabilita vigore, ^j quorum gesta in hoc corpore condita continentur.

11. Synodus autem ex Græco interpretatur *comitatus*, vel *æetus*.

12. ^k Concilii vero nomen tractum est ex more Romano. Tempore enim quo causæ agebantur, conveniebant omnes in unum, communique intentione tractabant. Unde et concilium a communi intentione dictum ^l quasi *communicilium*. Nam cilia oculorum sunt. Unde, et *considium*, *concilium*, *d* in *l* litteram transeunte.

267 13. Cætus vero conventus est, vel congregatio, a *coeundo*, id est, conveniendo in unum. Unde et conventus est nuncupatus; sicut conventus

Constantinopolitani. Sic namque legendum, non *Athanasii*.

^j Quorum gesta in hoc opere. Hæc omnia oportuit.

^k Concilii nom. t. e. m. Rom. E Serv., Æn. VI, ad vers. *Nec vero h. s. s. d.* Quid autem esset concilium ostendunt Lælii Felicis verba apud Agell., lib. V. cap. 27: *Qui non universum populum, sed partem aliquam adesse jubet, non comitia, sed concilium edicere debet.* Sic enim legendum docuit A. August. ex Cicerone, et Livio.

^l Quasi COMMUNICILIIUM. Ita Rabanus; quasi *consilium* veteres libri; unus Salment., ante DCCCLX annos scriptus, quasi *consilium*, quod ad hunc quidem locum attinet, mendose, rem totam attentius si spectes, haud prorsus absorde. Nam *consilium* Isidori ætate solere scribi, mihi certe non fit dubium, nam et paulo post idem Codex habet: *Vel consilium a societate*, etc. E qua scriptura duas ipse notationes confeci, ut *consilium* sit (neglecto *s*) *concilium*, et hoc quasi *communicilium*, vel sit (neglecto *c*) *consilium*; et hoc quasi *considium*, *d* in *l* litteram transeunte, qua de re Festus. *Consilium, vel a CONSULENDO, vel quod in unam rem plurium mentes CONSIDERANT.* Fuisse autem hanc *concilii* scripturam in usu testatur Pierius Valerianus lib., IX ÆN., ad vers. *Consilium summis r. d. r. h.* Hoc Gratiani correctores non viderunt, nulla tamen re illorum sensus aequè adjuvatur. Nos antiquorum Codicum scripturam representavimus, quæ, hoc animadverso, et emendari, et suppleri facile possit, ut nihil sit jam amplius quod desideretur.

œetus, vel concilium a societate multorum in unum. **A**

CAPUT XVII.

De cyclo paschali.

1. Paschalem ^a cyclum Hippolytus episcopus temporibus Alexandri imperatoris primus conscripsit. Post quem probatissimi auctores Eusebius ²⁶⁸ Cæsariensis, ^b Theophilus Alexandrinus, Prosper quoque natione Aquitanus, atque ^c Victorius, amplificatis ejusdem festivitatis rationibus, multiplices circulos ediderunt.

2. Cujus quidem rationem beatissimus Cyrillus Alexandrinæ urbis episcopus in xcv annos ^d per quinquies decem novies calculans, ^e quoto Kalendarum, vel luna debeat paschalis solemnitas celebrari, summa brevitate notavit.

3. Cyclus autem vocatus, eo quod in orbem digestus sit, et quasi in circulo dispositum ordinem complectatur annorum sine varietate et sine ulla arte.

4. Unde factum est ut cujusque materiæ carmina ^f simplici formitate facta cyclica vocarentur. ^g Hinc et laterculum dictum, quod ordinem habeat ^h stratum annorum.

269 5. Primus siclus decemnovenalis.

Lunæ.

B. Com. an. ii Idus	April.	xx
C. vi Kal.	April.	xvi
Em. xvi Kal.	Maii	xvii
C. vi Idus.	April.	xx
B. C. ix Kal.	April.	xv
E. ii Idus.	April.	xvi
C. ii Non.	April.	xix
E. viii Kal.	Maii.	xx
B. C. v Idus	April.	xv
C. ii Kal.	April.	xviii
E. xii Kal.	Maii	xix
C. Non.	April.	xv
B. C. v Kal.	April.	xvii
E. xvi Kal.	Maii	xviii
C. vi Idus	April.	xxi
C. ix Kal.	April.	xvii
B. E. xi Idus	April.	xvii

CAP. XVII. — ^a Paschalem cyclum Hippolytus episcopus. Post vocem episcopus lacuna est in Cod. Neap. Hieronymus, in catalogo, negat se reperire potuisse cujus urbis episcopus fuerit. Galasius papa metropolis Arabum episcopum facit (Bostræ fortasse), ejus enim urbis subscriptio in conciliis nonnunquam legitur. Zonaras et Nicephorus Portus Romæ episcopum fuisse tradunt. Reperta Romæ est ante annos xx illius marmorea statua sedentis, legiturque cyclus hic paschalis in literibus sedis cum catalogo operum illius, non tamen integro, quia lapis ea parte fractus.

^b Theophilus. Ex catalogo Gennadii.

^c Victorius. Ita omnino legendum ex Bed., lib. vi de Ratione tem., cap. 48, et ex Gennadio; cujus verba sunt: *Victorius homo Aquitanicus, invitatus a sancto Hylario urbis Romæ episcopo composuit paschalem cursum (Al recursum) indagatone cautissima, post quatuor priores, qui composuerant, id est, Hippolytum, Eusebium, Theophilum, Prosperum. Victorius quoque legitur in vetustiss, libris Salmant. et Complut.*

^d Per quinquies decem novies. — Per quinquies decies novies, Neap.

C. ii Non.	April.	xx
E. viii Kal.	Maii	xxi
6.	Secundus cyclus lunæ.	
C. v Idus.	April.	xviii
B. C. ii Kal.	April.	xx
270 E. xii Kal.	Maii	xxi
C. Non.	April.	xvi
C. v Kal.	April.	xx
B. E. xvi Kal.	Maii	xx
C. Kal.	April.	xvi
E. xi Kal.	Maii	xvii
C. Idus	April.	xx
B. C. v Kal.	April.	xv
E. xv Kal.	Maii	xvi
C. v Idus	April.	xix
C. viii Kal.	April.	xv
B. E. Idus	April.	xv
C. Non.	April.	xviii
C. v Kal.	April.	xxi
E. iv Idus	April.	xv
B. C. Kal.	April.	xvii
E. xi Kal.	Maii	xviii
7.	Tertius Cyclus lunæ.	
C. viii Idus	April.	xv
C. iv Kal.	April.	xviii
B. E. xv Kal.	Maii	xviii
C. v Idus	April.	xxi
C. viii Kal.	April.	xvii
E. xviii Kal.	Maii	xviii
B. C. Non.	April.	xx
E. vii Kal.	Maii	xvi
C. iv Idus.	April.	xxii
C. vi Nov.	April.	xx
B. E. xi Kal.	Maii	xx
C. viii Idus	April.	xvi
C. iv Kal.	April.	xix
E. xiv Kal.	Maii	xx
B. C. iv Non.	April.	xv
C. viii Kal.	April.	xviii
E. xviii Kal.	Maii	xviii

^e Quoto Kal. vel luna. Concil. Bracar. ii, cap. 9: *Quoto Kalendar, die, vel quoto luna.*

^f Carmina simplici formitate facta cyclica Alii cyclica cum Rabano, sive id carminis genus arte quadam fieret, ut Aristophanis interpres in Avibus. Nam et Κίχλου poematis quidam Homerum auctorem fuisse voluerunt, ut ait Philopon. ad lib. i Ἀνάλ., sive inscitia potius fieret, ut vult Aeron ad carnem Horat: *Nec sic incipies ut scriptor cyclicus olim.* Unde cyclicia plerisque Græcis trivialis et circumforanei poetæ dicuntur.

^g Hinc et laterculum dictum. Sic in melioribus libris, et recte. Concilium Tolet. iv, cui Isidorus interfuit, cap. 4: *Solet in Hispaniis de solemnitate paschali varietas existere prædicationis, diversa enim observantia laterculorum. Paschalis festivitatis errorem interdum parturit.* Et Cedrenus: Ἡ παρ' Ἑλλήσιν ὀππὴ πλῆθος λατέρκουλον παρὰ Ῥωμαίοις λέγεται, etc. Et Hieronym., in Ezech. cap. iv: *Pro LATERE qui Græcè dicitur genere feminino ἡ πλῆθος Symmachus manifestius interpretatus est πλῆθειον, quem nos LATERCULUM, et ABACUM appellare possumus.*

^h Stratum annorum. Tertull., de Resurrect. carn.: *Ordo temporum STERNITUR.*

8. <i>Quartus cyclus lunæ.</i>		
271 C. III Kal.	April.	
B. E. XIV Kal.	Maii	
C. II Idus.	April.	
C. VII Kal.	April.	
E. XVII Kal.	Maii	
B. C. VIII Idus	April.	
C. IV Kal.	April.	
E. III Idus	April.	
C. III Non.	April.	
B. E. X Kal	Maii	
C. XVIII Kal.	Maii	
C. III Kal.	April.	
E. XIII Kal.	Maii	
B. C. IV Idus	April.	
C. VII Kal.	April.	
E. XVII Kal.	Maii	
C. VII Idus	April.	
B. C. XI Kal.	April.	
E. III Idus	April.	
C. III Non.	April.	
E. IX Kal.	Maii	
9. <i>Quintus cyclus lunæ.</i>		
B. C. VII Idus	April.	
C. III Kal.	April.	
E. XIII Kal.	Maii	
C. II Non.	April.	
B. C. VII Kal.	April.	
E. XVIII Kal.	Maii	
C. II Kal.	April.	
E. XII Kal.	Maii	
B. C. III Idus	April.	
C. III Non.	April.	
272 E. XVI Kal.	Maii	
C. VI Idus.	April.	
B. C. III Kal.	April.	
E. XIII Kal.	Maii	
C. II Non.	April.	
C. VI Kal.	April.	
B. E. XVII Kal.	Maii	
C. II Kal.	April.	
E. XII Kal.	Maii	

10. ^a Post eujus expletionem ad primum exordium recurrendum. Antiquitus Ecclesia Pascha decima quarta luna eum Judæis celebrabat, quocunque die occurreret: quem ritum sancti Patres in Nicæna synodo prohibuerunt, constituentibus non solum lunam paschalem et mensem inquirere, sed etiam et diem Resurrectionis dominicæ observare, et ob hoc Pascha a quarta decima luna usque ad vigesimam primam extenderunt, ut dies Dominicus non omitteretur.

11. ^b Paschæ autem vocabulum non Græcum, sed

^a *Post eujus expletionem.* Quæ ante hæc in Impres-
sis sunt, *A conditione mundi, usque ad hunc novis-
simum cycli annum computantur anni DCCXII,*
a Manuscriptis vetustioribus absunt, neque in reli-
quis idem numerus, legitur, sed, vel MMMMMCM vel
MMMMMCMXI vel MMMMMCMXXI.

^b *Paschæ autem vocab.* Ex August., epist. ad Ja-
nuar. 119. Vid. Hieron., ad Matth. xxvi.

^c *Eo quod populus de Ægypt.* Imo, quod angelus

Lunæ. **A** Hebræum est; nec a passione, quoniam πασχει
Græce dicitur *pasi*, sed a *transitu* Hebræo verbo Pas-
cha appellatum est, eo ^c quod tunc populus Dei **273**
ex Ægypto transierit. Unde et in Evangelio: *Cum*
vidisset, inquit, Jesus, quia venit hora ut transiret de
mundoad Patrem.

12. ^d Cujus nox ideo pervigil ducitur, propter ad-
ventum Regis ac Dei nostri, ut tempus resurrectionis
eius nos non dormientes, sed vigilantes inveniat. Cu-
jus noctis duplex ratio est, sive quod in ea vitam tunc
recepit cum passus est; sive quod postea eadem hora
qua resurrexit ad judicandum venturus est.

13. Eo autem modo agimus Pascha, ut non solum
mortem et resurrectionem Christi in memoriam revo-
cemus, sed etiam cætera (^e quæ circa eum attestan-
tur) ad sacramentorum significationem inspiciamus.

14. Propter initium enim novæ vitæ, et propter
novum hominem, quem jubemur induere, et exuere
veterem, expurgantes vetus fermentum, ut simus
nova conspersio, quoniam Pascha nostrum immola-
tus est Christus; propter hanc ergo vitæ novitate
primus ^f mensis in anni mensibus celebrationi pa-
sehali mysticæ attributus est.

15. Quod vero tertiæ hebdomadæ die Pascha cele-
bratur, id est qui dies occurrit a quarta decima in
vicesimam primam, hoc significat quia in toto tem-
pore sæculi, quod septenario dierum numero agitur,
nunc tertium tempus hoc sacramentum aperuit.

16. Primum enim tempus est ante legem, secun-
dum sub lege, tertium sub gratia. Ubi jam manifes-
tum est sacramentum prius occultum in prophético
ænigmate, ideo et propter hæc tria sæculi tempora
resurrectio Domini tridua est.

17. Quod vero a quarta decima luna usque ad vige-
simam primam **274** per dies septem paschalis dies
quæritur, hoc fit propter ipsum numerum septena-
rium, quo universitatis significatio sæpe figuratur,
qui etiam ipsi Ecclesiæ tribuitur propter instar uni-
versitatis, unde et Joannes apostolus, in Apoc., ad
septem scribit Ecclesias.

18. Ecclesia vero in ista adhuc mortalitate carnis
constituta, propter ipsam mutabilitatem, lunæ nomine
in Scripturis significatur.

19. Varia autem observantia opinionum paschalis
festivitatis interdum errorem gignit. Latini namque
Da tertio Nonas Martii, usque in tertium Nonas Apri-
lis primi mensis lunam inquirunt, et si quarta decima
luna die Dominico provenerit, in alio die Dominico
Pascha protrahunt.

20. Græci primi mensis lunam ab octavo Idus
Martias usque in diem Non. April. observant, et si
quinta decima luna die Dominico incurrerit, sanctum

percutiens postes agni sanguine illitos cæde abstinens
prætergressus sit. Ut Hieronym., loco citat., Phil.,
sed hæc Augustini sunt.

^d *Cujus nox ideo pervigil dicitur.* Ex Lact., lib.
VII, cap. 19.

^e *Quæ circa eum attest.* Absunt hæc ab optimo
Cod. Tolet.

^f *Primus mensis.* Expunximus τὸ *novorum*, nam
neque apud Aug. est, neque esse debet. Vid. Exod. XII.

Pascha celebrant. Hujusmodi igitur dissensio inter utrosque Paschalem regulam turbat.

21. Communis annus dicitur qui ^a duodecim tantum lunas, hoc est, dies CCCLIV habet. Dicitur autem communis, quia sæpe duo ita conjuncti incedunt, ut invicem se in Paschali solemnitate sequantur; nam embolismus annus semper solus est.

22. Embolismus annus est qui tredecim menses lunares, id est, CCCLXXXIV dies habere monstratur. Ipse est annus sancto Moysi divinitus revelatus, in quo jubentur ii qui longius habitabant in secundo mense Pascha celebrare.

23. Embolismus autem nomen Græcum est, quod interpretatur Latine *superaugmentum*, eo quod expleat numerum annorum communium, quibus undecim lunares dies deesse cernuntur.

24. Embolismi autem anni et communes sic inveniuntur. Si enim a quarta decima luna Paschæ præcedentis, usque ad quartam decimam sequentis CCCLXXXIV dies fuerint, embolismalis annus est; si CCCLIV, communis.

25. Bissexus est post annos quatuor unus dies adjectus. Crescit enim per singulos annos quarta pars assis. At ubi quarto anno assem compleverit, bissexum unum facit.

26. Dicitur autem bissexus, ^b quia *bis sexies* ductus assem 275 facit, quod est unus dies; sicut *quadran-tem* propter *quater ductum*, quod est bissexus, quem super dierum cursum in anno ^c sol facit; sive quod nequeat ^a annus subintroducui, nisi bissexto Kal. Mart. computaveris, hoc est, et prima die sexta Kal. Martias, et addito bissexto alio die sexto Kal. Martias iteraveris.

27. A sexto autem Kal. Martias usque in diem pridie Kalendas Januarias, in lunæ cursu bissexus apponitur, atque inde detrahitur.

28. Intercalares autem dies idcirco vocantur, quia interponuntur, ut ratio lunæ solisque convenient. *Calare* enim *ponere* dicitur; *intercalare*, *interponere*.

29. Epactas Græci vocant, Latini adjectiones annuas lunares, quæ per undenarium numerum usque ad tricenarium in se revolvuntur. Quas ideo Ægyptii adjiciunt, ut lunaris emensio rationi solis æquetur.

30. Luna enim juxta cursum viginti novem semis dies lucere dignoscitur, et fiunt in annum lunarem dies CCCLIV. Remarent ad cursum anni solaris dies undecim, quos Ægyptii adjiciunt.

31. Unde et adjectiones vocantur: absque his non invenies lunam quota sit in quolibet anno, et mense, et die. Istæ epactæ semper XI Kal.

^a Qui XII tantum lunas. Al., *lunationes*.

^b Qui bis sexies. Ita scribi placuit A. Augustino, ut sexies semissem significaret, quod voluit Isidorus. Atqui certum est bissexum appellari, quod bis sexto Kal. Mart. dicamus, quod ipse statim subdit.

^c Sol facit. Quæ post hæc leguntur in quibusdam Ms. etiam Gothicis, ut in Oniensi, et Cæsaraug., recipienda non putavimus; ea sunt: *Quia tres dies sine auctore sole transierunt initio conditionis dierum. Inde quarta pars assis per annum crescit, et quarto anno diem integrum reddit. Inde Ægyptii inventores hujus artis, ob exaltationes siderum auctore sole diei in*

A April. reperiuntur in eadem luna quæ fuerit eo die.

32. Continentur autem circulo decemnovenali: sed cum ad XXXIX Epactas pervenerit, qui est circulus decemnovenalis, jam sequenti anno non addes super viginti novem, undecim, ut decem annunties detractis triginta, sed inde reverteris, ut undecim pronunties.

CAPUT XVIII.

De reliquis festivitatibus.

1. Festivitas dicta a festis diebus, quasi *festiditas*, eo quod in eis 276 sola res divina fit. Quibus contrarii sunt fasti, in quibus jus fatur, id est, dicitur. Solemnitas a sacris dicitur, ita suscepta, ut mutari ob religionem non debeat ^e a solo, id est, firmo, atque solido nominata.

2. Celebritas autem nominatur, quod non ibi terrena, sed cœlestia tantum agantur.

3. ^f Pascha festivitatum omnium prima est, de cujus vocabulo jam superius dictum est.

4. Pentecoste sicut et Pascha apud Hebræos celebris dies erat, quæ post quinque decadas Paschæ celebratur; unde et vocabulum sumpsit. Πέντε enim Græce *quinque*, in quo die secundum legem panes propositionis de novis frugibus offerebantur.

5. Cujus figuram annus jubileus in Testamento veterit gessit; quæ nunc iterum per figuram repromissionis æternam requiem præfiguratur.

6. ^g Epiphania Græce, Latine *apparitio*, sive *manifestatio* vocatur. Eo enim die Christus sideris indicio magis apparuit adorandus. Quod fuit figura primitiæ credentium gentium.

C 7. Quo die et dominici baptismatis sacramentum, et permutatæ in vinum aquæ, factorum per Dominum signorum principia exstiterunt.

8. Duæ sunt autem Epiphaniæ: prima in qua natus Christus pastoribus Hebræorum angelo nuntiante apparuit; secunda, ex qua in gentium populis stella indice præsepis cunabula magis adoraturis exhibuit.

277 9. Scenopegia solemnitas Hebræorum, de Græco in Latinum, tabernaculorum dedicatio interpretatur, quæ celebrabatur a Judæis in memoriam expeditionis, cum ab Ægypto promoti, in tabernaculis agebant, et ex eo Scenopegia: σκηνή enim Græce *tabernaculum* dicitur. Quæ solemnitas apud Hebræos Septembri mense celebrabatur.

D 10. ^h Neomenia, apud nos Kalendæ; apud Hebræos autem (quia secundum lunarem cursum menses supputantur), et Græce *μήνη* luna appellatur; inde *Neomenia*, id est, *nova luna*.

11. Erant enim apud Hebræos ipsi dies Kalenda-

quarta feria condito, unum diem in quartum annum adjecerunt in honorem solis et lunæ.

^d Quod nequeat annus subintroducui. Al., *annum subintroducere*.

CAP. XVIII. — ^e Al. SOLIO, id est, firmo. Vid. Fest.

^f Pascha fest. De his tribus festivitatibus. Vid. Hieron., ad Zach., c. 1.

^g Epiph. Qui dies a Græcis baptismo Christi dicatus est, sed quid potissimum hoc die sit factum (ait sanctus Maximus) noverit ille qui fecit.

^h Neomen. Ex Hieron., epist. ad Sunniam.

rum ex legali institutione solennes, de quibus dicitur in psalmo : *Canite initio mensis tuba, in die insigni solemnitatis vestrae.*

12. ^a Encænna autem est nova templi dedicatio. Græce enim *καὶνὸν* dicitur *novum*. Quando enim aliquid novum dedicatur, encænna dicitur. Hanc dedicationis templi solemnitatem Judæi Octobri mense celebrant.

13. Dies Palmarum ideo dicitur, quia in eo Dominus et Salvator noster, sicut propheta cecinit, Jerusalem tendens asellum scdisse perhibetur. Tunc gradens cum ramis palmarum multitudo plebium obviam ei clamaverunt : *Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel.*

14. Vulgus autem ideo eum diem ^b Capitilavium vocant, quia tunc moris est lavandi capita infantium, qui ungenti sunt, ne observatione quadragesimæ sordidata ad unctionem accederent.

15. ^c Hoc autem die symbolum competentibus traditur propter confinem dominicæ Paschæ solemnitatem : ut qui jam ad Dei gratiam percipiendam festinant fidem, quam confiteantur agnoscant.

16. Cæna dominica dicta est, eo quod in illo die Salvator Pascha cum discipulis suis fecerit; quod hodie, sicut est traditum, celebratur, sanctamque in eo chrisma conficitur, ^d atque initium novi, et veteris cessatio Testamenti declaratur.

17. Sabbatum ab Hebræis ex interpretatione vocabuli sui requies nominatur, quod Deus in ipso, perfecto mundo, requievisset.

18. Siquidem et eo die requievit in sepulero Dominus, ut quietis illius mysterium confirmaret, quod Judæis observandum in umbra futuri præceptum est. Sed postquam Christus in sepultura sua ejus figuram adimplevit, observatio ejus quievit.

19. Dominicus dies proinde vocatur, quia in eo resurrectionis Domini nostri gaudium celebratur, ^e Qui dies non Judæis, sed Christianis in resurrectionem Domini declaratus est, et ex illo habere cœpit festivitatem suam.

20. Illis enim solum celebrandum Sabbatum traditum est, quia erat ante requies mortuorum; ^f resurrectio autem nullius erat qui resurgens a mortuis non moreretur.

21. Postquam autem facta est talis resurrectio in

^a Encæn. Ex August., tract. 18 in Joann.

^b Capitilavium. Vid. lib. I de Off., cap. 27, et Rab., lib. II, cap. 35.

^c Hoc autem die Symb. comp. Qui dicantur competentes, inf., lib. VII, cap. ultim.

^d Atque in n. e. v. c. t. d. Addita sunt hæc ex veteribus libris, quæ in Editis non erant; in quibus autem Manuscriptis deerant, lacuna tantumdem patebat.

^e Qui dies non Jud. suam. Verba Aug., epist. 119, cap. 13.

^f Resurrectio autem. Ibid.

CAP. XIX. — ^g Officium autem ab eff. Ex Amb. I Off. cap. 8.

^h A Stella vesper. Virg. : Denique quid vesper serus vehat, et alias sæpe.

ⁱ Missa. Ambrosium, Leonem, aliosque Patres sequitur. De Missæ etymol. multa Claut. Sanct., in præf. ad Liturg.

A corpore Domini ut præiret in capite Ecclesiæ quod corpus Ecclesiæ speraret in fine, jam dies Domini-cus, id est, octavus, qui et primus, celebrari cœpit.

279 CAPUT XIX.

De officiis.

1. Officiorum plurima sunt genera, sed præcipuum illud quod in sacris divinisque rebus habetur. ^g Officium autem ab *efficiendo* dictum, quasi *efficium* propter decorem sermonis una mutata littera, vel certe ut quisque illa agat quæ nulli officiant, sed prosint omnibus.

2. Vespertinum officium est in noctis initio vocatum, ^h a stella Vespere, quæ surgit oriente nocte.

3. Matutinum vero officium est in lucis initio, a stella Lucifero appellatum, quæ inchoante mane oritur. Quorum duorum temporum significatione ostenditur ut die ac nocte semper Deus laudetur.

4. ⁱ Missa, tempore sacrificii, et quando catechumeni foras mittuntur, clamante levita : *Si quis catechumenus remansit, exeat foras*, et inde missa, quia sacramentis altaris interesse non possunt qui nondum regenerati noscuntur.

5. ²⁸⁰ Chorus est multitudo in sacris collecta, et dictus chorus, quod initio in modum *coronæ* circum aras starent, et ita psallerent. ^j Alii chororum dixerunt a *concordia*, quæ in charitate consistit, quia si charitatem non habeat, respondere convenienter non potest.

6. Cum autem unus canit, Græce monodia, ^k Latine sincinnium dicitur; cum vero duo canunt, bicinium appellatur : cum multi, chorus. Nam chorea ludicrum cantilenæ, ^l vel saltationes classium sunt.

7. Antiphona ex Græco interpretatur vox reciproca, duobus scilicet choris alternatim psallentibus ordine commutato, sive de uno ad unum, quod genus psallendi Græci invenisse traduntur.

8. ^m Responsorios Itali tradiderunt, quod inde responsorios cantus vocant, quod alio desinente, id alter respondeat. Inter responsorios autem et antiphonas hoc differt, quod in responsorios unus versum dicit, in antiphonis autem versibus alternant chori.

9. Lectio dicitur, quia non cantatur, ut psalmus, vel hymnus, sed legitur tantum. Illic enim modulatio, hic sola pronuntiatio quæritur.

10. ⁿ Canticum est vox cantantis in lætitiâ.

11. ^o Psalmus autem dicitur qui cantatur ad psalter

^j Alii chororum a concord. E Aug. in ps. LXXXVII.

^k Latine sincinniam. Fest. : Sincinnium cantionem solitariam. Agellius, lib. XX, cap. 2 : Qui rectius locuti sunt, SINCINNISTAS littera *η* gemina dixerunt. Sincinnium namque genus veteris cantionis fuit. Et paulo post : Accius poeta SINCINNISTAS appellari ait nebuloso nomine, quod SINCINNIIUM cur diceretur ei obscurum esset. Sed quoniam assam vocem Asconius et Nonius solam interpretantur *assicinium*, ut *assipondium*, dictum suspicabatur Chæcou. *Sicinnium* apud Rabanum.

^l Vel saltationes classium. Ita vetustiores libri; al. saltationes plausuum. Neap., Ludicrum cantilenæ, vel plausuum sine voce saltationes.

^m Responsorios. Vel responsoria, utroque namque modo loquitur in lib. de Off. et in Regul. monach., c. de Off.

ⁿ Canticum et vox. Ex Hilar., in prolog. Ps.

^o Psalmus autem. Ex Aug., in ps. IV.

rium, quo **281** usum esse David prophetam in magno mysterio prodit historia. Hæc autem duo in quibusdam psalmorum titulis juxta musicam artem alternatim sibi apponuntur.

12. ^a Nam canticum psalmi est cum id quod organum modulatur vox postea cantantis eloquitur. Psalmus vero cantici cum quod humana vox præloquitur ars organi modulantis imitatur. Psalmus autem a psalterio dicitur, unde nec mos est ex alio opere eum componi.

13. Tres autem gradus sunt in cantando : ^b primus succentoris, secundus incentoris, tertius accentoris.

14. ^c Diapsalma Hebræum verbum quidam esse volunt, quo significatur *semper*, id est, quod illa quibus hoc interponitur sempiterna esse confirmant.

15. ^d Quidam vero Græcum verbum existimant, quo significatur intervallum psallendi, ut psalma sit **B** quod psallitur; diapsalma vero interpositum in psallendo silentium, ut quemadmodum sympsalma dicitur vocum copulatio in cantando, ita diapsalma disjunctio earum, ubi quædam requies disjunctæ continuationis ostenditur.

16. Unde illud probabile est non conjungendas sententias in psallendo, ubi diapsalma interpositum fuerit, quia ideo interponitur, ut **282** conversio sensuum vel personarum esse noscatur.

17. Hymnus est ^e canticum laudantium, quod de Græco in Latinum laus interpretatur, pro eo quod sit carmen lætitiæ et laudis. ^f Proprie autem hymni sunt cantus continentes laudem Dei. Si ergo sit laus, et non sit Dei, non est hymnus; si sit et laus, et Dei laus, et non cantetur, non est hymnus. Si ergo et in **C** laudem, et Dei, et cantatur, tunc est hymnus.

18. Cui contrarius est threnus, quod est lamenti carmen et funeris.

19. ^g Alleluia duorum verborum interpretatio est, hoc est, *laus Dei*, et est Hebræum. Ia enim unum est de decem nominibus quibus apud Hebræos Deus vocatur.

20. Amen significat *vere* sive *fideliter*, quod et ipsum Hebræum est. Quæ duo verba *amen* et *alleluia*, nec Græcis, nec Latinis, nec barbaris, licet in suam linguam omnino transferre, vel alia lingua enuntiare. Nam quamvis interpretari possint, propter sanctionem tamen auctoritatem servata est ab apostolis in iis propriæ linguæ antiquitas.

21. Tanto enim sacra sunt nomina, ut etiam Joannes in Apocalypsi referat se, Spiritu revelante, vi- **D**

^a Nam canticum psal. Ex eodem Hilario, vel Ruff.

^b Primus succentoris. Permutari volebat hæc Chacon, ut esset primus incentoris locus, ex Varr. 1 de Re rust., cap. 2 : *Ut dextra tibia alia quam sinistra, ita tamen ut sit quodammodo eonjuncta, quod est altera ejusdem earminis modorum indentiva, altera succentiva. Et quidem licet adjectives (inquam) pastorum vitam esse incentivam, agricolarum succentivam.* Sed Ecclesiarum morem secutum Isidorum, in quibus qui cantum incipit succentor dicitur, verisimilius est. Cod. Neap., *infimus succentoris*.

^c Diapsalma quidam Hebræum esse volunt. Neque hoc opinor quisquam ante Isidorum, neque Isidorus ipse profecto dixit, qui toties apud Hieronymum legerat quod in Hebræo est $\eta \delta \sigma \epsilon \lambda \alpha$, id LXX, Theodotionum et Aquilam $\delta \acute{\alpha} \psi \alpha \lambda \mu \alpha$, quintam vero Editionem *semper* reddidit. Vid. epist. ad Marcell. 138.

A disse et audivisse vocem cœlestis exercitus tanquam vocem aquarum multarum, et tonitruum validorum dicentium *amen* et *alleluia*; ac per hoc sic oportet in terris utraque dici sicut in cœlo resonant.

22. ^b Osianna in alterius linguæ interpretationem in toto transire **283** non potest. *Osi* enim *salvifica* interpretatur; *anna* interjectio est, motum animi significans sub deprecantis affectu.

23. Integre autem dicitur *osianna*, quod nos, corrupta media vocabuli littera, et *elisa*, dicimus *osanna*, sicut fit in versibus cum scandimus. Littera enim prima verbi sequentis extremam prioris verbi veniens excludit, et dicitur Hebraice *osianna*, quod interpretatur *salvifica*, subaudiendo vel *populum tuum*, vel *totum mundum*.

24. Offertorium tali ex causa sumpsit vocabulum. ⁱ *Fertum* enim dicitur oblatio quæ altari offertur et sacrificatur a pontificibus, a quo offertorium nominatur, quasi *propter fertum*.

25. Oblatio vocatur, quia offertur.

26. ^j Dona proprie divina dicuntur; munera hominum.

27. Nam munera dicuntur obsequia quæ pauperes divitibus loco munerum solvunt; itaque munus homini datur, donum Deo; unde etiam in templis donaria dicimus. Munera autem vocantur, quia *manibus* vel accipiuntur, vel dantur.

28. Duo autem sunt quæ offeruntur : donum et sacrificium.

29. Donum dicitur quidquid auro argentoque, aut qualibet alia specie, efficitur.

30. Sacrificium autem est victima, et quæcumque cremantur in ara, seu ponuntur. Omne autem quod Deo datur, aut dedicatur, aut consecratur. Quod dedicatur, *dicendo* datur, unde et appellatur. Unde errant qui dedicationem consecrationem putant significare.

284 31. ^k Immolatio ab antiquis dicta eo quod in mole altaris posita victima cæderetur, unde et macatio post immolationem est. Nunc autem immolatio pani et calici convenit, libatio autem tantum modo calicis oblatio est.

32. Hinc est illud : ^l *Et libavit de sanguine uvæ* sic et sæcularium ^m quidam poetarum : *Nunc pateras libate Jovi...* *Libare* enim proprie *fundere* est, sumptumque nomen de Libero quodam, qui in Græcia usum reperit vitis.

33. ⁿ Hostiæ apud veteres dicebantur sacrificia ^d *Quidam vero.* Ex Aug., in ps. iv.

^e *Canticum laudantium.* — *Canticum laudis*, Aug. ps. xxxix.

^f *Proprie autem hymnus.* Ex eodem, in ps. lxxii.

^g *Alleluia.... laus Dei.* Ex Amb., in ps. cxviii. Nam Hieronymus *laudate Deum* interpretatur, ut vocis ratio exposcit, epist. 137.

^h *Osianna.* Ex Hier., epist. ad Damas. 145.

ⁱ *Fertum.* Fest. FERTUM [al., FERTUM] *genus libi dictum, quod crebrius ad sacra FEREBATUR.* Glossæ quædam Latinæ bibliothecæ Vaticanæ; *Fertores fertolibantes*

^j *Dona proprie divina.* Sic Goth. al., *Dei*.

^k *Immolatio.... quod in MOLE.* A. Aug., in *mola*.

^l *Et libavit de sanguine uvæ.* Ecclesiastici, l.

^m *Sicut et quidam poetar.* Virg., Æn. vii.

ⁿ *Hostiæ apud vet.* E. Serv., Æn. i.

cia, quæ fiebant antequam ad hostem pergerent. **A** quod secretam et reconditam habeat dispositionem.

34. Victimæ vero sacrificia quæ post victoriam, de victis hostibus, immolabantur; et erant victimæ majora sacrificia quam hostiæ. Alii victimam dictam putaverunt, quia *ictu* percussa cadebat, vel quia *vincta* ad aras ducebatur.

35. ^a Holocaustum illud est ubi totum igne consumitur quod offertur. Antiqui enim cum maxima sacrificia administrarent, solebant totas hostias in sacrorum consumere flamma, et ipsa erant holocaustomata. ^b Ὀλον enim Græce *totum* dicitur, καῦσι; *incensio* et holocaustum *totum incensum*.

36. ^c Ceremoniæ apud Latinos dicuntur sacra omnia quæ apud Græcos orgia vocantur. Proprie autem visum est doctoribus a **285** *carendo* appellari ceremonias, quasi *carimonias*, eo quod iis quæ in sacris divinis offeruntur, in suo usu est *carerent* homines; quod etiam nomen in usu est litterarum sanctarum.

37. Alii ceremonias proprie in observationibus Judæorum credunt: abstinentiam scilicet quarumdam escarum secundum veterem legem, eo quod observantes careant his rebus quibus se abstinerint.

38. Sacrificium dictum, quasi *sacrum factum*, quia prece mystica conecratur in memoriam pro nobis dominicæ passionis; unde hoc eo jubente corpus Christi et sanguinem dicimus, quod; dum sit ex fructibus terræ, sanctificatur, et fit sacramentum, operante visibiliter Spiritu Dei, cujus panis et calicis sacramentum Græci Eucharistiam dicunt, quod Latine *bona gratia* interpretatur. Et quid melius corpore et sanguine Christi?

39. ^d Sacramentum est in aliqua celebratione, cum res gesta ita fit ut aliquid significare intelligatur, quod sancte accipiendum est. Sunt autem sacramenta baptismus et chrisma, corpus et sanguis.

40. Quæ ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum virtus divina secretius salutem eorumdem **286** sacramentorum operatur unde et a *secretis* virtutis, vel a *sacris* sacramenta dicuntur.

41. Quæ ideo fructuose penes Ecclesiam fiunt, quia sanctus in ea manens Spiritus eundem sacramentorum latenter operatur effectum.

42. Unde seu per bonos seu per malos ministros intra Dei Ecclesiam dispensentur, tamen qui Spiritus Sanctus mystice illa vivificat, qui quondam apostolico in tempore visibilibus apparebat operibus, nec honorum meritis dispensatorum amplificantur hæc dona, nec malorum attenuantur, quia *neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus*; unde et Græce mysterium dicitur

^a *Holocaustum*. Ex Hieron., in Ezech. cap. XLV.

^b Ὀλον enim Græc. Ex Aug. in ps. LXIV.

^c *Ceremoniæ* Serv. Æn. IV: *Sanc sciendum orgia apud Græcos dici omnia sacra, sicut apud Latinos ceremoniæ dicuntur*. De Etym., vid. Fest.

^d *Sacramentum est in aliqua celebrat*. Ex Aug., epist. 119, in principio.

^e *Baptismus Græc*. Vid. Tertull., lib. de Baptism.

^f *Quæ ascendit dealbata*. Ita LXX λελευκανισμένη

43. ^e Baptismus Græce, Latine *unctio* interpretatur, quæ ideo tinctio dicitur, quia ibi homo spiritu gratiæ in melius immutatur, et longe aliud quam erat efficitur.

44. Prius enim deformitate peccatorum fœdi eramus, in ipsa tinctione reddimur pulchri dealbatione virtutum, unde in Canticis scribitur canticorum: *Quæ est ista quæ ascendit dealbata?*

4. Cujus mysterium non aliter nisi sub Trinitatis designatione, id est, Patris, et Filii, et Spiritus sancti ^g cognominatione completur, dicente Domino ad apostolos: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*.

B 46. Sicut enim in tribus testibus stat omne verbum, ita hoc sacramentum confirmat ternarius numerus nominum divinatorum.

287 47. Quod autem per aquam baptismus datur, hæc ratio est. Voluit enim Dominus ut res illa invisibilis, per congruens, sed profecto contrectabile et visibile, impenderetur elementum, super quod etiam in principio ferebatur Spiritus sanctus.

48. Nam sicut aqua purgatur exterius corpus, ita latenter ejus mysterio per Spiritum sanctum purificatur et animus. Cujus sanctificatio ita est.

49. ^h Invocato enim Deo descendit Spiritus sanctus de cœlis, et medicatis aquis, sanctificat eas de se metipso; et accipiunt vim purgationis, ut in eis, ut caro, et anima delictis inquinata mundetur.

C 50. ⁱ Chrisma Græce, Latine *unctio* nominatur, ex cujus nomine, et Christus dicitur, et homo post lavacrum sanctificatur.

51. Nam sicut in baptismo peccatorum remissio datur, ita per unctionem sanctificatio spiritus adhibetur, et hoc de pristina disciplina, qua ungi in sacerdotium et in regnum solebant, ex quo et Aaron a Moyses unctus est.

52. Quæ dum carnaliter fit, spiritualiter proficit; quomodo et in ipsa baptismi gratia visibilis actus est quod in aqua mergimur, sed spiritalis effectus quod delictis mundamur.

53. Hoc significat illud unguentum quod peccatrix mulier **288** super pedes, et ^j ea quæ dicitur non fuisse peccatrix super caput Jesu fudisse scribuntur.

D 54. Manus impositio ideo fit, ut per benedictionem advocatus invitetur Spiritus sanctus. ^k Tunc enim ille Paracletus, post mundata et benedicta corpora, libens a Patre descendit, et quasi super baptismi aquam, tanquam super pristinam, sedem recognoscens, quiescit. Nam legitur quod in principio aquis superferebatur Spiritus sanctus

et Amb., serm. 19, in ps. cxviii. Vulg., *quæ ascendit de deserto deliciis affluens*.

^g *Cognominatione*. F.. *connominatione*; pejus apud Rabanum, *cognitione*.

^h *Invocato e Deo*. Ex eodem.

ⁱ *Chrisma*. Ex Tertull.

^j *Et ea quæ non dicitur fuisse peccatrix*. Sic omnes libri. Sed non videtur legisse hæc Rabanus.

^k *Tunc enim ille Paracl.* Verba sunt Tertull.

55. Exorcismus Græce, Latine *conjuratio*, sive sermo increpationis est adversus diabolum, ut discedat, sicut est in Zacharia: *Et ostendit mihi Jesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini, et Satan stabat a dextris ejus, ut adversaretur ei, et dixit Dominus ad Satan: Increpet Dominus in te, qui elegit Jerusalem.*

56. Hoc est exorcismus, increpare et conjurare adversus diabolum; unde sciendum quod non creatura Dei in infantibus exorcizatur, aut exsufflatur, sed ille sub quo sunt omnes qui cum peccato nascuntur. Est enim princeps peccatorum.

57. ^a Symbolum per linguam Græcam *signum*, vel *collatio* interpretatur. Discessuri enim apostoli ad evangelizandum in gentibus, hoc sibi prædicationis signum, vel indicium posuerunt.

58. Continet autem confessionem Trinitatis, et unitatem Ecclesiæ, et omne Christiani dogmatis sacramentum. Quod symbolum fidei et spei nostræ non scribitur in charta et atramento, sed in tabulis cordis carnalibus.

59. Oratio petitio dicitur. Nam ^b *orare* est *petere*, sicut *EXORARE impetrare*. Constat autem oratio loco et tempore. Loco, quia non ubique, cum prohibeamur a Christo orare in publico, sed ubi opportunitas dederit, aut necessitas importaverit. Neque enim contra præceptum reputatur ab apostolis factum, qui in carcere audientibus custodibus orabant, et canebant Deo.

60. De tempore vero dictum est: *Sine intermissione orate*, sed hoc singularibus. Nam est observatio quarundam horarum communium, quæ dici inter spatia signant, tertia, sexta, et nona; similiter et noctis.

61. Sed ideo orandi hæc horæ divisæ sunt, ut si forte aliquo fuerimus opere detenti, ipsum nos ad officium tempus admoneat, quæ tempora in Scripturis inveniuntur.

62. Primum enim sanctus Spiritus, congregatis discipulis, hora tertia infusus est. Petrus, qua die visionem communicationis in illo vasculo expertus est, sexta hora orandi gratia ascenderat. Idem etiam cum Joanne hora nona templum adiit quando paralyticum sanitati reformavit.

63. Sed et Daniele legimus hæc tempora in oratione observasse, et utique ex Israelis disciplina, ut ne minus quam ter ^c *die* adoremus. Debitores enim sumus trium personarum, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, exceptis utique et aliis legitimis orationibus, quæ sine ulla admonitione debentur in ingressu lucis ac noctis, sive vigiliarum; sed et cibum non prius sumere quam ^e *interposita* oratione.

^a Symbolum. Ex Ruff. Symbol.

^b Orare est petere. Ex Serv., *Æn.* III.

^c Interposita orat. — Anteposita Chaconis Codex.

^d Ascendet celeriter. Locus ex Aug. in Ps.

^e Jejunium autem et statio. Sic Cass., lib. v de

Instit. Cœnob., cap. 24: *Per Ægypti monasteria*

tanta cordis alaeritate suscipiebamur, ut, absque

legitimis jejuniis quartæ et sextæ feriæ, quocun-

que pergebamus, quotidiana statio solveretur.

^f Statio de militari exemplo. Tertull., in lib. de

Orat., in fin.: *Si statio de militari exemplo nomen ac-*

64. Priora enim habenda sunt spiritus refrigeria, quia priora cœlestia quam terrena. Qui autem vult orationem suam volare ad Dominum, faciat illi duas alas, jejunium et elemosynam, et ^d *ascendet celeriter*, et exaudietur.

65. Jejunium est parcimonia victus, abstinentiaque ciborum, cui nomen est inditum ex quadam parte viscerum tenui semper et vacua, quod vulgo *jejunum* vocatur. Unde jejunii nomen creditur derivatum, quod sui inedia viscera vacua et exinanita existunt.

66. ^e Jejunium autem et statio dicitur. ^f Statio autem de militari exemplo nomen accepit, pro eo quod nulla lætitia, sive tristitia, obveniens castris stationem militum rescindat. Nam lætitia libentius, tristitia sollicitius administrat disciplinam; ^g unde et milites nunquam immemores sacramenti magis stationibus parent.

67. Discernunt autem quidam inter jejunium et stationem. ^h Nam jejunium est indifferenter cujuslibet diei abstinentia, non secundum legem, sed secundum propriam voluntatem, statio autem est observatio statutorum dierum, vel temporum.

68. Dierum, ut quartæ feriæ et sextæ jejunium ex veteri lege præceptum, de qua statione in Evangelio dixit ille: *Jejuno bis in Sabbato*, id est, quarta et sexta Sabbati.

69. Temporum autem, quæ legalibus ac prophetiis institutionibus terminatis temporibus statuta sunt ^b ut jejunium quarti, quinti, septimi et decimi; vel, sicut in Evangelio, dies illi in quibus ablatus est sponsus; vel sicut observatio quadragesimæ, quæ in universo orbe institutione apostolica observatur circa confinium dominicæ passionis.

70. His tertium genus quidam adjiciunt, ⁱ quam *xerophagiam* dicunt, abstinentiam scilicet humentium ciborum. Unde, et nomen hoc datum, eo quod *siccis* quidam escis utantur.

71. Pœnitentia appellata, ^j quasi *punitentia*, eo quod ipse homo in se puniat pœnitendo quod male admisit; nam nihil aliud agunt, quos veraciter pœnitet, nisi ut id quod male fecerunt impunitum esse non sinant. Eo quippe modo sibi non parentibus ille parcat, cujus altum justumque judicium nullus contemptor evadit.

72. Perfecta est autem pœnitentia, præterita deflare, et futura non admittere. Hæc secunda in similitudinem fontis purgatio est, ut si forte, impugnante diabolo, ali- ^k quod peccatum irrepsit, hujus satisfactione purgetur.

73. Satisfactio autem est causas peccatorum, et suggestiones excludere, et ultra peccatum non iterare.

74. Reconciliatio vero est quæ post complementum pœnitentiæ adhibetur; nam sicut conciliamur Deo

cepit (nam et militia Dei sumus), utique nulla lætitia, sive tristitia obveniens, castris stationes militum rescindit. Nam lætitia libentius, tristitia sollicitius administrabit disciplinam.

^g Unde et milites. Ex eodem, in lib. de Jejun.

^h Ut jejunium quarti. Verba Zachariæ, cap. VIII Vid. Hieron., ibid., et Isid., 1 Off., cap. 37.

ⁱ Quam xerophag. Qua voce sæpe utuntur Tertull., Hieronym. et Cassian.

^j Quasi punitentia. Al., quasi punitentia. Idem. II de Off., cap. 16. Pœnitentia nomen sumpsit a PœNA

quando primum a gentilitate convertimur, ita reconciliamur, quando post peccatum pœnitendo regredimur.

75. Exomologesis Græco vocabulo dicitur, quod Latine *confessio* interpretatur, cujus nominis duplex significatio est. Aut enim in laude intelligitur confessio, sicut est: *Confiteor tibi, Pater, Domine cœli, et terræ.* Aut dum quisque confitetur sua peccata ab eo indulgenda, cujus indeficiens est misericordia.

76. Ex hoc ^a igitur Græco vocabulo exprimitur et frequentatur exomologesis, qua delictum nostrum Domino confitemur, non quidem ut ignaro, cujus cognitioni nihil occultum est, sed confessio est rei, scilicet, ejus quæ ignorantur professa cognitio.

77. Utile enim sibi ac jucundum quisquam esse existimaverat, rapere, adulterari, furari; sed ubi hæc æternæ damnationi obnoxia esse cognovit, cognitis iis, confitetur errorem.

78. Confessio autem erroris confessio est desinendi; desinendum ergo a peccatis, dum confessio est. Confessio autem antecedit, remissio sequitur; cæterum extra veniam est qui peccatum cognoscit, nec cognitum confitetur.

^a Ex hoc ergo Græco vocab. Tertull., lib. de Pœnit.: *Is actus, qui Græco vocabulo magis exprimitur, et frequentatur, exomologesis est, qua delictum Domino nostro confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessioni disponitur, confessionis pœnitentia Deus mitigatur.*

^b Itaque exomolog. postern. et humilif. h. d. est. Verba Tertull. ibid.

A 79. b Itaque exomologesis prosternendi et humili-
ficandi hominis disciplina est, habitu atque victu, sacco et cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum mœroribus dejicere, illa quæ peccavit tristi tractatione mutare.

80. Litanix autem Græco nomine appellantur, quæ Latine **293** dicuntur *rogationes*. Inter litaniam vero et exomologesin hoc differt, quod exomologesin pro sola confessione peccatorum aguntur; litanix vero indicuntur propter rogandum Dominum, et impetrandum in aliquo misericordiam ejus.

81. ^c Sed nunc jam utrumque vocabulum sub una designatione habetur, nec distat vulgo utrum litanix an exomologesin dicantur. Supplicationis autem nomen quodammodo nunc ex gentilitate retinetur.

B 82. ^d Nam ferix, aut legitimæ erant apud eos, aut indictæ. Indictæ autem, quia paupertas antiqua Romanorum ex collatione sacrificabat, aut certe de bonis damnatorum. Unde supplicia dicuntur supplicationes. quæ fiebant de bonis passorum supplicia. Sacræ enim res de rebus execrandorum fiebant.

^c Sed nunc jam utrumque vocab. Id unde natum sit ex Concil. Agathen. const. Sic in Concil. Tolet. 17. cap. 6 eum titulus sit de diebus litaniarum per totos XII menses celebrandis in canone tamen dicitur, ut exomologesis votis gliscientibus celebretur.

^d Nam ferix aut legitimæ. Verba sunt Servii, Æn. I. ad vers. *Templis indicit honorem.*

LIBER SEPTIMUS.

DE DEO, ANGELIS, ET FIDELIUM ORDINIBUS.

CAPUT PRIMUM.

De Deo.

1. Beatissimus Hieronymus, vir eruditissimus et linguarum multarum peritus, Hebræorum nominum interpretationem primus in **291** Latinam linguam convertit. Ex quibus, pro brevitate, prætermissis multis, quædam huic operi, adjectis interpretationibus, interponenda studui.

2. Vocabulorum enim expositio satis indicat quid velint intelligi. Habent enim quædam ex propriis causis nominum rationem. In principio autem decem nomina ponimus, quibus apud Hebræos Deus vocatur.

3. ^a Primum apud Hebræos Dei nomen אֵל *Et* dicitur, quod alii Deum, alii etymologiam ejus exprimentes, ἰσχυρὸς, id est, *fortem*, interpretati sunt, ideo quod nulla infirmitate ^b opprimitur, sed fortis est, et sufficiens ad omnia perpetranda.

4. Secundum nomen אֱלֹהִים *Eloim*.

5. Tertium אֱלֹהֵי *Eloe*, quod utrumque in Latinum Deus dicitur. Est autem nomen in Latinum ex Græca appellatione translatum. Nam *Deus* Græce Θεὸς di-

Cap. I. — ^a Primum apud Heb. Ex Hieron. cp. 136.

^b Opprimitur. Al., *premitur*.

^c Quasi ἰσχυρὸς. E Serv., Æn. XII, ad vers. *Diva deam.*

C citur, ^c quasi θεός, id est, *timor*; unde tractum est nomen *Deus*, quod eum colentibus sit timori.

6. ^d Deus autem proprie nomen est Trinitatis pertinens ad Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, Ad quam Trinitatem etiam reliqua quæ in Deo infra sunt posita vocabula referuntur.

7. Quartum nomen Dei dicitur עֲבָאִי Sabaoth, quod vertitur in Latinum, *exercituum*, sive *virtutum*, de quo in psalmo ab angelis dicitur: *Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum.*

8. Sunt enim in hujusmodi ordinatione virtutes multæ, ut angeli, archangeli, principatus et potestates cunctique cœlestis militix ordines, quorum tamen ille Dominus est. Omnes enim sub ipso sunt, ejusque dominatui subjacent.

D 9. ^e Quintum עליון *Elion*, quod interpretatur in Latinum *excelsus*, **295** quia supra cœlo est, sicut scriptum est de eo: *Excelsus Dominus, supra cœlos gloria ejus.* Excelsus autem dictus, pro *valde celsus*. La enim pro *valde* ponitur, sicut *eximius*, quas *valde cœnens*.

^d Deus autem prop. e. n. T. Ex Hieron. epist. ad Amand. 147.

^e Quintum HELLION. Unde quidam Græcos ἤλιον fecisse putant.

10. Sextum nomen אֱלֹהִים *Eie*, id est, *qui est*. Deus enim solus, quia æternus est, hoc est, quia exordium non habet, essentiæ nomen vere tenet. ^a Hoc enim nomen ad sanctum Moysen per angelum est delatum.

11. Quærenti enim quod esset nomen ejus qui cum pergere præcipiebat ad populum ex Ægypto liberandum, respondit: *Ego sum qui sum, et dices filiis Israel: Qui est misit me ad vos*; tanquam in ejus comparatione, qui vere est, quia incommutabilis est, ea quæ mutabilia facta sunt quasi non sint.

12. ^b Quod enim dicitur *fuit*, non est: et quod dicitur *erit*, nondum est. ^c Deus autem esse tantum novit, fuisse et futurum esse non novit.

13. ^d Solus enim Pater cum Filio et Spiritu sancto veraciter est, cujus essentiæ comparatum esse nostrum non esse est. Unde et in communi eloquio dicimus: ^e *Vivit Deus*, quia essentia vita vivit, quam mors non habet.

14. Septimum אֲדֹנָי *Adonai*, quod generaliter Dominus interpretatur, quod dominetur creaturæ cunctæ, vel quod creatura omnis dominatui ejus deseruiat. Dominus ergo et Deus, vel quod dominetur omnibus, vel quod timeatur a cunctis.

296 15. ^f Octavum יָיָ *Ia*, quod in Deo tantum ponitur, quod etiam in *alleluia* in novissima syllaba sonat.

16. ^g Nonum *Tetragrammaton*, hoc est, *quatuor litterarum*, quod proprie apud Hebræos in Deo ponitur, יהוה id est, duabus יה יָיָ *ia, ia*, quæ duplicata ineffabile illud et gloriosum nomen Dei efficiunt; dicitur autem ineffabilis, non quia dici non potest, sed quia finiri sensu et intellectu humano nullatenus potest, et ideo quia de eo nihil digne dici potest, ineffabilis est.

17. Decimum *Saddai*, אֲדֹנָי id est, *Omnipotens*. Vocatus autem Omnipotens eo quod omnia potest, sed a faciendo quod vult, non a patiendo quod non vult. Quod si ei accideret, nequaquam esset Omnipotens; facit enim quidquid vult, et inde Omnipotens.

18. Item Omnipotens, quia ipsius sunt omnia quæ ubique sunt. Solus enim totius mundi habet imperium. Dicuntur autem et alia quædam in Deum substantialiter nomina, ut *Immortalis, Incorruptibilis, Incommutabilis, Æternus*. Unde et merito cunctæ præponitur creaturæ.

19. Immortalis, sicut de eo scriptum est: *Qui solus habet immortalitatem*, quia in ejus natura nulla est commutatio. ^h Nam omnis mutabilitas non inconvenienter mortalitas dicitur, secundum quam et

A anima mori dicitur, non quia in corpus, vel in aliquam alteram substantiam mutatur et vertitur, sed in ipsa sua substantia quidquid alio modo nunc est aut fuit, secundum id quod destitit esse quod erat, mortalis utique deprehenditur, ac per hoc solus Deus dicitur Immortalis, quia solus incommutabilis.

20. Incorruptibilis appellatur, quia corrumpi et dissolvi non posset, nec dividi. Quidquid enim capit divisionem, et interitum capit. Ille nec dividi potest, nec interire; inde incorruptibilis est.

297 21. Incommutabilis est, quia semper manet, et mutari nescit; nec proficit, quia perfectus est; nec deficit, quia æternus est.

22. Æternus est, quia sine tempore est. Non enim habet initium, neque finem. Hinc et sempiternus, eo quod sit semper æternus. **A** quibusdam autem Æternus ab æthere creditur dictus, quoniam cælum sedes ejus habetur; unde est illud: *Cælum cæli Domino*; et hæc ista quatuor unum significant, nam una eademque res dicitur, sive dicatur æternus Deus, sive immortalis, sive incorruptibilis, sive immutabilis.

23. Invisibilis, quia nunquam per substantiam suam apparuit oculis mortalium Trinitas, nisi per speciem subjectæ creaturæ, ejusdemque corporeæ; nam nemo potest ipsam manifestationem essentiæ Dei videre, et vivere, sicut et dictum est Moysi. Unde et Joannes in Epistola sua dicit: *Deum nemo vidit unquam*. Res est enim invisibilis, ideoque non oculo, sed corde quærendus est.

24. Impassibilis est, quia nullis perturbationibus afficitur quibus fragilitas humana succumbit. Non enim attingunt eum ullæ passiones, ut libido, iracundia, cupiditas, timor, mœror, invidia, et cætera quibus humana mens turbatur.

25. Sed cum dicitur Deum irasci, aut zelare, aut dolere, nostro usu dicitur. Apud Deum enim perturbatio nulla est, apud quem tranquillitas summa est.

26. Simplex autem dicitur, sive non amittendo quod habet, seu quia non aliud est ipse, et aliud quod in ipso est ⁱ sicut in homine, cujus aliud est esse, aliud sapere.

27. Nam et esse potest, et sapiens non esse; Deus autem habet essentiam, habet et sapientiam; sed quod habet, hoc et est, et omnia unus est; ac proinde simplex est, quia non in eo aliquid accidentis est, sed et quod est, et quod in ipso est, essentialiter est, ^j excepto quod relative ad quæcumque personam est.

28. Summe bonus, quia incommutabilis est. Creatura vero bonum, sed non summum est, quia muta-

^a Hoc nomen mors... non habet. Falso citatur hic locus a Magistr. Sent., lib. 1, d. 8, cap. 1, ex Hiero. epist. ad Damasum, cum sit potius conflatas ex Augustini et Greg. variis locis: prima pars, usque ad non sint, ex Aug., viii de Civit., cap. 11.

^b Quod enim dicitur *FUIT*. Ex eodem, in lib. de Symbol., cap. 4, et in ps. ci, ex quo τὸ dicitur deleri bis hoc loco sine fraude posset.

^c Deus autem esse tantum nov. Ex Greg. iv Moral., cap. 27, al. 32.

^d Solus enim. Ex eod., 18 Mor., c. 27, al. 32.

^e Vivit Deus, quia essent. Ex eod. lib., c. 3, al. 1.

^f Octavum יָיָ. Ex Hieron., epist., 136.

^g Nonum. Ex eadem epist., et 142. Et in Quæst., in cap. xvii Gen.: *Nec mirandum (inquit) quare cum apud Græcos, et nos a littera videatur addita, nos ה litteram additam dixerimus, idioma namque linguæ illius est per ה quidem scribere, seu per a legere, sicut e contrario a litteram sæpe per e pronuntiant.*

^h Nam omnis mutabil. Ex Greg., xii Moral., cap. 17. E quo sunt fere hujus cap. repliqua.

ⁱ Sicut in homine.... Ex xvii Mor., c. 27, al. 34.

^j Excepto hoc, quod relati. Ex Aug., xi de Civit., c. 10.

bilis est. Et dum sit quidem bonum, non tamen esse potest et summum.

29. Incorporeus autem, vel incorporalis ideo dicitur Deus, ut **298** spiritus credatur, vel intelligatur esse non corpus. Nam dum dicitur spiritus, ejus significatur substantia.

30. Immensus, quia cuncta concludit, ipse a nullo concluditur, sed omnia intra ejus omnipotentiam coarctantur.

31. Perfectus dicitur, quia nihil ei possit adjici. Attamen de consummatione alicujus facti perfectio dicitur. Deus autem, qui non est factus, quomodo est perfectus? Sed hoc vocabulum de usu nostro sumpsit humana inopia, sicut et reliqua verba quatenus id quod ineffabile est utcumque dici possit, quoniam de Deo nihil digne humanus sermo dicit, sicut sunt et alia.

32. Creator dictus pro totus mundi rebus ab ipso creatis; nihil enim est quod non originem a Deo traxerit. Ipse et unus, quia dividi non potest, vel quia nihil esse aliud potest, quod tantumdem capiat potestatis.

33. Hæc igitur, quæ de Deo dicta sunt, ad totam pertinent Trinitatem, propter unam et coæternam substantiam, sive in Patre, sive in Filio ejus Unigenito in forma Dei, sive in Spiritu sancto, qui unus est spiritus Dei Patris, et Filii ejus Unigeniti.

34. Sunt et quædam vocabula ex usu nostro ad Deum sumpta, de membris nostris, sive de inferioribus, et quia in propria natura invisibilis, et incorporeus est, pro efficientiis tamen causarum in ipso rerum species ascribuntur, ut more locutionis nostræ facilius se ipsum insinuet, ut quia omnia videt, dicatur *oculus*; propter quod audit omnia, dicatur *auris*; pro eo autem quod avertitur, *ambulat*; pro eo quod spectat; *stat*.

36. Sic, et in cæteris horum similibus ^a ab humanis mentibus trahitur similitudo ad Deum, sicut et *obliviscens*, et *memorans*. Hinc est quod et propheta dicit? *Juravit Dominus exercituum per animam suam*; non quod Deus animam habeat, sed hoc nostro narrat affectu.

37. ^b Nam et *facies* Dei in Scripturis sanctis non caro, sed divina cognitio intelligitur eadem ratione qua per faciem conspectam **299** quisque cognoscitur. Hoc enim in oratione dicitur Deo: *Ostende nobis faciem tuam*, ac si dicitur: *Da nobis cognitionem tuam*.

38. Sic et vestigia Dei dicuntur, quia nunc Deus per speculum agnoscitur; ac perfectum vero Omnipotens reperietur, dum in futurum facie ad faciem quibusque electis presentabitur, ut ipsam speciem contemplantur, cujus nunc vestigia comprehendere conantur, hoc est, quem videre per speculum dicuntur.

^a Ab humanis mentibus. Ex Greg. 32, cap, 5. al 6.

^b Nam et facies Dei. Ex eodem, in lib. I, Reg. x.

^c Nam et in proph. Amos. II.

^d CAP. II. Præceptum enim fuerat Jud. Ex Lact., lib. 4. cap. 7. Gothor. quoque reges a pontificibus Toletanis inungi solitos tradunt historiæ.

^e Et sicut nunc regibus indum. puerp. Hinc pur-

39. Nam, et situs, et habitus, et locus, et tempus in Deum non proprie, sed per similitudinem translate dicuntur, quippe *sedere super cherubim* dicitur, quod est ad situm; et *abyssus, tanquam vestimentum, amictus ejus*, quod est ad habitum; et, *Anni tui non deficient*, quod ad tempus pertinet; et, *Si ascendero in cælum, tu ibi es*, quod ad locum.

40. ^e Nam et in propheta, plaustrum portantis fenum species ad Deum dicitur. Et hæc omnia per figuram Deus, quia nihil est horum ad proprietatem substantiæ ejus.

CAPUT II.

De Filio Dei.

1. Multis etiam modis Christus appellari in Scripturis invenitur divinis. Nam ipse Dei Patris Unigenitus Filius, dum esset æqualis Patri, propter salutem nostram formam servi accepit. Proinde quædam nomina in illo ex divinitatis substantia, quædam ex dispensatione susceptæ humanitatis assumpta sunt.

2. *Christus* namque a *chrismate* est appellatus, hoc est, *unctus*. **300** ^d Præceptum enim fuerat Judæis ut sacrum conficerent unguentum quo perungi possent ii qui vocabantur ad sacerdotium, vel ad regnum; et ^e sicut nunc regibus indumentum purpuræ insigne est regniæ dignitatis, sic illis unctio sacri unguenti nomen ac potestatem regiam conferebat, et inde *christi* dicti a *chrismate*, quod est unctio.

3. Nam *chrisma* Græce, Latine *unctio* nuncupatur, quæ etiam Domino nomen accommodavit facta spiritalis, quia spiritu unctus est a Deo Patre, sicut dicitur in Actibus apostolorum: *Collecti sunt enim in hac civitate, adversus sanctum Filium tuum, quem unxisti*; non utique oleo visibili, sed gratiæ dono quod visibili significatur unguento.

4. Non est autem Salvatoris proprium nomen *Christus*, sed communis nuncupatio potestatis; ^e dum enim dicitur *Christus*, commune dignitatis nomen est; dum *Jesus Christus*, proprium est vocabulum Salvatoris.

5. Christi autem nomen nusquam alibi omnino, nec in aliqua gente fuit, nisi tantum in illo regno ubi *Christus* prophetabatur, et unde venturus erat.

6. *Messias* autem Hebraice dicitur, Græce *Christus*, Latina autem locutione *unctus*.

7. *Jesus* Hebraice, Græce *Σωτήρ*, ^h Latine autem *Salutaris*, sive *Salvator* interpretatur, pro eo quod cunctis gentibus salutifer venit.

8. ⁱ Etymologiam enim nominis hujus etiam evangelista significat, dicens: *Vocabis nomen ejus Jesum, quia ipse salvum faciet populum suum*. Sicut enim *Christus* significat *Regem*, ita *Jesus* significat *Salvatore*.

9. Non itaque nos salvos facit quicumque rex, sed rex *Salvator* **301** Quod verbum Latina lin-

puraregem apud Virg. et *purpurei tyranni* apud Hor.

^f Non est autem Salvatoris. Lact., ibid.: *Nam CHRISTUS non proprium nomen est, sed nuncupatio potestatis, et regni.*

^g Dum enim dicitur *Christus*. Ex Hieron. in Matth. 16.

^h Latine autem *Salvat*. Ex Lact., IV, cap. 12.

ⁱ Etymologiam. Ex Hieron. in Matth. 4.

gua antea non habebat, sed habere poterat, sicut potuit, quando voluit.

10. *Emmanuel* ex Hebræo in Latinum significat *nobiscum Deus*, scilicet quia per Virginem natus Deus hominibus in carne mortali apparuit, ut terrenis viam salutis ad cælum aperiret. Ad divinitatis substantiam quæ pertinent ista sunt *Deus, Dominus*.

11. Deus autem dictus, propter unicam cum Patre substantiam.

Dominus, propter servientem creaturam.

12. Deus autem et homo, quia verbum et caro. Unde, et *bis genitus* dicitur, sive quia Pater eum genuit sine Matre in æternitate, sive quia Mater sine Patre in tempore.

13. *Unigenitus* autem vocatur secundum divinitatis excellentiam, quia sine fratribus; *Primogenitus* secundum susceptionem hominis, in qua per adoptionem gratiæ fratres habere dignatus est, quibus esset primogenitus.

14. *Homousios* Patri ab unitate substantiæ appellatur. *Substantia* enim, vel *essentia* Græce οὐσία dicitur, ἕως unum. Utrumque igitur conjunctum sonat *una substantia*. Hoc enim vocatur *homousion*, quod est: *Ego et Pater unum sumus*, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ.

15. Quod nomen, etsi scriptum in sanctis Litteris non inveniatur, in assertione tamen totius Trinitatis defenditur, quia datur ratio, unde recte dici ostendatur: sicut et Pater in illis libris nusquam *Ingenitus* legitur, **302** sed tamen dicendus esse atque credendus non dubitatur.

16. *Omnia* similis substantiæ quia qualis Deus, talis est et imago ejus. Invisibilis Deus, et imago invisibilis.

17. *Principium*, eo quod ab ipso sint omnia, et quia ante eum nihil.

18. *Finis*, vel quia dignatus est in fine temporum humiliter in carne nasci, et mori, et iudicium novissimum ipse suscipere, vel quia quidquid agimus ad illum referimus; et eum ad eum pervenerimus, ultra quod quæramus non habemus.

19. *Os* Dei est, quia Verbum ejus est. Nam sicut pro verbis, quæ per linguam fiunt, sæpe dicimus, *illa, et illa lingua*, ita, et pro Dei verbo *os* ponitur, quia mos est ut ore verba formentur.

20. *Verbum* autem ideo dicitur, quia per eum Pater omnia condidit, sive jussit.

21. *Veritas*, quia non fallit, sed tribuit, quod promisit.

Vita, quia creavit.

Imago dicitur propter parem similitudinem Patris.

22. *Figura* est, quia suscipiens formam servi, operum virtutumque similitudine Patris in se imaginem atque immensam magnitudinem designavit.

23. *Manus* Dei est, quod omnia per ipsum facta sunt. Hinc et dextera propter effectum operis totius creaturæ, quæ per ipsum formata est.

Brachium, quia ab ipso omnia continentur.

^a Quod verbum Latina ling. ante non hab. Qui nim *σωτήρ* servatoris voce satis se expressisse creunt, valde errant. Cic. act. 11 in Verr. : *Hæc cum non solum patronum istius insule, sed etiam SOTERA inscriptum vidi Syracusis Hoc quantum est? Ita manum, ut Latine verbo exprimi non possit. Is est*

PATROL. LXXXII.

24. *Virtus*, pro eo quod omnem potestatem Patris in semetipso habeat; et omnem cœli terræque creaturam gubernet, contineat atque regat.

25. *Sapientia*, pro eo quod ipse revelet mysteria scientiæ et arcana sapientiæ. Sed tamen eum sit Pater, et Spiritus sanctus sapientia, et virtus, et lumen, et lux, proprie tamen iis nominibus Filius nuncupatur.

26. *Splendor* autem appellatur, propter quod manifestat. *Lumen*, quia illuminat. *Lux*, quia ad veritatem contemplandam cordis oculos reserat. *Sol*, quia illuminator.

27. *Oriens*, quia luminis fons, et illustrator est rerum, et quod oriri nos faciat ad vitam æternam.

303 28. *Fons*, quia rerum origo est, vel quod satiat sitientes. Ipse quoque A et Ω; alpha enim litteram nulla præcedit; prima est enim litterarum, sicut et Filius Dei; ipse enim se principium Judæis interrogantibus esse respondit. Unde et Joannes, in Apocalypsi, proprie ipsam litteram ponens ait: *Ego sum A et Ω, primus et novissimus* (Apoc. xxii, 13). Primus, quia ante eum nihil est: novissimus, quia iudicium novissimum ipse suscipiet.

29. ^c *Mediator*, quia inter Deum et hominem medius constitutus est, ut hominem ad Deum perduceret, unde et illum Græci μεσίτην vocant.

30. *Paracletus*, id est, *advocatus*, quia pro nobis intercedit apud Patrem; sicut et de eo dicit Joannes: *Advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum Justum* (I Joan. ii, 1).

31. *Paracletus* autem Græcum est, quod Latine dicitur *advocatus*. Quod nomen et Filio, et Spiritui sancto ascribitur, juxta quod et Dominus in Evangelio ait: *Rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis* (Joan. xiv, 16).

32. *Intercessor* autem idem vocatur, quia pro culpa nostra removenda curam gerit, et pro abluendis nostris criminibus curam impendit.

33. *Sponsus*, quia descendens e cœlo, adhæsit Ecclesiæ, ut pace Novi Testamenti essent duo in carne una.

34. ^d *Angelus* dicitur propter annuntiationem paternæ, ac suæ voluntatis. Unde, et apud prophetam *magni consilii angelus* legitur, dum sit Deus, et Dominus angelorum.

35. *Missus* dicitur, eo quod apparuit huic mundo Verbum caro factum, unde et idem dicit: *Ego a Patre exivi, et veni in hunc mundum* (Joan. xvi, 26).

36. *Homo* autem dicitur, quia natus est.

Propheta, quia futura revelavit.

Sacerdos, quia pro nobis se hostiam obtulit.

Pastor, quia custos.

304 *Magister*, quia ostensor.

Nazaræus, vero a loco.

Nazaræus a merito, id est, *Sanctus*, sive *mundus*, quia peccatum non fecit.

nimirum SOTER qui salutem dedit.

^b *Verbum autem*. Vid. lib. de Patris et Filii unitate inter Hilarii opera, e cuius fine istorum quædam desumpta.

^c *Mediator*. Ex Lact., ibid.

^d *Angelus*. Ex Tertull., lib. de Trinitat.

37. Siquidem et de aliis inferioribus rebus nominum **A** nunquam Dominum gloriæ crucifixissent (I Cor. II, 8). Filium ergo Dei crucifixum fatemur, non ex virtute divinitatis, sed ex infirmitate humanitatis; non ex suæ naturæ permansione, sed ex nostræ susceptione.

CAPUT III.

De spiritu sancto.

38. Dicitur enim *Panis*, quia caro.
Vitis, quia sanguine ipsius redempti sumus.
Flos, quia electus.
Via, quia per ipsum ad Deum imus.
Ostium, quia per ipsum ad Deum ingredimur.
Mons, quia fortis.
Petra, quia firmitas est credentium.

39. *Lapis angularis*, vel quia duos parietes e diverso, id est, de circumeisione et præputio venientes in unam fabricam Ecclesiæ jungit; vel quod pacem in se angelis et hominibus facit.

40. *Lapis offensionis*,^a quia veniens humilis, offenderunt in eum increduli homines; et factus est petra scandali, sicut dicit Apostolus: *Judæis quidem scandalum*.

41. *Fundamentum* autem ideo vocatur, quia fides in eo firmissima est, vel quia super eum catholica Ecclesia constructa est.

42. Nam et Christus *Agnus* pro innocentia.

Ovis, propter patientiam.

Aries, propter principatum.

Hædus, propter similitudinem carnis peccati.

43. *Vitulus*, pro eo quod pro nobis est immolatus.

Leo, pro regno et fortitudine.

^b *Serpens*, pro morte et sapientia.

^c *Idem et vermis*, quia resurrexit.

44. *Aquila*, propter quod post resurrectionem ad astra remeavit. Nec mirum si vilibus significationibus figuretur, qui usque ad nostrarum **305** passionum, seu carnis contumelias descendisse cognoscitur.

45. Qui cum sit coæternus Dei Patris ante sæcula Filius, postquam venit plenitudo temporis, propter salutem nostram formam servi accepit, et factus est hominis filius.

46. Inde quædam de illo in Scripturis secundum formam Dei, quædam secundum formam servi dicuntur. Quorum, exempli gratia, duo quædam e commemorantur, ut singula ad singula referantur. Secundum formam enim Dei de seipso dixit: *Ego et Pater unum sumus*; secundum formam servi: *Quoniam Pater major me est*.

47. Homines autem minus intelligentes quid pro quo dicatur, ea quæ propter formam servi dicta sunt volunt transferre ad formam Dei: et rursus ea quæ dicta sunt ut ad se invicem personæ referantur, volunt nomina esse naturæ atque substantiæ, et faciunt errorem in fide.

48. Sic autem Dei Filio conjuncta est humana natura, ut ex duabus substantiis fieret una persona. Solus igitur homo pertulit crucem, sed propter unitatem personæ et Deus dicitur pertulisse.

49. Hinc est quod scribitur: *Si enim cognovissent*,

^a *Quia veniens humilis*. Nominativus absolutus, quem (si quid id ad nostra hæc) etiam apud Cicronem reperiri notavit Budæus, in comment. ling. Græcæ.

^b *Serpens*. Vid. Greg. Nyss., in Vita Moys.

^c *Idem et vermis*. Propter vermem, qui e cineribus Phœnicis existit; de quo Clem. Rom., in Const.

1. Spiritus sanctus ideo prædicatur *Deus*, quia ex Patre Filioque procedit, **306** et substantiam eorum habet. Neque enim aliud de Patre procedere potuit, quam quod ipse est Pater.

2. Spiritus autem dicitur secundum id quod ad aliquid refertur; et *spirans* utique spiritu inspirans est, et ex eo appellatus Spiritus est. Proprio autem modo quodam dicitur Spiritus sanctus secundum quod refertur ad Patrem, et Filium, quod eorum Spiritus sit.

B 3. Nam et hoc nomen, quod Spiritus dicitur, non semper secundum id quod refertur ad aliquid, sed secundum id quod aliquam naturam significat.

4. Omnis enim incorporea natura *spiritus* in Scripturis sacris appellatur. Unde non tantum Patri et Filio et Spiritui sancto, sed omni rationali creaturæ, et animæ hoc vocabulum congruit.

5. Ideo igitur spiritus Dei *sanctus* vocatur, quia Patris et Filii sanctitas est. Nam cum sit et Pater Spiritus, et Filii spiritus et Pater sanctus, et Filius sanctus, proprie tamen ipse vocatur Spiritus sanctus, tanquam sanctitas coessentialis et consubstantialis amborum.

6. Spiritus sanctus ideo non dicitur *genitus*, ne duo in Trinitate Filii suspicentur. Ideo non prædicatur *ingenitus*, ne duo Patres in ipsa Trinitate credantur.

C 7. *Procedens* autem dicitur, testimonio Domini dicentis: *Multa adhuc habeo quæ vobis loquar, sed non potestis illa modo audire. Veniet autem Spiritus veritatis, quia Patre procedit, et de meo accipiet, 307 ille vobis indicabit omnia* (Joan. xvi, 12, 13). Hic autem non solum natura procedit, sed semper ad peragenda Trinitatis opera indesinenter procedit.

8. Hoc autem interest inter nascentem Filium et procedentem Spiritum sanctum, quod Filius ex uno nascitur; Spiritus sanctus ex utroque procedit, et ideo dicit Apostolus: *Qui autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus* (Ad Rom. viii, 9).

9. Spiritus sanctus ex opere etiam et angelus intelligitur; dictum est enim de illo: *Et quæ ventura sunt annuntiabit vobis* (Joan. xvi, 13); et utique angelus Græcè, Latine *nuntius* interpretatur. Unde et duo angeli apparuerunt Loth, in quibus Dominus singulariter appellatur, quos intelligimus Filium et Spiritum sanctum; nam Pater nunquam legitur missus.

10. Spiritus sanctus, quod dicitur *Paracletus*, a consolatioue dicitur; *παράκλησις* enim Græcè, Latine *consolatio* appellatur. Christus enim eum apostolis lugentibus misit, postquam ab eorum oculis ipse in cælum ascendit.

lib. v. cap. 6, et carmen quod *Phœnicis* titulo cum Lactantii operibus circumfertur, et Epiph., in Anchoratu. Nam quod bombycem intellexerit, quamvis eo verme et notior et fortasse verior resurrectionis specics constet, tamen non fit verisimile.

CAP. III.—^a *De unita ejus plenitudo*. Al., *unitatis*.

11. Consolator enim tristibus mittitur, secundum illam ejusdem Domini sententiam : *Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur* (Matth. v, 5), ipse etiam dixit : *Tunc lugebunt filii sponsi, cum ablati ab eis fuerit sponsus* (Id. ix, 15).

12. Item Paracletus pro eo quod consolationem præstet animabus quæ gaudium temporale amittunt. Alii Paracletum Latine *oratorem*, vel *advocatum* interpretantur. Ipse enim Spiritus sanctus dicit, ipse docet, per ipsum datur sermo sapientiæ, ab ipso sancta Scriptura inspirata est.

13. Spiritus sanctus ideo *septiformis* nuncupatur propter dona, quæ de a unita ejus plenitudine particulatim quique, ut digni sunt, consequi promerentur. Ipse enim Spiritus Sapientiæ et intellectus, **308** Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiæ et pietatis, Spiritus timoris Domini.

14. Spiritus autem *principalis* in psalmo quinquagesimo legitur, ubi quia tertio Spiritus repetitur, nonnulli Trinitatem intellexerunt, ideo quia scriptum est : *Deus Spiritus est*. Quod enim non est corpus, et tamen est, videtur restare ut spiritus sit. Intelligunt ergo ibi nonnulli Trinitatem significari : in Spiritu *principali* Patrem, in Spiritu *recto* Filium, in Spiritu *sancto* Spiritum sanctum.

15. Spiritus sanctus ideo *donum* dicitur, eo quod datur. A dando enim *donum* est nuncupatum. Notissimum est enim Dominum Jesum Christum, cum post resurrectionem a mortuis ascendisset in coelum, dedisse Spiritum sanctum, quo credentes impleti, linguis omnium gentium loquebantur.

16. In tantum autem donum Dei est, in quantum datur eis qui per eum diligunt Deum. Apud se autem Deus est, apud nos autem donum est, sed sempiternæ Spiritus sanctus donum est, distribuens singulis gratiarum dona, prout vult.

17. Nam et prophetias quibus vult impertit, et peccata quibus vult dimittit. Nam peccata sine Spiritu sancto non donantur.

18. Spiritus sanetus inde proprie *charitas* nuncupatur, vel quia naturaliter eos a quibus procedit eonjungit, et se unum cum eis esse ostendit, vel quia in nobis id agit, ut in Deo maneamus, et ipse in nobis.

19 Unde, et in donis Dei nihil majus est charitate, et nullum majus est donum Dei quam Spiritus sanctus.

20. Ipse est et *gratia*, quæ, quia non meritis nostris, sed voluntate divina **309** gratis datur, inde *gratia* nuncupatur. Sicut autem unicum Dei Verbum proprie vocamus nomine *Sapientiæ*, eum sit universaliter et Spiritus sanetus et Pater ipse sapientia, ita Spiritus sanctus proprie nuncupatur vocabulo *Charitatis*, eum sit et Pater, et Filius universaliter charitas.

21. Spiritus sanctus *Digitus Dei* esse in libris Evangelii apertissime declaratur. ^b Cum enim unus evan-

A gelista dixisset : *In digito Dei ejicio dæmonia*, ^c alius hoc idem ita dixit : *In Spiritu Dei ejicio dæmonia*. Unde et digito Dei scripta lex est, data die quinquagesimo ab occisione agni ; et die quinquagesimo a passione Domini Jesu Christi venit Spiritus sanctus.

22. Ideo autem *Digitus Dei* dicitur, ut ejus operatoria virtus cum Patre et Filio significetur. Unde et Paulus ait : *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult* (I Cor. xii, 11). Sicut autem per baptismum in Christo morimur, et renascimur, ita spiritu signamur, qui est *Digitus Dei* et spirituale signaculum.

Spiritus sanctus idcirco in *Columbæ* specie venisse scribitur, ^d ut natura ejus per avem simplicitatis et innocentiae declaretur. Unde, et Dominus : **B** *Estote, inquit, simplices sicut columbæ* (Matth. x, 16). Hæc enim avis corporaliter ipso felle caret, habens tantum innocentiam et amorem.

23. Spiritus sanctus inde nomine *Ignis* appellatur, propter quod in Actibus apostolorum per divisionem linguarum, ut ignis apparuit, qui, et insedit super unumquemque eorum.

24. Propterea autem diversarum linguarum gratiam apostolis dedit, ut idonei efficerentur fidelium eruditioni populorum.

25. Quod vero supra singulos sedisse memoratur, id causæ est, ut intelligatur per plures non fuisse divisus, sed mansisse in singulis totus, sicut fere ignibus mos est.

310 26. Hanc enim naturam habet ignis accensus, ut quanti ad eum, ^e quanti ad crinem purpurei splendoris aspexerint, tantis visum suæ lucis imperfiat, tantis ministerium sui muneris tribuat, et ipse nihilominus in sui integritate permaneat.

C 27. Spiritus sanctus nomine *Aquæ* appellatur in Evangelio, Domino clamante et dicente : *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat. Qui credit in me, flumina aquæ vivæ fluent de ventre ejus*. Evangelista autem exposuit unde diceret. Secutus enim ait : *Hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum* (Joan. vii, 39)

28. Sed aliud est aqua sacramenti, aliud aqua, quæ significat Spiritum Dei. Aqua enim sacramenti visibilis est ; aqua Spiritus invisibilis est. Ista abluit corpus, et significat quod fit in anima ; per illum autem Spiritum sanctum ipsa anima mundatur et saginatur.

29. Spiritus sanctus ideo *unctio* dicitur, Joanne testante apostolo, quia sicut oleum naturali pondere superfertur omni liquori, ita in principio superferebatur Spiritus sanctus aquis. Unde et Dominus oleo exultationis, hoc est, Spiritu sancto fuisse legitur unctus.

30. Sed et Joannes apostolus Spiritum sanctum unctionem vocat, dicens : *Et vos, inquit, unctionem, quam accepistis ab eo, permaneat in vobis ; et ne* ait Arist. lib, iii de Part.

^e *Quanti ad crinem purp. coloris. Purpureum capillum et purpuream comam* Virgilius et Tibullus dixere, et Salom., cant. 7 : *Comæ capitis tui, sicut purpura regis juncta canalibus*. Sed eur hoc loco crinis mentio sit injecta, alii dixerint?

^b Cum enim unus evangelista. Luc., xi.

^c Alius. Matth., xii,

^d Ut natura... ipso felle caret. Verba sunt Tertull. in ib. de Baptism., et ita etiam cum plerisque loquitur divus Th. iii p., q. 39, artic. 6, non quod felle prorsus careat, sed quia fellis quam minimum habeat, ut

cesse non, habetis ut aliquis doceat vos, sed sicut **A** *unctio ejus docet vos de omni re (I Joan. II, 27).*
Ipsa enim Spiritus sanctus unctio est invisibilis.

311 CAPUT IV.

De eadem Trinitate.

1. Trinitas appellata, quod fiat totum unum ex quibusdam tribus, quasi *Triunitas*, ut memoria, intelligentia et voluntas, in quibus mens habet in se quamdam imaginem divinæ Trinitatis. Nam dum tria sint, unum sunt, quia et singula in se manent, et omnia in omnibus.

2. Pater igitur, et Filius, et Spiritus sanctus, Trinitas et unitas. Idem enim unum, idem et tria. In natura unum, in personis tria. Unum propter Majestatis communionem, tria propter personarum proprietatem.

3. Nam alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus; sed ^a *alius* quidem, non *aliud*, quia pariter simplex, pariterque incommutabile bonum et eoæternum.

4. Pater solus, non est de alio, ideo solus appellatur ingenitus. Filius solus de Patre est natus, ideo solus dicitur genitus. Spiritus sanctus solus de Patre et Filio procedit, ideo solus amborum nuncupatur Spiritus.

5. In hac Trinitate, alia appellativa nomina, alia propria sunt. Propria sunt essentialia, ut *Deus, Dominus, Omnipotens, Inmutabilis, Immortalis*. Et inde propria, quia ipsam substantiam significant, qua unum sunt.

6. Appellativa vero *Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, Ingenitus, et Genitus, et Procedens*. Eadem et relativa, quia ad se invicem referuntur. Cum enim dicitur Deus, essentia est, quia ad seipsum dicitur. Cum vero dicitur Pater, et Filius, et Spiritus sanctus relative dicuntur, quia ad se invicem referuntur.

7. Nam Pater non ad seipsum, sed ad Filium relative dicitur, quia est ei Filius; **312** sic et Filius relative dicitur, quia est ei Pater; sic et Spiritus sanctus, quia est Patris Filique Spiritus.

8. His enim appellationibus hoc significatur, quod ad se invicem referuntur, non ipsa substantia, qua unum sunt. Proinde Trinitas in relativis personarum nominibus est; deitas non triplicatur, sed in singularitate est; quia si triplicatur, deorum inducimus pluralitatem.

9. Nomen autem *deorum* in angelis et sanctis hominibus ideo pluraliter dicitur, propter quod non sint æquales.

10. De quibus psalmus: *Ego dixi: Dii estis*. De Patre autem, et Filio, et Spiritu sancto, propter **D** unam et æqualem divinitatem non nomen *deorum*, sed *Dei* esse ostenditur, sicut ait Apostolus: *Nobis tamen unus Deus*, vel sicut voce divina dicitur: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est*, scilicet, ut, et Trinitas sit, et unus Dominus Deus sit.

11. Fides apud Græcos de Trinitate hoc modo est: una *οὐσία*, ac si dicatur *una natura*, aut *una essentia*; *tres hypostases*, quod resonat in Latinum, vel *tres personas*, vel *tres substantias*.

CAP. IV. — ^a *Sed alius quidem non aliud*. Ex Aug., XI de Civit., cap. 40.

CAP. V. — ^b *Angelorum autem vocab.* Ex Greg., hom. 34 in Evang.

^c *Quibus ideo pictorum*. Ex Hieron. ls. VI.

12. Nam Latinitas proprie non dicit de Deo, nisi *essentiam*; *substantiam* substantiam vero non proprie dicit, sed abusive, quoniam vere *substantia* apud Græcos persona intelligitur, non natura.

CAPUT V.

De angelis.

1. Angeli Græce vocantur, Hebraice dicuntur *melachim* מַלְאָכִים: **313** Latine vero *nuntii* interpretantur, ab eo quod Domini voluntatem populis nuntiant.

2. ^b Angelorum autem vocabulum officii nomen est, non naturæ; semper enim spiritus sunt, sed cum mittuntur, vocantur angeli.

3. ^c Quibus ideo pictorum licentia pennas facit, ut eelerem eorum in cuncta discursum significant, sicut et juxta fabulas poetarum veni pennas habere dicuntur, propter velocitatem, scilicet. Unde Scriptura sacra dicit: *Qui ambulat super pennas ventorum* (Ps. CIII, 3).

4. ^d Novem autem ordines esse angelorum sacra Scripturæ testantur, id est, *angeli, archangeli, throni, dominationes, virtutes, principatus, potestates, cherubim et seraphim*: quorum officiorum vocabula, eorum ita dicta sint interpretando exsequemur.

5. *Angeli* vocantur, propter quod de cœlis ad annuntiandum hominibus mittuntur; *angelus* enim Græce, Latine *nuntius* dicitur.

6. *Archangeli* Græca lingua, Latina *summi nuntii* interpretantur; qui enim parva vel minima annuntiant, *angeli*; qui vero summa, *archangeli* nuncupantur, archangeli dicti, quod primatum teneant inter angelos; ἀρχὴ enim Græce, Latine *princeps* interpretatur. Sunt enim duces et principes, sub quorum ordine unicuique angelorum officia deputata sunt.

7. ^e Nam quia archangeli angelis præsent, Zacharias propheta testatur, dicens: *Et ecce angelus, qui loquebatur in me egrediebatur, et angelus alius egrediebatur in occursum ejus, et dixit ad eum: Curre et loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Jerusalem* (Zac. II, 3).

8. Si enim in ipsis officiis angelorum nequaquam potestates superiores inferiores disponerent, nullo modo hoc, quod homini diceret angelus, ab angelis cognovisset.

9. ^f Quidam autem archangelorum privatis nominibus appellantur, **314** ut per vocabula ipsa in opere suo, quid valeant designentur.

10. ^g *Gabriel* Hebraice in linguam nostram vertitur *fortitudo Dei*. Ubi enim potentia divina vel fortitudo manifestatur, Gabriel mittitur.

11. Unde et eo tempore quo erat Dominus nasciturus, et triumphaturus de mundo, Gabriel venit ad Mariam, ut illum annuntiaret, qui ad debellanda aereas potestates humilis venire dignatus est.

12. *Michael* interpretatur *quis ut Deus?* Quod enim aliquid in mundo miræ virtutis sit, hic archan-

^d *Novem autem ordines*. Ex Greg., ead. hom.

^e *Nam qui arch... cognovisset*. Ex IV Mor., cap. 27.

^f *Quidam autem archang.* Ex ead. hom.

^g *Gabriel... Michael...* Ex Greg. et Hieronym., in Daniel, VIII.

gelus mittitur. Et ex ipso opere nomen est ejus, quia nemo valet facere quod facere prævalet Deus.

13. *Raphael* interpretatur *curatio*, vel *medicina Dei*; ubicunque enim curandi et medendi opus necessarium est, hic archangelus a Deo mittitur, et inde *medicina Dei* vocatur.

14. Unde et ad Tobiam idem archangelus missus oculis ejus curationem adhibuit, et cæcitate detera visum restituit; nominis enim interpretatione et angeli officium designatur.

15. *Uriel* interpretatur *Ignis Dei*, sicut legimus apparuisse ignem in rubo. Legimus etiam ignem missum desuper, et implisse quod præceptum est.

16. *Throni* autem, et *dominationes*, et *principatus*, et *potestates*, et *virtutes*, quibus universam cælestem societatem Apostolus complectitur, ordines angelorum et dignitates intelliguntur, et pro hac ipsa distributione officiorum alii *throni*, alii *dominationes*, alii *principatus*, alii *potestates* dicuntur, pro certis dignitatibus quibus invicem distinguuntur.

17. *Virtutes* angelica quædam ministeria perhibentur, per quæ signa et miracula in mundo fiunt, propter quod et *virtutes* dicuntur.

18. ^a *Potestates* sunt quibus virtutes adversæ subiectæ sunt, et inde **315** *potestatum* nomine nuncupantur, quia maligni spiritus eorum potestate coercentur, ne tantum mundo noccant quantum cupiunt.

19. *Principatus* sunt hi qui angelorum agminibus præsent. Qui pro eo quod subditos angelos ad explendum ministerium divinum disponunt, *principatus* vocabulum acceperunt. Nam alii sunt qui administrant, alii qui assistunt, sicut per Danielelem dicitur: *Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei* (Dan. vii, 10).

20. *Dominationes* sunt ii qui etiam *virtutibus* et *principatibus* præminent, qui pro eo quod cæteris angelorum agminibus dominantur, *dominationes* vocantur.

21. *Throni* sunt agmina angelorum qui latino eloquio *sedes* dicuntur; et vocati *throni*, quia illis conditor præsidet, et per eos judicia sua disponit.

22. *Cherubim* autem, et ipsæ sublimes cælorum potestates et angelica ministeria perhibentur: qui ex Hebræo in linguam nostram interpretantur *scientiæ multitudo*. Sunt enim sublimiora agmina angelorum, qui pro eo quod vicinior positi divina scientia cæteris amplius pleni sunt, *cherubim*, hoc est, *plenitudo scientiæ* appellantur.

23. Ipsa sunt duo illa animalia super propitiatorium reæ ficta ex metallo, propter significandam angelorum præsentiam, in quorum medio ostenditur Deus.

24. *Seraphim* quoque similiter multitudo est angelorum qui ex Hebræo ^b in Latinum *ardentes*, vel *independentes* interpretantur, qui idcirco *ardentes* vocan-

ur, quia inter eos et Deum nulli angeli consistunt et ideo quanto vicinior coram eo consistunt, tanto magis claritate divini luminis inflammantur.

25. Unde et ipsi velant faciem et pedes sedentis in throno Dei, et idcirco cætera angelorum turba videre Dei essentiam plene non valet quoniam *seraphim* eam tegit.

26. Hæc igitur vocabula agminum angelorum ita sunt specialia ordinum singulorum, ut tamen sint ex parte communia omnium. Nam dum *throni* sedes Dei in quorundam angelorum ordine specialiter **316** designentur, tamen per Psalmistam, *Qui sedes super cherubim* (Ps. LXXIX, 2), dicitur.

27. Sed ideo isti ordines angelorum privatis nominibus appellantur, quia hoc ipsum officium in proprio ordine plenius acceperunt. Et cum sint omnibus communia, propria tamen hæc nomina suis ordinibus deputantur.

28. Unicuique enim, sicut prædictum est, propria officia sunt injuncta, quæ promeruisse eos in mundi constat exordio. ^e Nam quia angeli et locis et hominibus præsent, per prophetam testatur angelus dicens: *Princeps regni Persarum restitit mihi* (Dan. x, 13).

29. Unde apparet nullum esse locum cui angeli non præsent. ^d Præsent enim et auspiciis operum omnium.

30. Hic est ordo vel distinctio angelorum, qui post lapsum malorum in cælesti vigore steterunt. Nam postquam apostatæ angeli ceciderunt, hi in perseverantia æternæ beatitudinis solidati sunt. Unde et post cæli creationem in principio repetitur: *Fiat firmamentum, et vocatum est firmamentum cælum* Gen. i, 6 et 8).

31. Nimirum ostendens, quod post ruinam angelorum malorum, hi qui permanserunt, firmitatem æternæ perseverantiæ consecuti sunt, nullo jam lapsu aversi, nulla superbia cadentes, sed firmiter in Dei amore et contemplatione manentes, nihil aliud dulce habent, nisi eum a quo creati sunt.

32. Quod autem duo *seraphim* in Isaia leguntur, figuratiter ^e veteris, et novi Testamenti significationem ostendunt. Quod vero faciem et pedes Dei operiunt, quia præterita ante mundum, et futura post mundum scire non possumus, sed media tantum, ^f eorum testimonio contemplanur.

33. Singuli senas alas habent, ^g quia de fabrica tantum mundi, quæ in sex diebus facta sunt, in præsentis sæculo novimus. Quod clamant ter Sanctus alter ad alterum, Trinitatis in una divinitate demonstrant mysterium.

317 CAPUT VI.

De hominibus, qui quodam præsidio nomen acceperunt.

1. Plerique ^h primorum hominum ex propriis causis originem nominum habent. Quibus ita propheticæ

^e *Veteris et nov. Testam.* Hieron., Isai. vi, et Orig., hom. 1 in Is.

^f *Eorum testimonio.* Has voces rejiciebat Chacon quod apud Hieronymum non essent.

^g *Quia de fab.* Hieron., ibid.

CAP. VI. — ^h *Plerique.* Omnia fere ex Hieronymo.

^a *Potestates.* Ex Gregor., ibid.

^b *In Latinum* ARD. Ita Gregorius, *comburentes* hieronymus.

^c *Nam quia angeli et locis.* Ex Gregor. iv Mor., c. 27.

^d *Præsent enim et auspiciis operum omnium.* Neap. Cod., *præsent enim ut aspiciant vera hominum.*

indita sunt vocabula, ut aut futuris, aut præcedentibus eorum causis convenient.

2. In quibus tamen manente spirituali sacramento, nunc tantum ad litteram intellectum historiæ persequemur. Ubi autem etymologiæ interpretationem non attigimus, solam ipsam etymologiam in Latinum posuimus.

2. Quod autem unum nomen Hebraicum aliter, atque aliter interpretatur, hoc secundum accentuum et litterarum evenit diversitatem, ut in variis significacionibus nomina commutentur.

4. *Adam*, sicut beatus Hieronymus tradidit, *homo*, sive *terrenus*, sive *terra rubra* interpretatur. Ex terra enim facta est caro, et humus hominis faciendi materies fuit.

5. *Heva* interpretatur *vita*, sive *calamitas*, sive, *væ*: *Vita*, quia origo fuit nascendi; *calamitas* et *væ*, quia per prævaricationem causa exstitit moriendi. ^a *A cadendo* enim nomen sumpsit calamitas.

6. Alii autem dicunt ob hoc etiam *Hevam vitam* et *calamitatem* appellatam, quia sæpe mulier viro causa salutis est, sæpe calamitatis, et mortis, quod est, *væ*.

7. *Cain possessio* interpretatur; ^b unde etymologiam ipsius exprimens pater ejus ait: *Cain*, id est, *possedi hominem per Deum*. ^c Idem et *lamentatio*, eo quod pro interfecto Abel interfectus sit, et pœnam sui sceleris dederit.

318 8. *Abel luctus* interpretatur, quo nomine præfigurabatur occidendus. Idem et *vanitas*, quia cito solutus est, atque subtractus.

9. *Seth* interpretatur *resurrectio*, eo quod post fratris interfectionem natus sit, quasi resurrectionem fratris ex mortuis suscitaret. Idem, et *positio*, quia posuit cum Deus pro Abel.

10. *Enos* juxta propriæ linguæ varietatem, *homo*, vel *vir* dicitur. Et congrue hoc vocabulum habuit. De eo enim scriptum est: *Tunc initium fuit invocandi nomen Domini*. Licet plerique Hebræorum arbitrentur quod tunc primum in nomine Domini et similitudine ejus fabricata sunt idola.

11. *Enoch dedicatio*. In ipsius enim nomine civitatem postea ædificavit Cain.

12. *Cainam lamentatio*, vel *possessio eorum*; sicut enim *Cain possessio*, ita derivatum nomen, quod est *Cainam*, facit *possessio eorum*.

13. *Mathusalem* interpretatur *mortuus est*. Evidens etymologia nominis. ^d Quidam enim cum patre translatum fuisse, et diluvium præteriisse putaverunt. Ob hoc signanter transfertur *mortuus est*, ut ostenderetur non vixisse cum post diluvium, sed in eodem cataclysmo fuisse defunctum. Soli enim octo homines in Arca diluvium evaserunt.

14. *Lamech percutiens*. Iste enim percussit et in,

^a *A CADENDO enim non. sumps. CALAMIT.* Victorin., lib. de Orthog. et Ter. Scaurus. *CALAMITAS antea dicebatur CADAMITAS.*

^b *Unde etymolog.* Ex Hieron. Quæst. in Gen., cap. 4.

^c *Idem et LAMENTATIO.* Hieronymus: *Cain possessio, vel acquisitio. Cainam lamentatio, vel possessio eorum.* Ut mirum non sit si quemadmodum *Cainam*

A terfecit Cain; quod etiam ipse postea perpetrasse uxoribus confitetur.

15. *Noë requies* interpretatur, pro eo, quod sub illo omnia retro opera quieverunt per diluvium. Unde et pater ejus vocans nomen ejus **319** *Noë*, dixit: *Iste requiescere nos faciet ab omnibus operibus nostris* (*Gen. v, 29*).

16. *Sem* dicitur *nominatus*, quod nomen ex præsagio posteritatis accepit. Ex ipso enim patriarcha et propheta, et apostoli, et populus Dei, ex ejus quoque stirpe et Christus, cujus ab ortu solis, usque ad occasum magnum est nomen in gentibus.

17. *Cham, calidus*, et ipse ex præsagio futuri cognominatus est. Posteritas enim ejus eam terræ partem possedit, quæ vicino sole calentior est. Unde et Ægyptus usque hodie ^e Ægyptiorum lingua *Cham* dicitur.

18. *Japheth latitudo*. Ex eo enim populus gentium nascitur, et quia lata est ex gentibus multitudo credentium ab eadem latitudine, *Japheth* dictus est.

19. *Chanaan*, filius Cham, interpretatur *motus eorum*. Quod quid est aliud, nisi *opus eorum*? Pro motu enim patris, id est, pro opere ejus, maledictus est.

20. *Arfaxat sanans depopulationem*.

21. *Chus* Hebraice *Æthiops* interpretatur, a posteritate sui generis nomen sortitus. Ab ipso enim sunt progeniti Æthiopes.

22. *Nembrod* interpretatur *tyrannus*. Iste enim prior arripuit insuetam in populos tyrannidem, et ipse aggressus est adversus Deum impietatis ædificare turrem.

C 23. *Heber transitus*. Etymologia ejus mystica est, quod ab ejus stirpe transiret Deus, nec perseveraret in eis translata in gentibus gratia. Ex ipso enim sunt exorti Hebræi.

24. *Phaleg divisio*, cui pater propterea tale nomen imposuit, quia tunc natus est, quando per linguas terra divisa est.

^f *Thara Exploratio ascensionis*.

25. *Melchisedech rex justus*. Rex, quia ipse postea imperavit Salem; justus, pro eo quod discernens sacramenta Legis et Evangelii, non pecudum victimas, sed oblationem panis et calicis in sacrificium obtulit.

320 26. *Lotus declinans*. Factis enim Sodomorum non consensit, sed eorum illicita carnis incendia declinavit.

D 27. *Moab ex patre*, et totum nomen etymologiam habet. Conceptit enim eum primogenita filia de patre.

28. *Ammon*, cujus causa nominis redditur *filii populi mei*, sic derivatur, ut ex parte sensus nominis, ex parte ipse sit sermo. *Ammi* enim, a quo dicti sunt Ammonitæ, vocatur *populus meus*.

29. *Sarai* interpretatur *princeps mea*, eo quod es

possessio, e converso *Cain lamentatio* sit Isidoro

^d *Quidam enim eum cum patre.* Ex Quæst. in c. 5

^e *Ægyptiorum lingua Cham.* Vel *Ham*, ex Quæst. ad cap. 9.

^f *Thara exploratio Ascensionis.* In Nominibus e. Gen.: *Thara exploratio odoris, sive EXPLORATIO ASCENSIONIS, vel PASTIO.*

set unius tantummodo domus materfamilias. Postea causa nominis immutata, ablata de fine *i* littera, dicitur *Sara*, id est, *princeps*. Omnium quippe gentium futura princeps erat, sicut et Dominus pollicitus fuerat Abraham: *Dabo tibi ex Sara, filium, et benedicam ei, et erit in gentes; sed et reges populorum erunt ex ea* (*Gen. xvii, 16*).

30. **AGAR** advena, vel *conversa*. Fuit enim Ægyptia, complexui Abrahæ advena causa generandi data, quæ post contemptum, angelo increpante, conversa est ad Saram.

31. ^a **CETURA** *thymiama*.

32. *Ismael* interpretatur *auditio Dei*; sic enim scriptum est: *Et vocavit nomen ejus Ismael, quia exaudivit eum Deus* (*Gen. xvi, 11*).

33. ^b *Esau* trinomius est, et ex propriis causis varie nuncupatur. Dicitur enim *Esau*, id est, *rufus*, ob coctionem rufæ lentis ita appellatus, cujus edulio primogenita perdidit. *Edom* autem ob ruborem corporis dictus est, quod Latine *sanguineus* dicitur. *Seir* vero, quod fuerit hispidus et pilosus; quando enim natus est, totus, sicut pellis, pilosus erat.

34. Atque ideo tribus nominibus appellatur, **ESAU**, id est, *rufus*; **EDOM**, id est, *sanguineus*; **SEIR**, id est, *pilosus*, quia non habuit lenitatem.

35. **REBECCA** *patientia* sive *quæ multum acceperit*.

36. **LIA** *laboriosa*, utique generando. Plurimos enim dolores quam Rachel fecunditate pariendi experta est.

321 37. *Rachel* interpretatur *ovis*, pro ea enim Jacob pavit oves Laban.

38. ^c **ZELPHA** *os hians*.

BALA *inveterata*. *Dina* transfertur in *causam*, jurgii enim in Sichimis causa exstitit.

39. **THAMAR** *amaritudo pro viris mortuis*. Eadem, et *commutans*. Mutavit enim se in habitum meretricis, quando cum socero suo concubuit.

40. **PHARES** *divisio*, ab eo quod diviserit membranulam secundinarum, *divisionis*, id est, *Phares* sortitus est nomen. Unde et Pharisæi, qui se quasi justos a populo separabant, divisi appellabantur.

41. *Zara* frater ejus, in cujus manu erat coccinum, interpretatur *oriens*: sive quia primus apparuit, sive quod plurimi ex eo justi nati sunt, ut in Libro Paralipomenon continetur, *Zara*, id est, *oriens*, appellatus est.

42. *Job* in Latinum vertitur *dolens*, et recte, propter percussorem carnis et passiones dolorum. Calamitates enim suas nominis etymologia præfiguravit.

43. ^d **Pharao** nomen est non hominis, sed hono-

^a **CETURA** *thymiama*. Hieron.: **CETURA** *thymiama offerens*, vel **COPULATA**, ut **JUNCTA**.

^b *Esau* *trinom.* Idem, in *Abd.*

^c **ZELPHA** *os hians* Hieron., *os fluens*.

^d **PHARAO** *nomen est non hom.* Ex eodem, *Isai. xxx.*

^e **PHARAO**, *denudans eum*. In Nominibus ex *ACL.*: **PHARAO** *denudans eum*, sive **DISSIPATOR EJUS**. Idem u. nom. *Epist. ad Heb.*

^f **MAMBRES** *mare pelliceum*. Sic omnes libri, et apud Hieron. Sed cum idem Hieronymus **MAMBRE** *perspicuum* interpretetur. **JAMBRES** *mare pellucidum*, recta

Aris; sic enim et apud nos Augusti appellantur reges cum propriis nominibus censeantur. Exprimuntur autem in Latinum ^e **PHARAO** *denudans eum*, utique Deum, sive *dissipator ejus*, populi enim Dei fuit afflictor.

44. **JANNES** *marinus*, sive *ubi est signum*. Cessit et defecit signum ejus coram signis Moysi: unde, et dixerunt magi: *Illic digitus Dei est*.

45. ^f **MAMBRES**, *mare pelliceum* sive *mare in capite*.

46. *Moses* interpretatur *sumptus ex aqua*. Invenit enim eum ad ripam fluminis expositum filia Pharaonis, quem colligens **322** adoptavit sibi; vocavitque nomen ejus *Moses*, eo quod de aqua sumpsisset eum.

47. **AARON** *mons fortitudinis* interpretatur, propter quod thuribulum accipiens in medio superstium et interemptorum obviam stetit, et ruinam mortis quasi quidam mons fortis exclusit.

48. **ELEAZAR**, *Dei adjutorium*.

BALAC, *præcipitans*, sive *devorans*.

BALAAM, *vanus populus*.

49. **PHINEES**, *ori parcens*, tranfixit enim pugione **Zambri**, cum scorto Madianitide, et Domini furorem placavit, ut paceret.

50. **ZAMBRI**, *iste lacessens*, vel *amaricans*. Proprie enim nomen ab *amaritudine* præfiguratum, quod peccando *amaricaverit* populum.

51. **RAAB**, *latitudo*, vel *fames*, sive *impetus*.

Josue interpretatur *salvator*. Ipse enim in figura Christi populum a deserto salvavit, et in terram repromissionis induxit.

52. **CALEB** *quasi cor*, aut *canis*.

^g **OTHONIEL**, *tempus ejus Deus*, vel *responsio Dei*.

^h **AOTH**, *gloriosus*.

BARACH, *fulgurans*.

53. **DEBBORA**, *apis*, vel *loquax*. *Apis*, quia fuit ad bellum promptissima, dimicans adversus *Sisaram*; quo perempto, cecinit canticum, inde *loquax*.

JAMEL, *ascensio*.

54. **GEDEON**, *experimentum iniquitatis eorum*. Frequentibus enim documentis informatus est quali præsgio contra hostes futuram victoriam expediret, ex quo futuro *experimento* etymologiam nominis sumpsit.

55. **ABIMELECH**, *pater meus rex*.

THOLAH *vermiculus*, vel *coccinum*.

JAIR, *illuminans*.

JEHPTÉ, *aperiens*, vel *apertus*.

ⁱ **HESEBON**, *cogitatio*, sive *vinculum mæroris*.

ABDO, *servus ejus*.

56. **SAMSON** *sol eorum*, vel *solis fortitudo*. Fuit enim virtute clarus, et liberavit Israel de hostibus.

fortasse scriptura fuerit, ut et *maris* et *perspicui* ratio constet aliqua. Nam et apud Paul., in *Timoth. iii*, Ἰταροπῆς legitur; et ita appellatur a *Palladio* in *Vita Macarii Alexand.*, et *Euseb.*, lib. ix de *Præp.* cap. 3, ^g *Othoniel*. In *Nom.* ex *Jesu Nav.*: **OTHONIEL** *responsio Dei*, vel **REVELATIO DEI**, vel **TEMPUS MEI DEI**, vel **SIGNUM DEI**.

^h *Aoth*. In *Nom.* ex eodem.

ⁱ *Hesebon*. In *Nom.* ex *Num.*: **COGITATIO**, sive **CINGULUM MÆRORIS**.

DALILA, *paupercula, vel situla.*

BOOZ, *in fortitudine, sive in quo robur.*

57. ^a *Noemi*, quam interpretari possumus *consolatam*, eo quod, marito et liberis peregre mortuis, nurum Moabitidem in consolationem suam tenuit.

58. *Ruth*, interpretatur *festinans*. Alienigena enim erat ex populo gentili, **323** quæ relicta patria festinavit transire in terram Israel, dicens socrui suæ: *Quocumque perrexeris pergam.*

59. *ANNA gratia ejus* interpretatur, quia dum esset prius sterilis natura, postremo Dei gratia fecundata est.

HELI, Deus meus.

60. *OPHNI, discalciatus*. Filius enim fuit Heli electus in ministerium sacerdotii, ejus amissionem suo expressit vocabulo. Apostolus enim ait: *Calciati pedes in præparationem Evangelii pacis.*

61. Et propheta: *Quam speciosi pedes qui annuntiant pacem.* Iste ergo *discalciatus* interpretatur, ut ejus nomine veteris Testamenti sacerdotium a veteri populo significaretur ablatum.

62. *Plinees*, frater Ophni, *os mutum* interpretatur, quo significatur sacerdotii veteris et doctrinæ silentium.

SAMUEL, nomen ejus Deus.

JESSAI, insulæ sacrificium, vel incensum.

63. *SAUL petitio* interpretatur; notum est enim quomodo Hebræorum populus eum sibi regem petierit, et accepit non secundum Deum, sed secundum suam voluntatem.

64. *DAVID, fortis manu*, utique, quia fortissimus in præliis fuit. Ipse et *desiderabilis*, in stirpe scilicet sua, de qua prædixerat propheta: *Veniet Desideratus cunctis gentibus.*

65. ^b *Salomon* trinomius fuisse perhibetur. Primum vocabulum ejus *Salomon* dicitur, id est, *pacificus*, eo quod in regno ejus pax fuerit. Secundum nomen *Ilida*, eo quod fuerit dilectus, et amabilis Domino. Tertium vocabulum ejus *Cohélet*, quod Græce appellatur *ecclesiastes*, Latine *concionator*, quod ad populum loqueretur.

66. *JONATHAS, columbæ donum.*

67. ^c *ABSALOM, patris pax* per antiphrasin, eo

^a *Noemi*. Ex epist. ad Furiam, non longe a fine.

^b *Tribus nominibus*. Ex comm. Eceles. cap. 1.

^c *ABSALON patris pax*. Non ex Hieronymo, qui *patrem pacis* interpretatur, sed ex Greg. in Prolog. psalm. vii poenit. (si modo id opus Gregorii esse credimus) sic namque: *ABSALON PATRIS PAX interpretatur, non quod ei pax ulla cum patre fuerit, sed quia quantæ pacis et patientiæ existit, in ejus perversitate pater ostendit.*

^d *Ochozias*. In Nom. ex Matth.

^e *Joas, spirans*. Ita Ms. omnes. Quod vero apud Hieronymum legitur in nom. ex lib. Judic.: *Joas SPERANS, sive TEMPORALIS vel DOMINI ROBUR. Spirans* eo loco reponendum putamus. Una est enim etymologia *spirans*, sive *temporalis* ducta a verbo שָׁנָה *desperavit*, quæ in spirantem aut temporalem optime cadit. Quod vero *Domini robur* additur, alia ratio est, וַיָּיָם enim *dominus*, et וַיָּיָם *fortis*, sive וַיָּיָם *fortitudo*. Is-

A quod bellum adversus patrem gessisset, sive quod in ipso bello David placatus **324** fuisse legitur filio, adeo ut etiam magno cum dolore extinctum plangeret.

68. *ROBOAM, latitudo populi*, et ipsum per antiphrasin. quod decem tribubus ab eo separatis, duæ tantum ei relictæ sint.

69. *ABIA, pater dominus, vel pater fuit.*

ASA, tollens, sive sustollens.

JOSAPHAT, Domini judicium.

JORAM, qui est excelsus.

^d *ACHAZIAS, apprehendens Dominum.*

70. *ATHALIA, tempus Domini.*

^e *JOAS, spirans, vel Domini robur.*

AMASIAS, populum tollens.

OZIAS, fortitudo Domini.

B *AZARIAS, auxilium Domini.*

71. ^f *Ozias*, autem ipse est qui et *Azarias*, duplici nomine.

^g Ipse est qui illicitum sibi sacerdotium vindicare conatus, lepra in fronte percussus est.

72. *Joatham est perfectus*. Pulehram etymologiam nominis habet; fecit enim rectum in conspectu Domini, et portam templi ædificavit excelsam.

73. *ACHAZ, apprehendens.*

EZECHIAS, fortis dominus.

MANASSES, obliviosus. Per multa enim scelera et sacrilegia reliquerat et oblitus fuerat Dei, sive quod oblitus est Deus peccatorum illius.

74. ^h *AMON, fidelis vel onustus.*

ⁱ *JOSIAS, ubi est incensum Domini*, propria etymologia nominis. Iste est enim qui simulacra combussit.

75. *JOACHAZ, robustus.*

JOACHIM, ubi est præparatio.

ELIACHIM, Dei resurrectio.

JECHONIAS, præparatio Domini.

SEDECHIAS, justus Domini.

76. ^k *JEROBOAM, judicatio, sive causa populi*, vel, ut quidam aiunt, **325** *divisio* interpretatur, pro eo quod in regno ejus divisus sit populus Israel, et præcisus a regno stirpis David. Divisionis enim populi causa iste exstitit.

77. *ZAMBRI, Psalmus, vel Canticum meum.*

OMRI, crispans meus.

ACHAB, frater patris.

que mos nomina Hebræa confundendi, sive quod aliter olim scripta, sive quod Latina scriptura et pronuntiatione eadem fiunt, non infrequens Hieronymo: cum tamen diversæ interpretationis rationem nonnunquam reddat, sæpe etiam reddere negligat, quod ipse fatetur in præf. ad lib. de Nom. Heb., et initio hujus capituli advertit Isidorus.

^f *Ozias autem ipse est qui*. Verba Hier. in Isa. 1.

^g *Ipse est qui illicit*. Idem, in Amos 1, apud quem, *indebitum* sibi sacerdoti.

^h *Amon*. In Nominibus ex Matth. *AMON, FIDELIS vel NUTRITIUS, si tamen ab N littera exordium habet, quod si ex Y scribitur, ONUSTUS interpretatur.*

ⁱ *Josias*. In nominibus ex Matth.

Sedechias. In Nom. ex lib. III Reg. et in Ez. II.

^k *Jeroboam*. In Am. I: *JEROBOAM, JUDICATIO, sive CAUSA POPULI* διασπορὰ λαοῦ, licet quidam per γ Græc-
a m litteram legentes, DIVISIONEM POPULI suspicentur.

78. ^a JEZABEL, *fluxus sanguinis, vel fluens sanguinem*, sed melius, *ubi est sterquilinum*. Præcipitata enim deorsum, comederunt carnes ejus canes, sicut prædixerat Elias: *Et erunt, inquit, carnes Jezabel sicut sterco super faciem terræ.*

79. OCHOZIAS, *apprehendens Deum.*

^b JEHU, *ipse, vel est.*

^c JOATHA, *robustus.*

SELLA, *umbra ejus, vel petitio.*

MANAHEN *consolans.*

PHACEAS, *aperiens.*

80. NABUCHODONOSOR, *prophetia lagunculae angustae*, sive prophetans istiusmodi signum, per somnium scilicet futurorum, quod vidisse narratur, et Daniel interpretatus est; sive, *sessio in agnitione angustiae* pro iis qui in captivatem ab eo ducti sunt.

81. ^d Zorobabel, apud Hebræos ex tribus integris nominibus traditur esse compositus. Zo, *iste; no, magister; BABEL* proprie *Babylonium* sonat; et efficitur nomen ZOROBABEL, *iste magister de Babylone*, in Babylone enim ortus est, ubi et princeps gentis Judææ exstitit.

CAPUT VII.

De patriarchis.

1. Quorumdam ^e patriarcharum etymologiae notandæ sunt, ut sciamus quid in suo vocabulo resonent. Nam plerique eorum ex causis propriis nomina acceperunt. *Patriarcha* interpretatur *patrum princeps*. Ἀρχος enim Græce princeps est.

2. ^f Abram primum vocatus est *pater videns populum*, propter 326 Israel, scilicet, tantum; ^g postea appellatus *Abraham*, quod transfertur *pater multarum gentium*, quod erat adhuc per fidem futurum. *Gentium* autem non habetur in nomine, sed subauditur, juxta illud: *Erit nomen tuum Abraham, quia patrem multarum gentium posui te.*

3. Isaac, ex risu nomen accepit. Riserat enim pater quando ei promissus est, admirans in gaudio. Risit et mater, quando per illos tres viros promissus est, dubitans in gaudio. Ex hac ergo causa nomen accepit Isaac, interpretatur enim *risus*.

4 ^h Sciendum autem quod quatuor in veteri Testamento absque ullo velamine nominibus suis, antequam nascerentur, vocati sunt; *Ismael, Isaac, Salomon* et *Josias*. Lege Scripturas.

5. JACOB, *supplantator* interpretatur, sive quod in ortu plantam nascentis fratris apprehenderit, sive quod postea fratrem arte deceperit. Unde et Esau

^a Jezabel. In Nom. ex Apoc.

^b Jehu. In Nom. ex III Regum.

^c JOATHA robustus. Rom. Cod.: JATHAR, ambustus.

Hieronymus, ETHAM robustus. Joatham vero et Joachaz (qui in nonnullis Codicibus leguntur) interpretationes paulo ante positæ, ut tota de re amplius quærendum videatur.

^d Zorobabel. In Agg. I.

CAP. VII. — ^e Quorumdam. Omnia fere ex quæstionibus in Gen.

^f ABRAM pater vid. Ex Nominibus apud Matth.

^g Postea appellatus est ABRAHAM. Ex Quæst., ad cap. 17.

A dixit: *Juste vocatum est nomen ejus Jacob, supplantavit enim me ecce secundo.*

6. ⁱ ISRAEL, *vir videns Deum*. Tunc enim hoc nomen accepit, quando tota nocte luctatus, vicit in certamine angelum, et oriente lucifero benedictus est. Inde propter visionem Dei Israel appellatus est, sicut et ipse ait: *Vidi Dominum et salva facta est anima mea.*

7. ^j Ruben, interpretatur *visionis filius*. Sic enim quando eum peperit Lia vocavit nomen ejus Ruben dicens: *Quia vidit Deus humilitatem meam.*

8. ^k Simeon, interpretatur *auditio*. Sic enim dixit Lia quando peperit eum: *Quia exaudivit me Deus.*

9. LEVI, *additus*. Dixit enim Lia quando peperit eum, non 327 ambigens de amore viri: *Nunc mecum erit vir meus, quia peperit mihi tres filios.*

B 10. JUDAS *confessio* dicitur. Quando enim peperit cum Lia, laudem Domino retulit dicens: *Nunc super hoc confitebor Domino; et ob id vocatus est Judas.* A confessione itaque nomen ejus est dictum, quod est gratiarum actio.

11. ^l Issachar interpretatur, *est merces*. Ie quippe dicitur *est, SACHAR merces*. Hoc autem ideo, quia mandragoris filii Ruben introitum viri, qui Racheli debebatur, ad se emerat Lia. Unde et dum natus est, dixit Lia: *Dedit Deus mercedem meam.*

12. ZABULON interpretatur *habitaculum*. Sextum enim hunc filium genuerat Lia; propterea jam secunda dixit: *Habitavit mecum vir meus*. Unde, et filius ejus vocatus est *habitaculum*.

13. ^m Nephthalim de *conversione*, sive *comparatione* causa nominis ejus est. Unde et dixit Rachel, cum eum peperisset ancilla ejus Bala: *Habitare me fecit Deus habitationem cum sorore mea.*

14. Dan interpretatur *judicium*. Bala enim dum eum peperisset, dixit Rachel domina ejus: *Judicavit me Dominus, et exaudiens dedit mihi filium*. Causam nominis expressit, ut ab eo quod judicasset se Dominus, filio ancillæ *judicii* nomen imponeret.

15. Gad ab *eventu*, sive *procinctu* vocatus est. Quando enim peperit eum Zelpha, dixit domina ejus Lia: *In fortuna*, id est quod dicitur, *in procinctu*, vel *eventu*.

16. ASER *beatus* dicitur, dum enim peperisset eum Zelpha, dixit Lia: *Beata ego, et beatificent me mulieres; et ab eo quod beata dicatur, ex etymologia nominis Beatum* vocavit.

17. Joseph, ab eo quod sibi alium addi mater optaverat, vocavit *augmentum*. Hunc ⁿ Pharaeo Zapha-

^h Sciendum autem. Ad cap. 17. Falso autem pro SALOMONE Samuelem quidam substituunt. Vide Paralip. I, xxii.

ⁱ ISRAEL, *vir videns Deum*. Ita quidem in Nominibus, et in Is. I. Sed eam interpretationem improbat in Quæst., cap. 32, ubi *princeps cum Deo* interpretatur. Idemque rursus in comment. in Joel, εὐθρατον θεού, id est, RECTISSIMUM DEI.

^j Ruben. Ad cap. 29.

^k Simcon. Ibid.

^l Issachar. Ad cap. 30.

^m Nephthalim. Ibid.

ⁿ Hunc Pharaeo. Ad cap. 41.

nathPhaaneca appellavit, **328** quod Hebraice *absconditorum repertorem* sonat, pro eo quod obscura somnia revelavit, et sterilitatem prædixit.

18. Tamen, quia hoc nomen ab Ægyptio ponitur, ipsius linguæ debet habere rationem. Interpretatur ergo *Zaphanath Phaaneca* Ægyptio sermone *Salvator mundi*, eo quod orbem terræ ab imminente famis excidio liberarit.

19. ^a *Benjamin* interpretatur *filius dextræ*, quod est *virtutis*. *Dextra* enim appellatur *Jamin*. Mater quippe ejus moriens vocaverat nomen ejus *Benoni*, id est, *filius doloris mei*. Pater hoc mutavit, *filius dextræ* nominans.

20. ^b *Manasses* dictus ab eo quod sit pater ejus obli-
us laborum suorum. Ita enim Hebraice vocatur *oblivio*.

21. *Ephraim*, eo quod auxerit cum Deus, et ex hoc vocabulo in linguam nostram transfertur *augmentum*.

CAPUT VIII.

De prophetis.

1. Quos gentilitas *vates* appellat, hos nostri *prophetas* vocant, quasi præfatores, quia porro factur, et de futuris vera prædicunt. Qui autem a nobis ^c *prophetae*, in veteri Testamento *videntes* appellabantur, quia videbant ea quæ cæteri non videbant, et præspiciebant ea quæ in mysterio abscondita erant.

2. Hinc est quod scriptum est in Samuele : *Eamus ad videntem*. Hinc *Isaias* : *Vidi*, inquit, *Dominum sedentem super solium excelsum, et elevatum*. Et *Ezechiel* : *Aperti sunt cæli, et vidi visiones Dei*.

3. Quorundam autem prophetarum nominum etymologiae annotandæ sunt. Vocabula enim eorum satis ostendunt quid in futurum factis dictisque suis præ-
nuntiassent.

4. *Elias* interpretatur *Dominus Deus*. Ex futuri igitur præsigio sic vocatur. Nam dum altercaretur in sacrificio cum quadragintis **329** sacerdotibus Baal, invocato nomine Domini, descendit de cælo ignis super holocaustam. *Quod cum vidisset omnis populus, eecidit in faciem suam, et ait : Dominus ipse est Deus* (*III Reg. xviii, 30*).

5. Ex hac igitur causa tale prius nomen accepit pro eo quod per eum postea cognoverit populus Dominum Deum. ^d Idem et *fortis Domini* interpretatur, vel propter quod interfecit eosdem sacerdotes, vel propter quod Achab adversitatem toleravit.

6. *ELISEUS Domini salus* interpretatur, vocabulum autem idem ex futuri præsigio accepit. Denique et multas virtutes fecit, et famem pellens populum a morte salvavit.

7. ^e *NATHAN*, *dedit*, sive *dantis*.

^a *Benjamin*. Ad cap. 35.

^b *Manasses... Ephraim*. Ad cap. 41.

CAP. VIII. — ^c *Prophetae in Vet. Test.* Ex prolog. Biblioth.

^d *Idem et fortis*. Ex epist. 64, ad Pammach.

^e *Nathan*. In Nom. ex Lue.

^f *ISAIAS. Salus Domini* in Nominibus ex Act. *Salutare Domini*, in Nom. ex Epist. ad Rom. *Salvator Domini*, in cap. 1 *Isai.* ex sua sententia.

^g *Salvator est enim*. Ex præf. in eumd. *Isai.*

^h *Hic, et desider.* Ex epist. ad Eusthoc. de custod. Virg.

ⁱ *Isaias* interpretatur ^g *Salvator Domini*. Et merito ; Salvatorem enim universarum gentium, ejusque sacramenta amplius quam cæteri prædicat.

8. *JEREMIAS excelsus Domini*, pro eo quod dictum est ei : *Constitui te super gentes et regna* (*Jer. i, 10*).

9. *EZECHIEL, fortitudo Dei*.

DANIEL, judicium Dei, sive quia in presbyterorum judicio sententiam divinæ examinationis exhibuit, dum, reperta eorum falsitate Susannam ab interitu liberavit ; sive quod visiones et somnia, quibus per signa (forte *sigla*) quædam et ænigmata futura monstrabantur, sagaci mente discernens aperuit. ^h *Hic, et desideriorum vir* appellatus est, quia panem desiderii non manducavit, et vinum concupiscentiæ non bibit.

10. *OSÉE, salvator, aut salvans*. Dum enim iram Dei in populum Israel ob crimen idololatriæ prophetasset, domui Judæ salutem prænuntiavit. Propter quod *Ezechias rex Juda*, sublatis idolis quæ præcedentes reges consecraverant, templum Domini purgasse ac purificasse monstratur.

11. ⁱ *JOEL, Dominus Deus, sive incipiens Deo, vel fuit Dei*. Hæc enim ejus vocabulum resonat etymologia incerta.

330 12. ^j *AMOS, populus avulsus*. Prophetia enim ejus ad populum fuit Israel, quia jam *avulsus* erat a Domino, et aureis vitulis serviebat, sive *avulsus* a regno stirpis David.

13. ^k *NAHUM, gemens, sive consolator*. Increpat enim civitatem sanguinum, et post eversionem illius consolatur Sion dicens : *Ecce super montes pedes evangelizantis et annuntiantis pacem* (*Isa. xlii, 7*).

14. ^l *HABACUC, amplexans*, quia, vel ex eo quod amabilis Domini fuit, vocatur *amplexatio*, vel quod in certamen cum Deo congregitur, *amplexantis*, id est, *luctantis* sortitus est nomen. Nullus enim tam audaci voce ausus est Deum ad disceptationem justitiæ provocare, cur in rebus humanis, et mundi istius πολιτεία tanta rerum versatur iniquitas.

15. ^m *MICHEAS, quis hic, vel quis iste?* Comminatur enim Samariæ ob causam simulacrorum illo modo, quo de Eliu dicitur : *Quis est iste involvens sententias* (*Job, xxxviii, 2*)?

16. ⁿ *SOPHONIAS, specula, vel arcanum Domini* interpretatur, utrumque ad prophetam convenit. Ipsi enim sciunt mysteria Dei. Unde ad Ezechielem dicitur : *Speculatorem te posuit domui Israel* (*Ezec. iii, 47*). Et alibi : *Non faciet Dominus quidquam nisi revelaverit servis suis prophetis* (*Amos, iii, 7*).

17. ^o *ABDIAS, servus Domini*. Sicut enim Moyses

ⁱ *Joel*. in præf. Malach. : *JOEL, qui interpretatur DOMINUS DEUS*. In Nominibus : *JOEL, INCIPIENS, vel EST DEUS, vel DEI*. In præf. in Joielem : *Joel ἀρχόμενος, id est, INCIPIENS*.

^j *Amos... quia jam avuls*. Ex comm. in cap. 1.

^k *Nahum gemens*. Ita legendum apud Hieron. in Nom. ex Epist. Barnab., non *germen*. ex Cod. Toletan., nam reliqui, mendose, *germen*.

^l *Habacuc*. Ex prolog. commentarior.

^m *Micheas... quo de Eliu dicitur*. *Job xxxviii*.

ⁿ *Sophon*. In cap. 1.

^o *Abdias*. In cap. 1.

famulus Domini, et apostolus servus Christi, ita iste legatus ad gentes missus 334 videt, et prædicat, quæ prophetali digna sunt ministerio, et servitute, inde *servus Domini*.

18. ^a *Jonas* interpretatur *columba*, sive, *dolens*. *Columba* pro gemitu, quando in ventre cæti triduo fuit. *Dolens* autem, vel propter tristitiam, quam habuit de salute Ninivitarum, vel propter hederam subito arescentem, cujus umbraculo tegebatur contra solis ardorem.

19. Ipse est, et *Amathi* Sareptanæ viduæ filius, ut Judæi affirmant, quem resuscitavit Elias, matre postea ad eum dicente: *Nunc cognovi quoniam vir Dei es tu, et verbum Dei in ore tuo verum est* (III Reg. xvii, 24). Ob hanc causam ipsum puerum *Amathi* vocitatum. *Amathi* enim ex Hebræo in Latinam linguam *veritas* dicitur, et ex eo quod verum Elias locutus est, ille, qui suscitatus est, *filius* nuncupatus est *veritatis*.

20. *ZACHARIAS*, *memoria Domini*. Septuagesimo enim anno desolationis templi completo, Zacharia prædicante, memoratus est Dominus populi sui; jussuque Darii reversus est Dei populus, et reædificata est, et Urbs, et templum.

21. ^b *Aggeus* in Latinum *festivus* et *lætus* resonat. Destructum enim templum ædificandum prophetat, et post luctum captivitatis regressionis lætitiã prædicat.

22. *Malachias* interpretatur *angelus Domini*, id est, *nuntius*; quidquid enim loquebatur, quasi a Domino essent mandata, ita credebantur, et inde ita nomen ejus Septuaginta transtulerunt, dicentes: *Assumptio Verbi Domini super Israel in manu angeli ejus* (*Malach* i, 1).

23. *ESDRAS*, *adjutor*.

NEHEMIAS, *consolator a Domino*. Quodam enim præsigio futurorum nomina ista sortiti sunt. Fuerunt enim in adjutorium et consolationem omni illi populo redeunti ad patriam. Nam et templum Domini idem reædificaverunt, et murorum ac turrium opus ipsi restauraverunt.

24. ^c *ANANIAS*, *gratia Dei*. Idem, et *Sidrac* lingua Chaldæa, quod interpretatur *decorus meus*.

332 25. *AZARIAS*, *auxilium Domini*; Idem et *Abdenago*, quod in Latinum vertitur *serviens taceo*.

26. ^d *MISAEEL*, *quæ palus Domini*; ipse, et ^e *Misach*, quod interpretatur *risus*, vel *gaudium*.

27. *AHIA*, *frater ejus*.

SEMEIA, *audiens Dominum*.

ASAPH, *congregans*.

^f *ETHAN*, *robustus*, sive *accensus*.

28. *IDITHUM*, *transiliens eos*, sive *saliens eos*.

^g Quosdam enim inhærentes humo, curvatos in terram, et ea quæ in imo sunt cogitantes, et in

^a *JONAS*... *ipse est AMATHI*, etc. Ex præf. in *Jon*.

^b *Aggeus*. Ex prolog. biblioth.

^c *Ananias*. Ex Nom. ex *Jerem.* et *Daniele*.

^d *MISAEEL*, *quæ PALUS DOMINI*. Ex Nom. ex *Daniele*. Mendose ergo Cod. omnes, *qui populus Domini*... In Nom. ex *Exod.*: *MISAEEL*, *TACTUS DEI*, sive *QUIS INTERROGAVIT?*

rebus transeuntibus spem ponentes transilivit caindo iste qui vocatur *transiliens*,

29. *EMAN*, *accipiens*, vel *formido eorum*.

BARACHIA, *benedictus Dominus*, vel *benedictus Domini*. ^b *OLDA*, *distritio*, sive *diverticulum*. *JUDITH*, *laudans*, vel *confitens*. *ESTHER*, *absconsa*.

30. *ZACHARIAS*, *memoria Domini*, ob hoc, quia canit: *Memorari testamenti sui Sancti* (*Luc.* i, 72).

31. *JOANNES BAPTISTA*, *Domini gratia*, eo quod sit limes prophetiæ, prænuntius gratiæ, sive initium baptismatis, per quod gratia ministratur.

52. Hi sunt prophætæ Veteris, Novique Testamenti, quorum finis Christus, cui dicitur a Patre: *Et prophetam in gentibus posui te* (*Jer.* i, 5).

33. Prophetiæ autem genera septem sunt: Primum genus, *Ecstasis*, quod est mentis excessus, sicut vidit Petrus vas illud submissum de cælo in stupore mentis cum variis animalibus.

34. Secundum genus, *visio* sicut apud *Isaiam* dicentem: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum* (*Isa.* vi, 1). Tertium genus, *somnium*, sicut *Jacob* subnixam in cælo sealam dormiens vidit. Quartum genus, *per nubem*, sicut ad *Moysen*, et ad *Joh* post plagam loquitur Deus.

333 35. Quintum genus, *vox de cælo*, sicut ad *Abraham* sonuit dicens: *Ne injicias manum tuam in puerum*, (*Gen.* xxii, 12). Et da *Saulum* in via: *Saule, Saule, quid me persequeris* (*Act* ix, 4)?

36. Sextum genus, *accepta parabola*, sicut apud *Salomonem* in *Proverbiis*, et apud *Balaam*, cum evocaretur a *Balac*. Septimum genus, *repletio sancti Spiritus*, sicut pene apud omnes prophetas.

37. ⁱ Alii tria genera visionum esse dixerunt. Unum secundum oculos corporis, sicut vidit *Abraham* tres viros sub ilice *Mambre*, et *Moyses* ignem in rubo, et discipuli transfiguratum Dominum in monte inter *Moysen*, et *Eliam*, et cætera hujusmodi.

38. Alterum secundum spiritum, quod imaginamur ea quæ per corpus sentimus, sicut vidit *Petrus*, discum illum submitti de cælo cum variis animalibus, et sicut *Isaias* Dominum in sede altissima non corporaliter, sed spiritualiter vidit.

39. Non enim Deum forma corporea circumterminat, sed quemadmodum figurate, non proprie multa dicuntur, ita etiam figurate multa monstrantur.

D 40. Tertium autem genus visionis est, quod neque corporeis sensibus, neque illa parte animæ, qua corporalium rerum imagines capiuntur, sed per intuitum mentis, quo intellecta conspiciuntur veritas, sicut *Daniel* hoc præditus mente vidit, quod *Balthasar* viderat corpore, sine quo genere illa duo, vel infructuosa sunt, vel etiam in errorem mittunt. Omnia tamen hæc genera Spiritus sanctus moderatur.

^e *Misach*., *ibid.*

^f *ETHAN ROB.*, sive *ASEENSUS*. Ita etiam apud *Hieronymum*, *accensus* malebat *A. August.*

^g *Quosd. enim inhærentes*, Ex *Aug.* in ps. xxxviii.

^b *Olda*. Ex Nom. III Reg.

ⁱ *Alii tria gen... moderatur*. Omnia ex *Aug.* contra *Adimant.*, eap. ultim.

41. Habere autem Prophetiam. non solum bonus, sed etiam malus potest; nam invenimus Saulem regem prophetasse. Persequatur enim sanctum David, et impletus Spiritu prophetare cœpit.

CAPUT IX.

De apostolis.

1. Apostoli *missi* interpretantur: hoc enim eorum nomen indicat. Nam sicut Græce ἀγγελοι, Latine *nuntii* vocantur, ita Græce apostoli, Latine *missi* appellantur. Ipsos enim misit Christus evangelizare per universum mundum, ita ut quidam Persas, Indosque penetrarent, docentes gentes, et facientes in nomine Christi magna et incredibilia miracula, ut, attestantibus signis et prodigiis crederetur illis in iis quæ dicebant et viderant. Habent autem plerique ex iis causas suorum vocabulorum.

2. *Petrus* a *petra* nomen accepit, hoc est, a Christo super quem est fundata Ecclesia. Non enim a Petro petra, sed Petrus a petra nomen sortitus est, sicut non Christus a Christiano, sed Christianus a Christo vocatur, ideoque ait Dominus: *Tu es Petrus, et super hanc petram, etc.*, quia dixerat Petrus: *Tu es Christus Filius Dei vivi*; deinde ei Dominus: *Super hanc, inquit, petram, quam confessus es, ædificabo Ecclesiam meam*. Petra enim erat Christus, super quod fundamentum etiam ipse ædificatus est Petrus.

3. ^a *Cephas* dictus, eo quod in *capite* sit constitutus apostolorum; **335** κεφαλή enim Græce *caput* dicitur, ^b et ipsum nomen in Petro Syrum est.

4. *Simon Barjona* in linguam nostram sonat *filius columbæ*, et est nomen Syrum pariter et Hebræum. **BAR** quippe Syra lingua *filius*, **JONA** *columba*, utroque sermone, dicitur.

5. Alii simpliciter accipiunt, quod Simon, id est, Petrus filius sit Joannis, juxta illam interrogationem: *Simon Joannis, diligis me?* et volunt Scriptorum vitio depravatum, ut pro *Barjoanna*, hoc est, *filius Joannis*, *Barjona* scriptum sit, una detracta syllaba. *Joanna* autem interpretatur *Domini gratia*.

6. Et fuisse constat Petrum trinomium: *Petrum, Cepham, et Simonem Barjona*; ^c *Simon* autem Hebraice interpretatur *obediens*.

7. *Saulus* Hebraice sermone *tentatio* dicitur, eo quod prius in tentatione Ecclesiæ sit versatus. Persecutor enim erat, et inde nomen habebat istud, quando persequatur Christianos.

8. Postea, mutato nomine, de Saulo factus est *Paulus*, quod interpretatur *mirabilis*, sive *electus*. Mirabilis, vel quia multa signa fecit, vel quia ab Oriente usque ad Occasum Evangelium Christi in omnibus gentibus prædicavit.

CAP. IX. — ^a *Cephas... quod in capite*. Græcam etymologiam Anaclei III, Dionysii Areopag. et Optati Milevitani exemplo reddidit, cum Syrum verbum esse constet, idque statim idem testetur. Cujus rei exempla alia rationemque non inelegantem. Vid. apud Turrian., lib. II contr. Magdeburg., cap. 3.

^b *Et ipsum nomen in Petro Syr*. Vid. Hieron. Matth. VI, et in Nomin. ex eodem.

^c *SIMON... obediens*. Hieron.,: *SIMON... quippe OBEDIENS dicitur*.

A 9. Electus, sicut in Actibus apostolorum Spiritus sanctus dicit: *Segregate mihi Barnabam, et Saulum ad opus, ad quod elegi eos* (Act. XIII, 12.) Latino autem sermone *Paulus* a *modico* dictus; unde et ipse ait: *Ego sum minimus apostolorum omnium* (I Cor. XV, 9). Quando enim *Saulus*, superbus, clatus; quando *Paulus*, humilis et modicus.

10. Ideo sic loquimur: *Paulo post videbo te*, id est, *postmodicum*. Nam quia modicus factus est, ipse dicit: *Ego enim sum novissimus apostolorum*; et: *Mihi minimo omnium sanctorum* (Eph. III, 8). *Cephas* autem et *Saulus* ideo mutato nomine sunt vocati, ut essent etiam ipso nomine novi, sicut Abraham et Sara.

B 11. *Andræas*, frater Petri carne, et eohæres gratiæ, secundum Hebræam etymologiam, interpretatur *decorus*, sive *respondens*, sermone ^d autem Græco a *viro virilis* appellatur.

336 12. *Joannes*, quodam vaticinio ex merito nomen accepit; interpretatur enim *in quo est gratia*, vel *Domini gratia*. Amplius enim eum cæteris apostolis dilexit Jesus.

13. ^e *Jacobus Zebedæi* a patre cognominatur, quem relinquens, cum Joanne verum Patrem secuti sunt. Hi sunt filii tonitruï, qui etiam ^f *Boanerges* ex firmitate et magnitudine fidei nominati sunt. Hic est Jacobus filius Zebedæi, frater Joannis, qui post Ascensionem Domini ab Herode manifestatur occisus.

14. *Jacobus Alphæi* ob distinctionem prioris cognominatus qui dicitur filius Zebedæi sicut iste filius Alphæi: cognomentum igitur ambo a patre sumpserunt.

C 15. Iste est *Jacobus minor*, qui in Evangelio frater Domini nominatur, ^g quia Maria uxor Alphæi, soror fuit Matris Domini, quam Mariam Cleophæ Joannes evangelista cognominat, a patre, sive a gentilitate familiæ, aut quacunquē alia causa ei nomen imponens. *Alphæus* autem Hebræo sermone in Latinum exprimitur, *millesimus*, sive *doctus*.

16. ^h *PHILIPPUS*, *os lampadarum* vel *os manuum*.

THOMAS, *abyssus*, vel *geminus*, unde Græce *Didymus* appellatur.

BARTHOLOMÆUS, *filius suspendentis aquas*, vel *filius suspendentis me*. Syrum est, non Hebræum.

17. *Matthæus*, in Hebræo *donatus* exprimitur. Idem et appellatus *Levi* ex tribu a qua ortus fuit. In Latino autem ex opere *Publicanum* nomen accepit, quia ex Publicanis fuit electus, et in apostolatum translatus.

D 18. ⁱ *Simon Cananæus*. ad distinctionem Simonis Petri, de vico Galiliæ Cana; ubi aquas Dominus mutavit in vinum: ipse est qui in alio evangelista scribitur *Zelotes*, Cana quippe *zelus* interpretatur.

19. *Judas Jacobi*, qui alibi appellatur *Lebbæus*, fi-

^d *Sermone autem Græc.* In Nom. ex Act.

^e *Jacobus*. In cap. Math. x.

^f *Boanerges*. Ibid. Sed in Dan. I: *Filii Zebedæi appellati sunt filii tonitruï quod non (ut plerique putant) BOANERGES, sed emendatius legitur BENE-RAHAM, et in Is. LXII. Et in Nom. ex Joann.*

^g *Quia Maria uxor Alph.* Ex eodem advers. Elvid.

^h *PHILIPP.* *os lampadar.* In Nom. ex Act., *lampadar.* In Nom. ex Luc., *OS LAMPADIS, vel OS MANUUM.*

ⁱ *Simon Can... Judas...* In Math. x.

guratum nomen **337** habet a *corde*, quod nos diminutive *corculum* possumus appellare : ipse in alio evangelista *Thaddæus* scribitur, ^a quem ecclesiastica tradit Historia missum Edessam ad Abagarum regem.

20. *Judas Iscariotes*, vel a vico, in quo ortus est, vel ex tribu Issachar vocabulum sumpsit, quodam præsidio futuri in condemnationem sui. *Issachar* enim interpretatur *merces*, ut significaretur pretium proditoris, quo vendidit Dominum, sicut scriptum est : *Et acceperunt mercedem meam, triginta argenteos, pretium quo appretiatum sum ab eis Matth. xxvii, 9).*

1. *Matthias*, qui inter apostolos sine cognomine solus habetur, interpretatur *donatus*, ut subaudiatur pro *Juda*; iste enim in locum ejus electus est ab apostolis, cum pro duobus sors mitteretur.

22. ^b *MARCUS excelsus mandato*, utique propter Evangelium Altissimi, quod prædicavit.

23. *LUCAS, ipse consurgens sine ipse elevans*, eo quod elevaverit prædicationem Evangelii post alios.

4. *BARNABAS, filius Prophetæ, vel filius consolationis.*

CAPUT X.

De reliquis in Evangelio nominibus.

1. *MARIA, ° illuminatrix, sive stella maris*; genuit enim Lumen mundi. Sermonem autem Syro *MARIA Domina* nuncupatur, et pulchre, quia Dominum genuit.

2. *ELISABETH, Dei mei saturitas, vel Dei mei juramentum.*

3. *MAGDALENA, turris. MARTHA, irritans, aut provocans*; sermone autem Syro interpretatur *dominans*.

338 4. *NATHANAEL, donum Dei*, quia dolus, id est, simulatio, dono Dei, in eo non fuit.

5. *ZEBEDÆUS, donatus, sive fluens iste.*

ZACCHÆUS, justus, sive justificatus, sive justificandus: Syrum est nomen, Hebræum.

6. *LAZARUS, adjutus*, eo quod sit a morte resuscitatus.

HERODES, pellicus, gloriosus, clara etymologia.

7. *CAIPHAS, investigator, aut sagax, aut vomens ore*; iniquo enim ore suo justum condemnavit, quamvis hoc mysterio prophetali annuntiasset.

8. ^d *PONTIUS, declinans consilium*, utique Judæorum; accepta enim aqua lavit manus suas, dicens : *Innocens ego sum a sanguine hujus Justi (Matth. xvii, 24).*

9. *PILATUS, os malleatoris*, quia dum Christum

^a *Quem ecclesiast. Ibid. Est autem historia Euseb., lib. I, cap. ultim.*

^b *MARCUS excels. mand. Sæpe hoc repetit Hieronymus. Sed in Nom. Epist. ad Colos. : MARCUS, sublimis mandato, sive AMARUS, vel certe ATTRITUS, atque LIMATUS.*

Cap. X. — ° *MARIA, illumin.* In Nom. ex Matth. : *MARIAM plerique æstimant interpretari ILLUMINANT ME ISTI, vel ILLUMINATRIX, vel SMYRNA MARIS. Sed mihi nequaquam videtur : Melius est autem ut dicamus sonare eam STELLAM MARIS, sive AMARUM MARE. Sciendum quoque quod MARIA sermone Syro DOMINA nuncupatur.*

^d *Pontius declinans consilium. Ita Goth. Cod., et apud Hieronymum; Concilium, Impressi. Reliqua hujus*

A ore suo, et justificat, et condemnat, more malleatoris utraque ferit.

10. *BARRABA, filius magistri*, eorum absque dubio Judæorum magistri, qui est diabolus, homicidiorum auctor, qui usque hodie regnat in eis.

CAPUT XI.

De martyribus.

1. *Martyres* Græca lingua Latine *testes* dicuntur, unde, et *testimonia* Græce *martyria* nuncupantur. *Testes* autem ideo vocati sunt, quia propter testimonium Christi passiones sustinuerunt, et usque ad mortem pro veritate certaverunt.

2. Quod vero non *testes* (quod Latine utique possemus), sed Græce *martyres* appellamus, familiarius Ecclesiæ auribus hoc Græcum verbum sonat, sicut multa Græca nomina, quæ pro Latinis utimur.

3. Martyrum primus in Novo Testamento *Stephanus* fuit qui sermone Hebræo interpretatur *norma*, quod prior fuerit in martyrio **339** ad imitationem fidelium : idem autem ex Græco sermone in Latinum vertitur *coronatus*, et hoc prophetice, ut quod sequeretur in re, vaticinio quodam futuri prius in vocabulo resonaret; passus est enim, et quod vocabatur accepit. *Stephanus* enim *corona* dicitur, humiliter lapidatus, sed sublimiter coronatus.

4. ° Duo autem sunt martyrii genera, unum in aperta passione, alterum in occulta animi virtute. Nam multi hostis insidias tolerantes, et cunctis carnalibus desideriis resistentes, per hoc quod se Omnipotenti Deo in corde maclaverunt, etiam pacis tempore martyres facti sunt, qui etiam, si persecutionis tempore existerent, martyres esse potuerunt.

CAPUT XII.

De clericis.

1. Cleros ^f et clericos hinc appellatos (credimus) quia *Matthias* sorte electus est, quem primum per apostolos legimus ordinatum, *κληρος* enim Græce, *sors*, vel *hæreditas* dicitur.

2. Propterea ergo dicti *clerici*, quod de *sorte* sunt Domini, ^g vel quia Dominum partem habent. Generaliter autem *clerici* nuncupantur omnes qui in Ecclesia Christi deserviunt, quorum gradus et nomina hæc sunt :

3. *Ostiarium, ^h psalmista, lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, diaconus, presbyter et episcopus.*

340 4. ⁱ Ordo episcoporum quadripartitus est, id cap. ex eodem Hieron.

CAP. XI. — ° *Duo sunt autem martyrii gen.* Ex Greg. III Dialog., cap. 26.

CAP. XII. — ^f *Cleros et cleric.* Ex Augustin., in ps. LXVII.

^g *Vel quia Dominum partem.* Al., *Domini partem.* Utrumque retulit in lib. Cff.

^h *Psalmist., lect. Psalmista, sive lector,* Rab., lib. I, cap. 4. Non est autem *psalmista* ordinis aut gradus proprium nomen. Sed ordinis nomine aliquando censerit fatetur D. Th. in Addit., q. 37, art. 2.

ⁱ *Ordo episcop. quadripartitus.* Sic Rab., Grat. et veteres libri, sed idem Rab., lib. I, cap. 5 : *Tripartitus est, id est, in PATRIARCHIS, ARCHIEPISCOPI, qui et metropolitani sunt, et in EPISCOPI.*

est, in patriarchis, archiepiscopis, metropolitibus atque episcopis.

5. Patriarcha Græca lingua summus Patrum interpretatur, ^a quia primum, id est, apostolicum retinet locum, et ideo quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus et Alexandrinus.

6. Archiepiscopus Græco vocabulo, quod sit summus episcoporum, tenet enim vicem apostolicam, et præsidet, tam metropolitanis quam episcopis cæteris. (^b Metropolitanus autem a mensura civitatum vocati.)

7. Singulis enim provinciis præ eminent, quorum auctoritati et doctrinæ cæteri sacerdotes subjecti sunt, sine quibus nihil reliquos episcopos agere licet, sollicitudo enim totius provinciæ ipsis commissa est.

8. Omnes autem superius designati ordines uno eodemque vocabulo episcopi nominantur, sed ideo privato nomine quidam utuntur propter distinctionem potestatis, quam singulariter acceperunt.

9. PATRIARCHA, patrum princeps; ἄρχος enim princeps.

10. ARCHIEPISCOPUS, princeps episcoporum, sicut metropolitanus a mensura civitatum.

344 11. ^c Episcopatus autem vocabulum inde ductum, quod ille qui super efficitur superintendat, curam scilicet subditorum gerens, σκοπεῖν enim Græce, Latine intendere dicitur.

12. Episcopi autem Græce, Latine speculatores interpretantur; nam speculator est præpositus in Ecclesia, dictus, eo quod speculetur, atque prospiciat populorum infra se positorum mores et vitam.

13. PONTIFEX, princeps sacerdotum est, quasi via sequentium, ipse et summus sacerdos, ipse et pontifex maximus nuncupatur; ipse enim efficit sacerdotes atque levitas, ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit, ipse quid unusquisque facere debeat ostendit.

14. Antea autem pontifices et reges erant; ^d nam majorum hæc erat consuetudo, ut rex esset etiam sacerdos et pontifex. Unde et romani imperatores pontifices dicebantur.

15. ^e Vates a vi mentis appellatus, cujus significatio multiplex est; nam modo sacerdotem, modo prophetam significat, modo poetam.

16. ANTISTES sacerdos dictus, ab eo quod ante stat, primus est enim in ordine Ecclesiæ, et supra se nullum habet.

17. Sacerdos autem nomen habet compositum ex

^a Quia primum, id est apostol. Sic Rab. et vetus Gratiani lib. cum Gothicis libris.

^b Metropolitanus autem. Hæc parenthesi inclusimus, vel quia aliena fortasse sunt, ut censebat Chæcon, cum veriore interpretationem Rabanus retineat, qui omnia hæc ex Isidoro sumpsit, vel ut quæ sequuntur: Singulis e. provinciis, etc., archiepiscopis aptentur ex sententia Antonii Augustini. Cui duo veteres libri favent, in quibus post hæc omnia metropolitanus etymon hoc qualecunque est collocatum. Sic etiam erit episcoporum tripertitus ordo.

^c Episcop. vocab. Ex Aug., XIX de Civit., cap. 19.

^d Nam majorum. E Serv., Æn. III, ad vers. Rex

Græco et Latino, quasi sacrum dans, sicut enim rex a regendo, ita sacerdos, 342 ^a sanctificando vocatus est; consecrat enim, et sanctificat.

18. Sacerdotes autem gentilium flamines dicebantur. Hi in capite habebant pileum, in quo erat brevis virga desuper, habens lanæ aliquid. Quod cum per æstum ferre non possent, filo tantum capita religare cœperunt.

19. Nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas erat: unde a filo, quo utebantur, ^s lamines dicti sunt, quasi flamines. Verum festis diebus filo depositis, pileum imponebant pro sacerdotii eminentia.

20. Presbyter Græce, Latine senior interpretatur non modo pro ætate, vel decrepita senectute, sed propter honorem et dignitatem, quam acceperunt, presbyteri nominantur: ^h unde et apud veteres idem episcopi et presbyteri fuerunt, quia illud nomen dignitatis est, hoc ætatis.

21. Ideo autem et PRESBYTERI sacerdotes vocantur quia sacrum dant, sicut et episcopi; ⁱ qui licet sint sacerdotes, tamen pontificatus apicem non habent, quia nec chrismate frontem signant, nec Paraclitum Spiritum dant, quod solis deberi episcopis lectio Actuum apostolorum demonstrat.

22. Levitæ ex nomine auctoris vocati; de Levi enim Levitæ exorti sunt, a quibus in templo Dei mystici sacramenti ministeria explebantur. Hi Græce diaconi, Latine ministri dicuntur, quia ^j sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono mysterii dispensatio habetur.

23. Hypodiaconi Græce, quos nos subdiaconos dicimus, qui ideo sic appellantur, quia subjacent præceptis et officiis levitarum. 343 Oblationes enim in templo Dei a fidelibus ipsi suscipiunt, et levitis superponendas altaribus deferunt: hi ^k apud Hebræos Nathinavi vocantur.

24. Lectores a legendo PSALMISTÆ, a psalmis canendis vocati; illi enim prædicant populis quid sequantur; isti canunt ut excitent ad compunctionem animos audientium, licet et quidam lectores ita miseranter pronuntiant, ut quosdam ad luctum lamentationemque compellant.

25. Idem etiam pronuntiatores vocantur, quod porro annuntiant; tanta enim, et tam clara erit eorum vox, ut quamvis longe positorum aures adimpleant.

26. Cantor autem vocatus, quia vocem modulatur in cantu. Hujus ^l duo genera dicuntur in arte musica, sicut ea docti homines Latine dicere potuerunt, præcentor, et succentor.

27. Præcentor, qui vocem præmittit in cantu.

Avius.

^e VATES, a viment. — Avientis versibus, Varr. lib. VI.

^f Sanctificando. Eodem modo, lib. IX, cap. 3.

^g Flamini. E Serv., Æn. VIII. Vid. Fest. et Varr.

^h Unde et apud vet. idem episcopi. Ex Hier., epist. 83, ad Ocean.

ⁱ Qui licet sint sacerdot. Ex Innoc. I, epist. 1, cap. 3.

^j Sicut in sacerdote consec. Ex epist. ad Rustic. Narb., de sept. gradibus Eccles. quæ cum Hieronymi operibus circumfertur.

^k Hi apud Heb. NATHANAI. Al., Nathanavi. Vid. II Off. Eccl., cap. 10, Raban.

^l Duo genera... respondit. Ex Aug. in ps. LXXXVII.

Succentor autem, qui *subsequenter canendo respondet*.

28. *Concentor* autem dicitur, quia *consonat*; qui autem non *consonat*, nec *concinit*, nec *concentor* erit.

29. *Acolythi* Græce, Latine *ceroferarii* dicuntur, a *deportandis cereis* ^a quando legendum *Evangelium* est, aut sacrificium offerendum.

30. Tunc enim accenduntur luminaria ab eis, et deportantur, non ad effugandas tenebras, dum sol eodem tempore rutilet, sed ad signum lætitiæ demonstrandum, ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur de qua in *Evangelio* legitur: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*.

31. *Exorcistæ* ex Græco in Latinum *adjurantes*, sive *increpantes* vocantur. Invocant enim super ^b energumenos, vel super eos qui habent spiritum immundum, nomen Domini Jesu, *adjurantes* per eum ut egrediatur ab eis.

32. *Ostiarii*, iidem et *janitores*, qui in veteri Testamento electi sunt ad custodiam templi, ut non ingrederetur illud immundus in omni re: dicti autem *ostiarii*, quod præsent *ostiis* templi. ^c Ipsi enim tenentes clavem, omnia intus extraque custodiunt, atque inter bonos et malos habentes iudicium, fideles recipiunt, respuunt infideles.

CAPUT XIII.

De monachis.

1. *Monachus* Græca etymologia vocatus, eo quod sit *singularis*; *μοναχ* enim Græce *singularitas* dicitur. Ergo si *solitarius* interpretatur vocabulum *monachi*, quid facit in turba qui solus est? ^d Plura sunt autem genera monachorum.

2. *Cœnobitæ*, quos nos *in commune viventes* possumus appellare. ^e Cœnobium enim plurimorum est.

3. *Anachoritæ* sunt qui post cœnobialem vitam deserta petunt, et soli habitant per deserta; et ab eo quod procul ab hominibus recesserunt, tali nomine nuncupantur; sed *anachoritæ* Eliam et Joannem, cœnobitæ apostolos imitantur.

4. *Eremitæ* ii sunt qui et *anachoritæ*, ab hominum conspectu remoti, *eremum* et *desertas solitudines*

^a Quando *Evang.* Ex Hier., epist. advers. Vigilant.

^b Super *energ.* Vid. in Off. Eccl., c. 13, et d. 23, cap. 27.

^c Ipsi enim tenent *cl.* Ex d. epist. ad Rust. Narb.

CAP. XIII. — ^d Plura autem sunt *gen. Monach.* Ex Hieron. ep. ad Eustoch. 22.

^e Cœnob. enim. Ex Cassian., collat. 18, cap. 10, et cap. 4 et seq.

appetentes. Nam *eremum* dicitur quasi *remotum*.

5. *Abba* autem Syrum nomen, significat in Latino *pater*, quod Paulus Romanis scribens exposuit, dicens: *In quo clamamus: Abba, pater*, in uno nomine duabus usus linguis. Dicit enim *abba* Syro nomine *patrem*, et rursus Latine nominat *itidem patrem*.

345 CAPUT XIV.

De cæteris fidelibus.

1. *Christianus*, quantum interpretatio ostendit, de *unctione* deducitur, sive de nomine Auctoris et Creatoris. A *Christo* enim *Christiani* sunt cognominati, sicut a *JUDA Judæi*. De Magistri quippe nomine cognomen sectatoribus datum est.

2. *Christiani* autem olim a *Judæis*, quasi opprobrio, *Nazaræi* vocabantur, pro eo quod Dominus noster atque Salvator a vico quodam Galilææ *Nazaræus* sit appellatus.

3. Non se autem gloriatur *Christianum*, qui nomen habet, et facta non habet. Ubi autem nomen secutum fuerit opus, certissime ille est *Christianus*, quia se factis ostendit *Christianum*, ambulans sicut et ille ambulavit, a quo et nomen traxit.

4. *CATHOLICUS universalis*, sive *generalis* interpretatur; nam Græci *universale καθολικόν* vocant.

5. *Orthodoxus* est *recte credens*, et *ut credit vivens*; *ὀρθός* enim Græce *recte* dicitur ^f *δόξα gloria*: hoc est, *vir rectæ gloriæ*. Quo nomine non potest vocari qui aliter vivit quam credit.

6. *Neophytus* Græce, Latine *novellus*, et *rudis*, *fidelis*, vel *nuper renatus* interpretari potest.

7. *Catechumenus* dicitur pro eo quod adhuc doctrinam fidei audit, nec dum tamen baptismum percepit, nam *παιτηγόμενος* Græce *auditor* dicitur.

8. ^g *Competens* vocatur qui post instructionem fidei **346** gratiam Christi, inde et a petendo *competentes* vocati.

9. *LAICUS*; *popularis*; *λαός* enim Græce *populus* dicitur.

10. *Proselytus*, id est, *advena*, et *circumcisis*, qui miscbatur populo Dei, Græcum est.

CAP. XIV. — ^f *DOXA, gloria*, Opinio potius, ut re liqua convenient.

^g *Competens vocatur*. Ex Aug., serm. ad competentes. Hieronymus, ad Pammach., epist. 64: *An non tu potius scindis Ecclesiam, qui præcepisti Bethleem presbyteris, ne competentibus nostris in Pascha baptismum traderent?*

LIBER OCTAVUS.

DE ECCLESIA ET SECTIS DIVERSIS.

CAPUT PRIMUM.

De Ecclesia et Synagoga.

1. *Ecclesia* Græcum est, quod in Latinum vertitur *convocatio*, propter quod omnes ad se *vocet*. *CATHOLICA, universalis* *ἄπὸ τοῦ καθ' ὅλον*, id est, *secundum totum*; non enim, sicut conventicula hæreticorum, in

aliquibus regionum partibus coarctatur, sed per totum orbem terrarum dilatata diffunditur.

2. Quod etiam Apostolus approbat ad Romam dicens: *Gratias ago Deo meo pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in universo mundo* (*Epist. ad Rom. I, 8*): hinc, et *universitas* ab uno cogno-

minata est, propter quod in *unitatem* colligitur. Unde **A** lendum Deum in hominibus perquiruntur, id est, *fides, spes, charitas*. In fide quid credendum, in spe quid sperandum, in charitate quid sit amandum.

3. Cur autem Ecclesia, cum una sit, a Joanne septem scribuntur, nisi ut una catholica septiformi plena Spiritu designetur? Sicut et de Domino novimus dixisse Salomonem: *Sapientia ædificavit sibi domum, et excidit columnas septem* (Prov. ix, 1), quæ tamen septem una esse non ambigitur, dicente Apostolo: *Ecclesia Dei vivi, quæ est columna et firmamentum veritatis* (I Tim. iii, 15).

317 4. Inchoavit autem Ecclesia a loco, ubi venit de cælo Spiritus sanctus, et implevit uno loco sedentes.

5. Pro peregrinatione autem præsentī Ecclesia **B** *Sion* dicitur, eo quod ab hujus peregrinationis longitudine promissionem rerum cælestium speculatur; et ideo *Sion*, id est, *speculatio* nomen accepit.

6. Pro futura vero patriæ pace *Jerusalem* vocatur, nam *JERUSALEM visio pacis* interpretatur. Ibi enim absorpta omni adversitate, pacem, quæ est Christus, præsentī possidebit obtutu.

7. ^a *Synagoga* Græce *congregatio* dicitur, quod proprium nomen Judæorum populus tenuit. Ipsorum enim proprie *Synagoga* dici solet, quamvis et *Ecclesia* dicta sit.

8. Nostram vero apostoli numquam *Synagogam* dixerunt, sed semper *Ecclesiam*: sive discernendi causa, sive quod inter *congregationem*, unde, *Synagoga*, et *convocationem*, unde *Ecclesia* nomen accepit, distet aliquid, quod, scilicet, congregari et pecora solent, **C** quorum et *greges* proprie dicimus: convocari autem magis est utentium ratione, sicut sunt homines.

CAPUT II.

De religione et fide.

1. *Dogma* ^b a *putando* philosophi nominaverunt, id est, *hoc puto esse bonum, hoc puto esse verum*.

2. ^c *Religio* appellata, quod per eam uni Deo *religamus* animas nostras **318** ad cultum divinum vinculo serviendi. Quod verbum compositum est a *religendo*, id est, *eligendo*, ut ita Latinum videatur *religo*, sicut *eligo*.

3. Tria sunt autem quæ in religionis cultu ad co-

CAP. I. — ^a *Synagoga*. Ex aug. in ps. LXXXI.

CAP. II. — ^b *Dogma* a *putando*. Nempe ἀπό τοῦ δοξάζειν.

^c *Religio*. Aug., lib. i *Retract.*, cap. 13: *Ad unum Deum tendentes, et ei unireligantes animas nostras, unde RELIGIO dicta creditur. In his verbis meīs ratio, quæ reddita est, unde sit dicta religio, plus mihi placuit. Nam non me fugit aliam hujus nominis originem exposuisse Latini sermonis auctores, quod inde sit appellata RELIGIO, quod RELIGATUR, quod verbum compositum est, a LEGENDO, id est ELIGENDO, ut ita Latinum videatur RELIGO, sicut ELIGO. Sed postrema Augustini verba rejicienda putamus, ut male coherentia, et adjecta ab aliquo qui integrum locum descripserit, non animadvertens id etymon secutum fuisse Isidorum quod maxime probaretur Aug. et Lactantio l. iv, c. 28, qui etiam adversus Cic. notationem pluribus verbis disputat, quamvis hoc altero etiam utatur Aug., lib. x de Civ., c. 4: *Ipse namque fons nostræ beatitudinis, ipse omnis appetitionis est finis, hunc eligentes, vel potius religentes (amiseramus namque negligentes)* **D** *lunde ergo religentes, unde RELIGIO dicta perhibetur, ad eum dilectione tendamus. Restat tertia notatio ex Cic., ii, de Nat. Deor.: Qui omnia quæ ad cultum deorum pertinerent diligenter pertractarent, et tanquam relegerent, sunt dicti RELIGIOSI, ex RELEGENDO, ut ELEGANTES ex ELIGENDO. Ut religio sit, vel a religando, vel religendo, vel relegendo.**

^d *Si omnino fiat, quod dic.* Ex Cic., i de Offic.

^e *Quod sit pes*. Recte de spe, quæ virtus sit. Nam spem subdolam qui respexere, SPEM, quasi *sine pede* interpretantur, unde in nummis veteribus non fixa, sed in altitudinem erectis pedibus fingitur. Aliis *spes* ἐπιπέδος est.

^f *Omnis autem dilect.* Aug., xiv de Civitat., cap. 7.

CAP. III. — ^g *Hæresis Græce*. Ex Hieron., ad Gal. v, et ad Tit. iii.

^h *Inde ergo hæresis... vocabitur*. Ex Tertull., in Præscript., apud quem pro INDULGERE, *inducere*, ex hoc loco reponas licet. Nam ea voce paulo post, alibi quæ sæpius utitur.

disciplinam, vel propositum, quod tenendo sequuntur, longe alia in religionis cultu opinantes quam cæteri.

5. *Schisma a scissura* animorum vocatum. Eodem enim cultu, eodemque ritu credit, ut cæteri, solo congregationis delectatur dissidio. Fit autem schisma cum dicunt homines: *Nos justī sumus, nos sanctificamus immundos*, et cætera similia.

6. ^a *Superstitio* dicta, eo quod sit superflua, aut *superinstituta* observatio. Alii dicunt a *senibus*, quia multis annis *superstitēs* per ætatem delirant, et errant *superstitione* quadam, nescientes quæ vetera colant aut quæ veterum ignari asciscant

350 7. Lucretius autem *superstitionem* dicit *superstantium* rerum, id est, cœlestium et divinarum, quæ *super nos stant*, sed male dicit. Hæreticorum autem dogmata, ut facile possint agnosci, causas eorum vel nomina demonstrare oportuit.

CAPUT IV.

De hæresibus Judæorum.

1. **JUDÆI** ^b *confessores* interpretantur. Multos enim ex iis sequitur *confessio*, quos antea perfidia possidebat.

2. **HEBRÆI** *transitores* dicuntur, quo nomine admonentur ut de pejoribus ad meliora transcant, et pristinos errores relinquunt.

3. ^c *Pharisæi*, et *Sadducæi* inter se contrarii sunt nam *Pharisæi* ex Hebræo in Latinum interpretantur *divisi*, eo quod traditionum et observationum, quas illi *δευτερώσεις* vocant, justitiam præferunt. Unde et *divisi* vocantur a populo, quasi per justitiam.

4. *Sadducæi* interpretantur *justi*; vindicant enim sibi quod non sunt, corporis resurrectionem negant, et animam interire cum corpore prædicant. Hi quinque tantum libros legis recipiunt, prophetarum vaticinia respuunt.

351 5. ^d *Esseni* dicunt ipsum esse Christum qui docuit illos omnem abstinentiam.

6. ^e *Masbothæi* dicunt ipsum esse Christum qui docuit illos in omni re sabbatizare.

7. *Genistæi* dicti, eo quod de *genere* Abrahamæ esse se gloriantur; nam cum in Babyloniā venisset populus Dei, plerique, relinquentes uxores suas,

^a *Superstit.* Verba Servii, *Æn.* VIII, ad vers. *Vana superstitio*, etc.; est vero Lucretii locus ad quem respexit, lib. I:

Humana ante oculos fœde cum vita jaceret

In terris oppressa gravi sub religione.

Quæ caput a cœli regionibus ostendebat.

Horibili super aspectu mortalibus instans.

Melius Balbus apud Cic., II de Nat. Deor.

CAP. IV. — ^b *Judæi*. Euseb., lib. IV Hist. Eccl.,

cap. 21, ex Hegesippo septem fuisse refert Hebræo-

rum sectas, quarum nomina hæc sunt: *Essæi*, *Ga-*

lilæi *Hemerobaptistæ*, *Masbothæi*, *Samaritæ*, *Sad-*

lucæi, *Pharisæi*. Justin., contra Triph.,: *Ὅσπερ οὐδε*

Ἰουδαίους ἂν τις ὀρθῶς ἐξετάσῃ, ὁμολογήσειεν εἶναι τοὺς

Ἐσσοῦκαλους, ἢ τὰς ὁμοίας αἰρέσεις γενιστῶν, καὶ με-

ριστῶν καὶ γαλιλαίων, ἑλληνιστῶν, καὶ φαρισαίων, βα-

πτιστῶν, etc.

^c *Pharisæi*... *Sadducæi*. Ex Hieronym., Matth. XXII,

et Isid., XIX.

^d *Esseni*. Vel *Essæi*. ex Euseb. Convenit autem

quod Hieronymus; lib. II advers. Jovin. ex Josepho

A Babylonicis mulieribus adhæserunt; quidam autem Israeliticis tantum conjugii contenti, vel ex eis geniti, dum reversi essent de Babylonia, dividerunt se ab omni populo, et assumpserunt sibi hoc nomen jactantiae.

8. ^f *Meristæi* appellati, eo quod separant scripturas, non credentes omnibus prophetis, dicentes aliis et aliis spiritibus illos prophetasse; *μέρος* enim Græce, Latine *pars* dicitur.

9. *Samaritæ* dicti, quod legem solam custodiant, nam prophetas non recipiunt.

10. ^g *Hemerobaptistæ*, eo quod quotidie vestimenta sua et corpora lavant.

CAPUT V.

De hæresibus Christianorum.

B 1. Quidam ^h etiam hæretici de Ecclesia recesserunt, et ex nomine auctorum suorum nuncupantur; quidam vero ex causis quas eligentes instituerunt.

352 2. *Simoniani* dicti a *Simone* magicæ disciplinæ perito, cui Petrus in Actibus apostolorum maledixit, pro eo quod ab apostolis Spiritus sancti gratiam pecunia emere voluisset: hi dicunt creaturam non a Deo, sed a virtute quadam superna creatam.

3. *Menandriani* a *Menandro* mago discipulo Simonis nuncupati, qui mundum non a Deo, sed ab angelis factum esse asseruit.

4. *Basilidiani* a *Basilide* appellati, qui, inter reliquas blasphemias, passum Jesum abnegavit.

5. ⁱ *Nicolaitæ* dicti a *Nicolao*, diacono Ecclesiæ Hierosolymorum, qui cum Stephano et cæteris constitutus est a Petro; qui propter pulchritudinem relinquens uxorem, ut qui vellet ea uteretur, versa est in stuprum talis consuetudo, ut invicem conjugia commutarentur: quos Joannes in Apocalypsi improbat, dicens: *Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum.*

6. *Gnostici* propter excellentiam scientiæ se ita appellare voluerunt. Animam naturam Dei esse dicunt, bonum et malum Deum suis dogmatibus fingunt.

7. *Carpocratiani* a *Carpocrate* quodam vocantur, qui dixit Christum hominem fuisse tantum, et de utroque sexu progenitum.

de his refert, quod ab uxoribus, vino et carnibus abstinerent, et quotidianum jejunium verterent in naturam.

D ^e *Masbothæi*. Hoc eorum proprium fuisse nomen, præter Eusebii verba quæ indicavimus, hæresis ipsa Sabbatizandi, iis præsertim qui Hebræas litteras attingerunt, satis ostendit.

^f *Meristæi*. *Meristæ*, Cod. Rom. De Essenis Epiph. in prolog. *Ἐχρῶντο γραφαῖς ἐτέραις μετὰ τὸν νόμον, τοὺς δὲ πλείους τῶν μετέπειτα προφητῶν ἀπεβάλλοντο.*

^g *Hemerobaptistæ*. Epiph., lib. ... cap. 17. Retinent hunc morem interiorum vestium identidem lavandarum Fessani Mauri.

CAP. V. — ^h *Quidam*. Ex Aug., de Hæres., ad Quodvultd., et Gennadii catalogo pleraque. Vid. 24, q. 3.

ⁱ *Nicolaitæ*. Aug. *Qui cum de zelo pulcherrimæ conjugis culparetur, velut purgandi se causa, permisisse fertur ut qui vellet ea uteretur, quod ejus factum in sectam turpissimam versum est, qua placet usus indifferens feminarum.*

8. *Cerinthiani* a *Cerintho* quodam nuncupati. Hi inter cætera circumcisionem observant, mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros prædicant: unde et Græce *Chiliastæ*, Latine *Millenarii* sunt appellati.

9. Nazaræi dicti, qui dum Christum, qui a vico Nazaræus est appellatus, Filium Dei confiteantur, omnia tamen veteris Legis custodiunt.

353 10. ^a *Ophitæ* a *colubro* nominati sunt. *Coluber* enim Græce *ὄφις* dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradysum induxisse virtutis cognitionem.

11. ^b *Valentiniani* a *Valentino* quodam Platonicæ sectatore vocati, qui *ζῶνας*, id est, *sæcula* quædam in originem Dei Creatoris induxit: Christum quoque de Virgine nihil corporis assumpsisse, sed per eam quasi per fistulam transisse asseruit.

12. ^c *Apellitæ*, quorum *Apelles* princeps fuit, qui creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris Dei faciens Deum legis et Israelis, illum igneum affirmans, dixit Christum non Deum in veritate, ^d sed nomen in phantasia apparuisse.

13. ^e *Archontiaci* a *principibus* appellantur, qui universitatem quam Deus condidit opera esse archangelorum defendunt.

14. *Adamiani* vocati, quod *Adæ* imitentur nuditatem; unde et nudi orant, et nudi inter se mares feminaeque conveniunt.

15. ^f *Cainani* proinde sic appellati, quoniam *Cain* adorant.

16. *Sethiani* nomen acceperunt a filio Adam, qui vocatus est *Seth*, dicentes eundem esse Christum.

17. *Melehisedeeliani* vocati pro eo quod *Melehisedeel* sacerdotem Dei, non hominem fuisse, sed virtutem Dei esse arbitrantur.

18. ^g *Angelici* vocati, quia *angelos* colunt.

354 19. *Apostolici* hoc sibi nomen ideo præsumpsunt, quod nihil possidentes proprium, nequaquam recipiant eos qui aliquid in hoc mundo utuntur.

20. *Cerdoniani* a *Cerdone* quodam nominati, qui duo contraria principia asseruit.

^a *Ophitæ*. Ex Tertull. Præscript., a quo nonnihil discrepat Isidorus, quod ille serpentem ait fuisse virtutem quæ generi humano scientiam bonorum et malorum contribuit; quare vocem *virtutis* rejiciebat Chacon. Vid. Epiph., Philastr., August.

^b *Valentiniani*.... *Platonicæ sectatore*. Ita Cod. Neap., recte. Tertull.: *Ubi nunc Marcion Stoicæ studiosus? Ubi Valentinus Platonicæ sectator?*

^c *Apellitæ*. Ex eodem. Vid. Epiph. et Irenæ.

^d *Sed hominem in phantasia apparuisse*. At Tertull. ita de Apelle: *Christum neque in phantasmate dicit fuisse, sicut Marcion, neque in substantia veri corporis ut Evangelium docet*. Et in lib. de Carne Christi, et in lib. de Resurr. separatim profitetur se disputare adversus Marcionem, qui veritatem carnis Christo tollebat, vanitatem phantasmatis inducens; et contra Apellem, qui solidum corpus et carnem recipiebat, non tamen natam, sed de sideribus et substantiis superioribus tractam. Itaque negaba

21. ^b *Marcionistæ* a *Marcione* stoico philosopho appellati, qui, Cerdonis dogma secutus, alterum bonum, alterum justum Deum asseruit, tanquam duo principia creationis et bonitatis.

22. *Artotyritæ* ab oblatione vocati. Panem enim et caseum offerunt, dicentes primis hominibus oblationem a fructibus terræ et a fructibus ovium fuisse celebratam.

23. *Aquarii* appellati, eo quod *aquam* solam offerunt in calice sacramenti.

24. *Severiani* a *Severo* exorti, vinum non bibunt, Vetus Testamentum et resurrectionem non recipiunt.

25. ⁱ *Tatiani* a *Tatiano* quodam vocati, qui et *Encratitæ* dicti, quia carnes abominantur.

B 26. *Alogii* vocantur tanquam *sine Verbo*; *λόγος* enim Græce *Verbum* dicitur. Deum enim Verbum non credunt, respuentes Joannis Evangelium et Apocalypsim.

27. *Cataphrygiis* nomen provincia *Phrygia* dedit, quia ibi exstiterunt auctores earum Montanus, Prisca et Maximilia: hi adventum Spiritus sancti non in apostolis, sed in se traditum asserunt.

28. ^j *Cathari* propter munditiam ita se nominaverunt. Gloriantes enim suis meritis, negant pœnitentibus veniam peccatorum: viduas si nupserint, tanquam adulteras damnant; mundiores se cæteris prædicant. Qui nomen suum si cognoscere vellent, mundanos se potius quam mundos vocarent.

29. *Pauliani* a *Paulo Samosateno* exorti sunt, qui dixit non semper fuisse Christum, sed a Maria sumpsisse initium.

355 30. ^k *Hermogeniani* ab *Hermogene* quodam vocati, qui materiam non natam introducens, Deo non noto eam comparavit, matremque elementorum et deam asseruit; quos Apostolus improbat, elementis servientes.

31. ^l *Manichæi* a quodam Persa exstiterunt, qui vocatus est *Manes*. Hic duas naturas et substantias introduxit, id est, bonam et malam, et animas ex Deo quasi ex aliquo fonte manare asseruit. Testamentum Vetus respuunt, Novum ex] parte recipiunt.

hunc locum integrum esse Chacon, cui assentimur.

^e *Archontiaci*.. *opera archangelorum*, — *Archonton* legebat Chacon. Nam et Augustinus *principis* interpretatur.

^f *Cainani*. Vid. not. in Grat.

^g *Angelici*. Vid. Epiph., August. et Theod., ad Coloss. 11. et concil. Laodic., cap. 35.

^b *Marcionistæ*... *a quo duo princip.* Augustinum sequitur. Nam Epiphanius tria principia ab his inducta refert.

ⁱ *Tatiani*.... *qui est Encratitæ*. Ita legend. ex Aug. Epiph. et veteribus lib. non. *Encratitæ*. Nam quamvis Isid. carnum tantum meminerit, constat eos vino carne et nuptiis abstinuisse.

^j *Cathari*... *viduas si nup.* Verba Aug., in lib. de Agon. Chr. cap. 34.

^k *Hermog...* *quos apost. improb.* Ex Tert. Præscr.

^l *Manich*... *qui vocatus est MANES*. Al., *Manis*; apud Aug. *Manin*.

32. ^a *Anthropomorphitæ* dicti pro eo quod, simplicitate rustica, Deum habere humana membra quæ in divinis libris scripta sunt, arbitrantur. Ἄνθρωπος enim Græcè, Latine *homo* interpretatur, ignorantes vocem Domini, qui ait: *Spiritus est Deus*; incorporeus est enim, nec membris distinguitur, nec corporis mole censetur.

33. ^b *Hierachitæ* ab *Hieracha* auctore exorti: monachos tantum recipiunt, conjugia respuunt, regna cælorum parvulos habere non credunt.

34. ^c *Novatiani* a *Novatiano* Romæ urbis presbytero exorti, qui adversus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus invadere, hæresim instituit, nolens apostatas suscipere, et rebaptizans baptizatos.

35. *Montani* hæretici dicti, quod tempore persecutionis in *montibus* latuerunt, qua occasione se a catholicæ Ecclesiæ corpore diviserunt.

36. ^d *Ebionitæ* ab *Ebione* dicti, sive a *paupertate*; Christum enim, **356** per profectum solum, virum justum putant effectum. Unde competenter *Ebionitæ* pro *paupertate* intelligentiæ compellati sunt. ^e Hi semijudei sunt, ^f et ita tenent *Evangelium*, ut Legem carnaliter servant, ^g adversus quos Apostolus ad Galatas scribens invehitur.

37. ^h *Photiniani* a *Photino* Gallogræciæ Sirmiæ episcopo nuncupati, qui Ebionitarum hæresim suscitans, asseruit Christum a Maria per Joseph nuptiali coitu fuisse conceptum.

38. *Aeriani* ab *Aerio*, quodam nuncupati sunt: hi offerre sacrificium pro defunctis spernunt.

39. ⁱ *Ætiani* ab *Ætio* sunt vocati, iidemque *Eunomiani*, ab *Eunomio* quodam dialectico Ætii discipulo, ex cujus nomine magis innotuerunt, dissimilem Patri asserentes Filium, et Filio Spiritum sanctum. Dicunt etiam nullum imputari peccatum in fide manentium.

40. ^j *Origeniani* ab *Origene* auctore exorti sunt, dicentes quod non possit Filius videre Patrem, nec Spiritus sanctus Filium. Animas quoque in mundi principio dicunt peccasse, et, pro diversitate peccatorum, a cælis usque ad terras diversa corpora, quasi vincula, meruisse, eaque causa factum fuisse mundum.

41. *Noetiani* a quodam *Noeto* vocati, qui dicebat Christum eundem esse, et Patrem, et Spiritum san-

^a *Anthropomorph.* Ex Hier., advers. errores Joann. Hierosolymitan.

^b *Hierachitæ.* Etiam Hilarius Hieracham auctorem appellat lib. vi de Trin.

^c *NOVATIANI* a *NOVATIANO*. Ita legendum ex Hier. catalogo, non *Novata*, quamvis hic primus auctor sectæ fuerit. Hos cum Catharis (de quibus paulo ante) non est necesse eodem fuisse. Sed aliquid commune habuisse.

^d *Ebionitæ.* Eusebius, lib. III Hist., cap. 27, Rufino interprete: *Ebionæi solum esse hominem putant, et per profectum vitæ ac virtutis virum justum effectum.* Et paulo post: *Unde competenter EBIONITÆ pro PAUPERTATE intelligentiæ appellati sunt.* Horum meminit sæpe Hieronym., et Tertull. in Præscript.

^e *Hi semijudei.* Ita appellat Ebionem ad Gal. III Hieronym.

^f *Et ita tenent Evang.* Ex eodem, in Is. I.

^g *Adversus quos ad Gal.* Ex Tertull. Præscript. ita auctissima verba trib. ex locis contexta.

ctum; ipsamque Trinitatem in officiorum nominibus non in personis accipiunt. Unde et *Patripassiani* vocantur, quia Patrem passum dicunt.

42. *Sabelliani* ab eodem Noeto pullulasse dicuntur, cujus discipulum perhibent fuisse *Sabellium*, ex cujus nomine maxime innotuerunt; unde, et *Sabelliani* vocati sunt. Hi unam personam Patris, et Filii, et Spiritus sancti astruunt.

43. *Ariani* ab *Ario* Alexandrino presbytero orti sunt, qui coæternum **357** Patri Filium non agnoscens, diversas in Trinitate substantias asseruit, contra illud quod ait Dominus: *Ego et Pater unum sumus.*

44. *Macedoniani* a *Macedonio* Constantinopolitano episcopo dicti sunt, negantes Deum esse Spiritum sanctum.

B 45. *Apollinaristæ* ab *Apollinare* vocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodo sine anima suscepisse.

46. ^k *Antidicomaritæ* appellati sunt, pro eo quod Mariæ virginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse commistam.

47. *Metangismonitæ*, ideo tale nomen acceperunt, quia ἄγγος Græcè vas dicitur. Asserunt enim sic esse in Patre Filium, tanquam vas minus, intra vas majus.

48. *Patritiani* a quodam *Patritio* nuncupati sunt, qui substantiam humanæ carnis a diabolo conditam dicunt.

49. *Coluthiani* a quodam *Colutho* nominati, qui dicunt Deum non facere mala, contra illud quod scriptum est: *Ego Dominus creans mala.*

C 50. *Floriani* a *Florino*, qui e contrario dicunt Deum creasse mala, contra id quod scriptum est: *Fecit Deus omnia bona.*

51. ^l *Donatistæ* a *Donato* quodam Afro nuncupati, qui de Numidia veniens totam pene Africam sua persuasione decepit, asserens minorem Patre Filium, et minorem Filio Spiritum sanctum, et rebaptizans Catholicos.

52. ^m *Bonosiaci* a *Bonoso* quodam episcopo exorti produntur, qui Christum **358** Filium Dei adoptivum, non proprium asserunt.

53. ⁿ *Circumcelliones* dicti, eo quod *agrestes* sunt, quos *Cotopitas* vocant, supradictæ hæresis habentes

^h *Photiniani* Hieron., de Vir. Illust., et Niceph., lib. IX, cap. 31; mendose apud Damascenum *Smir-nensis* pro *Sirmien.* legitur.

ⁱ *Ætiani*.... dicunt nullum imputari peccatum in fide manentium. Quorum errorem revocavit Lutherus.

^j *Origeniani*... usque ad *filium*. Ex Hieronymi Apolog. Reliqua ex Aug., IX de Civit., cap. 23.

^k *Antidicomaritæ.* Qui et *Antidicomarianitæ* ab Epiphano et Augustino dicuntur.

^l *Donatistæ*... *decepit.* Verba Hier. in Catalogo.

^m *Bonosiaci.* Hi apud Aug. non sunt, et fortasse ab aliquo huc inducti; cujus rei magnum argumentum, quod ante Circumcelliones leguntur, eosque à Donatistis contra Isidori verba mentemque, separant. Nam Circumcelliones Donatistas esse, non Bonosiacos, manifestum est. Bonosiacos vero Photinianis adnumerat Innoc. I, in epist. ad Laurent. Senen.

ⁿ *Circumcelliones.* Hi (ut ait Aug. in ps. LXXXII) Agonistrios se nominabant, quod pro Christo cum

doctrinam. Hi amore martyrii semetipsos perimunt, ut violenter de hac vita discedentes martyres nominentur.

54. *Priscillianistæ* a *Priscilliano* vocati, qui in Hispania ex errore Gnosticorum et Manichæorum permistum dogma composuit.

55. ^a *Luciferiani* a *Lucifero* Sardiniaë episcopo orti, qui episcopos catholicos qui, Constantii persecutione, perfidia Arianorum consentientes erant, et postea correcti redire in catholicam delegerunt, damnantes sive quod crediderant, sive quod se credidisse simulaverant, quos Ecclesia catholica materno recepit sinu, tanquam Petrum post fictum negationis, hanc illi Matris charitatem superbe accipientes, eosque recipere nolentes, ab Ecclesie communiõne recesserunt, et cum ipso Lucifero auctore suo, qui mane oriebatur, cadere meruerunt.

56. *Jovinianistæ* a *Joviniano*, quodam monacho dicti, asserentes **359** nullam nuptiarum et virginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes et simpliciter epulantes esse discrimen.

57. *Elvidiani* ab *Elvidio* nominati, qui dicunt post natum Christum, alios Mariam filios de viro Joseph peperisse.

58. *Paterniani* a *Paterno* quodam exordi; inferiores corporis partes a diabolo factas opinantur.

59. *Arabici* nuncupati, eo quod in *Arabia* exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in novissimo utrumque resurgere.

60. *Tertullianistæ* dicti a *Tertulliano* presbytero Africanæ provinciæ, civitatis Carthaginensis, animam immortalẽ esse, sed corpoream prædicantes, et animas hominum peccatorum post mortem in dæmones verti putantes.

61. *Tessares Cædecatitæ* dicti, quod, quarta decima luna, Pascha cum Judæis observandum contendunt; nam τέσσαρες quatuor, δέκα decem significat.

62. ^b *Nyctages* a somno nuncupati, quod vigilias noctis respuant, superstitionem esse dicentes jura temerari divina, qui noctem ad requiem tribuit.

63. *Pelagiani* a *Pelagio* monacho exorti: hi libedæmonio certarent. Et vere *circumcelliones* dicti, qui circum cellas vagarentur, nulloque in loco consistentes sedes quotidie mutant. In Ovet., Goth., Tarac. et Rom., *Circelliones*, Eisdem Aug. *Montenses*, Philast. *circuitores* appellat. Sed pro *Cotopitæ*, *Coropitæ*, *Catropitæ*, *Catotopisci* (Tot namque aut pluribus modis hoc nomen in libris vet. legitur), *Catoptæ* A. Aug. probabatur. Illorum enim fuit, non tantum se ipsos vario genere mortis interimere, sed aliis quoque in desertis locis insidiari, ut quos possent in eundem furorem incitarent, sibi, ut mortem afferrent. Id ni effecissent, ipsi in illos sæviebant, necatosque pro martyribus colebant. *Biothanati* dicuntur a Philastro.

^a *Luciferiani*. Prima verba Aug. sunt in lib. de Hæresibus, reliqua ex lib. de Agon. Chr., cap. 30. Sed voces illæ auctore suo, quæ August. non sunt, rejici poterant. Fuit autem Lucifer Caralitan. episc., Caralis vero Sardiniaë urbs nobilis. Hujus stat adhuc liber. Vid. Hieron., lib. de Vir. Illust., et Niceph., lib. x, cap. 17.

^b *Nyctages*. Sive *Nystages*, vel *Nystaxontes* a dormitando. Vid. lib. de Off., c. de noctur. Vig.

^c *Aceph...* Hi trium Chalcedon. capitulorum. Cur

rum arbitrium divina gratiæ anteponunt, dicentes sufficere voluntatem ad implenda jussa divina.

64. *Nestoriani* a *Nestorio* Constantinopolitano episcopo nuncupati, qui beatam virginem Mariam, non Dei, sed hominis tantummodo asseruit Genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis; neque unum Christum in verbo Dei, et Carne credidit, sed separatim, atque se junctim alterum Filium Dei, alterum hominis prædicavit.

65. *Eutychediani* dicti ab *Eutyche* Constantinopolitano abbate, qui Christum post humanam assumptionem negavit existere de duabus naturis, sed solam in eo divinam asseruit esse naturam.

360 66. ^c *Acephali* dicti, id est, *sine capite*; nullus enim eorum reperitur auctor, a quo exorti sint. Hi trium Chalcedonensium capitulorum impugnatores, duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, et unam in ejus persona naturam prædicant.

67. ^d *Theodosiani* et *Gaianitæ* appellati, a *Theodosio* et *Gaiano*, qui, temporibus Justiniani principis, in Alexandria populi perversi electione uno die sunt ordinati episcopi. Hi, errores Eutychetis et Dioscori sequentes, Chalcedonense concilium respuunt, ex duabus unam in Christo naturam asserunt, quam Theodosiani corruptam, Gaianitæ incorruptam contendunt.

68. ^e *Agnoitæ* et *Trithitæ* a Theodosianis exorti sunt, ex quibus *Agnoitæ* ab ignorantia dicti, quia perversitati a qua exorti sunt, id adjiciunt, quod Christi divinitas ignoret futura quæ sunt scripta de die et hora novissima, non recordantes Christi personam in Isaia loquentis: *Dies judicii in corde meo*. TRITHITÆ vero vocati, quod sicut tres personas in Trinitate, ita quoque tres astruunt deos esse, contra illud, quod scriptum est: *Audi, Israël, Dominus Deus tuus, Deus unus est*.

69. Sunt et aliæ hæreses sine auctore et sine nominibus: ex quibus aliæ triformem putant Deum esse, ^f aliæ Christi divinitatem passibilem dicunt, aliæ Christi de Patre nativitati initium temporis dant.

361 aliæ ^g liberatione omnium apud inferos factam Christi descensione credunt, aliæ animam imaginem

hæc tria capitula Chalcedonensia appellet, cum sint in quinta synodo tractata; cur item eorundem capitulorum D. Isidorus, aut debeat, aut non debeat defensor videri, vide Annot. Segobricen. antistitis, ad cap. 4 lib. de Vir. Illustrib.

^d *Theodosiani* et *Gaianitæ*. Illi *corrupticolæ*, hi *phantasiastæ* dicuntur in Breviario Liberati, quarum appellationum rationes explicat D. Thom. quodlib. 4. Vid. notat. in Gratian., et Evagr., et Anastasium Bibliothecarium, quorum dicta sumpta sunt ex Petri Theophanis libro qui in Vatican. asservatur.

^e *Agnoitæ* et *Trithitæ*. Greg., lib. Regist. viii, epist. 35 et 42, et Niceph., lib. xviii, cap. 49, qui Agnoitarum Themistium sub Valente, Trithitarum Joann. Philoponum sub Phoca, nobiles Peripateticos duces extitisse refert.

^f *Aliæ Christi divinitatem*. Quos Græci θεοπασχίται; vocant.

^g *Aliæ liberationem omnium*. Ita omnino legendum ex tribus Codicibus Tolet., Salm. et Rom., et ex Aug. indice præfixo ad lib. de Hæresib. et opere ipso. Sic enim in indic. : *Liberationem omnium apud inferos factam Christi descensione credentes*. In opere

Dei negant, aliæ animas converti in dæmones et in quæcumque animalia existimant, aliæ de mundi statu dissentiunt, aliæ innumerabiles mundos opinantur, aliæ aquam Deo coæternam faciunt, aliæ ^a nudis pedibus ambulant, aliæ cum hominibus non manducant.

70. Hæ sunt hæreses adversus catholicam fidem exortæ, et ab apostolis et sanctis Patribus, vel conciliis prædamnatæ : quæ dum in se, multis erroribus divisæ, invicem sibi dissentiunt, communi tamen nomine adversus Ecclesiam Dei conspirant. Sed et quicumque aliter Scripturam sanctam intelligit, quam sensus Spiritus sancti flagitat, a quo conscripta est, licet de Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest.

CAPUT VI.

De philosophis gentium.

1. *Philosophi* Græca appellatione vocantur, qui Latine *amatores sapientiæ* interpretantur. Est enim philosophus qui divinarum et humanarum rerum scientiam habet, et omnem bene vivendi tramitem tenet.

2. ^b Nomen philosophorum primum a Pythagora fertur exortum. Nam dum antea Græci veteres *sophistas*, id est, *sapientes*, aut *doctores sapientiæ* semetipsos jactantius nominarent, iste interrogatus, quid profiteretur? verecundo nomine *philosophum*, id est, *amatorem sapientiæ* se esse respondit, quoniam sapientem profiteri arrogantissimum videbatur.

3. Ita deinceps posteris placuit ut quantalibet de rebus ad sapientiam pertinentibus doctrina quisque, vel sibi, vel aliis videretur excellere, non nisi *philosophus* vocaretur. ^c Iidem autem philosophi triplice genere dividuntur: nam aut *physici* sunt, aut *ethici*, aut *logici*.

4. *Physici* dicti, quia de naturis tractant. *Natura* quippe φύσις Græce vocatur.

362 5. *Ethici*, quia de moribus disputant. *Mos* enim ἦθος apud Græcos appellatur.

6. *Logici* autem quia in naturis et moribus rationem adjungunt. *Ratio* enim Græce λόγος dicitur. Divisi sunt autem et hi in hæresibus suis, ^d habentes quidam nomina ex auctoribus, ut *Platonici*, *Epicurei*, *Pythagorici*; alii a locis conventiculorum, et stationum suarum, ut *Peripathetici*, *Stoici*, *Academicici*.

vero: *Alia*, descendente ad inferos Christo, credidisse incredulos, et omnes inde existimat liberatos.

^a *Aliæ nudis pedibus*. Non quod id nefas sit, sed quia ipsi nefas aliter ambulare putent.

CAP. VI. — ^b Nomen philosoph. Ex Aug., VIII de Civit., cap. 2; et Cic., Tuscul. v.

^c Iidem autem phil. tripl. Aug., ibid.

^d Habentes quidam nomina... **ACADEMICI**. Verba Tertull. in Apologet.

^e *Quam Pæcilenstoan*. Ita veteres libri; *Pisianaction*, Impressi. Et quidem utroque modo constat eam porticum appellatam. Laert. in Zenon. : Ἀναζάπτων δὲ ἐν τῇ ποικίλῃ στοᾷ, τῇ καὶ πεισιανακτεῖω καλουμένῃ, ἀπὸ δὲ τῆς γραφῆς τῆς Πολιγνότου ποικίλῃ, etc. Nisi πησιανακτεῖω, ex Plut., in Cimone, mavis, cujus verba sunt: Καὶ διὰ τοῦτό φασιν ἐν πησιανακτεῖω τότε καλουμένη, ποικίλῃ δὲ ἦν στοᾷ, etc.

A 7. *Platonici* a Platone philosopho dicti. Hi animarum creatorem esse Deum, corporum angelos asserunt, post multos annorum circulos in diversa corpora redire animas dicunt.

8. *Stoici* a loco dicti. Porticus enim fuit Athenis, ^e quam *Pisianactiam* et *Pæcilenstoam* appellabant, in qua picta erant gesta sapientium atque virorum fortium historiæ. In hac porticu sapientes philosophabantur, ex qua et *Stoici* dicti sunt. Græce enim *porticus* στοᾷ dicitur. Hanc sectam primus Zeno instituit.

9. Hi negant sine virtute effici quemquam beatum. Omne peccatum uniforme esse asserunt, dicentes: *Sic ille nocens erit qui palcas furatus fuerit quam qui aurum; qui mergum occiderit quam qui equum; non enim animal crimen, sed animus facit.*

B 10. Hi etiam animam cum corpore perire dicunt. Amant quoque virtutem continentiam, affectant gloriam æternam, cum se fateantur non esse æternos.

11. *Academicici* appellati a villa Platonis *Academia* Athenarum, ubidem Plato docebat. Hi omnia incerta opinantur; sed sicut fatendum est multa incerta et occulta esse quæ voluit Deus excedere intelligentiam hominis, sic tamen plurima esse quæ possint et sensibus capi, et rationi comprehendi.

12. Hanc sectam ^f Arcesilaus Cyrenaicus philosophus reperit; **363** ^g cujus sectator fuit Democritus, qui dixit tanquam in puteo alto, ita ut fundus nullus sit, ita in occulto jacere veritatem.

C 13. *Peripatetici* a *deambulatione* dicti, eo quod Aristoteles auctor eorum deambulans disputare solitus esset. Hi dicunt quamdam particulam animæ esse æternam, de reliquo magna ex parte mortalem.

14. *Cynici* ab immunditia impudentiæ nuncupati. Contra humanam enim verecundiam in propatulo coire cum conjugibus eis mos erat: censes licitum honestumque esse palam cum uxore concumbere, quia conjugium justum est, publice id prædicantes agendum, ut canes in vicis, vel plateis. Unde et a *canibus*, quarum vitam imitabantur, etiam vocabulum nomenque traxerunt.

15. *Epicurei* dicti ab *Epicuro*, quodam philosopho amatore vanitatis, non sapientiæ, quem etiam ipsi philosophii *porcum* nominaverunt, ⁱ quia se volutans in cæno carnali, voluptatem corporis summum bo-

D ^f *Arcesilaus Cyrenaicus*. Vel quod voluptati deditus, vel quod Cryenen navigarit, ibique Demetrium adolescentem perditæ adamavit. Nam constat Prytanem fuisse. Vid. Laert.

^g *Cujus sectator fuit Democritus* Non Arcesilai, quem constat Democrito longe posteriorem fuisse, sed sectæ, vel opinionis. Ergo τὸ *fuit*, *fuerat* interpretare.

^h *Cynici ab immunditia impudentiæ*. *Impudenti*, Anton. Augustinus.

ⁱ *Quia se volutans*. Aug. in Ps. LXXIII. In excusis Venetiis, anno 1493: *Et forte qui dicit: cum mortuus fuero, nihil ero, et litteras didicit, et ab Epicuro didicit, hoc nescio quo deliro philosopho, vel potius amatore vanitatis, non sapientiæ, quem ipsi ctiam philosophi porcum nominaverunt, quia voluptatem corporis summum bonum dixit*. Horatius: Cum ridere volens Epicuri de grege porcum.

num asseruit, qui etiam dixit nulla providentia divina instructum esse aut regi mundum.

16. Sed originem rerum atomis, id est, insecabilibus ac solidis corporibus assignavit, quorum fortuitis concursioibus universa nascantur et nata sint. Asseruit autem Deum nihil agere, omnia constare corporibus, animam nihil aliud esse quam corpus. Unde et dixit: *Non ero postea quam mortuus fuero.*

17. *Gymnosophistæ* nudi per opacas Indię solitudines perhibentur philosophari, adhibentes tantum genitalibus termina; ^a *gymnasium* enim eo dictum est, quod juvenes nudi exercentur in campo, ubi pudenda sola tantum operiunt, hi et a generandose cohibent.

18. *Theologi* autem idem sunt, qui et *Physici*: dicti autem *Theologi*, quoniam in scriptis suis de Deo dixerunt; quorum varia constat opinio, quid Deus esset, dum quærerent. Quidam enim corporeo sensu hunc mundum visibilem ex quatuor elementis Deum esse dixerunt, **364** ut Dionysius Stoicus. Alii vero spiritualiter intellexerunt mentem esse Deum, ut Thales Milesius.

19. Quidam animum in omnibus commeantem, et ^b lucidum, ut Pythagoras. Quidam Deum sine tempore incommutabilem, ut Plato. Quidam mentem solutam, ut Cicero. Quidam, et spiritum, et mentem ut Maro. ^c Inventum enim solummodo Deum non, ut invenerunt, exposuerunt, quia evanuerunt in cogitationibus suis; dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.

20. Platonici quidem Deum curatorem, et arbitrum, et iudicem asserunt. Epicurei otiosum et ^d inexercitatum. De mundo autem Platonici affirmant incorporalem, Spocii corporalem, Epicurus ex atomis, Pythagoras ex numeris, Heraclitus ex igne.

21. Unde et Varro ignem mundi animum dicit, proinde quod in mundo ignis omnia gubernet, sicut animus in nobis. Quam vanissime: *Qui cum est, inquit, in nobis, ipsi sumus; cum exit, emorimur.* Ergo et ^e ignis cum de mundo per fulgura proficiscitur, mundus emoritur.

22. Hi ^f philosophorum errores etiam apud Ecclesiam induxerunt hæreses. Inde *αἰῶνες*, et formæ, nescio quæ, inde apud Arium Trinitas nominis, et apud Valentinum ^g Platonius furor.

365 23. Inde Marcionis Deus melior de tranquillitate, a Stoicis enim venerat; et ut anima interire dica-

^a *Gymnasium*. Idem, inf., lib. viii, cap. 17.

^b *Commeantem et lucidum*. Cic., 1 de Nat. deor. Nam Pythagoras qui censuit Deum animum esse per naturam rerum omnem intentum et commeantem. Et Minutius in Octavio; *Pythagoræ Deus est animus per universam naturam rerum commeans et intentus*. Lucidum fortasse appellavit, quia apud Ciceronem non *intentum*, sed *nitentem* legitur.

^c *Inventum enim solummodo*. Tertull., in Apolog. : *Inventum enim solummodo Deum non ut invenerunt, disputaverunt*. Isid., *exposuerunt*. Vulg., *glorificaverunt*, *δῆξ* enim et gloria est et opinio.

^d *Et inexercitatum*. Tertull., *inexercitum*.

^e *Ignis cum de mundo*. Id est, *cælo*, ut sup. lib. iii, cap. 63.

^f *Hi philosophorum errores*. Omnia, usque ad finem,

tur, Epicurus observatur; et ut carnis restitutio negetur, de una omnium philosophorum schola sumitur; et ubi materia cum Deo æquatur, Zenonis disciplina est; et ubi quid de igneo Deo legitur, Heraclitus intervenit. Eadem materia apud hæreticos et philosophos volutatur, iidem retractatus implicantur.

CAPUT VII.

De poetis.

1. Poetæ unde sint dicti, sic ait Tranquillus: « Cum primum homines, exuta feritate, rationem vitæ habere cœpissent, seque ac Deos suos nosse, cultum modicum ac sermonem necessarium commenti sibi utriusque magnificentiam ad religionem deorum suorum excogitaverunt.

2. Igitur, ut templa illis domibus pulchriora, et simulacra corporibus ampliora faciebant, ita eloquio, etiam quasi augustiore honorandos putaverunt, laudesque eorum, et verbis illustrioribus, et jucundioribus numeris extulerunt. » Id genus, quia forma quadam efficitur, quæ *poesis* dicitur, *poema* vocatum est, ejusque fictores *poetæ*.

366 3. *Vates* a *vi mentis* appellatos, Varro auctor est; vel a *viendis carminibus*, id est, *flectendis*, hoc est, *modulandis*; et proinde *poetæ* Latine vates olim, et scripta eorum *vaticinia* dicebantur, quod vi quadam et quasi vesania in scribendo commoverentur, vel quod modis verba connecterent; *viere* enim antiquis pro *vincire* ponebant. Etiam per furorem divini eodem erant nomine, quia et ipsi quoque pleraque versibus efferebant.

4. *Lyricei* poetæ ἀπὸ τοῦ λυρεῖν, id est a *varietate carminum*. Unde, et lyra dicta.

5. *Tragici* dicti, quod initio canentibus præmium erat *hircus*, quem Græci τράγον vocant. Unde et Horatius: Carmine, qui tragico vilem certavit ob hircum.

Jam dehinc sequentes tragici multum honorem adepti sunt, excellentes in argumentis fabularum, ad veritatis imaginem fictis.

6. *Comici* appellati, sive a loco, quia circum pagos agebant, quos Græci κόμας vocant, sive a commessatione. Solabant enim post cibum homines ad eos audiendos venire. Sed comici privatorum hominum prædicant acta, Tragici vero res publicas, et regum historias; item tragicorum argumenta ex rebus luctuosis sunt, comicorum ex rebus lætis.

ex Tertull. Præscript. ex quo aliqua correximus, non repugnantibus libris Ms.

^g *Platonius furor*. Non discessimus a veteribus lib. quorum magnus hoc loco consensus. Chacon ita ex Tertull.: *Inde Æon. e. f. n. q. et trinitas hominis apud Valentinum, Platonius fuerat*. Nos vero nominis retinimus. Nam quamvis utrumque in Valentinum cadat, quia tria hominum genera induxit, πνευματικόν, ψυχικόν, καὶ σαρκικόν, ut est in lib. contra Valentinianos, tamen si Arium cum Valentino copulavit Isidorus, Æonem primum trinomium fuisse suspicemur. Ita namque eod. in libro Præscript.: *Sed et eum genealogias indeterminatas nominat, Valentinus agnoscitur, apud quem Æon ille nescio qui, novi et non unius nominis, generat e sua charitate sensum et veritatem*, etc.

7. ^a Duo sunt autem genera comicorum, id est, veteres et novi. **367** *Veteres*, qui et joco ridiculares exstiterunt, ut Plautus, Actius, Terentius. *Novi*, qui et *Satyrici* a quibus generaliter vitia carpuntur, ut Flaccus, Persius, Juvenalis, et alii; hi enim universorum delicta corripiunt; nec vetabatur eis pessimum quemque describere, nec cujuslibet peccata moresque reprehendere. Unde et nudi pinguntur, eo quod per eos vitia singula denudentur.

8. ^b *Satyrici* autem dicti, sive quod pleni sint omni facundia, sive a *saturitate*, et *copia*, de pluribus enim simul rebus loquuntur; seu ab illa lance quæ referta diversis frugum vel pomorum generibus ad templa gentilium solebat deferri, aut a *Satyris* nomen tractum, qui inulta habent ea quæ per vinolentiam dicuntur.

9. ^c Quidam autem poetæ *theologi* dicti sunt, quoniam de diis carmina faciebant.

10. ^d Officium autem poetæ in eo est, ut ea quæ vere gesta sunt in alias species obliquis figurationibus cum decore aliquo conversa transducatur. ^e Unde et Lucanus ideo in numero poetarum non ponitur, quia videtur historiam composuisse, non poema.

11. ^f Apud poetas autem tres characteres sunt dicendi: unus in quo tantum poeta loquitur, ut est in libris Virgilio Georgicorum. Alius dramaticus, in quo nusquam poeta loquitur, ut est in comædiis et tragædiis. Tertius mistus, ut est in *Æneide*. Nam poeta illic et introductæ personæ loquuntur.

CAPUT VIII.

De sibyllis.

1. *Sibyllæ* generaliter dicuntur omnes feminæ vates lingua Græca. Nam ^g Σίβης *Æolico* sermone *Deus*, βουλήν Græci *mentem* nuncupant, **368** quasi *Dei mentem*. Proinde igitur, quia divinam voluntatem hominibus interpretari solebant, *Sibyllæ* nominatæ sunt.

2. Sicut enim omnis vir prophetans, vel *vates* dicitur, vel *propheta* ita omnis femina prophetans *Sibylla* vocatur. Quod nomen ex officio, non ex proprietate vocabuli est.

3. Decem autem Sybillæ a doctissimis auctoribus

CAP. VII.—^a Duo sunt autem genera comicorum. Successisse poetas satyricos in locum veteris comædiæ, cujus licentia lege compressa sit, notum ex Horatio; sed aut hos novos comicos, aut Plautum et Terentium veteres dictos, aut Attium, vel Actium comicum fuisse, quis credat? Neque mihi dubium quin aut hæc aliena, aut valde depravata sint.

^b *Satyrici autem dicti*. Vid. quæ sub., lib. v, de Leg. Satyr.

^c *Quidam autem poetæ*. Aug., lib. xviii de Civit., cap. 14.

^d *Officium autem poetæ*. Verba Lact., lib. 1, c. 11.

^e *Unde et Lucan.* E Serv., *Æn.* v, ad vers. *Matre dea monstr. viam.*

^f *Apud poetas.* Ex eodem, *Eclog.* iii.

CAP. VIII.—^g Σίβης. Ex Lact., lib. 1, cap. 6, et Serv., *Æn.* iii.

^h *Quæ ante Troj.* E Solin., cap. 8.

ⁱ *Herophyla.* Vel Heriphile. Sed magna omnino in Sibyllarum nominibus confusio. Nam Demophilen., Amalthæam, Cumanamque easdem cum Herophila facit, ex Varrone, Lactantius. Vid. Suid. et Viu. ad lib. de Civit.

traduntur fuisse. Quarum prima de Persis fuit. Secunda Lybissa. Tertia Delphica in templo Delphici Apollinis genita, ^h quæ ante Trojana bella vaticinata est, cujus plurimos versus operi suo Homerus inseruit.

4. Quarta Cimmeria in Italia. Quinta Erythræa nomine ⁱ Herophyla in Babylone orta, quæ Græcis Ilium petentibus vaticinata est perituram esse Trojam, et Homerum mendacia scripturum. Dicta autem Erythræa, quia in eadem Insula ejus inventa sunt carmina. ^j Sexta Samia, quæ Phemonoe dicta est a Samo Insula, unde fuit cognominata.

5. Septima Cumana nomine Amalthæa, quæ novem libros attulit Tarquinio Prisco, ^k in quibus erant de creta Romana conscripta. Ipsa est et Cumæa, de qua Virgilius :

B Ultima Cumæi venit jam carminis ætas.

369 Dicta autem Cumana a civitate Cumis, quæ est in Campania, cujus sepulchrum in Sicilia adhuc manet.

6. Octava Hellespontia in agro Trojano nata, quæ scribitur Solonis, et Cyri fuisse temporibus. Nona griæ, quæ vaticinata est Ancyrae. Decima Tyburtina Phynomine Albunea.

7. Quarum omnium carmina efferuntur, in quibus de Deo et de Christo, et gentibus multa scripsisse manifestissime comprobantur, celebrior autem inter cæteras ac nobilior Erythræa perhibetur.

CAPUT IX.

De magis.

1. Magorum ^l primus Zoroastes rex Bactrianorum, quem Ninus rex Assyriorum prælio interfecit, de ^m quo Aristoteles scribit quod vicies centum millia versuum ab ipso condita indiciis voluminum ejus declarentur.

2. Hanc artem multa post sæcula Democritus ampliavit, quando et Hyppocrates medicinæ disciplinam effloruit. Apud Assyrios autem magicæ artes copiosæ sunt, testante Lucano :

...quis noscere fibra

Fata queat, quis prodat aves, quis fulgura cœli
Servet et Assyria scrutetur sidera cura.

3. Itaque hæc vanitas magicarum artium ⁿ ex tradi-

^o *Samia quæ Phemonoe.* Samia a Suida, ex Eratosthene, Phyto vocatur. Phemonoe vero Delphica fuisse videtur. Pausan., in Phocæic., de Delphico oraculo. Μεγίστη δὲ παρὰ πλείστων εἰς Φημονόην δόξα ἐστὶ ὡς πρόμνητις γένοιτο ἢ Φημονόη τοῦ θεοῦ, πρώτη τὸ ἐξάρητρον ἦσε. Et Strab. lib. ix : Πρώτην δὲ Φημονόην φασὶ γενέσθαι πύθων. Lucanus quoque Phemonoen Delphis facit Appio responsa dantem.

^k *In quibus erant decreta.* E Serv., *Æn.* vi ad vers. *Hic ego namque tuas sortes.* Sed *remedia*, non *decreta*, apud Serv. *Secreta* volebat Chæcon.

CAP. IX.—^l *Magor primus.* August. de Civit., cap. 14.

^m *De quo arist.* Ex Plin., lib. xxx, cap. 1. Sed Plinius Hermippum, non Aristotelem, citare videtur. Lapsus in eo quod Plinii verba de Aristotele non præcedentibus (ut debuit,) sed subsequentibus, at-texit Isidorus.

ⁿ *Ex traditione angelorum malorum* Ex Lact., lib. ii, cap. 16. Et Tertull., in Apolog. : *Eadem officia dependunt, et qui astrologos, et auspices, et augures, et magos de Caesarum capite consultant, quas artes, ut ab angelis desertoribus proditas, et a Deo interdictas, ne causis quidem suis adhibent Christiani.*

tionem angelorum malorum in toto terrarum orbe plurimis sæculis valuit, per quamdam scientiam futurorum, et infernorum evocationes. Eorum inventa sunt aruspicia, augurationes, et ipsa quæ dicuntur oracula, et necromantia.

4. Nec mirum de magorum præstigiis, quorum in tantum prodire maleficiorum artes, ut etiam Moysi simillimis signis resisterent, vertentes virgas in dracones, aquas in sanguinem.

370 5. ^a Fertur et quædam maga famosissima Circe, quæ socios Ulyssis mutavit in bestias. Legitur et de sacrificio, quod Arcades deo suo Lycaeo immolabant, ex quo quicumque sumerent, in bestiarum formas convertebantur.

6. Hinc apparct, non esse in totum dubium quod ^b nobilis ille poeta scripsit de quadam femina quæ magicis artibus excellebat :

Hæc se carminibus promittit solvere mentes,
Quas velit, ast aliis duras immittere curas ;
Sistere aquam fluvii, et vertere sidera retro ;
Nocturnosque ciet manes, mugire videbis
Sub pedibus terram, et descendere montibus ornos.

7. Quid plura, si ^c credere fas est, de Pythonissa, ut prophetæ Samuelis animam de inferni abditis evocaret, et vivorum præsentaret conspectibus, si tamen nimiam prophetæ fuisse credamus, et non aliquam phantasmaticam illusionem Satanæ fallacia factam ?

8. ^d Prudentius quoque de Mercurio sic ait :

Traditur extinctas, sumptæ modicamine virgæ,
In lucem revocasse animas...
Ast alias damnasse neci...

Et post paululum adjecit :

Murmure nam magico tenues excire figuras,
Atque sepulcrales scite incantare favillas.
Vita itidem spoliare alios ars noxia novit.

9. ^e Magi sunt qui vulgo *malefici* ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi et elementa concutiunt, turbant mentes hominum, ac sine ullo veneni haustu violentia tantum carminis interimunt.

10. Unde et Lucanus :

Mens hausti nulla sanie polluta veneni
^f Incantata perit.

Dæmonibus enim accitis, ^g audent ventilare, ut quisque suos perimat malis artibus inimicos. Hi

^a Fertur et quæd.... convertet. Ex Augustin., XVIII de Civit., cap. 17.

^b Nobilis ille poeta. Eiusdem.

^c Si credere fas est. Problema a nostris theologis multum vexatum. Vid. Hieron., Is. VII; Cyrill., lib. VI de Adorat.; Aug., ad Simplician. et D. Thom., non uno in loco.

^d Prudentius quoque. Lib. contra Symmach.

^e Magi sunt, qui vulgo malef. Verba Hieronymi, Daniel II. Eadem Augustin., XXI de Civit., cap. 9, et Lact., lib. II, cap. 17.

^f Incantata perit. — Excantata apud Lucan. Horatius quoque :

Quæ sidera excantata voce Thessala, Lunamque Cælo deripit.

^g Audent ventilare. Etiam Quintilianus præstigiatores ventilatores vocat.

^h Hi etiam sang.... mortuorum. Ex Hieron., Dan.

ⁱ Ad quos suscitand. E Serv., Æn. VI, ad vers. Præterea jacet exan.

Est enim hydrom. Ex Aug. VII de Civit., cap. ultim.

^k Etiam inferos perhib. sciscit. Ex eodem.

^h etiam sanguine utuntur, et victimis, et sæpe contingunt, corpora mortuorum.

371 11. *Necromantii* sunt, quorum præcantationibus videntur resuscitati mortui divinare, et ad interrogata respondere. *Νεκρός* enim Græce *mortuus*, *μαντεία* *divinatio* nuncupatur, ⁱ ad quos sciscitandos cadaveri sanguis adjicitur; nam amare dæmones sanguinem dicunt; ideoque, quoties necromantia fit, cruor aqua miscetur, ut colore sanguinis facilius provocentur.

12. *Hydromantii* ab aqua dicti. ^j Est enim hydromantia in aquæ inspectione umbras dæmonum evocare, et imagines vel ludificationes eorum videre, ibique ab eis aliqua audire, ubi adhibito sanguine ^k etiam inferos perhibentur sciscitari.

13. Quod genus divinationis ^l Persis dicitur allatum. Varro dicit divinationis quatuor esse genera, terram, aquam, aerem, ignem. Hinc geomantiam, hydromantiam, aeromantiam, pyromantiam.

14. *Divini* dicti, quasi *Deo pleni*; divinitate enim se plenos assimilant, et astutia quadam fraudulenta hominibus futura conjectant.

Duo sunt autem genera divinationis, ars et furor.

15. ^m *Incantatores* dicti sunt qui artem verbis peragunt.

16. *Arioli* vocati, propter quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt, 372 et funesta sacrificia offerunt, iisque celebritatibus dæmonum responsa accipiunt.

17. ⁿ *Aruspices* nuncupati, quasi horarum inspectores (dies enim, et horas in agendis negotiis operibusque custodiunt, et quid per singula tempora observare debeat homo intendunt). Hi etiam exta pecudum inspicunt, et ex eis futura prædicunt.

18. *Augures* sunt qui volatus avium et voces intendunt, aliaque signa rerum vel observationes improvisas hominibus occurrentes; iidem et *auspices*. ^o Nam auspicia sunt, quæ iter facientes observant.

19. Dicta sunt autem *auspicia*; quasi *avium aspiciæ*; et *auguria*, quasi *avium garria*, hoc est, avium voces et linguæ, Item ^p *augurium*, quasi *avigerium*, quod aves gerunt.

20. Duo sunt autem genera auspicioꝝ: unum

^l A Persis allatum. Varro dicit divinationis, etc. Secuti sumus Augustinum, non veteres libros, quorum hæc scriptura: *A Persis fertur allatum. Varro dicit divinationis, etc.* Illud enim ex Augustino constat, hoc de Varrone non audemus affirmare. Forma autem per infinita verba loquendi frequens Isidoro, ut antea annotavimus.

^m Incantatores. Ex Hieron., Dan. II

ⁿ Aruspices. Donat. in Phorm.: *Aruspices harugarum inspectores*, id est, *hostiarum*. Ergo verba illa, *Dies enim et horas intendunt*, e margine ascita credimus. Cum Isidorus scripsisset: *Aruspices harugarum (vel haruigarum, ex Festo) inspectores. Hi exta inspic., etc.*

^o Nam auspicia sunt, quæ inter facientes observant. Horat.:

...cui si vitiosa libido

Fecerit auspicium, cras ferramenta Theanum
Tolletis fabri...

Sed exemplor. plena sunt omnia.

^p AUGURIUM q. AVIGERIUM. Serv., Æn. V.

ad oculos, alterum ad aures pertinens. Ad oculos, scilicet, volatus; ad aures, vox avium.

21. ^a *Pythones* a *Pythio* Apolline dicti, quod is auctor fuerit divinandi.

22. *Astrologi* dicti, eo quod in as tris augurantur.

23. ^b *Genethliaci* appellati propter *natalium considerationes* dierum. Geneses enim hominum per duodecim cœli signa describunt, siderumque cursu nascentium mores, actus et ventus prædicere conantur, id est, quis quali signo fuerit natus, aut quem effectum habeat vitæ, qui nascitur.

24. Hi sunt qui vulgo *mathematici* vocantur; cujus superstitionis genus **373** *constellationes* Latini vocant, id est, notationes siderum, quomodo se habeant cum quisque nascitur.

25. Primum autem ^c iidem stellarum interpretes **B** *magi* nuncupabantur, sicut de his legitur qui in Evangelio natum Christum annuntiaverunt; postea hoc nomine soli *mathematici*.

26. ^d Cujus artis scientia usque ad Evangelium fuit concessa, ut Christo edito nemo exinde nativitatem alicujus de cœlo interpretaretur.

27. *Horoscopi* dicti, quod horas nativitatis hominum speculantur dissimili, et diverso fato.

28. *Sortilegi* sunt qui sub nomine fictæ religionis per quasdam, quas sanctorum sortes vocant, divinationis scientiam profitentur, aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt.

29. ^e *Salisatores* vocati sunt, quia dum eis membrorum quæcunque partes salierint, aliquid sibi exinde prosperum seu triste significare prædicunt.

30. ^f Ad hæc omnia pertinent et ligaturæ execrabilium remediorum quæ ars medicorum condemnat, **C** sive in præcantationibus, sive in characteribus, vel in quibuscunque rebus suspendendis atque ligandis.

374 31. In quibus omnibus ars dæmonum est ex quadam pestifera societate hominum, et angelorum malorum exorta. Unde cuncta vitanda sunt a Christiano, et omni penitus execratione repudianda atque damnanda.

32. *Auguria* avium Phryges primi invenerunt

33. *Præstigium* vero Mercurius primus dicitur invenisse. Dictum autem *præstigium*, quod *præstingat* aciem oculorum.

34. *Aruspicinæ* artem primus Etruscis tradidisse dicitur ^h quidam Tages. Hic ex ⁱ oris aruspicinam **D** dictavit, et postea non apparuit.

35. Nam dicitur fabulose, arante quodam rustico,

^a *Pythones*. Al., *Pythonisse*.

^b *Genethliaci*. Aug. II de Doctr. Chr., cap. 21, et Hier., Dan. II.

^c *Idem stellar. interp.* Ex Tertull., de Idololat.

^d *Cujus artis scient.* Ex eodem.

^e *Salisatores*. Al., *Salitores*. Gloss., *Salisatio*, πάλυός. Exstat libellus Melampodis Ægyptii περί πάλυός. Vid. Justin, Martyr., in Respons. ad Orthodox., Interrog. 19. Male Cœlius et vives *Salisatores* vocant.

^f *Ad hæc omnia pertinent.* Ex Augustin., II de Doctr. Christ., cap. 20.

^g *Sive in præcant., sive in char.* Vid. D. Thom.

II cont. Gent., cap. 105.

^h *Quidam Tages.* Ex Cic., II, de Divin. Columel :

A subito hunc ex glebis exsiluisse, et aruspicinam distasse, qua die et mortuus est. Quos libros Romani ex Etrusca lingua in propriam mutaverunt.

CAPUT X.

De paganis.

1. *Pagani* ^j ex *pagis* Atheniensium dicti ubi exorti sunt. Ibi enim in locis agrestibus **375** et *pagis* gentiles lucos idolaque statuerunt, et a tali initio vocabulum *pagani* sortiti sunt.

2. *Gentiles* sunt qui sine lege sunt, et nondum crediderunt. Dicti autem *gentiles*, quia ita sunt ut fuerunt *genti*, id est, sicut in carne descenderunt sub peccato, scilicet, idolis sevientes, et necdum regenerati.

3. Proinde *gentiles* primitus nuncupantur : ipsi dicuntur Græce *ethnici* ; ETHNICI enim ex Græco in Latinum interpretantur *gentiles* ἔθνος enim Græce *gens* dicitur.

4. Post fidem autem non debent vocari *gentes*, sive *gentiles*, hi qui ex gentibus credunt; sicut post fidem dici jam non potest Judæus, testante Paulo apostolo, et dicente jam Christianis : *Quoniam cum gentes essetis*, hoc est, infideles.

5. *Apostatae* dicuntur qui, post baptismum Christi susceptum ad idolorum, cultum et sacrificiorum contaminationes revertuntur. Est autem nomen Græcum.

CAPUT XI.

De diis gentium.

1. Quos pagani deos asserunt, homines olim fuisse produntur, et pro uniuscujusque vita vel meritis, coli apud suos post mortem cœperunt, **376** ut ^k apud Ægyptum Isis, apud Cretam Jovis, ^l apud Mauros Juba, apud Latinos Faunus, apud Romanos Quirinus.

2. Eodem quoque modo, apud Athenas Minerva, apud Samum Juno, apud Paphos Venus, apud Lemnos Vulcanus, apud Naxos Liber, apud Delphos Apollo; in quorum etiam laudibus accesserunt poetæ, et, compositis carminibus, in cœlum eos sustulerunt.

3. Nam quarumdam adinventiones artium cultum peperisse dicuntur, ut Æsculapio medicina, Vulcano fabrica. ^m Ab actibus autem vocantur, ut *Mercurius* quod *mercibus* præest; *Liber* a *libertate*.

4. Fuerunt etiam et quidam viri fortes, aut urbium conditores, quibus mortuis, homines qui eos dilexerunt ⁿ simulacra finxerunt, ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatium, sed paulatim hunc errorem, persuadentibus dæmonibus, ita in posteris constat irrepsisse, ut quos illi pro sola nominis memoria honoraverunt successores deos existimarent, atque colerent.

Hinc caput Arcadici nudum cute fertur aselli.

Tyrrhenus fixisse Tages in limite ruris.

ⁱ *Ex oris*. Forte, *cxarans*, vel *ex arvis*.

CAP. X. — ^j *Pagani dicti*. Athenas in pagos divisas ostendunt pagorum ipsorum nomina, Arcopagus, Cronapagus et alia. Sed melius Festus : *PAGANI dicti* a *PAGIS*, *PAGI dici* a *FONTIBUS*, quod eadem aqua uterentur, nam πᾶσι lingua Dorica FONTES.

CAP. XI. — ^k *Apud Ægypt.* Is. Ex Lact., I, cap. 15.

^l *Apud Mauros Juba*. Qui in captivitate ex Barbaro doctissimus factus scripsit historiam. Minutius Fel. in Octav. Appian. et Plutarch.

^m *Ab actibus*. Serv. Æn. IV, advers. *Sacra Jovi Stig.*

ⁿ *Simulacra finx.* Ex Lact.

5. Simulacrorum usus exortus est cum ex desiderio mortuorum constituerentur imagines, vel effigies, tanquam in cœlum receptis, pro quibus se in terris dæmones colendos supposuerunt, et sibi sacrificari a deceptis, et perditis persuaserunt.

6. Simulacra autem a *similitudine* nuncupata, eo quod manu artificis ex lapide aliave materia eorum vultus imitantur in quorum honorem finguntur. Ergo simulacra, vel pro eo, quod sunt *similia*, vel pro eo, quod *simulata*, atque conficta, unde et falsa sunt.

7. **377** Et notandum quod ^a Latinus sermo sit in Hebraeis. Apud eos enim **IDOLUM**, sive **SIMULACRUM** *selem* dicitur. Judæi dicunt, quod Ismael primus simulacrum luto fecerit.

8. Gentiles autem primum ^b Prometheum simulacra hominum de luto finxisse perhibent, ab eoque natam esse artem simulacra et statuas fingendi. Unde, et poetæ ab eo homines primum factos esse confingunt figurate propter effigies.

9. Apud Græcos autem ^c Cærops sub quo primum in arce oliva orta est, et Atheniensium urbs ^d ex Minervæ appellatione nomen sortita est.

10. Hic primus omnium Jovem appellavit, simulacra reperit, aras statuit, victimas immolavit, nequam istius modi rebus in Græcia unquam visis.

11. **IDOLOLATRIA** *idolorum servitus*, sive *cultura* interpretatur. Nam $\lambda\alpha\tau\rho\epsilon\lambda\alpha$ Græce, Latine *servitus* dicitur, ^e quæ quantum ad veram religionem attinet, non nisi uni et soli Deo debetur.

12. Hanc sicut impia superbia, sive hominum, sive dæmonum, sibi exhiberi, vel jubet, vel cupit, ita pia humilitas, vel hominum, vel angelorum sanctorum, sibi oblatam recusat, et cui debetur ostendit.

13. Idolum autem est simulacrum quod humana effigie factum **378** et consecratum est, juxta vocabuli interpretationem, ^f $\epsilon\tilde{\iota}\delta\omicron\varsigma$ enim Græce *formam* sonat, ab eo per diminutionem *idolum* deductum, æque apud nos *formulam* facit.

14. Igitur omnis forma vel formula idolum se dici exposcit. Inde idololatria omnis circa idolum famulatus et servitus. Quidam vero Latini ignorantis Græce imperite dicunt idolum ex *dolo* sumpsisse nomen, quod diabolus-creaturæ cultum divini nominis invexit.

15. ^g *Dæmonas* a Græcis dictos, aiunt, quasi $\delta\alpha\lambda\mu\omicron\nu\alpha\varsigma$, id est, *peritos ac rerum seios*. Præsciunt enim futura multa, unde et solent responsa aliqua dare.

16. ^h Inest enim illis cognitio rerum plusquam infirmitati humanæ, partim subtilioris sensus acumine, partim experientia longissimæ vitæ, partim per Dei jus-

^a Latinus sermo sit in Heb. Est זלם *zelem*, imago, vel simulacrum.

^b *Prometheus simul*. Ex Lact., lib. II, cap. 10.

^c *Cærops sub quo*. Integer locus ex Euseb. Chron.

^d *Ex Minervæ appell.* Nam Minerva, Αθήνη .

^e *Quæ quantum ad relig.* Alioquin in $\lambda\alpha\tau\rho\epsilon\lambda\alpha$ et $\lambda\alpha\tau\rho\epsilon\lambda\epsilon\iota\nu$ latior serviendi significatio.

^f $\epsilon\tilde{\iota}\delta\omicron\varsigma$ enim Græce. Ex Tertull., de Idol.

^g *Dæmones*. Ex Lact., II, cap. 14, et Serv., *Æn.* III.

^h *Inest enim illis cognit.* Ex August., II de Gen. ad litt., cap. 17.

ⁱ *Ante transg.* Ex eodem lib. III, cap. 10.

sum, angelica revelatione, hi corporum aereorum natura vigent.

17. ⁱ Ante transgressionem quidem cœlestia corpora gerebant. Lapsi vero in aeream qualitatem conversi sunt, nec aeris illius puriora spatia, sed ista caliginosa tenere permisi sunt, qui eis quasi carcer est, usque ad tempus judicii. Hi sunt prævaricatores angeli, quorum princeps diabolus est.

18. ^j *Diabolus* Hebraice dicitur *deorsum fluens*, quia quietus in cœli culmine stare contempsit, sed superbiæ pondere deorsum corruens cecidit, Græce vero **DIABOLUS** *criminator* vocatur, vel quod crimina in quæ ipse illicet ad Deum referat, vel quia electorum innocentiam criminibus fictis accuset; unde et in Apocalypsi voce angelica dicitur: *Projectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos in conspectu Dei nostri die, ac nocte.*

19. **SATANAS** in Latinum sonat *adversarius*, sive *transgressor*; **379** ipse enim est adversarius, qui est veritatis inimicus, et semper sanctorum virtutibus contraire nititur; ipse et transgressor, quia prævaricator effectus in veritate qua conditus est non stetit; idem, et tentator, quia tentandam justorum innocentiam postulat, sicut in Job scribitur.

20. *Antichristus* appellatur, quia *contra Christum* venturus est. Non quomodo quidam simplices intelligunt, *Antichristum* ideo dictum, quod *ante Christum* venturus sit, id est, post eum veniat Christus; non sic, sed *Antichristus* Græce dicitur, quod est Latine *contrarius Christo*; $\alpha\nu\tau\iota$ enim Græce in Latinum *contra* significat.

21. Christum enim se mentietur, dum venerit, et contra eum dimicabit, et adversabitur sacramentis Christi, ut veritatis ejus Evangelium solvat.

22. Nam et templum Hierosolymis reparare, et omnes veteris legis cæremonias restaurare tentabit; ^k sed et ille *Antichristus* est qui negat esse Deum Christum, contrarius enim Christo est; omnes enim qui exeunt de Ecclesia, et ab unitate fidei præciduntur, et ipsi *Antichristi* sunt.

23. *Bel*, idolum Babylonium est, quod interpretatur *vetus*; fuit enim hic Belus pater Nini primus rex Assyriorum, quem quidam *Saturnum* appellant, ^l quod nomen et apud Assyrios, et apud Afros postea cultum est, ^m unde et lingua Punica *Bal* **DEUS** dicitur.

380 Apud Assyrios autem *Bel* vocatur, quadam sacerorum suorum ratione, et *Saturnus*, et *Sol*.

24. *Beelphegor* interpretatur simulacrum ignominie; idolum ⁿ enim fuit Moab, cognomento Baal, super ^j *Diabol.* Hebrai. קטאָרֶבֶל . Ex Hieronym., ad Ephes. VI.

^k *Sed et ille Antichrist.* Ex Tertull. Præscript. ^l *Quod nomen apud Assyrr.* E Serv., *Æn.* I, ad vers. *Qua Belus, et omnes a Belo.*

^m *Unde et ling. Pun.* Ex Hieronym., in Ezech. XXIII: *Idolum BAAL, sive BEL, et ut apertius dicam BELIS. Assyriorum religio est consecrata a Nino, Belis filio, in honorem patris, quem cum Saturno eundem facit.* IS. XLVI.

ⁿ *Idolum fuit Moabitar.* Ex eodem lib. de locis Hebr., in voce *Fogor*, et Os. IX; et Serv., Georg. IV ad vers. *Hellespontiaci serv. tut. P.*

montem Phegor, quem Latini Priapum vocant, deum hortorum.

25. Fuit enim de Lampsæo civitate Hellesponti, de qua pulsus est, et propter virilis membri magnitudinem in numerum deorum suorum eum Græci translulerunt, et in numen sacraverunt hortorum, unde et dicitur præesse hortis propter eorum fecunditatem.

26. ^a *Beelzebub* idolum fuit Accaron, quod interpretatur *vir muscarum*; *ZEBUB* enim *musca* vocatur. Spureissimum igitur idolum ideo vir muscarum vocatur, propter sordes idololatriæ, sive propter immunditiam.

Belial...

27. ^b *Behemoth* ex Hebræa voce in Latinam linguam animal sonat, propter quod de excelsis ad terrena cecidit, et pro merito suo ut animal brutum effectus sit. Ipse est et *Leviathan*, id est, serpens de aquis, quia in hujus sæculi mari volubili versatur astutia.

28. ^c *Leviathan* autem interpretatur *additamentum eorum*, quorum, scilicet, **381** nisi hominum, quibus in paradiso semel culpam prævaricationis intulit, et hanc usque ad æternam mortem quotidie persuadendo adjicit, vel extendit.

29. ^d Quædam autem nomina deorum suorum gentiles per vanas fabulas ad rationes physicas conantur traducere, eaque in causis elementorum composita esse interpretantur, sed hoc a poetis totum fictum est, ut deos suos ornarent aliquibus figuris, quos perditos ac decoris infamia plenos fuisse historiæ confitentur; omnino enim fingendi locus vacat, ubi veritas cessat.

30. *Saturnus* origo deorum, et totius posteritatis a paganis designatur, ^e hunc Latini a *satu* appellatum ferunt, quasi ad ipsum *satio* omnium pertineat rerum, vel a temporis longitudine, quod *saturetur* annis.

31. ^f Unde eum Græci *Κρόνος* nomen habere dicunt, quasi *Χρόνος*, id est, *tempus*, quod filios suos fertur devorasse, hoc est, annos quos tempus produxerit in se revolvit, ^g vel eo quod semina unde oriuntur iterum redeunt.

32. Hunc Cœli patris abscidisse genitalia dicunt quia nihil in cœlo de seminibus nascitur. Falcem tenet, inquit, propter agriculturam significandam, vel propter annos et tempora quod in se redeant, vel propter sapientiam quod intus acuta sit.

33. In aliquibus autem civitatibus Saturno liberos suos gentiles immolabant, quod Saturnum poetæ liberos suos devorasse solitum tradiderunt.

^a *Beelzebub*. Hieron., Eccles. x, et Matth. x. Idem Græcis ἀπώμιος, id est, muscarum *depulsor*, quod muscas ab Olympo abegerit trans Alphæum, sive is Jupiter, ut Pausanias velle videtur, sive Hercules fuerit.

^b *Behemoth*. Verba Greg., xxxii Mor., cap. 10.

^c *Leviath*. Ex Greg., xxxiii, cap. 13.

^d *Quædam autem nomina deor.* Cic., de Natura

leor.

^e *Hunc Latini a Satur.* Ex Aug., vii de Civit., cap. 19.

^f *Unde et eum Græc.* E Serv., Æn. iii.

^g *Vel eo quod semen.* Ex Aug., vii de Civit., cap. 19.

^h *Modo Danaes per imb.* Ex eod., xviii, cap. 13.

ⁱ *Janum dicunt.* Ex vii de Civit., cap. 8.

^j *Neptun.* E cap. 16.

A **382** 34. *Jovis* fertur a *juvando* dictus, et *Jupiter* quasi *juvans pater*, hoc est, omnibus præstans. Hunc et privato titulo *Jovem optimum* dixerunt, dum fuisset incestus in suis, impudicus in extraneis.

35. Quem modo taurum fingunt propter Europæ raptum, fuit enim in navi cujus insigne erat taurus; ^h modo Danaes per imbrem aureum appetiisse concubitus, ubi intelligitur pudicitiam mulieris ab auro fuisse corruptam; modo in similitudinem aquilæ, propter quod puerum ad stuprum rapuerit; modo serpentem, quia reptaverit, et cygnum, quia cantaverit.

36. Et ideo non figuræ istæ sunt, sed plane de veritate scelera, unde turpe erat tales deos credi, quales homines esse non debeant.

B 37. ⁱ *Janum* dicunt, quasi mundi, vel cœli, vel mensium *januam*: duas Jani facies faciunt, propter Orientem et Occidentem. Cum vero faciunt eum quadrifrontem, et Janum geminum appellant, ad quatuor mundi partes hoc referunt, vel ad quatuor elementa, sive tempora. Sed dum hoc fingunt, monstrum non deum faciunt.

38. ^j *Neptunum* aquas mundi prædicant, et dictus ab eis *Neptunus*, quasi *nube tonans*.

39. *Vuleanum* volunt ignem, et ^k dictus *Vulcanus* quasi *volans eandor*, vel quasi *volieanus*, quod per aerem volet, ignis enim de nubibus nascitur.

40. ^l Unde etiam Homerus dicit eum præcipitatum de aere in terras, **383** quod omne fulmen de aere cadit. ^m Idcirco autem Vulcanus de femore Junonis fingitur natus, quod fulmina de imo aere nascuntur.

C 41. Claudus autem dicitur Vulcanus, quia per naturam nunquam est rectus ignis, ⁿ sed quasi claudus ejusmodi speciem motumque habet. Ideo autem in fabrorum fornace eundem Vulcanum auctorem dicunt, quia sine igne nullum metalli genus fundi extendique potest.

42. ^o *Pluton* Græce, Latine *Diespiter*, ^p vel *Ditis pater* ^q quem alii *Orcum* vocant, quasi receptorem mortium. Unde et *orea* nuncupatur vas quod recipit aquas. Ipse et Græce *Charon*.

43. ^r *Liberum* a *liberamento* appellatum volunt, quod quasi mares in coeundo per ejus beneficium emissis seminibus liberentur. Quod idem Liber muliebri et delicato corpore pingitur; dicunt enim mulieres ei attributas, et vinum propter excitandam libidinem.

D 44. Unde et frons ejus pampino cingitur; sed ideo coronam viteam et cornu habet, quia cum grate et moderate vinum bibitur, lætitiæ præstat; cum ultra

^k *Et diet. Vule.* E Serv., Æn. viii, ad vers. *Haud seeus igni potens.*

^l *Unde etiam Homer.* Il., α, et ibi Eustach.

^m *Idcirco autem.* Ex eodem Servii loco.

ⁿ *Sed quasi claudus.* Aug., xx contra Faust.

^o *PLUTON Latine DIESPITER.* E Lact., i, cap. 14.

^p *Sive DITIS PATER.* — *Ditis* recto casu etiam alii usi. Petron. :

Ilas inter sedes Ditis pater extulit ora.

^q *Quem alii ORCUM, quasi receptorem mort.* Aug., vii de Civit., cap. 3: *Quid de veritate? Quid de felicitate? Quas eum deas haberent, nullum eis locum inter selectos deos dare voluerunt, ubi dederunt Marti, et Orco, uni effectori mortium, alteri receptori.*

^r *LIBERUM a LIBERAMENTO.* Ibid., cap. 2.

81. *Pan*^a dicunt Græci, Latini *Silvanum* : deum rusticorum, quem in naturæ similitudinem formaverunt; unde et *Pan* dictus est, id est, *omne*. Fingunt enim eum ex universali elementorum specie.

82. Habet enim eornua in similitudinem radiorum Solis et Lunæ. Distinctam maculis habet pellem, propter cœli sidera. Rubet ejus facies ad similitudinem ætheris. Fistulam septem calamorum gestat, propter harmoniam cœli, in qua septem sunt soni, et septem discrimina vocum.

83.^b Villosus est, quia tellus est convestita, et agitata ventis. **391** Pars ejus inferior fœda est, propter arbores, et feras, et pecudes. Caprinas unguilas habet, ut soliditatem terræ ostendat, quem volunt rerum et totius naturæ Deum; unde *Pan*, quasi *omnia* dicunt.

84.^c *Isis* lingua Ægyptiorum terra appellatur, quam Isim volunt esse. Fuit autem Isis regina Ægyptiorum, Inachi regis filia, quæ de Græcia veniens Ægyptios litteras docuit, et terras colere instituit, propter quod et terram ejus nomine appellaverunt.

85.^d *Serapis* omnium maximus Ægyptiorum deus. Ipse est *Apis* rex Argivorum, qui navibus transvectus in Ægyptum, cum ibidem mortuus fuisset, *Serapis* appellatus est; propterea, quia arca in qua mortuus ponitur, quam sarcophagum vocant, σορῶς dicitur Græce, et ibi cum venerari sepultum cœperunt, priusquam templum ejus esset instructum; velut σορῶς *Apis* : *SORAPIS* primo, deinde, et littera commutata, *Serapis* dictus est.

86. *Apis* fuit apud Ægyptios taurus Serapi consecratus, et ab eo ita cognominatus, quem Ægyptus instar numinis colebat, eo quod de futuris daret quædam manifesta signa; apparebat enim in Memphi.^e Quem centum antistites prosequabantur, et repente velut lymphatici præcinebant: hujus capitis imaginem^f sibi in eremo Judæi fecerunt.

87. *Fauni* a *fando*, velut^g ἀπὸ τῆς φωνῆς dicti, quod voce non signis ostendere viderentur futura; in lucis enim consulebantur a paganis, et responsa illis non signis, sed vocibus dabant.

88.^h *Genium* autem dicunt, quod quasi vim habeat omnium rerum gignendarum, seu a gignendis liberis; unde et *geniales* lecti dicebantur a gentibus, qui novo marito sternebantur.

89. Hæc et alia sunt gentiliū fabulosa figmenta, quæ interpretata sic habent, ut ea non intellecta damnabiliter tamen adorentur.

90. *Fatum* autem dicunt esse quidquid dii fantur;

^a PAN dicunt. E Serv., Eclog. 2.

^b Villosus est, quia tellus convestita est, et agitata ventis. Horum nihil apud Servium (e quo sunt reliqua), et varie leguntur in Ms.; quare suspecta ea habebat Chacon.

^c Isis, ling. Ægypt. E Serv., Æn. viii, ad vers. Regina in mediis p. v. a. s.

^d Serap. Verba Aug., xvii de Civit., cap. 5.

^e Quem centum antist. E Solin., 35.

^f Sibi in eremo Jud. Lact., lib. iv, cap. 10.

^g Velut ἀπὸ τῆς φωνῆς. E Serv., Æn. vii.

^h Genium. Ex Aug., vii de Civit., cap. 13.

ⁱ A fando igitur fat. Ex eod., v de Civit., cap. 9,

quidquid Jupiter fatur : **392**ⁱ a *fando* igitur *fatum* dicunt, id est, a *loquendo*. j Quod nisi hoc nomen jam in alia re soleret intelligi, quo corda hominum nolumus inclinare, rationabiliter possemus a *fando* FATUM appellare.

91. Non enim abnuere possumus esse scriptum in litteris sanctis : *Semel loeutus est Deus, duo hæc audivi*, etc. Quod enim dictum est, *semel loeutus est*, intelligitur *immobilitate*, hoc est, *incommutabiliter est loeutus*, sicut novit *incommutabiliter omnia*, quæ futura sunt, et quæ ipse facturus est.

92.^k Tria autem fata fingunt in colo, et fuso, digitisque fila ex lana torquentibus, propter tria tempora : præteritum, quod in fuso jam netum atque involutum est; præsens, quod inter digitos^l neentis trajicitur; futurum, in lana, quæ colo implicata est, et quod adhuc per digitos neentis ad fustum, tanquam præsens ad præteritum trajiciendum est.

93.^m *Parcas* dicunt κατ' ἀντιφρασιν appellatas, quod minime parcant. Quas tres esse voluerunt, unam, quæ vitam hominis ordiatur : alteram, quæ contexit; tertiam, quæ rumpat. Incipimus enim cum nascimur; sumus, cum vivimus; desinimus, cum interimus.

94. *Fortunam* a *fortuitis* nomen habere dicunt, ⁿ quasi deam quamdam res humanas variis casibus et fortuitis illudentem, ^o unde et *cæcæam* appellant, eo quod passim in quolibet incurrens sine ullo examine meritorum, et ad bonos, et ad malos venit. *Fatum* autem a *Fortuna* separant, et *Fortunam*, quasi sit in his quæ fortuito veniunt, nulla palam causa; *Fatum* vero appositum singulis et statutum aiunt.

95. Aiunt et tres Furias feminas crinitas serpenticibus, propter tres affectus, **393** qui in animis hominum multas perturbationes gignunt, et interdum cogunt ita delinquere, ut nec famæ, nec periculi sui respectum habere permittant. Ira, quæ vindictam cupit; cupiditas, quæ desiderat opes; libido, quæ appetit voluptates. Quæ ideo Furie appellantur, quod stimulis suis in mentem feriant, quietam esse non sinant.

96. *Nymphas* deas aquarum putant dietas a *nubibus*; nam ex nubibus aquæ, unde derivatum est; nymphas aquarum deas, quasi numina lympharum.^p Ipsas autem dicunt et *Musas*, quas et nymphas, nec immerito, nam aquæ motus musicem efficit.

et Serv., Eclog. 4.

^j Quod nisi hoc nomen. Ex eodem Aug.

^k Tria autem fat. Ex xx contra Faust., cap. 9.

^l Neentis. Ita constanter Gothici libri hic; et paulo post, servata analogia, non neentis, sive secundæ sit conjugationis, sive tertiæ, ut apud Tibull. :

Stamina, quæ ducunt, quæque futura neunt.

^m Parcas. E Serv., Eclog. 4.

ⁿ Quasi deam quamd. Ex Lact., lib. iii, cap. 27.

^o Unde et cæcæ. Ex iv de Civit., cap. 18.

^p Ipsas autem dicunt. Mus. E Serv., Eclog. 8.

97. Nympharum apud gentiles varia sunt vocabula, ^a *Nymphas* quippe montium *Oreades* dicunt, silvarum *Dryades*, ^b camporum *Hamadryades*, fontium *Naiades*, maris *Nereides*.

98. ^c *Heroas* dicunt a Junone traxisse nomen, Græce enim *Juno* Ἥρα appellatur, et ideo nescio quis, filius ejus, secundum Græcorum fabulam, Ἥρας fuit nuncupatus? Hoc videlicet, velut mysticum significante fabula, quod aer Junoni deputetur, ubi volunt *Heroas* habitare. Quo nomine appellant alicujus meriti animas defunctorum, quasi ἀήρωας, id est, *viros aërios*, et cælo dignos propter sapientiam et fortitudinem.

99. ^d *Penates* gentiles dicebant omnes deos quos domi colebant. ^e Et *penates* dicti, quod essent in *penetralibus*, id est, *in secretis*. Hi dii qui vocabantur, vel quæ nomina habuerint, ignoratur.

100. ^f *Manes* dicunt deos mortuorum, quorum potestatem inter lunam **393** et terram asserunt : a quibus et *mane* dictum existimant, quos putant ab aere, qui *manus*, id est *rarus* est, *Manes* dictos, sive quia late manant per auras; sive quia *mites* sunt immanibus,

^a *Nymphas quippe mont.* Ex eodem. *Æn.* 1, ad vers. *Hinc atque hinc glomerantur Oreades*, et *Eclog.* 10.

^b *Bampor. HAMADRYAD. Serv.* : *Quæ cum silvis nascuntur Hamadryades.*

^c *Heroas defunctor.* Ex *Aug.*, x de *Civit.*, cap. 21.

^d *Penates... colcbant.* E *Serv.*, *Æn.* 11.

^e *Penates dicti.* *Arnob.*, lib. 111 : *Varro qui sunt introsus atque in intimis penetralibus deos (Penates) csetet csetet.*

^f *Manes.* E *Serv.*, *Æn.* 111, ad vers. *Stant manibus aræ.*

^g *Apuleius autem ait.* Non est integer locus. Nam cum cætera ex *Apuleio* sint (qui etiam ab *Augustino* citatur, ix de *Civit.*, cap. 9, in lib. de *Deo Socrat.*), tamen hoc ex *Servio* est potius, ut *Manes* κατ' ἀντίφρασιν dictos scribat.

^h *Quarum natura.* Ex *Hier.*, in præf. *Heb. Quæst.*

contrario nomine hoc appellantur. § *Apuleius* autem ait eos κατ' ἀντίφρασιν dici *Manes* (hoc est, *mites*, ac *modestos*, cum sint terribiles, et immanes), ut *Parcas* et *Eumenides*.

101. *Larvas* ex hominibus factos dæmones aiunt, qui meriti mali fuerint. ^h Quarum natura esse dicitur terrere parvulos, et in angulis garrire tenebrosis.

102. *Lamias*, quas fabulæ tradunt infantes corripere, ac laniare solitas, a *laniando* specialiter dictas.

103. ⁱ *Pilosi*, qui Græce *Panitæ*, Latine *Incubi* appellantur; sive ^j *Invi* ab ineundo passim cum animalibus : unde, et *Incubi* dicuntur ab *incumbendo*, **395** hoc est, *stuprando*. ^k Sæpe enim improbi existunt, etiam mulieribus, et earum peragunt concubitum, quos dæmones Galli *Dusios* nuncupant, quia assidue hanc peragunt immunditiam.

104. Quem autem vulgo *Inebonem* vocant, ^l hunc Romani *Faunum Ficarium* dicunt, ad quem *Horacius* dicit :

Faune Nympharum fugientum amator,
Per meos fines, et aprica rura
Lenis incedas.

ⁱ *PILOSI* qui Græce PANITÆ, *Gregor.*, vii *Moral.*, cap. 15 : *Quinam alii PILOSI appellatione figurantur, nisi hi quos Græci PANAS. Latini INCUBOS vocant?* Ita enim emendatiores *Gregorii* libri, non *Faunos*, cum tamen utrumque sit verum, et *Panas* et *Favros* dictos. Sed *Panisci* hoc loco putamus legendum, non *Panitæ*.

^j *INVI* ab INEUNDO. E *Serv.*, *Æn.* vi, ad vers. *Pometium Castrumque Invi.*

^k *Sæpe enim improbi.* Verba *Augustin.*, xv de *Civit.*, cap. 23.

^l *Hunc Romani FAUNUM FICARIUM*, *Hieron.*, Is. xiii : *Pilosi, vel Incubones, vel Satyros, Sylvestres, quosdam homines, quos nonnulli Faunos Ficarios vocant.* Item *Eutrop.*, lib. xii : *Sylvestres homines, quos nonnulli Faunos Ficarios vocant.* Idem *Fatuus Fatuelis* videtur cum *Fauno Ficario*, quantum e *Servii* loco citato conjicere licet.

LIBER NONUS.

DE LINGUIS, GENTIBUS, REGNIS, MILITIA, CIVIBUS, AFFINITATIBUS.

CAPUT PRIMUM.

De linguis gentium.

1. Linguarum diversitas exorta est in ædificatione turris post diluvium ; **396** nam prius quam superbia turris illius in diversos signorum sonos humanam divideret societatem, ^a una omnium nationum lingua fuit, quæ *Hebræa* vocatur, qua patriarchæ et prophætæ usi sunt, non solum in sermonibus suis, verum etiam in litteris sacris : initio autem quot gentes, quot linguæ fuerunt, deinde plures gentes quam linguæ, quia ex una lingua multæ gentes sunt exortæ.

2. Linguæ autem dictæ in hoc loco pro verbis quæ per linguam fiunt, genere locutionis illo quo is qui efficit per id quod efficitur nominatur : sicut os dici solet pro verbis, sicut manus pro litteris.

CAP. I. — ^a *Una omnium nation... in litteris sacris.* Ex *Aug.*, xvi de *Civit.*, cap. 11.

3. Tres autem sunt linguæ sacræ : *Hebræa*, *Græca*, *Latina*, quæ toto orbe maxime excellunt. His namque tribus linguis super crucem Domini a *Pilato* fuit causa ejus scripta. Unde et propter obscuritatem sanctarum Scripturarum harum trium linguarum cognitio necessaria est, ut ad alteram recurratur, si quam dubitationem nominis, vel interpretationis sermo unius linguæ attulerit.

4. *Græca* autem lingua inter cæteras gentium clarior habetur. Est enim et *Latinis* et omnibus linguis sonantior, cujus varietas in quinque partibus discernitur : quarum prima dicitur κοινή, id est, *mista*, sive *communis*, qua omnes utuntur.

5. *Secunda Attica*, videlicet, *Atheniensis*, ^b quasi

^b *Qua usi sunt omnes Græciæ auctores.* Vel certe elegantiores, vel *Græciam* pro *Hellade* accepit, de

32. Filii Gomer nepotes Japhet. ^a *Aschanax*, a quo *Sarmatæ*, quos Græci *Reginos* vocant.

33. *Riphath*, a quo sunt *Paphlagones*.

Thogorma, a quo sunt *Phryges*.

34. ^b Filii Javan *Elisa*, a quibus Græci *Elisæi*, qui vocantur *Aeolides*, unde et lingua quinta Græciæ *Aeolis* appellatur.

35. *Tharsis*, a quo *Cilices*, ut Josephus arbitratur; unde metropolis civitas eorum *Tharsus* dicitur.

36. *Cethim*, a quo *Citii*, id est, *Cyprii*, a quibus hodieque urbs *Citium* nominatur.

Dodanim, a quo *Rhodii*.

37. Hæ sunt gentes de stirpe Japhet, quæ a Tauro monte ad Aquilonem mediam partem Asiæ et omnem Europam, ^c usque ad Oceanum Britannicum possident, nomina et locis et gentibus relinquentes, de quibus postea immutata sunt plurima, cætera permanent ut fuerunt.

38. ^d Nam multarum gentium vocabula partim manserunt, ita ut hodieque appareat unde fuerant derivata, sicut ex *Assur Assyrii*, ex *Heber Hebræi*; **404** partim vero temporis vetustate ita mutata sunt, ut vix homines doctissimi antiquissimas historias perscrutantes, nec omnium, sed aliquarum ex istis origines gentium potuerint reperire.

39. Nam quod ex filio Cham, qui vocabatur *Mesraim*, *Ægyptii* sunt exorti, nulla hoc resonat origo vocabuli, sicut nec *Æthiopum*, qui dicuntur ad eum filium Cham pertinere qui *Chus* appellatus est. Et si omnia considerentur, plura tamen gentium mutata quam manentia vocabula apparent: quibus postea nomina diversa, diversa dedit ratio. Namque *Indi* ab *Indo* lumine dicti sunt, qui ab Occidentali parte eos includit.

40. *Seres* a proprio oppido nomen sortiti sunt, gens ad Orientem sita, apud quos de arboribus lana contextitur, de quibus est illud:

Ignoti facie, sed non et vellere Seres.

41. ^e *Gangaridæ* populi sunt inter Assyrios, Indosque inhabitantes circa *Gangem* fluvium; unde etiam *Gangaridæ* nuncupati sunt.

42. *Hyrcaii* dicti sunt a silva *Hyr cana*, ubi sunt plurimæ tigres.

43. *Bactriani* Scythæ fuerunt, qui suorum factione a sedibus suis pulsati juxta *Bactron* Orientis fluvium

^a *Aschanax*, a quo *Sarmatæ*. Supplendæ videntur apud Hieronym. voces, a quo *Sarmatæ*, et legendum ex Joseph. : *A Chanaxas Aschanax*, quos Græci *Rheginos* vocant.

^b *Filii Javan*. Hier. quæst. in cap. 10: *De Ionib.*, id est, de Græcis nascuntur *Elisæi*, qui nominantur *Aeolides*.

^c *Usque ad Oceanum Britan.* Quod Hieron, *usque ad Gadiram* dixit.

^d *Nam multarum gene... appareat.* Verba Aug., *xvi de Civit.*, cap. 11.

^e *Gangaridæ... Hyrcani.* E. Serv., *Georg. iii*, et *Æn. vii*.

^f *Fuerunt enim eor. exsul... obtinuerunt.* Justini verba, *lib. xli*.

^g *Assyr. ab Assur.* Ex Hier., *Is. xix*.

^h *Namque Jason.* Ex Just., *lib. xlii*.

ⁱ *Cujus fuit privign.* Ex eod.

A consederunt, ex cujus vocabulo et nomen sortiti sunt. Hujus gentis rex fuit Zoroastes inventor magicæ artis.

44. *Parthi* quoque, et ipsi a Scythis originem trahunt. ^f Fuerunt enim eorum exsules, quod etiam eorum vocabulo manifestatur; nam Scythico sermone *EXSULES Parthi* dicuntur. Hi similiter, ut *Bactriani*, domesticis seditionibus, Scythia pulsati, solitudines juxta *Hyrcaii* primum lurtim occupaverunt, deinde pleraque finium, etiam virtute obtinuerunt.

45. ^g *Assyrii* ab *Assur* filio Sem vocati, gens potentissima, quæ ab *Euphrate* usque ad *Indorum* fines omnem in medio tenuit regionem.

405 46. *Medi* a rege suo cognominati putantur namque ^h *Jason*, *Peliaci* regis frater, a *Peliæ* filii *Thesalia* pulsus est, cum *Medea* uxore sua, ⁱ cujus fuit privignus *Medus* rex *Atheniensium*, qui post mortem *Jasonis* *Orientis* plagam perdomuit, ^j ibique *Mediam* urbem condidit, gentemque *Medorum* nomine suo appellavit. ^k Sed invenimus in *Genesi* quod *Madai* auctor gentis *Medorum* fuit, a quo et cognominati, ut superius dictum est.

47. ^l *Persæ* a *Perseo* rege sunt vocati, qui, e *Græcia* in *Asiam* transiens, ibi barbaras gentes gravi diurnoque bello perdomuit: novissime victori nomen subjectæ genti dedit. *Persæ* autem ante *Cyrum* ignobiles fuerunt, et nullius inter gentes loci habebantur. *Medi* semper potentissimi fuerunt.

48. *Chasdim*, qui nunc *Chaldæi* vocantur, a *Chasead* filio *Nachor* fratris *Abrahæ* cognominati sunt.

C 49. ^m *Sabæi* dicti ἀπὸ τοῦ σάβηθαι, quod est *supplicare*, et *venerari*, quia divinitatem per ipsorum thura veneramur: ipsi sunt et *Arabes*, qui in montibus *Arabie* sunt, qui vocantur *Libanus* et *Antilibanus*, ubi thura colliguntur.

50. *Syri* ab *Assurim* vocati perhibentur, qui fuit nepos *Abraham* ex *Cethura*, ⁿ quos autem veteres *Assyrios*, nunc nos vocamus *Syros*, a parte totum appellantes.

51. ^o *Hebræi* vocati sunt ab *Heoer*, qui pronepos fuit *Sem*.

406 52. *Israelitæ* vero ab *Israel* filio *Isaac*. ^p Nam patriarcham *Hebræorum* constat fuisse *Israel*, a quo duodecim tribus *Judæorum* *Israelis* vocabulum sortitæ sunt, ^q *Judæis* autem scissura decem tribuum

^j *Ibique Mediam.* *Justinus*, *Medeam*, *lib. xlii*; sic namque: *Postmodum Jasonis Medus æmulus virtutibus ejus in honorem matris Medeam urbem condidit.*

^k *Sed invenimus in Gen.* Minime quidem in *Genesi* sed apud *Hieronym.*, in *Gen.*, ut pro *invenimus* **HIERONYMUS** cum *Chacone* legendum credamus.

^l *Persæ autem.* Ex *Hieronym.*, ad *Is. xxi*.

^m *Sabæi dicti.* E. Serv., *Æn. i*, ad verba: *Centumque Sabæo thure.* At supra, a *Saba*, filio *Chus*, *Sabæos* deduxerat.

ⁿ *Quos autem veteres Assyri.* E. Hier. in *Is. xix*.

^o *Hebræi vocati ab Heber.* Ita Hier., *Gen. x*. *Abraham* deduci enixe contendit ad cap. 3 *Epistolæ* ad *Philip.* *Ambrosius*.

^p *Nam patriarch. Heb.* Ex *Euseb. Chronic.*

^q *Judæis autem sciss.* *Hieron.*, *Jon. i*, et aliis in locis.

nomen imposuit. Nam antea Hebræi, sive Israelitæ nuncupabantur.

53. Ex quo autem in duo regna Dei populus divisus est, tunc duæ tribus, quæ de stirpe *Juda* reges habebant, *Judæorum* nomen sortitæ sunt. Reliqua pars decem tribuum, quæ in Samaria sibi regem constituit, ob populi magnitudinem, pristinum nomen retinuit *Israel*.

54. ^a *Samaritanorum* gens sumpsit exordium ab Assyriis, qui transmigrati habitaverunt in *Samaria*, qui Latine interpretantur *custodes*, eo quod, captivato *Israel*, isti in terra regionis eorum ad custodiam collocati sunt.

55. *Phœnix*, Cadmi frater, de Thebis Ægyptiorum in Syriam profectus, apud Sidonem regnavit, eosque populos ex suo nomine *Phœnices*, eamque Provinciam *Phœniciam* nuncupavit.

56. *Sidones* autem a civitate quæ vocatur *Sidon* traxisse vocabulum perhibentur.

57. *Saraceni* dicti, vel quia ex *Sara* genitos se prædicent; vel, sicut gentiles aiunt, quod ex origine *Syrorum* sint, quasi *Syri genæ*. Hi ^b per amplam habitant solitudinem. Ipsi sunt et *Ismaelitæ*, ut *Ismael* Geneseos docet, quod sint ex *Ismaele*. Ipsi *Cæsar* a filio *Ismaelis*. Ipsi *Agaræni* ab *Agar*, qui, ut *Ismael* dicitur, perverso nomine *Saraceni* vocantur, quia ex *Sara* se genitos gloriantur.

58. ^c *Philistæi* ipsi sunt *Palæstini*, quia *p* litteram verbo Hebræus non habet; sed pro eo ϕ Græco utuntur. Inde *Philistæi* pro *Palæstinis* dicuntur a civitate utique sua. Idem et *Allophyli*, id est, *alienigenæ*, ob hoc, quia semper fuerunt inimici *Israel*, et longe ab eorum genere et societate separati.

507 59. *Chananaei* appellati de *Chanaam* filio *Ham*, quorum terram *Judæi* possederunt. Ex cujus origine fuit *Emor* pater *Sichem*, a quo *Amorrhæi* nuncupati.

60. ^d *Ægyptii* ab *Ægypto* quodam suo rege vocati sunt. Nam antea *Ærii* dicebantur. Interpretantur autem lingua Hebraica *ÆGYPTII affligentes*, eo quod afflixerint *Ægypti* populum, priusquam divino auxilio liberaretur.

61. ^e *Armenius* ex *Thessalia* unus de numero duorum *Jasonis* qui ad *Colchos* profecti sunt: recollecta multitudine, quæ amisso rege *Jasone* passim vagatur, *Armeniam* condidit, gentique ex suo vocabulo nomen dedit.

62. ^f *Limes* est *Persicus* qui *Scythas* ab eis divi-

^a *Samaritanorum* gens... item *Phœnix* *Cadm*. Ex Euseb. Chron.

^b *Ili* per amplam hab. Hieron., ad *Isai*. XXI.

^c *Philistæi* ipsi sunt. Ex Hieron., ad *Ezech*. XXV, quod quem a gente sua, quod hic a civitate sua.

^d *Ægyptii* ab *Ægypt*. Ex Euseb. Chron.

^e *Armenius* ex *Thessal*. Justin., lib. XLII.

^f *Limes* est *Pers*. Plin. et Solin., cap. 52.

^g *Gens antiquiss*. Ex Justin., lib. II, in princip.

^h Nam sic *Livius* arg. Serv., *Æn*. VI, ad vers. *gregium* forma juvenem: Pro quo tere gravi donatus est, id est, *massis*. Nam sic et *Livius* argentum grave dicit, id est, *massas*.

ⁱ Has *Titianus*... deletæ sunt. E Serv., *Æn*. I, ad vers. Ducit *Amazonidum*, etc. et *Æn*. XI, ad vers. *t medias inter*.

A dit, *Scythæ* cognominatus, a quo limite *Scythæ* a quibusdam perhibentur vocati, ^g gens antiquissima semper habita. Hi *Parthos* *Bactrianosque*, feminæ autem eorum *Amazonum* regna condiderunt.

63. *Massagetæ* ex *Scytharum* origine sunt. Et dicti *Massagetæ*, quasi *graves*, id est, *fortes* *Getæ*. ^h Nam sic *Livius* argentum grave dicit, id est, *massas*. Hi sunt qui inter *Scythas* atque *Albanos* septentrionalibus jugis inhabitant.

64. *Amazones* dictæ sunt, seu quod simul viverent sine viris, quasi $\alpha\mu\alpha\zeta\omega\sigma\alpha\iota$, sive quod adustis dexterioribus mammis essent, ne sagittarum jactus impeditur, quasi $\alpha\delta\epsilon\upsilon\ \mu\alpha\zeta\omega\sigma\iota$. Nudabant enim quam adusserant mammam. ⁱ Has *Titianus* *unimammæ* dicit. Nam hoc est *Amazon*, quasi $\alpha\delta\epsilon\upsilon\ \mu\alpha\zeta\omega\sigma\iota$, id est, *sine mamma*. [Has jam non esse constat, quod earum partim ab *Hercule*, partim ab *Achille*, vel ab *Alexandro* usque ad interuccionem deletæ sunt.

65. ^j In parte Asiaticæ *Scythiæ* gentes quæ posteros se *Jasonis* credunt albo crine nascuntur ab assiduis nivibus, et ipsius capilli color genti nomen dedit, et inde dicuntur *Albani*. Horum glauca oculis, **408** id est, picta inest pupilla, adeo ut nocte plusquam die cernant. *Albani* autem vicinæ *Amazonibus* fuerunt.

66. *Ugnos* antea *Hunnos* vocatos, postremo a rege suo *Abares* appellatos dicunt, qui prius in ultima *Mæotide* inter glaciam *Tanaim* et *Massagetarum* immanes populos habitaverunt. ^k Deinde pernicibus equis *Caucasi* rupibus, ubi feras gentes *Alexandri* claustra cohibent, eruperunt, et Orientem viginti annis tenuerunt captivum, et ab *Ægyptiis* atque *Æthiopicis* annum vectigal exegerunt.

67. *Trojanorum* gens antea *Dardana*, a *Dardano* nominata. Nam *Dardanus* et *Jasius* fratres e *Græcia* profecti: ex iis *Jasius* ad *Thraciam*, ^l *Dardanus* ad *Phrygiam* pervenit, ibique primus regnavit. Post quem filius ejus *Erichthonius*, deinde nepos ejus *Tros*, a quo *Trojani* nuncupati sunt.

68. *GALATÆ Galli* esse noscuntur, qui, in auxilium a rege *Bithyniæ* evocati, regnum cum eo ^m parta victoria diviserunt; sicque deinde *Græcis* admisti, primum *Gallogræci*, nunc ex antiquo *Gallorum* nomine *Galatæ* nuncupantur.

69. *Græci* ante *Thessali* a *Thessalo*, postea a *Græco* rege *Græci* sunt nuncupati. ⁿ Nam *Græci* proprie *Thessali* sunt.

^j In parte Asiaticæ. Verba illa ab assiduis nivibus, itemque, id est, picta, aliena ducebat *Chacon*, neque enim sunt apud *Solin*, e quo sunt reliqua.

^k Deinde pernicibus eq. Verba sunt Hieron., epist. 30.

^l *Dardanus* et *Jasius*. Serv., *Æn*. V, ad vers. *Dardanus* *Ideas*. Et Euseb., in Chron.

^m Parta victoria. Al., peracta. Ex Justin., lib. XXV, et Hieron., in Epist. ad Gal., quæ repetuntur lib. XIV, cap. 3.

ⁿ Nam *Græci* proprie *Thessali*. E Serv., *Æn*. II, ad vers. *Eruerint* *Danai*. Plin., lib. VII, cap. IV. *Hellas* eadem *Thessalia*, et *Dryopis* semper a regibus cognominata. Ibi genitus rex nomine *Græcus*; a quo *Græcia*; ibi *Hellenes*, a quo *Hellenes*, ibi (fortasse) *Thessalus*, a quo *Thessalia*, ne *Isidori* fidei derogemus

70. *Lapithas* autem gentem Thessaliæ fuisse aiunt, **A** circa Peneum annem olim inhabitantem, a *Lapitha* Apollinis filia, nuncupatos.

71. *Sicyonii* Græci sunt nuncupati, a *Sicyonio* rege. Hi primum *Ægiatæi* vocabantur, a ^a rege *Ægialeo*, qui primus Sicyoniis imperavit, a quo, et *Ægialtea* nuncupata est, quæ nunc *Peloponesus* a *Pelope* rege suo vocatur. Ipsi sunt et *Arcades* ab *Arcade* rege, Jovis et Calystonis filio, dicti.

409 72. *Danai* a *Danao* rege vocati. Iidem et *Argivi* ab *Argo* conditore cognominati. Postquam autem Græcorum rex *Apis* mortuus est, huic filius *Argus* successit in regnum, et ex eo *Argivi* appellati sunt, qui etiam ab eis post obitum ut deus haberi cæpit, templo et sacrificio honoratus.

73. *Achæi*, qui et *Achivi* ab *Achæo*, Jovis filio, **B** dicti.

74. *Pelasgi* nominati quia cum velis passis verno tempore advenisse Italiam ^b vlsi sunt, ut aves. ^c Primos enim eos Varro Italiam appulisse commemorat. Græci vero *Pelasgos* a *Pelasgo*, Jovis et Larissæ filio, perhibent dictos.

75. ^d *Myrmidones* fuerunt *Achillis* socii; *Dolopes* *Pyrri*, dicti autem *Myrmidones* propter astutiam, quasi *μύρμιξες*, id est, *formicæ*. *Eratosthenes* autem dicit dictos *Myrmidones* a *Myrmidone* duce, Jovis et *Eurimedusæ*, filio.

76. *Cecropi* Atheniensium regi ^e successit *Cranaus*, cujus filia *Atthis* nomen et regioni et genti dedit. Et ex ea *Attiei* cognominati, qui sunt *Athenienses*.

77. ^f *Ion*, vir fortis, ex suo nomine eodem *Athenienses* vocavit *Iones*. **C**

78. *Macedones* a nomine *Emathionis* regis antea *Emathii* nuncupati sunt; postea *Macedones* dicti a *Macedone* rege, *Deucalionis* materno nepote.

79. ^h *Epirotæ* a *Pyrrho* *Achillis* filio prius *Pyrrothidæ*, postea vero a *Pyrrho* rege ad Italiam transire præsumperunt.

80. *Dorus* *Neptuni* et ^h *Ellepis* filius fuit, unde *Dori* et originem et nomen ducunt. Sunt autem pars Græciæ gentis, ex quibus **410** etiam cognominata est tertia lingua Græcorum, quæ *Dorica* appellatur.

81. *Lacedæmones* a *Lacedæmone*, *Semelæ* filio, dicti. ⁱ Hi diu perseverantes in bello contra Mes-

^a A Rege Ægialeo. Euseb., in Chron.

^b Visi sunt ut aves. Ergo Pelasgi, quasi *πελάργοι*, **D** id est, *eiconiæ*.

^c Primos enim eos Varro. Serv., *Æn.* viii : *Hi primi Italiam tenuisse perhibentur.*

^d *Myrmidones fuer.* E Serv., *Æn.* ii, ad vers. *Myrmidonum Dolopumve.*

^e Successit Cranaus. Ex Euseb. Chron.

^f *Ion vir fortis.* Ex eod.

^g *Epirotæ a Pyrho.* Justin., lib. xvii et xviii.

^h Et Ellepis filius, Serv., *Æn.* ii, ad illud : *Dorica castra : Sane Dorus Neptuni filius fuit, unde Dori originem duxerunt, neque Ellipes aut Ellopis meminuit.*

ⁱ Hi diu perseverantes in bello. Refert hoc ex *Ephoro* *Strabo*, lib. vi, cujus etiam meminuit *Laetantius*, lib. i, cap. 20 : *Sic juvenes ante dimissi, cum virginibus, ex quibus sunt Parthenii nati.* Eusebius, *Chronico*, *Parthenitas*. *Ephorus*, *Parthenias*. Serv.,

senios, veriti ne diurnitate prælii spem prolis amitterent, præceperunt ut virgines eorum cum juvenibus domi relictis concumberent, sicque ex promiscuo virginum et maritorum concubitu juvenes de incertis parentibus nati sunt, et ex nota materni pudoris *Parthenii* vocati sunt. Nam ipsos esse *Spartanos* quos et *Lacedæmones*. ^j *Spartanos* vero propter repentinos adversus *Cadmum* quasi de terra contractus, et ex omnia parte conflictus, ita vocatos.

82. *Thracæ* ex filio *Japhet*, qui vocatus est *Thiras*, et orti et cognominati, ut superius dictum est, perhibentur, licet gentiles eos ex moribus ita dictos existiment, quod sint *truces*. Savissimi enim omnium gentium fuerunt; unde et multa de eis fabulosa memorantur : quod captivos diis suis litarent, et humanam sanguinem in ossibus capitum essent soliti portare. De quibus *Virgilius* :

Heu fuge crudeles terras, fuge littus avarum, quasi crudelium et avarorum.

83. ^k *Istrorum* gens originem a *Colchis* ducit, qui missi ad *Argonautas* persequendos; ut a *Ponto* intraverunt *Istrum* fluvium, a vocabulo annis, quo a mari concesserant, appellati sunt.

411 84. ^l *Romani* a *Romuli* nomine nuncupati, qui urbem *Romam* condidit, gentique et civitati nomen dedit. Hi ante a *Saturno* *SATURNII*, a *Latino* *LATINI* vocati sunt. Nam *Latinus* Italiæ rex fuit, qui ex suo nomine *Latinos* appellavit, qui postea *Romani* nuncupati sunt. Hi et *Quirites* dicti, quia *Quirinus* dictus est *Romulus*, quod semper *hasta* utebatur, quæ *Sabinorum* lingua *Quiris* dicitur.

85. *Italus* quoque, et *Sabinus*, et *Sicanus* fratres fuerunt, et quibus nomina populis imposita et regionibus sunt. Nam ab *Italo* *ITALI*, a *Sabino* *SABINI*, a *Sicano* *SICANI*, qui et *Siculi* cognominati sunt, idem et *Sicilienses*.

86. *Thusei* Italiæ gens est a frequentia sacrorum et thuris vocata, id est, *ἀπὸ τοῦ θύειν*.

87. ^m *Umbri* Italiæ gens est, sed Gallorum veterum propago, qui *Apenuinum* montem incolunt. De quibus historiæ perhibent quod tempore aquosæ cladis *imbribus* superfuerint, et ob hoc *ὀμβρίου*; Græce nominatos.

88. *Marsi*, gens Italiæ dicta ⁿ a comite *Libero*

Æn. iii, et *Georg.* iv, *Partheniatis* vocat. Male ergo in plerisque Codicibus *Sparthini*. Propius a vera scriptura Goth. Ovet. colleg., *Sparthenii*.

^j *Sparthanos* vero. Euseb., in Chron. : *Ea quæ de Spartha memorantur, quos Palephatus seribit, cum proximarum essent regionum, adversum Cadmum constituisse, et propter repentinos quasi de terra contractus ex omni parte confluentes, Sparthos vocatos.* Vid. *Agell.*, lib. xvii; cap. 3, et *Isid.*, infra, de *Phalanto* *Parthenior*. duce.

^k *Istror...* qui missi. Ab *Aretha* rege. Justin., lib. xxxii.

^l *Rom...* *Quirites...* *Thusei.* E Servii diversis locis.

^m *Umbri...* tempore aquosæ elad. *Solin.*, cap. 8. *Plin.*, lib. iii cap. 14.

ⁿ Dicta a comite Liberi a *Marsya*. *Silius*, lib. viii. Sed populus nomen posuit metuentior hospes. Cum fugeret *Phrygios* trans æquora, *Marsya* *Crenos*.

Marsya, qui usum illis vitium ostendit, et ob hoc illi statuam fecerunt, quam postea Romani vietis Marsis tulerunt. ^a Marsos autem Græci *Uscos* vocant, quasi *ὄφιχος*, quod multos serpentes habeant, et *οφις*; *serpens* dicatur; illæsos autem esse carminum maleficiis; inhabitant autem plagam Apennini montis simul cum Umbris.

412 89. *Gothi* a *Magog* filio Japhet nominati putantur, de similitudine ultimæ syllabæ, quos veteres magis *Getas* quam *Gothos* vocaverunt, gens fortis et potentissima, corporum mole ardua, armorum genere terribilis, de quibus Lucanus :

Hinc Dacus premat, inde Getes occurrat. Iberis.

90. ^b *Daci* autem Getarum suboles fuerunt, et dictos putant *Dacos*, quasi *Dagos*, quia de Gothorum stirpe creati sunt. De quibus ille : *Ibis Aretoos procul, usque Dacos.*

91. *Bessi* barbari fuerunt, qui a multitudine *bonn* sic vocati creduntur. De ^c quibus quidam : *Qui colit terræ medio, vel ille divitis multo bove pilcatus accola ripæ.*

92. *Gipedes* pedestri prælio magis, quam equestri sunt usi, et ex hac causa ita vocati.

93. *Sarmatæ* patentibus campis armati inequitabant, priusquam eos Lentulus Danubio prohiberet, atque inde ob studium armorum *Sarmatæ* nuncupati existimantur.

94. *Lanns* fluvius fertur ultra Danubium, a quo *Alani* dicti sunt, ^d sicut et populi inhabitantes juxta *Lemannum* fluvium *Alemanî* vocantur. De quibus Lucanus :

Deseruere cavo tentoria fixa Lemanno.

95. *Longobardos* vulgo ferunt, nominatos a prolixa barba et nunquam tona.

96. *Vindiliens* amnis ab extremis Galliæ erumpens, juxta quem fluvium habitasse et ex eo traxisse nomen *Vandali* perhibentur.

413 97. *Germaniæ* gentes dictæ, quod sint immania corpora, immanesque nationes sævissimis duratæ frigoribus; qui mores ex ipso cæli rigore traxerunt, ferocis animi et semper indomiti, raptu venatuque viventes. Horum plurimæ gentes variæ armis, discolores habitu, linguis dissonæ, et origine vocabulorum incertæ; ^e ut *Tolosates*, *Angrivari*, *Quadi*, *Tungrii*,

Plinius tamen, lib. vii, cap. 2, a Marsa Circes filia.

^a *Marsos autem Græci*. Serv., *Æn.* vii, ad vers. *Oscorumque manus*, ita scribit : *Capuenses dicit qui antea Oscim appellati sunt, quod illic plurimi abundarent serpentes*. Sed, cur hos cum Umbris postea habitare dicat Isid., cum a Capuensibus longissime distent, quærendum.

^b *Daci autem Goth.* Verba sunt Justini, lib. xxxiii. Carmen vero sancti Paulini.

^c *De quibus quidam*. Idem Paulin.

^d *Sicut et populi hab. j. Lem.* Serv., *Georg.* vi, ad verba, *Prope flumina Mellæ*.

^e *Ut Tolosates*. Mira varietas in libris, dum singula nomina multimodis scribuntur, ut *Tolerates*, *Tolorates*, *Dolerates*, *Olarates*, *Coloniates*. Item *Amsivari*, *Samsi*, *Vari*, *Amisi*, *Vari Anismani*. Item *Quadi*, *Quadiyi*. Item *Tungrii*, *Turingii*, *Ungari*, *Mungrii*. Item *Bruteri*, *Bruteni*, *Brutei*, *Bructeri*. Item *Camasi*, *Clam-*

Marcomani, *Bructeri*, *Chamavi*, *Wangiones*, *Tubantes*, quorum immanitas barbariæ etiam in ipsis vocabulis horrorem quemdam significat.

98. *Suevi* pars Germanorum fuerunt in fine Septentrionis, de quibus Lucanus :

Fundit ab extremo flavos Aquilone Suevos

Quorum fuisse centum pagos et populos multi proderunt. Dieti autem *Suevi* putantur a monte *Suevo*, qui ab ortu initium Germaniæ facit, eujus loca incoluerunt.

99. *Burgundiones* quondam, a Romanis subacta interiore Germania, per castrorum limites positi à Tiberio Cæsare, in magnam coaluerunt gentem, **414** atque ita nomen ex locis sumpserunt : quia crebra per limites habitacula constituta *Burgos* vulgo vocant. Ii postea rebelles Romanis effecti, plusquam octoginta millia armatorum ripæ Rheni fluminis insederunt, et nomen gentis obtinuerunt.

100. *Saxonum* gens in Oceani littoribus et paludibus inuis sita, virtute atque agilitate habilis. Unde et appellata, quod sit durum et validissimum genus hominum, et præstans cæteris piraticis.

101. *Franci* a quodam proprio duce vocati putantur. Alii eos a feritate morum nuncupatos existimant. Sunt enim in illis mores ineonditi, naturalis ferocitas animorum.

102. *Britones* quidam Latine nominatos suspicantur, eo quod *bruti* sint, gens inter Oceanum, interfuso mari, quasi extra orbem posita. De quibus Virgilius : *Toto divisos orbe Britannos.*

103. *Scoti* propria lingua nomen habent a picto corpore, eo quod aculeis ferreis cum atramento variarum figurarum stigmate annotentur.

104. ^f *Galli* a candore corporis nuncupati sunt, *γλα* enim Græce *lactis* dicitur. Unde et Virgilius sic eos appellat, cum ait de iis : *Tim lactea colla Auro innectuntur.*

105. Secundum diversitatem enim cæli et facies hominum, et colores, et corporum quantitates, et animorum diversitates existunt. **415** Inde Romanos graves, Græcos leves, Afros versipelles, ^g Gallos natura feroces atque acriores ingenio pervidemus, quod natura climatum facit.

106. Galli autem *Senones* antiquitus *Xenones* dicebantur, quod Liberum hospitio recepissent, postea *x* in *s* litteram commutata est.

massi, *Chasuasi*, *Chamavi*. Item *Blangiani*, *Blanciani*. **D** Item *Tubantes*, *Abantes*. Nobis *Tolosates*, cum *Rhenan.*, lib. i *German. rer.* placeant. Itemque *Angrivari*, *Quadi*, *Tungrii*. *Marcomani*, *Bructeri*, *Chamavi*, *Wangiones*, *Tubantes*, ex *Tacito*. Quamvis pro *Chamavis* *Clamosi*, in panegyrico *Nazarii* ad *Constantin.*, *Aug.* mendose (ut credo) legantur. Eadem *Antonio Aug.* probabantur, nisi quod pro *Tolosatibus* *Tenteteros*, longius a scriptura discedens, ex *Tacito* substituebat.

^f *Galli a candore*. *Hier.*, in *procem.* lib. ii, in *epist.* ad *Gal.*, ex *Laetantio*, e ejus verbis *Sibylla* pro *Virgili* nomine in quosdam nostros *Codices* irrepsit.

^g *Gallos natura feroces atque acriores*. E *Serv.*, *Æn.* vi, ad vers. *Principio cælum ac terras*, quo tamen loco non acrioris, sed pigrioris ingenii legitur. Et *Julius Firmic.*, lib. i, cap. 1, et *Hilar.* (ut refert loco citato *Hieronymus*) *Gallos stolidos vocant.*

107. ^a *Vacca* oppidum fuit juxta Pyrenæum, a quo sunt cognominati *Vaccæi*, de quibus creditur dixisse poeta : *Lateque vagantes Vaccæi*. Hi Pyrenæi jugis peramplam montis habitant solitudinem. Idem et Vascones, quasi *Vaccones*, *c* in *s* litteram demutata.

108. ^b Quos Cn. Pompeius, edomita Hispania, et ad triumphum redire festinans, de Pyrenæi jugis deposuit, et in unum oppidum congregavit. Unde et *Convenarum* urbs nomen accepit.

109. *Hispani* ab *Ibero* amne primum *Iberi*, postea ^c ab *Hispalo* *HISPANI* cognominati sunt. ^f

110. ^d *Galleci* a candore dicti, unde et *Galli*. Reliquis enim **416** Hispaniæ populis candidiores existunt. Hi Græcam sibi originem asserunt. Unde et naturali ingenio callent.

111. Siquidem post finem Trojani belli, Teucrum morte Ajacis fratris invisum patri Telamoni, cum non reciperetur in Regnum, Cyprum concessisse, ibique urbem nomine antiquæ patriæ Salaminam condidisse (ferunt), ^e inde ad Galleciam profectum, et positus sedibus ex loco genti nomen dedit.

112. *Astures*, gens Hispaniæ, vocati eo quod circa *Asturam* flumen septi montibus silvisque crebris inhabitent.

113. ^f *Cantabri*, gens Hispaniæ, a vocabulo urbis et *Iberi* amnis cui insidunt appellati. Horum animus pertinax, et magis ad latrocinandum et ad bellandum, vel ad perpetiendum verbera semper parati.

114. *Celtiberi* ex Gallis Celticis fuerunt, quorum ex nomine appellata est regio *Celtiberia*. Nam ex flumine Hispaniæ *Ibero*, ubi consederant, et ex Gallis, qui *Celtici* dicebantur, misto utroque vocabulo *Celtiberi* nuncupati sunt.

115. ^g *Afri* appellati ab uno ex posteris Abraham, qui vocabatur *Afer* : qui dicitur duxisse adversus Libyam exercitum, et ibi victis hostibus consedis, **417** ejusque posteros ex nomine Atavi et *Afres* et *Africam* nuncupasse.

116. ^h *Pæni* autem Carthaginenses sunt a *Phænicibus* nuncupati, qui cum Didone profecti sunt.

117. *Tyrri* vero a *Tyria* urbe Phœnicum nominati, de qua profecti sunt, et in Africae littus venerunt.

118. **GETULI** *Getæ* dicuntur fuisse, qui ingenti agmine a locis suis navibus conscendentes, loca Syrtium in Libya occupaverunt; et quia ex *Getis* venerant,

^a *Vacca* oppidum juxta Pyren. A. Augustinus *Jacca* legendum existimabat. Nam et Strabo, lib. iii, de Gentibus inter Pyreneum et Idubedam montes Jaccetanor agens, Jaccetanam nobilissimam prædicat, ubi nunc *Jacca* urbs. Itaque debebat idem quæ sequuntur verba, ut aliena, abesse namque a duobus Cod. Carmen vero e Virgilio *Æneid.*, lib. iv, *Lateque vagantes Vaccæi*, mendosum, sed eodem modo legitur apud Hier. in epist. ad Dardan.

^b Quos Cn. Pompei... nomen accep. Ex Hieron., advers. Vigilant.; hodieque Comange dicitur.

^c Ab *Hispalo* *Hispani*. Ab *Hispano* *Hispani*, Justin., lib. XLIV, et C. Neap.

^d *Galleci*. Ex eodem Justin. Sed illa apud eum non sunt : Unde et naturali ingenio callent.

^e *Inde Galleciam profectus*. Multa ommissa sunt non ab Isidoro, ut Chacon quidem censebat, sed a libra-

derivato nomine *Getuli* cognominati sunt. Unde ea opinio est apud Gothos, ab antiqua cognatione Mauros consanguinitate propinquos sibi vocare.

119. ⁱ *Africam* autem initio habuere *Libyes*, deinde *Afri*, post hæc *Getuli*, postremum *Mauri* et *Numidæ*.

120. *Mauri* et *Numidæ*, ut *Afri* putant, sic sumptulerunt exordium et vocabulum. Nam postquam in Hispania Hercules interiit, et exercitus ejus compositus ex variis gentibus, amisso duce, passim sibi sedes quærebant, ex eo numero *Medi*, et *Persæ*, et *Armeni* navibus in *Africam* transvecti proxima maria loca occupavere.

121. Sed *Persæ*, dum materiam in agris pro construendis domiciliis non invenirent, et ignara lingua commercium prohiberet, per patentes agros, et diversas solitudines vagabantur, et a pabulationibus vagabundis semetipsos propria lingua *Numidæ* appellaverunt, id est, sine oppido vagos et errantes.

122. *Medi* autem cum *Libyis* se miscuerunt, quæ proxime Hispaniam inhabitabant, quorum nomen paulatim *Libycs* corruerunt, barbara lingua *Mauros* pro *Medis* appellantes, licet *Mauri* ob colorem a Græcis vocentur. Græci enim *nigram μαυρον* vocant, æstifer quippe calore afflatis atri coloris speciem ducunt.

123. ^j *Massylia* civitas Africae est, non longe a *Atlante*, et hortis *Hesperidum*; a qua civitate *Massylii* vocati sunt, quos nos corrupte *Massulos* vocamus de quibus *Virgilius* :

Hinc mihi *Massylæ* gentis monstrata sacerdos.

418 124. *Gaulalum* gentes sunt a meridie usque Oceanum *Hesperium* pervagantes. ^k His nomen *Gauloe* insula dedit, quæ est juxta *Æthiopiam*, ubi nec serpens nascitur, nec vivit.

125. *Garamantes* populi Africae prope *Cyrenas* inhabitantes a *Garamante* rege, *Appollinis* filio, nominati qui ibi ex suo nomine *Garama* oppidum condidit. Sunt autem proximi gentibus *Æthiopum*, de quibus *Virgilius* *extremi Garamantes*. ^l *Extremi* autem, quia sævi, et a consortio humanitatis remoti.

126. *Hesperii* vero sunt qui circa Hispaniam commorantur. Nam *Hispania* **HESPERIA**.

127. *Æthiopes* dicti a filio *Cham*, qui vocatus est *Chus*, a quo originem trahunt. ^m *Chus* enim *Hebraica* *Æthiops* interpretatur.

128. Hi ⁿ quondam, ab *Indo* flumine consurgente *Indo*, quæ petes e *Justino*.

^f *Cantabri*... a vocabulo urbis. Cujus et annales nostri sæpe meminere, et ruinae hodie visuntur.

^g *Afri* appellati. Omnia et *Hieron.* quæst. Gen. XXV.

^h *Phæni*... a *Phænicibus*. *Serv.*, *Æn.* 1 : *Phænicibus*, est, quasi *Phæni*.

ⁱ *Africam*... habuere *Libyes*. Ex *Sallust.*, in *Jugurth.*

^j *Massyla*. Vid. *Serv.*, ibidem.

^k His nomen *Gauloe*, E *Solin.* Sed cur *Æthiops* proxima? An quia *Solinus* statim de *Æthiopia*?

^l *Extremi*, quia sævi. E *Serv.*, ad *eclog.* 8, quæ de *sævi*.


^m *Chus* enim *ling. Heb.* Ex *Hieron.*, in lib. de *Nominib.* *Heb.*

ⁿ Hi quondam, etc. Verba *Hieron.*, in lib. de *Ling. Hebraic.*

juxta Ægyptum, inter Nilum et Oceanum, in meridie sub ipsa solis vicinate insederunt, quorum tres sunt populi: Hesperii Garamantes et Indi: Hesperii sunt Occidentis, Garamantes Tripolis, Indi Orientis.


129. ^a *Troglodytæ* gens Æthiopum; ideo nuncupati, quod tanta celeritate pollent, ut feras cursu pedum assequantur.

130. ^b *Pamphagi*, et hi in Æthiopia sunt: quibus esca est quidquid mandi potest, et omnia fortuito gigantia, unde et appellati.

131. ^c *Ichthyophagi*, quod venando in mari valeant, et piscibus tantum alantur.  Hi post Indos montanas regiones tenent, quos subactos Alexander Magnus piscibus vesci prohibuit.

132. ^d *Anthropophagi* gens asperriina sub regione Serum sita. Cui quia humanis carnibus vescuntur, ideo *Anthropophagi* nominantur. Itaque sicut his, ita et cæteris gentibus per sæcula, aut a regibus, aut a locis, aut a moribus, aut ex quibuslibet aliis eausis immutata vocabula sunt, ita ut prima origo nominis eorum temporum vetustate non pateat.

133. Jam vero hi qui ^e *Antipodes* dicuntur, eo quod contrarii esse vestigiis nostris putantur, ut quasi sub terris positi adversa pedibus nostris calcant vestigia, nulla ratione credendum est, quia nec soliditas patitur, nec centrum terræ; sed neque hoc illa historiae cognitione firmatur, sed hoc poetæ, quasi ratiocinando, coniectant.


134. ^f *Titanas* autem quosdam in Græcia ferunt visse robustos et excellentes viribus populos, ^g quos  erunt fabulæ ab irata contra deos terra ad ejus ultionem creatos.

135. Unde et *Titanes* dicti sunt ἀπὸ τῆς τίσεως, id est, ab *ultione*, quod quasi uliscendæ matris terræ causa in deos armati exstiterint; quos fabulæ a Jove bello fuisse superatos atque extinctos fingunt, propter quod e cælo jactis fulminibus interierunt.

CAPUT III.

De regnis et militiæ vocabulis.

1. Regnum a regibus dictum, nam sicut *reges* a *regendo* vocati, ita *regnum* a *regibus*.

^a *Troglodytæ* gens. Ἀπὸ τῆς τρώγλης, id est, caverna, quod in speluncis habitent. Solin., cap. 34. Sed Isidori notatio magis *Trogloditis* respondet, id est, viæ voratoribus. Plinius quoque lib. vi, cap. 29:  *Gentes Trogloditarum idem Juba tradit Theriothos a venatuidictos miræ velocitatis.* Neque tamen propterea *Trogloditas* ab Isid. nominatos putarim, cum præsertim *Troglodytæ* in omnibus Col. legatur, sed lusisse in voce, ut solet, liberius.

^b *Pamphag.* Verba Solin., cap. 33.


^c *Ichthyophag.* Ex eod. cap. 57.

^d *Anthropophag.* Ex eod. cap. 53.

^e *Antipodes.* Ex Aug. xvi de Civit., cap. 9, qui Laetantium secutus est, quidam etiam verba e Servio, *En. vi* ad illud: *Noctes atque dies p. a. i. D.* Hos omnes ætas nostra coarguit ad Antipodas ipsos penetrans. Sed Servius non de Antipodibus, sed de inferis ac terræ centro loquitur.

^f *Titanas.* Ex Laetantium, lib. v, cap. 6.

^g *Quos scrutant fabul.* E Serv., *En. vi*: *Hic genus antiquum Trojæ.*


2. Regnum universæ nationes suis quæque temporibus habuere, ut Assyrii, Medi, Persæ, Ægyptii, Græci, quorum vices sors temporum ita volutavit ut alterum ab altero solveretur. Inter omnia autem regna terrarum duo regna cæteris gloriosiora traduntur, Assyriorum primo,  deinde Romanorum, ut temporibus et locis inter se ordinata atque distincta.


3. Nam sicut illud prius, et hoc posterius, ita illud in Occidente exortum est; ^h denique in illius fine hujus initium confestim fuit. Regna cætera cæterique reges velut appendices istorum habentur.

4. ⁱ *Reges* a *regendo* vocati, ^j sicut enim *sacerdos* a *sanctificando*, ita et *rex* a *regendo*; non autem regit, qui non corrigit. Recte igitur faciendo regis nomen tenetur, peccando amittitur. Unde et apud veteres tale erat proverbium. ^k *Rex eris si recte facies, si non facias, non eris.*

5. Regiæ virtutes præcipuæ duæ, justitia et pietas; plus autem in regibus laudatur pietas; nam justitia per se severa est.

6. *Consules* appellati a *consulendo*, sicut *reges* a *regendo*, et sicut *leges* a *legendo*; ^l nam eum Romani regum superbam dominationem non ferrent, annua imperia binosque consules sibi fecerunt, nam fastus regius non benevolentia consulentis, sed superbia dominantis erat: hinc igitur *consules* appellati, vel a *consulendo* civibus, vel a *regendo* euncta *consilio*.

7. Quos tamen ideo mutandos per annos singulos instituerunt, ut nec insolens diu maneret, et moderatior cito succurreret. Inde autem duo pares, quia  unus rem civilem, alter rem militarem administrabat. ^m Regnaverunt autem annis cccclxiii.

 8. Proconsules subjecti erant consulibus, et dicti *proconsules*, eo quod vicem consulis fungerentur, ⁿ sicut procurator curatoris, id est, aetoris.

9. *Exconsules* autem dicti, quod jam a consulatu exierint, sive discesserint, peracto vicis suæ anno.

10. ^c *Dictatores* nono anno post reges expulsos Romani sibi creaverunt, dum gener Tarquinii, ad injuriam socii vindicandam, ingentem adversus Romanos eollegisset exercitum.

CAP. III. — ^h *Denique in illius fine hujus initium fuit.* Nam quo tempore Sardanapalus ultimus Assyriorum rex ab Arbace Medo vietus igni se tradidit, Romulus et Remus nati sunt, quantum ex Eusebio colligere licet.

ⁱ *Reges a regendo.* Ex Aug., ad ps. XLIV.

^j *Sicut enim sacerdos a sanctificando.* Ex eodem, ut etiam sup., lib. vii. cap. 12.

^k *Rex eris, si recte facies.* Horatius.

^l *Nam cum Romani regum superbam dominationem.* Ex Aug., xv de Civit., cap. 12. Qui hæc ex Sallust. Catilio., apud quem etiam *superbiam dominationem* (non ut vulgo *in superbiam dominationemque*) in antiquiss. libro legi aiabat Chacon.

^m *Regnaverunt autem annis cccclxiv.* Totidem numerat Hieronymus in præf., ad Aggæum, et Euseb. in Chron. Mendose libri nostri cccclxvii, facili librariorum lapsu.

ⁿ *Sicut procurator curatoris.* Vid. cap. seq.

^c *Dictatores nono anno.* Euseb. (sive Hieronymus patius), in Chron.: *Nono* (inquit) *anno post exactu*

11. ^a Hi quinquenii temporis imperis utebantur; plus enim erant honore, quam consules, quia annuas potestates tenebant. ^b Et dicti *dictatores*, quasi *principes*, et *præceptores*; unde et *magistri populi* nominabantur. Unde et *dicta* dicuntur.

12. ^c *Cæsarum* nomen a Julio cœpit, qui bello civili commoto primus Romanorum singularem obtinuit principatum. *Cæsar* autem dictus, ^d quod *cæso* mortuæ matris utero prolatus eductusque fuerit; vel quod cum *cæsarie* natus sit, a quo et imperatores sequentes **422** *Cæsares* dicti (eo quod comati essent).

Qui enim ex secto utero eximebantur, *Cæsones* et *Cæsares* appellabantur.

13. *Julius* autem dictus, quia ab Iulo Æneæ filio, originem duxit, ut confirmat Virgilius:

Julius a magno demissum nomen Iulo.

14. *Imperatorum* autem nomen apud Romanos eorum tantum fuit prius apud quos summa rei militaris consisteret, et ideo *imperatores* dicti ab *imperando* exercitui; sed dum diu duces titulis imperatoris fungerentur, senatus censuit ut Augusti Cæsaris hoc tantum nomen esset, eo quod is distingueretur a cæteris gentium regibus, quod et sequentes Cæsares haecenus usurpaverunt.

15. ^f Solet enim fieri ut primi regis nomen etiam reliqui possideant, sicut apud Albanos, ex *Silvii* nomine, omnes reges Albanorum *Silvii* appellati sunt; sicut et apud Persas *Arsacidae*; apud Ægyptios *Ptolomæi*; apud Athenienses *Cecropidae*.

16. ^g *Augustus* ideo apud romanos nomen imperii est, eo quod olim *augerent* rempublicam amplificando. Quod nomen primo senatus Octaviano Cæsar tradidit, ut quia *auxerat* terras, ipso nomine et titulo consecraretur.

17. Dum autem idem Octavianus jam Cæsar et imperator appellaretur, vel Augustus, ^h postea vero dum ludos spectaret, et pronuntiatum esset *reges nova dignitas est creata, Dictatura, scilicet*. In quo Livium secutus videtur. Cassiodorus octavo anno post exactos reges, de qua discordia. Fasti inspiciendi; Ant. August. non nisi duodecimo. Nostri omnes libri magno consensu quinto anno retinent, error fortasse natus ex nota IX, vel XII.

^a Hi quinquenni... tenebant. Hæc censoribus aptanda videntur, de quibus cap. seq. Nam dictatura semestris fuit.

^b Et dicti *dictat*, Varr., lib. v: *Hinc in manipulis castrensibus dicta ducibus. Hinc dictata in ludo, Hinc dictator magister populi*. Cic., III de Legibus: *Ast quando duellum gravius discordiæ civium poscunt, dictatur esto, ne amplios sex menses, si senatus creverit, idemque juris, quod duo consules teneto. Isque av sinistra dictus populi magister esto. Dictus vero dictator, quod a consule diceretur.*

^c *Cæsarum* autem. Imperatorum, alioqui ante Cæsarem dictatorem Cæsar Juliorum cognomen fuit. Euseb. in Chron.: *C. Julius Cæsar Primus apud Romanos singulare obtinuit imperium a quo Cæsares Romani principes appellati.*

^d Quod *cæso* matris. E. Serv., Æn. I, vers. *Nascetur p. t. o. Cæsar*. Quam verum (cum vixerit Aurelia Cæsaris mater diu vivo Cæsare), Servius viderit.

^e Qui enim ex secto. Plin., lib. VII; *Auspicius enecta parente gignuntur, sicut Scipio Africanus prior natus, primusque Cæsarum a cæso matris utero dictus, qua*

illi a populo ut vocaretur et *Dominus*, statim manu vultuque averso, indecoras adulationes repressit, et *Domini* appellationem, ut omen, ⁱ declinavit, atque insequenti die omnem populum gravissimo edicto corripuit, *Dominumque* se post hæc appellari, ne a liberis quidem suis permisit. Fuit enim filius Attiæ, quæ nata est de sorore Julii Cæsaris.

423 18. *Reges* autem ob hanc causam apud Græcos βασιλεῖς vocantur, quod tanquam *bases* populum sustinent; unde et bases coronas habent. Quanto enim quisque magis præponitur, tanto amplius pondere laborum gravatur.

19. *Tyranni* Græce dicuntur, iidem Latine et *reges*; ^j nam apud veteres inter regem et tyrannum nulla discretio erat, ut:

B Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Fortes enim reges tyranni vocabantur; nam TIRO *fortis*, de quibus Dominus loquitur: *Per me reges regnant, et tyranni per me tenent terram.*

20. Jam postea in usum accidit tyrannos vocari pessimos atque improbos reges, luxuriosæ dominationis cupiditatem, et crudelissimam dominationem in populis exercentes.

21. ^k *Princeps* et dignitatis modo significatur, et ordinis, sicut est illud Virgilianum

Princeps ardentem coniecit lampada Turnus, pro *primus*.

^l Dictus autem *princeps* a capiendi significatione, quod *primum capiat*, sicut *municeps* ab eo quod *munia capiat*.

C 22. ^m *Dux* dictus, eo quod sit *ductor* exercitus; sed non statim quicumque principes, vel duces sunt, etiam reges dici possunt. In bello autem melius duces nominari quam regem; nam hoc nomen exprimit in prælio ducentem; unde Virg.: *Ducis Evandri*, Sallust.: *Quo cupidius in ore Ducis sese quisque bonum*. Non dixit *in ore Consulis*.

de causa cæsones appellati. Vid. Fest. Verba vero, *eo quod comati essent*, aliena cum Chacone ducimus.

^f Solet enim fieri. E. Serv., Æn. XII, ad vers. *Murranum hic atavos*.

^g *Augustus... eo quod augerent*. Suetonius ab *avutu*, vel ab *avium gestu, gustu*. Ovidius utrumque indicavit Fast. III:

Hujus et augurium dependet origine verbi; Et quodcumque sua Jupiter auget ope.

^h Postea vero dum lud. spect. Sueton., cap. 53.

ⁱ Ut omen declinavit. Verissime restituit hunc locum A. Covarruvias cum in libris, *ut homo* legeretur. Neque Isidoriano Codici, a quo hæc voces absumunt, tantum credo, quantum huic emendationi. Sueton.: *DOMINI appellationem, ut maledictum et opprobrium semper exhorruit* Quod autem sequitur, *que nata est de sorore Julii Cæsaris*, verba sunt Servii, initio Æneid.

^j Nam apud veteres. E. Serv., Æn. IV et VII, et August., V de Civit., cap. 19: *Sed ne tyranni non pessimi atque improbi reges, sed veteri nomine fortes dicti existimentur. Unde ait Virgil.:*

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

^k *Princeps et dignitatis mod.* Serv., Æn. advers. *Cum princeps medioque Gyas*, etc.

^l Dictus autem *princeps* Ex Aug., lib. de Grammat.

^m *Dux* dictus, Ex XVIII de Civit., cap. 45.

23. *Monarchæ* sunt qui singularem possident principatum, qualis fuit Alexander apud Græcos, et Julius apud Romanos. Hinc et *monarchia* dicitur *Μοναρχία* quippe *singularitas* Græco nomine. ἀρχή *principatus* est.

24. *Tetrarchæ* sunt quartam partem regni tenentes. Nam τέτραρα *quatuor* sunt, qualis fuit apud Judæam Philippus.

424 25. ^a *Patricii* inde vocati sunt, pro eo quod sicut *patres* filiis, ita provideant reipublicæ.

26. ^b *Præfecti* dicit, quod prætoriam potestate præsent.

27. ^c *Prætores* iidem qui et præfecti, quasi *præpositores*.

28. ^d *Præsides* vero dicti, quia alicujus loci tutelam præsidialiter tenent.

29. *Tribuni* vocati, quod militibus, sive plebibus ^B jura tribuunt.

30. ^e *Chiliarchæ* sunt qui *mille* præsent, quos nos *millenarios* nuncupamus, et est nomen Græcum.

31. *Centuriones* dicti, eo quod *centum* præsent militibus, sicut *quingagenarii*, qui in capite sunt *quingenta* militum, sicut *decani* ab eo quod militibus *decem* præferuntur.

32. ^f *Miles* dictus, quia *mille* erant ante in numero uno, vel quia unus est ex *mille* electus. Romulus autem ^g primus ex populo milites sumpsit, et appellavit. Liber vero primus militiae ordinem docuit.

33. *Miles*, aut ordinarius dicitur, aut extraordinarius. Ordinarius est 425 qui per ordinem militat, nec adhuc aliquem consecutus est gradum honoris est enim gregarius, id est humilis militiae. Extraordinarius vero, qui ob virtutem promovetur ex ordine.

34. *Emeriti* dicuntur veterani solutique militia, qui jam in usu prælii non sunt, qui *MERERI* militare dicitur, a stipendiis, scilicet, quæ merentur. Iidem et *veterani* dicuntur quia jam in usu prælii non sunt, sed post multos militiae labores quietis suffragium consequuntur.

35. *Equestres* milites dicti eo quod *equo* sedeant. Item militat ille in equestri ordine.

36. *Tirones* dicuntur fortes pueri, qui ad militiam deliguntur, atque armis gerendis habiles existunt. Hic enim non ex sola professione nativitatis, sed ex aspectu et validitate corporis existimantur. Unde et *tirones* dicti, qui antequam sacramento rogati sint, milites non sunt.

^a *Patricii* inde vocati. De novo patriciorum genere, quod erat Justiniani tempore, A. Augustinus.

^b *Præfecti*. De præfectis prætorio.

^c *Prætores* iidem qui et *præfecti*. Veteres prætores intellige, hoc est magistratus, qua ratione prætores consules dicebantur, et prætorium, et porta prætoriana. Quod vero *quasi præpositores*, melius cum Varro, *quasi prætores* dixisset.

^d *Præsides*. Glossar., *præses*, ἡγεμῶν.

^e *Chiliarchæ*. Ex Hieronym., Isai. II.

^f *Miles*.... quia *mille* erat ante in numero uno. Cohortes *numeros* appellari solitas a Latinis tradit Sozomen., tripart. Hist. lib. I. cap. 7. Varro tamen, lib. IV. *Milites*, quod *trium millium* legio primo fiebat, i.e., *singulæ* tribus Tat. Ramn. Lucer, *millia* *singula* *nitebant*.

37. ^h Romanæ autem militiae mos fuit puberes primo exerceri armis. Nam decimo sexto anno tirones militabant, quo etiam solo sub custodibus agebant, de quibus Virgilius: *Et primævo flore juventus*.

38. ⁱ Servos sane nunquam militasse constat, nisi servitute deposita, excepto Annibalis tempore, cum post Cannense prælium in tanta necessitate fuissent Romani, ut ne liberandorum quidem servorum daretur facultas.

39. ^j *Desertores* vocati, eo quod, *desertis* militibus officiis, evagantur. Hi in alios numeros militiae nomen dare prohibentur, sed si non magni temporis culpam contraxerint, cæsi numeris suis restituntur. Sed et qui deserunt exercitum ad hostes transeuntes, et ipsi *desertores* vocantur.

426 40. *Conscripti* milites dicuntur, quia in tabulis conferuntur ab eo qui eos ducturus est; sicut *transcripti* vocantur, cum de alia in aliam legionem transeunt, et inde *transcripti*, quia nomina dunt ut *transcribantur*

41. ^k *Options* dicti, quod sint electi. Nam *OPTARE* eligere est, sicut est illud: *Optavitque locum regno*, id est *elegit*.

42. *Excubitores* dicuntur, pro eo quod *excubias* semper agunt. Sunt enim ex numero militum, et in porticibus *excubant* propter regalem custodiam. ^l *Excubiæ* autem diurnæ sunt vigiliæ nocturnæ, unde et *vigiles*.

43. *Velites* erant apud Romanos genus militiae, a *volitando* vocati. Lecti enim agilitate juvenes, cum armis suis post terga equitum considebant, et mox cum ad hostes ventum esset, equis desiliebant, et continuo pedites ipsi ex alia parte, equitibus per quos advehi fuerant dimicantibus, hostem perturbabant. Ab his ergo *velitibus* elephantum quondam Annibalis retro acti, cum regi jam a suis non possent, fabrilis scalpro inter aures adacto, necabantur.

44. *Castra* sunt ubi miles steterit; ^m dicta autem *castra*, quasi *castra*, eo quod illic castraretur libido. Nam nunquam iis intererat mulier.

45. *Militia* autem a *milibus* dicta, aut a *multis* quasi *multitia*, quasi negotium multorum, aut a *mole*. ⁿ rerum, quasi *moletia*.

46. *Legio* sex millium armatorum est a *delectu* vocata, quasi *lecti*, 427 id est, *armis electi*. Proprie

^g *Ex populo*. Ex plebe.

^h *Romana autem militiae*. E Serv., Æn. VII, ad vers. *Ante Urbem pueri*, etc.

ⁱ *Servos sane nunquam militasse*. Ex eodem, Æn. IX, vers. *Vetitisque ad Trojam miserat armis*.

^j *Desertores*. Vid. I. *Desertorum*, § 3, d. de Re milit... et Quintil., lib. VII, cap. 7.

^k *Options*.... nam *optare* *eligere*. E Serv. Fest. *Optio* qui nunc dicitur, antea appellabatur *accensus* is *adjutor* dabatur *centurioni* a *tribuno militum*, ut *quomodo* vellet eligeret, unde et nomen *sortilus* est.

^l *Excubiæ autem diurnæ*. Ex eodem Æn. IX.

^m *Dicta autem castra* Ex eod., Æn. III, ad vers. : *Nos castra movemus*.

ⁿ *Quasi moletia*. Al., *molestia*, quibus favet Conchen. vernaculus, *la mollitia*, et Rabanus, Festus, quo-

autem Macedonum ^a *phalanx* ^b Gallorum *caterva*, **A** quae formas et nomina ab ipsis rebus de quibus translata sunt mutuantur.

47. ^c Legio habet sexaginta centurias, manipulos triginta, cohortes duodecim, turmas ducentas.

48. *Centuria* est pars exercitus in centenos milites divisa. Unde et qui iis praesunt *centuriones* dicunt.

49. *Suceenturiati* sunt, non qui in prima, sed qui in secunda centuria sunt, quasi *sub* prima centuria, tamen stricti etiam ipsi, et in speculis positi in bello sunt, ut si prima defecerit, isti, quos sub se diximus, laborantibus primis subveniant. Unde ad insidiandam ponitur *suceenturiatus*, quasi armis dolosis instructus.

50. *Manipulus* ducentorum est militum; *manipuli* autem dicti sunt milites, sive quia bellum primo *manu* incipiebant, sive quod antequam signa essent *manipulos* sibi, id est, *fasciculos* stipulae, vel herbae **B** alicujus, pro signis faciebant, a quo signo *manipulares* milites cognominati sunt. De quibus Lucanus:

Convocat armatos extemplo ad signa maniplos.

51. ^d *Turma* triginta equites sunt. Romani enim equites in una tribu trecenti fuerunt. De singulis enim centuriis decem dabantur, et fiebat turma.

Cohors quingentos milites habet.

428 52. Tria sunt militiae genera, sacramentum, evocatio, conjuratio.

53. *Saeramentum*, in quo post electionem jurat unusquisque miles se non recedere a militia, nisi post completa stipendia, id est, militiae tempora, et hi sunt qui habeat plenam militiam. Nam viginti quinque annis tenentur.

54. *Evocatio*, dum ad subitum bellum non solum milites, sed et caeteri evocantur. Unde etiam consul solebat dicere: *Qui rempublicam salvam esse vult, me sequatur.*

55. *Conjuratio*, quae fit tumultu, quando vicinum urbis periculum singulos jurare non patitur sed repente colligitur multitudo, et tumultuosa in ira conflatur. Haec et *tumultuatio* dicitur.

56. In acie autem istae fere formae sunt: Exercitus, classis, nodus, enneus, ala, cornua, agmen, que: *Militem*. *Uterus a mollitia per antiphrasin dictum putat, eo quod nihil molle, sed asperum quid reddat.*

^a *Macedonum phalanx*. E Serv., Aen. II. Et jam Argiva phalanx.

^b *Gallorum caterva*. Veget., lib. II, cap. 2.

^c *Legio autem habet LX*. Serv., Aen. VI, ad vers. *Volscor. edice manipulis*. *Signiferi*, inquit, quia *se-eundum antiquum morem in legione erant triginta*. **D** *Legio autem habebat septem cohortes, sc. triginta centurias*. Putamus autem apud Serv. vitiose VII pro XII scriptum. Nam apud Isidor. omnia constant, qui paulo post cohortem quingentis militibus constare dicit. Licet (ut ait ibidem Servius) *in his rebus accessu temporis ducum varietas semper mutaverit militiae disciplinam*. Agell., lib. XVI, cap. 4: *In legione sunt centuria LX, manipuli XXX, cohortes X*. Vegetius quoque, lib. II, cap. 6: *Sciendum est autem in una legione decem cohortis esse debere. Sed prima cohors reliquas et numero militum et dignitati praecedat*.

^d *Turma... et fiebat turma*. Concinnasse videtur haec (quae nunc integra non esse nemo non videt) e Servio et Varrone, ita ut utriusque aliquid restet. Ergo scripturam quae in libris omnibus erat relinquentes, amborum verba proponemus: Serv., Aen.

quae formas et nomina ab ipsis rebus de quibus translata sunt mutuantur.

57. *Acies* dicta, quod ferro armata sit, et *acumine* gladiatorum.

58. *Exercitus*, multitudo ex uno genere, ab *exercitatione* belli vocata.

59. *Classes* dictae propter divisionem exercitus, qui postea manipuli dicti sunt. Unde et Virgilius:

Classibus hic locus, hic acies certare solebant.

Jam postea et *classis navium* dicta.

60. ^e *Nodus* proprie est densa peditum multitudo, sicut turma equitum. *Nodus* autem dictus, pro difficultate, quod vix possit resolvi.

61. *Cuneus* est collecta in unum militum multitudo. Unde propter quod in unum coit, ^f ipsa coitio in unum *cuneus* nominatus est, quasi *couneus*, eo quod in unum omnes coguntur.

429 63. *Ala* in exercitu triginta equites esse dicuntur; ^g *Alae* autem equites ob hoc dicti, quia tegunt pedites *alarum* vice.

63. *Cornua* vocantur extremitas exercitus, quod intorta sit.

64. ^h *Agmen* dicitur cum exercitus iter facit, ab *agendo* vocatum, id est, *eundo* Plautus.: *Quo te agis ipse?* Est enim exercitus ambulans. Nam agmen dicitur quod in longitudine directum est, quale solet esse cum exercitus portis procedit; quidquid fuerit aliud, abusive dicitur.

CAPUT VI.

De civibus.

C 1. De imperiis militiaeque vocabulis ex parte dictum, est, deinceps civium nomina summatum subjungimus.

2. *Cives* vocati, quod in unum *coeuntes* vivant, ut vita communis et ornatio fiat et tutior.

3. *Domus* unius familiae habitaculum est, sicut urbs unius populi, sicut orbis domicilium totius generis humani. Est autem domus genus, familia, sive conjunctio viri et uxoris. Incipit autem a duobus, et est nomen Graecum. Nam *δοματα* Graeci *tecta* vocant.

ix: Trecentum scutati omnes. Romani, inquit, equites primo trecenti fuerunt, de singulis enim curiis deni dabantur, quas triginta fuisse diximus. Varro lib. IV: Turma, terma, e in u abiit, quod terdeni equites ex tribus tribubus Tatiensium, Ramnens. et Lucer. fiebant: itaque primi singularum decuriarum decuriones dicti. Chaeon, reliquis rejectis, haec tantum ex Servio retineri volebat: *Romani equites primo trecenti fuerunt, de singulis enim curiis decem dabantur. Cohors, etc.*

^e *Nodus proprie est densa*, E Serv., Aen. X, ad illud: ... abantem

Oppositum interimit pugnae nodumque moramque. Quod autem sequitur, *Nodus autem dictus pro difficultate*, alia verbi apud Servium notio est, non ratio prioris, ut videtur existimasse Isidorus, qui Servii commentaria sive Virgilio eam inibus fortasse inspiciebat.

^f *Et ipsa coitio in unum*. Verba Ang. in lib. de Ordia., cap. 18.

^g *Alae autem equites*. Veget., lib. II, cap. 1, et Agell., XVI, cap. 4.

^h *Agmen*. Serv., Aen., I et IX: *Agmen proprie est exercitus ambulans, quidquid fuerit aliud, abusive dicitur.*

Familia est liberi ex liberis legibus suscepta *femore*.

4. *Genus* autem a *gignendo* et *prognerando* dictum, aut a definitione certorum prognatorum, ut nationes, quæ propriis cognationibus terminatæ, gentes appellantur.

5. ^a *Populus* est cœtus humanæ multitudinis, juris consensu et concordia communione sociatus. *Populus* autem eo distat a *plebibus*, quod *populus* 430 universi cives sunt, connumeratis senioribus civitatis; *plebs* autem reliquum vulgus sine senioribus civitatis.

6. *Populus* ergo tota civitas; vulgus vero *plebs* est. *Plebs* autem dicta a *pluralitate*; major est enim numerus minorum quam seniorum. ^b *Populus* vero συχὸς δῆμος dicitur, id est, Κοτὸς πολλός. Unde et *populus* dictus est. ^c Græce autem *populus* dicitur λαός a *lapidibus*. *Vulgus* est passim inhabitans multitudo, quasi quisque quo vult.

7. *Tribus* dicuntur tanquam curiæ et congregationes distinctæ populorum, et vocatæ *tribus* ab eo quod in principio, Romani *trifarie* fuerunt a Romulo dispersi ^d in senatoribus, militibus et plebibus. ^e Quæ tamen *tribus* nunc multiplicatæ nomen pristinum retinent.

8. *Senatui* nomen ætas dedit, quod *seniores* essent. ^f Alii a *sinendo* dictos accipiunt *senatores*; ipsi enim agendi facultatem dabant.

9. *Senatusconsultus* a *consulendo*, tractando est dictus, quod sic fit, ut *consulat*, et nocere non possit.

10. ^g *Patres* autem, ut dicit Sallustius, a curæ similitudine vocati sunt. Nam sicut patres filios suos, ita illi ^h rempublicam habebant.

11. ⁱ *Patres conscripti*, quia dum Romulus decem curias senatorum elegisset 431 nomina eorum, præsentem populo, in tabulas aureas contulit, atque inde *Patres conscripti* vocati.

12. Primi ordines senatorum dicuntur *illustres*, secundi *spectabiles*, tertii *clarissimi*. Jam inferius quartum aliquod genus non est. Quamvis autem senatoria quisque origine esset, usque ad legitimos annos eques Romanus erat, deinde accipiebat honorem senatoriæ dignitatis.

CAP. IV. — ^a *Populus est cœtus*. Aberat a libris vox *cœtus*, quam restituimus ex August., XIX de Civ., c. 21 et 24, qui hæc verba e libris Cic. de Rep. citat.

^b *Populus vero*. Quot hic monstra e Græcis characteribus? Sed proxime accedit ad lectionem quam posuimus. Ovet. colleg. Goth. Vide nunquid ad hæc τὸ « πολλὸς συμμικτός » Hieronymi, Nahum III, ad illud: *Bruchus expansus est*.

^c *Græce autem populus*. E Serv., Georg. I, ad vers.: *Unde homines nati durum gen.*

^d *In senatoribus mil. et pleb.* Aliena hæc ducimus.

^e *Quæ tamen tribus nunc multiplic.* Varr., lib. IV. *Centuria prima a centum jugeribus dicta, post duplicata retinuit nomen, ut tribus multiplicatæ idem tenent nomen.* Ead. ex eod. Varrone refert Columella, lib. V, cap. 1, a quo verius fortasse sit Isidorum sumpsisse. Nam Varronis libros de Ling. Latin. non putabat ab Isidoro lectos Chacon.

^f *Alii a sinendo*. Verba sunt Servii, Æn. V, ad vers. *Et patribus dat jura vocatis*. Sed quis hæc, obsecro, in Isidoro, non risit? At in Servio, *suspiciunt iidem*.

^g *Patres autem*. Serv., ibid.

^h *Remp. habebant*. Ita Goth. Cod.; alii, *alebant*.

13. *Censores* apud veteres Romanos erant. Est enim nomen *ensoris* dignitas judicialis. *Censere* enim *judicare* est. Item *ensores* sunt patrimoniorum iudices, a *censu* æris appellati.

14. ^k *Judices* dicti, quasi *jus dicentes* populo, sive quod *jure* disceptent. *Jure* autem disceptare est *juste* judicare. Non est autem *Judex*, si non in eo est *justitia*.

15. *Præsides* rectores sunt provinciæ, dicti eo quod *præsunt*.

16. *Prætores* autem, quasi *præceptores* civitatis, et principes, iidem, et *questores*, quasi *quæsitores*, eo quod *quæstionibus* præsent, consilium enim et causa apud eos est.

17. ^l *Proceres* sunt principes civitatis, quasi *procedes*, quod ante omnes honore præcedant. Unde et capita *trabium*, quæ eminent extra parietes, *proceres* dicuntur, eo quod primo *procedant*. Hinc autem ad primores facta translatio, quod a cætera multitudo præeminent.

18. ^m *Tribuni* dicti, quod plebi jura, vel opem *tribuunt*. Constituti sunt autem 432 decimo sexto anno post reges exactos. Dum enim plebs a senatu et consulibus premeretur, tunc ipsa sibi tribunos, quasi proprios iudices et defensores creavit, qui eorum libertatem tuerentur, et eos adversus injuriam nobilitatis defenderent, unde et *defensores* dicti, eo quod sibi plebem commissam contra insolentiam improborum *defendant*. ⁿ At contra nunc quidam eversores, non defensores existunt.

19. ^o *Numerarii* vocati sunt qui publicum numerum ærariis inferunt.

20. *Functi*, ab eo quod *fungantur* honore et officio aliquo dicti. Hinc et *defunctos* mortuos dicimus, qui compleverunt vitæ officia, nihil enim jam faciunt.

21. *Municipipes* sunt in eodem municipio nati, ab officio munerum dicti, eo quod publica *munia* accipiunt. *Munia* enim officia sunt; unde et *immunes* dicuntur, qui nullum gerunt officium.

22. *Municipales* originales cives, et in locum officium gerentes.

ⁱ *Patres conscripti*. Hæc unde sint, quærendum. Dionys.: Οἱ δὲ μετέχοντες πατέρες ἔγγραφοι προσήγορεύθησαν, καὶ μέχρις ἑμοῦ ταύτης ἐτύγχανον τῆς προσήγορας, ἑλληνικὸν δὲ τοῦτο ἔθος ἦν. Neque tamen sic satis placere possunt, neque si ex aureis æreas tabulas facias, adducemur, ut hæc non adulterina sint.

^j *Primi ordinis*. E Placidi glossis, e quo *senatorum* vocem debebat Chacon.

^k *Judices dicti*. Infra, lib. XVIII, cap. 15, et Grat., 23, q. 2, cap. 1, et Greg., cap. 10 de verb. Signif.

^l *Proceres... unde, et capit. trab.* E Serv., Æn. I, ad vers. *Post alii proceres*.

^m *Tribuni... decimo sexto*. Mendose omnes libri, *sexto*. Aseon., in Cornelia: *Tanta in illis virtus fuit, ut anno 16 post reges exactos, propter nimiam dominationem potentium secederent, leges sacratas ipsi restituerent, duos tribunos crearent.* Et Pompon., cap. 2 de Origin. Jur.: *Anno fere 17 post reges exactos pop. Rom. tribunos sibi in monte Sacro creavit.*

ⁿ *At contra nunc quidam*. Oportet hæc alienius antiqui Scriptoris verba fuisse, nam Isidori ætate tribuni non erant.

^o *Numerarii*. Exstat edictum Egicæ regis in concil. Tolet. XVI, ubi numerarii muneris mentio fit.

23. *Decuriones* dicti, quod sint *de ordine curiæ*. Officium enim curiæ administrant. Unde non est decurio, ^a qui summam non intulit, vel curiam non participavit.

24. *Curiales* autem iidem et *decuriones*. Et dicti *curiales*, quia civilia munera procurant et exsequuntur.

433 25. *Principales magistratus et duumvirales* curialium officiorum ordinis sunt. *Principales* dicti quod *primi* sint magistratibus.

26. *Magistratus* vero, quod majores sint reliquis officiis.

^b *Duumvirales*...

27. *Tabellio* vocatus, eo quod sit portitor *tabellarum*. Idem *exceptor*, idem et *scriba* publicus, quia ea tantum quæ gestis publicantur *scribit*.

28. *Burgarii* a *burgis* dicti, quia crebra per limites habitacula constituta *burgos* vulgo vocant. Unde et *Burgundionum* genti nomen inhæsit, quos quondam, subacta Germania, Romani per castra disposuerunt, atque ita ex locis nomen sumpserunt.

29. ^c *Collegiati* dicuntur, quod ex eorum collegio custodiisque deputentur **434** qui facinus aliquod commiserunt. Est enim sordidissimum genus hominum patre incerto progenitum.

30. *Privati* sunt extranei ab officiis publicis. Est enim nomen magistratum habenti contrarium; et dicti *privati*, quod sint ab officiis curiæ absoluti.

31. *Mercenarii* sunt qui serviunt accepta *mercede*: iidem et *barones* Græco nomine, quod sint fortes in laboribus; βαρυς enim dicitur *gravis*, quod sit *fortis*. Cui contrarius est *levis*, id est, *infirmus*. **C**

32. *Publicani* appellantur conductores vectigalium fisci, vel rerum *publicarum*, sive qui vectigalia *publica* exigunt, vel qui per negotia sæculi luera sectantur. Unde et cognominati sunt.

33. ^d *Villicus* proprie *villæ* gubernator est. Unde et a *villa* *VILLICUS* nomen accepit. Interdum autem villicus non gubernationem villæ, sed dispensationem universæ domus, Tullio interpretante, significat, quod est universarum possessionum et villarum dispensatorem.

34. ^e *Actores* iidem et *curatores* ab *agendo*, et *curando* vocati.

35. *Procuratores* vero, eo quod vicem curatoris,

^a *Qui summam non intulit, vel curiam non particip.* Quæ de re ita Chæcon: *Qui decurio fiebat, is pro introitu præstitutam summam inferebat, neque, antequam eam inferret curialis erat; ubi vero de more nihil inferebatur, non antea curialis dicebatur, quam cum aliis curiam ingressus de rebus publicis consultaret.* Vid. Plin., lib. x, epist. 333. Ant. Augustinus: *Duplex, aiebat, decurionum genus ostendi: alteram honorianorum, qui pecunia data honorem assequuntur, sed munere abstinent; alterum ordinariorum, qui decurionum munus exercent, id enim esse curiam participare.*

^b *Duumvirales.* August., in lib. de Gram.: *Duumvirales, quasi duorum hominum vir.* Male vero explent quidam libri lacunam quæ est in Gothicis omnibus.

^c *Collegiati.* De collegiis dicuntur aliqua in titulo de Jure Immuni., lib. l Digest., sed quæ ad hunc locum illustrandum non sint satis.

^d *Villicus... significat.* Hieronymi verba, in q. 6, ad Algas. Unde pro œconomio villicum et dispensa-

A fungantur. ^r quasi propter curatores, sicut PROCONSUL pro consule.

435 36. *Coloni* sunt cultores advenæ dicti a cultura agri. Sunt enim aliunde venientes, atque alienum agrum locatum colentes, ac debentes conditionem genitili solo propter agriculturam sub dominio possessoris, pro eo quod iis locatus est fundus. *Coloni* autem quatuor modis dicuntur. Nam *coloni*, aut Romani sunt, aut *coloni Latini*, aut *coloni auxiliares*, aut *coloni ruris privati*.

37. *Inquilini* vocati, quasi *incolentes aliena*, non enim habent propriam sedem, sed in terra aliena inhabitant.

38. Differt autem inter inquilinum, et advenam. *Inquilini* enim sunt, qui emigrant, et non perpetuo permanent. *Advenæ* autem, vel incolæ adventitii prohibentur, sed permanentes; et inde *incolæ*, quia jam habitatores sunt, ab *incolendo*.

39. *Indigenæ* sunt *inde geniti*, et in eodem loco nati, ubi inhabitant.

40. *Incola* autem non indigenam, sed advenam indicat.

41. *Peregrini* dicti, eo quod ignorantur eorum parentes, quibus orti existunt; sunt enim de longinqua regione.

42. *Urbani* vocabantur, qui Romæ habitabant, qui vero in cæteris locis *oppidani*. ^s Nam sola *urbs* Roma, cætera *oppida*.

43. *Famuli* sunt ex propria servorum familia orti.

^b *Servi* autem **436** vocabulum inde traxerunt, quod hi qui jure belli possent occidi a victoribus, conservabantur, et servi fiebant, a *servando*, scilicet *servi* appellati.

44. *Ancillæ* a sustentaculo vocatæ, ἀγκύλον enim Græce *cubitus* dicitur, unde, et *anconem* dicimus.

45. *Mancipium* est quidquid manu capi, subdique potest, ut homo, equus, ovis. Hæc enim animalia statim, ut nata sunt, *mancipium* esse putantur; nam et ea quæ in bestiarum numero sunt, tunc videntur *mancipium* esse, quando capi, sive domari cœperint.

46. *Ingenui* dicti, qui in genere habent libertatem, non in facto, sicut liberti. Unde et eos Græci εὐγενεῖς vocant, quod sint *boni generis*.

47. *Libertus* autem vocatus, quasi *liberatus*. Erat enim prius jugo servitutis addictus. ⁱ Libertorum

torem reddidisse videtur Cicero in *Œconomic*. Xenoph. Nam et in *Hortens.* (ut refert Non.) dispensatoris voce est usus: *Quid tu, inquam, soles cum rationem a dispensatore accipis, si æra singula probasti, summam quæ ex his confecta sit non probare?*

^e *Actores... procuratores.* Jurisconsulti actorem præsentis esse dicunt, procuratorem absentis, tutorem procuratorem constituere non posse, actorem posse.

^r *Quasi propter curatores.* Hæc aliena existimamus.

^s *Nam sola urbs Roma, cætera oppid.* Si quando vero Romani historici oppidi mentionem faciunt, nihil præterea addentes, oppidum Palatinum intelligunt, ubi primum fuit Roma condita, quam Ennius quadratam vocavit:

Et quibus exstiterat Romæ regnare quadratæ.

^b *Servi... quod hi qui.* Verba Aug., xix de Civ., c. 15.

ⁱ *Libertorum filii apud antiq.* Suet., in Claud., cap. 24: *Appium Cæcium censorem generis sui productorem libertinorum filios in senatam allegisse docuit, ignarus temporibus Appii, et deinceps aliquandiu li-*

autem filii apud antiquos *libertini* appellabantur, **A** quasi de *libertis nati*, nunc vero libertinus, aut a liberto factus, aut possessus.

48. *Manumissus* dicitur, quasi *manu emissus*. Apud veteres enim **437** quoties manu mittebant, ^a alapa percussos circumagebant, et liberos confirmabant; unde et *manumissi* dicti, eo quod manu emitterentur.

49. *Dedititii* primum a *deditione* sunt nuncupati. Deditio enim dicitur quando se vincti aut vincendi hostes victoribus tradunt, quibus hæc origo nominis fuit. Deum quondam adversus populum Romanum servi armis sumptis dimicassent, vincti se dederunt, comprehensique varia turpitudine affecti sunt.

50. ^b Ex his quidam postea a dominis manumissi propter suppliciorum notas, quas manifeste perpessi sunt ad dignitatem civium Romanorum non pervenerunt. **B**

51. ^c *Latini liberti* (ante Romam conditam apud Latinos fiebant) nunquam per testamentum, sed per epistolam libertatem sumentes. **438** Inde quia per testamentum non fiebant, nec ex testamento aliquid capere, nec suos hæredes facere poterant, cives Romani postea sub consulibus per testamenta in urbe Romana effecti sunt.

52. Dicti autem cives Romani, quia testamento liberi effecti in numerum Romanorum civium rediguntur. His primum aditus erat in urbe Roma commorari, ^d cæteris autem libertis prohibebatur, ne vel in urbe Roma, vel intra septimum ab urbe miliarium commanerent.

CAPUT V.

De affinitatibus et gradibus.

1. Hæredis nomen imposuit census æris, ^e solvit enim tributum auctoris. In hoc enim vocabulo prima successio est hæreditatis et generis, ut sunt *fili* et *nepotes*.

2. *Proheres* est qui loco hæredis fungitur, quasi *pro hærede*; est enim, aut institutus, aut substitutus. *bertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingennos ex his procreatos.*

^a *Alapa percussos circumageb.* Nam vindicta servi caput pereutere, faciemque palma, tergumve festuca verberare mos fuit. Vertebantur quoque et circumagebantur a dominis. Hinc Persius:

.....Heu steriles veri, quibus una Quiritem
Vertigo facit.

^b *Ex quis quidam postea a dominis manumiss,* Aug., in Epist. ad Gal.: *Stigmata dicuntur notæ quedam pœnarum servilium, ut si quis, verbi gratia servus in compedibus fuerit propter naxiam, id est, propter culpam, vel hujusmodi aliquid passus fuerit, stigmata habere dicatur, et ideo in jure manumissionis inferioris est ordinis.*

^c *Latini liberti (ante Rom. cond.* De Latinis libertis ex lege Julia Norbana, ex Ulpiani Titulis, Caiique et Justiniani institutionibus satis constat. Cum quibus hæc nequaquam congruunt. Itaque negligebat ista A. Augustinus, et aversabatur. Nam quid illud: *Ante Rom. cond, apud Latinos fiebant?* Quid postremum: *His primum aditus erat in urbe Rom. commorari?* etc. Sed quia veri aliquid interjicitur, ut quod per epistolam fierent, quod testamenti factionem non haberent, suspicari se dicebat Chacon Latinos libertos ab Isidoro dictos qui eo jure essent quo liberti facti quondam a Latinis populis ante Rom. conditam. Quod quidem ad Latinorum libertorum etymon aliquid conferre nemo negarit. Sed quemodo tam longe Isidorus respexit? Ergo amplius querendum.

3. *Pater* est a quo nascitur initium generis; itaque is *pater familias* vocatur. **439** *Pater* autem dictus, eo quod *patratione* peracta, filium procreet. ^f *Patratio* enim est rei venereæ consummatio. ^g Lucret.: *Et bene parta patrant.*

4. *Genitores* autem a *gignendo*, et *parentes*, quasi *parientes*.

5. *Idem et creatorcs.* ^h Crementum enim est semen masculi, unde animalium et hominum corpora concipiuntur. Hinc *ercatores* parentes dicuntur.

6. *Mater* dicitur, quod exinde efficiatur aliquid; ⁱ mater enim quasi *matcria*, nam causa pater est.

7. *Paterfamilias* autem dictus, quod omnibus in familia sua positis servis, tanquam pater filiis, patria dilectione consulit, servorumque conditionem a filiorum affectu non discernit, sed quasi unum membrum amplectitur; hinc enim exhortum est nomen *Patrisfamilias*. Qui autem inique dominantur in servis, hoc se nomine nequaquam reputent appellari.

8. ^j *Materfamilias* inde vocatur, quia per quamdam juris solemnitem in familiam transit mariti. Tabulæ enim matrimoniales instrumenta emptionis suæ sunt **440** Alias sicut ^k matrona est mater primi pueri, id est quasi mater nati; ita *matcrfamilias* illa est quæ plures enixa est. Nam familia ex duobus esse incipit.

9. *Avus* patris pater est, ab *avo* dictus, id est, ab antiquitate. *Proavus* avi pater est, quasi *prope avum*. *Abavus* proavi pater, jam longe *ab avo*. *Atavus* abavi pater.

10. *Tritavus* atavi pater, quasi *tetravus* id est, **C** quartus supra avum. Sed *tritavus* ultimum cognationis nomen est. Familia enim oritur a patre, terminatur in *tritavo*.

11. ^l *Filius* et *filia* a familia dicti, ipsi enim primi in ordine nascentium existunt; unde et *Cornelia* familia stirps ipsa omnis a *Cornelio* orta.

^d *Cæteris autem libertis prohib.* Hoc (inquit) **A** August. nemo unquam dixit. Expellebantur tamen urbe nonnunquam Latini cives, si comitia impedirent.

CAP. V. — ^e *Solvit enim tributum auctoris.* Id est ejus qui illum hæredem instituit.

^f *Patratio enim rei ven. consumm.* Patrare obsecrum verbum fuisse ostendit. Quintil., lib. VIII, cap. 3: *Ductare* (inquit) *exercitum, et patrare bellum, apud Sallustium dicta sancte et antique, ridentur a nobis.* Et Gloss., *patrat.*, μαστῆται κακεμάρτως, ὡς ἐτ' αἰσ- γρῶς, atque hoc tritum antiquis Scriptorib. Catullo, **D** Persio et aliis.

^g *Lucretius, et bene parta patrant.* Optime restituit Lucretio simul et Isidoro sua verba ex paululum deformata scriptura nostrorum Codicum Antonius *Covarruvias*.

^h *Crementum sem.* Idem repetit lib. XI, cap. 1. Placid. glos.: *Excrementum, quod expuimus, vel excrementum habetur. Item semen virite, unde animalium et hominum corpora concipiuntur. Hinc creatores parentes dicuntur.*

ⁱ *Mater enim quasi materia.* Non vocis, quam Græcam esse non ignorabat, sed *συμμινομένου* notatio.

^j *Materfam. inde voc.* E Serv., *Æn.* XI, ad vers. *Tyrrhenaproppe matres.* Vid. Boeth., ad Topie. Cic.

^k *Matrona... mater nati.* Vel nascituri, etiam ex Agellio, et ex ipso Isidoro, qui infra, cap. 7: *Quasi mater nati, vel quia jam mater fieri potest.*

^l *Filius... Filia.* Quasi *familias*, ne hæc quidem rejicienda.

12. *Familia* autem a *femore*.^a Femore enim genus A et stirps ostenditur. Nam familia pro servis abusive, non proprie dicitur.

13. *Stirps* ex longa generis significatione vocatur. *Gnatus* dictus, quia generatus. Unde et per *g* scribitur.^b *Suboles* eo quod substitutio sit generis.

14. Quadripertitus est autem ordo filiorum, ita: Unigenitus, primogenitus, medius, novissimus. *Unigenitus* post quem nullus. *Primogenitus* ante quem nullus. *Medius*, iuter omnes. *Novissimus*, post omnes. ^c Idem et *minimus* a *monade*. *Novissimus* autem propter quod *novus*, quia cæteri præcedendo antiquiores existunt.

15. ^d Quatuor etiam modis filii appellantur, *natura*, *imitatione*, *adoptione*, *doctrina*. **441** *Natura* veluti cum dicuntur filii Abrahæ Judæi. *Imitatione*, ut ipsius Abrahæ fidem imitantes ex gentibus, dicente Evangelio: *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*, vel sicut eosdem Judæos Dominus filios esse dicit diaboli, a quo non nati, sed quem fuerant imitati.

16. *Adoptione* quoque, quod humana consuetudine nulli licet nescire, vel sicut nos Deo non natura, sed adoptione dicimus: *Pater noster, qui es in Cælis*. *Doctrina*, sicut Apostolus filios suos appellat eos quibus Evangelium prædicavit.

17. Filii autem ideo in legibus *liberi* appellantur, ut isto vocabulo secerantur a servis quia sicut servus in potestate est domini, sic filius in potestate est patris. inde etiam filio fit emancipatio, ut sit liber a patre, sicut fit servo manumissio, ut sit liberatus a domino.

18. Item *liberi* dicti, quia ex libero sunt matrimonio orti. Nam filii ex libero et ancilla servilis conditionis sunt. Semper enim qui nascitur deteriorem parentis statum sumit.

19. *Naturales* autem dicuntur ingenuarum concubinarum filii, quos sola natura genuit, non honestas conjugii. Item et *pueri*, a *pube*.

20. *Adoptivus* filius est, qui aut a patre justo, aut avo, aut proavo, in cuius potestate est, per emancipationem est traditus in alienam potestatem, qui utriusque fert nomen, ^e ut *Fabius Æmilius Scripto Paulus*.

21. *Gemini* sunt, non duo tantum simul nati, sed

^a *Femore enim genus*. Silan. Goth., *femor enim*, haud dubium quin *e* cum alterum sequeretur, omnissum sit a librario. Legendum ergo *femurc*, vel *femore* quando utroque modo constat veteres locutos.

^b *Suboles eo quod sit substitit*. Ergo *suboles*, non *soboles*, ex hac quoque notatione scribendum apparet.

^c *Idem et minimus, a monade*. Vid. lib. seq., litt. M.

^d *Quatuor modis* Ex Aug., lib. contra Adimant., cap. 5, et 1 *Retract.*, cap. 22.

^e *Ut Fabius Æmilius vel Scipio Paulus*. Vel Fabius Æmilianus, Scipio Paulinus.

^f *Posthumus eo quod post humat*. E. Serv., Æn. vi, ad vers. *Tua posthuma proles*; sed A. August. et Jacob. Cujacius *posthumus* scribi volunt, ut sit sola productio verbi *post.*, ut in *postremus* quorum sententiam adjuvant antiqui nummi.

^g *Nothus*. Serv., Æn. vii, adv. *Supposta de matre nothos*. *Nothos*, inquit, *materno ignobiles genere*. Est autem nomen Græcum, nam Latine quemodo dicatur non est.

^h *Quia mulierem naturam veteres* *σπορ* Plutarch. in *Problem.*: *Αετρίον δὲ καὶ τὸν ἕτερον λόγον. ἔστι δὲ ἀτρωπώτερος, τοὺς γὰρ Σαβίνους παρὰ τῆ γυναικὸς αἰδίου*

etiam plures. De geminis autem, uno abortu, alter qui legitime natus fuerit *vopiscus* nominatur.

22. ^f *Posthumus* vocatur, eo quod *post humationem* patris nascitur, id est, post obitum. Iste et *defuncti* nomen accipit; sic enim lex voluit ut qui de defuncto nascitur defuncti nomine appelletur.

442 23. ^g *Nothus* dicitur qui de patre nobili et matre ignobili gignitur, sicut ex concubina. Est autem hoc nomen Græcum, et in Latinitate deficit.

24. Huic contrarius est *spurius*, qui de matre nobili, et patre ignobili nascitur. Item spurius patre incerto, matre vidua genitus, velut tantum *spurii filius*, ^h quia muliebrem naturam veteres *σπόριον* vocabant, velut ἀπὸ τοῦ σπόρου, hoc est, *seminis*, non patris nomine.

B 25. ⁱ Eisdem et *favonios* appellabant, quia quædam animalia, favonio spiritu hausto, concipere existimantur. Unde et ii qui non sunt de legitimo matrimonio, matrem potius quam patrem sequuntur. Latine autem *spurii*, quasi extra puritatem, id est, quasi immundi.

26. *Nepos* est, qui ex filio natus est. Dictus autem nepos, quasi *natus post*. Primum enim filius nascitur, deinde nepos. Gradus enim substitutionis est. Hinc et posteritas, quasi *postera ætas*. ^j *Nepos* autem utriusque sexus est. Nam, ut *neptis* dicamus in jure est propter discretionem successionis admissum.

27. *Pronepos* est qui ex nepote conceptus natusque est. Et dictus *pronepos*, quasi *natus porro post*. Ex hoc quoque gradu incipit vocari et *progenies*, quasi *porro post geniti*. Nam filii et nepotes **443** non sunt *progenies*, quia non est in eis longa posteritas.

C 28. Sicut autem inferius longe editi *progenies* dicuntur, ita superius proavi, atavique *progenitores* appellantur, quasi *porro generantes*. *PRONEPOS* dictus, quia *prope nepotem*.

29. *Abnepos*, quia se jungitur a nepote. Est enim inter illum et nepotem *pronepos*. *Adnepos*, abnepotis filius.

30. *Trinepos*, adnepotis filius, quia post nepotem quartus in ordine est, quasi *tetranepos*.

31. ^k *Minores* autem non dicimus, nisi quoties graduum deficit nomen, ut puta filius, nepos, pronepos, abnepos, adnepos, trinepos. Ubi isti gradus defec-

δνομάζειν σπόριον.

ⁱ *Eosd. et Favonios*. Varr., 11 de Re rust.: *In fetura res incredibilis est in Hispania, sed est vera. Quod in Lusitania ad Oceanum, in ea regione ubi est oppidum Olysippo, in monte Tagro, quædam e vento concipiunt certo tempore equæ, ut hic gallinæ quoque solent, quorum ova σπινέμια appellant. Utigitur ova σπινέμια, ita equos favonios, nam favonio flante conciniebant equæ, ut ait Plin., lib. iv, cap. 22.*

^j *Nepos autem utriusque sexus... admissum*. E. Serv., Æn. xii ad vers. *Pauperque domus*.

^k *Minores autem... vocabulum*. Ex cod., Æn. viii. Hoc loco adjectus erat in quibusdam libris titulus integer de gradibus cognat. ex Institut. Justiniani. Sed quoniam in antiquioribus libris non erat, et alia Isidori nomine eadem de re a Burchardo referuntur, lib. vii, c. 28, et ab Ivone, lib. vii, tit. 12, Panormiæ, et parte ix, c. 64, Decret., et a Gratiano, 35, q. 5, c. 6, quæ etiam leguntur in Legib. Gothor. et apud Jul. Paul. lib. iv Sent., tit. 11, de Gradib., nec illa Justiniani admissus, et hæc (siquidem Isi habuimus dori sunt) quibus ex locis peti possint, indicare sat habuimus.

rint, merito jam dicimus *minores*, sicut et *maiores* dicimus post patris, avi, proavi, abavi, atavi, tritavique vocabulum.

CAPUT VI.

De agnis et cognatis.

1. *Agnati* dicit, eo quod accedant pro natis, dum desunt filii. Qui ideo prius in gente agnoscuntur quia veniunt per virilis sexus personas, veluti frater eodem patre natus, vel fratris filius, neposve ex eo, item patruus.

2. *Cognati* dicti, quia sunt et ipsi propinquitate cognationis conjuncti. Qui inde post agnatos habentur, quia per feminini sexus personas veniunt, nec sunt agnati, sed alias naturali jure cognati.

3. *Proximus* propter proximitatem sanguinis appellatus.

4. *Consanguinei* vocati, eo quod ex uno sanguine, id est, ex uno patris semine nati sunt; nam semen viri spuma est sanguinis, ad instar aquæ in scopulos collisæ, quæ spumam candidam facit, vel sicut vinum nigrum, quod in calice agitatam spumam albam reddit.

5. ^a *Fratres* dicti, eo quod sunt ex eodem fructu, id est, ex eodem semine nati.

6. ^b *Germani* vero de eadem genitrice manantes; non, ut multi dicunt, de eodem germine, qui tantum fratres vocantur. Ergo fratres ex eodem fructu, germani ex eadem genitrice manantes.

7. *Uterini* vocati, eo quod sint ex diversis patribus, et uno utero editi; ^c nam uterus tantum mulieris est.

8. ^d Quatuor autem modis fratres dicuntur in divinis Scripturis: *natura, gente, cognatione, affectu*. *Natura*, ut Esau et Jacob. Andreas et Petrus, Jacobus et Joannes. *Gente*, ut omnes Judæi fratres inter se vocantur, ut in Deuteronomio: *Si autem emeris fratrem, qui est Hebræus* (Deut. xv, 12). Et Apostolus: *Optabam, inquit, ego anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem qui sunt israelitæ* (Rom. ix, 3).

9. Porro *cognatione* fratres vocantur qui sunt de una familia, id est, patria, quas Latini paternitates interpretantur, cum ex una radice multa generis

CAP. VI.— ^a *Fratres dicti*. Fest.: *Frater a Græco dictus est φράτωρ, vel quod sit fere alter*.

^b *Germani d. e. g. m. non. u. m. d.*, de eod. *germine*. Vides a vocis veriloquio significationem deerrare: ut aliud fuerit τοῦ συμαιομένου ἔτυμον comminisci necesse. Saltim, ut res magis patefieret, Iraterque a germano distingueretur. Sunt autem Servii verba, *Æn. v*, ad vers. *Hæc germanus Eryx. Germanus est secundum Varronem, in libris de Gradibus, de eadem genitrice manans, non (ut multi dicunt) de eodem germine, quos ille tantum fratres vocat, secundum quem bene nunc Erycen Butæ et Veneris filium Aeneæ dicit fuisse germanum*. At Corn. Fronto: *Frater aut ex alia matre, aut ex alio patre potest esse; germanus ex iisd. parentibus sit necesse est*. Justinianus vero, lib. iii *Instit.*, cap. 2: *Itaque eodem patre nati fratres gnati sibi sunt qui et consanguinei vocantur; nec requiritur an etiam eandem matrem habuerint*. Sed hos quoque germanos vocari advertit Cujac.

^c *Nam uterus tantum mulieris*. E Serv. *Æn. ii*,

A turba diffunditur, ut in Genesi dixit Abraham ad Loth: *Non sit rixa inter me, et te, et inter pastores tuos, et pastores meos, quia omnes fratres nos sumus* (Gen. xiii, 8). Et certe Loth non erat frater Abrahæ, sed filius fratris ejus Aram.

10. Quarto modo *affectu* fratres dicti, qui in duo seinduntur; spiritale et commune. Spiritale, quo omnes Christiani fratres vocantur, ut: *Ecce quam bonum, et quam jucundum habitare fratres in unum* (Psal. cxxxii, 1). Commune, cum omnes homines ex uno patre nati pari inter nos germanitate conjungimur, Scriptura loquente: *Dicite iis qui oderunt vos. Fratres nostri vos estis*.

11. *Germana* ita intelligitur, ut germanus, eadem genitrice manans.

B 12. ^e *Soror* autem, ut frater; nam soror est ex eodem semine dicta, quod sola cum fratribus in sorte agnationis habeatur.

13. *Fratres patruales* dicti, eo quod patres eorum germani fratres inter se fuerunt.

14. ^f *Consobrini* vero vocati, qui, aut ex sorore, et fratre, aut ex duabus sororibus sunt nati, quasi *consororini*.

15. *Fratruales* autem materteræ filii sunt. *Subrim* consubrinorum filii. ^g *Thius* Græcum nomen est.

416 16. *Patruus* frater patris est, quasi pater alius; unde, et decedente patre, pupillum prior patruus suscipit, et quasi filium lege tuetur.

17. *Avunculus* est matris frater, cujus nomen formam diminutivi habere videtur, quia ab avo venire monstratur.

C 18. *Amita* est soror patris, quasi alia mater. *Matertera* est soror matris, quasi altera mater. *Socer* est, qui filiam dedit.

19. ^h *Gener* est qui filiam duxit; gener autem dictus, quod aseiseatur ad augendum genus. *Socer* autem et *socrus*, quod generum vel nurum sibi associavit.

20. *Vitricus* autem qui uxorem ex alio viro filium aut filiam habentem duxit; et dictus *vitricus*, quasi *novitricus*, quod a matre superduceatur novus.

21. ⁱ *Privignus* est qui ex alio patre natus est, et *privignus* dici putatur, quasi *privigenus*, vel quasi ad vers. *Uterumque a. m. c.*

^d *Quatuor autem modis fratres*. Ex Hier. advers. Elv.

^e *Soror, quod sola, cum frat.* Antistius Labeo apud Agellium: *Soror, quod quasi seorsim nascitur, separaturque ab ea domo in qua nata est, et in aliam familiam transgreditur*.

^f *Consobrini*. Et sobrini et consobrini per *u* perpetuo leguntur in antiquissimis libris.

^g *Thius*. Gloss.: *Θείος πρὸς πατρός patruus, θετός πρὸς μητρός avunculus*. Cujus nominis non inelegantem rationem reddidit Simplic. in Epictet. quod cum liberis parentes, quasi θεοί, id est, dii sint eosque deos nominare numinis metu vereamur, ejus tamen honoris et pietatis signum aliquid in thiis remanserit. Vid. Stob., cap. 42 et 77.

^h *Gener... ad augendum genus*. E Serv., *Æn. xi*, ad vers. *Generumque asciverit Urbi*.

ⁱ *Privignus*. Duæ notationes, vel quod *privo*, hoc est, proprio patre, vel quod *prius genitus*, de posteriore Paulus apud Festum: *Privignus dictus, quod antequam mater secundo nuberet est progenitus*, PRO

							Tritavi Pater. Tritavi Mater. VII.		Tritavia Pater. Tritavia Mater. VII.																					
							Tripa-truus. Triamita. VII.		Tritavus. VI.		Tritavia. VI.		Tritavunculus. Trima-tertera. VII.																	
							Adpa-trui. Abamita Fili. VII.		Adpa-truus. Adamita. VI.		Atavus. V.		Atavia. V.		Adavunculus. Adma-tertera. VI.		Adavunculi. Adma-terteræ Fili. VII.													
							Abpa-trui. Abamita Nepotes. VII.		Abpa-trui. Abamita Fili. VI.		Abpa-truus. Abamita. V.		Abavus. IV.		Atavia. IV.		Abavunculus. Abma-tertera. V.		Abavunculi. Abma-terteræ Fili. VI.		Abavunculi. Abma-terteræ Nepotes. VII.									
							Propa-trui. Proamita Pronepotes. VII.		Propa-trui. Proamita Nepotes. VI.		Propa-trui. Proamita Fili. V.		Propa-truus. Proamita. IV.		Proavus. III.		Proavia. III.		Proavunculus. Proma-tertera. IV.		Proavunculi. Proma-terteræ Fili. V.		Proavunculi. Proma-terteræ Nepotes. VI.		Proavunculi. Proma-terteræ Pronep. VII.					
							Propa-truelium. Proamitorum Proepot. VII.		Propa-truelium. Proamitorum Nepotes. VI.		Propa-truelium. Proamitorum Fili. V.		Propa-truelis. Proamitorum. IV.		Patruus magnus. Amita magna. III.		Avus. II.		Avia. II.		Avunculus magnus. Matertera magna. III.		Proior subrinus. Propior subrina. IV.		Prop. subrini. Prop. subrina Fili. V.		Prop. subrini. Prop. subrina Nepotes. VI.		Prop. subrini. Prop. subrina Pronep. VII.	
Patruelis. Amitini Abnepotes. VII.		Patruelis. Amitini Pronep. VI.		Patruelis. Amitini Nepotes. V.		Patruelis. Amitini Fili. IV.		Frater. Soror Patruelis. Amiti. III.		Patruus Amita. II.		Pater.		Mater.		Avunculus. Matertera. II.		Consu-brinus. Consu-brina. III.		Consu-brini. Consu-brina Fili. IV.		Consu-brini. Consu-brina Nepotes. V.		Consu-brini. Consu-brina Pronep. VI.		Consu-brini. Consu-brina Abnep. VII.				
IPSE.																														
													Filius.		Filia.															
													Nepos.		Neptis.															
													Pronepos.		Proneptis.															
													Abnepos.		Abneptis.															
													Adnepos.		Adneptis.															
													Trinepos.		Trineptis.															
													Trinepotis Fili.		Trineptis Fili.															

7. ^a *Proci*, nuptiarum petitores, a *procando*, id est, *petendo* dicti.

8. ^b *Pronuba* dicta, eo quod nubentibus præest, quæque nubentem viro conjungit : ipsa est et *paranympha*, nam *nympha* sponsa in nuptiis, et *nympha* pro lavationis officio, quod ad nomen nubentis alludit.

9. ^c *Conjuges* appellati propter jugum quod imponitur matrimonio 453 conjungendis. Jugo enim nubentes subijci solent, propter futuram concordiam, ne separentur. Conjuges autem verius appellantur a prima desponsationis fide, quamvis adhuc inter eos ignoretur conjugalitatis concubitus, sicut *Maria Joseph conjugum* vocatur, inter quos nec fuerat, nec futura erat carnis nulla commistio.

10. ^d *Nuptæ* dictæ, quod vultus suos velent : translatum nomen a *nubibus* quibus tegitur cælum. Unde, et *nuptiæ* dicuntur, quod ibi primum nubentium capita velantur. Obnubere enim cooperire est.

11. Cui contraria *Innuba*, hoc est, innupta, quæ adhuc vultum suum non velat.

12. ^e *Uxores* vocatæ, quasi *unxores*. Moris enim erat antiquitus ut nubentes puellæ simul venirent ad limen mariti, et postes antequam ingrederentur ornarent lanceis vittis, et oleo ungerent. Et inde *uxores* dictæ, quasi *unxores*, ^f quæ ideo vetabantur limina calcare, quod illic januæ et cocant et separentur.

13. ^g *Matrona* est quæ jam nupsit, et dicta *matrona*, quasi *mater nati*, 454 vel quia jam mater fieri potest, unde et *matrimonium* dictum. Distinguitur autem inter matronam matrem, et matremfamilias. Nam *matronæ*, quia jam in matrimonium convenerunt ; *matresfamilias*, quia jam per quamdam juris solemnitatem in familiam mariti transierunt.

14. *Monogamus* dictus, quia uni tantum nupsit. *Μόνος* enim apud Græcos *unum* dicitur, γάμος *nuptiæ* interpretantur.

15. *Bigamus* autem, *trigamus* a numero uxorum vocatus, quasi *duabus*, vel *tribus* maritus.

^a *Proci* a *procando*. E. Serv.

^b *Pronuba* dicta, quod nubentibus præest. E. Serv., ad vers. *Pronuba Juno*, Æn. iv. Festus : *Pronubæ adhibentur nuptis, quæ semel nupserunt matrimonii perpetuitatem auspicantes.*

^c *Conjuges*, etc. Omnia ex Aug., lib. i de Nupt. et concup., cap. 11.

^d *Nuptæ*. Ead., lib. ii de Olf., cap. 19.

^e *Uxores quasi unxores. Moris enim erat.* E. Serv., Æn. iv, ad vers. *Conjugis antiq. m. q. h. c.*

^f *Quæ ideo vetabantur limina calcare.* Elegans ratio. Servius vero ex Varrone : *Idco ait nuptas limen non tangere, ne a sacrilegio inchoarent, si deposituræ virginitatem calcent rem Vestæ consecratam, ad Eclog. 8.*

^g *Matrona*. Sup., cap. 5.

^h *Vidua* vocata, quod cum viro duo fuerint. Quasi licet, nunc una sit ; ita enim videtur retineri posse veterum librorum scriptura. Quidam ex Rabano ita agebat : *quod cum a viro divisa fuerit, circa consortium alterius viri non adhæserit.*

ⁱ *Item vidua dicta quod sola sit.* Quasi sine duitate it enim Labeo ait : *Vidua sic dicta quasi vecors, vecanus, qui sine corde, aut sanitate est.* Aut verius foras se quasi valde divisa : nam *ve* augere solet, ut in

16. ^h *Vidua* vocata, quod cum viro duo fuerint, nec circa consortium alterius viri post mortem primi conjugis, adhæserit. Nam quæ alteri post mortem prioris viri nupserint, viduæ non dicuntur. ⁱ *Item vidua* dicta, quod sola sit, nec circa consortium viri conjugalitatis jura custodiat.

17. ^j *Fratris uxor fratris* vocatur. Mariti frater ^k *levir* dicitur. Duorum inter se fratrum uxores *janitricæ* vocantur, quasi eamdem *januam* terentes, 455 vel per eamdem *januam* iter habentes. Viri soror *glos* appellatur.

18. Sororis vir speciale nomen non habet, nec uxoris frater.

19. ^l *Matrimonium* est nobilium justa conventio et conditio.

20. *Conjugium* est legitimarum personarum inter se coeundi et copulandi nuptiæ. *Conjugium* dictum, quia *conjuncti* sunt, vel a *jugo*, quo in nuptiis copulantur, nec resolvi, aut separari possint.

21. *Connubium* autem non a *nupta*, sed a *nubendo* formatum. Dicitur autem *connubium*, cum æquales in nuptias coeunt, ut puta cives Romani, pari utique dignitate. *Connubium* autem non est, cum civis Romanus cum Latina jungitur. Quoties autem *connubium* non est, filii patrem non sequuntur.

22. *Hymenæus* dicitur a quodam *Hymenæo*, qui primus prospere usus est nuptiis, ^m vel ἀπὸ τοῦ ὑμένους, quod membrauæ virginitatis est claustrum.

23. *Contubernium* est ad tempus coeundi conventio ; unde et *tabernaculum*, quod modo huc, modo illuc præfigitur.

24. *Repudium* est quod sub testimonio testium, vel præsentium, vel absentium mittitur.

25. *Divortium* est quoties, dissoluto matrimonio, alter eorum alteras nuptias sequitur.

ⁿ *Divortium* autem dictum a flexu viarum, hoc est, viæ in *diversa tendentes.*

26. ^o *Frivolum* est cum eo animo separantur, ut rursum ad se invicem revertantur. Nam *frivolum* est

vehemens, veseus, *iduaire* autem *dividere*, aut *findere*, quo videtur respexisse Horatius :

.... Idus tibi sunt agenda.

Qui dies mensem Veneris marinæ

Findit Aprilem.

^j *Fratris uxor fratris*. Festus : *Fratria uxor fratris. Non. Fratris appellatur fratrum inter se uxores.*

^k *Levir... glos... Janitricæ*. Modestin., in l. *Non facile*, D. de Gradibus : *Viri frater levir. Is apud Græcos ἀδελφὸς appellatur. Viri soror glos. dicitur, apud Græcos γάμος. Duorum fratrum uxores janitricæ dicuntur, apud Græcos εἰσατέρες. Gloss., Janitricæ δὲ ἀδελφῶν γυναικες.*

^l *Matrimonium est nobilium.* A. August. Cur nobilium ? An quia civium tantum erat Romanorum ? Væ quia auspicio fiebat, et plebeiorum nulla erant antiqua auspicia, ut est apud Livium ?

^m *Vel ἀπὸ τοῦ ὑμένους.* Donat. in Adelph. ad vers. *Missa hæc face, Hymenæum, etc. Alii quod ὑμην dicatur membrana quædam, qua est munita Virginitas.*

ⁿ *Divortium... a flex. viar.* Serv., Æn. ix, ad vers. : *Objiciunt equites sese ad divortia nota.*

Divortia inquit, *diverticula viæ militaris.*

^o *Frivolum est.* Ulpian., l. *Cum hic Statius, § Divortium*, D. de Do. inter vir. et ux. : *Quod si*

velut quassæ mentis, **456** et effluxæ, nec stabilis. **A**

^a Proprie autem *frivola* vocantur fictilia vasa inutilia.

27. Tres autem ob causas ducitur uxor : prima est causa prolis, de qua legitur in Genesi : *Et benedixit eis, dicens : Crescite, et multiplicamini* (Gen. 1, 28); secunda causa adjutorii, de qua ibi in Genesi dicitur : *Non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutorium simile* (Id II, 18); tertia causa incontinentiæ; unde dicit Apostolus ut qui se non continet, nubat.

28. ^b In eligendo marito quatuor spectari solent : virtus, genus, pulchritudo, sapientia. Ex his sapientia potentior est ad amoris affectum. Refert hæc quatuor Virgilius de Ænea, quod his Dido impulsæ est in amorem ejus. Pulchritudine : *Quem sese ore ferens. Virtute : Quam forti pectore, et armis. Oratione :*

divortium, inquit, non intercesserit, sed frivusculum, profecto valebit donatio, si frivusculum quievit.

^a Proprie enim *frivola*. Fest. : *Frivola sunt proprie vasa fictilia quassa, unde dicta sunt verba frivola, quæ minus sunt fide subnixæ.*

^b In eligendo marito. Ead. lib. II de Offic., cap. 6. Nisi quod pro sapientia orationem illic posuit, ut hic quoque in enumeratione.

.... Heu ! quibus ille

Jactatus fatis, quæ bella exhausta canebat !

Genere :

Credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum.

29. ^c Item in eligenda uxore, quatuor res impellunt hominem ad amorem : pulchritudo, genus, divitiæ, mores. Melius tamen est, si in ea mores quærantur quam pulchritudo. Nunc autem illæ quærantur, quas, aut divitiæ, aut forma, non quas probitas morum commendat.

457 30. Ideo autem feminae sub viri potestate consistunt, quia levitate animi plerumque decipiuntur. Unde et æquum erat eas viri auctoritate reprimi. Proinde et veteres voluerunt feminas innuptas, quamvis perfectæ ætatis essent, propter ipsam animi levitatem in tutela consistere.

^c Item in eligenda uxore quatuor. In Officiis vero : *In feminis tria spectabantur, si generosa, si bene morata esset, si pulchra.* E Donat., in Phorm., actor. I, scen. 2 : *Quatuor sunt quæ in sponsis quærentur : forma, probitas, dos, nobilitas.* Sed quid in officiis secutus sit, cum dotem sive divitias omisit (si modo omisit), non est obscurum.

LIBER DECIMUS.

VOCUM CERTARUM ALPHABETUM.

1. Licet ^a origo nominum unde veniat a philosophis, eam teneat rationem, ut HOMO ab *humanitate*, SAPIENS a *sapientia* nominetur, quia prius sapientia, deinde sapiens, tamen claret alia specialis in origine quorundam nominum causa, sicut *homo* ab *lumo*, unde proprie *homo* est appellatus. Ex quibus exempli gratia quædam in hoc opere posuimus.

A

2. *Æros*, vir fortis et sapiens.

Auctor ab *augendo* dictus.

^b Auctorem autem feminino genere dici non posse existimant. Nam quædam **458** sunt quæ in feminino flecti non possunt, ut *cursor*.

Actor ab *agendo*.

3. ^c *Alumnus*, ab *alendo* vocatus : licet et qui alit et qui alitur, alumnus dici potest, id est, et qui nutrit, et qui nutritur; sed melius tamen qui nutrit.

4. *Amicus* per derivationem quasi *animi custos*; dictus autem proprie amicus ab *hamo*, id est, catena charitatis; unde et *hami*, quod teneant.

5. *Amator* turpitudinis, quia amore torquentur

^a Licet origo. Ante hæc verba in omnibus libris editis leguntur ista : *Origo quorundam nominum, id est, unde veniant, non pene omnibus patet; proinde quædam noscendi gratia operi interjecimus; quæ in manuscriptis quibusdam non sunt; in aliis (ut in Salm. et Silien. Goth.) tum diverso caractere, tum etiam interjecto hoc titulo (De quibusdam vocabulis hominum) ab hoc initio separantur.*

^b Auctorem feminino genere dici non posse. Charisius : *Auctor siquidem propterea dicitur, quod auget, et generaret; et auctricem dicimus, quod pariter augere possit, cum vero ad auctoritatem referatur, pro communi accipiendum.* Eadem Serv. Æn. XXXIX ad vers. *Auctor ego audendi.* Sed hic locus non est integer. Nam in *cursor* alia ratio est.

libidinis. *Amabilis* autem, quod sit amore dignus.

^d *Amasius*, eo quod sit pronus ad amorem.

6. *Astutus* ab *astu* vocatus, quod est callidi et cauti hominis, qui possit sine periculo fortiter aliquid facere.

Argutus, quia argumentum cito invenit in loquendo.

Acer, in unamquamque formam vegetus ac nimius.

Alacer, a velocitate, et cursu, quasi diceret *aliger*.

Armiger, quod arma gerat.

Alacris, lætus, alacriter gestiens, **459** et nullius rei novitate turbatus.

Agilis, ab *agendo* aliquid celeriter, sicut *docilis*.

7. ^e *Emulus*, ejusdem rei studiosus, quasi imitator et amabilis; alias inimicus invenitur.

Equus, est secundum naturam justus dictus, ab *æqualitate*, hoc est ab eo quod sit æqualis; unde et ^f *æquitas* appellata ab *æquitate* quadam scilicet.

Æquævus, ab eo quod sit alteri *æqualis ævo*, id est, coætaneus. *Arrogans*, eo quod multum rogetur, et ille fastidiosus sit. *Audax*, proprie pro arrogante ponitur. *Animosus*, quod sit animis et viribus plenus. *Animatus*, quasi *animo auctus*, et quasi animo firmatus.

^e *Alumnus... sed melius tamen, qui nutrit.* Ita veteres libri. Et ita fortasse visum Nonio consuetudine repugnante; sic namque ille : *Alumnos, quos alas vel eduecs, vel eos, qui aluntur consuetudo dici vult.* Quasi aliud ratio exposceret.

^d *Amas, eo quod sit pronus ad amorem.* Julianus Rhetor, apud Angelium, lib. x, cap. 9 : *Audite, ac discite nostros quoque antiquiores, quos nominastis poetas, amasios ac Venerios fuisse.*

^e *Emulus.* E Serv. Æn. v. 6. Quod autem et *amabilis* additur ab Isid., idem dixerat Hesiodus : *Ὁὐκ ἄρα μῶνον ἔην ἐρίδων γένος, δὲλλὰ ἐπὶ γαῖαν — Εἰσὶ δὲ οὐ τῶν μὲν κεν ἐπαίνῃσειε νόσσης.*

^f *Æquitas ab æqualitate.* Ex August., de Quant. anim., cap. 9.

8. *Elatus*, pro eo quod seipsum super mensuram suam eleveat, dum magnus sibi videtur de his quæ agit. *Attollens*, quod se eleveat et erigat. *Ambitiosus*, quod honores ambiat.
9. *Avidus* dictus ab *avendo*, *avere* enim cupere est. Hinc et *avarus*. Nam quid est avarum esse? progredi ultra quam sufficit. ^a *Avarus* ex eo dictus, quod sit *avidus auri*, et numquam opibus expleatur, et quantum plus habuerit, tantum plus cupiat, Flacci super hoc concordante sententiâ, qui ait: *Semper avarus eget...*, et Sallustii: *Quod avaritia neque copia, neque inopia minuitur*.
10. *Amarus*, a sapore translatum nomen habet. Est enim insuavis, nec novit quemquam ad consortium suum aliqua invitare dulcedine. *Adulter*, violator maritalis pudoris, eo quod *alterius* thorum polluat.
11. ^b *Anceps*, huc illucque fluctuans, ac dubius, istud *an* illud *capit*, et in quam partem declinet anxius. *Atrox*, quod sit terribis moribus. *Abstemi*, a *temeto*, id est, *vino*, quasi *abstinens a vino*. *Ablactatus*, quod sit a lacte *ablatus*.
12. *Æger*, quod *agatur* infirmitate, vel tristitia ad tempus. *Ægrotus*, quod sit *æger* frequentius, sicut *iratus* et *iracundus*. **460** *Ærunnosus* a *rumine* dictus, quod per inopiam miser factus, esurit et sitit.
13. *Auspex*, eo quod *avium auspicia* intendat, sicut *auceps*, quod *aves capit*.
- ^c *Astrosus*, ab *astro* dictus, quasi malo sidere natus.
14. *Enormis*, eo quod normam et mensuram excedat. *Abactor*, est fur jumentorum et pecorum, quem vulgo *abigeum* vocant, ab *abigendo* scilicet.
15. ^d *Atratus*, et *albat*: ille a veste nigra, iste ab alba. ^e *Advena*, eo quod aliunde adveniat. *Alienigena*, qui ex *alia gente genitus* est, et non ex ea ubi est. Idem *alienigena* quod *alienæ regionis* sit, et non ejus ubi est.
16. *Accola*, eo quod adveniens terram colat. *Agricola*, a *colendo agro*, sicut *silvicola*. *Assecla*, eo quod *sequatur* aliquem lucri causa.
- 17 ^f *Assiduus* dicebatur apud antiquos, qui *assibus* ad ærarii expensam conferendis erat, et in negotiis quoque publicis frequens; unde, et per *s*, non per *d* scribendus est.
- ^a *Avarus*. Hieronymi verba, Eccles. v.
^b *Anceps*. Aug., lib. de Gramm.
^c *Astrosus*. Retinet vulgaris lingua eamdem vocem.
^d *Atratus*. — *Atamus*, vet. Cod.
^e *Advena*. Ambros., in psalm. xxxviii: *Advena, qui aliunde venit; accola, qui ad tempus colit*.
^f *Assiduus*. Charis.: *Assidui quidam per scribunt, quasi sit a sedendo figuratum, sed errant. Nam cum a Serv. Tullio populus esset in quinque classes divisus, ut tributum prout quisque possideret inferret, ditiores qui asses dabant, assidui dicti sunt. Et quoniam soli negotiis publicis frequentes aderant, eos qui frequenter adsunt assiduos ab assibus dixerunt. Hinc Agellius *assiduum*, in xii tab., et pro locuplete et facile munus faciente, dictum ait ab *assibus*. Caper. ab *assidendo* deducitur. Legimus autem ad ærarii expensam ex Cod. Rom. Nam reliqui ad ærarium expensum nullo sensu, nisi ærariam expensam mavis.*
- ^g *Attonitus*, Serv. Æn. iii: *Attonitus*, stupefactus. Nam proprie attonitus dicitur cui casus vicini fulmi-

18. *Apparitor* nominatus, quod *appareat*, et videatur, et præsto sit ad obsequium.

Attentus, ut aliquid audiens *teneat*.

19. ^g *Attonitus*, veluti furore quodam instinctus, atque stupefactus; dictus **461** autem *attonitus a tonitru* strepitu, quasi *tonitruo stupefactus*, et vicino fulgori, aut tactu proximus.

20. *Allectus*, quod sit palam electus. ^h *Abactus*, quod sit ab *actu* remotus. *Abortivus*, eo quod non oriatur, sed *aboriatur*, et excidat. *Adoptivus*, quia est palam *optatus* in filium.

21. *Ambo* ab eo quod est ἀμφω, nomen de Græco Latinum factum, littera tertia demutata. ⁱ *Alius* de multis dicitur, *alter* vero de duobus. *Æquimanus* appellatus qui utraque manu gladio incunctanter utitur.

B

22. *Beatus* ^j dictus, quasi *bene auctus*, scilicet ab habendo quod velit, et nihil patiendo quod nolit. Ille autem vere beatus est, qui et habet omnia quæ vult bona, ^k et nihil vult male. Ex his enim duobus beatus homo efficitur.

23. *Bonus* a venustate corporis creditur dictus, postea et ad animum translatum nomen. Eum autem dicimus bonum, cui non prævalet malum; ^l eumque optimum, qui peccat minimum.

24. *Benignus* est vir sponte ad benefaciendum paratus, et dulcis alloquio; non autem multum distat benignus a bono, quia et ipse ad benefaciendum videtur expositus. Sed in eo differt, quia potest bonus esse, et tristior, et bene quidem facere, et præstare quod poscitur, non tamen suavis esse novit consortio. *Benignus* autem sua cunctos novit invitare dulcedine.

25. *Beneficus* a *benefaciendo* alteri dictus; unde et *beneficentia* vocatur, quæ proximo prodest.

462 26. *Benivolus*, quia *bene vult*. Non tamen dicimus *benevolus*, sicut nec *malevolus*. Sæpe enim ex duabus partibus compositum nomen, aut priorem, aut sequentem litteram corrumpit; ^m nam *benevolentia* absurdum sonat.

27. *Blandus*, dulcis et invitans ad familiaritatem sui.

28. *Brutus*, quasi *obrutus*, quia sensu caret. Est enim sine ratione, sine prudentia. Unde et ille Junius Brutus ex sorore Tarquini superbi genitus, cum

nis et sonitus dant stuporem.

ⁿ *Abactus q. s. a. a. r.* Festus: *Abacti magistratus dicebantur qui coacti deposuerunt imperium*.

ⁱ *Alius de mult.* E Serv., Æn. xi.

^j *Beatus quasi bene auctus.* Cassiod. in Psalm. i: *Beatus, sicut nobis majorum tradidit auctoritas, dicitur quasi bene aptus, cui omnia desiderata succedunt*.

^k *Et nihil vult male.* Ita Goth. libri, et August., xiii de Trinit., non male.

^l *Eumque optimum, qui peccat minimum.* Hor.: *Nam vitii nemo sine nascitur, optimus ille est Qui minimis urgetur*.

^m *Nam benevolentia absurdum sonat.* Et quia minus coalescunt partes altera manente integra, et *volentia* per se absurda vox Latinis auribus, et quia minor vox *i*, quam *e*, ut ait Hallicarnasæus, cui rei in componendis dictionibus studemus, ut minus gravis sit plurium dictionum conjunctio. At *ætas* hæc *benevolentiam* usurpavit.

eundem casum timeret quem frater inciderat, qui ob divitias et prudentiam ab avunculo fuerat occisus, utilem temporis simulavit stultitiam. Unde etiam Brutus est cognominatus, dum vocaretur Junius.

29. *Balbus*, a *balando* potius quam loquendo dictus; verba enim non explicat. Inde et *blesus*, quia verba frangit.

30. ^a *Bucco*, garrulus, quod cæteros oris loquacitate, non sensu, exsuperet.

Biliosus, quod semper sit tristis, ab humore nigro, qui *bilis* vocatur.

31. ^b *Baburrus*, stultus, ineptus.

^c *Biothanatus*, quod est vi mortuus; θάνατος enim Græco sermone mors dicitur.

C

32. *Clarus* a *cælo*, quod splendeat; unde et *clara dies*, pro splendore cæli. *Celsus* a *cælo* dictus, quod sit sublimis, et altus, quasi *cælestis*.

463 33. *Castus*, primum a *castratione* nuncupatus; postea placuit veteribus etiam eos sic nominari qui perpetuam libidinis abstinentiam pollicebantur.

34. ^d *Cæles* dictus, quia iter sibi facit ad cælum.

^e *Cælebs*, connubii expers, ^f qualia sunt numina in cælo, quæ absque conjugii sunt. Et *cælebs* dicitur, ^g quasi *cælo beatus*.

Cælicola, eo quod *cælum colat*, est enim angelus.

35. *Continens*, non solum in castitate dicitur, sed et in cibo et potu; in ira quoque, et vexatione mentis, et detrahendi libidine. Et *continens*, quod se a multis malis absteineat.

36. *Clemens*, misericors ab eo quod *cluat*, id est, **C** protegat, et tueatur, sicut solet patronus clientem.

37. *Concors* a conjunctione cordis appellatus; nam sicut *consors* dicitur qui sortem jungit, ita ille *concors* dicitur qui corde jungitur.

38. *Concionator*, multitudinis allocutor.

Consolator, unius allocutor; et inde dictus *consolator*, quod soli se applicat cui loquitur, et solitudinem levat alloquio suo: hinc et *solatium*.

39. ^h *Consultus* est qui *consultitur*, cui contrarius est *inconsultus*, qui non accipit consilium.

40. *Constans* dictus, quod undique stat, nec in aliquam partem declinari potest.

^a *Bucco* Gloss.: *Buccones*, παράσιτοι, βουκλονες. Apulei., Apolog. 2: *Macie prorsus ut buccones videntur*.

^b *Baburrus*. Gloss., *Baburra* ἄρων, ἀνόητος, μάταιος.

^c *Biothanat*. Serv., *Æn.* iv, ad vers. *Omnibus umbra locis adero: Dicunt physici biothanatorum animas non recipi in originem suam*. Vox frequens Julio Firmico, Cassiano, Tertull.

^d *Cæles*. Aug., lib. de Gramm.: *Præses, dives, hæres, cæles, cælites, qui iter sibi faciunt ad cælum*. — *Cælite* quoque in singulari usus Ovid., l. v, de Pontico:

Quod tamen potui de cælite, Brute, recenti,

Vestra procul positus carmen in ora dedi.

^e *Cælebs*. Quintil., lib. 1, cap. 5, *Ingeniose Caius visus est dicere cælibes, veluti cælites, quod onere gravissimo carent*. Et Hieronym., II contra Jovin.: *Cælibes quod cælo digni sunt, inditum nomen*.

^f *Qualia sunt numina in cælo*. Verba Aug., loco cit.

^g *Quasi cælo beatus*. Al., *cælo aptus*.

^h *Consultus*. E Serv., *Æn.* iii, ad vers. *Inconsulti*

Confidens, quod sit in cunctis fiducia plenus. Unde et Cæcilius: *Si confidentiam habes, confide omnia*.

41. *Cantus* a *cavendo* dictus.

Callidus, fraudulentus, quia celare novit, et male peritus. ⁱ *Callidum* autem veteres non pro astuto tantum, **464** sed etiam pro astute docto ponebant. Hunc, et *versutum*, ab eo quod animum cito vertat.

42. *Cupidus* a *capiendo* multum, id est, accipiendū vocatus. *Clamosus*, quasi *calamosus* a *calamo*, scilicet, quod sonet. ^j *Calumniator*, falsi criminis accusator a *caluendo*, id est, frustrando et decipiendo, dictus.

43. *Calculator*, a *calculis*, id est, lapillis minutis, quos antiqui in manu tenentes numeros componiebant.

44. ^k *Compiler*, qui aliena dicta suis permiscet, sicut solent pigmentarii in pila diversa mista contundere. Hoc scelere quondam accusabatur Mantuanus ille vates, cum quosdam versus Homeri transferens suis permiscuisset, et cum compiler veterum ab æmulis diceretur, ille respondit: *Magnarum esse virium clavam Herculi extorquere de manu*.

45. *Contumax*, ab eo quod *contemnat*.

Chromaticus, quia non confunditur, nec colorem mutat; Græce enim χρωμα *color* vocatur.

46. *Contumeliosus*, quia velox est et *tumet* in verbis injuria.

Contentiosus, ab *intentione* vocatus, qui non ratione aliquid, sed sola pertinacia vindicat.

47. *Contemptibilis*, vel quia *contemptui habilis*, vel quia *contemptus*, et *vilis*, id est, sine honore.

48. *Crudelis*, hoc est, *crudus*, quem Græci ἄμων appellant per translationem, quasi non coctus, nec esui habilis; est enim asper et durus.

49. ^l *Carnifex*, quod carnem efficiat.

^m *Cruciaris*, eo quod sit cruce dignus.

Collega, a *colligatione* societatis et amicitiae complexu dictus. *Coetaneus*, quasi compar ætatis.

465 50. *Complex*, qui uno peccato, vel crimine alteri est *applicatus* ad malum; ad bonum vero nunquam dicimus complicem.

51. *Consors*, eo quod ad eum pars pertinet bonorum; nam *sortem* veteres pro *parte* ponebant. *Consors* ergo, quod sit communis sorte, ⁿ sicut *dissors* dissimilis sortis.

abeunt.

ⁱ *Callidum*... pro astute docto. Hor.:

Callidus huic signo ponebam millia centum.

^j *Calumniator*... a *caluendo*. Caius cap. 233, de Verb. sign.: *Si caluitur, et moretur, et frustretur. Inde et calumniatores appellati, quia per fraudem et vexationem alios vexarent litibus. Inde et cavillatio dicta est*.

^k *Compiler*. Fest.: *Compiler est cogere in unum, et condere [f. contundere]*. Idem tamen: *Pilare et compiler sunt, qui Græca originis... Græci namque fures περιπάτας*.

^l *Carnifex*. Donat in Hecyr.: *Caro proprie dicitur mortuorum, unde carnifices dicti, quod carnes ex homine faciant*.

^m *Cruciaris*. Petronius: *Itaque cruciarii illius parentes, ut viderunt custodiam laxatam, detrahere nocte pendentem*.

ⁿ *Sicut dissors*. Aug., lib. de Gramm.: *Dissors dicitur, dissimilis sortis*.

52. *Celer* appellatus a *celeritate*, quia quod usus **A** exigat velocius facit.

Confinalis, ab eo quod sit genere vel loco affinis.

Colonus a *colonia*, vel ab agro colendo dictus.

53. *Curator*, quod curam ferat pueris, qui adhuc **C** ejus ætatis sunt ut negotia sua satis administrare non possint.

Cogitor, a *cognoscendo* causam dictus.

^a *Clicentes*, prius *colentes* dicebantur, a *colendis* patronis.

54. *Captus*....

Captivus dicitur quasi *capite diminutus*, ingenuitatis enim fortuna ab eo excidit, unde, et a jurisperitis *capite diminutus* dicitur.

55. ^b *Colomis*, a *columna* vocatus, eo quod erectus et firmissimus sit.

56. *Comptus*, a *coma* dictus, quod sit formosus capillis, vel quia comam nutrit.

57. *Calamistratus* a *calamistro*, id est, acu ferreo in calami similitudine facto, in quo crines obtorquentur, ut crispi sint, quem in cinere calefacere solent qui capillos crispant, ut calamistrati sint.

58. *Corpulentus*, quod sit corpore validus, et lentis carnibus.

Crassus a sagina corporis, a *creando* carnes.

Comessor, a *comedendo satis*. **466** Est enim gula **C** ac ventri immoderate deditus.

^c *Caupo* pessimus, de vino aquam faciens.

59. *Candidus* : *cauus* dictus a *candore*, et *candidus* quasi *candor datus*; studio enim accedit candor. Nam *album* vocari, naturæ est.

60. ^d *Clodus*... *Curvus*... *Crispus*....

Cæcus appellatus, quod careat visu. Est enim luminibus amissis. *Cæcus* est, qui utroque oculo non videt.

61. *Caducus* a *cadendo* dictus, idem *lunaticus*, eo quod certo lunæ tempore patiat. *Confusus*, a *confusione* sceleris appellatus, inde et *confusio*.

62. *Convulsus* dicitur, cui sua, vi aliqua adimuntur. Unde et *convulsa navis*, cujus eminentia vi tempestatis adimuntur; unde et Virgilius : *Vix septem convulsæ undis*, quasi *mutilatæ*.

63. *Consumptus*, totus sumptus, et devoratus.

Conciliatrix, ob societatem flagitiosæ consensionis dicta, eo quod intercurrat, alienumque nundinet corpus. Hanc etiam et *lænam* vocant.

64. *Circumforanus*, qui advocatorum causa **C** *circumfora* et conventus vagatur. ^o *Collegiatus*.... *Carpentarius*....

^a *Clicentes*. E Serv., *Æn.* VI, ad vers. *Pulsatusve parens, a. f. i. clienti*.

^b *Colomis*. Unde *incolumis*, a *columna*, vel *columnine*. Donat. in Phorm.: *Columnen, culmen, au columnen columna?* Vitruv., lib. IV, cap. 20 : *Columnen in summo fastigio culminis, unde et columnæ dicuntur*.

^c *Caupo pessimus*, Hieron., Is. 1: *Hæretici quoque evangelicam veritatem corrumpunt prava intelligentia, et sunt caupones pessimi facientes de vino aquam*.

^d *Clodus*... *Curvus*... *Crispus*. Aliqui libri recentiores has lacunas explent. Sed ita, ut referre non sit operæ pretium.

^e *Collegiatus*. De collegiatis titulus est lib. XI Cod.

^f *Dives ab ære*. Aliqui Goth., *ab habere*.

65. *Dominus* per derivationem dictus, quod *domui* præsit.

Disertus, doctus, a *disscrendo* dictus, disposite enim disserit.

66. *Doctos* a *docendo*, iade et *doctor*.

Docilis, non quod sit doctus, sed quia doceri potest; est enim ingeniosus, et ad discendum aptus.

Discipulus a *disciplina* dictus, *disciplina* autem a *discendo* vocata.

67. *Dispensator* vocatur, cui creditur administratio pecuniarum. **467** Et ideo *dispensator*, quia prius qui dabant pecuniam, non numerabant eam, sed *appendebant*.

68. ^f *Dives* ab *ære* vocatus. ^g *Decorus*, perfectus, a *decem*. *Dulcis*.... *Decens*, compositus, a numero **B** *decem* dictus. Hinc et *decorus*, et *decibilis*.

69. *Directus*, eo quod in rectum vadit.

Dilectus a *diligentia*. Hæc sunt enim signa diligendi.

70. ^h *Delibutus*, de oleo unctus, ut athletæ solent, vel in ceromate pueri. Hinc, et *delibutum gaudio*, id est, perfusum, vel plenum.

Delicatus, quod sit *deliciis pastus*, vivens in epulis, et nitore corporis.

71. *Defessus*, semper infirmus, quasi *diu fessus*.

Debilis, quod per bilem factus sit [fragilis]. Bilis enim humor est afficiens corpus.

Decolor, quod desit illi color.

72. *Desperatus*, vulgo vocatur malus, ac perditus, nec jam ullius prosperæ spei. Dicitur autem per similitudinem ægrorum, qui affecti et sine spe deponuntur. Consuetudo autem erat apud veteres ut ⁱ desperati ante januas suas collocarentur, vel ut extremum spiritum redderent terræ, vel ut possent a transeuntibus forte curari, qui aliquando simili laboraverant morbo.

73. *Degener*, aut ignobilis, aut quod sit impari genere, aut si dum sit optimo genere natus, inhoneste tamen vivit.

74. *Decrepitus*, quod morti sit propior, et quasi ad mortis tenebras vertat, sicut *crepusculum* tempus noctis. Alii dicunt *decrepitum*, non qui **468** senectute avulsus est, sed qui jam *crepare* desierit, id est, loqui cessaverit.

75. ^j *Depretiatius*, ab eo quod sit vilis, nec aliquo pretio dignus.

^k *Dirus*, præparcus, et teter, quasi *divina ira* in

^g *Decorus*... a *decem*. Seg., a *decendo*.

^h *Delibutus*. Ex Don. in Phorm., ad illud: *Si te delibutum gaudio reddo*.

ⁱ *Desperati*... *consuetudo autem erat*. Servii sunt hæc, non *Desperati*, sed *Depositum* vocem interpretantur. *Æn.* 12, ad vers. *Ille, ut depositi p. f. p.* Quæ si non satis apta sunt, minus mirum, cum Isidorus Servii commentariis sine Virgilio carminibus usus sit, ut Chacon optime coniecit, et ex aliis hujus operis locis manifeste apparet.

^j *Depretiatius*. Utuntur hæc voce antiquus Bibliorum interpres, Tertull., et alii ecclesiastici scriptores.

^k *Dirus præparcus, et teter*. Haud absurdo; oppo-

id actus. Nam *dirum* dicitur quod divina inferitur ira. Alias *dirus*, *magnus*.

76. ^a *Dehiscens*, valde hiscens. Hic enim *de* augmentis est, ut *deamare*, *desidere*.

Despiciens, eo quod *deorsum aspiciat*, vel contemptui habeat.

Dolosus, insidiosus, vel malignus, ab eo quod *deludat*. Ut enim decipiat, occultam malitiam blandis sermonibus ornat.

77. *Dubius*, incertus, quasi *duarum viarum*.

Delator dictus, eo quod *detegat* quod *latebat*.

Dilator, quia differt ad proferendum.

Desidiosus, tardus, piger, a *desidendo* vocatus, id est, valde sedendo (idem et *reses*, a *residendo*); *de* enim hic augmentis est.

78. ^b *Delirus* mente defectus per ætatem, ἀπὸ τοῦ λαρεῖν, vel quod a recto ordine et quasi a lira aberret. Lira enim est arationis genus cum agricolæ facta semente diriguunt sulcos, in quos omnis seges decurrit.

79. *Demens*, idem qui *amens*, id est, sine mente, vel quod diminutionem habeat mentis. *Desipiens*, eo quod minus sapere incipit quam solebat.

80. *Damnatus*, et *damnabilis*, quorum prior jam addictus est, sequens potest addici.

^c *Degulator*, quod gula sit deditus.

469 E.

81. *Elatus* pro eo quod seipsum supra mensuram suam elevet, dum magnus sibi videtur de his quæ agit.

^d *Enormis*, eo quod normam, et mensuram excedat.

82. *Eloquens*, profusus eloquio.

Exertus, in loquendo expeditus. *Exercere* enim proferre vel expedire est.

^e *Eruditus*, quia non rudis, sed jam doctus.

83. *Expertus*, multum peritus; *ex* enim hic pro *valde* ponitur.

Expers vero, qui est extra peritiam et intellectum.

Exornatus, valde ornatus; *ex* enim pro *valde* ponitur, sicut *excelsus*, quasi *valde celsus*.

84. *Eximius*, quasi *valde minens*.

Efficax dictus, quia nullam difficultatem habet in qualibet refacienda; hinc, et *efficiens* a *faciendo* dictus.

Exspes, quod sine spe.

Expers, quia extra partem, caruit enim parte.

Exsors, quia extra sortem est.

nitur enim *DIRO comis*. Cicero, in *Caton. Mai: Quanta in uno comitas, in altero diritas?* Reliqua e *Serv.*, Æn. II, VI.

^a *Dehiscens*. Ex eodem, Æn. I, ad illud: *his unda dehiscens*.

^b *Delirus*... *dirigunt sulcos in quos omnis seges decurrit*. — *Sulcos* pro porcis posuit, vel *liris*; nam in *sulcos* non *seges* decurrit, sed *aqua ex* *liris*. Vid. *Varron.* et *Columell.*

^c *Degulator*. *Apulei.*, *apolog. 2: Quæ tamen omnia in paucis annis ita hic degulator studiose inventrem condidit*, etc. Idem *ægnlo* dicitur ab *Aug.*, in *lib. de Gramm.*

^d *Enormis*. — *Anormis* quibusdam placuerat, quod in *Goth. ænormis*; in aliquo etiam *anormis*; sed non convenit interpretatio. *Anormis* namque, qui sine *norm.* *Hor.* :

Rusticus anormis sapiens, crassaque Minerva. *Enormis*, extra *normam*. Illud absurdius, quod supra

85. ^f *Exsul*, quia extra solum suum est, quasi trans solum missus, aut extra solum vagus. ^g Nam *exsulare* dicuntur qui extra solum eunt.

86. ^h *Extorris*, quia extra terram suam est, quasi *ex terris*. Sed proprie *extorris*, cum vi expulsus, et cum terrore solo patrio ejectus; et *extorris*, ex terra sua pulsus.

87. *Extorris*, extra terram: aut extra terminos suos, quia *exterretur*.

88. ⁱ *Exterminator*, non ille, qui vulgo dicitur ἀφανής εἶναι, sed qui dejecit 470 et expellit a terminis civitatis.

Exterminatus, ab eo quod sit extra terminos suos ejectus; sic et *externus*, eo quod sit alienæ terræ.

89. *Egens*, et *egennus*, sine gente, et sine genere, indigenus.

Exiguus, multum *egens*. *Ex* enim pro *valde* ponitur.

^j *Exilis*, tenuis, quod possit quamvis per angustum exire (sive sine illis).

90. *Exesus*, quasi *percomesus*. Est enim aridus, tenuis et *exilis*.

Exhaustus, quia consumptus est, et inanis effectus.

Exsanguis, quod sit extra sanguinem.

91. ^k *Exanimis*, est mortuus. *Exanimis* autem et *exanimus* dicimus, sicut *unanimus*, et *unanimis*, *inermis*, *inermis*, et hoc nostro arbitrio subjacet.

92. *Exustus* dicitur, de quo nihil superest, quasi *valde ustus*. *Ex* enim pro *valde* ponitur.

Exosus ab odio dictus; ^l nam antiqui, et *odidiebant*, et *osus sum*; hinc est *exosus*, quo utimur, licet jam *osus* non dicamus.

93. *Effractor*, quod sit expugnator claustrorum.

Exitiosus, eo quod multis exitio sit.

Exsecutor, ab *exsequendo*; idem et *exactor*.

Efferatus, mente ferina effectus, et ultra humanum modum excedens.

Effrenatus, ab eo quod sit præceps, et pronus, et sine freno rationis.

94. *Eunuchus*, Græcum nomen est, quod est *spado*. Horum quidam coeunt, sed tamen virtus in semine nulla est. Liquorem enim habent, et emittunt, sed ad gignendum inanem atque invalidum.

95. ^m *Effeta* ab eo quod sit frequenti fetu exhausta; partus enim eam assiduus debilem reddidit.

in *A*: *Enormis*, et *Helatus*, et *Heros*, quia in *libris* *Eros*, *Ænormis*, *Ælatus*.

^e *Eruditus*. Vid. *Cassiod.*, in *ps. II*.

^f *Exsul*. E *Serv.* Æn. III.

^g Nam *exsulare dicitur*. Ex eod., Æn. XI.

^h *Extorris*. Ex eodem, Æn. IV, ad vers. *Finibus extorris*.

ⁱ *Exterminator*. Non una hic species Græcorum characterum; sed ἐξορστω Manuscripti nihil habent, ἀφανίστω aliquid omnes. Ergo quod præferre libri videbantur, ἀφανής εἶναι scripsimus; neque ἀφανιστής, quod *A. Augustino* probabatur, rejicimus.

^j *Exilis*.. *sivesine illis*. Vid. *Fest.*, vel *Serv. potius*.

^k *Exanimis*. E *Serv.*, Æn. I, ad vers. *Exanimum-que auro*.

^l Nam *antiqui diceb.* Ex eodem, Æn. V, ad vers. *Si nondum exosus ad unum*.

^m *Effeta*. Ex eodem, Æn. V, ad vers. *Frigentque effectæ in corp. vires*.

471 F.

96. *Faeundus* dictus, quia facile fari possit.

Facetus, qui jocos et lusus gestis et factis commendat, a *faciendo* dictus.

Frugalis a *fruge* nominatus, id est, a fructu, vel parcimonia, sive, ut alii volunt, a modestia et temperantia.

97. ^a *Fenerator*, qui pecuniam deponit apud debitorem, quasi *fenoris actor*; nam *fenus* pecunia est. *Fenerator* autem Latine dicitur et qui dat mutuum, et qui accipit.

Flamines, pontifices idolorum.

98. ^b *Felix* dicitur qui felicitatem dat; felix qui accipit; et felix, per quem datur felicitas, ut *felix tempus*, *felix locus*.

99. *Fidelis*, pro eo quod fit ab eo id quod dicit, vel quod promittit bonum.

Facilis, a *faciendo*, nec tardus.

Firmus, unde et *formosus*.

Fortis, quia fert adversa, vel quaecumque acciderint; sive a ferro, quod sit durus, nec molliatur.

100. ^c *Formosus* a *formo* dictus. *Formum* enim veteres *calidum* et *fervens* dixerunt. Fervor enim sanguinem movet, sanguis pulchritudinem.

101. ^d *Fœdus* nomen habet ab hireo, et *hædo*, f littera addita. ^e Hunc veteres in gravi significatione ponebant, ut :

Sanguine fœdantem, quos ipse sacraverat ignes.

472 *Fragilis* dictus, eo quod facile frangi possit.

102. *Fessus*, quasi *fissus*, nec jam integer salute : est autem generale. Dicimus enim fessus animo, ut *C* *ter fessus valle resedit*; et fessus corpore, quod magis est proprium; et fessus rerum a casu venientium.

Fatigatus, quasi *fatis agitatus*.

103. *Formidolosus* a *formo*, id est, sanguine dictus, cum se a cuto ad præcordia fugiens contrahit sanguis; nam timor sanguinem gelat, qui coactus gignit formidinem, unde est illud : *Gelidusque coit formidine sanguis*.

^f *Formidolosus* autem cum sit *timidus*, et *timendum* significat.

104. ^g *Fatuus* ideo existimatur dictus, quia neque quod fatur ipse, neque quod alii dicunt, intelligit. *Fatuus* originem ducere quidam putant a miratoribus *Fatuae* Fauni uxoris fatidicæ, eosque primum *fatuos*

^a *Fenerator* autem Latin. Ex Aug., in ps. xxxvi.

^b *Felix*. Serv., Æn. I : *Felix dicitur, et qui habet felicitatem, et facit esse felicem*.

^c *Formosus*... *Formum enim veteres calidum*. Ita legendum inf., lib. XIX, cap. 7, in *Forcipes*, et apud Serv. (cujus hæc sunt verba, Æn. VIII), non *forvum*, et apud Non., in *Fauno*. Vid. Fest., in *Forcipes*.... *Forma*... et *Formucalis*, et Donat., in *Phorm.*, act. I, se. 2, ad verba *Hæc formam extinguerent*.

^d *Fœdus*. Fest. : *Fœdum antiqui dicebant pro HOEDO, FOLUS pro HOLLERE, FOSTEM pro HOSTE, FOSTIAM pro HOSTIA*.

^e *Hunc veteres in gravi signif.* Serv., Æn. II : *Fœdum tam apud Virgilium, quam apud Sallustium non turpe significat, sed erudele*.

^f *Formidolosus, cum si timid.* E Serv., Æn. IV.

^g *Fatuus*. Ex eod., Æn. VII, ad vers. *Hunc Fauno,*

A appellatos, quod præter modum obstupefacti sunt vaticiniis illius, usque ad amentiam.

105. *Fautor*, ab eo quod faveat et consentiat.

^h *Fictor*, appellatus a *fingendo*, et componendo aliquid, sicut qui capillos mulierum lenit et pertractat, ungit et nitidat.

Fallax, quod *fando*, id est, loquendo decipiat.

473 106. *Fervidus*, iracundus, ira enim inflammat. *Frendens*, quod minando *frangat dentes*, et comprimant.

Fremens...

Ferox, ab eo quod feritatem exerceat, ut bestia.

107. ⁱ *Fur* a *furvo* dictus est, id est, a fuseo; nam noctis utitur tempore.

B *Factiosus*, inter opprobria, cum seditiosum accipi volumus; cum vero gratiosum, ac potentem, quasi *magnæ factionis*.

108. *Faeinorosus*, a facti commisso nominatus; facit enim quod alteri noceat.

^k *Femellarius*, *feminis* deditus, quem antiqui *mulierarium* appellabant.

Flagitiosus, eo quod frequentius flagitet atque appetat libidinem.

109. ^l *Furcifer* dicebatur olim, qui ob leve delictum eogebatur a deminis, ignominie magis, quam supplicii causa, fuream circa viam ferre, prædicans peccatum suum, et monere cæteros, ne quid simile peccarent.

110. *Futilis*, vanus, superfluus, loquax, et est metaphora a vasis fictilibus, quæ quassa et rimosa non tenent quæ injeceris.

111. *Fornicarins*....

Fornicatrix est ejus corpus publicum et vulgare est. Hæc sub arcuatis postabant, quæ loca fornices dieuntur; unde et *fornicariæ*. Virgilius : *Atque adverso fornice*.

112 *Fœcunda*, a *fctu* dicta, quasi *fetu abundans* : est enim partu frequens.

Feta....

Flens, quasi lacrymis *fluens*.

Fugitivus nemo reete dicitur, nisi qui dominum fugit; nam si parvulus puer a nutrice, vel a sehola dicesset, fugitivus non est.

G

113. *Gloriosus* a frequentia claritatis dictus, *g* pro *c* et *nymph*. At Justin., lib. XLIII : *Fauno fuit uxor nomine Fatua, quæ, assiduo divino spiritu impleta, velut per furorem futura præmonerat. Unde adhuc qui inspirari solent fatui dicuntur. Ipse quoque Faunus Fatuus Fatuelis dicebatur*.

^h *Fictor*... *lenit*. Al., *linit*.

ⁱ *Fur*. Vid. Agell., lib. I, cap. 8.

Factiosus... *cum vero gratiosum, ac pot.* Gloss., *factio*, τὰς ψα. Sueton., in Nerone : *Quinque millia juvenum elegit, qui divisi in factiones plausuum genera condiscerent*. Et Plaut., in Aulul. : *Istas magnas factiones, dotes dapsiles nihil moror*. Inde *factiosi*, potentes et *gratiosi* in *factionibus*.

^k *Femellarius*. Aberat hæc vox a plerisque Goth. Erat in Ovet.

^l *Furcifer*. Ex Donat. Vid. Gloss., in *Furcifer*, σταυροφόμος, etc.

littera commutata. Gloriosus a laurea dictus, quæ **A** datur victoribus.

Gnarus, sciens, cui contrarius; *ignarus*, nesciens.

Gravis, venerabilis; unde **474** et contemplabiles *leves* dicimus. Gravis pro consilio et constantia dictus, quia non levi motu dissilit, sed fixa constantiæ gravitate consistit.

114. *Grandis*..... *Gracilis*..... *Grandævus*, quod si *grandis ævo*. *Gratus*, gratiam servans; sed gratus tantum animo, gratissimus et animo et corpore dicitur.

Gratificus, ab eo quod gratis faciat bonum. ^a *Gratiosus*, qui plus unicuique quam meretur tribuit.

115. *Garrulus* proprie dicitur, qui vulgo verbosus appellatus, accedente lætitia, nec valens, nec volens tacere. Sumptum nomen a graculis avibus, qui importuna loquacitate semper strepunt, nec unquam quiescunt.

^b *Ganeo*, luxuriosus, et tanquam in occultis locis, et subterraneis, quæ *ganea* Græci vocant.

^c *Glutto*, a gula, id est, gulosus.

H

116. *Heros* ^d vir sapiens, et fortis.

Humilis, ^e quasi humo acclinis.

Honorabilis, quasi *honori habilis*, hoc est, aptus.

117. ^f *Honestus*, quod nihil habeat turpitudinis; nam quid honestas, nisi honor perpetuus, id est, quasi *honoris status*?

Humanus, quod habeat circa homines amorem et miserationis affectum; unde et *humanitas*, qua nos invicem tuemur.

475 **118.** *Habilis*, quod sit ad habendum commodus, atque aptus. *Honorosus*, plus est quam *honoratus*, sicut *scelerosus*, quam *sceleratus*.

Hirsutus, ab eo quod sit hirtus, et pilis horridus.

119. ^g *Hypocrita*, e Græco sermone in Latinum *simulator* interpretatur. Qui dum intus malus sit, bonum se palam ostendit; ὑπὸ enim *falsum*, κρίσις *judicium* interpretatur.

120. Nomen autem hypoeritæ tractum est a specie eorum qui in spectaculis contacta facie incedunt, distinguentes vultum ceruleo minioque colore, et cæteris pigmentis, habentes simulacra oris linteæ gypsata, et vario colore distincta, nonnunquam, et colla, et manus creta perungeates, ut ad personæ colorem pervenirent, et populum, dum in laudis agerent, fallerent, modo in specie viri, modo in feminæ, modo tonsi, modo criniti, anili, et virginali, cæteraque specie, ætate, sexuque di-

^a *Gratiosus*. Agell., lib. ix, cap. 12: *Gratiosus, et qui adhibet gratiam, et qui admittit.*

^b *Ganeo*... *tanquam in occult. et subterr.* Fest.: *Ganeum locum abditum ac velut sub terra dixerunt. Donat., in Adolph.: Veteres ganeum meretricum tabernam dixerunt, ἀπὸ τῆς γῆς, τοῦτό ἐστι τῆς γῆς, quod ipsa sit in terra, non ut canacula superius, unde, et taberna, quasi trabenaa validioribus dicta trabibus, quibus superiora suspensa sunt.*

^c *Glutto*. Aug., in lib. de Gramm.: *Heluo, qui et glutto*. Fest.: *Ingluvies a gula dicta; hinc et ingluviosus, et glutto, et gulo.*

^d *Heros*. Idem sup., cap. 1.1, 39: *Heroes appellantur viri, quasi aeri, et caelo digni, propter sapientiam et*

verso, ut fallant populum, dum in ludis agunt.

121. Quæ species argumenti translata est in iis qui falso vultu incedunt, at simulant quod non sunt; nam hypocritæ dici non possunt ex quo foras exierint.

122. *Humatus*, quod sit humo tectus, id est, sepultus.

Hilaris, Græcum est nomen.

I

123. *Ingeniosus*, quod intus vim habeat gignendi quamlibet artem.

Inventor dictus quod in ea quæ quærit venit; unde et ipsa quæ appellatur *inventio*, si verbi originem retractemus, quid aliud resonat, nisi quia *invenire* est in id venire quod quæritur?

124. ^h *Interpres*, quod *inter partes* medius sit duarum linguarum **476** dum transfert. Sed et qui inter Deum, quem interpretatur, et homines, quibus divina indicat mysteria, *interpres* vocatur.

125. *Juridicus*, quia legum *jura dicit*.

Indoles, proprie est imago quædam futuræ virtutis.

Iustus dictus, quia jura custodit, et secundum legem vivit.

126. ⁱ *Innox*, quod non noceat.

Innocuus, cui nocitum non sit, sed apud veteres utrumque indifferens est.

Jocundus, eo quod si semper joci aptus, et hilaritati, a frequentia, sicut *iracundus*.

Jocosus, *jocis usus*.

127. *Inclytus*, Græcum nomen est. Nam κλυτόν Græci *gloriosum* vocant.

C *Illustris*, nomen notitiæ est, quod clareat multis, splendore generis, vel sapientiæ, vel virtutis, cui contrarius est *obscure natus*. *Idoncus*...

128. *Incolumnis*, a *columna* nomen habet, quasi erectus, fortis et stabilis.

Immarscesibilis, incorruptus, et sempiternus, quod sit sine marcore et languore.

Intemeratus incorruptus et nulla temeritate violatus.

129. *Infirmus*, quia sine forma, id est, sine calore.

Imbecillis, quasi *sine baculo*, fragilis, et inconstans.

Inanis, levis.

130. *Inconstans*, quia non est stabilis, sed quod placet ei rursus displicet.

D *Jactans*, vel arrogans est, qui majorum institutis non acquiescit, sed propriam quamdam viam justitiæ et sanctitatis inquirat.

^j *Iracundus* dictus, qui accenso sanguine in furorem

fortitudinem. Vid. Serv., *Æn.* i, et Aug., 10 de *Civit.*, cap. 21, a quibus longe diversus est Socrates, in *Cratyl.* *Æros* in libris vet. in *A* scribitur.

^e *Humilis*... *humo acclinis*. Ita Gothici omnes.

^f *Honestus* q... *honoris status*. Al., q. *honor. stans*.

^g *Hypocrita*. Ex Aug., serm. 1 in fer. 6 post *Quinquag.*

^h *Interpres*. Serv., *Æn.* x, ad vers. *Tertius ille h. divinumque interp.* — *Interpres, medium est, nam et Deorum interpretator, et hominum, qui divinas indicat mentes interpretatur.*

ⁱ *Innox*. Gloss., *Innox, ἀελαγῆς*.

Iracund... *Ut enim flamma*. Sæpe hoc repetit. Hebraice *לור* lux.

compellitur, ut enim flamma dicitur, et ira inflammat.

131. *Incentor*, ab eo quod incendat, atque inflammet.

^a *Incentor*, quia prava suggestione ad vitia cor aliorum succendit, et persuadendo inflammat.

132. *Inexpiabilis*, quod nunquam expietur, nunquam purgetur.

477^b *Inlaudabilis*, non quia laudatus non sit, sed quia laudari non meruerit.

Iratus, ira actus.

133. *Impius*, quia sine pietate religionis est.

Iniquus proprie dictus, quia non est æquus, sed inæqualis. ^c Inter impium autem et iniquum hoc distare nonnunquam solet, quia omnis impius iniquus, non tamen omnis iniquus est impius. Impius namque pro infideli ponitur; et dictus impius, quod sit a pietate religionis alienus. Iniquus vero dicitur, pro eo quod non est æquus, sed pravis operibus maculatur, vel si Christianitatis nomine censeatur.

134. *Inimicus*, quia non amicus, sed adversarius. Duæ autem res inimicos faciunt: fraus et terror. Terror, quod timent; fraus, mali quod passi sunt.

135. *Invidus*, dictus ab intuendo felicitatem alterius.

^d *Invidiosus* est, quia ab alio patitur invidiam.

Invisus, odiosus, ab invidia et zelo dictus.

136. *Intestabilis*, cujus testimonium non valet, et quod dixerit irritum improbatumque sit.

Infamis, non bonæ famæ.

Improbis dictus, quod instat etiam prohibenti.

137. *Importunus*, inquietus, quia non habet portum, id est, quietem. Unde et importuni, quia in naufragium cito feruntur.

Infrenis est qui frenis non regitur, ut *Numidæ infreni*.

138. *Infrendens*, proprie est inter se comprimens dentes. ^e Nam et *frendere* significat *dentibus frangere*; unde *nefrendes* infantes, qui necdum dentes habent.

Ingluviosus, a gula et voracitate dictus.

139. ^f *Inglorius*, quod sit sine gloria, id est sine triumphis. Item inglorius, immemor gloriæ.

Informis, ingens, non quod non habeat formam, sed quod ultra formam magnitudinem habeat.

478 140. ^g *Inveterator*, eo quod sit multi veterisque usus in malitia.

^h *Immanis*, quia non bonus, sed crudelis, et terribilis. *Manum enim bonum* dicitur. Unde $\kappa\alpha\tau'$ $\delta\upsilon\tau\epsilon\lambda\epsilon\theta\epsilon\sigma\iota\upsilon$ dii manes, minime boni.

^a *Incentor*, quia prava. — *Succentor*, quia prava, etc., Neap. Cod., cui scripturæ magis convenit interpretatio *suggerendi*, et *succedendi*.

^b *Inlaudabilis*. E S. rv., Georg. iii. Sed hæc interpretatio non *illaudabilem*, sed *illaudatum* respicit. Id unde tam sæpe nascatur, antea admonuimus.

^c *Inter impium autem et iniquum*. Hieron., contra Pelag.: *Omnis impius iniquus est, et peccator, nec recipiatur*, etc.

^d *Invidiosus est q. a. a. p. i.* Agell., lib. ix, cap. 12.

^e *Nam, et frendere*. Fest.

^f *Inglorius*. Serv., Æn. x: *Inglorius sine triumphis, immemor gloriæ*.

^g *Inveterator*. Ita vet. omnes. Danielis tamen xiii, *Inveterate dierum matorum*.

141. ⁱ *Immunis*, minime muniticus, ut est in proverbio veteri: *Immunem cives odere sui*. Item immunis, qui non facit munia, id est officio non fungitur, est enim omni privilegio vacuus.

142. *Indemnis*, eo quod sine damno vivat, et sine ulla culpa, atque periculo.

Iners, sine arte, et ob hoc ne operi quidem ulli aptus.

Inermis, vel sine armis, vel sine viribus. Nam semper arma pro viribus.

143. *Ignavus*, ignarus viæ, id est rationis et vitæ.

Ignarus, non gnarus, id est, inscius, vel sine naribus. ^j *Olfeicisse* enim veteres, *scisse* dicebant.

^k *Ignarus* autem duo significat, vel qui ignorat vel qui ignoratur.

144. *Immemor*, qui oblitus est, perdidit enim memoriam.

Inseius, quia sine scientia est.

Idiota, imperitus. Græcum est.

Imperitus, sine peritia.

145. ^l *Inconsultus*, ab eo quod non accipiat consilium. Item *inconsultus*, quia est sine consilio, et inscius rerum, atque ignarus.

Ineptus, apto contrarius est quasi *inaptus*.

146. ^m *Inops*, qui sine terra est; *opem* enim terram intelligimus, quia *opem* fert fructificando. Alii *inopem* intelligunt, non sepultum, inhumatum, cui nec inanis absenti surrexit tumulus.

147. *Ignobilis*, eo quod sit ignotus, et vilis, et obscuri generis, 479ⁿ cujus ne nomen quidem scitur.

Ircosus, quia sudore corporis fetido putet.

Ignotus, ignobilis, vel ex improvise veniens.

148. *Improvise* dictus, eo quod subito sit, et non porro ante visus.

Index, proditor, ab *indicando*.

ⁿ *Indigena*, vocatus, quod inde genitus sit, id est in eodem loco natus.

149. *Impudens*, eo quod ab eo pudor, et pudicitia procul abest.

Impudicus, a *pædore* vocatus. Pædorem enim fetorem dicunt.

Incestus, propter illicitam commistionem vocatus, quasi *incastus*, sicut qui virginem sacram vel affinitati suæ proximam stupraverit.

150. ^o *Internicida* est qui falsum testamentum fecit et ob id hominem occidit.

^h *Immanis*. Fest., *IMMANIS, FERUS sive MAGNUS*. Gloss., *Inumanis*, μέγιστοι, ἀγριοι. Vid. Serv. et Non.

ⁱ *Immunis*. Gloss., *Immunes*, ἀτέλεις, ἀνέπαφοι, ἀλειτοῦγγητοι.

^j *Olfeicisse enim veteres*. Idem inf., lib. xi, cap. 1 Terent.: *An non sex totis mensibus prius olfeicissem, quam ille quidquam caperet?*

^k *Ignarus autem duo*. E Serv., Æn. i, vi.

^l *Inconsultus*. Vid., sup., *econsultus*.

^m *Inops*. E Serv., Æn. vi, ad vers. *Inops, inhumataque turba est*.

ⁿ *Indigena*. Ex eod., Æn. viii.

^o *Internicida*. Fest. in *Internicivum testamentum, et internectio*. Vid. Cujac. observ.

Inficiator, negator, quia non fatetur, sed contra veritatem mendacio innititur.

Impostor....

151. *Interceptus*, proprie dicitur, qui inter duos de medio tollitur.

152. *Insidiosus*, quod insideat; nam proprie *insidere* est dolose aliquem exspectare. Unde et *insidiæ* nominatæ sunt.

^a *Incincta*, id est, sine cinctu, quia præcingi fortiter uterus non permittit.

153. ^b *Investis*, id est, sine veste, nondum enim habet stolam, quod est signum maritalis dignitatis.

Iscurra vocatur, quia causa escæ quemlibet consecretur.

480 K

154. *Katholicus*, universalis, Græcum est.

Karu, Græcum nomen est; sicut, et *karitas*; unde et *karistia*, *karismata* gratiæ.

L

155. *Luculentus* ab eo quod sit lingua clarus, et sermone splendidus.

Lector, dicitur a *legendo*, id est, perecurrendo. Unde et navis dicitur legere quidquid transit. Nam legit, transit, præterit, ut :..... *Crebris legimus freta concita terris*. Item *lector*, a *colligendo* animo quæ legit, quasi *collector*, sicut illud : *Qui legitis flores*.

156. *Loquax*, non est eloquens.

^c *Lætus*, a latitudine.

^d *Locuples*, quasi *locis plenus*, et possessionum plurimarum possessor, quemadmodum docet Tullius in libro II, de Republica : « Multaque ditioe ovium et boum, quod tunc res erat in pecore, et in locorum possessionibus; ex quo pecuniosi et locupletes vocabantur. »

157. *Liberalis* dictus ab eo quod *libenter* donet, nec murmuret.

Largus...

Longus a *linca* dictus, propter quod sit porrectus.

Longævus, quasi *longi ævi* et longi temporis.

158. *Longanimis*, sive *magnanimus*, eo quod nullis passionibus perturbatur, sed ad universa sustinenda patiens est. Cui contrarius 481 est ^e *pusillanimis*, angustus, et in nulla tribulatione subsistens, de quo scribitur : *Pusillanimis vehementer insipiens*.

159. *Levis*, ob inconstantiam vagationis appellatur, quia levi motu mentis nunc ista, nunc illa desiderat, *Lubricus*, ab eo quod labitur.

^a *Incincta*. Eadem vocem nostri usurpant.

^b *Investis*, id est, sine veste. Hactenus recte, hoc est, *sine pube* : auctoribus Serv., Macrob., Non. Quod sequitur non admodum coheret, *nondum enim habet stolam, quod est signum maritalis dignitatis*. Itaque hoc additum, ejusque qui illud *sine veste* non intellexerat, auxeratque damno interpretationem, accersens hæc verba e lib. XIX, cap. 29.

^c *Lætus* a latitudine. Varr., lib. V : *lætari ab eo quod latius gaudium propter magni boni opinionem diffusum*.

^d *Locuples*. Vid. Non. in *Pecuniosus*.

^e *Pusillanimis vehementer insip.* Ex LXX editione, pro quo Vulg. : *Qui autem impatiens exaltat stultitiam suam*. Prov. XIV.

^f *Labens*, interdum *velox*, ut : *Labere nympha polo et labere pennis*. Cursu enim lapsus celerior est.

160. ^g *Latro*, insessor est viarum, a *Latendo* dictus. *Ælius* autem : *Latro est, inquit, latero, ab latere, insidiator viæ*.

Lanista, gladiator, id est, carnifex Tusca lingua appellatus, a *laniendo*, scilicet corpora.

161. *Lacessor*, per translationem dictus a canibus, vel a feris, quæ solent *lacerando* provocare.

Leno, conciliator stupri, eo quod mentes miserorum blandiat, et *delinendo* seducat.

Libidinosus, ab eo quod facit quodlibet.

Libidinosus, a *Libero*, qui puellari corpore pingitur.

Luxoriosus, quasi solutus in voluptates; unde et membra loco mota *luxa* dicuntur.

^B *Lascivus*, quod sit laxus, id est, solutus et vanus.

162. *Lymphaticus*, quod aquam timeat, quem Græci *ὑδροφοβόν* vocant. *Lymphaticus* proprie dicitur qui vitium ex aqua contrahit, cujus vitium est huc atque illuc currere, a fluore aquæ sumpto vitio. Sed poetæ jam hoc genus nominis pro furiosis usurpant.

163. *Languidus*....

^h *Luridus*, quod sit pallidus a *loro* dictus, quod hujusmodi habeat cutem.

Leprosus, a *pruritu* nimio ipsius scabiei dictus : unde per *p* scribi debet.

164. *Luscus* quod *lucem* ex parte sciat; sicut ⁱ *luscitiosus*, qui vespere 482 nihil videt. ^j *Luscos coclites* dixerunt antiqui; unde et *Cyclopas coclites* legimus dictos, qui unum oculum habuisse perhibentur.

^C *Lotus*, lavatus, id est, mundus.

Lupa, meretrix, a rapacitate vocata, quod ad se rapiat miseros, et apprehendat.

M.

165. *Misericors*^k, a compatiendo alienæ miseriæ vocabulum sortitus est; et hinc appellata *miseriordia*, quod *miserum* cor faciat dolentis alienam miseriam. Non autem occurrit ubique hæc etymologia; nam est in Deo misericordia sine ulla cordis miseria.

166. ^l *Mactus*, magis auctus gloria, et est nomen tractum a sacris. Quoties enim thus aut vinum super victimam fundebatur, dicebant : *Mactus est taurus vino*, vel *thure*, hoc est, cumulata est hostia, et magis aucta.

167. *Munificus* dictus, vel quia alicui munera multa dat, vel quia munus suum, id est, officium quod debet adimplet; sic et *munifex*, quia numeram fert.

^f *Labens*, interdum *velox*. E Serv., Æn. II ad vers. Tot jam lab. ann.

^g *Latro*. Vid Varr., lib. VI.

^h *Luridus*, a *loro*. Recte Varr. : *Lorica a loris, quod de loro crudo pectoralia faciebant. Luridi autem hujusmodi coloris sunt*. Festus : *Luridi supra modum pallidi*.

ⁱ *Luscitiosus*, qui vesp. nihil vid. At Festus contra : *Luscitio vitium ocutorum, quod clarius vesperi quam manecerunt*. V id. Fulg. Plac.

^j *Luscos coclites*. E Serv., Æn. VIII.

^k *Misericors*. Ex Gregor., Moral. lib. XX, cap. 23, al. 24.

^l *Mactus magis auct.* Ex Serv., Æn. IX.

168. *Magnus*....

Magnanimus, ab eo quod sit *magni animi*, et magnæ virtutis. Cui contrarius pusillanimis.

Magnificus, a *magna faciendo* vocabulum traxit.

169. ^a *Mansuetus*, mitis, vel domitus, quasi *manu assuctus*.

^b *Modestus*, a *modo* dictus, et temperie, nec plus quidquam, nec minus agens.

Mitis, lenis, et mansuetus, et cedens improbitatibus, et ad sustinendam injuriam tacens, quasi *mutus*.

170. ^c *Mutus*, quia vox ejus non est sermo, nisi *mugitus*; vocalem **483** enim spiritum per nares quasi mugiens emittit.

Memor, vel qui memoriam tenet, vel qui memoria tenetur.

171. ^d *Magister*, *major in statione*, nam *στειρόν* Græce *statio* dicitur.

Minister, *minor in statione*, sive quia officium debitum *manibus* exsequitur.

172. *Major*....

Minor....

Minimus, a numero monadis, quod post eum non sit alter.

Maximus, aut meritis, aut setate, aut honore, aut facundia, aut virtute, aut omnibus magis eximius.

173. *Modicus*, parvus, sed abusive, cæterum rationabilis.

Moderatus, a *modo* scilicet, et temperamento.

Mediocris, quod modicum illi sufficiat.

174. ^e *Miser* proprie, eo quod omnem felicitatem *amiserit*. Secundum autem Ciceronem, proprie *mortuus*, qui in Tusculanis *miscros* mortuos vocat, propter quod jam amiserunt vitam.

Miserabilis, quod sit *miseriæ habilis*.

175. ^f *Mæstus*, naturaliter tristis, non casu. Est enim a natura mentis et animi; ^g unde, et *mæstus*.

176. *Mendicus* dictus, quia minus habet unde vitam degat, sive quia mos erat apud antiquos os claudere egenum, et manum extendere, quasi *manu dicere*.

Mendax, quod mentem alterius fallat.

177. *Malignus*, quia malitiæ votum, vel opus peragit.

^a *Mansuetus*. Vid. Cassiod., in ps. xxiv.

^b *Modestus*. Ex Ambros., lib. i Off., cap. 18.

^c *Mutus*... *vocalem enim sp.* Ex Lact., lib de Opif., cap. 11.

^d *Magister*... *nam. στειρόν Græc. statio.* Gloss., *στειρός, robustus, gravis, stabilis. Στασις ἢ καταμονή, statio.* Vid. Fest. in *Magisterare* et *Magisteria*.

^e *Miser*... *secundum Cic.* E. Serv., Æn. iv, ad vers. *Miseri post fata Sichæi*.

^f *Mæstus naturaliter tristis.* E. Serv., ad vers. *Mæstum mittit Onyten*: Æn. xii, *Mæstum, naturaliter tristem, severum, quem Græci ἀγέλαστον dicunt.*

^g *Unde et mæstus. f. mctus.* Vid. Serv., Æn. i, ad *Mæstumque timorem*.

^h *Amicor. charor. suspecti sunt.* Ita libri omnes. Gothicismus.

A *Malus*, appellatus a nigro felle, quod Græci *μέλαν* dicunt, unde et *melancholici* appellantur homines, qui et conservationem humanam refugiant, ^h et amicorum charorum suspecti sunt.

Malitiosus, deterior malo, **484** quia frequenter malus. ⁱ A malo autem pejor dicitur, a bono deterior.

178. *Melior* dictus, quia *mollior*, non durus, aut ferreus, nam *melius*, quasi *molius*.

Minax, a facie oculorum, ^j quando furiose ardescunt, ut amplius videns pertimescat.

Minator est monitor, sed monitor dicitur cum prænuntiat bona, minator cum prænuntiat adversa.

179. ^k *Mulcator*, eo quod blandis verbis *mulceat* **B** ad declinandum animum: translatio a *mulso*, id est, quod acceptum lenire solet fauces dolentis, aut opplatum sordibus stomachum.

180. *Metatores* appellantur, qui castra designant, a *metiendo*, scilicet Lucanus:

Hesperios audax veniat metator in agros.

Mollis, quod vigorem sexus enervato corpore dedecoret, et quasi mulier emolliatur.

181. *Macer* a *Macie*; et *maeics* a *mæchia*, eo quod immoderata libido *macros* faciat, sive a *maecratione*.

^l *Mancus*, *manu ancus*.

182. ^m *Moribundus*, morienti similis sicut, *vitabundus*, vitanti similis. Quando enim dicimus, *moriturus est*, vere moriturus est; moribundus autem non vere, sed verisimilis morientis est.

C 183. *Meretrix* dicta, eo quod pretium libidinis *meretur*. Inde et *meritoriae tabernæ*; nam et milites cum stipendia accipiunt, *mereri* dicuntur.

184. *Morio*, a *morte* vocatus, eo quod non vigeat intellectu.

Mulio, dictus a *mulis*, eo quod præsit eisdem vehiculis.

Manifestum dicitur, quod in *manu* est promptum.

485 N.

183. *Nobilis*, NON VILIS, cujus, et nomen, et genus scitur.

Nubilis, ad nubendum habilis.

D ⁿ *Nemo* ab *homine* tractum est, id est, *ne homo*, quod est pro nullo.

Nullus autem, quasi *ne ullus*.

ⁱ *Amalo* autem *pejor*, a bono *det.* E. Serv., Georg. iv, ad vers. *Deterior qui visus*.

^j *Quando furiose.* Al., *furore*.

^k *Mulcator*. Donat., in Hecy., sc. 1: *Nam proprie Mulciber dictus est, quod omnia mulceat, id est, molliat, et in Adelp., scen. 2: Ipsum dominum atque omnem familiam mulcavit.* Ita enim legi in veteribus libris admonuit Gab. Faernus. Quæ autem de mulso, Plinii videntur, lib. ii, cap. 94.

^l *Mancus*... *manu ancus.* Festus: *Ancus appellatur, qui aduncum brachium habet ut porrigi non possit.* Gloss., *Ancus, mancus, κωνλδς, πηρός.*

^m *Moribundus*... *morienti similis.* E. Serv., Æn. x.

ⁿ *Nemo, id est ne homo.* Vel *nec homo*, Serv. et Fest.

186. ^a *Nihili*, compositum est ex *ne* et *hilo*. Hilum autem Varro ait significare medullam ejus ferulæ quam Græci asphodelon vocant; et sic dici apud nos *nihilum*; quomodo apud Græcos οὐδὲ γρῦ.

187. ^b *Nequam* a malo plerique distinguunt, alium perniciosum, alium nugam existimantes, ^c ut ait Monatius: *Hic adolescens nequam, non malus*, id est, nugas, non perniciosus. Alii confundunt, quasi utrumque unum idemque significet.

188. *Nequaquam*, eo quod *nec quidquam* sit, id est, ex eo quod nihil sit, veteres esse dictum voluerunt.

Neuter, neque iste, neque ille, quasi dicat, nec uterque.

189. ^d *Nefarius*, non dignus farre, quo primo cibi genere vita hominum sustinebatur. Alias *nefarius*. *Nefandus*, id est, ne nominandus quidam.

Nutritor, quasi *nutu eruditor*.

190. ^e *Nuntius* est qui nuntiat, et quod nuntiat, id est, ἀγγελος καὶ ἀγγελία; **186** sed nuntius ipse homo genere masculino; id vero, quod nuntiat genere neutro, ut *hoc nuntium*, et *hæc nuntia*.

191. *Nazaræus*, id est, *sanctus Dei*. *Nazaræus* olim dicebatur qui sanctam comam nutriebat, et nihil contaminatum accipiebat, abstinens se a vino, omnique sicera, quæ mentem ab integra sanitate pervertit.

192. ^f *Nugas* autem Hebræum nomen est. Ita enim in prophetis est expositum, ubi dicit Sophonias: *Nugas qui a lege recesserunt*, ut nosse possimus linguam Hebraicam omnium linguarum esse matrem.

193. *Nugigerulus*, appellatus ab eo quod sit turpis nuntius. *Negligens*, quasi *nec legens*.

194. ^g *Nepos*, dictus a genere quodam scorpionum, qui natos suos consumit, excepto eo qui dorso ejus insederit; nam rursus ipse qui servatus fuerit consumit patrem; unde homines qui bona parentum per luxuriam consumunt *nepotes* dicuntur. Hinc quoque *nepotatio* pro luxuria ponitur, qua certe quæque res consumuntur.

195. *Niger*, quasi *nubiger*, quia non serenus, sed

^a *Nihili*. Festus; *Hilum putant esse quod grano fabæ adhæret, ex quo nihil et nihilum*.

^b *Nequam*... *Al. nequitiam*. Vid. Varr. in extremo libro nono, et Agell., lib. vii, cap. 11.

^c *Ut ait Monatius*. Forte *Munatius*, vel *Matius* potius, cujus Mimoiambi laudatur a Terentiano. *Numatius* in Cod. Tarracon.

^d *Nefarius*, non dignus farre. Non. : *Nefarii proprietatem*, lib. 1 de Vita pop. Rom., *Varro patefecit, a farre, quod adorem est, quo scelerati uti non debent*. Ascon. : *Nefarium quod sacra polluit farre pio solita celebrari; ergo nefariis, sacrilegi*.

^e *Nuntius*. Serv., *Æn. vi*, ad vers. *Verus mihi nuntius ergo*: — *Sane qui nuntiat genere tantum dicitur masculino; quod autem nuntiat, licet neutro dicatur, tamen invenitur etiam masculino*.

^f *Nugas autem Heb.* Ex Hieron., *Sophon. iii*. Est autem vox Hebræa נוגה. Charis., lib. 1 : *Nugas licet indeclinabile sit, tamen commune trium generum, hic, et hæc, et hoc nugas*, et paulo post : *Neutralia indeclinabilia sunt, ut nugas, quod est commune trium generum*.

^g *Nepos a genere quodam scorp.* Gloss. : *Nepa, νεπα*. Non. : *Nam vere nepa scorpium dicitur*. Aliter

A fusco opertus est. Unde et *nubilum* diem tetrum dicimus.

O

196. *Orthodoxus*, rectæ gloriæ.

Orator, ^h ab *ore* vocatus, a *perorando* nominatus, id est, dicendo; nam *ORARE* dicere est.

107. *Obaudicens*, ab *aure*, eo quod audiat imperantem.

ⁱ *Ospes*, quod inferat ostio pedem.

Ospes, facilis, apertus, et *ostio patens*; unde et *ospitalis* homo dicitur.

487 198. *Osor*. inimicus, ab *odio* dictus; sicut *amator* ab *amore*, et est generis communis.

Odibilis, odio habilis.

B *Obsitus*, obsessus, id est, undique *insidiis* convallatus.

199. ^j *Obscenus*, impuræ libidinis, a vitio obscuro dictus. ^k *Obtunsus*, hebetior, et obclusior, quasi *ex omni parte tunsus*.

Obnixus, contra nisus, et conabundus.

Obnoxius, quia obligatus est nexibus culpæ.

200. ^l *Oblectator*, quasi cum lacte, et fraude, ut Terentius: *Nisi me lactasses amantem*; unde et *oblectare* dictum est.

^m *Obtrectator*, malignus, et qui obstringillando offi-

ciendoque non sinat quempiam progredi et augescere.

201. *Orbus*, quod liberos non habeat, quasi oculis amissis.

Opifex, quod opus faciat aliquod.

Opilio, ovium pastor, *ovilio*.

P.

202. *Prudens*, quasi *porro videns*; perspicax enim est, et incertorum prævidet casus.

ⁿ *Patiens*, dictus a *paviendo*, *pavire* enim *ferire* est; percutitur enim, et tolerat.

203. ^o *Perfectus*, cui jam nihil adjici potest. Huic nomini apud grammaticos comparatio non adjicitur, quia si dixeris: *Ille perfectior est*, iste perfectus non erit.

204. *Pulcher* a specie cutis dictus, quod est (rubens Festus de *nepotis* etymo, et Isidorus ipse, lib. xi.

^h *Orator*. At Festus: *Oratores ex Græco, quasi ἀρατῆρες, dicti quod missi ad reges nationesque, deos solerent ἀρᾶσθαι ἀρατῆρες, id est testari*.

ⁱ *Ospes*. Hospes. Recte abest a quatuor Tarr. cod. hæc vox.

D *Obscenus*. Varr., lib. vi: *Obscenum, turpe, quod nisi in scena palam dici non debet*.

^k *Obtunsus*. L. *Obtunsus*... *obclusior*. Al., *obdurior*. Utroque enim modo legi admittunt characteres Gothici.

^l *Oblectator*. Fest., in verbo *Lacit*.

^m *Obtrectator*... *obstringillando*. Vel *obstrigillando*

potius, ut apud Varr., de *Re Rust.*, cap. 20.

ⁿ *Patiens* dictus a *paviendo*. Festus: *Obpaviat, verberat, a paviendo, id est feriendo. Unde pueri, quod puniendo coercentur, unde et pavimenta*. Nimirum, quod Græcis παλιν ferire et pulsare. Nam et *pavimenta* pro *pavimenta* legi in antiqua inscriptione affirmat vir eruditissimus.

^o *Perfectus*. Servius, *Æn. xi*, ad vers. *O fama ingens ingentior arm.*—*Alia illa nomina sunt, in quibus est dubitatio, utrum comparentur, ut est perfectus; quod si velis comparare, incipit perfectus non esse perfectus*.

pellis; **488** postea transiit hoc nomen in genus. **A** Nam pulchritudo hominis, aut in vultu est, ut : *Os, humerosque Deo similis*; aut in capillis, ut : *Namque ipsa decoram cæsariem*; aut in oculis, ut : *Lætos oculis afflarat honores*; aut in candore, ut : *Quale manus addant ebori decus*; aut in lineamentis, ut : *Te multo plus figura et lineamenta hospitis delectabunt*; aut in proceritate, ut Turnus :

Vertitur in mediis, et toto vertice supra est.

205. *Pellax* a *pelliciendo*.

Perspicax, splendidus, eo quod perluceat.

Perpetuus.....

Perennis, ab eo quod sit *perpetuus annis*.

206. ^a *Præsul* vocatus quia *præest sollicitudine*.

Præpositus appellatus, eo quod sit subjectorum ac famulantium ordinator, vel rector.

Patroni a *patribus* dicti sunt, quod hujusmodi affectum clientibus exhibeant, ut quasi patres illos regant.

207. ^b *Pædagogus* est qui parvulis assignatur. Græcum nomen est, et est compositum ab eo quod pueros agat, id est, ductet, et lascivientem refrenet ætatem.

208. *Præsens* dictus, quod sit *præ sensibus*, id est, coram oculis, qui sensus sunt corporis.

Prior, quod primus sit ordine; et primus, quasi præeminens.

Primus.....

Postremus.....

209. *Potens*, rebus late *patens*; unde et *potestas*, quod *pateat* illi quæqua velit, et nemo intercludat, nullus obsistere valeat.

Præopimus, præ cæteris opibus copiosus.

210. ^c *Pecuniosos* Tullius primum eos dictos refert, qui plurimam habuissent pecuniam, id est, pecora. Ita enim antiqui eos appellabant. Paulatim autem per abusionem nomen in aliud devolutum est.

211. ^d *Pervicax* proprie dicitur qui in proposito suo ad victoriam perseverat. **489** ^e Antiqui enim *viciam* dicebant, quam nos *victoriam*; credo quod inde diceatur herba *vicia*, id est, *victoralis*.

212. ^f *Pernix* a *pernitendo* tractum est, id est, in conatibus perseverando. ^g Alii *pernicem* velocem intelligunt pedibus; ^h nam *pernicitas* pedum est, ut : *Pernicibus ignea plantis*; sicut celeritas pennarum est, ut : *Celerique fuga sub sidera lapsæ*.

213. *Piger*, quasi *pedibus æger*. Est enim tardus ad

incedendum, quod nomen per usum transiit et ad animum.

Pernox, pervigilans nocte. *Perseverans*.....

ⁱ *Pertinax*, impudenter tenens, quasi *pertinens*.

214. *Petulans*, nunc quidem pro audace et improbo ponitur; olim autem acerbi flagitatores, et proprie argentariorum coactorum pueri, quod pretia rerum crebrius et asperius exigebant, a *petendo* **PETULAN- TES** vocati.

215. ^j *Procax*, proprie idem quod *pectax*. Nam *procare* est *petere*; unde et nuptiarum petitores *proci* dicuntur.

216. *Prodigus*, sumptuosus, atque consumptor, qui omnia *porro agit*, et quasi *projicit*.

B *Profugus* proprie dicitur qui procul a sedibus suis vagatur, quasi *porro fugatus*.

Peregrinus longe a patria positus, sicut alienigena.

217. *Projectus*, quasi longe et *procul jactatus*, sicut et *produxit*, quasi *porro illum duxit*, et *provocavit*, quasi *porro illum vocavit*.

Projactus, quasi *porro ejectus*, ac *pro jactatus*; unde *Projectaque saxa Pachyni*, id est, *porro jactata*.

218. *Proscriptus*; cujus bona palam et aperte scribuntur.

^k *Præscriptus*, **490** ordinem significat, sicut et præscriptiones apud jurisconsultos.

219. ^l *Procinctus*, expeditus et armatus; unde : *Et in procinctu*, id est, cum belli causa arma sumebant.

^m *Præcinctus*, eo quod ante se ponat aliquid, quo præcingitur. Unde et de Domino dictum est: *Præcinctus linteo, lavit pedes discipulorum suorum*.

C 220. ⁿ *Prædo* est qui populando alienam invadit provinciam. *Prædo* ab abigendo prædas dictus, et *prædo* qui prædam habet.

Prædator est cui de præda debetur aliquid.

221. *Plagiator*, ἀπὸ τοῦ πλαγίου, id est obliquo, quod non certa via gradiatur, sed pelliciendo dolis.

^o *Piratae*, sunt prædones maritimi ab incendio navium transeuntium quas capiebant dicti. Nam Πύρ *ignis* est.

222. *Pugillator*, qui de manu in manum nummorum aliquid subtrahit.

Peculator, pro eo quod sit pecuniæ publicæ defraudator.

D *Proditor*, pro eo quod delegit. Item proditor, perditor, ut : *Unius ob iram prodimur*.

^g Alii *pernicem velocem*. Ex eod., *Æn.* xi.

^h Nam *pernicitas ped.* Ex eod., *Æn.* iv.

ⁱ *Pertinax*, q. *pertinens*. Quasi *pertendens*, Varro, lib. iv.

^j *Procax*. E. Serv., *Æn.* i.

^k *Præscript. ordinem signific.* Præscriptiones appellantur jurisconsulti exceptiones, illas præsertim quæ longi temporis objectione actiones excludunt. Cujus nominis origo fortasse, quod earum formula præscripta esset, aut in edictis prætorum, aut in actionum formulis. Sic etiam *præscriptis verbis actio*.

^l *Procinctus*. Vid. Fest.

^m *Præcinctus*. Ex August., in ps. xcii.

ⁿ *Prædo*. E. Serv., *Æn.* x.

^o *Piratae* ab incendio. At Græcis πειρατής, non πυρατής Hesich. : πειρατής, κακουργός.

^a *Præsul*... qui *præest sollicitud.* Paul., ad Rom. xii: *Qui præest in sollicitudine*. Dicitur autem *præsul* a *præsiliendo* (ut ait Phocas), sic enim inter Salios primus appellabatur, quod tripudium auspicaretur, inde Lucilius :

Præsul, ut antruat, inde, et volgus redantruat olli. Hic est præsulor, quem Glossarium vetus τὸν ἐν τῶνς ἱεροῖς προσρχόμενον interpretatur.

^b *Pædagog.* qui *parvalis assign.* Ex Hieron., ad Gal. iii.

^c *Pecuniosos*. Ex eod., *Eccles.* v.

^d *Pervicax*. Donat., in Hecyr. : *Pervicax, perseverans cum quadam vi*, et paul. post : *Pervicax, per vim agens*.

^e *Antiqui enim viciam*. Ovcl., *viciam*. Vitiose, opinor.

^f *Pernix* a *pernitendo*. F. Serv., *Georg.* iii.

223. *Perfidus*, quia fraudulentus est, et sine fide, **A** quasi *perdens fidem*.

^a *Perjurus*, quia *perpere jurat*, id est, male jurat. *Perjurus* autem in verbo *r* non habet. Nam *pejero* et *dejero* dicimus.

224. ^b *Prævaricator*, malæ fidei advocatus, et qui, vel in accusando nocitura, vel in defendendo profutura prætereat, aut inutiliter **491** dubieque ponat, mercedis gratia, scilicet corruptus. Cicero : *Quid enim tam prævarum?* id, est valde varum.

225. *Pellax*, dolosus, et fallax, a *pelle*, id est vultu. Foris enim ut fallat arridet, sed nequitiam intus gerit.

Profanus, quasi *porro a fano*. Sacris enim illi non licet interesse.

226. ^c *Parracida*, proprie dicitur interfector parentis, quamvis quidam veteres hunc *parenticidam* dixerint, quoniam parricidium et homicidium in quocunque intelligi possit, cum sint homines hominibus pares.

227. *Persecutor* non semper pro malo intelligitur, unde *persecutus*, perfecte secutus.

^d *Publicanus* est qui vectigalia publica exigit, vel qui per publica negotia sæculi lucra sectatur; unde et cognominatus est.

228. *Peccator*, a *pellice*, id est, meretrice vocatus, quasi *Pellicator*, quod nomen apud antiquos tantum flagitiosum significabat, postea transiit hoc vocabulum in appellationem omnium iniquorum.

229. *Prostitutæ* meretrices, a *prosedendo* in meritoriis, vel in fornicibus.

^e *Pellex*, apud Græcos, proprie dicitur a Latinis *concuba*. Dicta autem a fallacia, id est, versutia, sub dolo sitate vel mendacio.

230. *Procurvus*, quasi *per longum curvus*.

^f *Pavidus* est quem vexat trepidatio mentis (habet enim cordis pulsationem, cordis motum); nam **PAVIRE** *ferire* est, unde et *pavimentum*.

231. *Petræ* autem et *rupes* a duritia saxorum nominantur.

492 *Pusillanimis*, pusillo animo.]

^g *Petulus*, dictus ab *appetendo*, unde etiam et meretrices *petulcas* vocamus.

Pisinus a *pusione*.

Productus, quasi *porro ductus*.

Q

232. *Quæstor*, a *quærendo* dictus, quasi *quæstor*.

^a *Perjurus* in verb. *r* non habet. Imo et nomen ipsum in vetustiss. Cod. Salm., *pejurus*, bis sine *r* scribitur. Sunt autem hæc Serv., *Æn.* II.

^b *Prævaricator*. Plin., lib. VIII, cap. 19 : *Arator nisi incurvus prævaricatur. Inde translatum hoc crimen in forum. Ibi itaque caveatur ubi inventum est. Quod autem a vario deduxisse Cicero videtur in Partitionibus, cum dicit : Prævaricationis nomen significat cum qui in contrariis causis, quasi varie esse positus videatur, non prorsus diversa notatio est; nam et *varium* a *varo* fortasse descendit. Quanquam id exigere iniquum est, cum præsertim *Quid enim tam prævarium* in quibusdam libris legatur.*

^c *Parracida*. Ita Gothici libr., non *Parricida*.

^d *Publicanus*. Caius, cap. 16 de verb. Sign. : *Eum qui vectigal pop. Rom. conductum habet publicanum appellamus.*

Quæstuosus, querimoniosus.

233. *Querulus*, quia querelam infert. *Quietus*, quod sit ipse sibi animo securus, neminem tangens.

R

234. *Religiosus*, ^h ait Cicero, a *relegendo* appellatur, qui retractat, et tanquam relegit ea quæ ad cultum divinum pertineant. Hi sunt dicti *religiosi* ex *relegendo*, tanquam ex **ELIGENDO** *eligentes*, ex **DILIGENDO** *diligentes*, ex **INTELLIGENDO** *intelligentes*.

235. ⁱ *Rationator* dictus, ^j vir magnus, quia de omnibus rebus quas esse mirabiles constat possit redere rationem.

Retractor, repetitor, ^k nam *retractare*, est *repetere* quod omiseras.

B 236. *Resipiscens*, eo quod mentem quasi post insaniam recipit, aut quia resipit qui sapere desierat. Castigat enim seipsum dementiæ, et confirmat animum suum ad rectius vivendum, cavens ne iterum corruat.

237. *Repentius*, a *repente*. ^l *Repens* autem et adverbium et nomen potest esse.

Robustus, fortis, validus, a fortitudine roboreæ arboris appellatus.

Rapidus, velox pedibus.

Raptor, eo quod *corruptor*. Inde et *rapta*, eo quod *corrupta* est.

238. ^m *Reus* a *re* de qua obnoxius est, et *reatus* a *reo* est nuncupatus.

493 *Reus majestatis*, primum dictus qui adversus rempublicam aliquid egisset, aut quicumque hostibus consensisset. Dictus autem *reus majestatis*, quia *majus* est lædere patriam quam civem unum. Postea autem et hi *rei majestatis* dicti sunt qui adversus majestatem principis egisse viderentur, vel qui leges inutiles reipublicæ detulerant, vel utiles abrogaverant.

239. *Rixosus*, a *ricu* canino dictus. Semper enim ad contradicendum paratus est, et jurgio delectatur et provocat contendentem.

Rusticus, dictus quod rus operetur, id est terram.

S

240. *Sapiens*, dictus a *sapere*, quia sicut gustus aptus est ad discretionem saporis ciborum, sic sapiens ad dinoscendum rerum atque causarum, quod unum quodque dignoscat, atque sensu veritatem discernat.

D ^e *Pellex* apud Græc. Vid. Fest. Agell., et Paul., cap. 144, d. de verb. Sign.

^f *Pavidus*... *habet enim cordis puls.* Respexisse videtur ad Virgillii verba : *Corda pavor pulsans.*

^g *Petulus*. E. serv., Georg. IV, ad vers. *Hædique petulci.*

^h *Religiosus* ait Cic. II de Nat. deor.

ⁱ *Rationator*. Sic in Goth. omnibus, eaque scriptura Chaconi placebat. Nam *rationator* alius est.

^j *Vir magnus*. Magus volebat A. Augustinus.

Nam retractare. E. Serv., *Æn.* VII, ad vers. *Moscat Hesperio in Latio.*

^l *Repens* autem. Ex eod., *Æn.* XII.

^m *Reus*, a *re* de qua obnoxius. Cic., II de Orat. : *Reos autem appello non eos modo qui arguuntur, sed omnes quorum de re disceptatur.*

Cui contrarius est *insipiens*, quod sit *sine sapore*, nec alicujus discretionis, vel sensus.

241. *Studiosus*, quasi *studii curiosus*.

^a *Sanctus*, veteri consuetudine appellatus, eo quod hi qui purificari volebant sanguine hostiæ tangebantur, et ex hoc *sancti* nomen acceperunt.

242. ^b *Sincerus*, quasi *sine corruptione*, cui contrarius est *insincerus*, vitiatus, corruptus.

Supremus, summus, ab eo quod *superemineat*. Unde et *supreme Pater* dicimus.

Sublimis, ab altitudine vocatus honoris : nam proprie sublime dicitur quod in alto est, ut : *Sublimem-que ferēs ad sidera cæli*.

243. ^c *Speciosus*, a *specie*, vel aspectu, sicut *formosus* a *forma*.

^d *Solers*, quod sit *sollicitus in arte*, et utilis. *Solers* enim apud antiquos dicebatur, qui erat omni bona arte instructus. Terentius : *Adolescentem solertem dabo*.

244. ^e *Superstitiosos* ait Cicero appellatos qui totos dies precabantur, **494** et immolabant, ut sibi sui liberi *superstitēs* essent.

Sollicitus, quia *solers*, et *citius*, atque irrequietus.

Sedulus, familiare verbum Terentii, hoc est *sine dolo*, alias assiduus.

245. ^f *Sodales* dicuntur, qui ad symbolum convenire consueverunt, quasi *sua edentes*, alias quasi *sedales*, quod simul sedeant. ^g *Socii* dicuntur propter periculi et operis societatem, quasi in unam caligani et uno vestigio manentes.

246. *Stultus*, hebetior corde, sicut quidam ait : *Ego ne esse stultum existimo, fatuum esse non opinor*, id est, obtusis quidem sensibus, non tamen nullis.

Stultus est qui per stuporem non movetur injuria : *stultitia* enim perfert, nec ultus est, nec ullo ignominie commovetur dolore.

247. ⁱ *Segnis*, id est, *sine igne*, ingenio carens (*se* utem *sine* significat, ut *sedulus, sine dolo, securus, quasi sine cura*), id est, frigidus, per quod inutiles accipimus.

248. *Stupidus*, sæpius stupens.

Superbus dictus, quia *super* vult videri quam *stus*; qui enim vult supergredi quod est, *superbus* est.

^a *Sanctus*. Vid. Serv., *Æn.* XII, ad vers. *Qui fœdera fulmine sancit*, aut ad verba Pauli potius respexit : *t omnia pene in sanguine secundum legem munitur, et sine sanguinis effusione non fit remissio*.

^b *Sincerus*. E Serv., *Georg.* IV.

^c *Speciosus*. E Serv., *Æn.* I. Quamvis alias *formosum* non a *forma*, sed a *formo* ducat Isidorus.

^d *Solers*. Donat., in *Eunuch.*

^e *Superstitiosos* ait Cic. *Lib.* II de *Nat. deor.*

^f *Sodales*. Tres *etymologiae* indicantur a Festo, ut *sedales* sint, vel *ex suo edentes*, vel *una sedentes*, quasi *sedales*; vel *suadentes*, quarum duas priores sinit Isidorus.

^g *Socii*. Quasi in eod. *socco* insistentes.

^h *Stultus est, qui per stupor*, E Serv. *Æn.* XI, ad vers. *Quis metus?*

ⁱ *Segnis, id est, sine igne*. E Serv. *Æn.* I. Hunc cum disputatione sola restituimus.

A 249. *Susurro*, de sono locutionis appellatus, quia non in facie alicujus, sed in aure loquitur de altero detrahendo.

250. *Seditiosus*, qui dissensionem animorum facit, et discordias gignit : quam Græci *δίστασις* dicunt.

Severus quasi *sævus verus*, tenet enim sine pietate justitiam.

251. *Simulator*, dicitur a *simulacro*. Gestat enim similitudinem ejus **495** quod non est ipse.

^j *Suasor*, decipiens, id est, in *suam sortem* trahens. *Studiosus*...

252. ^k *Scrupulosus*, animi minuti, et asperi. *Scrupus* enim est arena durior.

^l *Sacrilegus*, dicitur ab eo quod *sacra legit*, id est, furatur.

Sicarius vocatur, qui ad perpetrandum scelus telis armatus est. *Sica* enim gladius est a *secundo* vocatus.

253. ^m *Scævus*, sinister atque perversus, ἀπὸ τοῦ σκαίου. Est enim pessimi et crudelis animi. *Scenicus*, qui in theatro agit. Theatrum enim scena est.

ⁿ *Scorta*, quæ a Græcis quoque *σκώτεια* vocabantur, quo defricantur pelles, quibus corruptela fit.

254. *Spurcus*, quod sit impurus.

^o *Scelerosus*, sceleribus plenus, ut lapidosus locus, et arenosus. Plus est autem scelerosus quam sceleratus.

255. *Sator*, seminator, vel pater, a *semine*.

^p *Scurra*, qui sectari solet quempiam cibi gratia. **C** *sequendo* igitur, inde *scurra* appellatus. Idem *assecla*, a *sequendo*.

Satelles, quod adhæreat alteri, sive a lateris custodia.

256. *Suffectus*, in loco alterius suppositus, quasi *suffactus*. Unde et *consulem suffectum* dicimus eum qui pro alio substituitur.

257. *Secundus*, quia *secus pedes*, et tractus est sermo a sequentibus servis pedisequis. Unde et *secunda fortuna* dicitur, quod secundum nos est, id est, prope nos. Inde et *res secundæ*, id est, prosperæ. *Secundæ* autem a *sequendo* sunt dictæ.

258. ^q *Stipulator*, promissor. *Stipulare* enim pro-

Suasor d. i. i. s. s. trahens. Al. : *Suasor, a suadendo quem vult decipere*. Utraque scriptura Gothico-rum librorum.

^k *Scrupulosus*. E Serv., *Æn.* VI.

^l *Sacrilegus*. Ex eod., *Eclog.* 8.

^m *Scævus*. Ex eod., *Æn.* III, ad vers. *Scævæque amplector limina portæ*. Gloss. *σκαίος, scævus, et Scæva, ἀριστέρα χεῖρ*; et Non. in *Obscæcavit*.

ⁿ *Scorta*. Vid. Fest. et Epitom.

^o *Scelerosus*... Plus est autem scelerosus. Donat., in *Eunuch.* : *SCELEROSUS proprie auctor est scelerum; SCELERATUS in quo scelus sit constitutum, vel commissum*.

^p *Scurra*. Vid. Fest. et Scalig.

^q *Stipulat... stipular. enim promittere*. Recte, Goth. omnes Gloss. *ἐπερωτώμαι, promitto, spondeo, stipulor*. Item *ἐπερωτώ consulto, interrogo, stipulo*, seu mavis *stipulorum*. Nam stipulor commune, ut ait Pris-

mittere est, ex verbis **496** jurisperitorum, qui etiam **A** stipulum firmum appellaverunt.

259. *Sanus*, a sanguine, quia sine pallore est.

Sospes...

^a *Salus*, a *sale* nomen accepisse putatur.

Subtilis, ab extenuatione dictus.

260. ^b *Sequester* dicitur, qui certantibus medius intervenit, qui apud Græcos δ μέσος dicitur, apud quem pignora deponi solent. Quod vocabulum a *sequendo* factum est, quod ejus qui electus sit utraque pars fidem sequatur.

261. *Sessilis*, quod non videtur stare, sed *sedere*.

Surdus, a *sordibus* humoris aure conceptis; et quamvis multis casibus accidat, nomen tamen æger ex prædicto vitio retinet.

262. *Siccus*, quod sit exsuccatus, sive, per antiphrasin, quod sit sine *succo*.

^c *Sepultus* dictus, eo quod sit sine palpatione, vel *sine pulsu*, id est, sine motu.

263. ^d *Sajo*, ab exigendo dictus.

Sutor, a *suendis* pellibus nominatur.

Subulcus, porcorum pastor, sicut *bubulcus* a cura boum.

T. 497

264. *Tutor*, qui pupillum *tuetur*, hoc est, intuetur, de quo in consuetudine vulgari dicitur: *Quid memones? Et tutorem, et pædagogum olim obrui.*

265. ^e *Testes* dicti, quod *testamento* adhiberi solent, sicut *signatores*, quod *testamentum signent*.

266. ^f *Tetricus*, mons in Sabinis asperrimus. Unde **C** et tristes homines *tetricos* dicimus.

Taciturnus, in *tacendo diuturnus*.

267. *Trutinator*, examinador, ex iudicii libra pendens; recta translatione a *trutina*, quæ est gemina ponderum lanx.

268. *Tristis*...

cianus, lib. v, citans ad id Suetonium, lib. viii Prætorum. Festus, in *Stipe*: *Stipem esse nummum signatum, testimonio est et id quod datur stipendium militi; et cum spondetur pecunia, quod stipulari dicitur; vel (ut edidit Ful. Urinus): Stipem dicebant pecuniam signatam, quod stiparetur; ideo stipulari dicitur is qui interrogatus spondet. Ergo cum stipulari commune sit, interrogationemque et sponsonem contineat, recte quoque ead. Gloss.: Ἐπερώτησις, interrogatio, stipulatio; et Stipulatio, ἱκανοδοσία; itemque: ἱκανοδοσία, satisfactio. Satisfactio autem et ἱκανοδοσία promittentis sunt, non interrogantis. Hæc propterea pluribus, quia A. August. STIPULARI rogare esse volebat, non *promittere*, et *stipulatorem* eum qui rogaret, nullo modo qui promitteret.*

^a *Salus*, a *sale*. Quod corruptionem prohibeat.

^b *Sequester*. Serv., Æn. xi, ad vers. *Pace sequestra*: *Media* (inquit), *nam sequester est medius inter duos altercantes apud quem aliquid ad tempus sponitur*. Gloss., *sequester*, μεσίτης, ἑνταῦρος, συνθηκοφύλαξ. Vid. Agell., lib. xx, cap. 10, et jurisconsultor. libros.

^c *Sepultus*. E Serv., Æn. vi, ad vers. *Custodisse sepulto*.

^d *Sajo*. Gothorum vox, quam et nos retinemus, et sæpe legitur in Gothicis legibus et membranis, et apud Cassiodorum. In concilio vero Emeritensi,

Tenax, nummi cupidior, quod teneat. ^e Interdum, et *pertinax*. *Truculentus* ..

269. ^h *Torvus*, terribilis, eo quod sit *torto vultu*, et turbulento aspectu, ut: *Torva læna*; et:

Cernimus astantes nequidquam lumine torvo.

270. ⁱ *Turbidus*...

Terribilis...

Teter, ab obscura tenebrosa que vita. *Teterrimus* profero nimium. Tetrum enim veteres pro Fero dixerunt, ut Ennius: *Tetrosque elephantos*.

Terribilis, quia timorem habet, et timetur.

271. *Tergiversator*, quod animum quasi *tergum vertat* huc et illuc, nec facile qualis sit intelligitur.

Temulentus, a *temeto*, id est, vino, dictus.

272. ^j *Timidus*, quod *timeat diu*, id est, a sanguine, nam timor sanguinem gelat, qui coactus gignit timorem.

273. *Turpis*, quod sit informis, et *torpeat*.

V 498

274. *Vir*, ^k a *virtute*.

Utilis, ab *utendo* bene sua, vel quod bene quid uti possit, sicut, *docilis* quod *doceri* possit.

275. *Verus*, a *veritate*, hinc et *verax*. Major est veritas quam verus, quia non veritas a vero, sed verus a veritate descendit.

Veridicus, quia *verum dicit*, et veritatis assertor est.

Verecundus, quia *verum factum* erubescit.

276. ^l *Viridis*, vi et succo plenus, quasi *vi rudis*

Venustus, pulcher, a *venis*, id est, sanguine.

Vivens....

Vivus....

277. *Varius*, quasi non unius viæ, sed incertæ mixtæque sententiæ.

Versutus, eo quod ejus mens in quolibet actu a quamlibet fraudem facile *vertitur*, unde et *versuti* dicitur contorta sententia. Plautus: *Versutior quam rota figularis*.

c. 8, mendose *Salomonem*, pro *Sajonem* habent aliqui Codices. Illud adnotandum, *i* consonans eo modo prolatum a Gothis, quo a nobis *gi* et *ge*. Idque non modò scriptura ipsa *sagio*, quæ in quibusdam libris est, et Germanus *sager* eadem significatione, sed notatio quoque Isidori satis demonstrat.

^e *Testes*. Snp., lib. v., cap. 21.

^f *Tetricus*. E Serv., Æn. vii, ad vers. *Qui Tetrici horr. cautes*.

^g *Interdum, et pertinax*. Eleganter utramque conjunxit Plautus: *Quid ais, tenaxne ejus pater? P. in ædepol pertinax*.

^h *Torvus*, terribilis. E Serv., Æn. x, ad vers. *Utorvus Abas*. Eisdem nos *rostrituertos* dicimus.

ⁱ *Turbidus*. E Serv., Æn. iv.

^j *Timidus... id est a sanguine*. Hoc est: Fit propter sanguinem; nam *timor sanguis*, etc. Quæ sunt Serv. verba, Æn. iii.

^k *Vir a virtute*. Physica, non grammatica, hoc est non vocis, sed rei ipsius origo, qua de re in præfatione hujus libri. Nam *virtus* potius a *viro*, *vir* a quo major in eo vis quam in femina, nominatus, ait Lactantius in lib. de Opif., cap. 12. Eandem notionem sequitur paulo post in *vero* et *veritate*.

^l *Viridis, vi, et succ. pl. q. vi rudis*. Varro, *Viridis a vi quadam humoris, quæ si exaruit, moritur*.

278. ^a *Villis* a *villa*, nullius enim urbanitatis est. *Versipellis*, eo quod in diversa vultum et mentem vertat. Inde, et *versutus*, et *callidus*.

Violentus, quia *vim* infert.

279. ^b *Vecors*, mali *cordis*, et malæ conscientiæ. *Vagus*, quia sine via.

Venus, a *Venere* etymologiam trahit. Item *vanus* inanis, falsus, eo quod sine memoria evanescat.

280. *Vesanus* non probe *sanus*.

Vinolentus, qui et satis bibit, et difficile inebriatur.

^a *Villis a villa*, etc. Hæc non leguntur in vetustioribus libris.

^b *Vecors*. Festus: *Vecors, turbati ac mali cordis*.

At Labeo: *Vecors sine corde; Vesanus sine sanitate*.

^c *Vexatus*, E. Serv., Eclog. 6.

^d *Vector*. Ex eod., Æn. iv, ad vers. *Nescius illa fuga*, etc.

^e *Quatuor sunt venatorum officia*. Vestigatorum munus vox ipsa ostendit satis. Alia duo expressit Virgilius uno versu:

^a *Vexatus*, id est, *portatus*, ab eo quod est *veho* *vexo*, *vecto*, ut *vexasse* sit *portasse*.

281. *Veneficus*, eo quod venenum mortis causa paravit, aut præstitit, aut vendidit.

^d *Vector*, quasi *vehitor*. Est autem vector et qui vehit, et qui vehitur.

282. *Venator*, quasi *venabulator*, a *venabulo*, scilicet, quo bestias premit. ^e Quatuor autem sunt venatorum officia: *vestigatores*, *indagatores*, *alatores*, *pressores*.

Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt. Pressorum officium ex eleganti verbi premendi significatione constabit. Significat enim interdum fugientem insequi, atque ita urgere, ut prope prenas; nos *ir al alcance* dicimus:

Hanc fugerent Graji, premeret Trojana juvenus.

Æn. i. Et 2:

....Illum ardens infesto vulnere Pyrrhus

Insequitur, jamjamque manu tenet, et premit hasta.

Hic incipit Editionis Arevali tomus IV.

LIBER UNDECIMUS.

DE HOMINE ET PORTENTIS.

1 CAPUT PRIMUM.

De homine et partibus ejus.

1. *Natura* ^a dicta ab eo quod *nasci* aliquid faciat. Gignendi enim et faciendi potens est. ^b Hanc quidam Deum esse dixerunt, a quo omnia creata sunt et existunt.

2. *Genus* a *gignendo* dictum, cui derivatum nomen terra, ex qua omnia gignuntur, γῆ enim Græce terra dicitur.

3. *Vita* dicta propter *vigorem*, vel quod *vim* tenet nascendi, atque crescendo. Unde et arbores vim habere dicuntur, quia gignuntur et crescunt.

4. *Homo* dictus, quia ex *humo* factus est, sicut dicitur in Genesi: *Et creavit Deus hominem de humo terræ*. Abusive autem pronuntiatur ex utraque substantia totus homo, id est, ex societate animæ et corporis.

5. ^d Nam proprie *homo* ab *humo*. ^e Græci autem hominem ἀνθρώπων appellaverunt, eo quod sursum spectet, sublevatus ab humo ad contemplationem artificis sui. Quod Ovidius poeta designat, cum dicit:

Pronaque cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cælumque videre
Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus.

Qui ideo erectus cælum aspicit, ut Deum quærat,

^a *Natura dicta est*. Verba sunt Servii, Georg. ii, et verba: *Quippe solo natura subest*.

^b *Hanc quidem*. Ex Lact., lib. ii, cap. 1.

^c *Hominem de humo terræ*. Ita vetustissimi qui que pri, secutusque est (ut solet) LXX interp.

^d *Nam proprie homo ab humo*. Hieron., Joel. ii.

^e *Græci autem ἀνθρώπων*. Ex eod., Lact. loco.

^f *Veluti pecora*. E Sallustio in Catilin.

^g *Duplex est autem homo*. Ex Hieron., Ezech. xiv.

^h *Anima autem gentilibus*. Ita Goth. Col. Vid. et., de Opif., cap. 17.

ⁱ *Evangelista pronuntiat*. Joann. x.

non ut terram intendat, ^f veluti pecora, quæ natura prona et ventri obedientia fixit.

6. ^g Duplex est autem homo, interior et exterior. Interior homo, anima; exterior homo, corpus. ^h

7. ^h *Anima* autem gentilibus nomen accepit, eo quod ventus sit. Unde et *ventus* Græce ἀνεμος dicitur, quod ore trahentes aerem vivere videamur. Sed apertissime falsum est, quia multo prius gignitur anima quam concipi ore aer possit, quia jam in genitricis utero vivit.

^c 8. Non est igitur aer anima, quod quidam putaverunt, qui non potuerunt incorpoream ejus cogitare naturam.

9. *Spiritus* idem esse quod animam ⁱ evangelista pronuntiat dicens: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et rursus potestatem habeo, sumendi eam*. De hac quoque ipsa Domini anima passionis tempore memoratus evangelista ita protulit, dicens: *Et inclinato capite ⁱ emisit spiritum*.

10. Quid est enim emittere spiritum, nisi animam ponere? Sed anima dicta propter quod vivit; spiritus autem, vel pro spirituali natura, ^k vel pro eo quod ^d inspiret in corpore.

11. Item ^l animum idem esse quod animam. ^m Sed

ⁱ *Emisit sp.* Joan. xvii, *tradidit sp.*; Matthæus, *emisit*. Sed eod. modo auctor libri de Sp. et Anim.

^k *Vel pro eo quod spiret*. Ead. in lib. de Spiritu et Anim., c., 34. Quod opus non esse Hugonis de Sancto Vict. hæc atque alia in Codicibus nostris Hugone antiquioribus satis ostendunt.

^l *Animum idem esse quod animam*. Ex Lact., de Opif., cap. 18.

^m *Sed anima vitæ, animus consilii*. E Serv., Æn. x, ad vers. *Sanguisque animusque seq.* Suntque in eod. lib. de Spir. et Anim.

anima vitæ est, animus consilii. Unde dicunt philosophi etiam sine animo vitam manere, et sine mente animam durare; unde et *amentes*; nam *mentem* vocari, ut sciat; *animum*, ut velit.

12. *Mens* autem vocata, quod *emineat* in anima, vel quod *meminit*, unde et immemores amentes. Quapropter non anima, sed quod excellit in anima *mens* vocatur, tanquam caput ejus, vel oculus. Unde et ipse homo secundum mentem imago Dei dicitur. Ita autem hæc omnia adjuncta sunt animæ, ut una res sit. Pro efficientiis enim causarum diversa nomina sortita est anima.

13. Nam et memoria mens est, unde et immemores amentes; dum ergo vivificat corpus, anima est; dum vult, animus est; dum scit, mens est; dum recollit, memoria est; dum rectum judicat, ratio est; dum spirat, spiritus est; dum aliquid sentit, sensus est. Nam inde animus *sensus* dicitur pro iis quæ sentit, unde et *sententia* nomen accepit.

14. *Corpus* dictum, eo quod corruptum perit. Solubile enim atque mortale est, et aliquando solvendum.

Caro autem a *creando* est appellata.

15. *Crementum* enim semen est masculi, unde animalium et hominum corpora concipiuntur. Hinc, et parentes *creatores* vocantur.

16. *Caro* autem ex quatuor elementis compacta est. Nam *terra* in carne est, *aer* in halitu, *humor* in sanguine, *ignis* in calore vitali. Habent enim in nobis elementa suam quæque partem, quibus quid debetur compage resoluta.

17. *Caro* autem et *corpus* diversa significant. In carne semper corpus est, non semper in corpore caro; nam caro est quæ vivit, idem et corpus. Corpus, quod non vivit, idem non caro. Nam corpus dicitur, aut quod post vitam mortuum est, aut sine vita est conditum. Interdum et cum vita corpus, et non caro, ut herba et lignum.

18. *Sensus* corporis quinque sunt: visus, auditus, odoratus, gustus et tactus. Ex quibus duo aperiuntur, et elauduntur, duo semper patentes sunt.

^a Dum ergo vivif... accep. In eod. lib. de Sp., cap. 34.

^b Crementum. E Placidi glossis, ut sup., lib. ix cap. 5.

^c Caro autem ex quatuor elem. Ita Cod. omnes. Corpus scribat Chæon, ex Laet. et Hieron., non recte, nisi corpora nostra, ex Laet., vel corpora humana, ex Hier., scribas, siquidem carnis nomine statim dicitur vitam contineri, corporis non item. Neque obstat quod carnem et totum et partem videatur facere, dum subdit, nam terra in carne est; id enim ita dicitur, ut quasi manifestum et evidens ponatur, quo cæteris elementis minus aliquanto notas sedes assignare pergat.

^d Nam terra in carn. Lact., lib. ii, cap. 12.

^e Caro autem, et corp. Ex Hieron., epist. ad Pam-nach. advers. error. Joann. Hierosolymitan.

^f Sensus dict. Eod. lib. de Spirit.

^g Unde et præsentia. Sup., lib. x., litt. P.

^h Visum autem fieri quid. Prioris opinionis auctor Aristoteles; alterius Empedocles et Plato, quos Ga-

19. ^f Sensus dieti quia per eos anima subtilissime totum corpus agitat vigore sentiendi.

^g Unde et præsentia nuncupantur, quod sint præsensibus, sicut præ oculis, quæ præsto sunt oculis.

20. *Visus* est qui a philosophis humor vitreus appellatur. ^h Visum autem fieri quidam asseverant, aut externa ætherea luce, aut interno spiritu lucido per tenues vias a cerebro venientes, atque penetratis tunicis in aerem exeuntes, et tunc commistione similis materiæ visum dantes.

21. ⁱ Visus dietus quod vivacior sit cæteris sensibus, ac præstantior, sive velocior, ampliusque vigeat, quantum memoria inter cætera mentis officia. Vicinior est enim cerebro, unde omnia manant, ex quo fit ut ea quæ ad alios pertinent sensus videre dicamus, velu ticum dicimus: *Vide quomodo sonat vide quomodo sapit*, sic et cætera.

22. *Auditus* appellatus, ^k quod voces hauriat, hoc est aere verberato suscipiat sonos.

Odoratus, quasi aeris odore attactus. Tacto enim aere sentitur, sic et *olfactus*, quod odoribus afficiatur.

Gustus, a gutture dictus.

23. *Tactus*, eo quod pertractet, et tangat, et per omnia membra vigorem sensus aspergat. ^l Nam tactu probamus quidquid cæteris sensibus judicare non possumus. Duo autem tactus genera sunt: natus aut extrinsecus venit, quod feriat, aut intus in ipsa corpore oritur.

24. Unicuique autem sensui propria natura data est. Nam quod videndum est oculis capitur, quod audiendum auribus, mollia et dura tactu æstimantur, sapor gustu, odor naribus dueitur.

25. ^m Prima pars corporis *caput*, datumque illi hoc nomen, eo quod sensus omnes et nervi inde initium capiant, ⁿ atque ex eo omnis vigendi causa oriatur. Ibi enim omnes sensus apparent. Unde ipsius animæ, quæ consulit corpori, quodammodo per sonam gerit.

26. *Vertex* est ea pars qua capilli capitis colliguntur, et in qua cæsaries vertitur, unde et nuncupatur

lenus secutus est.

ⁱ Per tenues vias. Al., venas.

^h Visus dictus, quod vivacior. Itaque Græci, cum aliorum sensuum verbis gignendi casum tribuant, videndi verbo, quod efficientiæ plus habeat, accusativum dedere, quo Platonis opinio adjuvari putatur.

^k Quod voces hauriat. Ex Laet., cap. 8 lib. d Opif.

^l Nam tactu probamus. Ambros., vi Hexam. cap. 9: Plerumque enim tactu probamus quæ oculis probare non possumus.

^m Prima pars corp. cap. datumque illi hoc nomen. Laet., de Opif., cap. 5: In summo vero caput collo cavit, datumque illi hoc nomen, ut quidem Varro a Ciceronem scribit, quod hinc capiant initium sensuum ac nervi.

ⁿ Atque ex eo omnis vigendi causa oriatur. Ambros., ibid.: Viciniores oculi sunt cerebro, unde omnis manat usus vigendi.

27. *Calvaria*, ab ossibus calvis dicta, ^a per defectionem, ^b et neutraliter pronuntiatur.

Occipitium, capitis pars posterior, quasi contra capitium, vel quod sit capiti retrorsum.

28. ^c *Capilli* vocati, quasi *capitis pili*, facti ut et decorem præsentent, et cerebrum adversus frigus muniunt, atque a sole defendant.

Pili autem dicti a *pelle*, e qua prodeunt, ^d sicut et *pilum* dicitur a *pila*, ubi pigmentum contunditur.

29. ^e *Cæsaries*, a *cædendo* vocata, ideoque tantum virorum est. ^f Virum enim tonsum decet, mulierem non decet.

30. ^g *Comæ* sunt proprie non cæsi capilli, et est Græcus sermo. ^h Nam *comas* Græci *caimos* a *secundo* nominant, unde, et *καίρειν* tondere dicunt. Unde et *cirri* vocantur, quod etiam iidem ⁱ Græci *μαλλόν* vocant.

31. *Crines*, proprie mulierum sunt. Dicti autem crines, eo quod vittis discernantur. Unde et *discriminalia* dicuntur, quibus divisi religantur.

32. *Tempora* sunt quæ calvariæ dextra lævaque subjacent. Quæ ideo sic nuncupantur, quia moventur, ipsaque mobilitate, quasi tempora, quibusdam intervallis mutantur.

33. ^j *Facies* dicta ab *effigie*. Ibi est enim tota figura hominis, et uniuscujusque personæ cognitio.

34. *Vultus* vero dictus, eo quod per eum animi voluntas ostenditur; secundum voluntatem enim in varios motus mutatur. Unde et differunt sibi utraque; nam *facies* simpliciter accipitur de uniuscujusque naturali aspectu, *vultus* autem animorum qualitates significat.

35. ^k *Frons*, ab oculorum *foraminibus* nominata est. Hæc imago quædam animi, mentis motum specie sua exprimit, dum, vel læta, vel tristis est.

36. ^l *Oculi* vocati, sive quia eos ciliorum tegmina *occulunt*, ne qua incidentis injuriæ offensione lædantur, sive quia occultum lumen habent, id est, secretum, vel intus positum. Hi inter omnes sensus viciniore animæ existunt; in oculis enim omne mentis indicium est, unde et animi perturbatio vel hilaritas in oculis apparet. ^m *Oculi* autem iidem et *lumina*. Et dicta

A *lumina* quod ex eis *lumen* manat, vel quod initio sui clausam teneant lucem, aut extrinsecus acceptam visui proponendam refundant.

37. *Pupilla* est medius punctus oculi, in quo vis est videndi, ubi, quia parvæ imagines nobis videntur, propterea pupillæ appellantur. Nam parvuli *pupilli* dicuntur. Hanc plerique *pupulam* vocant; vocatur autem *pupilla*, quod sit pura, atque impolluta, ut sunt puellæ. ⁿ Physici dicunt easdem pupillas, quas videmus in oculis, morituros ante triduum non habere, quibus non visis certa est desperatio.

38. Circulus vero quo a pupilla partes albæ oculi separantur discreta nigredine, *corona* dicitur, quod rotunditate sui ornent ambitum pupillæ.

^o *Volvos* autem quidam appellant ipsos vertices oculorum ex similitudine *bolborum*.

B 39. ^p *Palpebræ* sunt sinus oculorum, a *palpitatione* dictæ, quia semper moventur. Concurrunt enim invicem, ut assiduo motu reficiant obtutum. ^q *Munitæ* sunt autem vallo capillorum, ut et apertis oculis si quid inciderit repellatur, et somno conniventibus tanquam involuti quiescant latentes.

40. In summitate autem *pelpebrarum*, locis quibus se utraque clausæ contingunt, exstant adnati ordine servato pili, tutelam oculis ministrantes, ne irruentes facile injurias excipiant, et ex eo noceantur, ut pulveris, vel cujuscunque crassioris materiæ arceant contactum, aut ipsum quoque aerem concidendo mitificent, quo tenuem atque serenum faciant visum.

41. *Lacrymas*, quidam a laceratione mentis putant dictas, alii existimant ideo quod Græci *δάκρυα* vocant.

42. *Cilia*, sunt tegmina quibus cooperiuntur oculi, et dicta *cilia*, **S** quod *celent* oculos, tegantque tuta custodia.

^r *Supercilia* dicta, quia superposita sunt ciliis, quæ ideo pilis vestita sunt, ut oculis munimenta prætendant, ^s et sudorem a capite defluentem depellant.

Intercilium vero est medium illud inter supercilia, quod sine pilis est.

43. *Genæ* sunt inferiores oculorum partes, unde

ⁱ Græci, *μαλλόν*. Gloss.: *Μαλλός, cirra, villus.*

^j *Facies*, etc. Ambros., *ibid.*: *Quid sine capite est homo? Cum totus in capite sit, cum caput videris, hominem agnoscis.*

^k *Frons*. Ex Lact., cap. 8, et Ambros., loco cit.

^l *Oculi* voc. Ex eod. Lact.

^m *Physici dicunt*. Verba Servii, *Æn.* iv, ad vers. *Dat somnos adimitque*, etc.

ⁿ *Volvos autem quidam*. Lib. xvii, cap. 10: *Volvi appellati, quod sint volubiles, et rotundi, ab aliis βολβός, et bulbi; ab Isidoro perpetuo volvi, consentientibus omnibus libris. Al., a similitudine valvar. Ad dit. Tarr. Cod. Valvuli, folliculi fabæ.*

^o *Palpebræ*. E Serv., *Æn.* iv, ad vers. *Sinum lacrymis impl. obortis*. Et Lact., cap. 10 de Opif.

^p *Munitæ sunt autem*. Ex Cic., ii de Natur. deor., vel ex Ambros., loco cit.

^q *Supercilia*. Ambros.: *Frontem geminæ rupes superciliorum sequuntur, quæ oculis munimenta prætendant.*

^r *Et sudorem a c.d. depell.* Ciceronis sunt verba.

^a *Per defectionem*. Nempe a *calvendo*, ut *calumniæ* et *cavillatio*, teste Caio, cap. 233, de Verb. signif. Gloss., *Calvor ἐξκατῶ*.

^b *Et neutraliter pronuntiatur*. Id est, non tantum feminino genere, Gloss., *Calvarium, κρῆνον*. Item *calvaria, κρῆνον*.

^c *Capilli q. capitis pili*. Aug., *Dialect.*, cap. 6.

^d *Sicut et pilum d. a. pila*. Varro a *pinsendo*, Servius a *pilumno* ducit.

^e *Cæsaries... virorum est*. Verba Servii, *Æn.* viii, ad vers. *Namque ipsam decoram cæsariem*.

^f *Virum enim tonsum*. Ambros., de Cæsarie: *Alium sexum crinita, alium tonsa decet*.

^g *Comæ*. Verba sunt Servii, *Æn.* v, ad vers. *Tonsu coma pressa corona*

^h *Nam comas Græci caimos*. Ita plerique omnes Gothici libri. Nam *culmos* Salmaticensis eodem referri potest ex characterum affinitate. Aliorum librorum monstra, qualia fere occurrunt quoties e sermone Græco aliquid petitur, non est operæ pretium proferre.

barbæ inchoant; nam Græce γένειον barbæ. Hinc et A genæ, quod inde incipient gigni barbæ.

44. *Malæ* sunt eminentes sub oculis partes ad protectionem eorum suppositæ. Vocatæ autem malæ, sive quod infra oculos promineant in rotunditatem, quæ Græci μῆλα appellant, sive quod sint super maxillas.

45. *Maxillæ*, per diminutionem a malis, sicut paxillus a palo, taxillus a talo.

Mandibulæ sunt maxillarum partes, ex quo et nomen factum.

Barbam veteres vocaverunt, quod virorum sit, non mulierum.

46. *Aurum* inditum nomen a vocibus hauriendis, unde et Virg.: *Vocemque his auribus hausit*. Aut quia vocem ipsam Græci ἀδῆν vocant, ab auditu. Per immutationem enim litteræ *aures*, quasi *audes*, nuncupatæ sunt. ^a Vox enim repercussa per anfractus earum sonum facit, quo sensum excipiant audiendi. ^b *Pinnula*, summa pars auris, ab acumine dicta. ^c *Pinum* enim antiqui *acutum* dicebant; unde et *bipennis* et *pinna*.

47. ^d *Nares* idcirco nominantur, quia per eas, vel odor, vel spiritus *nare* non desinit; sive ^e quia nos odore admonent, ut *norimus* aliquid, **D** et sciamus; unde e contra inscii ac rudes ignari dicuntur. *Olfecisse* enim, veteres *scisse* dicebant. Terentius: *Ac non totis sex mensibus prius olfecissent, quam ille quidquam cæperet*.

48. *Narium* recta pars, propter quod æqualiter sit in longitudine et rotunditate porrecta, *columna* vocatur; extremitas ejus ^f *pirula*, a formula pomi pyri. Quæ vero dextra lævaque sunt, *pinnulæ*, ab alarum similitudine, medium autem, *interfinium*.

49. *Os* dictum, quod per ipsum, quasi per ostium, et cibos intus mittimus, et sputum foras projicimus; ^g vel quia inde ingrediuntur cibi, inde egrediuntur sermones.

50. *Labia* a *lambendo* nominata. Quod autem superius est, *labium* dicimus, quod inferius, eo quod grossius sit, *labrum*. ^h Alii virorum *labra*, mulierum *labia* dicunt.

^a Vox enim repercussa. Ambros., ibid.

^b *Pinnula summa pars*. Gloss., *Summa auricula*, περιγίον.

^c *Pinum enim*. Sic lib. xvii, c. 7, et lib. xix, c. 19.

^d *Nares... nare non desinit*, Ita Cod. R., et Lact., cap. 11. Nostri, mendose, *manare*.

^e *Quia nos odore admon.* Ex Don., in Adelph.

^f *Pirula*. Hanc σφαίριον Græci, *pinnulas περιγία*, *interfinium ἰσθμὸν* appellant. Hoc idem interfinium *imbricem* vocabit Arnobius. *Septum* voluisse videtur Lactantius, cum dixit: *Velut pariete per medium ducto intersepsit, atque divisit*. Theophil., lib. III. Περὶ τῆς κατασθ. Παρὰ τοῖς ἰατροῖς διαφραγμα, παρὰ δὲ τοῖς ποιηταῖς κίονα καὶ στήλην.

^g *Vel quia inde ingred.* Sic in Evang.: *quia inde erat transiturus*. Sed *illuc*, vel *illac* ex libris Tarr. legere etiam licet.

^h *Alii virorum labra*. Quos reprehendit Serv. in Corydone.

ⁱ *A ligando cib. put.* Varro, Lact.: *Itaque Varro a ligando cibo putat linguæ nomen impositum*.

51. *Linguæ* a ¹ *ligando* cibum putat Varro nomen impositum. Alii quod per articulatos sonos verba ligat. ¹ Sicut enim plectrum cordis, ita lingua illitur dentibus, et vocalem efficit sonum.

52. *Dentes* Græci δόοντα; vocant, et inde Latinum nomen trahere videntur. Horum primi *Præcisores* dicuntur, quia omne quod accipitur ipsi prius incidunt. Sequentes *canini* vocantur, quorum duo in dextra maxilla, et duo in sinistra sunt. Et dicti canini, quia ad similitudinem caninorum existunt, et canis ex ipsis ossa frangit, **IO** sicut et homo, et quod non possunt priores præcidere, illis tradunt, ut confringant. Hos vulgus, pro longitudine et rotunditate, ^k *colomellos* vocant. Ultimi sunt *molares*, qui concisa a prioribus atque confracta subigunt et molunt, atque immassant, unde et molares vocati sunt.

53. ¹ Dentium autem numerum discernit qualitas sexus. Nam in viris plures, in feminis pauciores existunt.

54. ^m *Gingivæ* a *gignendis* dentibus nominatæ. Factæ autem sunt, etiam ad decorem dentium, ne nudi horri potius quam ornamento existerent.

55. ⁿ *Palatum* nostrum, sicut cælum, est positum, et inde *palatum* a *polo* per derivationem. Sed et Græci similiter palatum οὐρανὸν appellant, eo quod pro sui concavitate cæli similitudinem habeat.

56. *Fauces*, a *fundendis* vocibus nominatæ, vel quod per eas *famur* voces.

^o *Arteriæ* vocatæ, sive quod per eas a pulmone aer, hoc est, spiritus fertur; seu quod arctis et angustis meatibus spiritum vitalem retineant, unde vocis sonos emittunt, qui soni uno modo sonarent, nisi linguæ motus distantias vocis efficeret.

57. ^p *Tolles* Gallica lingua dicuntur, quas vulgo per diminutionem *tusillas* vocant, quæ in faucibus turgescere solent.

Mentum dictum, quod inde mandibulæ oriuntur, vel quod ibi jungantur.

58. ^q *Gurgulio*, a gutture nomen trahit, cujus meatus ad os et nares pertendit, habens viam, qua vox ad linguam transmittitur, **II** ut possit verba collidere, unde et *garrire* dicimus.

^j *Sicut enim plectrum*. Ex Hieronymo, in epitaph. Paulæ.

^k *Colomellos*. Et Varr., de Re Rust., *columellares* appellari dicit.

¹ *Dentium autem num.* Solini verba, cap. 4.

^m *Gingivæ*. Lact., cap. 10.

ⁿ *Palatum nostrum sicut cælum*. Cic., de Epicuro: *Sed dum palato quid sit optimum judicial, cæli palatium, ut ait Ennius, non suspexit*.

^o *Arteriæ*. Confundit asperam arteriam cum reliquis, quæ per corpus diffusæ vitalem spiritum continent, aptatque Græcæ voci Latinam notationem jure suo.

^p *Tolles Gallica ling.* Idem scribit Festus. Gloss., *tolæ, toliæ, παρλοθμια, et tusillæ παρλοθμια; tosillas*, non *tonsillas* legi in Corn. Celsi manuscriptis libris, lib. vi, cap. 10, aiebat Chacon, et *tonsilla* Festo palus dolatus est.

^q *Gurgulio a gutture*. Vid. Lact. et Serv., Georg. 1.

59. ^a *Rumen*, proximum gurgulioni, quo cibus et potio devoratur. Hinc bestiae quae cibum revocant ac remandunt, *ruminare* dicuntur.

^b *Sublinguium*, operculum gurgulionis, quasi parva lingua, quae foramen linguae recludit operitve.

60. *Collum* dictum, quod sit ^c rigidum et teres, ut *columna* bajulans caput, et sustentans, ^d quasi capitulum, cujus anterior pars *gula* vocatur, posterior *cervix*.

61. *Cervix* autem vocata, quod per eam partem cerebrum ad medullam spinæ dirigitur, quasi *cerebri via*. Veteres autem plurali tantum numero *cervices* dicebant; ^e primus Hortensius cervicem singulariter dixit. *Cervix* autem numero singulari membrum ipsum significat (^f nam pluraliter contumaciam sæpe demonstrat). Cic. in Verr.: *Prætores tu accusas, frange cervicem*.

62. *Humeri* dicuntur, quasi *armi* ad distinctionem nominis a pecudibus mutis, ut hi *humeros*, illi *armos* habere dicantur, nam proprie *armi* quadrupedum sunt.

^g *Ola*, summi humeri pars posterior.

63. *Brachia* a fortitudine nominata, βραχὺ enim Græce *grave* et *forte* significat. ^b In brachiis enim tori lacertorum sunt, et insigne musculorum robur existit. Hi sunt tori, id est, musculi, ⁱ et dicti *tori*, quod illic viscera *torta* videantur.

64. ^j *Cubitus* dictus, quo ad cibos sumendos in ipso cubamus.

^k *Ulna*, secundum quosdam utriusque manus ^c extensio est, secundum alios cubitus, quod magis verum est, quia Græce ὠλένη *cubitus* dicitur.

65. ^l *Alæ* subbrachia sunt appellatae, eo quod ex eis in modum alarum motus brachiorum inchoet, quas quidam ascillas vocant, quod ex his brachia *cilluntur*, id est, moventur, unde, et ^m *oscilla* dicta ab eo quod *cillantur*, id est, moveantur, *ora*. Nam

^a *Rumen*. Et Fest.

^b *Sublinguium*. Gloss., sublingua, ὑπόγλωσσον.

^c *Rigidum et teres*. Lactantii verba.

^d *Quasi capitulum*. F. *capitulum*, vel (ut Isidorus loquitur) *capitellum*. Idem namque collo caput quod columnæ capitulum.

^e *Primus Hortens*. Ex Quintil., lib. viii, cap. 3. Quamvis et Varro idem referat, lib. vii et ix. Quo aliusit Cic., act. 5 in Verr.: *Tammenne putamus patro-*

^f *Nam pluraliter contum*. Interpunctione sola factum est, ne sibi ipse adversaretur hoc loco Isidorus.

^g *Ola*. Al., *aula*.

^b *In brachiis enim tori lacert* Ex Lact. Ambrosius quoque: *Succedunt brachia, et validi lacertor. tori*.

ⁱ *Et dicti tori*. Quia torum Servius a tortis herbis dictum scribit, Isidorus brachiorum toros a tortis visceribus dictos voluit.

^j *Cubitus*. Horat.:

Lauguidus in cubitum sese conviva reponat.

^k *Ulna*. E Serv., Georg. iii.

^l *Alæ, subbrachia*. Nos quoque *sobacos* dicimus.

^m *Oscilla... movere*. E Serv., Georg. ii. Vid. Fest., Macrob., Hygin., Arati interp., Ovid. in Fast.

^a *Manus*. Ex Ambros., loco cit.

A *cillere est movere*. Has quidam *subhircos* vocant, propter quod in plerisque hominibus hircorum fetorem reddant.

66. ^a *Manus* dicta, quod sit totius corporis *munus*. Ipsa enim cibum ori ministrat, ipsa operatur omnia, atque dispensat, per eam accipimus et damus. Abusive autem *manus* etiam ars, vel artifex, ^c unde et *manupretium* dicimus.

67. *Dextra* vocatur a *dando*, ipsa enim pignus pacis datur, ipsa ^p fidei testis atque salutis adhibetur, et hoc est illud apud Tullium: *Fidem publicam jussu senatus dedi*, id est, dextram. Unde et Apostolus: *Dextras dederunt, mihi et Barnabæ, societatis*.

68. *Læva*, quod aptior sit ad levandum. Sinistra autem vocata, quasi *sine dextra*, ^q sive quod rem fieri sinat. A *sinendo* enim *sinistra* est nuncupata.

69. *Palma* est manus expansis digitis, sicut contractis, *pugnis*.

Pugnis autem a *pugillo* dictus, sicut *palma* ab expansis *palmæ* ramis.

70. ^r *Digiti* nuncupati, vel quod decem sunt, vel quia decenter juncti existunt. Nam habent in se et numerum perfectum, et ordinem decentissimum. Primus *pollex* vocatus, eo quod inter cæteros polleat virtute et potestate. ^s Secundus *salutaris*, seu *demonstratorius*, **13** quia eo fere salutamus, atque ostendimus.

71. Tertius *impudicus*, quod plerumque per eum probari insectatio exprimitur. Quartus *annularis*, eo quod in ipso annulus geritur; ^t idem et *medicinalis*, quod eo trita collyria a medicis colliguntur. Quintus *auricularis*, pro eo quod eo aurem scalpimus.

72. *Ungula* ex Græco vocamus; illi enim has ὄνυχας dicunt.

Truncus, media pars corporis a collo ad inguina. ^u De quo Nigidius: *Caput collo vehitur, truncus sustinetur, coxis, et genibus, cruribusque*.

73. *Thorax*, a Græcis dicitur anterior pars trunci

^v *Unde manupretium*. Al. *manuspretium*. Ut apud Ulp., cap. 13, de verb. Signif.

^p *Fidei testis*. Serv. Æn. iii, ad vers. *Dixerat, et genua amplexus*. *Physici dicunt esse consecratas numinibus singulas partes corporis, aurem Memoriae, frontem Genio, dexteram Fidei*.

^q *Sive quod fieri sinat*. E Serv., Æn. ii. Vid. Fest., in *Sinistræ aves, et Sinistrum*.

^r *Digiti*. Ex Lact.

^s *Secundus salutaris*. Ita vocatur a Sueton. in Aug., hodieque Romæ, cum se matronæ salutant, indicem ori admovent. Idemque faciunt in publicis precibus viri, cum Christum salutant.

^t *Idem et medicinalis*. Macrob. et Agell., quod ab eo sinistræ manus digito nervus quidam tenuissimus ad cor usque pertineat; ergo is erit potius medicinalis, quam dexter.

^u *De quo Nigidius: caput collo vehitur, etc.* Non in *Coxendibus, Coxendicas coxas*. Lucil., *caput collo sustentatur, truncus sustinetur a coxendicibus*. Quare totum hoc *coxis, et genibusque, cruribusque*, ex una voce *coxendicibus* non intellecta factum suspicamus. Septenarius autem sive Lucii, sive Nigidii sic sustentari posset: *Caput a collo sustentatur, truncus a coxendicibus*, si in coxendice penultimam producas. Ant, ut senarius ex Isidoro fiat: *Caput*

a collo, usque ad stomachum, quam nos dicimus *ar-*
cam, eo quod ibi arcanum sit, id est, secretum,
quo cæteri arcentur. Unde, et *arca*, et *ara* dicta,
quasi *res secretæ*, cujus eminentes pulpæ *mamillæ*.
Iuter quas pars illa ossea *pectus* dicitur, dextra au-
tem lævaque *costæ*.

74. *Pectus* vocatum, quod sit *pexum* inter eminentes
mamillarum partes, unde et *pectinem* dicimus,
quod pexos capillos faciat.

Mamillæ vocatæ, quia rotundæ sunt, quasi *malæ*,
per diminutionem scilicet.

75. *Papillæ* capita mammaram sunt, quas sugen-
tes comprehendunt. Et dictæ *papillæ*, quod eas in-
fantes quasi *pappant*, dum lac sugunt. ^a Proinde
mamilla est omnis eminentia uberis, papilla vero bre-
ve illud unde lac trahitur.

76. *Ubera* dicta, vel ^b quia lacte uberta, vel quia
uvida, humore scilicet lactis in morem uvarum plena.

77. ^c *Lac* vim nominis a colore trahit, quod sit
albus liquor, λευκος enim Græce *album* dicunt, cujus
natura ex sanguine commutatur; nam post partum si
quid sanguinis nondum fuerit uteri nutrimento **14**
consumptum, naturali meatu fluit in mammas, et
earum virtute albescens lactis accipit qualitatem.

78. *Cutis* est quæ in corpore prima est appellata,
quod ipsa corpori superposita incisionem prima pa-
titur, ^d κοπή enim Græce incisio dicitur. Eadem et
pellis, quod externas injurias corporis tegendo *pel-*
at, pluviasque et ventos solisque ardores perferat.

79. *Pellis* autem mox detracta, subacta jam *corium*
dicitur.

Corium autem per derivationem *caro* appellavit,
quod eo tegatur; sed hoc in brutis animalibus pro-
prium est.

80. *Pori* corporis Græco nomine appellantur, qui
Latine proprie *spiramenta* dicuntur, eo quod per
eos vivificus spiritus exterius ministretur.

81. ^e *Arvina* est pinguedo cuti adhærens.

Pulpa est caro sine pinguedine, dicta quod palpitet,
resilit enim sæpe. Hanc plerique et *viscum* vocant,
propter quod glutinosa sit.

collo vehitur, truncus coxendicis, vel coxendicibus.

^a Proinde mamilla est. E Serv., Æn. xi. Et Fest.,
in voce *Papillæ*.

^b Quia lacte uberta. Eadem voce usus Agell., lib.
viii, cap. 14.

^c *Lac* vim nom. a col. Idem repetit lib. xx,
cap. 2.

^d Κοπή enim Græce. Ita A. Aug., cum in omnibus
libris *cutis enim Græce* nullo sensu legeretur. At Festo
cutis est ἀπὸ τοῦ κόπης, quomodo libenter hoc loco
legeremus, nisi incisionem interpretaretur Isidorus.

^e *Arvina*. Serv., Æn. vii: Secundum Suetonium
arvina est durum pingue, quod est inter cutem et
viscus.

^f *Compago*. Ita plerique Goth. Al., *compagia*.

^g *Vertibula*... *cartilagines*. Lact., cap. 5, de Os-
sib.: *Summas eorum partes crassioribus nodis con-*
globavit, ut et substringi nervis facilius, et verti pos-
sent, unde sunt vertibula nominata; eos nodos fir-
miter solidatos levi quodam operculo textit, quod
dicitur cartilago, scilicet, ut sine attritu, et sensu
doloris aliquo flecterentur.

A 82. *Membra* sunt partes corporis.

Artus, quibus colligantur membra, ab *arctando* dicti.

83. *Nervi*, Græca derivatione appellati, quos illi
νεῦρα vocant. Alii Latine vocatos nervos putant, eo
quod artuum conjunctiones invicem his inhæcant;
id est, ab *inhærendo*. Maximam autem virium sub-
stantiam nervos facere certissimum est: nam quanto
fuerint densiores, tanto propensius augescere firmi-
tatem.

84. *Artus* dicti, quod colligati invicem nervis ar-
cletur, id est, stringantur, quorum diminutiva sunt
articuli. Nam *artus* dicimus membra majora, ut bra-
chia; *articulos* minora membra, ut digitos.

15 85. ^f *Compago*, capita sunt ossium, dicta, eo
quod sibi compacta nervis, velut glutino quodam
adhæreant.

B 86. *Ossa* sunt corporis solidamenta. In his enim
positio omnis roburque subsistit. *Ossa* autem ab
usto dicta, propter quod cremarentur ab antiquis,
sive, ut alii putant, ab *ore*, quod ibi pateant, nam
ubique cute visceribusque oblecta celantur.

87. *Medullæ* appellatæ, quod madefaciant ossa, ir-
rigant enim, et confortant.

^g *Vertibula* sunt summæ ossium partes nodis
crassioribus conglobatæ; dicta ita, eo quod ad in-
flexionem membrorum illa vertantur.

88. *Cartilagines*, ossa mollia, et sine medulla, quod
genus auriculæ, et narium discrimen, et costarum
extremitates habent, sive opercula ossium, quæ mo-
ventur. Et dictæ *cartilagines*, quod leni attritu ca-
rent dolore, dum flectuntur.

C 89. *Costas* appellari quidam putant, quod ab ipsis
interiora custodiantur, ut tota mollities ventris val-
lata salvetur.

90. *Latus* quia jacentibus nobis *latet*. ^h Est enim
læva pars corporis, ¹ dextro autem lateri habilior
motus est, lævo fortior, et oneri ferendo accom-
modatior. Unde et læva nuncupata, quod aptior sit ad
levandum aliquid, et portandum. Ipsa enim gestat
clypeum, ense, **16** pharetram, et reliqua onera,
ut expedita sit dextera ad agendum.

^h Est enim læva pars corp. Hinc interior sinistra
a Servio dicitur. Is namque Æn. v, ad vers. *Dum pro-*
ram ad saxa suburget Interior.: « INTERIOR, id est,
SINISTERIOR, » interpretatur. Item, Æn. v, ad vers.
D *Urbem designat aratro*: « Quem Cato, in Origini-
bus, morem dicit fuisse. Condituri enim civitates
taurum in dextra, vaccam intrinsecus jungebant. »
Atque ita interpretatur etiam Asconius jocum apud
Ciceronem de Aspendio citharista omnia *intus* can-
nente. Unde illustratur etiam Catulli locus:

Marrucine, Asini manu sinistra
Non belle uteris in joco atque vino,
Tollis lintea negligentiorum.

Ergo, et *latus* tegere sinistram ire significat, ejus-
que est, qui lævum posset *latus* fodere, quod de no-
menciatore dixit Horatius. Scimus quid tota de re
viro eruditissimo placeat, de quo illud dicam: Ser-
vio cur hæc de re tautopere sæviret, non fuisse, cum
Catoni et Asconio eadem opera succensere posset.

¹ *Dextro lateri habil...* *accommodatior*. Verba So-
lini extremo cap. 5.

91. ^a *Dorsum* est a *cervice* usque ad *renes*; dictum autem *dorsum*, quod sit superficies durior corporis, in modum saxi, fortis, et ad portandum, et ad perpetiendum.

92. ^b *Terga*, quia in ea supini jacemus in terra : quod solus homo potest, nam muta animalia tantum, aut in ventre, aut in latere jacent; unde in animalibus *terga* abusive dicuntur.

93. *Scapula*.....

^c *Interscapulum*, spatium quod inter scapulas est, unde et nominatum.

94. *Palæ*, sunt dorsi dextra lævaque eminentia membra, dicta quod in luctando eas premimus, quod Græci *παλαίειν* dicunt.

95. *Spina*, junctura dorsi, dicta eo quod habeat radiolos acutos, cujus juncturae *spondilia* appellantur, **B** propter partem cerebri, quæ fertur per eos longo tractu ad cæteras corporis partes.

96. ^d *Sacra spina* est ima perpetuæ spinæ, quam Græci *ἱερὸν ὀστέον* vocant, quoniam primum infante conceptio nascitur. ^e Ideoque ex hostia id primum a gentilibus diis suis dabatur, unde et *sacra spina* dicitur.

97. ^f *Renes*, ait Varro, dictos, quod rivi ab his obsceni humoris nascentur. Nam venæ et medullæ tenuem liquorem desudant in renibus, qui liquor rursus a renibus calore venereo resolutus decurrit.

98. ^g *Lumbi*, ob libidinis lasciviam dicti, quia in viris causa corporeæ voluptatis in ipsis est, sicut in umbilico feminis, unde, et ad Job **17** in exordio sermonis dictum est : *Accinge sicut vir lumbos tuos*, **C** ut in iis esset resistendi præparatio, in quibus libidinis est usitata dominandi occasio.

99. *Umbilicus* est medius locus corporis, dictus quod sit *umbo iliorum*; unde et *umbo* appellatur locus in medio clypei, a quo pendet. ^h Ex eo enim infans in utero pendet, ex eo etiam et nutritur.

100. *Ilium* Græco sermone appellatum, quod ibi nos obvolvamus; Græce enim *εἰλύνειν* *obvolvere* dicitur.

101. *Clunes* vocatæ, quod sint juxta colum, ⁱ quod est longao.

^j *Nates*, quod in ipsis innitimur dum sedemus; unde et conglobata est in eis caro, ne prementis corporis mole ussâ dolerent.

102. *Genitalia* corporis partes (ut nomēn ipsum **D** docet), gignendæ sobolis acceperunt vocabulum, quod

^a *Dorsum*. Nempe quasi *durum sursum*. At Fest. : *Dorsum dictum, quod ea pars corporis devcxa sit deorsum*.

^b *Terga*. Ex Lact., cap. 10.

^c *Interscapulum*. Al., *interscapulum*, aut *interscapilium*. *Interscapilium* apud Cæl., lib. III, cap. 2, atque ita reponendum in gloss., ubi legitur *interscapulum*, *μετάρρενον*.

^d *Sacra spina*. Hieron. in Eccles. XII : *Florem amygdali, quem nos pro canis posuimus, quidam sacram spinam interpretantur, quod decrescentibus natium carnibus, spina crescat et floreat*. Cæl. 4, tard. cap. 3 : *Spina sacra dicitur os sacrum, quod Græci quoque vocant ἱερὸν ὀστέον*.

^e Ideoque ex hostia. Menander : *Οἱ δὲ τῆς ὀσφύων*

his procreatur et gignitur. Hæc et *puenda* pro vercundia, sive a *pube*, unde et indumento operiuntur. Dicuntur autem ista et *inhonesta*, quia non habent eam speciem decoris, sicut membra, quæ in promptu locata sunt.

103. Idem et *veretrum*, quia *viri* est tantum, sive, quod ex eo *virus* emittitur; nam *virus* proprie dicitur humor fluens a natura viri.

104. *Testiculi*, per diminutionem a *testibus* dicti, quorum numerus incipit a duobus. Hi semen calamo ministrant quod a spinæ medulla et renibus et lumbis suscipiunt ad gratiam procreandi.

^k *Viscus* est pellis in qua testiculi sunt.

105. *Posteriora* vero vocata, quod retro sunt et a vultu aversa, ne dum alvum purgamus, inquinaremus aspectum.

Meatus, inde appellatus, quia per eum meant, id est, egeruntur stercora.

106. *Femora* dicta sunt, quod ea parte a femina sexus viri discrepet, **18** sunt autem ab inguinibus usque ad genua.

Femina autem, per derivationem femorum, partes sunt, quibus in equitando tergis equorum adhæremus; unde et præliatores olim *sub feminibus equos admisisse* dicebantur.

107. *Coxæ*, quasi, conjunctæ axes; in ipsis enim femora moventur, quorum concava *vertebra* vocantur, quia in eis capita femorum vertuntur.

Suffragines, quia subtus franguntur, id est, flectuntur, non supra, sicut in brachiis.

108. *Genua*, sunt commissiones femorum et crurum; et dicta *genua*, eo quod in utero sint genis opposita. Cohærent enim ibi sibi, et cognata sunt oculis lacrymarum indicibus et misericordiæ : ^l nam a genis *genua* dicuntur.

109. Denique complicatum gigni formarique hominem (dicunt) ita ut *genua* sursum sint, quibus oculi formantur, ut cavi, ac reconditi fiant. Ennius : *Atque genua comprimit artagena*. Inde est quod homines, dum ad *genua* se prosternunt, statim lacrymantur. Voluit enim eos natura uterum maternum rememorari, ubi quasi in tenebris considebant, antequam venirent ad lucem.

110. *Crura* dicta, quia iis currimus, et gressum facimus. Sunt autem sub genibus usque ad suras.

Tibiæ vocatæ, quasi *tubæ*; sunt enim et longitudine et specie similes.

ἄκραν ὀσφάντες.

ⁱ *Renes*. Ex Lact., cap. 14.

^g *Lumbi*. Ex Greg. verbis, homil. 13, notationem qualemcunque confecit.

^h *Ex eo enim inf.* Ex Lact., cap. 10.

^j *Quod est longao*. Gloss. : *Longao*, *κωλέντερον*. Apud Cælum tum *longao*, tum *longano*; apud Arnobii et Varr. manuscriptos libros, *longano*; apud Veget., lib. I, cap. 42, de Veterinaria, *longanon intestinum*.

^k *Nates*. Ex Lact., cap. 13.

^l *Viscus est pellis*. Goth. *Fiscus*, per Digammon.

^m Nam a genis *genua*. Ead. repetit in libro Differ. et in Cantic. expositione.

111. *Talus* dictus a *tolo*; nam *tolus* est eminens rotunditas, unde et fastigium templi rotundi *tolus* vocatur. *Talus* autem sub crure est, sub talo *calcanei*.

112. *Pedes*, ex Græca etymologia nomen sortiti sunt; hos enim Græci *πόδας* dicunt, ^a qui alternis motibus solo fixi incedunt.

113. ^b *Plantæ*, a planitie nuncupatæ, quia non rotundæ, ut in quadrupedibus, ne stare non possit bipes homo, sed planæ atque longiores formatæ sunt, ut stabile corpus efficerent. Sunt autem plantæ anteriores partes, quæ etiam ex multis ossibus constant.

114. ^c *Calcis*, prima pars plantæ; a *callo* illi nomen impositum, quo terram calcamus: hinc, et *calcaneus*.

115. ^d *Solum*, inferior pars pedis, dictum quia eo terræ vestigia imprimimus, sed et *solum* dicitur omne quod aliquid sustinet, quasi *solidum*, unde et terra *solum*, quod cuncta sustineat, et *solum* pedis, quod totam corporis molem portat.

116. ^e *Viscera*, non tantum intestina dicimus, sed quidquid sub corio est, ^f a visco, quod est inter cutem, et carnem. Item *viscera*, vitalia, id est, circumfusa cordis loca, quasi *viscora*, eo quod ibi vita, id est, anima contineatur.

117. Item *viscera*, capita nervorum ex sanguine et nervis copulata. Eadem *lacerti*, sive *mures*, quia sic in singulis membris cordis loco sunt, ut sit in media parte totius corporis cor; appellanturque a nomine similibus animalium sub terra delitescantium. Nam inde *musculi* a murium similitudine, fidem etiam, et *tori*, quod illic viscera torta videantur.

118. *Cor*, a Græca appellatione derivatum, quod illi *καρδιά* dicunt, sive a *cura*. In eo enim omnis sollicitudo et scientiæ causa manet.

^g Quod ideo pulmōni vicinum est, ut cum ira accenditur, pulmōnis humore temperetur. Hujus duæ arteriæ sunt, e quibus ^h sinistra plus sanguinem habet, dextra plus spiritum; unde et in dextro brachio pulsum inspicimus.

119. ⁱ *Præcordia* vero sunt loca cordi vicina, ^j quibus sensus percipitur; et dicta *præcordia*, eo quod ibi sit principium cordis et cogitationis.

^a *Qui alternis motib.* Lactantii verba nonnihil detorta.

^b *Plantæ.* Lact., ibid.

^c *Calcis prima p. plantæ.* Calcis rectus, ut lancis, l. xx, c. 4; sed utrumque librorum putamus erratum.

^d *Solum dicitur.* Serv. verba, Æn. vii, ad vers. Et Certale solum.

^e *Viscera.* Ex eod., Æn. i.

^f *A visco quod est inter cut. et carn.* Serv., Æn. vi, ubi *inter ossa et carnem*.

^g *Quod ideo pulm.* Ex Ambros., vi, cap. 9.

^h *Sinistra plus sanguinem.* Ita optimi quique libri, recte opinor, quamvis paulo insolentior constructio videri possit.

ⁱ *Præcordia.* E Serv. Æn. vii, ad vers. *Huic dea cæruleum*.

^j *Quibus sensus percipitur.* Ex Aristotelis sententia. Nam cerebro id tribuunt medici.

^k *Atque rivi.* Ex Lact., cap. 7.

^l *Sanguis.* Sup. lib. iv. cap. 3.

^m *Sanguis non est integer.* E Serv. Æn. ii, ad

A 20 120. *Pulsus* vocatus, quod palpitet, cujus indicio, aut infirmitatem intelligimus, aut salutem. Hujus duplex est motus. Simplex est, qui ex uno saltu constat. Compositus est, qui ex pluribus motibus inordinatus et inæqualis existit. Qui motus certa habent spatia: dactylicum percussum, quando sine vitio sunt; si quando vero citatiores sunt, ut *δοξαδάζοντες*, aut leniores, ut *μωρμυζοντες*, mortis signa sunt.

121. *Venæ* dictæ, eo quod viæ sint natantis sanguinis, ^k atque rivi per corpus omne divisi, quibus universa membra irrigantur.

122. ^l *Sanguis*, ex Græca etymologia nomen duxit, quod vegetetur, et sustentetur, et vivat. Sanguis autem est, dum in corpore est, effusus vero *eruo* dicitur. Nam *eruo* vocatus, eo quod effusus decurrit, vel ab eo quod currendo corruiat. Alii autem *eruo* interpretantur *sanguinem corruptum*, qui emittitur. Alii aiunt vocatum sanguinem, quod suavis sit.

123. ^m Sanguis autem non est integer, nisi in juvenibus. Nam dicunt physici minui sanguinem per ætatem, unde in senibus tremor est. Proprie autem sanguis animæ possessio est; ⁿ inde genas lacerare in luctu mulieres solent, unde et purpureæ vestes, et flores purpurei mortuis præbentur.

124. *Pulmo*, ex Græco trahit vocabulum. ^o Græci enim *pulmonem* *πλέμωνα* vocant, eo quod ^p cordis flabellum sit, in quo *πνεῦμα*, id est, spiritus inest, per quod, et agitantur, et moventur, unde et *pulmones* vocati sunt. Nam Græce *πνεῦμα* spiritus dicitur, qui flando et agitando aerem admittit et rejicit, a quo ^q moventur pulmones, et palpitant, et aperiendo se, ut flatum capiant, et stringendo, ut ejiciant. Est enim organum corporis.

125. ^r *Jecur*, nomen habet eo quod ignis ibi habeat sedem, **21** qui in cerebro subvolat. Inde ad oculos cæterosque sensus et membra diffunditur, et calore suo ad se succum ex cibo tractum vertit in sanguinem, quem ad usum pascendi nutriendique singulis membris præbet. In jecore autem consistit voluptas, et concupiscentia, juxta eos qui de physicis disputant.

126. ^s *Fibræ*, jecoris sunt extremitates ^t sicut extremæ partes foliorum in intybis, sive quasi invers. *Vos o quibus integer ævi sanguis.*

^u *Inde genas lacerare.* Pleniora hæc apud Serv. Æn. xii, ad vers. *Roseas laniata genas*, et Æn. vi, ad vers. *Purpureas sup. vest.* et ad vers. *Purpureos spargam flores.* Cautum tamen lege xii tab. *Mulier faciem ne carpito.*

^v *Græci enim pulmonem πλέμωνα vocant.* Πλέμων est Atticis, aliis πνεύμων. Alcæus, apud Plutarch., Τέγγε πλέμωνα; οἶνω.

^w *Cordis flabellum.* Ventilabrum cordis dixit auctor lib. de Spir. et anim. cap. 33.

^x *Jecur... eo quod ignis.* Ut sit, quasi *jacens* ur, nam ur Isidoro ignis non uno in loco.

^y *Fibræ jecoris sunt.* E Serv., Æn. x, ad vers. *Cui pecudum fibræ.*

^z *Sicut extremæ partes foliorum in intyb.* Serv. Georg. i, ad vers. *Amaris intyba fibris*: — *Fibris autem abusive quod radices intyborum hac atque illac decurrunt ut fibræ per jecur, id est, venæ quædam, et nervi.* Unde hæc male affecta sunt. *Filorum*, legebat Chacon. Sed quid simile cum linguis eminentibus?

guæ eminentes. Dictæ autem fibræ, quod apud gentiles in sacris ad Phœbi aras ferebantur ab ariolis, quibus oblatis atque succensis, responsa acciperent.

127. *Splen* dictus a supplemento ex contraria parte jecoris, ne vacua existeret, quem quidam etiam risus causa factum existimant; ^a nam splene ridemus, felle irascimur, corde sapimus, jecore amamus. Quibus quatuor elementis constantibus, integrum est animal.

128. *Fel* appellatum quod sit folliculus gestans humorem, qui vocatur *bilis*.

Stomachus, Græce *os* vocatur, eo quod ostium ventris sit, et cibum excipiat, atque in intestina transmittat.

129. *Intestina* dicuntur, eo quod corporis interiore parte cohibentur, quæ idcirco longis nexibus in circulatorum ordinata sunt modum, ut susceptas escas paulatim egerant, et superadditis cibis non impediuntur.

130. ^b *Omentum*, membranum quod continet intestinorum majorem partem, quod *ἐπιπλουν* Græci vocant.

Dissectum intestinum, quod discernit ventrem, et cætera intestina a pulmonibus et a corde.

131. *Cæcum* intestinum, quod sit sine foramine, et exitu, quod Græci, ^c *τυφλὸν ἔντερον* dicunt.

Jejunum, tenue intestinum, unde et *jejunum* dicitur.

132. ^d *Venter* autem, et *alvus*, et *uterus* inter se differunt. Venter est, qui acceptos cibos digerit, et apparet extrinsecus, pertinetque a pectore ad inguina. Et dictus *venter*, quod per totum corpus vitæ alimenta transmittat.

133. *Alvus* est, quæ cibum recipit, et purgari solet. Sallustius: *Simulans sibi alvum purgari*. Et vocatur *alvus*, quod abluatur, id est, purgetur. Ex ipsa enim sordes stercoreum destuunt.

134. *Uterum* solæ mulieres habent, in quo concipiunt, ad similitudinem caliculi. Tamen auctores uterum pro utriuslibet sexus ventre plerumque ponunt, nec poetæ tantummodo, sed et cæteri.

135. Vocatus autem *uterus*, quod duplex sit, et ab utraque in duas se dividat partes, quæ in diversum diffusæ ac replexæ circumplicantur in modum cornuum arietis, vel quod interius impleatur fetu. Hiuc et *uter*, quod aliquid intrinsecus habuerit, ut membra et viscera.

136. ^e *Aqualiculus* autem proprie porci est, hinc ad ventrem translatiō.

Matrix dicitur, quod fetus in ea generetur, ^g semen enim receptum confovet, confotum corporat, corporatum in membra distinguit.

^a Nam splene ridemus. Ex eod. Æn. viii, ad vers. Exarserat atro felle dolor.

^b *Omentum membranum*. Glo-s. : *Omentum*, ἐπιπλουν membranum, ὑμῆν.

^c *Τυφλὸν ἔντερον*. *Fundulum* vocat Varro, et *jejunum hilum*.

^d *Venter*. E Serv., Æn. ii, ad vers. *Uterumque* a. m. c.

^e *Ab utraque in duas*. Ex Lact. 12.

^f *Aqualiculus autem proprie porci est*, h. a. v. transl. Referuntur eadem hæc verba a veteri Persii

137. *Vulva* vocata, quasi *valva*, id est, janua ventris, vel quod semen recipiat, vel quod ex ea fetus procedat.

Vesica dicta, quia sicut vas aqua, ita de renibus urina collecta completur, et humore distenditur, cuius usus in volueribus non habetur.

138. *Urina* autem dicta, sive quod urat, sive quod ex renibus egeritur; cuius indicio, et salus, et ægritudo futura monstratur. Qui humor vulgo *lotium* dicitur, quod eo lota, id est, niunda vestimenta efficiantur.

139. *Semen* est quod jactum sumitur, aut a terra, aut ab utero ad gignendum, vel fructus, vel fetus. Est enim liquor ex cibi et corporis decoctione factus, ac diffusus per venas atque medullas, qui inde desudatus in modum scintillæ concrevit in renibus, ejectusque per coitum, et in utero mulieris susceptus, calore quodammodo viscerum et menstrualis sanguinis irrigatione formatur in corpus.

140. *Menstrua*, supervacua mulierum sanguis. Dicta autem *menstrua* a circuitu lunaris luminis, quo solet hoc venire profluvium. Luna enim Græce *μήνη* dicitur, hæc et *muliebria* nuncupantur; nam mulier solum animal menstruale est.

141. Cujus cruoris contactu fruges non germinant, acescunt musta, moriuntur herbæ, amittunt arbores fetus, ^h ferrum rubigo corripit, nigrescunt æra. Si qui canes inde ederint in rabiem efferantur. Glutinum asphalti, quod nec ferro, nec aquis dissolvitur, cruore ipso pollutum sponte dispergitur.

142. Post plurimos autem dies menstruos idcirco semen non est ⁱ germinabile, quia jam non est menstrualis sanguis a quo perfusum irrigetur. Tenue semen locis muliebribus non adhæret, labitur enim, nec habet vim adhærendi. Similiter et crassum vim non habet gignendi, quia muliebri sanguini miscere se non potest propter nimiam sui spissitudinem. Hinc et steriles mares et feminas (dicunt) fieri, vel per nimiam seminis, vel sanguinis crassitudinem, vel propter nimiam raritatem.

143. ^j Primum autem aiunt cor hominis fingi, quod in eo sit, et vita hominis, et sapientia; deinde quadragesimo die totum opus expleri, quod ex abortionibus, ut fertur, collectum est. ^k Alii fetus a capite sumere dicunt exordium; unde et in avium fetibus primum oculos fingi in ovis videmus.

144. *Fetus* autem nominatus, quod adhuc in utero foveatur. Cujus *secundæ* dicuntur folliculus qui simul cum infante nascitur, continetque eum; dictus ita, quia eum, cum editur, sequitur.

145. ^l Nasci autem patribus similes aiunt, si interprete.

^g *Semen receptum*, etc. Verba sunt Hieronymi in epist. ad Pammach. cont. errores Joan. Hierosolymit.

^h *Ferrum rubigo*. E Solim., cap. 4. Pliu., lib. vii, cap. 15.

ⁱ *Germinabile. Generabile*. Goth. omnes et Rab.

^j *Primum autem aiunt cor*. Ex Lact., cap. 12.

^k *Alii fetus*. Ex eod., cap. 11.

^l *Nasci autem*, cap. 12.

paternum semen validius sit; **2** matribus, si matris; **A** hac ratione similes exprimi vultus. Qui autem utriusque parentis figuram reddunt, æqualiter misto paterno maternoque semine concipiuntur; avorum proavorumque similes fieri, quia sicut in terra multa semina occulta, sic et in nobis semina celantur, figuras parentum redditura. Ex paterno autem semine puellas nasci, et ex materno pueros, quia omnis partus constat duplici semine, cujus pars major cum invaluit, occupat similitudinem sexus.

146. In corpore nostro quædam tantum utilitatis causa facta sunt, ut viscera; quædam, et utilitatis, et decoris, ut sensus in facie, et in corpore manus, ac pedes, quorum membrorum et utilitas magna est, et species decentissima.

147. ^a Quædam tantum decoris, ut mamillæ in viris, et in utroque sexu umbilicus. Quædam discretionis, ut in viris genitalia, barba promissa, pectus amplum; in mulieribus leves genæ, et angustum pectus, ad concipiendos autem et portandos fetus renes, et latera dilatata. Quod ad hominem, et ad partes attinet corporis, ex parte dictum est, nunc ætates ejus subjungam.

CAPUT II.

De ætatibus hominis.

1. Gradus ^b ætatis sex sunt, infantia, pueritia, adolescentia, juvenus, gravitas, atque senectus.

2. Prima ætas, *infantia*, est pueri nascentis ad lucem, quæ porrigitur in septem annis.

3. Secunda ætas, *pueritia*, id est, *pura*, et necdum ad generandum apta, tendens usque ad decimum quartum annum.

4. Tertia, *adolescentia*, ^c ad gignendum adulta, quæ perrrigitur usque ad vigesimum octavum annum.

255. Quarta, *juvenus*, firmissima ætatum omnium, finiens in quinquagesimo anno.

6. ^d Quinta ætas, senioris, id est, *gravitas*, quæ est declinatio a juventute in senectutem, nondum senectus, sed jam non juvenus, quia senioris ætas est ^e quam Græci *πρεσβύτην* vocant. Nam senex apud Græcos non *presbyter*, sed *γέρων* dicitur. Quæ ætas quinquagesimo anno incipiens, septuagesimo terminatur.

^a *Quædam decoris*, cap. 10.

CAP. II. — ^b *Gradus a tot.* Vid. Serv., *Æn.* v.; Ambros., epist. 49. Philon., de mundi Opific.

^c *Ad gignendum adulta.* Non sunt hæc in quibusdam Codicibus.

^d *Quinta ætas, senioris, nondum senectus.* Serv., *Æn.* v., ad vers. *Tum senior tales* : — *Secundum Varronem, junior et senior comparativi sunt per diminutionem, etc.* Item *Æn.* vi. a 1 vers. *Jam senior* : — *Aut pro positivo posuit, aut senior est virens senex, ut junior intra juvenem est, quam rem a Varrone tractatam confirmat etiam Plinius.* Ita vero distinguit seniores a senibus Varro apud Censorinum de die natali, ut seniores vocari dicat a 45 usque a 60 annum, quod tum primum senescere incipiat corpus, post sexagesimum vero senio jam laboret.

^e *Quam Græci πρεσβύτην.* Ex Aug., de Gen., contra Manich., lib. 1, cap. 23.

^f *Puer a puritate.* Varro apud Censorin. : *Pueri, quod sint puri, id est, impuberes.*

7. Sexta ætas, est *senectus*, quæ nullo annorum tempore finitur, sed post quinque illas ætates quantumcunque vitæ est, senectuti deputatur.

8. *Senium* autem pars est ultima senectutis, dicta quod sit terminus sextæ ætatis. In his igitur sex spatiis philosophi vitam descripserunt humanam, in quibus mutatur, et currit, et ad mortis terminum pervenit. Pergamus ergo breviter per prædictos gradus ætatum etymologias earum in homine demonstrantes.

9. *Infans* dicitur homo primæ ætatis; dictus autem *infans* quia adhuc fari nescit, id est, loqui non potest; nondum enim bene ordinatis dentibus, minor est sermonis expressio.

10. ^f *Puer a puritate* vocatus, quia purus est, et necdum lanuginem floremque genarum habens. ^g Hi sunt ephebi, id est, a Phœbo dicti, necdum viri, ^h sed adolescentuli leves.

11. *Puer* autem tribus modis dicitur, pro nativitate, ut Esaias : *Puer natus est nobis.* Pro ætate, ut octennis, decennis. Unde est illud :

26 Jam puerile jugum tenera cervice gerebat. Pro obsequio et fidei puritate, ut Dominus ad prophetam : *Puer meus es tu, noli timere*, dum jam Jeremias longe pueritiæ excessisset aonos.

12. ⁱ *Puella* est parvula, quasi *pulla*; unde et *pupillos*, non pro conditione, sed pro ætate puerili vocamus. *Pupilli* autem dicti, quasi, sine oculis, hoc est, a parentibus orbi. ^j Hi autem vere pupilli dicuntur quorum patres ante discesserunt quam ab eis nomen acciperent. Cæteri orbi vocantur *orphani*, iidem qui et pupilli; illud enim nomen Græcum est, hoc Latinum. Nam et in psalmo ubi legitur *Pupillo tu eris adjutor*, Græcus habet *ὀρφάνω*.

13. *Puberes* a *pube*, id est, a pudendis corporis nuncupati, quod hæc loca tunc primum lanuginem ducunt. Quidam autem ex annis pubertatem existimant, id est, cum puberem esse qui quatuordecim annos expleverit, quamvis tardissime pubescat. Certissimum autem puberem esse, qui et ex habitu corporis pubertatem ostendat, et generare jam possit.

14. *Puerperæ* sunt quæ annis puerilibus pariunt. Unde et Horat. :

Laudantur simili prole puerperæ.

^g *Hi sunt ephebi, id est, a Phœbo.* Imo ab Hebe.

^h *Adolescentuli leves.* Al., *lenes.*

D ⁱ *Puella est parvula, q. pulla.* Fest. : *Pullus Jovis dicebatur Q. Fabius, cui cognomen Eburno fuit, propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat. Antiqui autem puerum quem amabant, pulchrum ejus dicebant.*

^j *Hi autem vere pupilli... quam ab eis nomen acciperent.* Præno nomen (intellige) quod ante pubertatem non accipiebatur. Nam gentis vel familiæ nomen lustrico die accipiebatur, auctoribus Fest., Macrob. et Plutarch., in Problem. Et Julius Paris (seu Probus), in Epitom. lib. x Val. Max. : *Pueris, non priusquam togam virilem sumerent, puellis, non antequam tuberent, prænomen imponi, Q. Scævola auctor est. Et postea : Publii, qui prius pupilli facti erant, quam prænomen haberent. Alii nominis causa ex pube.* Vid. A. August., in not. 1 Collect. decretal., cap. 7, de Despons. impub., et cap. 3, eo tit., Greg. IX.

^a Et dictæ *puerperæ*, vel quod primo partu gravantur, vel quod primum pueros pariunt.

15. *Adolescens* dictus, eo quod sit ad gignendum adultus, sive a crescere et augeri.

16. *Juvenis* vocatus, quod *juvare* posse incipiat, ut in bubus juveni, **27** cum a vitulis discesserint. Est enim juvenis in ipso ætatis incremento positus, et ad auxilium præparatus. Nam juvare hominis est opus aliquod conferentis. Sicut autem triginta perfectæ ætatis est annus in hominibus, ita in pecudibus ac jumentis tertius robustissimus.

17. ^b *Vir* nuncupatus, quod major in eo vis est, quam in femina. Unde et virtus nomen accepit, sive quod vi agat feminam.

18. *Mulier* vero, a *mollitie*, tanquam *molliter*, detracta littera, vel mutata, appellata est *mulier*.

19. Utrique enim fortitudine et imbecillitate corporum separantur. Sed ideo virtus maxima viri, mulieris minor, ut patiens viro esset, scilicet, ne, feminis repugnantibus, libido cogeret viros aliud appetere, aut in alium sexum proruere.

20. Dicitur igitur mulier secundum femineum sexum, hoc ex non secundum corruptionem integritatis, ex lingua sacræ Scripturæ. Nam Eva statim facta de latere viri sui, nondum contacta a viro, mulier appellata est, dicente Scriptura : *Et formavit eam in mulierem*.

21. ^c *Virgo* a viridior ætate dicta est, sicut *virga* et *vitula*. Alias ab incorruptione, quasi *virago*, quod ignoret femineam passionem.

22. ^d *Virago* vocata, quia virum agit, hoc est, opera virilia facit, et masculini vigoris est. Antiqui enim fortes feminas ita vocabant. Virgo autem non recte *virago* dicitur, si non viri officio fungatur. Mulier vero si virilia opera facit, recte *virago* dicitur, ut Amazon.

23. Quæ vero nunc femina, antiquitus *vira* vocabatur, sicut a servo *serva*, sicut a famulo *famula*, ita a viro *vira*. Hinc et virginis nomen quidam putant.

24. *Femina* vero a partibus femorum dicta, ubi sexus species a viro distinguitur. **28** Alii ^e Græca etymologia *feminam* ab ignea vi dictam putant, quia vehementer concupiscit. Libidinosiores enim viris feminae sunt, tam in mulieribus quam in animalibus.

Unde nimius amor apud antiquos *femineus* vocabatur.

25. *Senior* est adhuc viridior. ^f Ovidius in vi lib. :

^a Et dictæ *puerperæ*. Hieronym., in Jerem. iv : *Puerpera interpretatur, quæ primos parit fetus*. At Donatus in And. : *Omnis quæ peperit, puerpera; quæ primum, παρτότοκος*. Paulus, cap. 163, de verb. Sign. : *Puerperas appellant recentes ex partu*.

^b *Vir*. Ex Lact., cap. 12.

^c *Virgo a viridior æt.* E Serv. eclog. 3, ad vers. *Bis venit ad mulctram*.

^d *Virago*. Ex eod., Æn. xii, ad vers. *Juturna virago*.

^e Alii Græca etymologia. An quasi ἐφτεμένη?

^f Minus significat a positivo. Verba sunt Donati in Prolog. Hecyr.

^g Nam physici dicunt. E Serv., Georg. ii, ad vers. *Frigidus obstiterit circum præc. s.*

^h Nam si commune esset nomen, cur Terentius diceret *senem mulierem*? Assentior Chaconi, qui hæc

A *Senior*,... *inter juvenemque, senemque*. Ter. : *Quo jure sum usus adolescentior*.

26. *Adolescentior* non utique magis adolescens, sed minus; ut *senior* minus *senex*; ubi comparativus gradus ^f minus significat a positivo. Ergo *senior* non satis *senex*, sicut *junior* intra *juvenem*, sicut *pauperior* intra *pauperem*.

27. *Senes* autem dictos quidam putant a sensus diminutione, eo quod jam præ vetustate desipiant. ^g Nam physici dicunt homines stultos esse frigidioris sanguinis, prudentes calidi. Unde et *senes* in quibus jam friget, et *pueri* in quibus necdum calet, minus sapiunt; inde est quod convenit sibi infantum ætas et senum.

28. *Senes* enim per nimiam ætatem delirant, *pueri* per lasciviam et infantiam ignorant quid agant. *Senex* autem tantum masculini generis est, sicut *anus* feminini; nam *anus* dicitur sola mulier. *Anus* autem appellata a multis annis, quasi *annosa*. ^h Nam si commune esset nomen, cur diceret Terentius *senem mulierem*? Hinc et *vetula*, quia *vetusta*. Sicut autem a *sene* *senectus*, ita ab *anu* *anilitas* nominata est.

29 29. *Canities* autem vocata a candore, quasi *ties*. Unde est illud :

Florida juvenus, lactea canities,
prout diceret, candida.

30. ⁱ *Senectus* autem multa secum et bona affert et mala. Bona, quia nos ab impotentissimis dominis liberat, voluptatibus imponit modum, libidinis frangit impetus, auget sapientiam, dat maturiora consilia. Mala autem, quia *senium* miserrimum est, debilitate et odio. Subeunt enim morbi, tristisque *senectus*. ^j Nam duo sunt, quibus minuuntur corporis vires : *senectus* et *morbus*.

31. *Mors* dicta, quod sit amara, vel a Marte, qui est effector mortium.

32. Tria sunt autem genera mortis : acerba, immatura, naturalis. **30** *Acerba* infantium, *immatura* juvenum, *matura*, id est, naturalis senum.

33. *Mortuus* autem ex qua parte orationis declinetur incertum est. Nam, sicut ait Cæsar, ab eo quod est *mорий* in participio præteriti temporis in *tus* exire debuit, per unum, scilicet, *u*, non per duo. Nam ubi *geminata* est littera, nomen est, non participium, ut *fatuus*, *arduus*. Convenienter itaque factum ut

D putabat aliena, ejusque cui Isidori sententia displiceret, itaque objiceret : *Nisi commune esset nomen*, etc. Sed frustra laborat Donatus (quem Isidorus sequitur) ut *senem* neget nomen esse commune. Papinius, sive Pomponius, apud Varronem, lib. vi :

Ridiculum est, cum te cascam tua dicit amica,
Fili Potoni, sesquisenex puerum.

Die tu illam pusam, sic fiet Mutua muli :
Nani vere pusus tu, tua amica senex.

Et Tibullus :

Hanc animo gaudente vident juvenesque, senesque.
Commemorant merito tot mala ferre senem.

ⁱ *Senectus autem*. Ex Hieron., præf. ad lib. ii in Amos.

^j Nam duo sunt. E Serv., Georg. ii, ad vers. *Subeunt morbi tristisque senectus*.

quæ madmodum id quod significat non potest agendo, A ita et ipsum nomen non possit loquendo declinari. Omnis autem mortuus, aut funus est, aut cadaver.

34. ^a *Funus* est, si sepeliatur. Et dictum *funus* a *funibus* accensis, quos ante feretrum papyris cera circumdatis ferebant.

35. ^b *Cadaver* autem est, si insepultum jacet. Nam *cadaver* nominatum a *cadendo*, quia jam stare non potest. ^c Quod dum portatur, *exsequias* dicimus; crematum, *reliquias*; conditum jam, *sepultum*. Corpus autem consuetudine dicitur, ut illud: *Tum corpora luce carentum*.

36. *Defunetus* vocatus, quia complevit vitæ officium. Nam dicimus *defunetus officio*, qui officia debita compleverunt, unde et honoribus functos. Hinc ergo *defunetus*, quod ab officio sit vitæ depositus, E sive quod sit diem functus.

37. ^d *Sepultus* autem dicitur, eo quod jam *sine pulsus*, et palpitatione est, id est, sine motu. Sepelire autem est condere corpus. Nam humare obruere dicimus, hoc est humum injicere.

31 CAPUT III.

De portentis.

1. *Portenta* ^e esse ait Varro, quæ contra naturam nata videntur; sed non sunt contra naturam, quia divina voluntate fiunt, cum voluntas Creatoris cujusque conditæ rei natura sit. Unde et ipsi gentiles Deum modo Naturam, modo Deum appellant.

2. Portentum ergo sit non contra naturam, sed contra quam est nota natura. *Portenta* autem, et C *ostenta*, *monstra*, atque *prodigia*, ideo nuncupantur, quod portendere, atque ostendere, monstrare, atque prædicere aliqua futura videntur.

3. ^f Nam *portenta* dicta perhibentur a *portendendo*, id est, præostendendo. *Ostenta* autem quod *ostendere* quidquam futurum videantur. *Prodigia* quod *porro dicant*, id est, futura prædicant. *Monstra* vero a *monitu* dicta, quod aliquid significandum demonstrent, sive quod statim monstrent quid appareat, et hoc proprietatis est; abusione tamen scriptorum plerumque corrumpitur.

4. Quædam autem portentorum creationes in significationibus futuris constitutæ videntur. Vult enim Deus interdum ventura significare per aliqua nascentium noxia, sicut et per somnos, et per oracula, D quibus præmoneat et significet quibusdam vel gentibus, vel hominibus futuram cladem, quod plurimam etiam experimentis probatum est.

^a *Funus*. Ex eod., Æn. I, ad vers. *Noctem flammis funalia*. Vide ead. lib. XX, cap. 10.

^b *Cadaver*. Ex eod., Æn. VI, ad vers. *Belloque caduei*.

^c *Quod dum portatur*. Ex eod., Æn. II, ad vers. *Patrios sædasti s. v.*

^d *Sepultus*. Ex eod., Æn. III, ad vers. *Paree sepulto*.

CAP. III.—^e *Portenta*. Ex Aug., XXI de Civ., cap. 8.

^f *Nam portenta*. Cic., II de Divin.: *Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt; ostenta, monstra, prodigia dicuntur*.

^g *Xerxi quippe lepus*. *LEPUS* scripsimus ex Herodoto in Polyhymnia, et Valer. Max., de Prodig., cum vul-

5. ^g *Xerxi* quippe lepus ex equa creata dissolvi regnum portendit. Alexandro ex muliere monstrum creatum est, quod superiores corporis partes hominis, sed mortuas habuerit, inferiores diversarum bestiarum, sed viventes, significasse repentinam regis interfectionem; supervixerant enim deteriora melioribus. Sed hæc monstra, 32 quæ in significationibus dantur, non diu vivunt, sed continuo, ut nata fuerint, occidunt.

6. Inter portentum et portentosum differt. Nam portenta sunt quæ transfigurantur, sicut fertur in Umbria mulierem peperisse serpentem. Unde Lucretius: *Matremque suus conterruit infans*. Portentosa vero levem sumunt mutationem.

7. Exempli causa, cum ex digitis nati. Portenta igitur, vel portentosa, existunt, alia magnitudine totius corporis ultra communem hominum modum, h quantus fuit Tityon in novem jugeribus jacens, i Homero testante; alia, parvitate totius corporis, ut nani, vel quos Græci pygmæos vocant, eo quod sint statura cubitales; alii magnitudine partium, veluti capite informi, aut superfluis membrorum partibus, ut bicipites, et trimani, j vel cynodontes, quibus gemini procedunt dentes.

8. Alii a defectu partium, in quibus altera pars plurimum deficit ab altera, ut manus a manu, vel pes a pede. Alii a discissione, ut sine manu aut capite generata, quos Græci *steresios* vocant. k Alia privimeria, quando solum caput, aut crus nascitur. Alia quæ in parte transfigurantur, sicut qui leonis habent vultum vel canis, vel taurinum caput, aut corpus, ut ex *Pasiphæ* memorant genitum Minotaurum, quod Græci *ἑτερομορφίαν* vocant.

9. Alia, quæ ex omni parte transfigurantur in alienæ creationis portentum, ut ex muliere vitulum dicit historia generatum. Alia, quæ sine transfiguratione mutationem habent locorum, ut oculos in pectore, vel in fronte, aures supra tempora, vel sicut Aristoteles tradidit, quemdam in sinistra parte jecur, in dextera splenem habuisse.

10. Alia secundum connaturationem, ut in alia manu digiti plures connaturati et cohærentes reperiuntur, in alia minus, sive in pedibus. Alia secundum immaturam et intemperatam creationem, sicut ii qui dentati nascuntur, sive barbati, vel cani. Alia complexu 33 plurimarum differentiarum, sicut illud quod prædiximus in Alexandro multiforme portentum.

11. Alia commistione generis: ut *ἄνδρόγυνοι*, qui et *ἑρμαφροδίται* vocantur. l *Hermaphroditæ* autem

pes inversis litteris in omnibus Cod. legeretur.

^h *Quantus fuit Tityon. Cui tota novem per jugera corpus Porrigitur*. Æn. VI.

ⁱ *Homero testante*. Ὅδυσσ.

^j *Vel cynodontes*. E. Solon., IV.

^k *Alia privimeria*. Ita Rabanus, neque compositio Latinæ vocis suspecta esse debet, quando neque *epitogium* respuit Quintilianus. Hos *μονομέρους* vocat Agell., lib. IX, cap. 4.

^l *Hermaphroditæ*. Mirum *Hermaphroditæ*, non *Hermaphroditæ* in omnibus libris legi, cum dicat Aug., XVI de Civit., cap. 8, Consuetudinem loquendi prævaluisse, ut a meliore, hoc est, a masculino sexu ap-

nuncupati, eo quod eis uterque sexus appareat. **A** *Ἐρμῆς* quippe apud Græcos Mercurius est; *ἀφροδίτη* Venus nuncupatur: ^a hi dextram mamillam virilem, sinistram muliebrem habentes vicissim coeundo, et gignunt, et pariunt.

12. Sicut autem in singulis gentibus quædam monstra sunt hominum, ita in universo genere humano quædam monstra sunt gentium, ut Gigantes, Cynocephali, Cyclopes, etc.

13. ^b *Gigantes* dicti juxta Græci sermonis etymologiam, qui eos *γῆγενεῖς*; existimant, id est, *terrigenas*, eo quod eos fabulose parens terra immensa mole et similes sibi genuerit; *γῆ* enim *terra* appellatur; *γένος* *genus*, licet et *terræ filios* vulgus vocet, quorum genus incertum est.

14. ^c Falso autem opinantur quidam imperiti de Scripturis sanctis, prævaricatores angelos cum filiabus hominum ante diluvium concubuisse, et exinde natos Gigantes, id est, nimium grandes et fortes viros, de quibus terra completa est.

15. ^d *Cynocephali* appellantur eo quod canina capita habeant, quosque ipse latratus magis bestias quam homines confitetur: hi in India nascuntur.

16. *Cyclopes* quoque eadem India gignit, et dicti *Cyclopes*, eo quod unum oculum in fronte media habere perhibentur. ^e Hi et *ἀγριοφαγῆται* dicuntur, propter quod solas ferarum carnes edunt.

34 17. ^f *Blemmyas* in Libya credunt truncos sine capite nasci, et os et oculos habere in pectore. ^g Alios sine cervicibus gigni, oculos habentes in humeris.

18. ^h In ultimo autem Orientis monstruosæ gentium facies scribuntur. Aliæ sine naribus, æquali totius oris planitie, informes habentes vultus. Aliæ labro subteriori adeo prominenti, ut solis ardoribus totam ex eo faciem contegant dormientes. Aliis concreta ora esse, modico tantum foramine calamis avenarum pastus haurientes. Nonnulli sine linguis esse dicuntur, in vicem sermonis utentes nutu, sive motu.

19. *Panotios* apud Scythiam esse ferunt, tam diffusa

pellarentur. Nam *nemo* (inquit) *unquam aut Androgynas, aut Hermaphroditas nuncupavit*. Equas tamen Hermaphroditas dixit Plin. xi, cap. 49.

^a *Hi dextram mamillam*. E Plin., viii, cap. 2.

^b *Gigantes... qui eos terrigenas*. Sic Callimach., in lavacro Pallad. Et Gloss.: *Terrigenæ, γῆγενεῖς*.

^c *Falso autem opinantur*. Sumpta sunt hæc ex III de Civit., cap. 4. Fuit vero opinio, quæ hic exploditur, gravissimorum auctorum, Clementis Alexandrini, Justinii Martyris, Cypriani, Ambrosii, Lactantii. Augustinus quæstionem proposuit, quid ipse sentiret non pronuntiavit.

^d *Cynocephali*. Augustini verba sunt, xvi de Civit., cap. 8. Vid. *Ælian.* et Plin.

^e *Hi et agriophagitæ*. Plin., vi, cap. 36. Solinus *agriophagos* vocat.

^f *Blemmyas*. Plin. v, cap. 8. Solin., cap. 34.

^g *Alios sine cervicibus*. Ex Plin., vii, cap. 2. Vid. Aug. xvi de Civit., cap. 8., et Agell., lib. ix, cap. 4.

^h *In ultim. autem Orient.* Ex Solin., cap. 32.

ⁱ *Artabatitæ*. Ita in Plinii emendatioribus libris; apud Solinum, *Arthabathitæ*.

^j *Satyri*. Ex Hieronym. In Vita Pauli Eremitæ.

aurium magnitudine, ut omne corpus ex eis contegant; *πᾶν* enim Græco sermone *omne*, *ἄτρα* *aures* dicuntur.

20. ⁱ *Artabatitæ* in Æthiopia, proni, ut pecora, ambulare dicuntur. Quadragesimum ævi annum nullus supergreditur.

21. ^j *Satyri*, homunciones sunt aduncis naribus, cornua in frontibus (habent), et caprarum pedibus similes, qualem in solitudine Antonius sanctus vidit. Qui etiam interrogatus, Dei servo respondisse fertur, dicens: *Mortalis ego sum unus ex accolis eremi, quos vario delusa errore gentilitas Faunos Satyrosque colit*.

22. ^k Dicuntur quidam et silvestres homines, quos nonnulli ^l *Faunos ficarios* vocant.

23. *Sciopodum* gens fertur esse in Æthiopia, singulis cruribus, et celeritate mirabili; ^m quos inde *σκίποδας* Græci vocant, eo quod per æstum in terra resupini jacentes, pedum suorum magnitudine adumbrentur.

35 24. ⁿ *Antipodes*, in Libya plantas versas habent post crura, et octenos digitos in plantis.

25. *Hippopodes* in Scythia sunt, humanam formam et equinos pedes habentes.

26. In India ferunt esse gentem, ^o quæ *Μακρόβου* nuncupantur, octo pedum staturam habentes. Est et gens ibi statura cubitalis, ^p quos Græci a cubito *Pygmæos* vocant, de qua supra diximus. Hi montana Indiæ tenent, quibus est vicinus Oceanus.

27. Perhibent et in eadem India esse gentem feminarum, quæ quinquennes concipiunt, et octavum vitæ annum non excedunt.

28. Dicuntur autem et alia hominum fabulosa portenta, quæ non sunt, sed ficta; et in causis rerum interpretantur, ut Geryonem Hispaniæ regem ^q triplici forma proditum. Fuerunt enim tres fratres tantæ concordiæ, ut in tribus corporibus quasi una anima esset.

29. ^r *Gorgones* quoque meretrices crinitas serpentinibus ferunt, quæ aspicientes convertebant in lapides, habentes unum oculum quo invicem utebantur.

^k *Dicuntur, et quidam silvestres*. Vid. lib. viii, cap. ultim.

^l *Faunos ficarios. Fatuos ficarios* Cod. card. Sireleti, et complur. Goth. Et Jerem. L, Hieronymus, *cum fatuis ficariis*.

^m *Quos inde Sciopodas* Plin., lib. vii, cap. 2. Aug., xvi de Civit., cap. 8. Agell., ix, cap. 4.

ⁿ *Antipodes in lib.* — *Androphagi in Scythia* legebat Chacon, ex Plin. vii, cap. 2.

^o *Quæ macrobii nuncupantur octo ped.* Optime restituit hunc locum Chacon, cum xii legatur in omnibus libris, deprehendit librariorum fuisse erratum, qui xii pro ix scripsissent. Nam horum corpora cubitorum quinquorum, et binorum palmorum facit Plinius, ex Onesicrito. Porro quinos cubitos, qui singuli sesquipedibus constant, et binos palmos, qui semipedem conficiant, octo esse pedes, non duodecim.

^p *Quos pygmæos*. Ex xvi de Civit., cap. 8.

^q *Triplici forma proditum*. A., *præditum*. Sed *proditum* retinimus ex Justino, lib. xliv: *Porro Geryonem ipsum non triplicis naturæ, ut fabulis proditur fuisse*.

^r *Gorgones quoque*. E Serv., *Æn.* vi.

Fuerunt autem tres sorores unius pulchritudinis, quasi unius oculi, quæ ita spectatores suos stupescere faciebant, ut vertere eos putarentur in lapides.

30. ^a *Sirenas* tres fingunt fuisse ex parte virgines, ex parte volucres, habentes alas, et ungulas; quarum una voce, altera tibiis, tertia lyra canebat. Quæ illectos navigantes suo cantu in naufragia trahebant.

31. [Secundum veritatem autem meretrices fuerunt, quæ transeuntes quoniam ad egestatem deducebant, iis fictæ sunt inferre naufragia. 36 Alas autem habuisse, et ungulas, quia amor et volat et vulnerat. Quæ inde in fluctibus commorasse dicuntur, quia fluctus Venerem creaverunt.

32. ^b *Scyllam* quoque ferunt feminam capitibus succinctam caninis, cum latratibus magnis, propter fretum Siculi maris, in quo navigantes verticibus in se concurrentium undarum exterriti, latrare existimant undas, quas sorbentis æstus vorago collidit.

33. Fingunt et monstra quædam irrationalium animalium, ut *Cerberum* inferorum canem tria capita habentem, significantes per eum tres ætates per quas mors hominem devorat, id est, infantiam, juventutem, et senectutem. ^c Quem quidam ideo dictum *Cerberum* putant, quasi sit *κρεοβόρος*, id est, *carneum vorans*.

34. Dicunt et *Hydrum* serpentem, cum novem capitibus, ^d quæ Latine *Excetra* dicitur, quod uno cæso, tria capita exerescebant. Sed constat Hydrum locum fuisse evomentem aquas, vastantem vicinam civitatem, in quo uno clauso meatu, multi erumpcebant. Quod Hercules videns, loca ipsa exussit, et sic aquæ clausit meatus.

35. Nam *hydra* ab aqua dicta est. • Hujus mentionem facit Ambrosius in similitudinem hæresium, dicens: *Hæresis enim, velut quædam hydra fabularum, vulneribus suis crevit; et dum sæpe reciditur, pullulat, igni debita, incendioque peritura*.

36. ^e Fingunt et *Chimæram* triformem bestiam: ore leonem, postremis partibus draconem, media capream. Quam quidam physiologi non animal, sed

^a *Sirenes*. Ex eod., Æn. v.

^b *Scyllam* quoque. Locus adumbratus ex Justini lib. iv.

^c *Quem quidam ideo dictum Cerberum*. E Serv., Æn. vi, ad vers. *Custodem in v. p.*

^d *Quæ Latine excetra*. Ex eod. Æn. vi, ad v., *Bellua Leruæ*.

^e *Hujus mentionem facit Ambrosius*, 1 de Fid., c. 4.

A cap. 4. *Lyciæ* montem esse aiunt, quibusdam locis leones et capreas nutrientem, quibusdam ardentem, quibusdam plenum serpentibus. Hunc Bellerophontes habitabilem fecit, unde *Chimæram* dicitur occidisse.

37. *Centaurs* autem, id est, hominibus equo mistis, species vocabulum dedit, quos quidam fuisse equites Thessalorum dicunt; 37 sed quod discurrentes in bello, velut unum corpus equorum et hominum viderentur, inde Centauros fictos asseruerunt.

38. Porro *Minotaurum* nomen sumpsisse ex tauro et homine, qualem bestiam dicunt fabulose in Labv-rintho inclusam fuisse. De qua Ovidius:

Semibovemque virum, semivirumque bover.

39. ^g *Ouocentaurus* autem vocatur, eo quod meum hominis species, media asini esse dicatur, sicut et *Hippocentauri*, quod equorum hominumque in eis natura conjuncta fuisse putatur.

CAPUT IV.

De transformatis.

1. Scribuntur autem et quædam monstrosæ hominum transformationes et commutationes in bestias, sicut de illa maga famosissima Circe, quæ socios quoque Ulyssis mutasse fertur in bestias, et de Arcadibus, qui, sorte ducti, transnabant quoddam stagnum, atque ibi convertebantur in lupos.

2. Nam et Diomedis socios in volucres fuisse conversos, non fabuloso mendacio, sed historica affirmatione confirmant. Sed et quidam asserunt strigas ex hominibus fieri. Ad multa enim latrocinia figuræ sceleratorum mutantur, ^h et sive magicis cantibus, sive herbarum beneficio, totis corporibus in feras transeunt.

3. Siquidem et per naturam pleraque mutationem recipiunt, et corrupta in diversas species transformantur, sicut de vitulorum carnibus putridis apes, sicut de equis scarabei, de mulis locustæ, de cancri scorpiones. Ovidius:

Concava littorei si demas brachia cancri,

Scorpius exhibit, caudaque minabitur unca.

^f *Fingunt, et Chimæram*. eod. Servii loco.

^g *Ouocentaur*. Hier., Is. xiv: Porro *Centaurs* [Legend. *ouocentauri*] nomen ex asinis *centauris*que compositum. At Isidorus hominibus pro *Centauri* videtur scripsisse.

CAP. IV. — ^h *Et sive magicis artibus*. Omnia fere ex Aug., xviii de Civitate, cap. 16 et sequentibus.

LIBER DUODECIMUS.

DE ANIMALIBUS.

38 CAPUT PRIMUM.

De pecoribus et jumentis.

1. Omnibus ^a animalibus Adam primum vocabula indidit, appellans unicuique nomen ex præsentis institutione, juxta conditionem naturæ cui serviret.

CAP. I. — ^a *Omnibus animalibus Adam*. Ex Tertull., lib. de Virg. veland.

D 2 Gentes autem unicuique animalium ex propria lingua dederunt vocabula. Non autem secundum Latinam linguam, atque Græcam, aut quarumlibet gentium barbararum nomina illa imposuit Adam, ^b sed illa lingua quæ ante diluvium omnium una fuit, quæ Hebræa nuncupatur.

^b *Sed illa lingua quæ ante diluvium*. Sup., lib. ix, cap. 1.

3. Latine autem *animalia*, sive *animantia* dicta, quod amentur vita, et moveantur spiritu.

4. ^a *Quadrupedia* vocata, quia quatuor pedibus gradiuntur, quæ dum sint similia pecoribus, tamen sub cura humana non sunt, ut cervi, damæ, onagri, etc. Sed neque bestiæ sunt, ut leones; neque jumenta, ut usus hominum juvare possint.

5. ^b *Pecus* dicimus omne, quod humana lingua et effigie caret. ^c Proprie autem *pecorum* nomen iis animalibus accommodari solet quæ sunt, aut ad vescendum apta, ut oves et aves, aut in usu hominum commoda, ut equi et boves.

6. Differt autem inter pecora et pecudes; nam veteres communiter in significatione omnium animalium *pecora* dixerunt; *pecudes* autem tantum illa animalia, quæ eduntur, quasi *pecuēdes*. Generaliter autem **39** omne animal *pecus* a *pascendo* vocatur.

7. *Jumenta* nomina inde traxerunt, quod nostrum laborem, vel onus suo adjutorio subvectando, vel arando, juvent. ^d Nam bos carpenta trahit, et durissimas terræ glebas vomere vertit. Equus et asinus portant onera, et hominum in gradiendo laborem temperant. Unde et *jumenta* appellantur ab eo quod *juvent* homines, sunt enim magnarum virium animalia.

8. Eadem quoque *armenta*, vel ^e quod sint *apta armis*, id est, bello, vel quod his in armis ulimur. ^f Alii *armenta* tantum boves intelligunt, ab *arando*, quasi *armata*, vel quod sint cornibus *armata*. Discretio est autem inter *armenta* et greges; nam *armenta* quorum et boum sunt, *greges* vero caprarum et ovium.

9. ^g *Ovis*, molle pecus lanis, corpore inerme, animo placidum, ab *oblacione* dictum, eo quod apud veteres in initio non tauri, sed oves in sacrificio mactarentur. ^h Ex iis quasdam *bidentes* vocant, eo quod inter octo dentes duos altiores habent, quas maxime gentiles in sacrificium offerebant.

10. ⁱ *Vervex*, vel a *viribus* dictus, quod cæteris

^a *Quadrupedia* vocata. Ex Aug., III de Gen. ad l. cap. 11.

^b *Pecus*. E Serv., ad vers. *Ignavum fucos pecus*. Æn. I.

^c Proprie autem *pecorum*, etc. Ex. August., III de Gen. ad lit.

^d Nam *bos carpenta*. Ex Hieronym., in Is. I.

^e Quod *sint apta armis*. E Serv., ad vers. *Bellum æc arm. min.* Æn. III. Itemque Georg. III. ... *Seu vis Olympiæ*.

^f Alii *armenta* tantum. E Serv., loco proxime cit.

^g *Ovis* ab *oblacione*. Cur non ab *ovis*? Sæpe gaudet rerum vel naturas, vel usus, magis quam ad voces respicere, quod non semel monuimus.

^h Ex iis quasdam *bidentes*. Vid. Serv. ad vers. *actant lectas de more bidentes*. Æn. IV. Et Agel., b. XVI, et Fest., in *bidental*.

ⁱ *Vervex*, vel a *viribus*. A *natura versa*. Varro.

^j *Aries*, vel *ἀπὸ τοῦ ἀρεος*, id est, a *Marte*. Varro: *aries*, quod eum dicebant ares veteres, nostri arviga.

^k *Agn*, *ἀπὸ τοῦ ἄγρου*, quasi *pium*. — *Purum* fortasse, ex Festo. Glossar. : *Agnus ἀρνεῖόν, sive ἀρνεῖός, et : ἄγρός, καθαρός, et castus*. Varro tamen, quod pecori vili agnatus sit, Latina origine *agnum* dictum vult.

^l *Ut si in magno grege erraver*. Ex Ambros., Hebr. VI, cap. 4.

^m *Hædi* ab *edendo*. — *Fædum* pro *hædo* dixisse anti-

ovibus sit fortior, vel quod sit *vir*, id est, masculus, vel quod *vermem* in capite habeant; quorum excitati pruritu, invicem se concutiunt, et pugnantibus cum magno impetu feriunt.

11. ^j *Aries*, vel *ἀπὸ τοῦ ἀρεος*, id est, a *Marte* vocatus, unde apud nos in gregibus masculi *mares* dicuntur, sive quod hoc pecus a gentilibus primum aris est immolatum. *Aries* quod *aris* imponeretur. Unde est illud : *Aries mactatur ad aram*.

40 12. ^k *Agnum*, quanquam et Græci vocent *ἀπὸ τοῦ ἄγρου*, quasi *pium*, Latini tamen ideo hoc nomen habere putant, eo quod præ cæteris animantibus matrem *agnoscat*; adeo ^l ut etiamsi in magno grege erraverit, statim balatu recognoscat vocem parentis.

13. ^m *Hædi* ab *edendo* vocati, parvi enim pinguisissimi sunt, et saporis jucundi; unde et *edere*, inde et *edulium* vocatur.

14. *Hircus*, lascivum animal, et petulcum, et fervens semper ad coitum, cujus oculi ob libidinem in transversum aspiciunt, unde et nomen traxit. ⁿ Nam *hirqui* sunt oculorum anguli secundum Suetonium, cujus natura adeo calidissima est, ut adamantem lapidem, quem nec ignis, nec ferri domare valet materia, solus hujus cruor dissolvat. ^o Majores hirci *Ciniphii* dicuntur a fluvio *Ciniphe* in Libya, ubi grandes nascuntur.

15. *Capros*, et *capras* a *carpendis* virgultis quidam dixerunt. **41** Alii, quod captent aspera. Nonnulli a *crepitu* crurum, ^p unde eas *crepas* vocitatas, quæ sunt capræ agrestes, ^q quas Græci, pro eo quod acutissime videant, *ἀπὸ τοῦ δέξῃ δερκέσθαι* *dorcadas* appellaverunt.

16. Morantur enim in excelsis montibus, et quamvis de longinquo, vident tamen omnes qui veniunt. Eædem autem et *capræ*; eædem *Ibices*, quasi *avices*, eo quod ad instar avium ardua et excelsa teneant, et in sublimi inhabitent, ita ut de sublimitate vix humanis obtutibus pateant.

quos, tradit Festus; atqui digammon pro *v*, et contra Gothos consuevisse scribere ex Isidori Codicibus satis constat. Nam et paulo post *Cynyvi* pro *Cynyphii*, et *Tragelavi* pro *Tragelaphi* scribitur in omnibus nostris. Erit ergo *hædus*, vel *sedus*, quasi *vedus* vel *veseus* (licet enim nobis his de rebus cum gravissimis auctoribus interdum argutari), idque secutum fuisse Isidorum, ratio quam subjicit satis videtur ostendere; ea est : *parvieni pinguisissimi sunt, et saporis jucundi*. Voces quoque illas, *unde et edere*, quas alii expungendas censuerant, nos (cum in omnibus libris legantur) libenter retinemus, scribimusque, *unde et edere*; Festus namque *hederam*, vel quod *hæreat*, vel quod *edat*, vel quod *edita* petat, dictam existimat.

ⁿ Nam *hirqui* sunt oculorum anguli. E Serv., ad Eclog. 3. *Hirquos* autem, an *hircos* pro eodem scribas, nihil refert, ut recte monet Pierius Valerianus.

^o *Majores*... a fluvio *Cyniphe* in Libya. Unde Theocrit., id. l. 3 : *Τὸν λιθικὸν κινάκωνα φιλάσσειο μέ τὸ κορόψη*.

^p *Unde eas crepas*. Festus: *Capræ dictæ, vel quod omne virgullum carpant, sive a crepitu crurum, unde et crepas eas prisci dixerunt*.

^q *Quas Græci pro eo, quod acutissime videant*. Origen., homil. 2 in Cant., interprete Hieronymo. *Caprea* (inquit), *id est, dorcas, acutissime videt*.

17. ^a Unde meridiana pars *Ibices* aves vocat, quæ A Nili fluentis inhabitant. Hæc itaque animalia, ut diximus, in petris altissimis commorantur, et si quando ferarum vel hominum adversitatem persenserint, de altissimis saxorum cacuminibus sese præcipitantes in suis se cornibus illæsa suscipiunt.

18. ^b *Cervi* dicti ἀπὸ τῶν κεράτων, id est, a cornibus. Κέρατα enim Græcæ cornua dicuntur. ^c Hi serpentium inimici, cum se gravatos in infirmitate persenserint, spiritu narium eos extrahunt de cavernis, et, superacta perniciæ veneni, eorum pabulo reparantur. ^d Dictamnium herbam ipsi prodiderunt. Nam ea pasti excutiunt acceptas sagittas.

19. Mirantur autem sibilum fistularum. Erectis auribus acute audiunt, submissis nihil. ^e Si quando immensa flumina, vel maria transnatant, capita clunibus præcedentium superponunt, sibique invicem succedentes nullum laborem ponderis sentiunt.

20. ^f *Tragelaphi* a Græcis nominati; quid dum eadem specie sint, ut cervi, villosos tamen habent armos, ut hirci, et menta promissis hirta barbis, qui non alibi sunt quam circa Phasidem.

21. ^g *Innuli* filii sunt cervorum, ab *innucre* dicti, quia ad nutum matris absconduntur.

22. *Damula* vocata, quod de manu effugiat: timidum animal et imbelles; de quo Martialis:

Dente timetur aper, defendunt cornua cervum.

Imbelles damæ, quid nisi præda sumus?

23. ^h *Lepus*, quasi *levipes*, quia velociter currit. Unde et Græcæ pro cursu λαγώς dicitur; velox est enim animal, et satis timidum.

24. *Cuniculi*, genus agrestium animalium, dicti, quasi *caniculi*, eo quod canum indagine capiantur, vel excludantur a speluncis.

^a Unde et meridiana pars. Ex Gregor., xxx Moral., cap. 9, al. 16.

^b *Cervi* dicti. E Serv., ad vers., *Tres littore cervos* Æn. 1.

^c *Hi serpentum inimici*. Ex Orig., homil. 2 in Cant. et Serv., ad eclog. 8, et Plin., lib. viii, cap. 32.

^d *Dictamnium*. Sive *dictamnium* (utraque enim scriptura suos auctores habet), e Solin., cap. 22.

^e *Si quando immensa flumina*. E Gregor., xxx Moral. 10, al. 9.

^f *Tragelaphi*. Solin., c. 22, et Plin., l. viii, c. 33.

^g *Innuli*. Ita scriptum in Gothicis, et in Codicibus Horatianis, lib. 1, od. 23: *Vitas inuleo me similis Chloë*. Quos secuti sunt Canterus, Lambin., et Hartung. Ergo aliter fortasse scribens Innulus νερόρος, quam Hinulus ὁ ἐξ ἵππου, καὶ ἔνου.

^h *Lepus quasi levip*. Varr. inde Re rust., cap. 12: *Lucius Ælius putabat dictum leporem a celeritudine, quod levipes esset; ego arbitror a Græco vocabulo antiquo, quod eum Æoles Bæthii λέποριν appellabant*. Vid. Agell., et Quintil., lib. 1, cap. 6.

ⁱ *Unde et Græci pro cursu λαγώς*. Ut si ἀπὸ τοῦ λαγειν; etenim λα intensionis particula. Alii ἀπὸ τοῦ λαῖν, id est, *cernendo*, quod patentibus oculis dormiat.

Cuniculi... quasi caniculi. Græcis id magis in promptu fuit ἀπὸ τῶν κυνῶν τοὺς κυνίκλους ducere; ita enim Πορϕ., lib. xii, et Ælian., de Hist. Animal. lib. xiii, cap. 15, eos appellant, nisi quod uterque, Hispanam vocem esse dicit. At Varro, lib. iii de Re rust., cap. 12: *Tertii (inquit) generis est, quod in Hispania nascitur, simile nostro lepori, sed humile,*

25. ^k *Sus* dicta, quod pascua *subigat*, id est terra subacta, escas inquirat.

43 *Verres*, quod grandes habeat vires.

^l *Porcus*, quasi *spurcus*. Ingurgitat enim se cœno, luto immergit, limo illinit. Horatius: *Et amica luto sus*; hinc etiam *spurcitia*, vel *spurcus*, nuncupatur.

26. Porcorum pilos *sectas* vocamus, et *setas* a sue dictas, a quibus et *sutores* vocantur, quod ex setis suant, id est, consuunt pelles.

27. ^m *Aper*, a *feritate* vocatus, ablata f littera, et subrogata p. Unde, et apud Græcos ὄαγρος, id est, *ferus* dicitur. Omne enim quod ferum est et immite, abusive agreste vocamus.

28. ⁿ *Juvenus* dictus, eo quod *juvare* incipit hominum usus in excolenda terra, ^o vel quia apud gentiles *Jovi* semper ubique juvenus immolabatur, nunquam taurus. Nam in victimis etiam ætas considerabatur.

29. *Taurus*, Græcum nomen est, sicut et bos. ^p Indicis tauris color fulvus est, volucris pernicitas, pilis in contrarium versis, caput circumflectunt flexibilitate, qua volunt, tergi duritia omne telum respuunt immitti feritate.

30. *Bovem* Græci βοῶν dicunt. ^q Hunc Latini *trionem* vocant, eo quod *terram terat*, quasi *terionem* Nævius: *Trionum hic moderator rusticus*. Cujus latitudo pellium a mento ad crura, *paleariu* dicuntur, a pelle ipsa, quasi *pellearia*, quod est generositatis in bove signum. ^r Boum in sociis eximia pietas. Nam alter alterum inquit cum quo ducere collo aratra consuevit, et frequenti mugitu pium testatur affectum si forte defecerit.

41 31. ^s *Vacca* dicta, quasi *boacca*. Est enim ea

quem *cuniculum* appellant. *Cuniculi* dicti ab eo quod sub terra *cuniculos* ipsi facere soleant, ubi lateant in agris. Varronem sequitur Plin., lib. viii, cap. 55. Videre licet in Adriani numismate Hispaniam ramum ilicis manu tenentem, ad cuius pedes cuniculus.

^k *Sus... quod pascua subig*. Non ineleganter, si respectes, sed Græca est vox, ὄς.

^l *Porcus, q. spurcus*. Nisi Græcum esse mavis cum Varrone.

^m *Aper a feritate*. Varro: *Apri a locis asperis nisi a Græcis, quod his κάπρος*.

ⁿ *Juvenus*. Ex Varr., lib. iv.

^o *Vel qua apud gentiles*. E Serv., ad vers. *Calicolum regimaclabam*. Æn. iii; et Æn. ix, ad vers. *Statuum ante aras*. Vid. Macrobi., de Virgilio versu *Taurum Neptuno*.

^p *Indicis tauris*. Plin., viii, cap. 24, et Solin.

^q *Hunc Latini trionem*. Varro, lib. vi, et Agell. lib. ii, cap. 21.

^r *Boum in sociis eximia pietas*. Ambrosii verba sunt in Orat. de morte Syri fratris: *Bos bovem requirit, se que non totum putat, et frequenti mugitu pium testatur affectum, si forte defecerit cum quo ducere coll aratra consueverat*. Basil., in Orat. in martyr. Julit. *καὶ ποτε εἶδον ἐγὼ βοῶν ἐπὶ φάτνης διακρύβοντα τοῦ νόμου, καὶ ὁμοζύγου τελευτήσαντος*. Virg.:

.... it tristis arator

Mœrentem abjungens fraterna morte juvenem. ^s *Vacca... ex qualitate mobil. nom.* Donatus, in Arte secund. : *Sunt (inquit) genera nominum fixa sunt mobilia: fixa sunt quæ in alterum genus flectuntur*.

qualitate mobilium nominum, sicut leo læna, draco A dracæna.

32. ^a *Vitulus*, et *vitula*, a *viriditate* vocata sunt, id est, ætate viridi, sicut *virgo*. *Vitula* ergo parva est nondum enixa. Nam enixa, juvenca est, aut *yaeca*.

33. ^b *Bubali* vocati per derivationem, quod sint similes boum; adeo indomiti, ut præ feritate jugum cervicibus non recipiant. Hos Africa procreat.

34. *Uri*, agrestes boves sunt in Germania, habentes cornua in tantum protensa, ut regius mensis insigni capacitate ^c ex eis gerulæ fiant, dici *uri* ἀπὸ τῶν ὄρων.

35. *Camelis* causa nomen dedit, sive quod quando onerantur, ut breviores, et humiles fiant, accubant, quia ^d Græci χαμαὶ *humile*, et *breve* dicunt; sive quia curvus est dorso. ^e *Camur* enim verbum Græcum B *curvum* significat. Hos licet et aliæ regiones mittant, sed Arabia plurimos. Differunt autem sibi. ^f Nam Arabici bina tubera in dorso habent, reliquarum regionum singula.

36. ^g *Dromeda*, genus est camelorum, minoris quidem staturæ, 45 sed velocioris. Unde et nomen habet. Nam δρόμος Græce cursus velocitas appellatur. ^h Centum enim et amplius millia uno die pergere solet. Quod animal, sicut bos, et ovis, et camelus ruminat.

37. ⁱ *Ruminatio* autem dicta est a *ruma*, eminente gutturis parte, per quam dimissus cibus a certis animalibus revocatur.

38. *Asinus* et *asellus* a *sedendo* dictus, quasi *asendus*; sed hoc nomen, quod magis equis conveniebat, C ideo hoc animal sumpsit, quia priusquam equos caperent homines, huic præsidere cœperunt. Animal quippe tardum, et nulla ratione renitens, statim ut voluit sibi homo substravit.

39. *Onager* interpretatur *asinus ferus*, ὄνον quippe Græci *asinum* vocant, ἄγριον *ferum*. Hoc Africa habet

non possunt, ut pater, mater, soror. Mobilia autem, aut propria sunt, et duo genera ex se faciunt, ut: Caius, Caia, Marcus, Marcia; aut appellativa, et tria genera faciunt, ut bonus, bona, bonum, etc.

^a *Vitulus*. E Serv., Eclog. III.

^b *Bubali* adeo indomit. Ex Hieron., ad Am. VI, et Solin., cap. 23.

^c *Ex eis gerulæ fiant*. E Solin., 23. Vid. Cæsar., VI, de Bell. Gall.; Plin. lib. VIII, cap. 15; et Serv., ad vers. *Silvestres uri assid*. Georg. II.

^d Græci χαμαὶ. Etymologicum Græcum: Κάμηλος τὸ ζῷον, ὅτι χαμαὶ καθημένη ἀἴρει τὸ φορτίον, ὡσεὶ χάμηλος, ἐτυμολογείται δὲ παρὰ τὸ κάμπτειν τοὺς μηρούς ἐν τῷ καθίσθαι οὐχάμηνος τίς οὖσα. Sed melius Varro, lib. IV: *Camelus eum suo nomine Syriaco in Latium venit*. Est namque Syris *gemal* Hebræis *gamal*.

^e *Camur* enim. E Serv., Georg. III, *canuris, curvis*; at Fest.: *Camera, et camuri boves a Græco χαμητή*.

^f Nam Arabici. E Solin., cap. 52. Sed Bactrianis hoc tribuit Plin., lib. VIII, cap. 18.

Dromeda. Vel *dromedarii*. Nam *dromeda*... præcise credo scriptum in Gothicis, pro *dromedarii*.

^h *Centum enim et amplius mill.* Ex Hier., in Isidor., cap. 21.

ⁱ *Ruminatio dicta est a ruma*. E Serv., ad Eclog. VI. vel a *rumine*, ut legunt Editi: *Rumen est pars*

magnos et indomitos, et j in deserto vagantes. Singuli autem feminarum gregibus præsent. ^k *Nascentibus masculis, zelant, et testiculos eorum morsu detruncant, quod tamen caventes matres eos in secretis locis occultant.*

40. *Asini Arcadie* dicti, quod ab *Arcadia* primum vœti sint magni et alti. ^l Minor autem *asellus* agro plus necessarius est, quia et laborem tolerat, et negligentiam propemodum non recusat.

41. *Equi* dicti, eo quod quando quadrigis jungentur, *æquabantur*, paresque forma et similes cursu copulabantur.

42. ^m *Caballus* a *cavando* dictus, propter quod gradiens ungula impressa terram concavet, quod reliqua animalia non habent; inde et *sonipes* quod pedibus B sonat.

43. Vivacitas equorum multa; exsultant enim in campis, odorantur bellum, excitantur sono tubæ ad prælium, ⁿ voce accensi ad cursum provocantur, dolent cum victi fuerint, exsultant cum vicerint. Quidam hostes in bello sentiunt, adeo ut adversarios morsu petant. ^o Aliqui etiam proprios dominos recognoscunt, oblitum mansuetudinis, si mutentur; aliqui præter dominum nullum dorso recipiunt. ^p Interfectis, vel morientibus dominis multi lacrymas effundunt. Solius equi est propter hominem lacrymari, et doloris affectum sentire. Unde et in centauris, equorum et hominum natura permista est.

44. Solent etiam ex equorum mœstitia, vel alacritate eventum futurum dimicaturi colligere. *Ætas* longæva equis Persicis, Hunnicis, Epiroticis, ac Siculis, in annis ultra quinquaginta; brevior autem Hispanis, ac Numidis, et Gallicis, frequens opinio est.

45. ^r In generosis equis, ut aiunt veteres, quatuor spectantur: forma, pulchritudo, meritum, atque color. Forma, ut sit validum corpus, et solidum, robori conveniens altitudo, latitudo, latus longum,

colli qua cæsa devoratur. Varroni, Nonio et Glossar., *Ruma* est mamma.

^j *In deserto vagantes*. Solin., et Plin., lib. VIII, cap. 3.

^k *Nascentibus masculis zelant*. Eodem modo loquitur Orosius, in Hist. Præfat.: *Non eos quos insectantur oderunt, sed his quos amant zelant*.

^l *Minor autem asellus agro*. Pessime in Editis qui busdam, *onagro* Sunt enim Palladii verba, lib. IV, cap. 14. Idem Columell., lib. VIII, cap. 1.

^m *Caballus*. Respexit ad Virgilium:

At duplex agitur per lumbos spina cavatque Tellurem, et solido graviter sonat ungula cornu.

ⁿ *Voce accensi ad cursum provocantur*. Verior hæc lectio, quam quæ apud Solinum est: *Nonnullitiam accensis facibus ad cursum provocantur*.

^o *Aliqui etiam proprios*. Solin.: *Aliqui inventi sunt qui non nisi primos dominos recognoscere, oblitum mansuetudinis, si quando mutassent consueta servitia*.

^p *Interfectis, vel morientibus dominis*. Nota sunt Homeri et Virgillii de Achillis et Pallantis equis carmina.

Solent etiam event. Plin., lib. VIII, cap. 42.

^r *In generosis eq. quatuor*. Pallad., lib. IV, cap. 13: *In admisso quatuor spectantur: forma, color, meritum, pulchritudo*.

^a venter substrictus, maximæ et rotundæ clunes, A pectus late patens, corpus omne musculorum densitate nodosum, pes siccus, et eornu coneavo solidatus.

46. Pulehritudo, ut sit exiguum eaput, et siccum, pelle prope ossibus adhærente, aures breves, et argutæ oculi magni, ^b nares patulæ, ereeta eervix, coma densa, et cauda, ^c unguarum soliditate fixa rotunditas.

47 47. Meritum, ut sit animo audax, pedibus alaeer, trementibus membris, quod est fortitudinis indieium, quique ex summa quiete faeile eoneitetur, vel excitata festinatione non difficile teneatur. ^d Motus autem equi in auribus intelligitur, virtus in membris tremantibus.

48. ^e Color hic præcipue speetandus : badius, aureus, roseus, myrteus, eervinus, gilvus, glæueus, seutulatus, canus, candidus, albus, guttatus, niger. Sequenti autem ordine, varius ex nigro, badioque distinctus; reliquus varius eolor, vel eincreus deterrimus.

49. Badius autem antiqui vadium dicebant, quod inter cætera animalia fortius vadat. ^f Ipse est et spadix, quem phænicatum vocant, et dictus spadix a eolore palmæ, quam Sieuli spadiam voeant.

50. ^g Glæueus vero est, veluti pictos oculos habens, et quodam splendore perfusus; ^h nam glæueum veteres dieebant album.

ⁱ Gilvus autem, mellinus color est subalbidus.

Guttatus, albus nigris intervenientibus punetis.

51. Candidus autem, et albus invicem sibi differunt. Nam albus cum quodam pallore est, eandidus vero, niveus, et pura luce perfusus.

^a Venter substrictus. Vox venter nulla erat in libris, sed eum constanter substrictus, non substrictum in Goltieis omnibus legeretur, non dubitavimus quin hæc esset vera scriptura, quam indicavit Chacon, ex Columell., lib. vi, cap. 29. Palladii vero loeum mendosum cum eod. Chacone credimus, et ex Isidoro suppleendum.

^b Nares patulæ. Quæ si angustæ sint, diseindi solent ne longo eursu incalescentes suffocentur, ut ait Theophr., lib. iv, de Homin. fabric.

^c Ungular. soliditate fixa rot. Pallad. : Ungularum solida et fixa rotunditas.

^d Motus autem equi in auribus intelligitur. Solin. cap. 30 : Motus equi in auribus intelligitur, animos leonum frons, et cauda indicat.

^e Color hic præcipue speet. Ex Pallad., lib. iv. Varro, apud Non. : Equi colore dispares, ita nati; hic badius, iste gilvus, ille murinus. Vid. Agell., l. ii, c. 26, et l. iii, c. 9, et Alciat., l. ii, Parerg., c. 4.

^f Ipse est spadix. E Serv. Georg. iii. Quos Bajos et datilados Hispani dicimus.

^g Glæueus est veluti pictos ocul. Serv. ; Glæuei felinæ oculis, id est, splendore perfusus.

^h Nam veteres glæueum alb. Nam glæueum albo cæruleum diluit. Unde et Virg. Populus et glæuca canentia fronde salicta. Sed idem de glæuco paulo aliter, lib. xix, cap. 28. Est tamen in tribus Goltieis laeuna : Nam glæueum... veteres diebant.

ⁱ Gilvus mellinus color. E Serv.

^j Canus dictus, qui ex candido et nigro. Tilius, in lib. de Coloribus : Nascitur equus nonnunquam canus, atque albineus, non idem qui et candidus, aut albus, sed hujus non expers, hos nostri tordillos dicunt.

^k Petili appellantur. Festus : Petilam suram unguam equi albam diei ait Scævola. In glossario quoque, ubi perfelis μακροσκελής legitur, petilis μακροσκελής puto legendum : citat ex Plauto Nonius huic versum,

^j Canus dietus, quia ex candido eolore et nigro est. Seutulatus vocatus propter orbis, quos habet candidos inter purpuras.

48 52. Varius, quod vias habeat eolorum imparium. Qui autem albos tantum pedes habent, ^k petili appellantur; ^l qui frontem albam, callidi.

53. Cervinus est, quem vulgo ^m gauranem dieunt. Eranem idem vulgus vocat, quod in modum ære sit eoloris.

ⁿ Myrteus autem est pressus in purpura.

54. ^o Dossinus autem dietus, quod sit color ejus de asino, idem, et cinereus. Sunt autem hi de agresti genere orti, quos equiferos dicimus, et proinde ad urbanam dignitatem transire non possunt.

55. Mauros niger est. Nigrum enim Græci μαύρον vocant.

Mannus vero, equus brevior est, ^p quem vulgo Burieum voeant.

^q Veredos antiqui dixerunt, quod veherent rhedas id est, dueerent, vel 49 quod vias publicas currant per quas et rhedas ire solitum erat.

56. Equorum tria sunt genera, unum generosum ^r præliis, et oneribus aptum; alterum vulgare, atque gregarium ad vehendum, non ad equitandum aptum; tertium ex permistione diversi generis ortum, quod etiam bigenerum dicitur, quia ex diversis naseitur, u mulus.

57. ^s Mulus autem a Græco traetum voeabulum habet, quod jugo pistorum sebaetus, tardas molendo

in Petilis, et in Fronte : Nam coloratam frontem habet petilis. Atque ipse tenuem et exilem ex sua libidine, ut solet, interpretatur.

^l Qui frontem albam calidi. Gloss. : Callidus, λευκομέτωπος. Habent tamen plerique libri ealidi. Sed eallidus probabat A. August.

^m Gauranem dicunt. Retinent eandem voeem Itali, una littera mutata, nam sauro dicunt.

ⁿ Myrteus est pressus in purpura. Pressum quoque in eoloribus equorum numerat Palladius, sed quid apud eum pressus, apud Serv. professus murteum, hoc loe pressus in purpura valeat, nondum satis constitui. Opinor tamen pressi voce significari densiorem (ut ita dixerim) colorem, ducta similitudine ab uvis, quæ quo magis pedibus vel prelo premuntur, minus liquida, et vel ex albis rutila, vel ex rubris subnigra vina reddant.

^o Dossinus. An quia Varro dossuarios vocat asinos oneribus ferendis aptos? et Gloss. dorsuaria, νωτοφόρα. Hunc eolorem murinum dicunt Pallad. et Columella.

^p Quem vulgo buricum. Hieronym., in Eccles. x : Dignitate prælati vias publicas mannis terunt, quos vulgo buricos voeant; et ad Pammachium : Ferventes buricos mannos. Paulin., ad Senec. : Macro et viliore asellis burico sedentem. Et Gloss. : Mannis, βορβηχίς. At Porphyrio : Manni, ait, equi dieuntur pusilli, quos vulgo burdos vocant; et Acro : Mannus burdo; illi minores equos, nos hodie exiguis asellos burricos dicimus.

^q Veredos. Verba sunt Festi, in quo ex Isidoro restituenda vox veredos. Procop., lib. ii de Bello Persic. : 'Ο δὲ ἵπποις τοῖς δημοσίοις ὀχρούμενος, οὗς δὲ βερδέους καλεῖν νενομίχασιν. Julian. Antecessor., in Epitomi. Novell. Justiniani, novell. 139, quod Græce est, τῶν δημοσίων ἵππων δρόμον, veredorum eursum reddunt.

^r Præliis et onerib. — Honoribus quidam libri.

^s Mulus. Μύλον, pistrinum; et μύλη, mola; ergo

ducat in gyrum molas. ^a Judæi asserunt quod Ana abnepos Esau equarum greges ab asinis in deserto ipse fecerit primus ascendi, ut mulorum inde nova contra naturam animalia nascerentur. Onagros quoque admissos esse ob hoc ad asinas; et ipsum istiusmodi reperisse concubitus, ut velocissimi ex his asini nascerentur.

58. Industria quippe humana diversum animal in coitum cogit; sicque adulterina commistio ne genus aliud reperit; sicut, et Jacob contra naturam colorum similitudines procuravit. ^b Nam tales fetus oves illius concipiebant, quales umbras arietum desuper ascenduntium in aquarum speculo contemplabantur.

59. Denique et hoc ipsum in equarum gregibus fieri fertur, ut generosos objiciant equos visibus concipientium, quo eorum similes concipere et creare possint. Nam et columbarum dilectores depietas ponunt pulcherrimas columbas eisdem locis quibus illæ versantur, quo, rapiente visu, similes generent.

60. Inde est quod quidam gravidas mulieres jubent nullos intueri turpissimos animalium vultus, ut cynocephalos, et simios, ne visibus occurrentes similes fetus pariant. ^c Hanc enim feminarum esse naturam, ut quales prospexerint, sive mente conceperint in extremo voluptatis æstu dum concipiunt, talem et sobolem procreent. Etenim anima in usu Venerio formas extrinsecus intus transmittit, eorumque salata typis, rapit species eorum in propriam qualitatem.

61. In animantibus *bigenera* dicuntur, quæ ex diversis nascuntur, ut mulus ex equa et asino; ^d burdo ex equo et asina, ^e hybridæ ex apris et porcis, ^f tityrus ex ove et hircio, ^g musmo ex capra et ariete; est autem dux gregis.

CAPUT II.

De bestiis.

1. *Bestiarum* ^h vocabulum proprie convenit leonibus, pardis, tigribus, lupis, et vulpibus, canibusque et simiis, ac cæteris, quæ vel ore, **51** vel unguibus

Editorum scripturam retinimus; nam mendose Gothici omnes: *Mulus a. a. G. t. v. h. Græcum enim hoc, vel quod jugo*, etc. Nisi Isidorus *mulum* vocem esse Græcam putavit, *molam* tantum Latinam. Sed quaerendus auctor non inegantis senarii, quem nemo olfecit: *Tardas molendo ducat in gyrum molas*.

^a *Judæi asserunt, quod Ana abnep.* Ex Hieron. Quæst. in Gen., cap. 36. Id Paphlagonibus tribuit Homerus, *D.*, 6.

^b *Nam tales fetus.* Ex cod. lib., in cap. xxx Gen. ^c *Hanc enim feminarum dicunt esse naturam.* Verba Hieronymi, *ibid.*

^d *Burdo ex eq. et as.* Varro, II de Re rust., cap. 8: *Ex equa et asino fit mulus; contra, ex equo et asina, hinnus.* Glossar.: *Ἡμίονος ἐξ ἵππου θαλάσσης καὶ ὄνου, mulus. Burdo ἡμίονος ἐξ ἵππου καὶ ὄνου θαλάσσης.*

^e *Hybridæ ex apris et porcis.* Plin., lib. VIII, cap. 53. Acron tamen, ad Satyr. 7. lib. I: *Tractum (inquit) ab aquila, quæ ex aquila et vulture nascitur, sive a canibus, qui nascuntur ex venatico et gregario.*

^f *Tityrus.* Serv. Eclog. 1: *Laconum lingua, tityrus dicitur aries major, qui gregem anteire consuevit.*

^g *Musmo.* Ex Gothiceis; et *musmones* dicuntur a Strabone, lib. V. *Musomones* e Serv., Georg. III, ad vers. *Undis que aries in gurgite vill.* Nonius: *Musimones asini, muli, aut equi breves.*

sæviunt, exceptis serpentibus. *Bestiæ* autem dicti a vi qua sæviunt.

2 ⁱ *Feræ* appellatæ, eo quod naturali utantur libertate, et pro desiderio suo *ferantur*. Sunt enim liberæ earum voluntates, et huc atque illuc vagantur et quo animus duxerit, eo feruntur.

3. *Leonis* vocabulum ex Græca origine inflexum est in Latinum. Græce enim λέων vocatur, et est nomen nothum, quia ex parte corruptum. ^j *Leæna* vero totum Græcum est, sicut, et *dracæna*. ^k Ut autem leæna *lea* dicatur usurpatum est a poetis. ^l Leo autem Græce, Latine *rex* interpretatur, eo quod princeps sit omnium bestiarum.

4. Cujus genus trifarium dicitur. E quibus breves, et juba crispa, imbelles sunt; longi, et coma simplici, acres. ^m Animos eorum frons et cauda indicat. Virtus eorum in pectore, firmitas in capite. Septi a venatoribus terram contuentur, quo minus conspectis venabulis terreantur. Rotarum timent strepitus, sed ignes magis.

5. Cum dormierint, vigilant oculi; cum ambulant, cauda sua cooperiunt vestigia sua, ne eos venator inveniat. ⁿ Cum genuerint catulum, tribus diebus et tribus noctibus catulus dormire fertur; tunc deinde patris fremitu, vel rugitu veluti tremefactus cubilis locus, suscitæ dicitur catulum dormientem.

6. ^o Circa hominem leonum natura est benigna, ut nisi læsi nequeant irasci. Patet enim eorum misericordia exemplis assiduis. Prostratis enim parcunt; ^p captivos obvios repatriare permittunt; hominem **52** non nisi in magna fame interimunt. De quibus Lucretius: *Scymnique leonum*, etc.

7. ^q *Tigris* vocata propter volucrem fugam. Ita enim nominant Persæ et Medi sagittam. Est enim bestia variis distincta maculis, virtute et velocitate mirabilis, ex cujus nomine flumen *Tigris* appellatur, quod is rapidissimus sit omnium fluviorum. Has cretius: magis Hyrcania gignit.

Cap. II. — ^h *Bestiar... serpentibus.* Ex Aug., III de Gen. ad lit., cap. 11.

ⁱ *Feræ appellatæ.* E Serv., ad vers. *Pinguisque ferinæ.* Æn. I.

^j *Leæna.* Ex cod., ad vers. *Catulor, oblita leæna.* Georg. III.

^k *Ut autem leæna dicatur.* Ex cod., Æn. XII. Lucretius:

Irritata leæ jaciebant corpora saltu.

^l *Leo autem Græce, Latine rex.* De hoc loco Ant. August.: *In veteri (inquit) libro Græco post Orionis etymologicon est: Λέων, διὰ τὸ λεαίνειν, ἤγουν νικᾶν.*

^m *Animos eorum frons, et cauda.* Solin., cap. 30. ⁿ *Cum genuerint.* Verba sunt Origenis, homil. 17 in Gen.

^o *Circa hominem leonum naturam.* Serv., ad vers. *Tum demum movet arma leo.* Æn. XII: *Hæc enim leonum natura est, ut nisi lacessiti, irasci nequeant.*

^p *Captivos obvios repatriare.* Solin.: *Cum multi captivorum aliquot leonibus obvii intacti repatriaverint.*

^q *Tigris.* Ex Plin., lib. VIII, cap. 18, et Solin. Etiam apud Armenios *tigrim* sagittam significare ait Varro.

8. *Panther* dictus, ^a sive quod omnium animalium amicus sit, excepto dracone; sive quia et sui generis societate gaudet, et ad eandem similitudinem quidquid accipit reddit. ^b Πάνθ enim Græce *omne* dicitur. Bestia ^c minutis orbiculis superpicta, ita ut oculatis ex fulvo circulis, nigra, vel alba distinguatur varietate.

9. Hæc semel omnino parturit, ejus causæ ratio manifesta est. Nam eum in utero matris coaluere catuli, maturisque ad nascendum viribus pollent, odiunt temporum moras. Itaque oneratam fetibus vulvam tanquam obstantem partui unguibus lacerant, effundit illa partum, seu potius dimittit, dolore cogente. Ita postea corruptis et eicatriciosis sedibus genitale semen infusum non hæret acceptum, sed irritum resilit. ^d Nam Plinius dicit animalia eum acutis unguibus frequenter parere non posse. Vitiantur enim intrinsecus se moventibus catulis.

10. ^e *Pardus*, secundus post pantherem est, genus varium, et velocissimum, et præceps ad sanguinem. Salta enim ad mortem ruit.

11. *Leopardus* ex adulterio leænæ et pardi nascitur, et tertiam originem efficit, sicut et Plinius in naturali historia dicit leonem cum parda, aut pardum cum leænâ concumbere, et ex utroque coitu degeneres partus creari, ^f ut mulus et burdo.

53 12. *Rhinoceros* a Græcis vocatus, Latine interpretatur *in nare cornu*. ^g Idem et *monoceros*, id est, *unicornis*, eo quod unum eornu in media fronte habeat ^h pedum quatuor, ita acutum, et validum, ut quidquid impetierit, aut ventilet, aut perforet. Nam et eum elephante sæpe certamen habet, et in ventre vulneratum prosterñit.

13. Tantæ autem est fortitudinis, ut nulla venantium virtute capiatur; sed, sicut asserunt qui naturas animalium scripserunt, virgo puella pro-

^a Sive quod omnium animalium amicus. Huic etymo favent, quæ Plin. VIII, cap. 17; et Ælian., VI de Hist. animal., referunt. Vulgo *panthera*, quod tota fera sit, dicta putatur.

^b Πάνθ enim OMNE dicitur. Aut aliquid deest (quod visum est A. Aug.), aut hoc potius superfluum inepti alieujus, qui id solum nosset, interpretis glossema.

^c *Minutis orbiculis*, Solin., cap. 21: *Minutis orbiculis superpictæ, ita ut oculatis ex fulvo circulis, vel cærulea, vel alba distinguatur tergi supplex.*

^d Nam Plin. dicit. E Serv., Georg. II, ad vers. *Sæva leonum semina*. Locus vero Plin., lib. VIII, cap. 16.

^e *Pardus secundum post pantheram*. E Solin., ibid.

^f *Ut mulus et burdo*. Ex tribus Codicibus A. August.

^g *Idem et monoceros*. Ex Greg., lib. XXXI Moral., cap. 10, al. 13. Plinius alium a monocerote rhinocerotem esse vult., lib. VIII, cap. 20 et 21. Hunc Romæ sæpe visum, illum negat vivum posse capi. Idem refert Solinus. *Vivus*, inquit, *non venit in hominum potestatem*, et in Balearico Codice, additur hoc loco: *Fertur tantam habere ferocitatem, ut captus statim moriatur.*

^h *Pedum quatuor*. Sic etiam Solin.; sed Plin., *cubitorum duorum; cubiti unius*, Ctesias in Indiis apud Photium; *sesquicubiti*, Ælian., lib. IV, cap. 52. De asinis Indicis. Est etiam in ejus eornu coloris magna varietas apud eosdem. Videtur autem Plinius eundem monocerotem exisimasse cum asino Indico; negat enim lib. XI, cap. 46, aliud esse animal uni-

A ponitur, quæ venienti sinum aperit, in quo ille, omni ferocitate deposita, caput ponit, sicque soporatus, velut inermis capitur.

14. *Elephantem* Græci a magnitudine corporis vocatum putant. **54** quod formam montis præferat. ⁱ Græce enim *mons λέφος* dicitur. Apud Indos autem a voce *barrus* vocatur. Unde, et vox ejus *barritus* dicitur, et dentes *ebur*. ^j Rostrum autem *promuscis* dicitur, quo ille pabulum ori admovet, et est ^k angui similis, vallo munitus eburno.

15. ^l Hos *boves lucas* dictos ab antiquis Romanis: *boves*, quia nullum animal grandius videbant; *lucas*, quia in Lucania illos primus Pyrrhus in prælio objecit Romanis. Nam hoc genus animantis in rebus bellicis aptum est. In eis enim Persæ, et Indi, ligneis turribus collocatis, tanquam de muro jaculis dimicant. Intellectu autem, et memoria multa vigent.

16. ^m Gregatim incedunt, ⁿ motu quo valent saluant, murem fugiunt, aversi coeunt, quando autem parturiunt, in aquis, vel insulis dimittunt fetus propter dracones, quia inimici sunt, et ab eis implicati necantur. Bientio autem portant fetus, nec amplius, quam semel gignunt, nec plures, sed tantum unum.

55 ^o Vivunt annos trecentos. Apud solam Africam et Indiam elephantum prius nascebantur; nunc sola eos India gignit.

17. ^p *Gryphes* vocantur, quod sit animal pennatum, et quadrupes. Hoc genus ferarum in Hyperboreis montibus nascitur. Omni parte corporis leones sunt; alis et facie Aquilis similes, et equis vehementer infesti. Nam et homines visos discernunt.

18. ^q *Camcleon* non habet unum colorem, sed diversa varietate conspersus, ut pardus, dictus autem ita (eo quod cameli similitudinem habet et leonis)

corne præter asinum Indicum et orygem. Sumpsitque id ex Arist., lib. II, cap. 1, de Hist. animal. De certamine rhinocerotis cum elephante, vid. Plin., Solin., Ælian. Diodor., Strab., Agatharchid., in lib. de Mari Rubro.

ⁱ *Græcis enim mons λέφος*. In Gothicis, *clepho*, nulla sententia, ut fere in Græcis vocibus accidit. A. Aug. secuti sumus conjecturam non admodum dubiam. Alias ex aliis originibus aut notationibus elephantis afferre nihil attinet.

^j *Rostrum autem promuscis*. Ex Ambros., IX, Hex., cap. 5.

^k *Et est angui similis*. Lueretius:

... Anguimanos elephantos India, quorum Millibus e multis vallo munitur eburno.

^l *Hos boves Lucas*. Varr., lib. VI, et Plin., VIII, cap. 6. Lueret., lib. V:

Inde boves lucas turrato corpore tetros...
Anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni
Sufferre....

^m *Gregatim incedunt*. Ex Plin., VIII, cap. 5. Solin.: *Oberrant agminatim*.

ⁿ *Motu quo valent saluant*. Solin.: *Solis exortus motib., quibus possunt, saluant.*

^o *Vivunt ann. ccc.* — Est in Græco etymologie. ea de re hemistichium.

^p *Gryphes vocatur quod sit*. Non etymon reddit, ut neque Servius, e quo sunt hæc, in Eclog. 3.

^q *Camelcon... dictus autem*. Post hæc verba lacuna est in Gothicis.

hujus cameleonis corpusculum ad colores quos videt facillima conversione variatur, quod aliorum animalium non est ita ad conversionem facilis corpulentia.

19. ^a *Cameleopardus* dictus, quod dum sit, ut pardus, albis maculis superaspersus, collo equo similis, pedibus bubulis, capite tamen camelo est similis. Hunc Æthiopia gignit.

20. ^b *Lynx* dictus, quia in luporum genere numeratur: bestia maculis terga distincta, ut pardus, sed similis lupo. Unde ille λύκος, iste *lynx*. Hujus urinam converti in duritiam pretiosi lapidis dicunt, qui *lineurius* appellatur, quod et ipsos lynces sentire hoc documento probatur; nam egestum liquorem arenis, in quantum potuerint, contegunt, invidia quadam naturæ, ne talis egestio **56** transeat in usum humanum. ^d Lynces dicit Plinius secundus extra unum non admittere.

21. ^e *Castores* a *castrando* dicti sunt. Nam testiculi eorum apti sunt medicaminibus, propter quod cum præsenferint venatorem, ipsi se castrant, et morsibus vires suas amputant. De quibus Cicero in Scavria: *Redimunt se eâ parte corporis propter quam maxime expetuntur*. Juvenalis:

. qui se
Eunuchum ipse facit cupiens evadere damno
Testiculi.

Ipsi sunt et *fibri*, qui etiam *pontici canes* vocantur.

22. ^f *Ursus* fertur dictus, quod ore suo formet fetus, quasi *orsus*. Nam aiunt eos informes generare partus, et carnem quamdam nasci, quam mater lambendo in membra componit. ^g Unde est illud:

Sic format lingua fetum, cum protulit ursa.

Sed hoc immaturitas partus facit; denique tricesimo die generat. Unde evenit ut præcipitata fecunditas informes procreet. Ursorum caput invalidum; vis maxima in brachiis, et in lumbis; unde interdum erecti insistent.

23. *Lupus* Græca derivatione in linguam nostram transfertur. Lupos enim illi λύκος dicunt, ^h λύκος

^a *Camelopardus*. — *Camelopardalis* dicitur a Plinio et Solin. Vid. Varr., lib. iv.

^b *Lynx dictus*. Goth. *lyneis*, ut supra, lib. xi, *Calcis* pro *calx*.

^c *Λυγούριον*. Dioscorid., Plin., Solin., Ælianus.

^d *Lynces dicit Plin.* E Serv., ad vers. *Degere more feræ*. Æn. iv.

^e *Castores a castrand.* E Serv., ad vers. *Virosaque Ponti Castorca*. Georg. i.

^f *Ursus, q. orsus*, Varro: *Ursi Lucana origo*.

^g *Unde est illud: Sic format ling.* Carmen Dracontii, de quo paulo post.

^h *Λύκος Græce*. Est enim λύσσα, *rabies* et λυσσᾶν, *rabie furere*. Velus Orionis liber: *Λύκος διὰ τὸ κακῶς λίσιν λίσιν τὴν πολίμνην*.

ⁱ *De quo rusticus*. Idem supra, lib. i, cap. 36. Vid. Plin., viii, cap. 28; Solin. in cap. de Ital.; Ambros., vi Hexam., cap. 4.

^j *Lupi... diebus xii coeunt*. E Solin., cap. 8, aut Plin., lib. viii, cap. 22. Arist. non coire, sed parere omnes diebus anni duodecim refert, quod ipse fabulosum putat, lib. vi, cap. 35, de Hist. animal. Duodecim dies parturire Ælianus ait, lib. iv, cap. 4, de Animalibus, his verbis: *Ὁ δὲ βῆσιτος οἱ λύκοι τὴν ὀδίνα ἀπολύουσιν, ἀλλὰ ἐν ἡμέραις δώδεκα, καὶ νυξ τοσαύταις*.

A autem Græce a morsibus appellatur, quod rabie rapacitatis quæque invenerit trucidet. Alii lupos vocatos aiunt, quasi *lepos*, quod quasi leoni, ita sit illi virtus in pedibus, unde quidquid pede presserit, non vivit.

24. *Rapax* autem bestia, et cruoris appetens, de quo rustici aiunt **57** vocem hominem perdere, si eum prior lupo viderit. Unde et subito tacenti dicitur: *Lupus est in fabula*. Certe si se prævisum senserit, deponit feritatis audaciam. ⁱ Lupi toto anno non amplius quam dies duodecim coeunt, famem diu portant, et post longa jejunia multum devorant. ^k Lupos Æthiopia mittit cervice jubatos, et tantum varios, ut nullum colorem illis dicant abesse.

25. *Canis* nomen Latinum Græcam etymologiam videtur habere. Græce enim κῶν dicitur; licet eum **B** ^l quidam a *canore* latratus appellatum aestiment, eo quod insonet, unde et *canere*. Nihil autem sagacius canibus, plus enim sensus cæteris animalibus habent.

26. Namque ^m soli sua nomina recognoscunt, dominos suos diligunt; dominorum tecta defendunt; pro dominis suis se morti obiciunt; voluntarie cum domino suo ad prædam currunt; corpus domini sui etiam mortuum non relinquunt. Quorum postremo natura est, extra homines esse non posse. In canibus duo sunt (spectanda) aut fortitudo, aut velocitas.

27. ⁿ *Catuli* abusive dicuntur quarumlibet bestiarum filii; nam catuli proprie canum sunt, per diminutionem dicti.

28. ^o *Lycisci* autem dicuntur, ut ait Plinius, canes nati ex lupis et canibus, cum inter se forte miscentur. ^o Solent et Indæ feminae canes noctu in silvis alligatæ admitti ad bestias tigres, a quibus insiliri, et nasci ex eodem fetu canes adeo acerrimos, **58** et fortes, ut in complexu leones prosternant.

29. ^d *Vulpes* dicta, quasi *volupes*. Est enim volubilis pedibus, et ^r nunquam rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus currit, fraudulentum animal, insidiisque decipiens. Nam dum non habuerit escam,

^s *Ἐπεὶ τοσοῦτω τὴν Ἀντῶ εἰς Δῆλον ἐξ Ὑπερβορέων ἔλθειν Δῆλοι φασιν*. Theodori Gazæ interpretatio confirmatur verbis Antigoni, mirabilium Narrationum cap. 61: *Φησὶν γὰρ αὐτοὺς ἅπαντας ἐν τῷ τοῦ ἐρηιωτοῦ τέκτειν*. Sed est qui putet xii dies tantum in utero ferre, cui opinioni occasionem præbuit vetus quædam Aristotelis κατὰ πρόδα interpretatio. Lege Pier. Valerian., lib. xi Hieroglyph., in Lupo et Properantia.

^k *Lupos Æthiop.* Sol. Cod. de Æthiop.: *Æthiopia mittit Lycaonem: lupus est cervice jubatus, et tot modis varius, ut nullum illi colorem dicant abesse*.

^l *Quidam a canore latratus*. Varr., lib. iv: *Catulus a sagaci sensu, et acuto. Huc canis, nisi quod tuba et cornu signum eum dat, canel dicitur, quod hic item et nocticulus in custodia, et venandi signum voce dat, canis dictus*. Ubi pro *nocticulus*, *neictaculus* quidam legunt.

^m *Soli nomina sua recognosc.* Ex Plin. et Solin.

ⁿ *Catuli abusive*. E Serv., Georg. iii.

^o *Lycisci*. E. Serv., Eclog. 3.

^p *Solent et Indæ*. Ex Plin., viii, cap. 4, et Solin.

^q *Vulpes dicta*. Varro: *VOLPES, ut Ælius dicebat quod volat pedibus*.

^r *Et nunquam vectis itineribus*. Ex Gregor., xix Moral., cap. 1.

figit mortem, sicque descendentes, quasi ad cada-
ver, aves rapit et devorat.

30. ^a *Simiæ* Græcum est nomen, id est, pressis na-
ribus. Unde et *Simias* dicimus, quod suppressis na-
ribus sint, et facie foeda, ^b rugis turpiter follicanti-
bus, licet et capellarum sit pressum habere nasum.
Alii simias Latino arbitrantur sermone vocatas, ^c eo
quod multa in eis *similitudo* rationis humanæ sen-
titur, sed falsum est.

31. Hæ elementum sagaces, ^d nova Luna exsultant,
media et cava tristantur. Fetus quos amant ante se
gestant, neglecti circa matrem hærent. Harum genera
quinque sunt, ex quibus *cercopitheci* caudas habent.
Simia enim cum cauda est^e quam quidam οὐράν vocant.

32. ^f *Sphinges*, villosæ sunt comis, mammis pro-
minentibus, dociles ad feritatis oblivionem.

Cynocephali, et ipsi similes simiis, sed facie ad
modum canis, unde et nuncupati.

33. *Satyri*, facie admodum grata, et gesticulatis
motibus inquieti.

Callitriches, toto pene aspectu a cæteris distant;
sunt enim in facie producta barba, et lata cauda.

34. *Leontophonos*, bestia modica, et ex eo ita
vocata, quia capta exuritur; ejusque cinere aspersæ
carnes, et positæ per compita semitarum leones ne-
cant, si quantulumcunque ex illis sumpserint.

35. ^g *Histriæ*, animal in Africa erinacii simile,
vocatum a stridore spinarum, quas tergo laxatas
emittit, ut canes vulneret insequentes.

36. ^h *Enhydros* bestiola ex eo nuncupata, quod in
aquis versetur, et maxime in Nilo. Quæ si inveni-
erit dormientem Crocodilum, volutat se in lutum
primum, et intrat per os ejus in ventrem, et carpens
omnia interanea ejus, ⁱ exit viva de visceribus cro-
codili, ipso mortuo.

^a *Simiæ*. E. Serv. Eclog. 10.

Rugis turpiter follicantib. Usus est eadem voce
Apulei., lib. ix: *Quales illi muli senis, vel cantuc-
rui debiles circa præsepium capita demersi, contrun-
cabant moles palearum cervice cariota, vulnerum
putredine follicantes nares languidulas.* Et Hieron.,
in ep. ad Eust., de Cust. Virg: *Si pes laxa pelle non
folleat, et paulo post, laxæ manicæ, caligæ follicantes.*

^c *Quod multa in eis similitud.* Enn.:

Simia quam similis turpissima bestia nobis.

^d *Nova luna.* E. Solin. vid. Arist. et Plin.

^e *Quam quidam οὐράν.* Chaconis conjectura, ut ad
caudam, non ad simiam referatur. Ad lectiones Vul-
canii addas licet ex nostris alias non minus ineptas,
cluram, cram, diuram, cuuram.

^f *Sphinges... callitriches, leontophonos.* Ex Solin.

^g *Histriæ animal in Africa.* It. Plin. viii, cap.
35; at Solin., in *Æthiopia*, cap. 33.

^h *Enhydros.* Solin., Plin., Amn. Marcellin., lib.
xxii Hist., Diodor. Sicul., et Plutarch., in lib. *Utrum
terrestria aquatilib. prudentiora.*

ⁱ *Exit viva de visceribus crocodili, ipso mortuo.*
Pro his verbis in veteribus libris sola hæc leguntur,
et sic moritur. Vid. Plin. et Solin.

^j *Ichneumon, quod odore ἰχθυῶν, hoc est, vesti-
gatorum, sive indagatorum interpretantur Herodot.,
Nicaner et Hesyechius.*

^k *De quo Dracontius... prædicit. Al. præcidit.* Dra-
contius opus sex dierum carmine composuit. Atha-
nagildo regnante, quod poema Eugenius III, To-

A 37. *Ichneumon* Græce vocatus, eo quod odore suo
et salubria **GO** ciborum et venenosa prodantur. ^k De
quo Dracontius ait: *Prædicit suillus vim cujuscun-
que veneni.* Snillus autem a setis est nuncupatus. Hic
etiam serpentes insequitur, qui cum ^l adversus as-
pidem pugnat, caudam erigit, quam aspis maxime
incipit observare, quasi minantem, ad quam cum vim
suam transfert, decepta corripitur.

38. *Musio* appellatus, quod muribus infestus sit.
Hunc vulgus *catum* a *captura* vocant. ^m Alii dicunt
quod *catat*, id est videt. Nam tanto acute cernit, ut
fulgore luminis noctis tenebras superet. ⁿ Unde et a
Græco venit *catus*, id est, ingeniosus, ἀπὸ τοῦ καίεσθαι.

39. ^o *Furo* a *furvo* dictus, unde et *fur*. Tenebrosos
enim et occultos cuniculos effodit, et eicit prædam
B quam invenerit.

40. ^p *Melo*, quod sit rotundissimo membro, vel
quod favos pctat, et assidue *mella* captet.

CAPUT III.

De minutis animantibus.

1. *Mus* pusillum animal, Græcum illi nomen est;
quidquid vero **GI** ex eo trahitur Latinum fit. Alii
dicunt *mures*, quod ex humore terræ nascuntur. ^r Nam
Mus terra, unde et *humus*. ^s His in plenilunio jecur
crescit, sicut quædam maritima augentur, quæ rur-
sus minuente luna deficient.

2. *Sorex*, Latinum est, eo quod rodatur, et in mo-
dum *serræ* præcidatur. ^t Antiqui autem *SORICEN sauri-
cen* dicebant, sicut et *CLODUM claudum*.

C 3. ^u *Mustella* dicta, quasi *mus longus*; nam *tclum*
a longitudine dictum. Hæc ingenio subdola, in domi-
bus, ubi nutrit catulos suos, transfert mutatque se-
dem. Serpentes etiam et mures persequitur: duo
autem sunt genera mustellarum. Alterum enim sil-

let. antistes, sub Cindasuintho et Reccensuintho, et
emendavit, et septimi diei versibus auxit. Hunc li-
brum Gothicis characteribus scriptum bibliotheca
Martini Roderici Azagræ nunc servat.

^v *Adversus aspidem pugnat.* Plin., viii, cap. 24.

^m *Alii dicunt quod catat, id est, acute videt.* Varro,
lib. vi: *Cata, acuta; hoc enim verbo Sabini dicunt;
quare Catus Aelius Sextus non, ut aiunt, sapiens, sed
acutus; simul CATA DICTA, accipienda ACUTE DICTA.*

ⁿ *Unde, et a Græcis venit catus.* E. Serv., ad vers.
Instant ardentes Tyrii. Æn. 1.

^o *Furo a furvo.* Hodie a nobis *huron*, idem cum
D Plinii (ut opinor *viverra*).

^p *Melo.* Quem Georg. Agricola, in lib. de Subter-
ran. animalibus, et (nisi fallor, Plin., lib. viii, cap.
38) *melem* appellant. Sive, ut scriptum est in Var-
rone, edito a P. Victorio, *mælem*. Georg. Alexand.,
in Priscar, vocum enarratione, quæ in libris veterum
de Re rustica sunt: *Meles* (inquit), *animal avibus
inimicum, puto esse id quod vulgus fovinum et ma-
turelum appellant, alii taxum dicunt.*

CAP. III. — ^q *Quidquid vero ex eo trahitur.* Vo-
ces quæ a *mure* ducuntur.

^r *Nam mus terra.* Idem repetit lib. xx, cap. 3.

^s *His in plenilunio.* Cic., in lib. de Divinat.: *Mus-
culorum jecuscula bruma dicuntur augeri.* Item
Plin., lib. xi, cap. 37: *Murium jecusculis fibræ ad
numerum lunæ in mense congruere dicuntur.*

^t *Antiqui soricen.* E. Serv., Georg. 11, 111.

^u *Mustella dicta.* E. Serv., in illud: *At non hoc le-*

vestre, est distans magnitudine, quod Græci *ἰκτιδᾶς* **A** vocant; ^a alterum in domibus oberrans. Falso autem opiniantur qui dicunt mustellam ^b ore concipere, aure effundere partum.

4. ^c *Musaraneus*.

Aranea.

^d Est in Sardinia animal perexiguum, araneæ forma, quæ *solifuga* dicitur, quod diem fugiat. In metallis argentariis plurima est, occulto reptans, et per imprudentiam supersedentibus pestem facit.

62 5. ^e *Talpa* dicta, quod sit damnata cæcitate perpetua, et tenebris. Est etenim absque oculis, semper terram fodit, et humum egerit, atque radices subter frugibus comedit, quam Græci *ἀσφάλακα* vocant.

6. *Glîres* dicti sunt, quia pingues eos efficit somnus. ^f Nam *glîseere* dicimus *creseere*. Hieme enim tota dormiunt, et immobiles, quasi mortui jacent, tempore æstivo ^g reviviscunt.

7. ^h *Hericius* animal spinis coopertum, quod exinde dicitur nominatum, eo quod subrigit se, quando spinis suis clauditur, quibus undique protectus est contra insidias. Nam statim ut aliquid præsensit, primum se subrigit atque in globum conversus in sua se arma recolligit. Hujus prudentia quædam est. Nam dum absciderit uvam de vite, supinus sese volutat super eam, et sic eam, exhibet natis suis.

8. *Grillus* nomen a sono vocis habet. ⁱ Hic retro ambulat, terram terebrat, stridet noctibus; venatur eum formica circumligata capillo in cavernam ejus conjecta, afflato prius pulvere, ne se abscondat, ita formicæ complexibus trahitur.

9. ^j *Formica* dicta, eo quod *ferat micas* farris, cujus solertia multa. Providet enim in futurum, et præparat æstate quod hieme comedat. In messe autem elegit triticum, hordeum non tangit. **63** ^k Dum pluit ei semper frumentum, totum ejicit. ^l Dicuntur in Æthiopia esse formicæ ad canis formam, quæ arenas aureas pedibus eruunt, quas custodiunt ne quis auferat, captantesque ad necem persequuntur.

lum. Æn. ix. Vide Fest., in Arma et Tela. Et Cai. cap. 233 de verb. Signific.

^a *Alterum in domib. oberrans.* Quam Græci *ἀπῶς γαλῆν*, illam *αγρίαν γαλῆν* dicunt.

^b *Ore concipere. aure effund.* Contra, duo Cod. Tarrae. : *Aure concipere, ore effundere*, quod magis probat A. August.

^c *Musaraneus.* Duæ hic lacunæ in Gothicis, uno Ovetensi excepto, in quo : *Musaraneus cujus m.a.p.*; in aliis, vel *interimitur*, vel *moritur*, ut suspecta prorsus mihi sit interpretatio. *Μουγαλῆ* dicitur a Dioscoride. Glossar. : *Μουγαλῆ, musaraneus.* Salm. Cod., *Musaraneus, vel musaranea.*

^d *Est in Sardin.* E Solin., 10.

^e *Talpa...quam Græci.* Ex Hier., in Is. II. Glossar. : *Talpa, ἀσφάλῃ.* Gothicis *ἀσφάλακα* (non *ἀσπάλακα*, ut Hieronymus) habent.

^f *Glîres creseere.* Verba Serv., Æn. XII, in princip.

^g *Reviviscunt.* Post hæc verba ascriptum est in Balearico : *De quo quidam :*

Tota mihi dormitur hiems, et pinguior illo

Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

^h *Hericius.* Ex Ambros., Hexam. VI.

ⁱ *Hic retro ambulat.* Plin., Verb. lib. XIX, cap. ult.

^j *Formica dicta.* E Serv., Æn. IV : *Sane* (inquit)

10. ^m *Formicoleon*, ob hoc vocatus, quia est, vel formicarum leo, vel certe formica pariter, et leo. Est enim animal parvum, formicis satis infestum, quod se in pulvere abscondit, et formicas frumenta portantes interficit. Proinde autem *leo* et *formica* vocatur, quia aliis animalibus ut formica est, formicis autem ut leo est.

CAPUT IV.

De serpentibus.

1. *Anguis* vocabulum omnium serpentium genus, quod plicari et contorqueri potest. Et inde *anguis*, quod *angulosus* sit, et nunquam rectus. Angues autem apud gentiles ⁿ pro geniis locorum erant habiti semper, unde et Persius :

Pinge duos angues, pueri, sacer est locus...

2. *Coluber*, ab eo dictus, quod *colat umbras*, ^o vel quod in *lubricos* tractus flexibus sinuosis labatur. Nam *lubricum* dicitur quidquid labitur dum tenetur, ut piscis, et serpens.

3. *Serpens* autem nomen accepit, quia occultis accessibus *serpit*; non enim apertis passibus, sed squammarum minutissimis nisibus repit. Illa autem quæ quatuor pedibus nituntur, sicut lacerti, et stelliones, non serpentes, sed *reptilia* nominantur. Serpentes autem *reptilia* sunt, quia ventre, et pectore reptant; quorum tot ^p venena, quot genera; tot perniciæ, quot species; tot dolores, quot colores habentur.

64 4. *Draco* major cunctorum serpentium, sive omnium animantium super terram. Hunc Græci *δράκοντα* vocant. Unde et derivatum est in Latinum ut diceretur *Draco*; ^q qui sæpe a speluncis abstractus fertur in aerem, concitaturque propter eum aer. Est autem cristatus, ore parvo, et arcis fistulis, per quas trahit spiritum, ^r et linguam exerit. Vim autem non in dentibus, sed in cauda habet, et verberare potius quam rictu nocet.

5. Innoxius autem est a venenis, sed ideo huic ad mortem faciendam venena non esse necessaria, quia si quem ligaverit, occidit. ^s A quo nec elephas tutus

Formica dicta est ab eo, quod ore ferat micas. Vox *farris* nihil ad etymon, sed hallucinatus est Isidorus, qui commentaria Servii sine versibus poetæ habuerit. Vid. Serv.

^k *Dum pluit ei.* Al., *Dum pluit super ejus frumentum... totum ejicit*, hoc est, *exponit soli*.

^l *Dicuntur in Æthiopia.* Ex Sol., cap. 43.

^m *Formicoleon.* E Greg. v Moral., cap. 16, nisi quod apud eum *myrmicolcon*.

CAP. IV. — ⁿ *Pro Geniis locorum.* E. Serv., Æn. v.

^o *Vel quod in lubricos t. s.* Ex Lact., cap. 8 de Opif.

^p *Tot venena quot genera.* Verba Tertull., in lib. Advers. Gnostic., nisi quod illic, *ingenia*, hic *genera*.

^q *Qui sæpe ab speluncis.* Ex Aug., in ps. CXLVIII.

^r *Ore parv... et linguam exerit.* Vid. Solin., cap. 33. de Æthiop. Dicitur autem *draco* *ἀπὸ τοῦ δράκειν*, id est, *videndo*. Cernit namque acutissime. Macrobi., I Saturn; et Fest., in *Dracones*.

^s *Nec elephas tutus est.* Lucan., lib. IX : *Nec tutus spatio est elephas.* Sunt namque dracones quoque ipsi ingentes. Diodor., lib. IV : *Tradunt quidam in desertis, ac feris locis, serpentes, qui cum elephantis propter aquas pugnant. magnitudine numeroque admirabiles esse, etc.* Et Plin., VIII, cap. 11.

est sui corporis magnitudine. Nam circa semitas delitescens, per quas elephanti solito gradiuntur, crura eorum nodis illigat, ac suffocatos perimit. Gignitur autem in Æthiopia, et India in ipso incendio jugis æstus.

6. ^a *Basiliscus* Græce, Latine interpretatur *regulus*, eo quod rex serpentium sit, adeo ut eum videntes fugiant, quia olfactu suo eos necat, nam et hominem, vel si aspiciat, interimit. Siquidem ad ejus aspectum nulla avis volans illæsa transit, sed quamvis procul sit, ejus ore combusta devoratur.

65 7. A mustellis tamen vincitur, quas illic homines inferunt cavernis in quibus delitescit. Itaque ea visa fugit, quem illa persequitur, et occidit. Nihil enim parens ille rerum sine remedio constituit. Est autem longitudine semipedalis, albis maculis lineatus.

8. ^b *Reguli* autem, sicut scorpiones, arentia quæque sectantur, et postquam ad aquas venerint, ὑδροφίλους et lymphaticos faciunt.

9. ^c *Sibilus* idem est qui et *Regulus*. Sibilo enim occidit, antequam mordeat, vel exurat.

10. ^d *Vipera* dicta, quod *vi pariat*. Nam cum venter ejus ad partum ^e ingemuerit, catuli non expectantes naturæ maturam solutionem, corrosis ejus lateribus, vi erumpunt cum matris interitu. Lucanus :

Viperæ cocunt abrupto corpore nodi.

11. ^f Fertur autem quod masculus, ore inserto viperæ, semen exspuat. Illa autem, ex voluptate libidinis, in rabiem versa, caput maris ore receptum præcidat; ita fit ut parens uterque preat, masculus dum coit, femina dum parturit. Ex vipera autem *pastilli* fiunt, qui θρηξκοί vocantur a Græcis.

12. *Aspis* vocata, quod morsu venena immittat et spargat; ὄφις enim Græci *venenum* dicunt, et inde aspis, quod morsu venenato interimat. Hujus diversa genera, et species, et dispares effectus ad nocendum : ^g fertur autem aspis, cum cœperit pati incantatorem, qui eam quibusdam carminibus propriis evocat, ut eam de caverna 66 educat, illa cum exire noluerit, unam aurem ad terram premit, alteram cauda obturat et operit; atque ita voces illas magicas non audiens, non exit ad incantantem.

^a *Basiliscus*. Ex Hieron., in Is. xiv, et epist. 83, ad Ocean. Quædam tamen ex Plin., viii, et Solin.

^b *Reguli... hydrophobos faciunt*. Verba sunt Hieron., epist., cit. ad Ocean.

^c *Sibilus idem qui et regulus*. Idem esse animal sibilum, regulum et basiliscum suspicor. De regulo aperte in Glossario, Βασιλικός ὁ ὄφις, *regulus...*, et postea : Βασιλισκος, *regulus*. De sibilo basilisci, Plinius, Solinus et Lucanus.

^d *Vipera*. E Serv... aut mala lætum vipera delituit. Georg., iii. Idem Greg., xv Moral., cap. ix. Sed quam commode citetur a Servio Lucani carmen, Isidorus non examinavit. Dicta est tamen *vipera*, quasi *vivipara*, quod non ova, sed animal vivum pariat. Vid. Arist., lib. i de Hist. animal.

^e *Ingemuerit*. Ita habent Gothici, non *intumuerit*.

^f *Fertur autem quod masculus*. Herodot., Nicand., Plin.

^g *Fertur autem aspis*. Ex Aug., in ps. lvii.

^b *Dipsas quæ Latine situla*. — *Sitacula* malim Glossar. : *Sitacula*, δῖψας. De dipsade Solin., cap. 30; et Ælian., lib. vi, c. 50.

A 13. ^h *Dipsas*, genus aspidis, quæ Latine *situla* dicitur, quia, quem momorderit, siti perit.

14. ⁱ *Hypnalis*, generis aspidis dicta; quod somno uccat : hanc sibi Cleopatra apposuit, et ita morte quasi somno soluta est.

15. ^j *Hæmorrhoids*, ASPIS nuncupatur, quod sanguinem sudet, qui ab eo morsus fuerit, ita ut, dissolutis venis, quidquid vitæ est per sanguinem evocet. Græce enim *sanguis* ἄμα dicitur.

16. *Præster*, aspis semper ore patenti et vaporante currit. Cujus poeta sic meminit :

Oraque distendens avidus fumantia præstet.

Hic quem percusserit distenditur, enormique corpulentia necatur; ^k extuberatum enim putredo sequitur.

B 17. ^l *Seps*, tabificus aspis, qui dum momorderit hominem, statim eum consumit, ita ut liquefiat totus in ore serpentis.

18. ^m *Cerastes* serpens dictus, eo quod in capite cornua habeat 67 similia arietum, κέρατα enim Græci *cornua* vocant : sunt autem illi quadrigemina cornicula, quorum ostentatione, veluti esca illice, sollicitata animalia perimit. Totum enim corpus arenis tegit, nec ullum indicium sui præbet, nisi ex ea parte, qua invitatas aves vel animalia capit. Est autem flexuosus, plus quam alii serpentes, ita ut spinam non habere videatur.

19. ⁿ *Scytale* serpens vocatus, eo quod tanta præfulget tergi varietate, ut notarum gratia aspicientes retardet, et quia reptando pigror est, quos assequi non valet, miraculo sui stupentes capit. Tanti autem fervoris est, ut etiam hiemis tempore exuvias corporis ferventis exponat. De quo Lucanus :

Et scytale sparsis etiam nunc sola pruinis
Exuvias positura suas.

20. *Amphisbæna* dicta, eo quod duo capita habeat, unum in loco suo, alterum in cauda, currens ex utroque capite, tractu corporis circulato. Hæc sola serpentium frigori se committit, prima omnium procedens. De qua idem Lucanus ^d :

^o Et gravis in geminum vergens caput Amphisbæna.
Cujus oculi lucent veluti lucernæ.

ⁱ *Hypnalis*. Vide Solin.

^j *Hæmorrhoids*. Lucan., lib. ix :

Dentibus impressit Hæmorrhoids aspera Tullo
Magnanimo juveni, miratorique Catonis.

Utque solet pariter totis se effundere signis
Corycæi pressura croci, sic omnia membra
Emisere simul rutilum pro sanguine virus.

Vide Solin., et Dioscor.

^k *Extuberatum*. E Solin., 30. Ex quo loco (quoniam neque ipse est integer) nihil hic mutamus.

^l *Seps tabificus*. Respexit ad Lucani carmen, l. ix :
Ossaque dissolvens cum corpore tabificus seps.
Vid. Nicand., Schol., et Dioscorid., lib. ii, cap. 70.

^m *Cerastes*. E Solin., 30. E quo *sollicitata animalia AVES* intelligas oportet.

ⁿ *Scytale*. Ex eod. e. Videtur autem Isidorus ἀπό τοῦ στᾶειν ducere, cum alii ἀπό τῆς σκοτάλης, hoc est, *tereti virga*. Nota fuit scytale Laconica, qua Spartæ utebatur resp., ne interceptæ literæ intelligerentur. Dioscorid., lib. vii, *Amphisbænam scytalem* vocat, interpres *Cæciliam*.

^o *Et gravis in geminum vergens*. Etiam legitur

21. ^a *Enhydris*, coluber in aqua vivens. Græci enim Ἐνὺδρ ἀquam vocant.

22. ^b *Hydros*, aquatilis serpens, a quo icti obturgescunt, cujus quidam morbum *Boam* dicunt, ^c eo quod fimo *bovis* remediatur.

23. *Hydra*, draco multorum capitum, qualis fuit in ^d Lerna palude provinciæ Arcadiæ; hæc Latine *excestra* dicitur, quod, uno cæso, **SS** tria capita excresecbant, sed hoc fabulosum est. Nam constat *hydram* locum fuisse evomentem aquas vastantes vicinam civitatem, in quo, uno meatu clauso, multi erumpabant. Quod Hercules videns, loca ipsa exussit, et sic aquæ clausit meatus. Nam *hydra* ab *aqua* dicta est.

24. ^e *Chelydros* serpens, qui et *chersydros* dicitur, quia et in aquis et in terris moratur. Nam χέρσον dicunt Græci *terram*, Ἐνὺδρ *aquam*. Hic per quam labitur terram fumare facit, quem sic Macer describit:

Seu terga expirant spumantia virus;
Seu terræ fumant, qua teter labitur anguis.

Et Lucanus:

Tractique via fumante chelydri.

25. ^f *Natrix*, serpens aquam veneno inficiens. In quocunque enim fonte fuerit, eum veneno immiscet, de quo Lucanus: *Et Natrix violator aquæ*.

26. ^g *Cenchrus*, serpens inflexuosus, qui semper iter rectum efficit. De quo Lucanus:

Et semper recto lapsurus limite cenchrus.

Semper enim directus ambulat. Nam si se torserit dum currit, statim crepat.

27. ^h *Parias*, serpens, qui semper in cauda ambulat, et sulcum facere videtur. De quo idem Lucanus:

Et contentus iter cauda sulcare parias.

28. ⁱ *Boas*, anguis Italiæ immensa mole: persequitur greges armentorum, et bubulos; et plurimo lacte irriguis uberibus se innectit, et sugens interimit, atque inde a *boum* depopulatione *boas* nomen accepit.

surgens apud Lucan., quomodo legisse videtur Solinus, qui *consurgere in geminum caput* dixit. Vid. Nicand., in *Theriac*.

^a *Enhydris*. Ex Plin., xxxi, cap. 7.

^b *Hydros aquatilis*. Verba Festi, ex *Boa*.

^c *Eo quod fimo bovis*. Plin., lib. xxviii, cap. 18. *Boas* sanat tinam bubulum, unde et nomen traxere.

^d *In Lerna palude*. E Servio, ad vers. *Bellua Lerna*. Æn. vi.

^e *Chelydros*. Verba sunt Servii, ad vers. *Galbanocoque agitare*. Georg. 3. Quæ autem in omnibus libris sequebantur post hæc Lucani verba: *Semper namque directus*, etc., *cenchri* ut aptaremus, auctor nobis fuit A. Aug. Id, quin rectum sit, dubitatur. am credo neminem.

^f *Natrix*. Male in omnibus libris *rinatrix*, etiam in Lucani versu. Hunc, quod anguillæ simillimus sit, edentibus exitio sæpe fuisse ferunt.

^g *Cenchrus*. Ita dictus, quod ejus maculæ milio, quod Græci κέρχρον dicunt, similes sint.

^h *Parias*. Παρά τὸ περυσιωμένως ἔχειν τὰς παρειάς (ait Græcus etymologist.), hoc est, ab inflatis maxillis. Hunc Æsculapii anguem vult esse Ælian., lib. iii, c. 11.

ⁱ *Boas*. E Solin., cap. 8.

^j *Jaculus*. Ex eod., cap. 30.

^k *Sirenæ*. Plin., lib. x, cap. 49.

29. ^j *Jaculus* serpens volans, de quo Lucanus: *Jaculique volucres*. Exsiliunt enim in arboribus, et dum aliquod animal obvium fuerit, **SS** *jactant* se super illud, et perimunt; unde et *jaculi* dicti sunt. In Arabia autem serpentes sunt cum alis, quæ ^k *sirenæ* vocantur, quæ plus currunt ab equis, sed etiam et volare dicuntur, quorum tantum virus est, ut mortuum ante mors insequatur quam dolor.

30. ^l *Ammodytes* dicta, quod colorem arenæ habeat. De qua poeta:

Quam parvis pictus maculis Thebaus Ophites
Concolor exustis, atque indiscretus arenis
Ammodytes.

31. ^m *Seps*, exigua serpens, quæ non solum corpus, sed, et ossa veneno consumit. Cujus poeta sic meminit:

Ossaque dissolvens cum corpore tabificus seps.

32. *Dipsas*, serpens tantæ exiguitatis fertur, ut cum calcatur non videatur. Cujus venenum ante extinguit, quam sentiatur, ut facies præventa morte, nec tristitiam induat morituri. De quo poeta:

Signiferum juvenem Tyrrheni sanguinis Aulum
Torta caput retro Dipsas calcata momordit.
Vix dolor, aut sensus dentis fuit.

33. ⁿ *Solpunga*, serpens est quæ non videtur.

^o *Cæcula*, dicta, eo quod parva sit, et non habeat oculos.

Centupeda, a multitudine pedum dicta.

34. *Lacertus*, reptilis genus est, vocatus ita, quod brachia habeat. **70** Genera lacertorum plura, ut botrax, salamandra, saura, stellio.

35. *Botrax* dicta, quod ranæ habeat faciem; nam Græci *ranam* βότραχον vocant.

36. ^p *Salamandra* vocata, quod contra incendia valeat; cujus inter omnia venena vis maxima est. Cætera enim singulos feriunt: hæc plurimos pariter interimit; nam si arbori irrepserit, omnia poma inficit veneno, et eos qui ederint occidit, quin etiam

^l *Ammodytes*. Ita procul dubio legendum, dictusque *ammodytes* ἀπὸ τοῦ δύνειν τὸν ἄμυρον. Ut autem hic *ophites* pro *ammodyte* subiret, carmen Lucani fecit, in quo vox utraque corrupta erat, sed *ammodytes* magis, nam in *admotus* mutatus, serpentis speciem prorsus exuerat. Gloss.: *Harrenarius, ammodytes*.

^m *Seps exigua*. Hæc cur repetenda fuerint, non video.

ⁿ *Solpunga*. Mira varietas in hac voce tum in Codicibus Isidori, tum apud alios etiam auctores. Nam est *salpiga, salpuga, solipuga, salpinga, scalpiga, scalpia*, apud Solin. *solifuga*, in Gloss. *solipaga*, ἡλιοκεντρὶς μύλας εἶδος. Plin., lib. xxix: *Est et genus formicarum venenatum, non fere in Italia; solipugas Cicero appellat, salpugas Bætica*. Ut non mirum sit *salpygæ* nomen retinuisse plerosq. libros Gothicos. Festus: *Solipunga genus bestiolæ maleficæ, quod aerius, concitatusque fit fervore solis, unde etiam nomen traxit*. Lacanus vero:

Quis calcare tuas metuat, salpuga, tenebras?
Al., *solpuga latebras*.

^o *Cæcula*. Glossarium, *Cæca*. Columella, lib. vi, cap. 17, *Cæcilia*.

^p *Salamandra vocata, quod contra incendia*. — *Id* (Plinius) inquit *si verum esset, jam esset experta Roma*. Sed nunquam ego credam de etymologia cogitasse Isidorum in his verbis.

si vel in puteum cadat, vis veneni ejus potantes interficit. Ista contra incendia repugnaus, ignes sola animalium exstinguit. Vivit enim in mediis flammis sine dolore et consumptione, et non solum, quia non uritur, sed exstinguit incendium.

37. *Saura*, lacertus, qui quando senescit, cæcantur oculi ejus, et intrat in foramen parietis aspicientis contra Orientem, et orto sole intendit, et illuminatur.

38. *Stellio*, de colore inditum nomen habet. Est enim tergore pictus lucentibus guttis in modum *stellarum*. De quo Ovidius :

..... aptumque colori

Nomen habet, variis stellatus corpora guttis.

^a Hic autem scorpionibus adeo contrarius traditur, ut viso eo pavorem iis afferat, et torporem.

39.^b Sunt, et alia serpentium genera, ut *ammodytæ*, et *phantiæ*, *chamædracontes*. Postremo quantus nominum, tantus mortium numerus. Omnes autem serpentis natura sua frigidae sunt, nec percutiunt, nisi quando calescunt; nam quando sunt frigidae, nullum tangunt.

40. Unde et venena eorum plus die quam nocte nocent. Torpent enim noctis algore, et merito, quia frigidi sunt nocturno rore. In se enim adducunt vaporem gelidae pestes et natura frigida. Unde et hieme in nodos torpent, aestate solvuntur.

41. Inde est quod dum quicumque serpentium veneno percutitur, primum obstupescit; et postea ubi in illo calefactum ipsum virus exarserit, statim et hominem exstinguit. ^c Venenum autem dictum, eo quod per venas vadit. Infusa enim pestis ejus per venas vegetatione corporis aucta discurrit, et ^d animam exigit.

42. Unde non potest venenum nocere, nisi hominis tetigerit sanguinem. Lucanus :

Noxia serpentum est admisto sanguine pestis.

Omne autem venenum frigidum est, et ideo anima, quae ignea est, fugit venenum frigidum. In naturalibus bonis, quae nobis et irrationabilibus animantibus videmus esse communia, vivacitate quadam sensus serpens excellit.

43. Unde et legitur in Genesi : *Serpens autem erat sapientior omnibus pecoribus terrae*. ^e Dicit autem Plinius (si creditur) quod serpentis caput, etiam si cum duobus evaserit digitis, nihilominus vivit. ^f Unde et totum corpus objicit pro capite ferientibus.

44. ^g Anguibus universis hebes visus est. Raro in adversum contuentur, nec frustra, cum oculos non in fronte habeant, sed in temporibus, adeo ut citius audiant quam aspiciant. ^h Nullum autem animal in

^a Hic autem scorpionibus. E Plin. xxix, cap. 4.

^b Sunt et alia genera. Ex Solino. Sed ammodytes praetermitti potuit, nam de eo jam dixerat. At haec in adversariis ferri possunt.

^c Venenum autem. E S. Aen. i, ad v. Fallasq. veneno.

^d Animam exigit. Cod. 4 Tarracon. et Raban.

^e Dicit autem Plin. Ex eod., ad vers. Tumidum caput abdedit alte. Georg. iii.

^f Unde et totum corpus. Ex Aug., in ps. lviii.

^g Anguib. universis. E Solin., 30.

^h Nullum autem anim. E Serv., ad vers. Linguis vibrantib. Aen. ii.

tanta celeritate linguam movet ut serpens, adeo ut triplicem linguam habere videatur, cum una sit.

45. ⁱ Serpentium uda sunt corpora, adeo, ut quaecunque eunt, viam humore designent. Vestigia serpentium talia sunt, ut cum pedibus carere videantur, costis tamen, et squammarum nisibus repant, quas a summo gutture usque ad imam alvum parilli modo dispositas habent. Squammis enim, quasi unguibus, costis, quasi cruribus innituntur.

46. Unde si in qualibet corporis parte, ab alvo usque ad caput, ictu caput aliquo collidatur, debilis reddita cursum habere non possit, quia ubicunque ictus ille inciderit, spinam solvit, per quam costarum pedes et motus corporis agebantur. Serpentes autem diu vivere dicuntur, adeo ut, deposita veteri tunica, senectutem deponere atque in juventam redire perhibeantur.

47. Tunicae serpentum *cxuvia* nuncupantur, eo quod iis quando senescunt, sese exuunt, quibus exuti in juventam redeunt. Dicuntur autem *cxuvia* et *induvia*, quia *exuuntur* et *induuntur*.

48. ^j Pythagoras dicit de medulla hominis mortui, quae in spina est, serpentem creari, quod etiam Ovidius in Metamorphosis libris commemorat, dicens :

Sunt qui cum clauso putrefacta est spina sepulcro,
Mutari credant humanas angue medullas.

Quod si creditur, merito evenit ut sicut per serpentem mors hominis, ita per hominis mortem serpens. ^k Fertur autem quod serpens hominem nudum non sit ausus contingere.

CAPUT V.

De vermibus.

1. *Vermis* ^l est animal, quod plerumque de carne, vil de ligno, vel de quacunque re terrena sine ullo concubitu gignitur, licet, nonnunquam et de ovis nascantur, ut scorpio. Sunt autem vermes, aut terrae, aut aquae, aut aeris, aut carni, aut frondium, aut lignorum, aut vestimentorum.

2. *Aranca*, vermis aeris, ab aeris nutrimento cognominata, ^m quae exiguo corpore longa fila deducit, et telae semper intenta nunquam desinit laborare, perpetuum sustinens ⁿ in sua arte suspendium.

3. *Sanguisuga*, vermis aquatilis, dicta, quia sanguinem sugit. Potantibus enim insidiatur, cumque illabatur faucibus, vel ibi uspiam adhærescit, sanguinem haurit; et cum nimio cruore maduerit, id evomit quod hausit, ut recentiore denuo sugat.

4. ⁿ *Scorpio*, vermis terrenus, qui potius vermibus ascribitur, non serpentibus: animal armatum acu-

ⁱ Serpentum uda. E Serv., ad vers. Udo sublapso veneno. Aen. vii.

^j Pythagoras dicit. Ex eod., Aen. v, ad vers. Geniumque loci, famulumque p. Aen. v. Vid. Plin., x, cap. 66; Plutarch., in Clement.; et Aelian., lib. i, cap. 53; et Ovid., xv Metam.

^k Fertur autem quod serpens hominem nudum. Ex epist. ad Præsidium, de Cerco paschali, apud Hieron., t. IX.

CAP. V. — ^l Vermis est anim. Aug., in ps. xxi: Vermis de carne sine concubitu nascitur.

^m In sua arte. Ita Gothici, Al., in suo labore.

ⁿ Scorpio. vermib. non serpentib. E. Solin., 30.

leo, et ex eo Græce vocatum, quod cauda figat, et **A** arcuato vulnere venena diffundat. ^b Proprium autem est scorpionis, quod manus palmam non feriat.

5. *Cantharis*, vermis terrenus, qui humano corpori statim ut fuerit applicatus, sui adustione vesicas efficit plenas humore.

6. ^c *Multipes*, vermis terrenus, ex multitudine pedum vocatus, qui contactus, in globulum complicatur. Nascitur sub petris ex humore et terra.

7. *Limax*, vermis limi dictus, quod in limo, vel de limo nascatur, unde et sordidus semper et immundus habetur.

8. *Bombyx*, frondium vermis, ex cujus textura bombycinum conficitur. Appellatur autem hoc nomine, ab eo quod evacuetur, dum fila generat, et aer solus in eo remaneat.

9. *Eruca* frondium vermis, in oleribus, vel pampino involuta, ab *erodendo* dicta, de qua meminit ^d Plautus: *Imitatus nequam bestiam et maleficam involutam in pampino*. Implicat se eadem, ^e nec advolat, ut locusta, ut huc illucque discurrens, semipasta dimittat; sed permanet perituris frugibus, et tardo lapsu pigrisque morsibus universa consumit.

74 10. *Teredonas* Græci vocant lignorum vermes, quod *terendo* edant. ^f Hos nos *termites* dicimus. Ita enim apud Latinos ligni vermes vocantur, quos tempore importuno cæsæ arbores gignunt.

11. *Tinea*, vestimentorum vermis, dicta, quod *teneat*, et eousque insideat, quoad erodat. Inde pertinax eo quod in eadem rem identidem urgeat.

12. *Vermes carniū*, hemiceranius, lumbricus, ascaridæ, costi, pediculi, pulices, lendes, tarmus, ricinus, **C** usia, cimex.

13. ^g *Hemicranius*, vermis capitis vocatur.

Lumbricus, vermis intestinorum, dictus, quasi *lumbicus*, quia labitur, vel quod in lumbis sit.

^h *Ascaridæ*....

ⁱ *Costi*....

14. *Pediculi*, vermes cutis, a *pedibus* dicti. Unde et *pediculos* dicuntur, quibus pediculi in corpore effervescunt.

^a *Arcuato vulnere*, Hieron., advers. Vigilant.: *Scriptit Tertullianus scorpiacum rectissimo nomine, quia arcuato vulnere in Ecclesie corpus venena diffudit*. Itemque in prolog. Josue.

^b *Proprium autem*. Plin., xxix. cap. 4.

^c *Multipes*. Ὀνίσκος vocatur a Græcis. Vid. Galen. **D** lib. xi de Simp. medicam. facult.

^d *Plautus*. In Cistellar.: *Imitatur nequam bestiam et damnificam. Phi. Quamnam, amabo? La... Invololum que in pampini folio intorta implicat se*.

^e *Nec advolat ut locusta*. E Hieron., ad Am. iv.

^f *Hos nos termites dicimus*. Serv. ad illud.: *Aut tempestivam silvis:— Nam tempore importuno cæsæ arbores termites faciunt, illa enim ligni vermes vocantur*.

^g *Hemicranius*. Chacon.: *Cum Marcellus (inquit), lib. ii de Medicam., ita scribat: « Hemicranium statim curant vermes terreni, pari numero sinistra lecti, » vercor ne Isidorus hemicranium vermem inde eduxerit, quamvis eod. nomine morbum et medicinam vocari nihil prohibet*.

^h *Ascaridæ*. — *Tipulas* reddit pro *asca idis* Gaza.

15. *Pulices* vero vocati sunt, quod ex *pulvere* magis nutriantur.

Lendes...

^j *Tarmus*, vermis est lardi.

^k *Ricinus*, vermis canis, vocatus eo quod hæret in auribus canum, *κύων* enim Græce *canis* est.

16. ^l *Usia*, vermis est porei, appellata quia *urit*. Nam ubi momorderit, adeo locus ardet, ut statim ibi vesicæ fiant.

17. ^m *Cimex*, de similitudine cujusdam herbæ vocatus, cujus fetorem habet.

18. Proprie autem vermis in carne putri nascitur, tinea in vestimentis, **75** eruca in olere, teredo, in ligno, tarmus in lardo.

19. *Vermis*, nou, ut serpens, apertis passibus, vel **B** squammarum nisibus repit, quia non est illi spinæ rigor, ut colubro, sed in directum corpuseculi sui partes gradatim porrigendo contractas, contrahendo porrectas motum explicat, sicque agitatus perlabitur.

CAPUT VI.

De piscibus.

1. *Pisces* dicti, unde et pecus a *pascendo*, scilicet.

2. ⁿ *Reptilia* ideo dicuntur hæc quæ natant, eo quod reptandi habeant speciem et naturam; quamvis se in profundum immergant, tamen in natando repunt. Unde et ait David: *Hoc mare magnum et spatiosum; illic reptilia, quorum non est numerus*.

3. *Amphibia* sunt quædam genera piscium, dicta eo quod ambulandi in terris usum et natandi in aquis officium habeant. Ἄμφι etiam Græce *utrumque* dicitur, id est, quia in aquis, et in terris vivunt, ut phocæ, crocodili, hippopotami, hoc est, equi fluviales.

4. Pecoribus autem et bestiis, et volatilibus ante homines nomina imposuerunt, quam piscibus quia prius visa sunt et cognita. ^p Piscium vero postea paulatim, cognitis generibus, nomina instituta sunt, aut ex similitudine terrestrium animalium, aut ex specie propria, sive moribus, seu colore, vel figura, aut sexu.

5. Ex similitudine terrestrium, ut ranæ, leones,

Hesychius: Ἀσκαρίδες εἶδος σκωλήκων. De his medicor. libri consulendi.

ⁱ *Costi*. Vid. Fest. et Plin., de Cossis.

^j *Tarmus*. Fest.: *Tarmes genus vermiculi carnem exedens*. Sed pro *termine* quoque accipi ostendunt exempla quæ ad hunc Festi locum affert Scalig.

^k *Ricinus*. Glossar.: *Riginus, κύριον*, et postea κύριον φθέρ, *ricinus*. Utitur hac voce Columella in *Morbis canum*, lib. vii, cap. 13.

^l *Usia*. Quoniam *s* ab *r* vix distinguitur in Gothicis characterib., *uriam* quam *usiam* magis probabat A. Aug.

^m *Cimex* de similitudine cujusdam herbæ. Anhyperici, quando nomen κύρις commune utrique?

CAP. VI.—ⁿ *Reptilia*. Ex Ambros., Hexam. v, cap. 1.

^o *Et spatiosum*. Vox *manib.*, quæ est in editis, abest a Gothicis, ut etiam a LXX, quos Isidorus sequitur, ut dubium non sit quin ex Hieronymo manarit in editionem Vulgatam. Nos vocem Hebræam exprimus, eum *brazos de mar* dicimus. LXX satis habuerunt εὐρύχωρον dicere.

^p *Piscium vero postea*. Ambros., v Hexam., cap. 2.

et vituli, et ^a nigri merulae, et pavi diverso colore, **A** collo et dorso picti, et ^b turdi **77**albovarii, et caetera quae sibi juxta species terrestrium animalium nomina vindicarunt. Ex moribus terrestrium, ut canes in mari a terrenis canibus nuncupati, quod mordeant. Et lupi, quod improba voracitate alios persequantur.

6. ^o A colore, ut umbræ, quia colore umbræ sunt; et ^d auratæ, quia in capite auri colorem habent; et varii a varietate, quos vulgo tructas vocat. ^o A figura, ut orbis, quia rotundus est, totusque in capite constat, ut solea, quod sit instar calciamentorum soliis. A sexu, ut ^f musculus, quod sit balenæ masculus, ejus enim coitu concipere hæc bellua perhibetur. ^g Hinc, et musculi cochlearum, quorum lacte concipiunt ostreae.

7. *Balenæ* autem sunt immensæ magnitudinis bestiae, ab emittendo, et fundendo aquas vocatæ. Caeteris enim bestiis maris altius jaciunt undas: βάλλειν enim Græce *emittere* dicitur.

8. ^h *Cete* dicta, τὸ κῆτος, καὶ τὰ κήτη, hoc est, ob immanitatem. **77** Sunt enim ingentia genera belluarum, et æqualia montium corpora, qualis cetus exceptit Jonam, ejus alvustantæ magnitudinis fuit, ut instar obtineret inferni, dicente propheta: *Exaudivit me de ventre inferni.*

9. *Equi marini*, quod prima parte equi sunt, postrema solvuntur in piscem.

ⁱ *Phocas*, dicentesse boves marinos, quasi *boacas*.

10. *Cærulci* a colere appellati; nam cæruleum est viride cum nigro, ut est mare.

11. ^j *Delphines* certum habent vocabulum, quod **C** voces hominum sequantur, vel quod ad sympho-

^a *Nigri meruli*. Negat Varro *merulum* dici, sed ter legitur in Glossar.

^b *Et turdi albovarii*. *Alvovari* quoque legitur in aliquib. Isidori et Ambrosii libris. De turdorum coloribus. Aristoteles, Athenæus, et Massarius in iis quæ de Piscibus, ad Plin.

^c *A colore, ut umbræ*. Hujus piscis Varro meminit lib. iv, et Græci *σκαλανας* vocant. Plin., xxxii, cap. 11, et Ovid. in *Halieutico*. Glossar., σκιδός ἰχθύος.

^d *Et auratæ*. — *Chrysophrys*, Ovidio.

^e *A figura, ut orbis*. — *Orchis*, apud Plin., xxxii, cap. 2, cujus hæc sunt: utrum verius, alii judicent.

^f *Musculus, quod sit balenæ masculus*. Rei potius quam vocis etymon, magnum namque amicitie exemplum *balena*, et *musculus*. Ait Plin., lib. ix, cap. ult.

^g *Hinc, et musculi cochlearum*. Plin., ix, cap. 35.

^h *Cete dicta*. τὸ κῆτος, καὶ τὰ κήτη. E Serv., *Æn.* v, sed usum Isidorum Servii commentariis sine Virgilii verbis hic quoque locus indicat. Nam quod sequitur, *hoc est, ob immanitatem*, e Serv. se putavit describere, quasi ille *cete immania* interpretatus esset, cum *immania cete* verba sint Virgilii. Neque in hac *ceti* etymologia defendenda laborandum censeo, quamvis alias quoque res, ut naves, propter magnitudinem *cete* dici non ignoro. Reliqua sunt ex Amb., v *Hexam*, cap. 9.

ⁱ *Phocas*. Quod *bocas* Manuscripti quidam habent, e digammo fluxit.

^j *Delphines*. Non *delphin*, sed *simon*, vel (ut in aliis libris) *sinomon*, ex Solin., cap. 18.

^k *Est et Delphin. gen. in Nilo*. Solin., cap. 35, de *Ægypto*: *Hi Delphines erocodilos studio alliciunt ad*

niam gregatim convenient: nihil in mari velocius istis, nam plerumque salientes naves transvolant. Quando autem præludunt in fluctibus, et undarum semolibus saltu præcipiti feriunt, tempestates significare videntur: hi proprie *Simoncs* nominantur. ^k Est et *Delphinum* genus in Nilo dorso serrato, qui erocodilos, tenera ventrium secantes, interimunt.

12. ^l *Porci marini*, qui vulgo vocantur *suilli*, qui dum escam quærunt, more suis terram sub aquis fodiunt. Circa guttur enim habent oris officium, et nisi rostrum arenis immergant, pastum non colligunt.

13. *Corvi* a *cordis voce* dicti, quia grunniunt pectore, suaque voce proditi capiuntur.

78 14. ^m *Thynni* nomen Græcum habent. Hi ingrediuntur veris tempore: intrant dextro latere, lævo exeunt. Hoc inde creduntur facere, quod ⁿ dextris oculis acutius videant, quam sinistris.

15. ^o *Gladius* dicitur, eo quod rostro mucronato sit et ob hoc naves perfossas mergit.

16. *Serra* nuncupata, quia serratam cristam habet, et subternatans navem secat.

17. *Scorpio* dictus, quia lædit, dum manu tollitur. ^p Tradunt decem cancris cum ocimi manipulo alligatis, omnes qui ibi sunt scorpiones ad eum locum congregari.

18. ^q *Aranea*, genus piscis, dictus quod aure feriat, habet enim stimulos, quibus percutit.

19. ^r *Crocodilus*, a *croceo* colore dictus, gignitur in Nilo, ^s animal quadrupes in terra, et in aquis valens, ^t longitudine plerumque viginti cubitorum, dentium, et unguium immanitate armatum, tantaque cutis duritia ^u ut quamvis fortium ictus lapidum tergo repercussus non sentiat.

natandum, demersisque astu fraudulentum tenera ventrium subternatantes secant, et interimunt.

^l *Porci marini qui vulgo vocantur suilli*. Et nos sollos vulgo dicimus. Lubenterque assentimur iis qui *siluros* eosdem esse existimant.

^m *Thynni... hi ingrediuntur*. Pontum intellige, e Solin., cap. 18, apud quem *ingrediuntur* legitur in Manuse., non *illabuntur*. Vid. Arist., viii de Hist. anim., cap. 13, et Plin., ix, cap. 15.

ⁿ *Quod dextris oculis acutius*. Ita Aristot., Plinius et Solinus. Contra Plutarch., in libro *Utra prudentiora animal. terrest. an aquatil.*, acutius thynnos oculo sinistro cernere existimat.

^o *Gladius*. E Plin. xxxii, cap. 2.

^p *Tradunt decem cancris*. Ex eod. cap. 5.

^q *Aranea*. Plin., lib. ix, cap. 48: *Pestiferum (inquit) in aquis animal araneus, spinæ in dorso aculeo noxius*; etymologia e re utcumque voci aptata, nam de feriendo (quod ad vocem attinet) ne cogitas e quidem Isidorum credimus.

^r *Crocodilus a croceo colore*. Recte, si verum est, quod P. Martyr, in lib. iii de Legatione ad Sultanum narrat, comperisse se e nautis flavos esse erocodilos. Sed Eustach. et etymologic. Græcum. quod *crocum* fugiat; unde in apiariis crocum spargitur; sed hoc de terrestri: de marino, quod τὰς κρέκας, hoc est *littora* timeat.

^s *Animal quadrupes*, E Solin., cap. 35.

^t *Longitudine plerumque xx cubitor.* xviii, Plin. et Herodot.

^u *Ut quamvis fortium ictus lap. Solin.: Ut ictus quovis tormento adactos tergo repercussat.* Vid. Arist., Herod., Plin.

20. Nocte in aquis, die humi quiescit; ova in terra ovēt; masculus et femina vices servant. Hunc, pisces quidam serratam **79** habentes, cristam tenera ventrium desecantes, interimunt. Solus ex animalibus superiorem maxillam movere dicitur.

21. ^a *Hippopotamus* vocatus, quod sit equo similis dorso, juba et hinnitu, rostro resupinato, aprinis dentibus, cauda tortuosa (ungulis bifidis). Die in aquis commoratur; nocte segetes depascitur, et hunc Nilus gignit.

22. ^b *Pagrum*, quem Græci φαγρον, ideo nuncupant, quod duros dentes habeat, ita ut ostreis in mari alatur.

23. ^c *Dentix*, pro multitudine, et granditate dentium dictus.

^d *Lepus*, a similitudine capitis nuncupatus.

24. *Lupum*, ut dictum est, aviditas appellavit, piscem in captura ingeniosum; ^e denique reti circumdatus fertur arenas arare cauda, atque ita conditus transire rete.

25. ^f *Mullus* vocatus, quod *mollis* sit, atque tenerimus, cujus cibo tradunt ^g libidinem inhiberi, ^h oculorum autem aciem hebetari; homines vero, a quibus sæpe pastus est, ⁱ piscem olent. ^j *Mullus* in vino **80** necatus iis qui inde biberint tædium vini affert.

26. *Mugilis* nomen habet, quod sit *multum agilis*; nam ubi dispositas senserit piscatorum insidias, confestim retrorsum rediens ita transilit rete, ut volare piscem videas.

27. *Melanurus*, eo quod nigram caudam habeat, et nigras pennas, et in corpore lineas nigras; *μελαν* enim Græci *nigrum* vocant.

28. *Glaucus* a colore dictus, eo quod albus sit ^k Græci enim *album λευκόν* dicunt. Hic æstate raro apparet, nisi tantum in nubilo.

^a *Hippopotam.* E Solin., ibid

^b *Pagrum.* Strabo, lib. xvii: Φαγρόριος ἐν καὶ φαγρον καλοῦσι. Gloss.: Φάγρος, ἰχθύς *dentatus*.

^c *Dentix.* Sive *dentex.* *Dentices pisces.*, Colum., viii, cap. 18.

^d *Lepus a similitudine cap.* Ælian., lib. xvi, cap. 19. Magni maris leporem omni parte ad terreni similitudinem accedere præter pilos, ait. At Plin., ix, cap. 48: *Lepus in nostro mari offa informis, colore tantum lepori similit.* Quare a similitudine coloris legebatur Chacon.

^e *Deniq. reti circumdatus.* Ex Plin.

^f *Mullus quod mollis.* An quod Plin. ait mullum, si lepore vescatur, tenerescere, et ingratiorem viliorumque fieri? Non defendo, si quidem hæc Isidori sunt; de etymolog. vide Plin., ix, cap. 17, et inf., xix, cap. ultim.

^g *Libidinem inhibeat.* Quod echineidi tribuit Plin., lib. xxxii, cap. 10.

^h *Oculor. autem aciem hebetari.* Sic Plin., eod. lib., cap. 7.

ⁱ *Piscem olent,* Compl. Goth., *horrent*; hoc si attentius inspicias, lepori, non mullo, tribuit Plinius, lib. xxxii, cap. 1, sed aliter: *Homines (inquit) quib. impactus est, piscem olent.*

^j *Mullus in vino... affert.* Ex eod. lib. cap. 10.

^k *Græci enim album λευκόν.* Secuti sumus Vulcan. et Ant. Aug., quamvis *γλευκόν* pro *γλαυκόν*, quod in Gothicis est, non rejiciamus. Virg.:

... populus, et glauca caesentia fronde salicta.

29. ¹ *Thymallus* ex flore nomen accepit. Thymus quippe flos appellatur, nam dum sit specie gratus, et sapore jucundus, tamen sicut flos fragrat, et corpore odores aspirat.

30. ^m *Scarus* dictus, eo quod solus escam ruminare perhibetur, denique alii pisces non ruminant. Tradunt autem hunc ingeniosum esse. Namque inclusum nassis, non fronte crumpere, nec infestis viminibus caput inserere, ⁿ sed aversum caudæ ictibus crebris laxare fores, atque ita retrorsum redire; quem luctatum ejus si forte a'ius scarus extrinsecus videat, apprehensa mordicus cauda, adjuvare nisus erumpentis.

31. *Sparus* a lancea missili traxit nomen, quod ejusdem figuræ sit. Terrestria enim prius inventa sunt quam marina; ^o nam *sparus* est telum rusticarum missile, a *sparcendo* dictum.

32. ^p *Australis piscis*, sive quia aquarum undam suo ore suscipit, sive quia tunc hic piscis oritur, quo tempore tendere in occasum pleiades cœperint.

81 33. ^q *Hamio*, saxatilis, dextra sinistraque lateribus virgis puniceis perpetuis, aliisque discoloribus, designatur: dictus *hamio*, quia non capitur nisi *hamo*.

34. ^r *Echeneis*, parvus et semipedalis pisciculus nomen sumpsit, quod navem adhærendo retineat. Ruant licet venti, et sæviant procellæ, navis tamen, quasi radicata in mari stare videtur, nec moveri, non retinendo, sed tantummodo adhærendo. Hunc Latini *remorum* appellaverunt, eo quod cogat stare navigia.

35. ^s *Uranoscopus* vocatur ab oculo quem in capite habet, a quo semper supra intendit.

36. ^t *Milvago* nominatus, quia evolat super

¹ *Thymallus.* Amb., v Hex., cap. 2, elegantissimus locus.

^m *Scarus.* Ex eodem: neque necesse est *escarum* scripsisse Isidorum, ut etymon conveniat; illud multo durius quod ait Plinius, adeo littoribus Italiæ ignotum, ut nec nomen Latinum habeat; raros certe satis indicat Horatii versus:

Non me Lucrina juverint conchyliæ,
Magisve rhombus, aut scari,
Si quos eois infonata fluctibus
Hiems ad hoc vertat mare.

ⁿ *Sed aversum caudæ ictib.* Plin. xxxii, cap. 2.

^o *Nam sparus telum.* E Serv. ad vers. *Agrestis armat sparus.* Æn. xi.

^p *Australis piscis.* Sæpe monuimus non contulisse Isidorum Servii commentaria cum Virgilii verbis, ideoque declinasse interdum a Servii mente. Hoc igitur loco, cum pisces marinos captaret, cœlestes inscius in eodem rete conclusit. Ergo deleri hæc jubebat Chacon. Locus Servii ad carmen *Aut eadem sidus fugiens*, Georg. iv.

^q *Hamia.* Ita scribendum ex Plutarch., lib. Utra prudentior. animal., qui ab ἡμα dici vult, id est, *simul*, quod gregatim hi pisces incedant.

^r *Echeneis.* Plin., xxxii, cap. 1.

^s *Uranoscopus.* Qui anthias, callyonymusque a quibusdam putatur. Plin., xxxii, cap. 7.

^t *Milvago... tempestates mutari.* Plin., ibid., *tempestates mutari*, cap. 7. Trebius Niger auctor est. Est autem in libris veterib. *milvago*, non *milvago*.

quam; quoties autem cernitur extra aquam volitans, tempestates mutari (designat).

37. ^a *Squatus* dictus, quod sit *squamis* acutis; unde et ejus cute lignum politur.

38. ^b Civitas Syriæ, quæ nunc Tyrus dicitur, olim *Sarra* vocabatur a pisce quodam, qui illic abundat, quem lingua sua *sar* appellant; ex quo derivatum est hujus similitudinis pisciculos ^c *sardas sardinasque* vocari.

39. *Halec*, pisciculus ad liquorem salsamentorum idoneus, unde et nuncupatus.

40. ^d *Aphorus*, pisciculus, qui propter exiguitatem hamo capi non potest.

82 41. *Anguillæ* similitudo anguis dedit nomen, origo ejus ex limo. Unde et quando capitur adeo lenis est, ut quanto fortius presseris, tanto citius elaboratur. ^e Ferunt autem Orientis fluvium Gangem anguillas tricenis pedibus gignere. ^f Anguilla vino necata, qui ex eo biberint, tædium vini habent.

42. ^g *Draco marinus* aculeos in branchiis habet ad caudam spectantes, qui dum percusserit, quaqua ferit venenum fundit, unde et vocatus.

43. ^h *Murænam* Græci *μύραιναν* vocant, eo quod complicet se in circulos. ⁱ Hanc si minini tantum sexus esse tradunt, et concipere a serpente, ob id a piscatoribus tanquam a serpente sibilo evocatur et capitur. Ictu autem fustis difficulter interimitur, ferula protinus; animam in cauda habere certum est. Nam capite percusso vix eam interimi, cauda statim exanimari.

44. *Congrus*...

Polypus, id est, multipes; plurimos enim nexus habet. Iste ingeniosus hamum appetens brachiis complectitur, non morsu; nec prius dimittit quam escam circumroserit.

45. *Torpedo* vocata, eo quod corpus *torpescere*

^a *Squatus*. Plin., xxxii, cap. 11; et cap. ultim. : *Rhina*, quem squatum vocamus, licet lib. ix eumdem *squatinam* vocet. Glossar., *squatus*, *ρίνα εἰδὸς ἰχθύος*. Angli quoque hodie *scate* appellant.

^b *Civitas Syriæ, quæ nunc Tyr.* E. Serv., ad vers. *Sarrana dormiat ostro*. Georg. ii. Fest. : *Sarra Tyros insula, quæ nunc Epiros, id est, continens*.

^c *Sardas, sardinus*. Veteres Cod. *sarras*, fortasse non male; solet namque ex duplici *r* alterum in *d* non raro mutari; sed *sardæ* hodie nomen etiam in vulgari lingua retinent.

^d *Aphorus*. Ita scripsisse Isidorum etymologia indicat, sed *aphros* rectum erat, ex Arist., lib. iv de Hist., cap. 15. Athenæus quoque, lib. vii : τὸν θαλάττιον γόνον, ἐν ἡμεῖς μὲν ἀφύην, ἄλλοι δὲ ἀφρούην ὀνομάζουσιν εἰ δὲ ἀφρον.

^e *Ferunt autem*. E Plin., ix, cap. 3.

^f *Anguilla vin.* Ex eod., lib. xxxii, cap. 10.

^g *Draco marinus*. Eumdem hunc videtur cum scorpione facere. Vid. Plin., lib. ii, cap. ultim.

^h *Muræna eo quod complicat se in circulos*. Num ad murænulas aureas, quæ sunt in Salomonis canticis respexit, quas priores pisce *muræna* esse voluit, eadem ratione, qua *sparum* telum pisce quoque *sparo* priorem antea dixerat? Porro *μύραινα*, sive *σύραινα* (nam utroque modo effertur) a verbo *μύρω*, id est, *fluo*, dicta est, ut Eustachius putat.

ⁱ *Hanc feminino genere*. Ex Plin., xxxii, cap. 2.

^j *Narrat Plin., ex Indico mari*. Lib. xxxii, cap. 1,

faciat, si eam quisquam viventem tangat. ^j Narrat Plinius Secundus, « ex Indico mari torpedo etiam procul, et e longinquo, vel si hasta virgaque attingatur, quamvis prævalidos lacertos torpescere, quamlibet ad cursum veloces pedes alligari. » Tanta enim vis ejus est, ut etiam aura corporis sui afficiat membra.

83 46. *Sepia* dicitur, quia ^k sepibus interclusa facilius capitur. In coeundo obscenum genus, ore enim concipit, sicut vipera. Cujus atramenti tanta vis est, ut lucernæ addito ^l *Æthiopes* videri, ablato priori lumine, quidam tradant.

47. ^m *Lulligo*, tradunt in Oceano Mauritaniæ non procul a Lixo flumine tantam multitudinem lulliginum evolare ex aqua, ut etiam naves demergere possint.

48. ⁿ *conchæ*, et *cochleæ* hæc ex causa vocata, quia deficiente luna cavantur, id est, evacuantur. ^o Omnium enim clausorum maris animalium atque concharum incremento lunæ membra turgescunt, defectu evacuantur. Luna enim cum in augmento fuerit, auget humorem; cum vero in defectum venerit, humores minuuntur; hoc enim physici dicunt. *Conchæ* autem primæ positionis nomen, *cochleæ* vero per diminutionem, quasi *conchulæ*.

49. *Concharum* multa genera sunt, ^p inter quas, et *margaritiferae*, ^q quæ *Celoe* dicuntur, ^r in quarum carne pretiosus calculus solidatur. De quibus tradunt ii qui de animantium scripsere naturis, quod nocturno tempore littora appetunt, et ex cœlesti rore ^s *margaritum* concipiunt, unde et *Celoe* nominantur.

50. ^s *Murex*, cochlea est maris, dicta ab acumine et asperitate, quæ alio nomine ^t *conchylum* nominatur, propter quod circumcisa ferro lachrymas coloris purpurei emittat, ex quibus purpura

sed *Antico*, sive *Antiaco* pro *Indico* legendum credo; nam de eo loquitur illic Plinius. Nisi deleri hæc MAVIS, de Ant. August. sententia.

^k *Sepibus interclusa... concipit*. Verba Plin., lib. ix, cap. 51.

^l *Æthiopes videri*. Ex Plin., xxxiii, cap. 10.

^m *Lulligo... evolare ex aqua*. Varro : *Loligo, quod subvolat, littera, commutata, primo, voligo*.

ⁿ *Conchæ et cochleæ*. Al., *cochlæ*.

^o *Omnium enim clausorum maris animal*. Verba Palladii, lib. ult., cap. 6.

^p *Inter quas margaritiferae*. Plin., xxxii, cap. ultim.

^q *Quæ celoe... et inf. unde, et celoe*. Etiam *eceloe, oeceloc, ocoele, et cocleæ* legitur. *Ocelli*, vel *ocellati* placebat A. Aug. (sed etymon cæli non convenit). Varro in Marcipor. apud Nonium : *Altera exorat patrem libram ocellatorum, altera virum semodium margaritarum*. Suet. in Aug. : *Ocellatis nucibusque ludit*. Etymon autem ocellatorum ex oculorum similitudine. Nam et Athenæus, lib. lxxxiii, cap. 8, margaritas bis oculis piscium magnis comparat.

^r *In quar. carne pretiosus calculus solidatur*. Ambros., v Hex., cap. 11 : *Unde etiam ostreis pretiosissimam margaritam natura infixerit, quomodo eam maris aqua in tam molli carne solidaverit*.

^s *Murex*. E. Serv., ad vers. *Concussæ cautes*, Ea. v.

^t *Conchyl*. E Vitruv., lib. vii, cap. 13. Ead. repetuntur lib. xix, cap. 28.

tingitur, et inde *ostrum* appellatum, quod hæc tinctura ex testæ humore elicitor.

51. *Canceri* vocantur, quia conchæ sunt crura habentes, ^a inimica ostreis animalia; eorum enim carnibus vivunt miro ingenio. Nam quia valida testa ejus aperiri non potest, explorat quando ostrea claustra testarum aperiat; tunc cancer latenter lapillum injicit, atque impedita conclusione ostreae carnes erodit. Tradunt quidam decem canceris cum ocimi manipulo alligatis, omnes qui ibi sunt scorpiones ad eum locum coituros. Duo autem sunt genera cancerorum, fluviatiles et marini.

52. *Ostrea*, dicta est a *testa*, quibus mollities interior carnis munitur. Græci enim *testam* ὀστράκα vocant. ^b Ostrea autem neutro, carnes ejus feminino dicuntur genere.

53. *Musculi* sunt, ut prædiximus, cochleæ, a quorum lacte concipiunt ostreae, et dicti *musculi*, quasi *masculi*.

54. *Pelorides*, a *Peloro* promontorio Siciliæ, ubi abundant, cognominatæ sunt. (Unde Virgilius dicit:)

Ecce autem Boreas angusta ab sede Pelori.

55. ^d *Unques*, a similitudine humanorum unguium dicti.

56. ^e *Testudo* dictus, eo quod tegmine testæ sit adopertus in cameræ modum. **85** Sunt autem quatuor genera, terrestres, maritimæ, lutariæ, id est, in cæno et paludibus viventes. Quartum genus fluviatiles, quæ in duci aqua vivunt. Tradunt quidam, quod incredibile est, tardius ire navigia testudinis pedem dextrum vehementia.

57. ^f *Echinus*, a terrestri echino nomen traxit, quem vulgus *hericium* vocat. Hujus testula duplex, spinis aculeata in modum castanearum, quando adhuc opertæ de arboribus cadunt. Caro ejus mollis, et

^a *Inimica ostreis*. Plutarch., dicto jam lib., et Ambros., v Hex., cap. 8. De polypo hæc eadem Plin., ix, cap. 30.

^b *Ostrea autem neutro*. Vide Serv., ad vers. *Ostriferi fauces tentantur Abydi*, Georg. i, et Non. Sed ex iis locis, quos citant contra potius existimare liceat promiscue utroque genere usurpasse Latinos.

^c *Quorum lacte concipiunt ostreae*. Ita Goth. omnes *Ostrea* tamen, si sibi constare, aut Servium sequi vellet, dixisse debuit. Plin., ix, cap. 51: *Nuper compertum est in ostreariis humorem in iis fetificum modo lactis effluere*.

^d *Unques*. E Plin.

^e *Testudo*.... *Sunt autem quatuor gen.* Item e Plin.

^f *Echinus*. Ambros., vi Hex., cap. 4: *Echinus iste terrenus, quem vulgo hericium vocant*. Gloss., *Ercius*, ἐχίνος, *erinacius*.

^g *Circa genitales*. Ex Ambros., v Hex., cap. 10.

^h *Et sonos vocis importun.* Ex Origen., hom. 4 in Exod.

ⁱ *Quædam Rubetæ*. Plin., xxxii, cap. 5.

^j *Aliæ calamitæ*. Idem, cap. 10.

^k *Mutæ, et sine voce*. Plin., xxxii, cap. 6.

^l *Agredulæ*. Ex Goth. alii *agridulæ*.

^m *Sfungia, a fingere*.—*Sphingiam* pro *spongia* scripsisse aliquos indicat Charisius. *Sfungia* (inquit) *sine dicenda est*. Nam Græce ψιλῶς dicitur σπόγγος. Quin

minio similis. Et is tribus modis dicitur, ut *testudo*, ac *peloris* et *conclea*; nam et quod edimus, et ubi caro inest, utrumque dicitur peloris.

58. *Ranæ*, a garrulitate vocatæ, eo quod ^g circa genitales strepunt paludes, ^h et sonos vocis importunis clamoribus reddunt. Ex iis quædam aquaticæ dicuntur, quædam palustres, ⁱ quædam rubetæ, ob id, quia in vepribus vivunt grandiores cunctarum. ^j Aliæ calamitæ vocantur, quoniam inter arundines, fruticesque vivunt, minimæ omnium, et viridissimæ, ^k mutæ, et sine voce sunt.

59. ^l *Agredulæ*, ranæ parvæ in siccis vel agris morantes, unde et nuncupatæ. Negant quidam canes latrare, quibus in offa rana viva fuerit data.

60. ^m *Sfungia*, a *fingere*, id est, nitidare et extergere dicta, Afranius: **86** *Accedo ad te, ut tibi cervicem sfungam linteo*, id est, extergam. Cicero: *Effingebatur fungis sanguis*, id est, extergebatur. ⁿ Animal autem esse docetur cruore inhaerente petris. Unde, et dum abscinditur, sanguinem remittit.

61 Nam alia sunt viventia in aquis, et discurrunt, ut pisces, ^o alia stant fixa, ut ostreae, echini, sfungia. Ex his alias mares dici, eo quod tenui sunt fistula, spissioresque; alias feminas, quæ majoribus fistulis sunt, ac perpetuis: alias duriores, quas Græci appellant τράγους, et nos hircosas dicere possumus ob asperitatem sui.

62. ^p Mollissimum genus earum *pennicilli* vocantur, eo quod aptæ sint ad oculorum tumores, et ad extergendas lippitudines utiles. Candidæ sfungia cura fiunt; per æstatem enim ad solem sternuntur, et, sicut cera Punica, candorem bibunt.

63. ^q Animalium omnium in aquis viventium nomina cxliv, Plinius ait, divisa in generibus belluarum, serpentium communium terræ, et aquæ, cancerorum, concharum, locustarum, peloridum, polypo-

etiam Græci; vel ἀπὸ τοῦ σπᾶν τὰ ὑγρά, vel ἀπὸ τοῦ σφίγγειν κατὰ τὰς ἐκθλίψεις, hoc est, vel ab attrahendo vel exprimendo humore deducunt. Notum illud Suet. in Vespas., procuratoribus illum suis pro spongiis uti, quod quasi siccos madefaceret et exprimeret humentes. Ut autem ab *effingendo* traheret Isidorus Servius fecit qui *FINGERE tergere* interpretatur. *Æn.* viii, adducto ad id Ciceronis loco e Sextian. Quæ de generibus spongiarum referuntur, ex Arist. sumpta videntur, lib. v de Hist., cap. 16, et Plin. ix, cap. 45.

ⁿ *Animal autem esse docetur*. Plin., xxxi, cap. ultim.

^o *Alia, quæ stant fixa*. Arist., lib. iv de Histor., cap. 6.

^p *Mollissimum genus earum pennicilli*. Verba sunt Plinii. Sed in Codice vetustissimo Plinii Eccles. Toletanæ non *pennicilli*, sed *pennicillis* legitur hoc modo: *Mollissimum genus earum pennicillis oculorum tumores levat*. Ita fortasse nullum spongiarum genus *pennicillus* a Plinio dictum fuerit; scio tamen Festum ita scribere: *Penniculi spongiæ longæ, propter similitudinem caudarum appellatæ*.

^q *Animalium omnium in aq. viv. nom. cxliv*. Idem numerus in Codice Plin. Eccl. Tolet. ; in vulgatis clxxvi. Hieronymus, in Ezech. xlvi, ex Oppiano et aliis, qui ἐλευτὰ scripsere, refert cliv esse piscium genera, eaque omnia capta fuisse vult ab apostolis Joann. xxi.

rum, solearum, lacertorum, et loliginum, et his-
similia, ex quibus multa, quodam naturæ intellectu,
temporum suorum ordinem agnoscunt, **S**7 quædam
verò in suis locis sine mutatione vagantur.

64. In piscibus autem feminis, aliæ commistione
masculi concipiunt, et pariunt catulos; aliæ ponunt ova
sine ^a masculi commistione suscepta, ^b quæ idem in-
sequens sui seminis jactu perfundit; et quæ hoc mu-
nere fuerint afflata, flunt generabilia; quæ vero per-
fusa non fuerint, sterilia perseverant, aut putrescunt.

CAPUT VII.

De avibus.

1. Unum ^c nomen avium, sed genus diversum.
Nam sicut specie sibi differunt, ita et naturæ diver-
sitate; nam aliæ simplices sunt, ut columbæ; aliæ
astutæ, ut perdix; aliæ ad manum se subjiciunt, ut
accipiter; aliæ reformidant, ^d ut garamantes; aliæ
hominum conversatione delectantur, ut hirundo;
aliæ in desertis secretam vitam diligunt, ut turtur;
aliæ solo semine reperto pascuntur, ut anser; aliæ
carnes edunt, et rapinis intendunt, ut milvus; ^e aliæ
enchoriæ, quæ manent in locis semper, ut struthio;
aliæ adventitiæ, quæ propriis temporibus revertun-
tur, ut ciconiæ, et hirundines; aliæ congregæ, id
est gregatim volantes, ut sturni, et coturnices; aliæ
solivagæ, id est, solitariæ propter insidias depræ-
dandi, ut aquila, accipiter, et quæcunque ita sunt;
aliæ vocibus strepunt, ut hirundo; aliæ cantus edunt
dulcissimos, ut cygnus, et merula, aliæ verba et vo-
ces hominum imitantur, ut psittacus et pica.

SS 2. Sed et alia, sicut genere, ita et moribus in-
numerabilia. Nam voluerum quot genera sint, inve-
nire quisquam non potest. ^f Neque enim omnis In-
diæ, et Æthiopiæ, aut Scythiæ, deserta quis penetrare
potuit, qui earum genus vel differentias nosset.

3. *Aves* dictæ, eo quod vias certas non habeant,
sed per *avia* quæque discurrant.

Alites, quod alis alta intendant, et ad sublimia
remigio alarum conscendant.

4. *Volneres* a *volando*; ^g nam unde volare, inde et
ambulare dicimus. *Vola* enim dicitur media pars pe-
dis, sive manus, et in avibus *vola* pars media alarum,
quarum motu pennæ agitantur, inde et volucres.

5. *Pulli*, dicuntur omnium avium nati, sed, et ani-
malium quadrupedum nati *pulli* dicuntur, et ^h homo
parvus *pullus*. Recentes igitur nati *palli* dicuntur, eo

^a *Maseuli commistione suscepta*, Al., *suseptione*
concepta.

^b *Quæ idem insequens*. Arist. vi de Hist. anim.,
cap. 13, de Ovis piscium, Gaza interprete: *Nee vero*
hæc omnia secunda sunt, sed ea quibus editis mas
semen aspersione genitale. Sub partu enim mas in-
sequens semen ovis aspergit, et quæ eo afflantur,
iis piseiuli enaseuntur.

CAP. VII. — ^c *Unum nomen avium... psittacus*.
Omnia ex Ambros., v. Hex., cap. 14. Præter exem-
pla quæ ab Isidoro quoque ommissa putabat Chacon.

^d *Ut Garamantes*. De quibus Nicephorus lib. ix.

• *Aliæ enchoriæ*. Ex voce *eneuriæ*, aut *eneoriæ*,
ineolæ ibrarii, non omnino absurde fecerant. Basi-
lius, a quo Ambrosius ἐγγεῖρα.

^f *Neque enim omnis Indiæ*. E. Plin., xxxiii, cap. 11.

A quod *polluti* sunt; unde, et vestis nigra *pulla* dicta est.

6. *Alæ* sunt, in quibus pennæ per ordinem fixæ
volandi exhibent usum. Vocatæ autem alæ, quod iis
aves complexos *alant* et foveant pullos.

7. *Penna* a *pendendo*, id est, a volando, dicta, unde
et *pendere*; volucres enim pennarum auxilio moven-
tur, quando se aeri mandant.

8. *Pluma*, quasi *piluma*; nam sicut pili in quadru-
pedum corpore, ita pluma in avibus.

9. Avium nomina multa a sono vocis constat esse
composita, ut grus, corvus, cygnus, pavo, milvus,
ulula, cuculus, graculus, etc.; varietas enim vocis
eorum docuit homines quid nominarentur.

10. *Aquila*, ab acumine oculorum vocata. ⁱ Tanti
enim contuitus esse dicitur, ut cum super maria im-
mobili penna feratur, nec humanis pateat obtutibus,
de tanta sublimitate pisciculos natate videat, **S**9
ac tormenti instar descendens raptam prædam pennis
ad litus pertrahat.

11. ^j Nam et contra radium solis fertur obtutum
non flectere, unde et pullos suos ungue suspen-
sos radiis solis objicit, et quos viderit immobilem te-
nere aciem, ut dignos genere conservat, si quos vero
inflectere obtutum, quasi degeneres abjicit.

12. *Vultur*, a volatu tardo nominata putatur. Ma-
gnitudine quippe corporis præpetes volatus non ha-
bet: ^k harum quasdam dicunt concubitu non misce-
ri, et sine copula concipere, et generare, natosque
earum pene usque ad centum annos procedere.

^l Vultures autem, sicut et aquilæ, etiam ultra maria
cadavera sentiunt; altius quippe volantes multa quæ
montium obscuritate celantur ex alto illæ conspiciunt.

13. ^m *Bradypus* apud Græcos vocatur, *avis* apud
nos *tarda*, eo quod gravi volatu detenta, nequaquam,
ut cæteræ volucres, attollitur velocitate pennarum.

14. *Grues* vero nomen de propria voce sumpse-
runt, tali enim sono susurrant. Hæ autem dum pro-
perant, unam sequuntur ⁿ ordine litterato. De qui-
bus Lucanus:

Et turbata perit dispersis littera pennis.

Excelsa autem petunt, quo facilius videant quas pe-
tant terras.

15. Castigat autem voce quæ cogit agmen. At ubi
raucescit, succedit alia; nocte autem excubias di-
vidunt, et ordinem vigiliarum per vices faciunt,
tenentes lapillos suspensis digitis, quibus somnos ar-

^g *Nam unde volare, inde et ambulare*. E Serv., ad
vers. *Paseptes illæ tantum*. Æn. vi.

^h *Et homo parvus, pullus*. Ut supra ex Festo os-
tendimus,

ⁱ *Tanti enim contuitus*. Ex Hier., in Abd. i.

^j *Nam et contra radios*. Ex Ambros., v. Hex., cap.
18, et in ps. cxviii.

^k *Harum quasdam dicunt*. Ambros., cap. 20.

^l *Vultures autem*. Idem, in oratione de Obi-
Theodos.

^m *Bradypus apud Græcos*. Facilis fuit lapsus ex hæc
voce in *gradipes*, quæ in plerisque Cod. legitur.
Plin. x, cap. 22: *Proximæ sunt quas Hispania aves*
tardas appellat, Græcia otidas.

ⁿ *Ordine litterato*. E Serv., Æn. i, ad vers. *Cæli*
cinxere polum. Reliqua e Solin. Cod., de Thracia.

quant, quod cavendum erit clamor indicat Ætatem in illis color prodit, nam senectute nigrescunt.

16. *Ciconiæ* vocatæ a sono quo crepitant, quasi *cicaniæ*, quem sonum oris potius esse (constat) quam vocis, quia eum quatiente **90** rostro faciunt. Hæ veris nuntia, ^b societatis comites, serpentium hostes, maria transvolant, in Asiam collecto agmine pergunt. Cornices duces eas præcedunt, et ipsæ, quasi exercitus, prosequuntur.

17. Eximia illis circa filios pietas; nam adeo nidos impensius fovent, ut assiduo incubitu plumas exuant. Quantum autem tempus impenderit in fetibus educandis, tantum et ipsæ invicem a pullis suis aluntur.

18. *Olor*, avis est quam Græci *ὄλον* appellant. ^c Olor autem dictus, quod sit totus plumis albus; nullus enim meminit cygnum nigrum; *ἔλον* enim Græce *totum* dicitur.

^d *Cygnus* autem a canendo est appellatus, eo quod carminis dulcedinem modulatis vocibus fundit. Ideo autem suaviter eum canere (dicunt), quia collum longum et inflexum habet, et necesse est eluctantem vocem per longum et flexuosum iter varias reddere modulationes.

19. Ferunt in Hyperboreis partibus, præcinentibus cytharædis, olores plurimos advolare, apteque admotum concinere. ^e Olores autem Latinum nomen est; nam Græce *cygni* dicuntur. ^f Nautæ vero sibi hunc bonam prognosin facere dicunt, sicut ait ^g Æmilius:

Cygnus in auspiciis semper lætissimus ales.
Hunc optant nautæ, quia se non mergit in undas.

91 20. ^h *Struthio* Græco nomine dicitur, quod animal in similitudine avis pennas habere videtur, tamen de terra altius non elevatur. Ova sua fovere negligit, sed projecta tantummodo, fotu pulveris animantur.

21. *Ardea* vocata, quasi *ardua*, id est, propter altos volatus. Lucanus: ⁱ *Quodque causa volare Ardea.* Formidat enim imbres, et super nubes evolat, ut procellas nubium sentire non possit; cum autem altius volaverit, significat tempestatem. Hanc multi ^k *tantalum* nominant.

^a *Quem sonum oris potius.* E. Solin., 35, et Ambros., v. Hex., cap. 16.

^b *Societatis comites.* Sic paulo post columbam *castitatis comitem* dicit.

^c *Olor autem dictus.* Olorem Latinam vocem statim faciet, sed e Græca duci, nihil vetat, nisi aliena hæc esse cum Chæcone mavis.

^d *Cygnus.* Aliquanto durior notatio.

^e *Olores autem Latine.* E. Serv., ad vers. *Styriamque gruem.* Æn. xi.

^f *Nautæ bonam prognosin.* E. Serv., Æn. i, ad vers. *Aspicebis senos læt.*

^g *Sicut Æmilius ait.* Æmilius Macer, in Ornithogonia; et ita legendum censebat Chæcon, apud Nonium, in *Prosecta*, non *Licinus*. Nam quamvis utriusque Plinius meminerit, tamen cum de avibus agit, Æmilium citat, qui citatur etiam a Non. in *Luculentus*. Ita Serv., Æn. i, ad vers. *Ignavum fucus pæcus.*

^h *Struthio.* Ex Gregor., xxxi Moral., ad Job. xxxix.

ⁱ *Quodque ausa volare ardea.* E. Lucan. v. *Locus vero* e. Serv., Georg. i, et Æn. vii.

^j *Formidat.* Ex Ambros., Hexam. v, cap. 13.

^k *Tantalum vocant.* Videndum num potius *Taurum*;

A 22. ^l *Phœnix*, Arabiæ avis, dicta, quod colorem Phœniceum habeat, vel quod sit toto orbe singularis, et unica. Nam Arabes singularem, et unicam *Phœnicem* vocant. Hæc quingentis et ultra annis vivens, dum se viderit senuisse, collectis aromatum virgulis, rogam sibi instruit, et conversa ad radium solis alarum plausu voluntarium sibi incendium nutrit, sicque iterum de cineribus suis resurgit.

23. ^m *Cinnamolgus*, et ipsa Arabiæ avis, proinde ita vocata, quod in excelsis nemoribus textit nidos ex fruticibus cinnami, et quoniam non possunt ibi homines conscendere propter ramorum altitudinem et fragilitatem, eosdem nidos plumbatis appetunt jaculis, ac sic cinnama illa deponunt, et propterea amplioribus vendunt, eo quod cinnamum illud magis quam alia mercatores probent.

B **92** 24. ⁿ *Psittacus*, in Indiæ littoribus gignitur, colore viridi, torque puniceo, grandi lingua, et cæteris avibus latiore. Unde, et articulata verba exprimit ita ut si eam non videris, hominem loqui putes. Ex natura autem salutem dicens, *ave* vel, *Χαῖρε*, cætera nomina institutione discit. Hinc est illud:

Psittacus a vobis aliorum nomina discam;

Hoc didici per me dicere: Cæsar ave.

25. ^o *Halcyon*, pelagi volueris dicta, quasi *alecyanea*, eo quod hieme in stagnis Oceani nidos facit, pullosque educit. Qua excubante fertur extento æquore pelagus silentibus ventis continua septem dierum tranquillitate mitescere, et ejus fetibus educandis obsequium ipsam rerum naturam præbere.

C 26. ^p *Pellicanus*, avis Ægyptiæ, habitans in solitudine Nili fluminis, unde et nomen sumpsit: ^q nam *Canopus* Ægyptus dicitur. Fertur, si verum est, eam occidere natos suos, cosque per triduum lugere, deinde seipsam vulnerare, et aspersione sui sanguinis vivificare filios.

27. ^r *Stymphalidæ*, aves a *Stymphadibus* insulis appellatæ, ubi plurimum abundant, **93** adversus quas Hercules sagittis est usus; sunt enim pelagi volucres in insulis habitantes.

nam ardeam stellarem ita appellat Aristoteles: quod bovis mugitum voce imitetur, cujus meminit etiam Plin., lib. x, cap. 42.

^l *Phœnix avis dicta.* Plin., lib. xiii, cap. 4, a *phœnice*, id est, *palma*.

^m *Cinnamulgus.* Plin., x, cap. 33, et Sol., cap. 46. Idem est cum cinnamomo. Sed *cinnamomum* unico n scribunt Græci, atque ita scribi præcipit apud Latinos Nestor antiquus gramm.

ⁿ *Psittacus.* E. Solin., cap. 55.

^o *Halcyon... quasi avis Occænea.* Gothici, *Cyanea*.

^p *Pellicanus... fluminis.* Verba Aug. in ps. ci.

^q *Nam canopus Ægyptus dicitur.* — Nam *Pellæus Canopus* malle, ut magis etymon responderet. Virgil. Georg. iv:

Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi.

Et tamen, lib. xix, cap. 5: *Nam Canopæa Ægyptus est.*

^r *Stymphalides aves a Stymphadibus insulis.* Cod. Goth.: *Stromphalidæ aves ab Strophadibus insulis.* Vitiosum utrumque. Nam neque *Stymphades* insulæ ullæ (ut opinor) dicuntur; neque *stromphalidæ* aves. Est autem *Stymphalus* Arcadiæ palus, itemque in Epiro

28. ^a *Diomedæas* aves a sociis *Diomedis* appellatas, quos serunt fabulæ in easdem volucres fuisse conversos, forma fulicæ similes, magnitudine cygnorum, colore candido, duris et grandibus rostris. Sunt autem circa Apuliam in insula Diomedea inter scopulos littorum, et saxa volitantes, iudicant inter suos et advenas.

29. Nam si Græcus est proprius accedunt, et blandiuntur, si alienigena, morsu impugnant, et vulnerant, lacrymosis quasi vocibus dolentes, vel suam mutationem, vel regis interitum. Nam Diomedes ab Illyris interemptus est. Hæ aves *diomedææ* vocantur, Græci eas *ἡρωδίους* dicunt.

30. ^b *Memnonides*, aves Ægyptiæ, appellatæ a loco, ubi *Memnon* periit. Nam catervatim advolare dicuntur ex Ægypto ad Ilium juxta *Memnonias* sepulcrum, et proinde eas Ilienses *Memnonias* vocant. Quinto autem anno ad Ilium veniunt, et cum biduo circumvolaverint, tertia die meutes pugnam vicissim se unguibus, rostrisque dilacerant.

31. ^c *Hercyniæ* aves dictæ ab *Hercynio* saltu Germaniæ ubi nascuntur, quarum pennæ adeo per obscurum emicant, ut ^d quamvis nox obtenta densis tenebris sit, ad præsidium itineris dirigendi præjectæ interluceant, cursusque viæ pateat indicio plumarum fulgentium.

32. ^e *Onocrotalon* Græci vocant rostro longo. Quorum duo genera sunt: aliud aquatile, aliud solitudinis.

33. ^f *Ibis*, avis Nili fluminis, quæ semetipsam purgat, rostro in anum aqua fundens. ^g Hæc serpentium ovis vescitur, ex eis escam gratissimam nidis suis deportans.

34. ^h *Meropes*, eosdem, et *Gaulos*, qui parentes suos recondere atque alere dicuntur.

Coredulus, genus volatile, quasi *cor edens*.

35. *Monedula*, quasi *monetula*, quæ cum aurum

Strophades insulæ, et utrobique aves, quarum illas confixisse sagittis Hercules, has abegisse Zethus et Calais Boreæ filii memorantur; de illis Lucret., v:

... uncisque timendæ,
Unguibus Arcadiæ volucres Stymphala colentes.
De his Virg., III. Æn.:
...Strophades Graio stant nomine dictæ
Insulæ Ionio in magno, quas dira Celeno,
Harpyæque....

^a *Diomedæas* aves. Locus pluribus ex auctoribus concinnatus, e Serv., ad vers. *Nunc ctiam horribili visu*, Æn. XI; Aug., xviii de Civit., cap. 16; Solin., cap. 9, Plin. et Ovidio.

^b *Memnonides*. Plin., x, cap. 26; Solin., cap. 43; Albert. Mag., xxiii de Animal. Ovid., xiii Metam.:

Terque rogam lustrant, et consonus exit in auras
Ter plangor.

^c *Hercyniæ* aves. E Solin., xxxii.

^d *Quamvis nox obtenta densis tenebris*. Virg., George. I:

Semper, et obtenta densantur nocte tenebræ.

^e *Onocrotalon... quorum duo genera*. Ex Hieron., in Soph. II. Est avis hæc voracissima, propterea Martial.:

Turpe Ravennatis guttur Onocrotali.

Vid. Nebriss., in lib. de L. Locis.

^A invenit, aufert et occultat. Cic., pro Valer Flac.: *Non plus aurum tibi, quam monedula committendum*.

36. ⁱ *Vespertilio*, pro tempore nomen accepit; eo quod, lucem fugiens, crepusculo vespertino circumvolat, præcipiti motu acta, et tenuissimis brachietum membranis suspensa: ^k animal murium simile, non tam voce resonans, quam stridore; specie quoque volatilis, simul et quadrupes, quod in aliis avibus reperiri non solet.

37. ^l *Luscinia* avis inde nomen sumpsit, quod cantu suo significare solet diei surgentis exortum, quasi *lucinia*. Eadem et *acredula*, de qua Cicer., in Prognosticis:

^m Et matutinos exercet acredula cantus.

^B 38. ⁿ *Ulula* avis, ἀπὸ τοῦ ὀλοῦσθαι, id est, a *planctu* et *luctu* nominata; ^o cum enim clamat, aut fletu mimitatur, aut gemitum; unde et apud augures, si lamentatur, tristitiam; tacens, ostendere fertur prosperitatem.

39. *Bubo*, a sono vocis compositum nomen habet, avis feralis, onusta quidem plumis, sed gravi semper detenta pigritie; in sepulcris die noctuque versatur, et semper commorans in cavernis; de qua Ovidius:

Fœdaque fit volucris venturi nuntia luctus,

Ignavus bubo dirum mortalibus omen.

Denique apud augures malum portendere fertur; nam cum in urbe visa fuerit, solitudinem significari dicunt.

^C 40. *Noctua* dicitur, pro eo quod nocte circumvolat, et per diem non possit videre, ^p Nam exorto splendore solis visus illius hebetatur. Hanc autem ^q insula Cretensis non habet, et si veniat aliunde statim moritur. ^r Noctua autem non est bubo, nam buho major est.

41. ^s *Nycticorax*, ipsa est noctua, ^t quia noctem

^f *Ibis* avis Nili. Plin., VIII, cap. 27; Ælian., II, cap. 35.

^g *Hæc serpentium ovis*. E Solin., cap. 45.

^h *Meropis... eos et gaulos*. Sic vocant Itali, nos *ave jarucos*.

ⁱ *Quam monedula committend.* — *Committebant* legitur apud Cicer. Vid. Plin., lib. x, cap. 29.

^j *Vespertilio*. Ex Ambros., Hexam. v, cap. 24.

^k *Animal murium simile*. Verba Hieronym., in Is. II.

^l *Luscinia*. Ex Ambros., Hexam. v, cap. 11. Diversa tamen origo placuit Varroni. *Lusciola aut luscinia* (inquit), *quod luctuose canere existimatur, atque esse ex Attica Progne in luctu facta avis*.

^m *Et mat. e. a. c.*

Et matutinis Acredula vocibus instat.

Vocibus instat, et assiduas jacit ore querelas. De Divinatione, ex iisd. Prognost. Quinctus frater.

ⁿ *Ulula avis*. E Serv., Eclog. 8.

^o *Cum enim clamat*. Servius hæc de bubone, non de ulula. Æn. IV.

^p *Nam exorto splendore*. Ambros., v Hex., cap. 24.

^q *Hanc autem insula Cretens*. E Solin., cap. 16.

^r *Noctua autem non est bubo*. E Serv., Æn. XII.

^s *Nycticorax ipsa est noctua*. Hieronym., epist. 135, ad Sunniam.

^t *Quia noctem amat*. Aug., in ps. CI.

amat; ^a est enim avis lucifuga, ^b et solem videre non patitur.

42. ^c *Strix* nocturna avis habens nomen de sono vocis: quando enim clamat, stridet; de quo Lucretius:

Quod trepidus bubo, quod Strix nocturna queruntur.

96 Hæc avis vulgo *amma* dicitur, ab *amando* parvulus, unde, et lac præbere fertur nascentibus.

43. ^d *Corvus* sive *corax* nomen a sono gutturis habet quod voce coracinet. Fertur hæc avis, quod editis pullis escam plene non præbeat, priusquam in eis per pennarum nigredinem similitudinem proprii coloris agnoscat. Postquam vero eos tetros plumis aspexerit, in toto agnitos abundantius pascit. Hic prior in cadaveribus ^e oculum petit.

44. Cornix, annosa avis, apud Latinos Græco nomine appellatur, quam aiunt augures hominum curas ^f significationibus augere, insidiarum vias monstrare, futura prædicere. Magnum nefas hæc credere, ut Deus consilia sua cornicibus mandet. Huic inter multa auspicia tribuunt etiam pluvias portendere vocibus, unde est illud:

Tunc cornix plena pluviam vocat improba voce.

45. *Graculus*, a garrulitate nuncupatus, non, ut quidam voluit, pro eo quod gregatim volent, cum sit manifestum ex voce eum nuncupari. Est enim loquacissimum genus et vocibus importunum.

46. ^g *Picæ*, quasi *poetricæ* quod verba in discrimine vocis expriment ut homo. 97 Per ramos enim arborum pendulæ importuna garrulitate sonantes, ^h etsi linguas in sermone nequeunt explicare, sonum tamen humanæ vocis imitantur, de qua congrue quidam ait:

^b Pica loquax certa dominum te voce saluto.
Si me non videas, esse negabis avem.

47. *Picus*, a *Pico* Saturni filio nomen sumpsit, eo quod ea in auspiciis utebatur. Nam ferunt hanc avem quidam habere divinum, illo indicio, quod in ⁱ quacumque arbore nidificaverit, clavus, vel quidquid aliud fixum fuerit, diu hære non possit, quin sta-

^a Est enim avis lucifuga. E Serv., Georg. I, ad vers. Nequidquam seros excreet noct.

^b Et solem videre non pat. De vespertione dixit Hieronym., Is. II.

^c *Strix*. Vid. Fest. Sed quod vulgo *ammæ* dici refert hanc quidam nutrices *amas* a nostris vocari putant. Alii vero non Latinam vocem, sed e Germania a Gothis advectam existimant. Sed, qui Hebræam dixerit, minus, credo, fallit.

^d *Corvus*... fertur hæc avis E. Greg. xxx Moral., cap. 9, al. 15.

^e *Oculum petit*. Catull., de Cominio:

Non equidem dubito, quin primum inimica honorum
Lingua execta avido sit data vulturio,
Effossos oculos voret atro gutture corvus,
Intestina canes, cætera membra lupi.

^f *Significationibus augere*. Ita solus Vulcan.; reliqui agere.

^g *Picæ, q. Poetricæ*. Vel ad Persium respexit... *Corvos poetas et poetridas picas*... aut ad fabulam de Pieridibus in picas mutatis.

^h *Pica loquax*. Carmen Martialis.

A tim excidat ubi ea insederit. ^j Iste est *picus Martius* nam alia est pica.

48. ^k *Pavo*, nomen de sono vocis habet, cujus caro tam dura est, ut putredinem vix sentiat, nec facile coquatur; ^l de quo quidam sic ait:

Miraris quoties gemmantes explicat alas,
Et potest hunc sævo tradere, dure, coco.

49. *Phasianus*, a ^m Phaside insula Græciæ, unde primum asportatus est, appellatur. Testatur id vetus distichon illud:

Argiva primo sum transportata carina.
Ante mihi notum, nil nisi Phasis erat.

50. *Gallus* a castratione vocatus. Inter cæteras enim aves huic soli testiculi adimuntur. Veteres enim *abscisos* gallos vocabant; sicut autem a leone leæna, ⁿ et a dracone draçæna, ita a gallo gallina. Cujus membra, ferunt quidam, si auro liquescenti misceantur, ⁿ consumi.

51. *Anas*, ab assiduitate natandi aptum nomen accepit. Ex quo genere quedam *germanæ* dicuntur, quod plus cæteris nutriant.

98 52. *Anseri* nomen anas dedit per derivationem, vel a similitudine, vel quod et ipse natandi frequentiam habeat. ^o Iste vigilias noctis assiduitate clangoris testatur. ^p Nullum autem animal ita odorem hominis sentit, ut anser, unde et clangore ejus Gallorum ascensus in Capitolio deprehensus est.

53. ^q *Fulica* dicta, quod caro ejus leporinam sapiat. *Lagos* enim *lepus* dicitur, unde et apud Græcos *lagos* dicitur. ^r Est enim avis stagnensis, habens nidum in medio aquæ, vel in petris, quas aquæ circumdant, ^s maritimoque semper delectatur profundo. Quæ dum tempestatem persenserit, fugiens in vado ludit.

54. ^t *Mergis* ab assiduitate mergendi nomen hoc hæsit. Sæpe autem demisso in profundum capite aurarum signa sub fluctibus colligunt, et prævidentes æquoris tempestatem cum clamore ad littora tendunt. Nam in pelago jam gravissimam esse tempestatem (constat), cum ad littora mergi confugerint.

55. *Accipiter*, avis animo plus armata, quam unguis, virtutem majorem in minore corpore gestans. Hic

ⁱ In quacunque arbore nidificaver. Ex Plin., x, cap. 18.

^j Iste est *picus Martius*. E Serv., ad vers. *Aurea percus. virga*. Æn. vii.

^k *Pavo*... ut putredinem vix sentiat. Ex Aug., xxi de Civit., cap. 4.

^l De quo quidam, Martialis.

^m A Phaside insula Græciæ. Fluvio potius, aut urbe.

ⁿ *Consumi*. Aurum scilicet. Plin., xxix, cap. 4: Si auro liquescenti gallinar. membra misceantur, consumunt id in se, ita hoc venum auri est.

^o *Iste vigilias noctis*. Ex Ambros., Hexam., v, cap. 13.

^p Nullum animal. E. Serv., Æn. viii.

^q *Fulica dicta, eo quod caro ejus leporem sapiat. Fuliginem, credo, aut uliginem sapit; sed quorsum illud: lagos enim lepus dicitur?* mirum, ni glossema est.

^r Est enim avis stagnensis. Ex August., in ps. ciii.

^s *Maritimoq. s. d. p.* Ex Ambros., cap. 13.

^t *Mergis ab assid.* Ita est in Goth. et apud Ambros. Reliqua ex Virg., Georg. I.

ab accipiendo, id est, a capiendo nomen sumpsit. Est enim avis rapiendis aliis avibus avida, ideoque vocatur *accipiter*, hoc est, raptor; unde et Paulus Apostolus: *Sustinctis enim si quis^a vos accipit*, ut enim diceret *si quis rapit*, dixit *si quis accipit*.

56.^b Fertur autem accipitres circa pullos suos impios esse. Nam dum viderint eos posse tentare volatus, nullas eis præbent escas, sed verberant pen- nis, et a nido præcipitant, atque a tenero compellunt ad prædam, ne forte adulti pigrescant,

57.^c *Capys* Italia lingua dicitur a capiendo. Hunc nostri *falconem* vocant, eo quod incurvis digitis sit.

58. *Milvus*, mollis viribus et volatu, quasi *mollis avis*, unde et nuncupatur, ^d rapacissimus tamen, et semper domesticis avibus insidiatur.

59. *Ossifragus* vulgo appellatur avis quæ ossa ab alto dimittit, et frangit. Unde et a *frangendo ossa* nomen accepit.

60.^e *Turtur* de voce vocatur, avis pudica et semper in montium jugis, et in desertis solitudinibus commorans. Tecta enim hominum, et conversationem fugit, et commoratur in silvis. Quæ etiam hieme deplumata in truncis arborum concavis habitare perhibetur. Cujus e contrario columba hospitia humana diligit semper domorum blanda habitatrix.

61. *Columbæ* dictæ, quod earum colla ad singulas conversiones colores mutant, aves mansuetæ, et in hominum multitudine conversantes, ac ^f sine felle quas antiqui *venerias* nuncupabant, eo quod nidos frequentent, et osculo amorem concipiant.

62. *Palumbes*, eo quod sint fartæ a pabulo, ^g quas vulgus *tilos* vocant, **100** avis easta ex moribus appellatur, quod comes sit castitatis. Nam dicitur quod amisso corporali consortio solitaria incedat, nec carnalem copulam ultra requirat.

63.^h *Perdix*, de voce nomen habet, avis dolosa atque immunda. Nam masculus in masculum insurgit, et obliviscitur sexum libido præceps. ⁱ Adeo autem fraudulenta, ut alteri ova diripiens foveat, sed fraus fructum non habet; denique dum pulli propriæ vo- cem genitricis audierint, naturali quodam instinctu hanc quæ fovit relinquunt, et ad eandem quæ genuit revertuntur.

^a *Si quis vos accipit*. Ex Greh., xxxiii Moral., cap. 11. al. 16.

^b *Fertur autem accipiter*. Ex Ambros., cap. 8.

^c *Capys*. Serv., a ¹ carmen. *Et capys hinc nomen*. Constat (inquit) *Capuam a Tuscis conditam, viso falconis angurio, qui Tusca lingua capys dicitur*. Et Fest., in *Capuam*.

^d *Rapacissimus*, etc. Verba Hieronymi. ad Zachar. cap. v.

^e *Turtur avis pudica*. Hieron., ¹ contra Jovinian.: *Turtur avis pudicissima*, et Orig., hom. 2 in Cant., Hier. interprete: *Turtur semper in montium jugis et arborum verticibus commoratur*.

^f *Ac sine felle*. Quod minimum fellis habeat, ut diximus supra. Vid. Arist., de Hist. anim., cap. 15.

^g *Quas vulgo Tilos*. Serv., Eclog. 1: *Columbæ, quas vulgus tetas vocat*.

^h *Perdix de voce nomen habet*. Est enim *περδεια* flagitium (ut ait Plautus) crepando facere honeste.

64. *Coturnices*, a sono vocis dictæ, quas Græci *ὄρτυγας* vocant, eo quo l primum visæ fuerint in Ortygia insula. Hæ adveniendi habent tempora. Nam astate depulsa, maria transmeant.

65.^j *Ortygometra* dicitur, quæ gregem ducit, eam terræ propinquantem accipiter videns rapit, ac propterea cura est universis ducem sollicitare externi generis, per quam caveant prima discrimina. Cibos gratissimos habent semina venenorum, quam ob causam iis veteres vesci interdixerunt. Solum enim hoc animal, sicut, et homo, caducum patitur morbum.

66.^k *Upupam* Græci appellant, eo quod stercora humana consideret, et fetenti pascatur fimo, avis spurcissima, cristis exstantibus galeata, semper in sepulcris et humano stercore commorans. Cujus sanguine quisquis se inunxerit, dormitum pergens demones suffocantes se videbit.

67.^l *Tucos*, quos, Hispani *cuculos* vocant, a propria voce constat nominatos. Hi veniendi tempus habent, milvorum scapulis suscepti, **101** propter breves et parvos volatus, ne per longa aeris spatia fatigati deficiant. Horum salivæ cicadas gignunt, ova passeris nido reperta comedit et sua objicit quæ ille suscepta et fovet et nutrit.

68. *Passeres* vero sunt minuta volatilia, a parvitate vocata, unde, et pusilli el parvi.

69.^m *Merula* antiquitus *medula* vocabatur, eo quod moduletur. Alii *merulam* vocata aiunt, quia sola volat, quasi *mera volans*. ⁿ Hæc cum in omnibus locis nigra sit, in Achaia candida est.

70. *Hirundo* dieta, quod cibos non sumat residens, sed in aere capiat escas, et edat, garrula avis, et per tortuosos orbes et flexuosos circuitus per volans, et in nidis construendis educandisque fetibus solertissima, habens etiam quiddam præscium, quod lapsura deserat nec appetat culmina, ^o a diris quoque avibus non impetitur, nec unquam præda est maria transvolat, ibique hieme commoratur.

71. *Turdi* a tarditate dicti, ^p hiemis enim confinio se referunt.

Turdela, quasi major turdus, cujus stercore viscum generari putatur. Unde, et proverbium apud antiquos erat: *Malum sibi avem cacare*.

Statius:

Quique refert jungens iterata vocabula perdix. Hieron tamen (oratorie credo, at causæ serviret) a perdendo perdicem nominatam dixit. Epist. 48.

ⁱ *Adeo autem fraudulenta*. Ex Ambros., vi, cap. 3, et Hieronym., ad Jerem. xvii, et epis. 48.

^j *Ortygometra*. E Solin.

^k *Upupa*. Ex Hier., in Zach. xxv, usque ad commorans.

^l *Tucos, quos Hispani cuculos*. Inverso ordine in libris omnibus legimus cum Chacone: *Cuculos quos Hispani cucos*.

^m *Merula... q. mera volans*. Sic Varro et Festus, sed improbat Quintilian., lib. 1, cap. 5.

ⁿ *Hæc cum in omnibus locis nig.* E Solin.

^o *A diris quoque avibus*. Ita est in Gothicis recte. Solin.: *Minime certe a diris avibus impetuntur. neque unquam præda sunt, ut sacrov.*

^p *Hiemis enim confin.* Ambros., v Hex., cap. 14.

72. ^a *Furfurio* vocatus, quod prius farre in farinam redacto pasceretur.

102 73. *Ficedulae* dietæ, quod ficos magis edant. Quod panditur versiculo veteri illo :

Cum me fieus alat, cum pasear duleibus uvis :

Cur potius nomen non dedit uva mihi?

74. ^b *Carduelis*, quod spinis, et earduis paseitur, unde etiam apud Græcos ἀκωνθίς; dieta est ab ἀκωνθαίς, id est, spinis quibus alitur.

75. *Augures* autem dieunt, et in gestu, et in motu, et in volatu, et in voce avium signa esse constituta.

76. ^c *Oscines*, aves voeant, quæ ore cantuque auspiciam faciunt, ut corvus, cornix, pieus.

77. *Alites*, quæ volatu ostendere futura videntur : ^d quæ si adversæ sunt, *inebræ* dieuntur, quod inhi-beant, id est, vetent; si prosperæ, ^e *præpetes*; et ideo *præpetes*, quia omnes aves priorapetunt volantes.

78. Tertiam faciunt speciem auguriorum in avibus, quam *communem* voeant, ex utroque permistam, id est, cum aves ex ore et volatu ^f auguriantur, ^g sed fidem non habet.

79. ^h Omnium autem genera voluerum bis nascuntur. Primum enim ova gignuntur, inde calore materni corporis formantur et animantur.

80. *Ova* autem dieta, ab eo, quod sint *uvida*.ⁱ Unde et *uva* eo quod intrinsecus humore sit plena. Nam humidum est quod exterius humorem habet, *uvidum* quod interius. Quidam autem putant 103 ovum Græcam habere originem nominis. Isti autem dieunt ὄα, *v* littera ablata.

81. *Ova* autem quædam inani vento concipiuntur, sed non sunt generabilia, nisi quæ fuerint concubitu masculino concepta, et seminali spiritu penetrata. ^j Ovorum vim tantam dicunt, ut lignum perfusum ovo non ardeat, ac ne vestis quidem contacta aduratur. Admista quoque ealce glutinare fertur vitri fragmenta.

CAPUT VIII.

De minutis volatilibus.

1. *Apes* ^k dietæ, vel quod se pedibus invicem alli-

^a *Furfurio*. Sive *farfario*, utramque enim lectionem admittunt et Gothici characteres et ipsa notatio Varr. in de Re rust. : *Diebus xx antequam quis tollere vult turdos, largius dat cibum, quod plus ponit, et farresubtiliore incipit alere.*

^b *Carduelis*. E Serv., Georg. III, ad vers. *Littoraque Halcyonem resonant.*

^c *Oscines*. Ex Festo.

^d *Quæ si adversæ sunt inebræ*. Fest. : *Inebræ aves quæ in auguriis aliquid fieri prohibent, et prorsus omnia inebræ appellantur quæ tardant vel morantur agentem.* Gloss., *inebra* ἐναιτία; *inebra*, ὄρνις; *enibrum*, πρᾶγματος ἐπιδραβῆς.

^e *Præpetes*. Vid. Serv., ad vers. *Præpetis omina pennæ*. Æn. III, Agell., lib. VI, cap. 6, et Fest.

^f *Auguriantur*. Ita Varr., cap. 1, auguria faciunt. *Sed fidem non habet*. Hoc est, ea auguria certa et rata non sunt; mendose omnes libri, *sed fides hoc, vel hæc non habet*; Rabanus, *sed fides Christi hoc non habet*, quasi minus superiora fides Christi damnet.

^g *Omnium autem genera voluer*. Ex Lact., de Opif., cap. 3.

^h *Unde et uva*. E Serv., Eclog. 10.

ⁱ *Ovorum vim*. Ex Plin., XXIX, cap. 3

^l gent, vel pro eo quod sine pedibus nascentur.¹ Nam postea, et pedes, et pennas accipiunt. Hæ sclertes in ^m generandi mellis officio, assignatas ineolunt sedes, domicilia inenarrabili arte componunt, ex variis floribus favum condunt, textisque eeris innumera prole castra replent, exereitum, et reges habent, prælia movent, fumum fugiunt, tumultu exasperantur.

2. Has plerique experti sunt nasci de boum cada-veribus. ⁿ Nam pro his ereandis, vitulorum oeci-sorum carnes verberantur, ut ex putrefacto cruore vermes ereentur, qui postea efficiuntur apes. ^o Proprie autem apes vocantur ortæ de bobus, sicut crabrones de equis, fuci de mulis, vespæ de asinis.

3. ^p *Costros* Græci appellant, qui in extremis partibus favorum majores ereantur, quos aliqui reges ^q putant (dicti quod *castra* ducant). 104

^r *Fucus* est major ape, erabrone minor. Dietus autem fueus, quod alienos labores edat, quasi fagus. Depascitur enim quod non laboravit; de quo Virgilius :

Ignavum fueos pecus a præsepibus arcent.

4. *Vespæ*...

Crabrones vocati a *cabo*, id est, *caballo*, quod ex his ereentur, sicut autem crabrones naseuntur de equorum earnibus putridis, ita ex eis iterum sæpe naseuntur searabæi, unde et cognominati sunt.

5. ^r *Tauri* vocantur searabæi terrestres ricino similes.

^s *Buprestis*, animal est in Italia parvum, simillimum searabæo, longipedi. Fallit inter herbas bovem maxime, unde et nomen habet, devoratumque taeto felle ita inflammat, ut rumpat.

6. *Cicendela*, searabæorum genus est, eo quod gradiens, vel volans, lueet.

7. *Blattæ*, a colore nuneupatæ, siquidem et comprehensæ manum tingunt, unde et *blatteum* colorem dicunt. Hoc autem animal lueem videre non patitur, contrarium museæ; nam musca lueipeta, et blatta lueifuga est, per noetem enim tantum ambulat.

CAP. VIII. — ^k *Apes dictæ*. E Serv., Georg. IV, ad earemn *Aut illæ pedibus connexæ*.

¹ *Nam postea et ped.* Ex eod., ad vers. *Trunca pedum primo.*

^m *Generandi mellis officiam.* Ex Laet., I, III, c. 10.

ⁿ *Nam pro his ereandis.* Serv., ad vers. *Cæsisque juvenis.*

^o *Proprie tamen apes.* Ex eodem, ad vers. *Ignavum fucos.* Æn. I.

^p *Costros Græci appellant.* *Castros* impressi libri; Chacon *æstros* legebat, cum *costros* in libris omnibus sit, alienasque [putabat] esse illas voces *dicti*, quod *castra* ducant. Cur enim Græcæ voci Latinum etymon aptaret, quod perversissimum esse Servius et Charisius dieunt. Sumpta enim esse hæc e Palladio, lib. VI, cap. 10 : *Hoc mense incipiunt augcri examina. et in extremis favorum partibus majores ereantur apiculæ, quas aliqui reges putant, sed Græci οἰστρούς appellant, et necari jubent.* Eadem propre Columella, lib. VI, cap. 10. Sed cum rursus paulo post de cæstris sermo sit, *costros* hoc loco movere religio fuit.

^q *Fucus ape maj., crabr. min.* Verba Æmilii Maeri apud Serv., loco cit.

^r *Tauri vocantur searab.* Ex Plin., XXX, cap. 5.

^s *Buprestis.* Ex eod. lib., cap. 4.

8. *Papillones*, aviculæ sunt, quæ maxime abundant florentibus malvis, quique vermiculos stercore suo faciunt nasci.

9. *Locusta*, quod pedibus sit longis, veluti hasta, unde et eam Græci, 105 tam maritimam, quam terrestrem, *astucon* appellant.

10. *Cicadæ*, ex cuculorum nascuntur sputo, ^a hæ in Italia apud Rheginos multæ sunt, nec usquam alibi.

11. *Musca* ex Græco venit et mus: hæ, sicut et apes, necatæ in aqua, aliquoties post unius horæ spatium reviviscunt.

12. *Cynomyia* Græce vocatur, id est, *musca canina*. Nam κύνω Græce *canis* vocatur.

13. ^b *Culex* ab aculeo dictus, quod sanguinem su-

^a *Hæ in Italia apud Rhegin.* E Solin., cap. 8.

^b *Culex ab aculco.* Non dubito quin ex Aug., in ps. CXLVIII: *Quis dedit aculcum culici, ut sanguinem sugat? Quam tenuis fistula est, qua sorbet!*

^c *Cyniphes.* Aug. III de Trinit., cap. 7: *Cyniphes musculæ sunt brevissimæ, quia tertia plaga superbus populis Ægyptiorum cædebat.* A Græcis σκνίφες,

A gat; habet enim in ore fistulam in modum stimuli, qua carnem terebrat, ut sanguinem bibat.

14. ^c *Cyniphes*, muscæ minutissimæ sunt, sed aculeis permolestæ; qua tertia plaga superbus populis Ægyptiorum cæsus est.

15. ^d *OEstrus*, animal armentis aculeis permolestum. OEstrum autem Græcum est, quod Latine *asilus*, vulgo, *tabanus* vocatur.

16. ^e *Bibiones* sunt qui in vino nascuntur, quos vulgo *mustiones* a *musto* appellant, unde et Afranius: *Ad me cum spectas, fabularique incipis, ex ore in oculos tuos bibiones involant.*

17. ^f *Gurgulio* dicitur, quia pene nihil aliud est, nisi *guttur*.

B *κνίφες*, et *κνίφες* ab Aetio dicuntur.

^d *OEstrum autem Græcum.* Verba Servii, Georg. III, ad vers. *OEstrum Græci vertere vocantes.*

^e *Bibiones.* Al., *bibones.* Afranii senariis nihil elegantius.

^f *Gurgul.* E Serv. Georg. I.

LIBER DECIMUS TERTIUS.

DE MUNDO ET PARTIBUS

106 Præfatio.

In hoc libello, quasi in quadam brevi tabella, quasdam cœli causas, situsque terrarum, et maris spatia annotavimus, ut in modico lector ea percurrat, et compendiosa brevitate etymologias eorum causasque cognoscat.

CAPUT PRIMUM.

De mundo.

1. *Mundus* ^a est cœlum, terra, mare, et quæ in eis opera Dei, de quo dicitur: *Et mundus per eum factus est.* *Mundus* Latine a philosophis dicitur, ^b quod in sempiterno motu sit, ut cœlum, sol, luna, aer, maria. Nulla enim requies ejus elementis concessa est, ideoque semper in motu est.

2. Unde et animalia Varroni, videntur elementa, quoniam per semetipsa, inquit, moventur. Græci vero nomen mundo de ornamento accomodaverunt propter diversitatem elementorum, et pulchritudinem siderum. Appellatur enim apud eos κόσμος, quod significat *ornamentum*. ^c Nihil enim mundo pulchrius oculis carnis aspicimus.

107 3. ^d Quatuor autem esse (constat) climata mundi, id est, plagas: Orientem, Occidentem, Septentrionem et Meridiem.

CAP. I. — ^a *Mundus est cœlum et terra.* Ex Aug., tract. II in Joann.

^b *Quod in sempiterno motu.* Idem etymon secutus videtur Festus cum dixit: *MUNDUS appellatur cœlum, et terra, mare, et aer. Mundus etiam dicitur ornatus muliebris, quia non est alius quam quod moveri potest.* Varro vero et Plinius ab absoluta perfectaque elegantia mundum ex Græcorum imitatione dictum volunt, et Cicer., de Univ.: *Ut hunc varietate distinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominaremus.*

^c *Nihil enim mundo pulchrius o. c. a.* Verba Hier., in Jon. I.

C 4. *Oriens*, ab exortu solis est nuncupatus. *Occidens*, quod diem faciat occidere, atque interire. Abscondit enim lumen mundo, et tenebras superinducit.

5. *Septentrio* autem a septem stellis axis vocatur, quæ in ipso revolutæ rotantur. Hic proprie et *vertex* dicitur, eo quod *vertitur*, sicut poeta ait: *Vertitur interea cœlum.*

6. ^e *Meridies*, vel quia ibi sol faciat medium diem, quasi *medidies*, vel quia tunc purius micat æther. *Merum* enim *purum* dicitur.

7. *Januæ cœli* duæ sunt, *Oriens* et *Occasus*; nam una porta sol procedit, alia se recipit.

8. ^f *Cardines* autem mundi duo, *Septentrio* et *Meridies*, in ipsis enim volvitur cœlum.

CAPUT II.

De atomis.

D 1. *Atomus* ^g philosophi vocant quasdam in mundo corporum partes tam minutissimas, ut nec visui pa-

^d *Quatuor autem esse constat clim.* Eod. modo loquitur Hieronymus, in Nom. Heb., ex Exod. et in Quæst. in Genes., cap. 13: *Quatuor (inquit) climata mundi posuit, Orientem, et Occidentem. Septentrionem, et Meridiem.* Vid. Serv., Georg. I, ad vers. *Mundus, ut ad Scythiam.*

^e *Meridies.* Eodem modo supra, lib. III, cap. 41. et lib. V, cap. 31.

^f *Cardines mundi.* Supra, lib. III, cap. 37.

CAP. II. — ^g *Atomus philosophi,* Vid. Plutarch., de Placit. philos., cap. 3, et Stob., Eclog. 1, Phys. cap. 17, et Serv., in Sileno.

reant, nec τροφήν, id est, *sectionem* recipiant, unde et τρομοί dieti sunt. Ili per inane totius mundi irrequietis motibus volitare, et huc atque illuc ferri dicuntur, sicut tenuissimi pulveres, qui infusus per fenestras radiis solis videntur, ex iis arbores, et herbas, et fruges omnes oriri, et ex iis ignem, et aquam, et universa gigni, atque constare quidam philosophi gentium putaverunt.

2. Sunt autem atomi, aut in corpore, aut in tempore, aut in numero (aut in littera). In corpore, ut lapis. Dividis eum in partes, et partes, ipsas dividis in grana, veluti sunt arenæ, rursumque ipsa arenæ **108** grana divide in minutissimum pulverem, donec, si possis, pervenias ad aliquam minutiam, quæ jam non sit, quæ dividi vel secari possit. Hæc est atomus in corporibus.

3. In tempore vero, sic intelligitur atomus : annum, verbi gratia, dividis in menses, menses in dies, dies in horas; adhuc partes horarum admittunt divisionem, quousque venias ad tantum temporis punctum, et quamdam momenti stillam, ut per nullam morulam produci possit, et ideo jam dividi non potest. Hæc est atomus temporis.

4. In numeris, ut puta octo dividuntur in quatuor, rursum quatuor in duo, deinde duo in unum. Unus autem atomus est, quia insecabilis est. ^a Sic et in littera; nam orationem dividis in verba, verba autem in syllabas, syllabam autem in litteras. Littera pars minima atomus est, nec dividi potest. Atomus ergo est, quod dividi non potest, ut punctus in Geometria. Nam τρομή Græcæ *sectio* dicitur ἀτομος *indivisio*.

CAPUT III.

De elementis.

1. *Hylēn* ^b Græci rerum quamdam primam materiam dicunt, nullo prorsus modo formatam, sed omnium corporalium formarum eapacem, ex qua visibilia hæc elementa formata sunt; unde, et ^c ex ejus derivatione vocabulum acceperunt. ^d Hanc hylē Latini *materiam* appellaverunt, ideo quia omne in forme, unde aliquid faciendum est, semper materia nuncupatur. Proinde et eam poetæ *silvam* nominaverunt. Nec incongrue, quia materiæ silvarum sunt.

109 2. Græci autem *elementa στοιχεῖα* nuncupant (eo quod sibi societatis concordia et communionem quadam convenient, nam sic ea inter se naturali quadam ratione juncta dicuntur), modo originem ab igne repetentes usque ad terram, modo a terra usque ad ignem, ut ignis quidem in aera desinat, aer in aquam dense-

^a Sic et in littera. E Serg., in Art. Donati.

CAP. III. ^b *Hylēn*. Ex Aug., xg contra Faust., e. 14.

^c Ex ejus derivatione vocabulum accepit. Neque enim elementa sint quasi hylementa.

^d Hanc hylē Græci. Serv., Æn. viii, ad vers, Arvor. pecorisque Dco.

^e Græci autem *clēm. στοιχεῖα* Ambros., Hex. iii, cap. 4; Unde, et Græcæ *στοιχεῖα* dicuntur, quod sibi convenient et concinant.

CAP. IV. — ^f *Cælum* vocatum. Ex Ambros., ii Hex., cap. 4. alius *cælum*, quasi κελόν, id est, *caelum*.

^g Alias autem a superiora *celando*. Absunt hæc a

tur, aqua in terram erassescat, rursusque terra diluatur in aquam, aqua rareseat in aerem, aer in ignem extenuetur.

3. Quapropter omnia elementa omnibus inesse, sed unumquodque eorum ex eo quod amplius habet accepisse vocabulum. Sunt autem divina Providentia propriis animantibus distributa, nam cælum angelis; aerem volucris, mare piscibus, terram hominibus, cæterisque animantibus Creator ipse implevit.

CAPUT IV.

De cælo.

1. *Cælum* ^f vocatum, eo quod tanquam cælatum vas impressa lumina habeat stellarum veluti signa. Nam cælatum dicitur vas quod signis eminentioribus refulget. Distinxit enim cælum Deus elaris luminibus, et implevit, solis scilicet, et lunæ orbe fulgenti, et astrorum micantium splendentibus signis adornavit. ^g Alias autem a superiora *celando*.

2. ^h Hoc autem Græcæ οὐρανός ἀπὸ τοῦ ὄρασθαι, id est, *a videndo*, eo quod ær perspicuus sit, et ad speculandum purior. Cælum autem in Scripturis sanctis ideo *firmamentum* vocatur, quod sit cursu siderum, et ratis legibus, fixisque *firmatum*.

110. 3 Interdum et cælum pro aere accipitur, ubi venti et nubes, procellæ et turbines fiunt. ⁱ Lucretius: *Cælo, qui dicitur aer*. Et psalmus *volucres cæli* appellat, eum manifestum sit aves in aere volare; ^j et nos in consuetudine hunc aerem *cælum* appellamus; nam cum de sereno vel nubilo quærimus, aliquando dicimus: *Qualis est aer?* Aliquando: *Quale est cælum?*

CAPUT V.

De partibus cæli.

1. *Æther* ^k locus est in quo sidera sunt, et significat eum ignem qui a toto mundo in altum separatus est. ^l Sane æther est ipsum elementum; æthra vero splendor ætheris, et est sermo Græcus.

2. *Sphæra* cæli dicta, eo quod species ejus in rotundum formata est, sed et quidquid tale est, a volubilitate sphæra a Græcis dicitur, sicut et pilæ, quibus ludunt infantes. Nam philosophi dicunt cælum in *sphæra* figuram undique esse convexum, omnibus partibus æquale, concludens terram in media mundi mole libratam. Hoc moveri dicunt, et cum mora ejus sidera in eo fixa ab Oriente usque ad Occidentem circuire, Septentrionibus breviores gyros juxta eardinem peragentibus.

Cod. Rom.

^h Hoc autem Græcæ οὐρανός. Ex Ambros., v Hex., cap. 22. Auctor vero libri de Mundo ad Alexand., quod super τὰ ὄρατα, id est, *montes* sit.

ⁱ Lucretius. Lib. iv: *Sunt etiam, quæ sponte sua gignuntur, et ipsa constituuntur in hoc cælo, qui dicitur aer*.

^j Et nos in consuetudinem. Ex Aug., de Agone Christ., cap. 3.

CAP. V. — ^k *Æther*. Repetitur hoc caput ex lib. iii, cap. 32, 36, 38 et 45.

^l Sane æther est. Verba Servii ad vers.: *Lucidus æthra*. Æn. ii.

3. *Axis* est Septentrionis linea recta, quæ per mediam pilam sphaeræ tendit, et dictus axis, quod in ea sphaera, ut rota volvitur, vel quia ibi plaustrum est.

4. *Cardines*, extremæ partes sunt axis, et dicti cardines, eo quod per eos vertitur cœlum.

¶ 5. *Poli* sunt circuli qui currunt per axem. ^a Horum alter est septentrionalis, qui nunquam occidit, appellaturque *Boreus*; alter australis, qui nunquam videtur, et *Austronotius* dicitur. Et dicti *poli*, quod sint axium cyeli ex usu plaustrorum, a *poliando*, scilicet nominati, sed polus Boreus semper videtur, Austronotius nunquam, quia dextra cœli altiora sunt, pressa Austri.

6. *Convexa*, extrema cœli sunt, a *curvitate* dicta; nam convexum *curvum* est, et inclinatum, et in modum circuli flexum.

7. *Lacteus circulus*, via est quæ in sphaera videtur, a candore dicta, quia alba est, quam aliqui dicunt viam esse qua circuit sol, et ex splendoris ipsius transitu ita lucere.

CAPUT VI.

de circulis cœli.

1. Habitatio ista cœli circulorum distincta zonis, quasdam partes temperie sua incolere permisit, quasdam negavit, enormitate frigoris, aut caloris. Zonæ autem ipsæ quinque sunt: quæ ideo *zonæ*, vel *circuli* appellantur, quod in circumtutione sphaeræ existunt.

2. Quorum primus circulus ideo *Arcticus* appellatur, ^b eo quod intra eum *Arctorum* signa inclusa perspicuntur, quæ a nostris, in ursarum speciem fieta, Septentriones appellantur.

3. Secundus circulus ex eo *τροπικὸς θερινὸς* dicitur, quia in eo circulo sol Aquilonis finibus æstatem faciens, ultra eum circulum non transit, sed statim revertitur, et inde *Tropicus* appellatur.

4. Tertius circulus *ισσημερινὸς*, qui a Latinis ideo *Æquinoctialis* appellatur, eo quod sol cum ad eum orbem pervenerit, *æquinoctium* facit, **¶ 112** *ισσημερινὸς* enim Latine *dies* dicitur *æquinox*, quo circulo dimidia sphaeræ pars constituta perspicitur.

5. Quartus circulus *Antarcticus* vocatur, eo quod contrarius sit circulo quem *Arcticum* nominamus.

^a *Horum alter est septentrionalis*. Ex commentariis Arati in fine.

CAP. VI. — ^b *Eo quod intra ipsum Arctorum signa*. Hæc quoque ex lib. III, cap. 43. *Arcturi*, quod est in Editis non displicet (quamvis *Arctorum* sit in Gothiceis); sunt namque verba Hygini, lib. I Astronom., ut illie notavimus.

^c *Zodiacus circulus est*. Lacuna est in Gothiceis quibusdam post hæc verba, est hic, et in lib. III, quam impleri nolim, eum utrobique dissideant inter se Codices qui eam explent.

CAP. VII. — ^d *Quam cætera elementa*. Assentior Chæoni, cui adulescentiæ videntur hæc voces.

^e *Longum per inane secutus*. Non sunt hæc apud Maronem. Ergo legas *lieebit*, vel ex Sileno: *Magnum per inane coacta*, vel ex XII *Æn.*: *Vacuum per inane volutus*.

^f *Nam commotus ventos*, etc. Verba sunt Aug., III, de Genes. ad lit., cap. 10.

^g *Nubes dictæ*. Et Serv., ad vers. *Arsurasque comas obnubit amictu*.

A 6. Quintus circulus *χειμερινὸς τροπικὸς*, qui a Latinis *Hiemalis*, sive *Brumalis* appellatur, ideo quia sol, cum ad eum circulum pervenit, hiemem iis qui ad Aquilonem sunt facit, æstatem autem iis qui in Austri partibus commorantur.

7. ^e *Zodiacus* autem circulus est (qui duodecim continet signa, ἀπὸ τῶν ζώων, id est, *animalibus*, ita dictus.

CAPUT VII.

De aere et nube.

1. *Aer* est inanitas plurimum habens admistum raritatis, ^d quam cætera elementa. De quo Virgilius: ^e *Longum per inane secutus*. *Aer* dictus ἀπὸ τοῦ ἀίρειν, ab eo quod ferat terram, vel ab eo quod feratur. Hic autem partim ad cœlestem, partim ad terrenam **B** materiam pertinet; nam ille subtilis, ubi ventosi ac procellosi motus non possunt existere, ad cœlestem pertinet partem; iste vero turbulentior, qui exhalationibus humidis corporeoscit, terræ deputatur, quique ex se multas species reddit: ^f nam commotus ventos facit; vehementius concitatus, ignes et tonitrua; contractus, nubila; conspissatus, pluviam; congelantibus nubilus, nivem; turbulentius congelantibus densioribus nubilus, grandinem; distentus serenum efficit; **¶ 113** nam aerem densum nubem esse constat, nubem rarefactam et solutam aerem.

2. ^g *Nubes* dictæ, ab *obnubendo*, id est, operiendo cœlum, unde, et *nuptæ*, quod vultus suos velent, ^h unde, et *Neptunus*, quod nubat, id est, mare terram tegat. ⁱ Nubes autem aeris densitas facit. Ventum **C** enim aerem conglobant, nubemque faciunt, unde est illud: Atque in nubem cogitur aer.

CAPUT VIII.

De tonitruo.

1. *Tonitruum* dictum, quod *sonus* ejus *terreat*, ^j nam *tonus*, *sonus*. Qui ideo interdum tam graviter concutit omnia, ita ^k ut cœlum discidisse videatur, quia cum procella vehementissimi venti nubibus se repente immiserit, turbine invalescente, exitumque quærente, nubem quam excavavit impetu magno perscindit, ac sic cum horrendo fragore defertur ad aures.

^h *Unde et neptunus*. Aruob. III a. lvers. Gent. *Quod aqua nubat terram*. Putabat Chæon Isidorum scripsisse: *Unde et Neptunus, quod nubat terram*; et mare Neptunus *tegit*; τὸν nubat glo-sas fuisse alienas.

ⁱ *Nubes autem aeris densitas*. Ex eod., *Æn.* v: *Atque in nubem cogitur aer*.

CAP. VIII. — ^j *Nam tonus, sonus*. Tonitruum a Cæcina *tonum* dictum refert Seneca, lib. II Natural. Quæst.; et a præcis quidem *tonitruum*, ætate sua non nisi *tonitrua* pluraliter efferri.

^k *Ita, ut cœlum discidisse*. — *Discessisse* quoque et *decidisse* legitur, quarum, ego scripturarum ut nullam prorsus rejicio, ita *discidisse* libentius amplector, ut *se discidisse* intelligas, ut sæpe alias; nam et *discindi* legit Romanus Codex, et *discessisse* alimendose, et *præscindit* vel *perscindit* potius, quod sequitur, ter usurpavit eadem in re Lucretius, quem imitatur hoc loco Isidorus, et exemplum de vesicula displota magis *discidisse* videtur postulare. Quod vero ad *discessisse* attinet, non semel in libris de Divinatione *discessus cæli* legitur.

2. ^a Quod mirari quis non debet, cum vesicula, quamvis parva, magnum tamen sonitum displosa emittat. Cum tonitruo autem simul et fulgura exprimit, sed illud celerius videtur, quia clarum est, hoc autem ad aures tardius pervenit. Lux autem quæ apparet ante tonitruum, ^b fulgetra vocatur. Quæ, ut diximus, ideo ante videtur, **114** quia clarum est lumen, tonitruum autem ad aures tardius pervenit.

CAPUT IX.

De fulminibus.

1. Fulgur, et fulmen, ictus cœlestis jaculi, a feriendo dicti; ^c fulgere enim ferire est, ac percutere. ^d Fulmina autem collisa nubila faciunt; ^e nam omnium rerum collisio ignem creat, ut in lapideis cernimus, vel attritu rotarum, vel in silvis arborum. Simili modo in nubibus ignis; unde et prius nubila sunt, deinde ignes.

2. Ex vento autem et igne fulmina (certum est) in nubibus fieri, et impulsu ventorum emitti; ideo autem fulminis ignem vim habere majorem ad penetrandum, ^f quia subtilioribus elementis factus est, quam noster, id est, qui nobis in usu est. Tria sunt autem ejus nomina, fulgur, fulgor, et fulmen. Fulgur, quia tangit; fulgor, quia incendit et urit; fulmen, quia findit; ideo et cum ternis radiis finguntur.

CAPUT X.

De arcu et nubium effectibus.

1. Arcus cœlestis dictus a similitudine curvati arcus. Iris huic proprium nomen est. Et dicitur Iris, ^g quasi aeris, id est, quod per acrem ad terras descendit. **115** Ille autem a sole resplendet, dum cavæ nubes ^h ex adverso radium solis accipiunt, et arcus speciem fingunt, cui varios colores illa dat res, quia aqua tenuis, aer lucidus, et nubes caligans irradiata, ista varios creant colores.

2. Pluviæ dictæ, quod fluant, quasi fluvie. ⁱ Nascentur enim de terræ et maris anhelitu, quæ cum altius elevatæ fuerint, aut solis calore resolutæ, aut vi ventorum compressæ stillantur in terris.

^a Quod mirari quis non debet, cum vesicula. Lucret., lib. vi :

Nec mirum, cum plena animæ vesicula parva, Sæpe, ita dat pariter sonitum displosa repente.

^b Fulgetra vocatur. Al., fulgetrum. Sed fulgetra omnino legendum ex Serv., Æn. viii, ad fulgores nunc terrificos. Vulcanius, fulgor edidit.

CAP. IX. — ^c Fulgere enim ferire. Fest. : Fulgere pro ferire dicebant, unde fulgur dictum est.

^d Fulmina autem. E. Serv., ad vers. Jaculata e nubibus ignem. Æn. i.

^e Nam omnium verum eol... arborum. Verba Servii, Æn. i, ad illud : Unde imber et ignes.

^f Quia subtilioribus elementis. Respexit ad Lucretii carmina, lib. ii :

Quare fulmineus multo penetratior ignis
Quam noster fluat e tædis terrestribus ortus.
Dicere enim possis cœlestis fulminis ignem
Subtilem magis e parvis constare figuris.

CAP. X. — ^g Dictus Iris q. aeris. Græci ab ἄπειρ est, dicere, quod sit deorum nuntia. Servius irin, quasi ἔρις interpretatur, quod ut Mercurius ad con-

3. Nimbus est densitas nubis intempesta et obseura, et inde nimbus a uube. ^j Sunt autem nimbi repentinæ et præcipites pluvie; nam pluvias vocamus lentas, et juges, quasi fluvias, vel quasi fluentes.

4. Imbres autem, et ad nubes, et ad pluvias pertinent, ^k dicti a Græco vocabulo, quod terram inebriant ad germinandum. Ex his enim cuncta creantur, ^l unde, et Lucretius :

Ex igni terra, atque anima nascuntur et imbri.
Est autem nomen Græcum.

5. Graudo appellata, quod forma ejus granorum similitudinem habeat. Hæc autem ventorum rigore durantur in nube, ac solidantur in nivem, ruptoque aere solvuntur.

6. Nix, a nube unde venit.

B Glacies, a gelu, et equa, quasi gelaquies, id est gelata aqua.

7. Gelu autem quod eo stringatur tellus, γῆ quippe terra dicitur. Tunc autem majori gelu stringitur terra, cum fuerit nox serena.

8. Pruina, est matutini temporis frigus; quod inde pruinae nomen accepit, **116** quia sicut ignis urit; πῦρ enim ignis, ^m urere vero et ad solem et ad frigus pertinet. Nam uno sermone duo diversa significantur, pro eo quod unum effectum habent. Similis enim vis est caloris et frigoris, unde et utraque saxa rumpunt. Nam calor urit, ut est : Uritur infelix Dido. Item frigus urit, ut est : aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

9. Ros, Græcum est, quod illi ῥόσος, dicunt. Alii ros putant dictum, quia rarus est, non spissus, ut pluvia.

10. Nebula inde dicta unde et nubila, ab obnubendo scilicet, hoc est, operiendo terram, sive quod nubes volans faciat. Exhalant enim valles humidæ nebulas, et fiunt nubes, inde nubilum, nives. Nebulae autem ima petuant cum serenitas est, summa cum nubilum.

11. Caligo, umbra est de spissitudine acris effecta. Et dicta caligo, quod maxime acris calore gignatur.

cordiam, ita Iris ad discordiam plerumque mittatur.

^h Ex adverso radium solis accipit. E Serv., ad vers. Mille trah, v. a. s. e. Æn. iv.

ⁱ Nascentur enim de terræ et maris anhel. Verba sunt Servii, Æn. i, ad vers. Unde imber et ignes. D Lucretii vero locus, qui a Servio citatur, ex lib. vi : Consimili ratione ex omnibus annibus humor, etc.

^j Sunt autem nimbi. E Serv., ad vers. Nimbor in patriam. Æn. i.

^k Dicti a Græco vocabulo, ἔμβρος.

^l Unde et Lucretius. Eod. modo legitur Lucretii versus apud Servium, e quo sunt hæc, paulo aliter in Lucretianis libris :

Et qui quatuor ex rebus posse omnia rentur,
Ex igni terra, atque anima procresecere, et imbri.

^m Urere vero et ad frigus. Vid. Serv., ad penetrabile frigus adurat. Georg. i. Recte advertit Chæcon, Servium ab Isidoro sine Virgilio carminibus lectum hoc loco, ut sæpe alias, illi fraudi fuisse. Nam uno sermone duo (inquit Servius) diversa conclusit, quia verbum adurat et ad potentiam solis, et ad frigus Maro retulit.

alto, id est mari, vocatus. Nam alter est flatus in ripis, quem diximus *Auram*. Nam *Aura* terræ est.

19. *Turbo* est volubilitas ventorum, et *turbo* dictus a terra quoties ventus consurgit, et terram in circuitum mittit.

20. *Tempestas* autem pro *tempore* dicitur, sicut ubique historiographi solent, dum dicunt *ca tempestate*; aut ab statu cœli, ^a quia magnitudine sua multis diebus oritur. ^b Verno autem, et autumnali tempore, **120** quam maximæ fiunt tempestates, quando nec plena est æstas, nec plena hiems, unde medium et confine utriusque temporis ex conjunctione aerum contrariorum efficiunt tempestates.

21. ^c *Fragor*, a *fractarum* rerum nominatus est sonitu, quem sicca quæque et arida cum franguntur faciunt.

22. ^d *Procella*, ab eo quod *percellat*, id est, percussat, et evellat. Est enim vis ventorum cum pluvia. ^e *Procellæ* enim aut de fulminibus, aut de ventis fiunt. Nihil autem velocius ventis, unde et propter celeritatem, tam ventos quam fulmina alata fingunt poetæ, ^f ut : *alitis Austri*.

CAPUT XII

De aquis.

1. *Aqua* dicta, quod superficies ejus *æqualis* sit. Hinc, et *æquor* appellatum, quia *æqualiter* sursum est.

2. Duo autem (sunt) validissima vitæ humanæ elementa, ignis et aqua, unde graviter damnantur, quibus ignis et aqua interdicuntur.

3. ^g *Aquarum* clementum cæteris omnibus imperat. *Aquæ* enim cœlum temperant, terram fecundant, ærem exhalationibus suis incorporant, scandunt in sublime, et cœlum sibi vendicant; quid enim mirabilius aquis in cœlo stantibus?

4. Parum sit in tantam pervenisse altitudinem, rapiunt eo secum piscium examina; effusæ, omnium in terra nascentium causa fiunt. Fruges gignunt, arbo-

quillo, et alios quos vocant Altanos e terra consurgere, qui quidem cum e mari redcunt Tropæi vocantur, si pergunt, Apogæi.

^a *Quia magnitudine sua multis oritur diebus.* Quomodo hæc verba, quæ sunt e Serv., ad vers. *Nimbo-sus Orion*, *Æn.* I, huic loco aptentur, amplius quærendum.

^b *Verno autem et autumnno.* Ex eod., ad I *Georg.* : *Quid tempestates autumnii.*

^c *Fragor a fractar.* Ex eod., ad *Aridus fragor.*

^d *Procella.* Ex eod., *Æn.* I, ad illud : *Creberque procellis.*

^e *Procellæ, aut de fluminibus.* Ex eod., *Æn.* v, ad verba *Tres Erixi vitul.*

^f *Alitis Austri.* Virg., *Æneid.* VIII : *Rutuli tres ignes, et alitis Austri.*

CAP. XII. — ^g *Aquarum elementum.* Ex Plin., xxxi, cap. 1. Ex quo legendum videtur. *Et ceu parum sit i. t. p. a. rapiunt eos.*

^h *Peccata abluunt.* Ambros., III *Hexam.*, cap. 5. Reliqua e Plin., lib. XIV, cap. 22.

CAP. XIII. — ⁱ *Albulæ aquæ.* Plin., xxxi, cap. 2.

^j *In Italia fons Cicer.* Ibid.

^k *Velut oleo nitescunt.* E Solin., cap. 43.

^l *Zamæ.* Vid. Vitruv., lib. VIII, cap. 3. Item de *Clitorio*, ex quo *Arcadiæ* pro *Italiæ* fortasse legendum.

^m *res frutices, herbasque producunt, sordes detergunt, h peccata abluunt, potum cunctis animantibus tribuunt,*

122 CAPUT XIII.

De diversitate aquarum.

1. *Aquarum* naturæ multa est diversitas; aliæ enim salis, aliæ nitri, aliæ aluminis, aliæ sulphuris, aliæ bituminis, aliæ curam morborum adhibentes; nam juxta Romam ⁱ *Albulæ* aquæ vulneribus medentur.

2. ^j In Italia fons *Ciceronis* oculorum vulnera curat. In *Æthiopia* lacus est quo perfusa corpora ^k velut oleo nitescunt ^l *Zamæ* fons in Africa canoras voces facit. Ex *Clitorio* lacu Italiæ, qui biberint, vini tædium habent.

3. ^m In *Chio* insula fontem esse, (dicunt) quo hebetes fiunt. In *Bœotia* duo fontes : alter memoriam, alter oblivionem affert. *Cyzici* fons amorem Veneris tollit.

4. *Bœotiæ* lacus furialis est, de quo qui biberit, ardore libidinis exardescit. In Campania sunt aquæ, quæ sterilitatem feminarum, et virorum insaniam abolere dicuntur. In *Æthiopiæ* fonte rubro, qui biberit, lymphaticus fit.

5. ⁿ *Linus*, fons *Arcadiæ* abortus fieri non patitur. ^o In *Sicilia* fontes sunt duo, quorum unus sterilem fecundat, alter fecundam sterilem facit. ^p In *Thessalia* duo sunt flumina : ex uno bibentes oves **122** nigras fieri ferunt; ex altero albas, ex utroque varias.

6. ^d *Clitumnus*, lacus in *Umbria*, maximos boves gignit. ^r *Reatinis* paludibus jumentorum ungulas indurari dicunt. ^s In *Asphaltide* lacu *Judææ* nihil mergi potest, quidquid animam habet.

7. ^t In *Indiis Siden* vocatur stagnum, in quo nihil innatat, sed omnia merguntur. At contra in *Africæ* lacu ^u *Apuscidamo* omnia fluitant, nihil mergitur. *Marsidæ* fons in *Phrygia* saxa egerit. In *Achaia* aqua profluit saxis, *Styx* appellata, quod illico potata interficit.

^m *In Chio.* Ex Plin., ibid.

ⁿ *Linus fons Arcad.* — *Linus* scripsimus ex Plin. Nam Codices non uno modo, sed *lechnus, lectinus, lethinus, lethnus.* Etiam Plinii vetustus liber *Ecclesiæ* Tolet. *Levius* habet.

^o *In Sicilia fontes duæ.* E Solin., cap. 11.

^p *In Thessalia.* — *In Bœotia.* Solin., cap. 12. Ex *Varrone*. Plin., in *Hestæotide*, quæ pars est *Thessaliæ*.

^d *Clitumnus...qui maximos boves,* Virg., *Georg.* II :

Hinc albi Clitumne greges, et maxima taurus

Victima....

^D *Silius*, lib. VIII :

Et lavat ingentem perfundens flumine sacro
Clitumnus taurum.

Ergo, et albos, et maximos Clitumnus tauros generat.

^r *Reatinis paludibus.* Verba Plinii, lib. XXXI, cap. 2.

^s *In Asphaltide.* *Jesephus*, v de *Bello Judaic.*, cap. 5; *Hegesipp.*, lib. 4. cap. 18; Plin., v, cap. 16; Solin., cap. 48, *Nihil in eo mergi posse*, quod, et Plin. dixerat lib. II, cap. 103.

^t *In Indiis Siden.* — *Siderin* Codex Tolet. De *Silia* id prodidit. *Strab.*, lib. XV : *Ἐν δὲ τῇ ὀρεινῇ σιλίαν ποταμὸν εἶναι, ἐν ᾧ μὴδὲν ἐπιπλεῖ.* *Nunneusius* *Σόλαν* legit ex *Antigoni Historia*, et *Epitome Strabonis*, nos *Siden* ex *Gothicis libris*, et Plin. xxxi, cap. 2.

^u *Apuscidamo...Marsyæ fons in Achaia.* Ex eodem. *Plin.*

8. ^a *Gelonium* stagnum Siciliæ tetro odore abigit proximates. ^b Fons est in Africa circa templum Ammonis, qui humoris nexibus humum stringit. Favillas etiam in cespitem solidat. Fons *Job* in Idumæa, quater in anno colorem mutare dicitur, id est pulverulentum, sanguineum, viridem, et limpidum, ternis mensibus in anno tenens ex his unum colorem.

9. ^c In Troglodytis lacus est, ter in die fit amarus, et deinde toties dulcis. Fons *Silva* ad radicem montis Sion, non jugibus aquis sed in certis horis, diebusque ebullit. In Judæa quondam rivus Sabbatis omnibus siccabatur.

10. In Sardinia fontes calidi ^d oculis medentur, fures arguunt, nam cæcitate detegitur eorum facinus, ^e In Epiro esse (ferunt) fontem, in quo faces exstinguuntur accensæ, et accenduntur extinctæ. **123** ^f Apud Garamantas fontem esse, (aiunt) ita argenteam die, ut non bibatur; ita ardentem nocte, ut non tangatur.

11. Jam vero in multis locis aquæ manant perpetim ferventes, tanta vi, ut balnea calefaciant. Quædam enim terræ sunt, quæ multum sulphuris et aluminis habent; itaque cum per venas calentes aqua frigida venit, vicino sulphuris calore contacta excandescit; nec talis ab origine effluit, sed permutatur dum venit. Sulphur enim, alumenque secum ferunt aquæ, utranque materiam igne plenam, minimisque motibus incalentescentem.

CAPUT XIV.

De mari.

1. Mare est aquarum generalis collectio. ^h Omnis enim congregatio aquarum, sive salis sint, sive dulces, abusive *maria* nuncupantur, juxta illud: *Et congregationes aquarum vocavit maria*. Proprie autem mare appellatum, eo quod aquæ ejus *amara* sint.

2. *Æquor* autem vocatum, quia *æqualiter* sursum est, et quamvis aquæ fluctuantes velut montes erigantur, sedatis rursus tempestatibus adæquantur. Altitudo enim maris diversa est, indiscreta tamen dorsi ejus *æqualitas*.

3. ⁱ Ideo autem mare incrementum non capere, cum omnia flumina, et omnes fontes recipiat, hæc causa est: partim, quod influentes undas ipsa magnitudo ejus non sentiat; deinde, quod amara aqua dulce fluentum consumat, vel quod ipsæ nubes multum aquarum ad se attrahant, sive quod illam partim venti auferant, partim sol exsiccet, postremum, quod per occulta quædam terræ foramina pereolatur, et ad eam put annuum, fontesque revolutum recurrit.

^a *Gelonium Stagnum*. E Sol., cap. 11.

^b *Fons est in Africa*. E Solin., 40.

^c *In Troglod.* Ex Plin.

^d *Oculis medentur*. Ex Sol., 10.

^e *In Epiro*. Plin., II, cap. 103, et Solin., cap. 12.

^f *Apud Garamant.* Plin., *ibid.*, et Solin., cap. 42.

^g *Cum per venas calentes*. Vid. Vitruv., lib. VIII, cap. 3.

CAP. XIV. — ^h *Omnis enim congregatio*. Ex Aug. I, de Genes. contra Manich., cap. 12.

ⁱ *Ideo autem mare incrementum non capere*. Totus locus expressus e Lucret. VI:

Nunc ratio reddenda, augmen cur nesciat æquor.

4. ^j Maris autem certum non esse colorem, sed pro qualitate ventorum mutari; **124** nam modo flavum est, modo luculentum, modo atrum.

CAPUT XV.

De oceano.

1. *Oceanum*, et Græci, et Latini ideo nominant, quod in circuli modo ambiat orbem: ^k sive a celeritate, eo quod *ocius* currat; item quia, ut cælum, purpureo colore nitet. *Oceanus* quasi *ωκεανος*: iste est qui oras terrarum amplectitur, alternisque æstibus accedit, atque recedit. Respirantibus enim in profundum ventis, aut removel maria, aut resorbet.

2. Quique a proximis regionibus diversa vocabula sumpsit; ut *Gallicus*, *Germanicus*, *Scythicus*, *Caspicus*, *Ilyrcanus*, *Atlanticus*, *Gaditanus*. Nam *Gaditanum* fretum a *Gadibus* dictum, ubi primo ab Oceano maris Magni limen aperitur. Unde, et Hercules cum *Gadibus* pervenisset, columnas ibi posuit, sperans illic esse orbis terrarum finem.

CAPUT XVI.

De Mediterraneo mari.

1. Mare ^l Magnum est, quod ab Occasu ex Oceano fluit, et in Meridiem vergit, deinde ad Septentrionem tendit. Quod inde *Magnum* appellatur, quia cætera maria in comparatione ejus minora sunt. Istud est, et *Mediterraneum*, quia per *mediam terram* usque ad Orientem perfunditur, Europam, et Africam, Asiamque disterminans.

125 2. Cujus primæ partis sinus, ^m qui in Hispaniis perfunditur, *Ibericus*, et *Balearicus* appellatur. Deinde *Gallicus*, qui Narbonensem provinciam aluit. Mox *Ligusticus*, qui juxta Genuam urbem est proximus. Post hæc *Tyrrhenus*, qui Italiam attingit, quem Græci *Ionium*, Itali *Inferum* vocant. Inde *Siculus*, qui a *Sicilia* usque ad Cretam vadit. Deinde *Creticus*, qui in Pamphyliam et Ægyptum pertendit.

3. Inde *Hellespontus*, qui in Septentrionem retorquens, anfraetibus magnis juxta Græcias, et Illyricum in angustias septem stadiorum stringitur, quo Xerxes, ponte navibus facto, in Græciam comieavit, ibi est Abydos. Inde diffusus æquore patente, rursus stringitur, et facit *Propontidem*, qui mox in quingentos passus eoarctatur, fitque *Bosphorus Thracicus*, quo Darius copias transportavit.

4. Inde *Ponticus* sinus amplissimus a tergo Mæotidis paludis, ^a quod mare ex multitudine fluminum dulcius quam cætera, ^b nebulosumque, et brevius est,

^j *Maris autem certum non esse colorem*. E Servio ad vers. *Fluctusque atros Aquilone secabat*. Æn. V. *Luculentum* vero ex Servio, et uno Rom. codice, quam *luculentum* e nostris Gothicis malimus, ut *luculentum* a luce sit. Vid. Agell., lib. II, cap. ultim.

CAP. XV. — ^k *Sive a celeritate*. E Solin., cap. 26, de Hispan.

CAP. XVI. — ^l *Mare Magnum*. Non Oceanus, sed mare Mediterraneum, ut sæpe in sacris Libris, ut in Num., a cap. XXVI, et in lib. Josue.

^m *Qui in Hispaniis perfunditur*. — *Hispanias perfundit*. Solinus.

unde et *Ponticum* vocatur, quod sit brevius, atque præter phocas, et thynnos, atque delphinos, ^d alias belluas majores non patitur.

5. ^e Sicut autem terra, dum una sit, pro diversis locis variis appellatur vocabulis, ita et pro regionibus hoc mare magnum diversis nominibus nuncupatur: ^f nam *Ibericum* et *Asiaticum* a provinciis dictum: ab insulis, *Balearicum*, *Siculum*, *Creticum*, *Cyprium*, *Ægeum*, *Carpathium*: **126** ^g nam inter Tenedum, et Chium, saxum est in mari potius quam insula, quod visentibus procul capræ simile creditur, quam αἶγες nuncupant, unde, et *Ægeum* mare est dictum, ^h sic et *Carpathium* mare inter Ægyptum, et Rhodum ab insula *Carpatho* illic posita.

6. A gentibus, *Gallicum*, *Ausonium*, *Dalmaticum*, *Ligusticum*. Ab oppidis, *Argolicum*, *Corinthium*, *Tyrium*, *Adriaticum*. Nam *Adria* quædam civitas Illyrico mari proxima fuit, quæ Adriatico mari nomen dedit.

7. A positione cœli, ut *Superum*, et *Inferum*, quod sit Oriens superior, Occidens inferior, est autem *Thuscum*, et *Adriaticum*. A memoria regis, ut *Ioniūm*. ⁱ Ion quippe rex fuit Græciæ, unde Iones Athenienses. Hoc mare, et *Tyrrhenum* dictum; sive quod Thusciam alluit, id est *Tyrrheniam*, sive a *Tyrrhenis* nautis, qui se in hoc mare præcipitaverunt. ^j Et sciendum *Ionium* siuum esse immensum, ab *Ionia* usque ad Siciliam, et hujus partes esse *Adriaticum*, *Achaicum* et *Epiroticum*. ^k A moribus accolarum *Euxinus*, *AXENOS* antea appellatus.

8. A casibus hominum qui ceciderunt in mare, ut *Hellesponticum*, *Icarium*, *Myrtoum*: ^l nam *Myrtoum* mare dictum a *Myrtili* lapsu, quod illic ab *OEnomaio* præcipitatus sit. *Icarus* vero Cretensis, ut fabulæ ferunt, altiora petens, pennis solis calore solutis, mari, in quo cecidit, nomen imposuit. *Phrixus* quoque cum *Helle* sorore sua fugiens insidias novercales, conscendit navem signum arietis habentem, qua liberatus est. *Helles* autem soror ejus perpessa naufragium decidit in mari, et mortua *Hellesponto* mari dedit nomen.

9. Ab ordine fluenti, *Propontis*: nam dicta *Propontis*

^a Quod mare ex multitudine flumin. Refert hoc a Sallustio, Serv., *Æn.* XI. Atque ita esse facile credit, qui apud Plinium leget Danubium 70 annibus, quorum dimidia pars sit navigabilis, receptis Illyricum alluere, deinde in Pontum influere, adjunctis sex aliis vastis fluminibus, quamvis idem Plin., lib. VI, cap. 17, Caspio mari id tribuat.

^b *Nebulosumque, et brevius.* E. *Mela*, lib. I, cap. 19.

^c *Unde et Ponticum.* Vel a Pontore brevi navigio, vel ἀπὸ τοῦ πόντου, id est, angusto æstu.

^d *Alias belluas majores non patitur.* E. *Solino*.

^e *Sicut autem terra, dum una sit.* Ex *Ambros.* III *Hex.*, cap. 3.

^f *Nam Ibericum, et Asiaticum.* *Solinus*: *Causas nominum non uniformis dedit ratio, nam Ibericum, et Asiaticum, etc.*

^g *Nam inter Tenedum et Chium.* Ex *Solin.*, c. 4, 17, vel legendum ex *Plinii* emendationibus libris *Tenuem*, et *Cium*, lib. IV, cap. 11, nam hæc in *Cycladibus* numerantur ab ipso et *Strabone*.

^h *Sic et Carpathium... posita.* E. *Serv.*, ad vers.

tis, quia pontum prævenit. Item et a transitu, vel angustis meatibus boum, *Bosphorus*. ^m *Ægyptium* autem pelagus Asiæ datur, *Gallicum* Europæ, **127** *Africanum* Libyæ; his, ut quæque proxima sunt, ⁿ venerunt in partes partium.

10. *Pelagus* autem est latitudo, mare sine littore, et portu. Græco nomine ἀπὸ τοῦ πλαγίου, hoc est a latitudine dictum, ^o unde et *plagia*, eo quod sint importuosa.

CAPUT XVII.

De sinibus maris.

1. *Sinus* dicuntur majores recessus maris, ut in mari Magno *Junius*, in Oceano, *Caspicus*, *Indicus*, *Persicus*, *Arabicus*, qui et mare Rubrum, ^p qui Oceano ascribitur.

2. ^q *Rubrum* autem mare vocatum, eo quod sit roseis undis infectum, non tamen talem naturam habet, qualem videtur ostendere, sed vicinis littoribus vitiat gurges, atque inficitur, quia omnis terra quæ ^r circumstat pelago, rubra est, et sanguineo colori proxima; ideoque inde ^s minium acutissimum excernitur, et alii colores, quibus pictura variatur.

3. Ergo cum terra hanc habeat naturam, fluctibus subinde diluitur, et quidquid ^t adesum est, in colorem cadit; ob hoc etiam in iis littoribus gemmæ rubræ inveniuntur. *Lapillus* enim hujusmodi humo involutus, cum inter arenas attritus est, et terræ colorem habet et maris.

128 4. Hoc mare in duos scinditur sinus: ex iis, qui ab Oriente est, *Persicus* appellatur, quia oram illius *Persæ* inhabitant. Alter vero *Arabicus* dicitur, quod sit circa *Arabiam*.

CAPUT XVIII.

De æstibus, et fretis.

1. *Æstus* ad Oceanum pertinet, *Frctum* ad utrumque mare; nam *Æstus* est maris accessus, vel recessus, id est, inquietudo, unde et *æstuaria*, per quæ mare vicissim tam accedit quam recedit.

2. *Fretum* autem appellatum, quod ibi semper mare ferveat; nam fretum est augustum, et quasi fervens mare, ab undarum fervore nominatum, ut *Gaditanum*,

Carpathium, *Libycumque* *Serv. Æn.* v.

ⁱ *Ion* quippe *dux* fuit *Euseb.* in *Chron.*: *Ion* vir fortis ex suo nomine *Athenienses* *Iones* vocavit.

^j *Et sciendum Ionicum sinum.* E. *Serv.*, ad... *Insule Ionio in magno.* *Æn.* III.

^k *A moribus accolarum.* E. *Solin.*

^l *Nam Myrt. mare.* E. *Serv.*, *Georg.* III, in princip.

^m *Ægyptium autem pelagus Asiæ datur.* Ita *Solinus* et *Mela*; at *Ptolomæus* de *Asia*: *Ea* (inquit) *Ægypti pars, quæ ultra Nilum est, ad Asiam pertinere omnes affirmant.*

ⁿ *Venerunt in part.* *Sol.*, *venerunt in partes partium.*

^o *Unde et plagia quod sit importuosa.* *Servius* ad *Statio* male... *Statio* (inquit) *est quam plagiam dicunt, et nos playa vocamus.*

CAP. XVII. — ^p *Qui Oceano.* — *Qui ad sinum refertur, non ad mare.*

^q *Rubrum autem mare vocatur.* *Vid. Solin.*

^r *Circumstat pelago.* *Sic omnes libri.*

^s *Minium acutissimum.* *Forte, acceptissimum.*

^t *Adesum est.* *Ita Goth.; al., adhesum est.*

vel *Siculum*; nam *freta* dicta Varro ait, quasi *fervida*, id est, ferventia, et motum fervoris habentia.

3. ^a Fretum Siciliae, quod *Rhegium* dicitur, Sallustius ex tali causa vocari scribit, dicens Italiae olim Siciliam conjunctam fuisse, et dum esset una tellus, medium spatium, aut per humilitatem abruptum est aquis, aut per angustiam scissum. Et inde ῥήγιον nominatum, quia Graece *abruptum* hoc nomine nuncupatur. Est autem arctissimum, trium millium spatio Siciliam ab Italia dividens, fabulosis infame monstris, quibus hinc inde Scylla et Charybdis ostenditur.

4. ^b *Scyllam*, accolae saxum mari imminens appellant simile celebratae formae procul visentibus. Unde et monstrosam speciem fabulae illi dederunt, quasi formam hominis capitibus succinctam caninis, quia collisi ibi fluctus latratus videntur exprimere.

5. *Charybdis* dicta quod gurgitibus occultis naves absorbeat. Est enim mare verticosum, et inde ibi laniata naufragia profundo emergunt. 129 Ter autem in die ^d erigit fluctus, et ter absorbet; nam accipit aquas, ut vomat; vomit, ut rursus accipiat.

6. ^e *Syrtes* autem sunt arenosa in mari loca. *Syrtes* autem ^f Sallustius a *tractu* vocari dicit, quod omnia ad se irahant, ^g et appropinquant vadoso mari haereant. Haec autem ad mare Aegyptium vicinae sunt, et pariter admiscuntur. ^h *Vada* vero sunt, per quae in mari, vel in fluminibus homines, vel animalia pedibus vadunt; quae Virgilius *brevia* appellat, Graeci βραχέϊα.

CAPUT XIX.

De lacis et stagnis.

1. Sunt et quaedam maria, quae non miscuntur Oceani fluctibus, aut mari Magno, et dicuntur lacus et stagna.

2. *Lacus* est receptaculum in quo aqua retinetur, nec miscetur fluctibus, ut lacus Asphalti, lacus Benacus, et Larius, et caeteri quos Graeci λιμένας, id est, *stagna* vocant. Nam fontes labuntur in fluviis,

CAP. XVIII. — ^a *Fretum Siciliae*. E Serv., AEn. III: *Haec loca vi quondam vast.*, etc.

^b *Scyllam accolae*. Citat haec e Sallustio Servius ad vers. : *Dextrum Scylla latus*. AEn. III.

^c *Ubi laniata naufragia, p. c.* Affert haec eadem verba Frontio antiquus grammaticus probans *emergere se dixisse Sallustium*.

^d *Erigit fluctus*. Respexit ad Virgilio verba, AEn. III: *Sorbet in abruptum fluctus*.

^e *Syrtes autem sunt arenosa*. E Serv., ad vers. *Saevisque vadis immittite Syrtis*. AEn. X.

^f *Syrtes autem Sallust.* in Jugurth.

^g *Et appropinquant vadoso mari haereant*. — *Omnia*, scilicet. Gothicos secuti sumus, nam Editi *appropinquant* habent, *appropinquantia*, fortasse rectum erat.

^h *Vada vero*. E Serv., AEn. I, in *brevia Syrtis*.

CAP. XIX. — ⁱ *Lacus Asphalti*. Hegeſipp., lib. IV, cap. 18, et Joseph., IV de Bell. Jud.

^j *Nisi quae bitumine illustratur*. Justin., lib. XXXVI: *Neque materia ullam sustinet, nisi quae alumine illustratur*. Euseb., in Chron., *bitumine illita*... sed cum *illustratur* sit in Gothicis omnibus, suspicor Isidorum *incrustatur* scripsisse.

flumina in freta discurrunt. Lacus stat in loco, nec profluit; et dictus *lacus*, quasi *aquae locus*.

3. ⁱ *Lacus Asphalti* idem et *mare Mortuum* vocatum, propter quod nihil gignit vivum, nihil recipit ex genere viventium. Nam neque pisces habet, neque assuetas aquis et laetas mergendi usu patitur aves; sed et quaecumque viventia mergenda tentaveris, quacumque 130 arte demersa statim resiliunt et quamvis vehementer illisa confestim excutiuntur: sed neque ventis movetur, resistente turbinibus bitumine, quo aqua omnis stagnatur; neque navigationis patiens est, quia omnia vita carentia in profundum merguntur, nec materiam ullam sustinet, nisi quae bitumine illustratur.

4. ^k *Lucernam accensam* ferunt supernatare, extincto lumine demergi. ^l Hoc et *mare Salinarum* dicitur, sive *lacus Asphalti*, id est, *bituminis*; et est in Judaea inter Jericho et Zoaran. ^m Longitudo ejus, usque ad Zoaras Arabiae, dirigitur stadiis quingentis octoginta; latitudo stadiis centum quinquaginta, usque ad vicina Sodomorum...

5. *Lacus Tiberiadis* ab oppido *Tiberiade* vocatus, quod quondam Herodes in honorem Tiberii Caesaris condidit. Est autem in Judaea omnibus lacis salubrior, et ad sanitatem corporum quodammodo efficacior. Circuit stadia...

6. ⁿ *Genesar*, lacus amplissimus in Judaea longitudine centum quadraginta extenditur stadiis; latitudine quadraginta diffunditur, crispantibus aquis, auram non ventis, sed de seipso sibi excreans. Unde et *Genesar* dicitur Graeco vocabulo, quasi *generans* sibi auram; denique per diffusiora spatia lacus frequentibus auris spirantibus agitur; 131 unde et purior haustus ejus, et ad potandum dulcis et habilis.

7. ^p *Benacus*, lacus Italiae in Venetia, de quo fluvius nascitur Mincius, qui lacus magnitudine sua tempestates imitatur marinas.

8. *Lucrinus*, et *Avernus* lacus Campaniae sunt. *Lucrinus* autem dictus, quia olim propter copiam pis-

^k *Lucernam accensam*. Verba Hieronymi in epist. ad Dardan.

^l *Hoc et mare salinarum*. Vere, lib. de Locis Heb.

^m *Longitudo... stadiis quingentis octoginta*. Hegeſippum potius e quo sunt lac, et Josephum secuti sumus, unde hausit Hegeſippus, quam Isidorianos libros, in quibus *septingentis octoginta* constanter legitur.

ⁿ *Genesar*. Ex Hegeſipp., lib. III, cap. 26. Sed uti tres lacus in Judaea constitueret, Solinus fecit. Nam reliqui eundem Genesar, vel Genesareth, cum Tiberiade faciunt. Hieron. ad Dardan. : *Lacum Genesareth quae, nunc Tiberias appellatur*. Beda, ad lac. cap. 5 : *Stagnum Genesareth idem dicunt esse quod mare Galileae, vel mare Tiberiadis*. Neque Josephus nisi lacuum duorum meminit.

^o *Auram non vent. s. d. s. s. excreans*. Non putavi *to excreans* rejiciendum, quamvis *excitans* apud Hegeſippum et Bed. legatur.

^p *Benacus... tempestates imitatur marinas*. Virg. Georg. II :

... teque
Fluctibus, et fremitu assurgens Benace marino.
Quo loco vid. Serv.

cium vectigalia magna præstabat. ^a *Avernus* autem lacus vocatus, quia aves ibi supervolare non possent. Nam antea silvarum densitate sic ambiabatur, ut exhalantis inde per angustias aquæ sulphureæ fetor gravissimus, supervolantes aves halitu suo necaret. Quam rem Augustus Cæsar intelligens, dejectis silvis, ex pestilentibus amœna reddidit loca.

9. Lacus autem, idem et stagnum, ubi immensa aqua convenit; nam dictum est *stagnum* ab eo quod illic aqua *stet*, nec decurrat.

CAPUT XX.

De abyssso.

1. *Abyssus*, ^b profunditas aquarum impenetrabilis: sive speluncæ aquarum latentium, e quibus fontes et flumina procedunt; vel quæ occulte subter eunt, unde et *Abyssus* dictus. ^c Nam omnes aquæ, sive torrentes per occultas venas ad matricem abyssum revertuntur.

2. *Fluctus* dicti, quod flatibus fiant. Ventorum enim impulsu agitatur **132** aquæ fluctuant.

Aqua est stativa, et sine motu æqualis.

3. *Unda* vero, eminens liquor, qui semper in motu est. Lucretius: ^d *Aerias undas*, id est, motus, et corpus illud quod refluctuat. Nam nec unda per se aqua est, sed aqua in motu quodam et agitatione, quasi ab eundo, et redeundo *unda* vocata.

4. ^e *Latex*, proprie liquor fontis est. Et dictus *latex*, quod in venis terræ lateat.

5. ^f *Gutta* est quæ stat, *stilla*, quæ cadit. ^g Hinc et *stillicidium*, quasi *stilla cadens*; *Stiria* enim Græcum est, id est, *gutta*; inde fit diminutivum, ut dicamus *stilla*; dum autem stat, aut pendet de tectis, vel arboribus, quasi glutinosa, *gutta* est; dum ceciderit, *stilla* est.

6. *Spuma* dicta, eo quod *sputatur*, sordes enim sunt undarum; unde et mustum et ea quæ coquuntur spuma purgantur. Hinc et *sputum*.

CAPUT XXI.

De fluminibus.

1. *Fluvius* est perennis aquarum decursus, a *fluen-*

^a *Avernus autem lacus*. E Serv., ad... *Divinosque lacus*. Æn. III.

CAP. XX.—^b *Abyssus, profund.* Ex Aug., in ps. XII.

^c *Nam omnes aquæ... ad matricem abyssum*. Ex Hieronym., in Eccles. I. Hanc matricem abyssum *Tartarum* vocat Plato in Phædone.

^d *Aerias undas, id est, motus*. Ne minimum quidem dubitandum de hæc lectione; elegantissime undæ rationem explicat Isidorus. Virg.: *Qua plurimus undam fumus agit*. Æn. VIII. Et alio loco:

Et juvat undantem buxo exspectare Cythorum.

^e *Latex, proprie liquor*. E Serv., ad vers. *Laticumque Lyæum*. Æn. I. Sed vox *fontis* apud illum non est.

^f *Gutta est quæ stat*. Hieron., in Chron., ann. Domini 50; *Palemon* (inquit) *insignis grammaticus quondam interrogatus quid inter guttam et stillam interesset: Gutta* (inquit) *stat, stilla cadit*.

^g *Hinc et stillicidium*. E Serv., ad... *Stiriaque impæcis ind. horr. b*. Sed *Stiriam* Græcam esse vocem Servius non dicit. Quare τὸ *Græcum est* expungi jubebat Chacon. Glossarium: *Stiria*, ὁ τοῦ ὕδατος κρεμώμενος κρύσταλλος.

CAP. XXI.—^h *Torrents*. E Serv. ad... *Montano*

PATROL. LXXXII.

A *do* perpetim dictus. Proprie autem *flumen* ipsa aqua, *fluvius* cursus aquæ. Prius autem flumen quam fluvius, id est, prior aqua quam decursus. Duo sunt fluminum genera: unum torrens, alterum vivum, de quo Virgilius: *Doncc me flumine vivo, ablucro*.

2. ^h *Torrents* est aqua veniens cum impetu. Dictus autem *torrens*, **133** quia pluvia crescit, siccitate *torrescit*, id est, arecit. ⁱ De quo Pacuvius: *Flammeo vapore torrens terræ fetum exusserit*. Cui Græci ab hieme nomen dederunt, nos ab æstate; illi a tempore quo successit, nos a tempore quo siccatur.

3. *Amnis*, fluvius est nemore ac frondibus redimitus, et ex ipsa *amœnitate* *AMNIS* vocatur.

4. *Decursus*, proprie *fnis cursus*, sive aquarum sit seu quarumlibet rerum.

B *Rivi* dicti, quod *deriventur* ad irrigandum, id est inducendum aquas in agros. Nam irrigare inducere est. *Gurges*, proprie locus altus in flumine.

5. *Puteus* est locus defossus, ex quo hauritura aqua a *potatione* dictus.

Fons, caput aquæ est nascentis, quasi *fundens* aquas.

6. Quidam autem fluviorum propriis ex causis nomina acceperunt, ex quibus nonnulli notandi sunt, qui in historiis celebres memorantur.

7. *Geon*, fluvius de paradiso exiens, atque universam Æthiopiam cingens, vocatus hoc nomine, quod incremento suæ inundationis terram Ægypti irriget: γῆ enim Græce, Latine *terram* significat. **134** Hic apud Ægyptios Nilus vocatur propter limum quem trahit, qui efficit fecunditatem. ^j Unde et *Nilus* dictus est, quasi νεῶν ὕλην trahens. ^k Nam antea Nilus Latine *Melo* dicebatur. Apparet autem in *Nilide* lacu, ^l de quo in Meridiem versus excipitur Ægypto, ubi Aquilonis flatibus percussus aquis retroluctantibus intumescit, et inundationem Ægypti facit.

8. *Ganges* fluvius, quem ^m *Phison* Scriptura sacra cognominat, exiens de paradiso pergat ad Indiæ regiones. Dictus autem *Phison* id est, *caterva*, ⁿ quia

flumine torrens. Æn. II.

ⁱ De quo Pacuvius. Recte Chacon delet voces *de quo*; non enim de torrente Pacuvius, sed de sole; cuius versus ideo adducitur, ut ostendatur *torrens* esse idem, quod *arescere*. Integer Pacuvii versus legitur apud Festum in voce *Torrents*: *flammeo vapore torrens terræ fetum exusserit*, quod de sole dictum esse constat ex Varrone, I de Re rust. Sed sive Varro Pacuvii verba referre voluit, sive sensum tantum, placet nobis Chacon, cui adjectæ videntur in Varrone voces illæ, *aut nox, aut frigore*.

^j Unde et *Nilus* dictus. E Serv., ad vers. *Pingui flumine Nilus*. Æn. IX.

^k Nam antea *Nilus Melo*. Ex eod. Æn. IV, ad vers. *Nubila, jamque volans apicem*.

^l De quo in Meridiem versus. E Solm., cap. de Ægypto; ex quo pro Ægypto, ÆGYPTIO MARI, et pro retro luctantibus, IN ARCTO LUCTANTIBUS, videri possit in Isidoro reponendum.

^m *Phison, id est, caterva*. Ex Hieron., de Locis Heb.

ⁿ *Quia quindecim fluminibus*. Totidem numerantur ab Arian., lib. V, de Alexand., undeviginti vero a Plinio, lib. VI, cap. 18. Libri omnes, quia *deccm*, sed plane repetitæ syllabæ similitudo librarios decepit.

quindecim fluminibus magnis sibi adjunctis impletur, **A** ut Persici reges, quandiu inter ripas Persidis fluit, sibi ex eo pocula vendicarint. Ex hoc amne quidam *Cydnium* Ciliciæ fluvium derivari existimant.

16. *Araxis* amnis Armeniæ, qui ab uno monte cum Euphrate diversa specie oritur, dictus quod rapacitate cuncta prosternat. ¹ Unde et cum Alexander eum transgredi vellet, ponte fabricato, tanta vi inundavit, ut pontem dirueret. Hic brevibus intervallis ab Euphratis ortu caput tollit, ac deinde Caspium fertur in mare.

17. Fluvius Syriæ, ^k qui vocatur *Orontes*, juxta Antiochiæ muros decurrens, qui a solis ortu oriens non longe ab urbe mari conditur, quem de originis suæ tractu *Orontem* veteres Latine appellaverunt, cujus fluentis ex ipso impetu frigidioribus, et Zephyris assidue **137** ibi spirantibus, tota civitas momentis prope omnibus refrigeratur.

18. ¹ *Jordanis* Judææ fluvius, a duobus fontibus nominatus, quorum alter vocatur *Jor*, alter *Dan*. His igitur procul a se distantibus in unum alveum foederatis, *Jordanis* deinceps appellatur. Nascitur autem sub Libano monte, et dividit Judæam et Arabiam, qui per multos circuitus juxta Jericho in mare Mortuum influit.

19. ^m *Phasis* Caucaseis montibus fusus, cum pluribus aliis in Euxinum se præcipitat mare. ⁿ Unde et nuncupatur.

20. ^o *Cydnus* amnis Ciliciæ, a Tauro monte progrediens, miram aquarum habens suavitatem, et quidquid candidum est *cydnium* gentili lingua Syrdicunt. Unde anni huic nomen datum, quia tum æstate quando nives solvuntur; reliquis anni temporibus tenuis est, et quietus.

21. ^p *Hylas* fluvius Asiæ.

Pactolus fluvius Asiæ, arenas aureas trahens. De quo Virgilius : *Pactolusque irrigat auro* : quem præaurato fluore alii *Chrysorhoam* vocant.

22. ^q *Hermus* fluvius Asiæ, qui Smyrneos secaque per Parthiam, et Assyriam, expungi malimus (dearant enim in plerisque Manuscriptis), quam Tigri aptare, quod fecit Vulcanius.

^r *Araris* fluvius Germaniæ. De quo Virgilius : Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

14. *Bactrus* fluvius Orientis, a rege ^s *Bactro* vocatus fertur, a quo et *Bactriani*, et urbs eorum.

15. *Choaspis* Persarum fluvius, vocatus eorum lingua, quod miram aquæ dulcedinem habeat, ^h adco

^a A rege *Gange*. Gangem quoque regem appellat Suidas et Plutarch., in lib. de Fluminibus. Male libri omnes, *Rege Gangaro*.

^b *Exaltari*. Etiam in Manuscripto Solino *exaltari*, non *exundare*, ut in Excuso legitur.

^c Nam Hebraice *Ephrata*, fertilitas. Ita scribo ex Hier., non *Euphrata* quæ vox apud Hebræos nulla est sed פרת *perath*, id est, Euphrates. פרי *peri*, hoc est, fructu.

^d Sallustius autem... certissimus. Hieronym., in lib. de Locis heb. : Porro Sallustius auctor certissimus asserit, tam Tigris quam Euphratis, in Armenia fontes demonstrari. Ergo aliter legit Isidorus eum Hieronymi locum. Vid. Vibii Sequest. librum de Flum., et quidem diversos utriusque fontes prodidit Strabo.

^e Qui dum sit fluvius Persarum, dicitur tamen contra Or. Hoc de Gange, non de Hydaspes cecinit Lucanus, lib. III :

Movet et Eoos bellorum fama recessus,
Qua colitur Ganges, qui toto solus in orbe.
Ostia nascenti contraria solvere Phœbo,
Audet, et ad versum fluctus impellit in Eurum.
Quæ leguntur in impressis libris Lucani carmina, in Gothicis nulla sunt.

^f *Araris* fluvius German. E Serv., Eclog. 1. Quod autem in Editis, et quibusd. Manusc. est : *Currit nam-*

que per Parthiam, et Assyriam, expungi malimus (dearant enim in plerisque Manuscriptis), quam Tigri aptare, quod fecit Vulcanius.

^g A Rege *Bactro*. Josephus non Bactrum, sed Cetrum, filium Aram, Bactrianorum primum auctorem facit.

^h Adeo ut reges. E Solin., cap. de Cilicia.

ⁱ Unde et cum Alexander. Meminit pontis Curtius lib. v, inundationis non meminit. Idem tentatum Xerxe refert Servius, ad : Pontem indignatum *Araxis*. Æn. VIII.

^j Hic brevibus intervallis.... mare. E Solin. cap. 25.

^k Qui vocatur *Orontes*. Sic est in Gothicis Hege sipp., lib. III, cap. 5.

^l *Jordanis* Judææ fluv. Hier., in lib. de Locis Heb.

^m *Phasis*. Verba sunt Ambrosii, II, Hexam., cap. 3. Erat autem in omnibus libris *Eusis*, ni restituisse Chacon, indicato Ambrosii loco.

ⁿ Unde et nuncupatur. Delemus hæc cum Chacone.

^o *Cydnus*. E Solin.

^p *Hylas* fluvius Asiæ. Vid. Solin., cap. de Bithynia, et Plin., lib. v, cap. 32.

^q *Hermus*. Plin., lib. v, cap. 29 : A Smyrna *Hermus* amnis campos facit, et nomini suo adoptat. Se hæc e Solino potius.

campos, et ipse fluetibus aureis et arenis plenus, a quo Smyrna vocata est.

23. *Mæander* amnis Asiae flexuosus, qui, recurrentibus ripis **138** inter Cariam et Ioniam, præcipitatur in sinum qui Miletum dividit et Prienen. *Mæander* autem vocatus, quod sit flexuosus et nunquam currat rectus. De quo Ovidius:

Quique recurvatus ludit Mæander in undis.

24. *Tanus* fuit rex Scytharum primus, a quo *Tanais* fertur fluvius nuncupatus, qui ex Riphæis silvis veniens, dirimit Europam ab Asia, inter duas mundi partes medius currens, atque in Pontum fluens.

25. *Inachus* Achaiae amnis, Argolicus irrigans campos, quem rex *Inachus* a se nominavit, qui exordium Argivæ genti primus dedit. Ibi est et *Erimanthus* ab *Erimantho* monte demissus.

26. *Padus* Italiae fluvius, a jugis Alpium fusus, ex tribus fontibus oritur, ex quibus uni vocabulum est *Padus*, qui diffusus in modum stagni, e annem sinu dirigit, a quo et *Padus* est nuncupatus. Hic a Græcis *Eridanus* cognominatur, ab *Eridano* Solis filio, quem Phaetontem dicunt, qui fulmine percussus, in eodem fluvio dejectus est, et exstinctus. ^d Augetur autem exortu Canis, liquescentibus nivibus, et cum accessione triginta fluminum circa Ravennam in Adriaticum mare defertur.

27. *Tiberis* Italiae fluvius, a *Tiberino* rege Albanorum dicitur appellatus, qui in hunc fluvium cecidit, et de exitu suo nomen dedit. Nam antea *Albula* antiquum nomen a colore habuit, e quod nivibus *albus* sit. ^f Ipse est autem *Tibris*, qui et *Tiberis*, sed *Tibris* in quotidiano sermone, *Tibris* in versu dicitur.

28. *Danubius* Germaniae fluvius, vocari fertur a nivium copia, **139** quibus magis augetur. Iste est, qui in Europa plus omnibus habet famam. Idem et *Ister*, quia dum per innumeras vadit gentes, mutat et nomen, et majores sibi ambiendo colligit vires. Oritur a Germanicis jugis, et ^h occidentalibus partibus Barbarorum, pergens contra Orientem, sexaginta in se fluvios recipit, septem ostiis in Pontum influit.

29. *Rhodanus* Galliae fluvius ab oppido *Rhodo* cognominatus, quem coloni Rhodiorum locaverunt,

A ⁱ qui rapido concitus cursu, Thyrrheni æquoris freta scindens, non modicum sæpe navigantium facit periculum, dum inter se maris fluctus et amnis fluenta decertant.

30. *Rhenus* a *Rhodani* societate fertur vocatus, quoniam cum eodem ex una provincia oritur. Est autem Germaniae fluvius, inter tres Europæ maximos fluvios computatus, ^j qui a jugo Alpium usque in Oceani profunda cursus suos dirigit

31. *Iberus* amnis, quis quondam toti Hispaniae nomen dedit.

32. *Minus* fluvius Galliciae nomen a colore pigmenti sumpsit, qui in eo plurimus invenitur.

33. ^k *Durius* a Græcis, quasi *Doricus*.

B ^l *Tagum* fluvium Carthago Hispaniae nuncupavit, ex qua ortus procedit, fluvius arenis auriferis copiosus, et ob hoc cæteris fluvii Hispaniarum prælatus.

34. *Bætis* fluvius, qui et *Bæticae* provinciae nomen dedit, de quo Martialis: **140**

Bætis olivifera crinem redimite corona

Aurea, quid nitidis vellera tingis aquis

^m eo quod ibi lanæ pulchro colore tinguntur. *Bætis* autem dictus, eo quod *humili* solo decurrat. ⁿ enim Græci *humile*, vel *mersum* vocant.

35. Quaedam autem flumina in diluvio soluta, mole terrarum præclusa sunt; quaedam vero, quæ non erant, abyssi tunc ruptis meatibus eruperunt.

CAPUT XXII.

De diluviis.

C 1. *Diluvium* dictum, quod aquarum clade omnia quæ inundaverit deleat.

2. Primum diluvium exstitit sub Noe, quando hominum sceleribus offensus Omnipotens, o toto orbe contecto, deletis eunetis, unum spatium cœli fuit, ac pelagi; cujus hactenus indicium videmus in lapidibus, quos, in remotis montibus, conchis et ostreis ^p concretos, sæpe etiam cavatos aquis, visere solemus.

3. ^q Secundum diluvium fuit in Achaia, Jacob patriarchæ et Ogygi temporibus, qui Eleusinae conditor et rex fuit, nomenque loco et tempori dedit.

4. ^r Tertium diluvium in Thessalia, Moysi, vel Amphictyonis temporibus, qui tertius ^s post Cecropem

libus partibus Barbarorum, atque Romanos intersecans populos, donec Ponto ipse condatur.

ⁱ Qui rapido concit. curs. Ex Ambros., nisi quod apud illum non mediocre fertur navigantium periculum.

^j Qui a jugo Alpium. Ex eod.

^k *Durius*. — *Dorius*, quidam libri.

^l *Tagum*... Carthago Hisp. nuncup. Quod a *Tago* rege ex fiecto Beroso dictus fertur, nihilo certius duco.

^m *Eo quod ibi lanæ*. Plin., lib. viii, cap. 48.

ⁿ *Græci enim* βᾶδδ. Vel βῶδδν Gothic. *bytin*.

CAP. XXII. — ^o *Toto orbe contecto*. Pleraque hujus capituli ex Orosii lib. i. Hæc ex cap. 3,

^p *Concretos sæpe, et cav. Oros.:* Scabros sæpe, et cavatos.

^q *Secundum diluv. Oros.*, cap. 7.

^r *Tertium*. Idem, cap. 9, qui ex Justin., lib. ii. desumpsit.

^s *Qui... post Cecropem regnavit. Athenis addit Oros.*

^a A quo Smyrna vocata est. An quia Plinius: *Et nomini* (inquit) *suo adoptat*? At idem Plinius, ex Herodoto a *Smyrna* Amazone Smyrnam urbem appellatam dicit.

^b *Inachus... dedit*. Verba sunt Solinii, cap. de Græcia.

^c *Danubium sinu dirigit. Digerit*. vet. Cod. Unus Rom. *Arinem sinum*.

^d *Augetur autem... defertur*. E Solin. Cod. de Italia.

^e *Quod nivibus albus sit*. Aliena videntur Chaconi.

^f *Ipse autem est Tibris*. E Serv., ad vers. *Tuque o*

Tibri. Æn. viii.

^g *Danubius anubium copia*. De Danubii etymo vid. Steph. qui prius ματόβαν, hoc est, αἴσιον, felicem, deinde δάνουβιον aut δάνουβιον ab adversa fortuna appellatum a Scythiis refert.

^h *Et occidentalibus partibus Barbar.* Paulo aliter Ambros., II Hexam., cap. 3: *Danubius de occidenta-*

regnavit. Cujus temporibus aquarum ingluvies majorem partem populorum Thessaliæ absumpsit, paucis per refugia montium liberatis, maxime in monte Parnaso, in ejus circuitu Deucalion tunc regno potiebatur; qui tunc **141** ad se ratibus confugientes susceptos per gemina Parnasi juga fovit et aluit. **A** quo propterea genus humanum Græcorum fabulæ ex lapidibus repara-

tum ferunt, propter hominum insitam cordis duritiam. **B** 5. Sed et flumina cum insolitis aucta imbribus ultra consuetudinem, vel diuturnitatem, vel magnitudinem redundant, multaque prosternunt, et ipsa diluvium dicuntur. Sciendum autem flumina, cum supra modum crescunt, non tantum ad præsens inferre damna, sed etiam et aliqua significare futura.

LIBER DECIMUS QUARTUS.

DE TERRA ET PARTIBUS

CAPUT PRIMUM

De terra.

1. Terra ^a est in media mundi regione posita, omnibus partibus cœli in modum centri æquali intervallo consistens; ^b quæ singulari numero totum orbem significat; plurali vero singulas partes; cujus nomina diversa dat ratio: nam *terra* dicta a superiori parte, qua *teritur*; *humus* ab inferiore, velut *humida*, ut sub mari; *tellus* autem, quia fructus ejus *tolli-mus*: hæc, et *ops* dicta, eo quod *opem* fert frugibus. ^c Eadem et *arva*, ab *arando*, et colendo vocata.

2. ^d Proprie autem terra, ad distinctionem aquæ, *arida* nuncupatur, sicut **142** Scriptura ait quod vocaverit Deus terram *aridam*. Naturalis enim proprietates siccitas est terræ; nam ut humida sit, hoc aquarum affinitate sortitur. ^e Cujus motum alii dicunt ventum esse in concavis ejus, qui motus eam movet. Sallustius: *Venti per cava terræ præcipitati rupti aliquot montes tumulique sedere.*

3. Alii aquam dicunt genitalem in terris moveri, et ^f eas simul concutere, sicut vas, ut dicit Lucretius. Alii *σφογγοειδῆ* terram volunt, cujus plerumque latentis ruinæ superposita cuncta concutiunt. ^g Terræ quoque hiatus, aut motu aquæ inferioris fit, aut crebris tonitruis, aut de concavis terræ erumpentibus ventis.

CAPUT II.

De orbe.

1. Orbis a *rotunditate* circuli dictus, qui sicut rota est; unde brevis etiam rotella *orbiculus* appellatur. Undique enim Oceanus circumfluens ejus in circulo ambit fines. Divisus est autem trifarie: ex quibus una pars Asia, altera Europa, tertia Africa nuncupatur.

2. Quas tres partes orbis veteres non æqualiter dividerunt; nam Asia a Meridie per Orientem usque ad Septentrionem pervenit. Europa vero a Septen-

trione usque ad Occidentem, atque inde Africa ab Occidente usque ad Meridiem.

3. Unde evidenter orbem dimidium duæ tenent Europa et Africa, **143** alium vero dimidium sola Asia. Sed ideo istæ duæ partes factæ sunt, ^b quia inter utramque ab Oceano mare Magnum ingreditur, quod eas intersecat. Quapropter, si in duas partes Orientis et Occidentis orbem dividas, Asia erit in una, in altera vero Europa et Africa.

CAPUT III.

De Asia.

1. *Asia* ex nomine cujusdam mulieris est appellata, quæ apud antiquos imperium tenuit Orientis. Hæc in tertia orbis parte disposita, ab Oriente ortu solis, a Meridie Oceano, ab occiduo nostro mari finitur, a Septentrione Mæotide lacu et Tanai fluvio terminatur. Habet autem provincias multas et regiones, quarum breviter nomina, et situs expediam, sumpto initio a Paradiso.

2. *Paradisus* est locus in Orientis partibus constitutus, cujus vocabulum ex Græco in Latinum vertitur *hortus*; porro Hebraice *Eden* dicitur, quod in nostra lingua *deliciæ* interpretatur. Quod utrumque junctum facit *hortum deliciarum*; est enim omni genere ligni et pomiferarum arborum consitus, habens etiam lignum vitæ: non ibi frigus, non æstus, sed perpetua veris temperies.

3. E cujus medio fons prorumpens totum nemus irrigat, dividiturque in quatuor nascentia flumina, cujus loci post peccatum homini aditus interclusus est. Septus est enim undique romphæa flamma, id est, muro igneo accinctus, ita ut ejus cum cœlo ⁱ pene jungatur incendium.

144 4. Cherubin quoque, id est, angelorum præsidium arcendis spiritibus malis super romphææ flagrantiam ordinatum est, ut homines flammæ, angelos

CAP. I. — ^a *Terra est in medio.* Hyginus, lib. 1 de Astron., cap. ultim.: *Terra media mundi regione collocata, omnibus partibus æquali dissidens intervallo, centrum obtinet spheræ.*

^b *Quæ singulari numero totum orbem.* E Serv., Æn. vi, ad vers. *Medioque ex hoste recepi.* Itemque ad vers. *Tot maria intravi.*

^c *Eadem et arua* Varr. lib. 4: *Aruum et arationes ab arando.*

^d *Proprie autem terra.* Ex Ambros., lib. III Hexam., cap. 4, apud quem vox aquæ non legitur.

^e *Cujus motum alii dicunt, etc., usque ad concutiunt.* E. Serv., Georg. II, ad vers. *Qua vi maria alta tumescant.* Sed quod Sallustius hic a Servio etiam ci-

tatur, mihi non fit verisimile hemistichium cum integro hexametro a Sallustio scriptum. Itaque Auctor alius quærendus eorum verborum. Pro *genitalem* vero *generalem* habebant Isidoriani omnes libri.

^f *Et eas concutere sicut vas, ut dicit Lucretius* lib. VI:

Ut vas in terra non quit constare, nisi humor, Destitit in dubio fluctu jactarier intus.

^g *Terræ quoque hiatus, usque ad finem.* E Serv. Æn. VIII, ad vers. *Non secus, ac si qua penitus vi terra.*

CAP. II. — ^b *Quia inter utramque ab Oceano Mare magnum ingreditur.* Aperte hic *Mare magnum* Mediterraneum dicitur.

CAP. III. — ⁱ *Pene jungatur.* — *Jungat, Gothici*

vero malos angeli (boni) submoveant, ne cui carni, vel spiritui transgressionis aditus Paradisi pateat.

5. *India* vocata ab *Indo* flumine, quo ex parte occidentali clauditur: ^a hæc a Meridiano mari porrecta usque ad ortum solis, et a Septentrione usque ad montem Caucasum pervenit, habens gentes multas, et oppida, insulam quoque *Taprobanam* elephantis refertam, *Chrysen* et *Argyram* auro, argentoque fecundas, ^b *Tylen* quoque arborum foliis nunquam carentem.

6. ^c Habet et fluvios *Gangen*, et *Indum*, et *Hypasin* illustrantes Indos. Terra Indiæ Favonii spiritu saluberrima, in anno bis metit fruges; vice hiemis ^d Etesis potitur. Gignit autem tineti coloris homines, elephantes ingentes, monoceron bestiam, psittacum avem, ebum quoque lignum, et cinnamum, et piper, et calamum aromaticum.

7. Mittit et ebur, lapides quoque pretiosos, berillos, chrysoprasos, et adamantem, carbunculos, lychnites, margaritas, et uniones, quibus nobilium feminarum ardet ambitio. Ibi sunt et montes aurei, quos adire propter dracones, et gryphas, et immensorum hominum monstra impossibile est.

8. *Parthia* ab Indiæ finibus usque ad Mesopotamiam generaliter nominatur. **145** Propter invictam enim virtutem Parthorum et Assyria et reliquæ proximæ regiones in ejus nomen transierunt. ^e Sunt enim in ea *Araehosia*, *Parthia*, *Assyria*, *Media* et *Persia*: quæ regiones invicem sibi conjunctæ initium ab Indo flumine sumunt, Tigri clauduntur, locis montuosis et asperioribus sitæ, habentes fluvios *Hydaspen*, et *Arbem*; sunt enim inter se finibus suis discretæ, nomina a propriis auctoribus ita trahentes.

9. *Arachosia* ab oppido suo nuncupata.

Parthiam Parthi a Scythia venientes occupaverunt, eamque ex suo nomine vocaverunt. ^f Hujus a Meridie Rubrum mare est, a Septentrione Hyrcanum salum, ab occidua solis plaga Mædia. Regna in ea octodecim sunt, porrecta a Caspio littore usque ad terras Scytharum.

10. *Assyria* vocata ab *Assur* filio Sem, qui eam regionem post diluvium primus incoluit: hæc ab Ortu Indiam, a Meridie Mediam tangit, ab Occiduo Tigrim, a Septentrione montem Caucasum, ubi portæ Caspiæ sunt. In hac regione primus inventus est usus purpuræ, inde primum crinium, et corporum unguenta venerunt, ac odores quibus Romanorum atque Græcorum effluxit luxuria.

^a Hæc a Meridiano mari porrecta. Ex Solin., cap. 55.

^b *Tylen* quoque. De qua inf., cap. 6. Vid. Theophrast., Plin., Solin.

^c Habet et fluvios. Ex eod. Sol., e quo *Indum* pro *Nidum*, et *Hypasyn* pro *Hypanim* posuimus.

^d Etesis potitur. Solini verba.

^e Sunt in ea *Arachos...* *Arbem*. Ex Orosii lib. 1, c. 2.

^f A Septentrione *Hyrcan. salum*. Ex Solin., cap. 59, de Parthia. Ita namque legit Camertes; et ita est in Manuscriptis Eecl. Toletan., nisi *Hircanii saltus* mavis, cujus non semel meminit Solinus. *Hircaniam* sylvæ meminit Isid., sup., lib. 1x, cap. 2.

^g Ex quibus *Media*. Ex Solin., ibid.

11. *Media*, et *Persis*, a regibus *Medo* et *Perso* cognominatæ, qui easdem provincias bellando aggressi sunt. ^g Ex quibus *Media* ab Occasu transversa Parthia regna amplectitur; a septentrione Armenia circumdatur, ab Ortu Caspios videt, a Meridie Persiam. Hujus terra medicam arborem gignit, quam alia regio minime parturit. Sunt autem Mediæ duæ major et minor.

146 12. *Persis* tendens ab Ortu usque ad Indos; ab Occasu Rubrum mare habet, ab Aquilone vero Mediam tangit, ab Austro Carmaniam, quæ Persidi annectitur, quibus est Susa oppidum nobilissimum. In Persia primum orta est ars magica, ad quam Nemroth Gigas post confusionem linguarum abiit, ibique Persas ignem colere docuit; nam omnes in illis partibus

B *Solem* colunt, ^h qui ipsorum lingua *El* dicitur.

13. *Mesopotamia* Græcam etymologiam possidet, quod duobus fluviis ambiatur. Nam ab Oriente Tigrim habet, ab Occiduo Euphratem; ⁱ incipit autem a Septentrione inter montem Taurum et Caucasum, cujus a Meridie sequitur Babylonia, deinde Chaldaea, novissime Arabia *εὐδαμων*.

14. *Babyloniæ* regionis caput *Babylon* urbs est, a qua nuncupata, tam nobilis, ut Chaldæa, et Assyria, et Mesopotamia in ejus nomen aliquando transierint.

15. *Arabia* appellata, id est, *sacra*. ^j Hoc enim significare interpretatur, eo quod sit regio thurifera, odores creans. Hinc eam Græci *εὐδαμωνα*, nostri *beatam* nominaverunt, in cujus saltibus et myrrha et cynamum provenit; ibi nascitur avis phoenix; sardonix gemma, iris, malochites, et pæderotes ibi inveniuntur. ^k Ipsa est, et *Saba* appellata, a filio Chus, qui nuncupatus est Saba. ^l Hæc autem angusto terræ tractu ad Orientem versus Persicum sinum extenditur, cujus Septentrionalia Chaldæa claudit, Occasum sinus Arabicus.

147 16. *Syriam* Syrus quidam perhibetur indigena a suo vocabulo nuncupasse. ^m Hæc ab Oriente, fluvio Euphrate; ab Occasu, mari nostro et Ægypto terminatur: tangens a septentrione Armeniam et Cappadociam, a Meridie sinum Arabicum. Situs ejus porrectus in immensam longitudinem, in lato angustior.

17. Habet autem in se provincias *Commagenam*, *Phœniciam*, et *Palæstinam*, cujus pars est Judæa absque Sarracenis, et Nabathæis. *Commagena* prima provincia Syriæ ⁿ a vocabulo *Commagenæ* urbis nuncupata, quæ quondam ibi metropolis habebatur.

^h Qui ipsorum lingua *El* die. E Serv., Æn. 1, ad vers. *Per tot ducta viros*, etc.

ⁱ Incipit a Septent. Ex Oros., lib. 1, cap. 2.

^j Hoc e significare interp. Ex Solin., cap. 36.

^k Ipsa est et Sabb. Joseph., lib. 1, Antiq.

^l Hæc autem angusto... *Arabieus*. Ex Oros., lib. 1, cap. 2.

^m Hæc ab Orient. *Nabathæis*. Ex eod. cap.

ⁿ A vocabulo *Commagenæ* urbis. Vetus Cod. Roman., a vocabulo, quo urbs nuncupata, quæ quondam, etc. Ergo *Commagena* ea urbs, non *Commage* vocabatur. In Ethici quoque cosmographia inter famosa (sic namque appellat ipse) Orientalis Oceani oppida *Commagena* numeratur.

Hujus est a^a Septentrione Armenia, ab ortu Mesopotamia, a Meridie Syria, ab Occasu mare Magnum.

18. ^b Phoenix Cadmi frater de Thebis Ægyptiorum in Syriam profectus, apud Sidonem regnavit, eamque provinciam ex nomine suo Phœniciam appellavit. Ipsa est ubi Tyrus est, ad quam Isaias loquitur. Habet autem ad Orientem Arabiam, a Meridie mare Rubrum.

19. *Palæstina* provincia Philistin urbem metropolim habuit, quæ nunc dicitur Ascalon, ex qua civitate omnis circa eam regio *Palæstina* est nuncupata. Hujus ab Oriente mare Rubrum occurrit, a Meridiano latere Judæa excipitur, a septentrionali plaga Tyriorum finibus clauditur, ab Occasu Ægypto limite terminatur.

20. *Judæa* regio Palæstinæ ex nomine Judæ appellata, ex cujus tribu reges habuit. Hæc prius *Chanaan* dicta, a filio Cham, sive a decem Chanæorum gentibus, quibus expulsis, eandem terram Judæi possederunt. ^c Initium longitudinis ejus a vico Arfa usque ad vicum Juliadem porrigitur, in quo Judæorum pariter, et Tyriorum communis habitatio est. Latitudo autem ejus a monte Libani **148** usque ad Tiberiadis lacum extenditur.

21. In medio autem Judææ civitas Hierosolyma est, quasi umbilicus regionis totius. Terra variarum opum dives, frugibus fertilis, aquis illustris, opima balsamis. ^d Unde secundum elementorum gratiam existimaverunt Judæi eam promissam patribus, terram fluentem lacte et melle, cum hinc illis Deus resurrectionis prærogativam polliceretur.

22. ^e *Samaria* regio Palæstinæ ab oppido quodam nomen accepit, quod vocabatur *Samaria*, civitas quondam regalis in Israel, quæ nunc ab Augusti nomine *Sebastia* nuncupatur. Hæc regio inter Judæam, et Galilæam media jacet, incipiens ^f a vico, cui nomen est *Eleas*, deficiens in terra *Agrabat*. Situs ejus natura consimili, nec ullo differens a Judæa.

23. ^g *Galilæa* regio Palæstinæ vocata, quod gignat candidiores homines quam Palæstina. ^h Hæc autem duplex est, superior et inferior, sibi tamen connexæ, Syriæ et Phœnicie adhærentes. Terra earum opima, et ferax, et fructibus satis fecunda.

24. *Pentapolis* regio in confinio Arabiæ et Palæstinæ sita. Dicta a quinque civitatibus impiorum, quæ cælesti igne consumptæ sunt: terra amplius

^a *A Septentrione Armenia*. Sic veteres lib., non *Cappadoeia*, idque et Ptolomæus, tabul. 6, Asiæ confirmat, et Juvenal. satyr. 6, Armenios et Commagenos aruspices conjungens.

^b *Phoenix Cadmi frater*. Sup., lib. ix, cap. 2, ex Euseb. Chron.

^c *Initium longitudinis... Regiones totius*. Ex Hegesipp., lib. iii, cap. 6. *Aquis illustris*. Ex Solin., cap. 33.

^d *Unde secundum elem... polliceretur*. Hæc Hegesipp. dicto cap. 6, de Samaria.

^e *Samaria*. Ex Hieron. in Os. cap. xiv.

^f *A vico cui nomen est Eleas*. Hegesipp., ibid.

^g *Galilæa... quod gignunt candidiores*. Etymon Græcum, eum vox sit Hebræa.

^h *Hæc autem cup... fecunda*. Ibid., Hegesipp.

A olim a Hierosolymis ⁱ uberrima, nunc autem deserta atque exusta. **149** Nam pro scelere incolarum de cælo descendit ignis, qui regionem illam in cineres æternos dissolvit.

25. Cujus umbra quædam, et species in favillis, et arboribus ipsis etiam adhuc videtur. Nascuntur enim ibi poma virentia sub tanta specie maturitatis, ut edendi desiderium gignant. Si carpas, fatiscunt, ac resolvuntur in cinerem, fumumque exhalant, quasi adhuc ardeant.

26. ^j *Nabathæa* regio, a Nabath filio Ismael nuncupata. Jacet autem inter Judæam et Arabiam, et surgens ab Euphrate in mare Rubrum porrigitur, et est pars Arabiæ.

27. ^k *Ægyptus*, quæ prius *Æria* dicebatur, ab Ægypto Danai fratre, postea ibi regnante, nomen accepit. ^l Hæc ab Oriente Syriæ, ac Rubro mari conjuncta, ab Occasu Libyam habet, a Septentrione mare Magnum, ^m a Meridie vero introrsus recedit, pertendens usque ad Æthiopes; regio cæli imbribus insueta, et pluviarum ignara.

28. Nilus solus eam circumfluens irrigat, et inundatione sua fecundat, ⁿ unde et ferax frugibus, multam partem terrarum frumento alit, cæterorum quoque negotiorum adeo copiosa, ut impleat necessariis mercibus etiam orbem terrarum. Finis Ægypti *Canopæa* a *Canope* Menelai gubernatore sepulto in ea insula, quæ Libyæ principium et ostium Nili facit.

150 29. *Seres* oppidum Orientis, a quo, et genus **C** Sericum, et regio nuncupata est. ^o Hæc a Scythico Oceano, et mari Caspio ad Oceanum Orientalem inflectitur; nobilibus fertilis frondibus, a quibus vellera decerpuntur, quæ cæterarum gentium commercia abnuentes Seres, ad usum vestium vendunt.

30. *Bactriæ* regioni proprius amnis Bactrus vocabulum dedit. ^p Partes ejus quæ pone sunt, Paropamisi jugis ambiuntur; quæ adversæ sunt, Indi fluvii fontibus terminantur. Reliqua includit Ochus fluvius. Mittit Bactria fortissimos Camelos nunquam atterentes pedes.

31. *Scythia* sicut et *Gothia* a Magog filio Japhet fertur cognominata; cujus terra olim ingens fuit, nam ab Oriente India, a Septentrione per paludes Mœotides inter Danubium, et Oceanum, usque ad Germaniæ fines porrigebatur. Postea vero minor

ⁱ *Uberrima nunc autem des*. Ex Hegesipp., lib. iv, cap. 18; Solin., cap. 35, et August., lib. xxi de Civit., cap. 5.

^j *Nabathæa*. Sup., lib. ix, cap. 2, et Hieron. in Quæst. Heb. ad Genes., cap. 25.

^k *Ægyptus... accepit*. Sup., lib. ix., cap. 2, et Euseb. In Chron.

^l *Hæc ab Oriente*. Ex Oros., lib. i, cap. 2.

^m *A meridie*. Solin., cap. 33.

ⁿ *Unde et ferax... terrarum*. Ex Heg., lib. iv, c. 27.

^o *Hæc a Scythico Oc*. Totus locus ex Solin., cap. 33, e quo voces duas *commercium abnuentes* supplevimus, cum *cæterarum gentium* legatur in vet. Cod. non *cæteris gentibus*, ut quidam ediderunt.

^p *Partes ejus, quæ pone*. Al., *prone*. Al., *plura*. Vid. Solin. et Plin., lib vi, cap. 16.

effecta, ^a a dextra Orientis parte, qua oceanus Sericus tenditur usque ad mare Caspium, quod est ad Occasum; dehinc a Meridie usque ad Caucasi jugum deducta est; cui subjacet Hyrcania, ab Occasu habens pariter gentes multas propter terrarum infecunditatem late vagantes.

32. Ex quibus quaedam agros incolunt, quaedam portentosæ ac truces carnibus humanis et eorum sanguine vivunt. ^b Scythiæ plures terræ sunt locupletes; inhabitabiles tamen plures, nam dum in plerisque locis auro et gemmis affluent, gryphorum immanitate accessus **151** hominum rarus est. Smaragdus autem optimis hæc patria est. Cyaneus quoque lapis et crystallus purissimus Scythiæ est. Habet et flumina magna *Moschorum*, ^c *Phasiden*, atque *Araxen*.

33. ^d *Hyrcania* dicta a silva *Hircana*, quæ Scythiæ subjacet, habens ab Oriente mare Caspium, a Meridie Armeniam, a Septentrione Albaniam, ab Occasu Iberiam. ^e Est autem silvis aspera, copiosa immanibus feris, tigribus, pantherisque, ac pardis; de qua Virgil.: *Hyrcanæque admorunt ubera tigres*.

34. ^f *Albania* a colore populi nuncupata, eo quod albo crine nascantur: ^g hæc ab Oriente sub mare Caspium surgens, per oram oceani Septentrionalis ^h usque ad Mæotides paludes per deserta et inculta extenditur. Huic terræ canes ingentes sunt, tantæque feritatis, ⁱ ut tauros premant, leones perimant.

35. ^j *Armenia* nuncupata ab *Armeno*, Jasonis Thesali comite, qui amisso rege Jasone, collecta multitudine ejus, quæ passim vagabatur, Armeniam condidit, et ex suo nomine nuncupavit. Sita est inter Taurum et Caucasum, a Cappadocia usque ad Caspium mare protensa, habens a Septentrione Ceraunios montes, ex cujus collibus **952** *Tigris* fluvius nascitur; et in cujus montibus arca post diluvium sedisse perhibetur. Duplex est autem Armenia, superior et inferior, sicut duæ Pannoniæ.

36. *Iberia* regio Asiæ est, prope Pontum Armeniæ juncta; in hac herbæ tincturæ utiles nascuntur.

^a *A dextra Orient... vagantes*. Ex Oros. l. 1, c. 2.

^b *Scythiæ plures... rarus est*. Ex Solin., cap. 20.

^c *Moschorum, Phasiden Araxen*. Solin.: *Heniochorum montes Araxen, Moschorum, Phasiden, fundunt*. Isid. lib. omnes Orosorum.

^d *Hircania dicta a silv. Hyr.* Idem, sup., lib. IX, cap. 2, ex Serv., Æn. VII.

^e *Est autem sylv. asp.* Solin., cap. 21.

^f *Albania a colore populi. Forte capilli.*

^g *Hæc ab Orient.* Ex Oros., lib. 1, cap. 2.

^h *Usque ad Mæotides paludes.* Oros., *Usque ad Tanaim fluvium et Mæotides*.

ⁱ *Ut Tauros premant, leones per.* Solin., cap. 25: *Apud Albanos nati canes feris omnibus anteponuntur; frangunt tauros, leones perimant; ex quo frangant malebat Chacon*.

^j *Armenia nuncupata.* Supra, lib. IX, cap. 2; et Justinus, lib. XLII.

^k *Hæc in c. Syr... Cyprum.* Ex Oros., lib. 1, cap. 2. Orosius ex Sallustio, quem citat Serv., Æn. XI, ad vers. *Quales Threiciæ*.

^l *Terra ejus a. a. n. equor.* Ex Solin., cap. 57.

^m *Asia minor... mare.* Ex Oros., lib. 1, cap. 2,

A 37. *Cappadocia* urbs propria nominavit. ^k Hæc in capite Syriæ sita: ab Oriente Armeniam tangit, ab Occasu Asiam minorem, ab Aquilone mare Cimmericum, et Themiscirios campos, quos habuere Amazones, a Meridie vero Taurum montem, cui subjacet Cilicia et Isauria usque ad Cilicum sinum, qui spectat contra insulam Cyprum. ^l Terra ejus ante alias nutritrix equorum. *Halys* amnis per eam fluit, qui quondam Lydiæ regna disjunxit a Persis.

38. ^m *Asia minor* ab Oriente Cappadocia attingitur, ab aliis partibus, undique mari circumdatur. Nam a Septentrione Pontum Euxinum habet, ab Occasu Propontidem, a Meridie Ægyptium mare. Habet provincias *Bithyniam, Phrygiam, Galatiam, Lydiam, Cariam, Pamphiliam, Isauriam, Lyciam*, atque *Ciliciam*.

B 39. Prima Asiæ minoris *Bithynia* in Ponti exordio ad solis orientis partem, adversa Thraciæ jacet, multis antea nominibus appellata. ⁿ Nam prius *Bebrycia* dicta, deinde *Mygdonia*, mox a *Bithyno* rege *Bithynia* nuncupata, ipsa est et *major Phrygia*. ^o *Nicomedia* urbs in ea est, **153** ubi ^p Annibal fugiens veneni haustu animam expiravit.

40. ^q *Galatia* dicta a priscis *Gallorum* gentibus, a quibus exstitit occupata. ^r Nam Galli in auxilium a rege Bithyniæ evocati, regnum cum eo, pacta victoria, diviserunt; sicque deinde Græcis admisti, primum *Gallo-græci*, nunc ex antiquo *Gallorum* nomine *Galatæ* dicuntur, et eorum regio *Galatia* nuncupatur.

41. ^s *Phrygia* dicta a *Phrygia* Æsopi filia. ^t Hæc **C** *Dardania* a *Dardano* Jovis filio dicta. De ^u quo Homerus ait:

Quem primum genuit cœlesti Jupiter arce.

^v Hic enim profectus de Corito civitate primus venit in Phrygiam. Est autem regio ^x Troadi superjecta ab Aquilonis parte Galatiæ, a Meridiana vicina est Lycaoniæ, ab Oriente Lydiæ adhæret, ab Occidente Hellesponto mari terminatur. ^y Hujus regio *Troja* est, quam ex suo nomine appellavit *Tros*, Trojanorum rex, Ganymedis pater. Duæ sunt autem

apud quem *Cappadocia* attingitur non cingitur ut in Isidorianis lib.

ⁿ *Nam prius Bebrycia.* Solin., cap. 44.

^o *Ipsa est et major Phrygia.* Ex Serv., Æn. v, ad vers. *Bebrycia ven.*, apud quem Sallust.: *Igitur introrsus prima Asiæ Bithynia est, multis antea nominibus appellata, ipsa est, et major Phrygia.*

^p *Annibal... animam expiravit.* — *Expulit*, Sol., cap. 44; *cxhalavit*, Margarin. Virgil., lib. XI.

^q *Galatia.* E Solin., cap. 43, aut ex Hieron., in loc. Heb., ex Actib.

^r *Nam Galli.* Ex Justin., lib. XXV, et lib. de Locis Heb., ex Act. apost., inter Hieron. Opera.

^s *Phrygia... Esopi f.* Sic veteres lib. et Messalla Corvin., in lib. de Progenie Augnst.

^t *Hæc et Dardaniæ.* E Serv., Æn. II.

^u *De quo Homerus ait, etc.* Verba Eusebii, in Chronic.

^v *Hic enim profectus de Corito.* E Serv., Æn. III, ad versum 170: *Coritum terrasque req.* Et Virg., Æn. VII, de Dardano: *Ilinc illum Coriti.*

^x *Troadi superjecta.* E Solin., c. 43, de Asia Minore.

^y *Hujus regio Troja.* E Serv., Georg. III, ad *Trosque parens*.

Phrygiæ, major et minor. Major Phrygia *Smyrnam* A habet; ^a Minor vero *Ilium*.

42. *Lycaonia*...

^b *Cariam* *Hermus* fluvius discernit a Phrygia.

43. *Lydia* sedes antiqua regum, quam *Pactoli* unda extulit in divitias, torrentibus aureis: hæc antea *Mæonia* dicebatur, quæ dum pro brevitate duos fratres reges *Lydum* et *Tyrrhenum* ferre non posset, 151 ex sorte *Tyrrhenus* cum ingenti multitudine profectus, loca ^c *Italiae* occupavit, et *Thyrreniam* nuncupavit. *Lydia* autem a *Lydo* ^d regis fratre, qui in provincia remanserat, cognominata est. Coniungitur ab Occidente minori Phrygiæ, ab *Ortu Smyrnam* urbem habet, quam ^e *Meles* fluvius cingit, cujus campos *Pactolus* et *Hermus* circumfluunt, arcnis aureis ditissimi.

44. *Pamphylia*.

Isauria ex situ loci perhibetur cognominata, quod undique *aurarum* aperta flatibus pateat. Metropolim urbem *Seleuciam* habet.

45. ^f *Cilicia* a *Cilice* quodam uomen traxit, quem ortum Phœnice dicunt, et antiquiorem *Jove* fuisse asserunt. Plurima jacet campis, recipiens ab Occiduo *Lyciam*, a Meridie mare *Issicum*, a tergo montis *Tauri* juga. Hanc *Cydnus* amnis intersecat, ^g matrem urbium habet *Tarsum*. In ea et *Coryeus* oppidum est, unde crocum plurimum et optimum venit, spiramine fragrantius, et colore plus aureo.

46. *Lycia* nuncupata, quod ab Oriente adjuncta *Ciliciæ* sit. Nam habet ab *Ortu Ciliciam*, ab *Occasu* et Meridie mare, a *Septentrione Cariam*. ^h Ibi est mons *Chimæra*, qui nocturnis æstibus ignem exhalat, sicut in *Sicilia Ætua*, et *Vesuvius* in *Campania*.

CAPUT IV.

155 De Europa.

1. Post *Asiam* ad *Europam* stylum vertimus. *Europa* quippe *Agenoris* regis *Libyæ* filia fuit ⁱ quam *Jovis* ab *Africa* raptam *Cretam* advexit, et tertiam

^a *Minor vero Ilium*. Ex dicto lib. de *Locis Heb.*, Act.

^b *Cariam*. E *Solin.*, cap. 43.

^c *Loca Italiae occup.* E *Serv.*, et impres. veteres lib. omnes, *Galliae*.

^d *A Lydo regis Fratris*. Vocem regis debebat *Chacon*. Videntur autem hæc ^e *Servio* sumpta, *Æn.* viii, ad *Urbis Ægyptinæ sedes*.

^e *Meles fluv.* Sic vet. lib., de quo, superiori lib., vid. *Plin.*, lib. v, cap. 29.

^f *Ciliciam a Cilic.* E *Solin.*, cap. de *Cilic.*

^g *Matrem urb. h. Tarsou, hanc Cydn.*, etc. Ex *Solino*. Nam inverso ordine hæc leguntur in *Codicib. Isid.*, et in dictis lib. de *Locis Heb.*, ex *Act. apost.*

^h *Ibi est mons Chimæra*. Ex *Solin.*, cap. 42, de *Lycia*. Ex quo *Vesuvius* hic legendum fuit, non *Vesulus*, ut est in manuscriptis. Vid. *Serv. Æn.* xi, ad *Multos Vesulus quem*, et *Georg.* ii, ad vers.:

Talem dives arat *Capua*, et vicina *Vesivo*.

CAP. IV. — ⁱ *Jovis*. Ita omnes *Goth.* ut ante quoque annotavimus.

^j *Iste autem est Agenor Libyæ fil.* *Apolodorus* de *Agenore*: Ἀβύρης δὲ καὶ ποσειδῶνος γίγνονται παῖδες δίδουσι Ἀγενωρ, καὶ Βήλος.

^k *Mari Magno coniungitur*. — *Contingitur Chac.*

^l *Prima Europæ Reg.* Ex *Oros.*, lib. i, cap. 2.

^m *Terra dives viror.* *Al.*, *Viriam virorum*. *Solin.*,

A partem orbis ex ejus nomine appellavit. ^j Iste autem est *Agenor Libyæ* filius, ex qua, et *Libya*, id est *Africa* fertur cognominata. Unde apparet prius *Libyam* accepisse vocabulum, postea *Europam*.

2. *Europa* autem in tertiam partem orbis divisa, incipit a flumine *Tanai*, descendens ad *Occasum* per *Septentrionalem* oceanum usque ad fines *Hispaniæ*. cujus pars *Orientalis* et *Meridiana* a *Ponto* consurgens, tota ^k *mari Magno* coniungitur, et in *insula Gadibus* finitur.

3. ^l *Prima Europæ regio Scythia inferior*, quæ a *Mæotidis* paludibus incipiens, inter *Danubium* et oceanum *Septentrionalem* usque ad *Germaniam* porrigitur; quæ terra generaliter propter barbaras gentes, quibus inhabitatur, *Barbaria* dicitur. Hujus pars ^B prima *Alania* est, quæ ad *Mæotidas* paludes pertingit. Post hanc *Dacia*, ubi et *Gothia*; deinde *Germania*, ubi plurimam partem *Suevi* incoluerunt.

4. *Germania*, post *Scythiam* inferiorem a *Danubio* inter *Rhenum* fluvium, *Oceanumque* conclusa, cingitur a *Septentrione* et *Occasu* *Occano*, ab *Ortu* vero *Danubio*, a *Meridie* *Rheno* flumine dirimitur; ^m terra dives virorum ac populis numerosis, ⁿ et immanibus frequens. 156 Unde et propter fecunditatem gignendorum populorum *Germania* dicta est; ^o gignit aves *Hercynia* sylva quarum pennæ noctu perlucunt. ^p *Bisontes* quoque feras, et uros atque alces parturit. Mittit et gemmas, crystallum et succinum. ^q *Callaicum* quoque viridem, et *ceraunium* candidum. Duæ sunt autem *Germaniæ*, *Superior* juxta *septentrionalem* oceanum, ^C inferior circa *Rhenum*.

5. ^r *Provinciarum* autem, quas *Danubius* a *Barbarico* ad *Mediterraneum* mare seclusit, ^s prima est *Mæsia*, a *messium* proventu vocata. Unde eam veteres *Cereris* horreum nuncupabant. ^t Hæc autem ab *Oriente* ostiis *Danubii* jungitur; ab *Euro* vero *Thraciæ*, a *Meridie* *Macedoniæ*, ab *Occasu* *Histriæ* copulatur. Post *Mæsiam* autem *Pannonia* est. Inde cap. 23.

ⁿ *Et immanibus frequens*. — *Frequens* ex *Solin.* reposuimus.

^o *Gignit aves*. Ex *Solin.*, *ibid.*

^p *Bisontes quoque feras, et uros, atque Alces*. *Solin.*, *ibid.*, *Plin.*, lib. viii, cap. 15; *Cæsar*, lib. vi, de *Bel. Gall.*; *Serv. Georg.* ii.

^q *Callaicum quoque*. — *Callaim* *Plin.*, l. xxxvii, c. 8.

^r *Provinciarum autem*. Ex *Oros.*, *ibid.*

^D ^s *Prima est Mæsia*. — *Mæsia*, an *Mysia* verior scriptura sit, nondum satis constitui. Nam *Isidori* et *Solini*, cujus hæc sunt, *Codices* variant; apud *Orosium* *Mæsia* perpetuo. *Serv. Georg.* i, ad *Nullo tantum se Mæsia cultu*: *Mæsia*, inquit, *Civitas Phrygiæ. Mysia Provincia est*. Verum rem ipsam si spectes, *Mysiam* minore periculo scripseris. Constat enim *Mysiam* a geographis, et in *Asia*, et in *Europa* collocari. Quin etiam apud *Virgilium* (si *Pierio* credimus), ut *Mæsia* legatur, invitis manuscriptis libris. *Servii* auctoritas fecit. Sed origo a *messibus* tracta *Mæsiam*, sive *Mæsiam* potius ab *Isidoro* dictam arguit, quod *Chaconi* quoque magis placebat. Nam quod *μῆσαι*, aut *μῆτην* apud *Lydos*, auctoribus *Eustachio* ad *Dionys.* *Alrum*, et *Hesychio*, significat, nihil ad *Isidorum*.

^t *Hæc autem ab Oriente ostiis Danub.* Ex *Oros.* lib. i, cap. 2.

Noricus ager frigidus, et pareius fruetuosus. Post quæ *Rheticus* ferax frugibus, qui excipit *Galliam Belgicam*.

6. *Thraciæ* Thiras Japhet filius veniens nomen dedisse perhibetur. Alii a sævitia incolarum Thraciam appellatam dixerunt. ^a Huic ab Oriente Propontis, et urbs Constantinopolis opposita est, a Septentrione vero Ister obtenditur, a Meridie vero Ægæo mari adhæret, ab Occasu Macedonia illi subjacet. Cujus regionem olim *Bessorum* populus, **157** *Massagete Sarmatæ*, *Scythæ*, et aliæ plurimæ nationes incoleverunt. Ampla est enim, ideoque plurimas continuit gentes, Hebrum fluvium Thraciæ fundit, qui etiam gentes barbarorum plurimas tangit.

7. *Græciæ* a Græco rege vocata, qui cunctam eam regionem regno incoluit. Sunt autem provinciæ Græciæ septem : quarum prima ab Occidente *Dalmatia* inde *Epirus*, inde *Hellas*, inde *Thessalia*, inde *Macedonia*, inde *Achaia*, et duæ in mari, *Creta* et *Cyclades*. *Illyricum* autem generaliter omnis Græciæ est.

8. *Dalmatiam* a *Delmi* maxima ejusdem provinciæ civitate, traxisse nomen existimatur. Adhæret ^b ab Oriente Macedonia, a Septentrione Mœsiæ, ab Occasu Istria terminatur, a Meridie vero Adriatico sinu clauditur.

9. ^c *Epirus* a *Pyrrho* Achillis filio cognominata, cujus pars *Chaonia*, quæ ante *Molossia* dicta est, a *Molosso* filio Pyrrhi, quem de *Andromacha* habuit. Sed postquam occisus est *Pyrrhus* Orestis insidiis, *Andromacham* *Helenus* suscepit, tenuitque regnum privigni, **158** qui successerat patri, a quo *Molossia* dicta pars Epiri, quam *Helenus* postea a fratre *Chaone*, quem in venatu per ignorantiam dicitur occidisse, *Chaoniam* nominavit, quasi ad solatium fratris extineti.

10. ^d *Hellas* dicta a rege *Hellene*, Deucalionis et *Pyrrhæ* filio, a quo et prius Græci *Hellenes* nuncupati sunt. Ipsa est, et *Attica* terra, *Acte*, prius dicta. ^e Nam *Cranus* quidam Græciæ indigena fuit, ex ejus filia *Attis* nomine *Attica* terra vocata est. Hæc inter Macedoniam, et Achaïam media jacet, *Areadiæ* à Septentrionali parte conjuncta. ^f Ipsa est et vera Græciæ, ubi fuit *Athenæ* civitas ^g mater liberalium litterarum, et philosophorum nutrix, qua nihil ha-

^a Huic ab Oriente Propontis. Ex Oros., ibid.

^b Adhæret autem ab Oriente... clauditur. Ex eod. **D** Post hæc verba leguntur in quibusdam Gothicis ista : *Illyrica regio juxta Adriaticum mare, in qua Dardani sedes habent, ipsa est et Dardania a Dardano rege cognominata, homines ex Trojana prosapia in mores barbaros efferati; quæ fortasse rejicienda non sunt. Vide Plinium, lib. iv, cap. 8.*

^c *Epirus* a *Pyrrho*... extincti. E Serv. pleraque *Æn.* iii, ad vers. *Patrio Andromachen*; apud quem in lib. impressis a Rob. Step. : *Positam a fratre Chaone*, legitur. De qua lectione alii judicabunt.

^d *Hellas* dicta a Rege. Ex Eusebii Chron., et Serv., *Eclog.* ii, ad *Acteo Aracyntho*.

^e Nam *Cranus* indigena, etc. Verba sunt Eusebii.

^f Ipsa est et vera Græciæ. Hæc omnia carptim sumpta e Solin., cap. de Græciæ.

^g Mater liberal... nobilius. Ex Aug. xviii, de Civit.,

buit Græciæ elarius atque nobilius. In ea est et *Marithonius* campus opinione quondam prælii cruentissimus.

11. Helladis autem duæ sunt provinciæ, *Bœotia* et *Peloponnesus*.

Bœotia autem dicta hæc ex causa. Dum *Cadmus* Agenoris filius **159** Europam sororem a Jove raptam ex præcepto genitoris quæreret, nec reperiret, patris iram formidans, confirmato animo, elegit exsilium. Nam bovis forte inspectæ secutus vestigia, amplexus est sedem ubi illa recubuerat, sicque locum de nomine bovis BŒOTIAM nominavit : ubi et *Thebas* urbem eonstruxit, in quam olim civilia bella detonuerunt, et ^h ubi nati sunt *Apollo* et *Hercules* major ille *Thebanus*. Eadem est ⁱ *Aonia* vocata, a fonte quodam Apollini et *Musis* consecrato, qui in eadem Bœotia est.

Peloponnesus secunda pars Helladis, a *Pelope* regnata atque vocata.

12. *Thessalia* a *Thessalo* rege cognominata, quæ a meridiana plaga Macedonia conjuncta est, ^j cujus a tergo *Pieria* est. Multa in Thessalia flumina, et oppida, inter quæ præcipue *Thessalonica*, et *Thebæ*. Ibi est mons *Parnassus* quondam Apollini consecratus **160** Thessalia patria Achillis, et origo *Lapitharum* fuit, de quibus ^k fertur quod hi primo equos frenis domuerint; unde et *Centauri* dieti sunt. In Thessalia primum solidi aurei facti sunt, domandorum quoque equorum usus primum repertus est.

13. Macedonia in exordio ab *Emutio* rege *Emathie* nomen erat, sed ^l *Macedo* Deucalionis maternus nepos, postquam ibi accepit principatum, mutavit vocabulum, *Macedoniamque* a suo nomine dixit. ^m Est autem confinis ab Oriente Ægæo mari, a Meridie Achaïæ, ab Occasu Dalmatiæ, a Septentrione Mœsiæ. Patria *Alexandri Magni*, et ⁿ regio aureis venis argenteisque opima. Lapidem quem præantidem vocant ista gignit. Mons *Olympus* in eo est, ^o qui excellenti vertice tantus attollitur, ut in cacumine ejus, nec nubes, nec venti sentiantur.

14. ^p *Achaia* ab *Achæo* rege, et urbs et provincia appellata. Hæc pene insula est. Nam absque Septentrionali parte, qua Macedonia jungitur, undique septa est mari. Ab Oriente enim habet *Myrteum* cap. 9.

^h Ubi nati sunt *Apol.* et *Herc.* At *Solin.*, cap. 13, de *Thebis* : *Urbs ista numinibus apud se ortis gloriatur, ut perhibent qui sacris carminibus Herculem et Liberum celebrant*; e quo pro *Appoline Liberum* substituebat *Chæon* invitis omnibus lib.

ⁱ Eadem est et *Aonia*. E *Serv.*, *Eclog.* 10, ad vers. *Aonia Aganippe*.

^j Cujus a tergo *Pieria* est. Ita. *Solin.*, cap. de Thessalia, sed paulo aliter *Plinius*, lib. iv, cap. 8.

^k De quibus fertur quod hi prim. *Virg.*, *Geog.* 11 : *Frena Pelotronii Lapythæ*. E *Serv.*

^l *Macedo deucal.* E *Sol.*, cap. de Macedonia.

^m Est autem confin. *Mysie*. Ex *Oros.*, lib. 1, cap. 2.

ⁿ Et regio. E *Solin.*

^o Qui excellenti vertice tantus. Ex eod., cap. de Thessalia.

^p *Achia* ab *Ach.* Ex *Chron.* Eusebii.

mare, ab Euro Creticum, a Meridie Ionium : ab Africa et Occasu ^a Cephaloniam, et Cassiopam insulas, a sola Septentrionali parte Macedoniæ, vel Atticæ terræ adjungitur, hujus caput est urbs *Corinthus* Græciæ decus. *Inachus* est Achaïæ fluvius.

161 15. ^b *Arcadia* sinus Achaïæ est, ut platani folium, inter Ionium et Ægæum mare exposita, ^c quam *Arcas* Jovis et *Calistæ* filius, Pelasgis in ditio-nem redactis, ex suo nomine *Arcadium* nuncupavit. Ipsa est et *Cicyonia* a *Sicyone* rege, a quo et regnum *Sicyoniorum* est dictum. Habet autem *Arcadia* flu-vium magnum *Erimanthum*; asbeston quoque lapi-dem, qui semel accensus nunquam exstinguitur. Candidissimæ etiam merulæ ibi nascuntur.

16. *Lacedemonia*.

^d *Pannonia* ab Alpibus *Pæninis* est nuncupata, quibus ab Italia secernitur : regio ^e viro fortis, et solo læta, duobus satis acribus fluviis *Drabo*, *Sabo-que* vallata. Conjungitur autem cum Norico et Rhe-tia, habens ab Oriente Mæsiam, ^f ab Euro Istriam, ab Africo vero Alpes Appenninas, ab Occasu Galliam Belgicam, a Septentrione Danubii fontem, vel limi-tem, qui Germaniam, Galliamque secernit.

17. *Istriam* Ister amnis vocavit, qui ejus terram influit, ipse est *Danubius*. Habet autem *Istria* a Septentrione Panuoniam.

18. *Italia* olim a Græcis populis occupata, ^g magna *Græcia* appellata est; deinde a regis nomine *Saturnia*, mox et *Latium* dicta, eo quod, idem Saturnus, a Jove sedibus suis pulsus, ibi *latuerit*; postremo ab *Italo*,

162 Siculorum rege, ibi regnante, *Italia* nuncupata est. ^h Cujus situs longitudine amplius quam latitudine ⁱ a Circio in Eurum extenditur, a Meridie Tyrrheno mari, ab Aquilone Adriatico clauditur, ab Occiduo Alpium jugis finitur : terra in rebus omnibus pulcher-rima, Soli fertilitate, pabuli ubertate gratissima.

19. Habet lacus *Benacum*, *Avernum*, atque *Lucrinum*; fluviis *Eridanum*, et *Tiberim*, et tenentes fontibus *Baias*. Gignit gemmas syrtitem, lyncurium, et corallium; hoam quoque serpentem, lyncem feram, et *Diomedæas* aves. *Italia* autem et *Hispania* idcirco *Hesperia* dictæ, quod Græci *Hespero* stella navigent, et in Italia et in Hispania, ^j quæ hac ratione discernuntur; aut enim *Hesperiam* solam dicis

^a *Cassiopam Cephaloniam et insulas*. Oros., ib., cap. 2 : *Ab Africo et Occasu Cephaloniam et Cassio-pam Insulas, a Septentrione sinum Corinthium, ab Aquilone angustum terræ dorsum, quo Macedoniæ conjungitur, vel potius Atticæ, qui locus Isthmos vocatur, ubi est Corinthus.*

^b *Arcadia sinus... ut platani folium*. Confusa sunt hæc *Arcadia* in sinu est *Peloponnesi*, id est, in medio ipsius. *Peloponnesus* vero, ut *platani folium* extenditur.

^c *Quam Arcas Jov.*, etc. Ex Chron. Euseb.

^d *Pannonia*. Ex Oros., ibid.

^e *Viro fortis*. Ita veter. lib. et Solin., cap. de Gallia.

^f *Ab Euro Istriam*. — *A Meridie* mallemus.

^g *Italia... magna Græcia*. Serv., Æn. 1, ad vers. *Seu vos Hesperiam magnam*, etc. Μεγάλη Ἑλλάς ap-

A et significas *Italiam* : aut addis *ultimam*, et significas *Hispaniam*, quia in Occidentis est fine,

20. *Tuscia* pars Italiæ, ^k *Umbria* vero pars *Tusciæ* *Tuscia* autem a frequentia sacrorum et *thuris* vocata ἀπὸ τοῦ θυσίῳ

21. *Umbriam* vero historiæ narrant, eo quod tem-pore aquosæ cladis imbribus superfuerit, ob hoc *Umbriam* Græce cognominatam. Est enim in jugis Appennini montis sita, in parte Italiæ juxta Meri-diem.

22. ^l *Etruria* pars Italiæ dicta, quod ejus fines tendebantur usque ad ripam Tiberis, quasi ἕτερος ὄρος. Nam ἕτερος alter, ὄρος finis vocatur. **163** Ro-mæ enim fines antea unam tantum Tiberis ripam tene-bant. Alii Etruriam ab Etrusco principe putant.

B Item et *Tyrrhenia* a *Tyrrheno* Lydii fratre, qui ex sorte cum populi parte de Mæonia venit ad Ita-liam. Hæc est et *Tuscia*, sed *Tusciam* dicere non debemus, quia nusquam legimus. *Tuscia* autem, a frequentia sacrificii et *thuris*, dicta est ἀπὸ τοῦ θύειν : illic et aruspicinam dicunt esse repertam.

23. ^m *Apulia*, ubi *Brundisium* situm est, quam Ætoli secuti *Diomedem* ducem condiderunt.

24. *Campania* habet terras hyeme atque æstate vernantes. Sol ibi mitis, grata temperies, aer purus et blandus.

25. *Gallia* a candore populi nuncupata est, γάλα enim Græce lac dicitur. Montes enim et rigor cœli ab ea parte solis ardorem excludunt, quo fit ut candor corporum non coloretur. Hanc ab Oriente *Alpium* **C** juga tuentur, ab Occasu Oceanus includit, a Meridie prærupta *Pyrenæi*, a Septentrione *Rheni* fluenta, atque *Germania*, cujus initium Belgica, finis *Aquita-nia* est; regio gleba uberi, ac pabulosa ad usum ani-mantium apta, fluminibus quoque, et fontibus irri-gua, perfusa duobus magnis *Rheno*, et *Rhodano* fluviis.

26. ⁿ *Belgis* autem civitas est Gallia, a qua *Belgi-ca* provincia dicta est.

Cisalpina, quia citra Alpes.

Transalpina, id est trans Alpes, contra Septen-trionem.

Rhetia vero, quod sint juxta Rhenum.

27. ^o *Aquitania* autem ab obliquis aquis *Ligeri*

D pellata est, quia a *Tarento* usque ad *Cumas* omnes civitates Græci condiderunt. Vid. Justin., lib. xx.

^h *Cujus situs longitudine ampl.* E Solin., cap. de Italia : *Proceritate amplior, quam latitudine.*

ⁱ *A circio in Eurum... finitur*. Ex Oros.

^j *Quæ hac ratione discernuntur*, etc. E S. rv., Æn. 1, ad vers. *Est locus Hesperiam*. Et lib. III : *Ab Hespero* (inquit) *Hispaniæ rege vel a stella, quam intuentur pelentes Italiam.*

^k *Umbria vero pars Tusciæ*. Ex eod., Æn. XII. *Umbria vero dicitur, ut hist.* E Solin., cap. 8.

^l *Etruria pars Italiæ*. E Serv. Æn. XI. *Etruscique duces*; et II : *Ad terram Hesp. venies.*

^m *Apulia ubi Brundus.... quam Æoli*. Verba sunt Justin., lib. XII.

ⁿ *Belgis*. Belgium dicitur a Cæsare.

^o *Aquitania*. Ex Oros.

fluminis appellata, quia ex plurima parte terminus ejus est, eamque pene in orbem cingit.

28. ^a *Hispania* prius ab *Ibero* amne *Iberia* nuncupata. Postea ab *Hispano* *HISPANIA* cognominata est. ^b Ipsa est, et vere *Hesperia*, ab *Hespero* 164 stella Occidentali dieta. Sita est autem inter *Africam*, et *Galliam*, a Septentrione *Pyrenæis* montibus elausa, a reliquis partibus undique mari conelusa salubritate cœli æqualis, omnium frugum generibus fecunda, gemmarum metallorumque copiis ditissima.

29. Interfluunt eam flumina magna *Bætis*, *Minus*, *Iberus* et *Tagus* aurum trahens, ut *Pactolus*. Habet provincias sex: *Tarraconensem*, *Carthaginensem*, *Lusitaniam*, *Galleciam*, *Bæticam*, et transfreta in regione *Africæ Tingitaniam*.

30. ^e Duæ sunt autem *Hispaniæ*, *Citerior*, quæ in Septentrionis plaga a *Pyrenæo* usque ad *Carthaginem* porrigitur: *Ulterior*, quæ in Meridiem a *Celtiberis* usque ad *Gaditanum* fretum extenditur. *Citerior* autem et *ulterior* dicta, quasi *citra* et *ultra*; sed *citra*, quasi *circa* terras, et *ultra*, vel quod *ultima*, vel quod non sit post hanc ulla, hoc est, alia terra.

CAPUT V.

De *Lybia*.

1. *Libya* dicta, ^d quod inde *Libis* fiat, hoc est, *Africus*. ^e Alii aiunt *Epaphum* Jovis filium, qui *Memphim* in *Ægypto* condidit, ex *Cassio* uxore procreasse filiam *Lybiam*, quæ postea in *Africa* regnum possedit, cujus ex nomine terra *Lybia* est appellata.

2. *Africam* autem nominatam quidam inde existimant quasi *apricam*, quod sit aperta cœlo, vel soli, et sine horrore frigoris. 165 ^f Alii dieunt *Africam* appellari ab uno ex posteris *Abrahæ* de *Cethura*, qui vocatus est *Afer*, ^g de quo supra meminimus.

3. Incipit autem a finibus *Ægypti*, pergens juxta *Meridiem* per *Æthiopiam* usque ad *Atlantem* montem. A Septentrionali vero parte, *Mediterraneo* mari conjuncta elauditur, et in *Gaditano* freto finitur, habens provincias *Libyam*, *Cyrenensem*, *Pentapolim*, *Tripolim*, ^h *Byzacium*, *Carthaginem*, *Numidiam*, ⁱ *Mauritaniam*

^a *Hispania*. Ex Justin. lib. XLIV.

^b Ipsa est, et vera *Hesperia*. E Serv., *Æn.* I. ad vers. Est locus *Hesp.*

^c Duæ sunt *Hispan.* Ex Oros.

CAP. V. -- ^d *Libya*, quod inde *Libis* fiat. E Serv., *Æn.* I. ad *Venturum* excid. *Libyæ*.

^e Alii aiunt *Epaphum*. Hyginus in *Fabulis*, cap. 149, et *Placidus* ad *Thebaid.* IV.

^f Alii dieunt *Africam*, Hieronym., in *Quæst.* in *Genes.*, ad cap. 25.

^g De quo supra. Lib. IX, cap. 2.

^h *Byzacium*. — *Byzantium* legitur in antiquissimis libris, et marmoribus, et apud *Stephanum*. Veram tamen scripturam *Byzantium* existimabat *Chacon* ex vetustis *Varronis* Codicibus, lib. I, de *Re rust.*, cap. 14, et *Plin.*, lib. V, cap. 4 et lib. XVII, cap. 5, et lib. XVIII, cap. 10, et *Aug.* in *Ps.* XXXVI, coneione 2. Quam tamen vulgati *Isidori* libri, et plerique ex *Gothicis* retinent.

ⁱ *Mauritaniam* *Sitifensem* *Mauritan.* *Ting.* Quod *Cæsariensem* audent quidam libri, tresque *Mauritanias* videntur ex *Orosio* facere, nihil est quod moremur, quando ex eodem et *Isidoro* paulo post *Cæsari-*

A *Sitifensem*, *Mauritaniam*, *Tingitanam*, et circa solis ardorem *Æthiopiam*.

4. ^j *Lybia* *Cyrenensis* in parte *Africæ* prima est, a *Cyrene* urbe metropoli, quæ est in ejus finibus, nuncupata. Huic ab Oriente *Ægyptus* est, ab Occasu *Syrtes* majores, et *Troglodytæ*, a Septentrione mare *Libyeum*: a Meridie *Æthiopia*, et barbarorum variae nationes, et solitudines inaccessibiles, quæ etiam basiliscos serpentes creant.

5. *Pentapolis* *Græca* lingua a quinque urbibus nuncupata, id est, *Cyrene*, *Berenice*, ^k *Theuchira*, *Apollonia*, *Ptolemaide*. Ex quibus *Ptolemais* et *Berenice* a regibus nominatæ sunt. Est autem *Pentapolis* *Libyæ* *Cyrenensi* ad juneta, et in ejus finibus deputata.

6. *Tripolitanam* quoque provinciam *Græci* lingua sua signant de numero trium magnarum urbium: ^l *Oca*: *Sabratae*, *Leptis magnæ*; hæc habet ab Oriente *Syrtes* majores, et *Troglodytas*, a Septentrione 166 mare *Adriaticum*, ab Occasu *Bizantium*, a Meridie *Getulos* et *Garamantes* usque ad Oceanum *Æthiopicum* pertendentes.

7. *Byzaena* regio ex duobus nobilissimis oppidis nomen sortita est, ex quibus unum *Adrumetus* vocatur (alterum *Byzacium*). Hæc sub *Tripoli* est, ^m patens passuum ducenta, vel amplius millia, fecunda oleis, et glebis ita præpinguis, ut jaeta ibi semina, incremento pene centesimo frugis renascantur.

8. ⁿ *Zeugis*, ubi *Carthago* magna, ipsa est et vera *Africa* inter *Byzacium*, et *Numidiam* sita, a Septentrione mari *Siculo* juneta, et a Meridie usque ad *Getulorum* regionem porrecta, ejus proxima quæque frugifera sunt, ulteriora autem bestiis et serpentibus plena, atque onagris magnis in deserto vagantibus.

Getulia autem *Africæ* pars mediterranea est.

9. ^o *Numidia* ab incolis passim vagantibus sic vocata, quod nullam certam haberent sedem. Nam lingua eorum incertæ sedes et vagæ *Numidia* dieuntur. Incipit autem a flumine *Ampsaga*, in *Zeugitanum* litem desinit, ^a habens ab Ortu *Syrtes* minores, a Septentrione mare quod intendit *Sardiniam*, ab Oc-

riensem et *Sitifensem*, vel etiam *Sitifensem* et *Tingitanam* ex *Concil. Carthag.* VII. constat esse conjunctas, ut *Cæsariensis* alterutrius, quasi appendix sit; ita tamen ut pro *Tingitana* in *Conciliis* sæpe ponatur.

^j *Lybia* *Cyren...* pertendentes. Ex *Oros.*, lib. I, cap. 2.

^k *Theuchira*. Mendose olim legebatur *Centria*. Vid. *Ptolemæi* tabul. 4.

^l *Oca*, *Sabratae*, *Leptis mag.* *Solin.*, cap. 30. *Achæi* *Tripolim* lingua sua signant de trium Urbium numero *Taphræ*, *Aburatani*, *Leptis magnæ*. *Nostri* *Codices* partim *Octabratae*, partim *Oca* *Tabraee*, partim *Oca* *Sabratae*. *Sil.*, lib. III:

Sabrata, tum *Tyrium* vulgus, *Sarranique* *Leptis* *Æaque* *Trinaerios* *Afris* permista colonos.

Ubi *Oæaque* ex *Isidoro* libentius legerim.

^m *Patens* passuum duc. E *Solin.*, cap. 30.

ⁿ *Zeugis* ubi *Carthago* magna. Verba sunt *Oros.*

^o *Numidia* ab incolis passim vag. *Sallust.* in *Jugurth.*: *Et quia sæpe tentantes agros, alia, deinde alia loca petiverant, semet ipsi* *Numidas* appellaverunt. *Idem* *Plin.*, lib. V, cap. 3; paulo tamen aliter *Festus*.

casu Mauritaniam Sitifensem, a Meridie Æthiopum gentes, regio campis præpinguis. Ubi autem sylvestris est, feras educat; ubi jugis ardua, equos et onagros procreat; **167** eximio etiam marmore prædicatur, quod *Numidicum* dicitur. Habet autem urbes præcipuas ^b *Hipponem*, *Rhegium*, et *Rusieadam*.

10. *Mauritania* vocata a colore populorum. Græci enim nigrum *μαύρον* vocant. Sicut enim Gallia a candore populi, ita Mauritania a nigredine nomen sortita est. Cujus prima provincia *Mauritania Sitifensis* est, quæ *Sitifi* habet oppidum, a quo et vocabulum traxisse regio perhibetur.

11. *Mauritania vero Cæsariensis Colonia, Cæsaria* civitas fuit, et nomen provinciæ ex ea datum, ^c Utræque igitur sibi conjunctæ ab Oriente Numidiam habent, a septentrione mare Magnum, ab Occasu flumen Malvam, a Meridie montem *Astrixim*, ^d qui discernit inter fecundam terram, et arenas jacentes usque ad Oceanum.

12. *Mauritania Tingitana* a *Tingi* metropolitana hujus provinciæ civitate vocata. ^e Hæc ultima Africae exurgit a montibus septem, habens ab Oriente flumen Malvam: ^f a Septentrione fretum Gaditanum, ab Occiduo oceanum Atlanticum, a ^g Meridie Gaulalum gentes usque ad oceanum Hesperium pererrantes. Regio gignens feras, simias, dracones, et struthiones, olim etiam, et elephantis plena fuit, quos sola nunc India parturit.

168 13. ^h *Garamantis* regionis caput *Garamma* oppidum fuit. Est autem inter Cyrenensem et Æthiopicam, ubi est fons: ⁱ qui riget calore diei, et calet frigore noctis.

14. *Æthiopia* dicta a colore populorum, quos solis vicinitas torret. ^j Denique vim sideris prodit hominum color, est enim ibi jugis æstus. ^k Nam quidquid ejus est, sub Meridiano cardine est. Circa Occiduum autem montuosa est, arenosa in medio, ad Orientalem vero plagam deserta; cujus situs ab Occiduo *Atlantis* montis ad Orientem usque in Ægyptii fines porrigitur; a Meridie Oceano, a Septentrione *Nilo* flumine clauditur, plurimas habens gentes, diverso vultu, et monstrosa specie horribiles.

15. Ferarum quoque, et serpentium referta est multitudine. Illic quippe Rhinoceros bestia, et camelopardalis, basiliscus, dracones ingentes, ex quorum cerebro gemmæ extrahuntur, hiacynthus quoque, et crysoprasmus ibi reperuntur. Cinnamonum ibi colligitur.

^a Habens ab Ortu Syrt. min. Oros., ibid.

^b *Hipponem*, *Rheg.* et *Rusieem*. Idem, Oros.

^c Utræque igitur. Oros.

^d Qui discernit inter fecund. terram. Oros.: Qui dividit inter vivam terram, et jacentes arenas usque ad Oceanum.

^e Hæc ultima Africae... pererrantes. Ex Orosio, illa tamen: Exurgit a montibus septem. Solini sunt cap. de Mauritania.

^f A Septentrione fretum Gaditanum. Orosius: A septentrione mare nostrum, et fretum Gaditanum.

^g A Meridie Gaulalum gentes. Orosius: A Meridie Autololum gentes, quas nunc Gaulales vocant.

^h *Garam.* Reg. E. Solin.

16. Duæ sunt autem *Æthiopiæ*, una circa solis Ortum, altera circa Occasum in Mauritania.

17. Extra tres autem partes orbis, quarta pars trans Oceanum interior est in Meridie, quæ solis ardore nobis incognita est, in cujus finibus ¹ Antipodes fabulose inhabitare produntur. Proxima autem Hispaniæ *Mauritania* est, deinde *Numidia*, inde regio *Carthaginensis*, post quæ *Getuliam* accepimus postea *Æthiopicam*, inde loca exusta solis ardoribus.

18. Sciendum sane, quod quædam provinciæ primum de nomine auctoris appellatæ sunt, postea a provinciæ gentis nomen est factum; nam ab *Italo* ITALIA, et rursus ab *Italia* ITALUS, et sic utimur ipso nomine gentis, quomodo fuit ipsum nomen auctoris, unde derivatum est nomen provinciæ. Ex quo accidit ex uno homine **169** nominari, et civitatem, et regionem, et gentem.

19. Provinciæ autem ex causa vocabulum acceperunt. Principatus namque gentium, qui ad reges alios pertinebant, cum in jus suum Romani vincendo redigerent, procul positas regiones *provincias* appellaverunt. *Patria* autem vocata, quod communis sit omnium qui in ea nati sunt.

20. ^m *Terram* autem significare prædiximus elementum; *terras* vero singulas partes, ut *Africa*, *Italia*; eadem et *loca*. Nam loca et terræ spatia in orbe terrarum, multas in se continent provincias, sicut in corpore locus est, pars una multa in se continens membra, sicut et domus multa in se habens cubicula; sic *terre* et *loca* dicuntur terrarum spatia, quorum partes sunt provinciæ; sicut in Asia, *Phrygia*, in Gallia, *Rhætia*, in Hispana, *Bætica*.

21. Nam Asia locus est, provincia Asiæ *Phrygia*, *Troja* regio *Phrygiæ*, *Ilium* civitas *Trojæ*. Item regiones partes sunt provinciarum quas vulgus *conventus* vocat; sicut in *Phrygia* *Troja*, sicut in *Gallia* *Cantabria*, *Asturia*. A rectoribus autem regio nuncupata est, cujus partes territoria sunt.

22. ⁿ *Territorium* autem vocatum, quasi *tauritorium*, tritum bobus, et aratro. Antiqui enim sulco ducto, et possessionum, et territorium limites designabant.

170 CAPUT VI.

De insulis.

1. *Insulæ* dictæ, quod in *salo* sint, id est, in mari. **D** Ex iis quoque notissimæ et maximæ, quas plurimi veterum solerti studio indagaverunt, notandæ sunt.

ⁱ Qui riget cal. Ita Gothici, friget Solinus.

^j Denique vim sideris prodit hominum color. Verba sunt Solini, cap. de India.

^k Nam quidquid ejus est sub Merid. card. E Solin., cap. de Æthiop.

¹ Antipodes fab. Sequitur Lactantium et Augustinum.

^m Terram autem significare prædixim. Sup., cap. I, ex Serv., Æn. VI.

ⁿ Territorium vocatum. Serv., Æn. V. ad Urbem designat aratro. Unde et territorium dictum, quasi tauritorium, tritum bobus, et aratro. Sed tauritorium retinimus ex Goth. lib., nisi territerium, mavis ex Vulcani editione, aut territaurium.

2. ^a *Britannia*, Oceani insula, interfuso mari toto orbe divisa, a vocabulo suæ gentis eognominata. ^b Hæc in aversa Galliarum parte ad prospectum Hispaniæ sita est; ^c circuitus ejus quadragies oeties septuaginta quinque millia; multa et magna flumina in ea, fontes calidi, metallorum larga et varia copia. Gagates lapis ibi plurimus, et margaritæ.

3. ^d *Thanatos*, insula Oceani, freto Gallieo ^e a Britannia æstuario tenui separata, frumentariis campis, et gleba uberi. Dicta autem *Thanatos* morte serpentum, quos dum ipsa nesciat, asportata inde terra quoquo gentium vecta sit, angues illico perimit.

4. ^f *Thyle* ultima insula Oceani inter septentrionalem, et occidentalem plagam ultra Britanniam, a sole nomen habens, quia in ea æstivum 171 solstitium sol facit, et nullus ultra eam dies est; unde et pigrum, et concretum est ejus mare.

5. *Orchades*, insulæ Oceani, ultra Britanniam positæ numero triginta tres, ^g quantum viginti desertæ sunt, tredecim coluntur.

6. ^h *Scotia*, eadem et *Hibernia* proxima Britannicæ insula, spatio terrarum angustior, sed situ fecundior; hæc ab Africo in Boream porrigitur, cujus partes priores Iberiam, et Cantabrieum oceanum intendunt. Unde et *Hibernia* dicta. *Scotia* autem, quod a *Scotorum* gentibus colitur, appellata. ⁱ Illic nullus anguis, avis rara, apis nulla; adeo ut advectos inde pulveres, seu lapillos, si quis alibi sparserit inter alvearia, examina favos deserant.

7. *Gades*, insula in fine Bæticæ provinciæ sita, quæ dirimit Europam ab Africa, ^j in qua Herculis columnæ visuntur, et unde Tyrrheni maris faucebus Oceani æstus immittitur. Est autem ^k a continenti terra centum viginti passibus divisa. Quam Tyrii a rubro profecti mare occupantes, ^l lingua sua *Gadir*, id est, *sepem*, nominaverunt, 172 pro eo quod circumsepta

sit mari. Nascitur in ea arbor similis palmæ, ejus gummi infectum vitrum Ceraunium gemmam reddit.

8. ^m *Fortunatæ* insulæ vocabulo suo significant omnia ferre bona, quasi felices, et beatæ fructuum ubertate. Suapte enim natura pretiosarum poma silvarum parturiunt. Fortuitis vitibus juga collium vestiuntur, ad herbarum vicem messis et olus vulgo est; unde gentilium error, et sæcularium earmina poetarum, propter soli fecunditatem, easdem esse Paradisum putaverunt. ⁿ Sitæ sunt autem in Oceano contra lævæ Mauritanicæ, Oeciduo proximæ, et inter se interjecto mari discretæ.

9. ^o *Gorgades*, insulæ Oceani, obversæ promontorio quod vocatur *Hesperuceras*, quas incoluerunt *Gorgones* feminæ aliti pernicitate, hirsuto et aspero corpore; ex iis insulæ eognominatæ; distant autem a continenti terra bidui navigatione.

10. *Hesperidum* insulæ vocatæ a civitate *Hesperide*, quæ fuit in fine Mauritanicæ; sunt enim ultra Gorgadas sitæ sub Atlanteum littus in intimis maris sinibus, in quarum hortis fingunt fabulæ draconem pervigilem aurea mala servantem. Fertur ibi esse maris æstuarium 173 adeo sinuosis lateribus tortuosum, ut visentibus procullapsus angueosimitetur.

11. ^p *Chryse* et *Argyre* insulæ in Indico Oceano sitæ, adeo fecundæ copia metallorum, ut plerique eas auream superficiem et argenteam habere prodiderint, unde et vocabula sortitæ sunt.

12. *Taprobana* insula Indiæ subjacens ad Eurum, ex qua oceanus Indicus ineipit, patens in longitudine octingentis septuaginta quinque millibus passuum, in latitudine ^q sexcentis viginti quinque millibus. Seinditur amne interfluo, tota margaritis repleta et gemmis. Pars ejus bestiis et Elephantis repleta est, partem vero homines tenent. In hac insula dieunt in uno anno duas esse æstates, et duas hiemes, et bis locum vernare floribus.

CAP. VI. — ^a *Britannia Oceani insula*, etc. Hege-sipp., lib. v, cap. 15: *Quid atroxam Britannias interfuso mari, toto orbe divisas? Et Oros.*, lib. 1, cap. 2: *Britannia Oceani insula.*

^b *Hæc in aversa Gall.* Oros., ibid.: *Et quoniam Oceanus habet insulas, quas Britanniam, et Hiberniam vocant, quæ in aversa Galliarum parte ad prospectum Hispaniæ sitæ sunt.*

^c *Circuitus ejus... plurimus.* Ex Sol., e. de Britannia.

^d *Thanatos.* Solin., *Athanatis.*

^e *A Britannia æstuario tenui sep.* E Sol., ib., e quo restitutus est hic locus, mendosus in omnibus libris.

^f *Thyle ultima insula Oceani.* Locus e Serv., Georg. 1, ad vers. *Tibi serviat ult. Thule*, et e Solin., cap. de Britannia, sumptus. Horum verba apponemus, ex his, qui volet, medicinam faciet. *Thule* (ait Serv.) *insula est Oceani inter septentrionalem et occidentalem plagam ultra Britanniam et Hiberniam et Orchadas. Est autem insula in Oceano ultima, in qua, cum sol in Cancro est, perpetui dies sine noctibus esse dicuntur.* Solinus: *Multæ, et aliæ circum Britanniam insulæ, e quibus Thule ultima, in qua æstivo solstitio, solc de Cancro sidere faciente transitum. nox pene nulla; brumali solstitio, perinde nullus dies, ut ortus junctus sit Occasui. Ultra Thulem accepimus pigrum esse, et concretum mare.* Chæon ita legebat: *Inter sep. et occ.*

plagam, in qua cum brumale solstitium sol facit, nullus dies est, unde pigrum et concretum est ultra mare. Sed a sole Thulen nomen habere dicit, non ut *Thule* (opinor), sed ut *ultima*, propter causam a Servio et Solino relata, dicatur.

^g *Quarum vig. des.* Ex Oros., ibid.

^h *Scotia eadem, et Hibern.* Ex eod., quamvis non prorsus eadem.

ⁱ *Illic nullus anguis.* Ex Solin V. Bed., in Angl. Hist.

^j *In qua Herculis columnæ... immittitur.* Ex Oros.

^k *A Continenti terra cxx passus. cxl emendarat Chæon, ex Solini manu scriptis libris, ubi septingentis pedibus legitur, non passibus, ut in Vulgatis. Sed vetant Codices, resque ipsa Isidoro Gadibus ipsis vicino, ut par fuit, satis explorata.*

^l *In lingua sua Gadir.* Est quoque גַּדִּיִּת *ghadar* Hebræis *sepire*, ex Solin., cap. de Hispania.

^m *Fortunatæ... easd. esse Paradisum.* Serv., Æn. v, ad *Elysiumque colo.* Secundum philosophos *Elysium est insula Fortunatæ.*

ⁿ *Sitæ sunt autem.* E Solin., cap. ult.

^o *Gorgades.* Ita vet. libri, et Plinii et Solini Manuscripti.

^p *Chryse et Argyr.* Solin., Plin. et Mela.

^q *Sexcentis viginti quinque millibus.* Voem *stadiorum* ex Solino, Plinio et Chæone auctoribus expunximus.

13. ^a *Tylos* insula est Indiae, ferens omni tempore A folia; hucusque insulae Oceani.

14. Item insulae, quae ab Hellesponto usque ad Gades in mari magno sunt constitutae.

Cyprus insula a civitate *Cypro*, quae in ea est, nomen accepit. Ipsa ^b est et *Paphos* Veneri consecrata in Carpathio mari, vicina Austro, famosa quondam divitiis, et maxime aëris; ^c ibi enim prima hujus metalli inventio et utilitas fuit.

15. *Creta* Graeciae pars est ingens contra Peloponnesum; ^d haec primum a temperie coeli *Macaronesium* appellata est, deinde *Creta* dicta a *Crete* quodam indigena, quem aiunt unum Curetum fuisse, a 147 quibus Jupiter ibi absconditus est, et enutritus. Est autem insula Graeciae inter Ortum, et Occasum longissimo tractu porrecta, a Septentrione Graeciae aëstibus, ab Austro Aegyptiis undis perfusa. Fuit autem quondam centum urbibus nobilis, unde et *Hecatompolis* dicta est.

16. ^e Prima etiam remis et sagittis claruit, prima litteris ^f jura fixit, equestres turmas prima docuit. Studium musicum ab Idæis dactylis in ea coeptum; capris copiosa, ^g cervis eget, lupos et vulpes, aliaque ferarum noxia, nusquam gignit, serpens ibi nullus, noctua nulla, et si invehatur, statim moritur. Larga est autem vitibus et arboribus. Dictamnus herba in Creta nascitur, et alimus, quae admorsa diurnam famem prohibet; ^h Phalangos autem venenatos gignit, et lapidem, qui *Idæus dactylus* dicitur.

17. ⁱ *Abydos* insula in Europa super Hellespontum posita, angusto et periculoso mari separata, et *ἄβυδος* Graecae dicta, quod sit introitus Hellesponti maris, in quo Xerxes pontem ex navibus fecit, et in Graeciam transit.

18. ^j *Coos* insula adjacens provinciae Atticae, in qua *Hippocrates* medicus natus est, quae, ut Varro testis est, arte lanificii prima in ornamentum feminarum inclaruit.

^a *Tylos...ferens omni tempore fol. Al., virans o. t. f.*

^b *Ipsa est et Paphos.* Hoc non referri ad Cyprum insulam, sed ad urbem in eo, quae olim *Cypros* dicebatur, et *Paphos* aiebat Chacon.

^c *Ibi enim prima hujus metall. inv. Plin., lib. viii, cap. 56, et lib. xxxiv, cap. 2.*

^d *Haec primum a temperie coeli. E Solin., cap. 17.*

^e *Prima etiam rem. Ex eod.*

^f *Jura fixit. Solinus, jura junxit. Vid. Platon. in Minoe.*

^g *Cervis eget. Ex Solin., Plin., lib. viii, cap. lviii: Mirabilius in ead. insula (Creta) cervos, praeterquam in Cydoniatarum Regione, non esse.*

^h *Phalangos autem. Sic vero legit Solinus: Phalangium aranei genus est, si nisum quaeras, nulla vis est, si potestatem, ictum hominem veneno interficit.*

ⁱ *Abydos insula. Abydos neque insula, neque in Eu opa est, sed ut ait Solinus, de Hellesponto loquens: Abydos Asiae est, et Sestos Europae. Serv. ad vers. Fauces tentantur Abydi. Georg. 1. Sestos et Abydos civitates sunt Hellesponti, quae angusto et periculoso mari segregantur. Nos haec aliis concinenda relinquimus.*

Coos. Solinus: Multae quidem insulae adjacent Atticae continenti, sed suburbanae ferme sunt Salamis, Sunium, Cos, Ceos, etc., quae ut Varro testis est, subthioris vestis amicula arte lanificae scientiae primu

175 19. ^k *Cyclades* insulae antiquitus Graeciae fuerunt, quas inde *Cycladas* autumnant dictas, quod licet spatiis longioribus a *Delo* projectae, in orbem tamen circa *Delum* sitae sint. Nam orbem *κύκλον* Graii loquuntur. ^l Quidam vero non quod in orbem digestae, sed propter scopulos qui circa eandem sunt, dictas putant *Cyclades*.

20. Haec in Hellesponto inter Aegaeum, et Maleum mare constitutae circumdantur etiam pelago Myrtoo, ^m Sunt autem omnes numero quinquaginta tres, ⁿ tenentes a Septentrione in Meridiem millia quingenta: ab Oriente in Occasum millia ducenta: metropolis earum *Rhodus*.

21. *Delos* insula, in medio *Cycladum* sita. Et dicta *Delos* fertur, quod post diluvium quod Ogygii temporibus notatur, cum orbem multis mensibus continua nox inumbrasset, ante omnes terras radiis solis illuminata est, sortitaque ex eo nomen, quod prima manifestata fuisset visibus. ^o Nam *δῆλον* Graeci manifestum dicunt. ^p Ipsa est et *Ortygia*, eo quod primum ibi visae sunt *coturnices* aves, quas 176 Graeci *ὄρτυγας* vocant. ^q In hac insula *Latona* enixa est *Apollinem*, et *Dianam*. *Delos* autem, et civitas dicitur, et insula.

22. ^r *Rhodos Cycladum* prima ab Oriente, in qua ^s rosae capitulum dicitur esse inventum, dum ibi civitas conderetur, ex quo et urbs, et insula *Rhodos* est appellata. In hac urbe solis colossus fuit aereus septuaginta cubitorum altitudine. Fuerunt et alii centum numero in eadem insula colossi minores.

23. ^t *Tenedos* una ex *Cycladibus* ad Septentrionem sita, in qua olim civitas a *Tene* quodam condita est. Unde nomen urbis illius, vel potius insulae fuit. ^u Nam *Tenes* iste infamatus, quod cum noverca sua concubisset, fugiens hanc insulam vacuam cultoribus obtinuit; unde et *Tenedos* insula dicta est;

in ornatum feminarum dedit. In Solin. Ms. Ecclesiae Tolet. libro, Coos, Cos legitur, et quidem jam pridem questus est Hermolaeus Barb. harum vocum affinitate saepe peccatum a librariis in bonis auctoribus. Ita ut jam prope usucapta sint a Coos, quae Coos erant fortasse propria; sed lanificium fuerit, Plinio auctore, utriusque commune. Hippocrates tamen communis esse non potuit, quem fuisse constat Coum. Sed Coos Hippocratis patria non objacet Atticae in mari Aegeo, sed Rhodo in Icarico pelago.

^k *Cyclades... quas inde Cycl. aut. E Solin.*

^l *Quidam vero non quod in orb. Vid. Serv., Aen. iii ad Cycladas, et creb...*

^m *Sunt autem omnes num. Ex Oros.*

ⁿ *Tenentes. Ita Goth. omnes Tendentes non displicet. ex Vule.*

^o *Nam δῆλον Graeci. Verba sunt Serv., Aen. iii.*

^p *Ipsa est et Ortygia. E Solin., cap. 17.*

^q *In hac insula Latona. Verba Serv., Aen. iii, ad vers. Sacra mari colitur.*

^r *Rodos Cycladum prim. Ex Oros.*

^s *Rosae capitulum. Al. capitulum, al. capulum, al. capulum, forte cohium, vel coivum. Gloss. coivum κύκλιξ ῥοδοῦ μεμυκτός.*

^t *Tenedos Ex Oros.*

^u *Nam Tenes iste... dicta est. E Serv., Aen. ii., ad vers. Tenedos notissima fama.*

^a sic Cicero: *Tenen ipsum, cujus ex nomine Tenedos nominatur.*

24. ^b *Carpathos* una ex *Cycladibus* a Meridie posita contra *Ægyptum*, a 177 qua *Carpathium* mare appellatum est, vocata propter celerem fructuum maturitatem. ^d Est enim inter *Ægyptum* et *Rhodum*. Ex hac insula dicuntur et *Carpasiæ* naves magnæ et spatiosæ.

25. ^e *Cythera* insula una ex *Cycladibus* a parte Occidua sita, cujus *Porphyris* antea nomen fuit. *Cythera* autem vocata, quod ibi *Venus* sit orta.

26. ^f *Icaria* insula una de *Cycladibus*, quæ *Icario* mari nomen dedit. Hæc inter *Samum*, et *Myconum* procurrentibus saxis inhospitalis est, et nullis sinibus portuosa. Dicitur autem *Icarum* Cretensem ibi naufragio interiisse, et de exitu hominis impositum nomen loco.

27. ^g *Naxos* insula ante *Dionysias* dicta, quasi *Dionaxos*, quod fertilitate vitium vineat cæteras; est autem a Delo XVIII millia passuum separata, ex qua olim *Jovis* fertur adversus *Titanas* fuisse profectus.

28. ^h *Melos* ex numero *Cycladum*, una omnium insularum rotundissima, unde et nuncupata.

178 29. Historia dicit ex *Jasone* natum fuisse *Philomelum* et *Plutum*; ex *Philomelo* *Paroantum* genitum, qui de suo nomine *Paron* insulam et oppidum appellavit, prius autem *Minoia*, deinde *Paros* dicta. ⁱ De qua *Virgilius*: *Niveamque Paron*. Gignit enim marmor candidissimum, quod *Parium* dicunt. Mittit etsardanlapidem, in marmoribus quidem præstantiorem, sed inter gemmas vilissimum.

30. *Chios* insula *Syra* lingua appellatur, eo quod ibi *mastix* gignitur. ^j *Syri* enim *Masticem* *Chio* vocant.

31. *Samos* insula est mari *Ægæo*, ubi nata est *Juno*; ex qua fuit *sibylla Samia*, et *Pythagoras Samius*, a quo philosophiæ nomen inventum est. In hac insula reperta prius fictilia vasa traduntur. Unde et vasa *Samia* appellata sunt.

32. *Sicilia* a *Sicano* rege *Sicania* cognominata est, deinde a *Siculo* Itali fratre *Sicilia*. Prius autem *Tri-*

A *nacria* dicta propter tria *ἄκρα*, id est, promontoria, *Pelorum*, *Pachynum*, et *Lilybæum*. ^k *Trinacria* enim Græcum est, quod Latine *triquetra* dicitur, quasi in tres quadras divisa. ^l Hæc ab Italia exiguo freto discreta, *Africum* mare prospectans, terris frugifera, auro abundans, cavernis tamen, et fistulis penetrabilis, ventisque, et sulphure plena. Unde et ibi *Ætnæ* montis exstant incendia: in cujus freto *Scylla* est, et *Charybdis*, quibus navigia aut absorbentur, aut colliduntur.

179 33. Fuit autem ^m quondam patria *Cyclopum*, et postea nutrix tyrannorum, frugum fertilis, ac primum terris omnibus commissis seminibus aratro proscissa. Principem urbium *Syracusas* habet: fontem *Arthusam*, et *Alphæum* fluvium magnorum **B** generatorem equorum. In ea insula ⁿ primum est inventa comædia.

34. *Achaten* lapidem ipsa primum ex *Achate* flumine dedit. Parturit et mare ejus corallium; ^o gignit et sales *Agrigentinos* in igne solubiles, crepitantes in aquis. Omnis ambitus ejus clauditur stadiorum tribus millibus. *Sallustius* autem dicit *Italiæ* conjunctam fuisse *Siciliam*, sed medium spatium impetu maris divisum, et ^p per angustiam scissum.

35. *Tapsus* insula stadii decem a *Sicilia* remota jacens, et planior, unde et nuncupata. De qua *Virgilius*: *q Tapsumque jacentem*.

36. *Æoliæ* insulæ *Siciliæ* appellatæ ab ^r *Æolo* *Hippotæ* filio, quem poetæ finxerunt regem fuisse ventorum, sed, ut *Varro* dicit, rector fuit istarum insularum, et quia ex earum nebulis et fumo futuros prædicebat flatus ventorum, ab imperitis visus est ventos sua potestate retinuisse. Eadem insulæ et *Vulcaniæ* vocantur, quod et ipsæ, sicut *Ætna* ardeant.

C 37. Sunt autem novem habentes propria nomina, quarum primam *Lyparus* quidam *Lyparen* vocavit, qui eam ante *Æolum* rexit. Altera ^s *Hiera* vocatur, quod sit collibus eminentissimis; reliquæ vero, id est, *Strongyle*, *Didyme*, *Ericusa*, ^t *Hephæstias*, *Phænicusa*, *Evonimos*, *Ericodes*, *Phænicodes*; quæ quo-

^a Sic Cicero. Varr. III.

^b *Carpathos*. Ex Oros.

^c Contra *Ægyptum*, a qua *carpathium* mare. Acro in Hor.

^d Est enim inter *Ægyptum*, et *Rhod*. E. Serv., *Æn.* III.

^e *Cythera*. Ex Oros. et Solin., licebit etiam *Cytheream* appellare. *Stephanus*, λέγεται καὶ ἡ νῆσος, καὶ ἡ γωνὴ Κυθεραία. Serv., *Æn.* I, ad illud: *At Cytherea novas artes. Cytherea ab insula*, inquit, quæ plurali tantum numero dicitur, ut sunt alta *Cythera*. *Æn.* X.

^f *Icaria* una de *Cycladibus*. Sol.: *De Sporadibus est Icaros*. Sed *Cycladas* quoque *Sporadas* fecisse videtur *Virgilius*, cum dixit: *Sparsasque per æquor Cycladas*.

^g *Naxos* insula ante *Dionysias* dicta. *Solinus*. *Naxos Dionysias prius, quam Naxos dicta; vel quod hospita libero Patri, vel quod fertilitate vitium vineat cæteras*. Quare autem *Naxos* dicta sit, *Diod.* *Sicul.* lib. IV illud vero, quasi *Dionaxon*, adulterinum duco.

^h *Melos*. E Solin.

De qua *Virg.* *Niveamque Paron*, *Æn.* III.

ⁱ *Syri* enim *Mastichen*. Ead. leguntur in libell. de *Locis Heb.* ex Act. apost., inter *Hieronimi Opera*.

^k *Trinacria*... quod Latine *Triquetra*. *Plinius* et *Solin.*, *triquetra*; sed *triquadram* scripsisse *Isidorum* verisimile est ex etymologia, et ex *Quintiliano* qui lib. I, cap. 5. *Etymologia* inquit nonnunquam *barbara* ab emendatis conatur discernere, ut cum *Triquetram* dici *Siciliam*, an *Triquadram oporteat*, etc.

^l Hæc ab *Italiæ* exig. fret. Ex *Justin*, lib. IV, in princip.

^m Fuit autem quondam Patria. Ex Oros., l. II, c. 4.

ⁿ Primum est inventa Comædia. Ex *Solin*.

^o Gignit et sales *Agreg*. Ex eod. *Idem*, inf., lib. XVI, cap. 2.

^p Et per angustiam scissum. *Id.*, sup., l. XIII, c. 18.

^q *Virg.*: *Tapsumque jacentem*. Ubi *Serv.*: *Insula non longe a Syracusis fluctibus pene par*.

^r *Æolo Hippotæ fil.* E *Serv.*, *Æn.* I, ad vers. *Æoliæ venit*.

^s *Hiera* quod sit collibus emin. Sive quod ἱερὸν, hoc est, *sacrum* pro magno usurpant, ita uti nos *Græci*, sive, ut ait *Solinus*, quod sit *Vulcano præcipue sacra*.

^t *Hephæstias*. Hæc in Editione *Margarini* non est, et quidem sine ea numerus constat. *Solinus* et *Plinius* septem tantum esse dicunt.

niam nocte ardent *Æoliæ*, **180** sive *Vulcaniæ* dicuntur, ex iis quædam ab initio non fuerunt, postea mari editæ usque nunc permanent.

38. *Stæchades* insulæ Massiliensium sexaginta millium spatîo a Continenti in fronte ^a Narbonensis provinciæ, qua Rhodanus fluvius in mare exit. Dictæ autem Græce *Stæchades*, quasi opere in ordinem sint positæ.

39. *Sardus*, Hercule procreatus, cum magna multitudine a Libya profectus *Sardiniam* occupavit, et ex suo vocabulo insulæ nomen dedit. Hæc in Africo mari facie vestigiî humani, ^b in Orientem, quam in Occidentem latior prominet, ferme paribus lateribus, quæ in Meridiem et Septentrionem vertunt, ex quo ante commercium a navigantibus Græcorum ἔχνος appellata est.

40. Terra patet in longitudine millia cXL, latitudine XL. In ea neque serpens gignitur, neque lupus, sed • solifuga tantum animal exiguum hominibus perniciosum. Venenum quoque ibi non nascitur, ^d nisi herba per scriptores plurimos, et poetas memorata, apiastro similis, quæ hominibus rictus contrahit, et quasi ridentes interimit. • Fontes habet Sardinia calidos, infirmis medelam præbentes, furibus cæcitate, si sacramento dato oculos aquis tetigerint.

41. *Corsicæ* insulæ exordium incolæ Ligures dederunt, appellantes **181** eam ex nomine ducis. Nam quædam *Corsa* nomine ^f Ligur mulier, cum Taurum ex grege, quem prope littora regebat transnatare solitum, atque per intervalla corpore aucto remeare videret, cupiens scire incognita sibi pabula, taurum a cæteris digredientem usque ad insulam navigio prosecuta est. Cujus regressu insulæ fertilitatem cognoscentes Ligures, ratibus ibi profecti sunt, eamque nomine mulieris auctoris, et ducis appellaverunt.

42. Hæc autem insula Græce *κέρνη* dicitur, a Cyrno Herculis filio habitata. De qua Virgilius : *Cyrnæas taxos*. ^g Dividitur autem a Sardinia xx mil-

^a In fronte Narbon. Prov. Oros., lib. I, cap. 2.

^b In Orientem, quam in Occidentem latior. Locust ex lib. II Histor. Sallustii citatus ab Agell., lib. XII, cap. 28. Cui ex Isidoro addi hæc possunt : *Ferme paribus lateribus, quæ in Meridiem, et Septentrionem vertunt*. Corrigendus idem apud Non. in *Facies*. Voces autem ante commercium Chaconi suspectæ erant.

^c Sed solifug. Sup., lib. XII, cap. 3.

^d Nisi herba. Ex Isidoro emendandus Servii locus, Eclog. 8 Unde sunt hæc.

^e Fontes habet. Ex Solin.

^f Ligur mulier. Citat hæc Priscian., lib. VI, ex Sallustii lib. II Histor. : *Sed ipsi ferunt, Taurum ex grege quem prope littora regebat Corsa nomine Ligur mulier*, ex quo intelligitur totum huic locum esse Sallustii.

^g Dividitur autem a Sardin. Oros., ibid.

^h Ebosus Oros., ibid. Cæterum de Etymoi. *Quod non procul a Zanio, amplius quærendum, Sive Zanio, sive Dianio legas.*

ⁱ *Baleares Insulæ ducæ. Aprosiades, et Gymnasiades. Forte, Aplrodisiadae, sic dictæ quod (ut ait Arist. lib. περὶ θάλασσης ἀκούσματων) apud hos majori in pretio feminae sint quam viri. De Gymnasiis, Plin., lib. III, cap. 5 : Baleares funda bellicosus Græci Gymnasias dixere. Diodor. Siculus, lib. VI, cap. 4, Gym-*

lium freto, cincta Ligustici æquoris sinu ad prospectum Italiæ. Est autem multis promontoriis angulosa, gignens lætissima pabula, et lapidem quem *eathochiten* Græci vocant.

43. ^h *Ebosus* insula Hispaniæ dicta, quod a Zanio non procul sit, quasi *ebozos*. Nam LXX stadiis ab ea distat, cujus terram serpentes fugiunt. Huic contraria est Colubraria, quæ referta est anguibus.

44. ⁱ *Baleares* insulæ Hispaniæ, duæ sunt, Aphrosiade et Gymnasiæ, et major et minor. Unde et eas vulgus *majoricam* et *minoricam* nuncupat. **182** In iis primum insulis inventa est funda, qua lapides emittuntur, unde et *Baleares* : dictæ : ^j βάλαιεν enim Græce mittere dicitur; ^k unde et *ballista*, quasi *missa* et *fundibalum*. Virgilius : *Balearis verberare fundæ*.

B

CAPUT VII.

De promontoriis.

1. Commune est insulis, ut *promineant*; inde et loca earum *promontoria* dicuntur. Sic ^l Sallustius de Sardinia : *In Orientem latior prominet quam in Occidentem*.

2. ^m *Sigæum* promontorium Asiæ, ubi Hellespontus apertius dilatatur. Dictum autem *Sigæum* propter Herculis taciturnitatem, quia prohibitus hospitio a Laomedonte Trojanorum rege, simulavit absecessum, et inde contra Trojam cum silentio venit, quod dicitur *σῆγῆ*.

3. *Maleum* promontorium Græciæ, quod intrat mare, et per millia quinquaginta protenditur, ubi unda ita sæva est, ⁿ ut persequi navigantes videatur. Hoc autem promontorium a *Maleo* rege Argivorum nomen accepit.

183 4. ^o *Pelorum* promontorium Siciliæ respiciens ad Aquilonem, secundum Sallustium dictum a gubernatore Annibalis illic sepulto.

5. ^p *Pachynum* promontorium Siciliæ, Austrum spectans, ab aeris crassitudine dictum. Nam *παχὺς* est pinguis, et crassus, Austro enim perflatur.

nasias dictas ait, quod æstate nudi, quasi palestritæ incedant.

^j βάλαιεν enim Græc. Eod. mod., inf., lib. XVIII, cap. 10.

^k Unde *ballista*, quasi *missæ* et *fundibalum*. Ita veteres lib., hic et lib. XVIII, cap. 10, et apud Aug., in ps. LIV. Et Veget., lib. I, cap. 16 : *Teretes lapides de funda, vel de fustibalo*; et lib. II, cap. 15 : *Funditores, qui ad fundas, vel fustibalos*; et lib. III, cap. 4 : *Fustibalus fustis est longus. Quare fundibalum omnino legendum, non fundibulum*.

CAP. VII. — ^l Sic Sallustius de Sardin. Qui citatur (ut superiori capite diximus) ab Agellio, et Non., ex lib. II Hist.

^m *Sigæum prom...* σῆγῆ. E Serv., Æn. II, ad illud : *Sigæa igni freta lata reluc*. Ubi codex Servi Vaticanus : *q. d., σῆγῆ*.

ⁿ *Ut persequi navig.* Servius, Æn. 5, ad illud : *Maleæque sequacibus undis : sequaces* inquit, *id est, persecutrices*.

^o *Pelorum prom.* Ex cod., Æn. III, ad illud : *Rarescent claustra Pelori*. Illud tamen, *respiciens Aquilonem*, Oros. est. lib. I, cap. 2.

^p *Pachynum*. Item et Serv., Æn. III, ad vers. *Pro jectaque saxa Pachini*, et voces *pinguis* et alienæ videbantur Chaconi, neque immerito.

6. ^a *Lilybæum* promontorium Siciliae, solis Occasum intendens, vocatum ab ejusdem nominis civitate, quæ ibi est sita.

7. ^b *Borion* promontorium Numidiæ vocatum, eo quod Aquilonem intendat. Hoc *Hipponem Rhegium* postea dictum, pro eo quod sit æquore interruptum.

8. *Calpe* Hispaniæ promontorium.

184 CAPUT VIII.

De montibus, cæterisque terræ vocabulis.

1. Montes sunt tumores terrarum altissimi dicti, quod sint eminentes. Quidam autem propriis ex causis vocati sunt, ex quibus notandi sunt, qui opinione maximi celebrantur.

2. Mons *Caucasus* ab India usque ad Taurum porrectus, pro gentium ac linguarum varietate, quoque versus vadit, diversis nominibus nuncupatur. Ubi autem ad Orientem in excelsiorem consurgit sublimitatem, propter nivium candorem *Caucasus* nuncupatur. Nam Orientali lingua *Caucasum* significat *candidum*, id est, nivibus densissimis *candicantem*. Unde et eum Scythæ, qui eidem monti junguntur ^c *Croacasin* vocaverunt. *Casim* enim apud eos *candor*, sive *nix* dicitur.

3. Mons *Taurus* a plerisque idem vocatur qui et *Caucasus*.

4. ^d *Libanus* mons Phœnicum altissimus, cujus meminerunt prophetae: dictus a *thure*, quia ibi colligitur; cujus ea pars, quæ est super eum ad Orientalem plagam respiciens, *Antilibanus* appellatur, id est, *contra Libanum*.

5. ^e *Ararath* mons Armeniæ, in quo arcam historiæ post diluvium resedissee testantur. Unde et usque hodie ibidem lignorum ejus videntur vestigia.

185 6. ^f *Acroceraunii* montes propter altitudinem, et fulminum jactus vocati sunt. Græce enim fulmen *κέρωνος* dicitur. Sunt autem inter Armeniam et Iberiam, incipientes a portis Caspiis usque ad fontem Tigridis fluvii.

7. *Hyperborei* montes Scythiæ dicti, quod *supra*, id est, *ultra* eos flat *Boreas*.

8. ^g *Riphæi* montes in capite Germaniæ sunt a perpetuo ventorum flatu nominati. Nam *ῥίφη* Græce impetus et *δρυή* dicitur, *ἀπὸ τοῦ ῥίπτειν*.

9. *Olympus* mons Macedoniæ nimium præcelsus, ita ut sub illo nubes esse dicantur (^h De quo Virgilius:

^a *Lilybæum*. Ex Oros., ibid.

^b *Borion prom.* Solin., cap. 30: *Borion promontorium, quod Aquilone cæditur, Græci advenæ sic vocaverunt.* Quæ vero sequuntur de Hipponem, Rhegio postea dicto, sunt quidem ex eod. Solino, sed non erant hujus loci, tantum abest, ut superioribus fuerint anneetenda.

^c CAP. VIII. *Croacasin*. Al., *Graucasum*. Vid. Plin., lib., VI, cap. 18, et Solin., cap. 52.

^d *Libanus...* dictus a *thure*. Est enim Hebræis *לבונה* lebona, thus.

^e *Ararath*. Ex Hieron., de Locis Hebraic, Gen., cap. 8.

^f *Acroceraunii*. E Serv., Æn. II, ad vers.: *Vicina Ceraunia juxta; et Georg. I, ad vers.: Alta Ceraunia telo dejicit.*

^g *Riphæi montes*. E Serv. Georg. III, ad illud: *Gens*

Nubes excessit Olympus). Dictus autem *Olympus*, quasi *Ololampus* (id est, *quasi cælum*). Hic mons Macedoniam dividit a Thracia.

10. ^k *Athos* mons Macedoniæ, et ipse altior nubibus, tantoque sublimis, ut in Lemnum umbra ejus pertendat, quæ ab eo LXXVI millibus separatur.

11. ^l *Parnassus* mons est Thessaliæ juxta Bœotiam, qui gemino vertice est erectus in cælum. Hic in duo finditur juga, *Cyrrham* 186 et *Nissam*, unde et nuncupatus, eo quod in singulis jugis colebantur Apollo, et Liber. Hæc juga a duobus fratribus *Cithæron*, et *Helicon* appellantur. Nam *Helicon* dictus ab *Helicone* fratre *Cithæronis*.

12. Item *Ceraunii* sunt montes Epiri, a crebris dicti fulminibus. Græce enim fulmen *κέρωνος* dicitur.

13. *Apenninus* mons appellatus, quasi *Alpes Pæninæ*, quia Hannibal veniens ad Italiam easdem Alpes aperuit, unde et Virgilius: *Alpes immittet apertas*. Has enim Hannibal ^m post bella Hispaniæ aceto rupit. Juvenalis: *Et montem rupit aceto*. Et inde loca ipsa quæ rupit *Pæninæ Alpes* vocantur.

14. Mons *Ætna* ex igne, et sulphure dietus; ⁿ unde et *Gehenna*. Constat autem hunc ab ea parte qua Eurus, et Africus flat, habere speluncas plenas sulphuris, et usque ad mare deductas; quæ speluncæ recipientes in se fluctus ventum creant, qui agitatus ignem gignit ex sulphure, unde fit quod videtur incendium.

15. *Pyrenæus* et ipse a crebris fulminum ignibus nuncupatus, Græce enim ignis *πῦρ* vocatur. Iste est, qui inter Galliam atque Hispaniam, quasi de industria, munimentum interjaacet.

16. ^o *Solorius* a singularitate dicitur, quod omnibus Hispaniæ montibus solus altior videatur, sive quod, oriente sole, ante radius ejus in eo quam ipse cernatur.

17. *Calpe* mons in ultimis finibus Oceani, qui dirimit Europam ab Africa, quem Atlantis finem esse dicunt. ^p De quo Lucanus;

Hesperiam Calpen, summumque implevit Atlantem. Atlas Promethei 187 frater fuit, et rex Africæ, a quo astrologiæ artem prius dicunt excogitatam, ideoque dictus est sustinuisse cælum. Ob eruditionem igitur ejus disciplinæ et scientiam cœli, nomen ejus in montem Africæ derivatum est, qui nunc *Atlas* cognomi-

D *effrena virum Riphæo*.

^h De quo Virgilius: *Nubes excessit Olympus*. Apud Maronem hæc nusquam sunt.

ⁱ *Olympus, quasi ololamp*. Ex eod., Æn. IV, ad illud: *Ipse Deum tibi*.

^j *Quasi cælum*. Hoc Isidori profecto non est.

^k *Athos... qui ab eo LXXVI. mill.* Ita Solin., cap. 21.

^l *Parnassus*. Serv., Æn. x. *Parnassus mons est Thessaliæ juxta Bœotiam, qui in duo finditur juga, Cithæronem Liberi, et Heliconem Apollinis, et Musarum*. Itemque lib. VII; *Cyrra autem, et Nysa urbes sunt sub eisdem jugis silæ*.

^m *Post bella Hispaniæ*. E Serv., Æn. x, ad vers. *Exitium magn.*

ⁿ *Unde et gehenna*. Hoc quam vim habeat nescio.

^o *Solorius*. Vid. Plin., lib. III, cap. I.

^p De quo Lucanus. Lib. I.

natur, qui propter altitudinem suam, quasi cœli machinam atque astra sustentare videtur.

18. *Alpes* autem proprie montes Galliæ sunt, de quibus Virgilius : *Aerias Alpes*. Et dicendo *aerias*; verbum expressit a verbo. Nam ^a Gallorum lingua *Alpes montes alti* vocantur. Hæ sunt enim quæ Italiæ murorum exhibent vicem.

19. *Colles* sunt præminentiora juga montium, quasi *colla*.

20. *Juga* autem montium ex eo appellata sunt quod propinquitate sui *jungantur*.

21. *Tumulus* est mons brevis, quasi *tumēns tellus*. Item ^b *tumulus*, terra congesta, ubi nulla memoria est.

22. *Valles* sunt humilia loca quasi *vulsa*. Hinc et *convalles*, depressa loca terrarum inter montes.

188 23. *Campus* est terrarum planities. *Dietus* autem *campus*, quod brevis sit pedibus, nec erectus ut montes, sed patens, et spatio suo porrectus, et jacens; unde et Græce *πεδλον* dicitur. Sumpsit autem nomen ex Græca etymologia; ^c *χαμαί* enim Græci *breve* dicunt.

24. ^d *Solum* est omne, quod sustinet, a soliditate dictum scilicet, unde et de mari Virgilius ait : *Subtrahiturque solum*.

25. *Saltus* sunt vasta et silvestria loca, ubi arbores exsiliunt in altum.

26. ^e *Fauces* sunt angustorum locorum aditus inter duos montes, loca angusta, et pervia, dicta a *faucium* similitudine, quasi *foces*.

27. ^f *Confrages*, loca in quæ undique venti currunt, ac sese frangunt, ut Nævius ait : *In montes ubi venti frangebant locum*.

28. ^g *Scabra* sunt loca situ aspera, unde et *scabies* dicitur, a corporis asperitate.

^a Nam Gallorum lingua *Alpes m. a.* E Serv., Æn. v, ad illud : *Alpini Boreæ*. At Festus.... *Album quod nos dicimus, a Græco, quod est ἀλφόν, est appellatum... Sabini tamen Alpium dixerunt. Unde credi potest nomen Alpium a candore nivium vocitatum.*

^b *Item tumulus terra congesta.* Deesse videtur aliquid. Serv. Æn. iii, ad vers. : *Forte fuit juxta tumulus, etc. Hoc sermone, (inquit) et collem, et sepulcrum fuisse significat.*

^c *χαμαί enim.* Vid. sup., lib. xii, in voce *Camel*, inf. lib. xx, cap. 11, in *Cama*.

^d *Solum est... quod sustinet.* E Serv., Æn. vii, ad vers. *Cereale solum.* Locus vero ab Isidoro citatus, Æn. v.

^e *Fauces sunt.* E Serv. *Ut bivias armato obsidam.* Æn. xi.

^f *Confrages.* Festus : *Constages loca dicuntur in quæ undique confluunt venti.* Nonius : *Confluges loca, in quæ diversi conflunt rivi.*

^g *Scabra sunt loca s. a.* E Serv. ad vers. *Scabra rubigine,* Georg. i. Sed vox *loca* apud eum non legitur.

^h *Lustra.* Idem, Æn. i, ad vers. *Lustrabunt convexa.* — *Lustra, et ferarum cubilia, et lupanaria per contrarium dicimus, quia parum illustrantur.*

ⁱ *Lucus.* Idem, ad vers. *Lucus in Urbe fuit summ.* Æo. 1 : *Lucus autem dicitur, quod non luceat, non quod sint ibi lumina causa religionis.*

^j *Aviaria.* Idem, Georg. ii : *Aviaria secreta nemo, quæ aves frequentant.*

^k *Amæna loca* Varro. Illic Verrius et Varro alter

29. ^b *Lustra* obscura latibula ferarum et luporum cubilia sunt, unde et lupanaria *lustra* dicuntur, per contrarium videlicet, quia parum illustrantur.

30. ⁱ *Lucus* est locus densis arboribus septus, solo lucem detrahens. Potest et a *collucendo* crebris luminibus dici, quæ ibi propter religionem gentilium cultumque fiebant.

189 31. *Deserta* vocata, quia non seruntur, et ideo quasi deseruntur, ut sunt loca silvarum et montium, contraria uberrimarum terrarum, quæ sunt uberrimæ glebæ.

32. *Devia* sunt loca secreta et abdita, quasi extra viam; ipsa sunt et *invia*. Inde et *Aviaria* secreta loca et a via remota, aut tantum adibilia avibus; unde est illud : *Incultas rubent aviaria baccis.*

33. ^k *Amæna* loca Verrius Flaccus dicta ait, eo quod solum amorem præsent, et ad se amanda alliciant. Varro, quod sine munere sunt, nec quidquam in his officii, quasi amunia, hoc est, sine fructu, unde et nullus fructus exsolvitur. Inde etiam nihil præstantes *immunes* vocantur.

34. ^l *Aprica* loca, quæ sole gaudent, quasi *ἀνευ φρίκων*, id est, *sine frigore*, sive quod sint aperto cœlo.

35. *Opaca* vero loca, quasi operta cœlo, aprica contraria.

36. ^m *Lubricum* dici (constat) locum, ab eo quod ibi quis labitur; et lubricum dicitur, non quod labitur, sed in quo labitur.

37. ⁿ *Æstiva* sunt loca umbrosa, in quibus per æstatem vitant pecora solis ardorem. Statius :

Et umbrosi patuere æstiva Lycæi.

38. ^o *Navalia* sunt loca ubi naves fabricantur. Hoc et ^p *textrinum* vocatur.

190 39. ^q *Statio* est ubi ad tempus stant naves.

alterius sedem occupaverat, ut constat ex Festo, et Serv., Æn. iv, ad vers. *Amæna vireta*, et Æn. v ad *Tartara* habent.

^l *Aprica loca.* E S. Æn. vi : *Trans pontum fugat.*

^m *Et lubricum dicitur non quod labitur.* Quod quidem ad locum attinet; alioqui *lubricum* dicitur et quod labitur, et in quo labimur. Serv., Æn. ii : *Lubricum dicitur quod labitur, dum tenetur, ut piseis, et in quo labimur, ut :*

... Sese opposuit Salio per lubrica surgens.

Et Isidorus ipse, lib. x : *Lubricus, ab eo quod labitur.* Quare nihil hic opus ulla correctione, consentientibus præsertim libris omnibus, tantum qua de re sit sermo attendisse oportuit.

ⁿ *Æstiva.* E Serv. Georg. 3.

^o *Navalia.* Ex eodem, Æn. xi.

^p *Hoc et textrinum.* Serv., Æn. ii, ad vers. *Ædificant, sectaque intex.* — *Translatio (inquit) a navibus, ut Cicero : Navem tibi ædificatam esse Messanæ. Item intexunt, ut :*

Bisdenas Italo texamus robore naves.

Ad hanc videtur textrini notionem respexisse Cicero, lib. iv, act. 2, in Verrem dicens : *Insula, judices, Melita est satis lato a Sicilia mari periculoso que disjuncta, in qua est eodem nomine oppidum, quo iste nunquam accessit, quod tamen ista textrinum per triennium ad muliebrem vestem conficiendam fuit.* Ludens, scilicet, in voce ambigua.

^q *Statio est.* E Serv., Æn. ii.

Portus ubi hieant; ^a *importunum* autem ubi nulum refugium, quasi nullus portus.

40. ^b *Portus* autem locus est ab accessu ventorum remotus, ubi hiberna opponere solent. Et *portus* dictus a *deportandis* commerciis; hunc veteres a ^c *bajulandis* mercibus *baias* vocabant, illa declinatione a *baia* *baias*, ut a *familia* *familias*.

41. ^d *Littus* est terra aquæ et mari vicina. Et dictum *littus*, ^e quia fluctu *eliditur*, ^f vel quod aqua *alluitur*. ^g Cicero in Top.: *Littus est qua fluctus eludit*.

42. *Circumluvium*, locus quem aqua circumluit, *Alluvium* consumptio riparum ex aquis.

Margo est pars cujus libet loci, ut puta maris, unde et nomen accepit.

Maritima, quasi *maris intima*.

43. *Ostia* ab ingressu et exitu fluminis dicta in mari.

Continens, perpetua terra, nec ullo mari discreta, quam Græci *ἡπειρον* vocant.

191 CAPUT IX.

De inferioribus terræ.

1. *Specus* est fossa sub terra, ^h quæ perspicui potest; ⁱ *σπήλαιον* Græce, *spelunca* Latine.

2. *Spiracula* appellata omnia loca pestiferi spiritus, quæ Græci *χαρωνεῖα* appellant, vel *Acheron-
tea*. Etiam Varro *spiraculum* dicit hujuscemodi locum, et spiracula ex eo dicuntur loca qua terra spiritum edit.

3. *Hiatus* præruptio terræ profunda, quasi itus; proprie autem hiatus est omnis oris apertio, translata a feris, quarum aviditas oris adapertione monstratur.

4. ^k *Profundum* proprie, quasi cujus porro sit fundus; abusive autem profundum, vel sursum vel deorsum dicitur, ut:

^l ... Maria ac terras, Coelumque profundum.

^a *Importunum* est. Serv., *Æn* xi: *Importunum autem est, quod caret portu, id est, quiete, ubi nulum est portus.*

^b *Portus autem locus ab acc. v. r.* Hæc ex margine assumpta credo. Sunt autem Virgilii verb., *Æn* iii:

Portus ab accessu ventorum immotus...

Nec minus illa quæ sequuntur, quæ sunt ex *iii* Georg.:
Et stabula a ventis hiberno opponere soli.

^c *A bajulandis mercibus Baias.* — *Baiarum* vero quæ prope Cumas alia est ratio, dicta namque a Baio Ulyssis socio illic sepulto, ut ait Serv., *Æn* iii, ad vers. *Huc ubi delatus Cumæam*. Silius:

..... docet ille tepentes

Unde ferant nomen Baiæ, comitemque dedisse
Dulichie puppis staguo sua nomina monstrat.

^d *Littus est terr. a. c. m. v.* Et quidem Servius modo littus definit terram aquæ vicinam, modo terram mari vicinam, quod utrumque inclusit Isidorus.

^e *Quia fluctu eliditur.* Al., *eluditur*.

^f *Vel quod aqua alluitur.* Al., *alliditur*.

^g *Cic... qua fluctus eludit.* Al., *eludit*, de quo *l. i. c. 30*. Non est autem Ciceronis definitio, sed Aquilii.
CAP. IX. — ^h *Specus... quæ perspicui p.* Nempe ab *aspiciendo* dicitur. De genere et declinatione hu-

A 5. ^m *Barathrum* nimie altitudinis nomen est, et dictum *barathrum*, quasi vorago atra, scilicet, a profunditate.

6. ⁿ *Erebus*, inferiorum profunditas atque recessus, ^o *Styx* ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ, id est, a tristitia dicta, eo quod tristes faciat, vel quod tristitiam gignat.

7. ^p *Cocytus*, locus inferi. Cocytus autem nomen accepit, Græca interpretatione, a luctu et gemitu.

8. ^q *Tartarus*, vel quia omnia illic turbata sunt, ἀπὸ τῆς ταραχῆς, vel, quod est verius, ἀπὸ τοῦ ταραρῆζειν, id est, a tremore frigoris, **¶** quod est algere, et rigere, scilicet, quia luce, soleque caret. Nam neque illic vapores sunt, qui ex solis luce gignuntur, neque flatus, qui ejusdem motibus incitantur, sed perpetuus stupor: *ταρταρῆζειν* enim horrere, et tremere apud Græcos legitur. *Hic enim fletus et stridor dentium.*

B 9. ^r *Gehenna* est locus ignis, et sulphuris, quem appellari putant a valle idolis consecrata, quæ est juxta murum Hierusalem, repleta olim cadaveribus mortuorum. Ibi enim Hebræi filios suos immolabant dæmonibus, et appellabatur locus ipse *Gehennon*. Futuri ergo supplicii locus ubi peccatores cruciandi sunt, hujus loci vocabulo designatur. Duplicem autem esse gehennam, et ignis, et frigoris (in *Job* legimus).

10. ^s *Inferus* appellatur, eo quod *infra* sit. Sicut autem, secundum corpus, si ponderis sui ordinem teneant, inferiora sunt omnia graviora, ita, secundum spiritum, inferiora sunt omnia tristiora. ^t Unde et in Græca lingua origo nominis, quo appellatur *inferus*, ex eo quod nihil suave habeat, resonare perhibetur.

11. ^u Sicut autem cor animalis in medio est, ^v ita et *infernus* in medio terræ esse perhibetur. Unde et in Evangelio legitur: *In corde terræ*. Philosophi autem dicunt quod *inferi* pro eo dicantur, quod animæ hinc ibi *ferantur*.

jus nominis, vide Serv. ad verba Virg. *Æn* vi: *Hic specus horrendum*, et Priscian., lib. vi.

ⁱ *σπήλαιον* Græc. *spelunc.* lat. E Serv., *Eclog.* 10.

^j *Qua Græci χαρωνεῖα* Galeus: *Πολλάκις δὲ ἀπὸ τοῦ πνεύματος μόνον κατὰ τὴν εἰσπνοὴν ἢ βλάβῃ γίνεται, καθάπερ ἐν τοῖς χαρωνεῖοις ὀνομασμένοις χωρίοις.*

^k *Profundum* proprie. E Serv., *Æn* ii.

^l *Maria ac terras, cælumque profund.* Verba Virg., *Æn* i.

D ^m *Barathrum nim. a. n.* E Serv., *Æn* iii: *Obsidet, atque imo Barathri*, etc.

ⁿ *Erebus.* Ex cod., *Æn* iv.

^o *Styx.* ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ. Ex Serv., *Æn* vi.

^p *Cocytus.* Serv., *Æn* vi. *Cocytus fluvius inferorum dictus ἀπὸ τοῦ κοκκυῖν, id est, lugere.*

Tartarus. Ex eodem *Æn* vi ad illud: *Tum Tartarus ipse Bis patet*, etc.

^r *Gehenna.* Ex Hieron. in Matth., cap. 10.

^s *Infernus... perhibetur.* Ex Aug., lib xii, de Genes. ad litt., cap. 34.

^t *Unde et in Græca ling... orig... quod nihil suave.* Nempe ἄδης, quasi ἀηδής.

^u *Sicut autem cor animal.* Ex Hieron. in Jon., cap. 2. Qui locus restituendus ex hoc loco.

^v *Ita infernus in medio terræ.* Serv. ad vers... *Telluris petras subire.* *Æn* vi.

LIBER DECIMUS QUINTUS.

DE ÆDIFICIIS ET AGRIS.

193 CAPUT PRIMUM.

De civitatibus.

1. De ^a auctoribus eonditarum urbium plerumque dissensio invenitur, adeo ut ne urbis quidem Romæ origo possit diligenter agnosei. Nam Sallustius dicit: *Urbem Romam, sicuti ego accepi, condidit, atque habuere initio Trojani, et cum iis Aborigines.* Alii dicunt ab Evandro, seeundum quod Virgilius:

Tunc rex Evandrus Romanæ conditor areis.
Alii a Romulo, ut:

En hujus, nate, auspiciis illa inclyta Roma.

2. Si igitur tantæ civitatis certa ratio non apparet, non mirum si in aliarum opinione dubitatur. Unde nec historicos, nec commentatores varia dicentes imperitiæ condemnare debemus, quia antiquitas ipsa ereavit errorem. Sane quasdam, de quibus aut sanctæ Scripturæ, aut historiæ gentium certam originem referunt, paucis admodum verbis retexere oportet.

3. Primus ante diluvium Cain civitatem *Enoch* ex nomine filii sui in ^b Naid condidit; quam urbem sola multitudine suæ posteritatis implevit.

4. ^c Primus post diluvium Nemrod gigas *Babylonem* urbem Mesopotamiæ **194** fundavit. Hanc Semiramis regina Assyriorum ampliavit, murumque urbis bitumine, et coeto latere fecit. Vocabulum autem sumpsit a confusione, eo quod ibi confusæ sint atque permixtæ linguæ ædificantium turrim.

5. ^d Judæi asserunt Sem filium Noe, quem dicunt Melchisedech, primum, post diluvium, in Syria eondidisse urbem *Salem*, in qua regnum fuit ejusdem Melchisedech. Hanc postea tenuerunt *Jebusæi*, ex quibus, et sortita est vocabulum *Jebus*, sicque duobus nominibus copulatis, *Jebus* et *Salem* vocatus est *Hierusalem*, ^e quæ postea a Salomone *Hierosolyma*, quasi *Hierosolomonia* dicta est. Hæc et corrupte a poetis *Solyma* nuncupata est, et postmodum ab Ælio Adriano *Ælia*, vocitata est. Ipsa est *Sion*, ^f quæ He-

^a CAP. I. De auctoribus... errorem. E Serv., Æn. vii, ad illud:

Nec prænestinæ fundator defuit urbis.

^b In *Naid* condidit. In omnibus libris, permutatis litteris, ex *Naid* INDIA evaserat. LXX: Ἐξῆλθε καὶ Κáιν ἀπὸ τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ, καὶ ᾤκησεν ἐν γῆ Νáιδ κατέναντι τοῦ ἔδου. Et Joseph. lib. i Antiq. cap. 4: Πολλὴν καὶ ἐπεληθὲν γῆν ἰδρύεται μετὰ τῆς γυναικὸς Κáιν Νáιδα τόπον οὕτω καλούμενον. Quod autem eo loco Hieronymus, non aliter interpretetur, nihil ad Isidorum, qui LXX, ut solet, seentus est. Adde quod idem Hieronymus in lib. de Locis Heb.: *Naid, terra* (inquit) *in qua habitavit Cain.* Nisi *Edem* pro *India* cum Chachone mavis.

^c *Primus post dil.* Ex Oros., lib. ii, cap. 6.

^d *Judæi Asser.* Ex Hieron., lib. de Locis Heb.

^e *Quæ postea a Salomone Hierosolym.* Idem dixit Euseb., lib. ix, de Præp. Evang.

^f *Quæ Heb. speculatio.* Sic omnes libri. *Speculam*, Hieronymus.

^g *Dionys.... condidit.* Ex Eusebii Chron.

A braice *speculatio* interpretatur, eo quod in sublimi constructa sit, et de longe venientia contempletur. *Hierusalem* autem pacifica in nostro sermone transfertur. *Oppida nobilia qui, vel quæ constituerunt.*

6. ^g Dionysius qui et Liber pater, eum Indiam victor perambulasset, *Nysam* urbem ex suo nomine juxta Indum fluvium condidit, et quinquaginta milibus hominum adimplevit.

7. ^h *Medus* autem Ægæi filius *Mediam* construxit, unde et regio ejus *Mediæ* nomen sortita est.

8. *Persepolim* urbem caput Persiei regni ⁱ *Perseus* Danaes **195** filius condidit famosissimam, confertissimamque opibus, ^j a quo et *Persida* dicta est.

B 9. ^k *Ctesiphontem* quoque *Parthi* apud *Parthiam* condiderunt, iu æmulationem *Babylonæ* urbis.

10. ^l *Susis* oppidum *Persidæ* aiunt *Memnonis* patrem constituisse. Dictum autem *Susis*, quod imminet *Susæ* fluvio. Ibi est regia Cyri lapide candido et vario eum columnis aureis, et lacunaribus gemmisque distincta, continens etiam simulacrum cæli, stellis micantibus præsignatum, et cætera humanis mentibus incredibilia.

11. *Bactrum* oppidum *Bactriani* condiderunt, ex proprio amne eum cognominantes, qui *Bactrus* vocatur.

12. ^m *Carra* civitas Mesopotamiæ trans *Edessam* eondita a *Parthis*, ubi quondam Romanus est cæsus exercitus, et *Crassus* dux captus.

C 13. *Edessam* urbem Mesopotamiæ condidit *Nembroth*, filius *Chus*, **196** postquam de *Babylone* migravit, in pua, et regnavit, quæ ante *Arach* cognominata est. ⁿ Ipse construxit, et *Chalannen*, quæ postea verso nomine a *Seleuco* rege dicta est *Seleucia*. ^o *Philadelphiam* urbem Arabiæ eondidit *Raphaim*, gens antiquissima, quam interfecerunt filii *Loth*.

14. *Seleucus* unus ex pueris *Alexandri*, post mortem ejusdem *Alexandri*, occupato regno Orientis, urbem in Syria condidit, eamque ex *Antiochi* patris sui nomine *Antiochiam* nuncupavit, et Syriæ caput instituit. ^p Ipse

^h *Medus autem Egæi filius.* — Et *Medeæ*, ut ait *Diodor.*, lib. v.

D ⁱ *Perseus Danaes.* Cum libri *Athei*, *Athe*, *Audiæ*, et *Andiæ*, haberent, cur ipse sibi *Isidorus* non auxiliaretur, qui paulopost *Tarsum* Ciliciæ a *Perseo* Danaes prole ædificatam dicit? Vid. *Hygin.*, *Fabul.* 275.

^j *A quo et Persida.* *Ruffinus* in translatione *Josephi Susan* *Persidæ* metropolim vocat.

^k *Ctesiphontem.* *Plin.*, lib. vi, cap. 26.

^l *Susis Oppidum.* Hæc urbs, et *Susis*, et *Susa*, et *Susæ* a *Hieronymo* dicitur, *Daniel*, cap. viii et ix, de qua *Plin.* lib. vi, cap. 27. — *Menonis Patrem* habent *Gothici* quos vidimus, non *fratrem*, ut impressi.

^m *Carra.* Ex *Hier.* de *Locis Heb.*

ⁿ *Ipse construxit et Chalannen.* Quam eandem esse, cum *Ctesiphonte* ait *Hieronym.* in *Quæst.* in *Genes.*, et in *Am.*, cap. 6. Vidend. idem in *Locis Hebraicis.*

^o *Philadelph.* Ex eod. lib.

^p *Ipse quoque Laodiciam.* *Euseb.* in *Chron.*: *Seleucus Antiochiam, Seleuciam, Laodiciam, Apamiam, Edissam, Berceam, et Pellam urbes condidit.*

quoque *Laodiciam*, et *Seleuciam*, ipse *Apamiam*, et *A* *Edessam* urbes construxit.

15. ^a *Damascus* Syriae, condita et nuncupata a *Damasco* dispensatoris Abrahamae filio. Haec antea in omni Syria tenuit principatum. Necdum enim florebant ibi Antiochia, Laodicia, et Apamia, quas urbes post Alexandrum constructas esse cognoscimus. Hic est *Damascus*, quem Abraham futurum sibi heredem dixerat, antequam esset illi promissus Isaac.

16. ^b *Gazam* oppidum Palaestinae condiderunt Hevaei, in qua habitaverunt Cappadoces pristinis cultoribus interfectis. Vocata autem *Gaza*, eo quod ibi Cambyses rex Persarum thesauros suos posuit, cum bellum Aegyptiis intulisset. Persarum enim lingua thesaurus *Gaza* nominatur.

197 17. *Philistim* urbem condiderunt Allophyli; **B** ipsa est *Ascalon*, de qua superius memoravimus, nuncupata ex nomine Cesloim, qui fuit nepos Cham, et filius Mesraim.

18. ^c *Dor* urbs fuit quondam potentissima, et, versa vice, *Stratonis turris*, postea ab Herode rege Judaeae in honorem *Caesaris* Augusti *Caesarea* nuncupata. In qua Cornelii domum Christi vidit Ecclesia, et Philippi aediculas, et cubiculum quatuor virginum prophetarum.

19. *Joppe* oppidum Palaestinae maritimum, iidem Palaestini aedificaverunt, ^d ubi saxum ostenditur, quod vinculorum Andromedae adhuc vestigia retinet, cujus belluae forma eminentior elephantis fuit.

20. ^e *Jericho* a Jebusaeis condita traditur, a quibus et nomen traxisse perhibetur; hanc subvertit Jesus. **C** Pro qua extruxit aliam *Ozam* de Bethel ex tribu Ephraim. Sed et haec eo tempore, quo Hierusalem oppugnabatur a Romanis, propter perfidiam civium capta atque destructa est, pro qua tertia aedificata est urbs, quae hodie usque permanet.

21. *Sichem* Samariae urbem, quae Latine et Graece *Sichima* vocatur, aedificavit Emor, appellavitque eam nomine *Sichem* filii sui. ^f **198** Ipsa est nunc Neapolis, civitas Samaritanorum.

22. *Bethel* urbem Samariae condiderunt Jebusaei, quae prius vocabatur *Luxa*; sed postquam dormiens ibi Jacob vidit scalam innitentem caelo, et dixit: *Vere hic domus Dei est, et porta caeli*; hac ex causa nomen locus accepit ^g *Bethel*, id est, domus Dei. Quando autem ibi ad Jeroboam vituli aurei fabricati **D**

sunt vocata est *Bethaven*, id est, domus idoli, quae antea vocabatur domus Dei.

23. ^h *Bethlehem* Juda, civitas David, quae mundi genuit Salvatorem, a Jebusaeis condita fertur, et vocata primum *Ephrata*. Quando autem Jacob ibi pecora sua pavit, eidem loco *Bethlehem* nomen, quodam vaticinio futuri, imposuit, quod *domus panis* interpretatur, propter eum panem qui ibi de caelo descendit.

24. ⁱ *Chebron* civitas Judaeae, quae quondam vocabatur *Arbe*, condita est a gigantibus ante septem annos quam ab eis *Tanis* urbs Aegypti conderetur. Ipsa est *Arbe* a numero ita vocata, quod ibi tres patriarchae sepulti sunt, et quartus Adam. Ipsa est ^j et *Mambre* vocata ex uno amico Abrahamae.

25. ^k *Samariam*, a qua omnis regio quae circa eam fuit nomen accepit, Sennacherib rex Assyriorum construxit, vocavitque **199** *Samariam*, id est, custodiam, quia quando Israel transtulit, Medos ibi custodes constituit. Hanc obsidione captam Antiochus solo coaequavit. Quam postea Herodes a fundamentis instaurans, in honorem Augusti, *Augustam*, id est, *Sebastiam* Graeco sermone vocavit. Ibi siti sunt Elisaeus et Abdias prophetae, et quo major inter natos mulierum non fuit, Baptista Joannes.

26. *Tiberiadem* vero Herodes alius in Judaea, in nomine *Tiberii* Caesaris condidit.

27. ^l *Tyros* urbs Phoenicum condita a Phoenicibus fuit. Haec est civitas ex qua aurum regi Salomoni deferabatur, in qua optima purpura tingitur. Unde et Tyria dicitur *nobilis purpura*.

28. ^m Phoenices a Rubro profecti mari, *Sidonem* urbem opulentissimam condiderunt; ⁿ quam, a piscium copia, *Sidon* appellaverunt. Nam pisces Phoenices *sidon* vocant. Ipsi etiam *Tyrum* in Syria; ipsi *Uticam* in Africa, *Hipponem*, *Leptim*; aliasque urbes in ora maritima condiderunt.

29. Ipsi *Thebas* in Baeotia, duce Cadmo; ipsi postremo in ultima orbis tendentes, urbem in Oceano construxerunt, eamque lingua sua *Gades* nominaverunt. Nam mos erat antiquus Phoenicum gentis, multos simul, mercandi causa, a domo proficisci, et cum incolarum animos commercio rerum iis ante incognitarum, sibi conciliassent, loca, quae condendis urbibus idonea videbantur, capere.

30. Ex iis profecta et Dido in littus Africae urbem condidit, et ^o *Carthadam* nominavit, quod Phoenicia

domus panis, in qua natus est ille panis, qui de caelo descendit.

ⁱ *Chebron*. Quo modo etiam scribit Hieronym. Al., *Hebron*.

^j *Ipsa est et Mambre*. Ex Quæst. in Gen., cap. 35.

^k *Samariam*, etc. Vid. Hieronym. in Isai., cap. 36.

^l *Tyros*. Idem, in cap. 33.

^m *Phoenices*. Ex Justin., lib. xviii.

ⁿ *Quam a piscium copia*. Vidi ego nummos Gadibus, quae Phoenicum colonia fuit, repertos, quorum una in parte Herculis Sidoniorum deus, in altera duo pisces incrant.

^o *Carthadam nominavit*. E Solin., cap. 40. Et Carthagiensem a *Cartha* dictam ait etiam Serv., *Aen.* iv, ad illud: *Carthago, aut antiqua Tyros*.

^a *Damascus*. Ex Hieron., in Quæst. in Genes.

^b *Gazam*. Ex eodem in Locis Heb., et in Ezech., cap. 40.

^c *Dor*. Ex Hieronym. in Epitaph. Paulae. Sed locum Hieronymi in Palimpsesto relictum ab Isid. Braulio non expolivit.

^d *Ubi saxum ostenditur*. Ex Solin., cap. 47. Ex quo restitutus est hic locus.

^e *Jericho*. Ex Hier. de Locis Heb.

^f *Sichem, ipsa est nunc Neap*. Hier., ibid., et in Epitaph. Paulae.

^g *Beth*. Ex lib. de Locis Heb.

^h *Bethlehem*, etc. Hier. in Prol. in Am.: *Sex milibus abest a sancta Bethlehem, quae mundi genuit Salvatorem*. Et in Epitaph. Paulae: *Salve, Bethlehem,*

lingua exprimit *civitatem novam*; 200 mox sermone verso *Carthago* est dicta: hanc Scipio delevit. Quæ autem nunc est, postea a Romanis condita est. ^a Carthago autem antea *Byrsa*, post *Tyrus* dicta est, deinde *Carthago*.

31. ^b *Memphim* civitatem Ægypti ædificavit Epaphus Jovis filius, cum in secunda Ægypto regnaret. Hæc est urbs ubi charta nascitur, ubi etiam optimi mathematici fuerunt. ^c Nam hanc urbem magicis artibus deditam pristini usque ad præsens tempus vestigia erroris ostendunt.

32. ^d *Tanis* metropolis Ægypti, ubi Pharaon fuit, et Moyses cuncta signa fecit quæ in Exodo scribuntur. Hanc construxisse perhibentur *Titanes*, id est, Gigantes, et ex suo nomine nuncupaverunt

33. ^e *Heliopolis* urbs Ægypti, quæ Latine interpretatur *solis civitas*, ^f sicut LXX interpretes arbitrantur. Ædificata est autem a filiis Israel; in qua ^g Petephres sacerdos fuit, cujus meminit Ezechiel.

34. ^h Urbem *Alexandriam* condidit Alexander Magnus, cujus et nomen delinet. Hanc enim idem in terminis Africae et Ægypti constituit, et caput esse regionis Ægypti jussit. Interjacet autem 201 inter Ægyptum et mare, quasi claustrum, importuosa. ⁱ Hæc est urbs Ægypti *Noo*, postea versa in *Alexandriam*.

35. *Thebas* Ægyptias condidit Cadmus, ^j quæ inter Ægyptias urbes numero portatum nobiliores habentur, ad quas commercia Arabes undique subvehunt. Hinc regio Ægypti *Thebais* dicta est. Thebæ autem et Bœotiae sunt et Ægyptiæ, uno tamen auctore conditæ.

36. *Ptolemais*, et *Berenice* a regibus Ægyptiis nominatæ, a quibus et ædificatæ fuerunt.

37. ^k *Cæsaream* Cappadociae...

Tarsum Ciliciæ Danaes proles Perseus ædificavit. De qua civitate fuit Paulus apostolus: *Natus*, inquit, *Tharso Ciliciæ*. ^l Quidam etiam locus Indiae *Tharsis* vocatur.

^a Carthago autem antea Byrsa. E Serv., ibid Virgilius, Æn. I. *Mercatique solum*.

^b Memphim.... regnaret. Verba sunt Eusebii, in Chronico,

^c Nam hanc urbem. Ex Hieron., in Isai. XIX.

^d Tanis. Ex eod., in Is. III.

Heliopolis. Ex eod. in lib. de Locis Heb. in On. Sicut LXX Interpretes. Sic namque illi Exod. I: Καὶ ἀποδόμησαν (filii Israel) πόλεις ὄχρας τῷ Φαραῶ, τήντε Πειθῶ, καὶ Ραμεσσῆ, καὶ Ὠν, ἥ ἐστὶν Ἡλιούπολις. Sed verba hæc καὶ Ὠν, ἥ ἐστὶν Ἡλιούπολις neque in Hebræis, neque in Latinis libris leguntur.

^g Petephres. Sic etiam Hieronymus. Vulgat., *Petiphares*. Quam varietatem Hebraica scriptura vocabulis destituta sæpe creat.

^h Urbem *Alexan*. Ex Hegesipp., lib. IV. cap. 27. Vid. Strab., lib. XVII.

ⁱ Hæc est urbs Ægypti, etc. Hieronym., in Epitaph, Paulæ: *Et urbem Noo, quæ postea versa est in Alexandriam*.

^j Quæ inter Ægyptias urbes num port. Ex Solin., cap. de Ægypt., 45.

^k Cæsaream Cappadociae. Post hæc verba lacuna est in melioribus lib. ineptissime a recentioribus expleta.

^l Quidam locus Indiae *Tharsis* vocatur. Ita procul dubio legendum, non *Tarsus*. Hieron., Is. LXVI: *Tharsis lingua Hebræa mare appellatur, et ut aiunt,*

A 38. *Seleuciam* Isauriæ condidit *Seleucus*, qui et *Antiochiam*.

Ilus autem Apollinis filius in Phrygia *Ilium* condidit.

^m Amazones *Ephesum* in Asia construxerunt.

39. Theseus vero *Smyrnam* construxit, quæ Homero poetæ patria exstitit, et ⁿ *Smyrna* vocata, quod ejus campos *Hermus* fluvius secat.

40. *Dioscoriam* Colchorum urbem ^o Amphytus et Tilchius aurigæ Castoris et Pollucis fabricaverunt, ex eorum nomine eam cognominantes. Nam Castor et Pollux Græcè *δίσκοροι* appellantur.

41. ^p *Nicomedia*, a *Nicomede* rege Bithyniæ ædificata est.

202 ^q *Bithynia* condita a Phœnice, quæ primum *Mariandyna* vocabatur.

42. ^r *Constantinopolim* urbem Thraciæ *Constantinus* ex nomine suo instituit, solam Romæ meritis et potentia adæquatam. Hæc ^s condita primum a Pausania rege Spartanorum, et vocata *Bixantium*, ^t vel quod tantum pateat inter Adriaticum mare et Propontidem, vel ^u quod sit receptaculum terræ marisque copiis. Unde et eam Constantinus aptissimam condere judicavit, ut receptaculum sibi terra marique fieret. Unde et nunc Romani imperii sedes, et totius caput est Orientis, sicut Roma Occidentis.

43. *Epirus* Thraciæ condita est a *Pyrrho* et cognominata.

44. *Athenas* in Hellade *Cecrops* condidit, et ex suo nomine *Cecropiam* nominavit. ^v Hanc Amphyction, qui in Græcia tertius post Cecropem regnavit, Minervæ sacravit, et nomen civitati *Athenas* dedit. Nam *Minerva* Græcè *Ἀθήνη* dicitur; unde et *Minervam* Græci inventricem multarum artium asserunt, ^x quia et litteræ, et artes diversorum studiorum, et ipsa philosophia veluti templum *Athenas* habuerunt.

45. *Corinthum* in Achaia ^y condidit *Corinthus*

Indiae regio est, licet Josephus littera commutata Tarsum putet nuncupari pro Tharsis, urbem Ciliciæ, ad quam Jonas de Joppe fugiens ire cupiebat. Rursusque epist. 133, reprehendit Josephum, quod Tarsum et Tharsin eamd. esse putet.

^m Amazones Ephesum, E Solin.

ⁿ Smyrna vocata. Idem sup., lib. XIII, cap. 21.

^o Amphytus et Tilchius. Plin., lib. VI, cap. 5. Ammian., lib. XXII; et Solin. *Circius* vero qui in plerisque libris est, ex *Tilcius*, quod etiam in Codice Plinii Ecclesiæ Toletanæ legitur, fluxit.

^d Nicomedia a Nicomede. Euseb., in Chron.: *Nicomedes rex Bithyniæ Asracum urbem ampliatis Nicomediam nuncupavit.*

^q Bithynia cond. Idem Euseb.: *Bithynia condita a Phœnice, quæ prius Mariandyna vocabatur.*

^r Constantinopolim. Ex Oros., lib. VII, cap. 28. totidem fere verbis.

^s Condita primum a Pausania. Ex Justin., lib. IX.

^t Vel quod tantum pateat. Vid. Plin., lib. IV, cap. 11; Solin. et Cappel. Neque tamen adhuc de etymologia liquebit.

^u Vel quod sit receptaculum, etc. Ex Justin., l. IX.

^v Hanc Amphyction.... dedit. Ex eod., lib. II.

^x Quia et litteræ.... habuerunt. Ex eod.

^y Condidit *Corinthus* *Orcstis* filius. Strabo conditani est a Sysipho, et *Coreyram* primo vocatam, deinde

Orestis filius. Hanc Græci *Corintheam* vocant, hoc est, administrationem reipublicæ.

46. *Thebas* Bœotiae Cadmus veniens a Phœnicibus condidit, Thebis Ægyptiis prius ab eo constructis.

203 47. *Mycenas*...

Lacedæmonia condita a *Lacedæmon* Semeles filio.

Sparta a Sparto filio Phoronei vocata, qui fuit filius Inachi. ^a Ipsam autem esse Spartam quam et *Lacedæmoniam* civitatem, atque inde *Lacedæmonios* *Spartanos* dici.

48. ^b *Achaia* ab *Achæo* constructa.

^c *Pelops*, qui apud Argos regnavit, *Peloponnesem* urbem condidit.

^d Cecrops in insula *Rhodo* RHODUM ædificavit.

^e *Carpathus* *Coum*.

Æos Typhonis filius *Paphum*.

Angæus Lycurgi filius *Samum*.

^f *Dardanus* autem condidit *Dardaniam*.

^g *Thessalonicam* *Thessalus*, Græci filius, ædificavit, in qua etiam regnavit.

49. ^h *Brundisium* construxerunt Græci. *Brundisium* autem dictum est Græce, quod *brunda* caput cervi dicatur: sic est enim, ut et cornua videantur, et caput, et lingua in positione ipsius civitatis.

50. ⁱ In Italia autem a *Jano Janiculum*, a *Saturno* *Saturnia*, atque *Latium* conditum, et quod ibi fugiens latuisset, cognominatum.

204 51. ^j Ab Hercule in Campania *Pompeia*, qui victor ex Hispania *pompam* boum duxerat.

52. *Æneas* autem post excidium Trojæ in eandem Italiam veniens, ab uxoris nomine *Lavinium* condidit. **C**

53. *Ascanius* vero relicto *Lavinia* novercæ suæ regno, *Albam Longam* ædificavit. *Alba* autem vocata propter colorem suis: *Longa*, quia longum oppidum est juxta prolixitatem collis in quo sita est. Ex hæc etiam urbe reges *Albanorum* appellari cœperunt.

54. ^k *Capuam* Capus Sylvius rex Albanorum con-

Ephyreu, ab *Ephyre* Oceani filia, postremo eversam et iustauratam a Corintho Orestis filio.

^a *Ipsam autem esse Spartam*, etc. Ex Oros., lib. I. cap. ultim.

^b *Achaia* ab *Achæo*. Ex Euseb. Chronic.

^c *Pelops qui a. A. r. Peloponnensem*. Euseb.: *Pelops apud Argos regnavit annos LIII, a quo Peloponnesus vocata*.

^d *Cecrops*. Sic omnes libri. Sed *Cercapus* malim, cujus filii *Lindum*, *Talyson* et *Camiron* condidero. **D** *Αίνδος* autem (ait Stephan.) *πολις ἐν ἑσδῶ κερκάρου τοῦ ἡλίου, καὶ κωδῖππης τῆς ὀρχήμου θυγατρὸς*. Vid. Strab., lib. XIV, et Diodor., lib. XI.

^e *Carpathus Coum*. Hæc integra non sunt, suppleri autem ex Diodoro et Stephano possent ita *Carpathum Joelus, Merops Coum*.

^f *Dardanus... Dardaniam*. Ex Euseb. Chron.

^g *Thessalonicam Thessalus*. *Thessaliam* velim, nam *Thessalonicam* a Cassandro conditam ait Stephanus.

^h *Brundisium*. *βρένδιον, ἔλαφον*, hoc est, cervum, significare auctor Hesyehius. Et *βρένδιον*, ut ait Stephanus, sive *βρεντέσιον*, ut est apud Strabonem, *caput cervi* a Messapiis dicebatur.

ⁱ *In Italia autem a Jano Janicul*. E Solin., cap. de Italia.

^j *Ab Hercule in Campania Pompeia*. — *Pompeii*

struxit, appellatam nomine conditoris, licet et sint quidicant a *Capacitate* eam *Capuam* dictam, quod ejus terra omnem vitæ fructum capiat; alii a locis campestribus in quibus sita est. Est autem caput urbium Campaniæ, inter tres maximas Romam, *Carthaginem*que numerata, ex qua et provincia Italiæ *Campania* dicta est.

55. Romulus cum interfecto apud Albam Amulio, avum Numitorem in regnum restituisset, in eum locum, ubi nunc *Roma* est, devenit, ibique sedes posuit, mœnia construxit, urbemque ex nomine suo *Romam* vocavit. Hanc autem ante Evander dicitur condidisse, unde est illud:

Tunc Pater Evandrus Romanæ conditor arcis.

56. Ancus Martius ex filia Numæ Pompilii natus hic urbem in exitu Tiberis condidit, quæ et peregrinas merces exciperet, et hostem moraretur, quam ab ipso situ *Ostiam* appellavit.

57. ^l Galli quidam intestina discordia, et assiduis dissensionibus 205 suorum permoti, sedes novas quærentes Italiam profecti sunt, sedibusque propriis Tuscis expulsis, *Mediolanum*, atque alias urbes condiderunt. ^m Vocatum autem *Mediolanum*, ab eo quod ibi sus *medio lanea* perhibetur inventa.

58. Historiis placet a *Messappo* Græco *Messappiæ* datam originem versa postmodum in nomen Calabriæ, quam in exordio Oenotri frater *Pucetius Pucetiam* nominaverat.

59. ⁿ *Manto* Tiresiæ filia post interitum Thebanorum dicitur delata in Italiam *Mantuam* condidisse. **C** Est autem in Venetia, quæ *Gallia Cisalpina* dicitur. ^o Et *Mantua* dicta, quod inanes tuetur.

60. *Parthenopia* a *Parthenope* virgine quadam illic sepulta, *Parthenopea* appellata, quod oppidum postea Augustus *Neapolim* esse maluit.

61. Ad promontorium Leucaten, in quo *Actii* Apollinis templum fuit, bellum Augustus contra An-

apud Solin., ibid. *Pompeia* apud Strabon., lib. V.

^k *Capuam Capys*. Servius, *Æn.* X, ad illud.

Et Capys, hinc nomen Campanæ ducitur Urbi. *Iste quidem dicit a Capy dictam esse Campaniam, sed Livius vult à locis campestribus dictam, in quibus sita est.*

^l *Galli quidam intestina discordia*, Ex Livii lib. V.

^m *Vocatum autem Mediol...* ab eo quod ibi sus. *Claudianus de Nuptiis Honorii*:

Jam Ligurum terris spumanti pectore triton Appulerat, lassosque fretis extenderat orbes, Continuo sublime volans ad mœnia Gallis Condita, lanigeræ suis ostentantia pellem Pervenit:

Visitur etiam nunc sus marmorea in Mediolanensi curia. Al., *media lanea*.

ⁿ *Manta Tiresiæ filia*. E Serv., *Æn.* X, ad illud: *Fatidicæ Mantus*.

^o *Et Mantua dicta, quod inanes tuetur*. Sic veteres lib. et recte fortasse. Nam lib. IV, Maniam morbum ab inanitate dictam dixit, quam Græci *μανίαν* vocant, et *manæ*, quasi *μανόν*, id est, rarum, et vacuum. Id autem pulchre convenit cum historia de Mantone fatidica eo confugiente. *Manes* si quis malit, molesti non erimus.

tonium gessit. Quo victo, urbem in *Actiaco* sinu condidit, quam a victoria *Nicopolim* appellavit.

62. ^a Phalantus *Partheniorum* dux *Parthenios* constituit.

Taras Neptuni filius fuit, a quo *Tarentum* civitas, et condita et appellata est.

206 63. ^b Cum *Cyrus* maritimas urbes Græciæ occuparet, et Phocenses ab eo expugnati omnibus angustiis premerentur, juraverunt, ut profugerent quam longissime ab imperio Persarum, ubi ne nomen quidem eorum audirent, ^c atque ita in ultimos Galliæ sinus navibus profecti, armisque se adversus Gallicam feritatem tuentes. *Massiliam* condiderunt, et ex nomine ducis nuncupaverunt. Hos ^d Varro trilingues esse ait, quod et Græce loquantur, et Latine, et Gallice.

64. *Narbonam*, et *Arelatum*, et *Pictavium* coloni proprii condiderunt.

Burdegalim appellatam ferunt, quod *Burgos* Gallos primum colonos habuerit, quibus antea cultoribus adimpleta est.

65. *Tarraconam* in Hispania Scipiones construxerunt, ideo caput est *Tarraconensis* provinciæ.

66. ^e *Cæsaraugusta Tarraconensis* Hispaniæ oppidum a Cæsare Augusto et situm et nominatum, loci amœnitate, et deliciis præstantius civitatibus Hispaniæ cunctis, atque illustrius, florens sanctorum martyrum sepulchris.

67. *Afri* sub Hannibale maritima Hispaniæ occupantes, *Carthaginem* 207 *Spartariam* construxerunt, quæ mox a Romanis capta et colonia facta, nomen etiam provinciæ dedit. Nunc autem a Gothis subversa, atque in desolationem redacta est.

68. ^f *Saguntum* Græci ex insula *Zacyntho* profecti in Hispaniam condiderunt, quam *Afri* postea bello impetitam deleverunt.

69. ^g *Emeritam* Cæsar Augustus ædificavit, postquam Lusitaniam, et quasdam Oceani insulas cepit, dans ei nomen ab eo quod ibi milites veteranos constitueret. Nam *emeriti* dicunt veterani, solutique militia.

70. *Olyssipona*, ab *Ulysse* est condita et nuncupata: ^h quo loco, sicut historiographi dicunt, cœlum a terra, et maria distinguuntur a terris.

71. *Hispalim* Cæsar Julius condidit, quam ex suo

^a *Phalantus*... *Taras*. Vid. Serv., *Æn.* III.

Hic genus Herculei si vera est fama Tarenti.

^b *Cum Cyrus*. Eadem *Ammian.* Marcell. lib. XV.

^c *Atque in ultimos condidit*... Ex *Justin.* lib. XLIII.

^d *Hos Varro triling. e. a.* Ex *Hier. Prolog.* lib. II. in *Epist. ad Galat.*

^e *Cæsaraugusta*... *sepulchris*. Abest totum hoc a libro *Card. Sireleti*, et uno ex *Toletanis*.

^f *Saguntum* Ex *Hieronym.* lib. II in *Ep. ad Galat.*

^g *Emeritam Cæsar August.* *Dion.*, lib. LIII.

^h *Quo loco sicut historiog.* *Plin.*, lib. IV, cap. 21: *Excurret deinde in altum vasto cornu promontorium, quod alii Artabrum appellavere, alii Magnum, multi Olyssiponense, ab oppido terras, maria, cœlum disterminans.* Eadem prope *Solinus*, et *Capella* qua nimis arctavit *Isidorus*.

ⁱ *Hispalis*... *eo quod in solo palust.* Nihil certiora proferunt alii.

A nomine, et Romæ urbis vocabulo *Juliam Romulam* nuncupavit. ⁱ *Hispalis* autem a situ cognominata est, eo quod in solo palustri suffixis in profundo *palis* locata sit, ne lubrico atque instabili fundamento cederet.

72. *Gades* oppidum a Pœnis conditum, qui etiam *Carthaginem Spartariam* condiderunt.

73. ^j *Septa* oppidum a montibus *septem*, qui, a similitudine, *Fratres* vocati, *Gaditano* imminent freto.

208 74. *Tingis* civitatis ^k et *Lixis* *Antheus* auctor est, quem *Hercules* fertur luctæ certamine superatum interfecisse. *Lix* autem a *Lixio* flumine *Mauritaniæ* nuncupata, ubi *Anthæi* regia fuit, et *Sala* quod immineat *Salæ* flumini.

75. *Cæsaream* *Mauritaniæ* oppidum *Juba* rex Maurorum in honorem *Cæsaris* Augusti condidit, quam ex ejus nomine *Cæsaream* appellavit, sicut *Herodes* aliam *Cæsaream* in *Palæstina*, quæ nunc urbs est clarissima.

76. ^l *Icosium* *Cæsariensis* *Mauritaniæ* oppidum, *Hereule* illic transeunte, viginti a comitatu ejus discedentes construxerunt, ac ne quis imposito a se nomine privatim gloriaretur, de condentium numero urbi *Icosio* nomen est datum.

77. ^m *Cyrene* regina fuit *Libyæ*, quæ ex suo nomine civitatem *Cyrenem* condidit, a qua et *Libyam Cyrenensem* vocavit.

CAPUT II.

De ædificiis publicis.

1. *Civitas* ⁿ est hominum multitudo societatis vinculo adunata, dicta a *civibus*, id est, ab ipsis incolis urbis, pro eo quod plurimorum consciscat, et contineat vitas. Nam *urbs* ipsa mœnia sunt, *civitas* autem non saxa, sed habitatores vocantur.

2. Tres autem sunt societates: familiarum, urbium, gentium.

3. *Urbs* vocata ab orbe, quod antiquitus civitates in orbem fiebant, ^o vel ab *urbo* parte aratri, quo muri designabantur unde 209 est illud ^p:

Optavitque locum regno, et concludere sulco.

Locus enim futuræ civitatis sulco designabatur, id est aratro. ^q *Cato*: *Qui urbem, inquit, novam condet, tauro et vacca aret, ubi araverit, murum fa-*

ⁱ *Septa Oppid*... *Septem* montium *Fratrum* meminere *Plin.*, lib. V, cap. 2, et *Capella*... *Ptolemæus* quoque *ἑπταδύλων* eos vocat.

^k *Et Lixis*. Hæc a *Solio* quoque *Lix*, a *Plinio Lixos*, ab aliis *Lixa* dicitur.

^l *Icosium*. E *Solin.*, cap. de *Mauritania*.

^m *Cyrene regina f. Lib. Serv.*, *Æn.* IV: *Cyrene et Barce reginæ fuerunt, quæ singulis dederunt civitatibus nomina.*

ⁿ *CAP. II. Civitas est.* *Aug.* XV de *Civit.*, cap. 8: *Civitas nihil aliud est, quam hominum multitudo aliquo societatis vinculo colligata.*

^o *Vcl ab urbo.* *Varr.*, lib. IV.

^p *Optavitque locum.* *Virg.*, *Æn.* I: *Pars optare locum lecto.* *Idem*, lib. III: *Optavitque locum regno.* Hæc conjunxit *Isid.*

^q *Cato, qui urbem.* Hunc locum innuere videtur *Servius*, lib. V *Æn.* Ad illud: *Urbem designat aratro.* Vidend. *Varr.*, lib. IV de *Ling. Lat.*

ciat, ubi portam vult esse, aratrum sustollat, et portet, et portam vocet.

4. Ideo autem urbs aratro circumdabatur dispari sexu juvenorum propter commisionem familiarum, et imaginem serentis, fructumque reddentis. ^a Urbs autem aratro conditur, aratro evertitur. Unde Horatius :

Imprimeretque maris hostile aratrum.

5. *Oppidum* quidam ab *oppositione* murorum dixerunt : alii ab *opibus* recondendis, eo quod sit munitum, alii quod sibi in eo conventus habitantium *opem* det mutuam contra hostem. Nam primum homines tanquam nudi et inermes, nec contra belluas præsidia habebant, nec receptacula frigoris et caloris, nec ipsi inter se homines ab hominibus satis erant tuti.

6. Tandem naturali solertia speluncis, silvestribusque tegumentis tuguria sibi et casas virgultis arundinibusque contexuerunt, quo esset vita tutior, ne iis qui nocere possent, aditus esset. Hæc est origo oppidorum, quæ quod *opem* darent, idcirco oppida nominata dixerunt. Oppidum autem magnitudine ut mœnibus discrepat a vico, et castello, et pago.

7. Civitates autem, aut coloniæ, aut municipia, aut vici, aut castella, aut pagi appellantur.

8. *Civitas* proprie dicitur quam non advenæ, sed eodem innati solo condiderunt. Ideoque urbes a propriis civibus conditæ *civitates*, non coloniæ, nuncupantur.

9. *Colonia* vero est quæ defectu indigenarum novis cultoribus adimpletur. Unde et *colonia* a *cultu* agri est dicta.

210 10. *Municipium* est quod, manente statu civitatis, jus aliquod minoris aut majoris officii a principe impetrat. Dictum autem *municipium* a *muniis*, id est, *officiis*, quod tantum *munia*, id est, *tributa debita*, vel *munera* reddant. Nam liberales et famosissimæ causæ, et quæ ex principe proficiscuntur, ibi non aguntur. Hæc enim ad dignitatem civitatum pertinent.

11. *Vici*, et *castella*, et *pagi*, ii sunt quæ nulla dignitate civitatis ornantur, sed vulgari hominum conventu incoluntur, et propter parvitatem sui majoribus civitatibus attribuuntur.

12. ^b *Vicus* autem dictus a *vicinis* tantum habitatoribus, vel quod vias habeat tantum sine muris. Est autem sine munitione murorum; licet et vici dicantur ipsæ habitationes urbis. Dictus autem *vicus*, eo quod sit *vice* civitatis, vel quod *vias* habeat tantum sine muris.

13. *Castrum* antiqui dicebant oppidum loco altissimo situm, quasi *casam altam*, cujus pluralis numerus *castra*, diminutivum *castellum* est, sive quod

^a *Urbs autem aratro cond. aratro evert.* Acron ad locum Hor. : *Condendis, atque evertendis civitatibus hæc consuetudo fuit, ut aratro fierent.* Et Caius, tit. de Usufruct. : *Carthagini eversæ aratrum impressum ait.*

^b *Vicus a vicinis t. h.* Ita Imp. Ab ipsis tantum habitationibus. Gollth. Placuit editorum scriptura, quia paulo post, ipsas habitationes *vicos* dici affirmat.

^c *Teres est aliquid rotund.* Serv. . Æn. vi. *Teres est rotundum aliquid cum proceritate.* Et Eclog. viii. *Teres est oblongum, et rotundum, ut columna.*

^d *Nam quamvis quadratæ.* Locus ex Lucret., lib. iv :

A castrabatur licentia inibi habitantium, ne passim vaga hosti pateret.

14. *Pagi* sunt apta ædificiis loca, inter agros habitantibus. Hæc et *conciabula* dicta a conventu et societate multorum in unum.

15. *Compita* sunt ubi usus est conventus fieri rusticorum, et dicta *compita*, quia multa loca in agris eodem *competunt*, et quo convenitur a rusticis.

16. *Suburbana* sunt circumjecta civitatis ædificia, quasi sub urbe.

17. *Mœnia* sunt muri civitatis, dicta ab eo quod *muniant* civitatem, quasi *munimenta* civitatis, id est, *tutamenta*.

18. *Munium* autem dictum, quasi *manu factum*; sic et *muria munitione* dicti, quasi *muniti*, quod *muniant* et tueantur interiora urbis. *Mœnia* autem duplicem habent significationem. Nam 211 interdum *mœnia* abusive dici (solent) omnia ædificia publica civitatis, ut :

Dividimus muros, et mœnia paudimus urbis.

Proprie autem mœnia sunt tantum muri.

19. *Murus* autem turribus, propugnaculisque ornatur.

Turres vocatæ, quod *teretes* sint, et longæ.

Teres enim est aliquid ^c rotundum cum proceritate, ut *columna*. ^d Nam quamvis quadratæ, aut latæ construantur, procul tamen videntibus rotundæ existimantur; ideo quia omne cujusque anguli simulacrum per longum aeris spatium evanescit, atque consumitur, et rotundum videtur.

20. *Propugnacula* pinnae murorum sunt, dicta quia ex his *propugnatur*.

21. *Promurale* vero, eo quod sit pro munitione muri. Est enim muro proximum, id est, ante murum.

22. ^e *Porta* dicitur, qua potest vel importari vel exportari aliquid. Proprie autem *porta*, aut urbis, aut castrorum vocatur, sicut superius dictum est. Vicus, ut prædictum est, ipsæ habitationes urbis sunt, unde et *vicini* dicti. Viæ, ipsa spatia angusta, quæ inter vicos sunt.

23. ^f *Plateæ*, perpetuæ ac latiores civitatum viæ sunt, juxta proprietatem linguæ Græcæ a latitudine nuncupatæ; *πλάτος* enim Græci latum dicunt.

24. *Quintana* pars plateæ quinta est, qua carpentum progredi potest.

25. *Cloacæ* dictæ, quod iis pereolantur aquæ. Has primum Romæ fecisse dicunt Tarquinius Priscam, ut quotiens pluviarum inundatio existeret, per eas aquæ extra civitatem omitterentur, ne maximis, perpetuisque tempestatibus planitiem, vel fundamenta urbium strages aquarum subverteret.

112 26. ^g *Imboli*, vel quia subvolamina sunt, vel

Quadratasque procul turres cum cernimus Urbis,

Propterea fit uti videntur sæpe rotundæ

Angulus obtusus, etc

^e *Porta dicitur, qua potest, etc.* Serv., Æn. i. *Omnis exitus porta dicitur, quasi qua potest, vel importari vel exportari aliquid.*

^f *Plateæ.* Aug. in Ps. cxxviii, serm. 10.

^g *Imboli.* Sic Vet. libri; puto legendum *emboli*, et *subvolamina*... significarique illa, quæ Asconius in divinat., *provolutantia tabulata* dixit. Notum qui *ἔμβολον* sit apud Græcos.

quia sub iis ambulant : sunt enim porticus hinc inde platearum.

27. ^a *Forus* est exercendarum litium locus, a *fando* dictus, sive a *Phoroneo* rege, qui primus Græcis leges dedit. Hæc loca, et ^b *prorostris* vocantur, ideo quod ex bello Punico, captis navibus Carthagenensium, rostra ablata sunt, et in foro Romano præfixa, ut esset hujus insigne victoriae.

28. *Curia* dicitur, eo quod ibi *cura* per senatum de cunctis administraretur.

29. *Prætorium*, eo quod ibi *prætor* ^c sedeat ad discutiendum.

30. *Gymnasium* generalis est exercitiorum locus; tamen apud Athenas locus erat ubi disciebatur philosophia, et sapientiae exercebatur studium. Nam γυμνάσιον Græce vocatur, quod Latine exercitium dicitur, **213** hoc est meditatio. Sed et balnea, et loca cursorum, et athletarum gymnasia sunt, eo quod illie omnes in suæ artis studio exercentur.

31. *Capitolium* Romæ vocatum, eo quod fuerit Romanæ urbis, et religionis caput summum. Alii aiunt : cum Tarquinius Priscus Capitolii fundamenta Romæ aperiret, in loco fundamenti caput hominis litteris Tuscis notatum invenit, et proinde *Capitolium* appellavit.

32. *Arces* sunt partes urbis excelsæ, atque munitæ : ^d nam quæcunque tutissima urbium sunt, ab arcendo hostem *arcēs* vocantur; unde et arcus, et arca.

33. ^e *Circum* Romani dictum putant a *circuito* equorum, eo quod ibi circum metas equi currant.

34. ^f *Theatrum* autem a spectaculo nominatum, ἀπὸ τῆς θεωρίας, quod in eo populus stans desuper, atque spectans, ludos scenicos contemplaretur.

35. *Amphitheatrum* vero vocatum, quod ex duobus sit theatris compositum; nam *amphitheatrum* rotundum est, theatrum vero ex medio amphitheatri est, semicirculi figuram habens.

36. ^g *Labyrinthus* est perplexis parietibus ædificium, qualis est apud Cretam a Dædalo factus, ubi fuit minotaurus inclusus, in quo si quis introierit sine glomere lini, exitum invenire non valet; cujus ædificii talis est situs, ut aperientibus fores tonitruum intus terribile audiatur. Descenditur centenis ultra gradibus, intus simulacra et monstrificæ effigies, in partes

^a *Forus est exercendarum litium locus.* Qui Isi domum de genere hujus nominis audacter accusarunt, ipsi se deridendos præbuerunt. Charisius lib. 1 : *Forum neutro genere dicimus locum rebus agendis destinatum, aut cum commercium significamus: Lucil., cum illa foraitant. Masculine autem tabulata navium, et semper pluraliter, quamvis Gellius fora navium neutraliter dixerit, et Lucilius negotiorum ferum masculine extulerit;* lib. III. Forus olim ornatus lucernis. Et Victorin., in lib. de Orthog. *Forus status, tam in foro, quam in navi, et toreulari.* Quod vero ad etymol. attinet, quoniam semel toto hoc de genere diximus, tantum monebo, ne has quidem contemnendas videri; nam cur non *forum* a *fando*, sive ἀπὸ τοῦ φῶ, cum ἀγορὰ ἀπὸ τοῦ ἀγορεύειν? In *Phoronei* vero mentione diligens quædam negligentia est communis Isidoro cum aliis gravissimis auctoribus.

^b *Rostra vocantur.* Ita etiam lib. XVIII, cap. 45..

^c *Sedeat ad discutiendum.* Al., *Ad disputandum.*

A diversas transitus innumeri per tenebras, et cætera ad errorem ingredientium facta, ita ut de tenebris ejus ad lucem venire impossibile videatur. Quatuor sunt autem labyrinthi : Primus Ægyptius, secundus Creticus, tertius in Lemno, quartus in Italia, omnes ita constructi, ut dissolvere eos nec sæcula quidem possint.

37. ^h *Pharus* turris est maxima, quam Græci, et Latini in communc **214** ex ipsius rei usu *pharum* appellarunt, eo quod flammæ indicio longe videatur a navigantibus, qualem Ptolemæus juxta Alexandriam construxisse octingentis talentis traditur. Usus ejus est nocturno navium cursui ignes ostendere, ad prænuntianda vada, portusque introitus, ne decepti tenebris navigantes in scopulos incidant; ⁱ nam Alexandria fallacibus vadis insidiosos accessus habet. Hinc igitur in portibus machinas ad prælucendi ministerium fabricatas, *pharos* dicunt; nam φῶς lux est, ὄρασις visio dicitur; unde et Lucifer Græce φωσφόρος appellatur.

38. *Cochleæ* sunt altæ, et rotundæ turres, et dictæ *cochleæ*, quasi *cyclæ*, quod in eis tanquam per circulum orbemque conscendatur, qualis est ^j Romæ CLXXV ped.

39. *Thermæ* appellatæ, quod caleant, Græci enim θερμὸν calorem vocant.

40. ^k *Balneis* vero nomen inditum a levatione morboris : nam Græci βαλανεῖον dixerunt, quod anxietatem animi tollat. Hæc et *gymnasia* dicuntur, quia ibi Athletæ uncto corpore, et perfricato manibus exercentur; nam γυμνάσιον Græce, Latine *exercitium* dicitur, γυμνός enim *nudus*.

41. *Apodyterium*, ubi lavantium vestimenta ponuntur, ab exuendo dictum; ἀποδυεῖν enim Græce *exuere* dicitur.

515 42. *Popina* Græcus sermo est, qui apud nos corrupte *propina* dicitur. Est autem locus juxta balnea publica, ubi post lavacrum a fame, et siti reficiuntur, unde et *propina*, et propinare dicitur; πείνα enim Græce famem significat, eo quod hic locus famem tollat.

43. *Tabernæ* olim vocabantur, ædiculæ plebeiorum parvæ, et simplices in vicis, ^l asseribus et tabulis

forte ad disceptandum. Ut lib. IX. cap. 4, et lib. XVIII, cap. 15; *Judex dictus, quod jure disceptet.*

^d *Nam quæcunque tutissima.* Varro lib. IV. *Aræ ab arcendo, quod is locus munitissimus urbis, a quo facillime posset hostis prohiberi.*

^e *Circum Roman.* Repetuntur hæc lib. XVIII, cap. 28. ^f *Theatrum, ἀπὸ τῆς θεωρίας.* E Serv. Æn. V. Ad illud : *Mediaque in valle theatri.*

^g *Labyrinthus.* E Serv., Æn. V. Ad illud : *Ut quondam Creta fertur labyrinthus in alta.* Vid. Plin., lib. XXXVI, cap. 13.

^h *Pharus.* Ex Hegesipp. lib. IV, cap. 27, et Plin. XXXVI, cap. 12, et Solin., cap. 45.

ⁱ *Nam Alexandria fall.* etc. E Solin. cap. 35, al. 35.

^j *Romæ CLXXV.* Apparet hanc esse columnam Antonini, quam CLXXVI pedes altam affirmant Philander ad Vitruv., lib. IX, cap. 2.

^k *Balneis tollat.* Ex August. lib. IX. Confess., c. 12. ^l *Asseribus, et tab. Al., Axibus.*

clausæ, unde et *tabernariæ*, quod ibi solebant considerare : dictæ autem tabernæ quod ex tabulis lignisque erant constructæ; quæ nunc, etsi non speciem, nomen tamen pristinum retinent.

44. *Macellum* dictum, quod ibi mactentur pecora, quæ mercantibus venundantur.

45. *Mercatum* autem a commercio nominatum; ibi enim res vendere, vel emere solitum est, sicut et *Telonium* dicitur, ^a ubi merces navium, et nautarum emolumenta redduntur. Ibi enim vectigalis exactor sedet, pretium rebus impositurus, et voce a mercatoribus flagitans.

46. ^b *Carcer* est a quo prohibemur exire, et dictus *carcer* a *coercendo*. Hinc Fronto : *Ut pergræcari potius amœnis locis, quam coerceri carcer viderentur.*

216 CAPUT III.

De habitaculis.

1. *Habitatio*, ^c ab *habendo* vocata, ut habitare casas.

Domus ex Græca appellatione vocata, ^d nam δῶμα Græci *tecta* dicunt. Est autem domus unius familiæ habitatio, sicut urbs unius populi, sicut orbis domicilium totius generis humani.

2. Omne ædificium antiqui *ædem* appellaverunt. Alii *ædem* ab *edendo* quidem sumpsisse nomen existimant, dantes exemplum de Plauto :

Si vocassem vos in ædem ad prandium.

Hinc et *ædificium*, eo quod fuerit prius ad edendum factum.

3. ^e *Aula* domus est regia, sive spatiosum habitaculum porticibus quatuor conclusum.

4. ^f *Atrium* magna ædes est, sive amplior et spatiosa domus. Et dictum est *atrium*, ^g eo quod addantur ei *tres* porticus extrinsecus. ^h Alii atrium quasi ab igne et lychno *atrum* dixerunt, atrum enim fit ex fumo.

^a *Ubi merces navium.* Respexisse ad Ambrosii verba in Luc. v; ostendunt illa verba *nautarum emolumenta*.

^b *Carcer a quo prohibemur exire.* Servius, *Æn.* 1: *Carcer est undecunque prohibemur exire, dictus quasi arcer ab arcendo.* Sed libro III *Georg.*, ad illud: *Ruuntque effusi carcere currus*, ubi in *Vulgatis* legitur, *qui ab arcendo dicti sunt*, vaticanus Codex habet, *qui a coercendo d. s.* Ut emendandus videatur Serv. ex Isid. Varro quoque, lib. IV : *Carcer a coercendo, quod exire prohibentur.*

CAP. III—^c *Habitatio ab hab.* E. Serv., *Eclog.* 2, nisi quod more suo aliquid mutavit.

^d *Nam δῶμα Græci tecta d.* Verba sunt Hieronymi in cap. VI *Daniel.* Vid. et *epist.* ad Sun. et *Fret.*

^e *Aula domus regia.* Aug., in *Quæst.* sup. *Exod.*, prope fin.: *Quam Græci vocant ἀλήν, nostri uulam vocaverunt. Sed jam non atrium isto nomine, sed domus regia significatur in lingua Latina: et in Græca, ut ait Athenæus, lib. v, Menandrum, et Diphilum citans.*

^f *Atrium magna æd. sive amplior., et spatiosa dom.* Aug., in ps. CXXXIII : *Atria, ampliora spatia domus intelliguntur.*

^g *Atrium... eo quod addantur ei tres porticus.* Aug., in *Quæst.* in *Exod.* : *Ibi erat illa tanquam triporticus, quæ concludebat spatium atrii.* Et in ps. CXXXIII : *Habebat atrium decem columnas, non tamen recto ordine dispositas, sed sicut ostendimus, tanquam triporticum.*

217 5. *Palatium* a *Pallante* principe Arcadum dictum, in cuius honore Arcades *Pallanteum* oppidum construxerunt, et regiam in ipsius nomine conditam *Palatium* vocaverunt.

6. *Thalamum* hac ex causa vocatum ferunt. Cum enim raptæ fuissent a Romanis Sabinæ, ex quibus cum una ante alias specie nobilis cum magna omnium admiratione raperetur, *Talassioni* duci eam oraculo responsum est dari, et quoniam hæ nuptiæ feliciter cesserant, institutum est ut in omnibus nuptiis *thalassii* nomen iteretur. *Ægyptii* quoque lingua sua loca in quibus nubentes succedunt et incubant *thalamum* nominant.

7. *Cænaculum* dictum a communione vescendi, unde et *cænobium* congregatio. Antiqui enim publicæ et in commune vescabantur, nec ullius convivium singulare erat, ne in occulto deliciæ luxuriam gignerent.

8. ^j *Triclinium* est cænaculum a *tribus lectulis* discumbentium dictum; apud veteres enim in loco ubi convivii apparatus exponebatur, 218 tres lectuli strati erant, in quibus discumbentes epulabantur; κλίνη enim Græce *lectus*, vel *accubitus* dicitur, ex quo confectum est ut *triclinium* diceretur.

9. ^k *Cella* dicta, quod nos occultet et *celet*.

Cubiculum vero, quod eo *cubemus*, ibique dormientes requiescamus.

Cubile autem cubandi locus est.

Secessus, quod sit locus secretus, id est, sine accessu.

C 10. *Diversorium* dictum, eo quod ex diversis viis ibi conveniatur.

^l *Hospitium* sermo Græcus est ubi quis ad tempus hospitali jure inhabitat, et iterum inde trans-

^h *Alii atrum quasi ab igne, etc.* E. Serv., *Æn.* 1, ad illud : *Vocemque per ampla volutant atria.* LICHNO autem scripsimus ex Cod. Rom. Al., *ligno, al., lignis.*

ⁱ *Cum enim raptæ fuissent a Rom. Sab.* Vid. Liv., lib. 1, et *Fest.*, in *Talassio*, sed cum *Talamoni* in nostris libris legeretur, *Talassioni* e Servio reposuimus, nam et *Talassum* et *Talassionem* illum vocat.

^j *Triclinium est cænaculum.* Recte Isidorus. Non recte, *Æn.* 1, ad illud: *Aurea composuit sponda*, Servius, qui errare eos dicat qui *triclinium* vocant ipsum basilicam aut cænationem. Cicero, II de *Orat.* Serv. : *Galba, cum judici L. Scribonio Liboni tribuno pleb. ferret familiares suos, et dixisset Libo: Quando tandem, Galba, de triclinio tuo exibis? cum tu (inquit) de cubiculo alieno.* Et ad *Att.* lib. XIII, *epist.* 50: *Cum secundis Saturnalibus ad Philippum vesperi venisset, villa ita completa militibus est, ut vix triclinium, ubi cænaturus ipse Caesar esset, vacaret.* Et Vitruvius, lib. VI, cap. 3. *Tricliniorum quanta latitudo fuerit, bis tanta longitudo feridebet.* Et Sueton., in *Tiberio* : *Ac Misceni cinis e favilla, et carbonibus ad calefaciendum triclinium illatus.*

^k *Cella dicta q. n. o.* Serv. *Æ.* 1, ad illud : *Distendunt nectare cellas: Vel a celando (inquit) unde cellas appellaverunt.*

^l *Hospitium sermo Græcus est.* An quia σπῖθι pro domo usurpant? Unde illud : Καλή ἡμέρα εἰς καλοῦ κομπάρου σπῖθι. (*Sic.*)

iens migrat; ^a inde et *metatum*, quia *mutatur*. Unde et legitur, *et castra metati sunt*, pro *mutaverunt*. Non enim illic permanet exercitus, sed pertransit.

11. ^b Mænius collega Crassi in foro projecit materias, ut essent loca in quibus spectantes insisterent, quæ ex nomine ejus *Mæniana* appellata. Hæc et *solaria* quia patent *soli*: post hæc alii lapide, alii materia ædificavere portibus Mæniana, et foribus et domibus adjecerunt.

219 12. *Tabulata* olim lignæ domus fiebant, inde nomen permanet *Tabulatorum*.

Hypogæum est constructum sub terris ædificium, quod nos *antrum* vel *speluncam* dicimus.

Solarium, quod *soli*, et *auris* pateat, qualis fuit locus in quo David Bethsabæe lavantem aspexit, et adamavit.

^c 13. Cum Hierosolymam Antiochus obsideret, Hyrcanus princeps Judæorum, reserato David sepulcro, tria millia auri talenta inde abstraxit, ex quibus ccc Antiocho dedit, ut obsidionem relinqueret, atque ut facti invidiam demeret, fertur ex reliqua pecunia instituisse primus xenodochia, quibus adventum susciperet pauperum peregrinorum, unde et vocabulum sumpsit. Nam ex Græco in Latinum *ξενοδοχεῖον* peregrinorum susceptio nuncupatur. ^d Ubi autem ægrotantes de plateis colliguntur, *νοσοχομεῖον* Græce dicitur, in quo consumpta languoribus, atque inedia miserorum membra foventur.

CAPUT IV.

De ædificiis sacris.

1. *Særa* sunt loca divinis cultibus instituta, utpote ea in quibus altaria litantibus de more pontificibus consecrantur.

Sancta juxta veteres exteriora templi sunt.

2. *Sancta* autem *sanctorum*, locus templi secretior, ad quem nulli erat accessus, nisi tantum sacerdoti. Dicta autem *Sancta sanctorum*, quia exteriori oraculo sanctiora sunt, vel ^e quia sanctorum comparatione sanctiora sunt, sicut *Cantica canticorum*, quia *cantica* universa præcellunt. Sanctum autem a

^a *Inde et metatum*. Vegetius, lib. II cap. 7, *Metatores* ait dictos qui diversorum et hospitiorum designant loca.

^b *Mænius colleg. Crassi*. Festus: *Mænianæ ædificia a Mæno sunt appellata. Is enim primus ultra columnas extendit ligna, quo ampliarentur superiora*. Et Asconius in *Divinat. de Columna Menia*: *Menius cum domum suam venderet Catoni et Flacco censoribus, ut ibi basilica ædificaretur, exceperat jus sibi unius columnæ, super quam tectum projiceret ex provolantibus tabulatis*. Ergo vocem *tabulata* hoc loco superioribus annexendam censebat Chacon.

^c *Cum Hierosolymam.... peregrinorum*. ex Hege-sipp., lib. I, cap. 6. Vid. Joseph., I de Bell. Jud., cap. 2, et lib. XIII *Antiq.*, cap. 15.

^d *Ubi autem ægrotantes, etc.* Hieron. in ep. ad Oceanum, de *Fabiola*. *Prima* (inquit) *omnium νοσοχομεῖον instituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, et consumpta languoribus et media misericord. membra fovaret.*

^e *CAP. IV. Quia sanctor. compar... præcellunt*. Ex Hier., in Ep. ad Galat., cap. 1.

sanguine hostiæ nuncupatum; nihil enim sanctum apud veteres dicebatur, nisi quod hostiæ sanguine esset consecratum, aut conspersum. Item sanctum, quod exstat esse sancitum. Sancire autem est confirmare, et irrogatione pœnæ ab injuria defeudere, ^f sic et leges sanctæ, et muri sancti esse dicuntur.

3. *Propitiatorium*, quasi *propitiationis oratorium*; propitiatio enim placatio est.

Oracula dicta, eo quod inde responsa redduntur, et *oraculo* ab *ore*.

4. ^g *Penetralia* secreta sunt oraculorum, et *penetralia* dicta, ab eo quod est *penitus*, hoc est, *penitus*.

^h *Oratorium* orationi tantum est consecratum, in quo nemo aliquid agere debet, nisi ad quod est factum, unde nomen accepit.

^B 5. *Monasterium*, unius monachi habitatio. *Monos* namque apud Græcos solus, *sterium*, statio, id est solitarii habitatio.

6. *Cænobium* ex Græco, et Latino videtur esse compositum. Est enim habitaculum plurimorum in commune viventium; *κοινόν* enim Græce commune dicitur.

7. *Templi* nomen generale, pro locis enim quibuscumque magnis antiqui templa dicebant. Et *templa* dicta, quasi *tecta ampla*. ⁱ Sed et locus designatus ad Orientem a contemplatione *templum* dicebatur. Cujus partes quatuor erant, antica ad Ortum, postica ad Occasum, sinistra ad Septentrionem, dextra ad Meridiem spectans. ^j Unde et quando templum construebant, Orientem spectabant *Æquinoctialem*, ^k ita ut lineæ ab Ortu ad Occidentem missæ, fierent partes cœli dextra, atque sinistra æquales, ut qui consuleret, ac deprecaretur, rectum aspiceret Orientem.

8. *Fana* dicta a *Faunis*, quibus templa error gentilium construebant, unde consulentes dæmonum responsa audirent.

9. ^k *Delubra* veteres dicebant templa fontes habentia, quibus ante ingressum diluebantur, et appellantur *delubra* a *diluendo*. Ipsa nunc sunt ædes cum

^l *Sic. leges sanctæ et muri*. Sic Gothici libri, recte; cap. 1. D. de *Rer. divisione*: *Sanctæ quoque res veluti muri, et portæ, et in c. Sanctum* eodem tit. In *municipiis quoque muros esse sanctos, Sabinum recte respondisse Cassius refert*. Et Zonar. tom. II, *σάκρα γὰρ παρὰ Ῥωμαίους τὰ τελεῖν*.

^g *Penetralia*. Serv., *Æn.* VI: *Penetralia secreta templorum*.

^h *Oratorium... accepit*. Ex Aug., ep. 109, ad Monach.

ⁱ *Sed et locus designatus ad Orientem*. Sic omnes libri. *Designatus augurio*, vel *ad augurium* legebat Chacon. Festus: *Tesca loca augurio designata*. Varro, lib. VI: *In terris dictum templum locus augurii, aut auspicii causa quibusdam verbis finitus, etc.* Vid. Serv., *Eclog.* VIII, et Liv. I de *Nuæ Inauguratione*.

^j *Unde et quando Templum construeb.* Ex Vitruv. lib. IV, ep. 5.

^k *Delubra veteres dic.* Serv., *Æn.* II: *Alii dicunt delubrum esse locum ante Templum, ubi aqua currit, a diluendo* et lib. IV. *Delubrum dictum, propter lacum, in quo manus abluuntur*.

sacris fontibus, in quibus fideles regenerati purificantur, et bene quodam præsigio delubra sunt appellata; sunt enim in ablutionem peccatorum.

10. ^a *Fons* autem in delubris locus regeneratum est in quo septem gradus in Spiritus sancti mysterio formantur, tres in descensu, et tres in ascensu. Septimus vero is est, qui et ^b quartus, similis Filio hominis: exstinguens fornacem ignis, stabilimentum pedum, fundamentum aquæ, in quo omnis plenitudo Divinitatis habitat corporaliter.

11. *Basilicæ* prius vocabantur regum habitacula, unde et nomen habent; nam βασιλεύς rex, et *basilicæ* regiæ habitationes. Nunc autem ideo divini templa *basilicæ* nominantur, quia ibi Regi omnium Deo cultus, et sacrificia offeruntur.

12. *Martyrium* locus martyrum Græca derivatione, eo quod in memoriam martyris sit constructum, vel quod sepulera sanctorum ibi sint martyrum.

13. *Aram* quidem vocatam dixerunt, quod ibi incensæ victimæ ardeant. ^c Alii *aras* dicunt a precationibus, id est, quas Græci ἀράς vocant, unde contra imprecatio κατάρρα dicitur. Alii volunt ab altitudine *aras*, sed male.

14. *Altare* autem ab altitudine constat esse nominatum, quasi *alta ara*.

15. *Pulpitum*, quod in eo lector, vel psalmista positus in publico conspici a populo possit, quo liberius audiatur.

16. *Tribunal*, eo quod inde a sacerdote tribuantur præcepta vivendi. Est enim locus in sublimi constitutus, unde universi exandire possint. Alias *tribunal* a *tribubus* denominatum, quod ad illum *tribus* convocentur.

17. ^d *Analogium* dictum, quod sermo inde prædicetur; nam λόγος Græce sermo dicitur, quod et ipsum altius situm est.

CAPUT V.

De repositoriis.

1. *Sacrarium* ^e proprie est locus templi, in quo *sacra* reponuntur, sicut donarium est in quo collocantur oblata, sicut *lectisternia* dicuntur, ubi homines sedere consueverunt; ab inferendis igitur et deportandis *sacris*, *sacrarium* nuncupatur.

2. ^f *Donaria* vero, eo quod ibi dona reponantur, quæ in templis offerri consueverunt.

^a *Fons autem in delub... corporaliter*. Omnia reperiuntur lib. Offic. II, cap. 24.

^b *Quartus similis Filio hominis*. Tertull., lib. IV contra Marcionem: *Hic erit visus Babylonio Regi in fornace cum martyribus suis quartus, tanquam Filius hominis*. Et rursus: *Prospice igitur, et tu cum Rege Babylonio fornacem ejus ardentem, et invenies illic tanquam Filium hominis*: Ut suspicari liceat, totum locum e Tertull. libro aliquo, qui non exstet, desumptum.

^c *Alii aras dicunt a precat*. Servius, Æn. II, ad illud: *Nequidquam altaria circum*.

^d *Analogium*. In regula sancti Benedicti, cap. 9: *Super analogium legantur tres lectiones*.

^e CAP. V. — *Sacrarium... consueverunt*. Verba Servii, Æn. XII ad illud: *Et diri sacra ditis*.

^f *Donaria*. Ex eod., Georg. III, ad illud: *Alta ad*

3. *Ararium* vocatum, quia prius æs signatum ibi recondebatur. Hoc enim olim in usu erat auro argentoque nondum signato, ex quorum metallis, quamvis postea facta fuisset pecunia, nomen tamen *ararii* permansit ab eo metallo unde pecunia initium sumpsit.

4. *Armarium* locus est ubi quarumcunque artium instrumenta ponuntur. *Armamentarium* vero ubi tantum tela armorum. Unde Juvenalis:

Quidquid habent telorum armamentaria cœli.

Dicta autem utraque ab armis, id est, brachiis quibus exercentur.

5. *Bibliotheca* est locus ubi reponuntur libri, βιβλος enim Græce *liber*, θήκη *repositorium* dicitur.

6. *Promptuarium* dictum, eo quod inde necessaria victui *promuntur*, id est proferuntur.

7. *Cellarium*, quod in eo colligantur ministeria mensarum, vel quæ necessaria victui supersunt.

^g Inter promptuarium autem et cellarium hoc interest, quod cellarium est paucorum dierum, promptuarium vero temporis longi.

8. *Apotheca* autem, vel *horrea*, a Græco, verbum ex verbo, repositoria vel reconditoria dici possunt, eo quod in iis homines elaboratas fruges reponunt. ^h Unde et *enthecæ* Græco sermone repositam rei copiosam substantiam appellamus.

CAPUT VI.

De operariis.

1. *Ergasterium* ⁱ locus est, ubi opus aliquod fit. Græco enim sermone *erga* opera *sterion* statio, id est, *operaria statio*.

2. *Ergastula* quoque et ipsa Græco vocabulo nuncupantur, ubi deputantur noxii ad aliquod opus faciendum, ut solent gladiatores 225 et exsules, qui marmora secant, et tamen vinculorum custodiis alligati sunt.

3. *Gynæceum* Græce dictum, eo quod ibi conventus feminarum ad opus lanificii exercendum conveniat. *Mulier* enim Græce γυνή nuncupatur.

4. *Pistrinum*, quasi *pilistrinum*, quia *pilo* antea tundeant granum. ^j Unde et apud veteres non *molitorcs*, sed *pistores* dicti sunt, qua-i *pinsores*, ^k a *pinsendis* granis frumenti, molæ enim nondum usus erat, sed granum *pilo pinsebant*. Unde Virgilius:

Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.

^d *donaria currus*.

^g *Inter promptuar... longe*. Ex eodem, Æn. I, ad... *cura penum struere*.

^h *Unde enthecæ*. Utuntur hac voce sæpe Scriptores ecclesiastici. Cassian., lib. de Instit. monach., cap. 4: *Cumque totam enthecæ cænobii suam esse credat substantiam*. Gelas., XII quæst., 2 cap.: *Vobis enim si quis forte sub annua remanebit expensa, electo idoneo ab utraque parte custode credatur enthecis*.

ⁱ CAP. VI. *Ergastula... ubi deputantur noxii*. Vid. Lips., Elect. cap. 15.

^j *Unde et apud veteres... saxo*. E Serv., Æn. I, ad illud... *Et torrere*.

^k *A pinsendis granis. A findendis granis*. Gotth. omnes. Et mox *findebant* pro *pinsebant*, sed Servium et Editionem veterem sumus secuti.

5. *Clivanus* a *clivo* dictus, ab eo quod in erectione sit collectus. ^a *Clivum* enim ascensum dicimus, sive *flexuosum*.

6. ^b *Furnus* per derivationem a *farre* dictus, quoniam panis ex eo factus ibi coquitur.

7. *Torcular* dictum, eo quod ibi uvæ calcantur, atque extortæ exprimantur.

8. ^c *Forus* est locus, ubi uva calcatur, dictus quod ibi *feratur* uva, vel propter quod ibi pedibus feriat. Unde et *calcatorium* dicitur, sed hoc nomen multa significat. Prima species fori locus est in civitate ad exercendas nundinas relictus; secunda, ubi magistratus judicare solet; tertia, quam supra diximus, quam *calcatorium* 226 nominamus; quarta, spatia plana in navibus. De quibus Virgilius: *Laxatque fores. Lacus* dictus, quia ibi decurrit frugum liquor.

CAPUT VII.

De aditibus.

1. *Aditus* ^d ab *adeundo* dictus, per quem ingredimur et admittimur.

2. ^e *Vestibulum* est, vel aditus domus privatæ, vel spatium adiacens ædibus publicis. Et *vestibulum* dictum, eo quod *vestiuntur* fores, aut quod aditum tecto *vestiat*, aut a *stando*.

3. *Porticus*, quod transitus sit magis quam ubi standum sit, quasi *porta*, et *porticus*, eo quod sit aperta.

4. ^f *Janua* a *Jano* quodam appellatur, cui gentiles omnem introitum, vel exitum sacraverunt. Unde ^g Lucanus:

Ferrea belligeri compescat limina Jani.

Est autem primus domus ingressus, ^h cætera intra januam *ostia* vocantur generaliter. ⁱ *Ostium* est, per quod ab aliquo arcemur ingressu, ab *obstando* dictum, sive *ostium*, quia *ostendit* aliquid intus. Alii aiunt *ostium* appellari quia *hostem* moratur. Ibi

^a *Clivum enim ascensum dicim*, Festus: *Clivia auspicia dicebant, quæ aliquid fieri prohibebant, omnia namque difficilia clivia vocabant, unde et clivi loca ardua.*

^b *Furnus a farre*. A *furvo*, Porphy.

^c *Forus est locus, ubi uva*. Victorinus in fine lib. de Orthograph.: *Forus autem status, tanu in foro, quam in navi, et torculari*. Columell., lib. XII, cap. 18: *Tum lacus vinarii, et torcularia, et fora, omniaque vasa, si vicinum est mare, aqua marina, sin minus, dulci elucenda sunt*. De reliquis fori significationibus. Vid. Fest.

^d CAP. VII. *Aditus ab adund*. Serv., Æn. VI, ad illud: *Quod lati dicunt aditus*. — *Cum ab aliquo arcemur ingressu, id ostium dicitur ab obstando; cum ingredimur, aditus ab adeundo*.

^e *Vestibulum*. Serv., Æn. VI, ad: ... *Vestibulum ante ipsum*. *Vestibulum* (inquit), *ut Varro dicit, etymologia non habet proprietatem, sed fit pro captu ingenii*. Nam *vestibulum*, *ut supra diximus, dictum ab eo, quod januam vestiat*. Alii dicunt a *Vesta* dictum per imminutionem. Nam *Vestæ limen est consecratum*. Alii dicunt ab eo quod nullus illic stet. *In limine enim solus est transitus, quomodo vesanus dicitur non sanus, sic vestibulum, quasi non stabulum*.

^f A *Jano* cui *Gentiles omnium introit*. Ipse, apud Ovid., lib. I Fast.:

Præsideo foribus cæli cum mitibus horis.

Et redit officio Juppiter ipse meo.

A enim nos adversariis objicimus, hinc et *Ostia Tiberina*, 227 quia hostibus sunt opposita. *Fores* et *Valvæ* claustra sunt; *i* sed *fores* dicuntur quæ *foras*, *valvæ* quæ intus *revolvuntur*, et duplices eomplicabilesque sunt. Sed generaliter usus vocabula ista corrumpit.

5. *Claustra*, ab eo quod *claudantur* dicta.

6. ^k *Fenestræ* sunt quibus pars exterior angusta, et interior diffusa est, quales in horreis videmus, dictæ, eo quod lucem *fencrent*. *Lux* enim Græce φῶς dicitur, vel quia per eas intus positus homo foras videt. Alii fenestram putant dictam eo quod domui lucem ministrat, compositum nomen ex Græco Latinoque sermone, φῶς enim Græce *lux* est.

7. ^l *Cardo* est locus in quo ostium vertitur et semper movetur, dictus ἀπὸ τῆς καρδίας, quod quasi cor hominem totum, ita ille cuneus januam regat, ac moveat. Unde et proverbiale est: *In cardine rem esse*.

8. *Limina* ostiorum dicta, eo quod transversa sint, ut *limes*; et per ea sicut in agro, aut introeatur, aut foras eatur.

9. ^m *Postes*, et *Antæ*, quasi *post*, et *ante*. Et *Antæ*, quia *ante* stant, vel quia *antea* ad eas accedimus, priusquam domum ingrediamur. *Postes*, eo quod *post* ostium *stent*.

228 CAPUT VIII.

De partibus ædificiorum.

1. *Fundamentum* dictum, quod *fundus* sit domui. Idem et ⁿ *cæmentum* a *cædendo* dictum, quod crasso lapide surgat.

2. *Pariēs* nuncupatus, quia semper duo sunt pares, vel a fronte, vel a latere. Sive enim tetragonum, sive hexagonum sit, qui se conspiciunt, ex pari erunt. Aliter enim structura facta deformis est.

3. *Parietinas* dicimus, quasi *parietum ruinas*. Sunt enim *parietes* stantes sine tecto, sine habitantibus.

^g Unde Lucanus. Lib. I.

^h *Cætera intra januam*. Serv., Æn. I, ad illud: *Foribus cardo stridebat ahenis: Janua* (inquit) *est primus domus ingressus, dicta, quia Jano consecratum est omne principium*. *Cætera intra januam ostia vocantur generaliter, sive valvæ sint, sive fores, quamvis usus ista corruperit*.

ⁱ *Ostium.... ab obstando*. E Serv., Æn. VI, ad illud, *Quo lati ducunt adit*.

^j *Sed fores dicuntur*. Serv., Æn. I loco citato. *Fores* (inquit) *proprie dicuntur, quæ foras aperiuntur, sicut apud veteres fuit*. *Valvæ autem sunt, ut dicit Varro quæ revolvuntur, et se velant*.

^k *Fenestræ*. E Serv., Georg. IV, ad illud:

Quatuor a ventis obliqua luce fenestras.
Sed Servius non *fenestras* tantum, sed *obliqua luce fenestras*, interpretatus est, quod non advertit Isidorus, qui commentaria Servii sine Virgillii versibus, ut sæpe diximus, legebat.

^l *Cardo* Serv., Æn. I, loco cit.: *Cardo dictus, quasi cor januæ, quo movetur...* Et eodem lib., ad illud: ... *Haud tanto cessabit cardine. Ut sit*, inquit, *de proverbio tractum: Res in cardine est*.

^m *Postes, et Antæ*. Festus: *Antes sunt extremi ordinis vinearum, unde etiam nomen trahunt antæ, quæ sunt latera ostiorum*. Vid. Serv., Georg. II: ad illud:

Jani canit extremos effæctus vinitor antes.

ⁿ CAP. VIII. *Cæmentum... quod crasso lap*. Sic omnes libri *Quod cæso lap*. Malim.

4. *Angulus*, quod duos parietes in unum conjungat.


^a *Culmina* dicta sunt quia apud antiquos tecta *culmo* tegebantur, ut nunc rustica. Hinc tecti summitas *eulmen* dicitur.

5. *Camerae* sunt volumina introrsum respicientia, appellatae a curvo, *κάμπλον* enim Graece curvum est.

6. ^b *Laquearia* sunt, quae cameram subtegunt, et ornant, quae et *laeuniara* dicuntur. ^c Principaliter autem *laeus* dicitur, ut Lucilius: *resultant aedesque, lacusque*. Cujus diminutio *laeunar* facit, ut Horatius:
..... Neque aureum


Mea renidet in domo lacunar.

Inde fit alia diminutio *laeunarium*, et per *ἀντιστοιχον* *laquearium*.

7. *Absida* Graeco sermone, Latine interpretatur *lucida*, eo quod  lumine accepto per arcum resplendet. Sed utrum *absidam* an *absidem* dicere debeamus, hoc verbi genus ambiguum quidam doctorum existimant.

8. ^d *Testudo* est camera templi obliqua. Nam in modum *testudinis* veteres templorum tecta faciebant, quae ideo sic fiebant, ut caeli imaginem redderet, quod constat esse convexum. Alii *testudinem* volunt esse locum in partem atrii adversum venientibus.

9. *Areus* dicti, quod sint *areta* conclusionem curvati, ^e ipsi et fornices.

10. ^f *Pavimenta* originem apud Graecos habent elaborata arte picturae (lithostrota parvulis crustis, ac tessellis tinctis in varios  colores). ^g Vocata autem *pavimenta* eo quod *paviantur*, id est, caedantur. Unde et pavor, quia *caedit cor*.

11. *Ostraeus* est pavimentum testaceum, eo quod fractis testis calce admista feriatur. *Testam* enim Graeci *δοστρανον* dicunt.

12. *Compluvium* dictum, quia aquae partes, quae circa sunt ea convenient.

Tessellae sunt, e quibus domicilia sternuntur, a *Tesseris* nominata, id est, quadratis lapillis per diminutionem.

^a *Culmina*. E Serv., Eclog. 1.

^b *Laquearia sunt*. Repetitur totus hic locus; auctior etiam aliquanto quam hic, in optimis libris legitur, intra lib. XIX cap. 12.

^c *Principaliter autem..... laquearium*. Verba sunt Servii ad vers. *Pendent lychni laquearibus aureis*, Aen. 1.

^d *Testudo est camera... convexum*. Serv., Aen. 1. ad vers. *Mediaque testudine Templi*

^e *Ipsi et fornices*. Idem, Aen. VI, ad illud, *Atque adverso fornice portas*. *Fornice* (inquit) *arcu*. Cicero: *Vidit ad ipsum forniciem Fabianum*.

^f *Pavimenta originem... colores*. Plin., lib. XXXVI, c. 25. *Pavimenta originem apud Graecos habent elaborata arte picturae ratione, donec lithostrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Sosus, qui Pergami stravit, quam voeant Asarotonaeon, quoniam purgamenta eanae in pavimento, quaeque cverri solent, veluti relicta fecerat parvis e testulis tinctis in varios colores*.

^g *Vocata autem pavim... quod paviantur, id est, caed.* Videtur respicere ad Virgilii verba, *eorda pavor*

13. *Bases* futurae sunt columnarum, quae a fundamento consurgunt, et superpositae fabricae sustinent pondus. ^h *Bases* autem nomen petrae est fortissimae Syro sermone.

14. ⁱ *Columnae* pro longitudine, et rotunditate vocatae, in quibus totius fabricae pondus erigitur. Antiqua ratio columnarum erat altitudinis, ^j tertia pars latitudinis (delubri). Genera rotundarum quatuor: Doricae, Ionicae, Tuscanicae, Corinthae, mensura crassitudinis, et altitudinis inter se distantes. Quintum genus est earum, quae vocantur Atticae, quaternis angulis ^k aut amplius, paribus laterum intervallis.


15. ^l *Capitella* dicta, quod sint columnarum *capita*, sicut super *collum caput*.

B *Epistylia* sunt, quae super capitella columnarum ponuntur, et est Graecam, id est, *super missa*.

Tegulae, quod *tegant aedes*, et imbrices, quod accipiant *imbres*.

16. *Lateres*, et *latereuli*, quod lati formentur, circumactis undique quator tabulis.

Canalis, ab eo quod cava sit in modum *cannae*.

 ^m Sane canalem melius genere feminino, quam maseulino, proferimus.

17. *Fistulae* aquarum sunt dictae, quod aquas fundant, et mittant. Nam *στέλλειν* Graece mittere est. Formae earum pro magnitudine aquae et capacitatis, modo fiunt.

CAPUT IX.

De munitionibus.

C 1. *Munitum*, vel *munimentum* dictum, quia *manu* est factum.

Cors vocata, vel quod coarctet cuncta, quae interiorius sunt, id est, concludat: vel quod coerceat objectu suo extraneos, et adire prohibeat.

2. *Vallum* est, quod mole terrae erigitur, ut custodia praetendatur: dictum autem *vallum* a *vallis*.

ⁿ Nam *valli* fustes sunt, quibus *vallum* munitur. Et *valli* dicti, quod figantur et vellantur. Intervalla spatia sunt inter capita vallorum, id est, stipitum, quibus,

pulsans, Aen. V, Vid. sup., lib. X, in voce *Patiens*. Repetitur totus hic locus inf. lib. XIX. 10.

^h *Bases autem nomen petrae est f.* Forte *Basaltes*, aut *Basanites*. Nam Plin., lib. XXXVI, cap. 7. *Invenit eadem Aegyptus in Aethiopia, quem voeant Basaltem ferri coloris, atque duritiae*. Quem locum sumens Isidorus, lib. XIV, cap. 5, *Basanitem* scribit, non *Basaltem*. Plinius quoque eodem lib., cap. 22. *Medici* (inquit) *ad mortaria praetulere Basanitem, hic enim lapis nihil ex sese remittit*.

ⁱ *Columnae*. Ead. inf., lib. XIX, cap. 10.

^j *Tertia pars altitudinis*. Adde *templi*, vel *delubri* ex Vitruv., lib. IV, cap. 7, et Plin., lib. XXXVI, cap. 23.

^k *Aut amplius*. Haud quidem Plinio auctore. Propterea deleri has voces volebat Chacon.

^l *Capitella*. Utitur hac voce divus August., et alii.

^m *Sane canalem melius genere feminin.* Verba sunt Servii, Georg. III, quae etiam repetuntur inf., lib. XIX, cap. 10. Vid. Non. Marcell.

ⁿ **CAP IX.** *Nam valli f. s. q. v. m.* Verba Servii sunt ad vers. *Ferro quis scindere vallum*. Aen. IX.

vallum sit, unde et cætera quoque *spatia* dicuntur, a *stipitibus scilicet*.

3. ^a *Agger* est cujuslibet rei acervatio, unde fossæ, aut valles possunt repleri ab *aggregando*. ^b *Agger* proprie dicitur terra *aggesta*, quæ vallo facto propius ponitur. Sed abusive et muros, et munimenta omnia *aggerem* dicimus.

4. *Maceriæ* sunt parietes longi, ^c quibus vineæ aliaque elauduntur. *Longum* enim Græci *μακρόν* dicunt.

232 5. ^d *Formatum*, sive *formatium* in Africa, vel Hispania parietes de terra appellant, quoniam in *forma* eireumdatis duabus utrinque tabulis inferciuntur verius quam struuntur. *Ævis* durant incorrupti, ventis, ignibus, omni eæmento fortiores.

6. *Sæpes* munimenta satarum sunt, unde et appellatæ.

^e *Caulæ* munimenta ovium, vel sepimenta ovium. Est autem Græcum nomen, ^c detracta. Nam Græci *αῶλα*; vocant animalium receptacula.

CAPUT X.

De tentoriis.

1. *Tabernacula* tentoria sunt militum, quibus in itinere solis ardores tempestatesque imbrum, frigidisque injurias vitant. Dicta autem *tabernacula*, quod cortinæ distentæ funibus, tabulis interstantibus appenderentur, quæ tentoria sustinerent.

2. *Tentorium* vocatum quod *tendatur* funibus atque palis. Unde et hodie *prætendere* dicitur.

3. *Papiliones* vocantur a similitudine parvuli animalis volantis, quod maxime abundat florentibus malvis. Hæ sunt avieulæ quæ lumine accenso conveniunt, et circa volitantes ab igne proximo interire coguntur.

233 CAPUT XI.

De sepulcris.

1. *Sepulcrum* a *sepulto* dictum. ^f Prius autem quisque in domo sua sepeliebatur. ^g Postea vetitum est legibus, ne fetore ipso corpora viventium contacta inficerentur, ^h *Monumentum* ideo nuncupatur, eo quod *mentem moneat* ad defuncti memoriam. Cum

^a *Agger est*. Ejusdem ad vers. *Fossas aggere complent*. *Æn.* ix.

^b *Agger prop...* dicimus. Ejusdem, *Æn.* x. ad vers. *Aggeribus murorum*.

^c *Quibus vineæ aliæque clauduntur*. Idem, *Georg.* ii, ad vers. *Jamcanit extremos effetus vinitor. Antes* (inquit) *alii extremos vinearum ordines accipiunt, alii macerias, quibus vineta clauduntur*.

^d *Formatum, sive formatium*. E lib. xxxv, cap. 14. Plinii, qui emendandus est ex hoc loco Isidori. Retinemus nos hodie nomen, nam *formatium* Hispani *Hormigon* dicimus.

^e *Caulæ, etc.* E Servio, *Æn.* ix, ad illud vers. *Cum fremit ad caulas*.

^f *CAP. XI. Prius quisque in dom. s. s.* Verba sunt Serv., ad vers. *Scdibus hunc refert ante suis*. *Æn.* vi.

^g *Postea vetitum est legibus*. Idem, *Æn.* xi, ad illud: *Urbique remittunt. Ante*, inquit, *homines in civitate sepeliebantur, quod postea, Duillio consule, senatus prohibuit, et lege cavuit ne quis in Urbe sepeliretur*.

^h *Monumentum*. Ex eodem in extremo lib. xii.

A enim non videris monumentum, illud est quod scriptum est: *Excidit tanquam mortuus a corde*. Cum autem videris, monet mentem, et ad memoriam te reducit, ut mortuum reordersis. Monumenta itaque et memoriæ pro mentis admonitione dictæ.

2. *Tumulus* dietus, quasi *tumens tellus*.

Sarcophagus Græcum nomen est, eo quod ibi corpora absumentur, *σάρξ* enim Græce *caro*, *φάγειν* comedere dicitur.

3. *Mausolæa* sunt sepulera, seu monumenta regum, a *Mausolæo* rege Cariæ dicta. Nam eo defuncto ¹ uxor ejus miræ magnitudinis et pulchritudinis sepulcrum extruxit in tantum, ut usque hodie omnia monumenta pretiosa ex nomine ejus *Mausolæa* nuncupentur.

B **231** 4. ¹ *Pyramis* genus sepulcrorum quadratum, et fastigiatum ultra omnem excelsitatem quæ fieri manu possit, unde et mensuram umbrarum egressæ nullam habere umbram dicuntur. ^k Tali autem ædificio surgunt, ut a lato ineipiant, et in angustum finiantur, sicut ignis. *Πῦρ* enim dicitur *ignis*. Has *Ægyptus* habet. ¹ Apud majores enim potentes, aut sub montibus, aut in domibus sepeliebantur. Inde traetum est, ut super cadavera, aut pyramides fierent, aut ingentes columnæ collocarentur.

CAPUT XII.

De ædificiis rusticis.

1. *Casa* est agresta habitaculum palis atque virgulis arundinibusque contextum, ^m quibus possint homines tueri a vi frigoris, vel caloris, injuria.

C 2. *Tugurium* easula est, quam faciunt sibi custodes vinearum ad tegimen sui, quasi *tegurium*, sive propter ardorem solis et radios declinandos, sive ut inde, vel homines, vel bestiolas, quæ insidiari, solent natis frugibus, abigant. ⁿ Hanc rustici *capannam* vocant, quod unum tantum *capiat*.

235 3. ^o *Tesqua* quidam putant esse tuguria, ^p quidam loca prærupta et aspera.

4. ^q *Magalia* ædificia Numidarum agrestium oblonga, ineurvis lateribus tecta, quasi navium earinæ

¹ *Uxor ejus, etc.* Locus expressus ex Hieronym., lib. i, advers. Jovin.

¹ *Pyramis*. E. Solin., cap 35. al., 45. Non ergo Isidoro obesse debent qua de umbris dicuntur.

^k *Tali autem ædif.* Vid. Amm. Marcell., lib. xxii.

D ¹ *Apud majores enim potent.* Servius, *Æn.* xi, ad illud: *Fuit ingens monte sub alto; Apud majores* (inquit) *nobilis, aut sub montibus, aut in domibus sepeliebatur. Unde natum est ut super cadavera, aut Pyramides fierent aut ingentes locarentur columnæ.*

^m *CAP. XII. Quibus possint homines tueri.* — *Tueri*, dixit passive, ut Vitruvius et alii.

ⁿ *Hanc rustici capannam.* Ita, hodie Itali, et nostri *cabana*.

^o *Tesqua quidam putant esse tuguria.* Sic omnes libri Sabinum verbum ait esse Aeron.

^p *Quidam loca prærupta, etc.* Glossar., *tesqua, sive tesca*, *κατάκρημνοι καὶ βράχαι καὶ ἔρημοι τόποι.*

^q *Magalia ædif. Num.*, etc. Verba sunt Sallustii in Jugurth. de mapalib, quæ idem sunt, quod *magalia*, ut ait Servius.

sint, sive rotunda in modum furnorum. Et ^a *Magalia* dicta, quasi *magaria*, quia *Magar* Punici *novam villam* dicunt, una littera commutata *l* pro *r*, *magaria*, *tuguria*.

CAPUT XIII.

De agris.

1. ^b *Ager* Latine appellari dicitur, eo quod in eo *agatur* aliquid. Alii *agrum* ex Græco nominari manifestius credunt. Unde et villa Græce *choragros* dicitur.

2. *Villa* a *vallo*, id est, aggere terræ nuncupata, quod pro limite constitui solet.

3. ^c *Possessiones* sunt agri late patentes publici, privatique, quos initio non mancipatione, sed quisque, ut potuit, occupavit, atque possedit, unde et *nuncupati*.

236 4. ^d *Fundus* dicitur, quod eo *fundatur*, vel stabilizatur patrimonium. *Fundus* autem et urbanum ^B ædificium et rusticum intelligendum est.

5. *Prædium*, quod ex omnibus patrifamilias maxime prævidetur, id est, apparet, quasi *prævidium*, vel quod antiqui agros, quos bello ceperant, ut prædæ nomine habebant.

6. ^e *Omnis* autem *ager*, ut Varro docet, quadrifariam dividitur. Aut enim *arvus* est *ager*, id est, sationalis; aut *consitus*, id est, aptus arboribus; aut *pascuus*, qui herbis tantum et animalibus vacat, aut *florcus*, in quo sunt horti apibus congruentes et floribus. Quod etiam Virgilius in iv lib. *Georg.* secutus est.

7. *Rura* veteres incultos agros dicebant, id est, sylvas et pascua, agrum vero qui colebatur. Nam *rus* est, quo mel, quo lac, quo pecus haberi potest. Unde et rusticus nominatur: hæc *agrestium* prima et otiosa felicitas.

8. ^f *Seges* *ager* est in quo *seritur*, unde et Virgilius:

Illa seges demum votis respondet avari
Agricolæ.

^a *Et magalia dicta, q. magaria, etc.* E Serv., *Æn.* i. ad illud: *Miratur... magalia quondam. Novam* addidit Isidorus, fortasse linguæ Punicæ magis sciens.

^b CAP. XIII. *Ager Latine, etc.* Ita Varro, lib. vi. Sed reprehenditur a Quintiliano.

^c *Possessiones, etc.* Omnia e Fest. in *Possessiones*.

^d *Fundus dicitur.* Serv., *Georg.* ii: *Fundus dicitur ab eo quod sit rerum omnium fundamentum.*

^e *Omnis ager.* Serv., in princip. *Georg.*, ex Varron.

^f *Seges est.* Servius ibidem.

^g *Arcifinius ager, etc.* Frontinus de agrorum qualitate. *Ager est arcifinius, qui nulla mensura continetur: finitur secundum antiquam observationem fluminibus, fossis, montibus, viis, arboribus, antemissis aquarum divertitiis, etc.* Ergo pro voce *unde, viarum* fortasse legendum hoc loco.

^h *Novalis ager.* Verba sunt Servii, *Georg.* i.

ⁱ *Uliginosus.* Eiusdem ad illud: *Dulcique uligine læta.* *Georg.* i.

^j *Inde et subsecivi... et item subseciva.* Vidend. Siculus Flacc. et Frontinus cap. de Qualitate agrorum; quod vero attinet ad *centuria* nomen, melius omnino Varro, qui a *centum jugeribus* dictam ait, quam Flaccus, qui a *centum hominibus*; utriusque verba apponemus, sed Varronis ita uti emendata sunt a Chacone:

9. *Compascuus ager* dicitur, qui a divisoribus agrorum relictus est ad pascendum communiter vicinis.

10. *Alluvius ager* est, quem paulatim fluvius in agrum reddit.

11. ^g *Arcifinius ager* dicitur est, quia certis linearum mensuris non continetur, sed arcentur fines ejus objectu fluminum, montium, arborum, unde et in iis agris nihil subsecivorum intervenit.

12. ^h *Novalis ager* est, primum proscissus, sive qui alternis annis 237 vacat, *novandarum* sibi virium causa. *Novalia* enim semel cum fructu erant et semel vacua.

13. *Squalidus ager*, quasi *cæcolidus*, eo quod jam a cultura exierit, sicut exconsul, quod a consulatu discesserit.

14. ⁱ *Uliginosus ager* est semper *uvidus*. Nam humidus dicitur, qui aliquando siccatur. *Uligo* enim humor terræ naturalis est, ab ea nunquam recedens.

15. *Subseciva* sunt proprie, quæ de materia præcidens sutor, quasi supervacua abjicit. Inde et *subsecivi* agri, quos in pertica divisos recusant, quasi steriles, vel palustres. Item *subseciva* quæ in divisura agri non efficiunt centuriam, id est, jugera cc.

16. *Area* dicitur tabularum æqualitas. Dicta autem *area* a planitie, 238 atque æqualitate, unde et *ara*. Alibi *aream* vocatam dicunt, quod pro tritrandis frugibus *eradatur*, vel quod non triturentur in ea, nisi *arida*.

17. ^k *Pratum* est cujus fœni copia armenta tuentur, cui veteres Romani nomen indiderunt ab eo quod protinus sit paratum, nec magnum laborem culturæ desideret. *Prata* autem sunt, quæ secari possunt.

18. ^l *Paludes* dictæ a *Pale* pastoralis dea, quod *paleam*, id est, pabula nutriat jumentorum.

CAPUT XIV.

De finibus agrorum.

i. *Fines* ^m dicti, eo quod agri funiculis sunt divisi. Mensurarum enim linearum in terrarum partitione tenduntur, ut dimensionis æquitas teneatur.

Sylvis igitur cum Romani (inquit) agrum ex hoste captum victori populo per bina jugera partiti sunt, centenis hominibus ducenta jugera dederunt, et ex hoc facto centuria juste appellata. Varr. i de Re Rust., c. 10: *Jugeri pars minima dicitur scrupulum, id est, decem pedes in longitudinem, et latitudinem quadratum. Ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt, in subsecivum esse viciam agri, aut sextantem, aut quid aliud, cum ad jugerum pervenerunt, id habet scrupula cclxxviii quantum as antiquus noster ante bellum Punicum pendebat. Bina jugera, quæ a Romulo primum divisa dicebantur viritim quod hæredem sequerentur, hæredium appellarunt, hæc postea a CENTUM centuria dicta. Ac ne quid in ratione vocis requiras. Idem, lib. v, de Ling. Latin.: Centuria primo a CENTUM JUGERIBUS dicta, post duplicata retinuit nomen, ut tribus multiplicatæ idem tenent nomen. Festus quoque: Centuria in agris decena jugera significat. Vid. Not. ad Varr. a Fulv. Ursin. editas.*

^k *Pratum... ab eo quod sit protinus parat.* Ita Varro: *Prata dicta ab eo quod sine opere parata.*

^l *Paludes dictæ a Pale.* Varr.: *Palus paululum aquæ in altitudinem, et palam latius diffusa.*

^m CAP. XIV. *Fines dicti eo q. a. funiculis.* Diximus sæpe de hoc genere notationum.

2. ^a *Limites* appellati antiquo verbo transversi. Nam transversa omnia antiqui *lima* dicebant, a quo et *limina* ostiorum per quæ foras, et intro itur : et *limites*, quod per eos foras in agros eatur. **239** Hinc et *limus* vocabulum accepit, cingulum, quo servi publici cingebantur obliqua purpura.

3. *Termini* dicti, quod terræ mensuras distinguunt, atque declarant. His enim testimonia finium intelliguntur, et ^b agrorum intentio, et certamen aufertur.

4. *Limites* maximi in agris sunt duo: eardo, et decumanus. Cardio ^c quia Septentrio directus a cardine cœli est, nam sine dubio cœlum vertitur in Septentrionali orbe. Decumanus est, qui ab Oriente in Occidentem per transversum dirigitur, qui pro eo quod formam X faciat, decumanus est appellatus. Ager enim bis divisus figuram denarii numeri efficit.

5. ^d *Area* ab arcendo vocata. Fines enim agri custodit, eosque adire prohibet.

Trifinium dictum, eo quod trium possessionum fines astringit. Hinc et *Quadrifinium*, quod quatuor. Reliqui limites angustiores, et inter se distant imparibus intervallis, et nominibus designatis.

CAPUT XV.

De mensuris agrorum.

1. *Mensura* ^e est quidquid pondere, capacitate, longitudine, altitudine, animoque finitur. Majores itaque ^f orbem in partes, partes in provincias, provincias in regiones, regiones in loca, loca in territoria, territoria in agros, agros in centurias, centurias in jugera, jugera in **240** climata, deinde elimata in actus, perticas, passus, gradus, cubitos, pedes, palmos, uncias et digitos diviserunt : tanta enim fuit eorum solertia.

2. ^g *Digitus* est pars minima agrestium mensuratum. Inde ^h uncia habens digitum, et trientem. ⁱ Palmus autem quatuor habet digitos, pes sedecim, pas-

^a *Limites appellati a. v. transversi.* Hyginus de Limitibus econstituend. *Limites appellati a limo, id est, antiquo verbo transversi. Nam et limum dictum, eo quod purpuram transversam habet.* Item limina ostiorum, Serv., Æn. xii, ad illud : *Velati limo* (sic etiam legit eo loco Servius) *et verbena tempora vine-ti : Limus vestis est qua ab umbilico usque ad pedes teguntur pudenda poparum. Hæc autem vestis habet in extremo sui purpuram limam, id est, flexuosam. Unde et nomen accepit. Nam limum, obliquum dicimus.*

^b *Et agr. intentio.* Sic vers. cc. *Intentio*, productio. ^c *Quia Septentrio.* Ita Salmant. vetustissimus.

^d *Arca... Trifinium.* Vid. Hygin. de Limitibus agror. Et Sicul. Flacc. de Condit. agr. Glossar. *Arce, ἀρχα κτημάτων.*

^e *CAP. XV. Mensura... fini tur.* Verba sunt Boethii in Geometricis cap. 1.

^f *Orbem in partes.* Goth. cc. *In partibus*, ut apud Boethium.

^g *Digitus est pars min. agr. mens.* Ex Frontino.

^h *Inde uncia habens digitum, et trientem.* Haemendavit Chacon optime, eum in omnibus libris esset, *uncia habens digitos tres.* Frontinus lib. 1, de Aquæ ductibus. *Est, inquit, digitus, ut convenit, sexta decima pars pedis, uncia duodecima, et paulo post: uncia ergo modulus habet diametri digitum unum, et trientem digiti.*

^A sus pedes quinque, pertica passus duos, id est, decem pedes.

3. *Pertica* autem a portando dicta, quasi portica. Omnes enim præcedentes mensuræ in corpore sunt, ut palmus, pes, passus, et reliqua, sola pertica portatur. Est enim decem pedum, ad instar calami in Ezechiele templum mensurantis.

4. *Actus* minimus est, latitudine pedum quatuor, longitudine centum viginti.

Climata quoque undique versum habent pedes sexaginta.

Actus quadratus undique finitur pedibus centum viginti. ^k Hunc Bætica *Arapennem* dicunt, ab *arando* scilicet.

241 5. *Actus duplicatus jugerum* facit, ab eo quod est *junctum*, *jugeri* nomen accepit.

Jugerum autem constat longitudine pedum ducentorum quadraginta, latitudine centum viginti.

Actum provinciae Bæticae rustici ^l *Agnam* vocant.

6. *Porcam* iidem Bætica triginta pedum latitudine, eentum octoginta longitudine definiunt. Sed porca est, quod in arando exstat. Quod defossum est lira. Galli *candetum* appellant in areis urbanis spatium centum pedum, quasi *centetum*. ^m In agrestibus autem pedum *CL* quadratorum *candetum* vocant. Porro stadialis ager habet passus *CXXV*, id est, pedes *DCXXV*, cuius mensura octies computata *milliarium* facit, quod constat quinque millibus pedum.

7. *Centuria* autem ager est ducentorum jugerum qui apud antiquos a eentum jugeribus vocabatur ; sed ^C postea duplicata est, nomenque pristinum retinuit. In numero enim eenturiæ multiplicatæ sunt, nomen mutare non potuerunt.

CAPUT XVI.

De itineribus.

1. *Mensuras viarum* ⁿ nos *milliaria* dicimus. Græci

ⁱ *Palmus autem quatuor dig.* Non videtur hic locus integer, nam proposuit omnes, quæ in hominis corpore reperiuntur, mensuras : palmos, pedes, eubitos gradus, passus, neque tamen omnes explicat. Expleri hæc ita possent. *Palmus autem quatuor digitos habet, pes sexdecim, cubitus sesquipedem, gradus duos pedes, et semipedem, passus pedes quinque.*

^j *Actus minimus, etc.* Quæ restant omnia, usque ad finem capituli, e Columellæ sunt lib. v, cap. 1.

^k *Hunc Bætica Arapennem.* Sic fortasse legit Isidorus, qui ab arando nomen deducit ; sed apud Columellam, etiam in manuscriptis libris, *Arepennem* ; in legibus Gothicis, lib. viii, cap. 4, l. 25, et lib. iii, l. : *Si inter Aripennem* Glossarium vero, *Arpendia, πλεθρα. Arvpendium, σχολῖνος γεωμετρικὸς.*

^l *Agnam-vocant. Acnuam* se reperisse in veteribus Columellæ et Varronis libris testatur Victorius ad Varr., lib. i de Re rust., cap. 10, et Colum., lib. v. cap. 1. *Acnam* utrobique etiam in vet. Cod. legit Chacon. *g.* in *c ἀρχαῖος* ; mutato, quare *agnam* ex Cod. Goth. retinere visum est.

^m *In agrestibus a. p. CL quadratorum candetum vocant.* Columella : *In agrestibus autem pedum CL. quod aratores cadetum nominant.* Sed *candetum* habent Isidoriani omnes Codices.

ⁿ *CAP. XVI. Nos milliaria, Galli leucas, etc.* Hieron., in Jeel. iii : *Nec mirum, si unaqueque gens certa viarum spatia suis appellet nominibus, cum et*

stadia. Galli *leueas*, 242 Ægyptii *schænos*. Persæ *varasangas*. Sunt autem proprio quæque spatio.

2. *Milliarium* mille passibus terminatur, et dictum *milliarium*, quasi *mille adium*, habens pedum quinque millia.

3. *Leuea* finitur passibus mille quingentis.

Stadium octava pars milliarii est constans passibus cxxv. Hoc primum Hereulem statuisse dicunt, eumque eo spatio determinasse, quod ipse sub uno spiritu confecisset, ac proinde *stadium* appellasse quod in fine respirasset, simulque *stetisset*.

4. *Via* est qua potest ire vehiculum, et *via* dicta a^a vehiculorum incursum. b Nam duos actus capit propter euntium et venientium vehiculorum occursum.

5. c Omnis autem *via*, aut publica est, aut privata. Publica est quæ in solo publico est, qua iter actus populo patet. Hæc aut ad mare, aut ad oppida pertinet. Privata est, quæ vicino municipio data est.

6. *Strata* dicta, quasi vulgi pedibus trita. Lucretius:

Strataque jam vulgi pedibus detrita viarum.

Ipsa est et delapidata, id est, lapidibus strata. Primi autem Pœni dicuntur lapidibus vias stravisse, 243 postea Romani eas per omnem pene orbem disposuerunt propter rectitudinem itinerum, et ne plebs esset otiosa.

7. d *Agger* est media stratæ eminentia coaggeratis lapidibus strata, ab aggere, id est, coacervatio. e dicta, e quam historici viam militarem dicunt, ut :

Latini mille passus vocant, et Galli *leueas*, et Persæ *parasangas*, et restes universa Germania, atque in singulis nominibus diversa mensura snt. Et paulo post Ægyptii *σχοίνους*.

a *Vehiculor incursum*. Impulsu Complut. Goth.

b Nam duos actus capit. Duo, ad vehicula referendum. Servius, Æn. iv, ad illud : *Convectant ealle angusto* : *Via est, actus dimidium qua potest ire vehiculum*. Nam actus duo carpenta capit propter euntium et venientium vehiculorum occursum.

c Omnis autem *via*, aut pub. Ex Ulp., c. Prætor. § *via*, d. Nequid in loco publico.

d *Agger est media*, E Serv., Æn. v, ad illud : *Qualis sæp. viæ*.

e *Quam historici viam militarem dicunt*. Ex eod., Æn. xii, ad illud : *Vidit ab adverso venientes*.

f *Iter est via*. Vid. c. 1. d. de Servit rustic. præd.

g *Semita itineris dimid*. Servius, Æn. iv, ad illud : *Convectant ealle angusto* : *Semita est semis via, unde et semita dicta*; et Varro, lib. iv: *Qua ibant, ab itu iter appellarunt; qua anguste semita, ut semis iter dictum*.

A *Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpens*.

8. f *Iter vel itus* est via qua iri ab homine quaqua versum potest.

Iter autem et *itiner* diversam significationem habent. *Iter* enim locus est transitu facilis, unde appellamus et *itum*. *Itiner* autem est itus longæ viæ, et ipse labor ambulandi, ut quo velis pervenias.

9. g *Semita* itineris dimidium est, a *semis itu* dicta. *Semita* autem hominum est, callis ferarum et pecudum.

10. h *Callis* est iter pecudum inter montes angustum et tritum, a *callo* pedum vocatum, sive callo pecudum præduratum.

B *Tramites* sunt transversa in agris itinera, sive recta via, dicti quod *transmittant*.

11. *Divortia* sunt flexus viarum, hoc est, viæ in diversa tendentes. i Eadem *diverticula* sunt, hoc est, diversæ ac divisæ viæ, 244 sive *semitæ* transversæ, quæ sunt a latere viæ.

12. *Bivium*, quia duplex est via.

j *Compita*, quia plures in ea competunt viæ quasi triviæ, quatriviæ.

k *Ambitus* inter vicinorum ædificia locus, duorum pedum et semipedis, ad circumcundi facultatem relictus, et ab *ambulando* dictus.

13. *Orbita* vestigium carri, ab *orbe* rotæ dicta.

Porro *actus* quo pecus *agi* solet.

Clivosum, iter flexuosum.

C ¹ *Vestigia* sunt pedum signa primis plantis expressa, vocata quod iis viæ præcurrentium *investigantur*, id est, cognoscantur.

b *Callis*. Serv., ibid. : *Callis semita, est tenuior callo pecudum prædurata*.

i Eadem *diverticula... latere viæ*. Serv., Æn., ix, ad illud : *Objeiunt alii sese ad divortia* : *Diverticula sunt semitæ transversæ, quæ sunt a latere viæ militaris*. Male ergo libri omnes, *alteræ viæ*.

j *Compita*. Idem, Georg. ii, ad : *Pagos et compita circum* : *Id est, per quadrivia, quæ compita appellantur ab eo quod multæ viæ in unam conflant*.

k *Ambitus i. v. æ. l.* Festi sunt verba. Varro, lib. iv : *Ambitus circumitus ab eoque xii tabularum interpretes ambitum parietes circumitum esse describunt*. Puto autem legem his verbis fuisse conceptam. *Ambitus parietis sesterius pes esto*. Volusius Metianus, lib. de Ponderibus : *Lex etiam (inquit) xii tabul. argumento est, in qua duo pedes, et semis sesterius pes vocatur*.

¹ *Vestigia* : Serv., Æn. xi, ad illud : *Vestigia plantis institerat* : *Signa pedum primis plantis expresserat*; nam hæc sunt *vestigia imagines pedum*. Illud autem *primis* non advertit Isidorus Virgilii esse, non Servii. Delevisset plane, nihil enim ad verbi interpretationem.

LIBER DECIMUS SEXTUS.

DE LAPIDIBUS ET METALLIS.

245 CAPUT PRIMUM.

De pulveribus, et glebis terræ.

1. *Pulvis* ^a dictus, quod vi venti pellatur. Tollitur enim ejus flatu, nec resistit, nec stare novit, sicut ait Propheta: *Tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.*

2. ^b *Limus* vocatus, quod lenis sit.

Cænium est vorago luti.

Cinis ex incendio dicitur; ab eo enim fit.

Favilla, quod per ignem effecta sit. Nam φῶς ignis est.

3. *Gleba*, quod *glovus* sit. Pulveris enim collectione compingitur, et in uno glomere adunatur. Terra autem ligata, *gleba* est soluta, pulvis.

4. *Labina*, eo quod ambulatibus lapsum inferat, dicta per derivationem a *labe*.

Lutum vocatum quidam per antiphrasin putant, quod non sit mundum, nam omne *lotum* mundum est.

5. *Volutabra* appellata, quod ibi apri *volutentur*.

^c *Uligo* sordes 246 limi, vel aquæ sunt.

Sabulum levissimum terræ genus.

6. ^d *Argilla* ab *Argis* vocata, apud quos primum ex ea vasa confecta sunt.

Creta ab insula *Creta* ubi melior est.

^e *Creta eimolia* candida est, a *Cimæa* Italiæ insula dicta, quarum altera vestimentorum pretiosos colores emollit, et constrictatos sulphure quodam nitore exhilarat, altera gemmis nitorem præstat.

Creta argentaria, et ipsa candida appellata, eo quod nitorem argento reddat.

7. ^f *Terra Samia* a *Samo* insula dicta, candida, et levis, et linguæ glutinosa, medicamentis et vasculis necessaria.

8. ^g *Pulvis Puteolanus* in *Puteolanis* Italiæ colligitur collibus, opponiturque ad sustinenda maria, fluctusque frangendos. Nam mersus aquis protinus lapis fit, undisque quotidie fortior effectus in saxum mutatur, ^h sicut argilla igne in lapidem vertitur.

^a CAP. I. *Pulvis... quod v. v. pellatur.* Al. *pulsetur*. Sed videndum, quid voluerit Plinius, cum lib. xxxv, cap. 13, dixit: *Quis namque satis meretur pessimam (terræ) partem, ideoque pulverem appellatum.*

^b *Limus vocatus, quod levis sit.* Mirum fugisse Isidorum verba Tertulliani in lib. de Anima: *Quid aliud limus, quam liquor optimus?* Illud vero magis mirum, cum tam multa hujusmodi apud gravissimos auctores legantur, quosdam, qui sibi videntur cati, in solo Isidorum sævire.

^c *Uligo.* Vid. præced. lib., cap. 13.

^d *Argilla ab Argis.* Hesych. et Suid., ἀργιλλον, γῆν λευκην, καὶ καθαρὰν interpretantur.

^e *Creta eimolia.* Ex Plin., lib. xxxv, cap. 17. Vid. Strab. lib. x.

^f *Terra Samia.* Ex eodem lib., cap. 16, et cap. 22.

^g *Pulvis Puteolanus.* Ex eod. cap. 13.

^h *Sicut argilla igne in lap. vert.* Respexit ad Historiam de Dibutate Sicyonio apud Plin.

ⁱ *Ur enim ignis est.* Ita Hier. in Quæst. in Gen.

A 9. *Sulphur* vocatum, quia igne accenditur: *Ur* enim ignis est. Nam vis ejus in aquis ferventibus sentitur, nec alia res facilius accenditur. Nascitur in insulis Æoliis inter Siciliam et Italiam, quas ardere dicunt. Invenitur et in aliis locis effossum. ^j Hujus 247 genera quatuor. Vivum quod foditur, translucetque et viret, quo solo ex omnibus generibus medici utuntur. Alterum quod appellant glebam, usibus tantum fulgonum familiare. Tertium liquor est, usus ejus ad lanas suffiendas, quia candorem, mollitiemque præstat. Quartum ad elychnia conficienda maxime aptum. Sulphuris tanta vis est, ut morbos comitiales deprehendat nidore suo impositus ignibus. Anaxilaus calicem vini, prunaque subdita circumferens exardescens percussu pallorem dirum, velut defunctorum convivis offudit.

CAPUT II.

De glebis ex aqua.

1. *Bitumen* ^k in Judææ lacu Asphaltite emergit, ejus glebas supernatantes nautæ scaphis appropinquantes colligunt. ^l In Syria autem limus est passim a terra exæstans. Spissantur autem utraque, et densitate cocunt, et utraque ^m Græci πιάσφαλλον appellant. ⁿ Natura ejus ardens, et igni cognata, et ^o nequaquam ferro rumpitur, nisi solis muliebribus inquinamentis, utilis ad compages navium,

C 2. *Alumen* vocatum a *lumine*, quod lumen coloribus præstat tinguendis. Est autem ^p salsugo terræ, efficiturque hyeme ex aqua, 248 et limo, et æstivis solibus maturatur. Hujus species duæ sunt, liquidum et spissum.

3. *Sal* quidem dictum putant, quod in igne exsiliat. ^q Fugit enim ignem, dum sit igneus, sed naturam sequitur, quia ignis et aqua semper inter se inimica sunt. Alii *sal* a *salo*, et *sole* vocatum existimant ^r nam ex aquis maris sponte gignitur, spuma in extremis littoribus, vel scopulis derelicta, et sole decocta. Sunt et lacus, et flumina, et putei, e quibus hauri-

c. 11. *Ur Chasdem, id est, in igne Chaldæorum.* ^j Hujus genera quatuor. E Plin., lib. xxxv, cap. 15. Ex quo quædam sunt a nobis restituta.

D ^k CAP. II. *Bitumen in Judæa.* Locus ex Hegesipp. lib. iv, cap. 18.

^l *In Syria autem limus est.* Plinius: *Et bituminis vicina natura est, alibi limus, alibi terra; limus e Judææ laeu, ut diximus emergens, terra in Syria eirea Sidonem oppidum maritimum. Spissantur utraque, et in densitatem cocunt.*

^m *Græci Pissasphalton, vel Asphaltopissam; ut quidem legitur apud LXX. Exod. ii, in manusc. Vatic.: Καὶ κατέχρισεν αὐτὸν ἀσφαλτοπίσση.*

ⁿ *Natura ejus ardens, e. i. e.* Hæc non de bitumine, sed de naphtha Plinius, et fortasse aliena sunt.

^o *Et nequaquam ferro rump.* Hegesipp. *Hæere sibi fertur bitumen, ut ferro haudquaquam, vel aliqua præaureta metalli specie reeidatur, etc.*

^p *Est autem salsugo terræ.* Plin., xxxv, cap. 15.

^q *Fugit en. ignem.* Ex eod., lib. xxxi, cap. 9.

^r *Nam ex aq. mar.* Ex cap. 7.

tur. Dehinc in salinis ingestus sole siccatur, sed et flumina, densantur in salem, amne reliquo sub gelu fluente. Alibi quoque detractis arenis colligitur, crescens cum luna noctibus : nam in Cyrenæa ammoniacus sub arenis invenitur. ^a Sunt et montes nativi salis, in quibus ferro cæditur, ut lapis renascens, tantæ alicubi duritiæ, ut muros domosque nasiss salis faciant, sicut in Arabia.

4. In natura quoque salis differentiæ sunt. Nam alibi suavis, alibi salissimus ; commune sal in igne crepitat. Tragasæum nec crepitat igne nec exsilit. Agrigentinum Siciliae flammæ patiens in aqua exsilit, in igne fluit contra naturam.

5. Sunt et colorum differentiæ. Memphiticus rufus est, in parte quadam Siciliae ^b purpureus, ubi Ætna mons est. Item in eadem Sicilia in Pachyno adeo splendidus et lucidus, ut imagines reddat. In Cappadocia crocinus effoditur.

6. Salis natura necessaria est ad omnem escam.

Pulmentis enim saporem dat, excitat aviditatem, et appetitum in omnibus cibis facit. Ex eo quippe omnis victus delectatio et summa hilaritas. Hinc et *salus* nomen accepisse putatur. ^c Nihil enim utilius sale et sole. Denique cornea videmus corpora nauticorum. Quin etiam pecudes, armenta et jumenta sale maxime provocantur ad pastum, ^d multo largiores lacte, multoque gratiores casei dote. Corpora etiam **249** sal astringit, siccatur et alligat. Defuncta etiam a putrescendi labe vindicat, ut durent.

7. ^e *Nitrum* a loco sunipsit vocabulum. Nascitur enim in oppido, vel regione Ægypti *Nitria*, ex quo et medicinæ fiunt, et sordes corporum vestiumque lavantur. Hujus natura non multum a sale distat. Habet enim virtutem salis, et similiter oritur canescentibus siccitate littoribus.

8. *Aphronitrum* Græce, Latine spuma nitri est, ^f de quo quidam ait :

Rusticus es, nescis quid Græco nomine dicar.

Spuma vocor nitri Græcus es aphronitrum.

Colligitur autem in Asia, in speluncis distillans, dehinc

^a *Sunt et montes nativi*. Ex eodem cap. Sustulimus hinc vocem *majus*, quæ sola ex integra Plinii sententia de vectigalibus, vel remanserat, vel irrepererat.

^b *Purpureus*. Solin., cap. de Sicil. : *Purpureum salem Ætna mittit*.

^c *Nihil e. utilius*, etc. Ex cap. 9.

^d *Multo larg. l. multoque grat.* Ex cap. 7, Virgil., Georg. III :

Hinc et amant fluvios, magis et magis ubera tendunt : Et salis occultum referunt in lacte saporem.

^e *Nitrum*. E cap. 10 Sozomen., lib. VI *Eccles. Hist.* cap. 30, de Scythi regione Ægypti : *Istum locum appellant Nitriam, propterea quod est pagus finitimus, in quo nitrum colligunt*. Meminit quoque Nitriæ Cassian., collat. 6, cap. 4, et Hieron., Prov. xxv.

^f *De quo quidam*. Martial., apud quem : *Dicor et aphr.*

^g *Olim in Hispania e put.* Ex Plin., lib. xxxiv, cap. 12.

^h *In similitudinem vitrei acini*. Ex eod.

ⁱ *Tantum autem vim*. Verba sunt Plinii, ibid.

^j CAP. III. *Lapis mobilis est*. Ita procul dubio

siccatur sole. Optimum putatur, si minime fuerit ponderosum, et maxime friabile, colore pene purpureo.

9. *Chalcantum* dictum, quia *Chalcitidis* est thymum, id est, flos, unde et apud Latinos *æris flos* appellatur. Fit autem nunc multis in regionibus ; ^g olim in Hispaniæ puteis, vel stagnis id genus aquæ habentibus, quam decoquebant, et in piscinas ligneas fundebant, appendentes super eas restes, lapillis extentas, quibus limus in similitudinem ^h vitrei acini adhaerebat, sicque ejectum siccabatur diebus xxx.

250 10. Fit autem nunc alibi in speluncis, quod liquide collectum, dehinc diffusum in quosdam botros solidatur : fit et in scrobibus cavatis, quarum de lateribus decedentes guttæ coalescunt ; fit et salis modo ex flagrantissimo sole. Adeo autem constrictæ virtutis est, ut in leonum et ursorum ora sparsum ⁱ tantam vim habeat ad stringendum, ut non valeant mordere.

CAPUT III.

De lapidibus vulgaribus.

1. *Lapis* a terra tanquam densior, etiam vulgo discernitur. *Lapis* autem dictus, quod *lædat pedem*.

^j *Lapis mobilis est, et sparsus.*

Saxa hærent et a montibus exciduntur.

Petra Græcum est.

Silex est durus lapis, eo quod exsiliat ignis, ab eo dictus.

2. ^k *Scopulus* a saxo eminenti, quasi a *speculando* dictus, sive a tegumento navium ἀπὸ τοῦ σκέπειν.

Spelæa Græce, ^l *spelunca* Latine. Est autem rupis cavata.

3. ^m *Crepidio* extremitas saxi abrupti, unde et *crepidio* vocata, quod sit abrupti saxi altitudo.

Cautes aspera saxa in mari, dictæ a *cavendo*, quasi *cautæ*.

Murices petræ in littore, ⁿ similes muricibus vis acutissimæ, et navibus perniciosæ.

251 4. ^o *Echo* saxum est quod, humanæ vocis sonum captans, etiam verba loquentium imitatur. *Echo* ^p autem Græce, Latine *imago* vocatur, eo quod

legendum, repugnantibus omnibus libris, non *mollis* ; sequitur enim *Saxa hærent*.

^p *Scopulus a saxo enim*, etc. Verba sunt Servii, Æn. 1, ad illud : *Scopuloque infixit acuto*.

^l *Spelunca Latine, est autem rupis cav.* Idem, ad illud : *Sub rupe cavata : Periphrasis est (inquit) spelunca.*

^m *Crepidio... quod sit abrupti saxi altitudo*. Verba sunt Servii, Æn. x, ad illud : *Fortè ratis celsi conjuncta crepidino*. Quæ præterea sequuntur in Editis, non Isidori sunt, sed ejus qui plura quam oporteret, e Servio descripsit.

ⁿ *Similis muricibus vivis*. Serv., Æn. v, ad vers. : *Acuto murice remi : Murex saxi acumen eminens pro tranquillitatem*. Et Nonius.

^o *Echo saxum est*. Fit quidem in saxis sæpius echo, sed saxum ipsam dictam nollem.

^p *Echo autem Græce, Latine imago*. Non quod ἠχώ Græca vox, Latine sit imago, si verbum verbo reddas, sed quia Latini imaginem vocis appellant, quam Græci vocant ἠχώ. Virg., Georg. III :

Aut ubi concava pulsus

Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.

ad vocem respondens alieni efficitur imago sermonis, licet hoc quidem, et locorum natura eveniat, ac pleurumque convallium.

5. ^a *Calculus* est lapillus terræ admistus, rotundus, atque durissimus, et ^b omni puritate lenissimus. Dictus autem *calculus*, quod sine molestia brevitate sui *calctur*; ^c eui contrarius est *serupus*, lapillus minutus, et asper, qui si inciderit in calciammentum, nocet, et molestia est animo; unde ei animi molestiam dicimus *scrupulum*, hinc et *scrupca saxa*, id est, aspera.

6. ^d *Cos* nomen accepit, quod ferrum ad incidendum acuat; *cotis* enim Græco sermone *incisio* nominatur. Ex ^e his aliæ aquariæ sunt, aliæ oleo indigent in acuendo, sed oleum lenem, aquæ aciem acerrimam reddunt.

7. ^f *Pumex* vocatur, eo quod spumæ densitate concretus fiat, et est aridus, candore parvus, tantamque naturam refrigerandi habens, ut in vase missus, musta fervere desinant.

8. ^g *Rudos* artifices appellat, lapides contusos, et calci admistos, 252 quos in pavimentis faciendis superfundunt, unde et *rudera* dicuntur.

9. *Gypsum* cognatum calci est, et est Græcum nomen; plura ejus genera. ^b Omnium autem optimum lapis specularis. Est enim signis ædificiorum, et coronis gratissimus.

10. ⁱ *Calx* viva dicta, quia dum sit tactu frigida, intus occultum continet ignem. Unde et perfusa aqua statim latens ignis erumpit. Natura ejus mirum aliquid facit. Postquam enim arserit, aquis incenditur, quibus solet ignis exstingui; oleo exstinguitur, quo

Horatius :

Redderet laudes tibi Vaticani montis imago.

Et alibi :

.....Cujus recinit jocosa nomen imago.

Ergo non recte quidam εἰκὼν edidere.

^a *Calculus est.* Serv., ad vers. : *Dumosus calculus arvis*, Georg. II : — *Calculus est lapis brevis terræ admistus. Dictus calculus, quod sine molestia sui brevitate calcetur.*

^b *Et omni puritate lenissimus.* F. *Et omni parte lævissimus.* Idem, inf., lib. XVIII, cap. 62 : *Calculi vocati, quod leves sint, et rotundi.*

^c *Cui contrarius scrupul.* Vid. Serv., ad : *Scruplea tuta lacu*, Æn. VI.

^d *Cos.* Vid. sup.

^e *Ex his aliæ aq.*, etc. Ex Plin., lib. XXXVI, cap. 2.

^f *Pumex.* Ex eod., cap. 21.

^g *Rudos.* Ead., lib. XIX, cap. 10. Vid. Vitruv., lib. VII, cap. 1, et Pallad., lib. I, cap. 6.

^h *Omnium autem opt. lap. specul.* E Plin., lib. XXXIX, cap. 24.

ⁱ *Calx viva.* Hæc et quæ restant omnia repetuntur lib. IX, cap. 10.

^j *Nam lapis lapidi non potest adhærere conjunctus.* Ex Aug., lib. V, de Civit., cap. 27.

^k *Calx e lapide albo.* Plin., lib. XXXVI, cap. 23; Pallad., lib. I, cap. 10; Vitruv., lib. II, cap. 5.

^l *Arena ab arid.* Serv., Æn. I, ad vers. : *Potuntur Troes arena* : — *Queritur, inquit, habeatne hoc nomen aspirationem, et Varro sic definit : Si ab ariditate dicitur, non habet; si ab hærendo, ut in fabricis videmus, habet; melior tamen est superior etymologia.* Contra Charisius : *Harena dicitur, quod hæ-*

A solet ignis accendi. Usus ejus structuris fabricæ necessarius. ^j Nam lapis lapidi non potest adhærere fortius, nisi calce conjunctus. ^k Calx e lapide albo, et duro melior structuræ, ex molli, utilis tectoriis.

11. ^l *Arena* ab ariditate dicta, non ab *adhærendo* in fabricis, ut volunt quidam. ^m Hujus probatio, si manu impressa stridat, aut si in vestem candidam sparsa, nihil sordis relinquat.

253 CAPUT IV.

De lapidibus insignioribus.

1. *Magnes* ⁿ lapis Indicus ab inventore vocatus. Fuit autem in India ita primum repertus : elavis crepidarum, baculique cuspidi hærens, cum armenta **B** idem *Magnes* pasceret, postea et passim inventus. Est autem colore ferrugineus, sed probatur cum ferro adjunctus ejus fecerit raptum. ^o Nam adeo apprehendit ferrum, ut catenam faciat annulorum. Unde et cum vulgus ferrum, vivum appellat.—2. Liquorem quoque vitri, ut ferrum, trahere creditur, cujus tanta vis est (^p ut refert beatissimus Augustinus) quod quidam eundem *magnetem* lapidem tenuerit sub vase argenteo, ferrumque super argentum posuerit, deinde subtermovente manu cum lapide ferrum eursim desuper movebatur. ^q Unde factum est, ut in quodam 254 templo simulacrum ex ferro pendere in aere videretur. ^r Est quippe alius in Æthiopia *magnes*, qui ferrum omne abigit, respuitque.

^s Omnis autem *magnes* tanto melior est, quanto magis cæruleus.

3. ^t *Gagates* lapis primum inventus est in Cilicia,

rcat; et arena, quod areat, gratius tamen cum aspiratione sonat.

^m Hujus probatio, si manu comp. E Pall., I, c. 10.

ⁿ CAP. IV. *Magnes lapis Indicus.* Plin., lib. XXXVI, cap. 16: *Magnes appellatus est ab inventore, ut auctor est Nicander, in Ida repertus*, etc. Quæ lectio si vera est, et vox *Indicus* expungenda erit, et *Ida*, non *India*, deinde scribere oportebit. Sed quoniam illa de magnete Nicandri carmina non exstant, et varietas etiam in Plinii Codicibus est, ut Hermolaus advertit, nihil mutandum duximus : non quin *Ida* magis probemus (nam et fabulæ pastorali aptior est *Ida*), sed quia *India* legisse Isidorum apud Plinium credimus. Quod vera Serapion Arabs, et Marbodæus poeta Gallus Indicum lapidem magnetem vocent, haud magni refert. Lucretio etiam, quam Nicandro de Etymologia magis assentior ita scribenti :

Magneta vocant patrio de nomine Graii;

Magnetum; quia sit patriis in finibus ortus.

^o Nam adeo apprehendit ferrum, ut catenam. Ex Aug. XXI, de Civit., cap. 4, et Plin., lib. XXXIV, cap. 14.

^p Ut refert beatiss. Aug. Ibid.

^q Unde factum est, ut in templo q. Idem, cap. 6, et Ruffin., Eccles. Hist. lib. XI, et Plin. ibid., et Suid, in Μάγνης.

^r Est quippe alius in Æthiopia. Ex Plin. XXXVI, c. 16.

^s Omnis autem magnes. Ex Dioscor., I, v, c. 148.

^t *Gagates... in Cilicia.* Diosc., lib. V, cap. 146 : Γεννᾶται δὲ ἐν Κιλικίᾳ κατὰ τινα ποταμοῦ εἰσρυσσιν εἰς θάλασσαν ἔχχεομένου. Ἔστι δὲ πλησίον τῆς λεγομένης πλαγίου πόλεως. Καλεῖται δὲ ὁ τόπος, ἢ ὁ ποταμὸς Γάγας. Plinius tamen lib. XXXVI, cap. 19. *Gagates lapis nomen habet loci, et amnis Gagis Lyciæ.*

Gagatis fluminis fluore rejectus. Unde et nominatus, licet in Britannia sit plurimus. Est autem ^a niger, planus, lenis, et ardens igni adnotus. ^b Fictilia ex eo scripta non delentur, incensus serpentes fugat, dæmoniacos prodit, virginitatem deprehendit: mirum quia accenditur aqua, oleo restinguitur.

4. ^c *Asbestos* Areadiæ lapis, ferrei coloris, ab igne nomen sortitus, eo quod accensus semel nunquam exstinguitur. De quo lapide mechanicum aliquid ars humana molita est, quod gentiles capti sacrilegio mirarentur. Denique in templo quodam fuisse Veneris fanum (dicunt), ibique candelabrum, et in eo lucernam sub dio sic ardentem, ut eam nulla tempestas, nullus imber exstingueret.

5. ^d *Pyrites* Persicus lapis, fulvus, aeris simulans qualitatem, cujus plurimus ignis: siquidem facile scintillas emittit; hic tenentis manum, ^e si vehementius prematur, adurit, propter quod ab igne nomen accepit. ^e Est alius *pyrites* vulgaris, quem vivum lapidem appellant, qui ferro, vel lapide percussus scintillas emittit, quæ excipiuntur sulphure, vel aridis fungis, vel foliis, et dicto celerius præbet ignem. Hunc vulgus *focarem petram* vocat.

6. ^f *Selenites* Latine lunaris interpretatur, eo quod interiorem ejus eandem cum luna cresecere, atque deficere aiunt. Gignitur in Perside.

7. ^g *Dionysias* lapis fuscus, et rubentibus notis sparsus. Vocatur autem ita, quia si aquæ mistus conteratur, vinum flagrat, et quod in illo ardore mirum est, ebrietati resistit.

8. ^h *Thracius* niger, et sonorus, nascitur in flumine, cujus nomen est Pontus in Equitia.

9. ⁱ *Phrygius* lapis, ex loco traxit vocabulum. Naseitur enim in Phrygia, colore pallidus, mediocriter gravis. Est autem gleba pumicosa. Uritur antea, vino perfusus, flatusque foliibus donec rubeseat, ac

A rursus dulci vino exstinguitur, trinis vicibus, tingendis tantum vestibus utilis.

10. ^j *Syrinus* lapis a *Syria*, ubi reperitur, appellatur; hic integer fluctuari traditur, comminutus mergi.

^k 11. *Arabicus* similis est ebori sine ulla macula. Hic defricatus ad cotem, succum dimittit croco similem.

12. ^l *Judaicus* lapis albus est, atque in schemate glandis scripturis sub invicem modulatus, quas Græci *γραμμάς* appellant.

13. ^m *Samius* a *Samo* insula, ubi reperitur, vocatus et est gravis, et candidus, poliendo utilis.

B 14. ⁿ *Memphitis* vocatus a loco Ægypti, et est gemmantis naturæ. Hic tritus, atque in iis, quæ urenda, et secanda sunt ex aceto illitus, ita obtuspescere facit corpus, ut non sentiat cruciatum.

15. ^o *Sarcophagus* lapis dicitur, eo quod corpora defunctorum condita in eo infra quadraginta dies absumuntur, *σάρξ* enim Græce *caro* dicitur, *φάγειν comedere*. ^p Nascitur autem in Troade, fissilique vena scinditur. Sunt et ejusdem generis in Oriente saxa, quæ etiam viventibus alligata erodunt corpora.

^q 16. *Hæmatites* appellatus, eo quod cote resolutus, in colorem veniat sanguinis. Est autem admodum lividus. Est et ferrugineus. Nascitur in ultima Ægypto, Babylonia et Hispania.

C 17. ^r *Androdamas* colore niger, pondere, et duritia insignis, unde et nomen traxit, præcipuus reperitur in Africa. Trahere autem in se argentum, vel æs dicitur, quique attritus, ut *Hæmathites* in colorem redigitur sanguinis.

18. ^s *Schistos* invenitur in ultima Hispania, croco similis, cum levi fulgore, facile friabilis.

19. ^t *Amiantos* appellatus a veteribus, eo quod ^u si ex ipso vestis fuerit contexta contra ignem resistat, et igni imposita non ardeat, sed splendore accepto

^a *Niger planus*. Πλατώδης videtur legisse Plinius apud Dioscoridem, nunc πλατώδης (*sic*) legitur, id est, erustaceus.

^b *Fictilia*, etc. Ex Plin., ibid.

^c *Asbestos*. Ex Aug. lib. XXI, cap. 3 et 6.

^d *Pyrites*. Ex eod., cap. 5.

^e *Est et alius pyrites vulgaris*. Ex Pl. xxxvi, c. 16.

^f *Selenites*. Ex August., ibid.

^g *Dionysios*. Ead. iuf. cap. 11; ex Solin. cap. 50; et Plin. xxxvii, cap. 9.

^h *Thracius... in Equitia*. Sic omnes libri sed *Scythia* eredo legendum: ita namque de eo Dioscorides, lib. v: Γεννᾶται μὲν ἐν Σκυθίᾳ ἐν ποταμῷ λεγομένῳ Πόντῳ. Nam quod Equitia *ἰππόβοτος* sit, de qua Strab., lib. xi, non satis placet.

ⁱ *Phrygius lapis*. Ex Plin., xxxvi, cap. 19.

^j *Syrinus lapis*. E Plin. xxxvi, c. 17. Sed quod apud eum *c Scyro insula* vulgo legitur, advertendum, *Syro* quoque in manuscript. Plinianis Codicibus reperiri.

^k *Arabicus similis est ebori sine ulla macula*. E Dioscorid., lib. v, 149. Sed verba sumpta sunt e Plin., qui lib. xxxvi, cap. 21: *Arabus* (inquit) *lapis ebori similis*. Et cap. 20, de *Hæmatite*: *Tertium genus Arabici facit, simili duritie vix reddentis succum ad cotem aquarum aliquando croco similem*. Et posterior hæc pars addita, ex margine videbatur Chæconi, tam hoc loco, quam sequenti capite.

^l *Judaicus lapis*. Dioscorides, lib. v, cap. 155: Ὁ δὲ ἰουδαϊκὸς λίθος γεννᾶται μὲν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ τῷ σχήματι βαλανοειδῆς, λευκὸς, εὐρυθμὸς ἰκανῶς, ἔσχων καὶ γραμμάς παραλλήλους ὡς ἀπὸ τόνου. Verba autem Isidori e veteri illius interprete sunt, apud quem pro *scripturis*, *scriptulis* legebat Chæcon, sic enim γραμμάς interpretabantur antiqui, quod vero *modulatis* idem vertit ὡς ἀπὸ τόνου legisse videtur.

^m *Samius*. Ex Plin. xxxvi, c. 21, et Dioscorid. c. 173.

D ⁿ *Memphitis*, Ex Plin., lib. xxxvi, cap. 7. et Diosc. cap. 158.

^o *Sarcophagus*. Plin., xxxvi, cap. 17.

^p *Nascitur autem in Troade*. Ex Plin., ibid. Quæ autem post vocem *corpora* in plerisque omnibus libris sequuntur, *mitiores autem servandis corporibus, nec absumendis*, recte expunxit Vulcanius, sunt namque Plinii verba non jam de sarcophago, sed de chernite loquentis.

^q *Hæmatites*. Ex eodem cap. 20, et Dioscorid. Vidend. etiam Georg. Agricol., lib. v, de Natura fossilium.

^r *Androdamas*. Ex Plin., xxxvi, cap. 20.

^s *Schistos*. E Dioscorid., lib. v, cap. 145.

^t *Amiantos*, Ex eod., cap. 156.

^u *Si vestis ex eo fuerit contexta*. Al *contacta*: sed *contexta* legendum ex Dioscorid., lib. v, cap. 93.

ntescat, et est scissi aluminis similis, veneficiis resistens omnibus, specialiter magorum.

20.^a *Ostracites* similis est testæ laminosus scissibilis.

^b *Gallaetites* colore cinereus, gustu suavis, sed ideo sic vocatus, quod quidam de se lacteum attritus dimittat.

21. ^c *Obsidius* lapis niger, translucidus, et vitri habens similitudinem. Ponitur in speculis parietum propter imaginum umbras **258** reddendas. Gemmas multi ex eo faciunt, nascitur in India, et in Samnio Italiæ.

^d *Mitridax* lapis Euphratis, sole repercussus coloribus micat variis.

22. ^e *Æthitæ* lapides reperiuntur in nidis aquilarum; aiunt binos inveniri, marem et fœminam, nec sine iis parere aquilas. Horum masculus, durus, similis gallæ, subrutilus: femineus vero pusillus, ac mollis.

^f Alligati partus celeritatem faciunt, etiam aliquid vulvæ excidunt, nisi cito parturientibus auferantur.

23. ^g *Phengites* Cappadociæ lapis, duritia marmoris candidus, atque translucens, ex quo quodam templum constructum est a quodam rege foribus aureis quibus clausis claritas intus diurna erat.

24. ^h *Chernites* eboris similis, in quo Darium conditum erunt, Parioque similis candor, et duritia, minus tamen ponderosus, qui *porus* vocatur.

25. ⁱ *Ostracites* vocatus, quod similitudinem testæ habeat usus ejus est pro pumice.

26. ^j *Melitites* lapis dictus, eo quod *melleum*, et dulcem succum emittat.

27. ^k *Smyris* lapis asper, et indomitus, et omnia **C** alterens, ex quo gemmæ teruntur.

259 28. ^l *Chrysites* colore similis ochræ invenitur in Ægypto.

29. ^m *Hammites* similis nitro, sed durior, gignitur in Ægypto et Arabia.

^a *Ostracites* s. e. t. l. s. Verba sunt Dioscorides, lib. v, cap. 156: Ὀστράκιτις θυμαίος ἐστὶν ὀστράκω, πλακώδης, καὶ εἰσχυριστός. Quod autem paulo post de ostracite agit ex Plinio, mirum ni mendoso Dioscorides Codice usus *Batraehites* hoc loco legit; qui autem *Bostrychitem* hic legi volunt, nugas agunt.

^b *Gallaetites*. E. Dioscorid., cap. 50.

^c *Obsidius*. E. Plin. xxxvi, cap. 26.

^d *Mitridax*. E Solin., cap 50. Idem a Plinio *mitra* x dicitur lib. xxxvii, cap. 10. Collocatur autem ab Isidoro inf. cap. 10, inter gemmas.

^e *Æthlites*. Ex Plin., xxxvi, cap. 21.

^f *Alligati partus celeritatem*. Plinii verba referemus, si quis hæc forte ex illo sarciat; ea sunt: *Æthitæ gravidis adalligati mulieribus vel quadrupedibus in pelliculis sacrificatorum animalium, continent partus; non nisi parturiant, removendi, alioqui vulvæ excidunt. Sed nisi parturientibus auferantur, omnino non pariunt*. Nos Goth. Codicum scripturam repræsentavimus.

^g *Phengites*. Ex eod., cap 22.

^h *Chernites*. Ex eod., cap. 17. Vid. Theoph., lib. de Lapidibus.

ⁱ *Ostracites*. Ex eod., cap. 19.

^j *Melitites*. Ex eod., cap. 19, et Diosc., cap. 151.

^k *Smyris*... *gemmæ teruntur*. *Tunduntur* Goth.

^l *Chrysites* colore similis ochræ. Ita legendum etiam

A 30. ⁿ *Thyites* nascitur in Æthiopia velut viridis, sed lacteus, cum resolvitur remordens vehementer.

31. ^o *Coranus* albus est, duriorque Pario.

32. ^p *Molotius* veluti viridis, et grandis invenitur in Ægypto.

33. ^q *Tuseulanus* a loco Italiæ dictus, dissilire igne traditur.

34. ^r *Sabinus* fuscus, addito oleo, etiam lucere fertur. ^s Est et quidam viridis lapsis vehementer igni resistens.

35. *Siphinius* mollis, et candidus, excalefactus oleo nigrescit, atque durecit.

36. ^t Lapides, quoque medicinalium mortariorum et pigmentorum **260** usibus apti. *Ephesius* præcipuus, et inde *Chalaxius*.

B *Thebaicus* quoque, et basanites lapides nihil ex sese remittentes.

37. *Specularis* lapis vocatus est, quod vitri more tranlucet, repertus primum in Hispania citeriore, et circa Segobricam urbem. Invenitur enim sub terra, et effossus exciditur, atque finditur in quamlibet tenues crustas.

CAPUT V.

De marmoribus.

1. Post lapidum ^u genera veniamus ad marmora. Nam inter lapides et marmora differentia est. Nam marmora dicuntur eximii lapides, qui maculis et coloribus commendantur. Marmor sermo Græcus est a viriditate vocatus, et quamvis postea, et alii colores inveniantur nomen tamen pristinum a viriditate retinuerunt.

2. ^v Marmorum colores, et genera innumerabilia sunt. Non tamen omnia e rupibus exciduntur, sed multa sub terra sparsa sunt, et pretiosissimi generis: sicut Lacedæmonium viride, cunctis hilarius, repertum prius apud Lacedæmones, unde et vocabulum traxit.

apud Plin., xxxvii, cap. 10. Porro ochræ Atticæ meminit Dioscorides, lib. v, cap. 62.

^m *Hammites*. Ex eod. Plin., lib. xxvii, cap. 10.

ⁿ *Thyites gignitur in Æthiop*. Præclare hunc locum restituit Chacon ex Diosc. lib. v. cap. 154; cujus verba apposuisse sufficiet: Ἄθος ὁ καλούμενος θυίτης γεννᾶται μὲν ἐν τῇ Αἰθιοπία· ἐστὶ δὲ ἀπόγλωρος, ἰασπιζων, ἐν δὲ τῷ ἀνίσθαι γαλακτώδης φαινόμενος, ἀναδάκνων σφοδρῶς. Gothicorum autem librorum scriptura hæc est: *Vi gignitur in Æth*.

^o *Coranus albus est, duriorque Pario*. Pl., lib. xxxvi, cap. 18: *E diverso albos Coranos, durioresque Pario*. Ita namque legendum Plinii locum, et meliores Codices ostendunt, et hæc Isidori verba satis confirmant.

^p *Molotius*. Ita vet. Cod. Sed *Moroethius* puto scribendum ex Diosc.

^q *Tusculanus*. E Plin. xxxvi, cap. 18.

^r *Sabinus*. Ex Plin., ibid. Neque est cur corrector quisquam Gabinum hic pro Sabino e Tacito substituat propter sequentia verba, quæ sumpta quoque sunt e Plinio, neque de Gabino, auctetiam Sabinolapide dicta.

^s *Est et quidam virid. lap*. Ex eod. cap. 22.

^t *Lapides quoque medicinal, mortarior. Ephes. Chalaxius*.... Thebaicus... Basanites... Specularis. Omnia ex eod. cap. carptim sumpta.

^u **CAP. V. Post lapidum col.** Ex Plinii lib. xxxvi, a cap. 5 usque ad 8.

^v *Marmorum colores, et gen.* Ex cap. 7.

3. *Ophites* serpentium maculis simile est, nude et vocabulum sumpsit; duo ejus genera, molle candidum, nigrum durum.

4. *Augustæum*, et *Tiberium* in Ægypto *Augusti*, et *Tiberii* primum principatu reperta sunt. Differentia eorum est ab ophite, cum illud, ut prædiximus, serpentium maculis sit simile. Hæc maculas diverso modo colligunt; nam *Augustæum* undatum est crispum in vertices, *Tiberium* sparsa, non convoluta canitie.

261 5. *Porphyrites* ex Ægypto est, rubens candidis intervenientibus punctis. Nominis ejus causa, quod rubeat, ut purpura.

6. ^a *Basaltes* ferrei coloris, sive duritiæ. Unde et nomen ei datum est, inventus in Ægypto et Æthiopia.

7. ^b *Alabastrites* lapis candidus, interstinctus variis coloribus, ex quo evangelici illius unguenti vasculum fuit. Cavant enim hunc ad vasa unguentaria, quoniam optime servare incorrupta dicitur. Nascitur circa Thebas Ægyptias et Damascum Syriæ cæteris candidior, probatissimus vero in India.

8. ^c *Parius* candoris eximii, *Lychnites* cognomento: hic apud Paron insulam nascitur, unde et *Parius* nuncupatus. ^d *Lygdinus* magnitudine quæ lances craterasque non excedat, unguentis et ipse aptus.

9. ^e *Coraliticus* in Asia repertus, mensura non ultra cubitos binos, candore proximo ebori quadam similitudine. E diverso niger *Alabandicus* terræ suæ nomine nuncupatus, purpuræ aspectu similis. Iste in Oriente igni liquatur, atque ad usum vitri funditur.

10. ^f *Thebaicus* interstinctus aureis guttis invenitur in parte Africae 262 Ægypto ascripta, cotieulis ad terenda collyria quadam utilitate naturali conveniens.

11. *Syenites* circa *Syenum*, vel Thebas nascitur; trabes ex eo fecere reges.

12. Marmora autem, quæ in officinis sunt, rupibus gignantur, ^g ex quibus *Thasius* diversis coloris maculis distinctus est, cujus primum usum insulæ Cyclades dederunt.

13. ^h *Lesbius* lividior est paulo hoc, sed et ipse diversi coloris maculas habens.

14. *Corinthæus*, Ammoniacæ guttæ similis cum va-
^a *Basaltes*. *Basantes* libri omnes; sed *Basaltes* apud Plin., cujus sunt hæc verba. De basanite superiori capite egit.

^b *Alabastrites*. E cap. 8.

^c *Parius c. e. Lychnites cognom.* E cap. 5.

^d *Lygdinus*. E cap. 8. Nec male hunc locum a nobis restitutum putamus. Similitudo vocum *lychnit* et *lygdin* suspectam utramque reddiderat. Ita alterutra tantum in Isidorianis libris remanserat, cum ambæ sint necessariae.

^e *Coraliticus*. Ex eod. cap.

^f *Thebaic.* Ex eod. Vocem *Africae* addimus pro-
sus necessariam.

^g *Ex quibus Thasius*. Hanc lectionem veteres quoque libri confirmant, nam in plerisque *Itasius*, in aliis aperte legitur *Thasius*. Vid. Plin., cap. 6, qui locus medicina quoque eget.

^h *Lesbius livid. paul.* Philostratus, in lib. de Vitis Sophist., de Lesbio lapide: Κατηφής (inquit) ὁ λίθος, καὶ μέλας.

ⁱ *Numidicum... adcotem succ. dimitt. croc.* Expungebat hæc Chacon, item ut capite superiori.

A rietate diversorum colorum, Corintho primum repertus: ex eo columnæ ingentes, liminaque fiunt, ac trabes.

15. *Carystium* viride, optimum nomen ab aspectu habens, eo quod gratum sit iis qui gemmas sculpunt; ejus enim viriditas reficit oculos.

16. ⁱ *Numidicum* marmor Numidia mittit, ad cotem succum dimittit, 263 croco similem, unde et nomen accepit, ^j non crustis, sed in massam et liminum usum aptum.

17. ^k *Lucullæum* marmor nascitur in Chio insula, cui Lucullus consul nomen dedit, qui delectatus illo primum Romam invexit, solumque pene hoc marmor ab amatore nomen accepit.

18. ^l Est et *Lunensis*...

Tephria appellatur a colore cineris, cujus lapidis alligatio contra serpentes laudatur.

B 19. ^m *Ebur a barro*, id est, elephante dictum. Horatius:

Quid tibi vis, mulier, nigris dignissima barris?

CAPUT VI.

De gemmis.

1. Post marmorum genera gemmæ sequuntur, quæ multum auro decorem tribuunt venustate colorum. ⁿ Primordia earum a rupe Caucasi. Fabula ferunt Prometheum primum fragmentum saxi ejus inclusisse ferro, ac digito circumdeditis iisque cœpisse anulum atque gemmas.

2. Genera gemmarum innumerabilia esse traduntur, e quibus 264 nos ea tantum quæ principalia sunt, sive notissima, annotabimus.

3. *Gemmæ* vocatæ, quod instar *gumi* transluceant.

4. Pretiosi lapides ideo dicti sunt, quia care valent, sive ut a vilibus discerni possint, seu quod rari sint. ^o Omne enim quod rarum est, magnum et pretiosum vocatur, sicut et in Samuelis volumine legitur: *Et sermo Domini pretiosus erat in Israel, hoc est, rarus.*

CAPUT VII.

De viridioribus gemmis.

1. Omnium ^p gemmarum virentium *Smaragdus* principatum habet, ^q cui veteres tertiam post margaritas et uniones tribuunt dignitatem. *Smaragdus* a

^j *Non crustis (tantum), sed in massam, et lim. usum apt.* Vox *tantum*, quæ desiderabatur ex Plinio, ineptam sententiam reddebat, *aptatum* etiam quam *aptum* malim.

^k *Lucul... nascitur in Chio insula. In Nili insula,* Plinius.

^l *Est et Lunensis...* Lacuna est in melioribus lib. deinde *Thephria* diversum genus marmoris.

^m *Ebur a barro.* E Serv. Æn. 1, vers. *Quale manus addunt ebori decus.*

ⁿ CAP. VI. *Primord. ear. a rup. Caucas.* Ex præfatione Plinii, in lib. xxxvii.

^o *Omne enim quod rar., etc.* Ex Hieronym. in Is. xiiii.

^p CAP. VII. *Omnium gemmar.* Pleraque ex Plin., xxxvii.

^q *Cui veteres tertiam tribuunt dignitatem.* Quin verba illa, quæ in omnib. libris leguntur *post margaritas et uniones* aliena sint, nemo dubitabit, qui quartum et quintum caput Plinii inspexerit, unde hæc sunt; quid autem illum quisquis fuit, in errorem impulerit, haud obscurum est. Legerat videlicet cap. 35 lib. ix, apud Plinium, hæc verba: *Principium*

nimia viriditate vocatur. Omne enim ^a satis viride amarum dicitur. ^b Nullis enim gemmis, vel herbis major quam huic austeritas est. Nam herbas virentes frondesque exsuperat, inficiens circa se viriditate repercussum aerem. Scalpentibus quoque gemmas nulla gratior oculorum relectio est. Cujus corpus si extentum **265** fuerit, sicut speculum, ita imagines reddit. Quippe Nero Cæsar gladiatorum pugnas in smaragdo spectabat. Genera ejus duodecim, sed nobiliores *Scythici*, qui in Scythica gente reperiuntur. Secundum locum tenent *Baetriani*. ^c Colliguntur enim in commissuris saxorum flante Aquilone, tunc enim tellure deoperta intermicant, quia iis ventis arenæ maxime moventur. Tertium *Ægyptii* habent. Reliqui in metallis ærariis inveniuntur, sed vitiosi. Nam aut ære, aut plumbo, aut capillamentis, vel salis similes notas habent.

2. Smaragdi autem mero et viridi proficiunt oleo, ^d quamvis natura imbuantur.

3. *Chalehosmaragdus* dicta, quod viridis sit, et turbida æris venis. Hæc in Ægypto, vel Cypro insula nascitur.

4. *Prasius* pro viridanti colore dictus, sed vilis. Cujus alterum genus ^e sanguineis punctis obhorret. Tertium distinctum virgulis tribus candidis.

5. *Beryllus* in India gignitur, gentis suæ lingua nomen habens, viriditate similis smaragdo, sed cum pallore. Politur autem ab Indis in sexangulas formas, ut hebetudo coloris repercussu angulorum excitetur. Aliter politus non habet fulgorem. Genera ejus novem.

6. *Chrysoberyllus* dictus, eo quod pallida ejus viriditas in aureum colorem resplendeat, et hunc India mittit.

7. ^f *Chrysoprasius* Indicus est, colore porri succum referens, aureis **266** intervenientibus guttis, unde et nomen accepit, ^g quem quidam beryllorum generi dicaverunt.

8. *Iaspis* de Græco in Latinum viridis gemma in-

culmenque omnium rerum pretii margaritæ tenent. In quibus uniones numerantur, locum unde hæc Isidorus hausit, ille non considerarat; ita enim Plinius, cap. 4: Maximum in reb. humanis, non solum inter gemmas, pretium habet Adamas; et in fine: Proximum apud nos Indicis Arabicisque margaritis pretium est, et initio, cap. 5: Tertia auctoritas Smaragdus perhibetur.

^a Satis viride amarum. Ita Gothici libri; al., *Smaragdum*.

^b Nullis enim gemmis, vel herbis major quam huic austeritas. Gemmis, vel herbis, abest ab omnibus Romanis libris. Porro sumi a coloribus et saporibus mutuo nomina satis constat, et Plin., lib. xxxiii, cap. 6, in floridos et ansteros colores dividit, nos quoque nostrum *amarillo* ab *amaro*, non alia ratione, duximus.

^c Colliguntur enim in commissuris saxorum. In commissuras legas oportet, si Plinium defensum vis, qui ex Theophrasti lib. de Lapidibus hæc vertit, Διό και εις τὰ λιθοκόλλητα χρωσται. Quod autem λιθοκόλλητα sint, non est obscurum. Sed commissuris legit plane Solinus, qui: *Alii (inquit) minus nobiles in commissuris saxorum, vel in metallis ærariis apparent.*

interpretatur. ^h *Ias* quippe viride, *pina* gemma dicitur. Est autem smaragdo subsimilis, sed crassi coloris. Species ejus xvii.

ⁱ Volunt autem quidam Iaspidem gemmam, et gratiæ, et tutelæ esse gestantibus, quod credere non fidei, sed superstitionis est.

9. *Topaxion* ex virenti genere est, omnique colore resplendens, inventa primum in Arabiæ insula, in qua Troglodytæ prædones fame, et tempestate fessi, cum herbarum radices effoderent, eruerunt. Quæ insula post ea quæsitâ, nebulis cooperta, tandem a navigantibus inventa est. Sed ob hoc locus, et gemma nomen ex causa accepit. Nam τρυξεν Troglodytarum lingua significationem habet quærendi. Est autem amplissima gemmarum, eadem sola nobiliam limam sentit. Genera ejus duo.

10. *Callaica* colore viridis, sed pallens, et nimis crassa, ^k nihil jucundius **267** aurum decet, unde et appellata. Nascitur in India, vel ^m Germania, in rupibus gelidis, oculi modo extuberans.

11. ⁿ *Malochites* spissius virens, et crassius quam smaragdus, a colore malvæ nomen accepit, in reddendis laudata signis. Nascitur in Arabia.

12. ^o *Heliotropium* viridi colore et nubilo, stellis puniceis superspersa cum sanguineis venis. Causa nominis de effectu lapidis est. Nam dejecta in labris æneis radios solis mutat sanguineo repercussu. Extra aquam autem speculi modo solem accipit, deprehenditque defectus ejus, subeuntem lunam ostendens. Magorum impudentiæ manifestissimum in hoc quoque exemplum est, quod admista herba Heliotropio quibusdam additis precationibus, gerentem conspici negent. Gignitur in Cypro et Africa, sed melior in Æthiopia.

13. ^p *Sagda* gemma prasini coloris apud Chaldæos. Cujus tanta vis est, ut permeantes naves e profundo petat, et carinis ita tenaciter adhæreat, ut nisi abrasa parte ligni, vix separetur.

14. ^q *Myrrhites* dicta est, quod in eo myrrhæ co-

^d *Quamvis natura imbuantur.* Verba sunt Solin., cap. 25. Eadem apertius Plin.: *Qui non omnino virides nascuntur, vino et oleo meliores fiunt.* Est itaque imbui *infiei* Apud Hor.:

Quo semel est imbuta recens servabit odorem.
Testa diu.

D Et Virgilius:

Illius aram

Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.

^e *Sanguineis punctis obhorret.* Ex Plin., cap. 8.

^f *Chrysoprasius.* Ex eod. eap.

^g *Quemquidam beryllor. g. d.* Ex cap. 5.

^h *Ias quippe viride, pina gemma dicitur.* Hæc Vulcanius non habuit; nobis retinuisse satis est. Scio πίναν Græcis esse gemmam. De *Ias* quærendum.

ⁱ *Volunt autem quidam.* Vid. Plin., cap. 9.

^j *Callaica. Callais.* Plin. et Solin.

^k *Nihil jucundius aurum decet.* E Solin. 33.

^l *Unde et appellata.* Quia καλόν pulchrum.

^m *Germania.* Ita Solin. *Carmania*, Plinius.

ⁿ *Malochites.* Ex Plin., cap. 8, et Solin., cap. 35.

^o *Heliotrop.* Ex cap. 10.

^p *Sagda.* Ex eod. cap., et Solin. 50.

^q *Myrrhites.* Ex Solin. cap. 40 et Plin., ibid.

lor est. Compressus autem usque ad calorem, uardi spirat suauitatem. ^a Aromatites reperitur in Arabia, vel Ægypto myrrhæ coloris, et odoris, unde et nomen habet.

268 13. ^b *Melichloros*, bicolor ex una parte viridis, ex altera melli similis.

16. ^c *Choaspites* a flumine Persarum dicta est ex viridi fulgoris aurei.

CAPUT VIII.

De rubris gemmis.

1. *Corallium* ^d gignitur in mari, forma ramosum, colore viride, et maxime rubens; ^e venæ ejus candidæ sub aqua et molles, detractæ confestim durantur et rubescunt, tactuque protinus lapidescunt. Itaque occupari, evellique retibus solet, aut acri ferramento præcidi, qua de causa corallium vocitur. Quantum autem apud nos margaritum Indicum pretiosum est, tantum apud Indos corallium. ^f Hunc magi fulminibus resistere affirmant, si creditur.

2. ^g *Sardius* dicta, eo quod primum reperta sit a Sardibus; hæc rubrum habet colorem marmoribus præstans, sed inter gemmas vilissima. Genera ejus quinque.

3. ^h *Onyx* appellata, quod habet in se permistum caudorem in similitudinem unguis humani. Græci enim unguem *δovγα* dicunt. Hanc India, vel Arabia gignit; distant autem invicem: nam indica igniculos habet albis cingentibus zonis; Arabica autem nigra est cum candidis zonis; genera ejus quinque.

269 4. *Sardonyx* ex duorum nominum societate vocata est. Est enim ex *onychis* candore *Sardo*. Constat autem tribus coloribus, subterius nigro, medio candida, superius mineo. Hæc sola in signando nihil ceræ evellet. Reperitur autem apud Indos et Arabes, detecta torrentibus. Genera ejus quinque.

5. ⁱ *Hæmatites* rubore sanguineus, ac propterea *hæmatites* vocatur, *αἷμα* quippe sanguis est. Gignitur in Æthiopia quidem principalis, sed et in Arabia, et in Africa invenitur. De qua promittunt magi quiddam ad coarguendas barbarorum insidias.

6. ^j *Succinus*, quem appellant Græci *electrum*, fulvi cereique coloris, fertur arboris succus esse, et ob id *succinum* appellari. *Electrum* autem vocari fabulosa argumentatio dedit. Namque Phactonte fulminis ictu interempto, sorores ejus luctu mutatas in arbores populos, lacrymis *electrum* omnibus annis

^k fundere juxta Eridanum amnem, et *electrum* appellatum, ^l quoniam sol vocitatus sit *elector*, ut plurimi poetæ dixerunt. Constat autem eum non esse succum populi, sed pinæ arboris. Nam accensus tedæ nidore fragrat. — 7. Nascitur autem in insulis Oceani Septentrionalis, sicut gummi, densaturque ut crystallum ¹ rigore, vel tepore. Ex ea fiunt decoris gratia agrestium feminarum monilia, vocari autem a quibusdam *harpaga*, eo quod attritu digitorum, accepta caloris anima, folia, paleasque, et vestium fimbrias rapiat, sicut magnes ferrum. ^m Quocunque autem modo libeat, tingitur. Nam anchusæ radice conchylioque inficitur.

270 8. ⁿ *Lyncurius* vocatus, quod fiat ex urina *lynceis* bestię tempore indurata. Est autem, sicut et ^B succinum, fulva, attrahens spiritu folia propinquantia.

CAPUT IX.

De purpureis.

1. Inter purpureas gemmas principatum *Amethystus* Indicus tenet. ^o Amethystus purpureus et permisto violaceo colore, et quasi rosæ nitore, leniter quasdam flammulas fundens. Alterum ejus genus descendit ad Hyacinthos. Causam nominis ejus afferunt, quia sit quidam in purpura illius non ex toto igneum, sed vini colorem habens. Est autem sculpturis facilis, genera ejus quinque.

2. *Saphirus* cæruleus est cum purpura, habens pulveres aureos sparsos, apud Medos optimus, nusquam tamen perlucidus.

3. ^p *Hyacinthus* ex nominis sui flore vocatur. Hic in Æthiopia invenitur, cæruleum colorem habens. Optimus qui nec rarus est, nec densitate obtusus, sed ex utroque temperamento luce purpuraque refulgens. Hic autem non rutilat æqualiter, sereno enim perspicuus est atque gratus, nubilo coram oculis evanescit atque marcescit, in os missus frigidus est, in sculpturis durissimus, nec tamen invitus nam adamante scribitur, et signatur.

4. *Hyacinthizon* Indicus est Hyacinthum prope referens. ^q Quidam autem eorum crystallis similes, capillamentis intercurrentibus obscurantur, ex quo etiam vitio nomen illorum est.

271 5. *Amethystizon* appellatur, quia ejus extremus igniculus, in Amethysti violam exit.

6. ^r *Chelidonia* ex hirundinum colore vocata, et duorum est generum, quarum una ex altera parte pur-

^a *Aromatites rep.* Ex cod. Plin. cap.

^b *Melichloros.* Ex cap. 11.

^c *Choaspites.* Ex cap. 10.

^d CAP. VIII. *Corallium... vocitur.* *Curalium* perpetuo apud Plinium, ut etiam apud Theop. Sunt autem hæc ex lib. xxxii, cap. 2.

^e *Venæ ejus candidæ.* Sic veteres libri, al. *Buccæ*, ut Plin.

^f *Hunc magi fulminibus.* Repetuntur hæc cap. 14; Plin., xxxviii, cap. 10. *Gorgonia nihil aliud est, quam curalium, nominis causa, quod in duritiam lapidis mutatur, emollit maria fulminibus, et Typhoni resistere affirmant.*

^g *Sardias dict.* Ex xxxvii, cap. 7.

^h *Onyx.* Ex cap. 16.

ⁱ *Hæmatites.* Ex cap. 10.

^j *Succinus.* Ex cap. 2.

^k *Quoniam sol vocitatus sit Elector.* Homerus *Il.* Z.

^l Ως υἱὸς Πριάμοιο Πάρις κατὰ Περγᾶμου ἄκρης Τεύχεσι πυρρᾶνων, ὅστ' ἠλέκτωρ, ἐβέηκει.

¹ *Rigore, vel tepore.* Plinius, *tepore autumnali.* Eodem modo legendum apud Solinum, non *tempore autumnali* contendit Hermolaus Barbarus.

^m *Quocunque autem modo libeat tingitur, etc.* Ex cap. 3.

ⁿ *Lyncurius.* Ex cap. 2, et Solin., cap. 8.

^o CAP. IX. *Amethystus.* Ex Plin., xxxvii, cap. 4.

^p *Hyacinthus* Solin., cap. 53.

^q *Quidam autem eorum.* Ex cap. 53.

^r *Chelidonia.* Ex Plin., cap. 10.

purea pura, et altera purpurea nigris intervenientibus maculis.

7^a *Cyanea* Scythiæ gemma, cæruleo coruseans nitore, pura interdum, et punctulis intermicantibus auratis pulviseulis varians.

8. *Rhodites* rosea est, et ex eo nomen accepit.

CAPUT X.

De candidis.

1. *Margarita*,^b prima eandilarum gemmarum, quam inde margaritam aiunt vocatam, quod in conchulis maris hoc genus lapidum invenitur. Inest enim in earum coehleæ caleulus natus, sicut in eerebro piseis lapillus. Gignitur autem de cœlesti rore, quem certo anni tempore coehleæ hauriunt. Ex quibus margaritis quædam uniones vocantur: aptum nomen habentes, quod tantum unus, nunquam duo, vel plures simul reperiantur. Meliores autem eandidæ margaritæ quam quæ flavescunt. Illas enim aut juvenus aut matutini roris conceptio reddit candidas, has senectus vel vespertinus aer gignit obscuras.

2. *Pæderos*, secunda post margaritam candidarum gemmarum, de qua quæritur in quo colore numerari debeat, toties jactati per alienas pulchritudines nominis, adeo ut decoris prærogativa vocabulo facta sit.

3. *Asterites* candida est, inclusam lucem continens, veluti stellam²⁷² iustus ambulans, redditque solis eandicantis radios, unde et nomen invenit.

4. *Galactites* lactea est, quæ attrita reddit succum album ad lactis saporem, feminis nutrientibus illigata fecundat ubera. Infantium quoque collo suspensa salivam facere fertur, in ore autem liquescere, et memoriam adimere. Mittunt eam Nilus, et Achelous amnes. Sunt qui smaragdum albis venis circumligatum galaeliten vocant.

5. *Chalaxias* grandinis et eandorem præfert et figuram, duritie quoque invieta, ut adamas; etiam in igne positæ manet suum frigus.

6. *Solis* gemma candida est, traxitque nomen, quod ad speciem solis in orbem fulgentes spargit radios.

7. *Selenites* translucet eandido melleoque fulgore, continens lunæ imaginem, quam juxta cursum astri ipsius perhibeat in dies singulos minui, atque augeri. ^c Nascitur in Perside.

8. *Cynædia* invenitur in eerebro piseis ejusdem nominis, candida et oblonga. Præsagire iis

^a *Cyanea*. Ex Solin., cap. 20, et Plin., cap. 9.

^b CAP. X. *Margarita*. Ex Plinio, lib. ix, cap. 35, et lib. xxxvii, cap. 9, 10, 41, et Solin., cap. 50.

^c *Nascitur in Perside*. Plin. vero cap. 10. Nasciturque putatur in Arabia.

^d CAP. XI. *Achates*. Ex Plin., xxxvii, cap. 40, 41, et Solin., cap. 50.

^e *Plurimis in locis*. Quam multa Isidoro accesserint ex posteris vel præposteris potius auctoribus hic locus satis ostendit. Cum enim ea quæ in omnibus libris post hæc verba sequuntur: *Est autem nigra, habens in medio circulos nigros et albos, junctos et variatos similibus hæmatiti*, neque apud Plinium, neque apud Solinum reperiremus, neque achati plane convenirent, incidit tandem Chæon in veteres quasdam glossas non admodum sane bellas, in quibus ita erat:

A ferunt magi signa tranquillitatis vel tempestatis.

9. *Belioculus* albieans pupillam eingit nigram medio aureo fulgore lucentem. Hæc propter speciem Assyriorum regi *Belo* dieata, unde et appellata.

273 10. *Epimelas* dicitur, eum in candida gemma superne nigricat color, unde et nomen habet.

11. *Exhebenus* speciosa et candida, qua aurifices aurum poliunt.

CAPUT XI.

De nigris.

1. *Achates*^d reperta primum in Silieia juxta flumen ejusdem nominis, postea^e plurimis in terris. Est autem nigra, habens in medio circulos nigros, et albos junctos, et variatos, similis hæmatiti. Magi suffitu earum, si creditur, tempestates avertunt, flumina sistunt.

B 2. *Apsyctos* nigra, et ponderosa, distincta venis rubentibus. Hæc excalecta igni septem diebus calorem tenet.

3. ^f *Ægyptilla* nigra est radice, cærulea facie, ex Ægypto ubi invenitur vocata.

274 4. *Medea* nigra est, a *Medea* illa fabulosa inventa. ^g Habet venas aerii coloris, sudorem reddit eroei, suporem vini.

5. *Veientana* Italica gemma est a *Veis* reperta, nigra facie, albis intermicantibus notis.

Barontis nigra est cum sanguineis et albis notis.

6. *Mesomelas* nigra, vena quemlibet colorem seceante per medium.

C *Veneris erinis*, nigerrimi nitoris, continens in se speciem rufi erinis.

7. *Trichrus* ex Africa nigra est, sed tres succos reddit, a radice nigrum, medio sanguineum,^h e summo ochræ.

8. ⁱ *Dionysias* nigra mistis rubentibus notis, ex aqua trita vinum flagrat, et odore suo ebrietati resistere putatur.

Pyrites nigra quidem, sed attritu digitos adurit.

CAPUT XII.

De variis.

1. *Panchrus* varius ex omnibus pene coloribus constans, unde et nominatur.

^j *Orca* barbari nominis ex fulvo et nigro, viridique et eandido est.

D *Achates*, dicit Isidorus *etymolog.* xvi, *gemma est reperta primum in Sicilia juxta flumen ejusdem nominis, postea plurimis in terris. Et Pappias addit, quod habet in medio circulos nigros et albos junctos, et variatos. Et Hugutio dicit quod reddit homines gratiosos.*

^f *Ægyptilla nig. rad. cærul. fac.* Plin.: *Ægyptillam lachus intelligit per albam sarda nigraque vena transeunte, vulgus autem in nigra radice cæruleam facit.* Considerandum uter ex altero restituendus.

^g *Habet venas aerii color.* *Ærei* Goth. omnes; *aurei* legitur apud Plin.

^h *E summo ochræ.* Al., *summo cereum.* Al., *summo croceum.*

ⁱ *Dionysias.* Ex Solin., 50.

^j CAP. XII. *Orca.* *Orca*, vel *Olca* Gothici libri.

2. *Mitrydax*, sole percussa, coloribus micat variis. Gignitur in Perside.

275 *Droselytus* varius, nominis causa, quia si ad ignem applicetur, velut sudorem mittit.

3. *Opalus* distinctus diversarum colore gemmarum. Est enim in eo carbunculi tenuior ignis, amethysti fulgens purpura, smaragdi nitens viriditas, et cuncta pariter sub quadam varietate lucentia. ^a Nomen habet ex patria. Solam enim cum parturit India.

4. *Ponticæ* a *Ponto* dicuntur, genere diverso ^b nunc auratis guttis micantes, aliæ habentes stellas, aliæ longis colorum ductibus lincatæ,

5. *Hexeontalithus* in parva magnitudine multicolor, unde et hoc nomen sibi adoptavit. Tam diversis enim notis sparsus est, ut sexaginta gemmarum colores in parvo ejus orbiculo deprehendantur. Nascitur autem in Libya apud Troglodytas.

6. *Murrina* apud Parthos gignitur, sed præcipua in ^c Germania, humorem sub terra putant calore densatum ^d unde et nomen sumpsit. Varietas ejus in purpuram candoremque et ignem cum quodam colorum repereussu, qualis in cœlesti arcu spectantur. Cujus contraria causa crystallum facit gelu vehementiore concreto.

276 CAPUT XIII.

De crystallis.

1. *Crystallus* resplendens, et aquosus colore traditur, ^e quod nix sit glacie durata per annos. Unde et nomen ei Græci dederunt. Gignitur autem in Asia et Cypro, maxime in septentrionum Alpibus, ubi nec æstate sol ferventissimus invenitur. Ideo ipsa nudatur, et annosa duritia reddit hanc speciem quæ crystallus dicitur. Hic oppositus radiis solis adeo rapit flammam, ut aridis fungis, vel foliis ignem præbeat. Usus ejus etiam ad pocula destinatur. Nihil autem aliud quam frigidum pati potest.

2. *Adamas* Indicus lapis parvus, et indecorus, ferrugineum habens colorem, et splendorem crystalli. Nunquam autem ultra magnitudinem nuclei avellani repertus. Hinc nulli cedit materiæ, ne ferro quidem, nec igni, nec unquam incalescit, unde et nomen interpretatione Græca indomita vis accepit. Sed dum sit invictus ferri, ignisque contemptor, hircino rumpitur sanguine recenti et calido maceratus, sicque multis ictibus ferri perfringitur. Cujus fragmentis scalptores pro gemmis insigniendis perforandisque utuntur.

^a Nomen habet ex patria. Adjecta hæc putamus.

^b Nunc auratis. *Atris*, Plin.

^c In Germania. *Carmania*, Plin.

^d Unde et nomen sumpsit. Hæc quoque aliena putabat Chæcon.

^e CAP. XIII. Quod sit nix glacie durata. Ita Plin., cap. 2, et August., in ps. cXLVII. Solinus vero, cap. 25: Putant (inquit) glaciem coire, et in crystallum incorporari, sed frustra; nam si ita foret, neque Alabanda Asiæ, neque Cyprus insula hanc materiam procrearet, quibus regionibus incitatissimus calor est. Sed nostrum non est has lites componere.

^f Illic autem dissidet cum magn. E Solin., cap. de India.

^g Unum quod Germania mittit. Al., Carmania. Vid.

3. ^f Illic autem dissidet cum magnete lapide in tantum, ut juxta positus ferrum non patiat abstracti, magneti autem si admotus, magnes ^g comprehenderit, rapiat atque auferat. Fertur quoque in electri similitudine venena deprehendere, metus vanos expellere, maleficis resistere artibus. Genera ejus sex.

4. *Chalaxias* grandinum, et candorem, et figuram adamantinæ duritiæ. Etiam in igne positæ manet suum frigus.

5. *Cerauniorum* duo genera sunt: ^g Unum quod Germania mittit crystalli similem, splendet tamen cæruleo; et si sub divo positus fuerit, fulgorem rapit siderum. ^h *Ceraunium* alterum Hispania in Lusitanis littoribus gignit, cui color e pyropo rubenti, et qualitas ut ignis. Hæc adversus vim fulgurum opitulari fertur, si credimus. Dicta autem Ceraunia, quoniam alibi non inveniuntur quam in loco fulminis ictui proximo. Græce enim *fulmen κέρανος* dicitur.

6. ⁱ *Iris* apud Arabiam in mari Rubro nascitur coloris crystallini, sexangulata, dicta ex argumento *Iris*. Nam sub tecto percussa sole species et colores arcus cælestis ^j in proximos parietes emittit.

7. *Astris* ex India est, crystallo propinqua, in ejus centro stella lucet fulgore lunæ plenæ, sumpsit autem nomen quod, *astris* opposita, fulgorem rapit ac regerit.

8. ^k *Alectria*, quasi *alectoria*. In ventriculis enim gallinacis invenitur, crystallina specie, magnitudine fabæ. Hæc in certaminibus invictos fieri magi volunt, si credimus.

9. ^l *Enhydros* ab aqua vocata. Exsudat enim aquam, ita ut clausam in ea putes fontaneam scaturiginem.

CAPUT XIV.

De ignitis.

1. Omnium ^l ardentium gemmarum principatum *carbunculus* habet. *Carbunculus* autem dictus, quod sit ignitus, ut *carbo*, cujus fulgor nec nocte vincitur. Lucet enim in tenebris, adeo ut flammam ad oculos vibret. Genera ejus XII; sed præstantiores, qui videntur fulgere, et velut ignem effundere. *Carbunculus* autem Græce *κάρβυλος* dicitur. Gignitur in Libya apud Troglodytas.

2. *Anthracites* vocatus, quod sit et ipse coloris ignei, ut carbunculus; sed candida vena præcinctus, cujus proprium est, quod, jactatus in ignem, velut

Plin., lib. xxxvi, c. 9, et Sol., cap. 33, de Scandinavia. Utrum horum secutus sit Isidorus, non liquet.

^h *Ceraunium alterum Hisp.* Solin., cap. de Hisp.: Lusitanum littus pollet gemma ceraunio plurimum, quod etiam Indicis præferunt; hujus color est e pyropo, qualitas igni probatur, quem si sine detrimento sui perferat, adversus vim fulgurum creditur opitulari. Ex quo loco quidam legebat qualitas videtur igni, ut videri sit quod Solinus dixit, probari.

ⁱ *Iris.* Hæc partim e Solino, partim e Plinio. Quod in Arabia et sexangulato, e Solino; reliqua ex Plinio.

^j In proximos parietes immittit. Mendose libri omnes immittatur. Plinius, ejaculatur.

^k *Alectria.* Ex Plin., xxxvii, cap. 10.

^l CAP. XIV. Omnium. Ex Plin., xxxvii, et Solin.

intermortuus exstinguitur, at contra aquis perfusus **A** exardescit.

3. *Sandasirus* nascitur in India loco ejusdem nominis. Species ejus, quod veluti in translucido igne intus fulgent aureæ guttæ. Constat autem inter omnes ^a quantum numero stillarum accedit, tantum et prætio accedere.

4. ^b *Lychnites* ex eodem genere ardentium est, appellata a lucernarum fragrantia. Gignitur in multis locis, sed probatissima apud Indos. Quidam eam remissiolem carbunculum esse dixerunt. Hujus duplex facies: una quæ purpura radiat; altera quæ cocci rubore. **279** **A** sole excalefacta, aut digitorum attritu paleas et chartarum fila ad se rapere dicitur. Sculpturis resistit, ac si quando scalpta fuerit, dum signa imprimit, quasi quodam animali morsu partem cæræ retentat. Genera ejus quatuor.

5. *Carchedonia* hoc quod et *Lychnites* facere dicitur, quanquam multo vilior prædictis. Nascitur apud Nasamonas imbre, ut ferunt, divino. Invenitur ad repercussum lunæ plenæ. Omnia autem genera sculpturæ resistunt.

6. *Alabandina* dicta ab *Alabanda* Asiæ regione, cujus color ad carchedoniam vadit, sed rarus.

7. *Dracontites* ex cerebro draconis eruitur, quæ nisi viventi abscissa fuerit, non ^c ingemmescit; unde et eam magi dormientibus draconibus amputant. Audaces enim viri explorant draconum specus, et spargunt ibi gramina medicata ad incitandum draconum soporem, atque ita somno sopitis capita desecant, et gemmas detrahunt. Sunt autem candore **C** translucido. Usu earum Orientis reges præcipue gloriantur.

8. ^d *Chrysoprasus* Æthiopicus est, quem lapidem lux celat, prodit obscuritas. Nocte enim igneus est, die aureus.

9. ^e *Phlogites* ex Persida est, ostentans intra se quasi flammam æstuantem, quæ non exeant.

280 10. ^f *Syrmites* vocata, quoniam in littore *Syrrium* inventa primum est in parte Lucaniæ. Color ejus croceus, intus stellas continens elanguidas, sub nubilo renitentes.

11. *Hormesion* inter gratissimas aspicitur, et igneo colore radians auro portante secum in extremitatibus candidam lucem.

^a Quantum numero stillarum. Stellarum apud Plin.

^b *Lychnites*. E Solin., cap. 65.

^c Non ingemmescit. Sic vet. Cod. Plinius, gemmescit.

^d *Chrysoprasus*. In Solini manuscript. exemplar., cap. de Æthiop., sic legitur: *Ubi hyacinthus, ibi et chrysoprasus apparct, quem lapidem lux celat, prodant tenebræ; hæc enim in eo diversitas, ut nocte igneus sit, die pallidus.* Quæ omnia chrysolampi tribuunt Plin. et Isidorus, cap. seq., et Solini edita exemplaria. Ergo deleri hæc tuto poterant.

^e *Phlogites*. Ita dicitur a Solino, a Plinio *phlegontis*.

^f *Syrmites*. Ex Plin., c. 10, aut potius ex Sol., c. 8.

^g **CAP. XV.** *Chrysopsis*. Sic etiam dicitur ab aliis. *Chrysophis* a Plinio.

^h *Chrysolithus cum marini coloris similitudine.*

CAPUT XV.

De aureis.

1. Sunt quædam gemmarum genera ex specie metallorum, vel lapidum cognominata.

2. ^g *Chrysopsis* aurum tantum videtur esse.

^h *Chrysotythus* auro similis est cum marini coloris similitudine, hunc Æthiopia gignit.

3. *Chryselectrus* similis auro, sed in colorem electri vergens, matutino tantum aspectu jucundus, rapacissimus ignium, et si juxta fuerit celerrime ardescens.

4. ⁱ *Chrysolampis* ex auro et igne vocata. Aurea est enim die, et noctu ignea: hanc Æthiopia gignit.

5. ^j *Ammochrysus* arenis auro intermistis, nunc bractearum, nunc pulveris habet quadrulas. Gignitur **B** in Perside.

6. *Lcucochrysus* colore aureo, interveniente candida vena.

281 ^k *Melichrysus* dicta, quod veluti per aurum sincerum mel, sic hæc gemma translucet.

7. *Chrysocolla* gignitur in India, ubi formicæ eruunt aurum. Est autem auro similis, et habet naturam magnetis, ^l nisi quod augere aurum traditur, unde et nuncupatur.

^m *Argyrites* similis argento, habens stigmata aurea.

8. *Androdamas* argenti nitorem habet, et pene adamas, ⁿ quadrata semper tesseris. Magi putant nomen impositum ab eo quod animorum impetus vel iracundias domare et refrenare dicatur, si credimus. **C** Gignitur in mari Rubro.

9. *Calcites* ærei coloris est.

Chalcophonos nigra est, sed lapidi illisa æris tintum reddit.

10. *Balanite* duo sunt genera: subvirides et Corinthii æris similitudine, mediam secante flammea vena.

11. ^o *Sideritis* a contemplatione ferri nihil dissonat; verum maleficus, quoquo inferatur, discordias excitat.

12. *Idæus dactylus*, ex insula Creta, est ferrei coloris; causa nominis ejus, quia pollicem humanum exprimit.

13. *Æthiopicus* ferrei coloris est, qui dum teritur, nigrum succum emittit.

D

Non dubito quin ad Hieronymum. Isidorus respexerit; ille enim, Daniel. x: *Pro chrysolitho* (inquit), *qui unus est ex XII lapidibus qui ponuntur in logiopontificis, LXX Interpretes mare appellaverunt.*

^f *Chrysolampis*. Al., *Chrysolampsis*.

^j *Ammochrysus*. Ex Solin.


^k *Melichrysis*. Plin. cap. 9: *Sunt et melichrysi, veluti per aurum sincero melle translucete.*

^l *Nisi quod augere aurum traditur.* Agere aurum legebat A. Covarruvias, ut agere sit quod Plinius dixit trahere, vel jungere.

^m *Argyrites habens stigmata*. Stemmata Gothici.

ⁿ *Quadrata semper tesseris*. Plin., *quadrata semper tessellis similis.*

^o *Sideritis*. E Solin. Plinius quoque, cap. 10: *Sideritis ferro similis, litigio illata discordias facit.*

14. ^a *Zmilaces* in Euphratis alveo legitur Proconesio marmoris similis, medio  colore glauco, veluti oculi pupilla internitens.

Arabica ex patria dicta, aspectu eburnea est.

15. *Hephaestistes* speculi naturam habet, in reddendis imaginibus, quanquam rutillet; experimentum ejus si ferventi aquae addita statim refrigeret, aut si soli opposita aridam materiam accendat. Nascitur in Coryco.

16. *Ostracites* lapidosus, colore testaceo, durior. Altera ahati similis, nisi quod achates politura pinguescit, Duriori tanta inest vis, ut aliae gemmae scalpantur fragmentis ejus.

17. ^b *Clossopetra* similis est linguae humanae, unde et nomen sumpsit. Fertur autem, deficiente luna, c caelo cadere, cui non modicam magi tribuunt potestatem. Nam ex eo lunares motus excitari putant.

18. Sunt et quaedam gemmarum genera cognominata ab animalibus.

Echites vipereas maculas exprimit.

Carcinias marini caneri coloris est.

19. *Scorptis* scorpionem et colore et effigie refert.

Myrmicites formicae reptantis effigiem imitatur.

Taos pavoni est similis.

Hieracites accipitris coloris.

^c *Aetites* aquilae.


Aegopthalmos caprino oculo similis.

20. ^d *Lycophthalmus* quatuor colorum, ex rutilo sanguinea, in medio nigrum candido cingit, ut luporum oculus.

Meconites papaver exprimit.

21. Sunt et quaedam gemmae quibus gentiles in superstitionibus quibusdam utuntur.

22. *Liparia* sulfita omnes bestias evocari tradunt.

 ^e *Ananchitide* in hydromantia daemonum imagines evocari dicunt.

Synocitide umbras inferorum evocatas teneri aiunt.

23. ^f *Chenolites* oculus est Indicae testudinis, varius, et purpureus. Per hunc magi impositum linguae futura praenuntiari fingunt.

24. ^g *Brontia* a capite testudinum cum tonitruis cadere putatur, et restinguere fulminis ictus.

25. *Hyænia* lapis in oculis Hyænae bestiae invenitur, qui si sub lingua hominis subditus fuerit, futura cum praecinere dicunt.

^a *Zmilaces*. Ex Plinio et Solino.

^b *Clossopct.* Diversa ab his tradit Plinius. Verum haec e Solino sunt.

^c *Aetites aquilae*. Plinius: *Aetites a colore aquilae candicante cauda.*

^d *Lycophthalmus*. Ex Plin., cap. 11.

^e *Ananchitide*. Plin.: *Ananchitide hydromantia dicunt evocari imagines deorum.*


^f *Chenolites*. De Chelonia haec prodit Plinius.

^g *Brontia*. Plinius, cap. 10: *Brontia capitibus testudinum similis, et cum tonitruis cadens, ut putant fulmine icta restinguit.* Idem voluit Isidorus.

^h *Pontica...stillas aureas. Stillas aureas, Solinus; Stillas atras, Plin.*

A Sed et *corallium* tempestati et grandinae resistere fertur.

26. ^h *Pontica* est gemma quaedam livore perlucida, habens stellas rubeas, interdum et aureas. ⁱ Dicunt per eam interrogari daemones, et fugari.

27. ^j In quibusdam gemmarum generibus veras a falsis discernere magna difficultas est, quippe cum inventum sit ex vero genere alterius in alia falsa transducere, ut sardonices, ^k quae ternis glutinantur gemmis, ita ut deprehendi non possint. Fingunt enim eas ex diverso genere, nigro, candido minioque colore. Nam et pro lapide pretiosissimo smaragdo quidam vitrum arte inficiunt, et fallit oculos subdole quaedam falsa viriditas, quoadusque non est qui probet simulatum et arguat; sic et alia alio atque alio **B**  modo. Neque est sine fraude ulla vita mortalium.

28. Omnes autem non translucidas gemmas *caecas* appellant, eo quod densitate sua obscurentur.

CAPUT XVI.

De vitro.

1. Vitrum ^l dictum, quod visui perspicuitate transluceat. In aliis enim metallis quidquid intrinsecus continetur absconditur; in vitro vero quilibet liquor, vel species, qualis est interius, talis exterius declaratur, et quodammodo clausus patet. Cujus origo haec fuit. In parte Syriae, quae Phoenice vocatur, finitima Judaeae, circa radicem montis Carmeli, palus est ex qua nascitur Belus amnis, quinque millium passuum spatio in mare fluens juxta Ptolemaidem, ^m cujus arenae de torrente fluctu sordibus eluuntur.

C 2. Hic fama est, appulsa nave mercatorum nitri, cum sparsim per littus epulas pararent, nec essent pro attollendis vasis lapides, glebas nitri ex nave subdidisse, quibus accensis, permista arena litteris, translucens ⁿ novi liquoris fluxisse rivos, et hanc fuisse originem vitri.

3. Mox, ut est ingeniosa solertia, non fuit contenta solo nitro, ^o sed et aliis misturis hanc artem studuit. Levibus enim aridisque lignis coquitur, adjecto cyprico ac nitro, continuisque fornacibus, ut aes liquatur, massaeque fiunt. Postea ex massis rursus funditur in officinis, et aliud flatu figuratur, aliud torno teritur, aliud argenti modo caelatur. Tinguitur etiam multis modis, ita ut hyacinthos, sapphirosque, et virides imitetur et onyches, vel aliarum gemmarum colores; neque est alia

^l *Dicunt per eas interrogari d. c. et fug.* Haec unde sint, non constat.

^j *In quibusdam gemmarum gener. veras a falsis disc.* Ex Plin., cap. 12.

^k *Quae ternis glutinantur gemmis.* Ex Plin., ibid.

^l *Cap. XVI. Vitrum.* Vid. Plin., l. xxxvi, c. 26.

^m *Cujus arenae de torrente fluctu sordibus eluuntur.* Aperta sententia. Hoc est cujus arenas torrens fluctus sordibus eluit. Nec est cur in ea ingeniosi videamur, quamvis paulo aliter eadem enuntiaverit Plinius.

ⁿ *Novi liquoris.* Al., *Nobilis liquoris.*

^o *Sed et aliis misturis hanc art. stud.* Assentior Chaconi, qui adulterina ista censebat.

a speculis aptior materia, vel picturæ accommodator. **A** quod repercusso aere plus fulgeat. Unde et Virgilius :

4. Maximus tamen honor in candido vitro, proximoque **285** in crystalli similitudine. Unde et ad potandum argenti metalla et auri pepulit vitrum. Olim fiebat et in Italia; et per Gallias et Hispaniam arena alba mollissima pila molaque terebatur. Delinc miscbatur tribus partibus nitri pondere, vel mensura, ac liquata in alias fornaces transfundebatur, quæ massa vocabatur *ammonitrum*, atque hæc recocta fiebat vitrum purum et candidum.

5. In genere vitri et *obsidianus* lapis annumeratur. Est autem urens interdum, et niger aliquando, et translucidus crassiore visu, et speculis parietum pro imagine umbras reddente: gemmas ex eo multi faciunt. Hunc lapidem et India et in Italia, et ad Oceanum in Hispania nasci tradunt.

6. ^b Ferunt autem sub Tiberio Cæsare quemdam artificem excogitasse vitri temperamentum, ut flexibile esset, et ductile, qui dum admissus fuisset ad Cæsarem, porrexit phialam Cæsari, quam ille indignatus in pavementum projecit. Artifex autem sustulit phialam de pavimento, quæ eomplicaverat se tanquam vas æneum; ^c deinde marculum de sinu protulit, et phialam correxit. Hoc facto, Cæsar dixit artificio: Nunquid alius scit hanc condituram vitrorum? Postquam ille jurans negavit alterum hoc scire, jussit illum Cæsar decollari, ne dum hoc cogitum fieret, aurum pro luto haberetur, et omnium metallorum pretia abstraherentur. Et re vera, quia si vasa vitrea non frangerentur, meliora essent, quam aurum et argentum.

CAPUT XVII.

De metallis.

1. *Metallum* dictum Græce ἀπὸ τοῦ μεταλλῶν quod natura ejus ea sit, ut ubi una vena apparuerit, ibi spes sit alterius inquirendi. Septem autem sunt genera metallorum: aurum, argentum, æs, electrum, stagnum, plumbum, et quod domat omnia, ferrum.

286 CAPUT XVIII.

De auro.

1. *Aurum* ^d ab *aura* dictum, id est, a splendore,

^a *Speculis aptior*. Plinius, *sequacior*.

^b *Ferunt autem sub Tib.* Vid. Plin. et Dio., lib. LVII.

^c *Deinde marculum*. Al. martulum.

^d CAP. XVIII. *Aurum ab aura*. E Serv., Æn. VI ad illud: *Discolor und auri*. Inde tamen habent constanter Goth. in versu Maronis.

^e *Hinc et aurarii dicti, q. f. sp. r.* Verba sunt Servii ibidem, nisi quod apud illum *aurati et favor* legitur, sed idem Servius, eodem lib., ad illud: *Gaudens popularibus auris, Auris* (inquit) *favoribus, unde et aurarii dicuntur fautores*.

^f *Obryzum aurum dictum quod obrad.* De hoc notationum genere semel monuisse fuit satis. Sed occasionem fortasse sumpsit ex verbis Hieron. ad Jer. x: *Septem* (inquit) *nominibus apud Hebræos appellatur aurum. Quorum unum ophaz dicitur, quod nos dicere possumus obryzum, ut splendeat in superficie auri.* Et in epist. ad Principiam: *Ophir genus aurum a loco Indiæ, vel a colore, nomine indito.*

^g *Græci κίβρον.* Ut de hac scriptura minus dubitari

possit. *Ciaron* Latinis litteris scriptum est in Goth. Ovet. colleg. et in Sili n. Est autem κίβρον, *fulvum*.

^h *Bractea...* ἀπὸ τοῦ βρέμεσθαι, *quæ est, ὀνοματοποία crepitandi*; ἢ ἀπὸ τοῦ βράσσειν *quod est ἡγέειν*. Ne de hac quidem lectione, quantumvis in Codicibus deformata dubitare liceat.

ⁱ *De coria enim pecud. n. i.* Casiod., lib. VII Variar. *Pecunia enim a pecudis tergo nominata. Gallis auctoribus, sine aliquo adhuc signo, ad metalla translata est.* Vid. Suid., in Ἰασάριον.

^j *Omne e patrimon. ap. antiq.* E Serv., eclog. 4, ad illud. *Nec cura peculi.*

^k *Modo vero pecuniosos.* Hieron., Ecclesiast.: *Porro Tullius pecuniosos primitus dictos refert, qui plura habuisse peculia, id est, pecora designantur, ita namque antiquitas appellabant: paulatim autem per abusionem nomen ad aliud devolutum est.*

^l *Tributa.* Ita Varro, lib. IV.

^m *Sic autem nominarunt.* Verba Servii, Æn. V, ad illud: *Tres equitum numcro turma, etc.*

ⁿ *Græci κίβρον.* Ut de hac scriptura minus dubitari

possit. *Ciaron* Latinis litteris scriptum est in Goth. Ovet. colleg. et in Sili n. Est autem κίβρον, *fulvum*.

^h *Bractea...* ἀπὸ τοῦ βρέμεσθαι, *quæ est, ὀνοματοποία crepitandi*; ἢ ἀπὸ τοῦ βράσσειν *quod est ἡγέειν*. Ne de hac quidem lectione, quantumvis in Codicibus deformata dubitare liceat.

ⁱ *De coria enim pecud. n. i.* Casiod., lib. VII Variar. *Pecunia enim a pecudis tergo nominata. Gallis auctoribus, sine aliquo adhuc signo, ad metalla translata est.* Vid. Suid., in Ἰασάριον.

^j *Omne e patrimon. ap. antiq.* E Serv., eclog. 4, ad illud. *Nec cura peculi.*

^k *Modo vero pecuniosos.* Hieron., Ecclesiast.: *Porro Tullius pecuniosos primitus dictos refert, qui plura habuisse peculia, id est, pecora designantur, ita namque antiquitas appellabant: paulatim autem per abusionem nomen ad aliud devolutum est.*

^l *Tributa.* Ita Varro, lib. IV.

^m *Sic autem nominarunt.* Verba Servii, Æn. V, ad illud: *Tres equitum numcro turma, etc.*

ⁿ *Græci κίβρον.* Ut de hac scriptura minus dubitari

possit. *Ciaron* Latinis litteris scriptum est in Goth. Ovet. colleg. et in Sili n. Est autem κίβρον, *fulvum*.

^h *Bractea...* ἀπὸ τοῦ βρέμεσθαι, *quæ est, ὀνοματοποία crepitandi*; ἢ ἀπὸ τοῦ βράσσειν *quod est ἡγέειν*. Ne de hac quidem lectione, quantumvis in Codicibus deformata dubitare liceat.

ⁱ *De coria enim pecud. n. i.* Casiod., lib. VII Variar. *Pecunia enim a pecudis tergo nominata. Gallis auctoribus, sine aliquo adhuc signo, ad metalla translata est.* Vid. Suid., in Ἰασάριον.

^j *Omne e patrimon. ap. antiq.* E Serv., eclog. 4, ad illud. *Nec cura peculi.*

^k *Modo vero pecuniosos.* Hieron., Ecclesiast.: *Porro Tullius pecuniosos primitus dictos refert, qui plura habuisse peculia, id est, pecora designantur, ita namque antiquitas appellabant: paulatim autem per abusionem nomen ad aliud devolutum est.*

^l *Tributa.* Ita Varro, lib. IV.

^m *Sic autem nominarunt.* Verba Servii, Æn. V, ad illud: *Tres equitum numcro turma, etc.*

partibus *tribuni* dicerentur. Unde etiam sumptus quos dabant populi *tributa* nominaverunt.

8. *Vectigalia* sunt tributa, a *vehendo* dieta.

Stipendium a *stipe pendenda* nominatum. Antiqui enim appendere pecuniam soliti erant magis quam annumerare.

Moneta appellata est quia *monet*, ne qua fraus in metallo vel pondere fiat.

9. *Nomisma* est solidus aureus, vel argenteus, sive æreus, qui ideo *nomisma* dicitur ^a quia *nomibus* principum effigiisque signabatur. Primus nummus ἄργυρος nuncupabatur, quia quam plurimum ex argento percutiebatur.

10. ^b *Nummi* autem a *Numa* Romanorum rege vocati sunt, qui eos primum apud Latinos imaginibus notavit, et titulo nominis sui præscripsit.

11. *Folles* dicuntur a sacculo quo conduntur, a continente id quod continetur appellatum.

12. In *nomismate* tria quærentur: metallum, figura et pondus. Si ex iis aliquid defuerit, *nomisma* non erit.

13. Tria autem sunt genera argenti, et auri, et æris: signatum, factum, infectum. Signatum est quod in nummis est; factum est, quod in vasis et signis; infectum, quod in massis, ^c quod et grave dicitur, id est, massa. In notitiam autem formarum metalla ita venerunt. ^d Dum enim quacunque ex causa ardentes silvæ excoquerent terram, excalefactis venis fudit rivos ^e eujuseunque stricturæ. 14. Sive igitur æs illud fuerat, sive aurum, cum in loca terræ depressiora decurreret, sumpsit figuram, in quam illud, vel profluens rivus, vel excipiens lacuna formaverat. Quarum rerum splendore capti homines, eum ligatas attollerent massas, viderunt in eis terræ vestigia figurata, hincque excogitaverunt liquefactas ad omnem formam posse deduci.

CAPUT XIX.

De argento.

1. *Argentum* non longe a Græca appellatione distat. Hoc enim illi ἄργυρον vocant. ^f Cui mirum in modum illud inest, ut, dum candidum sit, impressum corpori lineas nigras reddat.

2. *Argentum vivum* dictum, quod excidat materias in quibus injicitur: hoc et liquidum, quia percurrit.

^a Quia nominibus princip. Repetuntur hæc inf., cap. 24.

^b *Nummi autem a Numa.* Ex Epiphani., lib. de Ponderibus, idem refert Suid. in voce Ἀσπρα, ex Tranquillo.

^c Quod et grave dicitur id est massa. Æn. vi, ad illud: Egregium forma juvenem, etc.

^d Dum enim quacunque ex causa ardent silvæ, etc., usque ad finem cap. Totus locus adumbratus ex Lucretii lib. v: Quidquid, id est, quacumque ex causa flammeus ardor horribili son., etc.,

^e Cujuscunque stricturæ. Sic. Virg., Æn. vii, *Stricturas chalybum* dixit. Est autem strictura, ut ait eo oeo Servius, *terra ferri in massam coacta.*

^f CAP. XIX. Cui mirum in modum illud inest, hujus rei meminere Plinius et Augustinus, lib. xxi de Civit., cap. 7.

^g Sine hoc neque argentum, neque. Vitruvius, lib.

A Invenitur specialiter in metallis, sive in argentariis fornacibus guttarum concretionem tectis inhaerens; sæpe etiam et in stercore vetustissimo cloacarum, vel puteorum limo. Fit etiam et ex minio imposito conchulae ferreae, patinea testea superposita; tum circumlito vasculo circumdantur carbones, sieque argentum vivum ex minio distillat: ^g sine hoc neque argentum, neque æs inaurari potest.

3. Tantæ autem virtutis est, ut si super sextarium argenti vivi centenarium saxum superponas, oneri statim resistat. Sin vero auri scrupulum, levitatem ejus raptim sinu recipit, ex quo intelligitur, non pondus, sed naturam esse cui cedit. Servatur autem melius in vitreis vasculis, nam cæteras materias perforat. ^h Potui autem datum, interficit ponderis causa.

B 4. Argenti purgamenta λεθάργυρος, quam nos spumam argenti appellamus. Fit enim ex argento et plumbo.

290 CAPUT XX.

De ære.

1. *Æs* a splendore *aeris* vocatum, sicut aurum et argentum. ⁱ Apud antiquos autem prius æris quam ferri cognitus usus. Ære quippe prius proscindebant terram, ære certamina belli gerebant, eratque in pretio magis æs; aurum vero et argentum propter inutilitatem rejiciebantur. Nunc versa vice jacet æs, aurum in summum cessit honorem; sic volvenda ætas commutat tempora rerum. Et quod fuit in pretio, fit nullo denique honore. ^j Usus æris postea transit in simulaeris, in vasis, in ædificiorum structuris, maxime et ad perpetuitatem monumentorum etiam publicæ in eis constitutiones scriptæ sunt.

2. ^k *Cyprium æs* in Cypro insula prius repertum, unde et vocatum: factum ex lapide eroso, quam *Cadmiam* vocant, et est ductile; huic si addatur plumbum, colore purpureo fit.

3. ^l *Aurichalcum* dictum, quod et splendorem auri et duritiam æris possideat. Est autem nomen compositum ex lingua Latina et Græca. *Æs* enim sermone Græcorum χαλκος vocatur. ^m Fit autem ex ære et igne multo, ac medicaminibus perducitur ad aureum colorem.

4. *Corinthium* est commistio omnium metallorum, quod casus primum miscuit *Corintho*, cum caperetur incensa. ⁿ Nam dum hanc civitatem Annibal cepis-

D VII, cap. 8.

^h Potui autem datum interf. p. c. E Dioscorid.

ⁱ CAP. XX. Apud antiquos autem prior æris. Lucretius, lib. v:

Et prior æris erat quam ferri cognitus usus. Ex quo sunt omnia usque ad: *Nulla denique honore.* Reliqua hujus capituli e Plinii lib. III.

^j Usus æris. E Plin., cap. 3 et seqq., usque ad 9, e quo extremo sunt pleraque hujus loci verba.

^k *Cyprium æs.* Ex cap. 2, 4, 10.

^l *Aurichalcum, quod et splendorem aur. et dur. ær. poss.* Verba sunt Servii, Æn. XII, ad illud: *Ipse dehinc auro.* De etymolog. vid. Fest.

^m Fit autem ex ære, etc. Quærendus hujus medicaminis auctor, neque enim hæc ex Plin.

ⁿ Nam dum hanc civitatem Annibal, Μνημονικὸν ἀμάρτυρα. Non enim Corinthum Annibal, sed C. Mummius consul cepit, ann. ab Urb. cond. 608.

set, omnes statuas æreas, **291** et aureas, et argenteas in unum rogam congregavit, et eas incendit. Ita ex hac commistione fabri sustulerunt, et fecerunt papposides. Sic Corinthia nata sunt ex omnibus in unum, nec hoc, nec illud. Unde et usque in hodiernum diem, sive ex ipso, sive ex imitatione ejus, *æ Corinthium*, vel *Corinthia vasa* dicuntur. Hujus tria genera : unum candidum, ad argenti nitorem accedens; alterum, in quod ipsius auri fulva natura est; tertium, in quo æqualis cunctorum temperies.

5. ^a *Coronarium* ex ductili ære tenuatur in laminas, taurorumque felle tinctum speciem auri in *coronis* histrionum præbet, unde et appellatum.

6. *Pyropum* igneus color vocavit. Namque in singulas uncias æris, additis auri scrupulis senis, prætenui bractea ignescit, flammisque imitatur, unde et **B** *pyropum* dicitur.

7. *Regulare æs* dicitur, quod ab aliis *ductile* appellatur, quale omne *Cyprium* est.

8. *Ductile* autem dicitur, eo quod malleo *producat*, sicut contra *fusile*, quod tantum funditur. Hoc et *caldarium*, quod tantum funditur. Nam malleis fragile est. Siquidem omne æs, diligentius purgatis igne vitis excocis, *regulare* efficitur.

9. *Campanum* quoque inter genera æris vocatur a *Campania* provincia, quæ est in Italiæ partibus, utensilibus et vasis omnibus probatissimum.

10. ^b *Æs* omne frigore magno melius funditur. ^c *Æs* rubiginem celerius trahit, nisi oleo perungatur; servari autem id optime in liquida pice tradunt.

292 11. Inter omnia metalla æs vocalissimum est, **C** et maximæ potestatis; ideo et *ænea limina*, unde et Virgilius : *Foribus cardo stridebat ahenis*. Purgamenta æris *cadmia*, et *chalcitis*. *Cadmia* ærugo æris, *chalcitis* æris flos.

12. *Cadmia* gignitur in metallorum æris atque argenti fornacibus, insidente nidore. Namque ut ipse lapis ex quo fit æs *cadmia* vocatur, sic rursus in fornacibus existit, et nominis sui originem recipit.

13. *Æris flos* fit, seu gignitur, conflationibus, resolutis atque reliquato ære, superfusa frigida. Repentina enim densatione, tanquam de sputo, reparatur flos.

14. ^d *Æruginem* æs quoque creat. Nam laminæ æræ super vas acetum asperrimi sarmentis superpositæ, ^e atque ita distillantibus, quod ex eo cecidit in ipsum acetum, teritur et cribratur.

^a *Coronarium Regulare.... Pyropum.... Campanum.* E cap. 8.

^b *Æs omne frigore mel.* E cap. 9.

^c *Æs rubiginem celerius trahit.* Plinius : *Æra externa rubiginem celerius trahunt quam neglecta, nisi oleo perungantur*, etc. Ergo deesse hic videtur aliquid.

^d *Æruginem quoque creat. Nam laminæ æræ.* Hoc de cerussa Plin., cap. 18.

^e *Atque ita distillantibus.* Al., *distillantes.*

^f CAP. XXI. *Unde et abusive*, etc. E Serv., Georg., 1, ad illud : *At chalybes nudi ferrum.*

^g *Ferri usus post alia metall. rep.* Lucretius : *Inde minutatim processit ferreus ensis, Versaque in opprobrium species est falsis ahenæ.*

CAPUT XXI.

De ferro.

1. *Ferrum* dictum, quod *farra*, id est, semina frugum, terræ condit. Idem et *chalybs* a *Chalybe* flumine, ubi ferrum optima acie temperatur. ^e Unde et abusive dicitur *chalybs* ipsa materies, ut : *Vulnificusque chalybs*.

2. ^g Ferri usus post alia metalla repertus est. Cuius postea versa in opprobrium species. Nam unde prius tellus tractabatur, inde **293** modo cruor effunditur. Nullum autem corpus tam densis inter se coherentibus et implicitis elementis quam ferrum; unde inest illi duritia cum frigore. ^h Ferri autem metallum pene ubique reperitur, sed ex omnibus generibus palma Serico ferro datur. Scres enim hoc cum vestibibus suis pellibusque mittunt. Secunda Parthico, neque alia genera ferri ex mera acie temperantur. ⁱ Cæteris enim admiscetur mollior complexus.

3. Differentia ferri plurima juxta terræ genus. Nam aliud molle, plumboque vicinum, rotarum et clavorum usibus aptum; aliud fragile, et ærosum, ^j culturæ terræ conveniens; aliud brevitate sola placet, clavisque caligariis; aliud rubiginem celerius sentit. *Stricturæ* vocantur hæc omnes, quod non in aliis metallis, ^a *stringendo* apte vocabulo imposito. Aquarum verro summa differentia est quibus ferrum candens immergitur, quo utilius fiat, ^l sicut Bilbili in Hispania et Tirasone, Comi in Italia.

4. In acuendo ferro ^m oleo delectatior fit acies, unde et tenuiora ferramenta oleo restingui mos est, ne aqua in fragilitatem durentur. ⁿ A ferro sanguis humanus sese ulciscitur. Contactum namque celerius rubiginem trahit. Cum ferro magnes lapis concordiam habet. Sola enim hæc materia vim ab hoc lapide accipit, retinetque longo tempore. Ex eodem lapide architectus quidam Alexandriae templum concameravit, ut in eo simulacrum ferro in aere pendere videretur. ^o Ferrum accensum igni, nisi duretur ictibus, corrumpitur. Rubens non est habile ad tundendum, neque antequam albescere incipiat. Aceto, vel alumine illitum ferrum fit æris simile.

5. **294** Purgamenta ferri rubigo et scoria.

Rubigo est vitium rodens ferrum ipsum, vel segetes, quasi *rodigo* mutata una littera : hæc et ærugo ab *erodendo*. Nam ærugo vitium est ferri, ab *erodendo* dicta, non ab æramento.

^h *Ferri autem metall. ubique rep.* E Plin. xxxiv, cap. 14, a quo sunt fere quæ restant.

ⁱ *Cæteris enim admiscetur mollior complexus.* Sic etiam interperungendus locus Plinii.

^j *Culturæ terræ conveniens.* Hæc utrum Plinio Isidorus, an Isidoro alius adjecerit, non dixerim.

^k *Astringendo apte vocabulo imposito.* Sic omnes libri. *Ab stringenda acie v. imp.*, Plinius. Uter ex altero restituendus, alii viderint. Mihi Isidorianorum Cod. lectio non displicet. Serv., *Æn.* viii : *Strictura est terra ferri in massam coacta.* Nihil de acie.

^l *Sicut Bilb.* Aliquid deesse videtur. Vid. Plin.

^m *Oleo delectatior.* Sic omnes l. *Delicatior* apud Plin.

ⁿ *A ferro sanguis hum. s. u.* Verba sunt Plinii.

^o *Ferrum accensum.* Ex cap. 15.

5. ^a *Examen* est filum medium, quo trutinæ statera regitur, et lances æquantur. Unde et in lanceis amentum dicitur.

6. ^b *Campana* a regione Italiæ nomen accepit, ubi primum ejus usus repertus est. Hæc duas lances non habet; sed virga est signata libris et unciis, et vago pondere mensurata.

¶ 7. Unicuique autem ponderi certus est modus, nominibus propriis designatus.

8. ^c *Chalcus* minima pars ponderis, quarta pars oboli est, constans lentis geminis granis. Appellatur autem *chalcus*, quod sit parvulus, sicut et lapis calceus, qui adeo minimus est ut sine molestia sui calcetur.

9. *Siliqua* vigesima quarta pars solidi est, ab arboris semine vocabulum tenens.

10. *Ceratum* oboli pars media est siliquam habens unam, et semis. Hunc latinitas *semiobolum* vocat. *Ceratum* autem Græce, Latine *cornuum*, interpretatur.

11. *Obolas* siliquis tribus appenditur, habens ceratiam duo, chalcos quatuor. Fiebat enim olim ex ære ad instar sagittæ. Unde et nomen a Græcis accepit, hoc est, *sagitta*.

12. ^d *Scripulus* sex siliquarum pondere constat. Hic apud Græcos *gramma* vocatur. *Scripulus* autem dietus per diminutionem a lapillo brevi, qui *scrupus* vocatur.

13. ^e *Drachma* octava pars unciæ est, et denarii, pondus argenti ¶ tribus constans scripulis, id est, XVIII siliquis. *Denarius* autem a *dando* dictus, quia pro decem nummis imputatur.

14. *Solidus* nuncupatur, quia nihil illi deesse videtur. *Solidum* enim veteres *integrum* dicebant et *totum*. Ipse quoque *nomisma* vocatur, pro eo quod nominibus principum effigiisque signetur. ^f Ab ini-

et ducentaria duo humeris contra scalas ferebat. Exstant Romæ centenarii hujusmodi lapides multi e durissima silice, nonnulli etiam antiquissimis litteris inscripti. Id centumpondium vocat de Re rust., cap. 13, his verbis: *Centumpondium incertum unum, et pondera certa, nisi incretum et creta* cum Chacone mavis legere, ut *incretum* sit ex Festo *indivisum*.

^a *Examen est filum.* E Serv., Æn. XII: *Jupiter ipse duas æquato examine.*

^b *Campana.* Eadem apud nos Romana dicitur.

^c *Chalcus minima pars ponderis.* Octava pars oboli Polluci, lib. IX, et Cleopatra in fragmento quod exstat; decima, Plinio, lib. XXI, cap. ultim. Diodoro apud Suidam sexta; Dioscoridi tertia; ut fuisse appareat diversi ponderis chalcos.

^d *Scripulus.* Sic in meliores libri; *scripulum, scriptulum, et scribulum* legitur in aliorum auctorum vetustissimis cod., ut a scribendo ducta vox videatur ad similitudinem Græci nominis *γραμμα*.

^e *Drachma... tribus constans scripulis.* Fannius: In scripulis tribus drachmam, quo pondere doctis Argenti facilis signatur nummus Athenis.

^f *Ab initio vero formam.* Ex Epiph., lib. de Pond. et Mens.

^g *Sextula... quod his sex u. c.* Fannius:

Sextula quæ fertur, nam sex his unciæ constat.

^h *Vulgus aureum solidum.* Non solum vulgus, sed Apuleius etiam, lib. X: *Centumque solidos aurcos offerens pretium.*

ⁱ *Sextula bis assumpta duellam.* Fannius:

Sextula cum dupla est, veteres dixere duellam.

tio vero unum nomisma unus argenteus erat. Hoc enim ab Assyriis cœpit. Dicunt enim Judæi quod Abraham in terram Chanaan primus hanc advexit formam. Solidus apud Latinos alio nomine ^g *Sextula* dicitur, quod iis *sex* unciæ compleatur. Hunc, ut diximus, ^h vulgus *aureum solidum* vocat, cujus tertiam partem ideo dixerunt *tremissem*, eo quod solidum faciat *ter missus*.

15. ⁱ *Sextula* bis assumpta *duellam* facit, ter posita *staterem* reddit.

16. *Stater* autem mediæ unciæ est, appendens aureos tres, unde et vocatur *stater*, quod *tribus solidis stet*. Hic et *semiunciæ*, quia *semis* habet de *unciæ*. Hic est *semis*, quia ponderis semis est, quasi *semis assis*.

¶ 17. *Quadrantem* Hebræi ^j similiter *codrantem* vocant, et ^k vocatur *quadrans*, quod unciæ *quartam* partem appendat.

18. ^l *Sicel*, qui Latino sermone *siclus* corrupte appellatur, Hebræum **300** nomen est, habens apud eos unciæ pondus. ^m Apud Latinos autem et Græcos quarta pars unciæ est, et stateris mediæ, drachmas appendens duas. Unde cum in litteris divinis legitur *siclus* unciæ est; cum vero in gentiliis, quarta pars unciæ est.

19. *Unciæ* dicta quod universitatem minorum ponderum sua unitate vinciat, id est, complectatur ⁿ Constat autem drachmis VIII, id est, scripulis XXIV. Quod proinde legitimum pondus habetur, quia numerus scripularum ejus horas diei noctisque metitur, vel quia libram efficit duodecies computatus.

¶ 20. *Libra* XII unciis perficitur, et inde habetur perfecti ponderis genus, quia tot constat unciis quom mensibus annus. Dicta autem *libra*, quod sit li-

^j *Quadrantem similiter Hebræi codrantem.* Ita quidem velle videtur Hieronymus in nominibus Hebræicis ex Matth.; sed Hieronymus sæpe, quod scit nesci in eo libro, ut etiam Isidorus in hoc. Nam Græcas et Latinas voces quasi Hebrææ essent interpretatus est.

^k *Et vocata quadrans, quod unciæ quart. p.* Epiph. lib. de Pond. et Mens.: *Siclus, qui et quadrans dicitur, quarta pars est unciæ, dimidium stateris habens drachmas duas.* Sed deceptus est in Latina voce Græcus homo, Isidorumque ibidem labi fecit. Non enim quadrans unciæ, sed assis est quarta pars. Neque e confugere potest Isidorus ut dieat asses unciæ factos. Nam Plinio teste semunciales facti, deinceps in eo statu manserunt, ut etiam in iis qui nunc infinitum numero exstant videmus.

^l *Sicel... unciæ pondus.* Verba quidem sunt Hieronymi in Quæst. in Genes., cap. 23. Verum præter Josephum (qui lib. III Antiq., cap. 9, tradit siclus pendere quatuor drachmas Atticas, hoc est, semunciam) ipse Hieronymus, sui oblitus, in Ezechiel. IV *Siclus* (inquit), *id est, stater, quatuor drachmas habet, drachmæ autem octo Latinam unciam faciunt.* Hoc Isidorum non vidisse mirum est.

^m *Apud Latinos autem et Græcos.* Ex Epiph. lib. de Pond. et Mens. ⁿ *Constat autem drachmis VIII... mensibus annus.* Fannius:

Unciæ fit drachmis bis quatuor, unde putandum Grammata dicta, quod hæc viginti quattuor in sex unciæ habet, tot enim formis vox nostra notatur. Horis quot mundus peragit noctemque diemque Unciæque in libra pars est, quæ mensis in anno

bera, et cuncta intra se pondera prædicta concludat.

21. *Mna* in ponderibus centum drachmis appenditur, et est nomen Græcum, ^a quæ sunt siliquæ **S** DCCC, tremisses CCXXV, solidi LXXV, stateres XXV.

22. ^b *Talentum* autem summum esse pondus perhibetur in Græcis **301** nam nihil est chalcæ minus, nihil talento majus. ^c Cujus varium apud diversas gentes pondus habetur. Apud Romanos enim talentum est LXXII librarum, sicut Plautus ostendit, qui ait duo talenta esse CXLIV libras. Est autem triplex, id est, minus, medium, summum. Minus L, ^d medium LXXII libris, ^e summum CXX constat.

23. *Centenarium* numeri nomen est, eo quod centum librarum ponderis sit. Quod pondus propter perfectionem centenarii numeri Romani instituerunt.

302 CAPUT XXVI.

De mensuris.

1. *Mensura* est res aliqua modo suo, vel tempore circumscripta. Hæc aut corporis est, aut temporis. Corporis est, ut hominum, lignorum, et columnarum longitudo, et brevitatis. Sed et solem istum propriam sui orbis habere mensuram, quod geometrici perscrutari audent. Temporis, ut horarum, dierum et annorum. ^f Unde et metiri pedes horarum dicimus, hoc est, mensurare.

2. Proprie autem mensura vocata, quod ea fruges metiuntur, atque frumentum, id est, humida et sicca, ut modius, artabo, urna et amphora.

3. Mensurarum pars minima *chochlear*, quod est diuidia pars drachmæ, appendens siliquas novem, quod triplicatum chonculam facit.

Choneula drachma una, et dimidia adimpletur.

4. *Cyathi* pondus decem drachmis appenditur, ^g qui etiam a quibusdam *euatus* dicitur.

^a *Quod sint siliquæ*, etc. Ita plerique Goth., ut tamen a quibusdam absit hæc summa.

^b *Talentum summum esse pond. perh.* Idem in Talento.

Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis; Nam nihil his obolove minus, majusve talento.

^c *Cujus varium apud diversas gentes.* Servius, *En. v. ad illud: Argenti, aurique talenta. Talentum* (inquit) *secundum varias gentes, varium pondus est, sed apud Romanos talentum est LXX libras, sicut Plautus ostendit in Mostellaria, qui ait duo talenta esse CXL libras.* Sed recte meo judicio Chacon: « Si talentum, ait, sex millia drachmarum continet, ut Fannius affirmat, libra vero drachmas XCVI, efficitur profecto ut talentum libras Romanas LXII tantum appendat, non LXX, ut apud Servium legitur, neque Plauti locus aliud suadet. « Quare eum Isidori Codices LXII libras et CXLIV libras constanter habeant, dubito quin LXII et CXXIV de doctissimi viri sententia hoc loco legendum sit, atque ita Servium scripsisse, cum eodem existimamus ut pro LX et XX, librariorum vitio, LXX et XL irrepererint.

^d *Medium LXXII.* Scribo LXII.

^e *Summum CXX.* De quo Vitruvius loquitur, lib. X, c. 24, cum ait: *Habentem pondus talentum quatuor millium quod fit quadriugenta octoginta millia pondo.*

^f CAP XXVI. *Unde et metiri pedes horar.* Vide Pallad. in fine singulor., mensium.

^g *Qui etiam quibusdam euatus.* Al., *casatus*; al., *caulacus*; al., *causatus*. Cuatum quidem Arabes hanc mensuram vocant. Sed non placet Chacon, qui eua-

A *Oxybaphus* fit, si v drachmæ adduntur ad x.

5. ^h *Acetabulum* quarta pars heminæ est, XII drachmas appendens.

303 ⁱ *Cotula* hemina est habens cyathos sex; quæ idcirco *cotula* vocatur, quia Græco sermone *cote incisio* dicitur, et ^j hemina sextarii in duo æqua inciditur, et cotulam facit.

Hemina autem appendit libram unam, quæ geminata sextarium facit.

6. *Sextarius* duarum librarum est, qui bis assumptus nominatur *bilibris*: assumptus quater, fit Græco nomine *chœnix*; ^k quinquies complicatus *quinarem*, sive *gomor* facit. Adjice sextum, *congium* reddit. **304** ^l Nam congius sex metitur sextariis, a ^m quo, et *sextario* nomen dederunt.

B 7. *Congius* autem a *congiendo*, id est per augmentum crescendo vocatur. Unde postea pecunia beneficii gratia dari cœpta *congiarium* appellatum est. Unusquisque enim sui temporis imperator favorem populi captans adjiciebat, ut largior videretur in donis.

8. ⁿ *Congiarium* autem specialiter mensura est liquidorum, cujus et rem simul et nomen a Romanis impositum invenimus.

9. *Metreta* est mensura liquidorum. Hæc a *mensura* accepit nomen, *μέτρον* enim *mensuram* dicunt Græci, et inde appellata *metreta*: licet et urna, et amphora, et reliqua hujusmodi nomina mensurarum sint, tamen ista hoc nomen a denarii numeri perfectione accepit.

Metrum ad omnem mensuram pertinet, *μέτρον* enim Græce, Latine *mensura* dicitur. Nam et cyathus mensura est, et amphora mensura est, et quidquid plus minusve capit, mensura est. Sed ideo hoc

tum probat, sed ex margine hæc ascita existimat; Rabanus nihil moror.

^h *Acetabulum.*, xv drachmas append. Ita Plinius Isidoriani libri: XII drach. app. Error ex similitudine notarum ψ et η . Rhemn., de cyato:

Bisquinque hunc faciunt drachmæ, si appendere tentes, Oxybaphus fiet, si quinque addantur ad illas.

ⁱ *Cotyla... habens cyathos sex.* Rhemn.;

At cotyle cyathos bis ternos una recepat.

^j *Et hemina sextarii.* Idem.

At cotylas, quas si placet, dixisse licetbit

Heminas, recipit geminas sextarius unus:

Qui quater assumptus fit Graio nomine chœnix.

Et Epiphanius. *Cotyla dimidium sextarii est, appellata est Cotyla ab eo quod sextarius in duas partes secetur.*

^k *Quinquies complicatus quinarem, sive gomor facit.* Cum paulo post Gomor dicatur esse modiorum xv, modius vero sextarios XVI, aut secundum Isidorum, hoc capite, xxii contineat, quomodo sibi Isidorus constet non video. Sed absuisse his libris summam manum seimus, et aliena illis infinita prope accessisse, tertio quoque verbo cernimus.

^l *Nam congius sex metitur sextariis.* Sic infr.: *eo quod quinque modis metiatur*, passive dixit et Jurisconsult., cap. 35, § penult., d. de Contrah. empl., et cap. 36 d. locati.

^m *A quo et sextarii nomen ded.* Rhemn.:

A quo sextarii nomen fecisse priores

Crediderim.

ⁿ *Congiarium autem spec.* Ex Epiph., apud quem mendose legitur *apud Hebraeos*.

nomen specialiter sibi assumpsit, quod sit mensura perfecti numeri, id est, denarii.

10. ^a *Modius* dictus ab eo quod sit suo modo perfectus. Est autem mensura librarum XLIV, id est, sextariorum XXII. Cujus numeri causa inde tracta est, eo quod in principio Deus XXII opera fecerit. Nam prima die septem opera fecit, id est, materiam informem, angelos, lucem, cœlos superiores, terram, aquam atque aerem. **305** Secunda die firmamentum solum. Tertia die quatuor : maria, semina, sationes, atque plantaria. Quarta die tria : solem, et lunam, et stellas : quinta die tria : pisces, et reptilia aquarum, et volatilia. Sexta die quatuor : bestias, pecudes, reptilia terræ, et hominem. Et facta sunt omnia XXII genera in diebus sex. Et XXII generationes sunt ab Adam usque ad Jacob, ex cuius semine nascitur omnis gens Israel. Et XXII libri Veteris Testamenti usque ad Esther. Et XXII litterarum sunt elementa, quibus constat divinæ legis doctrina. His igitur exemplis modius XXII sextariorum a Moyse, secundum sacræ legis mensuram effectus est. Et quamvis diversæ gentes huic mensuræ pondus, vel adjiciant ignoranter, vel detrahant, apud Hebræos constitutione divina tali ratione servatur. *Modius* enim a modo dictus. Hinc et modica, id est, moderata. *Modicis* enim *modius* nomen imposuit. Nam *modica* pro parvis abusive, non proprie, dicimus.

11. ^b *Satum* genus est mensuræ juxta morem provincie Palestinæ unum et dimidium modium capiens. ^c Cujus nomen ex Hebræo sermone tractum est. *Satum* enim apud eos nominatur *sumptio*, sive *levatio*, eo quod qui metitur eandem mensuram summat ac levet. Est et aliud *satum* mensura sextariorum XXII capax, quasi modius.

12. *Bathus* vocatur Hebraica lingua ab olaria mola, quæ *bath* apud eos, vel *batha* nominatur, capiens quinquaginta sextarios, quæ mensura una molæ vice proteritur.

13. *Amphora* vocata, quod hinc et inde levetur. Hæc Græce **306** a figura sui dicta dicitur, quod ejus ansæ geminatæ videantur aures imitari. Recipit autem vini, vel aquæ pedem quadratum, frumenti vero modios italicos tres.

Cadus Græca amphora est continens urnas tres.

14. *Urna* mensura est, quam quidam *quartarium* dicunt. Proprie autem urna vas est quod pro condendis defunctorum cineribus adhiberi solet, de quo poeta :

Cœlo tegitur, qui non habet urnam.

15. *Medimna* est mensura quinque modiorum. *Medimna* autem Latina lingua vocatur, id est, *dimidia*,

^a *Modius...* servatur. Omnia ex Epiphano.

^b *Satum genus est mens...* capiens. Ex Hieronymo in Matth. XIII.

^c *Cujus nomen ex Heb., etc.* Hæc et quæ restant usque ad finem cap. ex Epiphano sunt, in quibus si quid vitii est, id nos non præstamus, sed Isidorum satis tectum tanto auctore ducimus.

^d CAP. XXVII. *Ponderis signa...* ut aveterib.

A eo quod quinque modiis metiatur, qui est dimidius numerus a perfecto denario.

16. *Artaba* mensura est apud Ægyptios sextariorum LXXII : compositus numerus, propter LXXII gentes, vel linguas, quæ orbem impleverunt.

17. *Gomor* xv modiorum onus appendit.

Corus xxx modiis impletur. Hic ex Hebraico sermone descendit, qui vocatur *cora* a similitudine *collis*. *Cora* enim Hebraice *colles* appellantur. Coacerati enim modii xxx instar collis videntur, et onus cameli efficiunt.

307 CAPUT XXVII.

De signis.

1. Ponderis ^d signa plerisque ignota sunt, et inde errorem legentibus faciunt. Quapropter formas eorum et characteres, ut a veteribus signata sunt, subjiciamus.

2. Z littera significat *dimidium obolum*.

— Virgula æqualiter jacens, et porrecta simpliciter, significat *obolum*.

= Geminata virgula, *duo oboli* sunt.

T. Latinum significat *obolos tres*.

F Latinum significat *obolos quatuor*.

E Latinum demonstrat *obolos quinque*.

3. Oboli vero sex propterea characterem non habent, quod in una drachma sex veniant, quod est pondus denarii argentei.

H littera significat *siliquas viii*, id est, *tremissem*.

N Latinum significat *nomisma* Græcum, id est, *solidum*.

C IB. Iota adjuncta beta significat *dimidium solidum*.

4. < Virgulæ duæ ex uno angulo a læva in dextram se dividentes significant *drachmam*, quam etiam *holcen* appellant.

N Γ. N Latinum adjunctum gamma Græco significat *semiunciam*.

Γ° Ϛ° Gamma autem Græcæ litteræ o Latinum in fine adjunctum significat *unciam*.

Λ Lambda græcum per medium sui, i Latino adjecto, significat *libram*.

Κ° Kappa Græcum circa finem cornuum adjuncto v Græco significat *cyathum*.

308 K°. Si o Latinum habuerit adjunctum *hemina* demonstrat, quam Græci *cotylen* vocant.

D ΞE. X¹ Græcum si acceperit junctum e Latinum significat *sextarium*.

6. Ϛ° Sio Latinum adjunctum indicat *acetabulum*, quod Græci *oxybaphon* vocant.

̄M Græcum, superposito n Latino, significat *mnam*.

Fannius :

Hæc de mensuris, quarum si signa requiris,

Ex ipsis veterum poteris cognoscere chartis.

Vid. Galen. Dioscorid., Paul.

° *Gammæ autem*. Non displicet nota Neapolitani Codicis.

^f Si o Latinum. Paulus, non o, sed v adjungit.

^a **T** Latinum in fine habens lambda Græcum **A** ^b X^o Græcum in dextro brachio superiori o littera conjuncta, *chaenix* est.

^a *T* Latinum in fine lambda hab. Hujus notæ figura et definitio facit ut uncia notam quæ est in Neapol. Cod. magis probemus.

^b X^o Græc. Seu potius Xv Græcum. Sic enim chaenix notari solet.

LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

DE REBUS RUSTICIS.

CAPUT PRIMUM.

De auctoribus rerum rusticarum.

1. Rerum ^a rusticarum scribendi solertiam apud Græcos primus *Hesiodus Bæotius* humanis studiis contulit; deinde *Democritus*, ^b *Mago* quoque Carthaginensis in xxviii voluminibus studium agriculturæ conscripsit. Apud Romanos autem de agricultura primus *Cato* instituit, quam deinde *Marcus Terentius* expolivit, mox *Virgilius* laude carminum extulit. ^c Nec minus studium habuerunt postmodum *Cornelius Celsus*, et ^d *Julius Atticus*, ^e *Æmilianus*, ^f sive **309** *Columella* insignis orator, qui totum corpus ejusdem disciplinæ complexus est.

2. ^g Primum ad aratrum boves junxisse ferunt quemdam privatum hominem et fulminatam, nomine *Homogirum*. ^h Quidam autem *Osirim* dicunt esse artis hujus inventorem. Quidam *Triptolemun*. ⁱ Et hic quæstio est quomodo prima *Ceres* ferro in Græcia vertere terram instituit; sed ferro qualicumque, non specialiter vomere, aut aratro.

3. Stercorandi agri rationem primus induxit ^j quidam nomine *Stereutius*, in Italia. ^k Cujus ara a Pico dedicata est. Hic plura instrumenta agriculturæ reperit, primusque agros simavit. Eundem quidam *Saturnum* putaverunt, ut majorem illi nobilitatem facerent hoc nomine, quo splendide sonaret, et dignitatem **C** tituli compararet.

310 CAPUT II.

De cultura agrorum.

1. *Cultura* est qua frumenta vel vina magno la-

^a **CAP. I.** *Rerum rusticarum... complexus est.* Hæc fere ex *Columell.*, lib. 1, cap. 1.

^b *Mago quoque Carthaginens.* in xxviii. Ita Varr., lib. 1 de Re rust., cap. 1.

^c *Nec minus studium habuer.* *Columell.*: *Nec minorem laudem meruerunt.*

^d *Julius Atticus.* Qui de vitibus tantum scripsit. De quo *Plin.*, in *India*, lib. xv et xvii.

^e *Æmilianus.* *Palladius Rutilius Taurus Æmilianus*, vir illustris.

^f *Sive Columella.* Disjunctionem pro conjunctione more suo posuit.

^g *Primum ad aratr. b. junxisse fer.* Ex *August.*, xviii de *Civit.*, cap. 6.

^h *Quidam autem Osirim. q. Tript.* E *Serv.*, *Georg.* 1: *Uncique puer monstrator aratri.*

ⁱ *Et hic quæstio est.* Ex eodem ad illud: *Prima Ceres ferr.*

^j *Quidam nomine Stercutius.* Ex *Lact.*, lib. 1, cap. 20. Idem *Stereus*, et *Stercutus* vocatur apud *Aug.*, xviii de *Civit.* cap. 15. *Stereulies* apud *Maerob.* lib. 1 *Saturn.*

^k *Cujus ara a Pico.* *Macrobius*, a *Jano*, *Piei* patre.

bore quærentur, ab *incolendo* vocata. Divitiæ enim antiquorum in iis duobus erant, bene pascere et bene arare. ^l *Cultura* agri, cinis, aratio, intermissio, incensio stipularum, stercoratio, occatio, runcatio.

2. *Cinis* est incendium, ^m per quod ager inutilem humorem exsudat.

Aratio dicta, quia de *ære* prius terræ culturam exercebant, antequam ferri fuisset usus repertus. ⁿ Duplex est autem aratio: vernalis et autumnalis.

Intermissio est qua alternis annis vacuus ager vires recipit.

3. *Stercoratio* est lætaminis aspersio. *Stercus* autem vocatum vel quia *sternitur* in agris, vel quia extergi oporteat quiddam sordium in civitate redundat, sive, quod verius est, a *Sterce*, qui et *Stercutus* dietus. Idem et *finus* est, qui per agros jacitur. ^o Et dietus *finus* quod *fiat mus*, id est, *stercus*, quod vulgo *lætamen* vocatur, eo quod suo nutrimento *læta* faciat germina, reddatque pingua arva et fecunda.

4. *Occatio* est eum rustici, satione facta, bubus dimissis, **311** ^p grandes glebas cædunt, ac ligonibus frangunt; et dicta *occatio*, quasi *obcæcatio*, quod operiat. *Occare* igitur est *operire* terra semina, vites, vel arbores.

5. *Runcatio* est a terra herbas evellere. Nam *rus* terra est.

Sulcus a sole vocatus, quod proscissus *solem* capiat. *Veruactum* dicitur, quasi *vere actum*, id est, *verno aratum*.

Proscissio est aratio prima, cum adhuc durus est ager.

^l **CAP. II.** *Cultura agri, cin., ar., interm. Serv.*, ad *Georg.* initium: *Pingues autem efficit terras cinis, intermissio arandi, incensio stipularum, stercoratio, unde etiam lætas ait. Nam finus qui per agros jacitur vulgo lætamen vocatur.*

^m *Per quod ager inutilem hum. exsud.* *Virg.*: *Atque exsudat inutilis humor.*

ⁿ *Duplex autem est aratio.* E *Serv.*, ad vers. *Vere novo*, *Georg.* 1.

^o *Et dictus finus, quod f. mus, id est, stereus.* *Mus* terram interpretatus est supra, lib. ii, cap. 3. Sed hæc aliena putabat *Chacon*, et recte; nam et verba *Servii*, quæ retulimus, ab *Isidoro* fideliter descripta credo, et fimi etymologiæ *Rabanus* non meminit, dicitur etiam hodie ab *Italibus* *stereus lætame*.

^p *Grandes glebas.* *Festus*: *Occare et occatorem Verrius putat dictum ab occadendo, quod cædat grandes globos terræ, cum Cicero venustissime dicat ab occæcando fruges satas. Ubi glebas, non globos, est hoc loco legendum, sed priori etymologia usus est Varro, lib. 1 de Re rust., cap. 31: Vineas novellas fodere, aut arare, et postea occare, id est, comminuere, ne sit gleba.* *Gloss.*, *occæc*, βωλοκορεῖ.

6. *Satio* dieta, quasi *seminis actio*, vel quasi *satorum actio*. *Screre* autem vocatum, quia hoc cœlo sereno faciendum est, non per imbres. Hinc est et illud *Virgilianum* : *Nudus ara, sere nudus. Messis a metendo*, id est, *reccidendo*, dicta.

7. *Seges* autem de *semine* dicta, quod *jacimus*, sive a *sectione*.

CAPUT III.

De frumentis.

1. Prima ^a *Ceres* cepit uti frugibus in Græcia, et habere segetes, translatis aliunde seminibus. Hujus meminit Ovidius dicens :

Prima Ceres unco glebam dimovit aratro;

Prima dedit fruges, alimenta que mitia terris.

2. ^b *Frumenta* sunt proprie quæ aristas habent; ^c *Fruges* autem reliqua. *Frumenta* autem, vel *fruges*, a *frumendo*, hoc est, **312** a *vescendo*, dictæ. ^p Nam ^d *frumen* dicitur summa pars gulæ.

3. *Primitiæ* proprie sunt quæ de frugibus præcerpantur.

4. *Triticum*, vel a *tritura* dictum, quod purissimum horreo condatur, vel quia granum ejus commolitur et teritur.

5. *Far* dicitur, eo quod initio *frangeretur*.

^e Apud antiquos enim molarum usus nondum erat, sed frumentum in pila missum frangebant, et hoc erat genus molendi.

6. ^f *Adoreum* tritici genus, ^g quod idem vulgo *semen* dicitur. *Ador* quondam appellatum ab *edendo*, quia primo eo usi sunt homines, sive quia in sacrificio ipsius generis panis ad aras offerebatur. Unde *adorea* sacrificia dicuntur.

7. *Siligo* genus tritici a *seleeto* dictum. Nam in pane species ejus præcipua est.

8. *Trimestre* triticum ideo nuncupatum, quia satum post *tres menses* colligitur; ^h nam ubi propter aquam, aliamve causam, matura satio omissa est, præsidium ab hoc petitur.

^a CAP. III. *Prima Ceres cepit uti frugibus in Græcia.*, Aug., xviii de Civil., cap. 6 : *Regnante autem Argo, suis uti cepit frugibus Græcia, et habere segetes in agricultura delatis aliunde seminibus.*

^b *Frumenta sunt prop. q. arist. hab.* E. Serv., Georg. I, ad vers. *Siliqua quass. legumen.*

^c *Fruges autem reliqua.* At Serv., Æn. I, ad vers. *Frugesque recept.* — *Errant (inquit) qui discernunt frumenta a frugibus.*

^d *Nam frumen dicitur summa pars gulæ.* Servius utrobique.

^e *Apud antiq... molendi.* E. Serv., Æn. II, ad illud : *Et torrere.*

^f *Adoreum tritici genus.* Festus : *Ador farris genus, odor quondam appellatum, ab edendo; vel quod aduratur, ut fiat tostum, unde in sacrificio mola salsa efficitur.*

^g *Quod idem vulgo semen dicitur.* Plinius. de Zea, lib. xviii, cap. 8 : *Est et hæc Italiæ in Campania maximeque semen appellatur.*

^h *Nam ubi propter aquæ, atiamve caus.* E. Columell., lib. II, cap. 6.

ⁱ *Alica Græcum nomen est.* Latinum putat Festus : *Alica (inquit) dicitur, quod alit corpus.* Charisius

6. ⁱ *Alica*, Græcum nomen est.

^j *Alicastrum* simile est *alicæ*, pondere et bonitate præcipuum.

10. **313** *Hordcum* dictum, quod præcæteris generibus frumenti aridum ante fiat, vel quod spica ejus ordines habeat ^k Horum tria genera. Primum *hexaticum* vocatur, eo quod spica ejus *sex* ordines habeat, quod quidam *cantherinum* appellant, quoniam animalia melius quam triticum paseit, et homines salubrius quam malum tritium. Alterum *distichon*, eo quod duos ordines habet hoc plerique *galaticum* vocant. Tertium *trimestre*, quia dum cogit necessitas, verno seminatur, et celeriter colligitur.

11. ^l *Scandula*, a divisione vocata. Duplex enim est, *scanditurque*, id est, *dividitur*.

12. ^m *Centenum* appellatum, eo quod in plerisque locis jactus seminis ejus in incrementum frugis *centesimam* renascatur.

Hinc et *millium* a multitudine fructus vocatum.

13. *Panicium* dictum, quod multis in regionibus ex eo panis vice homines sustententur, quasi *panificium* *Pistum* a *pasto*.

Sesamum, Græcum nomen est.

14. *Farrago* dicta a *farre*. Est enim herba hordeacea adhuc viridis, necdum granis ad maturitatem turgentibus.

15. ⁿ *Spicam* de maturis frugibus abusive dicimus. Nam proprie spica est cum per culmi folliculum, id est, extremum tumorem aristæ, adhuc tenues in modum *spiculi* eminent.

16. ^o *Arista* appellata, quod prius ipsa *aareseat*. ^p *Culmus* est ipse *colamus* spicæ, qui a radicibus nascitur. Et dictus *culmus*, quasi *calamus*.

17. *Folliculus* est theca frumenti, in qua granum servatur interius. **314** ^q Hæc super spicam vallo instructa, munimea, præterdit, ne avium minorum, morsibus spica suis fructibus exuatur, aut vestigiis proteratur.

vero, lib. I : *Alicam sine aspiratione dictam Verrius tradit, et sic multi dixerunt; Lucilius, xv : Nemo est halicarius posterior te, cum aspiratione dixit.* Ergo sub judice lis est.

^j *Alicastrum simile est alicæ.* Columell., ibid. : *Semen trimestre, quod dicitur alicastrum, idque pondere et bonitate est præcipuum.*

^k *Horum tria gener.* Ex eod., cap. 9, nisi quod ad duo genera species omnes hordei retulit.

^l *Scandula.* Al., *scandalia.* F., *scandia.* Sic enim apud nos appellatur.

^m *Centenum.* Quod a Plinio *secale* dicitur l. xviii, c. 16.

ⁿ *Spicam de mat... eminent.* E. Serv., Georg. II, ad illud : *Spicea jam campis.* etc.

^o *Arista appel.* Ex eod., Æn. VII, ad illud : *Cursu lesisset aristas.*

^p *Culmus.* Idem, Georg. I, ad vers. *Culumque lev. stipulasque: Culmus dicitur ipse calamus, stipula vero folia quæ ambiunt culmum.*

^q *Hæc super spicam,* etc. Ambros., lib. Hexam. III, cap. 8 : *Tam super ipsam spicam vallum struitur, ut quasi quadam in arce præterdat, ne avium minorum morsibus spica suis exuatur fructibus, aut vestigiis proteratur.* Expressit autem Ambros. locum Cicer. ex lib. de Senect.

18. ^a *Stipulae* sunt folia, seu vaginae, quibus culmus ambitur, atque fulcitur, ne pondere frugis curvetur, quae ambiunt culmum. Et dicta *stipula*, quasi *usta*, et quasi *ustipula*. *Stipula* dicta ab *usto*; collecta enim messe uritur propter culturam agri. Item *stipula*, vel quia pars ejus uritur, pars interdum pro palea praeditur.

19. *Palea* a quibusdam vocari dicitur, quod *pala* ventilatur, ut frumenta purgentur. Gentiles autem *paleam* a quadam *Pale* frugum inventrice nominaverunt, quam *Cererem* esse volunt. De qua Virgilius. Te quoque, magna Pales, et te memorande, canemus. Item alii a *pabulo* nuncupatam dicunt *paleam*, quod ea primum sola in pascendis animalibus praebatur.

^b Cujus natura ex contrario tantum est frigida, ut obrutas nives fluere non sinat; adeo calida, ut maturescere poma compellat.

CAPUT IV.

De leguminibus.

1. *Legumina* ^c a *legendo* dicta, quasi electa. Veteres enim meliora quaeque legebant, ^d sive quod manu legantur, neque sectionem requirant.

2. Leguminum plurima genera, ex quibus faba, lenticula, pisum, faselus, cicer, lupinus gratiora in usum hominum videntur.

3. *Faba* Graeca etymologia a vescendo vocabulum sumpsit, **315** quasi *faga*, φαγειν enim Graece comedere dicitur. ^e Primum enim homines hoc legumine usi sunt. Hujus species duae, quarum altera communis, altera Aegyptia.

4. *Faba fresa* dicta, eo quod eam homines *frendant*, id est, *frangant*, et molendo comminuant.

5. *Lens* vocata, quod humida et *lenta* est, ^f vel quod adhæret humi.

^a *Stipulae sunt folia.* E Serv. et Ambros., ibid.

^b *Cujus natura ex contrar. tantum est frigid., etc.* Aug., lib. XXI de Civit., cap. 7: *De palea sic frigente, ut fluere nivem non sinat; sic ealente, ut maturescere poma compellat.*

^c **CAP. IV.** *Legumina a legendo... veteres enim meliora quaeque leg. Serv., Georg. I, ad illud: Maxima quaeque manu legeret: Hinc, inquit, quidam volunt dictum legumen.*

^d *Sive quod m. leg. n. s. r.* Ex eod., ad vers. *Siliqua quassante legumen.* Varro. lib. I, de Re rust., cap. 23, de cicero: *Hoc enim quoque legumen, ut caetera quae velluntur e terra, non subsecantur, quae quod ita leguntur, legumina dicta.*

^e *Primum e. homin. hoc leg. usi sunt.* Plin., lib. VIII, cap. 12: *Sequitur natura leguminum, inter quae maximus honor fabae, quippe ex qua tentatus sit etiam panis.*

^f *Vel quod adhæret humi.* Al., *Humida...* Alii lentem, quasi lenem dictam volunt, ex verbis Plinii: *Invenio apud auctores æquanimitatem fieri veseentibus ea.*

^g *Sed faselus et eieer Graec.* Cur cicer Graecum nomen dixerit, quaerendum.

^h *Sed faselus vile genus. Vilemque faselum dixit Virg. Reliqua Serv., ibidem,*

ⁱ *Lupinus, Graecum et ipsum.* Ἀπὸ τῆς λέπης dictus lupinus, eoque etiam videtur respexisse Virgilius.

^j *Quo eam Xerxes rex Pers.* Serv., Georg. I, ad illud: *Tunc te quoque, medea, putres accipiunt sulei:*

6. ^g *Faselus* autem, et *eieer* Graeca nomina sunt, ^h sed faselus vile genus leguminis, quia omne quod abundat vile est, hoc autem semen abundanter invenitur.

7. ⁱ *Lupinus* Graecum et ipsum nomen est. De quo Virgilius: *Tristisque lupini*, quia vultum gustantis amaritudine contristat; unde eos pra amaritudine, nec vermis, nec ullum animal comedit.

8. *Medica, vieia, ervum*, pabulorum optima sunt.

9. *Medica* dicta, quia Medis translata est in Graeciam, tempore ^j quo eam Xerxes rex Persarum invasit.

^k Haec semel seritur, et decem annis permanet, ita ut quater vel sexies possit per annum recidi.

10. ^l *Vieia* dicta, quod *vix* ad triplicem perveniat fructum, **316** cum alia legumina proventum habeant fertilem. Unde et Virgilius: *Aut tenues fetus vieiae.*

11. *Pisa*, quod ea pensabatur aliquid auri minutum. ^m Nam *pis aurum* dicitur.

12. *Ervum* a Graeco trahit vocabulum. Hoc enim illi ἔρβον dicunt, quod dum sit quibusdam pecoribus infestum, ⁿ tauros tamen pingues efficit.

CAPUT V.

De vitibus.

1. *Vitis* plantationem *Noe* primus instituit rudi adhuc saeculo. Apud Graecos autem inventorem *vitis Liberum* appellant. Unde et eum gentiles post mortem deum esse voluerunt.

2. ^o *Vitis* dicta, quod vim habeat citius radicandi. Alii putant *vites* dictas, quod invicem se *vittis* innectant, vicinisque arboribus reptando religantur. ^p Est enim earum natura flexilis, quia, quasi brachiis quibusdam, quidquid comprehenderit stringunt.

3. ^q *Labrusca* est *vitis* agrestis, quae in terrae

haec autem herba a Medis translata est in Graeciam, quo tempore eam invaserunt. Plin., lib. XVIII, cap. 16: *A Medis advecta per bella Persarum, quae Darius intulit.* Sed cur Xerxes pro Dario substituerit Isidorus, id anxie pervestigandum non putavimus.

^k *Haec semel seritur... recidi.* Ex Colum., l. II, c. 11.

^l *Vieia dicta.* Servius, ad verba Virgilii ab Isidoro citata: *Mire TENUES ait. Nam vieia vix ad triplicem pervenit fructum, eum alii leg. p. h. felicissimum et fertilem.* Ex his verbis Isidorus notationem qualemcunque confecit. Sed placet Varronis nobis etymologia, lib. I, cap. 31: *Vieia dicta a vinciendo, quod item capreolos habet, ut vitis, quibuscum sursum vorsum serpit ad seapum lupini, aliumve quem, ut haereat, id solet vincire.*

^m *Nam pisaurum dicitur.* F.: *Nam inde Pisaurum dicitur.* Serv., Aen. VI, ad illud. *Aspice Torq. et referentem* — *Nam Pisaurum (inquit) dicitur quod illic aurum pensatum est.* Sed rejiciebat haec Chacon, ut adulterina.

ⁿ *Taurus tamen pingues eff.* Virg., eclog. 3:

Eheu! quam pinguimacer est mihi taurus in ervo!

^o **CAP. V.** *Vitis d. q. vim habeat citius radicandi.* A vita scilicet, vel VI.

^p *Est enim earum natura flex... string.* Ambros., Hexam. cap. 12, de Vite: *Deinde quia natura flexibilis (sive, ut est in veteri libro, fluxilis) et caduca est, quasi brachiis quibusdam, ita claviculis quidquid comprehenderit, stringit.*

^q *Labrusca... terrae.* E Serv., eclog. 5.

marginibus nascitur. Unde et *labrusea* dicta a *labris* et extremitatibus terræ.

4. ^a *Codex* dictus, quasi *caudeæ*. Sic enim et veteres *clodum* pro *clando* dicebant.

5. **317** *Sarmentum* a *serendo*, quasi *serimentum*.

^b *Malleolus* est novellus palmes innatus prioris anni flagello, cognominatusque ob similitudinem rei: quod in ea parte quæ deciditur ex veteri sarmento prominens, utrinque mallei speciem præbet.

6. ^c *Spadones* sunt surculi fruge carentes, ex ipsa appellatione, quod sint inhabiles fructui, et sterilitate affecti.

7. ^d *Sagittam* rustici vocant novissimam partem surculi, sive quia longius recessit a matre, et quasi pro-silit, seu quia acuminis tenuitate teli speciem præfert.

8. ^e Summitates vitium et fruticum *flagella* nuncupantur, eo quod *flatu agitentur*.

9. ^f *Palmes* vitis materia mollis, qui per novella brachia emissus fructum affert. Nam ideo rustici partem vitis palmitem dicunt. *Palmes* enim derivativum nomen est, quod nomen paragogum dicitur, quod a *palma* derivetur. Palma enim habet nomen ^g prototypum, quod dicitur principale, ab eo quod ex se derivatum faciat.

10. ^h *Pampinus* est folium, cujus subsidio vitis a frigore, vel ardore defenditur, itaque adversus omnem injuriam munitur. Qui ideo alicubi interseisus est, ut et solem ad maturitatem fructus admittat, et umbram faciat. Et dictus *pampinus*, quod de *palmite pendeat*.

11. ⁱ *Capreoli* dicti, quod capiant arbores, sunt enim cincinni, **318** sive uncinoli, quibus se innectere vi-tes et suspendere solent arboribus, quo adminiculo freti palmites^j ventos ac turbines contemnere queant

^a *Codex d. q. caudex*. Serv., Georg. 2: *Quin et caudicibus sectis: CAUDICIBUS posuit pro CODICIBUS, sicut CAULEM pro COLEM, SAURICEM pro SORICE dicimus.*

^b *Malleolus... præbeat*. E Columell., lib. III, cap. 6.

^c *Spadones*. Ex eodem lib., cap. 10.

^d *Sagittam... præfert*. E cap. 17.

^e *Summitates vitium*. Ita Serv., Georg. II, ad *Neve flagella summa pete*. Et Varro, lib. I, cap. 31.

^f *Palmes*, etc. Quod nomen παράγωγον dicitur. Charisius, lib. III: *Sunt quædam verba, quæ παράγωγα appellantur, quæ a primitivi verbi declinatione et mutationem et adjectionem capiunt.*

^g *Prototypum, quod dicitur principale*. Idem, lib. I, cap. de Analogia: *Nomina quædam sunt principalia, quæ Plinius secundus, eodem libro, FACIENDI appellat, ut AQUA; ex quibus possessiva nascuntur, quæ PATIENDI vocat, ut AQUALIS.*

^h *Pampinus est folium*, etc. Ex Ambros., lib. III Hexam., cap. 12.

ⁱ *Capreoli quod capiant arbores*. Varr. lib. I, cap. 51: *Ex altera parte caprea dicta, quod parite capreolum. Is est coliculus vitens, intortus, ut cincinnus; is enim vites ut teneat, serpit ad locum capiendum. Ex quo a capiendocapreolus dictus.* Verius tamen capreolum a nobis propter teneritudinem dictum, ita uti a Græcis μόσχοι, id est, vituli, dicuntur rami novelli.

^j *Ventos ac turbines contemnere*. Ita omnino legendum ex veteribus libb. Respexitque ad Virgilii verba, Georg. II, ejusmodi de re:

Viribus eniti quarum, et contemnere ventos
Assuescant.

A et ^k sine lapsu periculorum fructus suos sustineant ac sese vaga proceritate diffundant.

12. ^l *Corymbi* sunt annuli qui proxima quæque ligant, et comprehendunt, ne longius laxati palmites ventorum flatibus dissipentur.

13. *Uvæ* dictæ, quod intrinsecus humore sunt plenæ, ^m succique et pinguedinis. ⁿ Nam humidum est quod exterius humorem habet, avidum quod interius.

14 *Acina...*

Botrus...

^o *Racemus* est botrionis pars, et botrio Græcum est.

15. ^p *Suburbanæ* uvæ quædam dicuntur, quia fructus earum ad escam velut pomum in urbibus venditur. Commendat enim eas et species et saporis jucunditas, ex quibus sunt præcoquæ, duracinæ, purpureæ, dactyli, Rhodiæ, Lybiæ, cerauniæ, stephanitæ, tripedanitæ, unciariæ, cidonitæ. Durabiles autem per totam hiemem Venuculæ et Numisianæ.

16. ^q *Præcoquæ* vocatæ, quod cito maturescant, et ante omnes sole coquantur. Has ^r *lageos* dicunt, quod currant ad maturitatem velociter, ut lepus.

319 17. Purpureæ, a colore dicuntur.

^s Dactyli, a longitudine.

Rhodiæ, et Lybiæ, a regionibus nuncupatæ sunt.

Cerauniæ vero, quod rubcant, velut ignis.

^t Stephanitæ, a rotunditate.

Unciariæ, a magitudine.

18. Genera autem uvarum quæ vino deserviunt plurima. Ex quibus ^u *aminea* dicta, quasi sine minio id est, sine rubore. Album enim vinum reddit, quæ cum sit unius nominis, non unam speciem reddit. Amineæ duæ geminæ, ab eo dictæ quod duplices uvæ mittant.

^k *Et sine lapsu periculor.* — *Lapsu periculorum* libb. omnes; *pediculorum* quidam reponunt, quod pediculi et fructum et foliorum dicantur. Quibus Plinius repugnat lib. xv, cap. 28: *Dependent (inquit) alia pediculis ut pira, alia racemis ut uvæ, et palma, alia et pediculis, et racemis ut ederæ, sambuci.* Quid si *lapsu periculorum*, dixit Isidorus (ut Catullus casus alios periculor.)? sine lapsus periculo volebat Chacon.

^l *Corymbi sunt annuli*. Item inf., cap. 9. *Corymbis, quos annulos vocamus, nisi forte corynni legendum.* Hesych. : Κορύμνα κόσμος τις γυναικείος περιτραχίλιος. Nam quod masculino genere enuntiavit Isidorus, haud magni referre arbitror.

^m *Succique et pinguedinis*. Al., *succique pinguedine.*

ⁿ *Nam humidum est, quod extrinis*. E. S., ecl. 10.

^o *Racemus est botrionis pars*. Ex eod., Georg. II, ad illud: *Et turpes avibus prædam fert uva racemos.*

^p *Suburbanæ uvæ*. E. Columell., lib. III, cap. 2. Vid. etiam Plin., lib. XIV, cap. 3.

^q *Præcoquæ*. Serv.: *Præciæ, quasi præcoquæ, quod ante alias sole coquantur.*

^r *Lageos*. Serv., ad *Tenuisque lageos: Lageos est quæ Latine leporaria dicitur.*

^s *Dactyli*. *Dactylides*.

^t *Stephanitæ*. Idem: *Et coronatio naturæ lusu stephanites acinos foliis intercurantibus.*

^u *Aminea q. sine minio*. E. Serv., ad illud: *Sunt et Amineæ vit.*, Georg. II, ubi multa Pierius de voce et de vini genere.

^a *Aminea lanata*, quia plus omnibus *lanescit* lanugine.

Rubeliana dicta, quia ejus materia *rubet*.

19. *Fæcinia* minuti acini et duræ cutis uvas habet, nobilitate amineam sequitur, fecunditate præcedit. Quam proinde *fæciniam* vocat, quod plus quam cæteræ *fæcis* afferat.

20. ^c *Apianæ* vinum dulce faciunt, quasi nisi cito legas, pluviiis, et ventis, et maxime *apibus* infestantur, quarum deprædatione *Apianæ* cognominatæ sunt.

320 21. *Balanitæ* a magnitudine nomen sumpserunt, βάλανον enim Græci *glandem* vocant.

22. *Biturica* a regione nomen sortita est, turbines et pluvias, et calores fortissime sustinens, nec in macro terra deficiens, hujus meriti et *basilisca* est.

23. ^d *Argitis* Græcula vitis, generis albi, fertilis. *Visula* materiam et brevem, et latum folium mitens, cujus fructum nisi primo tempore colligas, aut ad terram decidet, aut humore putrescet.

24. ^e *Inertiula* nigra est, quam Græci *amethyston* vocant, boni vini, et lenis, a quo etiam nomen traxit, quod *iners* in tentandis nervis habeatur, quamvis gustui non sit hebes.

25. ^f *Mareotica* a regione *Ægypti Mareotis* dictæ, unde prius venerunt; sunt enim et albæ et nigræ.

26. ^g *Helvolæ*, quas quidam varias appellant, neque purpureæ, 321 neque nigræ; ab *helvo* colore ita dictæ, subalbi tamen musti. *Helvum* enim est nigrum candidumque colore. Nam *helvum*, nec album, nec nigrum est.

27. ^h Tertius locus vitium quæ sola fecunditate commendantur, abundantia copiosa, multumque vini fluens.

28. ⁱ *Vitiseionia* uvas grandes magis quam multas habet; nomen autem inde hoc sumens, quod multum vini fluat.

^j *Syriaca*, vel quia de *Syria* allata, vel quia nigra est.

29. Multa autem genera vitium sunt, quæ tamen mutatione loci et qualitatem et nomen amittunt.

^a *Aminea lanata*. Ita dicitur a Columella et Plinio.

^b *Nobilitate amineam sequitur*. Hæc demomentanis Columella, quas tamen cum *rubellianis* et *fæcenis* ipse et Plin. conjungunt.

^c *Apianæ*, etc. E Columell.

^d *Argitis*... *Visula materiam brevem*. E Columella, e quo *visulam* suum in locum restituiamus, quæ hic nulla erat. Nisi si quis vulgatam lectionem secutus *vastam pro visula* malit legere, ut hæc omnia de argite dicantur; sed accidisse hic credo quod in *inerticula*, quæ statim sequitur, quod cum sive in *Isidoro*, sive apud *Columellam*, vox *materiis* in argite præcederet, in *visula materiam brevem* sequeretur, librarii sequentia verba describerent, quæ de argite interponenda fuerant, cum nomine ipso *visulæ* omitterent. Itaque sic fortasse locus integer legendus: *Argitis Græcula vitis generis albi, fertilis vastis materiis et uvis exuberat. Visulæ brevem materiam et latum folium*, etc.

^e *Inertiula*... *hebes*. Ex Columell., *ibid.*, e quo *amethyston* reposuimus in vitis omnibus libris. Nam vocem *amaracion*, quæ hic vulgo legitur, ex *helvina* ceis uvis, de quibus agit statim *Columella*, huc compulsam, aiebat *Chacon*.

30. Vitibus inter cætera magis ista conveniunt, oblaqueatio, putatio, propaginatio, fossio.

31. ^k *Oblaquare* est circa codicem terram aperire, et velut lacus efficere. Hoc aliqui *exeodicare* appellant.

32. *Putare* est virgam ex vite supervacuum reserare, cujus flagellis luxuriat. *Putare* enim dicitur *purgare*, id est, *amputare*.

33. *TRADUCERE, transducere*. *PROPAGINARE* vero flagellum vitis terræ submersum sternere, et quasi porro pangere. Hic ^l *propagines* 322 a *propagare*, id est, *protendere*, dicuntur.

Fodere vero est foveam facere, quasi *fovere*

CAPUT VI.

De arboribus.

1. *Arborum* nomen, sive herbarum, ab *arvis* inflexum creditur, eo quod terris, fixis radicibus, adherent. Utraque autem ideo sibi pene similia sunt, quia ex uno alterum gignitur. Nam dum sementem in terram jeceris, herba prius oritur, dehinc confota surgit in arborem, et infra parvum tempus, quam herbam videras, arbustum suspicis.

2. *Arbustum* arbor novella, et tenera, in qua insertio fieri potest, et dicta *arbusta*, quasi *arberis hasta*. Alii ^m *arbustum locum*, in quo arbores sunt, volunt accipere, sicut *salictum*. Sic et *virectum*, ubi *virgulæ*, et *virentes*.

3. *Arbor* autem et fructifera, et sterilis; *arbores* autem non nisi fructifera. Genere autem feminino *arbores* dicimus, *poma* vero neutro.

4. *Frutex* brevis est appellatus, quod terram fronde tegat, cujus plurale nomen *fruteta*; arbor alta est.

5. *Silva* vero spissum nemus, et breve. ⁿ *Silva* dicta, quasi *xilva*, quod ibi ligna cædantur. Nam Græci ξύλον *lignum* dicunt. Multa enim Latina nomina Græcam plerumque etymologiam recipiunt.

6. *Nemus* a *numi*uibus nuncupatum, quia pagani ibi idola constituebant. 323 Sunt enim nemora arbores majores, umbrosæ frondibus.

^f *Marcotica*. E Serv., ad vers. *Sunt et Marcotides albæ*, Georg. II.

^g *Helvolæ*. — *Helvenacas* vocat Plinius, nos vulgo *hebcnes*.

^h *Tertius locus... fluens*. Huic tertio loco locus hic nullus est. Itaque expungendum censeo.

ⁱ *Vitiseionia*, etc. *Vitiseionia* nomen ignotum. De *spionia* Columella: *At spionia dapsilis musto et amplitudine magis uvarum quam numero fertilis*.

^j *Syriaca*. Plin.: *Est et nigra aminæa, cui Syriacæ nomen imponunt*.

^k *Oblaquare... appellant*. Ex Pallad., lib. II, cap. I. Video *oblaquare* apud Auctores de Re rust. passim scribi. Sed cur Goth. libror. scriptura displiceat, in quibus omnibus *oblaquare*, si *oblaquare* est *lacus circum facere*?

^l *Propagines a propagare, id est protend.* Serv., *Æn.* IV, ad illud: *Genus alto a sanguine Teucri: — Proderet, modo (inquit) protenderet, id est propagaret*.

^m *CAP. VI. Arbustum locum... salictum*. Verba sunt Servii, *eclog.* 3.

ⁿ *Silva dicta, p. xilva. F., xyla*, dicta autem *silva* ἀπό τῆς ὕλης. s. pro aspiratione succedente.

7. *Lucus* est densitas arborum solo lucem detrahens, tropo antiphrasi, eo quod non luceat, sive a *luce*, quod in eo lucebant funalia, vel cerei, propter nemorum tenebras.

8. *Saltus* est densitas arborum alta, vocata hoc nomine, eo quod exiliat in altum, et in sublime con surgat.

9. ^a *Aviaria* secreta nemora dicta, quod ea *aves* frequentant.

10. ^b *Recidiva* arborum sunt quæ, aliis sectis, repullulant. Alii *recidiva* a cadendo dicunt, quia post casum nascuntur. Alii a *recidendo*, et repullulando dixerunt; ergo *recidivum*, ubi mors, aut casus.

11. ^c *Insitio* dicitur, cum fisso trunco surculus fecundæ arboris sterili inscribitur; aut *oculorum impositio*, cum, inciso cortice, libro alienæ arboris germen immittitur.

12. ^d *Plantæ* sunt de arboribus; *Plantaria* vero quæ ex seminibus nata sunt cum radicibus, et a terra propria transferuntur.

13. *Cespites* frutices sunt, quasi *cuspidites*, vel quasi *circa pedes*.

Frondes, quod ferant virgulta, vel umbras, sunt autem causa umbrarum.

Oculi nodi sunt, ex quibus frondes exsunt.

14. *Radix* appellatur, quod quasi *radiis* quibusdam fixa terris, in profunda dimergitur.

^e Nam physici dicunt parem esse altitudinem radicem et arborum. Alii *radicem* a similitudine *radiorum* dictam putant, vel quia si eradatur, non repullulat.

15. *Truncus* est statura arboris insistens radici.

^f *Corticem* veteres *corucem* vocabant. Dictus autem *cortex*, quod *corio* lignum tegat.

324 16. ^g *Liber* est corticis pars interior, dictus a *liberato* cortice, id est, ablato. Est enim melium quoddam inter lignum et corticem.

17. *Rami* sunt qui de trunco manant, sicut a ramusculis cætera.

Surculi a præcisione *serræ* nuncupati.

18. ^h *Virgulum* est quod de radice pullulat; *ramus* qui de ipso robore arboris; *virga*, quæ de ramis. Proprie autem *virgultum* appellatur, quod ad radicem

^a *Aviaria*. E. Serv., Georg. 2, ad illud: *Rubent aviaria baccis*.

^b *Recidiva*. E duob. Servii locis, Æn. iv, ad... *Recidiva manu*; et Æn. x, ad illud: *Dum Latium Teucris*.

^c *Insitio d. cum fisso trunco... immittitur*. Ex eod., Georg. ii, ad illud: *Arbutus horrida*. Ubi *fisso*, non *in fisso*, ex hoc loco et Manuscript. Servii lib., legendum est.

^d *Plantæ... Plantaria... transfer*. Ex eod., ibid.

^e *Nam physici dicunt*, etc. Ex eod., Æn. iv.

^f *Corticem veteres corucem*. — *Corium* lubenter, legerim ex vestigiis, quantumvis lubricis, Tarræonens. Codicis: *Truncus est statura arboris insistens radice, veteres quorum voce vocabatur*.

^g *Liber*. E Serv., eelog. 10.

^h *Virgultum, quia ex virga*. Al., *quia hæc virga*.

ⁱ *Et ideo in ea hos sustinent illigatos*. Ut in Mercurii caduceo videmus.

arboris nascitur, et quasi inutile ab agricolis amputatur. Et hinc dictum *virgultum*, quia ex *virga* tollitur. *Virga*, vel a *virtute* dicitur, quod vim in se multam habeat, vel a *viriditate*, vel quia pacis indicium est, quod *vim* regat. Unde hac utuntur magi ad placandos inter se serpentes, ⁱ et ideo in ea hos sustinent illigatos. Hac etiam philosophi, et ^j reges, ac magistri, et nuntii, et legati utuntur.

19. ^k *Flagella* dicuntur, ut prædiximus, summæ arborum partes, ab eo quod crebros ventorum sustinent *flatus*.

20. ^l *Cymas* vocatas (dicunt) quasi *comas*.

Folia Græce φύλλα dicuntur, inde est ad nos hoc nomen per derivationem translatum.

21. *Flores* nominati quod cito defluant de arboribus, quasi *fluores*, quod cito solvantur. In his duplex gratia: coloris et odoris. Austro enim flores solvuntur, Zephyro fiunt.

22. *Germen* dicimus surculum prægnantem, a *gerendo*; unde et *germinatio*.

23. *Fructus* nomen accepit ^m a *frumine*, id est eminente gutturis parte, qua vescimur. Inde et *fruges*. Fructus autem proprie dicuntur agrorum, et arborum, quibus utique utimur. In animalibus vero abusive et translative vocamus fructum.

24. *Poma* dicta ab *opimo*, id est, a copiæ ubertate. *Matura* **325** dicuntur, quia apta sunt ad mandendum; sic et *immatura*, quia priusquam matura fiant, dura sunt ad mandendum.

25. *Ligna* dicta, quia incensa convertuntur in *tumen*. ⁿ Unde et *lychnum* dicitur, quod lumen det.

26. *Hastula* a *tollendo* nuncupata, quasi *abstula*. ^o *Fomes* est hastula quæ ab arboribus excutitur recisione, aut hastulæ ambustæ, aut ligna cavata, a fungis nomine accepto, quod ita capiat ignem. De quo Virgilius: *Rapuitque in fomite flammam*.

27. ^p *Torris* lignum adustum, quem vulgus *titionem* appellat, extractum ex foco, semiustum et exstinctum.

28. ^q *Quisquiliæ*, stipulæ immistæ surculis et foliis aridis. Sunt autem purgamenta terrarum.

Caries putredo lignorum; dicta hoc nomine, quod eveniat lignis virtute carentibus.

^j *Reges ac magistri*. Magistri vel puerorum, vel magistratus; sic namque alibi Isidorus usurpat.

^k *Flagella dicuntur*. E Serv., ubi sup., cap. 5.

^l *Cymas... q. comas*. Item inf., cap. 19, *cyma, quasi coma*.

^m *A frumine, i. eminent. g. p.* E Serv., Æn. i, ad vers. *Frugesque receptas*.

ⁿ *Unde et lucinium. F., lychnus, vel ellychnium. Fomes est hastula*. Dicitur a nobis hodie vulgo *astilla*. Sed Festus: *Fomites sunt hastulæ ex arboribus dum cæduntur excussæ. Opilius adustas jam vites vocari existimat fomites*.

^p *Torris lignum adustum*. Hieronym., in Zachar. iii: *Cur quasi torrem quem vulgo titionem vocant, Jesum conaris obrucere, qui de Babylonica captivitate quasi semiustus evasit?*

^q *Quisquiliæ*. Festus: *Quisquiliæ, putant dici, quidquid ex arboribus minutis surculorum cadit, velut quidquid cadit*.

326 CAPUT VII.

De propriis nominibus arborum.

1. *Palma* ^a dicta, quia manus victricis ornatus est, vel quod oppansis est ramis, in modum palmæ hominis. Est enim arbor insigne victoriae, proceroque ac decoro virgulto, diurnisque frondibus vestita, et folia sua sine ulla successione conservans. Hanc Græci *Phœnicem* dicunt, quod diu duret, ^b ex nomine avis illius Arabiæ, quæ multis annis vivere perhibetur. Quæ dum in multis locis nascatur, non in omnibus fructus perficit maturitatem. Frequenter autem in Ægypto et Syria. Fructus autem ejus *dactyli*, a digitorum similitudine nuncupati sunt, quorum etiam et nomina variantur. Nam alii appellantur *palmulæ* similes myrobeleni. Alii *Thebaici*, ^c qui et *Nicolai*. Alii ^d *nucæles*, quos Græci *caryotas* **B** vocant.

2. *Laurus* a verbo *laudis* dicta. Hac enim cum laudibus victorum capita coronabantur. Apud antiquos autem *laudea* nominabatur, postea *l* littera sublata, et subrogata *r*, dicta est *laurus*, ut in *auriculis*, quæ initio *audiculæ* dictæ sunt, et *medidies*, qui nunc *meridies* dicitur. ^e Hanc arborem Græci *δάφνην* vocant, **327** quod nunquam deponat viriditatem, inde illa potius victores coronantur. ^f Sola quoque arbor hæc vulgo fulminari minime creditur.

3. ^g *Malum* a Græcis dictum, quod sit fructus ejus pomorum omnium rotundissimus. Unde et hæc sunt vera mala quæ vehementer rotunda sunt. ^h *Malum Matianum* a loco vocatum unde prius advectum est. Nam multæ arbores nomina ex provinciis et civitatibus de quibus allatæ sunt acceperunt. Virgilius **C** amantibus quid ex malo quæri soleat ostendit.

4. *Mala Cydonia* nomen sumpserunt ex oppido, quod est in insula Creta, de qua dicere solent Græci urbium Cretensium matrem Cydoniam, ex ejus

^a CAP. VII. *Palma dicta, quia man. vict.* Ambros., III Hexam., cap. 13: *Laurus et palma ad insigne victoriae; lauro victorum capiti coronantur, palma manus victricis ornatus est.*

^b *Ex nomine avis illius.* Contra Plinius, lib. XIII, cap. 3. Ex arbore nomen avi inditum putari ait.

^c *Qui et Nicolai.* A Nicolao Peripatetico, ejus consuetudine delectabatur Augustus, sed causam non uno modo referunt Plinius, Plutarchus, Athenæus et Suidas.

^d *Alii nucæles, quos Græci caryotas.* Sic Plin. *Καριώτιδας* vocat Diosc., lib. I, cap. 149.

^e *Hanc arborem δάφνην G. v. q. n. d. viriditatem.* Respexisse quidam putabat ad Hegeſippum, qui lib. III, cap. 5, prope Antiochiam lucum esse ait, qui, quod semper vireat, *Daphne* sit appellatus.

^f *Sola quoque hæc arbor fulm.* Plin., lib. XIV, cap. ultim.: *Fulmine sola non igitur.*

^g *Malum a Græcis dictum.* Sic sup., lib. XII, cap. 1: *Melo, quod sit rotundissimo membro.*

^h *Malum Matianum a loco.* Aliter Plin., lib. XV, cap. 14. Sed idem Plinius Matii quoque oppidi meminit lib. VI, cap. 4.

ⁱ *Cydonitum conficitur.* Vid. Pallad., in Octob.

^j *Fit quoque ex ea vinum.* De quo Diosc., l. V, c. 28.

^k *Melimum.* Plin., lib. XV, cap. 14: *Mustea a celeritate mitescendi, quæ nunc melimela dicuntur a sapore melleo.*

A pomo ⁱ cydonitum conficitur. ^j Fit quoque ex ea et vinum, quo languentium desideria falluntur. Nam specie, et gustu, et odore cujuslibet vini veteris imaginem representat.

5. ^k *Melimum* a dulcedine appellatum, quod fructus ejus *mellis* saporem habeat, vel quod in melle servetur, ^l unde et quidam:

Si tibi Ceeropio saturata Cydonia melle

Ponentur dicas: hæc melimela placent.

6. *Malum Punicum* dicitur, eo quod ex Punica regione sit genus ejus **328** translatum. ^m Idem et *malogranatum* eo ⁿ quod inter corticis rotunditatem granorum contineat multitudinem. Arbor autem malogranata est generis feminini, pomum vero generis neutri. ^o Flores malorum a Græcis appellati sunt *κότινοι*; ^p Latini *caducum* vocant. ^q Agrestium autem malorum flores Græci *βαλάουστιζ* appellaverunt, quorum alii albi, alii purpurei, alii rosei reperiuntur, similes floribus mali Punici. ^r Negant medici mali Punici cibo corpora nostra nutriri; sed eo sic opinantur utendum, ut medicari potius, non alere, videatur.

7. *Malum Persicum* cui brevis admodum vita concessa est, ^s trium generum esse fertur: *Duracinum*, *Armenicum*, et *Persicum*. *Duracinum* nuncupatur, eo quod pomum ejus in gustu *acorem* referat. *Armenicum* dicitur, quod primum genus ab *Armenia* sit advectum. *Persicum* vocatum, ^t quod eam arborem primus in Ægypto severit *Perseus*, a quo se oriundos Ptolemæi ferebant. Hæc in Perside fructum generat interfectorium, apud nos autem jucundum, ac suavem. ^u Horum aliud præcox, aliud vocatur æstivum.

8. ^v *Medica* arbor ejus nomen etiam in cæminibus Mantuanis inclaruit, asportata primum a *Medis*, unde et vocabulum sumpsit. ^x Hanc Græci *κεδρόμηλον*,

^l *Unde et quidam.* Martial., lib. XIII, epig. 24.

^m *Idem et malogranatum.* Plin. XII, cap. 19: *Aliqui granatum appellant.*

ⁿ *Quod intra corticis rotunditatem granorum contineat mult.* Ex Hieronym. Agg., ult.

^o *Flores malorum a Græc. app. κότινοι.* E Dioscorid., lib. I, cap. 153.

^p *Latini caducum.* Aurelian., lib. V, Tard., cap. 2: *Mali Puniei caduco, quod Latini ampullacium vocant.* Sic namque legendum existimo apud Aurelianum a forma ampullæ. Nam idem, lib. IV, cap. 3, ampullacium vocari scribit. Ego utrobique ampullacium cum Chacone malo. Mallem quoque dixisset Isidorus mali Puniei caducum ampullacium a Latinis vocari.

^q *Agrestium autem malorum flores Græci baloustium, etc.* E Dioscorid., cap. 155, *περὶ βαλαουστιζων.* Baloustii meminit Plin. XXVI, cap. 3, et Arnob., lib. VI, Advers. gent.

^r *Negant Medici.* Id uno verbo complexus est Dioscorides *ἀτροφον* dicens.

^s *Trium generum.* Pallad., lib. ult., c. 6: *Genera eorum hæc: Duracina, præcoqua, Perstea, Armenica.*

^t *Quod eam arborem primum in Ægypto, etc.* Vid. Plin., lib. XV, cap. 13.

^u *Horum aliud præcox.* Quod a nobis *atbercoque*, voce non prorsus immutata, dicitur,

^v *Medica, etc.* Verba sunt Solin., cap. de Media.

^x *Hanc Græci κεδρόμηλον.* Ita dicitur a Diosc.,

Latini *citriam* vocant, quod pomum ejus ac folia *cedri* odorem referant. Malum ejus inimicum venenis, et **329** hoc est, quod idem poeta intelligi voluit cum tradat ex illa foveri animam. ^a Hæc arbor omni pene tempore plena est pomis, quæ in ea partim acerba, partim matura, partim adhuc in flore sunt posita, quod in cæteris arboribus rarum est.

9. *Mella*, quam Græci *loton* appellant, ^b quæ vulgo propter formam et colorem *fabæ Syriacæ* dicitur. Arbor est enim magna, fructum ferens comestibilem, majorem pipere, gustu suavem, unde et *mella* vocata est.

10 *Coccimela*, quam Latini ob colorem prunum vocant, alii ^d a multitudine *enixi* fructus *nixam* appellant. Cujus generis *Damascena* melior, a *Damascopido*, unde prius asportata est, dicta; ejus solum pomum stomacho mederi probatur, nam cætera noxia perhibentur. ^e Hæc sola arbor gummi glutinosum, et compactivum distillat, ^f quo et medici et scriptores utuntur.

11. ^g *Elæomeli* nascitur in Palmyra Syriæ civitate, ex eo ita appellata, **330** quod ex trunco oleum defluit in crassitudine melis, saporis suavis.

12. ^h *Epimelis* sorbo similis, mediocris arbor, et flore candidulo, dicta, quod dulcedine sit ejus fructus, et acuto sapore commistus. Hæc arbor ætate durat exigua.

13. ⁱ *Melopus* arbor in Africa Punica lingua vocata, ex qua profluit lentus succus, quia a loco *Ammoniacus* nominatur,

14. ^j *Mespilus* arbor spinosa, fructu similis malorum, sed paulo brevior, unde et appellata, quod *pilulæ* formam habeant ejus poma.

15. ^k *Pyrus* vocata videtur, quod in ignis speciem deformata est, nam hoc genus pomi ab amplo inci-

pit, et in angustum finit, sicut ignis. *Pyrus* autem arbor, fructus ejus *pyrum* est: cujus multæ species, ex quibus ^l *Crustumia* sunt pyra ex parte rubentia, ab oppido *Crustumio* nominata. ^m Poma pyri jumentis imposita, vel si pauca, vehementer onerosa dicuntur esse.

16. ⁿ *Cerasus* a *Ceraso* urbe Ponti vocata. Nam *Lucullus*, cum *Cerasum* civitatem Ponti delesset, hoc genus pomi inde avexit, et a civitate *Cerasum* appellavit. Arbor autem *Cerasus*, pomum *cerasum* dicitur. Hoc etiam et ante *Lucillum* erat in Italia, sed durum, unde et *Cornum* appellatum est. Est autem arbor apta hastilibus, unde et *Virgilius*: *Bona bello cornus*.

331 17. *Ficus* Latine a *fecunditate* vocatur. Feracior enim est arboribus cæteris. Nam ter quaterque per singulos annos generat fructum, atque altero maturorescente, alter oboritur. ^o Hinc et *caricæ* a copia nominatæ. *Ficus* *Ægyptia* fecundior fertur, cujus lignum in aqua missum illico mergitur, et cum in limo aliquandiu jacuerit, deinde in superficiem sustollitur, versa vice naturæ, quando madefactum debuit humoris pondere residere. Antea athletæ *ficus* alebantur, ^p priusquam eos *Pythagoras* exercitator ad carnis usum, qui fortior cibus est, transtulisset. A senibus in cibo sæpius sumptæ *ficus*, rugas eorum feruntur distendere. *Taurus* quoque ferocissimos ad *fici* arborem colligatos repente mansuescere dicunt.

18. *Caprificus* appellata, eo quod parietes quibus innascitur *carpit*. Rumpit enim, et prodit ex lateribus quibus concepta est. Alii putant *caprificum* dictam quod *ficus* arbor ejus remedio fecundetur.

19. *Morus* a Græcis vocata, quam Latini *rubum* appellant, eo quod ^r fructus ejus velut virgulti *ru-*

lib. 1, cap. 167. Quamvis scio suspectam quibusdam hanc vocem, qui *κετριόμηλον* malunt. Illud vero sciendum a *Nicandri* interprete *νεράντζιον* dici, quod a nobis *naranja*.

^a Hæc arbor omni fer... posita. E *Serv.*, *Georg.* II.

^b Quæ vulgo... *fabæ Syriacæ*. E *Serv.* Sed *lotos* a *Plinio* *fabæ Græcæ*, ab *Athenæo* *fabæ Ægyptiacæ* vocatur. De *Mella* nihil comperui.

^c Majorem pipere. Ita *Dioscorides*.

^d Alii a multitudine *enixi* fruct. *nixam*. In margine *Codic. Rom. sancti Petri* hæc addita reperisse se, sed eadem manu aiebat *Chacon*: *Hanc arborem Romani vocant prunum, Hispani nixum, Vandalii, et Gothi, et Sævi, et Celtiberi cerulcam*. Retinent hodie vestigia hujus vocis *Lusitani* et *Galleci*, qui *pruna* omnia, *amexas*, sive *ameixas*, dicunt; et apud *Aurelium*, lib. IV *Tard.*, cap. 8: *Pro decoctione nixarum, aut glycirrhizæ*. *Nixarum* ego legerim; quod autem *myxa* pro *nixa* legendum quidam contendunt, ex *Paulo Ægin.*, lib. VII: *Μύξα δένδρου καρπός ἐστι μικρότερος μὲν τῶν κοκκυρήλων, δυνάμει δὲ παραπλήσιος*. Confirmat, quod de *Galecis* diximus. Nam *m* in locum *n* aut etiam contra in multis vocibus successisse, passim videmus.

^e Hæc arbor solagummi. Ex *Diosc.*, lib. 1, cap. 175.

^f Quo et medici, et scriptores. *Plin.*, lib. XIII, cap. 11: *Utilissimum pictoribus et medicis*, sed nihil mutò.

^g *Elæomeli* suavis. Verba sunt *Diosc.*, lib. I cap. 57. Sed. de oleo, non de arbore. *Plinius*, lib. XVI, cap. 7: *Spontenascitur in Syriæ maritimis, quod elæomeli vocant, manat ex arboribus pingue, crassius*

melle, resina tenuius, sapore dulce. Et lib. XXIII, cap. 4: *Elæomeli, quod in Syria ex ipsis oleis manare diximus*; et arbor fortasse eodem nomine appellata est.

^h *Epimelis*. Genus *mespili*, ut ait *Diosc.*, lib. 1, cap. 171. Vid. *Macrobius*, lib. III, cap. 19.

ⁱ *Melosos*. *Solin.*, cap. 40: *Et arbor est melops (Al., melopos) ex qua profluit lentus humor, quem ammoniacum nominamus*. A *Plinio* *metopium* dicitur; a *Diosc.*, lib. V, cap. 98, *agasyllis*.

^j *Mespila... quod pilulæ*. *Al.*, *pirulæ*.

^k *Pyrus q. in ign. sp. deformata*. Sic *Goth. Cod.*; alii. *formata*.

^l *Crustumia* sunt *pyr... nominata*. E *Serv.*, *Georg.* II.

^m *Poma pyri jument*. Ex *Plin.*, lib. XXIII, cap. 7.

ⁿ *Cerasus... appellatum est*. E *Serv.*, *Georg.* II.

^o *Hinc et caricæ a copia nomen*. Est *Caria ficuum* fertilissima, auctore *Strabone*; sed hæc adjecta credo ab aliquo cui *carica* sarcinam significaret, quod *Hispani* ex ea voce *carga*, *Itali caricæ* fecissent.

^p *Priusquam eos Pythagoras exercit.* Ex *Plin.*, lib. XXII, cap. 7. Sed hoc *Dromio* cuidam tribuit *Pansarias* in *Helia*. posterioribus, cui *Pythagoras Rheginus* fictor statuam fecit, et quidem id a *Laertio* omissum, qui *Pythagoræ pugilis* meminit, valde miror, ut *Plin.* deceptus videri possit.

^q *Taurus quoque ferocissimos*. Ita *Plutarch.*, lib. XI, *συμποσια*. Ad non nisi de *caprifico* refert *Plinius*.

^r *Fructus ejus velut virgulti*. Ex *Cod. Rom.*, sed *arbusi*, quam *virgulti* mallemus.

bent. • Est enim morus silvestris fructus afferens, quibus in deserto pastorum fames ac penuria confovetur. ^b Hujus folia superjacta serpenti feruntur interimere eum.

332 20. *Sycomorus*, sicut et morus Græca nomina sunt. Dicta autem sycomorus, quod sit foliis similis moro. Hanc Latini *celsam* appellant ab altitudine, quia non est brevis, ut morus.

21. *Nux* appellata, quod umbra vel stillicidium foliorum ejus proximis arboribus *noceat*. Hanc alio nomine Latini ^e *Juglandem* vocant, quasi *Jovis glandem*. Fuit enim hæc arbor consecrata Jovi, cujus pomum tantam vim habet, ut missa inter suspectos herbarum vel fungorum cibos, quidquid in eis virulentum est, exsudet, rapiat atque exstinguat.

22. ^d *Nuces* autem generaliter dicuntur omnia tecta corio duriori, ut pineæ, avellanæ, juglandes, castaneæ, amigdalæ. Hinc et *nuclei* dicti, quod sint duro corio tecti. At contra poma, omnia mollia, *mala* dicta, sed cum adjectione terrarum in quibus antea nata sunt, ut Persica, Punica, Matiana, Cydonia, etc.

23. *Amygdala* nomen Græcum est, ^e quæ Latine *nux longa* vocatur. ^f Hanc alii *nuciclam* vocant, quasi minorem nucem. De qua Virgilius: *Cum se nux plurima silvis induct in florem*. Cunctis enim arboribus prior se flore vestit, et ad ferenda poma arbusta sequentia prævenit.

24. ^g *Avellanæ* ab Avellano Campaniæ oppido, ubi abundant, cognominatæ sunt. ^h Hæ a Græcis *Ponticæ* appellantur, eo quod circa *Ponticum* mare abundant.

25. *Castaneam* Latini a Græco appellant vocabulo. Hanc enim Græci *καστανον* vocant, propter ⁱ quod fructus ejus gemini in modum testiculorum intra folliculum reconditi sunt, qui dum eiciuntur, **333** quasi *castrantur*. Hæc arbor, ^j simul ut excisa fuerit, tanquam silvam ex sese expululare consuevit.

26. *Ilex* ab *electo* vocata. Hujus enim arboris frue-

^a *Est enim morus silvestris fructus afferens*. Hieronym., Am. vii, ad illud: *Vellicans sycomoros*, etc. *Nobis autem, quia solitudo in qua morabatur Amos nullam hujuscemodi gignit arborem, magis videtur rubos dicere, qui afferunt mera, ac pastorum famem et penuriam consolantur.*

^b *Hujus folia superjacta scrip.* Verba sunt Ambros., lib. v Hexam., cap. 8.

^c *Juglandem vocant, q. Jovis gland.* E Serv., eclog. 8

^d *Nuces autem generaliter dicunt.* E Serv., eclog. 2.

^e *Quæ Latine nux long.* Serv., ad illud: *Cum se nux plurima: Plurima* (inquit), *id est, longa.*

^f *Hanc alii nuciclam.* Al., *nacellam, nucedam, nuculam.*

^g *Avellanæ, ab Avellano, Camp. opp... cognom.* E Serv., Georg. ii, ad illud: *Plantis et duræ corylli*, etc.

^h *Hæ a Græcis Pontic.* Sic Macrobius, lib. iii, cap. 18. Sed Athenæus, lib. ii: *Castaneam nucem Ponticam vocat.*

ⁱ *Quod fructus ejus gemin.*, etc. Cum Græcam vocem dixisset, tutum putavit in etymologia ludere. Nisi hæc aliena esse mavis. Nam Castoris, id est, fibri meminisse (quod quidam credit) ego minime puto.

Simul ut excisa fuer. t. s. e. s. exp. c. Verba sunt Ambrosii, Hexam. lib. iii, cap. 13.

tum homines primum ad victum sibi elegerunt, unde poeta:

Mortales primi ructabant gutture glandem.

Prius enim quam frumenti usus esset, antiqui homines glande vixerunt.

27. ^k *Suberis* arbor, ex qua validissimus cortex natalorius extrahitur. Et ideo appellata *suberis*, eo quod fructus ejus *sues edunt*; porcorum enim sunt alimenta, non hominum, et dicta *suberis*, ^l quasi *subedies*.

28. *Fagus* et *æsculus* arbores glandiferæ ideo vocatæ creduntur, quod harum fructibus olim homines vixerint, cibumque sumpserint, escamque habuerint. Nam ^m *æsculus* ab *esca* dicta, ⁿ *fagus* vero a Græco vocabulum traxit; φαγειν enim Græce *comedere* dicitur.

29. ^o *Xyliglycon*, quam Latini corrupte *siliquam* vocant, ideo a Græcis tale nomen accepit, eo quod ligni ejus fructus dulcis, ξύλον quippe dicunt *lignum γλυκὸν dulce*. ^p Hujus arboris pomo succus expressus *acatia* a Græcis dicitur.

30. ^q *Pistacia*, quod cortex pomi ejus nardi *pistici* odorem referat.

334 31. *Pinus* arbor picea ab acumine foliorum vocata. ^r *Pinum* enim antiqui *acutum* nominabant. *Pinum* autem aliam *pitin*, aliam ^s Græci *πέυκη* vocant, quam nos *piceam* dicimus, eo quod desudet picem. Nam et specie sibi differunt. In Germaniæ autem insulis hujus arboris lacryma electrum gignit. Gutta enim defluens rigore vel tepore in soliditatem durescit, e gemmam facit de qualitate sua nomen accipiens, id est, *succinum*, eo quo *succus* sit arboris. ^t *Pinus* creditur prodesse cunctis quæ sub ea serantur, sicut *nux* nocere omnibus.

32. *Abies* dicta, quod præ cæteris arboribus longe eat, et in excelsum pronineat. ^u Cujus natura expers est terreni humoris, ac proinde *habilis* atque *levis*

^k *Suberis.* Legitur hæc vox apud Fest. in *Stura*.

^l *Quasi subedies.* F., *suedies*.

^m *Æsculus ab esca.* Serv., ad... *Æsculus imprimis*, Georg. ii: *Æsculus arbor est glandifera, quæ licet ab esu dicta sit, tamen per æ scribitur. Sicut cælatum, licet a cælo cælas habeat derivationem.*

ⁿ *Fagus.* Ex. eod., eclog. 1.

^o *Xyliglycon.* Eadem alii vel ξυλόκερας, vel κεράτιον vocant.

^p *Hujus arboris pomo succ. exp. acatia.* De *acatia* Diosc., lib. i, cap. 124. Sed apud illum arbor est, sive spina potius instar arboris, e cujus siliquis succus exprimitur. Et apud Plinium nihil commune siliquis cum *acatia*. Ergo deesse hic credo aliquid.

^q *Pistacia.* Vid. Dioscorid., lib. i, cap. 178, et Plin., xxv, cap. 22.

^r *Pinum enim antiqui acutum nom.* Idem., sup., lib. x, cap. 1. et lib. xix, cap. 49.

^s *Græci πέυκη.* Ex Ambros., Hexam. iii, cap. 3.

^t *Pinus creditur prodesse cunct.*, etc. Ex Pallad. in Novemb. Vid. Theoph., lib. iii, de Caus. Plaut., cap. 15, cum Plinius contra existimasse videatur lib. xvii, cap. 12.

^u *Cujus natura expers est terreni humoris.* Vitriv., lib. ii, cap. 9: *Abies plurimum habens aeris, et ignis, minimumque humoris, et terrenis levioribus naturæ partibus comparata, non est ponderosa.*

habetur. De qua Virgilius : *Et casus abies visura marinos*, quia ex ea naves fiunt. Iam quidam *Gallicam* vocant propter candorem. Est autem sine nodo.

33. *Cedrus*, quam Græci *κέδρον* vocant : quasi ^a *καίσιμῆνης δρυὸς ὑγρόν*, id est, *arboris humor ardentis*, cujus folia ad cypressi similitudinem respondent. Lignum vero jucundi odoris est, et diu durans, nec a tinea unquam exterminatur. De qua Persius : *Et cedro digna loeutus*. Scilicet propter durabilem perpetuitatem. ^b Unde et in Templis propter diurnitatem ex hoc ligno lacunaria fiunt. ^c Hujus ligni resina *cedrea* dicitur, quæ in conservandis libris adeo est utilis, **335** ut perliti ex ea, nec tineas patiantur, nec tempore consenscant. Nascitur in Creta, Africa, atque Syria.

34. ^d *Cyparissus* Græce dicitur, quod caput ejus a rotunditate in acumen erigitur, unde et *κωνοειδής* vocatur, id est, *alta rotunditas*. Hinc et fructus ejus *conus*, quia rotunditas ejus talis est, ut *conum* imitetur. Unde et coniferæ cyparissi dicuntur. Hujus lignum cedro pene proximam habet virtutem. Templorum quoque trabibus aptum, impenetrabili soliditate nunquam oneri cedit, sed ea qua in principio fuerit firmitate perseverat. ^e Antiqui cypressi ramos prope rogum constituere solebant, ut odorem cadaverum, dum urerentur, opprimerent jucunditate odoris sui.

35. ^f *Juniperus* Græce dicta, sive quod ab amplo in angustam finiat, ut ignis sive quod conceptum diu teneat ignem ; ^g adeo ut si prunæ ex ejus cinere fuerint opertæ, usque ad annum perveniant ; *πύρ* enim apud Græcos *ignis* dicitur. ^h *Jupinerus* autem alia parva, alia magna est.

36. ⁱ *Ebenus* in India et Æthiopia nascitur, quæ cæsa durescit in lapidem. Cujus lignum nigrum est, et cortex levis, ut lauri, sed ^j Indicum maculosum est in parvulis distinctionibus albis ac fulvis. Æthiopicum vero, quod præstantius accipitur, in nullo est **336** maculatum, sed est nigrum, leve et corneum. ^k Est autem Mareotica palus in India, unde *ebenus* venit. ^l *Lucanus* : *Ebenus Mareotica*, inquit. *Ebenus* autem

^a *Quasi καίσιμῆνης δρυὸς ὑγρόν*, etc : E Serv., ad vers. *Procumbunt piceæ*, Æn. vi, ex quo hæc cedriæ melius aptarentur, de qua statim.

^b *Unde in templis propter diut.* Ex Ambros., iii Hexam., cap. 13, et in fin. ps. cxviii.

^c *Hujus ligni resina cedrea.* Vid. Vitruv., lib. ii, cap. 9.

^d *Cyparissus Græc. dicitur, quod cap. ejus.* Serv., Æn. iii, ad vers. *Acriæ quercus* : — *Conus dicitur fructus cupressi, et ipsa κωνοειδής est.* Nam a rotunditate in acumen levatur.

^e *Antiqui cypressi ramos.* Ex cod., Æn. vi, ad vers. *Ferales ante cupressos.*

^f *Juniperus Græc.* — *Janiperus* Latina est vox. Nam Græce *ἄρκευθος* dicitur.

^g *Adeo ut si prunæ ejus*, etc. Ex Hier., epist. ad Fabiolam 126, mansione 16.

^h *Juniperus autem alia parv.*, etc. Ita Diosc., lib. i, cap. 104.

ⁱ *Ebenus in Ind. et Æthiop.* E Serv., ad vers. *Sola India nigrum fert ebenum*, Georg. ii.

^j *Sed Indicum maculos... fulvis* E Dioscorid., lib. i, cap. 130.

A crepundiis illigatur, ut infantem visu nigra non terreat.

37. *Platanus*, a latitudine foliorum dicta, vel quod ipsa arbor patula sit, et ampla. Nam *πλάτος* Græci *latum* vocant. Expressit hujus arboris Scriptura et nomen, et formam, dicens : *Quasi platanus dilatata sum juxta aquam in plateis*. Est autem tenerrimis foliis, ac mollibus, et vitium similis.

38. *Quercus*, sive *quernus* dicta, quod ea solitierant dii gentium quærentibus præcinere ; arbor multum annosa, ^m sicut legitur de quercu Mambre, sub qua habitavit Abraham, quæ fertur usque ad Constantis regis imperium per multa sæcula perdurasse. ⁿ Hujus fructus *galla* appellatur. E quibus una *agrestis* *δμφακίτης* dicta, parva forma, sed firmo corpore, atque nodoso, quæ medicaminibus et in caustis adhibetur. Altera *βέλανος* levis, ac lenis, ac nimium perforata, ^o lucernarum tantum usibus necessaria.

39. *Fraxinus* vocari fertur, quod magis in asperis locis montanisque *fragis* nascatur. Hinc per derivationem *fraxinus*, sicut a *monte montanas*. De quo Ovidius : *Et fraxinus utilis hastis*.

40. ^p *Taxus* venenata arbor unde et toxica venena exprimuntur. Ex hac arcus Parthi et aliæ gentes faciunt. Unde et poeta : *Ityreos taxi torquentur in arcus*, ^q *Ityreos* autem dicit Parthicos.

337 41. *Acer*, coloribus impar.

^r *Robur* autem generaliter dicitur ex omni materia quidquid est firmissimum.

C 42. *Alnus* vocatur, quod *alatur amne*. Proxima enim aquæ nascitur, nec facile extra undas vivit. Hinc et tenera, et mollis, quia in humecto loco nutritur.

43. *Ulmus* nomen accepit, quod uliginosis locis et humidis melius proficit. Nam in montanis et asperis minus lacta est.

44. ^s *Larix*, cui hoc nomen a Castello *Laricino* inditum est, ^t ex qua tabulæ tegulis affixæ flammam repellunt, neque ex se carbonem ambustæ efficiunt.

45. *Populus* dicta, quod ex ejus calce multitudo nascatur. Cujus genus duplex est. Nam altera est

^k *Est autem Mareotica palus in India.* Serv., ad vers. *Mareotid. alb.*, Georg. ii : *Ægyptiæ* (inquit) *Mareotis enim Ægypti pars est* ; et ad *Sola India nigrum fert ebenum* : *Atqui in Ægypto nascitur, sed Indiam, omnem plagam Æthiopiæ accepimus.*

^l *Lucanus.* Lib. x.

^m *Sicut legitur de querc. Mamb.* etc. Hieron., in Loc, Hebraic. *Quercus Abraham, quæ est Mambre, usque ad Constantii (Al., Constantis) regis imperium monstrabatur, et mausoleum ejus in præsentiarum cernitur.*

ⁿ *Hujus fructus galla.* E Dioscorid., lib. i, cap. 127.

^o *Lucernarum tantum usibus necessaria.* Ex Plin., lib. xvi, cap. 7.

^p *Taxus venenata arb.* E Serv., eclog. 9.

^q *Ityreos autem dicit Parthicos.* Verba sunt Servii eo loco.

^r *Robur autem general.* Servius, Æn. xii, ad vers. *In medioque focos* : — *Robur, omne lignum, cum sit, et species.*

^s *Larix cui hoc cognom.* Ex Vitruv., lib. ii, cap. 9.

^t *Ex qua tabulæ tegulis affix.* Ex Pallad., in Novemb., tit. 15.

alba, altera nigra. Alba autem populus dicta, quia folia ejus una parte sunt alba, altera viridia. Hæc igitur bicolor habens quasi noctis et diei notas, quæ tempora ortu solis occasuque constant. ^a Generat etiam resinam circa Eridanum fluvium, vel, ut alii memorant, in finibus Syriae.

46. *Tilium* dicunt vocatam, eo quod utilis sit ad usum *telorum* nitore et levitate jaculandi. Est enim genus materiæ levissimæ.

47. ^b *Salix* dicta, quod celeriter *saliat*, hoc est, velociter crescat, ^c arbor lenta, vitibus habilis vincendi. Cujus seminis hanc dicunt esse naturam, ^d ut si quis illud in poculo hauserit, liberis careat, ^e sed et feminas infecundas efficit.

^f *Populus* autem, et *salix*, et *tilia*, mollis materiæ sunt, et ad sculpturam aptæ.

48. ^g *Vimen* vocatur, eo quod *vim* habeat *multam* viroris. ^h Natura enim **338** ejus talis est, ut etiam si arefacta alluatur, virescat; deinde excisa, atque in humo fixa, radicibus sese ipsa demergat.

49. *Myrica*, quam Latini *tamoricem* vocant, ex amaritudine nominata. Gustus enim ejus nimis amarus est. ⁱ Hæc arbor in solitudine et saxosa humo nascitur, ex qua etiam arbore maleficis artibus $\mu\sigma\theta\rho\alpha$ id est, *odia* concitari dicuntur.

50. *Myrtus* a mari dicta, eo quod magis littorea arbor sit. Unde et Virgilius: *Littora myrtetis lætissima*; et: *Amantes littora myrtos*. Hinc est, quod a Græcis $\mu\upsilon\pi\tau\upsilon\nu$ dicitur. ^j Medicorum autem libri hanc arborem aptam scribunt mulierum necessitatibus plurimis.

51. *Lentiseus*, quod cuspis ipsius lenta sit, et mollis. Nam lentum dicimus quidquid flexibile est, unde et lentum vimen, et vitæ, Virgilius: *Et lentæ vites, pro flexibiles*. ^k Hujus fructus oleum desudat, cortex resinam, quæ *mastix* appellatur, cujus plurima et melior in Chio insula gignitur.

52. ^l *Terebinthus* arbor Græcum nomen, generans resinam omnium resinarum præstantiorem.

53. *Buxus* Græcum est nomen a Latinis ex parte corruptum, $\pi\upsilon\zeta\omicron\varsigma$ enim appellatur apud eos, arbor semper virens, ^m et levitate materiæ elementorum

^a *Generat etiam resinam.* — *Electrum* vocat Dioscorid., lib. 1, cap. 114.

^b *Salix dicta.* E Serv., eclog. 1.

^c *Arbor lent. vit. hab. v.* Ex Ambros., lib. Hexam. III, cap. 13.

^d *Ut si quis illud in poculo hauserit, lib. careat.* Ex Hieron., Isai. v. Vid. Plin., xvi, cap. 26.

^e *Sed et femin. infec. faeit.* Ex Diosc., lib. 1, cap. 437. At Plinius sterilitatis medicamen feminis esse ait.

^f *Populus autem, salix et til.* Ex Vitruv., lib. 11, cap. 9, et Pallad., in Novembri, tit. 15.

^g *Vimen... quod vim habeat.* Imo quasi *vincimen*.

^h *Natura enim ejus talis est... demergat.* Ex Hieron. in ps. cxxxvi.

ⁱ *Hæc arbor... odia concitari.* Ex Hieronym., Is. xvii. Dicuntur autem hæc de silvestri myrica, non de sativa; nam duo sunt genera. Vid. Plin., Theoph., Ambros.

^j *Medicorum autem libri, etc.* E Serv., Georg. 11, ad vers. *Solido. Paph. de robore myrtus.*

^k *apicibus apta.* Unde et Scriptura: *Scribe in buxo*, 54. ⁿ *Rhododendron*, quod corrupta vulgo *Lorandrum* vocatur, quod sit folii *lauri* similibus, flore *ut rosa*. Arbor venenata **339** interficit enim animalia, et medetur serpentium vexationes.

55. *Herbitum* vocaverunt pastores, eo quod vice herbæ præbeatur pecoribus, ubi desunt pascua.

56. ^o *Turbiscus* quod de uno cespite ejus multa virgulta surgant, quasi *turba*.

Stipa vocata propter quod ex eo *stipentur* tecta. Hinc et stipula per diminutionem.

57. *Arundo* dicta, quod cito *areseat*. Hanc veteres *cannam* vocaverunt, *arundinem* vero postea Varro dixit. Sane sciendum, quod Latinum *canna* de lingua Hebræa sumptum est. Apud eos enim calamus *canna* dicitur.

^p *Cicuta* autem est, quod est inter cannarum nodos, ^q dicta, quod lateat.

58. In indicis stagnis nasci arundines calamique dicuntur, ex quorum radicibus expressum suavissimum succum bibunt, unde et Varro ait:

Indica non magnum in arbore crescit arundo.

Illius et lentis primitur radicibus humor.

Dulcia cui nequeant succo concidere mella.

59. ^r *Sambucus* mollis et pervia arbor.

Rhamnus genus est rubi **340** quam vulgo *senticeum ursinam* appellant asperum nimis, et spinosum.

60. ^s *Sentix* dicta a *situ*, quod est terra inculta, in quæ sentices spinæque nascuntur. Majores autem nostri omnem arborem spinosam *vepre* dicebant quod *vi* prendat.

61. *Oleaster* dictus, quod sit foliis olivæ similibus, sed latioribus: arbor inculta, atque silvestris amara atque infructuosa, cui insertus olivæ ramus vim mutat radicis, et vertit eam in propriam qualitatem. ^t *Lacryma oleastri* arboris, duplex est. Alia enim gummi simulat sine ullus qualitatis morsu, alia ammoniaci guttam ex stillatione collectam ac remordentem.

62. *Oliva* Græce $\epsilon\lambda\alpha\iota\omicron\varsigma$ dicitur ex quo in Latinum tractum est ut *oliva* dicatur. ^u *Olea* autem ipsa arbor est fructus *oliva*, succus *oleum*. Est autem arbor pacis insigne, cujus fructus diversis nominibus appellatur.

^k *Hujus fructus... gignitur.* Ex Dioscorid., lib. 1, cap. 90 et 91.

^l *Terebinthus.* Ex eod. cap. sequenti.

^m *Et levitate materiæ Scribe in buxo.* Ex Ambros. I. Hexam. III, c. 3. Locus autem Scripturæ Isai., c. xxx.

ⁿ *Rhododendron.* Diosc., lib. 1v, cap. 8: *Nerium aliqui rododaphnem; alii rhododendron vocant.* Vid. Plin., lib. xvi, cap. 2. A nobis *Adelfa* dicitur.

^c *Turbiscus.* Græci *Thymelca*.

^p *Cicuta autem est... nodos.* E. Serv., eclog. 2.

^q *Dicto quod lateat.* Inf., cap. 9: *Cicuta propter quod in Thyrso geniculato nodos habet occultos, ut canna, sicut dicitur fossa cæca quæ occulta est.*

^r *Sambucus* Goth. libri, *sabucus*.

^s *Sentix dicta a situ.* Lusit verbis Virgillii: *Per loca senta situ.* Æn. vi.

^t *Lacryma oleastri.* Ex Dioscorid.

^u *Olea autem ipsa arb. fruct. oliv., etc.* E. Serv.: *Sed trunco oleæ melius.* Georg. 11.

63. ^a *Orchades*, olivæ Græca etymologia a similitudine testiculorum vocatæ, quos Græci ἔρχαις vocant.

64. *Radiolæ*, pro eo quod oblongæ sunt in modum *radiatorum*.

Paphiæ a *Papho* insula dictæ, unde prius allatæ sunt.

65. ^c *Lycinia*, eo quod optimum dent lumen. Nam λυχνος *lumen* est. Unde et *lychnum* nomen accepit. quia aptum est flammis et luminibus.

66. *Pausia* quam corrupte rustici *pusiam* vocant viridi oleo est suavi apta. ^d Et dieta *pausia*, quod *paviatur*, id est, *tundatur*, unde et *pavimentum*.

311 67. *Syria* dicta pro eo quod de *Syria* est allata, sive quia nigra est.

^e *Crustumia* eadem et *volcmis* dicta, eo quod *volam* complet magnitudine, hoc est, mediam manum, unde et *involare* dicimus. Quidam autem volemum Gallica lingua *bonum* et *magnum* intelligunt.

^f *Colymbades* appellatæ...

68. *Oleum* autem ab *olea* nominatur. Nam, ut diximus ^g *olea* est arbor, unde derivatum fit *oleum*. ^h Sed quod ex albis fuerit olivis expressum vocatur *Hispanum*, a Græcis ὀμφάκιον appellatum. Quod autem ex fulvis et nondum mitibus fuerit expressum, *viride* appellatur. Quod vero ex nimium maturis, *commune* dicitur. Ex iis ad usum vitæ primum est Hispanum secundum viride, tertium commune.

69. ⁱ *Amurca* olei pars aquosa, ab *emergendo* dieta, id est, quod ab oleo se emergat, et fæx ejus sit. Hanc Græci *amorgen* vocant ex Latina lingua trahentes vocabulum.

312 70. *Gumen* Græcum nomen est, hoc enim κόμμι dicunt.

71. *Resina* Græci ῥητινὴν vocant, ῥέον enim Græce dicitur quidquid manat. Est enim lacryma sudore exhalata eignorum, ut cerasi, lentisci, balsami, vel reliquarum arborum, sive virgultorum, quæ sudare produntur, sicut et odorata Orientis ligna, sicut gutta balsami, ac ferularum, vel succinorum, cujus laery-

^a *Orchades*. *Orchades* etiam legi in vetustis Virgillii libris, non ut vulgo, *orchites*, admonuit Pierius.

^b *Radiolæ*. Virg. :

Orchites et radii, et amara *pausia* bacea.

Radiolum vocat Colum., lib. xii, cap. 47, ut distingatur (credo) a radio majore. De quo Cato, cap. 6. *In agro crasso et caldo oleam conditivam, radium majorem salentinam, orchitem.*

Lycinia Liciniæ meminit Plin., lib. xv, cap. 2.

^d *Et dicta pausia*. E Serv.

^e *Crustumia* item, et *volema*. Pyrorum genera hæc sunt propterea inter oleas posita, quod Isidorus (ut diximus) Servii commentariis sine Virgillii carminibus est usus, id illi fraudi sæpefuit. Qui Servii locum inspexerit, id ita esse facile comperiet.

^f *Colymbades appellatæ*. E. Plin., Columell., Athen., laeunam faete expleas.

Olea est arbor unde derivatio est oleum. Verba sunt Servii.

^h *Sed quod est alb. f. o. e. v. Hispanum a Græcis ὀμφάκιον* etc. Plin., lib., xii cap. 7 : *Omphacion ex olea adhuc alba expressa, deterius ex drupa, ita vocatur priusquam cibo matura sit, jum tum colorem mutans; differentia, quod hoc viride est illud candidum. Porro de Hispano Galenus. lib. vi de Simpl. Medi-*

ma durescit in gemmam. j Prima est resina *terebinthina* omnium præstantior. Affertur autem ex Arabia Petraea, atque Judæa, et Syria, Cypro, et Africa, ex insulis quoque Cycladibus. Secunda est *lentiscina*, quæ *mastiæ* vocatur : hæc ex Chio insula deportatur. Tertia *pinalis*. Quarum alia *πεύνη*, alia *πευκλήν*, alia liquida, alia arida, et afferuntur ex Tyrrenia Colophoniam. Unde etiam nomen *Colophoniam* resina sumpsit.

72. *Pix* Græcum nomen est, quam illi *πύσαν* vocant. Alii volunt ex pino *picem* vocari; ^k hæc a Græcis appellatur *clonia* : nos *ramalem* dicere possumus, cujus ^l probabilis splendens, lævis et munda.

73. ^m Creandarum arborum naturaliter tria sunt genera; aut enim sua sponte nascuntur, aut ex seminibus fortuito jaentibus surgunt, aut ex radicibus pullulant. Nam cætera usus invenit, favente natura.

74. ⁿ Omnia poma Latine neutri generis esse dicuntur; arbores autem feminini sunt generis, exceptis pauca, ut *hic oleaster*, *hoc siler*, ut Virgilius : *Molle siler*. Item *hoc buxum*, licet et hæc *buxus* dicatur. Nam superfluum quidam volunt facere discretionem, ut *hæc buxus* de arbore dicamus, *buxum* vero de ligno composito.

313 CAPUT VIII.

De arboribus aromaticis.

1. ^o *Aromata* sunt quæque fragrantis odoris, quæ India, vel Arabia mittit, sive aliæ regiones. Nomen autem *aromata* traxisse videntur, sive quod aris imposita divinis invocacionibus apta videantur, seu quod sese aeri inserere ac miscere probantur. Nam qui est odor, nisi aer contactus?

2. *Thus* arbor Arabiae, immensa atque ramosa, lenissimi corticis, ^p ramis ad aceris qualitatem; amigdalæ modo succum aromaticum fundens album, et masticatione velut in pulverem resolutum, et ^q cum frangitur, intus pingue est, et igni appositum facile ardeseens. ^r Et appellatur apud nos *masculum*, eo quod sit natura rotundum in modum testiculorum. Reliquum planum, et pene scabrosum, minus optimum. ^s cam. : *Si oleum* (inquit) *gustatum stricti quidpiam præferat, frigidum censetur, quale est quod ab Iberia advahitur, quod Spanum, hoc est, Hispanicum, nominant*. Meminit quoque Hispani olei Aurelianus sæpe, ut lib. iii Tard., cap. 2.

ⁱ *Amurca... ab emergendo*. Serv. : *Amurca per e cribitur, et per g pronuntiatur*.

^j *Prima est resina terebinth.*, etc. E Dioscorid., lib. 1, cap. 91, 92, et 95.

^k *Hæc a Græcis appellatur clonia*. Mendose ergo apud Dioscoridem, cap. 95 : *Πύσα ή μὲν ὑγρὰ, ἣν ἔνιοι κῶνον καλοῦσι*, eum legendum sit *κλῶνον*.

^l *Probabilis splendens, lenis et munda*. Dioscorid. : *Ἔστι δε καλλή ή στῆλεουσα, καὶ λεῖτα, καὶ κηραρά.*

^m *Creandarum arborum... natura*. E Serv., Georg. ii, ad vers. *Princip. arboribus*.

ⁿ *Omnia poma... ligno composito*. Ex eodem, *Æn.* ii, ad vers. *Foliis oleaster amaris*. In eo quædam emendanda ex Isid.

^o CAP. VIII. *Aromata sunt quæque f. od. q. India*. — *Quæque*, id est, *quæcunque*.

^p *Ramis ad aceris qualitatem*, etc. E Solin, cap. 46.

^q *Cum frangitur intus pingue*. E. Diosc., lib. i, cap. 82.

^r *Et appellatur apud nos mascul.* Ex Plin., l. xii, c. 14.

^s *Adulteratur autem admist.* E Dioscorid., ibid.

Adulteratur autem admista resina, sive gummi, sed dignoscitur sua proprietate. Nam thus igni impositum ardescit, resina fumescit, gummi vero liquescit ealefactum.

3. ^a Thus autem a *tundendo* dicitur, quia dum gummi guttæ ex arbore cadunt in glebis miscentur; dum vero glebæ in pulverem rediguntur, thus carpitur, et virgulis tunditur, et sic inde manibus tollitur. Hoc et *Libanum* vocatum a monte Arabiæ, ubi Sabæi sunt. Nam mons eorum *Libanus* dicitur, ubi thura colliguntur,

4. ^b *Myrrha* Arabiæ arbor altitudinis quinque cubitorum, ^c similis **314** spinæ quam *ἄκανθεν* dicunt, cujus gutta viridis atque amara, ^d unde et nomen accepit myrrha. ^e Gutta ejus sponte manans pretiosior est, elicit corticis vulnere vilior judicatur. Sarmenta ejus Arabes ignibus sovent, quorum fumus salis noxio, nisi ad odorem storacis occurrant, plerumque insanabiles morbos contrahunt. ^f Myrrha autem Trogloditica ab insula Arabiæ dicta, ubi melior colligitur, et purior.

5. ^g *Storax* arbor Arabiæ, ^h similis malo Cydonio, cujus virgulæ inter Caniculæ ortum eavernatim lacrymam fluunt. Distillatio ejus in terram eadens munda non est, sed eum proprii corticis serobe servatur. Illa autem quæ virgis et calamis inhæserit, munda est, et albida; dehinc fulva fit solis causa, et ipsa storax calamites pinguis, resinosa, odoris juveni, humecta, et veluti mellosum liquorem emittens. *Storax* autem dicta, quod sit gutta arboris profluens, et congelata. Nam Græci *stiriam* guttam dicunt, Græce autem *στέραξ* Latine *storax* dicitur.

6. ⁱ *Bdellium* Indiæ et Arabiæ arbor, cujus lacryma melior Arabica. Est enim lucida, subalbida, levis, pinguis, ^j æqualiter cerea, **315** et quæ facile molliatur, neque ligno, vel terræ commista, amara, odoris boni. Nam ex India sordida est, et nigra, et majori gleba. Adulteratur autem admisto gummi, qui non ita amarificat gustum.

7. ^k *Mastix* arboris lentisci gutta est. Hæc *granomastix* dicta est, quia in modum *granorum* est. Melior autem in Chio insula gignitur, odoris boni, ^l candoris ceræ Punicæ. Unde et splendorem eutis pulchrificat. Adulteratur autem interdum resina, vel thure.

8. ^m *Piperis* arbor nascitur in India, et in latere

A montis Caucasii, quod soli obversum est, foliis ad juniperi similitudinem. Cujus silvas serpentes custodiunt, sed incolæ regionis illius, cum maturæ fuerint, incendunt. Et serpentes igne fugantur, et inde ex flamma nigrum piper efficitur. Nam natura piperis alba est, ⁿ cujus quidem diversus est fructus. Nam quod immaturum est, *piper longum* vocatur; quod incorruptum ab igne, *piper album*; quod vero cute rugosa et horrida fuerit, ex calore ignis trahit et colorem et nomen. Piper si leve est, vetustum; si grave, novellum: vitanda est autem mercatorum fraus. Solent enim vetustissimo piperi humecto argenti spumam aspergere, aut plumbum, ut ponderosum fiat.

9. *Aloa* in India atque Arabia gignitur, arbor odoris suavissimi, ac summi. Denique lignum ipsius, vice thymiamatum altaribus adoletur, ^o unde et nomen traxisse creditur.

10. *Cinnamomum* dietum, quod cortex ejus in modum cannæ sit rotundus, et gracilis. Gignitur autem in Indiæ et Æthiopiæ regionibus, frutice brevi duorum tantum cubitorum, colore subnigro, vel cinereo, tenuissimarum virgarum. Nam ^p quod in crassitudinem **316** extenditur, despectui est; quod vero gracilius provenerit, eximium. Quod eum frangitur, visibile spiramentum emittit ad imaginem nebulae, seu pulveris.

11. *Amonum* vocatum, quod veluti odorem cinnamomi referat. Nascitur in Syria et Armenia: ^q frutex ejus botrosus semen reddens sibi connexum, flore albo veluti violæ, foliis similibus brionia, odore etiam bono, somnos suavificat.

12. ^r *Casia* nascitur in Arabia, virga robusti corticis, et purpureis foliis, ut piperis, Est autem virtutis cinnamomi similis, sed potentia inferior; unde pro cinnamomi vice duplex ejus pondus in medicamentis admiscetur.

13. ^s *Calamus aromaticus* a similitudine calami usualis vocatur. Gignitur in India multis nodis articulatus fulvus, fragrans spiritus suavitate. Qui eum frangitur, in multas fit partes scissilis, simulans gustu casiam eum levi acrimonia remordente.

14. ^t *Balsami* arbor in Judæa intra terminos tantum xx jugerum erat. Posteaquam eandem regionem

^j *Æqualiter cerea*. Id est, undique cerea, Plinius: **D** *Esse autem debet translucidum simile ceræ.*

^k *Mastix*. E Dioscorid., cap. 91.

^l *Candoris ceræ Punicæ*.— *Tyrrhenæ ceræ*, Diosc. Sed hoc fortasse e Plinio, qui ceram Punicam candidissimam fieri dicit.

^m *Piperis... similitudinem*. E Solin., eap. de India.

ⁿ *Cujus quidem diversus est fructus*. Ex eod.

^o *Unde et nomen traxisse creditur*. An quia, cum

Græcis *ἄλω*; sit *area*, *ara* pro *area* in glossis legit sive

Isidorus, sive, quod magis credo, qui hæc illi adjecit.

^p *Nam quod in crass... eximium*. E Solin., eap. 43.

^q *Frutex ejus botrosus sem.* E Diosc., lib. 1, eap. 14.

^r *Casia*. Ex eod., cap. 12.

^s *Calamus aromatic.* E eap. 17.

^t *Balsami arbor*. E Solin., cap. 48.

^a Thus autem sine asp. E Serv., ad vers. *Molles sua thura Sab.* Georg. 11.

^b *Myrrha Arab. arb. alt. q. c.* E Solin.

^c *Similis spinæ quam ἄκανθεν vocant*. Serv., Georg. 11: *Acanthus arbor est in Ægypto semper frondens.* ^g *ἄκανθος dicta, quia spinis plena est.*

^d *Unde et nomen accepit* Nam myrrha e voce Hebræa fluxit, ut item cinnamomum, nardus, crocus; agallochus, sive aloe, auctore Hieronymo.

^e *Gutta ejus sponte man.* E Solin.

^f *Myrrha autem Trogloditica*. E Dioscorid. lib., eap. 180; sed *siu* fortasse legendum pro *insula*.

^g *Storax arbor Arab.* Donatus, in Adolph., sc. 1: *Storax* (inquit) ab odore. Eadem vox legitur apud Solinum. *Styrax* apud Plin. et alios.

^h *Similis malo Cydonio*. E Dioscorid., eap. 80; Plinius 12, cap. 25: *eotoneo malo similem.*

ⁱ *Bdellium*. Vid. Diosc., eap. 81.

Romani potiti sunt etiam latissimis collibus propagata est, stirpe similis viti, **317** ^a foliis similis rutæ, sed albidioribus, semperque manentibus. ^b Arbor autem balsamum, lignum ejus *xylobalsamum* dicitur; fructus, sive semen, *carpobalsamum*; succus ^c *opobalsamum*. Quod ideo cum adjectione significatur, ^d eo quod percussus ferreis unguis cortex ligni per cavernas eximii odoris guttam distillat; *caverna* enim Græco sermone *δπη* dicitur. Cujus guttam adulterant admisto Cyprino oleo, vel melle. Sed sincera probatur a melle, si cum lacte coagulaverit; ab oleo, si instillata aqua, aut admista, facile fuerit resoluta, præterea si laneæ vestes ex ipsa pollutæ non maculantur. Adulteratum quidem, neque lacte coagulat, et ut oleum in aqua supernatat, et vestem maculat. ^e Balsama autem si pura fuerint, tantam vim habent ut, si sol excanduerit, sustineri manu non possint.

CAPUT IX.

De herbis aromaticis, sive communibus.

1. Exstant et quarumdam herbarum nomina, quæ ex aliqua sui causa resonant, habentes nominum explanationem. Non tamen omnium herbarum etymologiam invenies: nam pro locis mutantur etiam nomina.

2. ^f *Folium* dictum, quod sine ulla radice innatans in Indiæ littoribus colligitur. Quod lino perforatum, siccant Indi, atque reponunt. Fertur autem Paradisi esse herba gustu nardum referens.

318 3. ^g *Nardus* herba est spicosa, unde et a Græcis *ναρδοστόχως* appellata, quarum alia Indica, alia Syriaca vocatur, non quod in Syria nascatur, sed quod mons in quo invenitur alio latere Indiam spectat, alio Syriam. Est autem Indica multiformis, sed melior Syriaca, levis, fulva, comosa, spica parva, odoratissima, cyperum simulans. Quod si multum in ore tardaverit, linguam siccatur. *Nardus Celtica* a regione Galliæ nomen traxit. Nascitur enim sæpius in Liguria Alpibus, ^h et in Syria, frutice parvo, radicibus in manipulo collectis ligamentis. Flos ejus tantum propter odorem bonus. Thyrsi ejus atque radiculae utiles probantur usibus nostris.

^a *Foliis similis rutæ s. a. s. q. m.* E Dioscor., c. 18.

^b *Arbor autem balsamum.* E Serv., Georg. II.

^c *Opobalsamum. Quod ideo cum adjectione signif., etc.* Ex Hegeſipp., lib. 4, cap. 17.

^d *Eo quod percussus ferreis unguis.* Ita quidem Dioscor. et Theophrastus. Melius Plinius: *Ferro lædi vitalia odit.* Et Tacit. v Hist.: *Si vim ferri adhibeas, pavent venæ.* Hegeſipp., lib. 1: *Virgultisque innascitur, quæ acutis lapidibus incidunt pueri agricolæ.*

^e *Balsama autem, si pura fuerint.* E Serv., Georg. II, ^h illud: *Quid tibi odorato referam?*

^f CAP. IX. *Folium dictum, etc.* E Dioscorid., lib. 1, cap. 11.

^g *Nardus.* Ex eod., cap. 6.

^h *Et in Syria.*—*Istria* legerim, ex Dioscorid., cap. 7.

ⁱ *Costum.* Ex cap. 15.

^j *Crocum dictum ab oppido.* E Serv., Georg. I, ad vers. *Croceos ut Tmolus odores.*

^k *Optimum autem, etc.* E Dioscorid.

^l *Et cum carpitur manus inficiens.* Dioscorid., *Βάπτων ἐν πιάσει τὰς χεῖρας*, hoc est, *tingens humectatione manus.*

A 4. ⁱ *Costum* radix herbæ est nascentis in India, Arabia, et Syria, sed melius Arabicum; est enim album, et leve, suave, jucundi odoris; Indicum colore atro, et leve, ut ferula; Syriacum vero pondere grave, colore buxco, odore acri, summum tamen album, leve, aridum, gustum incendens.

5. ^j *Crocum* dictum ab oppido Ciliciæ quod vocatur *Coricium*, quanquam et alibi nascatur, sed non tantum, vel tale, quale in Cilicia. Unde et a potiore parte nomen accepit. Nam multæ res nomina sumpserunt a locis ubi plus provenit et melius aliquid. ^k Optimum est autem, quod fuerit recens, odoris boni, albedine parva, porrectæ longitudinis, integrum, et neque in fragmenta comminutum, inspiratione bona, ^l et cum carpitur, manus inficiens, et leviter acre. Quod si ejusmodi non fuerit, aut vultustum, ^m aut infusum agnoscitur. Adulteratur autem admisto crocomagmate. Augendi quoque ponderis causa spuma argenti contrita adjicitur, et proditur, si pulverulentum reperitur, ⁿ atque decoctum ab odore proprio fuerit lapsum.

319 6. ^o *Crocomagma*, expressis aromatibus crocini unguenti, atque informato sedimine in pannuculos fit, et ideo sic appellatur.

7. ^p *Asarum* nascitur in umbrosis montibus, et foliis casia similibus, inter quæ flos juxta radicem purpureus, in quo semen continetur uvarum simile, radicibus pluribus, atque tenuissimis, et bene redolentibus, et est virtute similis nardo.

^r *Phu* nascitur in Ponto, foliis oleastro similibus.

C 8. *Cyperus* a Græcis vocatur, quod habeat virtutem ferventem. ^s Radix ejus est junci trianguli, foliis porri similibus, radicibus nigris, sive contiguis, in similitudinem olivarum odoratissimis, atque acerrimis. Nascitur in paludibus, ^t atque vacuis locis. Traditur etiam alia species cyperi quæ in India nascitur, et appellatur lingua eorum *gingiber*.

9. ^u *Iris* Illyrica a similitudine *Iris* cœlestis nomen accepit. Unde et Latinis *arcumen* dicitur, quod flos ejus coloris varietate eundem arcum cœlestem imitetur. Illyrica autem dicitur, quia in Illyrico pluri-

^m *Aut infusum.* Dioscorid., *βεβρεγμένος*, id est, *ditutum.*

ⁿ *Atque decoctum.* Id est, *defrutum.* Dioscorid.: *Καὶ τὸ τὴν ὕσμιν ἐψηματώδη τυγχάνειν.* Qui *decoctum* hic substituunt, quid decoquere sit non satis vident.

^o *Crocomagma.* Dioscorid., cap. 26, et Plin., lib. XXI, cap. 20.

^p *Asarum.* E Dioscorid., cap. 9.

^q *Foliis casia similibus.* Imo hederæ similibus Dioscor. *Φύλλα ἕχων χισσῶ ἕμοια.* Et Plinius, lib. XII, cap. 13, *hederæ joliiis.* Ergo *χισσῶ* legisse videtur vetus Dioscoridis interpret, quo est usus Isidorus.

^r *Phu.* E Dioscor., cap. 10. Plinius lib. XII, cap. 11.

^s *Radix est junci trianguli.* Hoc cauli tribuit Dioscor.: *Καυλὸν γωνιώδη.*

^t *Atque vacuis locis.* Contra Dioscor.: *Ἐν τόποις ἐργασίμοις*, id est, *cultis*; error ergo interpretis, qui *ἀργαῖς* fortasse legit, aut *ἀργασίμοις.*

^u *Iris Illyrica.* E Dioscor., cap. 1.

ma, et violentissima est : species ejus foliis gladioli similibus, radice aromatica, odoris boni.

10. ^a *Acorum* foliis Iridis similibus, radicibus saporis ^b acerrimi, sed odoris jucundi, propter quod et aromatica est.

^c *Meu...*

^d *Cardamomum...*

350 11. ^o *Squinum*, melius quod in Euphrate nascitur quam quod in Arabia, fulvum, multiflorum, purpureum, tenue odoris rosei, cum manu fricatur, gustu multum incendit linguam, atque mordet. Hujus ^f flos *σχίνυθος* dicitur. ^g *Ανθος* enim Græce *flos* nuncupatur.

12. *Thymum* appellatum, quod flos ejus odorem refert. De quo Virgilius : *Redolentque thymo fragrantia mella.*

13. ^g *Epithymum* Græcum nomen, quod Latine dicitur *flos thymi*. Nam flos Græce *thymum* vocatur. Est autem flos tymbæ similis.

14. ^h *Sampsuchus* est, quem Latini *amaracum* vocant. Cujus nominis usum Virgilius etiam ad Venerem referens ait :

Ubi mollis amaracus illum

Floribus, et dulci aspirans complectitur umbra.

Apta est autem hæc herba unguentis. ⁱ Unde et nomen traxit amaracus a puero cujusdam regis, qui casu lapsus dum ferret unguenta, novum et gratissimum ex confusione odorem creavit.

15. ^j *Hyacinthus* herba est habens florem purpureum. Traxit autem nomen a puero quodam nobili qui in saltibus inter purpureos flores repertus est interfectus, deditque nomen herbæ **351** puerilis funeris casus. ^k Est autem radice et flore bulbi similis, pueros a pubertate retinens.

^e *Acorum*. Ex cap. 2.

^b *Acerrimi saporis, sed odoris jucundi*. Vox saporis deerat in omnibus libris, quam e Dioscor. reposuimus; ille enim : *Δρουμάς τῆ γέύσει, καὶ τῆ ὀσμῆ οὐκ ἀηδές*. Plinius quoque, *Gustu acres, odore non ingratas*.

^c *Meu...* Vid. Dioscorid., cap. 3.

^d *Cardamomum...* Idem, cap. 5, et lib. II, cap. 185.

^o *Schænus melior*. Vid. Dioscorid., cap. 6. Qui primam laudem Nabathæo Schæno, secundam Arabico tribuit, Libycum inutilem esse ait. Cætera conveniunt.

^f *Flos schænantos*. — *Squiuantos*, apud Pallad., in Octob., tit. 14. Apud Aurelianus non semel, mendose, sed ita fortasse tunc et proferebant et scribebant.

^g *Epithymum*. Dioscorid., lib. IV, cap. 179, *ἐπιθυμον θυμον ἔστιν ζῆθος*. Vid. Plin., lib. XXVI, cap. 8.

^h *Sampsuchus*. Ita quoque ab Aureliano et Hesychio; ab aliis *sampsuchum* effertur.

ⁱ *Unde et nomen amaracus*. E Serv., *Æn.* I, *Ubi mollis amaracus illum*.

^j *Hyacinth*. Serv., *eclog.* 3, et Ovid. lib. X.

^k *Est autem radice, et flore bulbi*. Vid. Dioscorid., lib. IV, cap. 63.

^l *Narciss*. Ovid., lib. III.

^m *In candore retinet folior*. — *Florum* potius, nisi *folia florum* intelligas, ut mox de liliis, ex Ambros., *cujus dum candor sit in foliis*. Diosc., *ζῆθος λευκόν*.

ⁿ *Quasi licia*. AL., *quasi liglia*.

^o *Cujus dum candor sit in fol... effulget*. Verba sunt Ambros., *Hexam.* III, cap. 8.

16. ^l *Narcissus* herba fabulose impositum nomen habet, a quodam puero cujus membra in hunc florem transierunt, qui et nomen Narcissi in appellatione custodit, et decus pulchritudinis ^m in candore retinet foliorum.

17. *Rosa* a specie floris nuncupata, quod rutilante colore *rubeat*.

18. *Lilia* lactei, floris herba, unde et nuncupata, ⁿ quasi *licia*, ^o cujus, dum candor sit in foliis, aurum tamen species intus effulget.

19. ^p *Viola* propter vim odoris nomen accepit. ^q Hujus genera sunt tria, *purpureum*, *album*, *melinum*.

20. ^r *Acanthus* herba Ægyptia semper frondens, spinis plena, flexili virgulto.

21. In cujus imitatione arte vestis ornatur, quæ *acanthina* dicitur, et *acanthis* dicta.

22. ^s *Hedera* dicta, quod arboribus reptando *adhæreat*. De qua Virgilius :

Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

Alii hederam **352** aiunt vocatam, quod *hædis* supra lactis abundantiam in eseam a veteribus præbebatur.

23. ^u *Hederæ* frigidae terræ indices sunt secundum physicos. Nam antipharmacum ebrietatis est, si quis potus hederæ coronetur.

24. *Elleborum* memorant in Græcia circa *Elleborum* quemdam fluvium plurimum gigni, atque inde a Græcis appellari. Hoc Romani alio nomine *veratrum* dicunt, pro eo quod sumptum, motam mentem in sanitatem reducit. Duo sunt autem genera, ^v album et nigrum.

25. *Aconit* portus est Bithyniæ, qui proventu malorum graminum usque adeo celebris est, ut noxias herbas *aconita* illinc nominemus. ^y Nam *toxica*

^p *Viola propter vim odoris*. — *Doloris* libri omnes, præter Rom., mendose, ut apparet, Ambros. : *In quibus nescias, speciesne amplius florum, an vis odora delectet*.

^q *Hugus genera sunt tria*. Quatuor retulit Dioscorid. : *λευκόν, μέλιον, κωνοῦν, πορφύρεον*. Tria Plinius : *Purpureæ, luteæ, albæ*.

^r *Acanthus*. Locus conflatus ex tribus Servii locis, *Georg.*, II, *Æn.* I, et *eclog.* 4.

^s *Hedera*, Festus : *Hedera dicta, quod hæreat, sive quod edita petat, vel quia id cui adhæserit edat*.

^t *Quod hædis supra lactis abund.*, etc. Columell., lib. VII, cap. 6, de *Hædis* : *Qui ubi editi sunt eodem modo, quo agni, educantur, nisi quod magis hædor, lascivia comescenda, et arctius cohibenda est; tum super lactis abundantiam samera, vel cythisus, aut hederæ præbenda*.

^u *Hederæ frigidae terræ indices*. E Servio, *Georg.* II : *Hederæ paudent vestigia nigrae*.

^v *Album et nigrum*. Quæ post hæc leguntur in quibusdam Editis absunt ab omnibus Manusc. Sunt vero Ambrosii verba, lib. III *Hexam.*, cap. 9. Quæ propterea hic ascribemus : « Hanc autem periti loquuntur eseam esse et alimoniam coturnicum, eo quod naturali quodam temperamento sui corporis vim pabuli nocentis evitant... » etc., usque ad *salutem*.

^x *Aconit portus est Bithyniæ, qui proventu malorum*. E Solin., cap. 55.

^y *Nam toxica venena ex eo dict*. Plin., lib. XVI, cap. 10 : *Sunt et qui toxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus*.

venena ex eo dicta, quod ex arboribus *taxeis* exprimantur, maxime apud Cantabriam.

26. ^a *Euphorbium* dictum, quod ejus succus oculorum acuat visum. Cujus vis tanta est, ut duris carnis superadjecta citius coqui compellat. Nascitur in multis locis, sed plurima in Mauritania.

27. ^b *Laser* herba nascitur in monte *Oscobagi*, ubi et *Ganges* fluvius oritur, ^c ejus succus dictus primum *laesir*, quoniam manat in modum lactis, deinde usu derivante, *laser* nominatum est. Hoc **353** est, a quibusdam *opium Cyrenaicum* appellatum quoniam et apud *Cyrenas* nascitur.

28. ^d *Aloe* herba amarissimi succi.

^e *Panaee* herba fragrantis odoris, thyrso ferulae similis, ex qua profluit succus, qui *opopanaee* dicitur, crocens et pinguis, odore gravis, et amarissimus.

Galbanum succus est ferulae.

29. *Dycta* est mons *Cretae*, ex quo *dyetammum* herba nomen accepit, propter quam apud *Virgilium* cerva vulnerata saltus peragrat *Dyctaeos*. Tantae enim potentiae est, ut ferrum a corpore expellat, sagittas excutiat; unde et ejus pabulo ferre percussae sagittas a corpore inhaerentes ejiciunt. ^f Hanc quidam *Latinorum poleium Martis* dicunt propter belli tela excutienda.

30. ^g *Mandragora* dicta, quod habeat mala suave olentia in magnitudinem mali *Matiani*. ^h Unde et eam *Latini malum terrae* vocant. ⁱ Hanc poetae *ἀνθρωπόμορφον* appellant, quod habeat radicem formam hominis simulantem. ^j Cujus cortex vino mistus **354** ad bibendum datur iis quorum corpus propter curam secandum est, ut soporati dolorem non sentiant. Hujus species duae: femina, foliis lactucae similibus, ^k mala generans in similitudinem prunorum. Masculus vero, foliis betae similibus.

31. ^l *Papaver* herba somnifera. De qua *Virgilius Lethaeo perfusa papavera somno*. Soporem enim languentibus facit. Ejus alia est usualis, alia agrestis, ex qua fluit ^m succus, quem *opium* appellant.

^a *Euphorbium diet*. Etymologiae, opinor, meminisse *Isidorus* noluit, et hic, ut saepe alias, aliquid a *Braulione*, vel potius a posteris additum. *Plinius* ab *Euphorbo*, *Jubae* regis medico, nomen duxisse putat.

^b *Laser herb. n. in monte Oscobagi*. *Al.*, *Osbagi*. Quis vero hic mons, nos ad conjecturam evadere nunquam quivimus.

^c *Cujus succus dictus primum laesir*. *Solin.*, cap. 46: *Dictum primum lac sirpieum, quoniam manat in modum lacteum; deinde, usu derivante, laser nominatum*. *Columella* vero, lib. 6: *Radix, quam silphion Graeci vocant, vulgus nostra consuetudine laserpitium appellant*. Et diversum fuisse *laserpitium*, a *sirpe* videtur. *Plautus* in *Rudente*:

Teque oro, et quæso, si speras
Tibi hoc anno multum futurum sirpe, et laserpitium.
Vid. Plin., lib. XIX, cap. 3.

^d *Aloe herb. a. s.* *Dioscor.*, lib. III, cap. 23.

^e *Panaees*. *E Dioscor.*, lib. III, cap. 55.

^f *Hanc quidam latinorum pulegium*. *Plin.*, lib. XX, cap. 14.

^g *Mandragora dicta, quod*. Ne hic quidem de veriloquio cogitavit.

^h *Unde et eam Latini malum terrae*. *Diosco-*

A 32. *Colocynthis* cucurbita agrestis, et vehementer amara, quae similiter, ut cucurbita flagella, per terram tendit. ⁿ Dicta autem *colocynthis*, quod sit fructu rotundo, atque foliis, ut cucumis usualis.

33. ^o *Centauream* *Graeci* vocant, quoniam a *Chirone Centauro* fertur reperta. Eadem et *λιμνήσιος*, quia locis humectis nascitur. Eadem et *fel terrae* propter amaritudinem.

34. *Glycyrrhiza* *Graece* ex eo dicta, quod dulcem radicem habeat, *γλυκὺν* enim *dulce* *Graeci* dicunt. Eadem *ἄδιφος*, quia sitientibus sitim sedat.

35. ^p *Dracontea* vocata, quod hasta ejus varia sit in modum colubri, similitudinemque draconis imitetur, vel quod eam herbam *vipera* timeat.

B 36. ^q *Chelidonia* ideo dicitur, vel quod adventu hirundinum **355** videtur erumpere, vel quod pullis hirundinum si oculi auferantur, matres eorum illis ex hac herba mederi dicuntur.

37. ^r *Heliotropium* nomen accepit primo, quod aestivo solstitio floreat, vel quod solis motibus folia circumacta convertat. Unde et a *Latinis solisequia* nuncupatur. Nam et sole oriente flores suos aperit; idem se recludit, cum sol occubuerit. Ipsa est quam *Latini intubum silvaticum* vocant. ^s Haec et *verrucaria*, quod extinguat *verrucae* ex aqua pota, vel in captaplasmate posita abstergat.

38. ^t *Pentaphyllon* a numero foliorum dicta, unde eam *Latini quinque folium* vocant: herba adeo munda, ut purificationi et templis adhiberi a gentilibus solita esset.

C 39. ^u *Hyssopus* herba purgandis pulmonibus apta. Unde et in *Veteri Testamento* per *hyssopi fasciculos* aspergebatur agni sanguine, qui mundari volebat. Nascitur in petris haerens saxo radicibus.

40. ^v *Reubarbarum*, sive *reuponticum*: illud, quod trans *Danubium* in solo barbarico; istud, quod circa *Pontum* colligitur, nominatum est. *Itcu* autem *radix* dicitur. *Reubarbarum* ergo, quasi *radix barbara*. *Reuponticum*, quasi *radix pontica*.

rid.: *Ῥωμαῖός Μάλα κανίνα, οἱ δὲ Μάλα τερρόστρια.*

ⁱ *Hanc poetae anthropomorphon*. Quos imitatus est *Columella*:

Quamvis semihominis vesano gramine feta

Mandragorae pariat flores, moestamque cicutam.

^j *Cujus cortex vino mist*. *E Dioscor.*, l. IV, cap. 76.

D ^k *Mala generans in similitudinem prunorum*. *Dioscor.*: *Μῆλα οἷοις ἐμπερῆ, id est, sorborum.*

^l *Papaver*. *Dioscor.*, lib. IV, cap. 65.

^m *Succus quem opium vocant*. Sic *Plinius*, lib. XX, cap. 18. *Dioscor.*, τὸν ἑπὶν.

ⁿ *Dicta autem colocynthis quod s. f. r.* Neque hic est, quod in etymologia moreris. *Dioscor.*: *Καρπὸς περιφερῆς, ἕμμιος σφαιρὰ μέση, πικρὸς ἰσχυρῶς.*

^o *Centauream*. *E Dioscor.*, III, c. 9, et *Plin.* 25, c. 6.

^p *Dracontea*. Ex eod., lib. II, cap. 196.

^q *Chelidonia*. Ex eod., lib. II, cap. 211.

^r *Heliotrop*. *Vid. Dioscor.*, lib. IV, cap. 193, et *Plin.*, lib. XXII, cap. 21.

^s *Haec et verrucaria*. *Vid. Plin.*

^t *Pentaphyllon*. *E Dioscor.*, lib. IV, cap. 42.

^u *Hyssopus herba purgand. pulm.*, etc. Ex *August.*, III ps. L.

^v *Reubarbarum*. *Vid. Dioscor.*, lib. III, cap. 2.

41. *Hyoseyamos* a Græcis, a Latinis herba calicularis, quod calculi ejus in figuram cantharorum nascantur, ut est mali Punici, ^a quorum ora serata sunt, habentia intrinsecus semina papaveris **356** similia. Hæc herba et insana vocatur, quia ejus usus periculosus est. Denique si bibatur, vel edatur, insaniam facit, vel somni imaginem torpidam. Hanc vulgus *milimindrum* dicit, propter quod alienationem mentis inducis.

42. *Saxifraga* vocata, quod semen ejus petras in vesica frangat, atque conminuat.

Gentiana nomen sumpsit, ut medici memorant, ab inventore, radicibus aristoloehiæ similibus. Nascitur sub Alpibus, atque Galatia Asiæ.

Satureia calida, et prope ignita. Unde illi et nomen inditum credunt, quod pronos facit in Venerem.

43. *Satyrium* dicta a Satyris, propter incendium libidinis, ^b quam vulgus *stingum* vocat, Venerem enim suscitatur. Eadem et *orchis*, quod radix ejus in modum testiculorum sit, quos Græci *ἔρχαι* vocant, Item et *leporina*, propter quod caulem mollem emittat.

44. *Urtica* vocatu, quod tactus ejus corpus adurat. Est enim igneæ omnino naturæ, et tactu perurit unde et pruriginem facit.

45. ^c *Artemisia* herba Dianæ a gentilibus consecrata est, unde et nuncupata, Græce enim *Diana ἀρτεμις* dicitur.

46. ^d *Chamæmelos* Græce dicta, quod mali Martiani odorem habeat, sitque brevis, terræque vicina.

47. *Chamædryas* a Græcis appellatur, quod sit brevis, et per terram stata, et minuta foliis parvisimilis.

48. ^e *Pæon* quidam medicus fuit, a quo *Pæonia* herba perhibetur inventa, ut Homerus dicit. Hanc quidam *glychysiden* vocant, quod duleis saporis sit, vel *pentorobon* a numero granorum, vel, ut alii *dactylosam* a digitorum similitudine. Nascitur in silvis.

49. *Buglossos* a Græcis dicta, eo quod folia asperima ad modum **357** *linguæ bovis* habeat. ^f Quæ mirum in modum ob sapientiam nutriendam vino infundenda a veteribus memoratur. Convivii quoque hilaritatem præbere fertur. Pro olere etiam sumitur.

50. ^g *Arnoglossos*, id est, *agni lingua*, quæ a Romanis *plantago* dicitur, quod planta ejus cito

A adhæreat terræ. Hac multi pro olere vescuntur.

51. ^h *Herpyllus*, quæ apud nos *serpillus* vocatur, pro eo quod radices ejus longe *serpant*. Eadem et *matrisanimula*, propter quod menstrua moveat.

52. ⁱ *Aristolochia* dicitur, quod mulieribus fetis optima sit. Nam supersessa post partum, matricem beneficio vaporis expurgat. Hujus herbæ genera sunt duo: quarum una *aristolochia rotunda* dicitur, propter quod rotundam radicem habeat; altera *aristolochia longa*, quia longam radicem habet, cum ramis et foliis longioribus, quam etiam et *dactylitem* vocant, quod sit radice robore digitali, et longa.

53. ^j *Erigeron* nomen a Græcis dicitur, quod vere primo senescat. Unde et eam Latini *senecionem* vocant. Nascitur per macerias.

54. ^k *Psyllios* dicta, quod semen pulicis simile habeat. Unde eam Latini *herbam pulicarem* vocant.

55. ^l *Hierobotane*, ideo a Græcis hoc nomen accepit, quod ^m remediis ac ligamentis hominum, et purificationibus sacerdotum, **358** ^a gentilibus probaretur apta. Unde et eam pontifices *sagmen* appellabant, quasi *sancimen*, hæc *verbena*, quia pura.

56. ⁿ *Paliurus* herba asperrima, et spinosa.

^o *Struthios*, quam quidam herbam lanariam vocant, eo quod plerique lanam ex ea lavent. Nascitur in locis cultis.

Splenos dicta, quod *splenem* auferat.

57. *Cimicia* propter similitudinem cimicis. Unde et eam Græci *χορλον* vocaverunt. Nascitur in locis asperis atque cultis.

58. *Marrubium*, quod Græci *prassium* dicunt, vocatum propter amaritudinem. Nascitur in campis.

59. ^p *Pulegium* apud Indos pipere pretiosius est. ^q Habet autem vim thermanticam, calefacit, et deducit, extenuat, et purgat, et digerit.

60. ^r *Absinthium* Græcum nomen, cujus probabilius est quod in Ponti regione nascitur, unde et *absinthium Ponticum* nominatur.

61. ^s *Symphyton* Græce dictum, eo quod tantam in radice virtutem habeat, ut frusta carnis aspersa in cacabo coagulet.

62. ^t *Polypodium*, herba cujus radix hirta, atque crinita, ut est *polypus*, ex quo derivatum, ut *polypodion* diceretur. ^u Nascitur in teneris petrarum terris, sive quereubus vicinis.

cap. 2, et Diosc.

^m *Remediisæ legationibus*.—*Ligamentis* libri omnes male. Plin., lib. xxii, cap. 2: *Quoniam non aliunde sagmina in remediis publicis fuerit, et in sacris legationibus verbenæ.*

ⁿ *Paliurus*. E Serv., eclog. 5.

^o *Struthios*. E Dioscorid. et Plin.

^p *Pulegium* apud Ind. p. pretiosius. Verna sunt Hieronym., epist. 83, ad Evagrium.

^q *Habet autem virtutem therm.*, etc. Ex Dioscor., lib. iii, cap. 36. Sed absunt hæc a veteribus lib.

^r *Absinthium*. E Dioscorid.

^s *Symphyton*. Ex eod.

^t *Polypodium*. Ex eod.

^u *Nascitur in teneris petrarum terris*. Id est, in muscosis petris. Si ita licet interpretari verba Diosc.

^a *Quorum ora serata*. Dioscor. Vid. alii.

^b *Quam vulgus stingum*. F., *scind cum*. Vid. Dioscor., lib. iii, cap. 135, et Plin., lib. xxviii, cap. 28.

^c *Artemisia*. Plin., lib. xxv, cap. 7.

^d *Chamæmelos*. Dioscor., iii, cap. 154.

^e *Pæon*. Idem, cap. 157, et Plin., xxv, cap. 4.

^f *Quæ mirum in modum ob sap.*, etc. *Ob lætitiâ*; ita enim reddidit Plinius (ἐδερροσύνη) quæ est apud Dioscor.

^g *Arnoglossos*. Dioscor., ii, cap. 153.

^h *Herpyllus*. Vid. Serv., eclog. 2.

ⁱ *Aristoloch.* Plin., xxv, cap. 8, et Dioscor., iii,

cap. 4 et 5.

^j *Erigeron*. E Diosc., iv, cap. 97.

^k *Psyllios*. Ex Diosc. et Plin.

^l *Hierobotane*. Vid. Plin., xxv, cap. 9, et xxii,

63. ^a *Poliona* Græcis, a Latinis *omnimorbia*, quod multis morbis subveniat. Nascitur in montibus et duris locis.

359 64. ^b *Scammonia*, quam latini *acridium* vocant, herba succi plena, quæ colligitur sub cavata radice. Denique terram rotunda cavitate fodiant; tum suppositis, aut cochleis, aut nucis foliis excipitur succus, atque siccatus aufertur. Venit autem sæpius probabilior ex Mysia Asiæ. Huic contrarius, atque falsus ex Syria, atque Judæa.

65. ^c *Daucus* foliis feniculi similis, thyrso bipalmis. *Citocatia* dicta, quod ventrem cito depurget, quam vulgus corrupte *citocatiam* vocat.

66. ^d *Lappa* dicta, quod habeat caulem ingentem per terram disposita. Hæc herba a Græcis φιλάνθρωπος vocatur, quod vestibus hominum inhæreat ob asperitatem sui. Nascitur juxta muros.

67. *Capillus Veneris* vocatus, sive quod delapsos post alopeciam capillos recreat, vel quod capillorum fluores coerct, vel quod sit virgulis nigris lenibus cum splendore, quasi capilli. Nascitur in aquosis locis.

68. ^e *Rubia* dicta, quod radix ejus sit *rubra*, unde et colorare lanas prohibetur.

360 69. ^f *Anehusa*, cujus radix contrita digitos inficit. Est enim colore sanguineo, unde etiam pictoribus ad purpuram effingendam usui est.

70. *Chamæleon*, quæ Latine *Viscarago* vocatur, eo quod *viscum* gignat, in quo hærent aves, quæ propria voluntate descendunt ad escam.

71. *Cicuta* propter quod in thyrso geniculato nodos habeat occultos, ut canna; sic dicitur *fossa cæca*, quæ occulta est. Hæc potui data interficit. Hanc in carcere Socrates bibit, et expiravit. Persius :

Dicere, sorbitio tollit quem dira cicuta.

Φύεται ἐν πέτραις βρύα ἐχούσαις. Sed malim ego cum Chacone legere : *Nascitur in teneris petrar., sive in terris quereub. vicinis.*

^a *Polion.* E Dioscor. Multa hic in Editis, quæ absunt a Manuser. Gothicis.

^b *Scammonia.* Ex eod.

^c *Daucus f. f. s. thyrso bipalmis.* Dioscor., lib. III, cap. 76, τὸ δὲ μέγιστον σπιθαμῆς. Quod autem σπιθαμῶν *bipalmen* verterit vetus ejus interpres, mirari desinet, qui idem fecisse Plinium animadverterit, lib. XXVII, cap. 4. Nam quod Dioscorides de agerato dixit : Θάμνος ἐστὶ φρυγανώδης, σπιθαμώδης, ipse reddidit : *Ageraton ferulacea est duorum palmorum altitudine.* Scio eandem Plinium σπιθαμῆν varie interpretari, aliquando *palmum*, ut lib. XII, cap. 49, et lib. XXII, cap. 21, et lib. XXVI, cap. 7 et 8, ex Dioscorid. et Theophrasto; nonnunquam etiam *semipedem*, ut lib. XXXIV, cap. 4, ex Theophrasto, lib. de Hist. Plant. II, cap. 8, et lib. XX, cap. 8, et lib. XXVII, cap. ultim. Interdum vero *cubitum*, ut lib. XXII, cap. 8, et lib. XXVI, cap. 8, de hyperico oleracco frutice, tenui, cubitali. Aliis autem locis recte verit *duodecim digitos*, ut lib. VIII, cap. 21. Nisi forte hi omnes loci corrupti apud Plinium, notis haud multum distantibus, et pro *bipalmen* TRIPALMEM, pro IV digitos XII DIGITOS, pro *tenui cubitali* SEMICUBITALI, et pro *semipede* SEMICUBITUM, apud illum legas.

^d *Lappa dicta quod habeat caulem ingentem.* An

Hæc dum hominibus venenum sit, capellas efficit pingues.

72. ^e *Trifolium* est, quod Græci τριφυλλον vocant, quod sit *foliis trinis* per singulas adnationes.

73. *Phlomos*, quam Latini *herbam lacernarem* vocant, ab eo quod ad lychnia proficiat. Eadem et *lucubros*, quod lucem præbeat umbris.

74. *Pyretron*, Græce dicta, quod habeat radicem incendiosam, atque coacervantem.

75. ^h *Althea*, malva agrestis, sive malvæ viscus, sed *althea*, quod in *altum* surgit, et viscus, quia glutinosa est.

76. ⁱ *Oryganum*, quod Latine *colena* interpretatur, propter quod infusum coloret vinum,

461 77. ^j *Tithymallum* vocabulum sumpsit quod foliorum comam ad radium solis circumacta convertat. Nam Græci *solem* τιτῆνα vocant, μάλλον *comam*, ex quo confectum est, ut *Tithymallum* diceretur. Hujus species septem diversis locis nascentes.

78. ^k *Strychnos*, quæ Latine *herba salutaris* vocatur, propter quod dolorem capitis et stomachi incendium mitigat. Eadem et *uva lupina* propter semen ejus uvæ simile.

79. ^l *Polygonus*, quam Latini *herbam sanguinariam* vocant, quod missa in naribus sanguinem moveat.

80. *Ambrosia*, quam Latini *Apium sylvaticum* vocant. De qua Virgilius :

Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem Spiravere....

Apiago, quod flores ejus apes maxime appetunt

Portulaca....

81. ^m *Ros marinus*, quam Latini ab effectu *herbam salutarem* vocant, cujus folia feniculi sunt similia, atque aspera, et rotatim terræ prostrata.

ἀπὸ τοῦ λαπτίζειν, quod est, insolenter se gerere? Vid. Plin., lib. XXVII, cap. 5,

^e *Rubia.* ἐρυθροδάκτυλον. Diosc., lib. III, cap. 460.

^f *Anehusa.* Idem. lib. IV, cap. 25.

Trifolium per singulas adnationes.—*Adnata* vocat Plinius. lib. XXVIII, cap. 41. Quas Dioscorid. παραφύδαξ Al., *adnotationes.*

^h *Althea.* Dioscorid., lib. III, cap. 463 : Ἄλθατα, ἔνιοι δὲ ἕτερον καλοῦσι, μαλάχης ἐστὶν ἀγίας εἶδος. Pallad., in Octob., tit. 14 : *Althæ, hoc est, hibisci folia.* Dicitur hodie a nostris *malvavisco.*

Origanum quod Latine colina. Al. *colerina*; al., *colena*, fortasse *conyla* (quæ, auctore Dioscoride, origani sylvestris est species) scribendum fuit; sed neque vox est Latina, neque etymologia colorandi convenit, sed mendis et additamentis scatent omnia.

^j *Tithymalum.* Hoc quartum genus tithymali apud Plin., lib. XXVI, cap. 8. Quod *helioscopon* appellari ait. Etymologiam aptavit helioscopi significationi suo more Isidorus.

^k *Strychnos quæ Latine herba salutaris.* Plin., lib. XXII, cap. 13 : *Et nihil esse corporis malorum, cui non salutare sit strychnos, Zenoerates prædicat.* Vid. Diosc., lib. IV, cap. 69.

^l *Polygonus.* Diosc., lib. IV, cap. 4. Plin., XXVI, cap. ult. : *Polygonus pota mensis ciet.* Alii vero sanguinem sistere tradidere.

^m *Ros marinus.* E Dioscorid., lib. III, cap. 87. Sed quod aspera dixit folia τρυχότερα legisse videtur interpres, non παχύτερα, ut vulgo legitur.

Colocasia.....

82. *Mentha agrestis*, ^a quam Græci *καλαμιθην*, nostri vulgo *nepetam*, vocaverunt, majoris virtutis, et vehemens in calore.

362 83. ^b *Genicularis* herba substernitur ob scorpionum vim repellendam.

Gladiolus, quod sit foliis gladii similibus, thyrsocubitali, floribus purpureis.

84. *Verbascum*.....

^c *Agaricum* radix vitis albæ.

Calomites.....

Lappa.....

Lapago.....

Lapella.....

Beneola.....

Orcibeta.....

Mirobalanum...

85. ^d *Asphodelus*, quam Latini a colore *Albutium* vocant.

^e *Scylla*. quod nocens sit, ^f de qua superstitione gentilium dicit, quod si integra ad limen suspendatur, omnia mala fugat.

86. *Chamæpitys* a Græcis dicta, quod terræ adhæreat, et odorem pini habeat. Hanc Latini *cucurbitularem* vocant, quod ex parte odorem *cucurbitæ* referat.

87. ^g *Staphysagria* nascitur in locis amœnis.

^h *Asplenos* dicta, quod *splenem* auferat, sive *scolopendrios*, eo quod folia ipsius *scolopendro* animalium sunt similia. ⁱ Nascitur in humidis petris.

88. ^j *Volvus* appellatus, quod radix ejus volubilis sit, et rotunda.

363 ^k *Stechas* in insulis *Stechadibus* nascitur, unde et nuncupatur.

89. *Cyclaminus* Græce dicta a quodam, qui *Κύκλος* vocatus est, qui primus virtutem hujus herbæ invenit, sive quod habeat radicem rotundam. Græci enim *κύκλον rotundum* vocant. ^l Cujus radix, aut succus, si vino fuerit admistus, ebrios facit. Nascitur in silvosis locis, et agris.

^a *Quam Græci calamintham*. Vid. Dioscorid., lib. III, cap. 42 et 43.

^b *Genicularis h. s. ob scorpion*. Id mentastro tribuit Plin., lib. XX, cap. 14, iisdem verbis, neque de polygonato (quod seiam) quisquam id prodidit. Ac neque Isidorus quidem, nisi valde fallor.

^c *Agaricum radix*. Ita quidem Galenus atque alii existimavere, sed compertum est trunci adnasci **D** fungi instar. Hic vasta laeuna in Gothiis.

^d *Asphodelos albucum*. Al., *albutium*. Gloss., *albutium*. Dioscorid. : *λευκόν ασφόδελον τέμνεσθαι κατὰ τὴν ἰσημερίαν ἐν ἔαρι χερῆ*.

^e *Scylla quod nocens sit*. Est namque *σκάλλειν vexare*, quo respexit fortasse Virgilius, eum de Scylla dixit eelog. 6 : *Dulichias vexasse ratas*.

^f *De qua superstitione gentilium*. Ex Dioscor., lib. II, et Plin., XXI, cap. 17.

^g *Staphysagria... in locis amœnis*. Hæc tantum verba leguntur in Gothiis Cod. Quæ præterea leguntur, in Editis addita sunt ab aliquo Æseulapii filio, ex Dioscorid., Avicenna, et Averroë.

^h *Asplenos*. Vid. Dioscorid., III, cap. 151, et Plin., XXVII, cap. 5.

ⁱ *Nascitur in humidis petris*. Quæ post hæc legun-

A 90. ^m *Ampelos leuce*, sive *byronia*, quam Latini *vitem albam* vocant, vel a qualitate coloris, vel quod ejus radix contrita, et corpori infricata teneriorem et candidiorem cutem reddat. Nam et succus baccarum ejus lae uberibus siccis reddit.

91. ⁿ *Ampelos melæna*, id est, *vitis nigra*, eademque *labrusca*, habens folia hederæ similia, in omnibus major quam vitis alba, bæccas similiter habens, quæ in maturitate nigrescunt, unde et vocabulum sumpsit.

92. *Viticella* herba a Latinis appellata, quod sicut *vitis* quidquid proximum habuerit, apprehendat eorymbis, quos annulos appellamus.

93. ^o *Buphthalmos* florem habet eroceum oculo similem. Unde a Græcis nomen accepit. Est autem **B** caule molle, ^p foliis coriandri similibus. Nascitur juxta muros civitatum.

94. ^q *Phlomos*, quam Latini *verbascum* vocant, quarum altera est masculus, albidioribus foliis, atque angustioribus : altera femina foliis latioribus, atque nigris.

95. ^r *Ferula* vocata a medulla. Nam illam Varro tradit esse ferulæ medullam, quam *ἀπόδερον* Græci vocant. Nonnulli a *feriendo* **364** ferulam dicunt. Hæc enim pueri et puellæ vapulare solent : ^s hujus succus galbanum est.

96. ^t *Papyrus* dictus, quod igni et cereis est aptum, *πῦρ* enim Græci *ignem* dicunt.

Juncus dicitur, eo quod *junctis* radicibus hæreat.

C 97. ^u *Scirpus*, a quo tegetes texuntur sine nodo, de quo Ennius :

Quærent in scirpo soliti quod dicere nodum. Et in proverbio : *Qui ininicus est, etiam in scirpo nodum quærit*.

98. ^v *Fucus* genus herbæ est, de qua tingitur vestis : ^x dicta quia mentitur alienum colorem ; unde et Virgilius : *Disceat mentiri lana colores*.

tur in Editis non sunt in Manuse. ; addita tamen sunt e Diosc. et Plin.

^j *Volvus*. Apta scripturæ etymologia. Plinius et alii *bulvum*, Græci *βόβλον* dicunt.

^k *Stechas*. Ex Dioscorid., III, cap. 34.

^l *Cujus radix, aut succus si vino*, etc. E Dioscorid., II, cap. 194 ; Plin., XXV, cap. 9 : *Narrant ebrietatem representari addita in vinum*.

^m *Ampelos leuce, sive byronia*. Ex eod., lib. IV, cap. 151.

ⁿ *Ampelos melæna*. Ex eod., cap. 185.

^o *Buphthalmos*. Ex eod., lib. III, cap. 156.

^p *Foliis coriandri. Feniculi*, Plinius et Dioscorides.

^q *Phlomos*. De qua paulo ante. Vid. Diosc., IV, e. 104.

^r *Ferula vocata a medulla*. Nempe quasi *ferens*

hilum. ^s *Hujus succus galbanum est*. Non eujuslibet, sed *νύσθηκος ἐν Συρίᾳ γενημένου*, ut ait Dioscorides, id est, *ferulæ cujusdam, quæ in Syria nascitur*.

^t *Papyrus*. Vid. Plin. et Dioscor.

^u *Scirpus a quo tegetes texuntur*. Plin., XXI, cap. 18, et Festus in *Scirpus*.

^v *Fucus*. E Serv., Georg. IV.

^x *Dicta, quia mentitur alienum colorem*. More fuei illius qui apem simulat.

99. *Alga* nascitur in aquis stantibus. Ita denique nomen sumpsit ab algore aquæ, vel quod alliget pedes, quia crassa est foliis aquam ex parte superantibus.

100. *Ulva*, et *typus* herbæ quæ circa fontes et paludes stagnaque nascuntur. Ex quibus *ulva*, id est, *alga mollis*, et quodammodo *fungus*, dicta ab *uligine*.

101. *Typhe* vero quæ se ab aqua inflat. Unde etiam ambitiosorum et sibi placentium hominum tumor *typhus* dicitur.

102. ^a *Carex* acuta herba et durissima, sparto similis, de qua Virgilius: *Et carice pastus acuta*.

103. ^b *Spartus*, frutex virgosus, sine foliis, ab asperitate vocatus. Volumina enim funium quæ ex eo fiunt aspera sunt.

104. *Gramen* a situ potius dictum, quod plurimorum agrorum sit. **365** ^c Unde illud Græci ἀγρωστίν vacaverunt; ^d licet omnis herba *gramen* vocetur, ab eo quod *germinetur*; sicut robor omne lignum, licet sit species, ab eo quod firmissima.

105. ^e *Filix*, a singularitate folii dicta. Denique ex una virgula altitudine cubitali una scissa folia gignitur replicata, velut pinna.

Avena...

Lolium...

106. *Zizania*, quod poetæ semper *infelix lolium* dicitur, quod sit inutile, et infecundum.

Fenum dictum, quod eo flamma nutritur, φῶς enim *flamma* est.

Manipulum dicimus fascem feni. Et dictus manipulus quod manum impleat.

CAPUT X.

De oleribus.

1. ^f *Hortus* nominatur, quod semper ibi aliquid oriatur. ^g Nam cum alia terra semel in anno aliquid creet, hortus nunquam sine fructu est.

2. *Olus* ab *alendo* dictum, eo quod primum homines ab oleribus alerentur, antequam fruges et carnes cderent. Tantum enim pomis arborum et oleribus alebantur, sicut animalia herbis.

3. *Caulis* est generaliter herbarum vel olcrum

^a *Carex*. E Serv., eclog. 3.

^b *Spartum*... ab *asperitate*. Etymologiam nihil moror.

^c Unde illud Græci ἀγρωστίν. Ita interpretatur ἀγρωστίν Ieronym. epist. 19.

^d Licet omnis herba *gramen*... cum sit, et species. D Verba Servii, Æn. XII.

^e *Filix*... una scissa folia gignitur. Diosc., lib. IV, cap. 188, et Plin., XXVII, cap. 9. Notandus vero Gothicismus, nam *folia* singulari numero non semel utitur. Sed hæc librorum vitio magis putamus accidisse quam Isidori.

^f CAP. X. *Hortus nom. q. s. i. a. o.* Festus *Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur, quod ibi qui arma capere possent, orirentur.* Vel Longus: *Hortus quoque non desiderabat aspirationem, quod ibi herbæ oriantur, id est, nascantur, sed tamen a consuetudine accepit.*

^g Nam cum alia terra, etc. E Servio, Georg. IV, adverb. Hellespontiaci.

^h Quoddam genus olerum *caulis*. — *Brassica* Pallad., in Febr., tit. 24.

medius frutex, qui vulgo *thyrsus* dicitur, quod a terra sursum conscendat; ex quo derivatum est, ut specialiter ^h quoddam genus olerum *caulis* diceretur, quia *thyrsus* ipsius amplius cæteris oleribus coalescit. **366** id est, crescit. Est autem generale nomen. Omnis enim frutex *caulis*.

4. ⁱ *Cyma* dicitur, quasi *coma*. Est enim summitas olerum, vel arborum, in qua vigens virtus naturalis est.

5. ^j *Malva* ex parte Græco vocabulo appellatur ἀπὸ τοῦ μαλάσσειν, eo quod molliendi alvum solvendique naturam habeat. ^k Cujus succo si quis se oleo misto perunxerit, ab apibus negatur feriri. Folia ejus ex oleo tritæ et imposita scorpionibus, ^l creduntur afferre torporem.

6. *Pastinaca* vocata, quod radix ejus præcipuus *pastus* sit hominis. Est enim odoratu jucunda, cibo delectabilis.

7. ^m *Rapa* dicta a *rapiendo*, id est, comprehendendo. Est autem radice amplior napo, sapore dulcior, et folio tenui.

8. *Napus* a similitudine rapæ vocatus, nisi quod foliis latior, et radicis gustu subacrior est. Nominis autem affinitas in utrisque inde pene communis, quia utrumque semen in alterum vicissim mutatur. ⁿ Nam rapa in alio solo, ut Æmilianus ait, per biennium mutatur in napum, alio vero napus transit in rapam.

9. *Napoeaulis* ex duobus oleribus compositum nomen habet, quia dum sit sapore napo similis, non in radice, sed in thyrsu conscendit, ut *caulis*.

Sinapis appellatur, quod folii sit similis napis.

C 10. *Raphanum* Græci, nos *radicem* vocamus, ^o eo quod **367** deorsum totus nititur, dum reliqua olera in summa magis prosiliant; ^p ejus semine macerato quisquis suas manus infecerit, serpentes impune tractabit. ^q Siquidem ex ipsius radice etiam ebur albescit. In cibo quoque venenis obsistit. ^r Nam contra venena hujus radices, nuces, lupini, citrium, apium prosunt, sed contra futurum, non contra acceptum venenum. Unde et apud veteres ante alias epulas hæc solebant mensis apponi.

ⁱ *Gyma d. quasi coma*. Imo quasi κόμη, hoc est, *fetis*, auctoribus Theophr., lib. VII de Hist. Plant., et Galeno, II de Facult. Elem., cap. 58. Utuntur hac voce Celsus, Columell. et Plin.

^j *Malva*... eo quod molliendi. Plin., lib. XX, cap. 21.

^k Cujus succo. Ex eod., et Diosc., lib. II.

^l Scorpionibus creduntur afferre t. E Plin., lib. XX, cap. 4.

^m *Rapa d. a rapiendo*. Imo a Græca voce ῥάπος, sive ῥάπος, rapum neutro genere enuntiat Columella.

ⁿ Nam rapa in alio solo. Ut Palladius inquit lib. VIII, cap. 2; et Columell. lib. II, cap. 10.

^o *Eo quod deorsum totus nititur*. Ex eodem Palladio, in Januario, tit. 14.

^p Cujus semine macer., etc. Ex Plin., XX, cap. 4.

^q Siquidem ex ipsius radice etiam ebur albescit. Hæc si tollas, melius cohærebunt cætera, sed aliquid deesse credo. Plinius, IX, cap. 5, de Raphanis: *Utilissimi in cibis hiberno tempore existimantur, iisdemque dentibus semper inimici, quoniam attrahant, eboræ certa poliunt.*

^r Nam contra venena radices... apponi. E Servio,

11. ^a *Lactuca* dicta est, quod abundantia *lactis* **A** exuberet, ^b seu quia lacte nutrientes feminas implet. ^c Hæc et in viris Veneris usum, coercescit. *Lactuca agrestis* est ^d quam *sarraliam* nominamus, eo quod dorsum ejus in modum serræ est.

12. ^e *Intubus* Græcum nomen est. Et *intubus*, quod *intus* sit *tophus*.

Cepa vocatur, quia non aliud est, nisi tantum *caput*.

13. ^f *Ascalonia* nuncupata ex una urbium Palæstinae, quæ *Ascalon* dicitur, unde prius advecta est.

14. ^g *Allium* dictum quod *oleat*.

^h *Ulpicum* appellatum, quod allii odorem habeat.

ⁱ *Phaselus* vocari aiunt, a *Phaselo* insula Græciæ, ubi non procul mons Olympus est.

15. *Porrum*, cujus duo genera sunt, capitatum et sectile. Capitatum majus, sectile parvulum. **B**

368 *Beta* apud nos oleris genus, apud Græcos littera est.

Blitum genus oleris, saporis evanidi, quasi vilis *beta*.

16. *Cucumeres*, quod sint interdum amari, ^j qui dulces nasci perhibentur, si lacte mellito eorum semen infundatur.

17. *Cucurbita*.....

Apopores.....

Pepo.....

Melipepo.....

Ocymum.....

Olus molle.....

Atriplex.....

Brassica.....

Olisatrum.....

^k *Nasturtium* sapor appellavit, quod acrimonia sui nasum torqueat.

18. *Fungi*, quod aridi ignem acceptum concipiant, *ως* enim *ignis* est, ^l unde et *esca* vulgo dicitur, quod sit fomes ignis et nutrimentum. Alii dicunt fungos vocatos, quod sint ex eorum genere quidam interemptorii, unde et *defuncti*.

Georg. II, ad illud : *Auxilium venit, ac membris...*

^a *Lactuca*... *exuberet*. Verba sunt Pallad., in Jan., tit. 14.

^b *Seu quia lacte nutrient. fem.* Vid. Diosc., lib. II.

^c *Hæc in viris Ven. us.* Ita quoddam lactucæ genus *ennuchium* dictum refert Plinius. lib. XIX, cap. 8.

^d *Quam sarraliam.* Nos *cerraja* dicimus.

^e *Intubus Græcum nomen est.* Romanum esse testantur Dioscorides et Galenus.

^f *Ascalonia nuncup. ex una urb. Pal.* Ita Plin., XIX, cap. 6.

^g *Allium dictum quod oleat.* Vel quod halet, ut alii volunt.

^h *Ulpicum.* Vid. Colum., lib. XI, et Plin., XIX, cap. 6. De etymologia non liquet.

ⁱ *Phaselus.* Cicero, in Verr. : *Phaselis illa, quam cepit P. Servilius, non fuerat urbs antea Cilicum, atque prædonum. Lycii illam Græci homines incolabant.*

^j *Qui dulces nasci perhibentur si lacte mellito.* — *Si lacte et mulso,* Pallad., lib. IV, cap. 9.

19. *Tubera* tumor terræ prodit, eaque causa nomen illi dedit.

Bulbi appellati, quod sint volubiles, et rotundi.

Asparagus, quod sit spinosus, et asper frutex ejus, ex quo gignitur.

20. *Capparis* a Græcis nomen sumpsisse videtur, quod habeat rotunda in summitatibus seminum *capitella*.

^m *Armoracia*, hoc est, *lapsana*.

Lapistus.....

Lapathum. Hæc in cibo sumpta stomachum confortat, Venerem reprimit.

ⁿ *Carduus*.....

21. *Eruca*, quasi *uruca*, quod ignitæ sit virtutis, et in cibo **369** sæpe sumpta Veneris incendium moveat. Hujus species duæ : quarum altera usualis, altera agrestis acrioris virtutis, utraque tamen Veneris commovens usum.

CAPUT XI.

De odoratis oleribus.

1. *Apium* dictum, quod ex eo *apex*, il est, *caput* antiquorum triumphantium coronabatur. Hercules autem hanc herbam primus capiti circumtulit. Nam nunc populum capite præfererat, nunc oleastrum, nunc apium. ^o Cujus radices efficaciter pugnant contra insidias venenorum. Ejus generis sunt *petroselinon*, *hipposelinon*, et *oleoselinon*.

2. *Petroselinon* vocatum, quod sit simile apio, et nascatur in petris montibusque præruptis, quod nos *petrapium* dicere possumus, *Σέλινον* enim Græce *apium* dicitur, sed est summum, ac probabile Macedonicum, gustu suave, et odore aromatico.

3. *Hipposelinon*, quod sit durum et austerum.

^p *Olcoselinon*, quod mollius folio, et caule tenerum.

4. ^q *Feniculum* Latini vocant, quod ejus thyrsi seu radicis succus acuat visum, ^r cujus virtus traditur, ut serpentes annuam senectutem ejus gustu deponant. Hoc olus Græci *μάραθρον* vocant.

5. ^s *Ligusticum* a regione nomen accepit. Nascitur enim plurimum in *Liguria*, odore aromatico, et gustu acre.

^k *Nasturtium sapor. app.*, etc. Plin. XIX, cap. 8 : *Nasturtium nomen accepit a narium tormento.*

^l *Unde et esca vulgo dicitur.* A nobis *yesca*.

^m *Armoraca.* Pallad., lib. XI, cap. 11 : *Armoracam seremus, nam hæc agrestis est raphanus.* Non est vero armoracia eadem cum *lapsana*; de illa Dioscorid., lib. II, cap. 138; de hac, cap. 142; foliis tamen similes esse ait.

ⁿ *Carduus, succus ejus alopecias curat.* Plin., XXI, cap. 23 : *Antequam floreat contusus, atque expressus illito succo alopecias replet.*

^o *Cap. XI. Cujus radices.* E Dioscorid., lib. III.

^p *Oleoselinon.* — *Oreoselinon* malim ex Plinio, aut etiam *helioselinon*, quod palustre est, aut certe *elæoselinon*.

^q *Feniculum quod acuat vis.* Quasi *phenoculum* e Græca et Latina voce.

^r *Cujus virtus trad.* E Plin., XX, cap. 23.

^s *Ligusticum.* Ex eodem, lib. XIX, cap. 8, et Dioscor., lib. III.

6. *Aneson*, ut Græci dicunt, sive, ut Latini, *anesum*, herba **370** omnibus cognita, acerrime fervens medicinalis.

Anethum.....

Cuminum.....

7. *Coriandrum* ex Græco nomine sumptum, quod illi *κόριον* vocant, ^a cujus semen in dulci vino datum proniores reddit in Venerem; si supra modum dederis, amentiam nutrit.

^b Canos etiam ex coriandro infici traditum est.

^a *Cujus semen... nutrit.* E Dioscor., lib. iii, cap. 71.

^b *Canos etiam ex coriandro infici.* Id non nisi de hyperico prodidit Plinius, lib. xxvi, cap. 15. Quod etiam *corion* (ut ipse ait) vocatur, sed Dioscorides id hyperici genus *κόριον* nominat.

^c *Ruta dicta quod sit ferv.* An a ruendo, an potius a sono, quem fervens humor reddere solet? Non **B**

Abrotanum.....

Ceræfolium.....

8. ^c *Ruta dicta*, quod sit ferventissima. Cujus altera agrestis, atque virtute acrior, sed utraque ferventissima comprobatur. ^d Hanc venenis repugnare mustelæ docent, quæ dum cum serpente dimicaverint, cibo ejus armantur.

9. *Salvia*...

^e *Invula*, quam rustici *alam* vocant, radice aromatica, odoris summi cum levi acrimonia.

Menta. Hujus genera sex.

opinor, neque de etymologia cogitavit, sed ad Plinium et Dioscoridem respexit, quorum uterque ferventem rutæ naturam tribuit.

^d *Hanc venenis repugnare mustellæ.* E Plin., xx, cap. 13.

^e *Invula, quam rustici alam.* Quod nomen Hispani retinemus; de inula vid. Plin., lib. xix, cap. 5.

LIBER DECIMUS OCTAVUS.

DE BELLO ET LUDIS.

371 CAPUT PRIMUM.

De bellis.

1. ^a Primus *bella* intulit Ninus Assyriorum rex. Ipse enim finibus suis nequaquam contentus, humanæ societatis fœdus irrumpens, exercitus ducere, aliena vastare, liberos populos aut trucidare, aut subjicere cepit, universamque Asiam usque ad Libyæ fines nova servitute perdomuit. Hinc jam studuit orbis in mutuo sanguine alterna grassari cæde.

2. Quatuor autem sunt genera bellorum, id est, justum, injustum, civile, et plusquam civile. Justum bellum est, quod ex prædicto geritur de rebus repetitis, aut propulsandorum hostium causa. Injustum bellum est, quod de furore, non de legitima ratione initur. De quo in Republica dicit Cicero: *Illa injusta bella sunt, quæ sunt sine causa suscepta.*

3. Nam extra ulciscendi, aut propulsandorum hostium causam, bellum justum geri nullum potest. Et hoc idem Tullius paucis interjectis subdidit: *Nullum bellum justum habetur, nisi denunciatum, nisi indictum, nisi de repetitis rebus.* Civile bellum est inter cives orta seditio, et concitatio tumultus, sicut inter Syllam et Marium, qui bellum civile invicem in una gente gesserunt.

4. Plusquam civile bellum est, ubi non solum cives certant, sed et cognati: quale actum est inter Cæsarem et Pompeium, quando gener et socer invicem dimicaverunt. Siquidem in hac pugna frater cum fratre dimicavit, et pater adversus filium arma portavit. **372** Lucanus: *In fratrem ceciderunt præmia fratris.* Item: *Cui cervix cæsa parentis cederet.*

5. Bella itaque dicuntur interna, externa, servilia,

^a CAP. I. *Primus bella intulit Ninus.* Ex Justino, aut fortasse etiam e Trogo, aliquanto enim hæc ampliora, quam apud Justinum, neque ejusmodi, ut ab Isidoro aucta videantur.

^b *Non solum navium commeatus... vastantibus.* Verba sunt Orosii, lib. vi, cap. 4.

^c *Nam seditio.* Eadem, sup., lib. x, in S.

socialia, piratica. Nam piratica bella sunt sparsa latronum manus per maria myoparonibus levibus, et fugacibus, ^b non solum navium commeatus interceptibus, sed etiam insulas provinciasque vastantibus, quos primum Cnæus Pompeius post multam vastationem, quam terra marique egerant, mira celeritate compressit, ac superavit.

6. Sicut autem bellum vocatur, quod contra hostes agitur, ita *tumultus* qui civili seditione concitatur. ^c Nam *seditio* est dissensio civium, dicta quod *seorsum* alii ad alios *eant*. Alii æstimant dissensionem animorum *seditionem* vocari, quam Græci *δίστασις* vocant.

7. Quo autem differat utrumque, ^d Cicero docet: *Postest enim*, inquit, *esse bellum, ut tumultus non sit.* ^e *Tumultus autem esse sine bello non potest.* Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? Unde etiam dictus *tumultus*, quasi *timor multus*. Gravior autem est tumultus quam bellum. Nam in bello vocationes valent, in tumultus non valent.

8. Differt autem bellum, pugna et prælium. Nam bellum universum dicitur, ut Punicum. Hujus partes sunt pugnae, ^f ut Cannensis, Trebiensis. Rursum in una pugna sunt multa prælia. Aliud enim in cornibus, aliud in media, aliud in extrema acie geritur. Bellum igitur est totum, pugna unius diei, prælium pars pugnae est.

9. Bellum antea *duellum* vocatum, eo quod *due* sint partes dimicantium, vel quod alterum faciat victorem, alterum victum. Postea, inutata et detracta littera, dictum est bellum. Alii ^g per antiphrasin pu-

^d *Cicero docet.* Philippica 8.

^e *Tumultus, quasi timor multus.* E Serv., Æn. ii, ad vers. *Gemitu miseroque tumultu.*

^f *Ut Cannensis, Trebiensis, Termensis.* Cod. omnes mendose.

^g *Alii per antiphrasin.* E Serv., ibid.

tant dictum, **373** quod si horridum, unde illud, *horrida bella*, cum bellum contra sit pessimum.

10. *Prælia* dicuntur a *premo*, hostis hostem.

Unde et *prela* ligna quibus uva premitur.

Pugna vocata, eo quod initio usus fuisset in bello *pugnis* contendere, vel quia primo bellum *pugnis* incipiebant. Unde etiam *pugna* duorum est aliquando sine ferro.

11. Quatuor autem in bello geruntur : *pugna*, *fuga*, *victoria*, *pax*. *Pacis* vocabulum videtur a *pacto* sumptum. Posterius autem *pax* accipitur, *foedus* primum initur. *Fœdus* est *pax*, quæ fit inter dimicantes, vel a *fide*, vel a *facialibus*, id est, sacerdotibus dictum. Per ipsos enim fiebant *foedera*, sicut per sæculares bella. ^b Alii *foedera* dicta putant a *porca* *fæde* et crudeliter occisa, ejus mors optabatur ei qui a *pace* resillisset. Virgilius : *Et cæsa jungebant fœdera porca*. ^B *Fœderis* partes *induciæ*. Et dictæ *inductæ*, quasi in *dies ocia*,

CAPUT II.

De triumphis.

1. Omne regnum sæculi hujus bellis quæritur, victoriis propagatur. *Victoria* dicta, quod *vi*, id est, virtute, adipiscatur. Hoc est enim jus gentium, vim vi repellere. Nam turpis est dolo quæsitæ victoria. Certa autem victoria est, vel occisio hostis, vel exspoliatio, vel utrumque. ^c Non est autem jucunda victoria, **374** quæ per immensa detrimenta contingit. Est hoc est, quod laudat Sallustius duces victoriam in cruento exercitu reportasse.

2. *Pompa* dicta est Græca significatione, ἀπό τοῦ πομπεύειν, hoc est, publice ostentari. ^d Præcedit autem victoria pompam, ideo quod ituris ad hoc certamen primum est victoriæ votum.

3. ^e *Trophæum* dictum ἀπό τῆς τροπῆς, id est, conversione hostium et fuga. Nam ab eo quod hostem quis fugasset, merebatur trophæum; qui occidisset triumphum : qui dictus est ἀπό τῆς τριάμνης, id est, ab *exultatione*. Plenæ enim victoriæ triumphus debetur; semiplenæ trophæum, quia nondum plenam est victoriam consecutus. Non enim obtinuit, sed fugavit exercitum. Hæc tamen nomina Scriptores confundunt. Tranquillus autem *triumphum* Latine dicit potius appellatum, quod is qui triumphans urbem

^a Unde et *prela*....*premitur*. Ex eodem, Georg. II.

^b Alii *fœdera*....*porca*. Ex eod., Æn. IX.

^c CAP. II. Non est autem jucunda victoria....*reportasse*. E Serv., Æn. XI, ad illud : *Sin et Trojanis cum multo gloria*, nisi quod apud illum *judicanda victoria* legitur.

^d Præcedit autem victoria. Id est, *Victoriæ* statua curru invecta.

^e *Trophæum*...*ab exultatione* E Serv., Æn. X : *Ipsam te, Lause trophæum*.

^f Namque et *purpuream*, et *palmatam togam*. Diversa *purpurea* a *palmata*. Festus : *Picta, quæ nunc toga dicitur, purpurea antea vocitata est, eratque sine pictura* : et ibidem : *Tunica autem palmata a latitudine clavorum dicebantur, quæ nunc a genere picturæ appellatur*. Livius, lib. XXX : *Masinissa toga picta, et palmata tunica donatus*; et lib. XXXI : *Masinissæ dona missa, vasa aurea toga purpurea*.

^A ingrederetur. *tripertito* judicio honoraretur. Nam primum de triumpho duci concedendo exercitum judicare solitum erat; secundo senatum, tertio populum.

4. Erat autem apud Romanos mos ut triumphantes quadrigis veherentur, ex illo quod soliti sint priores duces hoc habitu bella inire. Quicumque autem in conflictu vicisset, palma aurea coronabatur, quia palma stimulos habet. Qui vero sine conflictu fugientem prostrasset, laurea, eo quod hæc arbor sine spinis est.

5. ^f Namque et *purpuream* et *palmatam togam* triumphantes induebantur, et *scipionem* cum sceptro in manu gerebant ad imitationem victoriæ *Scipionis*, licet et *scipio* baculus sit, quo homines innituntur. Unde et ille primus *Cornelius Scipio* appellatus est, quia in foro pater ejus cæcus innixus eo ambulabat. **375** Super *scipionem* autem aquila sedebat, ob indicium quod per victoriam quasi ad supernam magnitudinem accederent.

6. ^g Inde et colore rufo perlinebantur, quasi imitentur divini ignis effugiem. ^h Quod vero a carnifice contingebantur, id erat indicio, ut ad tantum fastigium eveeti mediocritatis humanæ commonerentur.

7. Duobus autem generibus deletur exercitus, aut interneccione, aut dispersione. Sallustius : *Hostes*, inquit, *aut oppressi aut dilapsi forent*. Sic et utrumque Virgilius : interneccione, ut : *Submersasque obrue puppes*; dispersione, ut :

Aut age diversos, et disjice corpora ponto.

8. *Spolia* hostium : *præda*, *manubiæ*, *exuviæ*, partes. *Præda* a *prædando* vocata. *Manubiæ*, eo quod *manibus* detrahuntur. Hæ et *exuviæ* ab *exuendo* dictæ, quia exuuntur. Hæ et *partes* a *pari* divisione (ⁱ pro personarum qualitate, et laborum justa divisione). ^j *Spolia* autem a *palliis*, quasi *ex pallia*, victis enim detrahuntur.

376 CAPUT III.

De signis.

1. *Signa* bellorum dicuntur, quod ex iis exercitus, et pugnandi, et victoriæ, et receptus accipit symbolum. Nam aut per vocem tubæ, aut per symbolon admonetur exercitus. Legionum principalia signa aquilæ, dracones, et pilæ.

2. *Aquilæ* ideo, quod eadem avis Jovis in armis

^g Inde et colore rufo perlin. Serv., eclog. 10 : *Pan facie rubea pingitur propter ætheris similitudinem. Æther autem est Jupiter, unde etiam triumphantes habent omnia Jovis insignia, sceptrum, palmatam togam, faciem quoque de rubrica illinunt instar coloris ætheri*.

^h Quod vero a carnifice contingebantur. Non temere carnificem dixit, quem alii servum publicum. Nam eodem respexisse Plinium puto, lib. XXVII, cap. 4 : *Similis medicina linguæ, ut sit exorata a tergo fortuna, gloriæ carnifex*. Ab eo servo suggereretur triumphanti (ut ait Tertullianus in Apologetico, cap. 33) : *Respice post te, hominem esse te memento*.

ⁱ Pro personarum qualitat., etc. Sup., lib. V, cap. 7. Sed hoc loco ab antiquioribus Gothicis absunt hæc.

^j *Spolia* autem a *palliis*. In quibusdam Gothicis perpetuo legitur *exspolia*, ita melius procedit notatio, in vetustioribus tamen *spolia*.

auspicio fuerit. Nam dum idem Jovis adversus Titanas proficisceretur, aquilam ei in auspicio apparuisse ferunt, quam ille pro indicio victoriae acceptam tutelae suae auspicatus eam legioni signum dedit, quo factum est ut deinceps militum signa comitaretur. Cujus meminit Lucanus dicens :

Signa pares aquilas, et pila minantia pilis

3. *Draconum* signa ab Apolline morte Pythonis serpentis inchoata sunt. Dehinc a Graecis et Romanis in bello gestari coeperunt.

4. *Pilam* in signo constituisse fertur Augustus, propter nationes sibi in cuncto orbe subjectas, ut melius figuram orbis ostenderet.

5. ^b *Vexillum*, et ipsum signum bellicum tractum nomen habens **377** veli diminutione, quasi *velillum*.

^c Sub Romulo autem fasciculos feni, pro vexillis, milites habuerunt. Hinc et *manipuli* appellantur. *Manipulos* enim dicimus fascies feni, quod *manum* impleant. Caetera signa diversis praelata imaginibus secundum militarem consuetudinem existunt, per quae se exercitus in permitione praeliorum agnoscit.

CAPUT IV.

De buccinis.

1. *Buccina* est qua signum datur in hostem, dicta a voce, quasi *vocina*. Nam pagani agrestesque ad omnem usum buccina ad compita convocabantur. Proprie ergo huc agrestibus signum fuit. De qua Propertius :

Buccina jam priscos cogebat ad arma Quirites.

^d Hujus clangor *buccinum* dicitur.

2. ^e *Tubam* Tyrrheni primum invenerunt, unde Virgilius :

Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor.

Hanc enim a Tyrrhenis praedonibus excogitam (dicunt), cum dispersi circa maritimas oras non facile ad quamque praedae occasionem voce aut buccina convocarentur, vento plerumque obstrepente.

3. Hinc postea bellicis certaminibus adhibita est ad denuntianda signa bellorum, ut ubi exaudiri praeco praetumultu non poterat, sonitus tubae clangentis attingeret. ^f *Tuba* autem dicta, quasi *tofa*, id est, *cava*. Item *tuba*, quasi *tibia*.

4. Inter tubam autem et buccinam veteres discernere

^a CAP. III. Nam dum idem Jovis... comitaretur. E. Serv. Æn. IX, ad illud : *Pedibus Jovis armiger uncis*.

^b *Vexillum... diminutione*. Ex eod., initio lib. VIII.

^c Sub Romulo autem. Idem, Æn. XI, ad v. *Disjunctique... manipuli: Manipuli autem dicti sunt signiferi, quia sub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus hastis feni manipulos alligabant et hos pro signis gerebant. Unde hoc nomen remansit*.

^d CAP. IV. Hujus clangor *buccinum* dicitur. Est fortasse hoc aliquid (*sic*). Plinius, de Apil., lib. XI, cap. 10 : *Noctu quies in matutinum, donec una excil, et gemino, aut triptici bombo, ut buccino aliquo*. Hieronymus quoque *buccino oris sui*, eodem sensu dixisse videri possit. Quamvis *buccinum* pro *buccina* etiam usurpetur.

^e *Tubam Tyrrheni p. inven.* E. Serv., lib. VIII, ad locum ab Isid. citatum.

^f *Tuba autem dicta q. tofa*. Al., *tova*. Inde nos genus quoddam lapidis *tovas*, et quod fungosum est *fofo* dicimus. Digamma namque frequens in Gothicis pro *b* et *v*.

A bant. **378** Nam buccina insonans sollicitudinem ad bella denuntiabat. Virgilius: *Qua buccina signum Dira dedit*. Tuba autem praelium indicabat, ut :

At tuba terribilem sonitum dedit aere canoro.

Cujus ^h sonitus varius est. Nam interdum canit, ut bella committantur; interdum ut insequantur eos qui fugiunt, interdum receptui. ⁱ Nam receptus dicitur, quo se exercitus recepit, unde et signa receptui canere dicuntur.

5. ^j *Classica* sunt cornua, quae convocandi causa erant facta, et a *calando* classica dicebantur. De quibus Virgilius. *Classica jamque sonant*. ^k Apud Amazonas autem non tuba sicut a regibus, sed a regina sistro vocabatur feminarum exercitus.

CAPUT V.

De armis.

1. ^l *Arma* generaliter omnium rerum instrumenta sunt, unde et ubi reponuntur *armaria* dicta sunt. Item arma et tela omnium generum, sed arma sunt quibus ipsi tuemur tela quae emittimus. Nam arma duplicia sunt, id est, vel quibus percutimus, vel quibus tegimur.

2. *Arma* autem proprie dicta sunt eo quod *armos* tegunt. Nam *arma*, vel ab *armis* dicuntur, id est, *humersis*, ut : *Latos huic hasta per armos acta tremuit*; vel ἀπὸ τοῦ ἄρμος, id est, a *Marte*.

379 CAPUT VI.

De gladiis.

1. *Gladius* generaliter dicitur ensis in praelio, sed ensis ferrum tantum, gladius vero totus. Proprie autem appellatus *gladius*, quod *gulam* dividit, id est, cervicem secat. Ad hoc enim primum est factus; nam caetera membra securibus magis caeduntur, colulum gladio tantum.

2. *Acies* autem gladii ab *acumine* dicta. *Capulus* vocatur, vel quia *caput* est gladii, vel quia ibi *capitur* ut teneatur. Nam alias acies ferri non sinit. ^m *Mucro* non tantum gladii est, sed et cujuslibet veli acumen; dictus a *longitudine*. Nam μακρον Graeci *longum* dicunt, hinc et *machaera*.

ⁿ *Machaera* autem est gladius longus, ab una parte acutus.

3. *Framca* vero gladius ex utraque porte acutus,

^g Nam buccina insonans sonitum E. Serv., Æn. XI : *Bello dat sig... buccina*.

^h *Cujus sonitus varius... receptui*. Ex eod. Æn. IX, ad vers. *Signa sequentum*.

ⁱ Nam receptus... dicuntur. Ex eod., Æn. XI, ad vers. *Planities... tutique receptus*.

^j *Classica sunt cornua*. Idem, Æn. VII : *Classicum dicimus, et tubam ipsam, et sonum*, et eod. libro, ad *Hortinae classes: Hortini equites, qui et classes dicuntur, unde et eorum tubas classica dicimus*, etc.

^k Apud Amazonas, etc. E. Serv., Æn. VIII, ad... *Regina in sistro*.

^l CAP. V. *Arma generalit.*, etc. E. Serv., Æn. I, ad vers. *Arma virum, tabulaeque: Arma dicuntur cunctarum artium instrumenta*.

^m *Arma autem proprie dicta s. eo quod arm.* Ex eod., Æn. IV : *Erigi et arma viri*, etc.

ⁿ CAP. VI. *Mucro non tantum gladii est*. E. Serv., Æn. XI, ad vers. *Alto stat velnere mucro*.

^o *Machaera... framea... spatha*. Aug., in ps. CXLIX.

quam vulgo *spathan* vocant. Ipsa est et *romphæa*. **A** *Framea* autem dicta quia *ferrea* est. Nam sicut *ferramentum* sic *framea* dicitur, ac proinde omnis gladius *framea*.

4. *Spatha* a *passione* dicitur verbo Græco, quoniam $\pi\alpha\theta\epsilon\iota\nu$ Græce **380** dicitur *pati*, unde et *patior*, et *patitur* dicimus. Alii *spatham* Latine autumant dictam eo quod *spatiosa* sit, id est, lata et ampla. Unde et *spatula* in pectoribus.

5. *Semispathium* gladius est a *media* longitudine *spathæ* appellatus, non ut imprudens vulgus dicit, *sine spatio*, dum sagitta velocior sit.

6. *Pugio* a *pungendo* et transfigendo vocatur. Est enim gladius parvus, bis acutus, lateri adhærens. ^a Item et *elunabulum* dictum, quod religetur ad *elunem*.

7. *Chelidoniacus* gladius ferrum est latum, cujus **B** duplex mucro, ac bifurcus in modum caudæ hirundinæ formatur, unde et *chelidoniacus* dicitur.

8. *Sica* a *secando* dicta est. Est enim gladius brevis, quo maxime utuntur qui apud Italos latrocinia exercent, a quo et *sicarii* dicti sunt. Tranquillus autem dicit: *Dum cujusdam gladiatoris in ludum emissi gladius curvatus fuisset ex acie reeta, proeurrat unus ad eum corrigendum, tumque a pugnante responsum est: Sic hæc pugnabo*. Inde *sicæ* nomen ductum.

9. *Secures* signa sunt quæ ante consules ferebantur, ne aut usum perderent belli, aut vacantes otio aspectum amitterent gladiatorum. **381** Quas et Hispani ab usu Francorum per derivationem *Franeiscas* vocant.

CAPUT VII.

De hastis.

1. *Hasta* est contus cum ferro, cujus dimidiatum facit *hastile*. Nomen autem *hasta* ab *astu* sumpsit, unde et *astutia*.

2. *Contus* ferrum non habet, sed tantum cuspide acuta est. Virgilius:

Ferratasque ^b trudes, et acuta cuspide contos.

Contus autem, quasi *conitus*. Est enim conus acuta rotunditas.

Framea appellatur, quam vulgo *spatham* dicunt. Sunt enim gladii ex una parte acuti, ipsi sunt *maheræ*, ipsæ *frameæ* etiam *spathæ* appellantur. Sed legendum fortasse apud Augustinum ex utraque parte, non ex una.

^a Item et *elunabulum*. Festus: *Clunaelum eultrum sanguinarium dictum, vel quia eluncs hostiarum dividat, vel quia ad eluncs dependeat*. **D**

^b CAP. VII. Virgil. *ferratasque trudes*. Sic omnes libri. *Trudes* etiam legi in antiquis quibusdam Cod. apud Virgilium admonuit Pierius.

^c *Venabula dicta quasi... excipiabilia*. Serv., *Æn.* IV: *Retia... venabula*: Forsan *venabula* ob hoc dicta, quod sint apta venatui, quasi *expiabula*. Puto tamen Servium ita scripsisse: *Venabula ob hoc dicta quod sint apta venatui, vel quia venientem excipiunt, unde et excipia* (vel *excipula*) *quasi excipiabilia, aut excipibula, aut excipere habilia*. Gloss., *excipulum*, $\epsilon\kappa\delta\omicron\chi\epsilon\iota\omicron\nu$. Item $\epsilon\kappa\delta\omicron\chi\epsilon\iota\omicron\nu$ *exceptorium*. *Excipulum*, $\chi\epsilon\pi\acute{\alpha}\gamma\gamma\alpha$. $\chi\epsilon\pi\acute{\alpha}\gamma\gamma\alpha$, *exemplum* (leg., *excipulum*), *arpago*.

^d *Lancea*. Hispaniensis vox, auctore Varrone, apud Agell., lib. xv. cap. 30.

3. *Trudes* hastæ sunt cum lunato ferro, quæ Græcis *aplustria* dicuntur. *Trudes* autem dicuntur ab eo quod *trudunt*, et *detrudunt*. Virgilius: *Ferratasque trudes*.

4. ^e *Venabula* dicta, quasi *venatui habilia*; vel quia *venientem* excipiunt, quasi *excipiabilia*. Excipiunt enim apros, exspectantque leones, intrant ursos, sit tantum firma manus.

5. ^d *Lancea* est hasta amentum habens in medio; dicta autem **382** *lancea*, quia æqua *lanee*, id est, æquali amento ponderata vibratur.

6. ^e *Amentum* vinculum est jaculorum hastilium, quod mediis hastis aptatur. Et inde *amentum*, quo media hasta religatur et jacitur.

7. ^f *Clava* est, qualis fuit Herculis dicta, quod sit *elavis* ferreis invicem religata, ^g et est cubito semis facta in longitudine. ^h Hæc et *cateja*, quam Lucilius *calam* dicit. Est enim genus Gallici teli ex materia quam maxime lenta, quæ jacta quidem non longe propter gravitatem evolat; sed quo pervenit, vi nimia pertringit: quod si ab artifice mittatur, rursus redit ad eum qui misit. Hujus meminit Virgilius, dicens:

Teutonico ritu soliti torquere catejas

Unle et eos ⁱ Hispani et Galli *Teutonos* vocant.

8. ^j *Phalarica* est telum ingens torno factum, habens ferrum **383** cubitale, et rotunditatem de plumbo in modum sphaeræ in ipsa summitate. Dicitur etiam et ignem habere affixum. Hoc autem telo pugnatur de turribus, quas *phalas* dici manifestum est. Juvenalis:

Consulit ante phalas, delphinorumque columnas.

C *Phalis* igitur dicta est *phalarica*, sicut a *muro muralis*. Sane *phalaricam* Lucanus dicit nervis mitti tortilibus, et quadam machina, ut:

Hunc aut tortilibus vibrata phalarica nervis.

Virgilius vero ait Turnum manu *phalaricam* jaculari potuisse.

9. ^k *Pila* sunt arma jaculorum atque telorum, a torquendo, vel emittendo vocata. De quibus Lucanus:

Signa pares aquilas, et pila minantia pilis.

Cujus singulare *pilum* dicitur.

^e *Amentum*. E Serv., *Æn.* IX, ad vere. *Amentaque torquent*.

^f *Clava est qualis fuit Herulis*. Festus: *Clava teli genus, quo Hercules utebatur*.

^g *Et est cubito semis facta in longitudine*. Servius, *Æn.* VII, ad vers. *Teretes sunt aelides illis tela*: — *Aelides sunt tela quedam antiqua adeo ut neque usquam commemorentur in bello. Legitur tamen quod sint clavæ cubito semis factæ, eminentibus hinc, et hinc acuminibus, etc.*

^h *Hæc et cateja, quam Lucilius calam*. Pro Lucilio HORATIUS erat in omnibus libris, mendose. Servius, initio VI *Æneid.*: *Vallum autem dicebant calas*. — Sic Lucilius: *Seinde calam, ut calas, id est: O puer, frange fustes, et fac foenum*.

ⁱ *Hispani et Galli Teutonos*. Hi fortasse quos vulgo *ehuzones* dicimus.

^j *Phalarica telum ingens... jaculari potuisse*. E Serv., *Æn.* IX, ad vers. *Contorta phalarica*.

^k *Pila*. Servius, *Æn.* VII, ad vers. *Pila manuscript... Pilum proprie est hasta Romana, ut gessa Gallorum sarissæ Macedonum*.

10. ^a *Telum* vocatur secundum Græcam etymologiam, ἀπό τοῦ τηλόθεν, quidquid longe jaci potest, ^b quanquam abusive dicatur et gladius, ut est illud :

At non hoc telum mea quod vi dextera versat. Proprie autem telum a longitudine dicitur. Unde et mustela dicitur, quod longior sit quam mus.

11. *Cuspis* hastile amentatum, a *cespitate* dicta, quod est virgultum. Virgilius :

Et pastorem præfixa cuspidem myrtum.

^c Proprie autem *cuspis*, posterior pars hastæ est.

384 CAPUT VIII.

De sagittis.

1. *Sagitta* a sagæi jactu, id est, veloci ietu vocata. Pennis enim fertur, quasi avis, ut eeleriter mors pereurrat ad hominem. His primum Cretenses usi sunt, quibus pennæ ideo, ut diximus, agglutinantur, ut leves sint et pervolent.

2. *Scaptos*...

3. *Spicula* sunt sagittæ, vel lanceæ breves, a *spicarum* specie nuncupatæ.

4. ^d *Scorpio* est sagitta venenata areu, vel tormentis exeuusa. Quæ dum ad hominem venerit, ^e virus, qua figit, infundit; unde et *scorpio* nomen accepit.

CAPUT IX.

De pharetris.

1. ^f *Pharetra* sagittarum thecæ, a *ferendo* jacula dicta, sicut et *ferctrum*, **385** ubi funus defertur, quæ ideo etymologiam communem habent, quia pharetra mortem, feretrum mortuum portat.

2. *Coriti* proprie sunt areuum thecæ sicut sagittarum pharetræ.

Vagina appellatur, eo quod in ea mucro, vel gladius bajuletur.

3. *Theca*, ab eo quod aliquid receptum tegat, littera pro *g* posita. Alii Græco nomine thecam vocari asserunt, quod ibi reponatur aliquid. Inde et *bibliotheca* librorum *repositio* dicitur.

4. ^g *Dolones* sunt vaginæ lignæ, intra quas latet pugio sub baculi specie. *Dolones* autem a *dolo* dicti

^a *Telum... potest.* E Serv., Æn. VIII, ad vers. *Desuper Alcides telis premit.*

^b *Quanquam abusive dicatur et gladius.* Serv., Æn. IX : *At non hoc telum : — Hoc loco telum gladium dixit a longitudine, unde et mustella dicitur, quasi mus longus.* Vid. I. *Sicaluitur*, de Verb. Signif.

^c *Proprie autem cuspidem, posterior pars hastæ.* Servius, Æn. X, ad vers. *Vibrantibus cuspidibus : Sane cuspidem abusive pro hastæ mucrone posuit.*

^d CAP. VIII. *Scorpio* Vegetius, lib. IV, cap. 22 : *Scorpiones dicebantur, quas nunc manuballistas vocant, ideo sic nuncupati quod parvis subtilibusque spiculis inferant mortem.*

^e *Virus, qua, figit infundit.* Tertull., advers. Gnostie. : *Unde et bellicam machinam retractu tela vegetantem de scorpio nominant. Id spiculum et fistula est, patula tenuitate in vulnus, et virus qua figit effundit.*

^f CAP. IX. *Pharetra sagittarum thecæ et Coriti* prop. Serv., Æn. X, ad vers. *Coritique leves : Coriti proprie sunt arcuum thecæ, dicuntur etiam sagittarum, quas et pharetras vocamus.*

^g *Dolones... præferant ligni.* Ex cod., Æn. VII, ad vers. *Savosque... dolones.*

^h *Acutus morbus* ὀξεία. Sie supra, lib. IV, cap. 6.

^A sunt, quod fallant, et decipiant ferro, cum speciem præferant ligni. Hos vulgus Græco nomine *oxos* vocat, id est, *acutos*. Unde et apud medicos ^h *acutus* morbus ὀξεία vocatur.

5. *Arcus* vocatur, eo quod *arceat* adversarium. Inde et arces dicuntur, a quibus areentur hostes. Item areus ob speciem, quod sint curvati aretius.

CAPUT X.

De fundis.

1. *Funda* dicta, eo quod ex ea *fundantur* lapides, id est, ⁱ emittantur.

2. *Ballista* genus tormenti, ab *emittendo* jacula dicta. βάλειν enim Græce *mittere* dicitur. Torquetur enim verberare nervorum, **386** et magna vi jaciit, aut hastas, aut saxa. ^j Inde et *fundibalus*, quasi *fundens*, et emittens. ^k Contra ballistam testudo valet. Series enim fit armorum umbonibus inter se colligatis.

CAPUT XI.

De ariete.

1. ^l *Arieti* nomen species dedit, eo quod eum impetu impingit murum in modum *arietum* pugnantium. Validæ enim ac nodosæ arboris caput ferro vestitur, eaque suspensa funibus multorum manu ad murum impellitur; deinde retrorsum dueta majore impetu destinatur, sicque erebris ietibus concussum muri latus cedit. cavatumque irrupturis fenestram facit.

2. Contra impulsum arietis remedium est saceus paleis plenus, et in eum locum demissus quem aries pereutit. Laxo enim saceorum sinu ietus arietis illis mollitur. Duriora enim mollioribus facilius cedunt.

^C 3. *Plutei* sunt erates corio crudo intectæ, quæ in opere faciendi hosti obijciuntur.

4. ^m *Musculus* cuniculo similis fit, quo *murus* perfoditur, ex quo et appellatur, quæ *asimurusculus*.

CAPUT XII.

De clypeis.

1. *Clypeus* ⁿ est scutum majus dictus ab eo quod *clapet*, id **387** est, ecelet corpus, periculisque subducat ^o ἀπό τοῦ κλέπτειν. Oppositus enim sua defensione ab

ⁱ CAP. X. *Emittantur.* Quæ post hæc verba in Editis quibusdam leguntur, usque ad *ballistam*, in Manuscriptis nulla sunt; sunt tamen sup., lib. XIV, cap. 6. E. Serv., Georg., I.

^j *Inde et fundibalus.* Vid. cap. 6 lib. IV.

^k *Contra ballistam testudo valet, series e. fit arm.* Serv., lib. IX, ad vers. *Accelerant acta... testudine : — Testudo est scutorum connexio curvata in testudinis modum.*

^l CAP. XI. *Arieti... facile cedunt.* Ex Hegesipp., lib. III, cap. 11.

^m *Musculus... quasi murusculus.* Musculos a marinis belluis, quæ balenis auxilio sunt, dictos putat Vegetius, lib. IV, cap. 15.

ⁿ CAP. XII. *Clypeus est scutum majus.* Serv., non semel.

^o ἀπό τοῦ κλέπτειν. Ex cod., Æn. VII, ad vers. *Nec clypei currusve sonant.* Sed verius ἀπό τοῦ γλύφειν, id est, a *sculptendo* dictum. Causam reddit Plin., XXXV, cap. 3 : *Scutis enim qualibus ad Trojam pugnatum est, continebantur imagines. Unde et nomen habuere clypeorum, non ut perversa grammaticorum subtilitas voluit a cluendo. Origo plena virtutis, faciem reddi in scuto, cujusque qui fuerit usus illo, etc.*

hastis et jaculis corpus munit. * Clypeus autem peditum est, scutum equitum.

2. *Scutum* appellatum, eo quod a se *excitiat* telorum ictum. Ut enim telis resistatur, clypeus antefertur.

Umbo scuti pars media est, quasi *umbilicus*.

3. ^b *Ancile* vocatur scutum breve et rotundum.

De quo Virgilius : *Lævaque ancile gerebat*. Et *Ancile* dictum ab *ancisione*, quod sit ab omni parte veluti ancisum et rotundum. Ovidius :

Idque ancile vocant, quod ab omni parte recisum.

Quaque notes oculis, angulus omnis abest.

4. ^c *Pelta* scutum brevissimum in modum lunæ mediæ. Cujus meminit liber Regum : *Fecit rex Salomon ducenta scuta de auro puro, et trecentas peltas ex auro probato*.

5. ^d *Cetra* scutum loreum sine ligno, quo utuntur Afri, et Mauri, de quo poeta : *Lævas cetra tegit*.

6. ^e *Parma*, levia arma, quasi *parva*, non clypeus. Dicitur autem et *testudo* scutum. Nam in modum testudinis fit clypeus. **388** ^f Est et testudo scutorum connexio curvata in testudinis modum. Namque in armorum generibus, milites etiam ab animalibus nomina sumunt, ut aries. Et Sallustius : *In modum, inquit, hericii militaris*.

CAPUT XIII.

De loriceis.

1. *Lorica* ^g vocatur, eo quod *loris* careat, solis enim circulis ferreis contexta est.

2. ^h *Squama* est lorica ferrea ex laminis ferreis, aut æreis concatenata in modum squamæ piscis, et ex ipso splendore squamarum, et similitudine nuncupata est. ⁱ De ciliciis autem et poliuntur, et teguntur loriceæ.

CAPUT XIV.

De galeis.

1. *Cassis* de lamina est, *galea* de corio. Nam *galerus corium* dicitur. Cassidem autem a Thuscis nominatam (dicunt). Illi enim galcam *cassin* nominant, credo a *capite*.

389 2. ^j *Apex* est, quod in summa galea cminet, quo figitur crista, quam Græci *κρόνον* vocant. Nam conus est curvatura quæ in galea prominat et supra quam cristæ sunt.

^k *Clypeus autem peditum*. E Serv., ad vers. *Tercium scutati omnes*. Æn. ix.

^l *Ancile... ab omni parte recisum*. Ita etiam Varro : *Aut quasi ἀμφυγείλον* (addit Serv., Æn. viii), *id est, undique labrum habens*. Vid. Plutarch., in Num.

^m *Pelta*. E Serv., Æn. I, ad *Lunatis agmina peltis*.

ⁿ *Cetra... Hispani*. Ex. eod., Æn. vii.

^o *Parma, levia arma*. Servius, Æn. x, ad illud : *Transiit et parmam nicro* : *Parmam, id est, levia arma, non clypeum*.

^p *Est et testudo scutorum connex*. Vid. sup., c. 10.

^q **CAP. XIII.** *Lorica... quod loris careat, solis enim circulis ferreis*. Non dubito quin Isidorus apud Servium legerit, Æn. lib. x, *loricam esse proprie tegmen de loro factum, quo majores in bello uti consueverant*. Sed loriceis posterioribus notationem ap tavit quæ conserta sunt hamis, ut ait Virgilius. Varro lib. iv : *Lorica a loris, quod de corio crudo pec toralia fa*

CAPUT XV.

De foro.

1. *Forus* ^r exercendarum litium locus, a *fando* dictus. Qui locus et *prorostra* vocatur, ideo quod ex bello Punico captis navibus Carthaginensium rostra ablata sunt, et in foro Romano præfixa, ut essent hujus insigne victoriae. Constat autem *Forus* causa, lege, et iudice.

2. *Causa* vocatur a *casu*, quo evenit. Est enim materia et origo negotii, necdum discussionis examine patefacta, quæ dum præponitur *causa* est, dum discutitur *judicium* est, dum finitur *justitia* : vocatum autem *judicium*, quasi *jurisdictio*, et *justitia*, quasi *juris status*. *Judicium* autem prius *inquisitio* vocabatur. Unde et *actores* iudiciorum, et *præpositos, quæstores, vel quæsitores* vocamus.

3. *Negotium* multa significat, modo actum rei aliqujus, cui contrarium est *otium*; modo actionem causæ, quod est *jurgium* litis. Et dictum *negotium*, quasi *nec otium*, id est, sine otio. *Negotium* autem in causis, *negotiatio* in commerciis dicitur; ubi aliquid datur, ut majora lucentur.

4. *Jurgium* dictum, quasi *juris garrum*, eo quod ii qui causam dicunt **390** jure disceptent.

Lis a contentione limitis prius nomen sumpsit.

De quo Virgilius :

Limes erat positus, litem ut ^s discerneret agri.

5. *Causa* aut argumento, aut probatione constat. *Argumentum* nunquam testibus, nunquam tabulis dat probationem, sed sola investigatione invenit veritatem, unde et dictum *argumentum*, id est, *argutum inventum*.

Probatio autem testibus et fide tabularum constat.

6. In omni autem iudicio sex personæ quærentur iudex, accusator, reus, et tres testes.

^t *Judex* dictus, quasi *jus dicens* populo, sive quod *jure disceptet*. Jure autem disceptare est juste judicare. Non est autem iudex, si non est in cojustitia.

7. *Accusator* vocatus, quasi *adcausator*, quia ad causam vocat eum quem appellat.

Reus a *re* quam petitur nuncupatus, quia quamvis

^u *ciebant : postea succederunt Galli e ferro sub id vocabulum ex annulis ferream tunicam*.

^v *Squama est lorica ferrea*, etc. Serv., Æn. ix : *Nec duplici squama lorica : Squama sunt loricarum catenæ, in modum squamæ compositæ. Sanc et squama splendorem significat, si a piscibus veniat, et sordes si a squalore*.

^w *De ciliciis autem poliuntur loriceæ*. E Serv., Georg. iii, ad illud :

Usum in castrorum et miseris velamina nautis.

^x **CAP. XIV.** *Apex est q. in sum. gal.*, etc. Servius, Æn. xii, ad vers. *Apicem tamen : Galcæ eminentiam, quam Græci conum vocant, in qua eminent cristæ*; et lib. x : *Apex, conii altitudo*.

^y **CAP. XV.** *Forus*. Poterat duci cœna sine istis, sed Braulioni aliter visum. Vid., sup., lib. xv, cap. 2.

^z *Discerneret agri*. *Arvis* vulgo apud Virgil.

^{aa} *Judex* dictus. Ead. sup. lib., ix, cap. 4.

sceleris conscius non sit, reus tamen dicitur, quandiu **A** Cujus locus *gymnasium* dicitur, ubi exercentur athletæ, et cursorum velocitas comprobatur. Hinc accidit ut omnium prope artium exercitia *gymnasia* dicantur.

8. ^a *Testes antiquitus superstites* dicebantur, eo quod super statum causæ proferebantur. Nunc, parte ablata nominis, *testes* vocantur.

9. Testis autem consideratur : conditione, natura et vita. Conditione, si liber, non servus. Nam sæpe servus metu dominantis testimonium supprimit veritatis. Natura, si vir, non femina. Nam varium et mutabile semper femina. Vita, si innocens, et integer actu. Nam si vita bona defuerit, fide carebit. Non enim potest justitia cum scelerato habere societatem.

391 10. Duo sunt autem genera testium : aut dicendo id quod viderunt, aut proferendo id quod audierunt. Duobus autem modis testes delinquant, **B** cum aut falsa promunt, aut vera silentio obtegunt.

CAPUT XVI.

De spectaeulis.

1. *Spectacula*, ut opinor, generaliter nominantur voluplates, ^b quæ non per semetipsa inquinant, sed per ea quæ illie geruntur. Dicta autem *spectacula*, eo quod hominibus publica ibi præbeatur *inspectio*. Hæc et *ludicra* nuncupata, quod in ludis gerantur, aut in scenis.

2. Ludorum origo sic traditur : ^c Lydii ex Asia transvenæ in Etruria conserunt, duce Tyrrheno, qui fratri suo cesserat regni contentione. Igitur in Etruria inter cæteros ritus superstitionum suarum, spectacula quoque religionis nomine instituerunt. Inde Romani accersitos artifices mutuati sunt, et inde *ludi a Lydis* vocati sunt. Varro autem dicit *ludos a lusu* vocatos, quod juvenes per dies festos solebant ludi exultatione delectare populum. Unde et eum lusum juvenum, et diebus festis, et templis, et religionibus reputat.

3. Nihil jam de causa vocabuli, dum rei causa idololatria sit. Unde et promiscue ludi *Liberalia* vocabantur, ob honorem *Liberi* Patris. Ob hoc respicienda est ^d originis macula, ne bonum æstimes **392** quod initium a malo accepit. Ludus autem gymnicus est, aut circensis, aut gladiatorius, aut scenicus.

CAPUT XVII.

De ludo gymnico.

1. *Gymnicus* ludus est velocitatis ac virium gloria.

^a *Testes antiquitus superstites dicebantur*. Melius omnino Isidorus quam Servius, qui, *Æn.* III, ad illud : *Superatne, et veseitur aura?* — *Superstes* (inquit) *præsentem significat*. Festus : *Superstes testes præsentis significat, ejus rei testimonium est, quod superstibus præsentibus ii inter quos controversia est vindicias sumere jubentur*. Plautus in *Artemone* :

[perstes.

Nunc mihi licet quidvis loqui, nemo hic adest quem locum ita legebat Chacon : *Superstes præsentis testes præsentis significat*. Quam lectionem, et Plauti verba, et hic Isidori locus satis confirmant; Ciceronis vero verba, in Muren. ita emendabat : *Carmen compositum est, eum cæteris rebus absurdum, tum vero nullo usu utrisque superstibus præsentibus (sumite vindicias) ite viam*. Et utrisque **ACTORE ET REO** interpretabatur; *sumite vindicias* e Festo supplebat.

1. Genera gymnorum quinque : saltus, cursus, jactus, virtus, atque luctatio. Unde ferunt quemdam regem tot filios adolescentes habentem, totidem generibus de regno jussisse contendere.

CAPUT XVIII.

De generibus gymnorum.

1. Genera gymnorum quinque : saltus, cursus, jactus, virtus, atque luctatio. Unde ferunt quemdam regem tot filios adolescentes habentem, totidem generibus de regno jussisse contendere.

CAPUT XIX.

De saltu.

1. *Saltus* dictus, quasi exsilire in altum. Est enim saltus altius exsilire, vel longius.

393 CAPUT XX.

De eursu.

1. *Cursus* a velocitate crurum vocatur. Est enim cursus celeritas pedum.

CAPUT XXI.

De jactu.

1. *Jaetus* dictus a *jaeiendo*. Unde et piscatorium rete *jaelum* dicitur. Huic arti usus est, ^f arrepto lapide procul ferire, hastas pondere librato jacere, sagittas arcu emittere.

CAPUT XXII.

De virtute.

1. *Virtus* est immensitas virium in labore et pondere corporis.

CAPUT XXIII.

De luctatione.

1. *Luctatio* a laterum complexu vocatur, quibus **5** cominus certantes innitent, qui Græca appellatione *athletæ* vocantur. Locus autem luctationis *palæstra* dicitur.

394 CAPUT XXIV.

De palæstra.

1. *Palæstram* ^b autem, vel ἀπὸ τῆς πάλης, id est, a luctatione, vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, id est, a motu ruinæ

^b CAP. XVI. *Quæ non per semetipsa inquinant*. Tertullianus, lib. de Spectaculis, cap. ult. : *Retulimus supra de locorum conditione, quod non per semetipsa nos inquinant, sed per ea quæ illie geruntur*.

^c *Lydii ex Asia transvenæ... Liberi patris*. E Tertull., ibid. cap. 2.

^d *Originis macula... accepit*. Ex eod. loco.

^e CAP. XVII. *Ex consilii decreto tunc archon Hippomenes. Auctor quaerendus*.

^f CAP. XXI. *Arrepto lapide procul ferire*. Al., *arreptos lapides procul ferre*.

^g CAP. XXIII. *Cominus certantes innitent*. Ita Vet. Cod. Goth. Unus Rom. *Innituntur*.

^h CAP. XXIV. *Palæstram autem... sortis*. Serv., ad vers. *Corporaque... prædura palæstra*, Georg. II:— *Palæstra autem dicta est, vel ἀπὸ τῆς πάλης, id est, a luctatione, vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, hoc est, a motu urnæ, nam ducti sorte luctabantur*. Illic locus pessime affectus erat in omnibus Isidorianis libris.

fortis nominatam dicunt, scilicet quod in luctando cum medios arripiant, fere quatiunt, idque apud Græcos *πάλαι* vocatur. Quidam opinantur artem luctandi ursorum contentione monstratam. Namque inter cæteras feras eos solos, et erigi congressos, et subsidere celeriter, ac reverti, et modo manibus tentare invicem, modo complexua bigere sese more luctantium.

CAPUT XXV.

De agone.

1. Quæ Latini *certamina*, Græci *ἀγῶνας* vocant, a frequentia qua celebrabantur. Siquidem et omnem cœtum atque conventum *agona* dici; alii quod in circulis, et quasi *agonis*, id est, sine angulo locis, ederentur, nuncupatos *agonas* putant.

CAPUT XXVI.

De generibus agonum.

1. *Agonum* genera fuere, immensitas virium, cursus celeritas, sagittandi peritia, standi patientia; ad citharam quoque, vel tibias incedendi gestus; de moribus quoque, de forma, de cantandi modulatione, terrestris quoque belli, et navalis prælii, perpetuorumque suppliciorum certamina.

395 CAPUT XXVII.

De ludis circensibus.

1. *Ludi circenses* sacrorum causa, ac deorum gentilium celebrationibus instituti sunt. Unde et qui eos spectant dæmonum cultibus inservire videntur. ^a Nam res equestris antea simplex agebatur, et ulique communis usus reatus non erat, sed cum ad ludos coactus est naturalis usus, ad dæmoniorum cultum translatus est.

2. Itaque et Castori et Polluci deputantur hæ species, quibus equos a Mercurio distributos Stesichorus docet; sed et Neptunus equestris est, quem Græci *Hippion* appellant; sed et Marti et Jovi in ludis equi sunt consecrati, et ipsi quadrigis præsent.

3. ^b *Circenses* autem ludi ideo dicti, vel a *circumeundo*, vel quod ubi nunc metæ sunt, olim gladii ponebantur quos quadrigæ *circuibant*, et inde dicti *circenses*, ab ensibus circa quos currebant. Siquidem in littore circa ripas fluminum currus agitantés, gladios in ordine in ripæ littore ponebant, et erat artis equum

^a CAP. XXVII. *Nam res equestris... Hippion vocant.* E Tertull., cap. 6. de Circo.

^b *Circenses autem ludi*, etc. E Serv., initio III Georg., et Æn. VIII, ad vers. *Magnis circensibus actis.*

^c CAP. XXVIII. *Circus Soli... in aperto habent.* E Tertull., cap. v, de Loco.

^d *Hunc Romani dictum put.* Sup., lib. xv, cap. 2.

^e *Græci vero*, etc. E Tertull., ibidem.

^f CAP. XXIX. *Ova honori Castoris... erubescunt.* Tertull., ibidem.

^g *Ad causas mundi referri.* Servius, ad vers. *Centum quadrijugos... currus*: — *Id est, unius* (inquit) *diei exhibebo circenses.* Quia, ut Varro dicit in *libris de Gent. pop. Romani*, olim xxv missus fiebant, quorum quatuor et viginti pro numero horarum erant, sed vigesimus quintus ærarius dicebatur, eo quod de collatione populi exhibebatur. Adde duodecim hostias, quæ XII cœli signa, et septem metas, quæ planetas VII referebant. Fiebant autem circenses hoc

circu pericula torquere. Inde et *circenses* dicti putantur, quasi *circum enses*.

CAPUT XXVIII.

De circo.

1. *Circus* e Soli principaliter consecratus est a paganis, cujus ædes medio spatio et effigies de fastigio ædis emicat, quod non putaverint sub tecto consecrandum, quem in aperto habeat. Est autem circus omne illud spatium quod circuire equo solent.

396 2. ^d Hunc Romani dictum putant a *circuitu* equorum, eo quod ibi circum metas equi currant. Græci e vero a *Circe* Solis filia, quæ Patri suo hoc genus certaminis instituit, asserunt nuncupatum, et ab ea *circi* appellationem argumentantur. Fuit autem maga, et venefica, et sacerdos dæmonum, in cujus loci habitu et opere magicæ artes, et cultus idololatricæ recognoscitur.

CAPUT XXIX.

De ornamentis.

1. *Ornamenta circi*: ova, meta, obeliscus, carceres. ^f Ova, honori Castoris et Pollucis ascribunt, qui illos ovo editos credendo de cygno Jove non erubescunt.

2. Fingunt autem circensia Romani ^g ad causas mundi referri, ut sub hac specie superstitiones vanitatum suarum excusent.

397 CAPUT XXX.

De metis.

1. *Metarum* quippe appellatione proprie terminum ac finem mundi designari volunt, ab eo quod alicui emensus finis est, sive ad testimonium orientis occidentisque Solis.

CAPUT XXXI.

De obeliseo.

1. *Obeliscum* ^h Mespres rex Ægypti primus fecisse fertur tali ex causa. Cum quodam tempore Nilus violenta inundatione Ægypto nocuisset, indignatus rex tanquam pœnas a flumine exigeret, sagittam in undas misit. Non multo post gravi valetudine correptus, lumen amisit, qui post cæcitatem visu recepto duos obeliscos Soli sacravit. Obeliscus enim sagitta dicitur, qui ideo in medio circo ponitur, quia per medium mundum sol currit.

2. Medio autem spatio ab utraque meta constitu-

ordine: Quadrigæ, bigæ, aut trigæ, quatuor sorte ductæ e quatuor factionibus, prasina, rosea, alba et veneta, in carceribus consutuebantur. Deinde mappa, a magistratu qui ludis præsidebat, missa, hoc est, signo dato, quadrigæ carceribus emissæ septem spatia, sive curricula circa metas conficiebant, victoreque coronato, missus unus peractus erat. Idem in reliquis viginti quatuor missibus fiebat; cum autem in singulis quadrigæ quatuor currerent, recte Virgilius:

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus. Vid. Sueton., in Domit., Senec., lib. epist. iv, epist. xxx; Ovid., in *Halieutic.*; Arnob., vii contra gentes. Agell., lib. iii, cap. 3.

^h CAP. XXXI. *Obeliscum Mespres.* Messeres et Messeres habent Manuscripti. Plinii Manuscripti libri, *Mestres*, et *Mestires*. Excusi, *Mesphem.* Euseb., in *Chronico*, *Mephres.* Josephus, *Mephes.* De Pherone Sesostridis filio narrat hæc Hero Jotus, lib. ii.

tus obeliscus, fastigium summitatemque cœli significat, cum sol ab utroque spatio medio horarum discrimine transcendit. Summo obelisco superpositum est quoddam auratum in modum flammæ formatum, quoniam sol plurimum in se calor atque ignis habet.

CAPUT XXXII.

De carceribus.

1. In ^a circo unde emittuntur equi *carceres* dixerunt ab ea re **398** qua et ille carcer qui est in civitate, quod ut ibi homines damnati, atque inclusi, ita hic equi coercentur, ne exeant, antequam signum mitatur.

CAPUT XXXIII.

De aurigis.

1. Ars circi auriga et currus, equites, sive pedites. *Auriga* proprie dictus, quod currum agat, et regat, sive quod feriat junctos equos. ^b Nam *haurit*, FERIT, ut : *Latus haurit apertum*.

2. Ipse est, et ^c *agitor*, id est, *verberator* ab *agendo* dictus. Aurigæ autem duobus coloribus sunt, quibus speciem idololatriæ vestiunt. ^d Nam prasinus terræ, venetus cœlo et mari a paganis dicatus est.

CAPUT XXXIV.

De quadrigis.

1. ^e *Erichthonius* autem, qui regnavit Athenis, primus quatuor equos junxisse fertur, sicut Virgilius auctor est dicens.

Primus *Erichthonius* currus, et quatuor ausus Jungere equos, rapidis que rotis insistere victor.

2. Fuit autem *Minervæ* et *Vulcani* filius de caduca in terram libidine, ut fabulæ ferunt, procreatus, portentum dæmonicum, imo diabolus, qui primo *Junoni* currum dedicavit. Tali auctore *quadrigæ* productæ sunt.

399 CAPUT XXXV.*De curru.*

1. *Curru* a *eursu* dictus, vel quia rotas videtur habere, unde et ^f *carrum*, quasi *curvum*. *Quadrigarum* vero currus duplici temone olim erant, perpetuoque, et qui omnibus equis injiceretur iugo.

2. ^g Primus *Clysthenes* *Sicyonius* tantum medios jugavit, eosque singulos ex utraque parte simplici vinculo applicuit, quos Græci *σετραφόρους*, ^h Latini *funarios* vocant, a genere vinculi quo prius alligabantur.

^a CAP. XXXII. In circo. E Serv., Æn. I, ad vers. *Vinclis et carcere frenat*.

^b CAP. XXXIII. Nam *haurit*, *ferit*, ut Lat. h. a. Verba sunt Serv., Georg. III, ad vers. *Exsultantiaque haurit corda pavor pulsans*.

^c *Agitor*. i. v. a. *agendo*. Ex eod., ad vers. *Tardi costas agitator asell.*, Georg. I.

^d Nam *prasinus terræ*, etc. E Tertull., cap. 6 de Arte circi.

^e CAP. XXXIV. Ex eod. Tertull. loco.

^f CAP. XXXV. *Carrum*, quasi *curvum*; al., q. *cursum*, al., q. *currum*.

^g Primus *Clysthenes*. *Sicyon*. Pausan., in Phocæicis.

^h Latini *funar*. Funales vocat Suetonius in Tiberio.

ⁱ CAP. XXXVI. Et *Hespero*. Absunt hæc duæ voces ab antiquioribus Goth.

^j Inde patefecit r. r. c. e. Citatur hic versus a

CAPUT XXXVI.

De equis quibus currunt.

1. *Quadrigæ* et *bigæ*, *trigæ* et *sejugæ* ab equorum numero **400** et iugo dictæ. Ex quibus *quadrigas* soli, *bigas* lunæ, et *trigas* inferis, *sejugas* Jovi, *desultores* *Lucifero*, et *Hespero* sacraverunt. *Quadrigas* ideo soli jungunt, quia per quatuor tempora annus vertitur, ver et æstatem, autumnum et hyemem.

2. *Bigas* lunæ, quoniam gemino cursu cum sole contendit, sive quia et nocte videtur, et die. Jungunt enim unum equum nigrum, alterum candidum. *Trigas* diis inferis, quia hi per tres ætates homines ad se rapiunt, id est, per infantiam, juventutem, atque senectam. *Sejuga* maximus currus currit Jovi, propter quod maximum deorum suorum esse eum credunt.

3. Ideo autem rotis *quadrigas* currere dicunt, sive quia mundus iste circuli sui celeritate transcurrit, sive propter solem, quia volubili ambitu rotat, sicut ait *Ennius* :

Inde patefecit radiis rota candida cœlum.

CAPUT XXXVII.

De septem spatiis.

1. *Septem spatia* *quadrigæ* currunt, referentes hoc ad cursum septem stellarum, quibus mundum regi dicunt, sive ad cursum septem dierum præsentium, quibus peractis vitæ terminus consummatur, ^k quorum finis est creta, id est, iudicium.

401 CAPUT XXXVIII.*De equitibus.*

1. Porro *equites* singulares ideo currere dicunt, quia singulariter unusquisque cursum vitæ hujus peragit, atque transit, alius alio tempore sequens alium, per unam tamen viam mortalitatis usque ad propriam metam mortis.

CAPUT XXXIX.

De desultoribus.

1. *Desultores* ^l nominati, quod olim prout quisque ad finem cursus venerat, *desiliebat*, sive quod de equo in equum transiliebat.

CAPUT XL.

De peditibus.

1. *Pedites* autem aiunt propterea pede currere, quia pedibus curritur mortalitati. Ob hoc a superiore parte currunt ad inferiora, id est, ab Oriente ad Occidentem, quia mortales oriuntur, et occidunt,

quibusdam ex Sidonio.

^k CAP. XXXVII. *Quorum finis est creta*. Sic est in optimis libris Neap. et Gothicis quibusdam. Rectissime *Seneca*, lib. 19, epist. 109 : *Deinde transit ad ea quæ consuetudo sæculi mutavit, tanquam, quod ait Cicero, quoniam sumus ab ipsa calce ejus interpellatione revocati; hanc, quam nunc in circo cretam vocamus, calcem antiqui dicebant*. Gloss. *Creta*, λευκή. *Candida catæis* dixit *Lucretius* :

Tu mihi currenti præscripta ad candida calcis.

^l CAP. XXXIX. *Desultores*. *Hygin.*, fabul. 80 : *Unde et Romani servant institutum, cum desultorem mittunt, unus duos equos habet, pileum in capite * equo in equum transilit, quod ille sua et fratris vice fungatur*. *Cassiod.*, lib. III Var. : *Equi desultatorii, per quos circensium ministri missus denuntiant exituros, luciferi præcursoris velocitates imitantur*.

Nudi currunt, quia et homini in sæculo nullæ reliquæ sunt. Recto spatio currunt, quia inter vitam et mortem nihil distat. Sed hæc propterea fingunt, ut vanitates suas et sacrilegia excusare conentur.

CAPUT XLI.

De coloribus equorum.

1. Circa ^a causas quoque elementorum iidem gentiles etiam colores equorum **402** junxerunt, roseos soli, id est, igni; albos aeri, prasinus terræ; venetos mari assimilantes. Item roseos æstati currere voluerunt, quod ignei coloris sint, et cuncta tunc flavescent. Albos hiemi, quod sit glacialis, et frigoribus universa canescant; veri prasinus viridi colore, quia tunc pampinus densatur.

2. Item roseos Marti sacraverunt, a quo Romani exoriuntur, et quia vexilla Romanorum cocco decorantur, sive quod Mars gaudet sanguine. Albos zephyris et serenis tempestatibus, prasinus flori et terræ, venetos aquis, vel acri, quia ceruleo sunt colore; luteos, id est, croceos, igni et soli; purpureos Iri sacraverunt, quem arcum dicimus, quod Iris plurimos colores habeat.

3. Sicque dum hac spectatione deorum cultibus atque elementis mundialibus profanantur, eosdem deos atque eadem elementa procul dubio colere noscuntur. Unde animadvertere debes, Christiane, quot circum nomina immunda possideant. Quapropter alienus erit tibi locus, quem plurimi Satanæ spiritus occupaverunt. ^b Totum enim illum diabolus et angeli ejus repleverunt.

CAPUT XLII.

De theatro.

1. *Theatrum* ^c est quo scena includitur, semicirculi figuram habens, in quo stantes omnes inspicunt. Cujus forma primum rotunda erat, sicut et amphitheatri, postea ex medio amphitheatro theatrum factum est. *Theatrum* autem a *spectaenlo* nominatum **403** ^d ἀπὸ τῆς θεωρητρίας, quod in eo populus stans desuper atque spectans ludos contempleretur.

2. Idem vero *theatrum*, ^e idem et *prostibulum*, eo quod post ludos exactos meretrices ibi prostarent. ^f Idem et *lupanar* vocatum, ab eisdem meretricibus quæ ^g propter vulgati corporis vilitatem *lupæ* nuncupabantur. Nam *lupæ* meretrices sunt a rapacitate vocatæ, quod ad se rapiant miseros, et apprehendant. *Lupanaria* enim a paganis constituta sunt ut

^a CAP. XLI. *Circa caus.* Vid. Tertull., cap. 6 de Arte circi.

^b *Totum enim ill. diab. et angeli ejus repleverunt.* Tertull., cap. de Loco : *Totum sæculum Satanæ et angeli ejus repleverunt.*

^c CAP. XLII. *Theatrum.* De Theatro, sup., lib. xv, cap. 2.

^d ἀπὸ τῆς θεωρητρίας. E Serv., Æn. 1, ad vers. *Mediæque in valle theatri.*

^e *Idem et prostibulum.* Vid. Tertull., cap. de Theatro.

^f *Idem et lupanar.* Ex Aug., xviii de Civit., cap. 24, et Lact.

^g *Propter vulgati corporis vilitatem.* Lact., lib. 1, cap. 20 : *Fuit enim Faustuli uxor, et propter vulgati corporis vilitatem lupa inter pastores, id est, meretrix*

A pudor mulierum infelicitum ibi publicaretur, et ludibrio haberentur tam ii qui facerent quam quæ paterentur.

CAPUT XLIII.

De scena.

1. *Scena* autem erat locus infra theatrum in modum domus instructa cum pulpito, ^h quod pulpitum *orchestra* vocabatur, ubi cantabant comici, tragici, atque saltabant histriones et mimi. ⁱ Dicta autem *seena* Græca appellatione, eo quod in speciem domus erat instructa. Unde et apud Hebræos tabernaculorum dedicatio a similitudine domiciliorum *Scenopegia* appellabatur.

406 CAPUT XLIV.*De orchestra*

B 1. *Orchestra* autem pulpitum erat scenæ, ubi saltator agere posset, aut duo inter se disputare. Ibi enim poetæ comædi et tragædi ad certamen conscendebant, iisque canentibus, alii gestus edebant. Officia scenica : tragædi, comædi, thmelici, histriones, mimi, et saltatores.

CAPUT XLV.

De tragædis.

1. *Tragædi* sunt qui antiqua gesta atque facinora secleratorum regum luctuoso carmine, spectante populo, concinebant.

CAPUT XLVI.

De comædis.

C 1. *Comædi* sunt qui privatorum hominum acta dictis atque gestu cantabant, atque supra virginum et amores meretricum in suis fabulis exprimebant.

CAPUT XLVII.

De thymelicis.

1. *Thymelici* autem erant musici scenici, qui in organis, et lyris, et citharis, præcinebant. Et dicti *thymelici*, quod olim in orchestra stantes cantabant super pulpitum quod *thymele* vocabatur.

305 CAPUT XLVIII.*De histrionibus.*

D 1. *Histrioncs* sunt qui muliebri indumento gestus impudicarum feminarum exprimebant : ii autem saltando etiam historias et res gestas demonstrabant. Dicti autem *histriones*, sive quod ab *Istria* id genus sit adductum, sive quod perplexas historiis fabulas exprimerent, quasi *historiones*.

nuncupata est, unde etiam lupanar dicitur.

^h CAP. XLIII. *Quod pulpitum orchestra vocabatur.* Impropric. Nam aperte distinguit orchestram a pulpito Vitruvius, iib. v, cap. 6, et scena pulpito, pulpitum altius erat orchestra; et apud Romanos senatoribus et honoratioribus viris loca erant in orchestra designata, in pulpito non item. Sed orchestra nomine pulpitum quoque continetur, non contra. Græci autem pulpitum θυμῆλην dicebant, de qua mox Isidorus.

ⁱ *Dicta autem scena.* Servius ad vers. *Sylvis scena coruscis : Seena, inumbratio; dicta scena ἀπὸ τῆς σκιάς, id est, umbra.* Nam apud antiquos theatrialis scena parietem non habuit, sed de frondibus umbracula quærebant; postea tabulata componere cæperunt in modum parietis.

CAPUT XLIX.

De mimis.

1. *Mimi* sunt dicti Græca appellatione, quod rerum humanarum sint imitatores. ^a Nam habebant suum auctorem, qui antequam mimum agerent, fabulam pronuntiaret. Nam fabulæ ita componebantur a poetis, ut aptissimæ essent motui corporis.

CAPUT L.

De saltatoribus.

1. *Saltatores* ^b autem nominatos Varro dicit ab Arcade Salio, quem Æneas in Italiam secum adduxit, quique primo docuit Romanos adolescentes nobiles saltare.

406 CAPUT LI.

Quid quo patrono agatur.

1. Est ^c plane in artibus scenicis Liberi et Veneris patrocinium, quæ privata et propria sunt scenæ de gestu et corporis flexu. Nam mollitiem Libero et Veneri immolabant, illi per sexum, illi per flexum, dissolutis.

2. Quæ vero ibi vocibus, et modis, et organis, et lyris transiguntur, Apollines et Musas, et Minervas, et Mercurios patronos habent. Quod spectaculum odisse debes, Christiane, quorum odisti auctores.

CAPUT LII.

De amphitheatro.

1. *Amphitheatrum* locus est spectacula ubi pugnant gladiatores. Et inde ludus gladiatorius dictus, quod in eo juvenes usum armorum diverso motu condiscant, et modo inter se aut gladiis aut pugnis certantes, modo contra bestias incedentes, ubi non odio, sed præmio illecti subeunt ferale certamen.

2. *Amphitheatrum* dictum, quod ex duobus theatris sit factum. Nam amphitheatrum rotundum est, theatrum vero ex medio amphitheatro est, semicirculi figuram habens.

407 CAPUT LIII.

De ludo equestri.

1. Genera gladiatorum plura, quorum primum ludus *equestrius*. Duo enim equites, præcedentibus prius signis militaribus, unus a porta Orientis, alter ab Occidentis, procedebant in equis albis cum aureis galeis, minoribus et habilioribus armis, sicque atroci perseverantia pro virtute sua inibant pugnam, dimicantes, quousque alter in alterius mortem prosiliret, ut haberet qui caderet casum, gloriam qui perimeret. Quæ armatura pugnabat Marti duelli causa.

CAPUT LIV.

De retiariis.

1. *Retiarius* ab armaturæ genere, in gladiatorio

^a CAP. XLIX. Nam habebant suum auctorem. F., auctorem.

^b CAP. L. *Saltatores*. E Festo in *Salios*, nisi quod ille non Varronem, sed Polemonem citat auctorem.

^c CAP. LI. *Est plane*. Omnia e Tertull., cap. de Artibus scenicis; sed *lyris* retinimus ex nostris Codicibus, ubi apud Tertull. *litteris* legitur.

^d CAP. LIV. *Ferebat rete, quod jaculum appellabatur* Et uno verbo *retejaculum*; sed de retiario, secutore et aliis gladiatorum generibus scripsit nuper

A ludo contra alterum pugnans occulte ^d ferebat rete (quod jaculum appellatur), ut adversarium ^e cuspidem insequente operiret, implicitumque viribus superaret. Quæ armatura pugnabat Neptuno tridentis causa.

CAPUT LV.

De secutoribus.

1. *Secutor* ab *insequendo* retiarius dicitur. Gestabat enim 408 cuspidem, et massam plumbeam, quæ adversarii jaculum impediret, ut antequam ille feriret reti, iste exsuperaret. Hæc armatura sacrata erat Vulcano. Ignis enim semper aquam insequitur, ideoque cum retiario componebatur, quia ignis et aqua semper inter se inimica sunt.

CAPUT LVI.

De laqueariis.

1. *Laqueariorum* pugna erat fugientes in ludo homines injecto laqueo impeditos, consecutosque prosternere amictos umbonæ pelliceo.

CAPUT LVII.

De velitibus.

1. *Velitum* pugna erat, ut ultro citroque tela objectarent. Erat autem eorum varia pugna, et spectantibus gratior quam reliqua. ^f *Velites* autem nuncupati, sive a *volitatione*, ^g sive a civitate Etruscorum, quæ *Veles* vocabatur.

CAPUT LVIII.

De ferali certamine.

1. *Ferarum* pugna erat emissas bestias juvenes excipere, et pugnare adversus eas, ultroneo funere certare, non crimine, sed furore.

409 CAPUT LIX.

De horum execratione.

1. Hæc quippe spectacula crudelitatis, et inspectio vanitatum non solum hominum vitiiis, sed de dæmonum jussis instituta sunt. Proinde nihil esse debet Christiano cum circensi insania, cum impudicitia theatri, cum amphitheatri crudelitate, cum atrocitate arenæ, cum luxuria ludi. Deum enim negat, qui talia præsumit, fidei Christianæ prævaricator effectus, qui id denuo appetit quod in lavacro jam pridem renuntiavit, id est, diabolo, pompis et operibus ejus.

CAPUT LX.

De alea.

1. *Alea*, id est, ludus tabulæ, inventa a Græcis in otio Trojani belli, a ^h quodam milite nomine *Alea*, a quo et ars nomen accepit. Tabula luditur pyrgo, calculis, tesserisque.

eruditissimus vir. Vid. Fest., in *Retiario*.

^e *Cuspidem insequente*. Ita Manusc. omnes, *insequentem* volebat Chacon, *insistentem* alii.

^f CAP. LVII. *Velites autem... sive a volitatione*. Fest., in *Advolitatio*: *Velites dicuntur expediti milites, quasi volites, id est, volantes*.

^g *Sive a civitate Etruscor. quæ Veles*. Sic. Goth. Cod., alii *Veletes*.

^h CAP. LX. *A quodam milite nomine Alea*. Auctor querendus.

CAPUT LXI.

De pyrgis.

1. *Pyrgus* ^a dictus, quod per eum tesserae *pergant*, sive quod turris speciem habeat. Nam Græci *turrim* πύργον vocant.

410 CAPUT LXII.

De calculis.

1. *Calculi* vocati, quod leves sint et rotundi. Unde et *calculus* dicitur lapis brevis ^b qui sine molestia sui brevitate calcatur. Item calculi, quod per vias ordinales, quasi per calculas eant.

CAPUT LXIII.

De tesseris.

1. *Tesserae* vocatae, quia quadræ sunt ex partibus omnibus. Has alii *lepusculos* vocant, eo quod exsiliendo discurrunt. Olim autem tesserae *jacula* appellabantur a *jaciendo*.

411 CAPUT LXIV.

De figuris aleæ.

1. Quidam ^c autem aleatores sibi videntur physiologicè per allegoriam hanc artem exercere, et sub quadam rerum similitudine fingere. Nam tribus tesseris ludere perhibent propter tria sæculi tempora, præterita, præsentia et futura, quia non stant, sed decurrunt. Sed et ipsas vias senariis locis distinctas propter ætates hominum ternariis lineis propter tempora argumentantur. Inde et tabulam ternis descriptam dicunt lineis.

CAPUT LXV.

De vocabulis tesserarum.

1. Jactus quisque apud lusores veteres a numero vocabatur, ut *unio*, *binio*, *trio*, *quatrio*, *quinio*, *senio*. Postea appellatio singulorum 412 mutata est, et *unionem* CANEM, ^d *trionem* SUPPUM, ^e *quatrionem* PLANUM vocabant.

^a CAP. LXI. *Pyrgus*. Vasculum in turriculæ figuram conformatum, ex quo tali in alveum conjiciebantur, ne quis dolus in jaciendis manu subesse ^d posset. *Turriculam* vocat Martialis.

^b CAP. LXII. *Quia sine molestia sui brevitate calcetur*. Sup., lib. XVI. cap. 6, e Serv., Georg. II.

^c CAP. LXIV. *Quidam autem... physiologicè per allegor.* Vid. Eustach., Iliad. a, ad illud : Πεσοῦσι προπάροιθε θυράων θυμὸν ἔτερπον.

^d CAP. LXV. *Trionem suppum*. Græce ὑπτιον. Vid. Fest.

^e *Quatrionem planum*. Imo *pronum* opinor, qui et Aristoteli πρηνής. Supino enim pronus opponitur, non planus.

^f CAP. LXVI. *Ut puta senionem*. Qui et *Venus*, et *Cous*, dicebatur, quoties ita quatuor tale cadebant,

A

CAPUT LXVI.

De jactu tesserarum.

1. Jactus tesserarum ita a peritis aleatoribus componitur, ut afferat quod voluerit, ^f ut puta senionem, qui eis jactu bonum affert. Vitant autem canem, quia damnosus est, unum enim significat.

CAPUT LXVII.

De calculorum motu.

1. *Calculi* partim ordine moventur, partim vage. Ideo alios *ordinarios*, alios *vagos* appellant. At vero qui moveri omnino non possunt 413 *incitos* dicunt.

B

^g Unde et egentes homines *inciti* vocantur, quibus spes ultra procedendi nulla restat.

CAPUT LXVIII.

De interdictione aleæ.

1. Ab hac arte fraus, et mendacium, atque perjurium, nunquam abest, postremo et odium, et damna rerum, unde et aliquando, propter hæc scelera, interdictione legibus fuit.

CAPUT LXIX.

De pila.

1. *Pila* proprie dicitur quod sit *pilis* plena. Hæc et *sphæra* a *ferendo*, vel *feriendo* dicta, de quarum genere et pondere Dorcatius sic tradit :

Neu tu parce pilos vivacis condere cervi,
Uncia donec erit geminae superaddita librae.

2. Inter species pilarum sunt trigonaria et arenata. ^h *Trigonaria* est, qua inter tres luditur. *Arenata*, qua in grege dum ex circulo astantium spectantiumque emissa, ultra justum spatium pilam excipere lusumque inire consueverunt. *Cubitalem* lusum appellant cum duo cominus ex proximo, ac pene conjunctis cubitis, pilam feriunt. ⁱ *Suram* dicitur dare, qui pilam, crure prolato, ferendam collusoribus præbet.

C

ut nullus cum alio congrueret. Arist., lib. II, de Cæl. : Ἔστι δὲ κατορθοῦν χαλεπὸν ἢ τὸ πολλὰ, ἢ τὸ πολλὰκις, οἷον πολλοὺς ἀστραγάλους κώους βάλλιν ἀμύχανον, ἀλλὰ ἕνα, ἢ δύο, ῥᾶον.

^g CAP. LXVII. *Unde et egentes homines inciti dicuntur*. Nonius : *Incitas egestas dicitur*.

^h CAP. LXIX. *Trigonaria*. Martialis, lib. XIV, epig. 46 : *Pila trigonalis* :

Si me nobilibus sei expulsare sinistris,

Sum tua ; si nescis, rustice redde pilam.

ⁱ *Suram dicitur dare*. Plutarch., in Cicerone, de Cornel. Lentulo, Catilinæ socio, cognomento Sura : Προελθὼν ὀλιγώρως πάνυ, καὶ καταφρονητικῶς, λόγον, μὲν οὐκ ἔφη διδόναι, παρέχειν δὲ τὴν κνήμην, ὡσπερ πάνυ εἰώθεισαν οἱ παῖδες, ἔταν ἐν τῷ σφαιρίζειν ἀμάρτωσιν.

LIBER DECIMUS NONUS

DE NAVIBUS, ÆDIFICIIS ET VESTIBUS.

414 CAPUT PRIMUM.

De navibus.

1. Artium quarumdam vocabula, quibus aliquid

fabricatur, vel instrumenta artificum, vel quæ ministerium exhibent, atque aliquid hujuscemodi, demiceps ex parte notanda studui.

2. *Artifex* generaliter vocatus, quod *artem* faciat, sicut *aurifex*, qui *aurum*. *Faxo* enim antiqui pro *facio* dicebant.

3. ^b *Nauclerus*, dominus navis est appellatus, ita quod navis in sorte ejus sit, κληρος enim Græce *sors* dicitur. Cæteri autem in navi in ^c contributione sunt.

4. ^d *Gubernio*, qui et *gubernator*, quasi *cohibernator*, quod *cohibeat* 415 prudentia sua *hiberna*, id est, tempestates maris.

5. *Nauta* a *nave* dictus per derivationem. ^e *Navita* autem pro *nauta* poetice dicitur, sicut *Mavors* pro *Mars*. Nam rectum est *nauta*.

6. *Remex* vocatur, quod *remum* gerit, sic autem *remex*, ^f quomodo *tubex* dicitur nominativo casu.

7. ^g *Epibata* Græco sermone appellatur qui Latine dicitur *superveniens*. Hic nihil habet negotii, sed naulo dato, in alias terras transire disponit.

8. *Navim* quidam perhibent dictam, eo ^h quod *gnavum* rectorem quærat, id est, peritum, sapientem, strenuum, qui continere et gubernare novit propter maritima pericula, et casus, unde est illud Salomonis : *Intelligens gubernacula possidebit*. ⁱ Lydii autem primum *navim* fabricaverunt, pelagique incerta petentes pervium mare usibus humanis fecerunt.

9. ^j *Rates* primum et antiquissimum genus navigii, c rudibus tignis asseribusque consertum. Ad cujus similitudinem 416 fabricatæ naves ^k *rataria* dictæ. Nunc jam ^l *rates* abusive *naves*. Nam proprie rates sunt connexæ invicem trabes.

10. *Trieris* navis magna, quam Græci ^m *durconem* vocant, de qua in Isaia dicitur : *Non transivit per eam trieris magna*.

^a CAP. I. *Artifex gener. nom.* Ut Græcis τέκτων.

^b *Nauclerus*. Qui et navicularius et magister navis a jureconsultis dicitur, qui navem habet propriam, vel conductam, ejus obventiones et redditus omnes accipit. At Isidoro, inf., cap. 49, navicularius navium est fabricator, sicut carpentarius carpenti.

^c *In contributione sunt*. Contributionis vox apud jureconsultos frequens, ut tit. de Leg. Rhod. de Jact.

^d *Gubernio, qui et gubernat*, Gloss., *Guber.* (mutata credo voce), κυβερνήτης. Gubernium pro gubernatore dixisse Laberium in Ana Peranna ait Agellius, lib. XXI, cap. 7. Legitur quoque archigubernius, sive etiam archigubernus, lib. XXXVI. Dig., tit. 4, cap. 46. It ^m gubernæ pro gubernaculis dixit Lucretius :

Disjectare solet magnum mare, transtra, gubernæ ; et Lucilius, apud Non. :

Proras despoliate, et detundite gubernæ.

^e *Navita pro naut*. E Serv., Georg. 1, et Æn. VI. Sic Græci ναύτην et ναύτην.

^f *Quomodo tubex*. F., quomodo et obex, de cujus genere vid. Serv.

^g *Epibata*. Inde ἐπιβατηγὸι, naves vectoriæ. Dicuntur etiam epibatæ, qui tutelæ causa assumuntur. Vid. Poll.

^h *Eo quod gnavum rect*. Ita libri Goth., recte. Assignat autem navo suam etiam etymologiam (ut navus sit qui novit) quam probam, nihil moror. Interpretantur quidem Glossaria eodem modo navum : *Navus* εὐδημων ; *navus*, ἔμπρακτος, εὐστραφής, εὐκλήτος.

ⁱ *Lydii primum navem*. Sumptum videtur ex Histro Græco scriptore, quem Latinum ab Hieronymo factum quidam existimant.

^j *Rates prim*. Plin., lib. VII, cap. 56 : *Navi primus*

11. *Carpasia* navis a *Carpatho* insula nominata, sicut a *Rhodo Rhodia*, sicut ab *Alexandria Alexandrina*.

12. ⁿ *Liburnæ* dictæ a *Libyis* ; naves enim sunt negotiatorum. De quibus Horatius :

Ibis liburnis inter alta navium.

13. *Rostratæ* naves dictæ ab eo quod in fronte *rostra* ærea habeant ^o propter scopulos, ne feriantur et collidantur.

14. *Longæ* naves sunt quas *dromonès* vocamus ; dictæ eo quod longiores sint cæteris, quibus contrarius *musculus*, curtum navigium. *Dromo* autem a *decurrendo* dicitur. *Cursum* enim Græci δρόμον vocant.

15. ^p *Classis* dicta est a Græco vocabulo ἀπὸ τῶν καλῶν, id est, *lignis*, 417 unde et *calones*, qui ligna militibus portant.

16. *Ancyromagus* dictus, pro eo quod celeritate sui anchoris et instrumentis reliquis navium vehendis sit aptus.

17. *Phaselus* est navigium quod nos corrupte *baselum* dicimus. De quo Virgilius : *Putisque phaselis*.

18. ^q *Scapha*, quæ κατάσκοπος, navigium quod Latine *speculatorium* dicitur, σκοπεῖν enim Latine *intendere* dicitur.

19. *Barca* est, quæ cuncta navis commercia ad litus portat. Hanc navis in pelago propter nimias undas suo suscipit gremio. Ubi autem appropinquerit portui, reddit vicem barca navi quam accepit in pelago.

20. ^r *Paro* navigium *piratarum* aptum, et ex iis ita vocatum, Cicero :

Tunc se fluctigero tradit, mandatque paroni.

Et alibi : *Parunculis ad littus ludit celeribus*.

in Græciam ex Ægypto Danaus advenit, ante ratiibus navigabatur inventis in mari Rubro.

^k *Rotariæ*. De quibus Agell. meminit, lib. X, cap. 25. Sed Ratiarias appellari quidam malunt.

^l *Rates abusiv... invicem trab*. E Serv., Æn. I, ad illud : *Disjecitque rat*.

^m *Quam Græci durcon*. Al., *durchonem*. Recte fortasse hæc absunt a Segunt. libro. Sed amplius quærendum. Est namque is Codex sæpe alias mutilus.

ⁿ *Liburnæ*. Videntur hæc quoque ex Histro. Sed ut apud illum *Liburnia* pro *Libya*, ita hic *Liburniis* pro *Libyis* substituerim. Vid. Appian., in Bell. Illyr., Lucian., ἐν τοῖς ἔρωσι, et Veget., lib. IV.

^o *Propter scopulos ne feriantur*. Hister. : *Nam ipsæ rostratæ in altum erectæ, quasi cacumen syrteum eminentiorem a puppi, in fronte rostra habent propter scopulos, ne forte, cum tantam vim discurrentium et properantium habeant, aut feriantur, aut collidantur*.

^p *Classis dicta... portant*. E. Serv., Æn. I. *Palasne exurere class*.

^q *Scapha, quæ et catascop*. Vid. Veget., lib. IV, cap. 37, et Agell., lib. X, cap. 25, apud quem catascopium forma diminutionis. Catascopus apud Hirtium, lib. de Bell. Afric.

^r *Paro navigium piratarum aptum*. Id est, instructum, et quasi paratum, captat enim hujusmodi notationes. Nisi mavis *aptum* Gothico compendio pro *apertum* scriptum fuisse. Id enim, et *fluctigeri* ἐπιθελον in Ciceronis versu comprobatur : et aperta, quæ a Græcis ἀφρακτα dicuntur, navigia tectis opponuntur. Livius, lib. XXXVI : *C. Livius præfectus Romanæ classis cum quinquaginta navibus tectis profectus a Roma Nea-*

418 21. *Myoparo*, quasi *minimus Paro*. Est enim

A

scapha ex vimine facta, quæ contexta crudo corio genus navigii præbet, qualibus utuntur Germanorum piratæ in Oceani littoribus, vel paludibus, ob agilitatem. De quibus Historia : *Gens*, inquit, *Saxonum myoparonibus, non viribus nituntur, fugæ potius, quam bello parati.*

22. *Celoces*, ^a quas Græci κέλκας vocant, id est, veloces biremes, vel triremes agiles, et ad ministerium classis aptæ. Ennius :

Labitur uncta carina per æquora cana celocis.

23. *Biremes* autem naves sunt habentes remorum ordinem geminum.

Triremes, et *quatiremes*, trium et quator ordinum; sic et *penteres* et *hexeres*, quinos vel senos ordines habentes.

24. ^b *Actuariæ* naves sunt, quæ velis simul et remis aguntur.

^c *Hippagogus*, in quo equos transvehere solitum est.

^d *Pontonium*, navigium fluminale, tardum et grave, quod non nisi remigio progredi potest.

^e *Hine* et *trajectus*, id est, extentus. Est enim latus, unde et *transenna* dicitur extentus funis.

25. *Lembus* navicula brevis, quæ alia appellatione dicitur et *cymba* **419** et ^f *Caupilus*, sicut et *linter*, id est, *carabus*, quo in Pado, paludibusque utuntur.

26. *Carabus*, parva scapha ex vimine facta, quæ contexta crudo corio genus navigii præbet.

^g *Portemia*, navicula Syriaci generis, lata, et sine carina, a *portando* vocata. Utuntur iis in Pannonia.

27. ^h *Trabariæ*, amnicæ naves, quæ ex singulis trabibus cavantur, quæ alio nomine *littorariæ* dicuntur. ⁱ Hæ et *caudicæ* ex uno ligno cavato factæ, et inde *caudicæ*, quia a quatuor usque ad decem homines capiant.

polim, quo a sociis ejus oræ convenire jusserat, apertas naves, quæ ex fœdere debebantur, etc.

^a *Quas Græci celetes*. Suid. : Κέλκας, ὁ μόνος ἵππος καὶ ὁ ἐπὶ τούτου φερόμενος : et paulo post, Κέλκας εἶδος πλοιαρίου μικροῦ : et Thucydidis interpres, Μικρόν πλοιαρίον ὑφ' ἑνὸς ἐρεττόμενον, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ κέλκτος ἵππου, ᾧ εἰς ἀνήρ ἐπικάθεται.

^b *Actuariæ dictæ*, quod cito agi possint, ait Nonius. Festus.

^c *Hippagogus*. Hippaginem Latine appellari tradit Festus.

^d *Pontonium*. Vox diminutionis. Nam pontones principaliter dicuntur.

^e *Hinc et trajectus*. Serv., Æn. v. *Trajecto in fune columbam : Trajecto* (inquit) *extento, unde transenna dicitur extentus funis*. Quæ, quomodo huic loco aptari possint, non queo satis dispicere.

^f *Et caupilus*. Al., *caupolus*. Agellio, lib. x, cap. **25**, *capulica*.

^g *Portemia*. Sic omnes libri et ita Isidorum scripsisse arguit etymologia. Est tamen vox Græca, eademque Diodoro Siculo nunc πορθμεῖα, nunc πορσεῖα dicuntur.

^h *Trabariæ*, Festus : *Trabica navis, quod si trabibus confixa*.

ⁱ *Hæ et caudicæ*. Et *caudicariæ*, vel *codicariæ*. Non. Fest., Agell. Nam ut trabs proprie duo ligna compacta, teste Festo, ita caudex plurium tabularum contextus, ut ait Senec., lib. de Brevitat. vit.

^j CAP. II. *Cumba*. Vulgo *gomba*.

CAPUT II.

De partibus navium, et armamentis.

1. *Puppis* posterior pars navis est, quasi *post*. *Prora* anterior, quasi *priora*.

^j *Cumba* locus imus navis, quod aquis incumbat. *Carina* a *currendo* dicta, quasi *currina*.

2. ^k *Fori* navium latera concava a *ferendo* onere dicta, sive tabulata navium, quæ sternuntur. Dicta, ab eo quod incessus *ferant*, vel *foris* eminent. De quibus Virgilius : *Laxatque foros*.

3. ^l *Columbaria*, in summis lateribus navium loca concava, per quæ eminent remi, dicta, credo, quod sint similia latibulis columbarum, in quibus nidificant.

4. ^m *Agea*, viæ sunt, vel loca, in navi, per quæ ad remiges hortator accedit. De qua Ennius :

Multa foro ponet, et Agea longa repletur.

5. *Transtra* sunt tabulæ ubi sedent remiges, quod in transversosint, dicta, ⁿ quæ Virgilius *juga* appellat.

6. ^o *Tonsæ* remi a removendis et decutiendis fluctibus dicti, sicut *tonsores* a *tondendis* et decutiendis capillis.

7. ^p *Palmula* est extrema latitudo remi, a *palma* dicta, qua mare impellitur.

^q *Antennæ* autem dictæ, quod *ante amnem* sint positæ. **421** Præterfluit enim eas amnis. ^r *Cornua* extremæ partes antennarum sunt, dicta per tropum.

8. ^s *Malus* est arbor navis, qua vela sustentur. *Malus* autem dictus, quia habet instar *mali* in summitate, vel quia, quasi quibusdam *malleolis* ligneis **C** cingitur, quorum volubilitate vela facilius elevantur.

9. *Modius* est cui arbor insistit, ob similitudinem mensuralis vasis dictus.

Carchesia sunt in acumine arboris. ^t *Cinna* :

Lucida confulgent alti carchesia mali.

10. ^u *Trochleæ*, quasi φ littera, per quas funes

^k *Fori*. Hæc utcumque contexta e Serv. nonnihil etiam aucta. At Charis. *Fori* sunt in navibus, quibus nautæ sedentes remigant, ἐδῶλια.

^l *Columbaria*. Vid. Philand., in Vitruv., l. iv, c. 2. ^m *Agea viæ sunt*. Fest. : *Agea viæ in navi est, dicta quod in ea maxima quæque res agi soleat*.

ⁿ *Quæ Virgilius juga app.* Æn. vi : *Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant. Ubi Serv. : Juga Græce dicit, ζύγα enim dicunt quæ transtra nominamus*.

^o *Tonsæ remi*. E Serv., Æn. vii :

..... In lento luctantur marmore tonsæ.

^p *Palmula*. Vid. Fest. et Serv., Æn. v. Eadem ratione Græci ταρσόν, et palmam manus, et remorum latitudinem dixere, ut ait Ælius Dionysius, apud Eustach., Ὀδυσσ. i, ad illud : *Ταρσοὶ μὲν τερῶν*; etc.

^q *Antennæ autem dictæ*, etc. E. Serv., Æn. vii. Idem prope Festus in voce *Amnenscs*. Sed illi non de navium parte, sed de urbibus prope amnem sitis loquuntur.

^r *Cornua*. Ex eod., Æn. iii, ad illud : *Cornua velatarum obv. antenn.*

^s *Malus arb.* Ex eod., Æn. v, nisi quod *matis* apud illum, non *malleolis* legitur.

^t *Cinna* : *Lucida*. Quod Catullo hic versus tribuitur ex Nonio potuit esse communis.

^u *Trochleæ, quasi φ littera*.— *Quasi θ littera le-*

trahuntur. Trochleæ autem vocatæ, quod rotulas habeant, τροχὸς enim Græce *rota* dicitur.

11. *Parastatæ* stipites sunt pares stantes, quibus arbor sustinetur. Cato : *Malum deligatum, parastatæ vinctæ.*

12. ^a *Clavus* est quo regitur gubernaculum. De quo Ennius :

Ut clavum rectum teneam, navimque gubernem.

13. ^b *Porticulus* malleus in manu portatus, quo modus signumque datur remigantibus. De quo Plautus .

Ad loquendum, atque ad tacendum tute habeas [porticulum.

A *portando* igitur *porticulus*.

14. ^c *Tonsilla* uncinus ferreus, vel ligneus, ad quem in littore defixum funes navium illigantur. De quo Ennius :

Tonsillas rapiunt, configunt littus aduncas.

15. *Anchora*, dens ferreus, ex Græca etymologia nomen ducit, quod quasi hominis manus comprehendat, vel scopulos, vel arenas. Nam *manus* Græce χεῖρ dicitur. ^c Apud Græcos autem aspirationem non habet. Nam ἀγκυρα dicitur, unde et apud majores sine aspiratione proferebatur.

16. *Pulvini* sunt machinæ quibus naves deducuntur et subducuntur in portum.

^d *Pons* scala navium.

CAPUT III.

De velis.

1. *Vela* ^e Græci ἄρμενα dicunt, proinde quod aere moventur. Apud Latinos autem *vela* a *volatu* dicta. C

2. ^f Genera velorum *Acation*, *Epidromos*, *Dolon*, *Artemon*, *Siparum*, *Mendicum*. Ex quibus *Acation* velum maximum, et in media navi constitutum.

3. *Epidromos* secundæ amplitudinis, sed ad puppim.

Dolon minimum velum, et ad proram defixum.

git Philander apud Vitruv. Trochleas etiam Athenæus in navium armamentis numeravit in Hieronis nave. Gloss., *trochleæ*, ἐπιδρόμιδες.

^a *Clavus*. Clavum, fustem gubernaculi interpretatur Servius, *Æn.* v.

^b *Porticulus*. Sic etiam Fest. et Non., nisi quod apud hos *portisculus* dicitur. Isidoro favent Gloss. in quibus : *Porticulus*, κελουστῆς.

^c *Apud Græcos aspirationem non habet.* E Serv., *Æn.* i, ad illud.

.... Unco non alligat anchora morsu.

^d *Pons scal.* Ex eod., *Æn.* x : *Pontibus exponit.*

^e *CAP. III. Vela Græci ἄρμενα.* Homerum (ut ait Eustachius) secuti, nam vox ipsa multo est latior, ita ut instrumenta omnia, neque nautica solum, sed quævis alia complectatur dicta (ut ait Etymologistes) παρὰ τὸ ἄρω, τὸ ἀρμύζω, ἀραρήμενον, καὶ κατὰ συγκοπήν, ἄρμενον.

^f *Genera velor.* V. d., Poll., Hesych. Suid., qui tamen *artemonis* non meminere.

^g *Artemon dirig. pot. navis.* Recte. Vid. Chrysostom., Act. xxvii.

^h *Pes extremus angulus veli.* At Servius., *Æn.* v, ad illud : *Una omnes fecere pedem* : — *Podiam* (inquit)

^a *Artemon* dirigendæ potius navis causa commentatum, quam celeritatis.

1234. *Siparum* genus veli, unum pedem habens, quo juvari navigia solent in navigatione, quoties vis venti languescit. De quo Lucanus :

Summaque tendens

Sipara, velorum perituras colligit auras, quod ex separatione existimant nominatum. ^h *Pes* extremus angulus veli, quem sic nautæ loquuntur.

CAPUT IV.

De funibus.

1. *Funes* ⁱ dicti, quod antea in usum luminis fuerint circumdati cera, unde et *funalia*.

Restes, sive quod *rates* contineant, seu quod in iis *retes* tendantur.

^j *Rudentes* sunt funes navium ex nimio stridore ita dicti.

2. *Spiræ* funes, quibus in tempestatibus utuntur, quas nautici suo more ^k *cucurbas* vocant. ^l *Spiræ* autem a *sparto* vocatæ.

3. *Propes* funis quo pes veli alligatur, quasi *prope pedes*. De quo Turpilius : *Quasi cum ventus fert navim in mare secundus, si quis propcedem misit, si veli ^m sinistrum.*

4. *Tormentum* funis in navibus longus, quo proa ad puppim extenditur, quo magis constringantur; tormenta autem a *tortu* dicta, *restes*, funesque.

5. *Saphon*, funis in proa positus. De quo Cæcilius :

Venerio cursu veni prolato pede usque ad saphonem.

6. *Opisphora*, funes, qui cornibus antennæ dextra sinistraque tenduntur, et retroverso.

Prymnesium, funis quo navis in littore religatur ad palum.

Mitra funis quo navis media vincitur.

7. *Anquina*, quod ad malum antenna constringitur. De qua Cinna :

Atque anquina regat stabilem fortissima cursum.

8. ⁿ *Remulcum*, funis quo deligata navis trahitur vice remi. De quo Valgius :

id est, fanem, quo tenditur velum. Interpretes quoque Apollonii, lib. ii, funes, quibus vela, aut vertuntur, aut laxantur πύδας vocat. Unde apud Lucan., lib. v : *Obliquat lævo pede carbasa*, id est, sinistro fune. Porro de mendico Festus : *Mendicum dici putant velum, quod in proa ponitur.*

ⁱ *CAP. IV. Funes dicti q. a. in usum lum.* Ergo ἀπὸ τοῦ φάβειν ductum funem vult? Non opinor, sed locum Servii, unde hæc sunt, non satis animadvertsum.

^j *Rudentes.* Serv., *Æn.* i : *stridorque rudentum.* — *Proprie* (inquit), *nam stridor in funibus est.*

^k *Cucurbas.* Sic plerique Goth.; al., *curcubas.* Vid. Fest., in *Spira*.

^l *Spiræ autem a sparto.* Mirum ni notationi causam præbuit Pacuvii versus :

Quid cessatis socii ejicere spiras sparteas, cum potius spira ab σπειράομαι, hoc est in orbem convolve, ducatur.

^m *Si veli sinistrum.* — *In veli sinistram* legit Lilius Girald.

ⁿ *Remulcum* Vid. Fest. in *Remulco*, et *Promulco*.

Hic mea me longo succedens prora remulco,
Lætantem gratis sistit in hospitiiis.

9. ^a *Struppi*, vincula loro vel lino facta, quibus remi ad scalmos alligantur. De quibus Livius: *Tuncque remos jussit deligare struppiis*.

10. ^b *Catapirates* linea cum massa plumbea, qua maris altitudo tentatur. 425 Lucilius :

Hunc catapiratem puer eodem deferat unctum
Plumbi paxillum rodus, linique mataxam.

CAPUT V.

De retibus.

1. *Retes* ^c vocatæ, sive a *retinendis* piscibus, sive a *restibus* quibus tenduntur.

Minus autem rete *simplagiium* dicitur a *plagis*.

^d Nam plagas proprie dicimus funes illos quibus retia tenduntur circa imam et summam partem.

2. *Funda* genus est piscatoriæ retis, dicta ab eo quod in *fundum* mittatur. ^e Eadem etiam a jactando *jaeulum* dicitur. Plautus :

Probus quidem antea jaculator eras.

3. ^f *Tragum* genus retis ab eo quod trahatur, nuncupatum, ipsum est et *Verriculum*. *Verrere* enim trahere est.

Nassa....

Cassis genus venatoriæ retis, quod *capiat*.

^g Hinc est quod *etincassum* dicimus, id est, sine causa, quasi *sine cassibus*, sine quibus venatio inanis est.

4. *Conopeum*, retes qua culices excluduntur in modum tentorii, quo magis Alexandrini utuntur, quia ibi ex Nilo culices copiosi 426 nascuntur; unde et *conopeum* dicitur; nam *Canopea* Ægyptus est.

CAPUT VI.

De fabrorum fornacibus.

1. *Faber* ^h a *faciendo* ferro impositum nomen habet. Hinc derivatum est nomen ad alias artium materias *fabros* vel *fabricas* dicere, sed cum adjectione, ut *faber lignarius*, et reliqua ⁱ propter operis, scilicet, firmitatem.

^a *Struppi vincula... quibus remi ad scalmos alligantur*. Vitruv., lib. x : *Etiam remi circa scalmos strophis religati*, ubi *struppiis* legunt eruditiores; sed multo perversius *stuppis* pro *struppiis* apud Agell., lib. x, 3, legitur. Vocabantur etiam *struppi*, teste Festo, *in pulvinaribus fasciculi de verbenis facti, qui pro deorum capitibus ponebantur*.

^b *Catapirates*. Sic lego ex Codicibus vetustissimis Rom., Compl., Salm. et On. Ita etiam postulante tentandi interpretatione. Alios, qui *catapiraten* volunt, magis audiendos, quam auscultandos censeo. Vid. Fest. in *Rodus*.

^c CAP. V. *Retes vocatæ*. Sic omn. manus. Charisius quoque retes vocat, et Gloss. *retes augurales*.

^d Nam proprie *plagas... partem... E* Serv., Æn. iv, ad illud : *Retia rara plagæ*.

^e Eadem et *jaeulum, retejaeulum*. Serv. Et ita hoc loco legit Turnebus, Adversar. lib. xviii, cap. 26. Sed nihil muto. Nam Isidorus, sup., lib. xviii, cap. 54 : *Retiarius* (inquit) *ab armaturæ genere in gladiatorio ludo contra alterum pugnans occulte ferebat rete, quod jaeulum dicitur*.

^f *Tragum*. Sic omnes libri. *Trahum* malim, ut etymologia postulat, et *traha* plaustrum genus est apud Virgil.

^g Hinc est, quod in *eassum*. E Serv., Georg. iii.

2. In fabrorum autem fornace gentiles Vulcanum auctorem dicunt figuraliter, per Vulcanum ignem significantes, sine quo nullum metalli genus fundi, extendique potest. Nihil est enim pene, quod igne non efficiatur. Alibi enim vitrum, alibi argentum, alibi plumbum, alibi minium, alibi pigmenta, alibi medicamenta efficit. Igne lapides in æra solvuntur, igne ferrum gignitur, ac domatur, igne aurum perficitur, igne cremato lapide cæmenta et parietes ligantur.

3. ^k Lapidēs nigros ignis coquendo candificat, ligna candida urendo offuscat, carbonēs ex pruna fulgida nigros facit; de lignis duris fragiles, de putribus imputribiles reddit, stricta solvit, soluta restringit, dura mollit, mollia dura reddit. Habet et medicaminis usum. ^l Nam sæpe uri prodest. Pestilentiae quoque, quæ 427 obscuracione solis contrahitur, auxiliari certum est. In opere quoque aliud gignitur primis ignibus, aliud secundis, aliud tertiis.

4. ^m Habet quoque et aliam in se diversitatem ignis. Nam alius est ignis qui usui humano, alius qui iudicio paret divino, sive qui de Cælo fulmen astringit, sive qui de terra per vertices montium eructat.

5. *Ignis* autem dictus, quod nihil gigni potest ex eo. Est enim inviolabile elementum, absumens cuncta quæ rapit.

Fabrica duabus rebus constat : ventis, et flamma.

6. *Flamma* vero proprie fornacis est dicta, quod flatu folium excitetur.

7. *Fornax* vero ab igne vocata : φῶξ enim *ignis* est.

ⁿ *Caminus* est fornax, et est Græcum derivatum a *cauma*.

Favilla est deserta igne scintilla.

8. ^o *Pruna* est quandiu ardet; cum autem extincta fuerit, carbo nominatur. *Pruna* autem a *per-*

^h CAP. VI. *Faber a faciendo ferrum*. Hoc idem secutus in regula monachorum, fabrum ferrarium dixit fuisse Joseph, ad sensus fortasse Leandro fratri, in lib. de Institut. Virgin., cap. 33. Nec mirum cum Hilarius et Beda idem existimarint. Ambrosius vero, et ferrarium, et lignarium fabrum illum fuisse videtur; sic enim scribit lib. iii in Luc. : *Pater Christi igne operatur, et spiritu, et tanquam bonus animæ faber vitia nostra circumdolat, cito securim admovens arboribus infecundis, etc. Rigida mentium spiritus igne mollire*.

ⁱ Propter operis scilicet firmitatem. Ferrarius fabri sibi generale nomen proprium fecit.

^j In fabrorum autem forn. Eadem supra, lib. viii, cap. 11.

^k Lapidēs nig... candif. Ex Aug., l. de Civ., c. 7.

^l Sæpe uri prodest. Ex Plin., lib. xxxvi, cap. ult.

^m Habet quoque et aliam in se diversitatem ignis eructat. Tertull., Apolog., cap. 48 : *Novcrunt et Philosophi diversitatem arcani, et publici ignis; ita longe alius est qui usui humano, alius qui iudicio Dei apparet, sive de cælo fulmina stringens, sive de terra per vertices montium eructans*.

ⁿ *Caminus est fornax*. E. Serv., Æn. iii.

^o *Pruna*. Ex cod., Æn. xi.

urendo dicta est, carbo vero, quod flammacret.

• Qui dum interiisse creditur, majoris fit virtutis. Nam iterum incensus fortiore luce calescit. Cujus tanta vis est etiam, et sine igne firmitas, ut nullo humore corrumpatur, nulla vetustate vincatur. Exstinctus enim tantum incorruptibiliter durat, **428** ut ii qui limites figunt, eos infossos terra substernant, et lapides desuper figant, ad convincendum litigatorum, ut post quantalibet sæcula fixumque lapidem limitem esse cognoscant.

CAPUT VII.

De instrumentis fabrorum.

1. *Incus* est, in quo ferrum tunditur, a ^b *incudendo* dictus, eo quod illic aliquid cudamus, id est, feriendo producamus. *Cudere* enim *cædere* et *ferire* est. Veteres autem non *incudem* vocabant, sed *intudem*, eo quod in ea metallum *tundatur*, hoc est, *tendatur*, ^c unde et *tudes* malleus, a *tundendo*, id est, *tendendo* dictus.

2. *Malleus* vocatur, quia dum quid calet et molle est, cædit et producit.

Marcus malleus major, et dictus *marcus*, quod major sit ad cædendum, et fortior. ^d *Martellus*, mediocris *Marculus*, malleus pusillus. Lueilius: *Et velut in fabricam fervens cum marculus ferrum multorum magnis ictibus tundit.*

3. *Forcipes*, quasi *ferricipes*, eo quod ferrum candens capiant, teneantque, sive quod ab iis aliquid *forvum* capimus, et tenemus, quasi *forvicapes*. ^e Nam *forvum* est *calidum*, unde et *fervidum*, unde et *formosos* dicimus quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat.

4. *Lima* dicta, eo quod lene faciat. Nam *limum leue* est.

429 ^f *Cælum* est unde operantur argentarii, a quo et *cælata* vasa dicuntur.

CAPUT VIII.

De fabricis parietum.

1. In fabricis parietum atque tectorum Græci in-

^a *Qui dum interiisse cred.* E. Plin., lib. xxxvi, cap. ult., et lib. xxxiii, cap. 5.

^b CAP. VII. *A cudendo dict.* Sic. Serv., Æn. vi, et Non. in *Stricturis*.

^c *Unde et tudes... dictus.* Non sunt hæc in Rom. C.

^d *Martellus.* Recentiores libri *Marcellus*. Vid. Capr. Grammat.

^e *Nam forvum... creta.* E. Serv., Æn. viii, ad illud, *Versantque tenuaci forcipe massam.* Vid., supr., lib. x. in *formosus*.

^f *Cælum.* Serv., Æn. i. *Cælataque in auro...* — *Cælata* (inquit) *insculpta.* Nam *Cælum* dicitur *ferrum ipsum*, unde operantur argentarii. Et Isidorus, inf., lib. xx, cap. 4: *Cælata vasa a cælo vocata, quod est genus ferramenti, quod vulgo cilionem appellant.* Ergo *cilium* ex *cilione* vulgari voce in nostros Codices irrepsit. Idem ferramentum celte dicitur Job xix. Et in pervetusta et faetissima Sertii parasi, apud Salonem Dalmatiæ urbem inscriptione, quam non pigebit ascribere: *Juvat vobiscum loqui, ac ore meopendulos detinere. Saxum hoc vos vocat... Quid inquam? Vivus asuevi prudens, imprudens, mortuus item vos fallo. Nam non vos vocat, quod vacat ore; verum is cujus cinis hic latet. Olim quum potuit, nunc huc vos vocari*

A ventorem Dædalum asserunt. Isle enim primus didicisse fabricam a *Minerva* dicitur. *Fabros* autem sive *artifices* Græci *τέκτονες* vocant, id est, *structores Architecti* autem *cæmentarii* sunt qui disponunt in fundamentis. Unde et Apostolus de semetipso: *Quasi sapiens*, inquit, *architectus fundamentum posui.*

2. ^g *Machioncs* dicti a *machinis*, in quibus insistent propter altitudinem parietum.

430 CAPUT IX.

De dispositione.

1. *Ædificiorum* partes sunt tres: dispositio, constructio, venustas.

Dispositio est *areae*, vel *soli* et *fundamentorum* descriptio.

CAPUT X.

De constructione.

1. *Constructio* est laterum et altitudinis *ædificatio*. *Constructio* autem, vel *structio* vocata, eo quod instringat et cohærere faciat, ut lapides luto, et ligna et lapides invicem sibi. ^h Nam et *intinctio* ferri in aqua strictura est. Nisi enim candens tingatur, stringi et cohærere non potest ferrum. Item *constructio* a multitudine lapidum et lignorum dicta, unde et *strues*. Aliud est enim *ædificatio*, aliud *instauratio*. Nam *ædificatio* nova *constructio* est. *Instauratio* ⁱ vera quod reparatur ad instar prioris. Nam *instar* Veteres pro similitudine ponebant. Inde et *instaurare* dicebant.

2. Constat autem *constructio* fundamento, lapidibus, calce, arena, et lignis.

Fundamentum dictum, quod fundus sit *ædificii*.

C Idem et *cæmentum*, a *cedendo* dictum, quod cæca crasso lapide surgat.

3. ^j *Lapides* in structuris apti: albus, tiburtinus, columbinus, fluviatilis, sfungia, rubrus, et reliqui.

4. *Albus* lapis, alius durus, alius mollis. Mollis dentata serra secatur. **431** Traetabilis in opere est, ita ut in eo, quasi in ligno, litteræ seribantur.

5. *Tiburtinus*, a loco Italiæ dictus, qui dum sit ad fabricam fortis, ^k vapore tamen dissilit.

voluit, valuitque hoc. Hæc olim sua voluntas volentes vos legere hoc scriptum, Vah! Quid loquor? imo sculptum. Quam ægre veritas adhuc se mecum conciliat! Nam neque hic atramentum, vel papyrus, aut membrana ulla adhuc, sed mallecolo et celte litteratus silex.

^g CAP. VIII. *Machioncs* a *machinis*. *Machinæ* dicuntur hoc loco tabulata quibus insistent qui opus faciunt. Plin., lib. xxxv, cap. x de Amulio Pictore: *Paucis horis pingebat, idque cum gravitate, quod semper togatus, quauquam in machinis.*

^h CAP. X. *Nam intinctio ferri in aqua strictura est.* Mendose vet. Cod., *instructura*. Mosenim frequens librarior. Gothicorum in iis quæ ab s, incipiunt, vel adde, vel detrahere etiam i, ut *instoria*, pro *historia*, *Spania* pro *Hispania*. Hæc vero eo pertinent omnia, ut *constructio* sit quasi *constrictio*, et *instructio*, quasi *instrictio*, seu potius *structura*, quasi *strictura*, de qua supra, lib. xvi, cap. 21.

ⁱ *Instauratio vero quod rep.* E. Serv., Æn. ii ad vers. *Instar mont. eq.*

^j *Lapides in structuris apti.* E. Pallad., lib. i, cap. x. Quo de genere lapidum Plin., lib. xxxvi, cap. 22. Sed videndum an Isidoro cum illo satis conveniat.

^k *Vaporem tamen dissilit.* Ex Plin. Plinius ex cod.

6. ^a *Tophus* aedificiis inutilis est (fundamentis apertus) mortalitate, et mollitie. Ex aestu enim et halitu maris ^b feritur, et verberatur imbribus.

7. *Arenatius*, lapis concretus maris arenis, hic et *bibulus* dicitur. Servat enim humorem acceptum. Idem et in Bætica *Gaditanus*, ab insula Oceani ubi plurimus exciditur.

8. ^c *Piperinus*, subalbidus cum punctis nigris, durus, atque fortissimus.

Conchleatius, cochleis, lapillisque et arena concretus, asperrimus, et interdum fistulosus.

9. *Columbinus* a colore avis nuncupatus, natura vicius gypso, et mollitie simillimus.

10. ^d *Molaris*, in parietibus utilis, quia est quaedam natura ejus pinguior, duraque et aspera, ex quo etiam et molæ fiunt, unde et nomen traxit. Hujus quatuor genera: albus, niger, permistus, ac fistulosus.

11. ^e *Sphungia* ^f lapis creatus ex aqua, levis, ac fistulosus, et cameris aptus.

432 12. *Silex*, durus lapis, ex cujus genere nigri silices optimi, quibusdam in locis et rubentes.

^g *Albi* silices contra vetustatem incorrupti. Idem et in monumentis scalpti, et incorrupti permanent, quibus nec ignis quidem nocet. Nam ^h ex iis etiam formæ fiunt, in quibus ⁱ æra funduntur.

Viridis silex, vehementer et ipse igni resistens, sed nusquam copiosus, et ubi invenitur, lapis, non saxum est.

Pallidus in cæmento raro utilis.

13. ^j *Globus* contra injurias fortis, et in structura infidus, nisi fuerit multa suffrenatione devinctus.

14. *Fluviatilis* silex semper veluti madens est. ^k Hunc æstate exhiberi oportet, nec ante biennium inserere in structuris domorum. ^l Fictilium operum ad parietes, et fundamenta coctilibus laterculis ad tecta imbricibus tegulisque aptantur.

15. *Tegulæ* vocatæ, quod *tegant* ædes, et *imbrices*, quod accipiant *imbres*. Tegulæ autem primæ positionis nomen, cujus diminutivum *tigillum*.

16. *Laterculi* vero vocati, quod *lati* formentur circumactis undique quatuor tabulis.

Vitruvio, qui, lib. II, cap. 7: *Tiburtina* (inquit) *omnia sufferunt, sed ab igne non possunt esse tuta, simulque sunt ab eo tacta dissiliunt.*

^a *Tophus aedificiis inutilis.* Hæc quoque descripsit Plinius ex eod. Vitruvii loco. Sed is locus in vulgaris Plinii libris valde depravatus est; in Ecclesie Tolet. Codices sic legitur: *In reliqua multitudine lapidum tophus aedificiis inutilis est.* Quod vero sequitur in eo, *mortalitate, mollitie, malo, ex Isid., mortalitate et mollitie.* Postremo pro *exercetur* halitu maris, *exestur* mavult A. Covarr. Sed *ex aestu* ferri potest ex Isidoro.

^b *Feritur.* Plin., *fricatur vento et verberatur imbribus.* Salom., On., Compl. vetutiss. *feritur.* Valentinus, *friatur* consentitque cum Vitruvio.

^c *Piperinus... durus, atque fortissimus.* Haud ita durus Romæ. Sed durissimus, atque fortissimus Toleti, ubi multæ ex eo columnæ, atque arcus in arce et aliis aedificiis visuntur.

^d *Molaris parietibus utilis.* Plin., lib. XXXVI, cap. 23, de Calce: *Utilior molari, quia est quædam pinguior natura ejus.*

^e *Sphungia.* De hac voce vid. sup., lib. 12, cap. 6.

A Lateres autem crudi sunt, qui et ipsi inde nominati, quod *lati* ligneis formis efficiuntur.

17. Quorum *crates* dicuntur, in quibus lutum pro eisdem lateribus crudis portare solent. Sunt enim connexiones cannarum, dicti ἀπὸ τοῦ κρατεῖν, id est, quod se invicem teneant.

18. *Lutum* autem vocatum quidam per antiphrasin putant, quod non sit mundum. Nam omne *lutum* mundum est.

433 19. ^m *Calx viva* dicta, quia dum sit tactu frigida, intus occultum continet ignem; unde perfusa aqua statim latens ignis erumpit. Natura ejus mirum aliquid facit. Postquam enim arserit, aquis incenditur, quibus solet ignis extinguui; oleo extinguitur, quo solet ignis accendi. Usus ejus in structuris fabricæ necessarius. Nam lapis lapidi non potest adhærere fortius, nisi calce conjunctus.

20. ⁿ *Gypsum* cognatum calci est, et est Græcum nomen. Plura ejus genera. Omnium autem optimum e lapide speculari. ^o Est enim in signis aedificiorum et coronis gratissimus.

21. ^p *Arena* ab ariditate dicta, non ab adhærendo in fabricis, ut quidam volunt. ^q Hujus probatio si manu impressa stridet, aut si in vestem candidam sparsa, nihil sordis relinquat.

22. *Columnæ* pro longitudine et rotunditate vocatæ, in quibus totius fabricæ pondus erigitur. ^r Antiqua ratio erat columnarum altitudinis tertia pars latitudinum. Genera rotundarum quatuor: *Doricæ, Ionicæ, Tuscanicæ, Corinthiæ*, mensura crassitudinis et altitudinis inter se distantes. Quintum genus est earum quæ vocantur *Atticæ*, quaternis angulis, aut amplius, paribus laterum intervallis.

23. ^s *Bases*, futuræ sunt columnarum, quæ a fundamento consurgunt, et superpositæ fabricæ sustinent pondus. *Bases* autem nomen petræ est fortissimæ Syro sermone.

24. ^t *Capitella*, dicta quod sint columnarum *capita*, quasi super collum caput.

Epistylia sunt, quæ super capitella columnarum ponuntur, et est Græcum.

^f *Lapis creatus.* Al., *concretus.* Concrecit nunc Tiburi ex Anienis aqua.

^g *Albi contra vetust.* E Plin.

^h *Ex iis formæ fiunt in quibus æ. f.* Ex Plin. et Vitruv.

ⁱ *Æra funduntur.* Ex Vitruv., lib. II, cap. 7. Mendose Goth., *arena funduntur.*

^j *Globus.* Globosus legerim ex Plin.

^k *Hunc æstate exhiberi.* Sic libri nostri constanter legunt, *eximi* ex Plinio et Vitruvio malim.

^l *Fictilium oper. pariet.* etc. Hæc adumbrata ex Plin., lib. XXXV, cap. 12. Sed quomodo in hunc locum venerint alius conjecerit.

^m *Calx viv.* Ead. sup., lib. XVI, cap. 3.

ⁿ *Gypsum cognatum calci.* E Plin., XXXVI, cap. 3.

^o *Est enim insignis... gratissimus.* Ex eod. cap. 24.

^p *Arena.* Vid. sup., lib. XVI, cap. 3.

^q *Hujus probatio.* E Pallad., lib. I, cap. 10.

^r *Antiqua ratio erat col.* Totus locus e Plin. et Vitruv.

^s *Bases.* Vid. sup. lib. XV, cap. 8.

^t *Capitella.* — *Capitula,* Vitruvius. Utramque vocem usurpat Plinius.

25. *Pavimenta* originem operis a Græcis habent: **A**lis crustis, ac tessellis tinctis in varios colores. *Tesselli* autem a tesseri nominati, id est, quadratis lapillis per diminutionem.

26. ^a *Ostracus* est pavementum testaceum, eo quod fractis testis calce admista feriatur. Testam enim Græci ὄστρακα dicunt.

434 27. ^b *Rudos* artifices appellant lapides con-
tusos, et calce admistos, quos in pavementis faciendis superfundunt, unde et *rudera* dicuntur.

28. *Canalis*, ab eo quod cava sit in modum *cannæ*.
^c Sane canalem melius genere feminino quam masculino proferimus.

29. *Fistulæ* aquarum sunt dictæ, quod aquas fundant et mittant. Nam Græce στέλλειν *mittere* est. Formæ earum pro magnitudine aquæ et capacitato fiunt, per quas aquæ per certos modulos dividuntur. **B**
^d E quibus est uncia, et quinaria, digitus quadratus, digitus rotundus, et ^e cæteri modi quique.

CAPUT XI.

De venustate.

1. *Hucusque* partes constructionis, sequitur de venustate ædificiorum. Venustas est quidquid illud ornamentum, et decoris causa ædificiis additur, ut tectorum auro distincta laquearia, et pretiosi marmoris crustæ, et colorum picturæ.

CAPUT XII.

De laqueariis.

1. *Laquearia* ^f sunt quæ cameram subtegunt et ornant, quæ et *lacunaria* dicuntur, quod *lacus* quosdam quadratos, vel rotundos, ligno, vel gypso, vel coloribus, habeant pictos, cum signis intermicantibus. Principaliter autem lacus dicitur, ut Lucilius: *Resultant ædesque, lacusque*. Cujus diminutio *lacunar* facit, ut Horatius:

Neque aureum

Mea renidet in domo lacunar.

Inde fit alia diminutio *lacunarium*, et per antistichon *laquearium*:

435 CAPUT XIII.

De crustis.

1. *Crustæ* sunt tabulæ marmoris. Unde et marmorati parietes *crustati* dicuntur. Quis ^g autem marmorata secandi in crustas rationem excogitaverit, non constat. Fiunt autem arena, et ferro, serraque in prætenui linea premente arenas, tractuque ipso secante, sed crassior arena plus erodet marmoris. Nam tenuis fabricis et polituris accommodata est.

CAPUT XIV.

De lithostrotis.

1. *Lithostrota* sunt ^h elaborata arte picturæ parvula *Ostracus*. Ostraceum malim ex Plin., cap. 25, et Vitruv., lib. VI, cap. 4.

^b *Rudos*. Sup., lib. XVI, cap. 3.

^c *Sane canalem*. Sup., lib. XV, cap. 8.

^d *Quibus est uncia, et quinaria*. Vid. Plin., XXXI, c. 6, et Vitruv. 8, c. 6, et Frontin., de Aquæ ductibus.

^e *Et cæteri modi quique*. Al., *cujusque*. Al., *et cæteri modi cuique causæ*. Chacon, *et cæteri quique moduli, vel et cæteri modi usque ad centum*. Persequitur enim Frontinus modulos a quinaria, usque ad centenariam.

lis crustis, ac tessellis tinctis in varios colores. *Tesselli* autem a tesseri nominati, id est, quadratis lapillis per diminutionem.

CAPUT XV.

De plastis.

1. *Plasticæ* est parietum ex gypso effigies signaque exprimere, pingereque coloribus; *πλάττειν* autem dictum Græce, quod Latine est pingere terra, vel gypso, similitudines. Nam impressa argilla formam aliquam facere plastæ est. Unde et *protoplastus* est dictus homo, qui ex limo primus est conditus.

436 CAPUT XVI.

De pictura.

1. *Pictura* autem est imago exprimens speciem alicujus rei, quæ dum visa fuerit, ad recordationem mentem reducit. *Pictura* autem dicta, quasi *factura*. Est enim imago ficta, non veritas. Hinc et *facta*, id est, ficto quodam colore illita, nihil fidei et veritatis habentia. Unde et sunt quædam picturæ quæ corpora veritatis studio coloris excedunt, et fidem dum augere contendunt, ad mendacium provehunt, sicut qui Chimæram tricipitem pingunt, vel Scyllam hominem sursum, caninis autem capitibus cinctam deorsum.

2. ⁱ Picturam autem Ægyptii excogitaverunt primum umbra hominis lineis circumducta. Itaque initio talis, secunda singulis coloribus, postea diversis; sieque paulatim sese ars ipsa distinxit, et invenit lumen, atque umbras, differentiasque colorum, unde et nunc pictores prius umbras quasdam et lineas futuræ imaginis ducunt, deinde coloribus complent, tenentes ordinem inventæ artis.

CAPUT XVII.

De coloribus.

1. *Colores* ^j autem dicti sunt, quod *calore* ignis, vel sole perficiuntur, sive quod in initio *colabantur*, ut summæ subtilitatis existerent.

2. *Colores* autem, aut nascuntur, aut fiunt. Nascuntur, ut sinopsis, rubrica, paretonium, nielinum, eretria, auripigmentum. Cæteri finguntur, aut arte, aut permistione.

3. *Sinopsis* inventa primum in Ponto est. Inde nomen a *Sinope* urbe accepit. Species ejus tres: rubra, et minus rubens, et inter has media.

4. *Rubrica* vocata, quod sit *rubra*, et sanguinea proxima. Hæc plurimis locis gignitur, sed optima Ponto, unde et *Pontica* dicitur.

437 5. *Syricum* rubri coloris pigmentum, ex quo et librorum capita scribuntur. Ipsum est et *Phæni-*

^f CAP. XII. *Laquearia*. Legitur integrum cap. sup., lib. LI, cap. 8.

^g CAP. XIII. *Quis autem marmorata secand.* E Plin., lib. XXXVI. At nunc serra non e ferro, sed ex ære fit. Laudaturque in primis ad id opus Toletana arena.

^h CAP. XIV. *Elaborata arte pict.* Ead. sup. lib. XV, cap. 8.

ⁱ CAP. XVI. *Picturam autem Ægypt.* E Plin. XXXV, cap. 6.

^j CAP. XVII. *Colores aut nasc.* Ex cod.

ceum, appellatum ita, eo quod in Syria colligatur in littoribus Rubri maris, ubi Phœnices inhabitant.

6. Aliud est autem Sericum, aliud Syricum. Nam *Sericum* lana est, quam Seres mittunt; *Syricum* vero pigmentum, quod Syri Phœnices in Rubri maris littoribus colligunt. Est autem et inter factitios. Nam sæpe fit, aut ^a sinopide, aut sandyce mistus.

7. ^b *Minium* primi Græci in Ephesiorum solo invenisse traduntur. ^c Cujus pigmenti Hispania cæteris regionibus plus abundat, unde etiam nomen proprio flumini dedit. ^d Hujus distillatio argentum liquidum gignit. *Minium* autem hoc quidam dicunt esse *cinnabarim*.

8. ^e *Cinnabaris* a dracone et barro, id est, elephanto cognominatum. Aiunt enim draconum esse sanguinem, dum implicant elephantos. Ruunt enim belluæ, et dracones obruuntur, quorum fusus cruor terram inficit, fitque pigmentum quiddam solo tinxerit. Est autem pulvis coloris rubri.

9. *Prasina*, id est, creta viridis, etsi in aliquibus terris promiscue generetur, ^f optima tamen in Libya Cyrenensi.

438 10. ^g *Chrysocolla* colore prasino est, dicta, quod vena ejus aurum habere traditur. Hæc et in Armenia nascitur, sed ex Macedonia probabilis venit. Foditur autem ex metallis æris, cujus inventio argentum atque Indicum prodit. Nam venæ ejus cum iis habent naturæ societatem.

Cypria ab insula *Cypro*, ubi plurima reperitur.

11. ^h *Sandaracha* in insula Rubri maris Topazo nascitur, colore cinnabari, odore sulphureo. Invenitur autem in aurariis et argentariis metallis, melior quo magis rufa, quoque magis virus redolet: Quanquam et cerussa, si torreatur in fornace, sandaracham facit, unde et color est flammeus. Quod si torreatur, æqua parte rubrica admista, sandycem reddit.

12. ⁱ *Arsenicum*, quod Latini ob colorem *auri-*

^a *Sinopide*, aut *sandyce*. Disjunctio pro conjunctione. Vid. Plin.

^b *Minium primi*. Plin., xxxiii, c. 7, et Vitruv., vii, c. 8.

^c *Cujus pigmenti Hispan.* Just., lib. xliii: *Gallicia portio Amphilocho dicuntur, regio cum æris et plumbi uberrima, tum minio, quod etiam vicino flumini nomen dedit.*

^d *Hujus distillatio argent. liq. gign.* E Plin., xxxiii, cap. 8.

^e *Cinnabaris a drac. et barr.* Sup., lib. viii, cap. 11; Plin., xxxiii, cap. 7. Solin., cap. 38.

^f *Optima autem in Lib. Cirenen.* At Vitruv., vii, cap. 7: *Creta viridis pluribus in locis nascitur, sed optima Smyrnæ.* Ergo quærendum, unde hæc sint.

^g *Chrysocolla.* E Plin., lib. xxxiii, cap. 5; et Dioscorid., lib. v, cap. 4.

^h *Sandaracha.* E Plin., xxxv, cap. 5.

ⁱ *Arsenicum.* Ex cod., xxxiii, cap. 4 et 8; et Dioscorid., lib. v, cap. 55.

^j *Ochra et ipsa.* Omnia e Plin., xxxv, cap. 6.

^k *Fit quoque ex Ochra exusta rub.* Sic legitur Plinii locus in Tolet. Cod.: *Nascitur autem in ferrariis metallis Ochra; ex ea fit exusta rubrica.* Quam lectionem confirmat hic Isidori locus, et Dioscorid., de Fabrilli Rubrica: *Τίγεται τῆς ὄχρας, καιομένης.* Et Theophr.,

pigmentum vocant, colligitur in Ponto ex auraria materia, ubi etiam sandaracha. Optimum est quod in auri colorem transit, purum, et fissile, gracili venarum discursu. Quod vero pallidius, aut sandarachæ simile est, deterius judicatur. Est et tertium genus squamosum, quo miscetur aureus color. Vis eorum, ut sandarachæ, sed acrior.

13. ^j *Ochra* et ipsa in insula maris Rubri Topazo gignitur, ubi et sandaracha. ^k Fit quoque et ochra, exusta rubrica, in ollis novis luto circumlitis, quæ quanto magis in camino arserit, tanto melior fit. *Venetum...*

14. ^l *Cæruleum* temperare primum Alexandria reperit. ^m In Italia ex arenæ pulvere et nitri flore idem faciunt. Sed si Cyprium in fornace adustum huic permistioni addes, ⁿ Vestoriani similitudo erit.

439 15. ^o *Purpurissum* ex creta argentaria cum purpuris pariter tingitur, bibitque eum colorem celerius lanis. Præcipuum est tamen quod ^p adhuc vase rudibus medicamentis inebriatur. Proximum est, egesto eo, addita creta in jus idem, et quoties id factum est, elevatur bonitas pretiosissimæ purpuræ. Causa est quod hysgino maxime inficitur rubeaque.

16. ^q *Indicum* in indicis invenitur calamis, spuma adhærente limo. Est autem coloris cyanei, misturam purpuræ, cærulique mirabilem reddens. Est alterum genus in purpurariis officinis, spuma in æreis cortinis innatans, quam infectores detrahentes siccant.

17. *Atramentum* dictum, quod sit *atrum*, cujus species et picturæ, et quotidiano usui necessaria est, istud inter factitios est. Fit enim, et fuligine plurimis modis super ardentes tædas resina adjecta, ^r lacusculo ædificata, quæ fumum retineat. ^s Huic pictores cum aqua admiscunt gluten, ut illustrius resplendeat.

18. Ad festinationem autem operis etiam sarmentorum veterum carbones cum glutino tritii in-

lib. de Lapidibus: *Γίνεται ἐκ τῆς ὄχρας ἀλλὰ χεῖρων, apud quem mendose paulo post λενάς pro καινάς, et πολλόν pro πῆλον legitur.*

^l *Cæruleum temperare.* In Cod. Seg. continenter legitur: *Vinctum cæruleo temperare*, quod ferri poterat ex Vitruv., lib. vii, cap. 11. Sed meliores libri *Venetum* habent sine interpretatione.

^m *In Italia ex arena.* Puteolis, ut Vitruv. et Plin. tradidere.

ⁿ *Vestoriani.* Sic Vitruv., lib. vii, cap. 11. Male vulgo apud Plin. *Nestoriani*. Nam et in Codice Plin. Toletano *Vestoriani* discrete scriptum est.

^o *Purpurissum.* Ex Plin., lib. xxxv, cap. 6, e quo, si quid deesse videatur, suppleandum est.

^p *Adhuc in vase.* *Aheno* in vase legebat **A** Covarruv., ex Plin.

^q *Indicum.* Ex cod., lib. iii, cap. 6.

^r *Lacusculo ædificata.* Plin.: *Propter quod officinas etiam ædificavere.* Vitruv., lib. vi, cap. 10: *Ædificatur locus, uti Laconicum, et ejus præfurnium magna diligentia comprimitur, ne flamma extra dissipetur.* Porro lacusculi voce etiam Columella est usus, lib. xii, cap. 50.

^s *Huic pictores.* Ita Plinius. Tectores Vitruvius, lib. vii, cap. 10.

ducendis parietibus atramenti speciem reddunt. **A**
^a Sunt et qui vini fæcem siccata excoquant, affirmantque, si ex bono vino fæx fuerit, indici speciem id atramentum præbere. Sed ^b et sarmentum uvæ nigræ, vino optimo tinctum, posteaquam siccitate aruerit, si exuras, et conteras, adjecto glutino, nitorem indici reddet.

19. ^o *Usta*, quæ plurimum necessaria est, nullo negotio provenit. ^d Nam si glebam silis boni igne excoquas, et aceto acerrimo **446** superfusam extinguas, madefacta sfungia colorem purpureum reddit. Eam ubi contriveris, usta erit. Omne autem atramentum sole perficitur.

20. Omnes colores calcis admistione corrumpuntur.

21. ^o *Melinum* dictum, quod ejus metalli ferax **B** sit una ex Cycladibus insula *Melos* nomine. Est enim candidum, nec utuntur eo pictores propter nimiam pinguedinem.

22. ^f *Annularc*, quod vocant candidum, est quo muliebres picturæ illuminantur. Fit et ipsum ex creta admistis vitreis gemmis.

23. ^g *Cerussa* fit hoc modo: In vase enim aceto acerrimo impleto sarmenta aminea in eodem vaseculo collocabis, ac super sarmenta tabulas plumbi tenuissimas pones, deinde vas diligentissime claudes, illinesque, ne aliquid inde spiraminis exeat. Post dies autem xxx vas aperitur, et ex distillatione tabularum innata cerussa invenitur, Quod ablatum et arefactum teritur, atque iterum aceto admisto in pastilis dividitur, et in sole siccatur. ⁱ Hac observantia, si laminas æreas sarmentis superponas, æruginem creant.

^j *Chalcantum...*

^a *Sunt qui vini fæcem.* E Plin., xxxv. cap. 3.

^b *Sed et sarmentum.* E Vitruv.

^c *Usta.* E Plin., xxxv. cap. 6.

^d *Nam et si glebam silis boni.* E Plin., mendose namque in libris omnibus *silicis boni* hoc loco legitur

^e *Melinum dictum.* E Vitruv., vii, c. 8, et Pl. xxxv, c. 6.

^f *Annulare... Vitreis gemmis. Ex vulgi (addit Plinius) annulis, unde et annulare dictum.* Quæ verba nunquam profecto Isidorus omisisset, etymologias tractans, nisi huic operi summa ab fuisset manus.

^g *Cerussa.* Ex eod., xxxvi, c. ult., et Vitruv., vii, c. 12.

^h *Post dies autem xxx.—Per dies. x,* Plinius.

ⁱ *Hæc observantia.* E Vitruv., vii, cap. 12. Vid. Plin., xxxiv, cap. 11, et Dioscorid., v, cap. 47.

^j *Chalcanthum.* Nulla est interpretatio in optimæ notæ libris. In uno tantum Ovet. Colleg. Gothico leguntur eadem fere verba quæ in Editis, quæ (si cui tanti fuerint) *chalceus* pro *calcis*, sive, ut est in Gothico, *chalcitis*, et *anthos* pro *thymum* legat; quamvis thymum florem etiam interpretetur Isid. sup. lib. xvii, cap. 9. Sed quid chalcantho cum thymo? Sed neque cum ærugine, nisi sola apud Græcos (ut ait Plin.) cognatio nominis.

^k **CAP. XVIII.** *Norma a Græco vocab. γνῶμων.*

^l *Componitur autem... id erit norma.* Sumpta videntur e Vitruv., lib. ix, cap. 2. At exemplum hic non perinde exactum, quamvis non longe distet. Nam si pedes duos, hoc est, latus unum in uncias redigas easque quadres, efficient uncias **DLXXXVI**. Rursusque

441 CAPUT XVIII.

De instrumentis ædificiorum.

1. Instructuram autem parietum ad normam fieri, et ad perpendiculum respondere oportet.

^k *Norma* dicta Græco vocabulo, extra quam nihil rectum fieri potest. Componitur ^l autem ex tribus regulis, ita ut duæ sint binum pedum, tertia habeat pedes duos, uncias decem, quas æquali crassitudine politas extremis ^m acuminibus sibi jungit, ut schema trigoni faciant. Id erit norma.

2. *Regula* dicta, quod sit recta, quasi *rectula*, e impedimentum non habeat.

ⁿ *Perpendiculum* est, quod semper appenditur.

^o Denique in fabrica nisi omnia ad perpendiculum, et certam regulam fiant, necesse est, ut cuncta mendosa instruantur, ut aliqua prava sint, aliqua cubantia, prona nonnulla, alia supina, et propter hoc universa ruunt constructa.

3. *Linea* genere suo appellata, quia ex lino fit.

Trullæ nomen factum, eo quod *trudit*, id est, includit calce vel luto lapides.

^p *Martellus*....

Machina....

4. *Scalæ* a *scandendo* vocatæ, ^q hærent enim parietibus. *Scalæ* autem dicuntur, quæ aut unæ sunt, aut plures, ^r quia numeri tantum pluralis est nomen, ut litteræ, quæ epistolam significant.

CAPUT XIX.

De lignariis.

1. *Lignarius* generaliter ligni opifex appellatur.

C 2. *Carpentarius* speciale nomen est. Carpentum enim solum facit, sicut *navicularius* quia tantum navium est fabricator et artifex.

3. ^s *Sarcitector* dictus, quod ex multis hinc inde conjunctis tabulis unum tecti sarciat corpus.

4. Idem et *tignarius*, quia tectoria lignis inducit.

altero simili addito, conficient ambo uncias quadratas **MCLII**. Quadratum vero tertii lateris, quod est duorum pedum, et dextantis, hoc est, unciarum **XXXIV**, continebit uncias quadratas **MCLVI**. Superabit ergo duo quadrata reliquorum laterum unciis quatuor.

^m *Cacuminibus.* Ita Onien. Valent. cum Vitruvio. Reliqui *acuminibus*.

ⁿ *Perpendiculum. Perpendiculum* (ait Asc.) *linea laterum æqualitatem a summo ad inum latitudine probans.*

^o *Denique in fab... ruunt const.* Totus locus expressus ex elegantissimis Lucretii versibus, lib. iv:

Denique ut in fabrica si prava est regula prima Norma que....

^p *Martellus.* Sic Goth. omnes. Gloss: *Martellus*, σφόρα; al. *marcellus*. Item Gloss., *marculus*, σφόριον σιδήρου; et *marculus*, *malleolus*, et *malleus*, Σφόρα σιδήρα καὶ κοπανόν.

^q *Hærent namque parietibus scalæ.* Verba sunt Virgillii, astruendæ etymologiæ non satis apta, sed immigrasse puto e margine.

^r *Quia numeri tant. plur.* E serv., Æn. II. At jurisconsultus singulari est usus, cap. *Sit prius*, d. de Furt. et Hieron. in Quæst. in Genes.

^s **CAP. XIX.** *Sarcitector.* Sic plerique omnes libri, et congruere videtur etymologia, neque eam vocem non probat vir gravissimus Jacobus Cujacius. Unus tantum Codex Salmantic., inprimis vetustus, *arcitector* habet, sed de *architecto* dixerat cap. 8.

3. ^a *Lignum* vocatur Græca etymologia, quia in-
A ceperit. ^l Nam *secare*, *sectari* et *sequi* est.

9. *Serræ* autem nomen de sono factum est, id
est, a stridore.

4. *Materia* inde dicitur omne lignum, quod ex ea
aliquid efficiatur; vel si ad januam referas, vel ad
statuam, materia erit. Ad aliquid enim seper ma-
teria accipienda est, sicut elementa materiam rerum
esse dicimus, quia inde ea quæ sunt facta videmus,
et *materia*, quasi *mater*, diæta.

Serræ, *circinique* usum ^k Perdices quidam ado-
lescens invenit, quem puerum Dædalus frater ma-
tris suæ, studiis perdocendum acceperat. Cujus
pueri tantum ingenium fertur, ut dum materiæ divi-
dendæ compendium quæreret, spinam piseis imita-
tus de ferro laminam exasperans dentium mordaci-
tate armaverit, quam *serram* artifices nuncupant.
Pro cujus artis inventione Dædalus magister ejus,
invidiæ livore permotus, præcipitem puerum ex arce
dejecit. Dehinc ^l exsulatus Cretam abiit, ibique ali-
quandiu fuit, ut fabulæ ferunt. Ex Creta pennis vo-
lavit, et in Ciliciam venit.

5. *Trabes* vocatæ, quod in transverso positæ utros-
que parietes contineant.

Aliud autem sunt tigna, aliud trabes. ^b Tigna enim
443 juneta trabem faciunt. ^c Trabes autem sunt,
cum sunt dolatæ.

6. ^a *Tholus* proprie est veluti scutum breve, quod
in medio tecto est, in quo trabes cocunt.

^o *Cuplæ* vocatæ, quod copulent in se luctantes.

Luctantes dicuntur, quod erecti invicem se teneant
more luctantium.

^f *Agrantes*...

7. ^g *Asseres*, ab *asse* dicti, quia soli ponuntur, ne-
que eonjuncti.

^h *Scindulæ*, eo quod scindantur, id est, dividan-
tur.

ⁱ *Epigri* clavi sunt, quibus lignum ligno adhæret.

Clavi autem dieti, quasi *chalybi*, quia ex chalybe
fiunt, id est, ferro. *Chalybs* enim *ferrum* est.

8. *Tabulæ* a veteribus *tagulæ* vocabantur, a *te-*
gendo, seilieet, unde et *tegulæ*.

Commissura dicitur tabularum conjunctio.

444 *Sectio* autem diæta a *sequendo* ea quæ

^a *Lignum* Græca etymolog. At Varro : Ab LEGENDO
(inquit) ligna, quod ea caduca legebantur in agro, qui-
bus in focum uterentur.

^b *Tigna* namque *juncta*. Festus : *Trabs* proprie di-
citur, duo ligna compacta.

^c *Trabes* autem sunt cum sunt dolatæ. E Serv.,
Æn. IX, ad vers. : *Hægo Dard.* : — *Sanc* notandum
trabes, nisi jam cæsæ sint et compositæ, non dici.

^d *Tholus*. Ex eod., Æn. item IX, *suspendive tholo*.
Gloss., *tholus*, τριπύρη.

^o *Cuplæ*. Al., *coplæ*. Cupolam vocant hodie Itali
dimidiam testudinis partem, Vitruvius hemisphæ-
rium.

^f *Agrantes*... Al., *agentes*, Al., *conantes*, sed ita,
ut hæ voces superiori sententiæ annexantur, *luctan-*
tium more *agentes*, vel *conantes*. *Atlantes* esse legen-
dum, deinde laeunam relinquendam, existimabat
Chacon. Vitruvius enim, lib. VI, cap. 10 : *Si qua*
(inquit) *virili figura signa mutulos, aut coronas susti-*
nent, nostri telamonæ appellant, cujus rationis, quid
ita aut quare, ex historiis non inveniuntur, Græcivero
eos Atlantes vocant. Atlas namque historice formatur
sustinens mundum. Hæc ille, ejus vero rei rationem
ita reddit Servius, Æn. I : *Ennius dicit Nilum Melo-*
nem vocari, Atlantem vero Telamonem. Præsertim enim
illos Romanos, qui Græca verba emendate enuntiare
non possent, pro *Atlas mons* proferre solitos *Tela-*
mon. Nam in glossar. sic legitur, ἄλαστο ἕρος, ubi
forte scribendum ἄλας τὸ ἕρος.

^g *Asseres* ab *asse* dicti. — Ab *asso* legerim, est nam-
que Nonio *assa* vox sola vox humana, nullo præterea
admisto sono. Festus aliter : *Asseres* quod *assideant*
parieti, trabibusque. Alii *asseres* quasi *axeres* dietos
putant antiqua declinatione *axer axeris*, ut *pulver pul-*
veris.

B 10. ^m *Circinus* dictus, quod vergendo efficiat *cir-*
culum. Hujus modus duplicata linea fit, quæ simplex
per latitudinem extensa fuerat. Punetus autem in
medio circini, centrum a Græcis dicitur, in cujus
medium cuncta convergunt.

11. *Securis* vocatur, eo quod ea arbores succidan-
tur, quasi *succuris*. ⁿ Item *securis*, quasi *semicuris*.
Ex una enim parte acuta est, ex altera fossoria. Hæc
et apud veteres *penna* vocabatur, utramque autem
habens aciem, ^o *bipennis*. Nam *bipennis* dicitur,
quod ex utraque parte habeat acutam aciem, quasi
duas pennas. *Pennum* autem antiqui *acutum* dice-
bant. ^p Unde et *avium pennæ*, quia acutæ. ^q Et ecce
nomen quod reservavit antiquitatem, quia veteres
dicebant 445 *pennas*, non *pinnas*. Hæc et *dolabra*,
quod habeat *duo labra* : nam *securis* simplex est.

^h *Scindulæ*. Ita quoque apud Rabanum. Easdem
apud alios auctores *seandulas* videmus nominari.
Manserit fortasse inecorrupta apud Isidorum vox.

ⁱ *Epigri clavi sunt*. *Epiri* dicuntur apud August.,
lib. xv de Civit., cap. 27. Unde hæc sumpta puto.
Nisi forte (inquit), etc., *lignum vero ligno per subsu-*
dines, epiros, clavos, et gluten bituminis non potest
adharere, ut fabricaretur arca; et fortasse vox *cla-*
vos glossa est τῶν ἐπιρος, sive *epigros* malis legere.

^j Nam *secare sectari et sequi*. Serv., Æn. X :
Quam quisque secat spem : — *Secat* (inquit), *sequitur*.
^k *Perdices quidam*. E Serv., Georg. I. Vid. Ovid.,
Metam. VIII.

^l *Exsulatus abiit*. Eodem modo Victor., lib. II de
Persee Vandal. : *Fratrem vero Theodoricum nudum,*
atque destitutum similiter exsulavit.

^m *Circinus dictus*. Elegantissime descripsit Ovi-
dius circinum :

D Primus et ex uno duo ferrea brachia nodo,
Junxit, ut æquali spatio distantibus illis,
Altera pars staret, pars altera duceret orbem.

ⁿ Item *securis q. semicuris*. E Serv., Æn. I, ad
illud, *Remo cum f. Quir*.

^o *Bipennis dicitur, quod ex utraque part.* Ita
Non., in *Bipenni*.

^p Unde et *avium pennæ, quia acut.* Quintil., lib. I,
cap. 6 : *Nemiretur cur ex scamno fiat scabellum, aut*
a penna, quod est acutum securis, securis utrinque
habens aciem bipennis; illorum sequatur errorem,
qui, quia a pennis (Al., *pinnis*) *duabus hoc esse nomen*
existimant, pinnas (Al., *pennas*) *avium dici volunt*.

^q Et ecce nomen quod servavit antiq. Serv., Æn. II,
Correpta dura bipenni : *Hoc* (inquit) *nomen servavi*
antiquitatem, quia veteres PENNAS dicebant, non
PINNAS.

^a *Dextralis*, dexteræ habilis.

12. *Ascia* ab *hastulis* dicta, quas a ligno eximit, cuius diminutivum nomen est *asciola*. Est autem manubrio brevi ^b ex aversa parte refereas, vel simplicem malleum, aut cavatum, vel bicornè rastrum.

13. *Scalprus* dictum, quod *scalpiuris* et foraminibus sit aptus, quasi *scalforus*. Cujus diminutivum *scalpellus*.

14. *Terebra* vocata a verme ^c ligni qui nuncupatur *terebra*, quem Græci *τερρόδον* vocant. Hinc *terebra* dicta, quod ut vermis *terendo* forat, quasi *terefora*, vel quasi *transforans*.

15. ^d *Taratum*, quasi *teratum*; *scopina* dicta, quod hærendo *scophen* faciat.

^e *Cantherium*....

^f *Galla*....

^g *Guvia*....

44C CAPUT XX.

De inventione lanificii.

1. Minervam ^h quamdam gentiles multis ingeniis prædicant. ⁱ Hanc enim primam lanificii usum monstrasse, hanc etiam telam ordisse et colorasse lanas perhibent.

2. ^j Olivæ quoque hanc dicunt inventricem, et fabricæ, multarumque artium repertricem. Ideoque illi vulgo opifices supplicat. Sed et hoc poetice fingitur. ^k Non enim Minerva istarum artium princeps est, sed quia sapientia in capite esse dicitur hominis, et Minerva de capite [Jovis nata] fingitur, hoc est, ingenium, ideoque sensus sapientis, qui invenit omnia, in capite est. Ideo et dea artium Minerva dicitur, quia nihil excellentius est ingenio, quo reguntur universa.

CAPUT XXI.

De veste sacerdotali in lege.

1. Octo ^l sunt in lege genera sacerdotalium vestimentorum.

^m *Poderis* est sacerdotalis linea, corpori astricta usque ad pedes descendens, unde et nuncupatur. Hæc vulgo *carrisia* vocatur.

2. *Abaneth* cingulum sacerdotalè rotundum polymita arte ex cœcco, purpura, hyacinthoque contextum, ita ut flores, atque gemmæ in eo viderentur esse distinctæ.

^a *Dextralis*. Utitur hac voce Victor., lib. 1 de Persec. Vandal.: *Ubi forte venerabilis aulæ clausas repperant portas, certatim ictibus dextralium aditum reserabant.*

^b *Ex aversa part.* Ex Pallad., lib. 1, cap. ultim.

^c *A verme ligni, qui vocatur terebra.* Termitem vocavit supra lib. XII, cap. 5.

^d *Taratum.* Vulgo *taladro*.

^e *Cantherium.* Gloss. *cantherius*, *καθάρτης μηχανικός*.

^f *Galla*... A plerisque libris abest. Fuerit fortasse *terebra* Gallica, quæ *bibrequi* dicitur.

^g *Guvia*.... Retinet idem nomen hodie apud nos.

^h CAP. XX. *Minervam* quand. Al., *quidam*.

ⁱ *Hanc primam lanif.* Serv., *Æn.* VII: *Bellatrix non Minervæ*: — *Et armorum* (inquit) *dea est, et lanificii.*

^j *Olivæ quoque.* Virg., *Georg.* I: *Oleæque Minerva inventrix.*

A 447 3. ⁿ *Pileum* est ex bysso rotundum, quasi sphaera media, caput tegens sacerdotale, et in occipitio vitta constrictum. Hoc Græci, et nostri *tiaram*, vel ^o *galeriam* vocant.

4. *Mahil*, quod est tunica talaris, tota hyacinthina, habens ad pedes LXXII liniinnabula, totidemque intermistis ac dependentiis punica mala.

5. *Ephod*, quod Latine interpretatur ^p *superindumentum*. Erat enim pallium superhumeralè, ex quatuor coloribus, et auro contextum, habens in utroque humero lapides duos smaragdinos, auro conclusos, in quibus sculpta erant nomina pairiarcharum.

6. ^q *Logion*, quod Latine dicitur *rationale*, pannus duplex, auro, et quatuor textus coloribus, habens magnitudinem palmi per quadrum, cui intexti erant **B** XII pretiosissimi lapides. Hic pannus superhumerali contra pectus pontificis annectebatur.

7. ^r *Petalum*, aurea lamina in fronte pontificis, quæ nomen Dei Tetragrammaton Hebraicis litteris habebat scriptum.

8. ^s *Badim*, sive *feminalia*, id est, braccæ lineæ usque ad genua pertingentes, quibus verecunda sacerdotis velabantur.

CAPUT XXII.

De nominibus vestium cæterarum.

1. Diversitas vestimentorum, tegmen, tegumen, indumentum, vestimentum, et reliqua.

Tegmen dictum, eo quod tegat membra, sicut tegumen, tecta, quæ tegunt corpora.

Indumentum, quod intus ad corpus induitur, quasi **C** *intumentum*.

448 2. *Vestimentum* vero est, quod usque ad vestigium protenditur, quasi *vestigimentum*, ut est tunica talaris. Sed et hæc consuetudo sermonis auctorum confundit.

Amictus....

3. Discernitur autem vestitus a cultu; quoniam lautior intelligitur cultus. Item cultus ab habitu. Nam habitus ad naturam pertinet, cultus ad homines.

4. Pleræque autem vestium, aut a tempore quo maxime in usu sunt appellantur, aut a locis ubi vel primum confectæ, vel maxime venditantur, aut a genere coloris, aut a nomine repertorum.

5. Vestis antiquissima hominum fuit, *Perixoma*,

^k *Non enim Minerva istar.... universa.* E Serv., *eclog.* 2.

^l CAP. XXI. *Octo.* Totum hoc caput sumptum ex Hieronymi epist. ad Fabiolam 128, de *Veste sacerdotali*. Octo quidem vestimenta sacerdotalia numerantur bis in *Exodo*; at in *Lev.* septem (omittuntur namque femoralia), cuius rei causam reddit Hieron.

^m *Poderis.* Hebraice *כֶּתֶנֶת* *Chethoneth*.

ⁿ *Pileum.* Heb. *כִּיְמֵת* *Miznepheth*.

^o *Galeriam* voc. Hieron., *galerum*.

^p *Ephod... superindumentum, erat enim.* Absunt hæc ab Ovet. colleg. Gothico.

^q *Logion.* Heb. *לֹגִיּוֹן* *chosen*.

^r *Petalum.* Heb. *צִיץ זָהָב* *Ziz zaab*.

^s *Badim*. Heb. *בְּדִים* et magis proprio nomine, *כִּמְנֵי* *michnesi*.

^t CAP. XXII. *Perixoma, id est, succinctorium.* Id quale fuerit vid. apud August., lib. v contra Julian.

est, succinctorium, quo tantum genitalia conteguntur. Hoc primum primi mortales e foliis arborum sibi fecerunt, quando post prævaricationem erubescerent pudenda velarunt. Cujus usus quædam barbaræ gentes, dum sint nudæ usque hodie tenent. ^a Hæc et campestria nuncupantur, pro eo quod eisdem juvenes qui nudi excreantur in campo, pudenda operiunt.

6. *Tunica* vestis antiquissima appellata, quia in notu incedentis sonum facit. *Tonus* enim *sonus* est. Primum autem fuere pelliceæ tunicæ, quibus post offensam et ejectionem de paradiso Adam et Eva intuti sunt.

7. ^b *Talaris* tunica dicta, eo quod ad *talos* usque ascendat, et ad pedes defluat, ^c sicut *pectoralis* quia pud antiquos brevis erat, ut tantum pectus operiret, licet nunc profusior sit.

8. ^d *Manicleata* tunica, id est, *manicata*, eo quod habeat manicas, ^e quam *χειριδωτων* Græci vocant.

449 9. *Dalmatica* vestis primum in Dalmatia provincia Græciæ texta est, tunica ^f sacerdotalis candida cum clavis ex purpura.

10. ^g *Russata*, quam Græci *phœniceam* vocant, nos *occineam*, ^h reperta a Lacedæmoniis ad celandum coloris similitudine sanguinem, quoties quis in acie vulneraretur, ne contemplanti adversario animus irasceret. Hæc sub consulibus Romani usi sunt milites, unde etiam russati vocabantur. ⁱ Solebant etiam pridie quam dimicandum esset ante principia proponi, quasi admonitio et indicium futuræ pugnæ.

11. *Laculata* est quæ lacus quadratos quosdam cum pictura habet intextos, aut additos acu.

^j *Hyacinthina* vestis est, aërio colore resplendens.

12. ^k *Molochinia*, quæ malvarum stamine conficitur, quam alii *molocinam*, alii *malvellam* vocant.

13. *Bombycina* est a *bombice* vermiculo, qui lon-

^a *Hæc et campestr...* operiunt. Verba sunt August., XIV de Civit., cap. 17. Horatius :

Penula solstitio, campestre nivalibus auris

^b *Talaris tunic.* E Hieron., ad Ezech. IX.

^c *Sicut pectoralis.* Græce *ἐξωπλις*, quod (ut ait Agell., lib. XII) substricta et brevis esset, ac citra numerum desineret.

^d *Manicleata.* Sic omnes libri. Rabanus, *manulecata*. Ego *manulecata* lego, sic enim dicitur, apud Plaut. in Pseud. et Sueton., in Caligul. *Manicatis tunicis* dixit Cicer. in II Catilin. Gloss., *manulca*, *χειρις*.

^e *Quam Chirodoton.* Ita Agell., lib. VII, cap. 12. Quod *χειριδωτας*, hoc est, manicas longas habeat. Eisdem macrochercas vestes a Lampridio in Alexandro appellari puto.

^f *Dalmatica tunica.* Eam Romanis in usu fuisse constat ex Lamprid. in Heliogabalo, quem ait dalmaticatum in publico post cœnam sæpe visum; ut autem diaconorum inter sacrificandum vestis esset, instituit Sylvester.

^g *Russata.* Russus si Thylesio credimus, Latina quidem vox, sed aratorum magis quam oratorum.

^h *Reperiam a Laced.* Ita Philostrat., in epistolis.

ⁱ *Solebant enim prid.* Plutarch., in Fabio, Bruto et Pompeio.

^j *Hyacinthina vest. aer. col.* Hier., ad Fab. : *Hyacinthus acri tribuitur propter coloris similitudinem.*

^k *Molochinia, quæ malv. stamin.* Melius, credo,

A gissima ex se fila generat, quorum textura *bombycinum* dicitur, conficiturque in insula Coo.

Apocalama...

450 14. *Serica* a *serico* dicta, vel quod eam *Seres* primi miserunt.

Holoserica, tota serica, *ελον* enim *totum*.

Tramoserica stamine lineo, trama ex serico.

¹ *Holoporphyr* tota ex purpura.

15. ^m *Byssina* candida confecta ex quodam genere lini grossioris. Sunt et qui genus quoddam lini byssum esse existiment.

16. *Fibrina* tramam de fibri lana habens.

Aprina...

Masticina...

ⁿ *Mena...*

B *Linea*, quæ ex solo lino fit.

17. *Linostema* vestis est ex lana linoque contexta. Et dicta *linostema*, quia in stamine *linum*, in trama *lanam* habet.

18. ^o *Recta* dicitur vestis, quam sursum versum stantesque texunt.

^p *Segmentata* zonis quibusdam et quasi præcisamentis ornata. Nam et particulas cuicumque materiæ abscissas *præsegmina* vocant.

19. ^q *Levidensis*, quod raro filo sit, leviterque densata.

Pavitensis contraria levidensi dicta, quod graviter pressa atque calcata sit.

451 20. ^r *Citrosa*, quasi conerispa ad similitudinem *citri*. ^s Nævius :

... Pulehramque ex auro, vestemque citrosam.

C 21. ^t *Velensis* tunica est quæ affertur ex insulis.

^u *Exotica* vestis est peregrina de foris veniens, ut in Hispaniam a Græcis.

^v *Polymina*, multi coloris. Polymitus enim textus multorum colorum est.

Nonius : *Molochinum a Græco, color est flori similis malvæ.*

¹ *Holoporphyr.* Primum trabecæ genus ex tribus, de quibus Serv., *Æn. VII* : *Ipsi Quirinali trab.*

^m *Byssina ex quodam genere lini.* Al., ligni. Male, quamvis non desit qui eam lectionem, veram esse contendat, ex verbis Philostrati, lib. II de Vit. Apol. *Byssum autem ex arbore nasci ferunt, quæ altitudine populos æquet, foliis autem salici similis est*; nam idcirco verum est e ligno grossiori vestes confici? Rursus de bysso infra, cap. 27.

ⁿ *Mena...* *Masticina...* Vid. inf., cap. 28.

^o *Recta.* Ex Festo, in *Recta*, et *Regillis*.

^p *Segmentata.* Vid. Serv., *Æn. I*, ad vers. : *Colloq. monile.*

^q *Levidensis.* Nihil moror varias aliorum apud Cicer. *epist.*, 12, lib. IX, sive scripturas, sive conjecturas.

^r *Citrosa.* Festus: *Citrosa vestis a similitudine citri.*

^s *Nævius pulchramque ex a. v. q. c.* Vid. Macrobr., Saturn. III, cap. 19.

^t *Velensis.* Al., *Velencensis.* Quid si *Melensis* a melo una ex Cycladibus? aut *Melitensis* cujus meminit Cicer. lib. II in Verr. : *Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpure plurimam vestem, Melitensem plurimam, stragulam, etc.*

^u *Exotica.* Nonius: *Exoticum adventitium Pl. Most.*

Non omnes possunt olere unguenta exotica.

^v *Polymita multicol.* Plin. : *Plurimis vero licibus texerc quæ polymita appellant Alexandria instituit.*

22. *Acupicta* vestis, acu textilis, vel acu ornata. **A** et *brachæ*, quod sint breves, et verecunda corporis iis velentur.

^a Eadem et *Phrygia*. Hujus enim artis periti Phrygii omnes dicuntur; sive quia in *Phrygia* inventa est. Unde et artifices, qui id faciunt, *Phrygiones* dicuntur. Virgilius: *Phrygiam Ascanio chlamydem*.

23. ^b *Trilicis* a *tribus liciis*, quia est simplex, ^c et billex.

^d *Ralla*, quæ vulgo *rasilis* dicitur.

^e *Intercola* vestis illa vocatur quæ dum sit vetus ad novam speciem recuratur.

22. ^f *Pannutia* nuncupata, quod sit diversis pannis obsita.

^g *Colobium* dictum, quia longum est, et sine manicis. Antiqui enim magis hoc utebantur.

452 ^h *Lebitonarium* est colobium sine manicis, quali monachi Ægyptii utuntur.

25. ⁱ *Lumbare* vocatur, quod *lumbis* religetur, vel quod lumbis hæreat. Hoc in Ægypto et in Syria non tantum feminae, sed et viri utuntur. Unde et Jeremias trans Euphratem tulit lumbare suum, ibique illud in foramine petrae abscondit, et postea, scissum reperit. Hoc a quibusdam et *renale* dicitur, quia *venibus* alligatur.

25. ^j *Limus* est vestis quæ ab umbilico usque ad pedes producitur. Hæc autem vestis habet in extremo sui purpuram limam, id est, flexuosam. Unde et nomen accepit. Nam *limum obliquum* dicimus.

27. *Licinum* vocatum, quod textura ejus ligata sit in totum, quasi diceret *liginum*, *c* pro *g* littera commutata.

28. ^k *Armatausa* vulgo vocata, quod ante et retro divisa atque aperta est, in armos tantum clausa, **C** quasi *armiclausula*, *c* littera ablata.

29. *Camisas* vocamus, quod in his dorminus in *camis*, id est, in *stratis* nostris.

Femoralia appellata, eo quod *femora* tegant. Ipsa

^a Eadem et *Phryg*. E Serv., Æn. III, vel Plin., lib. VIII, cap. 48.

^b *Trilicis*. Sic omnes libri. *Trilex*, aut *Trilix* malim. Sed frequens in hoc opere hujusmodi obliquus pro recto, ut *calcis* pro *calx*.

^c Et *billex*. Virgil., Æn. XII: *Rumpitque infixæ bilicæ loricam*. Gloss., *billex*, διπλοῦτον δίμιτον (sic).

^d *Ralla*, quæ vulgo *rasil*. At Nonius: *Ralla vestis, dicta a raritate*. Plaut., Epid.: *Tunicam rallam, tunicam spissam*.

^e *Intercola*. Martianus, cap. 45. d. de Contrah. empl.: *Labco, libro Posteriorum scribit: si vestimenta intercolumina quis pro novis emerit, Trebatio placere, ita emptori præstandum quod interest, si ignorans intercolumina emerit*.

^f *Pannutia*. Sic anum Baucidem Persius *pannutiam* dixit.

^g *Colobium*... *utabantur*. E Serv., Æn. IX: *Et lunicæ manicæ*. Vid. Annot. in Cassian.

^h *Lebitonarium*. Hieron., in præfat. ad Regul. sancti Pachomii: *Nihil habent monachi in cellulis, præter psiathium, et duo lebitonaria, quod Ægyptiis monachis genus est vestimenti sine manicis*. Suid., λεβιτόν γάρ χιτὼν πο γανικός.

ⁱ *Lumbare*. Vid. Hieron., ad Jerem. XIII, et in Procem., comm. in Ose.

^j *Limus est vestis*. E Serv., Æn. XII: *Velati lino (al., limo) et verb. t. c.*

^k *Armatausa*. Utitur hac voce Paulinus.

et *brachæ*, quod sint breves, et verecunda corporis iis velentur.

30. ^l *Tubruco*s vocatos (dicunt) quod tibiae brachasque tegant.

^m *Tubraci*, quod a brachis ad tibiae usque perveniant.

453 CAPUT XXIII.

De proprio quarundam gentium habitu.

1. Quibusdam autem nationibus sua cuique propria vestis est, ⁿ ut Parthis sarabara, ^o Gallis lenæ, ^p Germanis rhenones, Hispanis stringes, Sardis mastruca.

2. *Sarabara* sunt fluxa ac sinuosa vestimenta, de quibus legitur in Daniele: *Et sarabara eorum non sunt immutata*. Et Publius: *Ut quid ergo in ventre tuo Parthi sarabara suspenderunt?* Apud quosdam **B** autem sarabara quædam capitum tegmina nuncupantur, qualia videmus in capite magorum picta.

^s *Lenæ*, saga quadra et mollia sunt. De quibus Plautus:

Lena cooperta est textrina Gallia.

4. *Rhenones* sunt velamina humerorum et pectoris usque 454 ad umbilicum, atque intortis villis adeo hispida, ut imbres respuant, quos vulgo *reptos* vocant, eo quod longitudo villorum, quasi *reptat*. De quibus Sallustius: *Germani intortum rhenonibus corpus tegunt*. Dicti autem ^q *rhenones* a Rheno Germaniæ flumine, ubi iis frequenter utuntur.

5. ^r *Mastruca*, vestis Sarda ex pelliculis ferarum, de qua Cicero pro Scauro: *Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca mutavit*. **C** Mastruca autem dicta, quasi monstruosa, eo quod qui ea induuntur; quasi in ferarum habitum transformantur.

6. ^s Dignoscuntur et gentes ita habitu sicut et lingua discordes. Persæ ^t brachia et crura linamentis, caput tiara tegunt. Eminent apicibus fastigiatas

^l *Tubruco*s, Al., *tubricos*; al., *tubraicos*.

^m *Tubraci*... *perveniant*. Absunt hæc a Valent. et omitti sine fraude poterant.

ⁿ Cap. XXIII. *Ut Parthi sarabara*. Sic communis Editio Græcorum (quam sequi solet Isid.), Dan. III: *Καὶ τὰ σαράβαρα αὐτῶν οὐκ ἠλλοιώθη*. Aquila vero Theodos. et Hieron.. *saraballa*, melius. Syriace enim **סרבל** *sarbal*.

^o *Gallis lenæ*. Ita Strab., lib. IV, de Helvetior. et Arvenor. vestitu.

^p *Germanis rhenones*. Cæsar., lib. IV de Bell. Gall. ^q *Rhenones a Rheno G. f.* Alii ἀπὸ τῶν ῥηνῶν, id est, ovibus. Serv., Georg. III: *Ut Sallustius dicit in historiis, vestes de pellibus Rhenones vocantur*.

^r *Mastruca, vestis Sarda*. Ita Tarrac., Simanc. Hispal., Mejord. Plures tamen e Gothicis: *Mastruca vestis Germanica*; quæ lectio (nisi obstaret locus Cicerone citatus) ferri poterat. Prudentius:

Tentavit Geticus nuper delere tyrannus
Italiam patrio veniens juratus ab Istro,
Has arces æquare solo, tecta aurea flammis
Solvere, mastrucis proceres vestire togatos.

^s *Dignoscuntur gentes ita habit. et ling.* Respexisse videtur ad Virgillii verba:

... Incedunt victæ longo ordine gentes.

Quam variæ linguis, habitu tam vestis, et armis
^t *Brach. et crur. linament.* Al., *linamentis*. Usurpat eam vocem Plinius.

Alani; ^a horrent et male tecti cum latratoribus linguis Scoti; sagati sunt Alemanni; linteati Indi; gemmati Persæ; sericati Seres; pharetrati Armenii.

7. Nonnullæ etiam gentes non solum in vestibus, sed et in corpore ^b aliqua sibi propria quasi insignia vindicant, ut videmus **155** cirros Germanorum, granos et cinnabar Gothorum, stigmata Britonum. Circumcidunt Judæi præputia; pertundunt Arabes aures; flavent capitibus intectis Getæ, nitent Albani albenibus crinibus. Mauros habet tetra nox corporum, Gallos candida cutis, sine equis inertes exstant Alani, nec abest genti Pictorum nomen a corpore, quod minutis opifex acuspunctis, et expressus nativi graminis succus illudit, ut has ad sui specimen cicatrices ferat, pictis artubus maculosa nobilitas.

8. Habet et sexus institutam speciem habitus, ut ^c in viris tonsi capilli, in mulieribus redundantia crinium: quod maxime virginibus insigne est, quarum et ornatus ipse proprie sic est, ut concumulatus in verticem ipsam capitis sui arcem ambitus crinium contegat.

CAPUT XXIV.

De palliis virorum.

1. *Pallium* est quo ministrantium scapulæ conteguntur, ut dum ministrant expediti discurrant. Plautus :

Si quid facturus es, appende in humeris pallium.

Et pergat, quantum valet, tuorum pedum pernicitas.

Dictum autem *pallium* a *pellibus*, quia prius super indumenta *pellicia* veteres utebantur, quasi *pellea*, sive a *palla* per derivationem.

156 2. *Chlamys* est quæ ex una parte induitur, neque consuitur, sed fibula infrenatur. Hinc et Græce nomen accepit.

3. *Toga* dicta, quod velamento sui corpus tegat, atque operiat. ^d Est autem pallium purum forma rotunda effusiore, et quasi inundante sinu, et sub dextro veniens supra humerum sinistrum ponitur, ejus similitudinem in operimentis simulacrorum, vel

^a *Horrent et male tecti*. — *Heteromalis tecti* legit quidam, lib. 1. Rer. German., id est, vestimentis altera parte villosis; recte, opinor.

^b *Aliqua sibi propria q. insig. vend.* Tertull., libro de Veland. Virg. : *Decebant et ipsi aliqua sibi insignia defendere; aut pennas Garamantum, aut strobilos barbarorum, aut cicadas Atheniensium, aut cirros Germanorum, aut stigmata Britonum.*

^c *In viris tonsi capilli*. — *Vir si comam nutriat ignominia est illi.* I Cor.

^d CAP. XXIV. *Est autem pallium purum.* Toga pura dicebatur, quæ sine purpura erat, *purum pallium* qui dixerit non video. Itaque τὸ *purum* debebat Chacon. Nam pura vestimenta alio sensu dicuntur a Festo, et a Serv. in Fragmentis.

^e *Mensura tog. just. si sex uln.* Horat. in Epod.

Videsne sacram metiente te viam

Cum bis ter ulnarum toga,

Ut ora vertat huc et hue.....

^f *Toga autem palma.* Serv., eelog. 10 : *Sanguineis ebuli bacc.* : *Palmata toga, qua utebantur illi qui palmam merebantur.*

^g *Ipsa vocatur et toga pict.* Vid. Fest., in *Picta*.

^h *Cinctus Gabin.* Vid. Serv., Æn. vii :

Ipse Quirinali trabea, cinctuque Gabino;

A picturarum aspicimus, easque statuas logatas vocamus.

4. Toga autem Romani in pace utebantur, belli autem tempore paludamentis. ^e *Mensura togæ justa, si sex ulnas habeat.*

5. ^f *Toga palmata* dicebatur quam merebantur ii qui reportabant de hostibus palmas. ^g Ipsa vocabatur et *toga picta*, eo quod victorias cum palmis intextas haberet.

6. *Toga candida*, eademque *cretata*, in qua candidati, id est, magistratum petentes ambiebant, addita creta, quo candidior, insigniorque esset. Cicero orationem, quam habuit contra competitores *in toga candida* inscripsit.

7. ^h *Cinctus Gabinus* est, cum ita imponitur toga, ut togæ lacinia, quæ postsecus rejicitur, attrahitur ad pectus, ita ut ex utroque latere ex humeris picturæ pendeant, ut sacerdotes gentilium faciebant, ⁱ aut cingebantur prætores.

8. ^j *Trabea* erat togæ species ex purpura et cocco, qua operti **157** Romanorum reges initio procedebant. ^k Hanc primum Romulus adinvenisse perhibetur, ad discretionem regii habitus. Trabea autem dicta, quod in majori gloria hominem ^l transbearet, hoc est, ultra et in posterum ampliori dignitate honoris beatum faceret.

9. *Paludamentum* erat insigne pallium imperatorum cocco, purpuraque et auro distinctum. De quo Salustius : *Togam, inquit, paludamento mutavit.* Erat enim pallium bellicum, dictum, ut quibusdam videtur, quod eo indutus palam faceret imperator bellum

C futurum.

10. *Circumtextum* est quod Græce κίλας; dicitur, de quo Virgilius.

^m Et circumtextum croceo velamen acantho.

Circumtextum autem dictum, quia est rotundum pallium.

11. ⁿ *Diplois*, Græcum nomen, ab eo quod sit duplex amictus. Horatius :

Quod autem *postsecus* dixit, sic in Gloss. *Postsecus*, ὑπισθεν, et ἔμπροσθεν *antisecus*.

ⁱ *Aut cingebantur prætores.* Consules voluit dicere.

^j *Trabea erat tog. sp., etc.* Serv., Æn. vii : *Trabea toga est augurum de cocco et purpura.*

^k *Hanc primum Romul.* Plinius, lib. ix, cap. 39 : *Purpuræ usum Romæ semper fuisse video, sed Romulo in trabea.*

^l *Transbearet.* Ita Goth. Cod.; alii, *transvelheret.*

^m *Et circumtextum.* Servius : *Velamen (circumtextum intellige) cycladem significat.* Non ut velamen appositio sit τὸ *circumtextum* (quod putavit quidam), sed ut velamen sit circumtextum croceo acantho. Nam *circumtextum* participium est nihilo minus quam *pictum*, cum idem versus paulo post apud Maronem nonnihil mutatus repetitur :

Pallamque et pictum croceo velamen acantho.

Quamvis etiam *circumtextum* substantive, vel vestis genus sit, vel potius vestimenti pars. Varro, lib. iv : *Amictus est dictum amjectum, id est, circumjectum, a quo etiam quod vestes se involvunt, circumjectum appellant, et quod amictui habent purpuram circum, vocant circumtextum.*

ⁿ *Diplois.* Serv., Æn. v : *Hæc fatus duplicem...: Id est, abollam, quæ duplex est, sicut chlamys.* Hor. :

Contra quem duplici panno sapientia velat.

Contra quem duplici panno patientia velat.

12. ^a Est autem vestis militaris, cujus usus Gallicis primum expeditionibus cœpit e præda hostili. De quo vox illa senatus : ^b *Togis depositis, Quirites, (ite) ad saga.*

13. ^c *Sagum* autem Gallicum nomen est; dictum autem *sagum* quadrum, eo quod apud eos primum quadratum, vel quadruplex esset.

14. ^e *Pænula* est pallium cum fimbriis longis.

^d *Lacerna* pallium fimbriatum, quo olim soli milites utebantur. Unde et in distinguenda castrensi urbanaque turba hos togatos, illos lacernatos vocabant. ^e Inde autem lacernæ, quasi amputatis capitibus fimbriarum, neque ita laxis, ut sunt pænularum.

15. ^f *Mantum* Hispani vocant, quod manus tegat tantum. Est enim breve amictum.

16. ^g *Prætexta* puerile pallium est, quo usque ad sedecim annos pueri nobiles sub disciplinæ cultu utebantur. Unde et prætextati pueri appellati sunt. Dicta autem *prætexta*, quia *prætegebatur* ei latior purpura.

17. *Casula* est vestis cucullata, dicta per diminutionem a *easa*, quod totum hominem tegat, quasi *minor casa*. Unde et *eueulla*, quasi *minor cella*; sic et Græci ^h Planetas dictos volunt, quia oris **459** errantibus evagantur. Unde et stellæ *planetæ*, id est, vagæ, eo quod vago sui errore motuque discurrunt.

18. *Birrus* a Græco vocabulum trahit; illi enim birrum *bibrum*, dicunt.

19. *Melotes*, quæ etiam *pera* vocatur, pellis est caprina, a collo pendens, præcincta usque ad lumbos. Est autem habitus proprie necessarius ad operis exercitium. Fiebat autem prius, ut quidam æstimant, de ⁱ pelliculis *melonum*. Unde et *melotæ* vocatæ sunt.

^a Est autem vestis militaris. Perverse hæc diploidi in omnibus libris tribui, quis non videat?

^b *Togis depositis, Quirites, ad saga.* Additur in quibusdam *iverant*; in aliis, vel *fuertunt*, vel *fugerunt*, vel *conversi fuerunt*. Nempe adulterina omnia. Ergo solemnia verba illa fuere in tumultu : *Togis depositis, Quirites, ad saga.* Vel etiam *Togis depositis, Quirites, ite ad saga*, quod potius reor. Nam illud *ite* quod post *Quirites* sequebatur a librariis, eandem syllabam (ut fit) non repetentibus, omissum. Frequens apud Ciceronem *ire* et *redire ad saga*. Itemque *saga sumere*, et *togas deponere*. Vid. Philipp. 5, 6, 8, 14.

Pænula est pallium cum fimb. long. Satis id confirmant Ciceron. verba in Miloniana : *Quid minus promptum ad pugnam, cum pænula irretitus, rheda impeditus, uxore pene constrictus esset?* Quin et pænula quoque ipsa stricta, et angusta fuit, et grammaticorum et rhetorum. Tacit., de Causis corrupt. eloq. : *Quantum humilitatis putamus eloquentiæ attulisse pænulas istas, quibus astricti et velut inelusi cum iudiciis fabulamur?*

^d *Lacerna... quo olim soli milit.* Propert. :

Texitur hæc castris quarta lacerna tuis.

^e *Inde autem lacernæ, quasi amput. cap.* Fest., in *Lacera* : *Lacerna quod minor capitis sit.*

^f *Mantum Hispan.* Pollux : *Μαντόν, ἱμάτιον τι τῷ καλουμένῳ φαίνοντι ἕμοιον.* Ergo fusiolem agnovit hanc vestem Pollux, quam Isidorus, si notationem recipimus.

^g *Prætexta puerile pall.* Recte, sed fuit etiam prætexta magistratuum. Vid. Fest. et Bayf.

^h *Planeta... birrus... Melotes.* Vid. Annot. in Cas-

A 20. *Fimbriæ* vocatæ....

Oræ vestimentorum, hoc est, *fines*, ex Græco vocabulum trahentes. Græci enim *terminum* ἔρον vocant.

CAPUT XXV.

De palliis feminarum.

1. *Regillum* j est prælautum *reginarum* amiculum, unde et appellatum. **460** ^k *Peplum* matronale pallium ex purpura signatum, cujus fimbriæ aurei staminis summitate resplendent.

2. ^l *Palla* est quadrum pallium muliebris vestis deductum usque ad vestigia, affixis in ordinem gemmis. ^m Et *palla* dicta, ἀπὸ τοῦ πάλαιον, id est a mobilitate quæ est circa finem hujusmodi indumenti, sive quod rugis vibrantibus sinuata crispetur.

B 3. *Stola*, matronale operimentum, quod cooperto capite et scapula a dextro latere in lævum humerum mittitur. *Stola* autem Græce vocatur, quod supermittatur.

4. ⁿ Eadem et *ricinium* Latino nomine appellatum, eo quod dimidia ejus pars retro ejicitur, quod vulgo *mavortem* dicunt. Vocatum autem dicunt *mavortem*, quasi *Martem*. Signum enim maritalis dignitatis et potestatis in eo est. Caput enim mulieris vir est, inde et super caput mulieris est.

5. *Amiculum* est meretricum pallium lineum. Hoc apud veteres **461** matronæ in adulterio deprehensæ induebantur, ut in tali amiculo potius quam in stola polluerent pudicitiam. Erat enim ^o hoc apud veteres signum meretriciæ vestis, nunc in Hispania honestatis.

C 6. ^p *Theristrum*, palliolum muliebre, dictum, quod ἐν θέρεσι, id est, in æstu et caumate corpora mulierum protegat, quo usque hodie Arabiæ et Mesopotamiæ

sian. Quod autem in omnibus libris legitur, *birrum bibrum* dicunt, mendum puto. Nam βιρρον apud Suidam dicitur, et in Gloss. βιρρος, *birrus*.

^l De pelliculis *melonum*. Imo μελων, id est, *ovium*, quamvis melonis animalis supra meminerit, lib. XII, cap. 1.

j CAP. XXV. *Regillum*. Vid. Fest. et Non.

^k *Peplum*. Serv., Æn. 1 : *Peplum proprie est palla pieta feminea Minervæ consecrata. Hodie tamen abutuntur hoc nomine.*

^l *Palla est quadrum pall.* Fortasse e Tertulliano, qui quadrangulum describit pallium. Nisi aliena hæc esse dicamus. Nam Servius e quo sunt reliqua, Æn. XI : *Palla (inquit) proprie est muliebris vestis deducta usque ad vestigia. Tibull. :*

Fusa sed ad teneros lutea palla pedes.

^m Et *palla dicta ἀπὸ τοῦ πάλαιον*. Idem, Æn. 1 : *Ferre jubet pallam... Significat tunicæ pallium, quod secundum Varronem palla dicta est ab irrugatione, et mobilitate, quæ est circa finem hujusmodi vestium. At idem Varro in libris de Ling. Latin. : Palla (inquit) quod palam sit; quemadmodum intusium quod intus.*

ⁿ Eadem et *ricinium*. Serv., Æn. 1, ad illud : *Genitemque tog. : Ricinius dicitur ab eo quod post tergum rejicitur, quod vulgo Mavorte dicitur. De Mavorte vid. Non. in Ricinio. Isidor., II Offic., et Annot. in Cassian.*

^o Hoc apud Veter. Apud Romanos toga meretricum et deprehensarum vestis fuit. Vid. Horat. interp., I sermon., satyr. 2. De Amiculo amplius quaerendum.

^p *Theristrum*. Totus locus ex Hieronym., Is. III. Qui mutilus est in Gothiis.

mulieres velantur, quibus in æstu tutissimo teguntur **A** umbraculo. De quo in Isaia.

7. ^a *Anaboladium* amictorium lineum feminarum, quo humeri operiuntur, quod Græci et Latini *sindonem* vocant.

CAPUT XXVI.

De stratu et reliquis quæ in usu habentur.

1. *Stragulum* ^b vestis est discolor, quod manu artificis diversa varietate distinguitur. D'ctum autem, quod in stratu et in amictu aptum sit. De quo Salomon : *Stragulatam vestem fecit sibi.*

2. ^c *Ludices* a *ludis*, id est, theatris, vocatas quidam existimant. **462** Cum enim egrediebantur de ludi prostibulo juvenes horum velamento tegebant caput et faciem, quia solet erubescere qui lupanar intraverit.

^d *Galnapes*...

3. ^e *Fulcra* sunt ornamenta lectorum, dicta quod in iis fulcimur, id est, sustinemur, vel quod toros fulciat, sive caput, quæ *reclinatoria* vulgus appellat.

4. *Cervicalia* autem, eo quod ponantur sub *cervice*, vel cubito.

Pulvillus dictus a pulvinari, qui est divitum lectus.

^f *Culcitæ* vocatæ, quod calcentur, id est, farciuntur pluma, sive tomento, quo molliores calidioresque sint.

5. *Tapeta* dicta, quod pedibus primum sternentur, quasi *tapedia*.

^g *Sipla*, tapeta ex una parte villosa quasi *simpla*.

Amphitapa, ex utraque parte villosa tapeta. Lucilius :

^a *Anaboladium*. Ex eodem; Ambros, quoque libro de Bened. patriarch., cap. 4. Id quod, Gen. XLIX, apud LXX, est περιβολή, *anaboladium* legit : *Et sanguinem uvæ anaboladium suum.*

^b CAP. XXVI. *Stragulam vest.* Sic Gothici omnes, non *stragulatam*.

^c *Ludices*. *Lodices* apud Martial., in Apophoret. Vid. sup., lib. XVIII, cap. 42, de Prostibulis theatri.

^d *Galnapis*... Isidorus in Regul., cap. de Stratu monach. : *Monachi stratus erit storia, et storagulum, pelles declanate, galnapis quoque, et facistergium, geminusque ad caput pulvillus.* Videndum etiam, num Varronis *gaunacuma*, sive (ut alii volunt) *gaunace*, huc pertineat. Nam γαυνάκη in γαυνάπην ebiisse, non admodum mirer. Sunt autem γαυνάκη (ut ait Hesychius) στρώματα, ἢ περιβολαῖα ἑτερομαλλαι **D**

^e *Fulcra sunt* : *Fulcra*, spondæ lectorum, quibus fulcimur, ait Serv., Æn. VI.

^f *Culcitæ*... quod calcentur. Ita Varr., lib. IV.

^g *Sipla tapeta*. Sic omnes libri; atque ut ita legamus, suadet notatio, quasi *simpla* : Sed *psila* malim, et quia amphitapis *psila* opponuntur, et qui apud Non. Lucilii versus ita legitur :

Psilæ, atque amphitapæ villis ingentibus molles. Nisi si quis sibi persuadeat Lucilium quoque permittasse litteras, dum Romanis auribus tantisper servit quod nihil necesse est.

^h *Mantelia*... olim *terg. man.* Serv., Georg. IV : *Mantelia* quibus manus terguntur. Varro : *Mantelium*, quasi *manuterium*. Festus : *Mantelia*, quod manu tractentur.

ⁱ *Mappæ* quasi *manuppæ*. Sic Gothici libri. Unus

Siplæ, atque amphitapæ villis ingentibus molles.

463 6. ^b *Mantelia* nunc pro operiendis mensis sunt, quæ, ut nomen ipsum indicat, olim tergendis manibus præbebantur.

ⁱ *Mappæ* convivii et epularum appositarum sunt, quasi *manuppæ*, atque ob id nominatæ, cujus diminutivum *mapella* est.

Toralia longæ perpetuæque *mappæ*, a *toro* dictæ.

7. ^j *Sabanum* Græcum est.

Facitergium, et *manitergium* a *tergendo faciem*, vel *manus* vocatur.

Vela dicta, quod objectu suo interiora domorum *velent*.

8. ^k *Aulæa*, vela picta, et grandia, quæ ^l ideo *aulæa* dicta sunt, quod primum in *aula* Attali regis Asiæ, cui successit populus Romanus, inventa sunt.

9. ^m *Cortinæ* sunt *aulæa*, id est, vela de pellibus, qualia **464** in Exodo leguntur, a quibus tabernaculum extrinsecus tegebatur. Dictæ autem *cortinæ a coriis*, eo quod prius ex pellibus fuissent factæ. Unde et in eodem tabernaculo legis jubetur cortinas fieri ex pellibus arietum rubris, et ex pellibus hyacinthinis.

10. ⁿ *Cilicia* Arabes nuncupant, velamenta pilis caprarum contexta, ex quibus sibi tentoria faciunt.

CAPUT XXVII.

De lanis.

1. *Lana* a *laniendo*, id est, *vellendo* dicta. Hinc et *vellus* dictum, quod prius lanæ *vellerentur*, non tenderentur.

Linum ex terra oritur, deflexumque nomen ejus a Græco. Nam *linum* ^o Græci λινάριον dicunt, sive quod sit molle, et lene.

ex aliis, *manupia*. Rabanus, *manubiæ*. Quam scripturam doctissimi quidam viri ita amplectebantur, ut quovis pignore veram esse contenderent. Respexisse enim in notatione Isidorum ad Sanctæ manubias (sic enim ab eo appellari volunt), sordidas illas a conviviis prædas, quas ridet faceto carmine Martialis :

Dulci placenta sordidam lingit mappam.

Illie et uvæ collocantur ollares...

Mihi quidem ob multa non fit verisimile. Atqui ipsius commentum placebat.

^j *Sabanum*. Utitur hac voce sæpius Theodorus Priscianus medicus, et Victor., lib. III : *Ea sabana bajulabat quibus eum dudum suscipiens de fonte texerat.*

^k *Aulæa vela pict.* Serv., Æn. I : *Cum venit aulæis*... — *Aulæis* (inquit), *velis pictis*.

^l *Ideo*... *aulæa*... *inventa sunt*. Ex eod., Georg. III : *Purpurea*... *aulæa*...

^m *Cortinæ sunt aulæa de pellibus*. Mirum discessisse a Servio, qui Æn. III : *Cortina* (inquit) *locus unde oraculum exit, vel quia Apollinis tripus corio Pythonis textus est, vel quia ibi sunt certa responsa, quasi certina; vel quod est verius quia ibi cor vatis tenetur*. Additque lib. VI : *Aut certe secundum Græcam etymologiam* ὅτι τὴν κόρην τέλει, etc. Sed illa ex alio genere.

ⁿ *Cilicia*. Solin., cap. 46 : *Ipsa autem tentoria cilicia sunt : ita nuncupant velamenta de caprarum pilis texta.*

^o CAP. XXVII. Græci λινάριον. Imo λινον potius λινάρια, retia in Pamphilia, Eustach., ὀδ., 6.

2. *Stuppa* vero cannabi est sive lini. ^a Hæc secundum antiquam orthographiam *stippa* dicitur, quod ex ea rimæ navium *stippantur*.

^b Unde et *stippatores* dicuntur, ^c qui in navibus eam componunt.

3. ^d *Tomentum* appellatum quod aut in filo, aut in tela *tumeat*, nec subtilitatem habeat.

Cannabum a similitudine cannæ vocatum, sive a Græca etymologia. Nam illi cannabum *κάνναβιν* vocant.

4. ^e *Byssum*, genus est quoddam lini nimium candidi et mollissimi, ^f quod Græci *papatem* vocant.

^g *Fibrinum* lana est animalium, quæ fibros vocant, ipsos et castores existimant, quos dum venatores **465** sequuntur, ipsi sibi testiculos adimunt.

^h *Aranea* vocata, eo quod aeris infusione in frondibus nutriatur.

5. ⁱ *Serieum* dictum, quia id *Seres* primi miscrunt. Vermiculi enim ibi nasci perhibentur, a quibus hæc circum arbores fila ducuntur. Vermes autem ipsi Græce *βόμβυκες* nominantur.

^j *Placium* est stupa, et quasi ^k crassedo serici, et est Græcum nomen.

CAPUT XXVIII.

De coloribus vestium.

1. *Tinctura* vocata, quia *tingitur*, et in aliam fucatam speciem nitoris gratia coloratur. ^l *Κόκκον* Græci, nos *rubrum*, seu *vermiculum* dicimus. Est enim vermiculus ex silvestribus frondibus.

2. ^m *Conchylum* dictum eo quod ex *conchulis* marinis color ejus colligitur. Idem et *ostrum* vocatur.

3. *Ostrum*, quod pro colore purpuræ temperatur, plurimis quidem in locis, sed optimum in insula Cypro gignitur, sive in iis quos propius solis cursus illuminat.

4. *Conchylia* autem sunt maris, quæ circumcisa ferro lacrymas purpurei coloris emittunt. His collectis color purpureus temperatur; **466** et ostrum exinde

^a Hæc secundum antiq. orthog. E Serv., Æn. v.

^b Unde *stippatores*... componunt. Ex eod., Æn. iii: *Stippantque carinis*.

^c Qui in navibus. Al., *vallibus*; F., *navalibus*.

^d *Tomentum*. Al., *tumentum*.

^e *Byssum*... *papatem* vocant. Absunt hæc a Gothico Toletan.

^f Quod Græci *papatem*. Est namque *πάππος ἀκάνθη*; λευκὸν ἐξάνθημα, ut ait Eustach. Festus quoque: *Pappi, carduorum flores*.

^g *Fibrinum*. Sup., cap. 22.

^h *Aranea*. Sup., lib. xii, cap. 5.

ⁱ *Serieum*. E Serv., Georg. ii, ad vers. *Velleraque ut foliis*... *Seres*.

^j *Placium*. Vel *plathium* potius, ut sit ἀπὸ τοῦ πλήθω, quod est *impleo*, et *stippo*.

^k Et quasi *crassedo*. Vulgo, *seda eadarca*.

^l CAP. XXVIII. *Cocccum* Græci. Frequentius apud LXX *κόκκινον* quam *κόκκος*, ubi Hieronymus nunc *vermiculum* reddit, nunc *coceum*, vel *coceinum* relinquit; *φοινικῶν* vero *rubrum* interpretari solet.

^m *Conchylum*... *clicitur*. Ex Vitruv., lib. vii, cap. 13.

ⁿ *Purpura*... a *puritate lue*. Respexit fortasse ad Virgilii verba, Æn. i: *Lumenque juventæ Purpureum*.

A appellatum dicunt, quod ex testæ humore elicitur.

5. ⁿ *Purpura* apud Latinos a puritate lucis vocata. Apud Græcos autem *πορφύρα* dicitur eum aspiratione; apud nos *purpura* sine aspiratione.

6. ^o *Ferrugo* est color purpuræ subnigræ, quæ fit in Hispania, ut: *Ferrugine clarus Ibera*. Dieta autem *ferrugo*, quod omnis purpura prima tinctura hujusmodi coloris existat.

7. ^p *Glaucus* color est ferrugineus, subniger.

^q *Elbidum* ab *elbo* colore vocatum. Elbum enim est medius color inter album et nigrum, et *elbum* ab *albo* derivatum.

8. ^r *Luteus* color rubicundus, quod est croceus; nam crocus lutei coloris est, ut: *Croceo mutabit vellera lato*.

B ^s *Menuum*, quod sit colore nigro. Græci enim *μελάν* nigrum dicunt.

Masticinum, quod colorem masticis habeat.

Blatteum... *Blavum*... *Mesticium*...

9. *Ostieum*, quia ex usto est. Fit enim ex dependenti fuligine tectorum egesta assiduis ignibus, unde et color ejusdem tincturæ flammeus est.

467 CAPUT XXIX.

De instrumentis vestium.

1. *Tela* ^t pro longitudine staminum dicta, cujus derivativum est *telaria*.

^u *Insubuli*, quia infra supra sunt, vel quia *insubulantur*.

Radii dicti, quia *radendo* fiunt.

C *Pectines*, quod *pecca* fila reddant, et imprimant.

2. *Colus*, quod sit in longitudine, et rotunditate, quasi *columna*.

Fusus, quod per ipsum fundatur quod netum est.

^v *Alibrum*, quod in eo *librantur* fila, id est, volvuntur.

3. *Calathus*, leve gestamen ex ligno, vel canna, aut ex junco factum, in quo vel pensa ponuntur, vel

Nam purpura *πορφύρα* quin sit, ne ipse quidem videtur ambigere.

^o *Ferrugo est color*... in Hispan. Serv., Georg. i: *Cum eaput*... *Ferrugine*: — *Ferrugo est purpura nigrior Hispana*; alibi, « *Et ferrugine clarus Ibera*; » ubi *Hispana* gloss. fuit vocis *Ibera*. Ipse namque Servius in loco a se ex Æn. ix citato Hiberam ferrugineum, non Hispanam, sed Ponticam intelligi vult. Fuerunt ergo Isidori ætate quædam (ut nunc sunt omnia) Sevii exemplaria eorrupta.

^p *Glaucus est color ferrug.* Sup., in equor. coloribus, lib. xii, cap. 1.

^q *Elbum*. Sup. lib. xii, cap. 5.

^r *Luteus*. E. Serv., celog. 4.

^s *Menuum*. Al., *mclum* Al., *melium*; forte *melinum*, de quo alibi.

^t CAP. XXIX. *Tela pro longitudine*, ἀπὸ τοῦ τηλόθεν scilicet.

^u *Insula*. Gloss., *insubula* ἀντιον, καὶ ἀντία, et alibi ἀντιον ἔνθα ὑφαλνουςιν αἱ γυναῖκες. Lueretius, lib. v:

Insilia, æ fusi, radii, seapique sonantes, ubi *insubula* quidam legunt, nec syllabæ productionem curant. Hieronymus *litiatorium* vocat, Paral. I.

^v *Alibrum q. i. c. librantur*. Gothici *liberantur*, id est, solvuntur.

leguntur flores, a καλον enim Græce lignum est, a quo derivatus est *calathus*.^b Nam Latine *quasillum* dicitur. Cicero in Philippicis: *At vero hujus domi inter quasilla pendebatur aurum.*

4. *Pensum* mulierum, a *pendendo* dictum, unde *pensa* et *impensa*.

Netum....

5. *Fila* dicta, vel quia ex pilis animalium sunt, vel quia lanificium filis tenuibus constat in modum pilorum, id est, quasi filorum.

6. ^c *Mataxa*, quasi *metaxa*, a circuitu, scilicet, filorum. Nam 468 *meta* circuitus dicitur, vel quod transferatur.

^d *Gubellum*, corrupte a *globo* dictum per diminutionem, quasi *globellum*.

7. ^e *Panuliæ* (vel *panuelæ*), quod ex eis *panni* B in modum diadematis, a qua vittæ ab utraque parte dependent, quæ infulam vinciant. Unde et vittæ sunt, quod vinciant, infula autem plerumque tortilis de albo et cocco.

Stamen dictum, quia rectum stat.

Trama, quod via recta transmittatur per telam.

Est enim filum intra stamen currens.

Licia sunt quibus stamina ligantur, quasi *ligia*.

Ordiri....

Texere....

CAPUT XXX.

De ornamentis.

1. Hactenus de veste, dehinc ad cæterum cultum veniamus.

Ornamenta dicta, quod eorum cultu ora vultusque decorentur. Primum ornamentum *corona* insigne victoriae, sive regii honoris signum, quæ in capite regum ponitur, ad significandum circumfusus in orbe populos, quibus accinctus, quasi caput suum coronatur. Hæc a Lucilio *corolla*, ab Homero στεφάνη dicta est. ^f Hujus principium a Libero quodam Gentiles existimant, quod is in potando mota vino capita vincire fasciis instituerit, idcirco

^g *Calon* enim Græci lign. Ita Serv., non semel. Vid. Æn., vi initium. Et Festus: *Calones calcei ex ligno facti.*

^b Nam Latine *quasill*.... *aurum*. Verba sunt Serv., eelog. 4.

^c *Mataxa*. Vulgo. *madexa*. Gloss., *mataxa*, σερὰ, et *mataxa* ἤμα. Utitur ea voce Vitruvius, lib. vii, cap. 3, et Martianus, lib. xxxix, dd. de Pign. et Hypothec. Unde *mataxarii* apud Justin., lib. viii C., cod. tit.

^d *Gubellum*. Al., *lubellum*. Al., *jubellum*. Al., *globicillum*. Hispanè *ovillo*, atque etiam apud quosdam Jovillo.

^e *Panuliæ*, vel *panuelæ*. Absunt a Gothicis duo posteriora verba. Vid. Eruditorum virorum notas ad Varronis verba lib. iv: *Pannus Græcum, panuclum dictum a panno, etvolvendo filo.*

^f CAP. XXX. *Hujus principium a Libero*. Vid. Athen., lib. xv, cap. 5.

^g *Sicut erat in sacerdotibus*. Ut in flaminibus. Nam *flamines* dicti quasi *filamines*, ut ait Festus. Et in legatis. Livius, lib. i: *Legatus, ubi ad fines eorum venit unde res repetuntur, capite velato (filum lanae velamen est): Audi, Jupiter, etc.* Quod autem lineas etiam coronas ait fuisse ex Virgilii versu, Æn. xii:

Vetati lino et verbena tempora vineti,
in vitis id Servio, Capro et Hyginio facit, qui limo legi

olim linei, et lanci generis corona fuit: sicut erat in sacerdotibus gentilium.

2. ^h Nomen coronæ hac ex causa vocatum, quod initio circum aras curreretur, atque ad imaginem circuitus vel chori est formata, et nominata corona.

469 3. ⁱ Imperatores Romani et reges quidam gentium aureis coronis utuntur. Persæ tiaras gerunt, ^j sed reges rectas, satrapæ incurvas. Reperta autem tiara a Semiramide Assyriorum regina. Quod genus ornamenti exinde usque hodie gens ipsa retinet. ^k Athenienses autem cicadas aureas gerebant, partim in verticem, nonnulli in fronte. Non enim eadem sunt insignia omnium regnorum. Gentilium vates infula, apice, pileo, sive galero utebantur.

4. ^l *Infula* est fasciola sacerdotalis capitis, alba, in modum diadematis, a qua vittæ ab utraque parte dependent, quæ infulam vinciant. Unde et vittæ sunt, quod vinciant, infula autem plerumque tortilis de albo et cocco.

5. ^m *Apex* est pileum sutile, quo sacerdotes gentiles utebantur, appellatus ab *apiendo*, id est, a ligando. ⁿ Nam virgula quæ in pileo erat, connectebatur filo, quod fiebat ex lana hostiæ. ^o *Galerum*, pileum ex pelle cæsæ hostiæ factum. *Pileum* autem dictum a *pelle* hostiæ, unde fiebant.

6. ^p *Cydaris* et ipsa sacerdotum erat, quæ a plebisque *mitra* vocatur.

470 CAPUT XXXI.

De ornamentis capitis femininarum.

1. Ornamenta capitis femininarum diadema, nimbus, capitulum et mitra.

^q *Diadema* est ornamentum capitis matronarum ex auro et gemmis contextum, quod in se circumactis extremitatibus retro astringitur, et exinde dictum Græce, quod præligetur.

2. *Nimbus* est fasciola transversa ex auro assuta eo loco malunt.

^h Nomen coronæ. Fest.: *Corona, cum videatur a choro dici, caret tamen aspiratione.*

ⁱ *Imperatores Romani, et reg.* Vid. Plin., Agell., et Tertull. de Coron. Milit.

^j *Sed reges rectas.* Xenoph., lib. viii Παιδ.: 'Ο Κύρος ἐφ' ἄρματος ἔρθην ἔχων τὴν τιάραν. Et Hesych.: Τιάρα ἢ λέγομένη κυρθεασία, ταύτη δὲ οἱ Πέρσαι βασιλεῖς μὲν ἐχρῶντο ἔρθη, οἱ δὲ στρατηγοὶ ὑποκεκλιμένη.

^k *Athenienses cicadas.* Dicti propterea τέττιγοφόροι.

^l *Infula.* E Serv., Æn. x. Vid. Fest.

^m *Apex.* Ex Fest.

ⁿ *Nam virgul* Serv., Æ. ii: *Fundere lumen apex.*

^o *Galerum.* Idem, Æn. vii: *Galerus genus est pilei, quod Fronto genere neutro dicit: ΗΙΟC GALE- RUM.* Al., *galerium.* Al., *galearium.* Fest.: *Galearia a galearum similitudine dicta.*

^p *Cydaris.* Ex Hieron., ad Zachar. iii, et Ezech. xii.

^q CAP. XXXI. *Diadema.* Citantur a Festo ex Catone hæc verba in Rusco: *Mulieres opertas auro, purpuraque ars inhaeret diadema, coronas aureas, etc.* Sed quia Hieronymus, ad Ezech. xii, et alii, diadema non matronarum, sed regii capitis insigne esse dicunt, *anadema* hic legebat vir doctissimus, ex Lucretio, lib. v: *Fiunt anademata, mitrae;* cujus poetæ perstudiosum fuisse Isidorum constat ex pluribus hujus operis locis.

in linteo, quod est in fronte feminarum. Plautus : **A** usus in Græcia, puellæ utraque aure ^a pueri tantum dextra gerebant.

Quo magis eam aspicio, tam magis nimbata est.

^a Nam et lumen quod circa angelorum capita pingitur nimbus vocatur, licet et nimbus sit densitas nubis.

3. ^b *Capitulum* est quod vulgo *capitulare* dicunt. Idem et *cappa*, vel quod duos apices, ut *cappa* littera habeat, vel quia capilis ornamentum est.

471 4. ^c *Mitra* est pileum Phrygium caput protegens, quæ est ornamentum capitis devotarum. ^d Sed pileum virorum est, mitræ autem feminarum.

5. *Redimicula* autem sunt quibus mitra alligatur. Pileum autem, ut prædiximus, a pelle erat. Nam mitra ex lana est.

^e *Ricula* est mitra virginalis capitis.

6. *Vittæ* sunt quæ crinibus innectuntur, quibus fluentes religantur capilli, et *vittæ* dictæ, quod *vinciant*.

^f *Tænia* autem est vittarum extremitas dependens diversorum colorum.

Item *vitta* est qua corona vincitur; *tænia* vero extrema pars *vittæ*, quæ dependet coronæ.

7. ^g *Retiolum* est quod colligit comas, dictum ab eo quod retinet crines, ne effundantur.

472 8. ^b *Discriminalia* capitis mulierum sunt vocata, ex eo quod caput auro discernant. ⁱ *Nam discriminare dividere* dicitur.

^j *Antiæ* sunt cincinni dependentes prope auriculas, Græco vocabulo ab auribus.

9. ^k *Acus* sunt quibus in feminis ornandorum crinium compago retinetur, ne laxius fluant, et sparsi dissipentur capilli.

10. *Inanres*, ab aurium foraminibus nuncupatæ, ^l quibus pretiosa grana lapidum dependent. ^m Harum

^a *Nam et lumen quod circa angelorum capita*. Servius, *Æn.* x : *Hæc ubi dicta... Misit agens hientem nimbo succincta...* — *Nimbo succincta; nubibus* (inquit), *quia præmisit agens hientem, quod nisi cset, splendorem accipremus qui est circa corpus deorum.*

^b *Capitulum*. — *Capital* lego. Varro, libro vi : *Item texta fasciola, qua capillum in capite colligarent; dictum capital a capite, quod sacerdotulæ etiam nunc in capite solent habere.* Et Festus : *Capital, linteum quoddam, quo in sacrificiis utebantur.*

^c *Mitra est pileum*. Serv., *Æn.* vi : *Mitra incurvum pileum, de quo pendeat et baccarum tegmen.*

^d *Sed pileum vir... fcm.* E Serv., *Æn.* ix.

^e *Ricula est mitra Virg. cap.* Vid. Varr., Fest., Non.

^f *Tænia vittarum extrem.* E Serv., *Æn.* vii : *Fit longæ tænia vittæ.*

^g *Retiolum... retineat crines.* Reticulum dicit Varro, lib. iv.

^b *Discriminalia*. Discriminale dicit Hieronym., Isai. iii, quod Varroni et Nonio est *discerniculum*, id est, acus quæ capillos a media fronte (ut ait (Nonius) disseparat. Quod in glossariis *discrimen* dici existimo, est enim inter ornamenta : *discrimen*, δίσκριμα.

ⁱ *Nam discriminare dividere est.* Virgil., *Æn.* xi : *Et late discriminat agros.*

^j *Antiæ sunt cincinni.* Festus : *Antiæ muliebres capilli demissi in frontem appellati ex Græco videntur, quod enim nos CONTRA, illi ἀντι dicunt. Cur ab auribus ducat Isidorus, non video. Utitur hac voce Tertull. in lib. de Pall.*

^k *Acus dissipentur capilli.* Verba Hieronymi,

11. *Torques* sunt circuli aurei a collo ad pectus usque pendentes. *Torques* autem et bullæ a viris geruntur, a feminis vero monilia et catellæ. *Dictæ* autem *torques*, quod sint tortæ ; et bullæ, quod sint similes rotunditate bullis, quæ in aqua vento inflantur.

473 12. ^o *Monile* ornamentum ex gemmis est, quod solet ex feminarum pendere collo, dictum a *munere*. ^p Hoc etiam et *serpentum* dicitur, quia constat ex amorphulis quibusdam aureis, gemmisque variis in modum faciuræ serpentis. ^q Nonnulli hoc et *segmentum* dicunt, ut Juvenalis : *Segmenta, et longos habitus* ; licet et segmentatas vestes dicamus, ut ipse :

B Et segmentatis dormisset parvula cunis.

13. ^r Plerumque autem et per monile omnia ornamenta matronarum significantur, quidquid illis munere datur.

14. ^s *Muræna* vulgo vocatur, quod scilicet auri metallo in virgulas lentescente quædam ordinis flexuosi catena contextitur, in similitudinem muræne serpentis, quæ ad collum ornandum aptatur. ^t Hæc interdum auri atque argenti textitur virgulis. Unde et dicitur in Cantibus canonicorum. *Murænulas aureas facimus tibi vermiculatas argento.*

15. *Catellæ* sunt catenulæ colli invicem se comprehendentes in modum catenæ, unde et appellatæ.

16. ^u *Dextras* communes esse virorum ac feminarum, **474** quia utriusque sexus dextra sunt.

C ^v *Armillæ* autem proprie virorum sunt, collatæ victoriæ causa militibus ob armorum virtutem.

Unde et quondam vulgo ^x *viriolæ* dicebantur. **Ab**

Isai. iii.

^l *Quibus pretiosa grana lapidum dependent.* Sic Tertull., lib. de Cultu feminar. : *ut ex illis ad ferum nati corporis grana nescio quæ penderent.*

^m *Inaurium usus in Græcia.* Al., *Harum usus.* Utrumque (ut puto) e margine.

ⁿ *Pueri tantum dextra.* Tertull., in Pallio, de Achile : *Aurem quoque foratu effeminatus.*

^o *Monile ornatum ex gemmis.* Ex Hieronymo, Ezech. xvi.

^p *Hoc etiam serpentum.* Sic Goth. et Pollux, lib. vi, ὄφεις inter ornamenta feminarum numerat. Al., *serpctum* ; et Græci quoque ἐρπετόν ; et Festus, *Serpula serpsit* (ait idem), *Messalla serpens irrepserit.*

^q *Nonnulli hoc et segment.* E. Serv., *Æn.* i : *Colloque monile baccatum.*

^r *Plerumque autem et per monile omn. ornam.* Ex Hieron., Isai. iii.

^s *Muræna... contextitur.* Ex eod., epist. 15, ad Marcell., de Laud. Asellæ.

^t *Hæc interd... virgulis.* Ex eod., Isai. iii.

^u *Dextræ communes.* Lego *dextralia communia.* Quod enim LXX περιδείξια, Hieronymus *dextralia* vertit, quæ Ambrosius itemque Jul. Capitolin. in Maximino, *dextrocheria* vocant.

^v *Armillæ autem prop. viror.* Vid.

^x *Viriolæ diceb.* Leguntur in Pandectis sæpe *viriolæ* ; et in Gloss. *Viriolæ*, ψέλλια. Est autem *viriola* diminutivum a *viria*, qua voce utitur Ambrosius, lib. de Abrah. patriarch., cap. 9 : *Has* (inquit) *in aures habebat, quæ non gravarent aures ; has virias quæ manum non materiali auro ornarent, sed spiritali*

intellectu autem circuli armilla non discrepat, quia ipsa quoque hoc ubi ponitur ambiendo constringit. Sed armilla latius extenditur, circulus rotundus fit.

17. ^a *Fibulae* sunt quibus pectus feminarum ornatur, vel palliam teetur a viris in humeris, seu cingulum in lumbis.

^b *Lunulae* sunt ornamenta mulierum in similitudinem lunae bullulae aureae dependentes.

18. ^c *Specula* dicuntur, in quibus feminae vultus suos intuentur. Dictum autem speculum, vel quod ex splendore reddatur, vel quod ibi feminae intuentes considerent speciem sui vultus, et quidquid ornamentum deesse viderint adjiciant.

19. *Periscelides* apud feminas, crurum ornamenta, quibus gressus earum ornantur.

Olfactoriola vascula sunt muliebria, quibus odora gestantur.

475 CAPUT XXXII.

De annulis.

1. Primus ^d Prometheus fertur circulum ferreum, incluso lapide, digito ^e circumdedisse.

^f Qua consuetudine homines usi, annulos habere coeperunt. ^g *Annuli* autem per diminutionem dicti a circulis et *anis* qui sunt circa brachia, et circum crura. Unde et *signa* eorum per diminutionem *sigilla*. Nam signa majora sunt, sigilla vero quasi minora signa.

2. Annulos primum homines gestare coeperunt quarto a pollice digito, quod eo vena quaedam usque ad cor pertingat, quam notandam, ornandamque aliquo insigni veteres putaverunt.

3. ^h Apud Romanos annuli de publico dabantur, et non sine ⁱ *476* discrimine. ⁱ Nam dignitate praecipuis viris gemmati dabantur, caeteris solidi. Annulum aureum neque servus, neque libertinus gestabat in publico, sed ^j annulo aureo liberi utebantur, liber-

actu levarent. Et Tertull., de Pall. : Utique sicut vectigia caestuum viria occupavit.

^a *Fibulae*. De his inf., cap. 32.

^b *Lunulae*. Ex Hieronym., Isai. III. Vox etiam Plauto nota.

^c *Specula... Periscelides*. Ex cod.

^d CAP. XXXII. *Primus Prometh.* Plin., in prooemio lib. XXXVII. Sed idem, lib. XXXIII, cap. 1, fabulosa haec indicaverat.

^e *Circumdedisse*. Vet. Cod., *circumdasse*.

^f *Qua consuetudine homines*. Ex Hygin., lib. II, c. de Sagitt.

^g *Annuli autem per dim.* Varr., lib. V : *Tempus a bruma ad brumam dum sol redit, vocatur annus, quod ut parvuli circuli annuli, sic magni circites dicebantur anni. Sunt autem circites (ut ait Festus) circuli ex aere facti.*

^h *Apud Romanos annuli de publ.* Iis tantum qui legati ad exteras gentes ituri essent, ait Plin., lib. XXXIII, cap. 1.

ⁱ *Nam dignitate praecip.* Haec unde sint, quaerendum.

^j *Annulo aureo lib. uteb. arg. libert. servi ferreo.* Aureo tamen non (opinor) liberi omnes, nisi senatores, aut equites neque ferreo servi soli, sed etiam milites.

^k *At nunc praero... laeve est membrum.* Verba sunt Tertull., in Apologetico.

^l *Ungulus est gemmat.* Plin. : *Quantquam et de no-*

luni argenteo, servi ferreo, licet et multi honestissimi annulo ferreo utebantur.

4. Apud veteres ultra unum annulum uti infame habitum viro. Gracchus in Maenium : *Considerate, Quirites, sinistram ejus, cujus auctoritatem sequimini, qui propter mulierum cupiditatem, ut mulier est ornatus.* Crassus, qui apud Parthos periit, in senectute duos habuit annulos, causam praeferebat, quod pecunia ei immensa crevisset. Multi etiam Romanorum pro gravitate annulum gestare in digito abstinerunt. Feminae non usae annulis, nisi quos virgini sponsus miserat, neque amplius quam binos annulos aureos in digitis habere solebant. ^k At nunc praero auro nullum feminis laeve est atque immune membrum.

5. Inter genera annulorum sunt : unguis, samothracius, thynnus.

^l *Ungulus* est gemmatus, vocatusque hoc nomine, quia sicut ungula carni, ita gemma annuli auro accingitur.

^m *Samothracius* aureus est quidem, sed capitulo ferreo, a loco ita vocatus.

6. *Thynnus* purus est, primum in Bithynia fabricatus, ⁿ quam *477* olim *Thynniam* vocabant. ^o Flaccus : *Lugente mea vita, nec smaragdos, berillosque mihi, Flacce, nec nitentes percandida margarita quaero. Nec quos Thynnica lima perpolivit annulos, neque jaspios lapillos.*

CAPUT XXX III.

De cingulis.

1. *Cinctus* ^p est lata zona, et minus lata semicinctium, et utrisque *478* minima *cingulum*. Nam a *cinctu* per diminutionem *cingulum* nominatur. *Cinctu* ^q autem juvenes in exercitatione campestri verenda velabant, unde et campestre dicebatur.

2. ^r *Balteus* cingulum militare est, dictus, propter quod ex eo signa dependent, ad demonstrandam le-

mine ipso ambigi video, Graeci a digitis appel lavcre. Apud nos prisca unguis vocabant.

^m *Samothracius aut. sed. c. ferr.* Plinius : *Nec non et servitia jam ferrum auro cingunt, alia per sese auro decorant, cujus licentiae origo nomine ipso in Samothrace id institutum declarat.*

ⁿ *Quam olim Thynniam vocabant.* Ita Acr., od. 3, l. III.

^o *Flaccus lugente.* Versus Flacci, ut erant in Goth. libris, in emendatos reliquimus, quos licet, vel ex Aleiato ita legere : *Lugentes mea vita, nec smaragdos berillos mihi nec... nitentes, nec praecand.*, etc. Vel integros potius minimo periculo, commodissimo sensu. Ant. Covarr. auctore, ita : *Lugenti, mea vita, nec smaragdos, berillos mihi mitte nec nitentes. Non mi candida, etc.* Nam post vocem *mihi*, omisissis librarios *mitte*, propter similitudinem, quae aliquanto etiam est major in Gothicis characteribus, mihi sane fit valde verisimile. Et *ro Flacce* alienum esse quis non videat? Vetat autem sibi pretiosos lapides lugenti mitti, quod eorum (ut alter Flaccus ait) usus dolentem non queat delinire.

^p CAP. XXXIII. *Cinctus est lata zona. Varro : Cinctus et cingulum a cingendo, alterum viris, alterum mulieribus attributum.*

^q *Cincto autem juvenes, etc.* Ead. sup., de Perizomate, cap. 22.

^r *Balteus.* Varro : *Balteum, quod cingulum e corio habebant bullatum balteum dictum.*

gionis militaris summam, id est, sex millium sexcentorum, ex quo numero et ipsi consistunt. ^a Unde et balteus dicitur non tantum quod cingitur, sed etiam a quo arma dependent.

3. *Zona* Græcum est, quam illi ζωνάριον, nos *cingulum* nuncupamus.

Strophium est cingulum aureum cum gemmis, de quo ait Cinna: *Strophio* ^c *lactentes cincta papillas*. ^d Et Prudentius: *Nomen hoc gemmæ strophio illigatum est*.

4. ^e *Limus* est cinctus quem publici habebant servi. Et dictus limus, quia transversas habet purpuras, id est, limas.

^f *Cattulum*, cinguli **479** genus a coacto loro dictum.

^g *Fibula* Græcum est, quam illi φιβλήν dicunt, quod **B** ligat.

^h *Suffibulum*, subligaculum.

5. ⁱ *Redimiculum* est quod *succinctorium*, sive *brachile* nuncupamus, quod descendens per cervicem, et a lateribus colli divisum, utrarumque alarum sinus ambit, atque hinc inde succingit, ut constringens latitudinem, vestes ad corpus contrahat, atque conjungendo componat. Hoc vulgo *brachile*, quasi *brachiale* dicunt, ^j quamvis nunc non brachiorum, sed renum sit cingulum. *Succinctorium* autem vocatum, quod, ut dictum est, sub brachiis ductum alarum sinum ambit, atque hinc inde *succingit*.

6. ^k *Fascia* est qua tegitur pectus et papillæ comprimuntur, **480** atque crispante cingulo angustius pectus arctatur. Et dicta *fascia*, quod in modum *fasciuli* corpus alligat. Hinc et *fasciolæ*, quibus vulnera colligantur.

^a Unde et balteus... dependent. E Serv., Æn. v.

^b De quo ait Cinna. Sic omnes libri. Id hemistichium apud Catullum legimus in Nuptiis Pelei, sed fuisse illi commune cum Cinna, ut sunt nonnulla Maroni cum Catullo et Lucretio, quid vetat?

^c *Lactentes*. Al., *luctantes*.

^d Et Prudentius: *Nomen hoc gemmæ*. Περὶ στεφάνων hymn. 4. Et Tertull. strophium pro capitis ornamento posuit in extremo lib. de Coron. milit.: *Quid caput strophio aut dracontario damnas diademati destinatum*.

^e *Limus*. Sup. cap. 22.

^f *Cattulum*. Ita omnes Gothici, præter unum Salimanticens, in quo *catulum*. Neutrum rejicimus. Plautus in Epidic.:

Indusiatam, patagiatam cattulam, aut crocotulam. Quæ verba eadem citantur a Varr., l. iv. At decatulo Fest.: *Cattulus* genus quoddam vinculi, qui interdum canis appellatur. Et Plaut.; *Cattulout accubet ferreo*.

^g *Fibula* Græcum. Pro φιβλήν Æoles φιβλήν dicebant,

^h *Suffibulum*. *Subligaculum*. Hæc separatim sine interpretatione legi malim, ut in quibusdam libris ponuntur, quam ut alterum alterius sit glossa, quod fieri potuisse audent quidam suspicari ex verbis Varronis, lib. v: *Eo præter virgines vestales, et sacerdotem publicum, introcat nemo. Is cum cat, suffibulum laud habeat. Scriptum id dicitur, ut a suffiendo, subligaculum*. Vid. Fest.

ⁱ *Redimiculum*. Totus locus expressus est ex Joann. Cassian., lib. de Instit. monach., cap. 6.

^j *Quamvis nunc non brach. sed ren.* Gestant

A 7. *Vitta* dicta quod ea pectus vincitur instar vitis ligantis.

¹ *Limbus* est quem nos *ornaturam* dicimus.

8. *Fasciola* est quæ ambit extremitatem vestium, aut ex filis, aut ex auro contexta, assutaque extrinsecus in extrema parte vestimenti, vel chlamydis. De qua Virgilius:

Sidoniam piety chlamydem circumdata limbo.

CAPUT XXXIV.

De calceamentis.

1. *Sutores* nuncupati sunt, quod insertis filo porcorum setis suant, id est, consuunt, quasi *setores*.

2. *Caligarius* vero, non a callo pedum, sed a *calo*, id est, ligno, vocatus, sine quo consui calceamenta non possunt, ^m quas Græci καλοπόδας dicunt. Fiebant autem prius ex salice tantum; hinc et *calceamenta* dicta, quod in *calo*, id est, in ligno fiant, vel quod *calcentur*.

3. ⁿ *Crepidæ* Græci ante repartas usi sunt. Est autem genus singulari forma, et idem utriusque apertum pedi, vel dextro, vel sinistro. *Crepidæ* autem dictæ, quod cum sono stringantur, sive a pedum *crepitu* in ambulando.

4. ^o *Calceis* reges utebantur, et cæsares.

Forma eorum.

481 *Patritios* calceos Romulus reperit quatuor corrigiarum, assutaque luna. Iis soli patritii utebantur. Luna autem in eis non sideris formam, sed notam centenarii numeri significabat, quod initio patritii senatores centum fuerint.

C 5. ^p *Ocreæ*, tibialia calceamenta sunt, dicta quod crura tegant.

^q *Cothurni* sunt, quibus calciabantur tragœdi, qui

hodie has duplices resticulas laneas monachi, qui sancti Bernardi instituta sectantur.

^k *Fascia est... arctatur*. Ex Hieron., epist. 47, de Vitand. susp. contub.

¹ *Limbus*. E Serv., Æn. iv.

^m CAP. XXXIV. Quas Græci καλοπόδας. Al., quos Græci calopodion. Utrumque recte. Latini *formas*. Horat. *Si scalpra, et formas non sutor*. Ubi Acron etiam *formas* Græco vocabulo καλοπόδια interpretatur.

ⁿ *Crepidæ* Græci. Et vox ipsa Græca. Agell., lib. xiii, cap. 21: *Omnia ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infime teguntur, cætera prope nuda, et tertibus habenis juncta sunt, soleas dixerunt, nonnunquam voce Græca crepidulas*.

D ^o *Calceis reges utebantur*. Deest fortasse auratis, vel gemmatis. Nam hujusmodi calceis et Gothorum reges, et imperatorum quosdam usos scimus. Plinius, lib. xxxvii, cap. 2, de Caligula: *Super omnia muliebria soecos inducibat margaritis*. Et Lamprid., de Heliogab.: *Habuit in calceamentis gemmas, et quidem scalptas, quod risum omnibus movit, quasi possent scalpturæ nobilium artificum videri in gemmis quæ pedibus adhærebant*.

^p *Ocreæ quod crur*. Varro: *Ocrea quod opponatur ob crur*. Longe aliter Festus ex Atcio Philologo. Ocrim montem confragosum a veteribus dictum, inde ocreas dictas, quod sint inæqualiter tuberatæ.

^q *Cothurnus*. Est etiam cothurnus (ut ait Serv., Æn. 1) calcei species venatorii, quo etiam sura vincitur, et aptus utriusque pedi, propterea singulari numero dixisse Maronem:

Purpureoque alte suras vincire cothurno.

in theatro dicturi erant, et alta, in tonantique voce carmina cantaturi. Est enim calceamentum in modum crepidarum, quo Heroes utebantur, sed tale est, ut dextro et lævo conveniat pedi.

6. ^a *Baxeæ* calceamentum comœdorum erat, sicut tragœdorum cothurni. Quos quidam etiam *calones* appellant, eo quod ex salice fierent. Nam Græci, ut diximus, *lignum* *κάλον* vocabant.

7. *Talares* calcei *socci* sunt, qui inde nominati videntur, quod ea figurasint, ut contingant *talum*, sicut ^b *subtolares*, quod *sub talo* sunt, quasi *subtalares*.

8. ^c *Obstrigilli* sunt qui per plantas consuti sunt, et ex superiore parte **482** corrigia trahitur, ut constringantur, unde et nominantur.

9. *Ossas* puto ab *osse* primum factas, et quamvis nunc ex alio genere, tamen nomen pristinum retinent.

10. ^d *Mullei* similes sunt cothurnorum solo alto; superiore autem parte cum osseis, vel æneis malleolis, ad quos lora deligabantur. ^e Dicti autem sunt a

^a *Baxeæ calciamenta comœd.* Tertull. : *Siphilosophus in purpura, cur non et in baxeæ* (Al., *baxa*) *Tyria calciare, nisi aurum minime Græcatos decet.* Et Apuleius, lib. II de Asin. : *Palmeis baxeis indutum.*

^b *Sicut subtalares q. s. t. s.* Sic Onien., Ovet., Salm., Silien. Gothici. Al., *subtalares.*

^c *Obstrigilli.* *Obstragula* vocat Plinius calceorum vincula, lib. IX, cap. 35, de Margaritis : *Quin et pedibus, nec crepidarum tantum obstragulis, sed et totis socculis addunt.*

^d *Mullei.* Vid. Fest.

^e *Dicti autem a colore rubro, qualis est mulle piscis.* Nisi potius pisces de calceis nominati. Plin., lib. IX, cap. 17: *Nomen his Fcnestella a colore mulleorum calceamentorum datum putat.*

^f *Soleæ.* Vid. Agellii verba dudum ad *Crepidias* citata.

^g *Soleæ materiales.* — *Materiaris* dixisset Plinius, ut lib. VII, cap. 56.

A rubro, qualis est *mulle* piscis.

11. ^f *Soleæ* sunt, quibus tantum pedum plantæ teguntur, dictæ a *solo* pedum. Item ^g *soleæ materiales* ex materia corio intecta.

12. *Socci*, cujus diminutivum *socelli*, appellati inde, quod *saccum* habeant, in quo pars plantæ injicitur.

Caliculæ...

^h *Caligæ*, vel a *callo* pedum dictæ, vel quia *ligantur*. Nam *socci* non ligantur, sed tantum intro mittuntur.

13. ⁱ *Cernui* *socci* sunt sine solo.

Lingulati ^j quos nos *foliatos* vocamus.

B *Clavati*, quasi *chalybati*, eo quod minutis clavis, ^k *id est*, acutis ^l *sola caligis* vinciantur.

^l *Perones*, et ^m *sculponeæ* rustica calceamenta sunt.

Baxeæ, calceamenta mulierum sunt.

Corrigiæ a *coriis* vocantur, vel a *colligatione*, quasi *colligiæ*.

^h *Caligulæ...* Al., *Galigulæ*.

ⁱ *Cernui.* Festus : *Cernuus calciamenti genus.* Et fortasse huc referri posset versus Lucilii a Nonio citatus :

Cernuus extemplo plantas convestit honestas
Quanquam et pro inclinato intelligi possit, ut vult Nonius.

^j *Quos nos folleatos.* Hieronym. in epist. ad Eustach. : *Apud hos affectata sunt omnia. Laxe manice, caligæ follicantes, vestis crassior.* Et paulo ante : *Omnis his cura de vestibus, si bene olcant, si pes laxa pelle non folleat.*

^k *Sola caligis.* Sic Manusc. o. Meminit clavorum caligarium. Plin., lib. IX, cap. 17.

^l *Perones.* Serv., Æn. VIII : *Perones rusticum calceamentum.* Vid. Fest., *Mulleos.*

^m *Sculponeæ.* Cato de Re Rust. : *Sculponeas bonas alternis annis dare oportet.* Vid. etiam Non.

LIBER VIGESIMUS.

DE PENU ET INSTRUMENTIS DOMESTICIS ET RUSTICIS.

483 CAPUT PRIMUM.

De mensis.

1. Primus Dædalus mensam et sellam fecit. ^a *Coquinæ* apparatus Apicius quidam primus composuit, qui in eo absumptis bonis morte voluntaria periit, et merito, quia is qui gulæ atque edacitati servit, et animam et corpus interficit. Ab esu et comesu mensæ factum vocabulum. Nullum enim alium habet usum.

2. ^b *Torus* dicitur a *tortis* herbis, quæ accumbentium humeris supponuntur.

484 ^c *Stibadium* a *stipitibus* dictum, quasi *stipadium*; sic enim prius cœptum est. *Accubitum* a *cibo* vocatum, ^d quasi *ad cibatum* epularum.

3. ^e *Convivium* apud Græcos a *computatione* *συμπόσιον*. Apud nos vero a convictu rectius appellatur,

^a CAP. I. *Coquinæ apparatus Apicius.* De quo Senece, ad Albinam matrem, cap. 10.

^b *Torus a tortis herb.* E Serv., Æn. II.

^c *Stibadium à stipitibus dictum.* Quibus vel

quia vitæ collocutionem habet. Item convivium a multitudine *convalescentium*; nam privata mensa victus est, convivium non est. Convivii triplex est modus : discumbendi, edendi, et bibendi. Discumbendi, ut : *Toris jussi discumbere pictis.* Edendi et bibendi, ut :

Postquam prima quies epulis, mensæque remotæ, Crateras magnos statuunt, et vina coronant.

CAPUT II.

De escis.

1. *Cibus* dictus, quia *capitur ore*; sicuti *esca*, quia eam *os capit*.

Victus proprie vocatur, quia *vitam retinet*, unde et ad cibum vocare, *invitare* dicitur.

2. *Alimonia* dicitur, eo quod ejus sumptu corpus adelinati edebant. *Stipibus* tamen habent libri de meliore nota.

^d *Quasi ad cibatum.* Al., *ad cubitum.* Chacon, *ad cibatum.*

^e *Convivium apud Græcos.* E Hieronym., in Isai, I.

alatur. Hanc juvenes accipiunt ad incrementum, senes ad perseverantiam. Neque enim subsistere poterit caro, nisi confortetur alimentis. *Alimentum* enim est quo alimur, ^a *alimonium* alendi cura.

3. *Affluentia* nuncupata, quasi rei nimium exuberantis effusio, ultra quam satis est, modusque non est.

4. *Opulentia* ab *ope* dicta est, quam si discutias, invenies eam tenere modum. Nam quomodo opitulatur quod nimium est, cum incommodius sit sæpe quam parum?

5. *Epulæ* ab *opulentia* rerum dictæ. Epulæ autem simplices in duo necessaria dividuntur, panem et vinum, et in duo superflua, quæ terra et mari vescendi causa exquiruntur.

485 6. ^b *Dapes* autem regum sunt, *epulæ* privatorum.

Deliciæ nuncupatæ, quod iis *dellectentur* homines, easque suaviter appetant.

7. *Pulmentum* vocatur a *pulte*, sive enim sola pultis, sive quid aliud ejus permistione sumatur, pulmentum proprie dicitur.

8. *Satietas* autem et ^o *saturitas* sibi differunt. Nam *satietas* ex uno cibo dici potest, pro eo quod *satis* sit; *saturitas* autem a *satura* nomen accepit, quod est vario alimentorum apparatu compositum.

9. *Crapula* est immoderata voracitas, quasi *cruda epula*, cujus cruditate gravatur cor, et stomachus indigestus efficitur. Immoderata enim voracitas vitium est, sed tantum id salutis est, quantum sustentationi naturæque sufficiat.

10. ^d *Jantaculum* est primus cibus quo *jejunium* solvitur, unde et nuncupatum. Nigidius: *Nos ipsi jejunia jantaculis levibus polluimus*.

11. *Prandium* ab apparatu edendi dictum; proprie autem veteres prandium vocabant omnium militum cibum ante pugnam, ^e unde est illud ducis alloquium: *Prandeamus, tanquam ad inferos cœnaturi*.

12. ^f *Merenda* est cibus qui declinante die sumi-

^a CAP. II. *Alimonium alendi cura*. Varro, 1 de Re Rust., cap. 8: *Ubi natura humida ibi altius vitis attollenda quod in partu et alimonio vinum non ut in calice querit aquam, sed solem*.

^b *Dapes regum sunt*. E Serv., Æn. 1, ad vers. Qui dapibus.

^c *Saturitas a satura*. Vid. Fest. in *Satura*.

^d *Jantaculum*. Ita meliores libri, et apud Festum in *Silatum*. Itemque in Abbreviatoris Pauli manuscripto libro, non ut in vulgatis *jentaculum*.

^e *Unde est illud ducis*. Leonidæ Spartanorum ducis, apud Justin. et Cicero, Tuseul. 1.

^f *Merenda cib. q. d. sum*. Non.: *Merenda cibus qui post meridiem datur*. Gloss., *merenda*, ἀριστον δεῖλνόν. Calpurnius: *Seræ cum venerit hora merendæ*.

^g *Item merendare, quasi meridiē edere*. Ne hoc quidem auctore caret. Fest.: *Merendam antiqui dicebant pro prandio, quod, scilicet, medio die caperetur*. Tamen adhuc eadem de re aliter cap. sequent. Isidorus.

^h *Annona tractum*, etc. Nihil melius Suid. in voce Νόνναι: Δοκοῦσι καὶ παρ' αὐτὰς γενέσθαι αἱ ἀννόλαι, ὡς οἷον ἀνὰ τὰς νόνας δίδομεναι.

ⁱ *Apud veteres enim solitum erat in propatulo*. Valer., lib. 11, cap. 1, et Macrobius, lib. 111, cap. 17.

^j *Quam vespernam antiqui dicebant*. Fest.: *Cœna*

tur, quasi *post meridiem* 486 *cedenda*, et proxima cœnæ. Unde et *antecœnia* a quibusdam vocantur.

^g *Item merendare, quasi meridiē edere*.

13. ^h *Annona*, tractum est a tempore quo Romani veteres ad cibos advocabantur, sic Martialis:

Imperat excelsos frangere nona toros,
quod et usque hodie Persæ faciunt.

14. *Cœna* vocatur a communione vescentium, κοινὸν quippe Græci *commune* dicunt. Unde et *communiantes*, quod *communiter*, id est, pariter *convenient*.

ⁱ *Apud veteres enim solitum erat in propatulo vesci, et communiter epulari, ne singularitas luxuriam gigneret*. Est autem cœna vespertinus cibus, quam ^j *vespernam* antiqui dicebant. ^k *In usu enim non erant prandia*.

B 15. *Panis* dictus, quod cum cibo apponatur, vel quod *omne* animal cum appetat; πᾶν enim Græce *omne* dicitur. *Cibarius* est qui ad cibum servis datur, nec delicatus. ^l *Fermentatius* fermentis confectus. *Azymus* non fermentatus. Nam ἄζυμος est *sine fermento*, sincerus. *Acrozymus*, leviter fermentatus, quasi *acroazymus*. — *Siligineus* panis a frumenti genere nuncupatur. *Siligo* enim genus est tritici; ^m *Rubidus*, recoctus, et rubefactus. *Subcineritius*, cinere coctus, 487 et reversatus. ⁿ *Ipse* est et *focatus*. *Clibanitiis* in testa coctus.

16. ^o *Spongia*, panis aqua diu malaxatus, similam modicam accipit, et fermentum modicum, et habet humectationis plusquam omnis panis. Unde et *spongiæ* nomen accepit.

17. *Placentæ* sunt quæ fiunt de farre, quas alii *liba* dicunt, eo quod *libcant*, et placeant.

Laganum est latus et tenuis panis, qui primum in aqua, postea in oleo frigitur.

18. ^p *Dulcia* sunt genera pistorii operis, a sapore dicta. Melle enim asperso sumuntur.

^q *Crusta* est superficies panis, Ipsa et *fragmenta*, quia dividitur, ut fracta.

apud antiquos dicebatur, quod nunc est prandium; Vespurna, quam nunc cœnam appellamus. Item in *Vespurna*: *Vespurna apud Plautum cœna intelligitur*.

^k *In usu enim non erant prandia*. E Serv., Æn. 11, ad vers.

Nunc eadem labente die convivia querit.

^l *Fermentatius*. Ita plerique Goth., ut *clibanitiis*, et *focatus*.

D ^m *Rubidus, recoctus, et rubefactus*. Festus: *Rubidus apud Plautum panis vocatur parum coctus, sed locus e Casina ab eo citatus Isidoro potius favet*.

ⁿ *Ipse est et focatus*. Vulgo, *hogaza*.

^o *Spongia panis aqua diutius malaxatus*. Ita meliores libri, et malaxandi vox citatur a Zanch. ex Varro.

^p *Dulcia* Al., *dulciamina*, haud male. Hieronymus, in Vita sancti Pachomii: *Qui ante fores convivii egredientibus fratribus crogat dulciamina, in tribuendo medietur aliquid de Scripturis*. Hinc *dulciarii*. Glossar. γλυκεροπράκτης, *dulciarius*. Et πλακουντάριος *placentarius, dulciarius*.

^q *Crusta est superf. p.* De crusto et crusta, vid. Serv., Georg. 111, Æn. 111, et Varro, lib. 11, cap. 11. Hoc autem loco tantum retinimus quæ in vetustioribus libris invenimus.

Simila...

19. *Amolum* flos farinæ tenuissimum præ levitate de mola cgestum, unde et appellatum, quasi a mola.

Farina et *furfures* a *farre* dictæ, cujus sunt purgamenta.

Pollis...

Fermentum a *fervere* nuncupatum, quod plus una hora non potest contineri. Crescendo enim excedit.

20. *Carnes* dictæ, quia *charæ* sunt, sive a *creando*, unde et **ASS** a Græcis κρέας vocatur.

^a *Crudum*, quod sit *cruentum*, est enim cum sanguine.

21. *Coctum*, quasi *coactum*, id est ab igne et aqua violenti modo actum, usuique comestitionis aptum.

^b Sed et multi temporis aliquid *coctum* vocatur.

22. ^c *Assum*, quod *ardeat*, quasi *arsum*.

^d *Elixum*, eo quod in aqua sola decoquitur. *Lixa* enim aqua dicitur, ab eo quod sit soluta, unde et solutio libidinis *luxus*, et membra loco mota *luxa* dicuntur.

23. *Frixum* a sono dictum, quando in oleo ardet.

Salsum, quasi *sale* aspersum, demptis e medio syllabis tribus.

Rancidum, ex vitio nuncupatum, quod *raucos* efficiat.

24. *Succidia*, carnes in usum repositæ, a *succidendo* dictæ.

^e *Lardum*, eo quod in domo repositum conservatur. Nam antiqui domos *lares* dicebant.

^f *Taxea* lardum est gallice dictum. Unde Afranius in Rosa.

Gallum sagatum, pingui pastum *taxea*.

25. *Axungia*, ab *unctione* vocata.

Sebum, a *sue* dictum, quasi *suebum*, quod plus pinguedinis hoc animal habeat.

26. ^g *Offa* est proprie frustum dentium, cujus diminutivum *ofellam* facit. Unde et *offarii coci*, quia particulatim, id est, offatim excoquant. ^h Nunc

^a *Crudum* quod sit *cruent*. Serv., Æn. x: *Crudum per costus exigat ensem*: — *Crudelem, cruentum*.

^b *Sed et multi temporis coctum*. E Serv., Æn. xi, ad vers. *Solitum nodis, et robore cocto*.

^c *Assum, q. arsum*. Recte, quamvis Varroni, *Assum, quod ab igni assudescat*, dictum placeat.

^d *Elixum... lixa enim aqua*. Nonius: *Elixum quidquid ex aqua mollitur, nam lixam aquam veteres dixerunt*.

^e *Lardum, eo quod in dom. rep.* At Macrobb., lib. vii, cap. 8. *Lardum, quasi longe aridum, opinor, vocamus*.

^f *Taxca*. Hinc fortasse apud nos *tocino*, atque etiam *tassaio*.

^g *Offa... cujus diminutiv. ofella*. Serv., Æn. vi: *Melle soporata, et medicalis frugibus offam*.

Hinc est diminutio ofella, sed f non geminat. in diminutione enim multa mutatur.

^h *Nunc offa est latrantium*. In Placidi glossis, *Offa latrantium est; diminutivum ofellam facit, quasi in oscani jaciatur, satiatum illico compescitur, et silcescit*.

ⁱ *Pulpa dicta quia cum pulte*. Nam *pulte* (ait Plinius, lib. xvii, cap. 8), *non pane vixisse longo tempore, Romanos manifestum est, quoniam inde pulmentaria hodieque dicuntur*.

^a *offa latrantium*, quia si in os canis jacitur, satiatum illico compescitur, et silcescit.

489 27. *Frustum* vocatum, quod capiatur a *frumine*. Est enim *frumen* summa pars gulæ.

ⁱ *Pulpa dicta*, quod cum *pulte* olim mista vescebatur, unde et *pulmentum*, et *pulmentarium* dicitur. ^j *Pulpa* autem est caro sine pinguedine, dicta, quia *palpiet*, resilit enim sæpe. Hanc plerique *viscum* vocant, eo quod glutinosa sit.

28. *Lucanicæ* dictæ, quod prius in *Lucania* factæ sunt.

Farcimen, caro concisa, et minuta, quod eo intestinum faciatur, hoc est, impleatur, cum aliarum rerum commistione.

29. ^k *Minutal* vocatum, quod fiat de piscibus, et isiciis, oleribusque minutatim concisis.

^l *Afratum*, quod Latine *spumeum* vocatur, ἀφρός enim Græce *spuma* dicitur.

^m *Martisia* in *mortario* ex pisce fiunt, unde et nominata.

30. ⁿ *Isocen* piscem quemdam vocant, ex quo primum *isicia* facta sunt, et quamvis ex alio genere piscium fiant, initium tamen piscis vocabulum dedit.

31. *Galaticæ* a colore lacteo nominatæ. Græci enim γάλα *lac* dicunt.

490 *Sphæra* a rotunditate Græco vocabulo appellatur. Quidquid enim in rotundum formatur σφαῖρα a Græcis dicitur.

32. *Jus* coquinæ magistri a *jure* nuncupaverunt, quia ea lex condimenti ejus. Hoc Græci ζωμόν vocant.

33. *Caseus* vocatur, quod *careat sero*, quasi *careum*. Nam serum ei omne deducitur, ° ut ponderibus arguatur.

^p *Colostrum*, lac novum, quod neutri generis est.

34. *Lac* a Græco sermone derivatum est pro *candore*. Græci enim *album* λευκόν dicunt, lac vero et sanguis quod nutrit et quod nutritur. Nam lacte: ^q *nutrimur, vivimus sanguine*.

^r *Pulpa est caro sine pinguedine... glutinosa*. Eadem, sup., lib. xi, cap. 1.

^k *Minutal*. Juven., satyr. 14 :

Hesternum solitus medio servare minutal
Septembri.

^l *Afratum*. Al. *Afrotum*. *Africia* etiam apud Arnob., lib. vii. Genus libi esse videtur, aut certe pultis.

^m *Martisia*. Ex hoc loco, opinor, *Martifrium* retulit in lexicon suum Alphonsus quidam Palentinus (cui quantum tribuendum sit, alii viderint). Illud constat, multa eum ex Isidoro descripsisse. Is ergo: *Martifrium genus* (inquit) *condimenti ex piscibus*. Ut videri alicui posset *Martyphrium* Græca vox, est enim ἀφρός *pisciculus*, de quo Athenæus, lib. vii.

ⁿ *Isocen... Isicia*. Arnob., lib. vii: *Quid sibi hæc volunt, apexabo, Isicia, silicernium, longano? Quæ sunt nomina, et farciminum genera, hircino alia de sanguine, commistis alia inculcata pulmonibus*.

^o *Ut ponderibus arguatur*. Seri nihil remanere.

^p *Colostrum lac novum*. Serv., eclog. 2: *Hoc vero laudabile est, quod quis habeat lac novum, id est, colostrum, quod neutri generis est*.

^q *Lacte nutrimur, vivimus sang*. Idem, Æn. iii: *Animamque sepulcro condimus: Lacte corpus nutritur post animæ conjunctionem, et anima sine sanguine nunquam est*.

35. *Quaetum*, quasi *coaetum*, et quas *coagulatium*. Accepta enim secum alia specie coagulat.

36. *Mel* Græcæ appellationis est, quod ab *apibus* nomen habere probatur. Nam *apis* Græce μέλισσα dicitur. ^a Antea autem mella de rore erant, inveniebanturque in arundinum foliis, unde Virgilius :

Protinus aerii mellis cœlestia dona.

^b Siquidem hucusque **191** in India et Arabia colligatum reperitur, ramis inhærens in similitudinem salis. Omne autem mel dulce dicitur. ^c Sardum, amarum est absinthii causa, cujus copia ejus regionis apes nutriuntur.

37. *Favus* vocatur, quia comeditur magis quam bibitur : φαγεῖν enim Græci *comedere* appellant. ^d Aiunt autem medici, et qui de humanorum corporum scripsere naturis, præcipueque Galenus, in libris quorum titulus est περὶ ὑγίης, puerorum et juvenum, ac perfectæ ætatis virorum mulierumque corpora insito calore fervere, et noxios esse iis ætatibus cibos qui colorem augeant, sanitatque conducere frigida quæque in esum sumere, sicut contrario senibus, qui pituita laborant et frigore, calidos cibos et vina vetera prodesse.

CAPUT III.

De potu.

1. *Potio* a Græca derivatione vocatur. Hanc enim illi πότης dicunt.

^e *Aqua* generaliter vocata, quod superficies ejus *æqualis* sit, hinc et *æquora*; quam inde recentem dicimus, quia non est utilis vetusta, ut vinum, sed statim sublata de flumine, fonte, vel puteo : fetescit enim vetusta.

2. *Vinum* inde dictum, quod ejus potus *venas* sanguine cito repleat. Hoc alii, quod nos cura solvat, *Lyæum* appellant. Veteres vinum *venenum* vocabant. Sed postquam inventum est virus lethiferi succi, hoc *vinum* vocatum, illud *venenum*. Unde et Hieronymus in libro quem de Virginitate conservanda scripsit, adolescentulas dixit ita vinum debere fugere, ut venenum, ne pro ætatis calore ferventi **192** bibant, et pereant. Inde est, quod ^f apud veteres Romanos feminae non utebantur vino, nisi sacrorum causa certis diebus.

3. *Merum* dicimus, cum vinum *purum* significamus. Nam *merum* dicimus quidquid *purum* atque

^a Antea mella de rore erant. Ex cod., initio Georg. IV.

^b Siquidem hucusque in Ind. E Dioscor., lib. II.

^c Sardum autem amar. Ex cod.

^d Aiunt Medici... prodesse. Ex Hieron., epist. X. Ad Furiam, de Viduitate servanda.

^e CAP. III. Aqua... quod superficies ejus æqualis. Ita Varro : Aqua, quod æqua summa.

^f Apud Veteres Rom... diebus. E Serv., Æn. I, ad vers.

Primaque, libato, summo tenus attingit ore.

^g Meridiem appellari... quod purum. Idem, sup., lib. III, cap. 41, et V, cap. 30, et XIII, cap. 4.

^h Nam mus terra est. Ita etiam lib. XII, cap. 3.

ⁱ Roseum. — Rosete vocant nostri.

^j Amineum... album est. E Serv., Georg. II, ad vers. :

A *sincerum* est, sicut et aquam meram, nulli utique rei mistam. Hinc et *merenda*, quod antiquitus id temporis pueris operariis cibus panis merus dabatur, aut quod meridient eodem tempore, id est, soli, ac separatim, non ut in prandio, aut in cœna ad unam mensam. Inde credimus etiam illud tempus, quod post medium diem est, *meridiem* appellari, quod *purum* sit.

4. *Mustum* est vinum e lacu statim sublatum. Dictum autem creditur *mustum*, quod in se limum et terram habeat mistam. ^h Nam *mus* terra, unde et *humus*. Cujus tanta vis fervoris est, ut vasa, quamvis grandia, ex eo plena, absque spiramine relicta, illico disrumpat.

5. ⁱ *Roseum* vinum, id est, cum rubore. Rosa enim rubet.

B ^j *Amineum* vero, quasi sine minio, id est, sine rubore, nam album est.

Succinatium succinæ gemmæ simile est, id est, fulvi coloris,

6. *Limpidum* vinum, id est, perspicuum, ab *aque* specie dictum, quasi *lymphidum*. *Lympha* enim aqua est.

Turbidum, quasi *terbidum*, id est, terra commistum, quod est fæce.

Falernum vinum vocatum a *Falerna* regione Campaniæ, ubi optima vina nascuntur.

193 7. ^k *Colatum*, vas proprium nuncupant in quo deportatur.

^l *Gazetum* vero a regione, unde defertur. *Gaza* enim oppidum est Palæstinæ.

C ^m *Infertum* vinum dicitur, quod altario libatur, atque offertur.

ⁿ *Spureum*, quod offerri non licet, aut cui aqua admista est, quasi *spurium*, hoc est, immundum.

8. ^o *Honorarium* vinum, quod regibus et potentibus honoris gratia offertur. Cato, de innocentia sua: *Cumessem in provincia legatus, complures ad prætores et consules vinum honorarium dabant, nunquam accepi, ne privatus quidem*.

9. ^p *Crucium* vinum est insuave, quod servi potant.

Acetum, vel quia *æutum*, vel quia *aquatum*. Vinum enim aqua mistum cito in hunc saporem redigitur. Unde et ^q *acidum*, quasi *aquidum*.

Conditum vocatum, quod non sit simplex, sed

D *Sunt et Amineæ vites*.

^k *Colatum vas prop.* Serv., Georg. II, ad vers. : *Tu spisso vimine quatos, Cola q. prelor. : — Quales per quos vinum defluit, quiet ipsi a colando dicti sunt.*

^l *Gazetum.* Sidon. Apollinar. : *Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna.*

^m *Infertum.* Sic omnes libri. Sed *inferium* legebat vir doctissimus, cujus meminere Festus, et Arnob., lib. VII, et Cato, cap. 34. De fereto, vel ferto, vid. sup. lib. VI, cap. 19.

ⁿ *Spureum quod offerri non licet.* E Fest.

^o *Honorarium.* Frumenti quoque honorarii meminit Cicero in Pisoniana.

^p *Crucium vinum.* Festus : *Crucium, quod eruciat, unde Lucilius vinum insuave crucium dixit.*

^q *Et acidum, q. aquidum.* Quæ post hæc leguntur.

tur in commistione pigmentorum compositum.

10. ^a *Lactatum*, est potio e lacte.

Mulsum ex melle mistum, Est enim potio ex aqua et melle, quod Græci *μελιχρατον* vocant.

11. ^b *Oenomelum*, mustum melle admistum, vehementerque agitatam atque commotum.

Hydromelum, quod fiat ex aqua et malis **491** *Mantuanis*.

^c *Saccatum*, liquor est aquæ fæci vini admistus, et sacco expressus.

^d *Lorca*.....

12. *Oxymeli* appellatum, quod aceti et mellis permista conficitur materia, unde et dulcedinem retinet et acorem.

Rhodomeli dicitur, eo quod in succo rosæ mel admisceatur.

Melicratum, vinum melle mistum.

13. *Medus*, quasi *melus*, quia ex melle fit, sicut *calamitas* pro *cadamitas*.

^e *Fæcula*, uva pinguis, decocta usque ad crassitudinem mellis, ac refrigerata utilis stomacho.

14. ^f *Passum*, quidquid ex uva passa compressum fluxerit. Dicitur autem *passum* a *patiendo*. Nam percuitur uva sicior, et decoquitur, et inde fit *passum*.

^g *Defrutum* dictum est, quod defraudetur, et quasi raudem patiatur.

15. *Carenum*, eo quod fervendo parte careat. *Tertia* enim **495** parte musti amissa, quod remanserit arenum est, cui contraria *sapa* est, quæ fervendo d tertiã redacta descenderit.

16. ^h *Sicera* est omnis potio quæ extra vinum incitari potest. Cujus licet nomen Hebræum sit, tamen Latinum sonat pro eo quod ex succo frumenti vel pomorum conficiatur, aut palmarum fructus in quorem exprimantur, coctisque frugibus i aqua linguor, quasi succus colatur, et ipsa potio sicera uncupatur.

17. ⁱ *Cervisia* a *Cercere*, id est, fruge vocata. Est enim potio ex seminibus frumenti vario modo confecta.

18. *Cælia*, a *calefaciendo* appellata. Est enim potio ditis, interpretationem loreæ, quæ paulo post nuda elicta est, putabat Chacon, cui assensi sumus.

^a *Lactatum est potio e lacte*. Plin., lib. xxxiii, cap. Murænas *lactatu* pinguescere dixit.

^b *Oenomelum*. Vid. Pallad. in Octob.

^c *Saccatum liq. est aq. f. v. a, sacco expressus*. non deest qui duo vini genera hoc loco confusa putet, aque legat : *Saccatum sacco expressum. Fæcatum quor est aquæ, fæci vini admistus*. Nam saccato nequaquam admisceri, et fæcati meminere Cato et Plinius.

^d *Lorea*. Est vilis potus servis aptus, quia aqualantur uvæ in torculari post expressum vinum. His im verbis aliunde evocatis expleri hanc lacunam volebat Chaconi.

^e *Fæcula... utilis stomacho*. Horat., lib. ii, satir. 8 :

Qualia lassum

Pervellunt stomachum, siser, halec, fæcula Coa...

^f *Passum*. Ex Pallad., in Octob., cap. 19.

^g *Defrutum, carcerum, sapa*. Ex eodem, cap. 18. quod quem a *defraudando*, non a *defervendo* legisse videtur Isidorus.

A ex succo tritici per artem confecta. Suscitatur enim ignea illa vis germinis madefactæ frugis, ac deinde siccatur, et post in farinam redacta molli succo admiscetur, quo fermentato, sapor austeritatis et calor ebrietatis adjicitur. Quæ fit in iis partibus Hispaniæ, cujus ferax vini locus non est.

Fæx dicta, quod sese vasis emergendo affigat.

19. *Garum* est liquor piscium salsus, qui olim conficiebatur ex pisce quem Græci *γαρον* vocabant, et quamvis nunc ex infinito **496** genere piscium fiat, nomen tamen pristinum retinet, a quo initium sumpsit.

20. *Liquamen* dictum, eo quod soluti in salsamento pisciculi eundem humorem liquant, cujus liquor appellatur *salsugo*, vel *muria*.

B Proprie autem *muria* dicitur aqua sale commista, effectaque gustu in modum maris.

21. *Succi* dicti, quod *sacco* exprimuntur, ut *ptisanæ*.

Ptisanæ, zema, opozema, Græca vocabula sunt.

CAPUT IV.

De vasis escariis.

1. *Vas* dictum a *vescendo*, quod in eo escæ apponantur. Cujus diminutivum *vasculum*, quasi *vesculum*.

2. *Fictilia* dicta, quod *fiant*, et *fangantur* ex terra. *Fingere* enim est *facere*, et *formare*, et *plasmare*; unde et *figuli* dicuntur. Et *vas fictile* dicitur, non fictum illud quod mendacium est, sed quod formatur ut sit, et habeat aliquam formam, unde et Apostolus dicit : *Nunquid dicit figmentum ei qui se fingit: Quare me sic fecisti?*

3. ^k *Fictilia* vasa in *Samo* insula prius inventa traduntur, facta ex creta, et indurata igne, unde et *Samia* vasa. ^l Postea inventum est rubricam addere, et ex rubra creta *ingere*. ^m Antiquiorem autem fuisse (dicunt) usum fictilium vasorum, quam fundendi æris, **497** aut argenti. ⁿ Apud Veteres enim, nec aurea, nec argentea, sed fictilia vasa habebantur, sicut ad vina doliis excogitatis, ad aquas amphoris, hydriis ad

^h *Sicera est omnis pot.* Ex Hieron., epist. 2, ad Nepotian. Itaque non inscite apud Tertullianum pro *שכר* ebriamen legitur.

ⁱ *Aqua pinguior, quasi succus colatur*. Hieronym.: *Aqua pinguior coloratur*.

^j *Cervisia... Cælia*. Hispaniensis vox. Plinius, lib. xxii, cap. ult. : *Ex iisdem sunt et potus æthum in Ægypto, cælia, et ceria in Hispania, cervisia, et plura genera in Gallia*.

^k CAP. IV. *Fictilia vasa in Samo insula*. Ex Plin., lib. xxxv, cap. 12.

^l *Postea inventum et rubricam addere*. Plinius : *Dibutadis inventum est rubricam addere, aut ex rubrica cretamingere*.

^m *Antiquiorem autem fuisse*. Ex eod.

ⁿ *Apud Veteres... sicut ad vina*. Plin. : *Etiam fictilibus vasis ad vina excogitatis, et ad aquas*.

^o *Ad aquas amphoris*. Ita Pollux, lib. x, cap. 5, et Hesych.; unde etiam interpres vulgat. Edit., *κροθμικον*, amphoram aquæ reddidit. Amphoris vina quoque servari, nihil notius. Horat. :

Parcis deripere horreo

Cessantem Bibuli consulis amphoram.

balnea, ac reliquis, quæ in usibus hominum aut rota fiunt aut manu aptantur.

4. Argilla autem excocta *textæ* vocabulum suscipit, quia dum mollis esset, efficitur testa, nec communicat cum vocabulo pristini generis, quia quod fuit non est.

5. ^a *Aretina* vasa, ex *Arctio* municipio Italiæ dicuntur, ubi fiunt; sunt enim rubra. De quibus Sedulius: Rubra quod appositum testa ministrat olus.

6. *Samia* vasa quidam putant ab oppido Samo Græciæ habere nomen. Alii dicunt cretam esse Italiæ, quæ non longe a Roma nascitur, ^b quæ *samia* appellatur.

7. *Cæolata* vasa argentea, vel aurea sunt, signis eminentioribus intus, extrave expressa: a *cælo* vocata, quod est genus ferramenti, quem vulgo ^c *cilionem* vocant.

8. ^d *Chrysendeta* vasa deaurata, Græcum est.

^e *Anaglypha*, quod superius sint sculpta, Græci enim *ἀνω* sursum, *γλυφῆν* sculpturam dicunt, id est, sursum sculpta.

9. *Discus*, antea *iscus* vocabatur a specie *seuti*; ^f unde et *seutella*. Postea *discus* vocatus, quod det escas, id est, apponat. A quo et *discumbentes* dicti, sive *ἀπὸ τοῦ δίξεν*, id est, quod jacent.

10. ^g *Messorium* vocatum a *mensa* per derivationem quasi *ensorium*.

498 *Parapsis*, quadrangulum, et quadrilaterum vas, id est, paribus absidis.

Patina, quod dispansis patentibusque oris sit lancis.

11. ^h *Gabata*, quasi *cavata*, *g* pro *e* littera posita. **C** Hinc et *concha*, sed illa cavata, ista concava; sic et Græci hæc nuncupant.

Scutella, a *sculo* per diminutionem: est enim ejusdem similis.

12. ⁱ *Apophoreta* a Græcis a ferendo poma, vel aliquid, nominata, est enim plana.

Salinum, vas aptum talibus. ^j Idem et *sulzica*, quasi *salzica*.

Acetabulum, quasi *acetaferum*, quod *acetum* ferat.

13. *Colehlear*, ab usu prius *cochlearum* dictum.

Et:

Amphoræ fumum bibere institutæ,
Consule Tullo.

^a *Aretina* vasa. De quibus Martial., l. xiv, ep. 98.

^b *Quæ samia appellatur*. Quoniam de Samiis paulo ante dixerat, *Samnia* hic quidam reponerat. Samnites enim non longe a Roma.

^c *Quem vulgo cilionem*. Al., *cilicionem*. — *Sinxel* a nobis dicitur.

^d *Chrysendeta*. Vasa argentea aureis crustis illigata, ait Baylius.

^e *Anaglypha*. Serv., Æn. v: *Atque aspera signis: — id est, sculpta* (inquit) *anaglypha*.

^f *Unde et seutella*. Et *scutula* Martialis:

Et leves seutulas, cavasque lances.

^g *Messorium*. *Missorium*. Cod. Ovet. colleg.

^h *Gabata*. Martial.

Transcurrent gabatæ, volantque lances.

ⁱ *Apophoreta*. Ut videantur non tantum munera, aut reliquiæ, quæ e conviviis tollerentur, sed vasa quoque apophoreta nominata.

Hinc est illud ^k veterum distichon:

Sum cochleis habilis, et nec minus utilis ovis.

Nunquid scis, potius cur cochlare vocor?

14. ^l *Triseeles* Græce Latine *tripedes*. Qui autem quatuor pedibus insistunt, abusive dicuntur.

15. In vasculis autem tria quærentur quæ placeant manus artificis, pondus argenti, splendor metalli.

499 CAPUT V.

De vasis potoriis.

1. *Poculum* a *potando* nominatum. Est enim omne vas in quo bibendi est consuetudo.

Phyalæ dictæ, quod ex vitro fiant. Vitrum enim Græce *ψαλον* dicitur.

2. *Pateræ*, *phyalæ* sunt dictæ, vel quod in ipsis potari solemus, vel quod patentes sunt dispansisque labris.

3. *Cratera*, calix est duas habens ansas, et est Græcum nomen: declinatur autem apud eos, *hic cratera*. ^m Nam Latine hæc *cratera* dicitur. Unde Persius: *S tibi crateras argenti...* Virgilius:

Crateras magnos statuunt, et vina coronant.

ⁿ Fiebant autem primum a connexionibus virgultorum, unde et dictæ crateræ *ἀπὸ τοῦ κρατεῖν*, id est, quod invicem se teneant.

4. *Cyathi* quoque, et *scyphi*, ^o *cymbia* et ipsa poculorum sunt genera. Ex quibus *cymbia* pocula dicta sunt ex similitudine *cymbæ* navis.

^p *Amystis* species poculi, qua ductim, id est, uno spiritu, bibitur.

^q *Bacca* primum a *Baccho*, quod est vinum, nominata, postea in usibus aquarii transit.

5. ^r *Calices*, et *calathi*, et ^s *scalæ* poculorum genera antea ex ligno facta, inde et vocata. Græci enim omne lignum *κάλον* dicebant.

500 *Ampulla*, quasiam *ampla bulla*; similis enim rotunditate bullis, quæ ex spumis aquarum fiunt, atque ita inflantur vento.

CAPUT VI.

De vasis vinariis et aquariis.

1. *Oenophorus*, vas ferens vinum; *οἶνος* enim *vinum* est, de quo illud est:

^t Vertitur œnophoris fundus, sententia nobis,

Idemet sulzica. Cujus vocis vestigium alibi nullum vidimus.

^k *Veterum distichon*. Mart., lib. III, epig. 121.

^l *Triseeles* Τρισελεῖς.

^m CAP. V. *Nam Latine hæc cratera... argenti*. **D** Serv., Æn. I.

ⁿ *Fiebant autem a primum connexionibus virgultorum*. Quæ fortasse crateræ dicebantur, de quibus Nonnius.

^o *Cymbia... navis*. E Serv. Æn. v.

^p *Amystis*. Inde *ἀμυστι πίνειν* dicunt Græci uno haustu labris non clausis bibere. Horat.

Neu multi Damalis meri
Bassum Threicia vincat amystide.

^q *Bacca*. Al., *Bacchia*. Vulgo *bazia*.

^r *Calathi*. Virgil., eclog. v:

Vina novum fundam calatius Arvisia nectar.

^s *Scalæ*. Quibus (credo) quasi per gradus aqua crepitans desiliret, qualia multa hodie fictilia, et vitrea vasa fiunt.

^t CAP. VI. *Vertitur œnophor. fund.* Diximus, lib.

2. ^a *Phlascæ* a Græco vocabulo dictæ. Hæc provehendis, ac recondendis phialis primum factæ sunt, unde et nuncupatæ sunt. Postea in usum vini transierunt, manente Græco vocabulo, unde et sumptuerunt initium.

3. *Lagena* et ^b *sicula*, Græca nomina sunt, inflexa ex parte, ut fierent Latina. Illi enim λαγγνος nos *lagenam*, illi *sicile*, nos *siculam* dicimus.

Cantharus.....

4. *Hydria* vasis genus aquatilis per derivationem vocata, ὕδωρ enim Græci *aquam* dicunt.

^c *Situla*, quod *sitientibus* apta sit ad bibendum quod vas ^d Græci *cadum* vocant.

5. ^e *Catinum* vas fictile, quod melius neutro genere dicitur **501** quam masculino, sicut et *salinum* dicitur vas aptum *salibus*.

^f *Orca* est amphoræ species, cujus minore vocabulo *urceus*, diminutivo urceolus est.

^g *Scyphus* in quo manus lavamus.

6. *Seriola* est orcarum ordo directus, vel vas fictile vini, apud Syriam primum excogitatum, sicut ^h *cilicis* a *Cilicia* nuncupatæ, unde primum advectæ sunt.

Dolium.....

7. *Cupos*, et *cupas*, a *capiendo*, id est, *accipiendo* aquas, vel vinum, vocatas volunt, unde et *caupones*.

Utres ab *utero*.

ⁱ *Mulgarium*, vas, in quod mulgentur pecora. Idem et *mulctrum*, quod in eo *mulgeatur* lac.

8. *Labrum* vocatum, eo quod in eo lavationem solitum est fieri infantum, cujus diminutivum *labellum* idem et *alveum*, quod in eo ablutionem fieri solitum est.

^j *Pelves* vocatæ, quod *pedes* ibi laventur.

9. *Siphon* vas appellatum, quod aquas sufflando undat, utuntur **502** enim hoc Orientales. Nam ubi senserint domum ardere, currunt cum siphonibus ple-

citari hunc versum a Nonio in *Sententia*, ex Lucil. lib. III *Satir*.

^a *Phlascæ* a Græco vocab. An quasi φιάλων ἄσκοι, hoc est, *phialarum culci*. Nos vulgo *frascos* dicimus.

^b *Sicula*. Mira hic in libris varietas, *sicula*, *scicula*, *ingula*, *sigula*. Item paulo post, illi *sicile*, illi *scicile*. *Sicula* tamen et *sicile* in plerisque libris.

^c *Situla*. Festus : *Nanum Græci vas aquarium dicunt humile, et concavum, quod vulgo vocant situlum barbatum. Unde nani pumiliones appellantur*, etc.

^d *Græci cadum*. Non enim cadus unius generis vas.

^e *Catinum vas fictile*. Vid. Varr., lib. IV et lib. I de Re Rust. cap. 43.

^f *Orca est amphor*. Vocem esse Hispaniensem inquit Varro, I, de Re Rust., cap. 13 : *Orca in Hispania fervore musti rupta, necnon et dolia in Italia*.

^g *Scyphus in quo manus lavamus*. Plutarch., in Anton. Παύδαριω δὲ εἰς ἀργυροῦν σφόρον ὕδωρ ἐμβάλλοντι πύλας, etc. Potiorum quoque fuisse vas, nemo ignorat.

^h *Sicut cilicis*. Al. *silicis*, *silicens*, *cilises*, *lieienses*.

ⁱ *Mulgarium vas*. Quod *mulctra*, et *mulctrale*, et *mulctrare*. Sed Georg. III :

More patrum nivea implebunt mulgaria vacæ, Codicibus antiquissimis legi admonuit Pierius, et idem voce usum ante Valgium :

A nis aquis, et extinguunt incendia, sed * et ⁷ *camaras expressis* ad superiora aquis emundant.

CAPUT VII.

De vasis oleariis.

1. ¹ *Hemicadium*, vas olearium.

^m *Scortea*, vas olearium, eo quod sit ex *corio*, dictum.

2. *Alabastrum*, vas unguentarium a lapide sui generis cognominatum, quem *alabastritem* vocant, qui incorrumpita unguenta conservat.

3. *Pyxides*, vascula unguentaria ex buxo facta. Nam quod nos *buxum*, Græci πύξον vocant.

4. ⁿ *Lenticula* vasculum olearium ex ære aut argento factum a liniendo dictum. His enim reges et sacerdotes linebantur.

CAPUT VIII.

De vasis coquinariis.

B 1. Omnia vasa coquendi causa parata ^o *cocula* dicuntur. Plautus :

Æneis oculis mihi excocta est omnis misericordia.

2. *Olla* dicta, pro eo quod ebulliat in ea aqua, igne subjecto, **503** ut altius vapor emittatur. Unde et bulla dicitur, quæ in aqua venti intus spiritu sustentatur.

Patella, quasi *patula*. Est enim olla oris patentioribus.

3. *Cacabus*, et *Cucuma* a sono fervoris cognominantur. Hæc in Græcis et Latinis communia nomina habent, sed utrum Latini a Græcis, an Græci a Latinis hæc vocabula mutuarint, incertum est.

4. ^p *Lebetes* ænei sunt Græco sermone vocati, sunt enim ollæ minores in usum coquendi paratæ.

C 5. *Sartago* a strepitu soni vocata, quando in ea ardent oleum.

Tripedes appellatæ, quod tribus pedibus constant, has Græci *tripodas* vocant.

6. ^q *Mola* a rotunditate sui vocata, ut *mala* pomorum, sic et Græci.

Sed nos ante casam tepidi mulgaria lactis.

^j *Pelvis*. Varr. lib. IV : *Pelvis a pedum lavatione, ut pedelvis*.

^k *Et camaras expressis ad superiora aquis emundant*. Erant enim camerae, signis albario opere aliquantum eminentibus ornatæ, aut lacunaribus distinctæ, cæ cum sordidatæ erant, siphonibus emundabantur, quia propter altitudinem adiri alio pacto non poterant.

¹ CAP. VII. *Hemicadium*. Pollux, lib. X, cap. 20.

^m *Scortea*. Festus, sive Paulus in voce *Scorta*.

D *Omnia namque ex pellibus facta scorta appellantur*.

ⁿ *Lenticula*. Hieron., Habacuc. III : *Lenticula vas fictile sic vocatur, id est, φακός; et lenticulam a lentis forma dictam indicat Apuleius, lib. II, Florid. : Ampullam oleariam, quam gestabat lenticulari forma, tertii ambitu, pressula rotunditate*. Aquarium quoque vas utrumque fuisse videtur. Nam Reg. I, cap. 26, ubi David e Saulis tabernaculo hastam, et φακόν ὕδατος antiqua translatio (quam citat Lucifer Carilianus, lib. I Pro Athanasio) *lentem aquæ reddit*.

^o CAP. VIII. *Cocula*. Fest. : *Cocula vasa ænea coctionibus apta. Alii dicunt ligna minuta, quibus facile decoquantur obsonia*.

^p *Lebetes ærei sunt*. Serv., Æn. III, ad. vers. *Donavosque lebetes : Ollas æreas dixit*.

^q *Mola ut mala pomor*. Nempe μῆλον et μύλον confundit.

Cribrum, quod ibi currat frumentum, quasi *cur-* **A** *rifrum*.

^a *Rotabulum* dictum a prouendo stercora, sive ignem, panis coquendi gratia.

CAPUT IX.

De vasis repositoriis.

1. *Gazophylacium* ^b area est ubi colliguntur in templo ea quæ ad indigentiam pauperum mittuntur. Compositum est autem nomen ex lingua Persica et Græca.

^c *Gaza* enim lingua Persarum *thesaurus*, *φωλακή* Græce *custodia* interpretatur.

2. ^d *Arca* dicta, quod *arceat* visum, atque prohibeat. ^e Hinc et **501** *arcivum*: hinc et *arcanum*, id est, *secretum* unde et cæteri *arcentur*.

3. *Cibutum*, Græcum nomen est, quod nos arcam **B** dicimus.

Locus ad aliquid ponendum in terra factus locus, seu ad vestes, vel pecuniam custodiendam, unde et per diminutionem dicitur.

4. *Moxieia*, quasi *modicia*; unde et *modicum*, ^z pro *d*, sicut solent Itali dicere *oxie* pro *hodie*.

Scrinia...

5. *Saccus* a *saggo* dictus, quod eo consuto efficiatur quasi *sagus*.

Marsupium, saccus nunciorum, quem Græci *μάρσπιον* appellant. Quædam enim Græca nomina in Latinum paulo inflectuntur propter Romanum eloquium.

6. ^f *Sitarciæ* nautarum sunt, ab eo quod *sutæ* sunt.

Involucrum dictum, quod aliquid in se teneat involutum.

7. ^g *Fiscus*, saccus est publicus, unde *fiscella*, et *fiscinæ* dicuntur: hunc habent exactores, et in eo

^a *Rotabulum*, sic omnes libri. Festus: *Rotabulum est, quo rustici in prouendo igne panis coquendi gratia utuntur*. Sed quod ad etymologiam attinet, nihil refert *rotabulum*, an *rotabulum* scribas, cum inf., cap. 12, rotam a ruendo trahat. Gloss., *Rotabulum*, *ἐνοχέλης* (sic.)

^b CAP. IX. *Gazophylacium*... mittuntur. Verba August., in ps. LXIII.

^c *Gaza* enim lingua Pers. E. Serv., *Æn.* I et V.

^d *Arca* ab *arcend.* Varro: *Arca* quod *arcentur furcs* ab ea clausa.

^e Hinc et *arcivum*. Ἀρχεῖον vocant Græci, Vid. Suid.

^f *Sitarciæ nautar. sunt.* Apuleius, lib. II de *Asin.*: *Hac enim sitarcia navigium Veneris indiget sola.* Sed extenditur ad alios, ut Reg. I, cap. 9: *Panes defecerunt de sitarciis nostris.*

^g *Fiscus saccus dicuntur.* Ex Augustin. in psalm. CXLVI.

^h *Canistrum*... alii Græcum asserunt Non male. Nam *κάνιστρον*, aut etiam *κάνιστρον* auctore Polluce, dicitur.

ⁱ *Cophinus* vas ex virgulis. Al., virgultis.

^j *Dictum autem cophinus, q. covus.* Notatio nata ex scriptura *Covinus* per digammon.

^k *Corbes*... quia *curvatis* virg. Nisi ἀπὸ τοῦ κορμῶδ mavis, de quo Pollux lib. X, cap. 24.

^l *Sporta*, vel quod ex *sparto*. Secunda interpretatio, quæ priorem reformat, abest a quibusdam veteribus libris. Alia vero, quæ in Editis legitur de fructice *sparto*, allata huc sunt, e lib. XVII, cap. 9.

^m CAP. X. *Ab igni colendo culinam. antiq. appel.*

mittunt debitum publicum, quod redditur regibus. *Fiscus* autem primæ positionis est, derivativum *fiscina*, diminutivum *fiscella*.

8. ^b *Canistrum* fiseis canis contextitur, unde et nuncupatur, alii Græcum asserunt.

Cistella, a *costis* ex canna, vel ligno, quibus contextitur, nominata.

9. ⁱ *Cophinus*, vas ex virgulis aptum mundare stercora, et terram portare. **505** De quo dicit Psalmista pro Israel: *Manus ejus in cophino servierunt.* ^j Dictus autem cophinus, quasi *covus*, quasi *cavus*.

10. ^k *Corbes* dictæ, quia curvatis virgis contextuntur.

^l *Sporta*, vel quod ex *sparto* fieri solet, vel quod exportet aliquid. (*Sporta* a *sparto* dicta, non ab exportando sicut quidam volunt. Prius enim de *sparto* fiebant.)

CAPUT X.

De vasis luminariorum.

1. ^m Ab igne colendo culinam antiqui appellaverunt focum. *Focus*, quia ὄψις Græce, Latine *ignis* est, unde juxta philosophos quosdam euneta procreantur. Et revera sine calore nihil nascitur, adeo, ut de Septentrione poeta dicat ⁿ sterili non quidquam frigore gigni. **506** Varro ^o autem *focos* ait dictos, quod *fovcant* ignes, nam ignis ipsa flamma est; quidquid autem ignem fovet, focus vocatur, seu ara sit, sive quid aliud, in quo ignis fovetur.

2. ^p *Lucerna* a *lychno* dicta est, unde et brevis est *lu*, ut Juvenalis:

Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

C Si enim a *luce* diceretur, non staret versus. *Lychnus* autem, quasi *lucinius*. Est enim cicendela lucernæ.

focum. Mendose Codices omnes: *Ab igni colendo, et ligna*. Varro, apud Nonium, lib. I de Vita pop. Rom.: *Qua sine sit antica, et postica: in postica parte erat culina, dicta ab eo quod ibi colebant ignem*. Neque dubium quin Nonii verba hæc sint: *Colinam veteres coquinam dixerunt, non ut nunc vulgus putat, culinam*, scilicet. Nihil enim aliud propositum illi quam ut testimoniis evineat *colinam* dixisse veteres, non *culinam*. Erat item *culigna* (ut ait Festus) *vas potorium*. Sed cur per *gn* *culigna* vas potorium potius quam *culina* focus scribitur, si Varronis etymologiæ credimus? Ego ita existimo *culinam* verum priseumque nomen exstitisse, dictamque *culinam* eandem domus partem (quia, ut ait Varro, *postica* esset) a posteriore parte animalis, sed mutasse priorem vocalem veteres honestati servientes; idque Varronem ipsum vidisse, serioque dissimulasse, texisse etiam eleganti notatione eam foeditatem, quam verecundiores aures posset offendere, alioque mentes abduxisse, functum ea in re magis philosophi quam grammatici officio. Quod Isidorus quoque persæpe facit. Ita verum quoque reperietur, quod voluit Nohius, *colinam* dixisse veteres. Illud magis reconditum quod *culinam* vocari (ait Festus) locum, in quo epulæ in funere comburuntur.

ⁿ *Sterili non quidquam frigore gigni.* E. Lucan., IV.
^o *Varro autem... quod fovcant.* Et Festus et Ovidius, Fast. VI:

At Focus a flammis, et quod fovet omnia, dictus.
^p *Lucerna a lychno... non staret versus.* E. Serv., *Æn.* I, ad vers. *Dependent lichni laq. aur.*

3. *Candelabrum* a *candelis* dictum, quasi *candeliferum*, quod *candelam ferat*.

Cereus per derivationem a *cera* nomen habet ex qua formatur, ^a de quo quidam :

Hic tibi nocturnos præstabo cereus ignes.

Subducta luce altera lux tibi sum.

4. ^b *Candela* a *candendo* dicitur, eo quod *candendo deleatur*.

Lacunaria pendentia sunt lumina, quasi *lucanaria*, id est, in aere lucentia.

5. ^c *Funalia* sunt, quæ intra ceram sunt, dicta a *funicibus*, quos 507 ante usum papyri cera circumdatos habuere majores, unde et *funera* dicuntur. *Funalia* autem Græci *scolaces* dicunt, ^d quod sint *scoliæ*, hoc est, intorti. Hos Romani *funes* et *funalia* nominabant. ^e *Funalia* candelabra apud veteres, quibus funiculi cera vel hujusmodi alimento luminis oblitii figebantur. Idem itaque et stimuli præacuti *funalia* dicebantur.

6. ^f *Lampas* flamma est in vertice luens, dicta, quod *lambentis* motum ostendere videatur.

Fax dicta, quod *foccos* faciat, ejus diminutivum *fucula*.

7. *Laterna* inde vocata, quod lucem interius habeat clausam. Fit enim ex vitro, intus recluso lumine, ut venti flatus adire non possit, et ad præbendum lumen facile ubique circumferatur.

8. *Lucubrum* vocatum, quod luceat in umbra. Est enim modicus ignis, qui solet ex tenui stupa ceraque formari.

9. ^g *Pyra* est quæ in modum aræ ex lignis constructi solet, ut ardeat, πῦρ enim *ignis* dicitur. ^h Sed *pyra* est ipsa lignorum congeries, eum nondum ardet; *rogus* est cum ardere cœperit; *bustum* vero jam exustum vocatur.

10. ⁱ *Pharus* est turris maxima, quam Græci et Latini in commune ex ipsius rei usu *pharum* appellaverunt, eo quod flammaram indicio longe videatur a navigantibus, sicut supra diximus, qualem Ptole-

^a De quo quidam. Martial., xiv. epig. 42 :

Hic tibi nocturnos præstabit eereus ignes :

Subducta est puero namque lucerna tuo.

Neque tamen Isidorianorum Codicum consensio mutare nos quidquam sinit, eum hæc quoque ferri possint.

^b *Candela... lacunaria*. Leguntur hæc in aliquibus Gothicis, sed absunt a melioribus.

^c *Funalia... funera* dicuntur. E. Serv., ibid.

^d Quod sint *σκολαί*, hoc est, intorti. Unde vulgo, *antorehas*.

^e *Funalia e. a, v. Funus* (ait Don. in And.) a *funicibus* dictum est, *cteuinis*, *vel eunicis* candelaborum quibus delibuti funes, aut cerei fomites insiguntur.

^f *Lampas... quod lambentis motum*. Respexit (credo) ad Virgili verba *lambere flamma comas*, cum alioqui vocem esse Græcam constaret.

^g *Pyra... solet*. E. Serv., Æn. vi : *Aramque sepulcri*.

^h Sed *pyra est ipsa lignorum cong... exustum vocant*. Ex eod., Æn. xi, ad vers. *Constituere pyras*.

ⁱ *Pharus est turris*, etc. Ead., sup., lib. xv, cap. 2, ex Hegesipp., Plin. et Solin.

^j ὄρος *visio*. ὄρασις potius.

^k CAP. XI. *Lecticæ* a *lectis* herb. *Lectica* quod legebant, unde *cam* facerent stramenta, atque herbas,

^l *mæus* juxta Alexandriam construxisse octingentis talentis traditur. Usus ejus est, nocturno navium cursui ignes ostendere ad pronuntianda vada, portusque introitus, ne decepti tenebris navigantes in scopulos incident; nam Alexandria fallacibus vadis insidiosos accessus habet. Hinc igitur in portibus machinas ad prælucendi 508 ministerium fabricatas *pharos* dicunt. Nam φῶς *lux* est ^j ὄρος *visio* dicitur, unde et *lucifer* Græce φωσφόρος appellatur.

CAPUT XI.

De lectis et sellis.

1. ^k *Lecticæ* a *lectis* herbis vocatæ.

Stratus a *sternendo* dictus, quasi *storiatus*. In iis solis antiqui ad dormiendum accubabant, nondum laneis stramentis repertis.

Storia quod sit terra *strata*.

2. *Cama* est brevis, et circa terram. ^l Græci enim χαμαὶ *breve* dicunt.

Cubile est cubandi locus.

^m *Grabatum* Græcum est.

Bajonola est lectus, qui in itinere bajulatur a *bajulando* id est, deportando.

3. *Pulvinar* lectus divitum est, inde et *pulvillus*,

ⁿ *Spingæ* sunt, in quibus sunt *spingatæ* effigies, quos nos *gryphos* dicimus.

^o *Punicani lecti*, parvi et humiles, primum a Carthagine advecti, et inde nomina.

509 4. *Lecticæ*, sive *plutei*, lecti, de quibus Rutilius ^p Rufus, de Vita Scipionis : *Primum*, inquit, *contra consuetudinem imperatorum ipse pro lectis lecticis utebantur*.

5. ^q *Sponda* autem exterior pars lecti, *pluteus* interior.

^r *Geniales lecti* proprie sunt, qui sternuntur puellis nubentibus, dicti a generandis liberis.

6. ^s *Cunabula* sunt lectuli, in quibus infantes jacere consueverunt, dicta quod partui adhibeantur, quasi *cynabula* : nam *κύβη* est Græce *eniti*.

7. ^t *Pheretrum* dicitur, quod in eo mortui defecit Varro, Festus : *Lectus dictus, vel a collectis foliis. Ad cubitandum*, etc.

^l Græci enim χαμαὶ *breve* dicunt. Idem, lib. xii, c.

1. *Camelis causa nomen dedit, seu quod quando onerantur, ut breviores, et humiliores fiant, accubant, quia Græci χαμαὶ humile et breve dicunt.*

^m *Grabatum* Græcum. Κράββατον.

ⁿ *Spingæ in quibus sunt spingatæ*.—*Spingæ. spingatæ* legebat Chacon. Videndum an a *sphingis*, de quibus lib. xii cap. 2 : *Sphingæ villosæ sunt comis*.

^o *Punicani lecti*. De quibus Cic., pro Muræ. et Valer., lib. ix, cap. 3, et Senec., epist. 96.

^p Rutilius Rufus de Vita Scip. Cujus Appianus meminit in lib. de Bell. Hisp. : Ὁ δὲ Ρουτίλιον Ρουφον συγγραφέα τῶνδε τῶν ἔργων τότε χλιαρχοῦντα. Cic., in Bruto : *Memoria teneo Smyrnæ ex P. Rutilio Rufo audivisse, cum diceret adole centulo se accidisse, ut ex s. e. P. Scipio et D. Brutus (ut opinor) eos de re atroci magna que quærent, etc.*

^q *Sponda autem exterior pars lecti*. Recte Nam quod Cæsar a Dolabella (ut ait Sueton. in Julio) interior sponda regiæ lecticæ dictus sit, maledictum vehementius facit.

^r *Geniales lecti*. Ead. sup., lib. viii. cap. ultim.

^s *Cunabula... eniti*. E. Serv., eelog. 4.

^t *Pheretrum... vicinus capulo*. Ex eod., Æn. xi.

rantur, et est Græcum nomen. Nam φέρειρον dicitur, ἀπό τοῦ φέρειν, id est, a *ferendo*; nam Latine *capulus* dicitur, quod super *capita* hominum feratur, sic Plautus: *Capularis senex*, id est, vicinus capulo.

8. ^a *Scamna* sunt quæ altaribus lectis apponuntur, dicta a *scandendo*. 510 Hinc et *scabelli*, qui lectis parvis vel sellis ob ascensum apponuntur, *scabellum* autem et *suppedaneum* dicitur. Nam quod Græci dicunt ὑποπόδιον, dixerunt Latini *scabellum*, et alii dixerunt *suppedaneum*, quod *sub pedibus* sit.

^b *Scansilia* gradus, sunt, ubi honorati in sedibus hærent.

9. *Sedes* dictæ, quod apud veteres Romanos non erat usus accubendi, unde et *considerere* dicebantur, Postea, ut Varro ait de Vita populi Romani: *Viri discumbere cæperunt, mulieres sedere, quia turpis visus est in muliere accubitus*. Sedes singulari numero proprie regni est, qui Græce θρόνος dicitur.

Subsellia vero cæterorum, ^d *cathedræ* doctorum.

10. ^e *Solium*, in quo rex sedet propter tutelam corporis sui, secundum quosdam a soliditate dictum, quasi *solidum*; secundum alios per antistichon, quasi *sodium*, a *sedendo*. Unde et *sella*, quasi *seda* dicta est, et *subsellia*, quasi *subsedia*.

11. *Sellæ eurules* erant in quibus magistratus sedentes jura reddebant, Dictæ autem *eurules*, quia apud veteres prætores et consules propter itineris longinquitatem curru ad forum provehebantur; sellæ autem quæ post eos vehantur, quibus sedentes dicere jura solebant, a *curru eurules* sellæ sunt nominatæ.

12^f *Tripodes*, scamnelli sunt, habentes tres pedes, sed et candelabra tripoda sunt, quia similiter habent tres pedes.

511 CAPUT XII.

De vehiculis.

1. *Carum* a *cardine* rotarum dictum, unde et *currus* dicti, quod rotas habere videntur.

Rota autem dicta, quod *ruat*, et *rotundum* a *rota* vocatum.

Quare illud quod super capita hominum feratur, aliena ducebat Chacon, neque id mihi dubium, cum præsertim addat Servius: *Et dictus capulus, quod corpus capiat*. Fest. quoque: *Capulum a capiendo*.

^a *Scamna... scabell*. Varro, lib. iv: *Quo simplici seansione seandebant in lectum non altum, scabellum; in altiore, scamnum*.

^b *Scansilia... in sedibus hærent*. Al., *in ædibus hærent*.

^c *Vir discumbere cæper... mulieres sedere*. Valer. Max., lib. ii, cap. 1: *Femine cum viris cubantibus sedentes cœnitabant*.

^d *Cathedræ doctorum*. Cassiod., in ps. i: *Cathedra proprie doctoribus datur*.

^e *Solium... dicta est*. E duob. Servii locis. Æn. i et vii.

^f *Tripodes scamnelli*. Sic apud Vitruv., lib. iii, cap. 3, et lib. v, cap. 9. In vulgatis tamen exemplaribus *scamilli*, qui in aliis *scabelli*, et *scamnuli*.

^g CAP. XII. *Carpentum... q. carrum pompatic*. Ovid.:

Nam prius Ausonias matres carpenta vehant.

Hæc quoque ab Evandri dicta parente reor.

2. *Rhedæ*, genus vehiculi quatuor rotarum. Has antiqui retas dicebant propterea quod haberent rotas.

3. ^g *Carpentum*, pompaticum vehiculi genus, quasi *carrum pompaticum*.

^h *Plaustrum*, vehiculum duarum rotarum, quibus onera deferuntur. Et dictum plaustrum, quia volvitur, quasi diceres *pilastrum*.

512ⁱ *Caracutium*, vehiculum altissimarum rotarum, quasi *carrum acutum*.

^j *Capsus*, carruca undique contexta, quasi *capsa*.

4. ^k *Pilentum*, vel *petoritum*, contexta quatuor rotarum vehicula, quibus matronæ olim utebantur. Virgilius: *Pilentis matres in mollibus*. Horatius: *Plures calones atque caballi Paseendi, dueenda petorrita*. Erant autem antea pilentia veneti coloris, non ut nunc sunt russati, quibus nisi castæ matronæ uti non poterant, sicut nec vittis.

5. ^l *Basterna*, vehiculum itineris, quasi *viæ sternax*, mollibus stramentis composita, a duobus animalibus deportata.

CAPUT XIII.

De reliquis quæ in usu habentur.

1. *Baculus*, a *Baccho* repertore vitis fertur inventus, quo homines moti vino inniterentur. Sicut autem a *Baccho baculus*, ita a *baeilo*, *baeilus* per diminutionem.

2. ^m *Fustes*, quod præfixi in terram *stent*, quos rustici *palos* vocant, quibus juvenes pro criminibus feriuntur.

ⁿ *Veetes* dicti, quod manibus *vecentur*, unde ostia saxaque velluntur.

3. ^o *Forfices*, secundum etymologiam si a filo dicuntur *f* ponitur, ut 513 *forfices*, quæ sunt sartorum; si a pilo per *p*, ut *forpiceps*, quæ sunt tonsorum; si ab accipiendo, per *c*, ut *forcipes*, eo quod formum capiant, quæ sunt fabrorum. *Formum* enim dixerunt antiqui *calidum*; unde et *formosus*.

4. *Novaeula*, eo quod *innovat* faciem.

Peeten dictus, eo quod *pezos* capillos faciat, atque compositos.

Ut sit *carpentum*, quasi *earmentum*, a *Carmenta* Evandri matre.

^p *Plaustrum*, q. *pilastrum*. Varro: *Plaustrum quod ex omni parte palam est vel potius a palando, hoc est, extendendo*.

^q *Caracutium*. Goth. Ov. colleg., *carruecium*, idem a nostris *carricoche* dicitur.

^r *Capsum*. Utitur hac voce Festus in Ploxemo. Gloss., *capsum*, πλύνθιον.

^s *Pilentum*. E Serv., Æn. viii.

^t *Basterna*. Meminit hujus etiam Hieronym., Is. lxxvi. CAP. XIII. *Fustes dicti*. q. *stent*. Sup., lib. v, cap. 27: *Fustes quod præfixi in fossis stent*.

^u *Vestes*. Eadem lib. v, cap. 27.

^v *Forfices secundum etymolog*. Vel. Longus, in libro de Orthograph.: *Sed quæstio est in loquendo, ut forcipes, et forpices; et arcesso, et accerso. His enim minimum erit dignoscere quomodo dicantur. Proinde ac dixerō, scribes mihi, quibus tamen adnotavimus veteres per transmutationem syllabæ forcipes dixisse. Nam et Virgilius: Versantque tenaci forcipe massam. Forcipes dicimus ab eo quod formum capiant, id est calidum*.

^a *Calamistrum* est acus quæ calefacta et adhibita calefacit, et intorquet capillos. Unde et *calamistrati* appellantur qui comam torquent.

5. *Clavis* dicta quod *elaudat*, et aperiat. ^b *Catenatum*, quod capiendo teneat.

^c *Horologium*, quod ibi *horas legamus*, id est, colligamus. Est enim in solariis positum, ubi a clavo per lineas currit umbra, ut quameunque dici horam ostendat.

CAPUT XIV.

De instrumentis rusticis.

1. ^c *Vomer* dictus, quod vi humum cruat, seu ab evomendo terram. De quo Lucretius :

Uncus aratri

Ferreus, occulto decrescit vomer in arvis.

^d Sumitque per detrimenta fulgorem.

2. *Aratrum* ab *arando* terram vocatum, quasi *aratterrium*.

514 ^e *Buris* est curvamentum aratri, dictum quasi βουδος οὐρά, quod fit in similitudinem caudæ bovis.

^f *Dentale* est aratri pars prima, in quo vomer inducitur, quasi *dens*.

3. *Cultelli*, a *cultura* dicti, eo quod ex ipsis putatione veteres in arbore utebantur, et vite, priusquam falces essent repectæ.

4. ^g *Falx* est qua arbores putantur et vites. Dictæ autem sunt *falces* ^h quod his primum milites herbarum *flicem* solebant abscindere. ⁱ Unde est illud :

Pax me certa ducis placidos curvavit in usus.

Agricolæ nunc sum, militis ante fui.

5. *Faleastrum*, a similitudine *falcis* vocatum. Est autem ferramentum curvum cum manubrio longo, ad densitatem veprium succidendam. ^j Hi et *runeones* dicti, quibus vepres secantur, a *runcando* dicti.

6. *Serrula* est prætenuis lamina ferri, dentium mordacitate resecans arbores, seu ramos.

^k *Rastra* quoque aut a *radendo* terram, aut a *raritate* dentium dicta.

Ligones, quod terram levant, quasi *levones*.

7. ^l *Scudicia* dicta, eo quod circa caudicem ter-

^a *Calamistrum*. E Serv., Æn. XII, ad vers. *Crines vibratos calido ferro*.

^b *Catenatum*. Quod nos *eadado*.

^c CAP. XIV. *Vomer... seu ab evomendo terram*. Varro : *Aratrum, quod aravit terram, ejus ferrum vomer, quod vomit eo plus terram*.

^d *Sumitque per detrimenta fulgorem*. Forte nitorem. Respexit fortasse ad Virgilio verba : *Et sulco attritus splendescere vomer*.

^e *Buris... cauda bovis*. E Serv., Georg. I.

^f *Dentale*. Ex cod., nisi quod illic *inducitur*, non *includitur*.

^g *Falx est*. Pallad., lib. I, cap. ult. : *Falces putatorias quibus in arbore utuntur et vite*.

^h *Quod hac primum milites*. Vocem *milites* rejiciebat Chacon tanquam e Martialis versu acceptam, cum Palladius, cujus hæc sunt, militum non meminerit. ille namque: *Item (inquit) falciculas brevissimas, quibus flicem solemus abscindere*. Falcis vero vocem e Syriaca Palca fluxisse cruditissimus vir existimat.

ⁱ *Unde est illud : Pax me certa*. Mart., in apophor.

^j *Hi et runeones*. Pallad., ibid. : *Runeones quibus vepreta persequimur*.

A ram aperiat, et quamvis ejus usus in reliquis operibus habeatur, nomen tamen ex candice retinet. Hanc alii generaliter *fossorium* vocant, quod fovcam faciat, quasi *fovessorium*.

515 8. ^m *Sareuli* sunt, vel simplices vel bicornes.

ⁿ *Pastinum* vocant agricolæ ferramentum bifurcum, quo semina panguntur. Unde etiam *repastinari* dictæ sunt vineæ veteres, quæ refodiuntur.

9. ^o *Cylindrus*, lapis est teres in modum columnæ, qui a volubilitate nomen accepit, de quo Virgilius :
Arca cum primis ingenti æquanda cylindro,
Et vertenda manu.

10. ^p *Tribula*, genus vehiculi, unde teruntur frumenta, et ob hoc ita vocatur.

^q *Pala*, quæ ventilabrum vulgo dicitur, a ventilandis *paleis* nominata.

B 11. ^r *Furcillæ* dictæ, eo quod iis frumenta cillantur id est, moventur. Unde et *oseilla* dicta ab eo quod *eillantur*, hoc est, moventur *ora*. Nam *eillere* est *movere*.

12. ^s *Tesserae* sunt quibus frumentorum numerus designatur.

^t *Trapetum*, mola olivaria.

^u *Prelum*, trabes quo uva calcata premitur, a *premo* vocatum, quasi *pressorium*.

Prelum, quo premitur oleum.

Lacus, quo liquatum profluit, et quo ab uvis vel olivis torquendo oleum vinumque exigitur.

13. *Vercennes* a *vehere*, id est, exportare nominatæ.

516 ^v *Qualus*, per quem mustum fluit, a *colando* dictus.

^x *Fiselum* quasi *fisculum*, a *colando* oleum dictum, vel quasi *fiseella* olei.

CAPUT XV.

De instrumentis hortorum.

1. *Rota* ^y dicta, quod quasi *ruat*. Est enim machina de qua a flumine aqua extrahitur. Lucretius :
Ut fluvios versare rotas, atque haustra videmus.

^z *Haustra* autem, id est, *rota*, ab *hauriendo* aquas dicta.

^k *Rastra*. E Serv., Georg. I.

^l *Scudicia*. Quam nos fortasse *escoda* vocamus.

^m *Sareuli vel simpl. vel bieorn*. Ex Pallad., ibid.

ⁿ *Pastinum... refodiuntur*. E Colum., I, III, c. 18.

^o *Cylindrus lap*. E Serv.

^p *Tribula*. Ex eodem.

D ^q *Pala*. Utuntur hac voce Tertull., Cypr., Hieron. et August.

^r *Furcillæ*. E Serv., Georg. II.

^s *Tesserae sunt quibus frum. num. design.* Serv., Georg. I : *Aut numeros impressit acervis, id est, aut characteres faeit, quibus pecora signantur, aut tesseras quibus frumentorum numerus designatur. Nam numeros pro litteris posuit, quibus numeri continentur*.

^t *Trapetum, mola olear*. Ex eod., Georg. II.

^u *Prelum*. Ex cod.

^v *Qualus*. Ex cod.

^x *Fiselum*. Aut hic *fiseillum*, aut apud Columell., lib. XII, cap. 38, *fisculum*, legas.

^y CAP. XV. *Rota*. Vid. Vitruv., lib. X, cap. 11.

^z *Haustra*. Non. : *Haustra proprie rotarum dicitur, sicuti Græce ἀντλήματα*.

2. *Girgillus*, quod in *gyrum* vertatur. Est enim lignum in ^a transversa pertica mobile, ex quo funis cum situla vel utre in puteum demittitur hauriendæ aquæ causa.

3. ^b *Telonem* hortulani vocant lignum longum, quo hauriunt aquas. Et dictus *telon* a *longitudine*, *τέλον* enim Græce dicitur quidquid *longum* est. ^c Unde et *mustela* vocata, quasi *mus longus*. Hoc instrumentum Hispani *ciconiam* dicunt, quod imitetur ejusdem **517** nominis avem, levantem ac deponentem rostrum, dum clangit.

^d Hama...

4. *Lupus* qui est *canicula*, ferreus harpax, quia si quid in puteum decidit, rapit et extrahit, unde et nomen accepit. *Harpax* enim dictus quia *arripit*, *ἄρπαιξεν* enim Græce *rapere* est.

CAPUT XVI.

De instrumentis equorum.

1. *Phaleræ*, ^e ornamenta equorum sunt, et est sermo Græcus.

Frena dicta, quod equos *fremere* cogant, vel quod hæc equi *frendant*, id est, imprimant dentibus, et obmordeant. Unde et *nefrendes* dicti, adhuc lactentes porculi, quod nondum aliquid frendant, id est, comminuant dentibus. ^f Hinc et faba *fresa* quæ molita est.

2. ^g *Lupata* sunt freni asperrimi. Dicti autem *lupata* a *lupinis* dentibus, qui inæquales sunt; unde etiam eorum morsus vehementer obest.

Chamus...

^a In transversa pertica. Al., parte.

^b *Telonem hortulani vocant*. Ita scripsisse Isidorum arguit etymologia, sed *Tollenonem* dixisse debuit. Festus: *Tolleno* genus machinæ, qua trahitur aqua, alteram partem prægravante pondere, dictus a *tolendo*. Utuntur hac voce Livius, Plin. Vegetius.

^c Unde et *mustella*, q. *mus longa*. Verba sunt Serv.

^d *Hama*... Ferramentum aduncum ad coercenda incendia. Plin., epist. 250: *Et alioqui nullus usquam in publico sipo, nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda*. Et Paul., cap. 3, d. de Off. præf. vig.: *Sciendum est autem præfectum vigillum per totam noctem vigilare debere, et coercere calciatum cum hamis et dolabris*. Et Ulp., de Fund. inst.

^e CAP. XVI. *Phaler. Græcus serm.* E Serv., Æn. IX.

A 3. *Habenæ*, ab *habendo* dictæ, quod iis equos habeamus, hoc est, teneamus, unde et equi *habiles* dicti.

^h Hæc et *retinacula* a *retinendo*.

Lora....

4. *Capistrum*, a *capite* jumentorum dictum.

Sella a sedendo, **518** quasi *sedda*.

ⁱ *Antella*, quasi *ante sellam*, sicut et *postella*, quasi *post sellam*.

^j *Cingulum* hominum generis neutri est, nam animalium genere feminino dicimus *has cingulas*.

B 5. *Sagma*, quæ corrupte vulgo dicitur *salma*, a stratu sagorum vocatur. Unde et ^k *caballus sagmarius*, multa *sagmaria*.

Capulum, funis, a *capiendo*, quod eo indomita jumenta comprehendantur.

6. *Calcaria* dicta, quia in *calce* hominis ligantur, id est, in pedis posteriore parte, ad stimulandos equos, quibus aut pugnandum est, aut currendum, propter pigritiam animalium, aut timorem. Nam ex timore *stimuli* nuncupati, licet sint et libidinis stimuli.

C 7. *Strigiles* nuncupati a *tergendo*, quod iis equi tergantur.

Character est ferrum calorum, quo notæ pedibus inuruntur. *χαρακτήρ* autem Græce, Latine *forma* dicitur.

8. *Cauterium* dictum, quasi *cauturium*, quod urat, et provida sit in eum severaque cautio, ut dum videtur cujus sit, avaritia refrenetur. Quod interdum pro signo, interdum pro cura adhibetur, ut vis morbi ignis ardore siccetur.

^f Hinc et faba *fressa*. Fest.: *Frendere* est *frangere*, unde est faba *fressa*, unde et dentibus dicimus *frendere*. Gloss., *Faba frensa*.

^g *Lupata*. E Serv., Georg. III.

^h Hæc et *retinacula*. Respexit ad Maronis verba: *Et frustra retinacula tendens*, Georg. I.

ⁱ *Antella*... *Postella*. Lege *antillena*, et *postillena*, invitis libris omnibus. Nam vitium procul dubio natum ex notationibus. Gloss., *antillena*, *ἐστέρη* (Sic). *Postillena* vero etiam legitur in Casina Plauti.

^j *Cingulum hom*.... *cingulis*. E Serv., Æn. IX.

^k *Caballus sagmarius*.... *mula sagmaria*. Eod. modo legendum apud Serv., Æn. I, ad illud: *Sertisque recentibus halant*, non *saginarius*. Vid. Suid., in *Σάγμα*.

AD S. ISIDORI ETYMOLOGIARUM LIBROS APPENDICES.

Pars prima,

AD DECEM LIBROS PRIMOS IN AREVALI VOLUMINE TERTIO CONTENTOS.

500 APPENDIX PRIMA.

Ad Etymologiarum prologum.

VERSUS PRÆMISSI ETYMOLOGIIS,

In Codicē Regiovatiano 1953.

Sancta Dei genitrix, post partum virgo perennis,
Stella maris, nati imperio mundi dominatrix,
Num totus si rite loquax sermonibus orbis
Ederet innumeris sub conditionibus aptas

5. Natura potiore * nitens humano more loquelas,
Te, summis quam non penetrant in sedibus astra,
Igneus et rapidis sudans sol ipse quadrigis
Quam spectare nequit, submittens ora deeora,
Vel minimos digne poterit tibi ponere cultus,

10. Aut aliquo fari perceptas ordine palmas,
Quas tulit omnipotens factor, mox Filius ipse,
Dignam te matrem sublimans jure perenni,
Teque vehens hodie coelestes Patris ad arces.

Angelicas inter deerevit scandere turmas :
15. Assurgit lætata polis, comitantur et astra,
Reginamque sui divina laude tuentur,
O quæ porta manes, nostræ quoque causa salutis,
Virgineum decus, et matrum castissima virtus,

Plena omnis, quæ semper adest tibi gratia nati,
20. Jam nimium protende reis pia dona solutis,
Et miserum benedicta dolentem compede vincitum.
Ac fetens cura miserans de pectore vulnus,
Liventes totum plagæ ne serpere corpus
Commaculante queant tetro putredinis haustu.

25. Te dominam, dominam fateor; miseraris alumno :
Quam magna es, fer opem potius, tandemque
[remotis
501 Roscida, te gradiente, sequi per gramina
[vinclis

Præcipe, longa nimis quanquam vestigia ducam.
Splendida nempe velut surgens aurora tenebras

30. Effugat, immensum tua dat sic semita lumen.
Hinc proprium nihil esse ferunt sol, luna nitorem;
Mille per effusos vincis quos luminis orbes.

VERS. 1. Codicem Regiovatianum, in quo hi versiculi Etymologiis præponantur, qui signatus est num. 1953, descripsi in Isidorianis, cap. 32, n. 101. Conjectura nonnulla est, hujusmodi carmen sancti D Ildelfonsi esse.

5. Corruptus est hic versus, ut multi alii, et uno pede longior est.

9. Reposui poterit pro poteris, quod erat in Ms.

11. In Codice erat que pro quas, et dignatæ matri pro dignam te matrem.

45. Erat polus; fortasse legendum: Assurgunt lætata polis, comitantur et astra.

17. In Ms: O vitæ quæ porta manes, nostræ quoque causa salutis. Sunt septem pedes.

18. Fortasse, Castissima virgo.

19. Fortasse, Plena omni.

27. Erat Rosca pro Roseida.

APP. II, n. 1. Isidoro hoc opusculum tribuitur in

A

APPENDIX II.

Ad lib. 1 Etymologiarum, cap. 17.

INVENTICULA DE PEDIBUS.

1. Compositio est pedum, de quibus aliquam jam mentionem fecimus. Sunt igitur alii pedes disyllabi, alii trisyllabi, alii tetrasyllabi, quorum unde et nomina deducta sunt, docebimus, et quot habent schemata. Ex disyllabis geminatis pedes tetrasyllabi sunt, quorum et nomina et schemata subjungemus. Sunt ex disyllabis et trium syllabarum pedibus copulati pedes syllabarum quinque; suntque ex duplicatis trisyllabis pedes senarum syllabarum, de quibus nunc arbitrator esse necessarium diligenter laborare.

2. Disyllabi ergo pedes sunt quatuor, trisyllabi octo, duplices sedecim, quoniam una syllaba duo schemata habet, aut longa est, aut brevis. Duæ syllabæ quatuor schemata habent: nam aut ambæ breves sunt, aut ambæ longæ, excepta una syllaba brevi, et una longa, aut una longa, et una brevi. Pedibus accidit arsis, et thesis, id est, elevatio, et positio gravi sono syllabarum, ut *asserimus*, duæ longæ, duæ breves ponuntur. Tempus, quo producuntur et corripuntur. Resolutio a pede in syllabam, a syllaba in litteram. Littera enim atomos est, id est, indivisibilis, vel insectio. Secundum pedum cunctorum mensuram docebimus.

3. Pyrrhiehium dictum esse alii dicunt a Pyrrho, Aehillis filio, quem primum aiunt in tumultu patris sui armatum honoris gratia saltavisse. 502 Aristoteles autem Achillem ait hujus ludi inventorem fuisse. Quibusdam placet ab ardore, id est, ab ipsa velocitate sui soni nomen accepisse hunc pedem, ἀπὸ τοῦ πυρὸς ε, id est, ab hac flammæ velocitate. Cognatio enim ardoris et velocitatis est; unde *Instant ardentes Tyrîi*, id est, *festinantes*. Pyrrhichius a Pyrrhiehe ludi genere, nomen accepit, quia hoc sono milites usi sub armis præludunt. Ipsa tamen a pyrrhiacha dieta, id est, lusione, vel Pyrrhichia filia, vel a Pyrrhicho, qui primus Cretenses sub armis saltare in hujus pedis sonum constituit. Spondeus tamen nomen ac-

Codicē Regiovatiano 112, quem in Isidorianis, cap. 99, n. 9, recensui. Initium indicat fragmentum esse ex uberiori aliquo opere excerptum.

2. In *asserimus* prima est longa, duæ sequentes breves, ultima longa, si vox sequens e consonanti incipiat, et brevis, si a vocali.

3. Erat in Ms. *Exstuant ardentes*; rescripsi *Instant ardentes*, ex Virgilio, lib. I Æn., v. 427. Et in Ms. quidem pro Tyrîi potius videbatur Troes positum. De *pyrrhichio*, et *pyrrhicha*, ejusque origine, vide Quintilianum, lib. IX, cap. 4; Diomedem, lib. III, p. 471. Putsehii; Plinium, lib. VII, cap. 57; Solinum, cap. 41, al. 16, De Creta. In Codice erat *primus tetensium* pro *primus Cretensium*, aut, ut edidi, *primus Cretenses*. Spondeus in libationibus adhibebatur; inde *spondeus* dictus a Græco σπονδή, *libatio*. Confer Diomedem, lib. III, pag. 472, Putsehii.

cepit a sacrificio, quia *spondeon* Græce sacrificium nuncupatur, quo sono hymnos, id est, laudes diis immortalibus decantabant; unde et Homerus ait: *Sponde tua Crete.*

4. Iambus a Iamba, Celei filia, nuncupatus est, quæ cavillationes jocosas hujus pedis sono dicens, amorem sibi gratissimum commovebat, unde dicitur etiam (quod) hujus pedis metrum comædis, hoc est, rei lætissimæ commodaverit.

5. Trochæus dictus est a velocitate rotæ, quam suo sono imitatur. Alii *chorium* appellant, quia chorus aptam modulationis continet rationem; unde etiam pes, qui ex hoc trochæo et iambo constat, choriambus nominatur.

6. Tribrachys suarum syllabarum qualitate nuncupatur, quia tribus brevibus constat, quæ Græce *brachyæ* nuncupantur; nam in eo servavit disciplinam, et in tribus syllabis cepit.

7. Molossus dictus, quia a Molossis oræ Cretensium repertus est; hunc quidam et *Creticum* dixerunt, inter quos et Aristophanes fuit. Anapæstus dictus est dactylo contrarius; ideo nomen accepit, quod ei rejiciatur, id est, repercutiatur, quod Græci *anapæstin* dicunt.

8. Dactylus dictus est a digito, cujus articulis figuratur, incipiens a longa, desinens in duas breves; *digitus* enim Græce *dactylus* nuncupatur. Amphibrachys dicitur, quia ex utraque parte brevitem accipiat, quam Græci *brachyn* dicunt.

9. Amphimaerus dicitur, sicut antipastus, nomen accepit, quia ex utraque parte longam, quam Græci *macron* dicunt, accipiat. Dictus tamen est his pes *Creticus*, quia in Cretica insula Corybantes, ut vagitum Jovis Saturno celarent, sic sonuerunt graviter, breviter, graviterque.

10. Bacchius dictus est, quia a Baccho, id est, Libero Patre accepta modulatio hujus pedis pro sono componebatur. Antibacchius, vel palimbacchius dicitur, quia bacchio contrarius est. Proceleumaticus est, quia **503** Corybantes choros concitantes, ut celerius saltationem celebrarent, inter se hortabantur, quia Græce hortatio *procellosis* nuncupatur.

11. Dispondeus dictus est, quia ex duobus spondeis constat. Diambus dictus est, quia ex duobus iambis componitur. Ditrochæus, quia ex duobus trochæis figuratur. Antipastus dictus est, eo quod ex utraque parte relevetur, quod Græce *antesponi* dicitur, id est, *relevatio*.

12. Choriambus dicitur, quia ex chorio et iambo constat. Ionici dicti sunt duo, id est, major et minor, ab Ionio inventore, qui his pedibus metra lyrica ionica fecit.

13. Pæones a Pæone poeta nomen insitum posse-

4. Iambe, quæ *iambum* reperit, ab aliis dicitur Celei famula, ac diverso modo res ipsa narratur. Pro *jocosus* erat in Codice *lieosus*.

6. Obscurum est *in eo*.

7. Quod Græci *anapæstin*, rescribi poterit *ἀναπαεῖν*. Isidorus in Etymologiis diversas fere sequitur de pedibus explicationes, cum his conferendas.

10. De pede proceleumatico, seu proceleusmatico diversa originatio exponitur in Etymologiis et notis. *Procellosis*, et hujusmodi verba Græca, quæ proferri solent, omnino corrupta sunt. Quæ magis necessaria videri possunt, jam lib. 1 Etymologiarum explicata sunt.

APP. III, n. 1. De Codice bibliothecæ excellentissimæ Familiæ Albani dixi in Isidorianis, cap. 107, ubi, num. 27, de hoc additamento ad Etymologias verba feci. De insolitis quibusdam scribendi rationibus, quæ exponuntur, non valde laborandum est: eas autem præ oculis habere oportet, ut quænam fuerit medio ævo hoc in genere licentia, intelligatur, et

derunt. Epitriti quatuor hoc nomine nuncupati sunt, quia ex tribus longis et una brevi parilibus vocibus continentur.

APPENDIX III.

Ad lib. 1 Etymologiarum, cap. 27.

INCIPIIT SECUNDA ORTHOGRAPHIA.

Ex Codice Albanio.

1. *Ara* per *a* solam scribitur, *harena* per *h*, et *a*. *Aurit* per *a* et *u*, id est, aquam levat; *lavare* autem, quod est videre, per *h* scribitur. *Æscas* (forte *astas*) per *a* et *c* scribitur. *Ærat*, *æquitas*, *ædes*. *Æneas*, *Æsculapius* per diphthongum. *Alite* per *a* solam. *Halitus* per *h*. *At*, quod verum significat, per *a*, et *t*; ad præpositio per *a* et *d*, ut *ad amicum vado*.

2. *Assiduus*, *assecutus* per duo *ss*. *Aecumulatus* per duo *cc*. *Aggeruus* (forte *aggeratus*) per duo *gg*. *Apparet* per duo *pp*; *adponit* vero per *d* scribitur; *ad* præpositio verbo conjuncta est. *Ammonitus* per duo *mm*. *Annuit*, *annuntiat* per duo *nn*. *Ademptus* per *m* et *p*.

501 3. *Apud* per *p* et *d*. *Austus* (forte *auetus*) per diphthongum, *austio* (*auetio*) vero, quod est venditio (forte deest aliquid). *Birtus*, *boluntas*, *bita*, vel his similia, quæ Afri scribendo vitiant, omnino rejicienda sunt, et non per *b*, sed per *v* scribenda.

4. *Cedo* per *c* scribitur, quod valet (obscure) *consentio*; *ædes* vero per *a* et *e*, *cæsaries*, *cælum* (forte *ecæsaries*, *celum*), *ecutenarius*, *ceterum*, *ecre*, quod *ave* dicimus, *celeritas* per *e*. *Commentarius* per duo *mm*. *Competit* (forte deest aliquid). *Clangor* per *c*, non per *g*. *Cælebs* per *b* scribitur; inde *cælibem* dicimus. *Coire* sine *h* scribitur. *Cymbalum* per *y* scribitur. *Corax* per *e*, non per *g*.

5. *Commentatio* per *c*. *Cætus*, id est, multitudo per diphthongum *a* (forte *æ*). *Cete* vero, quod est marina bellua, per *e*. *Commercium*, quod est negotium, per duo *mm*. *Clanculam* per duo *cc*. *Cum* præpositio per *e*, si autem adverbium fuerit, per *q*; dicimus enim *quam lego*.

6. *Deus* per *e* solam. *Dæmon* per diphthongum. *Dilabatur*, *disterminat*, per *i*. *Dogma* per *g*, non per *c*. *Dclubra* per *e*, non per *i*. *Dictatus* per *i*, non per *c*. *Erus*, quod est dominus, per *e* solam. *Externa*, quod est *extranea*, per *e* et *x*; si de die loquatur, per *h*. *Effecta*, et *effigi* (forte *effingi*), *effudit*, *efficit*, *effluit* per duo *ff*. *Erebus* per *e*.

7. *Fabor* per *b*. *Flagra* duo (forte *quod*) sunt verbera, per *f* et *l*; nam *fragra*, quod est odor, per *f* et *r*. *Fero*, quod est *tolero*, per *e* solam. *Gerosus* (forte *generosus*) per *e*. *Gæometres* per *a* et *e*. *Gnarus*, quod est sciens, per *g* et *n*. *gnatus* similiter, *Grassator*, quod est servus (forte *sævus*) per *g*. *Glaber*, quod est lenis facie, per *b*.

ad veram scripturam in membranis antiquis dignoscendam facilius deveniri possit.

D 2. Nulla ratio est, ut *apparet* per duo *pp* scribatur, *adponit* vero per *d* et *p*. Utrumque utrolibet modo scribi potest. An autem parum sibi constent, qui modo *adparet* scribunt, modo *apparet*, in dubium revocari potest. Minime ego damnare ausim eos qui hanc libertatem sibi permittunt, ut verba, quæ a probatis auctoribus varie proferuntur, ut *seculum*, *sæculum*, *litera*, *littera*, aliquando per unam, aliquando per aliam scribendi rationem usurpant, non sicut ac quia utrolibet modo dici potest *amarunt*, et *amaverunt*, non peccat, si quis modo *amarunt* dicat, modo *amaverunt*.

3 Vitium scribendi *b* per *v*, uti etiam contra *v* per *b*, medio ævo apud multas nationes invaluit, et etiam num nonnullis Hispanis commune est, ut promiscuo *b* et *v* usurpent et proferant, quamvis in arte Hispanolatina Antonii Nebrissensis discrimen adhibendum opportune præscribatur.

8. *Hæc* pronomen per *h* et diphthongum *a*, et omnia pronomina per *h*, exceptis possessivis, sub-
 junctivis, et relativis; nam quoties conjunctivam
 syllabam ponimus *ae*, per *a* scribimus, ut conjunctio
 a præpositione differre possit. *Ille* vero pronomen, ut
 adverbium loci, scribitur: sed ea re ab invicem di-
 stant, quod adverbium loci, producta (scribitur *pro-*
ductum) syllaba pronuntiamus, pronomen correpta.
Hiat, *honor* per *h*, *onus* per *o*. *Haud*, quod est *non*,
 per *h* et *d*, aut conjunctio per *t* mutam. *Hausit*, quod
 est *bibit*, per *h*. *Iliseo*, quod est oris apertio, per *h*.
Heremus, *hispidus*, *hercos* (forte *heros*) per *h* scribun-
 tur, et si qua similia sunt, quæ aspiratione indigent.

9. *Impedit*, *impius*, *immanitus*, *immemor*, *impera-*
tor per duo *mm* (forte aliquid deest); idem *inmaeu-*
latus, *inmortalis* per *i* et *n*, quia *in* præpositione ad-
 dita, aut complet, aut vacuat. *Irritum* per duo *rr*.
Inquit *t* in fine ponenda est, nam si *d* habuerit, in-
 terrogatio est, tanquam si dicas: *In quid mittit?*
Id pronomen per *d* scribitur.

505 10. *Karitas*, *Kalendæ*, et si qua nomina si-
 milia *a* et *e* (sic) sequuntur, per *k* scribenda sunt.
Lætus per *æ* diphthongum; *læthalis* vero, quod
 mortalis dicitur, per *æ*. *Levarc*, quod est adjuvare,
 per *e*. *Lixa*, quod est vilis, vel luxuriosus, per *i* et
x scribitur. *Mecum*, id est, ego et tu, per *e* solam,
mæthum virum, quod est adulterum, et *mænia*, per
o et *e*. *Mussitas* per duo *ss*. *Mos* et *mors* similiter
 scribenda sunt. *Mysterium* per *y* Græcum scribitur.

11. *Nexæ*, id est, *collatæ* (lege *colligatæ*) per *x*
 scribitur, quando vero dicimus *nec fecerit*, per *e*
 scribitur. *Nanetus* per *n* et *c* in medio scribitur.
Nænia per *a* et *e*. *Nomenclator*, quod est nominis
 vocator, per *c* et *u*. *Notus* per *t* solam, *nothus*, quod
 est auster, per *h* scribitur.

12. Ostium, quod aperitur et elauditur, per *o*, *hos-*
tia vero per *h*. *Oceipitium*, quod est capitis pars
 posterior, per duo *ce*. *Oceulum* (forte *occulunt*) quod
 est *occultum*, per *ce*. *Obpilat* per *b* et *p*. *Offendit*,
offulsit, *offeiat*, *offeium* per duo *ff*. *Occursa* per *ce*.
Oppulit, *opperior* per duo *pp*. *Osores*, id est, odium
 exercentes, per *o*. *Olympum* per *y* Græcum.

13. *Pænis* per *æ* diphthongum, *pæna*, et *pænitudo*
 per *o* et *e*. *Peculatus*, quod est furtum peculii, per *e*
 solum. *Penum*, quod est cellaria, per *e*. *Preeator*,
presum, quod est comes, *prestant* per *e*. *Præcipuus*.
prævius per *a* et *e*. *Quum* per *q*, quia non præpo-
 sitio casus ablativi, sed adverbium. *Quæ* præposi-
 tiva, vel pronomen generis feminei per diphthongum
 scribitur; *que* vero conjunctiva, ut est, *fecitque*, per
e solam. *Quærit* per *æ* diphthongum; *quæque* vero

9. Non desunt qui adhuc probent hanc scribendi
 rationem, *immaculatus*, *immortalis*, etc.

11. Etiam *notus*, quod est auster, sine *h* scribitur;
nothus vero id est, spurrius per *h*.

13. Nescio, quid lateat in verbis *presum*, *prestant*.
 Confer. num. 27.

14. Pro *studei* legendum *istud*. Vide num. 30. Alia
 passim occurrunt, quæ correctione indigent.

16. In Isidorianis, eap. 56, num. 21. de hoc ope-
 re disserui, ubi docui videri legendum *Agrævius* per
O, et *E*, non per *Y*, ut quidam putant. Illa etiam mea
 conjectura erat num. 25, sermonem esse de *Agroieo*
 comœdia Plauti: ex quo vocabulo fortasse natum,
 quod *Agrævius* sive *Agrætius* aliquis confictus fuerit
 auctor hujus operis.

17. Non *d* et *s*, sed, etc. Fortasse legendum *non o*
et s, sed, etc. Codex est Vaticanus 6018, non Regio-
 vaticanus, ut in not., ad num. 29, eap. 27. Etymol.,
 editum fuerat. Pertinet ad sæculum x, circiter. Ini-
 tio est glossarium, quod aliquis credidit Isidorianum;
 sed Lucas Holstenius notat esse plane diver-

A ex priori diphthongo, et novissima per *e* solam.
 Quod pronomen neutrum per *d* scribitur, nam si ad
 numerum, per *t*; dicimus enim, *quot panes*, vel
quot pisces. *Quassat* per *ss*. *Revehit* per *h*.

14. *Reus* per *e* solam, *ræda* vero per *a* et *e* scri-
 bitur, *seminat*, vero per *e* solam. Similia *y* earent.
Studet per *i* et *s* scribitur. *Suppetit* per *pp*, sicuti
succedit per *ee*. *Sosyma* (*sophysma*) per *y* Græcum.
Scapham per *p* et *h*. *Seropulam* per *p*, non per *b*.
Suggestit per duo *gg*. *Succumbit* per *ee*. *Syrtes* per
y. *Suggestus* per duo *gg*, sicut *succensus* per *ee*.
Severitas per *e* solam. *Tædet* per *a* et *e* scribitur.
Thema, quod est materia, per *t* et *h* scribitur. *Væ*
 monosyllabum per diphthongum scribitur, ut est *væ*
miserò mihi. Subjunctiva per *e* solam scribitur.
Volumptas per *m* et *p* scribitur.

15. *Xerras*, *Xenophontes*, *Xenium* per *x* scribenda
 sunt. *Xlion*, *Ydros*, *Yterius*, etc., per *y* scribuntur
 (vel scribenda). *Z* littera propter peregrina nomina
B admissa est, per quam scribendum est *Zelans*, *Zabu-*
lon, *Zoticus*, *Zenon*, et reliqua.

506 GLOSSEMATA DE DISTANTIA VERBORUM.

Ex Codice Vaticano 6018.

16. *Aeroelius* per *e* et *o*, non per *y*, ut quidam
 putant. *Ad illum vado*, *ad me venit*, per *d* scriben-
 dum est. *Assiduus*, *assecutus* per duas *s* scripsit
 (forte scribitur), ne præpositione nomini conjunga-
 tur (forte *ne præpositio nomini conjungatur*). *Ae-*
ecommodus per duas *e*. *Aggestus* per duas *g* scripsit.
 Sic et similia. *Ammonitus* per duas *m* *Annuat* per
 duas *n*. *Atque* per *t*, non per *d*. *Ademptus* sine *p*,
 qui *m* litteram putant posse sufficere. Sic et reliqua.
Æquus, si de æquitate, per *a*, *equus*, si de animalib-
 us, sine *a* scripsit.

17. *Apostolus* si necesse est syllabam dividi, non
d et *s*, sed *s* et *t* conjunctum esse debet. Sic et
constans, et reliqua, quando ante *t* litteram venit
 (forte *littera s venit*). *Apud* per *d* scripsit. *Aras*
 per *a* scripsit. *Harena*, *hauri* de aqua levandum
 (forte *levanda halitus*, hæc omnia per *h*. *Aures* de
 auditu sine *h*. *Aræm* (forte *æra*), *æseas* (forte *æstas*),
æquor, *ætas*, *æsus* (forte *æstus*), *ædis*, *Æneas*, hæc
 omnia per *a* et *e* scripsit.

507 18. *At*, quod vero significat, per *a* et *t* scri-
 psit. *Ad* præpositio casus accusativi, *ad amicum*
vado. *Aliter* (forte *alitus*, vel *alitur*) per *a* solam.
Aecumulatus per duas *e*. *Apparct* per duas *p*.
Adpomo vero (forte *adpono vero*) per *d*, quia *ad*
 præpositio verbo conjuncta est. *Ammonuit*, *ammo-*
nitus per duas *m* scripsit. *Annuat*, *annustra* (sic) per
 duas *n* scripsit. *Ademptus* per *m* et *p* scripsit. *Auctio*

sum ab Isidoriano. incipit: *Abstrusa*, *abscondita*, etc.
 Sequitur aliud opus de re grammatica: *Audivimus*
multos, etc. *A littera*, etc. *Tum De littera ex libro*
Domni Donati: Littera est elementorum vocis, etc.
 Post alia glossaria et epactam cum figuris succe-
 dit opus quod nunc edo. In prima pagina pingitur
 crux magna, apposita hæc inscriptione ex utroque
 latere: *In nomine Dei summi incipit liber glosse-*
mata (sic pro *glossemata*) *sancti Hisidori episcopi*
De distantia verborum. Hoc vexillum crucis in
cælo fulgit (sic); *nunc autem nos salvat per stipi-*
tem erectum. Incipit: *Aeroelius* per *e*. etc. Sequitur
 aliud opusculum inscriptum: *Incipit distantia ver-*
borum synonyma Ciceronis: Tenebo, possidebo,
obtenebo, etc. Desinit: *Emissarius, prædo. Explicit*
synonyma Ciceronis, amen feliciter. Et illico: *In-*
cepit liber Chronicorum sancti Hisidori episcopi:
Brevem temporum, etc. Ut ego puto, hæc quoque
 distantia verborum, quasi ex Ciceronis operibus col-
 lecta, a scriba Isidoro nostro tribuebatur. In eodem
 Codice sunt alia fragmenta, et opuscula sanctorum
 Damasi, Hieronymi et Augustini.

vero, quod est veditio, *e* adhibendum est. *Aggestus* per duas *g*, quod est (forte deest aliquid) *avidus*.

19. *Cedo*, quod est concessio, *eementarius*, *ceterum*, *eere*, *eeleritas*, *celebs* per *b* (forte per *c* scribuntur). *Cæsaries*, *cælum*, *eatus*, id est, multitudo, ista per *a* et *e* scribuntur. *Cete* vero, quod est marina bellua, hæc omnia per *a* et *e* scribit. *Cepit* similiter de capiendo per *e*, *cæpit* de incipiendo per *o* (forte per *o* et *e*) scribitur. *Commentarium* per duas *m*. *Commestio* (forte *commercium*), quod negotium, per duas *m* scribendum. *Clangor* per *c*. *Competens*, per *m*. *Coire* sine *h* *Cymbalum*, *cymbala*, per *y* scribitur Græcum. *Commercium* et *caput* per *c* scripsit. *Clanculus* per duas *e*. *Cum* præpositio ablativi casus per *e* scripsit (vel *scripserunt*); si autem adverbium fuerit, per *q*; dicimus enim *Quum lego*, quod est negotium.

20. *Deus* per *e* solam scribitur, *dæmon* per *a* et *e* scribitur. *Dogma* per *g*, non per *c* scribitur. *Dilabitur*, *disterminat* per *i* scribitur. *Delubra* per *e* non per *i* scribitur. *Dixistis* per tres *i*. *Erus*, qui est dominus, per *e* solam scribitur. *Externa*, quod est, quæ est extranea, per *e* et *x*; si de die loquamur, *hesterna* per *h* (forte per *h* et *s*) scribitur. *Effectus* per duos *f*. *Exemptus* per *m* et *p* scribitur. *Essentia* per duas *s*. *Effosa*, *effecit*, *effodit*, *effugi*, *effuit*, per duas *f*.

21. *Fedus*, quod est deforme, per *e* solam, *fædus* vero, quod est pacis iudicium, per *o* et *e* scripsit. *Fabor* per *f* scripsit; unde et *faber* *Deus*. *Fabis* (sic) per *v*, id est, poma, *Flagra*, quæ sunt verbera, per *f*, et *l*, *fragra*, quæ sunt odora, per *f* et *r* scripsit. *Fero*, quod est *tolero*, per *f* solam.

22. *Gerolus* per *e* solam scripsit, *Gnarus*, quod est sciens, per *g* et *n* scripsit. *Gnatus*, quod est filius, per *g* et *n* scripsit. *Grassator*, quod est latro, per *g* scripsit, *Glaber*, quod est lenis facie, per *b*. *Gryphes*, non *gryphi*. *Hæc* prænomen per *h*, *a* et *e* scribitur, nam ad omnia prænomina *h* scribitur, exceptis possessivis, subiunctivis, et relativis. Nam quoties conjunctivam syllabam ponimus, quod est *ac*, per *a* solam scribitur, ut conjunctio a præpositione (forte a prænomine) differre possit. *Hic* vero prænomen, ut adverbium loci scribitur; sed ea re ab invicem distant, quia adverbium loci, producta syllaba, pronuntiamus, prænomen correpta. *Hiat*, *honos* per *h*, *onus*, per *o* *Haud*, quod est non, per *h* et *d*, muta novissime posita. *Hausit*, quod est *bibit*, per *h* scribitur. *Hisco*, quod est *os aperio*, per *h* scribitur. *Heremus* per *h*. *Hispidus* 508 per *h*. *Heroes* per *h* scribitur. Et si qua similia sunt, quæ aspiratione indigent. *Hactenus* per *h* et *e* scribitur.

23. *Impedit*, *impius*, *immemor*, *imperator*, *impendit*, *implet*, *immanitas*, hæc omnia per *m* scripsit. *Inmaculatus*, *immortalis*, *innocens*, hæc per *n* scripsit. *Inquit* *t* in fine ponenda est; nam si *d* habuerit, interrogatio est, tanquam si dicas, *In quid mittit? Id* prænomen est, per *d* scripsit. *It* verbum est, per *t* scripsit. *Ideo* (deest aliquid), *Irritam* per duas *r*. *Karitas*, *Kaput*, *Kalendæ*, et si qua nomina *a* et *c* (forte *a* post *c*) sequuntur (forte *sequitur*), per *k* scribuntur.

24. *Lætus*, *læsus*, *læticia*, *læva*, quod est sinistra, hæc omnia per *a* et *e* scribuntur. *Lethalis* vero, quod

19. Videtur alieno loco esse quod est negotium post *quum lego*; neque satis tamen clarum est an legendum sit quod est negotium.

25. In hoc opusculo et in præcedenti multa sunt communia, etiam ipsi errores, ut quod de *noto* et *notho* dicitur, de quo supra num. 11.

26. Scriptum erat in membranis *de adversantium... de sacrificium*.

27. Legi posset *presum* pro *presum*: sed explicatio quod est comesum innuit *presum*, esse pro *pere-*

et mortalis dicitur, per *e* solam scribitur. *Levare*, quod est adjuvare, per *e* solam; quod est vilis (deest nomen aliquod, nempe *lixa*), vel luxuriosus, per *i* et *a* scribitur. *Mecum* per *e* et *c* scribitur. *Mæchum*, quod est adulterium, (forte adulter) per *o* et *e* scribitur. *Mos* et *mors* simpliciter scribenda sunt. *Mysterium* per *y* Græcam.

25. *Nexæ*, id est, colligatæ per *x* scribitur. *Nanctus* per *n* et *c*. *Nænia* per *a* et *e* scribitur. *Nomenclator*, quod (deest aliquid). *Nabo*, *nubit*, per *b*. *Nupsit* per *p*. *Nominis vocativus* per *c* et *v*. *Notus*, quod est cognitus per, *t* scribitur, *nothus* quod est auster, per *t* et *h*.

26. *Ostium* vero, quod aperitur et clauditur, per *o* solam scribitur; *hostium* de adversantibus per *h* et *o* scribitur, *hostia* vero de sacrificio, per *h* et *o* scribitur. *Occipitium*, quod capitis pars posterior, per duas *c*. *Olympus* per *y* Græcam. *Obpilat* per *b* et *p*. *Offendit*, *officium*, *offulsit*, *officit* per duas *f* scribitur. *Oeeultum* per duas *e*. *Opplet* per duas *p*. *Occurrit* per duas *c*. *Opperior* per duas *p*. *Osores*, id est, odium exercentes, per *o* puram scripsit.

27. *Pænes*, *pænitudo* per *a* et *e* scribitur. *Pæna*, per *o* et *c*. *Peculatus*, quod est furtum peculii, per *e*. *Penam*, quod est cellarium, per *e* puram. *Præcipuus*, *præcisus præmium*, hæc omnia per *a* et *e* scribuntur. *Preccatur*, *presum*, quod est comesum, *prestat*, *presbyter*, et ista omnia sine *a* scribuntur.

28. *Qur* per *q* scripsit. *Quum* per *q* scripsit, quia non est præpositio casus ablativi, sed adverbium. *Quæ* præpositiva, vel prænomen generis feminini per diphthongum scribitur. *Quæque* vero per *a* et *e*, novissima sola *c* scribitur. *Quod* prænomen generis neutrius per *d* scripsit, nam si ad numerum, neutrius generis (forte *referatur*), per *thæc* syllaba per *e* solam (forte abundant hæc verba *hæc syllaba per e solam*). Dicimus enim *Quod scriinium quod nomen*, per *d* scripsit *Quot pctens*, 509 at *quot pisces*. Ista enim ad numerum, illa ad genus pertinent neutrum, illa per *d*, ista per *t*, *Quassat* per duas *s*.

29. *Religio* dicitur eo quod *relegit* (forte *reliquit*) animas ad cultum divinum. *Reus* per *e* solam scribitur. *Reda* (forte *rhæda*) vero per *a* et *e* scripsit.

30. *Sevit*, *sæpe*, *særies*, ista per *a* et *e* scribuntur. *Semel*, *scmina severitas*, hæc per *e* solam scribuntur. *Spissa*, *scena*, *stimulus*, et cætera similia *y* carent. *Istud* vero per *i* et *s* scribitur, et in fine *d*. *Suppetit* per duas *p*. *Succedit*, *succubuit*, *successus* per duas *c* scribitur. *Sophysma*, *Sophysta* per *y* Græcum scribitur. *Suggestit* per duas *g* *Scapha* per *p* et *h*. *Stupulum* per *p*, non per *b*. *Syrtes* per *y* scripsit. *Suffectus* per duas *f*. *Successus* per duas *c* *Severitas* (forte *serenitas*) per *e* solam. *Særitcs* per *a* et *e*.

31. *Tædet* per *a* et *e*, *Thema* quod est materia, per *t* et *h*. *Væ* de dolore, ut *Væ misero mihi*, *a* et *c* Subiunctivum per *e* solam, *Casusve*, *deusve*. *Vafrum* scribe, non *fabrum* (forte *bafrum* *Valtus* per duas *u*. *Volunt* per *v*, non per *u* *Volumptas* per *m* et *p*.

32. *Xerxes*, *Xenophontes*, *Xenium* per *x* scribitur. *Z* propter obscura peregrina nomina (scribitur *peregrinis nominibus*) admissa est, per quam scribendum est *zona*, *zelus*, et similia; est enim *z* Græca littera duplex.

sum, veluti per syncopen. Pro *prestut* juverit legere *preusat*, vel *prester*, *pressat*.

30. Pro *scena* fortasse auctor hujus opusculi scripsit *scina*; nam *e* in *i* olim facile convertebatur. Non video tamen eur *istud* hoc loco referatur, cum initium vocis sit *i* non *s*; nisi fortasse aliqui tunc scribebant *stud* pro *istud*. A *sophismate* et *sophista* rejiciendum *y* Græcum, quod in hoc opusculo, uti in præcedenti præscribitur. Pro *stupulum* in præcedenti opusculo est *scropulam*, ac fortasse legendum *serupulus*.

Ex Codice Albano fragmentum.

33. *Somnio* dicendum, non *somnior*, et *somniavi* non *somniatus sum*. Illud *scamnum* dicendum, nec *ipsud*, sed *ipsam*. *Pauper vir*, et *mulier pauper*, non *paupera*; *baculum hoc*, non *hunc*. *Balnea*, et *Balneas*, non *balneum*. *Cluues hæc*, non *hi*.

34. *Ficedulæ*, non *ficedulæ*, id est (forte inde) quod *ficus* edant: sic et *querquedula* a *querca* (forte a *querquerus*). *Coturnices*, non *coturnices*. *Arbor omne lignum*, dicitur, *arbos* non nisi *fructifera*.

35. *Hora* dierum est, *ora* finium. *Pignera* rerum sunt, *pignora* filiorum. *Columbæ*, quæ mansuetæ fieri possunt, et *domibus* assuescere; *palumbæ* feræ, et *saxis* silvisque inhabitantes. *Rubor* coloris est, *robur* virtutis, 510 *Veniunt*, quasi *vendunt*, *veneunt*, quasi *venduntur* (obscure utrumque quasi, et pro *veneunt* exaratum est *veniunt*). *Dilectum* a *diligendo*, *clecctum* ab *eligendo*, *delictum* a *peccando* (fortasse a *delinquendo*, hoc est, *peccando*).

36. *Pinnae* murorum, *pennas* avium dicimus. Omne animal *pecus*, excepto homine (Sequuntur sex verba corrupta) modo dixerunt. *Hic culleus*, *hic pluteus*, *latens* (forte *lacus*), *cuneus*, *laqueus*, *postis*, *margo*, *veper*, vel *vepris* masculina sunt.

37. *Hic carbo*, *hic axis*, *modius*, *sextarius*, *hic congins hic orbis*, *hic gladius* sanguis, *venter*, *aqualiculus*, *hic restis*, *hic flos*, *pons* (Sequuntur quædam verba corrupta), *hic radius*, non *hoc radiam*.

APPENDIX IV.

Ad lib. III, cap. 9, *Etymologiarum*, ex Codice Ottoboniano 6.

ITEM DE NUMERO ISIDORI.

1. *Cardinales* sunt numeri, ut *unus*, *duo*, *tres*, *quatuor*, *quinque*, *sex*, *septem*, et cæteri in ordine. 2. *Ordinales* vero, ut *primus*, *secundus*, *tertius*, *quartus*. 3. *Adverbiales*, ut *semel*, *bis*, *ter*, *quater*, *quinquies*, *sexies*. 4. *Dispartivi* (obscure) ut *singuli*, *bini*, *terni*, *quaterni*, *quini*, *seni*, *septeni*. 5. *Ponderales*, ut *simpulum*, *duplum*, *tripulum*, *quadruplum*. 6. *Denuntiativi*, ut *solus*, *alter*, vel *alius*. 7. Item sunt numeri *multiplicativi*, ut *simplex*, *duplex*, *triplex*, etc.; sed hæc nomina trium generum esse noscuntur. 8. Sunt item *adverbialia* ex his nascentia, ut *simpliciter*, *dupliciter*, *tripliciter*.

APPENDIX V.

Ad lib. IV *Etymolog.*, cap. 4.

SPECIMEN INTERPOLATIONIS

Ex Codice Chisiano.

1. *Logici rationem prædicti et causas particulares adjungunt*. *Epistola de Aesclepio*. *Aesclepius*, seu *Aesculapius puer factus Apollinis filius ex Corona*, *filia Flavie*, *Ceroni Centauro traditus est ad medicinalem scientiam* 511 *comprehendendam*, etc. Sequitur *epistola de Hippocrate*. *Hippocratis genus ex Aesclepio*, *ex patre autem natus Heraclide*, etc.

2. Sequitur caput inscriptum: *Quod non omnis*

33. Hoc quoque fragmentum, quod in laudato Codice Albano reperitur, ad idem argumentum orthographicum referri potest, quamvis magna ex parte grammaticas alias controversias comprehendat, in quibus tamen auctoris sententiam non temere sequi debemus.

34. Fortasse legendum *ficedulæ*, non *ficedulæ*, et mox *coturnices*, non *coturnices*. Et primaquidem in *coturnix* sæpius corripitur. *Querquedula* gelido et hiberno tempore maxime apparet; ideo a *querquero*, hoc est, frigido, dictam nonnulli opinantur.

37. Quædam alia adduntur de discrimine inter *hoc sol*, *has sales*, *hos sales*, sed ita corrupta, ut ea omnino omitienda esse censuerim.

APP. IV, n. 1. Codicem Ottobonian. 6, ex quo pauca hæc de numeris Isidoro tribuuntur, descripsi in Isidorianis, cap. 105, num. 2 et 3. Nihil præ-

hominis natura ad percipiendam doctrinam sit apta. Item qualem oportebat esse discipulum medicinæ. Item de ingressu medici ad infirmum. Item qualiter medicus infirmum visitet. Item de nominibus philosophorum qui libros medicinales scripserunt.

3. Sequitur de libris medicinalibus, seu, caput 10 ex Editis. Sequitur: *Quare medicina non contineatur inter artes liberales*, seu caput 13.

4. Sequitur epistola Galieni de natura humani corporis. Epistola 2 Galieni de effectibus pigmentorum, et de esinamidiis eorumdem. Sequitur: *Quod omnis qualitas et potentia elementorum quatuor modis probatur*. Sequitur de odoribus et unguentis, seu caput 12, tum de ferramentis medicorum, seu caput 11. Sequitur: *Unde dictus sit Criticus*. Dicitur *Criticus dies*, etc. Sequitur caput 9.

5. Sequitur caput 5, sed plane immutatum, tum de quatuor temporibus anni, de quadrifaria divisione humani corporis, de ætatibus, de quatuor angulis capitis, et de opibus corporis humani, de componentibus oculum, de infirmitatibus oculorum, de cataractis, de sanitate et morbo, et ex quibus fluant, nempe caput 5 ab illis verbis, *sanitas*, usque *phlegmate*, quibus hæc adduntur, *et ex his reguntur sani*, *et ex ipsis redduntur infirmi*; *reguntur sani, si secundum cursum naturæ permanserint; dum amplius extra cursum naturæ evenerit, ægritudines faciunt*.

6. Sequitur de quatuor humoribus et causis denominationum ipsorum, seu idem caput 5, ab illis verbis, *sive autem quatuor*, usque ad capitis finem. Sequitur c. 6, tum c. 7 et 8, sub uno titulo: *De chronicis morbis*. Sequitur epistola Vindiciani Pentadio nepoti suo de natura uniuscujusque corporis. Item epistola de ratione ventris et viscerum, liber Galieni de pulsibus; ejusdem liber de urinis Liber signorum Hippocratis, et epistola Galieni de Phlebotomia.

APPENDIX VI.

Ad lib. V, cap. 36, *Etymologiarum*.

DE INDICTIONE.

Ex Codice Albano.

1. *Indictio* dicta est, quasi *valdedictio*. Octavianus enim Augustus, postquam 512 totum orbem terrarum subjugavit, divisit in partes tres, id est, Europam, Asiam et Africam. Tunc præcepit ut omnis homo per totum orbem terræ, et per tres plagas mundi redderent censum ad supplementum reipublicæ.

2. Hæc dictio prima facta est, ut omne caput exsolveret tributum Cæsari; ab infante VII annorum usque ad senem canum omne caput nummum Cæsari in honorem reipublicæ exsolvebat, quæ dictio prima in Europa quinque annis præcepta est, et quinque annis tributum duebatur in Roma (forte Romam), et urbs Roma illustrabatur lampadibus.

3. Et ille annus *lustrum* dicebatur, de quo Isidorus dicit: *Lustrum quinque annorum tempus dicitur apud Romanos, quia census per quinquennium rei-*

tereæ occurrit quod magnopere notandum videatur.

APP. V, II. 1. In specimen interpolationis Codicis Chisiani hæc quæ de medicina peculiari modo exponuntur indicare voluit. In eo Codice post ultima verba capitis 4 lib. VI *Etymologiarum* sequitur: *Logici rationem*, etc.

4. *De esinamidiis*. Mendosus locus hic videtur. Pro *creticus* reposui *criticus*.

6. Epistola Vindiciani ad Pentadium in aliis quoque veteribus Codicibus mss. occurrit.

APP. VI, II. 1. Quamvis in Codice Albano hoc fragmentum de indictione post cap. 34 lib. I inseratur, locus tamen proprius est ad lib. V, cap. 36. Hæc exarata sunt caractere ejusdem manus ac libri *Etymologiarum*, aut etiam paulo antiquiori. De indictione alii diverso modo sentiunt, qui tantam antiquitatem illi non tribuunt. Confer Ducangium, verb. *Indictio*.

publicæ reddebat (forte *reddebatur*). Unde post *peractum censum urbs Roma illustrabatur*. Sexto vero exigebatur census de Africa, per spatium scilicet quinque annorum, et iterum quinto anno tributum in Roma reddebatur, et *lustrum* nominabatur ille annus.

4. Undecimo anno ibat edictio in Asiam, et per quinque annorum spatia exigebatur census Cæsari, et completis quinque annis, iterum quindecimo anno effundebatur census in arca custodiae Capitolii, et dicebatur ille annus indictio, quia per ter quinque annos ex tribus partibus mundi census exigebatur. Ob hanc causam super quindecim annis indictio non graditur, et completis quindecim annis, alia indictio incipit, de quo Macrobius dicit: *Indictio dicta est reipublicæ exactio*; id est, census totius orbis terrarum in urbe Roma complebatur, et tunc septenis diebus, completis quindecim annis, urbs Roma illustrabatur.

APPENDIX VII.

Ad librum v Etymologiarum, cap. 39.

CONTINUATIO CHRONICI ISIDORIANI,
ex Codice Chisiano.

1. Theodosius, ann. iv. Theotonia gratiam baptismi suscepit. Leo, ann. xvi. **513** Istius tempore corona Græciæ cadit in Italia. Langobardi eam tenebant. Carolus Martellus Gallos expugnavit. Filius ejus Pipinus sedebat cum patre; qui ad petitionem papæ Stephani venit in Italiam, et liberando Ecclesiam, et Romanos a jugo Aistulphi regis Langobardorum, factus est patricius Romanorum.

2. Carolus Magnus, ann. xlvi. Hic ad petitionem papæ Adriani venit in Italiam, et expugnavit Langobardos, et cepit Desiderium regem eorum, et recepit coronam imperii super altare sancti Petri. Deinde cum exercitu copioso properavit in Græciam, ut jus obtineret coronæ; tunc Constantinopolitanus imperator timens eum, pactum cum eo movit, et fecit ut uterque

3. *Isidorus dicit*. Scilicet, cap. 6 libri De natura rerum, sed non iisdem verbis. « Lustrum, ait Isidorus, quinquennii tempus est apud Romanos. Dictum autem lustrum, quia census per quinquennium in republicâ agebatur. Deinde post peractum censum, sacrificio facto, *urbs Roma lustrabatur*. »

4. In Ms. erat *per tot quinque annis*; reposui *per ter quinque annos*. Nec semel in hoc fragmento usus ablativi pro accusativo observatur. Quo loco Macrobius de indictione verba quæ illi tribuuntur protulerit, mihi non occurrit. Antiquiores Latini, ut videntur, *indictionem* vocabant, cum quidpiam extra ordinem ac de novo solvendum publice indicbatur.

APP. VII. n. 1. Chronicon Isidori, hb. vi Etymologiarum insertum, nonnunquam in mss. Codicibus reperitur continuatum post illius tempora, ut in specimine apparet quod ex Codice Christiano profero. In Codice Ottoboniano interpolatum est Chronicon versus finem. *Eraclius xiv imperii sui anno subegit Judæam. Hispani Christiani efficiuntur*, etc. Plura adduntur de restitutione crucis tempore Eraclii, Continuat et desinit: *Anastasius, qui et Arthemius, ann. ii. Theodosius anno uno. Residuum sextæ ætatis tempus soli Deo cognitum est. Explicit septimus* (liber). *Incipit octavus de Veteri et Novo Testamento*. Scilicet alius ordo librorum servatur, ab Edititis diversus. In Codice Ottob. 477 interpolatum quoque est Chronicon, ut: *Diocletianus anno xx. Iste... facit; et primus gemmas vestibus misit. Hujus tempore legio Thebæa interempta est... Christianos in toto orbe persequitur; omnia templa cœlesiarum ad solum destrui præcipit. Postea, Benedictus doctor monachorum claruit... Eraclius ann. xvii agit. Hujus (quinto) et quarto religiosissimi principis Sisbuti Judæi in Hispania Christiani efficiuntur, et Persæ a Romanis vincuntur. v. DCCCLXVI. Item Eraclius eum matre sua,* Continuat usque ad: *Leubrandus rex Lango-*

A vocaretur frater, et communiter haberent imperium.

3. Ludovicus I, ann. xxxvii. Hic multum honoravit Ecclesiam. Lotarius, ann. xv. Tunc Heroldus Danorum rex baptismum suscepit. Gallia sibi regem constituit. Ludovicus II, ann. xvii. Hic terram tenuit usque **514** Tharum, Carolus II, ann. ii. Carolus III, ann. iv. Carolus IV, ann. ii. Isti tres nihil memoriæ dignum gesserunt.

4. Anubous, ann. ii, Arnulphus regnavit ann. vii. Deinde Cendebubous, filius Arnulphi, non legitimus, regnavit ann. i; sed imperii coronam non tulit. Hic legitur percussisse præsulem Agrippinum, seu Coloniensem, fuste. Ludovicus puer. ann. iii, frater de patre ipsius Cendebuboi, et iste fuit ultimus de germine Carolorum.

5. Conradus I regnavit ann. xvi. Hic mare Illyricum et Italicos subjugavit. Henricus I, ann. xvii. Hic voluit ferre coronam imperii. Otho I, ann. xlvi. Hic cum in die sanctæ Paschæ judicasset quemdam militem debere interfici sine prævia ratione, miles condemnatus insiluit super eum, et prosternendo ad terram, suffocasset ipsum, nisi milites regem recollegissent, qui postea militi illi indulsit, et confessus est, quod quia justitiam ei negaverat, juste a Domino hujusmodi contemptionem suscepit.

6. Otho II, ann. xxvi. Hic, dum Italicis pacem, quam eis imposuerat, frangerent, et ad invicem bella moverent, reversus est in Italiam cum furore, et convocatis apud Romam magnatibus et comitibus Italiæ, capita eorum inter fercula sibi jussit exponi. Otho III, imperator, ann. xix. Henricus, II, ann. xvii. Hic dicitur virgo mansisse, et quod mille construxit ecclesias.

7. Conradus II, ann. viii. Henricus III, ann. xvii, Henricus IV, ann. l. Natus in loco qui dicitur *Guebeligner*, et est cognomen omnium Henricorum. Hic, dum Italicos et Germanos nimia feritate urgerent, et

C *bardorum ossa sancti Augustini in Sardinia transtulit in Ticino, et cum magno honore condidit v. DCCCXLIX. Residuum sextæ ætatis tempus Deo soli cognitum est. Chronicon Regioviatic. 112 desinit: d. DCCCIV. Focas, ann. 7. Romani cæduntur a Persis. v. DCCCXXXI. Eraclius, ann. xxvii... Hujus quinto, et quarto religiosissimi principis Sisbuti Judæi in Hispania Christiani efficiuntur. Residuum sextæ ætatis tempus, etc., ad præsentem gloriosum Reecesuinthi principis annum x, qui est æra DCLXVI, (anni) v. DCCCLVII. Codex Regiovat. 1933, in quo litteris Romanis majusculis exaratum est Chronicon, ita habet: Focas, vii. v. DCCCVII. Romani cæduntur a Persis. Eraclius, vii, Decimum agit annum v. DCCCXXXIII. Judæi in Hispania, etc. Reecesuinthi annus x, qui est æra DCLXVI, anni v. DCCCLVII. Cod. Vat. 624: v. DCCCV. Focas, ann. viii. Romani cæduntur a Persis... Eraclius, ann. xxvi. Hujus quinto, etc., in præsentem decimum annum gloriosi Reecesuinthi principis qui est æra DCXCVI, anni v. DCCCXXXII. Palatinus 281: Focas, ann. viii Romani cæduntur a Persis v. DCCCVI... Eraclius ann. xxxii. Hujus quinto, etc. Nihil aliud habet peculiare. Palat. 282: Eraclius, ann. xxvii, etc., usque in annum decimum gloriosi Reecesuinthi, qui est æra DCXCVI, anni v. DCCCLI. Palat. 283. ut Reg. 112, sed æra DCLXVI, anni simul v. DCCCVIII. Urbinas 100: Focas, ann. vii. Romani cæduntur a Persis DCCCI (sic). Gregorius Romanæ urbis pontifex, cujus famæ fulgor totum terrarum orbem penetravit, etc. Multa interseruntur de Britannorum conversione, Desinit: *A pagane pravitate consortio DCCCXXII (sic). Eraclius, ann. xxvii... DCCCXXXII. Urbinas 474: Focas anni viii... v. DCCCVIII. Eraclius, ann. xxvii agit. Judæi, etc., v. DCCCXXXIII... in præsentem annum, qui est æra DCXCVI, anni v. DCCCLVII. Ita lego. In codice. Qui est æra annis 5857696.**

eclesias spoliarent, et venderent, a Gregorio papa VII anathematizatus est, contra quem expugnandum Rodolphus Saxonicus constitutus est imperator, corona imperii sibi transmissa, in qua hic versus fuit inscriptus:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulpho, qui in guerra quam movit occisus est, et sic victor dictus Henricus excommunicatus remansit.

8. Henricus V, filius sup. dicti, ann. xviii. Ille, dum gestaret in Urbe coronam, Rubertus Viscardus, qui tempore turbationis factæ imperio contra Henricum patrem istius cum suis fratribus regnum Siciliae occupaverat, ausus est incendere portam Laterani. Iste Henricus cepit Paschalem papam, qui postea refecit ecclesiam sanctorum quatuor a Ruberto Viscardo destructam.

9. Lotarius de gente Saxonum, qui non fuit de progenie Carolorum, imperat ann. xii. Tunc vit schisma in Ecclesia et imperio; facti sunt duo papæ, Innocentius et Anacletus; et Conradus de semine imperatoris pugnabat contra Lotarium. Rex Rogerius tunc fuit coronatus. Conradus III, de semine Carolorum, patruus Federici imperatoris, ann. xii.

10. Federicus I, imperator, ann. xxxvi, qui destruxit Mediolanum, 515 et discordiam habuit cum Alexandro papa, et mortuus est ultra mare. Henricus VI, ann. xi. Hic recuperavit regnum Siciliae. Otho IV, ann. vii. Hic depositus fuit per Innocentium, et assumptus est Fredericus II, qui nunc imperat.

APPENDIX VIII.

Ad lib. VI, cap. 17. Etymol.

SYNODUS CÆSARIENSIS DE PASCHATE.

1. Post Resurrectionem vel Ascensionem Domini Salvatoris apostoli, quomodo Pascha debeat observari, nihil ordinare potuerunt, quia dispersi per universum mundum fuerant occupati. Cum omnes apostoli ex hoc mundo transissent, per universum orbem diversa erant jejunia, et omnis Gallia unum diem anni, id est, viii Kal. Aprilis Pascha tenebant, dicentes: *Quid nobis est ad lunæ computum cum Judæis facere Pascha?*

2. Sed sicut Domini Natale quocunque die venerit, viii Kal. Januarii, ita et viii Kal. Aprilis, quando resurrectio traditur Christi, debemus Pascha tenere. Orientales vero, sicut historia Eusebii Cæsariensis narrat, quocunque die mensis Martii xiv luna venisset, Pascha celebrabant.

3. In Italia autem alii plenos xl dies jejunabant, alii xx (diversa scriptura marginis xxx), alii dicebant viii diebus, in quibus mundus conditus dicitur, sibi sufficere jejunare. Alii, quia Dominus xl dies jejunasset, illi xl horas abstinere deberent.

4. Cum hæc tales observationes per singulas pro-

10. Fredericus II electus fuit imperator anno 1212. Vide apud Petavium in Rational. tempor. variam fortunam successionis imperii occidentalis.

APP. VIII, n. 1. Ann. Christi 198, aut circiter, concilium Palæstinum, seu Cæsariense habitum fuit, quod auctoritate Victoris Romani pontificis Theophilus Cæsariensis metropolitanus coegit. Ejus fragmentum vere aureum, ut ait Labbeus, exstat apud Bedam de æquinoctio vernali, et inde apud Barouium, et laudatum Labbeum, tom. I Concilior., col. 596. Acta ejusdem concilii non parum diversa ab iis quæ Beda exhibet, conservata sunt in multis antiquissimis exemplaribus Etymologiarum, fortasse ab ipso Isidoro inserta, scilicet in Codice Albanio, in Malatestio recentiori, in Codice 4 archivii Vaticani, et in Ottoboniano 122. Muratorius quoque, tom. III Anecdotor. opus de computo edidit, in quo eadem acta reperiuntur. In Codice 4 archivii Vaticani omittitur prologus. Codex recentior Malatestius, cum Alb. incipit: *Post resurrectionem*, etc. Codex Ottoboniana incipit a verbis: *Cum omnes apostoli*. In Alb.

A vincias tenerentur, id (obscure) Romæ mœror erat sacerdotibus, ut ubi erat una fides, 516 dissonarent jejunia. Tunc papa Victor Romanæ urbis episcopus direxit, ut daret auctoritatem, ad Theophilum Cæsariæ Palæstinæ episcopum, quia tunc in Jerosolyma Cæsarea metropolis dicebatur, ut inde paschalis ordinatio proveniret, ubi Christus in corpore fuisse versatus.

5. Accepta itaque auctoritate Theophilus tantum sibi opus fuisse injunctum, quod in mundi observatione transmitteretur, non solum suæ patriæ, sed et de vicinis provinciis omnes episcopos et sapientes viros ad concilium evocavit. Cumque grandis illa multitudo sacerdotum vel sapientum virorum in omnibus Scripturis erudita, in unum fuisset collecta, tunc protulit Theophilus episcopus auctoritatem ad se directam papæ Victoris, et quid sibi operis esset injunctum patefecit.

6. Tunc pariter omnes dixerunt episcopi: *Primum nobis inquirendum est quomodo in principio mundus fuerit conditus, et cum hoc diligentius fuerit investigatum, tunc poterit ex eo paschalis ordinatio salubriter provenire*. Dixerunt ergo Episcopi: *Quem diem primum credimus creatum in mundo?* Edicunt: *Dominicum*.

7. Theophilus episcopus dixit: *Quomodo potestis probare quod prius Dominicus dies fuerit factus?* responderunt episcopi: *Secundum auctoritatem divinæ Scripturæ: ET FACTUM EST VESPERE, ET MANE DIES PRIMUS. Deinde secundus, deinde tertius, deinde quartus, quintus, sextus, septimus, in quo requievit Deus ab omnibus operibus suis, quem diem Sabbatum appellavit. Cum ergo novissimus sit Sabbatum, quis potest esse prior, nisi Dominicus?* Dicunt: *Sic est, et aliter non est*.

8. Theophilus episcopus dixit: *Eecce de die Dominico, quod primus sit, probastis. De tempore quid vobis videtur? Quatuor autem mundi tempora in anno accipiuntur, Ver, æstas, autumnus, et hiems. Quod ergo tempus ereditis primum factum?* Episcopi responderunt: *Vernum*.

9. Theophilus episcopus dixit. *Probate quod dicitis, Et illi responderunt: Dicente Scriptura: GERMINET TERRA HERBAM FENI SECUNDUM GENUS SUUM, ET LIGNUM FRUCTIFERUM, FACIENS IN SE FRUCTUM. Hæc enim verno tempore videmus fieri*. Dixerunt: *Verum est*.

10. Theophilus episcopus dixit: *Cum tribus mensibus vernum tempus accipitur (forte accipiatur), quo loco mundi caput esse creditur? in principio, an in medio loco, an in fine?* Episcopi responderunt: *In æquinoctio, id est, octavo Kal. Aprilis*. Theophilus dixit: *Probate quod dicitis*. Et illi responderunt: *Dicente Scriptura: ET FECIT DEUS LUCEM, ET LUCEM*

erat quod bene esset. In Malat., quod bene est.

2. In Alb., sicut omisso sed. Ottob. omittit venisset post xiv luna.

3. In Alb. erat celebrabant pro jejunabant. In Ott. concluditur pro conditus dicitur, quanquam hoc ipsum obscurum est in Alb. Cum Ottob. fere facit Malat.

4. Ott.: *Cum ergo talis et tam diversa esset observatio, mœror erat sacerdotum, ut ubi, etc. & x jejunia. Hæc elegit tunc Victor Romanæ urbis episcopus, ut.*

5. Ott. addit spiritualibus post Scripturis.

6. Ottob., responderunt, pro edicunt.

7. Pro Theophilus episcopus dixit Ottob.: *At illi dixerunt*.

8. Ottob.: *De temporibus quid dicitur? Et postea: Quod tempus ereditis primum factum*.

9. Ottob.: *at illi responderunt: Scriptum est. Verba Scripturæ sic refert idem Ottob.: Germinet terra herbam pabuli secundum genus suum, et lignum fructiferum secundum genus ferens fructum*.

10. Ottob.: *Scriptum est, pro: Dicente Scriptura. Ita fere alibi*.

VOCAVIT DIEM. ET FECIT DEUS TENEBRAS, **517** ET TENEBRAS VOCAVIT NOCTEM. ET DIVISIT DEUS INTER LUCEM, ET TENEBRAS ÆQUAS PARTES. Dicunt : *sic est verum.*

11. Theophilus episcopus dixit : *Ecce de die, vel tempore probastis. De luna quid vobis videtur? Quando dicimus fuisse creatam? Crescentem a principio, an plenam, an minuentem?* Episcopi responderunt : *Plenam.*

12. At ille dixit : *Probate quod dicitis.* Episcopi responderunt : *scriptura divina dicente ET FECIT DEUS DUO LUMINARIA MAGNA, ET POSUIT EA IN FIRMAMENTO COELI UT LUCEANT SUPER TERRAM. Ergo ab inchoatione noctis quæ tota nocte luget super terram, non potuit fuisse aliter, nisi plena dicatur. Sic est verum.*

13. Ergo modo quomodo mundum creatum fuisse invenimus? Responderunt : *Die Dominico verno temporis æquinotium, quod est octavo Kal. aprilis, et plenam lunam. Dixerunt : Sicut in principio mundus creatus est, et clementia surgunt, ita per resurrectionem dominicam redemptus est a peccato. Surrexit itaque Dominus noster Jesus Christus die Dominico verno tempore in æquinotio, luna plena per ipsum tantummodo tempus clementia consurgunt.*

14. Dixerunt : *Ecce investigavimus quomodo factus est mundus, vel a peccato redemptus est. Nunc et de observatione Paschæ agendum est. De die Dominico quid vobis videtur?* Episcopi dicunt : *Nunquid potest dies Dominicus præteriri, ut in eo Pascha minime celebretur, qui tot et talibus benedictionibus sit sanctificatus.*

15. Theophilus episcopus dixit : *Quibus aut quantis benedictionibus, apertius dicite, sanctificationibus ejus, asseritis, ut scire possimus.* Episcopi dixerunt : *Prima illi benedictio est quod in ipso tenebræ remote sunt, et lux apparuit.*

16. Secunda illi est benedictio, quod populus Israel ex Ægypto tenebrarum velut per baptismum fontis per mare Rubrum de duro servitio liberatus est. Tertia benedictio est illi, quia in eodem die e caelesti cibo manna hominibus datum est.

518 17. Quarta benedictio est, quia mandat Moyses ad populum, et dicit : *OBSERVATUS VOBIS SIT PRIMUS ET NOVISSIMUS DIES, hoc est, Dominicus, etsabbatum.*

18. Quinta illi benedictio est quia **CXVII** psalmus de resurrectione cantatur, et de passione. Dicit enim : *CIRCUMDANTES CIRCUMDEDERUNT ME ET IN NOMINE*

14. Ott. : *Utrum crescens, an plena, aut (forte an) imminuta fuisset creata?* Episcopi dixerunt, *Plena.*

12. Verba Scripturæ in Ottob. hæc sunt : *Fecit Deus luminare majus in illuminatione diei, luminare minus in inchoatione noctis. In Malat. : Et fecit Deus duo luminaria magna, et posuit ea in firmamento cæli, ut luceant super terram, luminare majus in inchoatione diei, et luminare minus in inchoatione noctis, ut luceant super terram.*

13. Ergo modo, etc. Pro his Ottob. : *Nunc ergo investigabimus quomodo in principio factus fuerit mundus, id est, die Dominico, verno tempore in æquinotio, quod est octavo Kal. aprilis, plena luna. Ergo nunc constat quomodo factum fuisse in principio mundum, sic per resurrectionem Domini a peccato redemptum.*

14. Dixerunt, etc. Ott. : *brevius : Theophilus dixit : Nunc agendum est de ordinatione, quomodo debeamus Pascha tenere. Episcopi dixerunt : Nunquid. etc.*

15. Ott. : *Dixit : Dicite ergo quibus et qualibus benedictionibus cum fuisse sanctificatum, ut scire possimus. Et mox Prima illa, et ita deinceps pro illi.*

16. Ottob. : *Quod de terra Ægypti velut de tenebris peccatorum per fontem baptismatis per mare Rubrum fuerit populus liberatus. Tertia, etc.*

17. Ott. : *Moses mandavit ad populum : sit vobis observatus dies primus, et novissimus.*

18. Ottob. : *Psalmus totus de passione dicit : Cir-*

A DOMINI VINDICABOR IN EIS. CIRCUMDEDERUNT ME, SICUT APES, ET EXARSERUNT, SICUT IGNIS IN SPINIS. *Et interjectis versibus : LAPIDEM QUEM REPROBAVERUNT ÆDIFICANTES, HIC FACTUS EST IN CAPUT ANGULI. Hæc de passione, de resurrectione vero dicit : HÆC EST DIES QUAM FECIT DOMINUS, EXSULTEMUS, ET JUCUNDEMUR IN EA. Et interjectis versibus : CONSTITUTE DIEM FESTUM IN CONFREQUENTATIONE USQUE AD CORNU ALTARIS.*

19. *Sexta illi benedictio est, quod in ipsa Dominus resurrexit. Vides ergo, quia dies resurrectionis Dominicus singulariter in Pascha teneri præcipitur.*

20. Theophilus dixit : *Potest dies et tempus intelligi?* Responderunt episcopi dicentes : *Poterat de tempore intelligi, si non alibi de tempore divina Scriptura præfinisset, dicente Moyse : HIC MENSIS VOBIS ERIT INITIUM MENSIVM, PASCHA FACITE IN EO. Non dixit IN PRIMA DIE MENSIS, AUT DECIMA, AUT ALIA, sed totos xxx dies in pascha sanctificavit.*

B 21. Theophilus dixit : *Qui sunt hi xxx dies?* Episcopi responderunt : *Jam ante diximus, principium mundi esse æquinotium VIII Kal. Aprilis. Ergo a VIII Kal. Aprilis usque ad VIII Kal. Maii hi sunt xxx dies in Pascha sanctificati.*

22. Theophilus episcopus dixit : *Et impium non est ut illi tres dies passionis dominicæ foras terminum excludantur? undecimo enim Kal. Aprilis, feria 5, quod Cænam Domini vocamus, dum cum discipulis suis discubisset, quando et Judæ prædixit quod ab ipso esset traditurus (pro tradendus), quod etiam constat fuisse impletum. Quomodo ergo hi tres dies foras terminum excludantur?*

23. Episcopi dixerunt : *Nulla ratione fieri debet ut tantum sacramentum foras limitem passionis mittatur, sed introducantur hi tres dies in ordine **519** paschali, et de novissimo reducantur. Et ita statutum est in illo concilio, ut nec ante XI Kal. Aprilis, nec post VII Kal. Maii fieri debeat Pascha. De die, vel tempore statutum est.*

C 24. *De luna quid vobis videtur?* Responderunt similiter : *Et de luna præceptum divinum servetur, dicente Moyse : SIT VOBIS OBSERVATUM XXII XIV usque ad XXI Ias ergo septem lunas in Pascha fuisse consecratas.*

25. *Quando ergo intra illum terminum statutum dies Dominicus ex una luna, et his septem convenerit, Pascha nobis visum est celebrare ab XI Kal. Aprilis, usque ad VII Kal. Maii. In istos dies 34 sic debet sanctum*

cumdedere me... sicut apes favum, etc. Alia etiam e sacris litteris addit Ottob.

20. *Sed totos xxx Ottob. : Omnes ergo xxx dies a Domino in Pascha tenenda constat fuisse consecrati (consecratos). Responderunt episcopi : Jam superius dedimus responsum principium mundi, etc.*

21. *Ergo ab VIII. Ottob. : Inde usque VIII Kal. Maii omnes dies Paschæ legimus consecratos.*

22. *Ottob. : Ut passio dominica et tanti mysterium sacramenti foras limitem excludatur? Passus enim est Dominus noster ab XI Kal. Aprilis, qua nocte a Juda est traditus, et VIII resurrexit. Quomodo ergo, etc.*

D 23. *Ottob. : Omnes episcopi... passionis excludatur; sed hi tres dies inducantur intra terminum, et desuper, et de subtus retrahantur. Constitutum ergo est in illa synodo, ut ab XI Kal. Aprilis usque in VII Kal. Maii Pascha deberet observari, et nec ante, nec postea cuicumque limitem transgrediendi sit facultas.*

24. *Fuisse consecratas. Supplendum constat, aut simile aliquid, ut in aliis antiquis monumentis passim accidit. In Malat. expressum est constat.*

25. *Ott. : Intra illum limitem ab XI Kal. Aprilis usque VII Kal. Maii dies Dominicus, et una luna ex his VIII sanctificatis convenerit, Pascha nobis jussum est observare in Christo Jesu Domino nostro, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. AMEN. Hactenus Codex Ottoboniensis exhibet.*

Pascha requirere, et invenire a quarto Nonas Martii, in quarto Nonas Aprilis.

26. *In istos dies xxviii luna nasci, in qua lunatione sanctum Pascha celebretur a xii luna usque xxi. De ista lunatione debet invenire (obscure), quod in sancto Pascha primo die computetur.*

APPENDIX IX.

Ad lib. VI, cap. 19.

DE VARIIS VOCABULIS.

1. *Alleluia* in Latinum sonat *laudate Dominum*; *la* enim unum est de decem nominibus Dei, quæ apud Hebræos habentur. *Amen, vere, sive fideliter. Diapsalma, semper*, id est, quod illa quibus adnectitur sempiterna comprimet, adeo non commutationem metri significat, ut quidam existimant, vel spiritus prophetici refectionem. Sunt etiam qui diapsalma ideo inseri putant, ut ex hoc sive personarum, sive sensuum intelligatur esse conversio. *Osanna, salvifica, sive salvum fac. Osia enim salvifica interpretatur, anna interjectio est deprecantis*; ergo integre dicitur *osianna*, sed dum corripitur, corruptum sonat. *Osanna est sensus salvum fac, ut subaudiatur, vel populum Israel, vel totum mundum.*

2. *Rama, excelsa*. In Evangelio: *Vox in Rama audita est*, id est, in **520** *excelsis*; est tamen et civitas quæ Rama appellatur. *Racha vanus, aut inanis. Rabbi, magister meus*, quod est, *Abba Pater*, et hoc Syrum est. *Man, quid; manna, quid est hoc? Anathema, proditio. Maranatha, Dominus noster venit; Syrum est. Anathemamaranatha, sicut quidam dicunt, proditio in adventum Domini. Mammona, divitiæ.*

3. *Theraphim, figuræ, vel imagines, melius quam incendia. Seraphim, vel Ceruphim, ardentes, vel incendentes, juxta illud: Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem.* Ergo seraphim virtutes in cælis esse confirmant, quæ Dominum laudant, et in ministeria diversa mittuntur. *Cherubim, scientiæ multitudo*; cæterum, cherubim ipsum in sancta sanctorum duo tantum significantur animalia. Aliis vero loeis, ubi hoc nomen legitur, aut picturam aliquam indieat, aut varietatem.

APPENDIX X.

Ad lib. VIII, cap. 5.

In hac Appendice continebatur Indiculus hæresum, cui sequentem fidei professionem subjunxit Arevalus. Huic Indiculo locum opportuniorum inter *Isidoriana*, cap. 86, num. 29 assignavimus, siquidem ibi Muccioli atque Hugonis Menardi præmonitionibus atexitur. *Vide Patrologiæ tom. LXXXI, col. 636.*

PROFESSIO FIDEI.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, et in unum Dominum 535 nostrum Jesum Christum, Filium Dei, et in Spiritum sanctum Deum. Non tres deos, sed Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum unum Deum colimus, et confitemur; non sic unum Deum, quasi solitarium, nec eundem qui ipse sibi Pater sit, ipse et Filius. Sed Patrem esse qui genuit, Filium esse qui genitus est, Spiritum vero sanctum non genitum, neque ingenitum, non creatum, neque factum, sed de Patre et Filio procedentem, Patri, et Filio coæternum, et coæqualem, et cooperatorem. Quia

26. Post verba *primo die computetur* sequitur in Codicibus Etymologiarum: *Pascha autem vocabulum, etc., ut in Excusis.*

APP. IX, n. 1. Hoc fragmentum Bignæus initio suæ Editionis Isidorianæ ex Codice ms. bibliothecæ sancti Dionysii Francorum protulit, quod, ut ait, ad libros Etymologiarum Isidori videtur pertinere. Opportunior autem locus illi assignari non potest, quam caput 19 libri vi. De acclamatione *Hosanna* exstat dissertatio Gallica in Trivultianorum Ephemeridibus, anno 1706, mense Februario.

A. x.— In professione fidei, quam catalogo hære-

A scriptum est: *ET SPIRITU ORIS EJUS OMNIS VIRTUS EORUM. Et alibi: EMITTE SPIRITUM TUUM, ET CREABUNTUR, ET RENOVABIS FACIEM TERRÆ. Ideoque in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti unum confitemur Deum. Quia nomen est potestatis Deus, non proprietatis. Proprium nomen est Patri Pater, et proprium nomen est Filio Filius, et proprium nomen est Spiritui Spiritus sanctus. Et in hac Trinitate unum Deum credimus. Qui ex uno Patre, eo quod est unius cum Patre naturæ, est uniusque substantiæ, et unius potestatis. Pater genuit Filium, non voluntate, nec necessitate, sed natura. Filius ultimo tempore ad nos salvandos, et implendas Scripturas descendit a Patre. Et conceptus est de Spiritu sancto, et natus ex Maria virgine carne, anima, et sensu; hoc est, perfectum suscepit hominem. Non amisit quod erat, sed cepit esse quod non erat. Non Deum mutabilem, sed Deum permanentem, ita tamen ut perfectus in suis sit, et verus in hominis. Nam quod Deus erat, homo natus operatur ut Deus, ut homo moritur, ut Deus resurgit. Qui, devicto imperio diaboli, cum ea carne qua natus est, et passus, et mortuus fuerat, et resurrexit, ascendit ad Patrem, sedetque ad dexteram ejus in gloriam. Qui semper habuit quod habet. In cujus morte et sanguine credimus emundatos nos ab eo, resuscitandosque die novissima in hac carne qua nunc vivimus et habemus; consecuturos ab ipso aut vitam æternam, præmium boni meriti, aut pœnam pro peccatis æterni supplicii recepturos. Hæc lege, hæc retine, huic fidei animam subjuga, Christo Domino; et vitam consequeris, et præmium.*

APPENDIX XI.

Ad lib. IX, cap. 5.

FRAGMENTUM EX VETERI EDITIONE.

1. Hoc loco necessarium est exponere quemadmodum gradus cognationis numerentur. Quia in re in primis admonendi sumus quæ cognationum aliæ supra numerantur, aliæ infra, aliæ ex transverso, quæ etiam a latere dicuntur. Superior cognationes parentum, inferior liberorum. Ex transverso fratrum, sororumve, eorumque qui ex his progenerantur, **536** et consequenter patrui, amitæ, avunculi, materteræ, et superior quidem, et inferior cognatio a primo gradu incipit, at ea quæ ex transverso numerantur, a secundo; primo gradu est supra pater; infra, filius, filia.

2. Secundo supra avus, avia; infra nepos, neptis; ex transverso frater et soror. Tertio supra proavus, proavia; intra, pronepos, proneptis; ex transverso fratris sororisque filius, filia; et consequenter patruus, amita, avunculus, matertera. Patruus est patris frater, quod Græce Πάτριος vocatur. Avunculus est matris frater, quod apud Græcos proprie μητρώος appellatur, et promiscue θετός dicitur. Amita est patris soror, matertera vero est matris soror; utraque θεία, vel apud quosdam τρηθίς appellatur.

3. Quarto gradu supra abavus, abavia; infra, abnepos, abneptis; ex transverso fratris sororisque nepos, neptis; et consequenter patruus magnus, amita magna, id est, avi frater et soror; item avunculus magnus, et matertera magna, id est, aviæ frater et soror. Consobrinus, consobrina, id est, qui,

sum adjungo, nonnulla fortasse correctione indigent, ut, *eo quod est unius cum Patre naturæ, est uniusque substantiæ; et infra: Ut perfectus in suis sit, et verus in hominis.* Pro *consecuturos*, quod Ms. exhibebat, repositi *consecuturos*. Post verba ultima et *præmium* in Ms. additur: *Explicit lib. VIII. Incipiunt capitula lib. IX.*

APP. XI, n. 1. In veteri Editione, sine loco et anno, post verba, *atavi, tritavique vocabulum*, additur fragmentum. *Hoc loco, etc., quod in plerisque aliis deest.* Exstat etiam in Codice Ottoboni. 336, ubi animadvertitur sumptum id esse ex libro Institutionum Justiniani.

2. Nomina Græca corrupta erant, quæ propterea ad

quæve ex fratribus aut sororibus progengerantur, sed quidam recte consobrinos eos proprie putant dici, qui ex duabus sororibus progengerantur, quasi *consobrinos*. Eos vero qui ex duobus fratribus progengerantur, proprie *patruelus* vocari. Si autem ex duobus fratribus sorores nascantur, *sorores patruelus* vocantur. At eos qui ex fratre et sorore progengerantur, *amitinos* proprie dici. Amitæ tuæ filii consobrinum te appellant, tu illos amitinos.

4. Quinto gradu supra atavus, atavia; infra, atnepos, atneptis; ex transverso fratris sororisque pronepos, proneptis; et consequenter propatruus, proamita, id est, proavi frater et soror; proavunculus, promatertera, id est, proaviæ frater et soror; item fratris patruelis sororis patruelis, consobrini et consobrinæ, amitini et amitinae filius, filia; propior sobrinus, sobrina. Hi sunt patruui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius, filia.

5. Sexto gradu sunt supra tritavus, tritavia; infra, trinepos, trineptis; ex transverso fratris sororisque abnepos, abneptis; et consequenter abpatruus, abamita, id est, abavi frater et soror; abavunculus, abmatertera, id est, abaviæ frater et soror. Item sobrini sobrinæque, id est, qui, quæve, ex fratribus, vel sororibus, patruelibus, vel consobrinis, vel amitinis progengerantur.

6. Haec ostendisse sufficiat quemadmodum gradus cognationis numerantur; namque ex his palam est intelligere quemadmodum ulterius quosque gradus numerare debemus. Quippe semper narrata quæque persona gradum adjiciat, vel longe facilius sit respondere quoto quisque gradu sit, quam propria cognationis appellatione quemque denotare. Agnationis gradus eodem modo numerantur; sed cum magis veritas oculata fide quam per aures animis hominum infigitur, ideo necessarium duximus

veram lectionem redegi. Ex Θεός; nonnulli Latine eferunt *Thios*; inde Hispani dicunt *Thio*.

6. In Edito erat *denotari, et numerantur, et infigitur*.

APP. XII, n. 1. De Cod. Pal. 282, ex quo hi versiculi producti sunt, confer Isidoriana, c. 102, n. 43 et 44. Variant exemplaria mss. Etym. in c. 6 lib. IX referendo, et figuris, sive stemmatibus consanguinitatis collocandis. Codex Regiovat. 112, c. 6, omittit verba: *Hæc consanguinitas... gradibus terminaretur*. Mox profert: *Stemma dicuntur ramusculi, etc.* Et post locum figuris destinatum (nam figuræ prætermisæ sunt), inserit verba: *Hæc consanguinitas... gradibus terminaretur*. Illico rubrica: *De conjugis*. Cod. Regiovat. 1953, post finem cap. 6, 30 in hoc Cod. scilicet post verba *germani, germanæ*, est pagina vacua, his solum versiculis ascriptis:

Esse duum voces rerum sibi contrahit omnes,
Ex quibus est primum substantia nomine scitum,
Cujus morte suum mox occidit esse secundum.

Quod si forte cadit, subjecti formula stabit.

Sequitur rubrica: *Item de prædictis affinitatibus: Auctor mei generis, etc.*, cum figuris quadratis. Sequitur: *Stemmata dicuntur ramusculi, etc.*, subjecta figura, cui succedunt verba: *Hæc consanguinitas... gradibus terminaretur. De conjugis, etc.*

In Cod. Vat. 624, post verba, *germani, germanæ*, continuatur: *Auctor mei generis... filius, aut filia. Stemmata dicuntur, etc., ille agnatus, etc.* Sequitur arbor consanguinitatis per circulos distincta, et aliud stemma magno circulo comprehensum. Deinde: *Hoc loco necessarium est exponere, etc.*, ut in append. XI. Inde caput VII: *Vir sexum significat, etc.* In Cod. Pal. 281, post verba *germani, germanæ*, titulus: *Item de prædictis: Hæc consanguinitas... gradibus terminaretur*. Sed indicatur id delendum. Sequitur: *Auctor mei generis, etc., filius, aut filia. Stemmata dicuntur... agnatus, et cætera*. Subjungitur stemma in

post narrationem graduum et eos in præsentī libro inseribi, quatenus possint 537 et ex auribus, et ex oculorum inspectione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci.

APPENDIX XII.

Ad lib. IX *Etymologiarum*, cap. 5.

VERSUS DE AFFINITATE XXI.

Ex Codice Palatino 282.

Sunt fratres primo, sunt cognatique secundo.

538 Tertius agnati gradus est, si jure colati.

Natorum nati sunt in quarto reputati.

Mater cognatos, pater agnatos tibi monstrat.

5. A patre sit proavus, sit avunculus a genitrice.

Amita sit patris, soror est matertera matris.

Hi consobrini sunt, quos genuere sorores.

Hi sunt cognati, quos fratres progenuere.

Ille sororius est, cuiusque soror mea nubit.

10. Ille tibi gener est, cui filia nupsit, at ille,

Cujus habet natam, socer est; fraterque mariti

Levir; nam levir se notat esse virum.

Sponsa, tuus genitor meus est socer, et tua mater

Socrus, sum gener his, tuque mihi nurus es.

15. Sum socer, ille gener, cujus mea filia conjux.

Cujus habes filiam, tibi scito socerum esse vocatum.

Cui sociatus erit frater tuus, hæc tua glos est

Mater ai: nato: Nurus est mihi nunc tua conjux.

Sponsa viro dixit: Frater tuus est mihi levir.

20. Est avus, est proavus, abavus, atavus, tritavusque.

Et sic meus nepos PRO, AB, AT, TRI suscipit

hæc vox.

ALII VERSUS.

Ex Codice Palatino 283, et Ottoboniano 427

Qui frater patris est dictus, patruus tuus hic est.

Qui matris frater, dicendus avunculus hic est.

Quæ patris soror est, amitæ nomen liquet hæc est.

Hic socer est, natam duxisti cujus habendam.

C formam crucis cum titulo: *Quorum figura hæc. Figuræ subjiciuntur verba: Hæc consanguinitas... gradibus terminaretur.*

In Cod. Palat. 282: *Germani, germanæ*, rubrica: *De prædictis affinitatibus. Auctor mei generis... aut filia*. Sequuntur 21 versiculi, quos in hac appendice profero, et subinde stemma in formam crucis, subjectis verbis: *Stemmata dicuntur... ille agnatus et cæteri, quorum figuræ hæc sunt*. Succedit aliud stemma alia forma, et verba: *Hæc consanguinitas, etc.* Cod. Palat. 283: *Germani, germanæ, etc.* Quædam diverso ordine collocat, et desinit: *Ego illi sororis trinepos, aut trineptis*. Illico stemma, et pag. seq. verba: *Stemmata dicuntur... agnatus, et cæteri, quorum figuræ hæc sunt*. Adduntur in contextu versus iidem, atque in Ottob. 427, in hac appendice producti; quibus succedunt verba: *Hæc consanguinitas, etc.*

In Urb. 100: *Germani, germanæ. Hæc consanguinitas... gradibus terminaretur. Auctor mei generis... aut filia. Stemmata dicuntur... Ille avus, ille atavus, et cætera, quorum figuræ hæc esse debent*. Desunt figuræ. In Urb. 479: *Germani, germanæ. De prædictis affinitatibus: Auctor mei generis... aut filia*. Arbor consanguinitatis. Aliud stemma, subjectis verbis: *Hæc consanguinitas, etc.* Sed notatur hæc verba pertinere ad tertium stemma, quod additur in formam circuli.

2. Mendum fortasse est *colati*.

9. Deerat *est*.

13. Addidi *et*, quod desiderabatur post *socer*.

21. Ut ex *avus* fit *abavus, proavus, etc.*, sic ex *nepos* fit *pronepos, abnepos, etc.* Sed quo pacto versus sit reformandus, non video.

ALII VERSUS. 1. De Codice Palatino 283, dixi in Isidorianis, c. 102, n. 43, et de Ottoboniano, c. 105, n. 30.

2. In utroque Codice erat *est pro frater*, quod expuli, ut metro consulerem.

4. In Mss. erat. *Hic sacrum*.

5. Cujus habes natam, socrum tibi scito vocatam. Hic gener huic, natam cui sponsam tradid habendam. Mater ait nato : Nurus est mea, quæ tua conjux. Hic tuus est levir, tua eui dicit soror : Heus vir. Cui sociatus adest frater tuus, hæc tua glos est.
10. Est tibi fratruelis, peperit quem femina fratris. Quem vero genuit patruus tuus, est patruelis.

539 APPENDIX XIII.

Ad lib. IX, *Etymolog.*, cap. 6.

ISIDORUS DE VII GRADIBUS CONSANGUINITATIS.

Ex Cod. *Ottoboniano* 1968.

1. Primo gradu superiori linea continentur pater, mater; inferiori filius, filia, quibus nullæ aliæ personæ junguntur.

2. Secundo gradu continentur superiori linea avus, avia; inferiori nepos, neptis; in transversa frater, soror; quæ personæ duplicantur. Avus enim, et avia tam ex patre quam ex matre accipiuntur; quæ personæ sequentibus quoque gradibus similiter pro substantia earum quæ in secundo gradu subsistunt ipso ordine duplicantur.

3. Istæ personæ in secundo gradu ideo duplices appellantur, quia duo avi et paterni, et materni sunt. Item duo genera nepotum sunt, sive ex filio, sive ex filia procreati. Frater, soror ex transverso veniunt, id est, aut frater patris, aut frater matris, qui aut avunculus, aut patruus nominatur. Qui et ipsi hoc ordine duplicantur.

4. Tertio gradu veniunt supra proavus, proavia; infra, pronepos, proneptis. Ex obliquo fratris sororisque filius, vel filia, patruus, amita, id est, patris frater et soror. Avunculus, matertera, id est, matris frater et soror.

5. Quarto gradu veniunt supra abavus, abavia; infra, abnepos, abneptis; ex obliquo fratris et sororis nepos, neptis, frater patruelis, soror patruelis, id est, patris filius, vel filia.

6. Consobrinus et consobrina, id est, avunculi et materteræ filius, aut filia. Amitinus, amitina, id est, amitæ filius, vel filia. Avunculus magnus, matertera magna, id est, aviæ tam paternæ, quam maternæ frater et soror. Itemque consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur, quibus accrescunt patruus magnus, amita magna, id est, aviæ tam paternæ quam maternæ.

7. Quinto gradu veniunt supra quidem atavus, atavia, infra adnepos, adneptis; ex obliquo fratris et sororis pronepos, proneptis, fratres patruelis, sorores patruelis, amitini, amitinae, consobrini, consobrinae filius 540 vel filia, proconsobrinus, proconsobrina, id est, patris magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius, vel filia, quibus accrescunt propatruus, proamita, proamitini (obscuræ) maternique frater et soror, proavunculus, promatertera: hi sunt proaviæ paternæ maternæque frater et soror. Hæc species nec aliis gradibus quam scripta est, nec aliis vocabulis declarari potest.

7. Verba hujus versus male collocata erant.

App. XIII, n. 1. Apud Gratianum, caus. 35, quæst. 5, can. 6, hæc relata sunt ex Isidoro. In notis observatur desumpta esse ex lib. IX, cap. 5, *Etymolog.*, ex sententiis Julii Pauli, lib. IV, tit. 11, de gradib.; ex Hugone de sancto Victore, p. 11, lib. II, cap. 14; ex Burchardo, lib. VII, e, 28; ex Ivone, p. 9, cap. 64; Panorm., lib. VII, cap. 89; et ex Aniano interprete Pauli. Pleraque certe sunt apud Isidorum, loc. cit.

3. Apud Gratianum: *Quia duo avi sunt, paternus, et maternus. Item, etc.*

6. *Avunculus magnus, matertera, etc.* Transposita hæc sunt apud Gratianum.

7. In Decreto Gratiani *propior consobrinus, propior consobrina*, pro *proconsobrinus, proconsobrina*. Et mox: *propatruus, proamita. Hi sunt proavi paterni, frater et soror, etc.*

A 8. Sexto gradu veniunt supra tritavus, tritavia; infra, trinepos, trineptis; ex obliquo fratris et sororis, abnepos, abneptis, fratris patruelis, et sororis patruelis (sic), amitini, amitinae, consobrini, consobrinae, patris magni, amitæ magnæ; avunculi magni, materteræ magnæ nepos, neptis, propioris consobrini filius, vel filia, qui consobrini filius, vel filia appellantur.

9. Quibus ex latere accrescunt propatruus, proamita, proavunculus, promaterteræ filius, vel filia; adpatruus, adamita: hi sunt avi paterni frater et soror. Abavunculus, abmatertera: hi sunt abaviæ paternæ maternæque frater et soror, abavique materni. Hi quoque explanari amplius non possunt quam ipse auctor disseruit.

10. Septimo gradu qui sunt cognati recta linea, supra infraque, propriis nominibus non appellantur; sed ex transversa linea continentur fratris sororis adnepos, adneptis, consobrini filii filiaque. Successionis idcirco gradus VII constituti sunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inveniri, nec vita succedentibus prorogari potest. In his VII gradibus omnia propinquitalum nomina continentur, ultra quos affinitas inveniri non potest, nec successio amplius propagari.

APPENDIX XIV.

Fragmenta ex Codicibus Toletanis, et aliis.

PRIMUM FRAGMENTUM.

Ex Gothicis Toletanis Codicibus, et veteribus Editionibus, lib. II *Etymologiarum*, cap. 29 a nostra editione diversum.

1. Decima species ipsius definitionis est quam Græci κατ' ἔλλειπὲς πλήρους ἑμοίου γένους, Latini per indigentiam pleni ex eodem genere dicunt, ut si quæretur: 541 *Quid sit thesis?* respondeatur: *Cui vis deest ut sit ars.* Undecima species definitionis est, quam Græci κατ' ἀναλογίαν Latini juxta rationem [Al., proportionem] dicunt, ut si quæretur: *Quid sit animal?* respondeatur: *ut homo.* Rem enim quæsitam prædictum declaravit exemplum. Hoc est autem proprium definitionis, quid sit illud quod quæritur declarare.

C 2. Duodecima species definitionis est quam Græci κατ' ἐπαιδὸν vocant, id est, per laudem, ut Tullius pro Cluentio: *Lex est mens, et consilium, et animus, et sententia civitatis.* Et alter: *Pax est tranquilla libertas.* Fit et per vituperationem, quam Græci ψόγον vocant, ut *servitus est postremum omnium malorum, non modo bello, sed morte quoque repellenda.* Tertia decima species definitionis est, quam Græci κατὰ τὸ πρὸς τι, Latini ad aliquid vocant, ut est illud: *Pater est cui est filius. Dominus est cui est servus.* Quarta decima species definitionis est κατὰ τὸν ὄρον, Latine generalis. Cicero in Rhetoricis: *Genus est quod plures amplectitur partes. Item pars est quæ subest generi.*

3. Quinta decima species definitionis est quam Græci κατ' ἀτισιολογίαν, Latini secundum rei rationem vocant: *Dies est sol supra terras, nox est sol sub terris.* Seire autem debemus prædictas species definitionum topicis merito esse sociatas, quoniam inter

D 9 Ibid.: *Hæc quoque explanari amplius non potest, quam ut auctor (Anianus) ipse disseruit.*

10. Gratianus addidit: *De gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, quot sint, quomodo computandi, quibus etiam appellantur nominibus, auctoritate Isidori atque Gregorii, et Alexandri, sufficienter monstratum est.*

App. XIV, n. 1. Hæc decima quarta Appendix ex additionibus potissimum constat, quæ in Toletanis antiquis exemplaribus immistæ, sive interpolatæ sunt; nisi eredere malis ejusmodi quædam fragmenta ex Isidori manu esse, qui plurimos *Etymologiarum* titulos seorsum edidit, ac fortasse nonnihil diversos ab eis qui in plerisque *Etymologiarum* exemplaribus reperiuntur. Primum fragmentum exhibetur ut diversus ordo definitionum ab eo quem Grialius prætulit præ oculis haberi possit.

quædam argumenta sunt positæ, et nonnullis locis commemorantur in topicis. Nunc autem ad Topica veniamus, quæ sunt argumentorum sedes, fontes sensuum, et origines dictionum.

SECUNDUM FRAGMENTUM.

Ex vetustissimo Codice Toletano, cap. 6 libri III *Ety-mologiarum.*

4. Omnis numerus *primus*, aut *o*, secundum se consideratur. *Secundus* aut ad aliquid 1. Iste dividitur sic. I. Alii sunt æquales, alii inæquales II. Sed dividitur sic. A quatuor quater, a quinque quinquies, et ab aliis... Et alium unum, qui quarta pars esse dicitur quaternarii numeri, et cæteri tales. Subsuperparticularis numerus est minor, qui continetur in fortiori numero cum alia una parte sua, aut media, aut tertia, aut quarta, aut quinta, ut, verbi gratia, II ad III, III ad IIII, ad IIII, et cæteri. Superpartiens numerus.

5. Et alias partes ejus quatuor. Superpartiens numerus est, qui... Multiplex superparticularis... ut, verbi gratia, quinque ad tres, dum comparati fuerint, continentur in se bis bini quatuor, et unam partem ejus... bis quaterni octo, et unam partem ejus. Submultiplex subsuperparticularis numerus est, qui dum ad fortiorem sibi numerum comparatus fuerit, continet cum **5:12** multipliciter cum alia una parte sua, ut, verbi gratia, duo ad quinque dum comparati fuerint, continentur ab eo bis cum una parte sui. Multiplex superpartionalis numerus est... duabus partibus ejus, XIII ad XVI, dum comparati fuerint... sedecim ad quatuor, dum comparati fuerint, continentur cum bis cum aliis duabus partibus ejus. XXII ad VII, dum comparati fuerint, intra se bis octo cum aliis tribus partibus.

6. Tribus partibus ejus submultiplex subsuperpartionalis numerus est, qui dum ad fortiorem sibi comparatus fuerit, continetur ab eo multipliciter cum aliquibus partibus suis; ut, verbi gratia, tres ad octo continentur bis cum duabus partibus suis, quatuor ad XI continentur bis cum tribus partibus suis.

TERTIUM FRAGMENTUM.

Ex secundo Codice Gothico Toletano, cap. 7 lib. III *Ety-mologiarum.*

7. Superficialis numerus est qui non solum longitudine, sed et latitudine continetur, ut trigonus, quadratus, quinqueangularis, vel circulatus numeri, et cæteri, qui semper in plano pede, id est, superficie continentur. Trigonus numerus ita. Quadratus numerus ita. Quinqueangularis ita. Circularis numerus est ita, qui dum simili multiplicatus fuerit a se inchoans, ad se convertitur, ut, verbi gratia, *quinquies*, *quini*, *sexies*, *quinquies*, et ita; et ita.

8. Solidus numerus est qui longitudine et altitudine continetur, ut sunt pyramides, qui in modum flammæ consurgunt, ita. Cubus, ut sunt tesserae, ita

4. Magna est varietas in divisione numeri repræsentanda, cum alia exemplaria alio modo referant. Specimen hujus discrepantiæ ex primo Codice Toletano, qui antiquissimus est, sisto; eidem ferme concinit alter Codex. Toletanus Gothicus etiam, quamvis non ita antiquus. Uterque Codex eodem modo habet, aut *o secundum se*, etc., quod non facile est assequi. Ubi autem Codices cum Editione Grialiana ac nostra consentiunt, series sermonis non continuatur. Neque in mendis, aut locis obscuris corrigendis immorari vacat.

7. Figuræ numerorum paulo aliter in Codice secundo Toletano explicatæ sunt, ac in nostra Editione. Figuræ ipsæ ex Codice in ære incisæ exhibentur ad pag. 130. *Trigonus* numerus est fig. 1. *Quadratus* fig. 2. *Quinqueangularis* fig. 3; sed non videtur recte in Ms. expressus. *Circularis* numeri figura prætermissa est in Ms.; sed in explicatione additur alia figura diversa notata num. 5. *Solidus* numerus fig. 5. *Cubus*, qui in Ms. dicitur *cibus*, fig. 6. *Sphæra* fig. 7.

A *Sphæra*, quibus est æqualis undique rotunditas, ita Sphæricus autem numerus est, qui, a circulato numero multiplicatus, a se inchoat, et in se convertitur. *Quinquies quini*, *bisquinquies*. Hic circulus, dum in se ipsum multiplicatus fuerit, facit sphæram, id est, quinquies xxv, cxxv.

9. Inter arithmeticeam autem et geometricam, et musicam, hoc interest. Ut medium invenias in arithmeticeam, primo sic quæris: jungis extrema, et dividis, et facis medium, ut puta, fac extrema esse VI et XII; simul jungis, et faciunt X et VIII; partiris media, et facis RX, quod est analogicum arithmeticeæ, ut medium quot monadibus superat primum, his superetur ab extremo. Superant enim novem sex tribus monadibus, his superatur a duodecim. Secundum geometriam vero ita quæris, extrema multiplicata tantum faciunt quantum et media duplicata, ut puta sex et duodecim multiplicata faciunt septuagies dipondios, media VIII et IX multiplicata tantumdem faciunt.

B 10. Secundum musicam ita: quot partes superat medium primum, eadem parte **5:13** superatur medium ab extremo, ut puta, VI et VIII duabus partibus superant, quæ duæ partes tertia media octus (sic) superatur ab ultima nona figuras solidas. Planæ figuræ sunt, quæ longitudine et latitudine continentur. Quæ sunt juxta Platonem numero quinquæ. Numerabilis magnitudo est quæ numeris arithmeticeæ dividi potest. Magnitudines rationales sunt quorum mensuræ quantitas cognita non habetur.

De figuris.

11. Figuræ solidæ sunt quæ longitudine, latitudine et altitudine continentur, ut est cubus. Hujus species quinque in plano, quarum prima *circulus* est figura plana, quæ vocatur circumducta, cujus in medio punctus est, quo cuncta convergunt, quod centrum geometriæ vocatur. Latini circuli punctum nuncupant.

12. *Quadrilatera* figura est in plano, quadrata figura est in plano quadrata, quæ subter quatuor rectis lineis jacet plano pede. *Danatheton* *grammon* figura plana plano pede. *Orthogonium*, id est, rectianguli figura plana, est enim triangulum rectum.

C 13. *Isopleros* figura plana recta, et subter constituta plano pede. *Sphæra* est figura in rotundum formata, partibus cunctis æqualis in solidum. *Cubus* est figura solida quæ longitudine et latitudine continetur in solidum.

14. *Cylindrus* est figura quadrata habens superius semicirculum. *Conon* figura quæ ab amplo in angustum finit, sicut orthogonium. *Pyramis* est figura quæ in modum ignis ab amplo in acumen surgit. Ignis enim apud Græcos *pyr* appellatur.

15. Sic autem infra decem omnis est numerus, ita et intra huic circulum omnium figurarum concluditur ambitus.

9. Hæc pertinent ad caput 8 ejusdem libri III *Ety-mologiarum.*

D 11. Hæc respondent capiti 12 libri III, quod est de figuris geometriæ. *Circulus*, ut in Codice pingitur, in tabula est num. 8, in cujus medio Codex notat, *id est circulus*, quod simili quoque modo tabula repræsentat, ut in sequentibus figuris.

12. *Quadrilatera* figura num. 9. *Danatheton* *grammon*, sive ut alii scribunt, *Dianatheton* n. 10. *Orthogonium* n. 11. In Ms. erat *rectianguli figura plena*.

13. *Isopleros*, sive, ut alii habent, *Isopleuros* num. 12. *Sphæra* num. 13. *Cubus* num. 14. In Codice legitur, *continetur in solibum in solidum*; sed fortasse in *solidum* correctio est præcedentis in *solibum*. In Excusis in *solidum* tribuitur cylindro; de cujus definitione dubitabat Grialius. Confer notam.

14. *Cylindrum* n. 15. *Conon*. n. 16. *Pyramis* n. 17.

15. *Hunc circulum*, sc. qui n. 18 exprim.; sed verba *ambitus omnium figurarum*, in fig. Cod. non sunt

16. Prima autem figura hujus artis *punctus* est, A
cujus pars nulla est. Secunda *linea* præter latitudi-
nem longitudo. *Recta linea* est quæ per ex æquo in
suis punctis jacet. *Superficies* vero quod longitudes
et latitudes solas habet. Superficies vero fines lineæ
sunt. Quorum formæ ideo in superioribus decem
figuris positæ non sunt, quia inter eas inveniuntur.

544 17. Numeros autem secundum geometriam
ita quæris. Extrema quippe ejus multiplicata tantum
faciunt quantum et media duplicata, ut puta VI et
XII multiplicata septuagies faciunt dipondios; media
octo et novem multiplicata tantumdem faciunt.

Expositio figurarum. Ex duobus Codicibus Toletanis.

18. Alia ratio in motu stellarum similiter octo figu-
ris colligitur; aut quod diametra sint, aut quadrata,
aut trigona, aut hexagona, aut asyndeta, aut simul,
aut circumferens, id est, sufferens, aut circumfertur.

19. *Diametra* sunt quando quinque signa inter-
sunt. *Tetragona*, quando duo. *Hexagona*, quando
unum. *Asyndeton*, quando nullum; *simul*, quando in
eadem particula sunt. *Superferens*, quando supervenit,
aut actum facit. *Superfertur*, quando antecedit.
Trigona, quando tria media. Item secundum ratio-
nem aliam sunt octo differentiæ, id est, *signum*, *par-
tes*, *fines*, *conventu*, *retrogradus*, an *recto itinere*,
latitudo et longitudo.

Ratio interioris formæ.

20. Posset hujus loci talis quæstio nasci, cum in
ordine numeri prius VIII sint, hinc prius novem po-
suit, cum in ratione arithmeticæ, vel geometriæ,
plus sunt VIII quam IX; VIII enim vicibus est, vel soli-
dum, id est, corpus, quod (al. *quo*) plus invenire
non potest, IX vero superficies sunt, id est, res quæ
plena non est, sed indigeat perfectione. Hic duo
cubi, id est, duæ soliditates, hoc modo inveniuntur.

21. Senarius primus perfectus est, dividitur enim
paribus numeris sic. 545 Sexta per has in tertia
per dipondios ter bini sex. In dimidium, id est,
bis tertiis sex. Aliud quod ita dividat per pares
numeros, non invenies, quod proposito conveniens
sit inter primum ordinem, id est, X. Quapropter
primum perfectum numerum cum primo
versu multiplicans sexies IX, LIV, IX, novies seni LIV.
Facitque materia, tot partes habuisse cognoscitur,
non immerito duobus, quibus habet unum in tali

16. Confer caput. 13, cit. lib. III. In Editis est in
superioribus figuris, omisso decem. Superiores decem
figuræ sunt circulus, et sequentes. Ambitus omnium
figurarum comprehendit has decem, sed extra earum
numerum est.

17. Pro *septuagies dipondios* in Editis est LXXII.

18. Hæc omnino absunt ab Editis. Inscriptio in
Mss. est: *Expositio figurarum infrascriptarum*, vel
mendose *infrascripturarum*. Fortasse legendum, *id
est, aut super ferens, aut circumfertur*.

19. Pro *particula* alia lectio est *partiuncula*. In Co-
dice ita collocatæ sunt figuræ, ut primo loco sit *te-
tragona*, secundo *hexagona*, tertio *asyndeton*, quarto
trigona, quinto *diametra*. In tabula ærea hæ figuræ
suis nominibus distinctæ sunt, ut in Cod. ms., scilicet
n. 19, 20, 21, 22, 23. Sequuntur aliæ septem
figuræ sine certis nominibus, quæ expressæ sunt in
fabula num. 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30. Post figuram
n. 27 hæc est nota: *Secundum Porphyrium et Platonem
ita hæc formula exponitur*; et subjicitur
figura, in nostra tabula num. 30 distincta. Post hæc
figuram 30 alia subjungitur nota: *In plano pede
sic medium, et extrema jungantur ad numerum
XXVII*. Sed in figura expressus est numerus XXVI, ut
in nostra tabula; sed verior videtur num. XXVII.

20. Post quinque figuras modo dictas, scilicet, 24, 25,
26, 27, 30 (nam hoc ordine sunt in Cod.), sequitur
titulus: *Ratio interioris formæ. Posset, etc.* Pro *hinc*

ordine: I, II, III, IV, IX, VIII, alius simul XXII.

QUARTUM FRAGMENTUM.

*Ex Codice vetustiore Cæsenate ad lib. v. Etymologia-
logiarum, cap. 6.*

22. Lib. xv. Constitutionum, tit. 2, cap. 12. Impe-
rators Valens et Martianus Augusti Palladio P. P.
privilegia, quæ gentilibus constitutionibus universis
sacro sanctis ecclesiis orthodoxæ religionis, quæ Petro
principes profitentur, firma et illibata in perpetuum
decernimus custodiri. Dato pridie Idus novembris.

23. Lib. II ejusdem constitutionis 43, cap. 12. Im-
peratores Honorius, et Theodosius Augusti, etc. Colo-
nos nunquam fiscalium nomine debitorum ullius exac-
toris pulset intentio; quos ita glebis inhæerere percipi-
mus, ut ne puncto quidem temporis debeant amoveri.

Ad caput 14 ejusdem libri.

24. Omnes tam masculi, quam feminæ decedentes,
si unum habeant filium; tertiam partem ei relinquunt
falcidiæ nomine. Eodem jure tenente, si duos, vel
tres, vel quatuor habeant.

Ad caput 24 ejusdem libri.

25. Præjudicium possessioni invito vel in seio do-
mino imponi non posse, et jure, et legum auctori-
tibus decantatur. Si coloni, quos bona fide quisque
possederit, ad alios fugæ vitio transeuntes, necessita-
tem conditionis propriam declinare tentaverint, bonæ
fidei possessori primum oportet celeri reformatione
succurri, et tunc causa originis et proprietatis agitari;
originarios colonos nullis privilegiis, nulla dignitate,
nulla 546 census auctoritate excusari præcipimus,
sed amputatis omnibus quæ aliquoties per gratiam
sunt elicitæ, domino, vel fundo, esse reddendos.

QUINTUM FRAGMENTUM.

*Ex Codice 1 Toletano. Additio ad cap. 18 lib. VI.
Etymologiarum. De Festis diebus.*

In veteri lege isti sunt.

26. Beatissimus Hieronymus in commentariis Za-
chariæ ita sic dicit: *Festi autem dies in veteri lege
isti sunt: Dies Azymorum phase quarta: decima
die mensis primi est, quando luna plenissima ab
ejecto fermento agnus immolatur.*

27. *Dies Pentecosten est, in quo verticem montis
Sina lex data est Moysi, et in qua de frugibus pri-
mis panes offerebant propositionis.*

28. *Dies Sabbatorum est, in quo otium celebratur in
prius, al. hic prius. Pro vicibus, al. cubus forte bicubus.*

21. In Ms., *bis ternis sexis*; forte, *sexies*. Ibid., *non
invenies*; al. omitt. *non* Ibid., *quod a proposito*; præ-
termisi a. Pro *facitque* conjectura Burriellii, seu
Bayeri, est *fac itaque*. Ibid., *duobus*, etc. Al., *duos*,
quibus unum ordine primum. Post verba, *alius simul
XXVII*, sunt duæ figuræ, quas tabula nostra exhibet
n. 28 et 29. Sequitur in Codice Toletano antiquiori
I. C. figura, quæ paginam implet, et ad caput se-
quens 15 de musica pertinet. Initio paginæ leguntur
hæc verba: *Secundum aliquos, qui hanc rationem per
labdo idem exponunt*. Exhibuimus hanc figuram pag.
135. In Codice recentiori Toletano, qui cæteras li-
guras simili fere modo refert, prætermissa fuit hæc
magna figura de re musica, sed locus vacuus pro ea
relictus fuit; et nota hæc apponitur, ad idem argu-
mentum spectans: *Per rationem musicam ita fit, ut
aut septem mensuum nati, aut novem vivere possint,
VIII nunquam, quoniam in VII, vel IX, omnes inveniun-
tur symphonice, quibus integris firmæ stabilitatis
res sunt. Quinques cum senario multiplicatus et
septimanum facit, et novem mensuum. Ita quin-
quies seni XXX. Hoc septies ducens facis septimanum,
et novies facis novem mensium.*

Num. 23. Hæc adjuncta sunt vetustissimo Codici
Cæsenate ad cit. loc. Etymologiarum. Sed multa aut
legi in Codice non poterant, aut ab amanuensi intel-
lecta non sunt.

lege, et in quo manna in deserto non licebat colligere. **A** 29. Dies Neomeniarum celebratione novæ lunæ. Semper enim Judæi in mensium principio, hoc est, prima luna, diem festum agebant, sed idcirco in principio mensis hoc faciebant, quia, deficiente luna, tempus finitur, et iterum nascente incipitur.

30. Dies Tubarum, septimi mensis principium est, quando Judæi solemnitatem agentes, ad quam tuba caneant, et plurima offerebant sacrificia, quam per singulos menses.

31. Dies Scenopegiæ est mense septimo quintodecima die mensis, in quo tabernaculorum solemnitatem veteres celebrabant. Scenopegia enim tabernacula interpretantur.

32. Dies Jejuniarum quarto mense Julio est, septimo decimo ejusdem mensis die, quando Moyses, descendens de monte, tabulas legis confregit, et in eo etiam die et Nabuchodonosor urbis Jerusalem muros primus destruxit.

Num. 26. Antiquissimus Codex toletanus hæc addit libro vi, quæ a nobis omnino omitti non debuerunt.

33. Dies Jejuniarum quinto in mense Augusto est, quando propter (sic) speculatoribus ad terram sanctam missis seditio in castris Hebræorum exorta est. Factum est ut per desertum quadraginta annis laboriosè discurrerent, et in eremo omnes perirent. Siquidem et in eo mense a Nabuchodonosor, et multo post tempore a Cæsare Tito templum eversum est, atque succensum, et in opprobrium gentis perditæ exaratum.

34. Dies Jejuniarum septimi in mense octavo est, qui appellatur October, in quo occisus est Godolias, et reliqui, qui erant in Jerusalem interfecti sunt, juxta quod loquitur Jeremias. Dies Jejuniarum decimi est mense decimo, qui apud nos Januarius vocatur, quando cognoverunt cuncti in Babylone capti, in quinto mense templum fuisse eversum, et fecerunt planctum, atque jejunium. Hæc beatus Hieronymus in commentariis Zachariæ.

Num. 32. In Ms. quarti mense.

Num. 33. In Ms. jejunium quinti.

Pars secunda.

AD ETYMOLOGIARUM DECEM POSTERIORES LIBROS IN AREVALI VOLUMINE QUARTO CONTENTOS.

520 APPENDIX XV.

Ad lib. *Etymologiarum*, cap. 1 Ex Codice Regio-vaticano 1850.

CAPUT II.

De situ et habitu corporis humani.

1. Stare, homines in fide consistere significat, ut in Apostolo: *Stare in fide* (I Cor. xvi, 13). Ambulare, ad Dominum tendere, ut in Psalmis: *Et ambulabam in latitudine* (Psalm. cxviii, 45). Sedere, in Deo humiliter requiescere, ut in Evangelio: *Vos autem sedete in civitate* (Luc. xxiv, 49), et in (libris) Regum de Davide: *Seditque coram Domino* (II Reg. vii, 18). Jacere autem, viliis ac tentationibus succumbere; unde legitur in Evangelio: *Et invenit eam jacentem in lecto* (Marc. vii, 30). Currere, in operibus bonis præparari; in Apostolo: *Sic currite, ut comprehendatis* (I Cor. ix, 24). Et in malam partem: *Pedes eorum ad malum currunt* (Proverb. i, 16).

2. Ascensus, profectus in Dominum; in Psalmis: *Ascensus in corde suo disposuit* (Psalm. lxxxiii, 6). Et in Exodo: *Ad mare ascenderunt filii Israel de Ægypto* (Exod. xiii, 18). Item in malam partem, ascensus, superbæ præsumptio; in Evangelio: *Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est, et latro* (Joan. x, 1). Descensus, defectus a Deo: in Evangelio: *Homo quidam descendebat a Jerusalem in Jericho* (Luc. x, 30). Et in Isaia: *Væ qui ascendistis equos, ut descendatis in Ægyptum* (Isai. xxx, 2).

CAPUT III.

Quomodo humana membra ascribuntur diabolo.

3. Sciendum vero est quod membra hominis et humani actus diabolo ascribuntur, non secundum historiam, sed secundum allegoriam accipienda sunt, quia in multis locis sacræ Scripturæ hujusmodi species inveniuntur. Nam caput omnium malorum diabolus est; unde legitur in Habacuc: *Percussisti ca-*

CAP. III. N. 1. *Calculatores*. Adde Pignorium, de Servis, pag. 164, qui ex Augustino, l. I Confess., c. 13, profert hæc verba: *Illas primas, ubi legero, et scribere, et numerare discitur*. Semlerus mallet, *litteraturam pro litterationem*; sed *litterationem* habet non solum Augustinus, sed etiam Martianus Capella, l. III, paulo post initium: *Hincque mihi Romulus litteraturæ nomen ascripsit, quamvis infantem me litterationem voluerit nuncupare*. Vide etiam notas ad Glossarium Isidorianum, verb. *Magister ludi, calculo*. Grialius edidit *introducunt*, melius quam alii Excusi *introducuntur*; sermo enim est de litteris, quæ verba per oculos introducunt.

N. 4. *Apud illos alph*. Grialius, *idem apud Latinos* A. Reposui cum aliis *inde*. Legi etiam posset *id est*; nam *idem et id est* in Mss. sæpe confusa sunt.

N. 5. *Hebræorum lit*. Versus de inventoribus litterarum, quos Crinitus refert, exstant inter carmina sancti Eugenii Toletani, part. I, carm. 21, et in tractatu 1 de grammatica sancti Juliani Toletani. Vide etiam Anthologiam latinam Burmanni et t. IV, Pisauensis. Edit. Poetar. Latin., ubi diverso ordine versus collocantur, sed ita ut cætera consentiant. De inven-

B toribus litterarum multi agunt, quorum nonnullos recenset Fabricius in Bibliogr. Antiq., c. 21, N. 11, ubi versus, quos dixi, Eugenii Toletani Ennodio Ticinensi attribuit; sed eos ego inter Ennodii carmina non reperio.

N. 6. *Phæniceo colore*. Rubro. Ovidius, l. I Trist., eleg. 1, v. 7:

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Vide Bochartum, Geogr. Sacr. Chan., 1, 20.

N. 7. Reposui *diduxit* pro *deduxit* apud Grialium et alios. Nonnulli dicunt *v* non a Pythagora, sed a Palamede inventum. Plura de his videri possunt in not. Munkerii ad Hyginum, f. 277.

N. 8. Similes locutiones per infinitivum passim occurrunt apud Isidorum, præsertim in Mss.: *Quinque autem esse*, etc., quia, ut ego puto, per litterarum compendia auctoris nomen, qui id tradidit, ascripsit, quod a librariis postmodum neglectum, vel non intellectum fuit.

C N. 9. *T figuram demonstrans dominicæ crucis*. Verba Ezechielis in Vulgata sunt: *Et dixit Dominus ad eum: Transi per mediam civitatem in medio Jerusalem; et signa tau super frontes virorum gementium et dolentium*. De significatione litteræ tau plura congesti in Prudentianis, c. 20. Addere poteris alia ex Editione PP. Apostolicæ. Cotelerii, eum not., t. I, p. 29, Antuerpiæ, 1698. Scribendum est *tau*, non *thau*, ut in Editione Grialii, et in nonnullis bibliis.

N. 11. *Sed sola verba componunt*. Apud Grialium desinit caput, *verba componunt*; sed non puto omnino omittenda esse ea quæ in vetustissimis Mss. etiam nostris reperiuntur. Confer. not. Semleri. De littera *x*, notandus Ausonii versus, idyll. 12, de litteris:

In Latio numerus denarius Argolicum x.

CAP. IV. N. 8. *Eadem et digamm*. Non est omitenda Vulcanii annotatio ad hunc locum: *Cur v digamma vocetur, ex pronuntiatione Germanica constat, qui* (forte, quæ) *v ut f, pronuntiat, quod duplici gamma constat*. Atque hinc etiam intelligitur, cur in multis Mss. præsertim Gothiis sæpe *v* pro *f* reperiat, ut *veritas* pro *feritas*, etc.

N. 14. *X littera*. De antiquitate litteræ *x* conferendus quoque Matthæus Ægyptius in explicatione senatus-consulti de Bæchanalibus ad verbum *Exdicendum*. Verba *Et digne*, etc., de quibus Grialius, exstant etiam in duobus mss. Codicibus Toletanis optimæ note, quorum variæ lectiones ad me transmissæ sunt, ut in Isidorianis, c. 107, n. 32 et seqq., monui.

N. 15. Tobias Guttherlethus, de Saliis, c. 26, ex Velio Longo, refert *x* inveniri in carmine Saliari. Id si verum est, addit, falsus est Isidorus. Sed advertendum, Isidorum loqui de communi usu scribendi, cui contraria paucorum exempla non refragantur.

CAP. VII. N. 27. *Secunda pars nom*. In nonnullis

Mss. titulus est, *Secunda pars nominis comparatio.*

N. 33. *Diptota, ut Juppiter.* Grialius inficiatur *Juppiter* varietates duas habere. At Isidorus auctoritate Prisciani se tuetur, qui lib. 6, p. 695, Edit. Putsch., ait *Juppiter* habere genitivum proprium *Jupititeris*, vel *Jupitris*; nam *Jovis* est ab antiquo nominativo *Jovis*. Hodie hic tantum genitivus *Jovis* in usu est.

CAP. IX. N. 1. Quædam de perfecta forma leguntur in Impressis, ut ait Grialius (*Vid. Grial. ibi, not.*); sed inf. n. 3, post verba *quid agamus*, ut ex variis lectionibus animadvertes.

CAP. X. N. 1. *Accedat.* Grialius cum aliis impressis edidit *accidat*; et in Mss. quidem sæpe *i pro e*, ut contra *e pro i* reperitur. Hoc loco malo cum Semlero *accedat*; nam verbo adverbium verius *accedit* quam *accidit*.

CAP. XIII. N. 1. *Loquelaes.* Loquelaes etiam has præpositiones vocat Julianus Toletanus in opere quod nunc editur de Grammatica, ubi multa ex Isidoro sumit, sed et illustrat.

CAP. XIV. N. 1. *Ab exsultante vah.* De interjectione *vah* confer Semleri notas. Conjici potest Isidorum scripsisse *ab insultante, vah*, ex Hieronymo, epist. 20, ad Damas. : *In lingua Latina habemus interjectiones quasdam, ut in insultando dicamus VAH, et in admirando PAPA, et in dolendo HEI.* Sed lectioni Vulgatæ favet locus Augustini a Grialio prolatus, et exempla quædam, quæ afferri solent ex Terentio. Adde Augustinum, tract. 51 in Joannem, quem locum fortasse Grialius innuere voluit; nam verba eadem videntur.

CAP. XVII. N. 2. *Pyrrichius.* Meursius, de Saltat. veter., advertit Servium ludum *pyrrichiam* cum ludo *troja* confudisse, quod ex Capella et ex hoc Isidori loco colligit. Multi putant *pyrrichiam* dictam a *Pyrricho* Cretense, qui primus docuit Cretenses saltare sub armis ad *pyrrichii* pedis sonum.

N. 13. *Ad celeuma eanentium.* Communior scribendi ratio est *proceleusmaticus*, ut *celeusma*; sed et *celeuma* in optimis veteribus libris reperitur, et Julianus Toletanus in opere de grammatica *proceleusmaticus* quoque dixit.

N. 26. *Insulæ... Achates.* Correxì Editionem Grialii depravatam commutatis litteris, *insulæes, Achat pro insulæ, Achates.*

N. 30. *Metra pedib. accidunt.* In Cod. veteri Regiovat. 212 est opusculum Isidoro tributum hac inscriptione : *Incipiunt inventicula de pedibus nobis necessaria*, quod app. 2 ad Etymologias proferam. Fortasse enim editum hoc opusculum ab Isidoro fuit, antequam Etymologias conficeret, ex quo postea c. 17 libri hujus I Etymologiarum digessit.

CAP. XVIII. N. 6. *Accentus autem reperti sunt.* De accentu fuse agit Ricciolius, in Prosodiæ parte octava, quæ est *De accentu in pronuntiando et scribendo*, ubi plures alios allegat.

Ibid. Grialius edidit et non *producta meta*; et ita fere Mss.; quibusdam placet Vulcanii lectio, et non *producta ME*, hoc est, prima syllaba in *meta*. Nonnulli *producte* pro *producta*.

CAP. XIX. N. 6. *Versui.* In antiquissimo Tolet. Cod. est *verui* pro *versui* hic, et n. seq. Utrobique figura alio modo exprimitur, ut simul cum notis Sententiarum ad c. 21, in tabula, repræsentabitur.

CAP. XX. N. 1. Vetus fuit interpungendi consuetudo, sed non communis, neque ab omnibus observata. Cassiodorus, l. I Inst. div. lect. : *Sed ut his omnibus addere videaris ornatum, posituras, quas Græci θέσεις vocant, id est, puncta brevissima pariter et rotunda, et planissima singulis quibusque pone capitibus, præter translationem sancti Hieronymi, quæ colis et commatibus ornata consistit.* Vide etiam Diomedem, l. II, p. 432, Putsch., et quæ annotavi ex Sergio, in Prol. ad Sedulium, n. 171. Sequiori ævo plures distinguendi, et interpungendi notas recensebat Peregrinus quidam librarius a me

relatus in Isidorianis, c. 108, n. 26.

N. 2. *Prima positura.* Cassiodorus, loc. cit., alio modo explicat : *Prima est media; secunda subdistinctio; tertia plena.* Sed Isidorus Diomedem consentit; quod videtur approbare Lipsius in epistola ad Hubertum Audeantium, de distinctione et interpunctione, centur. 3, misc. ep. 39, ubi observat nos variasse isto ævo. Erudite de hoc argumento disseritur in Actis Academiæ Barcinon., t. I, c. 2, p. 436 et seq. In Chronici Gottwicensis t. I, prodr. l. I, c. 1, p. 20 et seqq., plura congeruntur de antiquissimo interpunctionum usu, ubi explicatio Isidori cæteris aliorum facile præfertur, præsertim allegato Cassiodori testimonio.

CAP. XXI. N. 1. In Chronici Gottwicensis cit., t. I, p. 24 et seqq., proferuntur hoc et seqq. capita de notis ex Codice Gottwicensi sæculi XII; sed non exprimitur an sit Codex Etymologiarum. Pauca vero discrepant.

N. 2. *Asteriscus.* Augustinus, ep. 10, ad Hieronym. : *Asteriscis notasti quæ in Hebræo sunt, et in Græco desunt; obeliscis autem quæ in Græco inveniuntur, et in Hebræo non sunt.* Ex quo patet scriptores veteres sententiarum notis pro libitu aliquando usos, non ad certam constantemque regulam. De forma notarum minime solliciti esse debemus, sive earum quæ in cit. Gottwicensi Chronico excuduntur, sive aliarum quæ ab aliis ex antiquis membranis ostentantur, siquidem in Mss. et Editis magna est discrepantia. Hoc curandum, ut definitioni ab Isidoro traditæ forma consentiat : aliæ varietates, quæ, servata illa definitione, aut descriptione, intercedere solent, librariis ascribendæ, ut apud nos easdem litteras Latinas, aut Græcas alius alio modo form. Conf. tabulam æream a nobis additam. (*Hanc tabulam habes ad calcem hujus tomi.* EDIT.)

N. 22. *Χρίσμον* Ven. Thomasius, in præf. ad Psalterium, t. II, Ed. Vezzosi, p. 23, describit quinque notas quibus in Psalterio usus est, et inter eas *chrismon*, ut vocat, ρ , quæ ex voluntate scriptoris ad aliquid ponitur. Notum est, per hanc notam Christi nomen exprimi, quod ideo *monogrammon* dicitur. Grialius aliud etymon sequitur. Videndus etiam Fortunius Licetus, de Lucern., l. VI, c. 47. Apud Ciampinum, t. II veter. monument., p. 172, tab. 49, quædam antiqua monumenta notam exhibent, quæ aliis *chresimon*, aliis *eraunium* videtur.

N. 23. *Phi et rho.* Grialius edidit Φ et ρ ; sed melius est expressum nomen harum litterarum *phi et rho*, ut coniecit Vulcanius, hæc subjecta annotatione : *Emendo ρ et ρ . Nota enim ex his duabus litteris composita videtur. Cumque Isidorus ipse hanc notam dicat solere poni ob sollicitudinem, equidem crediderim per hanc notam significari $\varphi\rho$, hoc est, obscurum esse locum, ideoque diligentius de eo cogitandum esse.* Librarii conjunxerunt *phietrho*, ex quo processit in Mss., et Editis *phietro*. In Psalterio Gothico, quod Toleti adhuc asservatur, hæc ipsa nota apparet, sed aliquantulum diversa forma, ut observatur in perquam erudita præfatione ad novam Edit. Breviarii Isidoriani, sive Mozarabici, p. 20.

CAP. XXII. N. 1. *Vulgares notas Ennius primus.* De notis vulgaribus multi multa scripserunt : quædam ego proferam, quæ ad Isidorum illustrandum, defendendumve maxime pertinent. Lipsius, in epistola ad Leonardum Lessium, de notis, et notariis veterum, l. I, epist. 27, advertit primum has notas ab Isidoro *vulgares* dici, ut a juridicis et militaribus distinguantur. Deinde putat Isidorum non scripsisse *Ennius primus*, sed *Persannius primus*; nam de Ennio nihil hujusmodi legitur. Sed fortasse de posteriori Ennio non cogitavit, de quo Grialius. Nomen autem *Persannii* Lipsius ex veteribus Editionibus sumpsit : sic enim legit : *Commentus est notas, sed tantum præpositionum. Post eum Tertius Persan-*

nus, *Philargyrus et Aquila*, etc., et corrigit : *Post eum Persannius*, etc., abest enim a Mss. vox *Tertius*. Pro *astantes* idem Lipsius suspicatur legendum *audientes*; nam in quodam Ms. invenerat *ad-dentes*; non tamen damnat *astantes*. Imo hoc solum ego verum puto; videtur enim proprium fuisse notariorum, ut colligi potest ex hymno Prudentii in honorem sancti Cassiani, quem pueri, qui stylis fo-diebant, ita alloquebantur, Perist. hymn. 9, v. 71 :

Reddimus ecce tibi tam millia multa notarum,
Quam stando, flendo, te docente, excepi-mus.

Nisi dicamus pueros, quia sub magistri disciplina erant, stantes excipere solitos notas, Samuel Petiius observat. l. II, c. 1, ita distinguendum censet : *Com-mentatus est notas. Sed præpositionum tantum post eum tertius Persannius, Philargyrus, et Aquila*, etc. Scilicet Tiro notas characterum invenit distinctas a vulgaribus Ennii per litteras. Tironem exceperunt Philargyrus et Aquila. Persannius tertius post Tironem notas præpositionum tantum adiecit. Notas, quas Tironi Grutherus ascripsit, supposititias esse cen-sabat Peveratus, qui veras Tironis notas penes se esse assererat, ut dixi in comment. ad Prudent. hym. 9 Perist. v. 23. Fortasse Isidorus ita intellexit, ut Ennius primus (Junior, scilicet) 1,400 notas di-versarum vocum invenerit; primus quoque Tiro notas præpositionum tantum, de quibus Ennius tacuerat, commentus fuerit. Post Tironem Vipsanius, seu Per-sannius, ut alii Editi, aut Samnius, vel Saninius, ut nonnulli Mss., Philargyrus, sive Philargyrus, et Aquila, alius alias addiderunt. Neque male esset *alii alias addiderunt*. Grialius unum, eundemque hominem facere videtur Vipsanium Philargyrus; sed melius distinguemus : Vipsanius, Philargyrus. Cæterum eum veteres ipsi multum inter se variant de inventoribus notarum, opinor Isidorus ex alicujus sententia pri-mum Ennium auctorem fecisse, deinde ex alterius opinione Tironem. Facile autem fuit ut librarii nomi-na scriptorum ad marginem indicata præmitterent, ut jam in Isidorianis animadverti. Alia de notis videri possunt in Actis Academiæ Barcinon., t. I, p. 427, t. I, prodr. l. 1, ad Chronic. Gottwic., et apud Fabricium, in Bibl., c. 16, n. 15, et in Bibl. vet. Lat., c. 9 l. II, n. 8, et l. IV, c. 6, qui diversas veterum notarum Editiones, explicationesque, necnon auctores, qui de eis agunt, recenset. Bibliotheca Vati-cana Ottoboniana, n. 2971, servat opus ms. præ-stantissimum, et quantivis pretii, scilicet Joannis Baptistæ Guazzeroni interpretationem in veteres notas Romanorum, etc. Notarum loca sunt 6,400, explica-tiones 10,720. In veteribus membranis Vaticanis nonnulla occurrunt etiam Isidori nostri opuscula no-tis antiquis Romanorum exarata.

N. 2. *Deinde Seneca*. Lipsius, in epist. cit. ad Les-sium, putat Senecam Patrem ab Isidoro intelligi, qui opus notarum effecerit in quinque millia. Verisimilem hanc suspicionem vocat Fabricius, in not. ad c. 9 l. II, n. 8, Bibl. vet. Lat., quamvis Bernardus a Mallinkrot, c. 24, de natura et usu litterarum, philosophum Senecam innui malit. Pignorius, de Servis, p. 110, neutrum admittere velle videtur; nam ex verbis Senecæ de notis ep. 40 : *Vilissimorum mancipiorum ista commenta sunt*, colligit falsa Isidorus narrare. Sed cur non potuerit Seneca commentum, quod fuit vilissimorum mancipiorum, dignum existimare, quod ipse, vel quisvis alius inge-nuus homo amplificaret? In textu Editionis Grialii et in notis legitur : *Contractu omnium*; Varro qui tadem *contractu* pro *contractione, contractura* usurpavit l. I R. R., cap. penult. Sed melius cum aliis videtur *contracto*, scilicet collecto, digesto, et aucto numero, etc., ut in exemplo a Grialio producto ex Suetonio, et apud eundem Suetonium, in Augusto, c. 31 : *Duo millia librorum contracta undique cre-mavit*.

A CAP. XXIV. N. 1. *In breviculis*. In not. ad Pollu-cem, t. II, l. VIII, c. 9, conjicitur hoc loco reponen-dum *in matriculis* pro *in breviculis*. Scaliger *ferale sonans* V ab Ausonio, idyll. 12, vocari ait, quia ab eo incipit verbum *ululare*; sic ille interpretatur. Exploratum quidem est in veteribus quæ exstant monumentis V poni pro *vivit*. Exempla præter alios con-gessit v. c. Marinus in Actis Arvalium, p. 610 et seqq. Quid ergo? eritne reponendum in Isidoro V pro T? Repugnant mss. exemplaria. Et Rutgersius quidem, Var. lect. l. v, c. 17, defendit T pro super-siite a Græco verbo *τηρέω*. Rutgersio adhæret Bar-thius, l. XLIV Advers., c. 6, qui neque in lingua Latina rationes deesse ait, ut pro littera hac crucis benedictæ indice pugnemus, ut quod littera illa, quam *ducem recti* Ennodius, epigr. 17, vocat, hominem erectum, et brachiis bene utentem, adeoque sanum et vigentem denotat. Rutgersii ejusdem con-jectura Nic. Antonio, in Biblioth. vet. Hisp., l. v, n. 97, non placuit; qui contra Lipsium, de recta Pronuntiatione linguæ Lat., c. 14, V pro T substi-tuere volentem, amplectitur potius Thomæ Reinesii observationem, qui lib. I Var. lect., c. 7, Y pro T in Isidoro legendum contendit; nam Y littera initia-lis est vocis *ὑγιείας, sanitatis, incolumitatis*, quod Galerii insigni testimonio confirmat. Addi potest ex eodem Isidoro sup. c. 3, n. 7, Y ad exemplum vitæ humane fuisse formatum, et num. 8 : *Quinque autem esse apud Græcos mysticas litteras : prima Y, quæ humanam vitam significat, de qua nunc diximus. Secunda Θ, quæ mortem significat*. Ac facile quidem fuit Y, demissis corniculis, inter ex-scriptorum manus in T transire. Vellem tamen in antiquis breviculis militum aliquid hujusmodi exem-plum appareret. Fortasse hic usus cœpit, postquam imperium Romanum ad Græcos imperatores devenit. Grialius et alii Editi ita interpungunt : *Habet per medium telum. Id est, mortis signum. Malo, telum, id est, mortis signum, ut apud eundem Grialium supra cap. 3, n. 8. Alioquin theta quoque mortis signum dicitur, ut a Martiali, l. VII, epigr. 36 :*

Nosti mortiferum quæstoris, Castrice, signum.
Est operæ pretium discere theta novum.

In versu Persii erat *est*, pro quo restitui *es*. Montfau-conius, l. 4, c. 2, Palæogr. Græc. advertit antiquos scripsisse Θ cum lineola in medio, recentemque esse morem aliter scribendi, scilicet θ. Videndus Bottar-ius in inscriptione sepulchrali, quam illustrat tom. I Romæ subterr., p. 74, in qua θ exaratum conspicitur.

N. 2. *Cum autem impuritiā*. Vide suo loco varias lectiones de *imperitiā, impuritiā, aut peritiā*.

CAP. XXV. N. 1. *Notas etiam litterarum*. Artis occulte scribendi, sive steganographiæ, artisque oc-cultas scripturas solvendi et legendi præter Trithe-mium plures præcepta tradiderunt, recensiti a Fabri-cio in Bibliogr. Antiq., c. 21, n. 11. Ciceronem quoque notis litterarum usum fuisse, colligit Emmau. Frider. Gregorius, in dissertat. de scribendi genere per signa, præcipue apud veteres Latinos, quæ legi-tur vol. II Actor. societ. Latin. Ienensis.

N. 2. *Pro z autem l red. ad dupl. aa*. Verba Cæ-saris fortasse incipiunt a *cum*, atque ita legendum erit, *incidant*, non *incidunt*, ut Grialius habet. Verba *Pro z autem*, etc., Grialius censet ita legenda : *Pro x autem*, etc. At Suetonius, in Augusto, eodem modo loquitur cap. 88. *Pro z autem duplex aa*. Neque Isido-rus tradit, c. 3 et 4, Augusti tempore extremam litte-ram fuisse *x*, sed *y* et *z* usque ad Augusti tempus apud Romanos scriptas non fuisse, quod ipsum de littera *x* docuit. Diverso modo Cæsarem litteras commutasse, cum ad alios scribebat, ex Suetonio, in Julio Cæsare, c. 56, ostenditur; quartam enim elementorum litte-ram, id est, *d* pro *a*, et perinde reliquas commutabat. A. Gellius, l. XVII, c. 9, Noct. Attic., laudat Probi grammaticæ commentarium satis curiose factum de

occulta litterarum significatione epistolarum C. Cæsaris scriptarum.

CAP. XXVI. N. 1. *Gladiatorum motu*. De notis digitorum, et computo, sive loquela per gestum digitorum, sermonem institui in Isidorianis, c. 86, n. 15. Grialius in textu edidit *gladiatorum motu*; sed in notis videtur voluisse *gladiatorum nutu*, quod recens Editor Matritensis amplexus est. Imo etiam ipse Grialius inter Editionem procurandam; etsi enim in meo exemplari textus exhibet *motu*, in alio tamen exemplari quantumvis ejusdem Editionis, reperi *nutu*. Ita quandoque inter se ejusdem Editionis exemplaria variant. Non video causam cur contra plerosque veteres Codices mutem *motu* in *nutu*.

N. 2. *Ennius de quad. impud.* Cum ex Festo constet Nævii hos esse versus, tulo reposui *Nævius* pro *Ennius*, quamvis Grialius, aliique Editi et Mss. constanter legant *Ennius*. Facile enim fuit ut primi librarii pro *Nævii* nomine, fortasse per litterarum compendium indicato, *Ennium* subrogarent. Ita etiam *datatim*, quod in Grialii aliorumque Editione erat, mutavi in *datatim*; nam favet princeps mihi editio sine anni nota, et nonnulli Mss. Plautus similiter, *Curcul. II, 3, 18*: *Qui pila ludunt datatim*, hoc est, invicem dando. Qui pila datatim ludebant, vocabantur *pilierepi*, de quibus Seneca, ep. 56, et Lipsius, in not. De lusu pilæ pulchri sunt Manilii versus, l. 5, v. 165 seqq. Versus in Mss. Codicibus mendose plerumque descripti sunt, ut ex var. lection. constabit. Vestigium etiam superest verbi quod Festus conservavit *adnictat*, neque debuit certe ab Isidoro omitti. In *Vulgata* apud Salomonem legitur. *Annuat oculis, non oculo*.

CAP. XXVII. N. 5. *Exsultat*. Isidorus, ut in Isidorianis et in his notis jam monui, ac sæpe monebo, nomina auctorum ex quibus verba aut sententias sumebat margini per compendia litterarum mihi videtur appuixisse; quæ a librariis per negligentiam aut ignorantiam prætermissa deinde sunt (Vid. *Grial.*, ibi, not.). Hinc mirum videri non debet, si interdum duæ contrariæ sententiæ, ut hoc loco, proferuntur.

N. 26. *Væ interjectio*. Neque verba, neque sententia, quam Grialius A. Gellio imputat (Vid. *Grial.*, ibi, not.) apud eum reperiuntur. L. v, et c. 12 cit., ne nominavit quidem vocem *vetus*, in qua certe vè brevis est, non tamen in *vecors*. Sententia ergo Gellii, loc. cit., et c. 5 l. xvi, est *vè* particulam duplicem significatum, eundemque diversum habere; nam et augendæ rei valet, et minuendæ; augendæ, ut in *vehemens*, et in *vetus*, quod ab *ætatis* magnitudine dictum putat; minuendæ, ut in *vecors*.

N. 27. *Ita et Xrisma*. Christi nomen in Mss. scribi solet Χρῖς ex Græco idiomate, ex quo monogramma P. Alii etiam scribebant Xps, quia p Latinum simile est r Græco. Cum autem litteræ omnes exarabantur, retento x, ita efferebatur: *Xristus*; quæ scribendi ratio ad extrema usque tempora permanavit; ut in multis etiam libris editis observare licet, in quibus ea quæ ad Christum Christianosve spectant, indices ipsi ad litteram x rejiciunt. In alphabeticis carminibus Christianorum pro x passim *Xristi* nomen inseritur, ut adverti ad Sedulium in hymno abecedario, v. 81, ubi restitui *Xristo myron post Sabbatum*, pro *Xeromyrrham post Sabbatum*, uti antea contra metri rationem legebatur.

N. 29. *Sicilicum superponeb.* Sicilicus apponebatur certe supra vocalem quæ ab antiquis geminabatur, ut ex veteribus inscriptionibus Marinius, in Actis Arvalium, p. 39, ostendit; scilicet, in RvFA, SvRA, MvSA, etc. Suspiciatur autem Marinius Victoriam sicilicum confudisse cum lineola quæ in inscriptionibus adhuc conspicitur, tanquam signum duplicandi consonantes, ut COMISSVM, etc. At Victorinus libros appellat, non inscriptiones: *Sicut apparet*, inquit, *in multis adhuc veteribus ita scriptis libris*. Adeoque

A deceptum eum non ita facile suspicari debemus. Et in ipsis quidem inscriptionibus quas Marinius, pag. 37, indicat, lineola ad duplicandam sequentem consonantem imposita sicilico non valde dissimilis est, ut in VÉTIO pro *Vettio*. Potius credam sicilicum duplici modo formatum fuisse vel per modum apostrophes, ut in MvSA, etc., vel per modum accentus gravis, ut in VÉTIO. Sed cum Victorinus dicat: *Supra litteram, quam geminari oportebat, sicilicum imponebant*, et Isidorus: *Sicilicum superponebant. non duplicabant litteras, sed supra sicilicos apponebant*, non recte edidit Grialius *sel'a, ser'a, as'eres*: sed scribendum SEL'A, SER'A, AS'ERES, atque ita intelligitur quod ait Festus: *Sicilicum dictum, quod semunciam secet*. Secat enim litteram, quam duplicandam indicat. In lapidibus antiquis sæpe deest una e duabus consonantibus duplicandis. In app. 3 ad Etymologias tria alia opuscula de orthographia exhibebo, quorum primum Etymologi in Codice Albano insertum est, alterum Isidori nomine inscriptum in veteri Codice Regio-vaticano 6018 invenitur, tertium ex Cod. Etymolog. Vat. Arch. 1 proferam.

B CAP. XXVIII. N. 1. Reprehenditur a Grialio Isidorus (Vid. *Grial.*, ibi, not.) vel certe hoc ejus c. Eecur autem? Apud Quintilianum, inquit, similitum comparatio est analogiæ pars, apud Isidorum ipsum genus. At nihil prohibet, partem aliquam analogiæ peculiari nomine vocari comparationem, ut revera una ex octo analogiæ partibus ab Isidoro vocatur, scilicet comparatio positivorum, et nihilominus analogiam in genere dici similitum comparationem, sive proportionem. Melius, ait Grialius, *Sergius similitum rationem* dixit. Sed quid Ciceroni opponet, quem secutus noster Isidorus est? *Id*, inquit, de Univers., c. 4, extr., *optime assequitur, quæ Græcè ἀναλογία, Latine (audendum est enim, quoniam hæc primum a nobis novantur), comparatio, proportiove dici potest*. Vox *comparationis* videtur nova fuisse Ciceronis tempore, saltem in sensu analogiæ; idcirco ait, *audendum est*, etc., neque usitatum *rationis* vocabulum adhibere voluit.

N. 2. *Dissentiunt casu*. Hoc loco Isidorum a Grialio reprehendi non puto (Vid. *Grial. not.*): certe reprehendi non debet. Ut enim desit similitudo, satis est, quod *lepus*, et *lupus* dissentiant casu.

N. 4. *Pistrinum, pistrilla*. Observandum *pistrilla* esse potius a *pistrina, pistrinæ*, quam a *pistrinum*.

CAP. XXIX. N. 4. *Ut Silva*. Si etymologiam Græcam sequi velimus, potius *sylva* quam *silva* scribere debebimus; et nonnulli quidem *sylva* scribunt, sed repugnant plerique auctores orthographiæ.

CAP. XXX. N. 1. *Hanc philosophi ad verbum*. Scribendum per duo verba *ad verbum*, ut apud Græcos. Grialius voluisse videtur *adverbum*, vel *ad-verbum*. Descriptio glossæ ab Isidoro adhibita sensu magis proprio accipienda est, quamvis alioquin latiori sensu amplior quædam interpretatio glossa dici possit. Eodem modo Isidorus explicat c. 29 l. II, n. 6, ex Mario Victorino, quintam speciem definitionis, quam Latine *ad verbum* dicimus. Ad hanc glossæ definitionem exactum videtur Glossarium Isidorianum, in quo fere semper unius verbi res uno verbo manifestatur.

CAP. XXXI. N. 1. *Differentia est*. Huc pertinet duo libri Isidori, quorum alter *Differentiæ verborum* inscribitur, alter *Differentiæ rerum*, post Etymologias a nobis adducendi.

CAP. XXXII. N. 8. *Labdacismus*. Simili modo, atque eisdem ferme verbis labdacismum definiit S. Julianus Toletanus in opere de Grammatica, l. 1, n. 115, qui multa ex hoc libro S. Isidori sumpsit.

N. 9. *Ut mater terra*. Non dubitavi reponere *mater terra* pro *mater tera*, quod Grialius aliique vulgo editi habent. Collisionis descriptio duo verba exigit, et *mater terra* legitur in Editione mea veteri sine loci annive nota, et in alia Veneta anno 1483, faventque nonnulli Cod. mss.

CAP. XXXIII. N. 2. *Cilicibus*. Grialius in not., e *Cilicibus*; in textu, a *cilieibus*, quod plerique alii exhibent.

CAP. XXXIV. N. 5. *Cacephaton dictio obscena*. Vossius, l. IV Inst. Orat., c. 6, § 10, negat a re obscena videri ductum: *His animum arrecti dictis*, præsertim cum Maro a virginali pudore *Parthenias* fuerit dictus. Hæc vocabula grammatici passim explicant.

CAP. XXXVI. N. 13. *Nubila, nix, grando*. Deesse conjunctionem puto *Nubila, nix et grando*, ut versus hexameter recto stet talo.

N. 15. *Tollentemve manu*. Ex Virgilio reposui *Tollentemve manu*, quod librarii commutarant in *Tollentemve manus*, ut exstat etiam in Editis.

CAP. XXXVII. N. 8. *Metonymia*. Ex Charisio.

N. 9. *Vulcanus mittit*. Grialius parenthensi clausit verbum *mittit*, quod tamen exstat in plerisque Mss. et Editis, etiam apud Julianum Toletanum, n. 183. Poeta fortasse scripsit:

Commistam mittit Vulcanus ad astra favillam.

In Editione veteri legitur:

Mistam Vulcanus committit ad astra favilla.

Putabam:

Mistam Vulcanus cum mittit ad astra favillam.

N. 13. *Synecdoche*. Grialius non semel edidit *synecdoche*. Reposui *synecdoche*. Id enim postulat usus, et etymologiæ ratio ex verbis Græcis petita. Apud Julianum *synecdoche* est significatio pleni intellectus capax, etc.

N. 20. *Synchysis*. Nonnulli Mss. et Editi habent *synthesis*; Grialius cum aliis *synchesis*, uti legitur etiam apud Servium, in Editione Petri Danielis. Restitui *synchysis*. Videsis Alciatum, l. x Parerg. jur., c. 11, et Ger. Joan. Vossium, l. IV Inst. Orat., c. 1, § 14.

N. 28. *Paræmia*. *Paræmia contra stimulum calces* significat *rei contrariæ resistere*, ut ait Charisius, adeoque apud Isidorum fortasse legendum *adversis resisti*.

CAP. XXXIX. N. 6. *Eosque longos*. Gellius, l. XVIII, c. 15: *In longis versibus, qui hexametri vocantur*. Turnebus, in Cicer. II de legibus, versus finem, observat ex Cicerone Isidorum, *non omnino malum*, ut ait, *auctorem*, sumpsisse quod Ennius *longos* vocaverit hexametros. Giraldus, de Poet., Livium Andronicum Ennio antiquiorem statuit; sed addit controversiam esse inter scriptores de ejus tempore, et annorum numero. Inter fragmenta Livii nonnulli versus hexametri occurrunt, ac proinde hic ante Ennium versus hexametros fecisse dicendus est. Confer A. Gellium, l. XVII, c. 21.

N. 9. *Nam heroes a. v. q. aerei*. Videtur Isidori ævo scribi vulgo consuevisse *aeros* pro *heros*; nam vocabularium nominum per alphabetum incipit: *Eros vir fortis et sapiens*, quo spectant verba hujus n.: *heroes appellantur viri, quasi aerei*, etc., et similia l. VIII, c. 11, n. 96. Scriptura sane probari non potest, sed etymon non ita absurdum est. Sunt enim qui existiment *heroes* dictos ab *ἀἴρ*, *aer*, quia terrestria non sapiunt, sed supereminet instar aeris. Vide Beamanum, de Orig. Lat. ling., p. 525.

N. 16. *Chorunqve agrestem Dianæ*. Grialius videtur ex conjectura voluisse *Agrestis Dianæ*, vel in dativo *Agresti Dianæ*.

N. 17. *David prophetam... Mnemia*. In Editis et Mss. invenio *propheta*; sed legendum *prophetam*, ut l. I de Eccles. offic., c. 6: *Hymnos primum eundem prophetam condidisse ac cecinisse manifestum est, deinde et alios prophetas*. De nymphea Mnemia Timotheo discrepant inter se mss. Cod. neque certa lectio erui potest. In Isidorianis c. 97, n. 19, ex Cod. Vat. 4498, cujusdam Idomeæ nympheæ Maricæ memini, quæ fuit mater Rhythmionis, a quo rhythmus creditur dictus. Suspicebam, hanc esse Cy-

mothoem, sive Timotheom, de qua Isidorus: Conjectura etiam nonnulla esse potest de Phemonoe, de qua Fortunatianus in sua arte, c. de dactylico, sic refert: *Hunc (dactylicum) Ennius longum vocat, Græci deliacum, quia hoc genere Phemonoe Apollinis vates vaticinata est*. Gouffridus Olearius dissertationem edidit Lips. 1708, de poetiis Græcis, quam nondum vidi.

N. 19. *Similiter et nunc*. Prohibitum tamen fuerat a concilio Toletano III, anno 589, can. 22: *Religiosorum omnium corpora, qui divina vocatione ab hac vita recedunt, cum psalmis tantummodo psallentium vocibus debere ad sepulcra deferri. Nam funebre carmen, quod vulgo defunctis cantari solet, vel pectoribus se proximis, aut familias eedere omnino prohibemus... Si enim potest hoc episcopus Christianorum omnium (Al., Christianos omnes) prohibere, agere non moretur. A religiosis tamen omnino aliter fieri non debere censemus*. Fortasse episcopi obtinere non potuerunt ut ejusmodi funebria carmina in funere omnium Christianorum cessarent. Qui autem interpretantur *Religiosorum omnium corpora*, hoc est, *fidelium omnium*, deceptos constat ex sequentibus verbis, quibus distinctio inter religiosos et Christianos adhibetur. Sententia ergo esse videtur, ut si episcopus in funere cujuslibet fidelis carmen funebre prohibere possit, id agere non moretur, sed omnino in religiosorum funeribus carmen funebre prohibendum esse statuitur.

N. 25. *Centones*. Locus Tertulliani est c. 39. Grialius ediderat *facilitatis, hodie ex Virgilio fabula in totum*. Verba restitui, ut nunc in Editionibus correctis leguntur. Alii etiam exhibent *plenissime exsuxit*, et mox *Homero centones etiam vocari solent, qui*, etc.

N. 26. *Proba uxor Adelphi*. De Probæ centone sermonem habui in append. 5, ad Sedulium, n. 52, Decreti Gelasii, ubi inter libros apocryphos recensetur cento de Christo Virgilianis compaginatus versibus. Leges centonis explicui ib., app. 1, not. 88.

CAP. XLI. N. 1. *Historia ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν*. Gellius, l. V, c. 18: *Historiam ab annalibus quidam differre eo putant, quod cum utrumque sit rerum gestarum narratio, earum tamen proprie rerum sit historia, quibus rebus gerendis interfuerit is qui narret; camque esse opinionem quorundam Verrius Flaccus refert in libro de Significatu verborum quarto; ac se quidem dubitare super ea re dicit; posse autem videri putat nonnihil rationis in ea opinione, quod historia Græce significet rerum cognitionem presentium*.

N. 2. *Series... a sertis florum*. *Seriem* a *sero* alii deducunt, ut *congeries* a *congero*. Et ita *series*, ut observat Beamanus, p. 965 de Origin. ling. Lat., proprie competit hortulanis et agricolis, qui serunt; et inde ad alia transfertur quæ certo ordine fiunt.

CAP. LXIV. N. 3. *In commentariis acta sunt*. Nescio an Grialius Isidori mentem assecutus fuerit. Isidorus non ait, ex actis commentarios compositos, sed docet *annales* ab anniversariis gestis nominata quæcumque acta digna memoriæ *per annos* in commentariis essent perscripta. Neque novum est dicere *commentarios actorum*, aut *acta in commentariis*.

N. 4. *Inter historiam autem et annal*. Gellius, loc. cit., ex multorum opinione, refert omnes *annales* esse *historiam*, non omnem *historiam* *annales*, nam *historia* est rerum gestarum vel expositio, vel demonstratio; *annales* sunt *historia* servato cujusque anni ordine. Peculiariora vero sunt, quæ in hoc genere ex Sempronio Asellione refert Gellius: *Verum inter eos qui annales relinquere voluerunt, et eos, qui res gestas a Romanis præscribere conati essent, omnium rerum hoc interfuit. Annales libri tantummodo quod factum quoque anno gestum sit, id demonstrabant, id est, eorum quasi qui diarium scribunt, quam Græci ἐφημερίδα vocant. Nobis non modo satis esse video, quod factum esset, id pronuntiare, sed etiam quo*

consilio, quaque ratione gesta essent demonstrare. Vide etiam Cicero in Or., c. 20.

N. 5. *Inter historiam, argum. et fab.* Servius ad Æn. I, v. 239, *revocato a sanguine Tencri*, in edit. Lugdunobatav. 1680, ita habet: *Et sciendum inter fabulam et argumentum, hoc est, historiam, hoc interesse, quod fabula est dicta res contra naturam, sive facta, sive non facta, ut de Pasiphae. Historia est argumentum quidquid secundum naturam dicitur, sive factum, sive non factum, ut de Phædra.* Fortasse legendum: *Historia et argumentum quidquid*, etc. In Codicibus mss. hic quoque est finis libri I, cum epigrapha *Explicit*, aut: *Finit liber primus*; sed ita ut in nonnullis ultima quatuor capita veluti separato titulo proferantur cum inscriptione *De Historia*. In Toletanis vetustissimis sub hoc titulo hi quatuor paragraphi indicantur: I. *De vocabulo Historiæ.* II. *De primis auctoribus Historiarum.* III. *De utilitate Historiæ.* IV. *De generibus Historiæ.* Sed non inseruntur inscriptiones capitum, ut in Editis.

LIBER SECUNDUS.

CAP. II. N. 2. *Nam membranis retentis q. adh.* Hunc Isidori locum imitatus videtur Ildefonsus, dum ejusdem Isidori eloquentiam laudat, ut dixi in Isidorianis, c. 5. n. 9.

CAP. VII. N. 2. *Benivolum.* Recepta consuetudo scribendi *benevolus*, ut *benevolentiam*, *benedico*, etc., retineri potest, ut Cellarius aliique probant. Confer not. ad l. x, verbo *Benevolus*.

CAP. IX. N. 3. *Licet Apostolus.* Isidori ipsius puto esse *licet Apostolus*; hoc enim vult dicere, Apostolum quoque arte dialectica atque rhetorica usum aliquando fuisse, quod Hieronymi verbis astruit. In multis Mss. est *syllogismos... utuntur*.

N. 14. *Ex sola assumptione.* In plerisque Codicibus tantum legitur: *Ex sola assumptione, ut est illud: si inimicus est, etc.*

N. 15. *Ex sola conclusione.* Vossius, Instit. Orat., I, III. c. 5, § 5, observat, id ex Victorino sumptum, et addit hoc pacto argumentari oratores, cum antecessit conclusio.

N. 16. *Sequitur epicherem... Latior et exsecutior rhetoricus syllogismus.* Vossius, ib., § 4, vult scribi *epichirima*. Productionem sermonis explicat, quia orator adjungit majoris et minoris probationem. In multis Gothicis Codicibus legitur, *latior, et exsecutior rhetoricis syllogismis*.

CAP. X. N. 2. *Ratio commendat.* Locus hic laudatur ab Attone, ep. I, t. II, p. 298: *Cum beatus dicat Isidorus: Consuetudo est jus, etc.* ubi corrigendum *quod per legem*, et legendum, *quod pro lege*.

CAP. XVI. N. 2. *Nisi id quod dicat et facere dicat.* Cod. 1. Vat. Arch., *nisi id quod dicat et facere*, quod fortasse preferendum. Præmisit enim Isidorus, c. 3, n. 1: *Orator est igitur vir bonus, dicendi peritus. Vir bonus consistit natura, moribus, artibus.* Cum Cod. 1 Vat. Arch. consentit Cod. 2 Tol. Poterit etiam legi: *nisi id, quod deceat, facere*, ut eadem sit sententia.

CAP. XVIII. N. 2. *Sicque... fit periodus.* Huc pertinent ea quæ de positura, sive interpungendi ratione dixi l. c. 20. Periodum intelligit Barthius, l. II. Adv., c. 17. esse versus illos quibus distingui olim opera solebant, ut etiamnum sacra biblia.

CAP. XX. N. 4. *Altitudinem suggerit.* Nostri mss. exhibent: *altitudinem imaginis*, et V, A, I, omissis aliis: *Demissum lapsi per funem, imaginis suggerit.* Fortasse legendum: *altitudinis imaginem suggerit*.

CAP. XXI. N. 3. *Ut est illud Africani.* Africanus fortasse est ille *Africanus homo disertus, causarum defensor assiduus, a Valente occisus*, cujus his verbis Ammianus Marcellinus meminit lib. XXIX, c. 3. Alius fuit Africanus jurisconsultus.

N. 4. *Adolescentia senectuti dedecoramentum.* Verbum *dedecoramentum* in Lexico Latino Forcellini prætermisum est, ubi tamen reponitur *inhonestamentum*, laudato hoc Græchi loco. Pro *inhonestamentum* frequentius est *dehonestamentum*, de quo vide Rosweydi Onomasticon post Vitas Patrum.

N. 5. *Vi atque ingratiis coactus.* Non assentior Grialio qui *coactus* interpretationem esse asserit. Recte enim Latine dicitur *vi coactus necessitate coactus*, et Nepos, in Themistoel., c. 4, ait: *Ut ingratiis ad depugnandum omnes cogerebantur.* Cur ergo rejicietur *vi atque ingratiis coactus*?

N. 6. *Hinc denique... Cum iniquitate, luxuria, ignavia.* In Editis Ciceronis deest *hinc* ante *denique*; et mox additur *cum*, scilicet *cum luxuria, cum ignavia*.

N. 7. *Bina et bina.* Vulgata nostra: *Contra malum bonum est, et contra mortem vita: sic et contra virum justum peccator. Et sic intueere in omnia opera Altissimi. Duo, et duo, unum contra unum.*

N. 27. *Flentis... Admonentis.* Desunt exempla in *Flentis, Admonentis*, etc.; sed in nonnullis Mss. additur *ut*, scilicet *Flentis ut, admonentis, ut*, etc.

CAP. XXII. N. 1. *Quæ logica dicitur.* Ger. Joan. Vossius, de Natura artium, l. III, c. 4, ait veteres mathesin etiam ante logicam didicisse: ab hoc ordine postea recessum a nonnullis, ut ex his Isidori libris patet. Id secuti sunt barbari scriptores in trivio et quadrivio. Non probat Vossius. Rationes pro utraque parte plausibiles afferri possunt; et Isidoro Cassiodorus prævit.

CAP. XXIV. N. 2. *Et immobile.* Alii minus bene apud Lactantium *et mobile*, aut *et immortale* pro *et immobile*; qua de re videndi Copernicus, Cardinalis de Cusa, etc., indicati in not. ad Lactantium, cura Joan. Baptistæ Le Brun, et Nicolai Lenglet.

N. 4. *Contemplata ratione.* *Contemplatus* passive pro *inspectus, consideratus*, usus quoque est Ammianus Marcellinus non semel; adeoque lectio Codicum *contemplata ratione* sollicitari non debet.

N. 8. *Pro qua nostri theoricam.* Eodem modo trium generum disciplinas Isidorus explicat in præmiis tit. de libris Salomonis. Confer not. ad eum locum. Pro *theoricam* nonnulli Mss. habent *theologiam*.

N. 15. *Astronomia est disciplina, etc.* Repetitur hæc descriptio c. 24 l. III, desumpta ex Cassiodoro, l. de Astronomia, ex quo legi posset *cursus caelestium siderum, et figuras contemplatur*.

CAP. XXV. N. 9. *Boetius edidit.* *Boetius* et *Boethius* vulgo scribi solet. V. G. Marinus, in Act. Arval., p. 395, ostendit veram scribendam rationem esse *Boethus*, ut legitur in antiquissimis inscriptionibus. Sed, ut ipse fatetur, jam sæculo V et VI *Boetius*, et *Boethius* scribebatur.

CAP. XXVI. N. 3. Annotationes in Cassianum, quas Grialius laudat (*Vid. Grial.*, ibi, *not.*), sunt Petri Chæcon, ex quo plurimas notas ad suam Isidori Editionem Grialius acceperat.

CAP. XXVIII. N. 3. *Qui conduceit.* In Mss. *el* et *cd* sæpe confunduntur, ut *Eradius* pro *Eraclius*. Hinc suspicabar legendum hoc loco, et seqq. *concludit*, quod verbum proprium est syllogisticæ et a Cassiodoro, et aliis, ex quibus Isidorus profecit, adhibitum.

CAP. XXIX. N. 6. *Quam Græci κατ' ἀντιθέσιν.* Ita explicatur *glossæ* vocabulum l. I, c. 30, n. 1.

N. 12. *Ut sit assis.* *Assis* in recto casu pro *as* usurpatur etiam a veteri Persii scholiaste, ad sat. 2, v. 59, et Donato ad Terentii Phormion. I, 1, 9.

CAP. XXXI. N. 1. *Quod juxta Ciceronem adversum vocatur.* Notum est sancti Juliani Toletani opus, quod Antikeimena inscripsit, quia agit de sacræ Scripturæ locis, quæ in speciem opposita videntur et ab eodem explicatione opportune adhibita in concordiam revocantur.

N. 6. *Infantem non dicere sine dentibus.* Ait Isidorus infantem, cui ætas tenera dentes nondum concessit, non esse dicendum *edentulum*, vel *sine den-*

tibus, tanquam dentibus privatum, cum eos nunquam habuerit.

LIBER TERTIUS.

CAP. I. N. 1. *Græci enim*. In Edit. Grialii est nota litteræ a ante verba, *græci enim*; sed nihil subnotatur; fortasse annotatio excidit inter excudendum. Existimo autem eo pertinuisse notam, ut admoneremur id sumptum ex Boetio, aut aliquo alio. Arithmetica cæteris disciplinis mathematicis priorem esse, late probat Boetius, de Arithmet., l. I, c. 3.

CAP. II. N. 1. *Numeri discipl.* Vossius, de natura artium, c. 10, observat errasse Cassiodorum, de math. disc. c. de arithm. quem Isidorus hoc loco exscribit, ubi ait, primum latinorum de arithm. scripsisse L. Appuleium sive Apuleium Madaurensem; nam præcessit Terentius Varro.

CAP. III. N. 1. *Non numerum*. Plerique numerum dictum existimant non a numo, sed a νομή, quod est distributio.

N. 2. *Quatuor a figura quadrata*. Alii volunt quatuor esse a *κᾶτερα* pro *καὶ ἕτερα*, quia Æoli dicebant *tria*, et pro quarto *et alterum*.

N. 3. *Octo vero per translationem*. Octo per translationem, quia iisdem litteris Græcæ est ὀκτώ.

N. 4. *Porro viginti... quod sint decem bis geniti*. Ex Isidoro Papias: *Viginti quasi decem bis geniti*. Quod Becmanus, p. 1139, non improbat; sed *ginti*, aut *ginta* redolere græcum *ζόντα* addit, quod in compositione numerum denarium denotat, ut in *triginta*, etc., *τριάκοντα*, etc.

N. 5. *Centum vero a cantio*. Alii *centum* dictum putant a græco *ἐκατόν*. Etymon verbi *mille* nonnulli ita explicant, *mille* dictum a græco *χίλιοι*, *χιλίαις*, vel ab Hebræo *אלף*, quod est plenitudo, multitudo. A *mille* factum *miles*. De his iterum Isidorus, l. IX, c. 3. Scribendi ratio plerisque placet *mille* cum duplici *ll*, *milia* cum uno.

CAP. IV. N. 1. *Ratio numeri*. Hæc ratione per motus Isidorus scripsit librum de Numeris, sive eorum mysteriis; de quo dixi cap. 63 Isidorianor.

N. 3. *Noti hujus artis*. Simili significato Isidorus *cognitum* usurpavit in epist. ad Braulionem: *Quia non valco*, etc. *Postulavi te, ut mihi decadem sextam sancti Augustini transmitters: posco ut quoquomodo me cognitum ei facias*. Forte *cognitum ejus*, scilicet, *decadis*. De his rursus in not. ad eam epistolam.

CAP. V. N. 8. *Novem mensurat ter terni*. Fortasse legendum, *novem mensurant ter terni*. Sensus hic est: numerus ternarius ter ductus est mensura numeri noni, et numerus ternarius quinquies ductus est mensura numeri decimi quinti.

CAP. VI. N. 1. *Alii inæquales*. *Iste*. Apud Grialium erat *inæquales*. *Iste dividitur sic*. Alii vulgati multum discrepant. Melius videretur *inæquales*. *Ille dividitur*, etc.

N. 14. Varie atque inter se multum discrepantes lectiones hujus capituli seorsum in variis lectionibus legi possunt.

CAP. VII. N. 2. In Mss. et veteribus Editionibus descriptæ sunt figuræ numerorum, quas præterire non licet, etiamsi eas Grialius omiserit. Vide c. 13. n. 2, et tabulam æream cum figuris numericis et geometricis apponendam ad c. 12.

CAP. VIII. N. 2. *Secund. geometr.* Fortasse Isidorus innuit duo media geometricæ esse ita invenienda, ut unum ex arithmetica sumatur, alterum ex musica, quod clarius explicat c. 23. Probatur vero esse media, si multiplicata tantundem faciunt atque ipsa extrema multiplicata.

CAP. IX. N. 2. In Cod. Ottobon. 6 invenio fragmentum hoc titulo: *Item de numero Isidori*, quod aliquo modo ad hunc locum referri potest, et in app. 4. collocabitur; proprie autem magis ad grammaticam quam ad arithmetica pertinet.

CAP. X. N. 1. Cassiodorus, quem alioquin Isidorus, sequi solet, primum de musica, tum de geometria disseruit.

CAP. XII. N. 2. In Editione principe, sine loco et anno, et in vetustissimis membranis, expressæ sunt figuræ geometriæ, quas ex Isidori mente reponi debere ex c. seq. n. 2 arguitur.

N. 4. *Cylindrus*. Cylindri figuram simul cum aliis numericis, geometricis et musicis æri incisus ex veteribus mss. Codicibus exhibeo. Uberiores figurarum explicationes inter appendices proferentur.

CAP. XIII. *In superioribus figuris*. Grialius, qui figuram c. præced. omisit, non videtur animum ad hæc verba advertisse.

CAP. XV. N. 1. *ἀπό τοῦ μῦθοι*. Gerbertus, in sylloge scriptorum veterum de musica, hæc Isidori capita protulit, ut in Isidorianis, c. 55, n. 35, adverti. Ante Grialium Vulcanius jam ediderat *μῦθοι*. Gerbertus e suo Codice *apo tu muson*; sed in Cassiodoro, lib. de Artibus, c. 5, legit *ἀπό τοῦ μαρτυρῶν*, quod inusitatum est a *μάω*. Res eodem recidit.

CAP. XIV. Num. 3. *Et lamenta ad tibias eanebantur*. Juvenius, ad loc. cit. Math., non *tibias*, sed *tubas* memorat, et simili modo in veteri versione Vercellensi non *tibicines*, sed *tubicines*. Sedulius Vulgatæ nostræ lectionem retinuit. Vide not. ad l. II, v. 400, Juvenii, et ad l. III, v. 134, Sedulii. Pro *conviviale* melius esset *convivale*, ut habet Gerbertus; sed cum *convivialis* apud Macrobius etiam legitur, dubia quamvis scriptura, retineri poterit *conviviale*. Quintilianus, sive Quincilianus, qui de musica scripsit, a Grialio laudatus, est Quintilianus Aristides, cujus opus exstat inter alia ejusdem argumenti, a Meibomio edita.

CAP. XVII. N. 3. *Quidquid loquimur*, etc., ex Cassiodoro, loc. cit., n. 2. Gerbertus in suo Ms. videtur invenisse *venarum impulsu* pro *venarum impulsibus*.

CAP. XVIII. N. 2. Auctores qui de musica ejusque partibus scripserunt, necnon de multis musicis instrumentis singillatim dissertationes ediderunt, plena manu more suo recenset Fabricius in Bibliogr., c. 4, n. 15 et seqq., quod hic observatum volui, ut etiam in seqq., capitibus præ oculis habeatur, præsertim cum de instrumentis musicis agatur. Addere licet e recentioribus Martinium, Eximenum, etc.

CAP. XX. N. 2. *Vox tubæ infremuit*. Fortasse: *Vox tubæ infremuit*. Sequentia verba sunt Virgilii, l. III Æn., v. 556, et afferuntur pro alio exemplo *voçis abusive*.










N. 3. *Symphonia est modulationis temperamentum*, etc. Ita fere Cassiodorus, l. de Musica Figuram musicam ex vet. Cod. Tol. represento.

N. 13. *Vinnola*. Etymon vocis *vinnulæ* ex Isidoro multis placet. A *villo*, qui est quidam pilorum floccus, est *vinnus*, vel, ut alii putant, a *vinno* est *villus*. Neque desunt qui originem *vinnuli* repetunt non a *vinno*, sed a *vino*. Scribitur *vinnolus*, *vinnulus*, *vinnulus*.










CAP. XXI. N. 1. Multi sunt qui de musicis instrumentis in genere, et in specie opera conscripserunt, a Fabricio, ut dixi, recensiti. In his est Bonannius, ejus recentior Editio hunc præfert titulum: *Descrizione degl'istromenti armonici d'ogni genere, seconda Edizione riveduta, eorretta, ed aceresciuta dall' Abbate Giacinto Ceruti, ornata con cXL rami, incisi da Arnaldo Wanwesterout. Roma, 1776, in-4o.*

N. 2. *Organum vocab. est general.* De organo observari quædam ad Prudent. Apoth. v. 148.



N. 4. *Ilinc et tibicen*. Erant tibicines sacrorum, de quibus mentio fit in lapidibus antiquis apud Reinesium, Gudinum, etc. Joannes Zach. Hilliger dissertationem edidit de tibicinibus in funere adhibitis. Vitt., 1717. Quædam etiam ego annotavi ad Juvenium, lib. II, vers. 400, et ad Sedulium, lib. III,



Ambitus omnium figurarum



I. MONAS unum punctum



vers. 134. Confer præterea Vulpium ad carm. 62 Catulli, ubi de tibiarnm materia agit.

N. 5. *Calamus n. est prop. arb.* Isidorus, sive quis alius etymologiæ auctor, fortasse *calamum* dictum voluit a *clamando*. Sed *calamus* Græcè quoque ita dicitur *καλαμος*.

N. 6. *Fistula autem dicta.* Alii *fistulæ* nomen vel factitium a sono putant, vel iractum a Græco *φυσάω*, *in flo.*

N. 7. *Sambuca.* Sambucam organi genus Festus alique esse dicunt. Illud ipsum instrumentum videtur fuisse quod nos *harpa* dicimus. Propterea Pignorius, de Servis, p. 81, miratur cur Isidorus mentionem hic de tibiis ingerat. Existimo Isidorum ab instrumento musico sambuca ad arborem *sambucam* sermonem convertisse, quasi dicat: *Est autem sambucus genus ligni fragilis*, etc. Cæterum *sambucam* Syriacum nomen, et inventum esse, multi arbitrantur.

N. 8. *Pandura.* Lampridius, in Heliogab., c. 32 : *Ipsæ ad tibias dixit, tuba cecinit, pandurizavit, organo modulatus est.* Causabonus, ad Lampridium, p. 112, v. 34 : *Pandura*, inquit, *quasi πανδουρις, quid et Isidorus innuit.* Nonnulli tradunt instrumentum trichordum fuisse, alii multas tibias cera junctas, quod ad Isidorum accedit. *Pandero* Hispanis species tympani est, quod nomen fortasse ex uno ad aliud instrumentum musicum transit. Nam hoc loco Isidoro sermo est de instrumentis organicis, non de rhythmicis. Hoc ipsum puta de *bandurria*, quod Hispanis instrumentum rhythmicum est, et a nonnullis a *pandura* derivatur: quod solum intelligi potest, si vocabulum tractu temporis ex instrumento organico ad rhythmicum commigrarit. Bottarius, tom. II Romæ subterr., p. 44, contra Isidorum et alios *panduram* lyram trichordem fuisse contendit, atque ita vox ea ad *bandurriam* facilius trahi potest.

CAP. XXII. N. 3. *Ut psalter. barb.* Pollux, l. IV. c. 9 : *Testudo, psalterium, trigon, sambycæ, pyctides* (Al., *πυκτιδες*), *phorninges, phœnix, spadix*, etc. Hæc et alia a Polluce numerantur instrumenta quæ pulsantur. Stephanus, in Lexico, habet *πυκτις*, ubi plura de hoc instrumento. Pro *indicæ* Delrius volebat *scindapsi*, Jungermannus, in not. ad Pollucem, *jambycæ*, Salmasius retinendum putat cum vetustissimis mss., *indicæ*, quod ab Indis fortean venissent, vel quod ludi plurimum illis uterentur. A Polluce quidem, loc. cit., recensentur *jambycæ, scindapsus*, etc.

N. 6. *Chordas autem dictas à corde.* Vera origo *chordæ* est a *χορδή*, quod est intestinum.

N. 7. *Superius habet*, etc. Hoc ipsum tradunt Eusebius proœmio in Ps., Basilius in ps. I, Ambrosius præfat. in ps. I, et Augustinus enarrat in ps. LVI.

N. 8. *Lyra dicta, ἀπὸ τοῦ λυρεῖν.* Becmanus *lyram* dictam putat ab asperiuscula illa soni exilitate *lir*, *lir*, et annuere Isidorum hoc loco ait. Certe *λυρεῖν* nihil aliud significat nisi si forte exprimit sonum *lyr*, *lyr*; ac conjici potest ita Isidorum scripsisse a *lir*, aut a *lyr*. Iterum de lyra I. VIII, c. 7, n. 4. Varia lyrarum genera recensent Blanchinus, de Musica veterum, et Bottarius tom. II Rom. subterr., p. 42 et seq.

N. 11. *Cymbala et acitabula.* Grialius in textu exhibuit: *Cymbala acitabula quædam sunt; sed in nota retinet cum editis aliis: Cymbala et acitabula quædam sunt.* Præterea lectionem textus, et pro *acitabula* substituo *acctabula* mutato *i* in *c*, ut in mss. sæpe accidit. *Acetabulum* proprie est vas aceti, et per catachesin de quocunque vase usurpatur. Ejus figura rotunda est, nulla marginis latitudine paulatim se undique contrahens calicis instar usque ad imum. Sonus tympanorum proprius *mugitus* dicebatur, ut contra cymbalorum *tinnitus* et *crepitus*; quod discrimen notavit Seneca, l. II Natur. quæst., c. 27. De ballematiis vide Ducangium verbo *balare*, quo usus quoque

fuit sanctus Augustinus pro *saltare*. Salmasius in not. ad Fl. Vopiscum, p. 211, v. 6, Isidorum more suo falli ait, quia *ballematia* sunt saltationes, et *ballematica cymbala*, non quia percutiantur sic dicta, sed quia ad eorum sonitum saltetur. Verum sæpe critici Isidorum decipi pronuntiant, quia ejus verba in alienum sensum detorquent. Isidorus *cymbala* dicta asserit, non quia percutiuntur, sed quia percutiuntur *cum ballematia*, hoc est, inter ballandum, aut saltandum. Neque ignorare Isidorus poterat quid sit *ballematia*, aut *ballematium*, cum titulus canonis 23 concilii in Toletani sit: *Quod ballematiæ et turpes cantici prohibendi sunt a sanctorum solemnibus.* Alii scribunt *ballemantiæ*, aut *ballimantiæ*. An autem etymon cymbali sit a *ballematia*, alia est quæstio, quam parum interest decidere.

N. 12. *Sistrum ab inventrice vocatum.* Alii *sistrum* dictum putant a *σίστρον*, hoc est, a concutiendo: sed multi Isidori etymon retinent. Hieronymus Bossius, de Sistro, refellendum Isidorum ait, quod dixerit mulieres sistrum percutere: *quasi vero*, addit, *feminae, non homines, sistrum pulsarent.* At non negat Isidorus sistrum a viris pulsari, sed innuit tantum hoc magis quam aliud feminarum instrumentum esse. Et, præter Amazonas, de Cleopatra Virgilius VIII, 696: *Patrio vocat agmina sistro*: et Lucanus, X, 63:

Terruit illa suo, si fas, Capitolia sistro.

N. 14. *Symphonia.* *Symphonia*, ut *diaphoniæ* opponitur, ab Isidoro, c. 20, n. 13, descripta fuit. Ut est peculiare instrumentum, tympanum plenum ab eo asseritur; nam paulo ante, n. 10, dixit tympanum esse partem mediam symphonie in similitudinem cribri. Concinit Papias. Sanctus Hieronymus, loc. cit. a Grialio, non solum negat *symphoniam* esse genus organi, sed etiam affirmare videtur *symphoniam* nihil aliud esse nisi consonantiam, quæ est significatio verbi Græci. Eruditissimus Mazochius, in Spiel. Bibl., t. I, part. II, dissertat. de musicor. org. origine, ostendit *symphoniam* apud Danielem non pro consonantia accipi, sed pro quodam genere instrumenti musici. Non assentitur iis qui dicunt *symphoniam* esse lyram. Exponit sententiam Isidori, et concedit *symphoniam* Isidorianam, quæ vulgo ejus ævo ita diceretur, dici posse genus quoddam tympani. Sed multis exemplis veterum astruere conatur *symphoniam* pro tuba, et frequentius pro tibia, aut vero pro fistula poni. Addit *symphonie* vocabulum, ut est peculiare instrumentum musicum, esse chaldaicum origine, scilicet *siphonia*, quod more Græco ab interpretibus redditum fuit per *symphoniam*. Concludit *symphonie* vocem apud Latinos interdum non peculiare instrumentum significare, sed quævis præcipientoria organa quibus præeuntibus rhythmus præcipiebatur, et forsitan aliquando tympanum, aut tubam, aut citharam; at plerumque tibiæ curvam, aut fistulam.

CAP. XXIII. N. 2. App. 5, post Etymologias, exhibeo excerptum de rhythmicachia, quod his Isidori capitibus de musica subjunctum reperitur in ms. Cod. Vindobonensi, a Gerberto editum, ut dixi in Isidorianis, c. 55, n. 35.

CAP. XXIV. N. 1. Confer not. ad cit. l. II, c. 24, n. 15.

CAP. XXV. N. 1. *Astronomia.* Vossius, Ricciolius, alique de astronomia scriptores a Morhofio, in Polyhistore, t. II, l. IV, c. 1, n. 8, recensentur; sed de Ricciolio hæc notanda Morhofius advertit: *Quod vero doctrinam attinet, præ cæteris omnibus laudandus Joan. Baptista Ricciolius, in Almagesto novo, quo quasi Pandectis quibusdam omnem doctrinam astronomicam ad sua usque tempora complexus, unus bibliothecæ instar esse potest. Omnia enim tam vetera quam nova recenset, et expendit. De variis*

mundi systematibus illic omnia videas, secundum auctorum variorum sententias collecta. Hæc ille. Ac nunc recentioribus quævis alia recentiora placent.

CAP. XXVII. N. 1. *Astrologia vero.* Astrologia superstitiosa, quæ genethliaca et judiciaria dicitur, merito damnata est, quamvis ineptissimi quidam homines non solum eam sequi, sed et defendere audeant.

CAP. XXVIII et seqq. Plinius, l. II, c. 4 : *Quem κόσμὸν Græci nomine ornamentis appellaverunt, eum nos a perfecta absolutaque elegantia mundum.* Beamanus originationem Isidori novam dicit : *Imo vetus, addit, ex Varrone... Unde et animalia Varroni videntur elementa, quoniam per semetipsa moventur.* In eandem etymologiam Festus quoque conspirat. Priorem illam a munditia admittit quoque Varro, l. IV de Ling. Lat., c. 29, de mundo muliebri verba faciens, qui, ut ait, a munditia dicitur.

CAP. XXX. N. 1. *In septentrionalem plagam.* Lucanus partem septentrionalem *imam* dixit, ut c. 41 constabit, ac rursus, de Nat. rer., c. 9, ubi Isidorus *imam* exponit *ultimam, et extremam, non depressam,* cum potius mundus in septentrionalem plagam dicatur erigi. Et sæpe quidem *imus* pro extremo et ultimo accipitur ab Horatio, Ovidio, Martiali, et aliis, quorum loca, quia in Lexicis patent, prætermitto.

CAP. XXXI. N. 1. *Cælum, etc.* Adisis Phurnutum, c. 1 commentarii de Natura deorum.

CAP. XXXII. N. 1. (*Dicunt*). Quod *dicunt*, vel simile aliquod verbum, sæpe in Mss. desideratur, arguit Isidorus per litterarum compendia interdum nomen auctorum indicasse quorum sententias referbat. Facile fuit, quod jam olim monui, ut ea sigla librariis non intellecta exciderint, ex quo accidit ut infinitivum frequenter sine verbo a quo regatur inveniamus. Editi supplent *dicunt, constat, etc.*

CAP. XXXVII. N. 2. *A poliendo.* Verum etymon est a *πολέω, verto;* hinc Græce *πόλεος,* et Latine *polus.*

CAP. XXXVIII. N. 1. *Et dieti cardines.* Beamanus, verbo *Cor,* ex Servio, Isidoro et aliis, refert a Græco *καρδία (cor)* Latine dici *cardo,* scilicet a forma cordis, vel quod sit quasi cor januæ, quo movetur, ut ait Servius.

CAP. XXXIX. N. 1. *Convexum.* Proprie exterior pars circuli *convexa* dicitur, interior *concava.* *Convexa cæli* substantive poetæ usurpant, simpliciter etiam *convexa* pro cælo Claudianus non semel.

CAP. XLII. N. 3. *Meridies... quod... medium diem.* Etymon *meridiei* a *medio die* Varronis, Ciceronis, et aliorum sententia comprobatur. Sed aliis non displicet, quod *meridies* a *mero,* hoc est, pleno, et sincero die, quod illo tempore nulla accessio ad lucem amplius fiat. Vide Joachimum Camerarium, Probl. etym. decur. 1, et inf., l. v. c. 28, n. 15.

N. 4. *Tertius Catachoras.* Cassiodorus, cujus sunt fere omnia hujus numeri verba, ita habet : *Primus est Merobis (in Mss., Meroe), secundus Syene, tertius Catachoras, id est, Africa, quartus Rhodus, etc.* In optimis Cassiodori Editionibus ita hic locus exhibetur siquæ ulla scripturæ discrepantia. In mss. Codicibus Toletanis Gothicis est *Merohis* pro *Meroe,* aut *Merobis,* ut in Cassiodoro legitur, *Soinis,* aut *Soynis* pro *Syene,* vel *Siene,* ut Grialius edidit, et *Brastenus* pro *Boristhenes.* Alii quoque Codices pro *Boristhenes* exhibent *Brastenus,* aut *Brustenus,* ac simili modo variant, vel aberrant in his nominibus exprimendis, quorum tamen varietas ad veram lectionem indagandam fortasse juverit.

CAP. XLIII. N. 1. *Hemispherium, etc.* Ex Cassiodoro.

CAP. XLIV. N. 4. *Quintus circulus.* De quinque his circulis eadem fere occurrunt l. XIII, c. 6, et in l. de Nat. rer., c. 10.

CAP. XLVI. N. 1. *Laeteus circulus.* De lacteo circulo, qui a Cicerone *orbis lacteus* vocatur, videri potest Macrobius, l. I comm. in Somn. Scipion., c.

15, qui etiam de zodiaco, in quo tres lineas agnoscit, et de aliis circulis cælestibus disserit.

CAP. XLVII. N. 1. *Fortior est terra.* Cassiodorus simili modo ait : *Sol fortior est terra, terra fortior est luna per aliquam quantitatem.* Quod sol eodem momento quo oritur, et Orienti simul et Occidentii æqualiter appareat, explicatione indiget. Astronomi colligunt terram sole minorem esse, quia umbra terræ in mucronem desinit ; nam, excepta luna, cæteri planetæ à terræ umbra non obscurantur. Isidorus ex Ambrosio hæc ipsa fusius refert in l. de Nat. rer., c. 16.

CAP. XLIX. N. 1. *Cujus ignem dicunt aqua nutrir.* De hac veterum opinione, quod ignis in cælo est qui aqua nutriatur, dixi ad Dracontium, l. I, v. 24 et 25.

CAP. L. N. 1. *Solem per seipsum.* Hyginus, l. IV, Poetic. Astr., c. 13, aliis fere verbis utitur, ut : *Cum videamus esse dies inæquales, et solem alio loco hodie occasurum, et alio heri occidisse.* Isidorus eundem locum exerpit in l. de Nat. rerum, c. 17, ex Arato et Hygino.

CAP. LI. N. 2, not. *Reliqua... absunt à Mss.* Verba *Cui ideo, etc.,* usque ad finem capitis *de relinquit,* a Mss. abesse ait Grialius. Sed revera exstant in multis veteribus membranis, et in Codice Albanio, in f. Cod. Vat. Arch., et aliis. Etsi autem eadem leguntur in l. de Nat. rer., tamen id non arguit ab alio potius quam ab Isidoro huc allata esse. Nam multa quæ in hoc libro de astronomia dicuntur, eadem in lib. XIII, et in libro de Nat. rer. replicantur. Et hic erat Isidoro mos, ut tam ex suis quam ex aliorum operibus plura congereret, ac repeteret.

CAP. LIV. N. 1. *Septima bicornis.* In antiquissimis Mss., et in nonnullis Editionibus legitur *bicornis est, ita ;* et appingitur figura lunæ bicornis, et ita in sequentibus.

CAP. LIX. N. 2. *Umbram obstantis terræ.* Sanctus Martinus Legionensis, tom. 3, p. 98, serm. in Ascens. Domini, profert c. 55 et seqq., usque ad hoc. c. 59, ubi quædam ex Isidoro corrigi possunt : sed non est contemnenda varia hæc Martini lectio : *Umbram obsistentis terræ exeat, videatque solem, et videatur à sole.*

CAP. LX. N. 1. *Stellæ et sidera.* Macrobius, l. I comm. in Somn. Scip., c. 14, inter stellas et sidera distinguit, ut Isidorus ; sed addit : *Sic et apud Græcos ἀστὴρ et ἀστρον diversa significant. Etenim ASTER stella una est, et ASTRON signum stellis coactum, quod nos SIDIUS vocamus.*

CAP. LXI. N. 1. *Stellæ non habere proprium lumen.* Stellas quæ fixæ dicuntur proprio fulgere lumine perique astruunt. Aliud est de planetis, ut luna. Isidorus in eandem sententia perstat, c. 24 de Nat. rer. Confer not.

CAP. LXVI. N. 2. *Pyrois.* Corrigendum Isidorum, l. v. c. 30, ait Grialius ; sed cum locus non respondeat crediderim ipsum loqui de libro de Nat. rer., c. 23, ubi etiam Mss. habent *vesper* pro *Pyrois.*

CAP. LXVII. N. 1. *Quædam stellæ ideo planetæ dicuntur.* De his etiam c. 23 libri de Nat. rer. : sed ibi *planetæ* dicuntur errantes, non quod ipsi errent sed quod nos errare faciant. Confer not. ad eum locum. Apud veteres Latinos vix invenietur qui verbum *planetæ* usurpaverit præter Julium Firmicum, l. 2, c. 2, et veter. inscript. apud Fabretum c. 10, n. 307, ut observat Forecellinus ; sed addere potuit Martianum Capellam, qui, l. viii, sæpe eo utitur.

CAP. LXVIII. N. 1. *Antegradatio.* Vocabulo *antegradationis* etiam utitur Cassiodorus, quod facultati hujus proprium est, neque debuit in optimis Latinis lexicis prætermitti. Ita *retrogradationem* Apulei auctoritate Forecellinus admisit.

CAP. LXXI. N. 1. *Sol appellatus.* Etymon solis a Varrone et Cicerone desumptum est.

N. 3. *Stellæ dictæ a stando.* Cappella, cap. de quinque parallelis, l. viii, *stellas a stando sidera a cons*

lendo, astra ab Astreo, dicta fuisse commemorat. **A**
 N. 4. *Sidera dicta.* De etymologia *sideris* vide not.
 præc. Alii *sidus* deducunt ab εἶδος, quod sit figura in
 celo conspicua aut a σῶν, et εἶδος, quod simul plures
 tellæ conspiciantur.

N. 7. *Quod terram terant, etc.* ex Varrone, l. vi
 de Ling. Lat., ex quo repositi, quasi *terriones*; nam
 Grialius habet *quasi terones*.

N. 9. *Quasi ὄφραυ ὄφρα*, hoc est, quasi *ursæ cauda*;
 d enim proprie verba Græca significant.

N. 10. *Et dictus Orion ab urina.* Græce *urina* di-
 citur οὐρον. Alii alia cogitant.

N. 11. *Hunc Latini jugulam vocant.* Correctæ Edi-
 tiones Varronis, l. vi de Ling. Lat., c. 3, a med., ha-
 bent *inter quas*, pro quo Grialius ediderat *inter quæ*.
 Non desunt qui cum Festo a *juglans* derivent *jugu-*
am, stellam Orionis, quod amplior sit cæteris quam
 iux juglandis. Hyginus, l. ii Poet. Astron., c. 24,
 abulam de Orione narrat, quem primum *Urionem* ab
urina vocatum ait, deinde inter sidera receptum. **B**

N. 12. *Hyadas dictæ.* Gellius, l. xiii, c. 9, hyades
uculas dictas ait non a *suibus*, ut Tullius Tiro in
 commentariis scripsit, sed quia veteres Latini primo
yades, deinde *suculas* appellarunt, ut quod Græci
 πῆρ, nos *super* dicimus. Negat præterea stellas istas
 in capite Tauri esse, ut Tiro quoque docuit. Sed ex
 his solis caput Tauri constare ostendit.

N. 23. *Propter Ammonem Jovem.* Ita distinxi; nam
 in Excusis inveniopropter *Ammonem, Jovem ideo vo-*
averunt. Ait Isidorus primum signum propter Jovem
 Ammonem, in cujus capite cornua artifices simulacro-
 rum figunt (*Al. tingunt*) arietem vocatum. Nota est
 abula Jovis Ammonis cornigeri.

N. 25. *Castorem.* Varro, l. ii de Re rust., c. 4, do-
 cet Geminis in Zodiaco non esse Castorem et Pollu-
 cem, sed Apollinem, et Herculem, ut observat Vul-
 pius in erudita nota ad Catullum, p. 25.

N. 27. *Annuos flatus Etesias,* hoc est, *Etesias* qui
 venti sunt annui, sive anniversarii. **C**

N. 35. *Jovis cum filio.* Jovis in recto casu exstat
 etiam apud Apuleium, in Cæciliæ et Accii fragmentis,
 in nummis veteribus, et apud Hyginum, fab. 54, et
 alias etiam apud Isidorum.

N. 38. *Cætera superstitionosa, etc.,* ex Cassiodoro,
 in cujus nonnullis Editionibus legitur: *Ad cognitio-*
nem siderum conjungunt, id est, notitiam factorum.

N. 39. *Quæ mathesis dicitur.* De astrologis judi-
 catoriis Tacitus, l. i Hist., c. 7: *Genus hominum po-*
tentibus (nonnulli reponunt *petentibus*) *insidum,*
operantibus fallax, quod in civitate nostra et vela-
bitur semper, et retinebitur. Hi *mathematici* vulgo
 vocabantur, ut supputationes ipsæ noxiæ, quas Isido-
 rus nominat *mathesis*.

N. 41. *Septem secularium disciplinarum:* has
 adhuc Isidorus explicuit. Sequiori ævo grammatica,
 rhetorica, et dialectica vocabatur *trivium*; arithme-
 tica, musica, geometria, et astronomia *quadrivium.* **D**
 Exempla hujus significationis abunde Ducangius pro-
 fert in *Trivio*, et *Quadrivio*, aut *Quatrivio*, a Boetii
 quoque tempore repetita. Ordo non idem ab omni-
 bus observabatur. Capella ita septem illas disciplinas
 disposuit, grammaticam, dialecticam, rhetoricam, geo-
 metricam, arithmetica, astronomiam, musicam. Isido-
 rus ordinem Cassiodori tenuit, nisi quod hic pri-
 mum de musica egit, tum de geometria disseruit.

LIBER QUARTUS.

CAP. II. N. 1. *A modo.* Hoc ipsum veriloquium, ut
medicina sit a *medius*, et *medius a modo*, viri docti
 approbant, ut videri potest apud Becmanum, verbo
Medium. Id multo magis placere debet quam quod
 alii dicunt, *medeor* esse a Græco μέδω, seu μέδω, *im-*
pero, quia medicorum est imperare.

CAP. III. N. *Medicinæ autem artis.* Historia artis
 medicæ exponitur a Conringio in introductione in Ar-

tem medicam, et a Lindenio cum Mercklini addita-
 mentis. Sigebertus Havercampus, comment. in Apo-
 loget. Tert., c. 23, observat pro *Æsculapius* in Ms.
 Fuldensi Tertulliani esse *Æscopium*, et sic apud Isi-
 dorum, aliosque in Mss. semper inveniri, ut testatur
 Schoppius. In nonnullis veteribus membranis Isi-
 dori cum hoc loco, tum l. viii, c. 4, reperio *Scola-*
pium. Hippocratem quartum decimum ab *Æsculapio*
 alii tradunt. Vide not. Harduini ad Plinii l. xxix, c. 4
 Apud Grialium, ad n. seq., erat l. ix, quod correxi.

CAP. IV. N. 1. *Itaque tres viri.* Tres sectas medi-
 corum hoc versu complexus fuit Marcellus in carm. de
 Medicina, vers. 6:

Quod logos, aut methodos, simplexque empirica pangit
 Hoc liber iste tenet.

Hoc carmen ab aliis Vindiciano, ab aliis Sereno Sa-
 monico tribuitur. Quod secta methodica scetetur car-
 mina, vel ob Appollinem dictum, vel ob incantationes,
 quas nonnulli veteres medici præscribebant, ut ait
 Serenus, tit. de Hemitritæo depellendo:

Inscribis chartæ, quod dicitur Abracadabra
 Sæpius, et subter repetis....

Noti sunt in Hispania homines illi, qui *Ensalma-*
dores dicuntur. Sed et Homerus curationis per carmina me-
 minit, ac propterea de curatione Homericæ integrum
 libellum Galenus scripsit. Confer Morhofium in Poly-
 hist., t. II, l. III, c. 4, n. 17; Plinius, l. xxix, c. 4,
 medicinæ historiam persequitur; et num. 4, ait: *Alia*
factio (*ab experimentis cognominant empiricem*)
cœpit in Sicilia, etc. Ubinam medicinam *experi-*
mentosam dixerit, non invenio, neque id vocabulum
 in copiosissima Harduini indice conspicitur.

N. 2. Specimen interpolationis in Codice Chisiano
 app. 3, post Etymologias, exhibebo, in quo multa
 huic libro Isidori de medicina adduntur.

CAP. V. N. 1. *Sanitas.* Proprie est a *sanus*; et *sa-*
nus, uti etiam *salus*, a Græco σάος, seu σόος.

N. 2. *Morbum... mortis viam.* Alii morbum dicunt
 esse *mortis viam*, alii deducunt a μέρος βλεν. Vide
 J. C. Scaligerum, in Theoph., de Plant. Ac fortasse
 apud Isidorum reponendum erit *mortis viam*.

N. 4. *Sanguis ex Græc. etym.* *Sanguinis* etymon
 Græcum potest etiam esse a σάλευ γυῖα, quod servet,
 ac vegetet membra corporis. Minus recte alii putant
 Latinum esse, a *sancio*, quasi *sancuis*. Rursus, num-
 6, alia etymologia *sanguinis*. De cholera Cælius Au-
 relianus, l. III, c. 19, ex Aselepiade, refert quod sit
 humoris fluor celer ac parvi temporis. Quo fortasse
 Isidori verba alludunt, *quod unius diei spatio termi-*
netur.

N. 8. *Quas Græci χρόνιαι dicunt.* Morbi chronici
causæ Latine dicuntur, ut ostendi ad Prudent., hymn.
 1. Perist. v. 20:

Supplicum causas petitis quæ medelis irrigant.

Hispani dicimus *achaques*.

CAP. VI. N. 1. *Pleuresis phrenesis.* Edidi *pleuritis*;
 ita enim medici scribunt ex vocabulo Græco. Gria-
 lius in textu *pleurisis*, in not. indicat *pleuresis*. Aliud
 est de *phrenesi*; nam apud veteres reperitur *phrene-*
sis, φρένησις; et *phrenitis*, φρενίτις.

N. 3. *Est autem perturbatio cum exag.* Retine
 veriloquium ex Græco nomine.

N. 4. *Cardiace.* Cælius, l. II, c. 31, refert cardia-
 cam passionem, ex Artemidoro et Aselepiadis secta-
 toribus, esse *tumorem secundum cor*. Hinc fortasse
 præstiterit legere apud Isidorum *ex aliquo tumore*,
 quanquam Isidorus videtur voluisse *timore*; repetit
 enim *cum formidabili metu*, quod fortasse ex Cælio
 ipso sumpsit, qui inter multas ac varias causas car-
 diacæ passionis *mæstitudinem*, vel *timorem* refert.

N. 5. *Lethargia.* Lethargia ab oblivione potius quam
 a somno dicitur. Advertit Cælius jugem illum som-
 num quem in lethargicis plerique statuunt *vere som-*
num non esse, sed oppressionem.

N. 6. *Synanche*. Grialius cum aliis Excusis edidit συγγειν; sed Cœlius in Editione Lugdun. 1566 habet: *Græci enim συγγειν continere appellant, quod verum est.*

N. 7. *Phlegmonc*. Medici recentiores *phlegmonem* statuunt esse speciem inflammationis externæ profundioris.

N. 8. *Sputo sanguinolento*, quod tamen non semper adest.

N. 13. *Telum*. Rutilius quoque ad morbum *telum* videtur respexisse, cum dixit l. I, v. 451: *Tela dolorum*. In Editione qua utor Samonici, ad marg. notatur *telum* esse pleuritidem, sed subjungitur: *Alii punctiorem intelligunt.*

N. 17. *Pestilentia*. Pestilentiam plerumque per aereas potestates, non tamen sine arbitrio Dei fieri, allatis multis Patrum veterum testimoniis rationibusque, suadetur a Theophilio Raynaudo, philolog., p. 224 seqq., in opere inscripto: *Vitæ et mortis terminalia*, puncto 6.

N. 18. *Dieta autem pestilentia*. *Pestilentia* est a *peste* et *pestilens*. Neque de *peste* etymologia satis constat.

N. 19. *Ipsa et inguinaria*. Inguinaria lues olim satis frequens erat, præsertim medio ævo; quo morbo plures absumptos etiam ex sepulcrorum titulis constat.

CAP. VII. N. 4. *Unde et vertigo*. *Vertigo* est a *verto*, quia homini eo morbo affecto omnia verti videntur. Al. *verto* etiam est *vertex*, quia eo loco capilli in gyrum vertuntur.

N. 6. *Pro lunæ cursu*, etc. Hanc lectionem non solum genuinam, sed etiam ab Isidoro ex Juvenco desumptam puto, ut adverti ad hujus l. I, v. 482.

Et lunæ cursum comitata insania mentis.

Accedit Samonicus de morbo comitali:

Ipse Deus memorat, dubiæ per tempora lunæ Conceptum, talis quem sæpe ruina profudit.

Cœlius ait epilepsiam vocari *sacram passionem*, sive quod divinitus putetur immissa, etc. Fortasse hinc Isidorus morbum divinum dixit, quem alii *sacrum* appellant.

N. 7. *Erat autem apud Rom. comitior*. Samonicus aperte *comitia* nominat, in quibus suffragia fiebant:

Est subiti species morbi, cui nomen ab illo est Quod fieri nobis suffragia justa recusant. Sæpe etenim membris atro languore caducis, Consilium populi labes horrenda diremit.

N. 10. *Typi sunt frigidae febres*. Chaconis opinionem confirmat typus Constantis, scilicet edictum famigeratum, quo silentium indictum unius vel duarum voluntatum in Christo. In opere posthumo Vazquii, nescio ejus culpa *typus* tanquam hæreticus aliquis homo inter Monothelitas nominabatur. Quæ hallucinatio a Theophilo Raynaudo primum observata occasionem deinde aliis dedit Vazquii, nihil fortasse tale merentis, acerrime reprehendendi. Cæterum apud Isidorum retinendum est *status*, et ut arbitrator, legendum: *typi sunt frigidae febres*; nam apud medicos *typus* est forma, status, nota, ac character febrium recurrentium. Cœlius, l. I Acutar., c. 14, ex Aselepiade, refert typum febris quotidianum majorum corporulentorum statio e fieri, tertium minorum, quartanum minutissimum. Apuleius, de herb., c. 102: *Ad frigora, et omnes febrium typos.*

N. 11. *Ex naribus*. Fortasse delendum est *ex naribus*. Certe Cœlius l. II Tardar., c. 7, ita habet: *Fit influxio, nunc ad nares, quæ appellatur coryza; nunc ad fauces, quæ appellatur bronchos; nunc ad thoracem, vel pulmonem, quæ appellatur ptysis*. Pro *πύσις* nonnulli habent *Φύσις*.

N. 12. *Coryza... quolies influxio*. *Coryza* Græce est gravedo, humor ex capite fluens, a *κρύα* et *ζέω*, quia veluti ebullit e capite.

N. 13. *Bronchos*. Legam libenter *βρόγχος*; ita

A enim appellant Græci guttur; ex quo fit *bronchos*, rauceo.

N. 24. *Neph*. Nephritis est inflammatio renum cum febris continua.

N. 25. *Paralysis dicta a corp. imp.* Fortasse Isidorus scripsit *a corporis impediti solutione*. *Paralysis* ad verbum solutio est. In nonnullis Mss. est *a corporis impensione*.

N. 26. *Cachexia*. Cachexia Græce est malus habitus.

N. 30. *Podagram*. Podagra quasi *ποδός ἄγρα*, hoc est, *pedis captura*. Isidorus duplicem etymologiam ex Cœlio retulit. Podagra a retentione pedum *nodosa* dicitur. Ovidius, l. I de Ponto, ep. 1, v. 255:

Tollere nodosam nescit medicina podagram.

N. 36. *Quem Græci*. Apud Grialium, et alios Excusos erat *quam Græci*; restitui *quem* ex Cœlio, quem Isidorus transcribit.

B N. 39. *Ragades*. Celsus, l. VI, c. 17, distinguit *rhagadia* (sic enim vocat) ab hemorrhoidibus: *Rhagadia sunt, cum in ano sæpe et quidem pluribus locis cutis exciditur (Al., scinditur); Hemorrhoides sunt ora venarum tanquam ex capitulis quibusdam surgentia, quæ sæpe sanguinem fundunt*. *Rhagadia* sive *rahagades* Celsus vocat *scissuras recentes*, atque adeo fortasse legendum est *scissuræ* pro *fissuræ*. Græcum *ῥαγὰς* est *ruptura*.

CAP. VIII. N. 1. *Aeris qualitatem habentibus*. Putarem legendum *areæ qualitatem habens*. Alopecia est *areæ* species. Celsus, l. VI, c. 4: *Arcarum quoque duo genera sunt. Commune utrique est, etc. Sed ea, quæ ἀλωπεκία nominatur, sub qualibet figura dilatatur: fit et in capillo et in barba*. Alopeciam dictam non a similitudine vulpeculæ, sed quia vulpes eo morbo frequenter laborant, verior est sententia. De alio *areæ* genere pergit ibidem Celsus: *Id vero, quod a serpentis similitudine ὄφιασις appellatur, incipit ab occipitio*, etc. Fortasse hinc aliquis, et ex eo Isidorus existimavit alopeciam quoque a vulpis similitudine nuncupatam.

N. 4. *Erysipelas*. Varia est apud alios erysipelatis etymologia, vel ab ἐρεῖδω *traho*, et *πέλας* *prope*, quia partes propinquas attrahit, vel ab ἐρυθρός *ruber*, et *πέλις* *niger, lividus*, etc.

N. 6. *Sarnam appellat*. Ita etiamnum Hispani appellant, et videtur hoc proprium esse, et fuisse Hispanorum vocabulum. Papias ex Isidoro sumpsit: *Sarna, impetigo*. Semlerus, in not. ad Glossarium Isidorianum, verbo *Seaturrio*, monstrum putabat hoc loco *sarna*, et cum non intelligeret quid esset, conjiciebat *scarram*, quæ vox Germanica est. In auctario Ducangii, ex Papiæ Mss. Bituricensi, profertur: *Impetigo sicca scabies, prominens cum asperitate, et rotunditate formæ: hæc vulgo sarreuma dicitur*. Subjungitur suspicio, *sarna*, ut habetur in Editio, perperam ex *sarreuma* contracte scripto factum fuisse. At ex Isidoro et idiomate Hispano retinendum *sarna*.

N. 7. *Prurigo*. Proxime est a *prurio*, quod duci poterit a *prouro*.

N. 12. *Elephantiacus morbus*. Convenientiam morbi elephantiaci cum elephante exponit Areteus, l. II, c. 13.

N. 13. *Arquatam* Nonius, c. 5, n. 14. *Arquati dicuntur quibus color et oculi virent, quasi in arqui similitudinem*. Præmiserat quod *arcus* suspensus torquæ appellatur, *arcus* non nisi qui in cælo appareat, quem *Irim* poetæ dixerunt. Nihilominus multi scribunt *areuatos*, et *arcuatam* morbum, et ita in textu Grialii legebatur. Id. Grialius in textu exhibet *ieterris*, in not. *ieteron*.

N. 14. *Cancer*. Celsus *ulcus*, non *vulnus*, nominat, cum de cancro agit. Aliquando tamen *ulcus* et *vulnus* confunduntur. A verbis *Aut ergo*, etc., sensus imperfectus videtur, aut certe obscurus est.

N. 19. *Uleus*. Est a Græco ἕλκος, ex quo nonnulli cum aspiratione scribant *hulcus*.

N. 21. *Quasi pupula*. Festus : *Papillæ capitula mammæ dictæ, quod papularum sunt similes*. Si egatur *quasi papilla*, potius dicendum erit *papulas* ita vocatas quod *papillarum* sint similes. Atque id magis placet; nam *papillæ* ita sunt dictæ quia eas infantes quasi *papant*, ut ait Isidorus, l. xi, c. 1.

CAP. IX. N. 2. *Dieta observatio legis et vitæ*. De varia significatione vocis *dietae* consuli possunt Janus Jousa in Præc., c. 10; Joannes Wouweren, ad Peronium; et Vossius, in Etymologico.

N. 6. *Quæ duo etiam*, etc. Refert se Isidorus ad ea quæ dixit, omnem curationem aut *ex contrariis* aut *ex similibus* adhiberi, quæ duo ipsis remedium nominibus significari solent.

N. 11. *Pessaria*. *Pessum* vocat Apuleius, de Heris, c. 121, et *pessus* masculino genere Plinius Varianus, l. i, c. 1, ad fin. *Pessarium* dixit Theodorus Priscianus, l. iii, c. 5.

CAP. XI. N. 4. *Gua*. *Gua* a Theod. Prisciano, l. i, part. ii, c. 16, dicitur *cucurbita ventosa*. Sed Isidorus innotuit simpliciter *ventosam* appellari; et hoc nomen est proprium Hispanorum vocabulum *ventosas*.

N. 6. *Pinsendis præfuit arvis*. Non arridet quod *insendis arvis* idem sit ac *pinsendo frumento*. Si refineatur *arvis*, malim intelligi Pillumnum præfuisse *arvis*; qui idem pilum et pilam invenerit, quibus far pinsitur. Suspicio mihi erat legendum esse *insendis præfuit granis*.

N. 7. *Mortarium*. Etymologici alii dictum volunt quasi *moretarium*, quod in eo fieret *moretum*.

N. 8. *Cotricula*. Adde Plinium, l. xxxvii, c. 10. : *ex achate medici cotriculas faciunt*. Quod sequitur quod Isidorus, *erit enim lenis*, fortasse mutandum in *laevis*, vel, ut alii scribunt, *levis*, quanquam vocis *lenis* eadem significatio esse potest.

CAP. XII. N. 1. *Odor*. A Græco ὄζειν, quod est *olere*, originem trahit.

N. 3. *Incensum*. Pro thure antiquius verbum est, nam nonnulli arbitrantur. Vide Prudentiana, not. a n. 151.

N. 4. *Tetraidos*. Fortasse *tetraides*, vel *tetrades*. Desidero id vocabulum in Lexicis tam primæ quam mediæ Latinitatis.

N. 7. *Unguenta... a locis, ut telinum*. Quia nonnulla unguenta a locis dicuntur, Augustinus, Theophilactus et alii existimant unguentum *pisticum*, cuius mentio fit in Evangelio Joannis, c. xii, 3, a *Bistu*, seu *Pista*, capite Caramaniæ, vel provinciæ Caryl apud Indos, vel ab alio. quovis loco appellatum hinc not. Petri Lazari ad Brunonem Astensem in comment ad Matth. *Telinum* vero non a loco vocatum, sed a feno Græco, quod Græce τῆλις dicitur, hinc existimant; nam fenum Græcum præcipuum eorum est, ex quibus *telinum* componitur. Quidam legunt *Corpus suavi* sine conjunctione *que*; et etiam *est stare* potest senarius cum trisyllabo *suavi*.

LIBER QUINTUS.

CAP. I N. 1. *Phoroneus... leges judiciaque constituit*. Hæc, et multa alia ex hoc libro inter Gratiani decreti canones relata sunt, quæ videre poteris collecta a Berardo in nostris Isidorianis, c. 32. Sed cum Berardus Editione regia Matritensi usus non fuerit, nonnunquam decreti scripturam ex corruptis exemplaribus reformare voluit.

N. 2. *Lacedæmoniis jura ex Apollinis*. Berardus, loc. cit., legendum ait, juxta vulgatos Isidori Codices. *Lacedæmoniis jura legum ex Apollinis*, non *Lacedæmoniis jura ex Apollinis*, ut apud Gratianum. Verum in Editione Grialii hæc ipsa Gratiani lectio expressa est, nisi quod mendum in textu Grialii erat *Appollinis*.

N. 4. *Hi decemvir*. Paulo aliter nomina decemvirum apud Gratianum referuntur.

N. 5. 6. *In libris exoleverunt*. Correctores Romani decreti pro varia lectione ascribunt *in libros*. Gratiani *obsoleverunt* pro *exoleverunt*.

A CAP. II. N. 1. *Divinæ natura*. Id explicat Berardus, loc. cit., ut ex mente Isidori discrimen possit agnosci inter leges naturales et divinas. Suarius, l. i, de Legib., c. 3, n. 9, ostendit legem naturalem posse quoque dici divinam, ex sancto Thoma, et sancto Augustino, l. ii de serm. Domini in mont., c. 9. *Quis enim scribit in cordibus hominum naturalem legem, nisi Deus? Expressiusque hanc legem divini nam appellat Isidorus, l. v. Etym., c. 2.*

N. 2. *Fas lex divina*. Distinctionem inter *fas* et *jus* Suarius explic. ib., l. i, c. 2, n. ii, productis in medium Isidori verbis, quem passim laudat.

B CAP. III. N. 1. *Jus autem dictum quia justum*. Hieronymus Magius, Miscell. l. iv, c. 1, *jus* a *jubendo* dictum affirmat, non a *justitia*, ut vult Ulpianus, neque a *justo*, ut vult Isidorus, quem auctores juris Pontificii sequuntur. Reprehendit etiam quod Isidorus *justitiam* dictam asseruerit, quod in ea *jus stet*. Neque Isidorum neque alios viros doctos facile reprehendendos esse ob simile etymologiarum genus, sæpe monui. Credo equidem a *jus* esse *justum*, a *justo justitiam*. Quod autem *jus* sit a *jubeo*, multi negant, qui potius *jubeo* a *jus* deducunt. Alii igitur *juris* originem a *juvando* repetunt, alii a *Jove*, quasi *Jous*, aut *Jovis os*, alii ab ejulatione *ioh*, ex qua *ejulare* natum. Vide Beermanum et alios etymologicos. Neque desunt qui *jus* pro æquo a jure coquinae appellatum asserunt, quia scilicet jusculum æquis partibus distribui solebat. *Justitiæ* originatio, quam Magius damaat, fortasse ea est quæ reperitur l. xviii, c. 15. *Justitia quasi juris status*.

N. 2. *Lex a legendo*. Andreas Cirinus, de urbe Roma, c. 39, recipiendum esse negat hoc etymon quod *lex* dicta sit a *legendo*: quod si verum esset, *inquit*, non scripta *lex* non esset. Verum potuit optime origo nominis hujus inde peti, quod initio *lex* esset scripta, et publice *legeretur*, ut multi aiunt, quamvis postea idem nomen legi non scriptæ fuerit attributum. Ut autem hæc etymologia omni legi possit convenire, a theologis nonnullis explicatur de *interiori lectione, et scriptione*, ut *lex* naturalis a sancto Paulo, Rom. ii, dicitur *scripta in cordibus nostris*. Alii *legem* dictam putant a *legendo*, id est, *eligendo*, quia, ut ait Cicero, l. i de Legibus, *nos delectus vim in lege ponimus*. Alii cum sancto Thoma a *ligando* etymon *legis* deducunt.

ib. *Mos autem, etc*. Proferuntur hæc etiam ab Ivone epist. 79. Isidorus *tantumdem* pro *tantum* sæpe adhibet. AREV.

CAP. IV. N. 1. *Liberor. susceptio*. Berardus utramque lectionem *susceptio* et *successio* optimam putat, dummodo *successionis* nomine non hæreditaria intelligatur, sed personalis, qua scilicet filius patri natura succedit vi generationis.

N. 2. *Vel commodatæ restitutio*. In Mss. Gothicis legitur *vel commendatæ pecuniæ restitutio*. Sed tuto potest omitti *pecuniæ*, cum jam præcedat *rei*. Preferendum quoque est cum Grialio *commodatæ*.

D CAP. IX. N. 1. *Jus Quiritium*. Utroque modo dicitur *Quiritium* et *Quiritum*. Hoc in nota retinet Grialius, et sic etiam exhibent Editiones veteres. Quod autem in his scribitur *decretionibus*, mendum apertum est, et omnino distingui debet de *cretionibus* quæ *cretiones* postea clarius explicantur.

CAP. XI. N. 1. *vel quod sciscit, etc*. Lectionem a Grialio in textum admissam, *quod ea plebs sciat, vel quod sciscit, ita uti rogata fuit*, plebs plebscitorum formulis magis congruere Berardus assentitur. Scriptura in aliis Editis, *vel quod sciscitatur et rogat, ut fiat*, corrigenda esset *et rogatur*, ut vero sensu procederet. Non desunt qui *plebsciturum* dictum putant, quia *plebs ciebatur*, seu *citabatur*, cum scilicet post rogationem legis in suffragium vocabatur. Sed verior videtur etymologia quæ a *scisco* repetitur.

CAP. XV. N. 1. *Papia Poppæa*. In antiquis Excusis perperam legebatur. *Pompeia* pro *Poppæa*; qui error

in nonnullis etiam Suetonii Editionibus; et apud alios reperitur, ut notavit Isæus in not. ad Lactantium, l. 1, c. 16.

CAP. XVI. N. 1. *Unde et Satyram scribere.* Andr. Schottus, l. 1 Observ. hum., c. 2, confirmat nullam fuisse legem saturam; Festum, Diomedem, et Isidorum ex corrupto aliquo Sallustii exemplari deceptos ut legem saturam admitterent. Quæ adduntur, *Satyram scribere*, etc., non video cur aliena censerī debeant. Nam *satura*, *satira*, sive *satyra*, carmen multis ac variis rebus refertum dicebatur, ut sunt *satyræ* Horatii, etc. Casaubonus, l. 2 de *Satyr.*: *Similime igitur et poemata quibus breviter multi perstringebantur saturæ, vel, ut posterius captum pronuntiarī, satiræ dictæ sunt.* Scaliger tamen, l. 1 Poet., c. 12, *satyram a Satyris*, non a *satyra*, lege vel lance dietam contendit; quin has a *Satyris* etiam vocatas putat. Cum lancibus enim prodibant, et canistellis omni genere pomorum plenis, quibus nymphas alliecerent. At Casaubono favent non solum hæc Isidori verba, sed similia a'ia Porphyronis in Horatium. Vide inf. l. VIII, c. 7, n. 8.

CAP. XXI. N. 1. *Erit autem lex honesta*, etc. Egregie hæc exponit Suarius, cit. l. 1 de Leg., ubi c. 9 inser: *Utrum sit de ratione legis ut sit justa et iuste lata, ubi de aliis conditionibus legis ab Isidoro positis.* Quippe singulas condiciones legis ab Isidoro traditas, ex veterum Patrum sententia rationibusque theologis confirmat.

CAP. XXII. N. 1. *Pragma. Pragmatici* in foro apud Græcos, et postea etiam apud Romanos, dicebantur qui mercede actores causarum, ignaros juris et fori consuetudinis, monebant, dicenda suggerebant, et agendi rationem docebant, ab advocatis longe diversi.

CAP. XXIII. N. 1. *Dissimulare.* Gothici Mss., *in-simulare* cum glossa *accusare*.

N. 2. *Testes... quod testamento.* Verior origo testamenti est a *testatum*, et *testamen*, quod a *testis* deducitur Etymologici volunt *testis* esse ab antiqua lingua Græca θέστος.

CAP. XXIV. N. 1. *Voluntate.* Forte, *voluntarie*, aut *voluptate*. Res eodem pertinet, dispositionem legalium instrumentorum *voluntatem* appellari, quia voluntate fit.

N. 2. *Testamentum vocatum.* Etymologiam *testamenti* nuper attuli. Jurisconsulti plurimi dicunt *testamentum* esse quasi *testationem mentis*. Hæc etymologia, et ea quæ ab Isidoro adhibetur, explicent ali-quid quod proprium est testamenti, sed veram vocis originem non pandunt. Nam *mentum* neque a *mente* est, neque a *monumento*; sed est productio vocis, seu paragoge, ut in *cognomentum*, etc. Veram originationem *testamenti a testibus*, vel *testor*. Isidorus ipse, lib. 1 de Offic. eccles., c. 11, satis aperte indie. Conferendus quoque est Gellius, l. VI, c. 12, ubi Servium Sulpicium jureconsultum, virum ætatis suæ doctissimum, reprehendit quod *testamentum* verbum duplex esse scripserit, compositum a *mentis testatione*. *Quid igitur*, ait Gellius, *calceamentum, quid paludamentum, quid pavementum, quid vestimentum, quid alia mille per hujusmodi formam producta?*

N. 6. *Testamentum juris prætorii*, etc. Inter præsentiam testium, subscriptionem, signacula, et numerum ita distinguit Justinianus, tit. 10 Inst., § 3: *Ita ut hoc jus tripartitum, esse videatur, et testes quidem, et eorum presentia uno contextu testamenti celebrandi gratia a jure civili descendant; subscriptiones autem testatoris et testium ex sacrarum constitutionum observatione adhibeantur: signacula autem, et testium numerus ex edicto prætoris.*

N. 11. *Codicillum ut veteres*, etc. Omitti poterit ut, vel supplendum constat; nam *codicillus* mascul. gen. mox occurrit, atque ita a cæteris usurpat. Quid est autem quod ait Isidorus: *Sicut autem codicillus fit vice testamenti, ita epistola vice codicillorum?* Lipsius, c. 2 de Inst. ep., probat *epistolam* esse

scriptum animi nuntium ad absentes, aut quas absentes; sed proprie *codicillos* appellari, cum præsentibus scripto conveniuntur. Ea mens Senecæ videtur esse ep. 56: *Video te, mi Lucili, cum maxime audio, adeo tecum sum, ut dubitem an incipiam non epistolas, sed codicillos tibi scribere.* Fortasse ergo vult Isidorus, eum ad absentes scribendum est, vice codicillorum epistolam adhiberi. Vel intelligit antichartæ et membranarum usum, in codicillis colloqui epistolarum scribi consuevisse, ut ait l. VI, e. 8, ult. Cæterum codicillos aliquando pro epistola universim, poni, nonnulli observant. De codicillis Ius disserit Brissonius, l. VII de Formulis.

N. 16. *Cretio appellata est.* Nic. Antonius, Bibl. vel Hisp. l. V, n. 95, inter alias etymologias quæ in Isidoro reprehenduntur, hanc ponit, quod *cretio* dicatur a *decretionem*, sive *decernendo*. Sed cum Alciat observat, a juris ipsis auctoribus duo hæc nomina *cernere*, et *decernere*, promiscue sumi, ut in leg. *qui hæres*, § penult., et leg. *Pupillus*, de acquirendis hæredit.

N. 17. *Fideicommiss.* A Græco πίστις *fidem* dictam multi volunt. Isidorus Ciceronis sententiam tenet l. Offic., e. 7: *Ex quo, quanquam hoc videbitur fortasse cuiquam durius, tamen audeamus imitari Stocos, qui studiose exquirunt unde verba sint ducta credamusque, quod fiat, quod dictum est, appellatam fidem.* Huc facit sanctus Augustinus, ep. 109 Isidorus iterum, l. VIII, e. 2, n. 4.

N. 18. *A pago est pepigi*, ut docet Quintilianus l. I, c. 6, al. 10.

N. 19. *Placitum.* Latinis est sententia, opinio. I autem verbum forense est, ad sequiorem ætatem pertinet. Et aliquando quidem *placitum* sumebatur pro conventionem, aut pacto: ejus significationis exemplum sunt apud Ducangium; aliquando vero pro termino legitimo, communi partium consensu, vel judicis sententia constituto, ex quo Hispani vocant *plazo*. Hæc est secunda significatio, quem Isidorus invenit. *Al dieunt*, etc.

N. 20. *Manum dabit.* Fortasse *manu dabit*, vel *in manu dabit*. Ita enim etymologia verbi *mando* exponi consuevit.

N. 21. *Venditio quasi venundinatio.* A *venund* est *vendo*, a *vendo* est *venditio*.

N. 25. *Donatio.* Etymologiæ *donationis* et *dotis* a Isidoro adhibite rei nonnullam proprietatem expli- eant, ut sæpe alibi, sed veram vocem originem non aperiunt. A Græco δῶ est *do*, a quo *dos*, *dono*, *donatio*.

N. 26. *Nam antiquus nuptiarum.* Albertus Dietericus Trekel, in not. ad l. Brissonii de ritu nuptiarum p. 289, conjicit originem tabularum matrimonialium ex conventionem in manus per coemptionem esse accessendam, et p. 298, contra asserentes mutuarum emptionem viri et uxoris, contendit solum maritum emisse mulierem, et hujus bonæ, quamvis utriusque coemptionem fecerint. Isidorus hoc loc. his accedit qui mutuarum coemptionem astruunt. L. IX, c. 5, tabulas matrimoniales *instrumenta emptionis* vocat quod Dietericus exphæat de conventionem in manu per coemptionem sine mutua emptionem.

N. 29. *Condiciones.* Communem scribendi rationem secutus sum *condiciones*, quamvis Grialius etiam in textu *condiciones* prætulit. In veteribus monumentis utroque modo reperitur.

N. 30. *Stipulatio a stipula.* Alii censent *stipulationem* dictam a *stipula*, quam in contractibus agrariis manu tenebant, ut agrum integrum representaret. Varro sub fin. l. IV de Ling. Lat., et Festus, in *Stipem et stipe stipulationem* deducunt. Nonnemo a *stipulis*, hinc nodi morem contortis, quibus segetum manipulos astringebantur, et obligabantur. Qui *stipulum* apud veteres pro *firmitate* acceptum aiunt, id a *stipite* descendere suspiciantur. Videndus Brissonius, l. I de Formulis. Quod autem Chacon spuria censebat. *Vetres... agnoscebant*, nescio qua id ratione sibi

persuadere potuerit, cum antiquissima exemplaria consentiant. Imo quod in Hispania a pueris ita celebrari videmus, ut stipulam frangant, iterumque jungant, et in auras dispergant, quod vocant *pajitas a volar*, cur non ex veterum more derivasse credemus? Dicunt etiam Hispani *hechar pajas* de ludo quo sortem stipulis quærunt.

N. 31. *Sacramentum est pignus sponsionis*. Petrus Pithœus, l. 1. Adv. c. 48, Isidorum ait ex quopiam meliori auctore docuisse sponsionis pignus legitimum esse sacramentum. Certe Isidorus, ex antiquioribus, et, si vis, melioribus auctoribus, fere ea omnia quæ profert, illa etiam quæ criticis intemperantioribus absurda videntur, collegit. Et apud veteres quidem *sacramentum* fuit pecunia, quam litigantes, sive de re aliqua contententes, in loco sacro, vel apud pontificem deponebant: pecunia victoris ab eundem redibat, victi in rebus sacris consumebatur. Vide Varonem, l. iv de Ling. Lat., et Festum, verbo *Sacramentum*. Isidorus autem post primam significationem ab alteram devenit, qua sacramentum accipitur pro iurejurando, quod maxime sacrum habebatur.

CAP. XXV. N. 1. *Inde hæres*. Fortasse *inde herus*; nam ab *herus* hæredem dictum multi volunt; alii ab *hæreo*. Vide l. ix, c. 5, n. 1. Sive autem *heres*, sive *hæres* scribatur, ad originationem perinde est.

N. 3. *Sua male utitur*. Pro *suis utitur*; nam *utor* cum accusativo sepe occurrit in antiquis Isidori exemplaribus, quod interdum in Excusis aliter habetur. Vulcanius, ut alii Editi, hoc num. ablativum posuit *suis male utitur*; sed n. seq. accusativum retinuit, *ea homines ad res bonas utantur*.

N. 5. *Pro suo tractare*. Hoc est, pro suo administrare. De hujus modi peculio multa jureconsulti, Dig. l. xv. tit. 1, qui *de peculio* inseribitur.

N. 8. *Quia ejus hæredes*. Suspicio legendum *quia ab eis hæredes*. Ulpianus, in l. regul., l. 17, de Caducis: *Quod quis sibi testamento relictum ita ut jure civili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, quia veluti cecidit ab eo*. Apud Fabretum, c. 10, n. 319, inscriptio vetus habet: *D. Laberius secundus procur. Caducorum*.

N. 9. *Familia herciscunda*. Clarius *familia herciscunda* est hæreditas dividenda. Vide tit. 2 l. x, Dig.

N. 10. *Communi dividundo*. Tit. 3 l. x, Dig., *De communi dividundo*.

N. 11. *Finiun regundorum*. Dig. tit. 1 lib. x, *Finiun regundorum*.

N. 19. *Depositum*. Apertum est quod *depositum* est a *de* et *positum*. Sed Isidorus, vel aliquis alius, ex quo ille sumpsit, exprimere voluit *depositum* esse pignus commendatum *ad tempus*, quod adverbio *diu* notavit.

N. 21. *Arra* sive *arrha* (utroque enim modo scribitur) Hebraicam originem habet. Itali dicunt *caparra*, et *arra*. Vide l. ix, c. 9, n. 6.

N. 32. *Contra veritatem*. An legendum *contra voluntatem alteri consentit*?

N. 33. *Interdictum*. Justinianus, l. iv Institut., tit. 45, § 1, *interdicta* appellari ait, quia *inter duos dicuntur*. Magis aridet etymologia Isidoriana, quæ rei substantiam attingit.

N. 34. *Pretium*. A *peritus* nonnulli inepte deducunt, alii a *proco*, *posco*, alii aliunde. Videndus Vossius in Etymol., ut alios omittam.

CAP. XXVI. N. 1. *Crimen a carendo*. *Crimen* melius derivatur a *κρίνω* *judico*, vel *κρίμα* *judicium*.

N. 3. *Flagitium*. *Flagitii* origo ab aliis dicitur esse a *flagrum*, vel a *flagrare*, ut *flagitare* sit ardens postulare. Ac fortasse Isidorus scripsit *Flagitium a flagrando corruptela libidinis*, etc. Sententia petita est ex Augustino, l. iii de Doctr. Christ., c. 10. *Quod agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum, et corpus suum, flagitium vocatur; quod autem agit ut alteri noceat, facinus dicitur*. Etymolo-

A *giam flagitii innuere videtur* Plautus Rud. iii, 4, 28 :

... Etiam vim opprobras, flagitii flagrantia?

N. 7. *Dolus*. Græcum est *δόλος*. Aliæ etymologiæ adductæ in rei natura, sive proprietatibus explicandis versantur. Quisnam autem Petronius iste sit, cujus verba nobis Isidorus conservavit, incertum.

N. 9. *Falsitas*. Proprie est a *falsus*, et *fallo*, quod ex Græco idiomate oritur *σφάλλειν*, *φάλλειν*.

N. 10. *Apud comicos*. Malim *apud Comicum*, hoc est, Terentium, cujus id est Heeyr. i, 1, 15 :

Injuriun autem est ulcisci adversarios.

N. 14. *Stuprum*. Nonnulli veteres Mss. ita conjungunt: *Stuprum raptus proprie est illiciti coitus a corrupendo dictum. Unde et qui rapto potitur, stupro fruitur*; alit., *raptu potitur*, Gratianus duobus in locis hanc sententiam retulit, ean. 48, eaus. 27, q. 2: *Raptus est illicitus coitus a corrupendo dictus. Unde qui rapta, potitur, stupro fruitur*. Et can. 1, caus. 36, q. 1: *Raptus quoque illicitus coitus a corrupendo est dictus. Unde qui rapto potitur, stupro fruitur*. Correctores Romani observant, in Cod. Isidori impressio sic legi: *Stuprum raptus proprie est illicitus coitus, a corrupendo dictus. Unde Virgilius: Rapto potitur, id est, stupro fruitur*. Et videtur quidem Isidorus stuprum cum rapto conjungere voluisse ex illa Servii interpretatione ad l. iv Virgillii, v. 217: *RAPTO POTITUR, stupro fruitur*.

N. 18. *Internecevi*. Nonnulli scribunt *internecivum*, alii *internecinum*; communior et verior scribendi ratio est *internecivum*. Beemanus bellum *internecivum* expovit, quod utrumque bellatorem necat: alii melius, quod ad interneceionem alterius partis suscipitur. *Inter* in compositione aliquando vim auget; et hoc verum est in *interbibo*, *interneco*, etc.

N. 19. *Ante pœnam quadrupli*. Ex Gellio, loc. cit., lege decemvirali permissum fuit, occidi furem, si aut cum faceret furtum nox esset, aut interdum telo se, cum prehenderetur, defendit. Postea a lege hac discessum fuit, et actio in quadruplum data, si quis super manifesto furto jure et ordine experiri vellet. Aliis deinde furtis, quæ nec manifesta appellantur, pœnam imposuerunt dupli.

N. 24. *Cepit*. Correxì *cepit* pro *cæpit*, ut est non solum apud Grialium, sed et apud alios Excusos.

N. 27. *Commisssa*, etc. Fortasse respexit ad Virgilium, l. vi, v. 568 :

Quæ quis apud superos, furto lætatus inani,
Detulit ad seram commisssa piacula mortem.

Servius: *PIACULA COMMISSA, propter quæ expiatio debetur*.

D CAP. XXVII. N. 4. *Octo genera panar*. Talionis meminit Augustinus ex Cicerone, adeoque inter fragmenta Ciceronis non immerito id reponitur. De pœnis autem et suppliciis ac variis tormentorum generibus, quinam scripserint, Fabricius, c. 15 Bibl., exponit.



N. 9. *Catenæ*. Ad secundam etymologiam fortasse pertinet quod nonnulli aiunt, *catenam* esse a Græco *καθ' ἕνα*, quod varios annulos nectat, atque uniat, Alii derivant a *καθεμα*, *monile*.

N. 11. *Nervus*. In Excusis ita legitur: *Nervus est vinculum ferreum, quo pedes, vel cervicis impediuntur*. Vid. var. lect.

N. 12. *Boia*. De boiis disserui in comm. ad Prud. hymn. 1 Perist., v. 46 :

Career illigata duris colla boiis impedit,

ubi specimen boiæ veteris ex Musco Borgiano ær in eisum exhibui, quod hoc quoque non alieno loco repetere placet.



N. 13. *Numero tantum plurali.* Ex Varrone, l. iv de Ling. Lat., c. 32: *Arx ab arcendo.. carcer a coercendo, quod exire prohibentur.* Atque id magis placet quam quod alii dicunt, *carcer* esse a *cancer*, *canceris*, qui nunc *cancelli* dicuntur. Præter Virgilium nonnulli alii numero singulari dicunt *carcerem*, unde emittuntur quadrigæ. Frequentius tamen est plurali numero *carceres* hoc sensu dicere. Vide l. xv, c. 2. n. 46.

N. 14. *Plaga.* Græcum est, uti *plecto*, a quo derivatur, *πλάττω, πλῆγή*, et Dorice *πλαγά*. *Flagrum* a *flagro*, quia flagris cæsus flagrat, sive uritur.

N. 15. *Anquilla.* Huc faciunt Hesychii verba: *Σωτάλαι ὄφεων εἰσι φλαγγίλια, λῶροι.*

N. 16. *Palos.* Pro sudibus optimi quique auctores dicunt, pro fustibus etiamnum Hispani.

N. 17. *Vectis.* Est baculus, quo aliquid suspensum vehitur: adeoque conjectura Ant. Augustini valde probabilis est.

N. 18. *Virgæ.* De virgis et scorpionibus dixi in comm. ad Prudentium, hymn. 1, v. 44:

Illa virgas, et secures, et bisulcas ungulas
Ibi etiam et aliis in locis de fiduculis, de quibus mox Isidorus,

N. 20. *Ungulæ.* Tabulam ex veris instrumentis quibus martyres cruciati sunt, expressam, picturis Gallonii de hoc eodem argumento adjunxi post comment. et indic. ad Prudentium. Explicationem adhibui in comm. ad hymn. 11. Perist. v. 57. Eamdem tabulam hic rursus exhibere non pigebit, brevi expositione addita. N. 1 exprimitur chirotheca ferrea, quæ angularum species est, in cœmeterio Callepodii reperta. N. 2, uncus ferreus capiti cujusdam martyris infixus e cœmeterio sanctæ Agnetis. N. 3, pecten ferreus, qui exstat inter sacras reliquias monasterii sacertimonialium ordinis Dominicani sanctæ Mariæ Magdalensæ in monte Quirinali. N. 4 et 8, ex museo sacro vaticano duo instrumenta deprompsi, quæ inter ungulas videntur referenda. N. 5, exhibentur ungulæ bisulcæ, quæ asservantur in basilica sancti Petri. N. 6, plumbatæ ex museo sacro vaticano. N. 7 et 9, duo lebetes, insculpti in sepulcris sanctorum Victorinæ et Exuperantii. De quibus omnibus plura loc. cit. dixi.

N. 21. *Equuleus.* Sagittarius, de Cruciat. sanctorum Mart., c. 17, corrigebat hunc locum: *Eculeus*

autem dictus, quod ei tanquam equo reus impositus extendatur. Vide meum comment. ad hymn. 5 Per., v. 109.

N. 22. *Tormenta.* A *torquico* et *tortum*, et fortasse a *tormen*, seu *tormina*, est *tormentum* per productionem vocis, ut c. 24, n. 2, in verbo *Testamentum* observatum est.

N. 23. *Latumia.* Grialius, in textu edidit *latomia*, et *latomias*; in not. *latumia*, et *latumias*. Festus scribebat *latumia*, ut ordo litterarum exigit in ejus opere. Varro, l. iv de Ling. Lat., *latomia*, et ait de Latonia translatum, quod hic quoque lapidicinæ fuerant. Græcum est *λατωμαί*, quod lingua sicula significat locum ubi cæduntur lapides. Latinos autem *latomias* in *lautumias* mutasse, ex loco Senecæ, a Grialio allegato, satis manifestum est; qui tamen ita legitur in Editionibus correctioribus: *Cum reus rogaret ut in lautumias transferretur: Non est, inquit (Sabinus), quod quemquam vestrum decipiat nomen lautitiae; illa animo meo lauta res est.* Atque hæc scribendi rationem multi sequuntur. Antiqui fortasse alii alio modo.

N. 24. Versus Juvenci, lib. I, vers. 584 seq.:

Pervulgata diu legis præcepta tenetis,
Lædentem semper similis vindicta sequatur.

Unde Isidorus sumpserit *talionem* in bonam etiam partem sumi, non liquet. Apud Dueangium ex donatione abbatiae sancti Ægidii, anni 1038, hoc invenitur exemplum: *Pro talione nobis impenduntur caelestia.* Plura congerit Dueangius, ut ostendat talionem accipi pro reciproca pœna; at pro hac significatione minime opus erat ad scriptores mediæ ævi devenire.

N. 25. *Ignominium.* Huc redidit quod ait Nonius c. 1, n. 93: *Ignominia est nominis nota.* Clarius Onomasticum: *Ignomines ἀνώνυμοι, anonymi. sine nomine.* *Ignominium* neutro genere dixit Commodianus inst. 19: *Non ignominium est virum seduei prudentem.*

N. 26. *Infanium.* Vel *infamia.* Pejus quidam est, quam *ignominia*; nam, ut ait Cornelius Fronto: *Ignominia imponitur ab eo qui potest animadversione notare, infamia ex multorum sermone nascitur.* Promiscue tamen hæc duo poni solent. In versu Virgilii excusi referunt *malum quo*, quod præferendum videtur,

quamvis Grialius aliter sentiat. Apud Tertullianum etiam, quem Isidorus præ oculis habuit, est *quo*.

N. 27. *Fama autem certi*. Ex Tertulliano fortasse hæc reformari debebunt, qui cit. c. 8, al., 7, Apologctici, sic habet: *Tandiu vivit quandiu non probat. Siquidem ubi probavit, cessat esse. . . . exinde res tenetur, res nominatur. . . . Fama, nomen incerti, locum non habet, ubi certum est.*

N. 28. *Unde postliminium*. Tit. 15 l. XLIX Dig. est *De captivis, et de postliminio*, etc. Quo fortasse allusit Isidorus; cujus tamen verba non satis integra sunt.

N. 31. *Metallum. . . deputantur*. Sigebertus Havercampus, in comm. ad c. 9 Apologctici Tertulliani pro *deputantur* conjiciebat legendum *deportantur*; quæ scriptura est Cod. Neap.

N. 34. *Quasi ferens caput*. Verba hæc conveniunt *jurca*, non *patibulo*. A *patior*, sive *patco*, origo hujus vocabuli petitur. Adisis Lipsium, de cruce.

N. 35. *In ipso quoque genere necis*. Havercampus, comment. ad cap. 9 Apolog. Tertulliani, observat Isidorum hæc ex Tertulliano sumpsisse, *sed more suo*, addit, *auctoris, unde profecerit, nomine abseoudito, et verbis paululum inversis*. Plura de hac ipsa sententia, diversum necis genus explicans, adjungit. Barthius, l. xxxii Adv., c. 8, capitis abscissi supplicium hodie fere honestius haberi cæteris ostendit, quod imitatione profundæ antiquitatis fieri ait, allegata Xenophontis et hæc Isidori auctoritate. In comment. ad Prudentium hymn. 1 Perist., v. 93, et hymn. 14, v. 63, quæstionem agitavi cur martyres, superatis interdum aliis tormentis, gladio aut ferro semper, vel fere semper, cesserint. Pœnam gladii Hebræos turpissimam existimasse observat Fabricius, c. 15, n. 14, Bibliogr., ubi scriptores de suppliciorum capitalium generibus apud Hebræos usitatis recenset.

N. 36. *Culleus*. De culleo dixi in comm. ad Prudentium, hymn. 5 Perist., v. 458.

CAP. XXIX. Num. 2. Post hoc caput Grialius iterum sequens inscribit c. xxviii, et sic deinceps. Hinc ad c. 66 l. iii, n. 2, putavi non respondere cap. 30 citatum a Grialio.

CAP. xxx. Num. 3. *Unde et in usu et*, etc. Mazochius, t. I Spicilegii biblici, ad c. vii, 4, Genesis, plura exempla profert quibus scriptores, proprietatem nominum secuti, dies simul noctesque exprimerent, ut certum tempus designarent, scilicet *quadraginta diebus et quadraginta noctibus, dies ipsos quinque, totidemque noctes, diebus, et noctibus quinque, per triduum et trinoctium*, etc. De his rursus Isidorus in libro de Nat. rer. cap. 1.

N. 4. *Secundum Athenienses a sexta hora diei*. Fortasse Servius Atheniensibus affixit quod Gellius ex Varrone de Umbris, sive quibusdam in Umbria refert; eos scilicet hora sexta diem inchoare. Extat hymnus Prudentii ad Gallicinium Cathemer., hymn. 1, ubi quædam annotavi. *Mesonyctium* pro mediæ noctis tempore legitur in Tauroholio Lugdunensi apud Muralium, pag. 333. In Act. Inscript. Franc., tom. II, pag. 503 seq., ex eadem inscriptione explicatur vox *mesonyctium*, aut *mesonyctius*, quæ adjective a nonnullis Græcis adhibetur. In Isidori verbis aliquid fortasse deesse observatur.

N. 8. *Ridiculosa figmenta*. Sedulius, l. i, v. 17:

Cum sua gentiles studeant figmenta poetæ. . .

N. 12. *A fando ferie*. Alii *ferias* derivant a *festo*, alii a *ferendis* victimis, alii a *ferendis* epulis, quia in feriis epulationes fiebant.

N. 15. *Meridies*, etc. Hæc eadem iisdem fere verbis c. 42 l. iii, n. 3.

N. 22. *Perendie*. Non satis clare ab Isidoro exprimitur significatio vocis *perendie*, quæ significat diem proximum crastino, diem tertium, quasi *perempto die* vel *per unum diem transeundo*.

CAP. xxxi. Num. 1. *Nox diæta*, etc. Conferenda hæc sunt cum libro de Nat. rer., c. 2.

A N. 3. *Longo itinere lassatur sol*. De cursu solis vide c. 17 l. de Nat. rerum cum not.

N. 4. *Noctis partes*. In l. de Nat. rerum, c. 2, non nihil diverso modo referuntur.

N. 6. *Tenebræ*. *Tenebrarum* etymon id l. xiii, c. 10. Alii *tenebras* dici putant, quod homines iis *teneantur*, ne videant, aut libere agant.

N. 12. *Matutinum*. Exstat *hymnus matutinus* Prudentii Cathem. 2, qui fortasse idem erat atque hymnus ad pullorum cantum in officio gothico. Vide quæ a l eum loc. animadverti.

N. 14. *Est autem aurora*. *Auroram* nonnulli ab *aurea hora* derivant.

CAP. xxxii. N. 1. *Nam mane*. De significatione vocis *mane* supra, c. 30, n. 14.

CAP. xxxiii. N. 1. *Mensis nomen*. De mensibus, et de concordia mensium, sunt c. 4 et 5 libri de Natura rerum, ubi quædam alio modo exponuntur atque in hoc capite.

B N. 12. *Kalendas*. Α καλεῖν, quod Latine quoque dicitur *calare*, hoc est, *voeare*, appellatas, plerique existimant; nam Kalendis vocabatur populus, ut dies nunarum cujusque mensis indicerentur, qui etiam *calari* dicebantur. Vide Varronem, l. 5 de Ling. Lat., c. 4, et Macrobius, l. i, c. 15. *Idus* vocatæ potius sunt ab *iduate*, *dividere*, quam ab *edendo*; nam *Idus* fere dividunt mensem. Vide Macrobius, eod. l. i Saturn., c. 15. *Nonas* Macrobius, ib., ait dictas quasi *novæ* initium observationis, vel quod ab eo die semper ab *Idus novem* dies putentur. Addat c. 16, ex Rutilio. Romanos instituisse nundinas, ut octo quidem diebus rustici in agris opus facerent, nono autem die, intermisso iure, ad mercatum legesque accipendas Romam venirent. Nundinæ ergo sunt quasi *novendinæ*, *novem dies*, quod idem fere est etymon *nonarum*. Cæterum originationes ab Isidoro indicatæ ex antiquiori auctore petitæ videntur, quamvis quisnam ille sit non liqueat.

C CAP. xxxiv. N. 2. *Duo autem sunt solstitia*. Scriptores veteres *solstitii* nomine æstivum plerumque intelligebant, hiemale *brumam* appellabant. Dies autem solstitii, et *brumæ*, uti etiam æquinoctiorum nobis ex Calendario Gregoriano diversi sunt ab antiquis, ut explicatur in not. ad l. de Nat. rer., cap. 8, quod etiam agit de solstitio et æquinoctio.

CAP. xxxv. N. 1. *Tempora a. . . temperamento*. *Temperamentum* a *tempore* potius ducendum quam contra *tempus* a *temperamento*.

N. 3. *Quod viret*. Ex Varrone, l. v, c. 2, qui aliam etymologiam ex Græco innuit. *Nisi quod*, ait, *iones dicunt βῆρ*.

N. 7. *Quasi hiemevernus*. In not. Grialii erat: *Al., hibernus*: *Reposui*: *Al., hievernus*; nam *hibernus* non est diversa lectio, nisi intelligamus Grialium pro diversa scriptura hæc omnia verba apposuisse: *Al., hibernus*. *Ut sit præceps hiems*. *Hibernus* pro parte quæ est inter hiemem et vernum tempus vix alibi reperietur. Neutro genere *hibernum*, et fortasse etiam masculino *hibernus*, a sancto Ambrosio et aliis posterioris ævi pro hieme simpliciter usurpatur; unde apud Hispanos *invierno*, apud Italos *inverno*.

CAP. xxxvi. N. 1. *Annus est*. Hæc reformanda, vel explicanda ex Varr., l. v de Ling. Lat., c. 2: *Tempus a bruma adbrumam dum sol redit, voeatur annus; quod ut parvulicirculi annuli, sic magni dicebantur circites anni; unde annus*. Ita *annus* potius est ab *annulo*, quam *annulus* ab *anno*.

N. 4. *Æra singulorum annorum*. Etsi *era* fortasse originem habet ab *æs*, ut ait Isidorus, tamen apud Hispanos, qui ea voce frequentissime utebantur, in veteribus monumentis sine diphthongo passim scribitur. Hunc morem sequor, aliorum tamen scripturam *æra* non improbo. Hæc de *era*, et alia, quæ hoc c. exposita sunt, l. de Nat. rer., c. 6, repetuntur. De origine vocis *era* multum inter se critici discrepant. Opinio Sepulvedæ, in libro quem

de anni emendatione edidit, hæc fuit, olim scribi consuevisse, *A. Er. A.*, hoc est, *annus erat Augusti*, sive ab Augusto; ex quo vitiose postea factum *æra*. Hanc opinionem refellit Josephus Scaliger, l. v de Emendatione temporis, ubi observat, in monumentis antiquis Hispaniæ nunquam *æra*, sed *era* exaratum esse. Ipse Scaliger *eram* ab *æs* deducit, et numerum significare ait; nam ito usurpat Faustus Reginensis, seu Reiensis in libro De spiritu sancto (auctor nunc creditur Paschasius): *Trecenti in era, sive supputatione crucis*. Ita etiam Isidorus, l. 6, c. 15, non semel *eram* pro numero posuit. Becmanus ex veteri Breviario Codicis Theodosiani profert: *Imperator Theodosius, era 22*, hoc est, tit. 22, et ex Hilderico Gallo *eras dierum* pro numeris dierum. Antiquiores *æra* in plurali numero pro numeris ponebant, quo pertinent exempla ex Nonio et Cicerone allegata a Grialio. Salmasius in Exercit. Plinian., p. 686, probat a sequioris ævi scriptoribus *eram* acceptam fuisse pro numero dato, ut aiunt, in aliquo computo. In conciliis Hispaniæ pro numero, canone, seu capite, vox *era* adhibetur, ut apud Pueyem, p. 688: *Reseratum est etiam concilium Ilerdense, in quo jubetur, etc. Era quippe septima ita: Qui sacramento se obligaverit, etc.* Et p. 690: *Ex Chalcedonensi concilio era octava decima*. Significatio vero *era* pro certo et illustri termino (epocham vocant), ex quo anni numerentur, notior est apud Hispanos, et hoc sensu ab Isidoro exponitur. De era Hispana exstat præclarum opus Marchionis Mondejarensis, recensum Martitii anno 1795. *Era Española, origen de su nombre, etc.* In Codice Vatic. 20, post tabulam qua Romani pontifices recensentur, hi sunt versiculi:

Ut sapias eram, Domini præsentibus annis.
Appones annos tricenos, bisque quaternos.
Et quot hi fuerint, totam fore noveris eram.

Erat id Cod. *fuerunt* pro *fuerint*, et *usque* pro *bisque*; hæc enim est ratio ut anni xxxviii anni *era* vulgaris addantur, ut annus *era* Hispaniæ colligi possit. In eodem Cod. *era* explicatur de mensura terræ, quam Romani provinciis imperabant, de quo apud alios nihil invenio. Quo anno *era* vulgaris Christus natus fuerit, et etiam ante illam, mirus est chronologorum dissensus, quem, catalogo diversarum sententiarum per annos disposito, Fabricius, c. 7 Bibli., exposuit. Quo in argumento egregie versatus est v. c. Henricus Sancelmentius, abbas Camaldulensis, erudito opere paucis ante annis Romæ excuso in-fol. In Codice Albanio, post medium c. 34 l. 1 Etymologiarum quædam inserta sunt de censu, quem Augustus Cæsar a toto orbe terrarum jussit reddi; quæ, quanquam Isidori non sunt, tamen inter appendices, n. 6, locum habebunt.

CAP. XXXVII. N. 2. *Adiue enim consules, etc.* Ex his colligit Grialius Isidorum videri Maronis verba non considerasse. Rationem desidero. Isidorus enim potuit, verbis Servii adhibitis, notasse. Romanos ante consules et *eram* Iustris et olympiadicis computasse. Propter olympiadas fortasse mutandum erit in *per olympiadas*. Observandum *lustrum* sæpe accipi pro quinquennio jam peracto, ut notant Savaro ad Sidonium, carm. 13, et Christianus Gottlieb Schwarz, ad Mamertinum, in secundo panegyrico, ad Maximinum, c. 4.

CAP. XXXVIII. N. 4. *Et diæta ætas quasi ævitas*. Ex Arnobio, l. II, *ævitas* contracte est *ætas*.

N. 5. *Ætas... mundi*. Sex mundi ætates ita distributas ex Augustino. l. et c. ult. de Civitate Dei Isidorus sumpsit.

N. 6. *Quarum decursus*. Vulcanius et alii Editi ita hoc caput concludunt: *Quarum decursus per generationes, et regna ita inspicitur*. In fine vero Chronici, c. seq., additur: *Quarum decursus per generationes, et regna primus ex nostris Julianus, etc... Summa præterita sæculi cognoscatur, cum nota Vulcanii:*

A *Sequentia habentur in quodam Codice excuso ante titulum, De discretione temporum, in Mss. vero exemplaribus non leguntur.*

N. 8. *Ad Augusti Heraclii*. In exordio Chronici uberius legitur usque ad Augusti Heraclii, et Sisebuti Gothorum regis principatum; quod arguit prius editum Chronicon quam extrema manus Etymologiis fuerit adhibita. Nam Sisebuto Recaredus II successit; Recaredo, qui tres tantum menses regnavit, Suintila. Correxerit *præteriti sæculi* pro *præterita sæculi*, ut apud Grialium et alios excusos hoc loco legitur, cum in exordio, quod dixi, Chronici melius legatur *præteriti*. Codex Cæsenas vetustior hoc loco inserit Chronicon ipsum uberius Isidori, cujus compendium est hoc, quod in plerisque Mss. Etymologiarum reperitur.

CAP. XXXIX. N. 1. *Prima ætas, etc.* Grialius sine ulla notatione hoc caput præterit, fortasse quod erudite Loaisæ notæ exstant in Chronico uberius, et multi sunt qui argumentum hoc egregie illustrarunt, ut Scaliger, Petavius, etc. Quædam nihilominus peculiari observatione digna sunt. *Primo die in lucis, nomine conditos fuisse angelos*, fortasse innuit eos simul cum mundo creatos fuisse, quæ est Augustini ac communis theologorum sententia. At non pauci Patres tenent angelos ante mundum conditos, nonnulli post mundum. Vide Pererium, Comment. in Genes. De principio et fine mundi plures opiniones videri possunt apud Cotelerium, t. I patr. Apost., pag. 44.

N. 6. *Heber, etc.* III. DCXLIII. Ita enim legendum, non III. DCXLVII, ut Grialius in Chronico uberius edidit, ubi locum emendabo.

N. 13. *Carthago*. Rursus, n. 16, sub Amasia: *Carthago condita*. Scilicet ex diversis scriptorum sententis, quod clarius in Chronico expressit sub Amasia: *Carthaginem hoc tempore quidam asserunt conditam; alii vero, superius*. Nam sub Davide præmiserat: *Carthago a Didone ædificatur*. Vide var. lect., ad n. 16.

N. 22. *Evergetes, ann. xxvi*. Ita etiam legendum in Chronico, in cuius textu mendose legitur apud Grialium *ann. xxxvi*, ut ex nota ipsa colligitur, ubi indicatur annus 26.

N. 24. *Evergetes, ann. xxix*. Loaisa, in not. at Chronicon, advertit in Editione Bignæana Etymologiarum perperam legi *ann. xxiv*. Idem error in Editione Vulcanii præcesserat.

N. 37. *Valentinianus, ann. viii*. Loaisa, in not. ad Chronicon uberius, observat, in Mss. Etymologiarum nunc 6, nunc 7, aliquoties etiam 8 et 9 annos indicari. Ipse in textu edidit *annis viii*, quod ex supputatione consulum præferendum existimat. Hoc secutus sum, quamvis Grialius ediderit *ann. vii*.

N. 42. *Soli Deo est cognitum*. Vulcanius et alii Excusi ita pergunt: *Deo soli est cognitum. Colligitur omne tempus ab exordio mundi usque in præsentem annum decimum gloriosissimi principis, qui est Heraclius, VM. DCCCLVII*. Vulcanius addit hanc notam: *In aliis exemplaribus addita invenio post, Eraclius anno xxvii, hæc verba: Hujus quarto, et quinto religiosissimi principis Sisebuti in Hispania Judæi baptizantur. Aliud vero exemplar pro SISEBUTI habet SEPULTI*. Alia hoc loco addit, ut dixi ad n. 6, c. 38. In Codice Chisiano Etymologiarum continuatio est hujus Chronici, quæ inter appendices, n. 7, referetur. Inter varias lectiones quædam alia indicabuntur de diversa ratione, qua Chronicon in multis Mss. concluditur, addita etiam mentione Recesvinti regis, qui multis post Isidorum annis vixit.

CAP. I. N. 1. *Vetus Testamentum, etc.* Quæ hoc capite explicantur, magna ex parte libro Proœmiorum concinunt.

N. 7. *Hoc est Paralip.* Confer de his notas ad Patres Apostolicos Cotelerii, p. 7, col. 2. Verba, quæ in Excusis addi ait Grialius, hæc sunt: *Paralipome-*

non, qui et Chronieon : qui in duos libros dividitur, apud Græcos et Latinos. Esdras octavus, etc.

N. 11. *Summa utriusque Testamenti trifarie dist.* Triplex hic sensus sacrae Scripturae fusius ab Isidoro declaratur l. i Sentent., c. 18 : *Lex divina triplici sentienda est modo. Primo, ut historicè; secundo, ut tropologicè; tertio, ut mystice intelligatur, etc.*

CAP. II. N. 1. *Vet. Testam.*, etc. Hoc etiam caput traditis ab Isidoro in libro Procœmiorum, et in l. i Officiorum, c. 12, respondet.

N. 23. *Quos non lamenta.* Non recte arguit Grialius lamentationes Jeremiæ olim in officiis defunctorum cani consuevisse; nam Isidorus loquitur de genere ipso carminis quod funeribus adhibebatur, et *threnus*, sive *lamentum* vocabatur, non de ipsis Jeremiæ Threnis. Vide l. i, c. 39 : *Threnus, etc. Adhibebantur autem funeribus, atque lamentis; similiter et nunc.* Et c. 19 hujus libri vi : *Cui (hymno) contrarius est threnus, quod est lamenti carmen et fune-*

ris. De metris vero Judæorum plures exstant eruditè dissertationes, ut Xaverii Matthæi, et aliorum, quos recensui in dissertatione de hymnis eccles., n. 17.

N. 26. *Hi sunt quatuor prophetae, etc.* In prologo libri Procœmiorum Isidorus opinionem Græcorum et Latinorum sequi videtur, qui libros omnes prophetarum ab eisdem prophetis quorum præferuntur nomina compositos esse affirmant. Vide notam Marianæ ad verba prologi. *Ex quibus quatuor sunt, etc.*

N. 28. *Quia secundus, tertius et quartus, etc.* Mariana, in not. ad prologum libri Procœmiorum, manifeste corrupta esse censet hæc verba *quia secundus, tertius, et quartus, etc.* Nam si Esdræ et Nehemiæ sermones uno libro dicantur comprehendendi, quod forte Isidorus hoc loco sequitur, tunc non supersunt tres libri, qui inter apocryphos numerentur; sed solum duo, qui vocari solent tertius et quartus Esdræ ab iis scilicet qui sermones Esdræ et Nehemiæ in duos libros distinguunt. Natalis Alexander, t. II Histor. Eccl. Vet. Testam., in sexta ætate, dissert. 7, art. 3, ait Isidorum tertium et quartum librum Esdræ nomine pariter conjungentem, duos duntaxat Esdræ libros distinxisse, unum canonicum, alterum apocryphum. Verum Isidorus, ut verba hujus numeri præferunt, clare distinguit quatuor libros Esdræ. Solum ergo assertio Isidori, ut nunc apparet, vera esse poterit, si primum et secundum Esdræ libros, quos nunc dicimus, libri primi nomine comprehenderit, eos vero quos nos tertium et quartum vocamus in tres dividerit, ac secundum, tertium et quartum appellaverit.

N. 30. *Philonis esse affirmant.* Hoc magis tenendum quam quod idem Isidorus in prologo libri Procœmiorum docuerat, Sapientia librum esse, vel dei a Jesu filio Sirach editum. Vide notam Marianæ. Intelligit autem Mariana, Philonem, cui Hieronymus quoque Sapientia librum ascribit, non Philonem Alexandrinum esse, sed Biblicum, de quo frequens in Eusebio mentio. Alii temere utrumque Philonem, Alexandrinum et Biblicum confundunt.

N. 45. *Ad Heb.* De Epistola ad Hebr. vide quæ notavi ad App. 5 Sedulii, p. 405. Isidori verba fortasse ita sunt reformanda : *incerta esse dicitur.*

N. 46. *Petrus scripsit, etc.* Vide not. ad Patres Apostolicos, p. 6, 7 et 12.

N. 49. *Apocalypsim.* Auctoritatem Apocalypsis, quam Abarizitius Genevensis Calvinista labefactare conatus fuit, tuetur Vincentius Fassinius ord. Prædicat.; cujus controversiæ quædam capitæ Bruno Brunus, in præfat. ad t. II Operum sancti Brunonis Astensis explicuit. Confer etiam meam notam ad decretum Gelasii, app. 5 Sedulii, p. 405, n. pp. De varia apocryphorum notione disserui in not. ad decretum Gelasii, loc. cit., p. 419. Vide etiam notam Marianæ ad prologum libri Procœmiorum, n. 1, et Coteler., t. I Patrum Apost., p. 6, col. 2.

N. 53. *Auctoritate canonica, etc.* Innuit, ut puto, Isidorus decretum Gelasii de libris recipiendis et non recipiendis.

CAP. III. N. 2. *Bibliothecam.* De *bibliothecæ* vocabulo pro sacris bibliis dixi in Isidorianis, c. 81, n. 8 et seqq. Bibliothecæ Alexandrinæ descriptionem omnigena eruditione exornat illustriss. præsul Simon de Magistris, dissert. 5, post Danielis Editionem secundum Septuaginta ex Tetraptis Origenis. De numero librorum Gellius, loc. cit. a Grialio, ait : *Ingens postea numerus librorum in Ægypto a Ptolemæis regibus vel conquistis, vel confectus est ad millia ferme volumina septingenta.* Ea omnia bello priore Alexandrino incensa fuisse narrat. Livius et Seneca referunt *quadraginta millia librorum* arsisse; ex quo laudatus præsul de Magistris colligit, dissert. 1, n. 6, ignem evasisse volumina trecenta mille, in quibus sacra biblia. Lipsius, in syntagm. de bibl., c. 2, ex verbis Gellii, arguit apud Isidorum scribendum *septingenta* pro *septuaginta*.

CAP. IV. N. 2. *Siquidem sing.* Inter recentiores qui de historia versionis Septuaginta interpretum agunt, consulendus in primis is quem nuper commemoravi, illustrissimus de Magistris.

N. 5. *Vulgaris illa interpretatio.* Hæc est versio *Itala* quam vocant, ac fortasse legendum *vulgaris Itala interpretatio*, nisi contra hinc colligat aliquis apud Sanctum Augustinum, l. II de Doctr. Christ., c. 15, legendum *ita illa*, non *Itala*, ut nulla olim versio *Itala* vocata fuisse dicatur, quod nonnemo contendit. Nota est hæc controversia, in qua explicanda alii passim versantur.

CAP. V. N. 1. *Deinde Lucull.* De Lucullo Plutarchus Isidoro consentit; et bibliotheca quidem Luculli quodammodo publica erat, et doctis omnibus patebat; sed ipse tamen jus mancipiumque sibi retinebat, ut notat Lipsius in syntagm. de bibl., c. 5.

N. 2. *Primum autem Rom.* Apud Plinium legendum *prima in Urbe*, non *in orbe*, ut habet Grialius. Concinit Isidorus : *Primum autem Romæ*, vel, ut Lipsius, loc. cit., exhibet : *Primus.* De imaginibus in bibliothecis ejusdem Lipsii c. 10 est : *Imagines in iis doctorum laudabili more, cui origo ab Asinio.* Adisis nostra Isidoriana, c. 81, n. 5. Exeusi male distinguunt *additis auctorum imaginibus in atrio*, perinde quasi imagines non in bibliotheca, sed in atrio aliquo distincto collocatae fuerint. Asinius urgo bibliothecas publicavit in Atrio, scilicet libertatis, ut Suetonius in Augusto affirmat, quod de manubiis Dalmatarum a se victis instruxit. Quod verbum magis Lipsio, c. 5, arridet, quam *exstruxit*, quo Suetonius usus est. Nam Atrium Libertatis longe ante Augusti, et Pollionis ætatem exstructum fuerat. De hoc Atrio Ovidius, III Trist., eleg. 1 :

Nec me, quæ doctis patuerunt prima libellis,
Atria Libertas tangere passa sua est.

CAP. VI. N. 2. *Hieronymus atque Gennadius.* Innuit Isidorus Hieronymum et Gennadium de iis scriptoribus in suis catalogis verba fecisse, quos in suis haberent bibliothecis, quod quidem magna ex parte verum puto. Barthius, l. XXII Adv., c. 18, observat studia ab Optatiano Porphyrio pro libris seu scriptis accipi, ut hoc loco ab Isidoro : *Proseuti sunt, eorumque studia, etc.* Sic enim cum nonnullis Exeusi legit, non *persecuti*, quod Grialius prætulit.

CAP. VII. N. 1. *Tantos... quantos.* Pro *tot quot* : quæ phrasis sequiori ævo in usum inveeta, ad vulgares linguas transit.

N. 3. *Augustinus... tanta scripsit, etc.* In versibus bibliothecæ Isidori de sancto Augustino eadem expressa est sententia :

Mentitur, qui te totum legisse fatetur;
Aut quis cuncta tua lector habere potest?

ubi fortasse reponendum *In quis.*

CAP. VIII. N. 2. *Homilia*. Proprie est colloquium, A conversatio.

N. 3. *Serebant*. Nonnulli apud Virgilium minus bene legunt *feriebant* pro *serebant*; nam allulitur ad etymon vocis *sermo* a *sero*, vel, ut ait Varro, l. 5 de Ling. Lat., c. 7, a *serie*, quod ipsum est a *sero*. *Sermo enim*, ait Varro, *non potest in uno homine esse solo, sed ubi oratio cum altero conjuncta*.

N. 4. *Tractatus*. Apud ecclesiasticos scriptores tractatus idem sonat atque homilia. Augustinus, ep. 4, ad Quodvultd., præfixa libro de Hæresibus: *Tractatus populares, quos Græce HOMILIAS vocant*. Hinc *tractatores, tractare*, etc., eodem sensu.

N. 8. *Fastorum libri*. *Fasti* proxime sunt a *fastis diebus*; origo autem *fastorum dierum* est a *fando*.

N. 12. *Martius vates*. De Martio, seu Marcio vate, agunt Ammianus Marcellinus, l. 14, c. 1. *Amphiarus et Martins, vates inelyti*; et Macrobius, l. 1 Saturn., c. 17: *Ex vaticinio Martii vatis, etc. Fertur autem in carminibus Martii vatis, cujus duo volumina illata sunt in senatum, inventum esse ita scriptum*, etc.

N. 17. *Epistolam... Latin. missa*. Epistolam alii *missoriam* interpretantur.

N. 18. *Alloquia*. Apud Hieronymum: *Mutua epistolarum colloquia missitabant. Unde et portatores earum*, etc. Ita fere Lipsius verba Isidori recitat, c. 1 Iust. epi.: *Codicillis epistolarum colloquia scribebantur. Unde et portatores*, etc. Vox *portitor* Latinior est.

CAP. IX. N. 1. *Ipse dant ingen.*, etc. Distichon Dracontii exstat in ejus elegia, quam integram edidi post ejus carmen de Deo ex veteribus membranis Vaticanis, ex quibus reposui *prosit littera pro præstet*. Vide Prolegomena ad Dracontium. N. 8. Eleganter restitui possit locus, si liceat, ex conjectura Rivini ad Dracontium: *Ceræ litterarum matricæ, parvulorum nutrices*. Hoc fortasse innuit Hilarius Arelatensis, in Vita sancti Honorati Arelatensis: *Beatus Eucherius, cum ab eremo in tabulis, ut assolet, cera illitis... litteras ejus suscepisset: Mel, inquit, suum ceris reddidisti*. De tota scribendi ratione consulendus Hermannus Hugo, præcipue secunda ejus Editio cum notis Trotzii, præter alios indicatos a Fabricio in Bibl., c. 21, n. 10.

N. 2. *Sicut indicat Atta*. Quinti Attæ solum hoc fragmentum inter veterum poetarum fragmenta refertur, et aliud ex Servio ad Virgilii elog. 7, v. 33: *Nempe ad mensam, ubi sermo de sinu solet suboriri*.

CAP. X. N. 1. *Chartarum usum*. Scriptores qui de charta et papyro veterum egerunt, curiose indagavit et indicavit Fabricius in Bibliog. c. 21, n. 10. Versus Lucani ita habet in editionibus correctis: *Conseritur bibula Memphitis eymba papyro*. Quamdiu tubulæ ceratæ in usu fuerint incertum est: quædam tamen de hoc argumento annotavi in Isidorianis, c. XI, n. 10.

N. 2. *Charta autem dicta*. *Charta*, ut *character*, originem Græcam habet. Vulcanii notatio hæc est: *Plinius, l. xii, c. 12, primum genus chartæ tribuit Augustæ, secundum Liviam a conjuge Augusti, tertium amphitheatricæ, quartum Saiticæ, quintum Tæmoticæ*. Ex hoc Plinii loco non difficilis fuit conjectura de charta Liviana, ut nunc dicam. De charta regia, quæ Græcis *μαρβωλα* dicitur, videndus Cicero, l. xii, ad Attic., ep. 25, et l. xvi, ep. 3.

N. 3. *Liviana ob honorem Livie*. In multis Excusis, et in multis Mss. antiquis, ut in Codice 2 Vatic. Arch., legebatur *Libiana in honorem Libyæ provincie*, aut aliis verbis in eandem sententiam. Grialius, nulla notata discrepantia scripturæ, edidit: *Secunda Liviana ob honorem Livie*. Joseph Scaliger, Animadv. in Guilandinum, ad membrum 19, existimat quoque nomen *provincia* delendum, et Liviam Augustam ab Isidoro intelligi. *Quantquam*, addit, *non plane mutare ausim, quia hujusmodi nugis plurimis scet Isidorus*. Sed cum nugæ plerumque librarii de penu sua ingesserint, æquitas postulat ut cum contextus patitur, errores qui irrepserunt ad

veritatem et mentem eorum scriptorum, ex quibus Isidorus profecit, revocemus.

CAP. XI. N. 1. *Pergamæni reges*, etc. Plin., l. xiii, c. 11, ex Varrone, et sanctus Hieronymus, epist. 43, ad Chromat. Nonien adjective offerri solet *pergamæna charta*, etc. Hispani inde retinent vocem *pergamino*. Neque membranarum neutre genere apud antiquiores facile invenietur. Apuleius, l. vi Metam., dixit *tenue membranulum*. Cæterum membranarum usum ad scribendum longe ante Eumenis et Ptolemæi tempora fuisse, arguit Lampius ad psal. XLV, p. 86. Isaacus Vossius, ad Catullum, p. 50 seq. Codicum membranarum, sive librorum quadratorum, usum ab Attalo cœpisse contendit.

N. 2. *Coloris lutei*. De membrana lutea Tibullus, l. iii, eleg. 1, v. 9:

Lutea sed niveum involvat membrana libellum.

Præclare marchio Maffei, t. III Veronæ illustratæ, c. 4. Ita lata hac Isidori sententia, adversus recentiores quosdam bibliothecarum ornatus, qui oculis nocent, invehitur. De Carysteo, seu Carystio marmore (utroque enim modo dicitur) rursus Isid., l. xvi, c. 5, ubi ait gratum esse iis qui gemmas sculptunt; *ejus enim viriditas reficit oculos*.

N. 4. *Crocatur*. Verbum *crocatur* insolens est: Plinius tamen dixit, l. xvi, c. 34, *crocaturum*. In Editionibus Persii legitur, *et bicolor positus*.

N. 4. *Purpurea vero*. Nonnulli addunt membranas rubeas; sed has Isidorus inter purpureas numerare voluisse videtur.

CAP. XII. N. 1. *In orientis eleph*. Lipsius, in epist. De distinctione et interpunctione ex hoc Isidori loco enjicit certis modulis libros fuisse compositos, ut facilius in unoquoque opere numerus versuum sive linearum cognosceretur. Antiqui enim opera per versus numerabant, et ad quot millia versuum liber aliquis procederet, annotare solebant. Vide inf. c. 14, n. 7. Sed, ut observat, potest etiam aliquis versus explicare membra minuta, et sectiones sic institutas, fere ut in nostris bibliis. Librum ex chore, vel ebore ornatum atque distinctum multi intelligunt esse illum de quo Vopiscus in Tacito, c. 8: *Habet bibliotheca Ulpia in armario sexto librum elephantinum, in quo hoc senatusconsultum perscriptum est*. Alii ex Isidoro elephantinos libros dictos censent, quia ex omentis elephantorum erant confecti. Alii ex magnitudine et mole id nomen libris ingentibus datum arbitrantur. Ratio scribendi in foliis malvarum tribuitur Hebræis, in foliis palmarum Ægyptiis. Confer Hermannum Hugonem cum notis Trotzii, et Acta Academiæ Barcinocensis, p. 309.

N. 2. *Novinus aerios*. Sermo est de carminibus Arati iatine, ut puto, redditus. *Levis*, seu *levis*, malva est plana, non aspera. Sic apud Catonem, de Re rustica, c. 157, *levis* brassica est folia habens extenta, cui opponitur *crispa*. Navicula *Prusiaca* videtur esse e Bithinia, cujus rex fuit Prusias. Silius, l. xiii, sub. fin.: *Donec Prusiacas delatus segniter oras*. In vetustissimo Cod. Vat. 5764, de quo c. 98 Prolegom., n. 13, legitur *quas ignes novinus aerios*, ut alludi videatur ad lucernas. Sed aliud sensus exigit. Vulcanius edidit *quæ ignes novinus aeres*, et *Persica vexi*; sed subjecit hanc annotationem: « Vet. Codices habent: *Queis ignes novinus aeres*; et paulo post pro *Persica* vet. Cod. habet *Prusiaca*; alii, *Pruxiaca* »

N. 3. *Cui dono*, etc. Recentiores nunc legunt versus Catulli: *Quoi dono... Arida modo pumice*, etc., quod venustius putant. Vide notas Vulpii.

CAP. XIII. N. 1, 2. *Codex, liber, volumen*. Sæpe inter se confusa sunt. Distinctio hæc adhiberi potest, si placet. *Codex* est id quod unum, vel plura opera, vel etiam partem aliquam operis magni complectitur. *Volumen* proprie erat scriptum, quod in membranarum involvebatur, sed promiscue usurpatum reperitur aut pro Codice, aut pro parte aliqua operis,

quod in plures libros divisum est, ut cum nunc dicimus in *Etymologiis libro xx*, olim diceretur *volumine xx*. Liber interdum sonabat, ut nunc sonat, partem aliquam et in multis in quas opus divisum est, interdum opus ipsum integrum. Ut si dicamus in *opere Etymologiarum libro decimo*, aut in *libro Etymologiarum volumine decimo*. Exemplum e veteribus inutile esset proferre, cum in lexicis pateant. Vide Forcellinum, verbo *Volumen*.

N. 3. *De libris arborum volumina*. Montfauconius, Antiquit., explic., l. v, c. 5, t. III, part. II, sibi non probari ait quod Isidorus hoc loco asserit, libros arborum membranis antiquiores esse; *nam membranarum antiquitas*, inquit, *tanta est, ut earum origo investigari nequeat*. Sed observare potuit ante Isidorum hoc ipsum traditum ab Hieronymo, Plinio et Varrone. Vide not. 1 ad c. 41 hujus libri.

CAP. XIV. N. 1. *Idem et antiquarii*. In Excusis et Mss. occurrit *idem pro iidem*, quod in aliorum quoque operibus animadverti. Et poetæ quidem contracte proferre solent *idem pro iidem*. Sed prosæ orationi congruentius arbitror *iidem*. De antiquaria arte consuli potest Hieronymus, epist. 6, ad Florent. In Cod. Theodos., l. 4, tit. 8, leg. 2: Imperatores Valentinianus, Valens et Gratianus ita præscribunt: *Antiquarios ad bibliothecæ Codices componendos, vel pro vetustate reparandos, quatuor Græcos et tres Latinos scribendi peritos legi jubemus*. Aliquando tamen *antiquarius* sumitur pro quocunque librario, seu amanuense, ut ab Augustino, Sidonio, et aliis.

N. 3. *Calamus et penna*. In Auctario Ducangii *penna* pro calamo scriptorio, ex sententia Mabillonii in Supplem. Diplom., p. 51, ad principatum Ludovici Pii (sæculo IX) revocatur, quasi eo tempore ejus usus in scribendo cœpisse videatur. Quod valde mirandum est, cum tam perspicua sint Isidori verba. Latinos quidem Isidoro antiquiores vocabulum *pennæ* eo sensu accepisse non constat; nam in quibusdam locis, quæ proferuntur, *penna* non pro iustramento scriptorio sed pro alio adhibetur; et picturæ, quibus *penna* in manibus veterum auctorum collocatur, solum arguit pictorem e sui temporis more imaginem confixisse. Clarius pro antiquitate *pennæ* scripturæ facit locus ex Clemente Alexandrino, Stromat. l. VI. *Deinde autem sacrorum scriba procedit, habens pennas super capite, librum in manibus, vasculum, in quo atramentum scriptorium, et juncum, quo scribere solent*. *Pennæ* in capite tortasse sunt ex more qui etiam nunc viget, et exprimitur a Joanne in Vita sancti Odonis, l. 1, n. 20: *Vidit velut more scriptoris super auriculam ejus hærentem pennam, et quasi doctoris magisterio productim acuminatam*, etc. Adhuc tamen hæreo an Clemens aliud intellexerit; nam præter pennas in capite commemorat *juncum, quo scribere solent*. Adis laudatum Hermannum Hugonem cum notis Trotzii, et Acta Academiæ Barcinonensis, p. 372.

N. 4. *Calamus*. Vox Græca est. *Calare* Latinis antiquioribus erat *vocare, nominare, invocare*; scriptoribus sequentis ævi *ponere, demittere, laxare, descendere*. Italica lingua *calare* pro *descendere, et demittere* adhibet.

N. 5. *Penna autem a pendendo*. *Pennas* alii deducunt ex voce Græca *περὸν*, aut *περὶνός*.

N. 6. *Folia librorum* apud antiquiores non ita facile reperies, nisi quod Harduinus, ex Mss., l. XXXVII, c. 7, Plinii restituit *chartarum folia ad se rapere*, ubi antea legebatur *fila pro folia*. Apud Isidorum *folium* duas saltem sibi invicem compactas partes, quas paginas vocat, comprehendebat, atque huc fere aliorum de paginis testimonia revocari possunt.

N. 7. *Versus*. Hoc loco accipitur pro linea scripturæ. Alia est significatio *versus* pro membris minutis orationis, ut in sacris bibliis; de quibus versus dixi c. 12, n. 1. Exstat Petri Holmii dissertatio

de scriptura, et variis rationibus sive ad dextram, sive ad sinistram, sive desuper, sive quocunque alio modo scribendi, edita Lund. Scand. 1670, in-8°, et recusa in Analectis Philologicis, Thomæ Grenii cura editis, in Belgio, 1699, in-8°. Consule etiam Bochartum, l. 1 Ch., c. 20.

N. 8. Quæ hactenus ab Isidoro de scriptura et libris disputata sunt argumentum aliis de re tota latius disserendi, et non exigua opera conficiendi, præbuerunt. Ejusmodi scriptores accurate indicat Fabricius, in Bibliogr., c. 21, n. 8, eos scilicet qui agunt de scriptura veterum, de scribis veterum Romanorum, et notariorum, de chartulariis, de capsariis, de librariis, de antiquariis, de bibliopolis, de ratione voluminum, de libris veterum, de varia suppellectile rei librariæ, de ornamentis antiquorum Codicum, de dyptychis, de bibliothecis, etc.

CAP. XV. N. 1. *Canones*. Ven. card. Thomasius, t. I operum Editionis Vezzosiænæ, p. 345 et seqq., edidit canones Eusebii, interpretæ sancto Hieronymo, ex mss. Codicibus Romanis, subjectis variis lectionibus, et notis.

CAP. XVI. N. 1, not. *A Braulione, qui hoc opus interpolavit*. Minime assentior Grialio, qui Braulionem hoc opus interpellasse existimat, ut dixi in Isidorianis, c. 51, n. 12. Isidorus ergo ipse hoc caput concinnavit ex præfatione ad genuinam collectionem conciliorum Hispaniæ, sive ipse auctor hujus collectionis, aut saltem præfationis fuerit, sive secus. Quod autem n. 10 dicitur, conciliorum gesta *hoc opere condita* contineri, alluditur quidem ad ipsam canonum collectionem; sed vel ab Isidori amanuense, totum locum exscribente, inconsiderate immissa sunt, vel Isidorus quoque ea non tolli e reliquo contextu voluit, quia, ut ego arbitror, indicavit locum unde verba depromebat; atque ita facile quisvis intelligere poterat acta conciliorum non in *Etymologiis*, sed in collectione canonum contineri. Eam autem indicationem librorum negligentia omissam censo. Videsis Isidoriana, c. 51, n. 16, Quæ ex hoc capite Gratianus sumpsit, can. 1 et 2, dist. 3, et can. 1, dist. 15, Berardus jam contulit, relatus in Isidorianis, c. 32, n. 30. In decreto Gratiani pro *pravumque quid corrigat* subjicitur diversa lectio *pravum quidquid corrigat*.

N. 5. *Quatuor Evang.* Quatuor Evangelia Isidorus ipse quatuor paradisi fluminibus comparavit in Proœmiis tit. de quatuor Evangeliiis.

Ib, Ostendens, manere, etc. Ita correctores Romani in decreto Gratiani, cum in nonnullis Mss. exemplaribus legeretur *manere in Christo duas naturas, et unam Domini nostri Jesu Christi personam*.

N. 10. *Quorum gesta*, etc. Cur hæc verba ab hoc loco aliena censuerit Grialius, dixi ad n. 4. In hac scriptura plerique Cod. consentiunt. Paulo aliter Cod. Vaticanus 5764, de quo in Isidorianis, c. 98, n. 13. *Quorum gesta in hoc cepta corpore condita continentur*.

N. 12. *Tractabant. Unde et concilium*. Inter *tractabant* et *unde* Grialius asteriscum posuit, nescio qua permotus ratione. Correctores Romani decreti Gratiani, ad dist. 15, can. 1, notant locum huic in *Etymologiis* mendose legi. Tunc producunt verba præfationis ad Editionem Parisiensem conciliorum, quæ est præfatio interpolata Isidori Mercatoris. Denique advertunt in Gratiani Codicibus multas esse varietates e quibus ea lectio retenta fuit, quæ visa est melior, quamvis adhuc fortasse aliquid desideretur. Iluc respexit Grialius in nota. *Conciliū vero nomen... tractabant. Unde CONCILIUM a communi intentione dictum, quasi CONSILIUM; CONCILIUM quasi CONSIDIUM, dicitur in litteram transeunte, vel CONCILIUM dictum est a communi intentione, eo quod in unum dirigant omnes mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt; unde qui sibimet dissentiant, non agunt concilium, quia non*

consentiunt in unum. Hinc etiam conventus est nuncupatus, eo quod ibi homines conveniant in unum, sicut a conventu cætus dicitur, sic et concilium a societate multorum in unum. In præfatione ad genuinam canonicam Hispanie collectionem in Cod. Vatic. 1341, hæc brevius præferuntur: *Concilii vero nomen tractum ex communi intentione eo quod in unum dirigant omnes mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt. Unde et qui sibimet dissentiant, non agunt concilium, quia non sentiunt unum. Cætus vero, etc.,* ut in textu nostro usque ad *nunenpatns, quod ibi omnes conveniunt, sicut conventus cætus, vel concilium a societate multorum in unum. Explicit præfatio.* In Cod. Vatic. 5764, hæc est varia lectio: *Unde et CONCILIUM CONSILIUM, e in s littera (pro litteram) transeunte;* pro quo perique: *Unde et CONSIDIUM CONSILIUM, d in l litteram transeunte.*

CAP. XVII. N. 1. *Paschalem cyclum.* Doctrinæ de cyclo paschali Ecclesia Alexandrina quodammodo mater habita fuit, quoniam apud *Aegyptios* hujus supputationis antiquitus tradita esse videbatur peritia, ut ait sacretus Leo Magnus, in epist. 64, ad Martianum imperatorem, et multis confirmat amicus noster Raimundus Diosdado in eximio suo opere ad huc ms. *Mareologia critica*, in dissertat. de schola catechetica Alexandrina. Isidori aliorumque diligentiam in paschali cyclo ordinando commendat Braulio, ep. 22, t. XXX Hisp. sacr., ubi agit de festo paschali: *Sic enim antiqui majores nostri præscripserunt, id est, ad Theodosium imperatorem Theophilus, sic successor ejus Cyrillus, sic Dyonisius, sic ad papam Leonem Proterius, nœnon et Paschasinus (forte Paschasius), et reliqui, quorum longum est facere mentionem. Sed et nostri temporis vir insignis Hispanensis Isidorus; nec credo eos in negotio tam magno ac necessario, prætermissa diligentia ac labore, potuisse delinquere.* De Hippolyto episcopo ejusque cyclo multi multa scripserunt. Sed consulendus in primis illustriss. præsul Simon de Magistris in opere: *Acta martyrum ad Ostia Tiberina sub Claudio Gothico ex ms. Codicis regie bibliothecæ Taurinensis, Romæ 1795.* Quibus quindecim dissertationes præcedunt de sancto Hippolyto ejusque operibus. Dissertatio vero septima tota est de Hippolyti cyclo paschali. In dissert. 13, e. 5, episcopatus Portuensis ejusdem sancti Hippolyti astruitur. Vide etiam dissertationes duas Francisci Blanchini Veronensis de calendario et cyclo Cæsaris, ac de paschali canone sancti Hippolyti martyris.

N. 3. *Cyclus.* Joannes Vander Haagen, t. II, p. 239, cyclum paschalem Isidori describit, et exponit ex Editione Vulcanii; observat hunc cyclum ineipere anno 627, et desinere anno 721. Advertit notas anni bissexti, quæ sunt litteræ B, uno anno anticipari. Notat errorem esse anno primo cycli primi, luna 20 pro luna 21, et anno primo cycli quarti in *Idus April.*, pro *iv Id. April.* Et in Codice quidem vetustissimo Toletano hæc est varietas, scilicet *iv Id. April.*, pro *iii Id. April.*, ut in Editis, etiam apud Grialium legitur. In nonnullis Mss. reperi anno primo cycli primi luna 21, pro luna 20. Nihilominus tabulam cycli, qualis a Grialio exhibetur, retineo, ut, collatis variis lectionibus mox afferendis, peritiores judicent.

N. 4. *Facta cyclica.* Bentleyus quoque in versu Horatii legi vult *scriptor cyclius*, non *cyclicus*; quod scriptura Rabani, qui Isidorum transcribebat, comprobatur. Non desunt tamen qui apud Horatium *Cyclicus* nomen proprium poetæ fuisse existiment. Acron vetus scholiastes his verbis suam interpretationem exponit: *Cycliens, qui ordinem variare nescit, vel qui carmina sua circumfert, quasi circumforaneus, circulator.* Aliorum expositio est *cyclicum* vocari qui integrum aliquod corpus, seu orbem fabularum, vel historiæ composuerit. Vide Casaubonum, in Athenæum, l. VII, c. 3. Isidori verba, *simplici formitate facta*, eo spectant ut *cyclicus* poeta fuerit qui

ordinem variare nescit, ut ait Acron. Salmasius, p. 850 Exercit. Plin., contendit probare *cyclum epicum* vocatum fuisse syntagma mythologicum ex variis poematis, et poetis heroicis collectum, qui simplici forma et historico more mythologiam exposuerant; et inde *cyclicum* poetam vocari qui simile aliquod poemation conscripserit. Andr. Schottus, l. II Observ. human., e. 1, ostendit carmina *cyclicæ* dicta in quibus initium a quolibet versu ducere licet, fuisse autem *cyclum* certum quoddam poema sic vocatum, de quo Horatius:

Nec circa vilem patulumque moraberis orbem.

De *laterculis* festivitatis paschalis videri potest c. 5. concilii IV Toletani. *Laterculum* hac significatione neutrum esse, vix aliunde colligi poterit, quam ex Isidori verbis, quæ Græcis *Cedreni*, ubi *κατέρουλον* scribitur, respondent.

N. 5. *Com... Em.* Explicatio *communis anni* et *embolismi anni* (hoc enim litteris C et E, aut *Com.* et *Em.* indicator) n. 21, et 22 profertur.

N. 10, not. *Computantur anni* VMDCCECXX. In nota Grialii scriptum erat *computantur anni* DXXII, pro quo correxi *anni* VMDCCECXX; ita enim legitur in impressis. Post verba ultima hujus numeri *dies Dominicus non omitteretur*, in Codice Albanio vixtant *Acta concilii Cæsariensis de æquinoctio*, quæ Baronius et Labbeus ex Boda ediderunt, in re ipsa et sententiis eum jam Editis consentientia, sed longe alia ratione explicata; quæ proinde appendice 8 exhibebimus, collata ad Codicem Ottobonianum 122, ad Cæsarenatem recentiorum et ad exemplar quod Muratorius in opere anonymo de cyclo paschali inter Anecdota vulgavit.

N. 11. *Paschæ autem vocab.* Bcemanus, verbo *Pascha: Origine est*, inquit, *non Græca a πάσχω, ut monachi cœcinerunt, aut etiam alii ex allusione quadam commenti sunt, sed ab Hebræo, etc.* Nihil est certe eorum monachii originem Græcam paschalis commenti fuisse dicantur. Verba Evangelii in Vulgata: *Sciens Jesus quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem.*

N. 12. *Ideo pervigil ducitur.* In nota Grialii erat *dicitur*, quod mutavi in *ducitur*. De celeberrimo apud veteres pervigilio paschæ egi, c. 12 Prudentianorum, ubi titulum hymni 5 Cathem., de novo lumine Sabbati paschalis explicui; sed in not. a ad n. 147 asserui locum Laetantii in notis ad hunc Etymologiarum locum non indicari, quod certe nunc falsum comperio. Fortasse, non describi volui significare. Verba Lactantii sunt: *Et hæc est nox quæ a nobis propter adventum regis ac Dei nostri pervigilio celebratur. Cujus noctis duplex ratio est, quod in ea et vitam tum recepit, cum passus est, et postea orbis terræ regnum recepturus est.*

N. 14. *Expurgantes vetus fermentum.* Verba Apostoli sunt: *Expurgate vetus fermentum, ut situs nova conspersio, sicut estis azymi. Etenim vascula nostrum immolatus est Christus.*

N. 22. *Embolismus.* Dictus videtur ab ἐμβάλλω *intersero, interjicio*, quia anno embolismo, seu embolismali, dies nonnulli interjiciuntur, seu intercalantur.

Ibid. Joan. Vander Haagen, loc. cit., ita Isidorum explicat, ut anni embolismei suppleant numerum dierum qui annis communibus desunt, in relatione ad annum solarem.

N. 28. *Calare.* De verbo *calare* pro *ponere* dictum c. 14, n. 4.

CAP. XVIII. N. 1. *A sollo, id est, firmo.* Alii *solemne* ab ἄλος *totus* et αὐγός *augustus*; alii a *solus*, et *annus*, In vetustis lapidibus, et apud optimos quoque auctores, scribitur *sollemnis, solemnis* et *solemnis*. Vide Norisium, Cenotaph. Pisam. dissert., et e. ult. Festos dies Christianorum quinam illustraverint, Fabricius, in Bibl. c. 10, refert.

N. 2. *Celebris a cælesti.* Incertum etymon; sed fortasse non magis verum quod Scaliger aliique critici

dicunt, *celebris* esse quasi *calabris* a *calare*, quod est *vocare, congregare*, etc.

N. 6, 7. *Epiphania*. Hæc tria in eodem Epiphaniæ die celebrat Ecclesia, ut in officio perspicitur, scilicet Christum a magis adoratum, Dominici baptismatis sacramentum, et permutatæ in vinum aquæ miraculum. De his iisdem solemnibus festis fusius agit Isidorus, l. I de Officiis, a c. 10, *De Natali Domini*, etc., ubi observare licet (quod sæpe monui) Isidorum non solum ex aliorum, sed ex suis etiam operibus passim sententias et verba desumere.

N. 9. *Scenopogia*. Idem etymon *scenopogiae* reperitur l. XVIII, c. 43.

N. 10. *Neomen*. In Vulgata ita habet psalmus: *Buccinate in neomenia tuba in insigni die solemnitate vestre*.

N. 12. *Encæn*. Iisdem fere verbis l. I Officior., c. 36, *eucæn* explicatur.

N. 14. *Capitilavium*. Brissonius, qui ad legem *Dominico de spectaculis* passim Isidori auctoritate utitur, p. 269, ex sancto Ambrosio observat caput abapuzitorum ungi consuevisse; ex quo explicat morem, qui in Hispania invaluerat, lavandi capita infantium qui ungeri erant. Ad idem lavaerum fortasse pertinent versus incerti auctoris de Bebiani baptismo, t. VI Collect. poetar. Pisaur., p. 250:

Credidit oranti, et sitientem flumina vitæ

Præinctus puro perfudit episcopus amne.

Ex verbis sancti Augustini, in not. ad c. 28 l. I de Offic. referendis, constat eundem morem in Africa invaluisse, sed diverso die. In Ordine Romano Dominica palmarum, ut in Hispania, dicitur *capitilavium*. Confer etiam Alcuinum, de divin. Offic., Papiam, etc.

N. 15. *Hoc autem die symbol. compet.* In Ordine Romano, Dominica Palmarum vocatur etiam *Pascha petitum, Dominica Competentium*.

N. 19. *Dominicus dies*. De Dominico die multa erudite congerit Brissonius, ad legem *Dominico de spectaculis* in Codice Theodosiano, ex Isidoro aliisque Patribus.

CAP. XIX. N. 4. *Si quis catechumenus*, etc. Diaconorum has fuisse partes, ut ita populum alloquerentur, colligit Cotelerius, t. I Patr. Apost., p. 259, ex auctore Vitæ sancti Martialis; et sancto Gregorio Magno, l. II Dial., c. 23, *missa* videtur proprie dicta illa actio qua catechumeni foras *mittebantur*; atque ita accipio canonem 1 concilii Valentini anni 546: *Cum de ecclesiastica regula tractaremus, antiquos canones relegentes, inter cætera hæc (Al., hoc esse) censuimus observandum, ut sacrosancta Evangelia ante munerum illationem, vel missam catechumenorum, in ordine lectionum post Apostolum legantur, quatenus salutaria præcepta Domini nostri Jesu Christi, vel sermonem sacerdotis non solum fideles, sed etiam catechumeni, ac penitentes, et omnes qui ex diverso sunt, audire licitum habeant. Sic enim pontificum prædicatione audita, nonnullos ad fidem attractos evidenter scimus*. Florezius, t. III Hisp. sacr., p. 226, legendum ait cum vetustioribus Editionibus *ante munerum illationem in missa catechumenorum*, vel delendum *catechumenorum*, si cum Loaisa legatur *ante munerum illationem, vel missam*, quia existimat Isidorum hoc loco *missam* intelligere de sacramentis altaris, quibus catechumeni interesse non possunt. Sed ex contextu liquet *missionem* catechumenorum *missam* dictam; ex quo postea *missæ* nomen reliquis subsecutis partibus inheresit, ac peculiariter primæ orationi, quæ est admonitio erga populum, ut excitetur ad rogandum Deum. Vide Lesleum in not. ad Missale Isidorianum, p. 509.

N. 5. *Alii chorum a concord*. Non absurdum fortasse est etymon *chori* a *corona*; nam veteribus *στέφανος χορωνός* vocabatur. Quanquam hoc magis probat *coronam* esse a *choro*, quam *chorum* a *corona*. Confer. c. 3 l. I de eccles. Offic., et not.

N. 6. *Latine sincinium*. Scribitur *sincinium siccinum, etsiccinnium*. Etymon vocis ducitur a *sine* et *cano*, quia erat cantus sine tibiis accinentibus. Alii deducunt a *sc*, et *cano*. In glossario Arabicolatino *sincinium* est quasi singularis cantilenæ vox, id est, cum unus canit, quod græcis monodia dicitur. In glossario Saxon. Ælfrici: *Monodia, lattersicinium quasi solicinium*. Ex quo colligi possit, *siccinium* esse quasi *solicinium*.

N. 13. *Primus succentoris*. L. VII, c. 12, hoc ordine collocantur *præcentor, succentor, concentor*, qui est *accentor*. *Præcentor* autem idem videtur esse atque *incentor*. Certe conjectura ex illo c. 12, vehementer comprobatur.

N. 14. *Diapsalma* quidam Hebræum esse volunt. *Diapsalma* verbum quidem Græcum est: sed Isidorus fortasse, vel alius ante ipsum, hoc voluit, ut Græci ex verbo Hebræo *sela* quod est *semper, diapsalma* corrupte fecerint. De varia significatione vocis *sela*, vel *sælah*, plura Becmanus p. 932. Vide etiam Nicolaum du Mortier in Etym. sacr. Græco-Latin. verbo *Diapsalma*.

N. 17. *Canticum laudantium*. De hymnis ecclesiasticis dissertationem præmisi Hymnodicæ Hispanicæ.

N. 18. *Threnus*. De threnis l. 4, c. 39, n. 19.

N. 19. *Alleluia... laus Dei*. Initio editionis Bignæanæ sunt quædam fragmenta S. Isidori, quæ ad ejus Etymologias videntur pertinere: quorum ultimum incipit. *Alleluia in Latinum sonat*, etc. Explicantur quædam voces Hebræicæ, ut *alleluia, amen, diapsalma hosanna*, vel *osanna*, etc. Eadem fragmenta repetuntur a Breulio post Etymologias. Fragmentum *Alleluia*, etc., quod ad hoc caput spectat, n. 9, inter appendices reponetur.

N. 22. *Osianna*. In Vulgata scribitur *Hosanna*. Distribuen *de Hebræa voce hosanna* Thomas Malvenda confecisse dicitur in biblioth. Hisp. Nic. Antonii. De varia ejusdem vocis significatione agit Petrus Lazerus in not. ad comment. S. Brunonis Astensis in Math. n. 85.

N. 26. *Dona proprie divina*. Hoc discrimen inter *donum* et *munus* obvium non est: certe promiscue utrumque adhibetur. Paulus Dig. l. ult. tit. penult. leg. 194, et Martianus ib leg. 214, inter *donum* et *munus* ita distinguunt, ut inter genus et speciem: *munus* dicunt esse *donum* cum causa; *donum*, quod nulla necessitate, jure, vel officio, sed sponte præstatur. Cæterum *donaria*, de quibus num. seq., speciatim sumi solent pro donis quæ offeruntur in templis; et Isidorus sententiam Donati grammatici exprimere videtur, quia ad illud Terentii in Eunuchis, *quodvis donum, et præmium a me optato*, sic habet: *Donum præmium est, et munus præmium: sed donum præmium diis datur, minus præmium hominibus*.

N. 30. *Quod dedicatur*. Ex Nonio Marcello, c. 4, n. 121, *Dedicare est dicere*. Ex Cornelio Frontone col. 1329. Auctor. latin., *Dedicatur Deo: consecratur, quasi sanctum constituitur. Hoc est, dedicatur Deo, quod illi debetur; consecratur, quod profanum est*. Alia discrimina exponit Forcellinus in Lexico verbo *Dedico*.

Ib. Præcet conjectura A. Augustini, nam a *mola* etymon Festus ducit: *Immolare est mola, id est, farre molito, et sale hostiam perspersam sacrare*. Sed præstitit ita reformare *eo quod in mola altari posita*, etc.

N. 33. *Hostiæ apud vet.* Huc refert Barthius quod Jonas Scotus *hostias* pro hostilibus copiis sive opibus mire dixerit: *Lautamque supcollectilem ex cæso-rum hostiis reportaret*. Vide Adversaria l. LVII, c. 12, col. 2704. Etymon quod Isidorus adhibet petiitum est ex Servio ad I Æn. v. 338, ut Grialius indicavit. Sed ipse etiam Servius ad II Æn. v. 155, ab *hostire* hostiam deducit, quia *hostire* significat *placare*. Alii cum Festo ab *hostire*, quod est *ferire*. Porro Ovidius, l. I Fastor. v. 335, ita distinguit:

Victima, quæ dextra cecidit victrice, vocatur.
Hostibus amotis [Al., a domitis] hostia nomen habet.

Ib. T. I. Patrum Apost. p. 56, in epistola canonica S. Barnabæ ex Isaïæ c. 4, v. xi. *Plenas sum holocaustomatibus arietum, et pinguinibus agnorum*. Confer notam, auctarium Ducangii verb. *holocaustoma* : et Du Mortierum verb. *holocaustoma* : sic enim scribit.

N. 36. *Cerimoniae*. Alii scribunt *cerimonias*, alii *ceremonias*, alii *eeremonias*. In nonnullis lapidibus exaratum est *cerimonia*. Prudentius sine diphthongo scripsit præfat. l. i, contra Symmach., v. 5. *Immansucta suas eeremonias-Gens pagana Deo sperneret agnito*. Quod autem Forcellinus ait, Prudentium, *malum fere prosodiæ servatorem*, duas priores syllabas in *ceremonias* corripuisse, id ita accipiendum est, ut Prudentius consuetudini sui temporis, quæ in multis a veteri more discrepabat, insequeretur. Et primam quidem in *ceremonia* corripui posse suadet etymon a *carendo*, quod comprobant Massurius Sabinus apud Gellium l. iv, c. 9, Servius Sulpicius apud Macrobium l. iii, Saturnal. c. 3, et Augustinus l. ii Retractat. c. 37. In eandem sententiam faciunt, qui a *Cerere* originem trahere *ceremonias* dicunt : nam et in *carendo* et in *Cerere* prima brevis est. Originationes ab aliis excogitatas persequi non vacat.

N. 38. *Sacrificium dictum quasi sacerum factum*. Hæretici finxerunt hunc Isidori locum corruptum esse, quasi omissa a catholicis fuerint quædam verba doctrinæ de eucharistia contraria. Eam calumniam discipuli in Isidorianis c. 30. Dogma catholicum de eucharistia documento nuper in lucem vulgato confirmatur in Fragmento Thebaico de præsentia reali corporis et sanguinis domini nostri Jesu Christi in eucharistico sacrificio ex insigni codice musei Borgiani de Vitis Patrum, quod exstat in opere de Miraculis sancti Coluthi, etc., studio v. c. P. Augustini Antonii Georgii, Romæ 1793, p. 57.

N. 39. *Sacramentum est in aliqua celebrat*. Etiam his verbis hæretici abutuntur, et duo tantum esse sacramenta concludant. Quibus respondi cit. c. 30 Prolegom.

N. 40. *Quæ ob id sacramenta dicuntur*. Varro l. v. de Ling. Lat. cap. 16. *Sacramentum a sacro*. Vide l. v, c. 24, n. ult., et not. Havercampii in Apolog. Tertulliani, c. 2. Aliud etymon a *secretis virtutibus* indicavit Isidorus in titulo Expositionis veteris Testamenti, de qua Ildefonsus in elogio Isidori : *Collegit etiam de diversis auctoribus, quod ipse cognominat SECRETORUM expositiones SACRAMENTORUM*.

N. 42. *Unde seu per bonos, seu per malos ministros*. Theologi ita distinguunt, ut validum sit sacramentum etiam a ministro indigno collatum, illicite vero minister illud conferat peccato mortali maculatus. Vide sanctum Thomam p. iii. q. 64, art. 5, 6, et 9, et ibi Suarium sect. 4, ubi quærit *utrum sanctitas, bonitas, vel fides ministri in sacramento efficiendo sint de necessitate sacramenti*.

N. 50. *Chrisma*. Vides aperte, sacramentum baptismi a sacramento confirmationis distingui, contra quam sentiunt hæretici, qui Isidori verba in suam hæresim perverse trahunt. Neque tamen hoc loco omnia sacramenta distincte explicat. Etsi enim *chrisma*, sive *unctionis* meminit, tamen *extremam unctionem* discrete non comprehendit. Atque id jam notarunt theologi, Patres eorum sacramentorum interdum explicationem omisisse, de quibus nulla tunc erat controversia. Deesse in monumentis quæ nobis restant Ecclesiæ Gothicæ, perspicuam *extremæ unctionis* mentionem, non nemo mirabatur. Sed mirum sane non est, quod, nulla excitata quæstione, nihil peculiare suis canonibus de hoc sacramento præscripserint, præsertim cum in collectione genuina canonum Ecclesiæ Gothicæ epistola Innocentii I ad Decentium Eugubinum inserta esset, qua doctrina catholica de sacramento extremæ unctionis eviden-

A tur traditur : cuius etiam espistolæ nonnulla verba Isidorus refert lib. ii. de Offic. eccles. c. 27.

N. 53. *Et ea quæ non dicitur fuisse peccatrix*. Rabanus, ut ego puto, legit hæc Isidori verba, *quæ non dicitur fuisse peccatrix*, etc. ; sed quoniam multi in ea sunt opinione, eadem fuisse Mariam Magdalenam ac Mariam peccatricem, in qua fortasse ipse quoque Rabanus erat, ea verba omissa voluit. Nonnulli tres distinguunt Marias, quæ ab aliis pro una eadem femina habentur, scilicet Mariam sororem Marthæ, Mariam Magdalenam, et Mariam quæ in Evangelio peccatrix dicitur.

N. 55. *Conjuratio*, etc., et num. seq. *conjurare*. Alicubi fortasse legitur *adjurare* eodem sensu : nam Barthius Adv. l. xxxii, c. 6, monet, Petrum Pithæum l. ii Adv., c. 8, ex Isidoro notasse, sequiorem ætatem verbum *adjurare* exposuisse *exorcisare*, quod ex profundo antiquitatis usu ductum docet Barthius ex Gratii Cynegético, ubi scribit : *Et magicis adjurant cantibus herbas*. Addit Barthius, hoc loco apud Isidorum in vulgatis libris legi *conjurare*, non *adjurare*, et consentiente quidem ms. libro suo una cum duabus antiquissimis editionibus, quas instar membranarum fideles in armariis suis possidebat. Pithæus fortasse indicare voluit l. vii, c. 12, n. 31. *Exorcistæ ex græco in Latinum ADJURANTES, sive inerepantes vocantur*. In verbis Zachariæ Vulgata addit Dominus : *Et ostendit mihi Dominus Jesum*, etc.

N. 59. *Orare est petere*. Quo sensu a Christo prohibeamur orare in publico, exponit Suarius de Religion. t. II, l. III, c. 7, ubi agit de circumstantiis servandis in oratione vocali, ut de loco, tempore, etc.

N. 62. *Primum enim*, etc. De tribus horis quibus est orandum, tertia, sexta et nona, dixi in comment. ad Prudentium, hymn. 3 Cathemer., v. 86. *Tc, Pater optime, mane novo*, etc., ubi ex v. c. Giovenazzii sententia monui hunc Isidori locum corrigendum videri, scilicet *communitatis omnis pro communicationis*. Isidorus enim describit Tertullianum, lib. de Oratione, quem inter sua anecdota t. III Muratorius edidit, c. 25. Verba Tertulliani sunt : *De tempore vero non erit otiosa extrinsecus observatio etiam horarum quarundam : istarum, dico, communium, quæ diei interspatia signant, tertia, sexta, nona, quas sollemniores in Scripturis invenire est. Primum (corrigo ex Isidoro Primum) Spiritus sanctus congregatis discipulis hora tertia infusus est. Petrus qua die visionem communitatis omnis (Isidori exemplaria minus bene, *communicationis*) in illo vasculo expertus est, sexta hora ascenderat orandi gratia in superiora. Id. eum Joanne ad nonam in templum adibat, ubi paralyticum sanitati reformavit suæ*. Fortasse Isidorus in Tertulliani exemplar incidit, in quo esset *communicationis pro communitatis omnis*. Sed hoc certe melius est.

N. 63. *Ter, die adoremus*. Constit. apost. 24. *Ter in die orate* : quod in honorem SS. Trinitatis factum, colligitur ex Theodoro, ep. 145. *Sed et cibum*, etc. Vide commentar. ad Prudentium hymn. 3 Cath. *Ante cibum*.

N. 65. *Jejunium... jejunum*. Celsus l. iv, c. 1, de jeuno intestino sic ait : *Cui tale vocabulum est, quia nunquam quod accipit continet, sed protinus in inferiores partes transmittit*. Hinc jejunium non ab intestino jeuno dictum est, sed intestinum jejunum vocatur, quia vacuum quodammodo et inane est.

N. 66. *Jejunium autem et statio*. Ambrosius serm. 25 : *Castra nobis sunt nostra jejunia, quæ nos a diabolica infestatione defendunt : denique stationes vocantur, quod stantes et commorantes in eis inimicos insidiantes repellamus*.

N. 67. *Discernunt quidam inter jejunium et stationem*. Interdum promiscue usurpantur *jejunium et statio*. Discernit autem Tertullianus l. ii ad uxorem : *Ut si statio facienda est, maritus de die condicat ad balneas ; si jejunia observanda sunt, maritus eadem die*

convivia exerceat. Contra Psychicos idem Tertullianus c. 14. *Cur stationibus quartam et sextam sabbati dicamus, et jejuniis paraseven.* Auxilii presbyteri quæstiones theologicæ in bibliotheca Casinensi exstare dicuntur, in quibus quærit quid intersit inter stationem et jejunium. Stationes dicebantur etiam *semijejuna*. Jejunium quartæ feriæ et sextæ ex veteri lege præceptum fuisse, nescio unde Isidorus sumpserit. Pharisei quidem bis in sabbato, sive singulis hebdomadibus jejunabant, ut colligitur ex Luca: sed neque de certis diebus constat, neque lege illud jejunium præceptum erat. Vide Sigonium l. iv de Republ. Hebræorum, c. 18. Ratio cur veteres Christiani quartam et sextam feriam stationibus observarent, tradit Petrus Alexandrinus c. 15: *Quartam quidem propter initum a Judæis consilium de prodicione Domini: sextam autem, quod ipse pro nobis passus sit.* Cohæret sanctus Augustinus ep. 86 ad Casulanum. Vide Selvaggium Inst. ant. Christ., l. II, part. II, c. 8, § 3.

N. 69. *Circa confinium dominicæ passionis:* ita alii præsertim Cræci. Ab aliis in Quadragesima involvitur hebdomas Passionis. Vide Cotelerium, ad Patr. apost., p. 316.

N. 71. *Pœnitentia.* De pœnitentia fusius l. II Sentent. c. 13.

N. 75. *Exomologesis.* Tom. I Patrum apostolic., p. 98. Exomologesis a Cotelerio in not. ad l. II Pastoris Hermæ, mandato 10, dividitur in confessionem peccatorum, et laudationis: et de hac secunda exponit verba Hermæ: *Et non ante facit exomologesim.*

N. 80. *Litanie autem,* etc. Hæc verba proferuntur in concilio Maguntino anni 813, can. 32, usque ad verba, *designatione habetur.* In canone legitur *agantur et indicantur.* Sanctus Martinus Legionensis, tom. II p. 3, hæc eadem exscribit usque ad finem capituli, nonnullis mutatis, ut, *Litanie vero propter rogandum Deum, et impetrandam in aliquo misericordiam ejus, agi præcipiuntur.* De institutione litaniarum, sive rogationum, agit idem Martinus ib., p. 37 et 40, ubi ait: *In quibusdam ecclesiis per illud trilium litaniarum draconis figura modo ante crucem, nodo post crucem portatur,* etc. Qui fere mos in supplicationibus, quæ in festo die sanctissimi corporis Christi peraguntur, in Hispaniæ quibusdam Ecclesiis adhuc retinetur.

N. 82. *Nam feriæ aut legitimæ.* Id ita intelligas, ut *supplicationes*, sive, quod idem sonat, *supplicia* et *supplex* dicantur: sed quia, cum civis necaretur, bona ejus fiebant sacra, et rex sacrorum in forum prohibat supplicandi causa; *supplicium* inde coeptum vocari pœna capitalis, et quæcunque gravior animadversio, aut cruciatus.

LIBER SEPTIMUS

CAP. I. Num. 1. *Hebræorum nominum interpr.* Hebræorum nominum interpretationes Hieronymianas, quas Isidorus decerpit, Martianæus et Vallarsus erudite illustrant. Eas aliquando, ut in etymologiis atinarum dictionum accidere solet, violentas esse lateri oportet, sed non ita ut aut Hieronymus, aut Isidorus, peculiari jure culpari possint, eum morem aliorum doctorum hominum secuti fuerint. De nominibus Dei consulendi ex antiquis Irenæus, Origenes, Epiphanius, Evagrius, Théodoretus, et Photius; ex recentioribus Petavius, Ludovicus Legionensis, et alii a Fabricio indicati c. 8 Bibliographiæ, n. 8.

N. 9. *Quintum Elium... excelsus.* Ex in compositione aliquando augmentum et perfectionem significat, ut in *exclamo, exaudio*, sed non semper.

N. 10. *Hoc nomen... mors non habet.* Isidorus vere locum hunc sumpsit ex Hieronymo epist. 136. Dubitat Petavius t. I, l. I Theol., c. 6, n. 8, an satis solida sit ista proprii nominis ratio ex Exodo deducta. Nam Ambrosius non nomen Dei, sed rem nominis expressam putat.

N. 11. *Querenti enim quod esset nomen ejus.* Verba

A Exodi: *Dixit Deus ad Moysen: Ego sum, qui sum. Ait: sic dicis,* etc.

N. 18. *Immortalis, incorruptibilis, incommutabilis, æternus.* De his Dei attributis, ut Theologi vocant, conferenda sunt prima capita libri primi Sententiarum cum notis.

N. 23. *Deum nemo vidit unquam.* Eadem verba exstant etiam in Joannis Evangelio, c. 1, v. 18.

N. 35. *Sunt et quædam vocabula.* Hæc ipsa doctrina traditur l. I Sentent., c. 1, cui uberiores Loaisæ notationes subjiciuntur.

N. 39. Ps. ciii: *Abyssus, sicut vestimentum, amictus ejus:* ita Vulgata. Et in ps. cxxxviii, *Si ascendero in cælum, tu illic es.*

CAP. II. N. 1 et 2. *Multis etiam modis Christus appellari.* Versus veteres de cognomentis Salvatoris partim indicavi, partim descripsi in not. ad elegiam Sedulii, v. 104. Versus Silvii, quos tum dixi exstare in Manuali biblico Goldasti, repcriuntur ejusdem Silvii nomine inscripti in cod. Vatie. 553. Isidorus in libro Differentiarum rerum, sept. different. quædam etiam nomina explicat quæ Filio Dei attribuantur. In breviario Isidoriano pag. cx secundæ editionis exstat hymnus *In ordinatione regis,* ubi chrismatis mentio:

Christe vero chrismate.
Provehe regnum fidelis
Principis ad gloriam
Ungvine sacro niteat...

N. 2. *Collecti sunt enim.* In Vulgata: *Convenerunt enim vere in civitate ista adversus sanctum puerum tuum, quem unxisti.*

N. 8. *Vocabis... quia ipse.* In Vulgata *ipse enim pro quia ipse.*

N. 9. *Quod verbum Latina lingua non habet.* Hæc eadem ex Isidoro S. Martinus Legionensis t. II, pag. 3. De Salvatoris nomine videndus quoque Barcinius in Martyrol. Rom., v Kal. Decembr., qui reprehendit eos qui pro Salvatoris vocabulo *Servatorem* dicere malunt. S. Aug. l. XIII de Trinit., c. 10, Isidoro præluxit: *Qui Hebraice Jesus, Græce Σωτήρ, nostra autem locutione SALVATOR. Quod verbum Latina lingua antea non habeat: sed habere poterat, sicut potuit, quando voluit.* Ante Augustinum Salvatoris nomen adhibuerunt Tertullianus, Lactantius, Juvenecus, et alii. Exstat eadem vox in inscriptione apud Gruterum p. 19, n. 5. *Jovi Custodi Quirino Salvatori pro salute Cæsaris Nervæ Trajani,* etc.

N. 14. *Homousios.* Græcum adverbium ὁμῶς, sive ὁμοῦ, significat simul, una: et *homousius*, sive *homousios, coessentialis, consubstantialis.* Catholici tres personas in Trinitate *homousias* defendebant contra Arianos, qui Filium *heterousion*, sive diversæ substantiæ a Patre asserebant, et Macedonianos qui *homousion* respuebant, et *homæousion*, hoc est similis substantiæ sensu hæretico admittebant; ac præsertim Spiritum sanctum creaturam esse affirmabant.

N. 29. *Mediator.* Etiam hoc vocabulum Christianorum maxime proprium est. Usus tamen eo fuit Apuleius l. IX Metam.

N. 34. *Magni consilii angelus,* ex Isaia, ut puto, c. IX, v. 6, ubi in Vulgata habemus: *Et vocabitur nomen ejus Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis,* etc. In Missali vero Romano ad tertiam missam Nativitatis Domini ex Isaia c. IX profertur: *Et vocabitur nomen ejus magni consilii Angelus.*

N. 35. *Et veni in hunc mundum.* In Vulgata deest *hunc ante mundum: Ego exivi a Deo. Exivi a Patre, et veni in mundum.*

N. 40. *Quia veniens humilis.* Hujusmodi nominativi absoluti pro ablativis absolutis non infrequentes sunt apud scriptores mediæ ævi, etiam apud Isidorum, præsertim in membranarum veteribus: nam in excusis plerumque contra fidem Codicum miss. correctio adhibita est.

N. 44. *Aquila.* Prætermissa sunt ab Isidoro quæ

dam Christi nomina, quæ ab aliis commemorantur. Vide quæ notavi ad v. 104 Elegiæ Sedulii.

N. 46. *Quoniam Pater*. In Vulgata: *Quia Pater major me est*.

N. 48. *Sic autem Dei Filio*. In synodica concilii Francofordiensi anni 794, apud Labbeum, t. VII, col. 1039: *Isidorus quoque in libro Etymologiarum: Sic autem, inquit, Dei Filio juncta est humana natura*, etc. In nostris exemplaribus *est conjuncta*.

N. 49. Hæc est *communicatio idiomatum*, quam vocant, et fuse explicant theologi.

CAP. III. Num. 1. *Spiritus sanctus*, etc. Totum hoc caput a sancto Ildefonso insertum fuit in suum librum de Cognitione baptismi, et in plura divisum capita, a capite 57 ad caput 71. Ildefonsus quidem Isidorum nominatim non appellat, vel quia hic erat tunc excerpti mos, vel quia, ut conjicere possumus, margini Isidori nomen appinxit, quod librarium incuria prætermissum fuit. Multa etiam ex hoc Isidori capite sumunt Theodulfus Aurelianensis in libro de Spiritu sancto, tom. II operum Sirmondi, col. 1011, et sanctus Martinus Legionensis, t. III, p. 311 seq., qui tamen Isidori nomen non tacent. Ildefonsus addit *Ipsè est Pater, id est, Deus*. Vide etiam c. 15 l. I Sentent., qui est *De sancto Spiritu*, ubi plurima sunt, in hoc tertio capite repetita.

N. 2. *Ad aliquid refertur*. Martinus ita habet: *Ad aliquid refertur spirans, et utique*, etc. Ildefonsus: *Quod aliquid refertur spirans; et spirans utique spiritu spirans est*.

N. 3. *Quod Spiritus*. Fortasse abundat quod.

N. 4. *Incorporea natura*. Anima *incorporea* hoc loco diserte traditur; de quo nonnulla quæstio excitatur lib. II de Offic. eccles., cap. 24, et lib. II Different., cap. 26.

N. 6. *Ne duo Patres*, etc. Hanc ipsam rationem exhibent Augustinus, et alii, quos Petavius, t. II, lib. VII, Theol., c. 14, n. 11, excitat. Alioquin si erroris periculum abesset, *ingeniti* vocabulum sive pro *increato*, sive pro *non genito*, in Spiritum sanctum posset convenire.

N. 7. *Multa adhuc habeo quæ*. Theodulfus legit: *Multa adhuc habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo*. Martinus Legionensis cum Vulgata: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*; quod ad processionem Spiritus sancti comprobendam minus idoneum est.

N. 8. *Qui autem*. Vulgata: *Si quis autem*, etc. Clarissimum hoc testimonium Isidori pro processione Spiritus sancti ex Patre et Filio prætermissum non fuit in concilio Florentino, ut dixi in Isidorianis, c. 31, n. 14.

N. 11. *Tunc lugebunt filii*, etc. Vulgata: *Nunquid possunt filii sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, et tunc jejuabunt*.

N. 13. *Septiformis*. Hæc sunt septem dona Spiritus sancti, quæ Isaias, XI, 2 et 3, commemorat: *Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis. Et replebit eum spiritus timoris Domini*. De quibus theologi cum sancto Thoma, 1—2, q. 68.

N. 14. *Deus spiritus est*. In Vulgata Verba Joannis: *Spiritus est Deus*. In psalmo I: *Miserere mei, Deus*, etc. V. 12: *Et spiritum rectum innova in visceribus meis*. V. 13: *Spiritum sanctum tuum ne auferas a me*. V. 14: *Spiritu principali confirma me*. Hæc omnia de tertia Trinitatis persona multi intelligunt; ut idem dicatur Spiritus *rectus, sanctus*, et *principalis*. Patres, qui Trinitatem in Spiritu principali, in Spiritu recto, in Spiritu sancto intelligunt, recenset Lorinus, comment. in Psalmos, scilicet Cassiodorum. Haimonem, utrumque Brunonem, ac

Bernardum, qui fortasse id didicerant ex Hieronymo in cap. IV Epistolæ ad Galatas.

N. 17. *Donantur*. Pro *condonantur* a probatis scriptoribus usitatum. Hinc in quasdam vulgares linguas *perdo*. Sanctificatio justi in sacris litteris et a sanctis Patribus Spiritui sancto tribuitur. An autem habitatio in justis per charitatem, et præsentia propria sit personæ Spiritus sancti, an tribus personis conveniat, quærit Petavius, t. II theol. dogmat., l. VIII, c. 6, n. 5, qui concludit proprie et singulari modo Spiritum sanctum cum iis quos sanctos facit conjungi, et inesse ipsis.

Idem. In Vulgata: *In Spiritu Dei ejicio dæmones*.

N. 22. *Felle caret*. De hac vulgi opinione dixi ad l. II Carminis Paschalis Sedulii, v. 171. *Per volucrum, quæ felle caret*.

N. 24. *Fidelium eruditioni*. Apud Grialium et alios excusos erat *eruditione*; reposui *eruditioni*, quod sensus postulat: nam *e* et *i* in mss. sæpe commutantur.

N. 26. *Quanti... tantis pro quot, tot*. Mentio crinis cur hoc loco injecta sit, Grialius, dubitabat; quia non attendit ad veterum Latinorum usum, præsertim poetarum, qui crines et comas igni etiam tribuebant. Val. Flaccus l. I, v. 205:

Protulit ut crinem lentis luctatus in extis
Ignis, etc.

Aliorum exempla indicavi ad lib. III Carminis Dracontii de Deo, v. 171.

Crinibus ignitis jejuna alimenta ministrat.

N. 27. *Spiritus S. nomine aquæ*. Vulgata: *Si quis sitit... Si quis credit in me, sicut Scriptura dicit flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de Spiritu sancto*, etc.

N. 30. *Et necesse non habetis*. Vulgata: *et non necesse habetis... docet vos de omnibus*.

CAP. IV. N. 2. *Idem, et tria*. Vide comment ad 1 versum Apotheoseos Prudentii:

Est tria summa Deus, trinum specimen, vigor unus
N. 3. *Alius, non aliud*. Ita Orientius carm. de Trinitate, *Non idem, sed prorsus idem*. Confer not ad Dracontium l. II, v. 105, et ad Sedulium l. I, v. 319.

N. 11. *Tres hypostases*. De vocabulo *hypostasis* magna olim fuit controversia an tres hypostases in Deo essent admittendæ, cum Latini nomine *hypostasis* nihil aliud nisi substantiam intelligerent; Græci vero *hypostasin* pro supposito etiam accipi scientes, tres hypostases sine ulla difficultate admittebant. Certe si *hypostasis* sumatur pro eo quod substat accidentibus, nullo modo *hypostasis* de Deo dici potest, uti neque *substantia* eodem sensu accepta. Atque adeo Augustinu lib. VII de Trinit., c. 5, docuit, *Decum abusive dici substantiam*. Qui c. 9 addit: *Quia nostra loquens consuetudo jam obtinuit, ut hoc intelligatur, cum dicimus ESSENTIAM, quod intelligitur cum dicimus SUBSTANTIAM, non audemus dicere UNAM ESSENTIAM, TRE SUBSTANTIAS, sed UNAM ESSENTIAM, vel SUBSTANTIAM TRES AUTEM PERSONAS*. Procedente tempore constitit *hypostasis* vocabulum a Græcis catholicis non accipi pro *essentia*, aut *substantia*, sed pro *persona, subsistentia*, aut *supposito*. Adis Petavius l. 4 de Trinitate c. 5, n. 10 et seqq.

CAP. V. Num. 1. *Angeli Græce vocantur*. Multa hic repetita de angelis ex c. 10 l. 1 Sententiarum. Huc etiam faciunt Loaisæ notationes in caput illud 10.

N. 3. *Quibus ideo pictorum licentia*. De ventorum pennis Vulpius ad Catullum carm. 65, et obvii cuique sunt poetarum versus, quibus pennæ ventis ascribuntur. In Vulgata nostra est, *Qui ambulat*.

N. 4. *Novem autem ordines*. Ordo hierarchiæ angelicæ non eodem modo ab omnibus exponitur, ut videri potest apud Petavius t. III Theol., l. II cap. 3.

N. 7. *Curre et loquere*. In Vulgata, *Curre, loquere*.

N. 15. Totum hoc, *Uriel... præceptum est*, omittitur in Codice Vaticano 5764, ut dixi in Isidorianis

c. 98, n. 16. Sed cum in plerisque Codicibus, etiam antiquissimis, legatur, præstat credere, data opera prætermisum alicubi fuisse ab aliquo antiquario, qui *Urielis* nomen ex angelorum cœtu excludendum putaret. De Uriele inter angelos recipiendo antiquissima fuit opinio, quam tamen nonnulli veteres evertere conabantur. Hanc controversiam, quantum satis est, explicui in not. ad n. 53 Appendicis 5 ad Sedulium. Plura videri possunt in opere eruditissimo V. C. Cancellierii de Secretariis veterum Christ., p. 1009 et seqq.

N. 21. *Throni sunt agmina*. Ita multi veteres laudati a Petavio loc. cit. n. 5.

N. 30. *Fiat firmamentum, et vocatum est*. Vulgata v. 6, *Fiat firmamentum* : et v. 8, *Vocavitque Deus firmamentum calum*.

CAP. VI. N. 1. Quædam huc faciunt ex iis, quæ in libris de Ortu, et obitu Patrum, et Allegoriarum exponuntur.

N. 5. *A cadendo enim nomen sumpsit calamitas*. *Calamitas* proprie est calamorum segetis comminutio, et clades a grandine seu alia causa. *A calamis* ergo dicta *calamitas*.

N. 6. *Alii autem dicunt*. Sedulius in elegia, v. 7 et 8, comparationem inter Evam et Deiparam ita instituit, ut originem mortis ab Eva, vitæ a Deipara repetat :

Sola fuit mulier, patuit qua janua letho,

Et qua vita redit, sola fuit mulier.

N. 7. *Pater ejus ait; imo mater ejus*. Genesis verba sunt : *Adam vero cognovit uxorem suam Evam, quæ concepit, et peperit Cain, dicens : Possedi hominem per Deum*.

N. 10. *Tunc initium fuit invocandi nomen Domini*. Vulgata : *Iste cepit invocare nomen Domini*. Judæi, de quibus Isidorus, ita verba Genesis interpretantur : *Tunc ceptum est profanari nomen Domini*. His adhæret Seldenus de Diis Syris proleg. 3. Aliorum explanationes vide in Dictionario Calmeti, et in notis ad versionem Gallicam bibliorum et diversis auctoribus Anglis.

N. 13. *Mathusalem interpretatur*. Braulio ep. 44, t. 30 Hisp. sacr., hunc locum exscribit, præmissis Isidori elogio : *Nostris vero temporibus incomparabilis scientiæ vir Isidorus Hispanensis episcopus, dum hujus nominis vult originem absolvere, ita fasus est : Mathusalem, etc.* Ita enim ibi scribitur. Et observandum, Grialium in textu, et alios excusos omittere eum post enim, quod ego reposui ex Braulione, et quia Grialius ipse in notis ita refert hæc verba. *Quidam enim eum cum patre*.

N. 15. *Iste requiescere*. In Vulgata : *Iste consolabitur nos ab operibus et laboribus manuum nostrarum*.

N. 22. *Impietatis ædificare turrem*. Ita etiam Martinus Legionensis ex Isidoro. S. Augustinus l. xvi de Civit. Dei, c. 4. de eodem Nembrod : *Erigebat cum suis populis turrin contra Dominum*. Hæc pariter est aliorum opinio. Confer dissertationem Calmeti de turre Babelica.

N. 29. *Sarai*. Vulgata : *Sarai uxorem tuam non vocabis SARAI, sed SARAM. Et benedicam ei, et ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritque in nationes, et reges populorum orientur ex ea*.

N. 32. *Ismael*. Vulgata v. 11, *Vocabisque nomen ejus ISMAEL, eo quod audierit Dominus afflictionem tuam*. Et v. 15. *Peperitque Agar Abræ filium; qui vocavit nomen ejus ISMAEL*. Nonnulli scribunt *Ismahel*.

N. 36. *Plurimos enim dolores*. Forte plures pro plurimos.

N. 45. *Mambres*. Ca'metus in versione litterali nominum Hebræorum post Dictionar. biblic. *Mambres* interpretatur *mare cum paupertate*, æc vocem Ægyptiam, non Hebræam, esse asserit. Vallarsius mallet *mare pellucidum* apud Hieronymum : sed advertit Græcum etiam nomenclatorem vertere *mare pellucidum*.

N. 60. *Ophni discalceatus*. Vulgata : *Et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis*.

N. 61. *Quam speciosi pedes*. Verba Isaïæ in Vulgata sunt : *Quam pulchri super montes pedes annuntiantis et prædicantis pacem, annuntiantis bonum!* etc. Eadem sententia c. 1 Nahum. v. 15, *Ecce super montes pedes evangelizantis, et annuntiantis pacem*. Ex his Apostolus ad Romanos x, 15. *Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!*

N. 65. *Trinomius*. Ita Grialius in textu : sed in notis ex aliis excusis sumpsit *tribus nominibus*.

N. 69. *Ochozias*. Alii, et Grial. in textu, *Achazias*.

N. 70. *Joas spirans*. Vallarsius tuetur *Joas sperans*.

CAP. VII. N. 2. *Abram*. Vulgata : *Nec ultra vocabitur nomen tuum ABRAM, sed appellaberis ABRAHAM; quia patrem multarum gentium constitui te*.

N. 5. *Ecce secundo*. Vulgata, *en altera vice pro ecce secundo*.

N. 6. *Vidi dominum*. In Vulgata : *Vidi Deum facie ad faciem et salva, etc.*

N. 7. *Quia vidit Deus*. Vulgata : *Dicens : Vidit Dominus humilitatem meam*.

N. 8. *Quia exaudivit*. Vulgata : *Quoniam audivit me Dominus*.

N. 9. *Nunc mecum erit vir meus*. Vulgata : *Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quod pepererim ei tres filios*.

N. 10. *Nunc super hoc*. Vulgata : *Modo confitebor Domino*.

N. 11. *Dedit Deus mercedem meam*. Vulgata : *Dedit Deus mercedem mihi*.

N. 12. *Habitavit mecum*. Vulgata in futuro : *Etiam hac vice mecum erit maritus meus*.

N. 13. *Habitare me fecit*. Vulgata : *Comparavit me Deus cum sorore mea, et invalui. Vocavitque cum NEPHITALI*.

N. 14. *Judicavit me*. Vulgata : *Judicavit mihi Dominus, et exaudivit vocem meam, dans mihi filium*.

N. 15. *In fortuna*. In Vulgata, *feliciter pro in fortuna*. Etiam feliciter explicari potest de eventu et procinctu.

N. 16. *Beata ego*. Vulgata : *Hoc pro beatitudine mea. Beatam quippe me dicent mulieres : propterea appellavit cum ASEB*.

CAP. VIII. N. 2. *Eamus ad videntem*. Post verba, *eamus ad videntem*, additur : *Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns*.

N. 8. *Constitui te super*, Vulgata : *Constitui te hodie super gentes, et super regna*.

N. 9. *Signa quædam*. Ex variis lectionibus arguitur legi posse per sigla quædam.

N. 13. *Nahum gemens*. Verba Isaïæ paulo aliter referuntur c. 6, n. 61, et in Vulgata, ut tunc dixi. T. I Patrum Apostolic., p. 9, col. 2, p. 12, col. 2, et p. 40, col. 2, agitur de nomine *Naum*, seu *Nahum*, quod *consolatore* significat, non *germen*. Hieronymus, in fine libri de nominibus Hebraicis, ad Barnabæ epistolam catholicam respiciens, *Nahum* exposuit *germen*; sed mendosus videtur locus, et legendum *Nave*, cujus Barnabas meminit, non *Nahum*. Vide etiam notam in Editione Vallarsiana Hieronymi.

N. 14. *Cur in rebus humanis*. Hæc est questio quam Claudianus vehementi oratione persecutus fuit initio l. 1 in Rufinum :

Sæpe mihi dubiam trahit sententiâ mentem,
Curarent superi terras.....

M. 16. *Ad prophetam*. Melius videretur *ad prophetas*; sequitur enim *ipsi sciunt*. Et in nonnullis quidem Excusis exstat *prophetas*. Sed repugnant miss. Codices. In Vulgata est *dedi te pro te posui*. Et apud Amos : *Quia non facit Dominus Deus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad servos suos prophetas*.

N. 19. *Nunc cognovi*. Vulgata : *Nunc in isto cognovi, etc., et verbum Domini, etc.*

N. 22. *Assumptio verbi*. Vulgata : *Onus verbi Do-*

mini ad Israel in manu Malachiae.

N. 27. *Sive ascensus.* Grialius in textu exhibet *ascensus*; sed in nota præferre videtur *ascensus*.

N. 32. *Posui te.* Vulgata: *dedi te pro posui te.*

N. 35. *Ne injicias.* Vulgata: *Non extendas manum tuam super puerum.*

N. 37. *Tria genera visionum.* De prophetia ejusque generibus multa congerit Benedictus XIV, l. III, c. 45, et seqq., de Beatific., post multos alios ibi indicatos.

N. 41. *Habere autem prophetiam... malus.* Hæc est theologorum sententia cum sancto Thoma 2-2, quæst. 172, art. 4, et ex sancto Augustino traditur in jure canonico, in cap. *Multæ autem*, et can. *Prophetavit 1*, quæst. 1, allegato eodem exemplo: *Prophetavit et Saul malus rex.*

CAP. IX. N. 2. *Tu es Petrus*, etc. Nota est illorum temeritas qui contra primam Petri cathedram garrunt, in hoc Matthæi textu interpretando. Communionem sanctorum Patrum expositionem rejiciunt, unius et alterius interpretationem, quam hic quoque Isidorus indicat, unde tenent, in eaque mordicus hærent. Quodnam hac de re meum sit judicium, aperui in comment. ad Prudentium, hymn. 1 Cathem., v. 63. Nimirum cum idem Scripturæ textus duos sensus litterales habere possit, ut multi tradunt, nihil obest quominus probabilis censeatur pauco veterum expositio, quod verba *super hanc petram* Christum indicent, dummodo tamen pro certa habeatur aliorum interpretatio, quam Ecclesia quodammodo auctoritate sua confirmavit in hymno sancti Ambrosii, quem canunt fideles omnes ad laudes Dominicæ:

Hoc ipsa petra Ecclesiæ
Canente culpam diluit.

Cui concinit hymnus officii Gothici ad Cathedram sancti Petri:

O Petre, petra Ecclesiæ.

N. 3. *Cephas... quod in capite.* Perspicue hoc loco tradit Isidorus Petrum a Christo constitutum fuisse caput apostolorum.

N. 6. *Obediens.* Grialius, in nota edidit *Simon... audiens*: sed cum in textu appareat *obediens*, in nota quoque hoc ipsum reposui.

N. 9. *Ad quod elegi.* Vulgata: *Ad quod assumpsi eos.*

N. 10. *Novissimus apostolorum.* Vel, ex loc. cit., pro *minimus apostolorum*, vel ex I Cor. IV, 9: *Nos apostolos novissimos ostendit.* Alter locus ex Epistola ad Ephesios in Vulgata est: *Mihi omnium sanctorum minimo.*

N. 20. *Et acciperunt mercedem.* Vulgata: *Et acciperunt triginta argenteos, pretium appetiati, quem appetiaverunt a filiis Israel.* Verba Zachariæ, quæ huic loco quodammodo respondent, sunt ex cap. XI, 13: *Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos.* Jeremias a Matthæo nominatur; sed apud Jeremiam verba non reperiuntur ita perspicua atque apud Zachariam. De qua controversia dixi ad Juvenum, l. IV, v. 638.

CAP. X. N. 6. *Pelliceus gloriosus.* Distinguunt Editi *pelliceus, gloriosus*; sed etymologia ex Græco est *gloria pellis*.

CAP. XI. Num. 2. *Testes.* Aliquando etiam Latinum nomen *testium* pro martyribus adhibetur, ut a Prudentio, hymn. 1 Perist. v. 21 et 22:

Nil suis bonus negavit Christus unquam testibus,
Testibus, quos nec catenæ, dura nec mors terruit.

N. 4. *Duo sunt autem martyrii gen.* Martyrium quod non in aperta passione positum est, sed in occulta animi virtute, ut ait Isidorus, non est proprie martyrium, etiam si quis inter ministrandum peste contactis vitam amittat; nam ex communi Ecclesiæ sensu *martyres* illi solidicuntur qui in pugna et certamine cum tyranno vitam non resistentes ponunt. Notum est Theophili Raynaudi opus *De martyrio per pestem*; notæ controversiæ inde exortæ, de quibus videri potest Benedictus XIV, l. III de Beatif., c. 11.

A Quoniam vero heroica sanctorum virtus martyrio comparatur, hinc duo martyrii genera distinguuntur, et quamvis initio soli veri martyres honore publico exciperentur, deinde viris aliis sanctis, quorum eximia probitas esset demonstrata, veneratio in Ecclesia impendi cœpit, ex quo etiam Martyrologio tam confessores quam martyres inscribuntur. Confer commentarium meum ad Prudentium, Proœm., v. 42.

CAP. XII. N. 3. *Psalmist.* lect. Psalmistæ nunc ex usu Ecclesiarum Hispaniæ dicuntur concentores sive accentores, de quibus infra, n. 28. Nam *præcentor* Hispanice vocatur *chantre*, et aliquando *capiscol*, hoc est, caput scholæ eantorum, *succentor sochantre*, et illi qui concinunt, sive accinunt, *psalmistæ*.

N. 4. *Ordo episc. quadrip.* Non dissimilis divisio, atque hæc ipsa nomina *patriarcharum, metropolitano-* *rum* et *archiepiscoporum* leguntur in epistola 3 Anacleti, quæ cum duabus præcedentibus passim jam apoerypha censetur.

B N. 13. *Pontifex. Summum sacerdotem* et *pontificem maximum* ex veterum more appellat Isidorus quemlibet episcopum. Eodem sensu olim episcopatus *summum sacerdotium* vocabatur, presbyteratus *secundum*, diaconatus *tertium*. Antiquorum, qui ita loquebantur, verba legere poteris apud Theophilum Raynaudum in Onomastico pontificio, verb. *Pontifex maximus*, et *Sacerdos summus*; qui utrobique concludit jampridem appellationem *summi sacerdotis*, æque ac *summi pontificis*, restrictam esse ad omnium episcoporum supremum, sive Romanum.

N. 14. *Unde et Romani imp.* Romani imperatores etiam Christiani *ethnicismi pontifices maximi* esse voluerunt, ne quis abutens summa illa potestate turbas in imperio excitaret. Insignis enim erat apud Romanos pontificis maximi auctoritas, etiam supra consules, ut videre licet apud Gutherium de Jure pontificio Romanorum.

C N. 15. *Vates avi ment.* In Varronis verbis, *vates* esse dictos a versibus *viendis*, Scaliger suspicatur legendum *vagendis*. Alii *vates* dictos putant a *fari*, ut *Φάρι*; sit *vates*. In significatione sacerdotis *vates* usurpatur in versibus bibliothecæ Isidori: *Leander vates*. Rursus etymon *vatis* Isidorus exponit l. VIII, c. 7, n. 3.

N. 20. *Idem episcopi et presbyteri.* Episcopos jure divino superiores esse presbyteris sententia catholica est, contra quam nonnulli hæretici auctoritate Hieronymi abutuntur. Theologi non omnes uno modo Hieronymi verba explicant, ut in veram sententiam revocent, ut videri potest apud Valentiam in libro de Discrimine sacerdotalis et episcopalis ordinis c. 3. De Isidori quidem mente dubitare non licet, cum conceptis verbis discrimen inter episcopos et presbyteros n. seq. astruat. Confer l. II de Officiis eccles., c. 7, cum not., et c. 27.

N. 21. *Ideo autem*, etc. Hæc uberius expromuntur cit. c. 27, l. II, de Officiis eccles.

D N. 26. *Duo genera... respondet.* Confer l. VI, c. 19, n. 13, cum not.

N. 30. *Tunc accenduntur lumina.* De luminum usu et copia in ecclesiis apud veteres multa dixi in Prudentianis, c. 11.

N. 31. *Adjurantes.* Ita sanctus Augustinus, l. de beat. Vit., c. 12: *Exorcizare dicuntur, hoc est, per divina cum adjurando expellere.* Vide notata ad l. VI, c. 19, n. 55.

N. 32. *Ostiarum.* Apud Esdras, II, XII, 25, in templo erant *custodes portarum et vestibulorum ante portas*. Hinc quædam addita in nonnullis exemplaribus Isidori.

N. 33. De hujusmodi ordinibus ecclesiasticis egerat jam Isidorus l. II de Offic. eccles., unde multa huc transtulit.

CAP. XIII. N. 1. *Monachus.* De monachis eorumque diversis generibus plura cit. l. II de Offic. eccles.

N. 4. *Eremum.* Vulcanius annotavit *ἔρημον desertum* dici. Hoc voluit Isidorus dicere, dum *eremum* vocat

quasi remotum, hoc est ab hominum conspectu.

CAP. XIV. N. 2. *A Judæis*, etc. Etiam a gentilibus contumeliose Christiani *Nazaræi* et *Nazareni* vocabantur. Vide comment. ad vers. 23 hymn. 5 Peristeph. Prudentii, et ad v. 45 hymn. 10. *Ni disciplinam Nazarenam respuat*.

N. 5. Δόξα. Vox Græca δόξα utrumque significat et *opinionem* et *gloriam*; et hoc innuere videtur Isidorus, *orthodoxum* esse dicendum, qui et *recte sentit*, et *gloriose vivit*, hoc est, ut credit, et ut virum rectæ gloriæ decet.

N. 7. *Catechumenus*. Proprie est qui in elementis alicujus scientiæ instruitur; et hoc sensu dicitur *auditor*, sive *discipulus*. Verum hæc omnia enucleatius exponuntur lib. II de Offic. ecclesiastic.

LIBER OCTAVUS.

CAP. I. N. 1. *Ecclesia*. Agit de Ecclesia Isidorus l. I Sentent., cap. 16, ubi Loaisa multa notis illustrat, quæ huc quoque pertinent. Vide etiam cap. 1 lib. I de Offic. ecclesiast., Rabanus Maurus, de Institut. cleric., c. 4 l. I, quædam ex hoc cap. 1 l. VIII Etymol. sumit, ut pleraque alia ex libris de Offic. ecclesiast. ejusdem Isidori, tacito hujus nomine.

2. Vulgata addit: *Deo meo per Jesum Christum promissibus*, etc. In Evangelio Lucæ eadem Vulgata: *Qui non colligit mecum, dispergit*. Et apud Matthæum XII, 30: *Qui non congregat mecum, spargit*.

N. 3. *Et excidit*. In Vulgata omittitur conjunctio *et* ante *excidit* in verbis Proverbiorum.

CAP. II. Num. 2. *Religio*. De etymo religionis alia videri possunt apud Gellium, l. IV, c. 9. Ejus vocabuli vim latius patere et pro quavis pietatis specie erga patriam, parentes, amicos, et alios adhiberi, ostendit Carolus Fridericus Walchius, in commentatione de religione M. Aurelii imperatoris, in nummis Rom. I Actor. Soc. Lat. Jenensis, p. 213.

N. 4. *Fit illud*. Apud Grialium et alios Editos erat *sit illud*; repositi *fit illud*. De etymo *fidei* vide not. ad l. V, c. 24, n. 17. Variæ originationes *fedris* explicantur l. XVIII, c. 1.

N. 5. *Spes... quod sit pes*. Varro, l. V de Ling. Lat., c. 7, *spem a sponte* declinari posse putat.

N. 6. *Plenitudo legis*. Verba Pauli sunt: *Plenitudo ergo legis est dilectio*.

CAP. III. N. 2. *Inde ergo hæresis... vocab... inducere*. Sententia, ex Tertulliano, cit. l. de Præscript., c. 6, desumpta, sed non iisdem omnino verbis. In Editionibus correctis Tertulliani nunc jam legitur *inducere*, quod pro *indulgere* subrogandum Grialius adverterat.

N. 6. *Superstitio*. Sententiam Ciceronis, l. II de Nat. deor., *superstitiosos* dictos, qui totos dies precabantur, et immolabant, ut liberi sui sibi *superstites* essent, acriter refellit Lactantius, l. IV de vera Sententia, c. 28, qui concludit *superstitiosos* vocatos qui parentibus suis *superstites* imagines eorum celebrabant domi, tanquam deos penates. Quod ait Isidorus, *quæ veterum ignari asciscant*, alludit ad versum Virgiliti:

Vana superstitio, veterumque ignara deorum;
nam qui deos veteres colebant superstitiosi non cen-
debantur.

CAP. IV. N. 1. *Judæi*. Sanctus Martinus Legionensis, t. I, p. 432 seqq., hoc Isidori caput adversus Judæos profert et amplificat. Notationes quas Zaccaria in hoc et duo seqq. capita paraverat, ut ea in collectionem eorum qui catalogos hæreseon conscripserunt insereret, seorsum exhibebimus post Etymol.

N. 2. *Transitores*. Martinus Legionensis pro *transitores* habet *transeuntes*.

N. 3 et 4, not. *Isaia XIX*. In nota Grialii erat *Isid.*

XIX, pro quo repositi *Isaia XIX*.

N. 5. *Esseni*. Nomina hujusmodi hæreticorum apud Martinum Legionensem plerumque corrupta sunt.

N. 7. *Genistæ*. Grialius edidit *Genistæi*, et n. seq. *Meristæi*.

CAP. V. N. 1. *Quidam*. Hic index hæreticorum reperitur etiam seorsum ab Etymologiis in nonnullis Codicibus, ut in Vatic. 3791, nomine epistolæ Isidori, ut dixi c. 75 prolegom. Codicem contuli cum Editione Breuliana. Varias lectiones ex decreto Gratiani collectas a Berardo habes ib., c. 32. Induculum, qui Hieronymi dicitur, de hæresibus Judæorum, et Christianorum, cujus memini in Isidorianis, c. 86, n. 21 et seqq., simul cum quadam fidei professione, quæ illi subjungitur in Codice 2 archivii Vaticani, ut dixi in Isidorianis, c. 107, n. 9, inter appendices loco decimo sistam. Zaccaria, cujus notationes, ut dixi, post Etymologias producam, usus est Codice episcopi Pistoriensis, in quo exstat collectio canonum. Diversam scripturam hujus Pistoriensis Codicis ad marginem Editionis Grialianæ, anno 1753, annotavit.

N. 4. *Basilidiani*. De Basilidianis, tom. I Patrum Apostolic., p. 60, erudita est Hugonis Menardi annotatio ad epistolam Barnabæ. *Et ad hoc*, ait Barnabas, *Dominus sustinuit pati pro anima nostra*, etc.

N. 8. *Millenarii*. Zaccaria edere voluerat *Milliastæ* pro *Millenarii*.

N. 11, not. *Tertull.* Locus Tertulliani exstat lib. de Præscript., c. xxx: *Ubi tunc* (sic) *Marcion, Ponticus Nauclerus, Stoicæ studiosus*, etc.

N. 22. *Artotyritæ*. In concilio Bracarensi III, al., IV, anni 675, notatur error quorundam qui *in sacrificiis Domini relati sunt lac pro vino, pro vino botrum offerre; Eucharistiam quoque vino madidam pro complemento communionis credunt populis porrigendum*.

N. 35. *Montani*. T. I Patrum Apostolic., p. 99. Montanistæ, a Montano sic dicti, a Cotelerio describuntur, qui verba indiculi de hæresibus Hieronymo tributi de Montanistis valde corrupta esse ait, ac nullo negotio sanabilia.

N. 36. *Ebionitæ*. Seu Ebionæi, Judaicas superstitiones secuti, Hierosolymam adorabant, quasi domum Dei, ut Judæi plus satis templo Hierosolymitano confidebant. Vide epistolam Barnabæ cum nota Cotelerii, t. I cit., p. 48.

N. 37. *Photiniani*. Photinus e parva Galatia, seu Gallogræcia ortus, Sirmii ecclesiæ præfuit. Legendum ergo videtur *Sirmii*.

N. 38. *Hi offerre sacrif. spern.* Adeo constans semper fuit in Ecclesia sententia sacrificium pro defunctis esse offerendum.

N. 49. *Ego Dominus*. Verba Isaia hæc sunt: *Formans lucem, et creans tenebras: faciens pacem, et creans malum: Ego Dominus faciens omnia hæc*.

N. 50. *Fecit Deus*. Locus Genesis ita habet: *Viditque Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona*. Hæc duo quo pacto inter se cohæreant, docet sanctus Julianus Toletanus, lib. I Antikeimemon, ad interrogat. 7, al., 16.

N. 52. *Bonosiaci*. Non placet conjectura Grialii, ab aliquo fortasse huc inductos *Bonosiacos*. Exstant in omnibus antiquissimis membranis, et hujus hæresis in Hispania non ignotæ meminit quoque Isidorus, de Vir. illustr. c. 33, ubi librum responsionum *Justiniani, de Hispania Ecclesiæ Valentinae episcopi*, describens ait: *Secunda* (responsio) *est contra Bonosianos, qui Christum adoptivum Filium, et non proprium dicunt*. An autem Bonosiacis, aut Bonosianis, præmittendi sint Circumcelliones non liquet; fortasse enim Bonosiani etiam erant de grege Donatistarum, uti Circumcelliones. Auctor vero hæresis Bonosus fuit episcopus Sardicensis; de quo vide Baronium ad ann. 389, n. 72, cum nota Pagii.

N. 53. *Quos Cotopitas*. In not. Grialii erat: *Sed cum cotopitæ*.

N. 55. *Lucifer ini*. Contra Luciferianos disserit sanctus Martinus Legionensis, t. I, p. 576, eos Isidori verbis describens, ubi pro *Syrmiæ episcopo* recte ad marginem correctum est *Sardinia episcopo*.

Sed ex Martino ipso Isidorus corrigi poterit ; ita enim habet Martinus, *in catholicam ecclesiam redire delegerunt*. In Isidori impressis, et mss. omnino omis- sum fuerat *ecclesiam* Luciferi Calaritani opera omnia prodierunt Venetiis 1778, curantibus Cœletis.

N. 56. *Nuptiarum*. Malim *nuptiarum*; instituitur enim comparatio inter *nuptas et virgines*, sicut inter *abstinentes et epulantes*.

N. 62. *Jura divina, qui*. Phrasis a bonis auctori- bus nonnunquam adhibita pro *jura Dei, qui*. Iisdem fere verbis Isidorus *Nyctages* describit l. I Offic., c. 22, in fine.

N. 64. *Nestoriani*. Alvarus Cordubensis, in epist. ad Joannem Hispalensem, t. XI Hisp. sacr., p. 127, hæc verba excitat : *Nestoriani, ut ait nos- ter (sic) lumen Isidorus, a Nestorio, etc. Legit hominis asseruit, et Christum Verbo, et alterum Dei, omisiss tantummodo, et in, et filium.*

N. 68. *Dies iudicii*. Verba Vulgatæ : *Dies enim ultionis in corde meo.*

CAP. VI. N. 1. *Philosophi*. De philosophorum sectis videndus cum primis Jacobus Bruekerus in Historia critica philosophiæ a mundi incunabulis ad nostram usque ætatem deducta, Lipsiæ 1742.

N. 22. *Hi philosophorum errores*. Religio mihi sit non scripturam Tertulliani cum Chacone restituere : a leo clara sunt Tertulliani verba c. 7 libri de Præ- scription. *Inde æones, et formæ nescio quæ, et trinitas hominis apud Valentinum : Platonius fuerat. Inde Marcionis Deus melior de tranquillitate a Stoicis venerat. Et ut anima interire dicatur, ab Epicureis observatur, etc.* Arii nomen ab aliquo imperito intrusum fuit apud Isidorum, quod *trinitas hominis* quid esset ignoraret. In Isidori exemplaribus excusis et mss. ita legitur : *Inde αἰῶνες, et formæ nescio quæ : inde apud Arium trinitas nominis, et apud Valentinum, Platonius furor.* Quod mutare noluit Grialius, quan- tumvis a Chacone admonitus. De *trinitate*, quam Valentinus fingebat, *hominis materialis, animalis, et spiritualis* consuli potest Irenæus l. I adv. hæres. c. 4.

N. 23. *Epicurus observatur*. Melius hic quoque esset ex Tertulliano *ab Epicureis observatur* : et mox *et ubi aliquid de igneo Deo allegatur* : tum *cædem materiæ... voluntantur*. Verum tolerari utcumque possunt ea quæ in exemplaribus Isidori exstant. *Restitutio carnis*, a Tertulliano pro resurrectione carnis adhibetur.

CAP. VII. N. 2. *Igitur ut templa*. Quod poesis idololatriam auxerit, evincit etiam Prudentius l. II contra Symmach., v. 45 seqq.

Sic unum sectantur iter, et inania rerum
Somnia concipiunt et Homerus, et acer Apelles,
Et Numa, cognatumque malum, pigmenta, camæonæ,
Idola, convaluit fallendi trina potestas.

Confer comment. in Prudentium, et not. in Sedu- lium l. I Carm. paschal., v. 280, et inf. c. 41 hujus l. n. 2 et n. 29.

N. 3. *Vates*. De *vatis* originatione vide not. ad l. VII, c. 42, n. 15. Apud Grialium erat *antiquis* nullo sensu pro *antiqui*. In aliis Excusis *antiquis pro vineire potentibus*. De *divinis*, Hispanice *adivinos*, iterum, c. 9.

N. 4. *Lyra*. Unde dicta, expositum l. III, c. 22, n. 8. Ob lyricam poesin Prudentius in versibus bi- bliothecæ Isidori dicitur :

Carminibus variis nobilis ille satis,
et in epigrammate ex Codice Vatic. Alexandr. 321, c. 28, prolegom. ad Prudentium, n. 243, ejus liber Peristephanon sic describitur :

Finalis vario musa canore boat.
Ita nunc quidem videtur, quamvis in nota a asseruerim tunc dittochæum *finali musa, et vario canore* indicari.

N. 6. *Comici... a comessatione*. Festus comessa- tionem quoque, sive commissationem a vicis, quos Græci *κόμας* dicunt, derivat.

N. 7. *Duo sunt autem genera comic*. Joan. Ger. Vos-

sius, l. III, c. 9 Institut. poetic. fatetur satyræ in maledicendo prævisse comœdiam veterem ; sed non probat quod Isidorus duo genera comicorum, unum vetus, alterum satyricorum dividerit, et quod dixe- rit, Plautum, Attium sive Accium, et Terentium, veterem comœdiam scripsisse. Certe apud alios hæc distinctio non reperitur, neque satyrici inter comicos referuntur. Vetus comœdia fuit, quæ mordacibus dictis abundabat magna cum libertate : successit nova comœdia, quæ plus artis et elegantiae habebat quo in genere Plautus et Terentius floruerunt ; at- que hoc sensu veterem comœdiam scripsisse non sunt dicendi. Accius tragœdiarum scriptor fuit.

N. 8. *Satyrici autem dicti*. De satyra, ejusque ety- mo et significato, dixi ad l. v. c. 16. Legendum videtur *quæ per vinolentiam dieunt*.

CAP. VIII. N. 1. *Sibyllæ, etc.* Adisis not. ad Patres Apostolic., t. I, p. 78.

N. 4. *Quarta Cimmerica*. Joseph Isæus, in not. ad Lactantium, l. I, cap. 6, observat Isidorum omnia hæc mutuatum videri ex Lactantio, sed apud La- ctantium in duo locum vaticanis, et in aliis omnibus Mss., et Editis legi *Quartam Cumæam in Italia*, quæ ab Isidoro dicitur *Cimmerica*. Lactantius, post Sibyl- lam Cumæam in Italia nominat aliam Cumanam, a Cuma Ioniæ, ut Isæus opinatur. Cimmerici popul- us Italiae inter Baias et Cumis collocantur. Potuit ergo hæc quoque Sibylla a Lactantio *Cumæa* dici, et di- versa esse ab alia *Cumana*, a Cumis ita nominata Isidorus quidem Sibyllam *Cimmericam*, et *Cumanam* unam ab altera longe in Italia statuit.

N. 5. *A civitate Cumis*. In nonnullis exemplaribus invenio *in civitate Cumis* ; nec displicet hæc lectio nam nomina urbium aliquando indeclinabilia enun- tiabantur per quartum, aut sextum casum. Vide not. ad Prudentiana, c. 24, n. 212, et Bochartum Chan- l. I, c. 25.

CAP. IX. N. 5. *Lycæo*. Lycæus mons est in Arcadia Jovi, et Pani, seu Fauno sacer. Inde *Lycæus deus* dictus et Jupiter, et Pan. Apud Val. Flaccum, l. VI vers 533. *Lycæus deus* est Pan, vel Faunus.

N. 11. *Ad quos suscitand*. Grialius in textu *seisci- tandos*, in not. *suscitandos*, quod, ut puto, vel præ- ferre, vel unice scribere voluit, quanquam num- seq. occurrit *adhibito sanguine inferos seiscitari*.

N. 13. *A Persis allatum Varro dicit divinationis* etc. Grialius, ut ex nota liquet, edere voluit a *Persis allatum Varro dicit. Divinationis quatuor esse ge- nera, terram, etc.*, ut subaudiatur *constat*. Sed r- vera locum in textu reliquit, ut in aliis Excusis : *A Persis dicitur allatum. Varro dicit divinationis qua- tuor esse genera*, etc. Ita certe lego in duobus exem- plaribus Editionis regiæ matritensis, neque error cor- rectus est in recenti Editione matritensi. In nota Gria- lii est *fertur* pro *dicitur*, ut in textu et aliis editis legitur. Verba Augustini sunt : *Quod genus divinatio- nis Varro a Persis dixit illatum* ; ex quo fortass- præstiterit apud Isidorum quoque reponere *illatum pro allatum*. Post *genera* addidi *constat* parenthes- inelusum, ut sensus legenti obvius sit ; ita enim Gria- lius facere solet, cum Isidorus per infinita verba lo- quitur, in mss. saltem exemplaribus quæ ad nos per- venerunt.

N. 14. *Divini*. Cicero, de Fato, c. 8 : *Falli spera Chaldaeos, cæterosque divinos*.

N. 16. *Arioli*. Multi scribunt *hariolus* cum aspira- tione, et ab antiquo *fariolus*, quod a *fari* est, dedu- cunt. Isidorus fortasse respexit ad Tertullianum c. 23 Apologet. : *Producatur aliquis ex iis qui d- Deo pati existimantur, qui aris inhalantes numen d- nidore concipiunt*. Desiderius Heraldus, comment- in Tertullian., Isidorum cum Tertulliano componit

N. 17. *Aruspices*. *Aruspex* dictus est, ut nonnul- volunt, ab *ara*, ut alii, ab *haruga*, quæ est hostia i- hara servata. Hæc originatione opinioni illorum fave- qui cum aspiratione scribunt, *haruspex* : eoder

spectat sive Isidorus, sive alius, qui ab *horis* derivat.

24. *Constellatio* proprie dicitur compositio siderum, et affectio quædam cœli inde ad res varias collecta.

N. 26. *Interpretaretur*. Tertullianus l. cit. in not. Grialii c. 9, habet *interpretetur*; sed fortasse Isidorus mutavit in *interpretaretur*.

N. 28. *Sortilegi* nomen quodlibet sortium genus complectitur; sed Isidorus eos præcipue videtur notare voluisse qui inter Christianos superstitionibus sortium operam dabant. *Sortes sanctorum* crediderim esse librum inscriptum, *Sortes apostolorum*, qui apocryphus declaratur in Gelasiano decreto de libris recipiendis et non recipiendis, de quo Fabricius in Cod. Pseudepigraph.

N. 29. *Salisator*. Marcellus Empiricus, c. 21: *Cordis pulsus, sive salisatio*. Tobias Gutberlethus, *Salis*, c. 2, ex hoc Isidori loco corrigendum ait apud Augustinum, de Natura dæmonum, *Salitores vocati sunt*, etc., ac reponendum *Salisatores*. Beamanus, p. 214, non improbat, ut videtur, *salitorcs* a *salitum*, *salio*; a quo etiam est *saliso*, aut *salisso*, et *salisator*, seu *salissator*. In auctario Ducangii mentio fit *salisatorum* ex Isidoro, ex Augustino, l. II de Doctr. Christ., et ex Joanne Sarisberiensis, lib. II Policrat., c. 12.

N. 30. *Sive in characteribus*. Ad characteres refero phylacteria, de quibus dixi in append. 5 ad Sedulium, ad verba decreti Gelasiani, n. 55: *Phylacteria omnia*, etc.

N. 34. *Ex oris*. Pro *ex oris* legendum puto *ex oriens*. Ea quæ sequuntur conjecturam confirmant. De hac Tagetis fabula videndi Ovidius, lib. XV Metam., v. 553 seqq.; Lucanus, l. I, v. 637; præter Ciceronem, de Divinat., l. II, c. 23, et Columellam, l. X, v. 345. Martianus Capella, l. II post med.: *Tagetes sulcis emicuit, et ritum statim gentis, synnumque monstravit*. Confer notam Munckeri ad Fulgentium, Expos. sermon. antiq., verbo *Manales lapides*, ubi actum agit, dum locum Isidori a Grialio jam emendatum restituere laborat, *artem pro autem, et Tagetis pro Stages*.

CAP. X. N. 1. *Pagani dicti*. Notanda est Isonis glossa ad Prudentium, hymn. 10 Perist., v. 296.

Non erubescis, stulte, pago dedite?

ait Iso: *PAGO, vico, vel paganismo. Pagi, ut Isidorus dicit* (l. XV. Etym., c. 2), *sunt apta ædificiis loca inter agros habitantibus. Unde PAGO DEDITE, sine urbium disciplina. Villa* (forte vel) *PAGE græce VILLA; inde VILLANOS PAGANOS, quasi a civitate Dei remotos, dicimus*. Consule commentarium meum ad eum locum, et Glossarium Isidori cum not., ad verb. *Pagæ, memoriæ sine idolis*. Joan. Franciscus Masdeu, eruditissimus historicus, in Defensione Actorum sancti Emigdi Ascoli, 1794, Isidoro nostro imputat quod etymon *paganorum* ita explicet, ut *paganos* dictos asserat, quia post pacem Ecclesiæ a Constantino redditam major in pagis quam in urbibus fuerit idololatrum numerus. Ita quidem multi sentiunt; sed Isidorus ex *pagis* Atheniensibus vocem *paganorum* deducit; quæ originatio non ita apud alios obvia est. Eam a Sedulio adoptatam fuisse ostendi l. I Carm. paschalis, v. 280. Confer etiam not. ad v. 42: *Athenai pædorem linquite pagi*, ubi similes versus Iscani allegavi. Grialius etymologiam Festi præferi, quia non attendit Isidoro sermonem esse de paganis quatenus hæc vox pro idololatriis sumitur.

N. 2. *Gentiles. Gentes et gentiles* a Judæis dicebantur, qui eorum religionem non tenebant. Hunc morem secuti Christiani, *gentes* et *gentiles* eos vocarunt qui neque Judæi erant, neque fidem Christianam susceperant. Unde Arnobii et aliorum libri *adversus gentes*.

3. Lazerus, in not. ad comment. Brunonis Asten-

sis in Matth. v. 27, advertit longe accersitam et falsam originem nominis *ethnicorum* a Brunone afferri: *Ethnici*, ait Bruno, *sive dicantur ab ETHINA, sive, quod magis videtur, dicantur a valle ENNON, a qua dicitur GEHENNA, hypocritas et peccatores significant*.

N. 2. *Accesserunt poætæ*. Poetas ad idolorum cultum amplificandum plurimum contulisse observavi ac c. 7, n. 2, hujus libri. De idololatriæ origine plurimos scripsisse constat, Ger. Joannem Vossium, Banjerium, Pluchium, Poupartum, Eliam Amatium, Calmetum, etc. Adisis Fabricii Bibliographiam, c. 8.

N. 5. *In cælum receptis*. Havercampus, comment. in Apologet. Tertulliani, c. 25, in Editionibus antiquis Isidori legebat *in cælum rceptæ*, et *se terris*; restituebat vero *receptorum*, et *se in terris*. Hoc prostreum in plerisque Editionibus nunc exstat. Pro *receptorum* bene est *receptis* ut Grialius edidit. Munckerus, in not. ad l. I, c. 1, Mytholog. Fulgentii, legebat *se dæmones colendi*, et emendabat *colendos*, quod Grialius quoque occupaverat. Plura ibi Munckerus de origine idolorum ex Minutio, Lactantio et aliis.

N. 9. *Cecrops*. Atto Vercellensis, comment. in Ep. I ad Cor., t. I operum, p. 180: *Apud Græcos Cecrops dicitur imaginem primum* (forte *primus*) *fecisse, aras ædificasse, victimamque obtulisse, atque multa alia peregissee quæ nunquam visa, nunquam audita erant in Græcia*. Sedulius, l. I carm. paschal., v. 40:

Attica Cecropii serpit doctrina veneni.

Lactantius vero, l. I, c. 22, asserit Melissum, qui rex fuit antiquissimus Cretensium, pater Melissæ et Amaltheæ, primum diis sacrificasse, ac ritus sacrorumque pompas invexisse. In not. ad Attonem Melissa rex Cretensium dicitur.

N. 11. *Idololatria*. Apud Grialium et alios Excusos reperio *idololatria*; quæ scribendi ratio communis est in membranis veteribus, etiam antiquis. Restituo *idololatria*; ita enim scripsisse Isidorum censeo.

N. 13. *Formulam facit*. Hoc est, *imagunculam*. Et, ut ego quidem puto, initio simulacra deorum vere *idola* erant, sive *imagunculæ* et *formulæ*. Etiam nunc pars maxima eorum quæ restant in minori forma expressa sunt. Beamanus autem contra hæc Isidori, seu Tertulliani potius, verba contendit, p. 1136, *idolum* non esse vocem diminutivam, sed recta fluere ab εἶδομαι.

N. 17. *Princeps diabolus est*. Plerique promiscue dæmonem pro diabolo accipiunt; sed *diabolus* proprium cognomen est principis dæmonum. Vide interpretes sacre Scripturæ, Maldonatum, et alios.

N. 18. *Diabol. Hebraic*. Ridicula est etymologia a quibusdam inventa, quod *diabolus* dictus sit, quasi a *duobus bolis*. In Vulgata legitur *ante conspectum Dei*.

N. 19. *Satanas*, etc. De his confer not. ad Patres Apost., t. I, p. 56, col. 1.

N. 20. *Antichristus*. De Antichristo curiosa quædam legere licet apud sanctum Martinum Legionensem, t. IV, p. 378 et seq., ex libro de Vita Antichristi, qui Adsonis monasterii Derbensis abbatis creditur, sed Augustini, Alcuini et Rabani nomine circumfertur.

N. 21. *Antichristus Christum se mentietur*, quia nomen Christi usurpabit. Lactantius, l. VII, c. 19: *Ille est autem qui appellatur Antichristus; sed se ipse Christum mentietur, et contra verum dimicabit*. Vide Prudentium, hymn. 6 Cathem. v. 110, cum comment.

N. 22. *Nam et templum*, etc. Hæc fuit Alambertii dementia (sic enim ipse eam in epistola 180 et 183 t. XIV operum posthum. regis Borussorum Federici II appellabat), ut templum hierosolymitanum Judæorum reparari maximopere cuperet, et per Federicum Borussia regem tentaret; ita vaticinium inter Christianos celeberrimum falsitatis convincere conabatur.

N. 23. *Bel*. De etymologia et significatione idoli hujus *Bel*, aut *Beli*, multa Becmanus p. 284.

N. 24. *Idolum fuit Moab*. Grialius in nota edidit *idolum fuit Moabitarum*; reposui *Moab*; ita enim ille et alii in textu referunt. Historia Priapi aliter narratur a Prudentio, l. I contra Symmach., vers. 102 seqq. Consulendus Calmetus, in dissertatione libro Numerorum præfixa, et in Diction. bibl., Seldenus, de Diis Syris, interpretes in libr. Numerorum, etc.

N. 26. *Beelzebub*. Joannes Drusius, l. I, Prætor., *Beelzebub* a Judæis scribi ait in opprobrium et ignominiam idoli, quasi *dominus stercoreus* sit. Becmanus, p. 708, verb. *Musca*, retinet *Beelzebub*, quod est *dominus*, aut *princeps muscarum*. Addit, ex Nazianzeno, Satanam in figura museæ apparuisse. *Sicut hodieque pergit, eadem specie videri dicitur in vitris, aut crystallis. Sed et colebatur olim in gentilitate in hunc finem, ut muscas pelleret infestas. Cujus rei dedit specimen, quod in templo suo muscam nullam superesse fecerit. Sicut hodieque in Venetiano palatio nulla esse dicitur, et in Toletano unica. Quod si certa est ea fama, omnino statuimus idolum aliquod sub palatii limine fuisse conditum.* Eam famam incertam omninoque falsam puto. Plura de *Beelzebub* Sanctius, comment. in IV Reg., 1, 5, et Calmetus in Diction. bibl.

N. 23. *Leviathan*. Necessaria puto interrogationis puncta, quæ in Excusis dcerant. *Leviathan* significare Hebraice societatem eorum ostendit Corderius, comment. in Job, II, 8. *Qui parati sunt suscitare Leviathan*; pro quo Theodotion vertit, *draconem*, alii *magnum cetum*. Secundum litteram pro diabolo eo loco *Leviathan* accipi existimat Corderius, qui de sensu tropologico ex Gregorio Magno aliisque Patribus plura addit.

N. 29. *Sed hoc a poetis*. De poetis, cultus deorum amplificatoribus, dictum supra. c. 7 hujus libri, n. 2.

N. 30. *Hunc latini a satu*. Macrobius, l. I Saturnal., c. 10 : *Saturnumque a satu dictum*, etc. Cicero, l. III de Natur. deor., c. 24 : *Saturnus est appellatus, quod saturaretur annis*. Utraque notatio nominis quantitati primæ vocalis, quæ in *Saturnus* longa est, repugnat. Alii ad Hebræa, aut ad Græca confugiunt, ut originem vocis quærant.

N. 32. *Falcem tenet*. De falce Saturni Macrobius, l. I Saturnal., c. 8.

N. 33. *In aliquibus civit.*, etc. Hercules in morem invexit ut pro humana hostia sacra de frugibus Saturno fierent, et triginta statuæ ad hominum similitudinem effictæ projicerentur in Tiberim. Vide Ovidium, l. v Fastor., v. 621.

N. 34. *Jovis*. In nominativo, ut n. 1 et alibi apud Isidorum et alios. *Præstare* pro *juvare* ab Isidori æqualibus sæpe usurpatur.

N. 37. *Ad quatuor mundi partes*. Quatuor mundi partes olim solum intelligebantur, *oriens*, *occidens*, *meridies*, *septentrio*,

N. 38. *Neptunum*. Cicero, l. II, c. 26 et l. III, c. 25, de Natura deorum, *Neptunum* a *nando* deducit; alii alio modo. Et apud Ciceronem quidem nonnulli legunt a *nubendo* pro a *nando*, ut consentiat Varroni, qui l. IV, de Ling. Lat., *Neptunum* vocatum ait quod *terras obnubabat*, a *nuptu*, id est, *opertione*. Ex quo fortasse in Isidoro legendum *quasi nube tegens*.

N. 39. *Vulcanum*. Scribitur etiam *Volcanus*; quem Varro, l. IV de Ling. Lat., c. 10, ita dictum ait *ob ignis majore vi, ac violentia*. Vossius et alii derivant a *Tubalcain*, qui fuit malleator, etc. Ex Genes. IV, 22.

N. 41. *Claudus*, etc. Hinc Catullus *tardipedem deum* vocat *Vulcanum*, serm. 36.

N. 42. *Pluton Latine Diespiter*. Isæus, in not. ad Lactantium, l. I, c. 13, conjicit legendum apud Lactantium *Pluto Latine est Dis pater*, non *Diespiter*: ac suam conjecturam ex hoc Isidori loco astruit.

A Oporteret igitur apud Isidorum restituere *Latine Dis pater, vel Ditis pater*. Certe *Diespiter* proprium Jovis nomen est. *Pluton* magis usitatum est quam *Pluto*.

N. 44. *A monte Indice*. Montem Indiæ in quo nutritus Liber dicitur alii vocant *Merum*. Proxima erat Nysa civitas. De his conferendi Mela, Plinius, Justinus, Curtius et alii.

N. 45. *Nam ideo Mercurius*. Apud Arnobium, l. III, p. 118, *Mercurius* dictus est quasi *medicurius*, ob eam rationem quam Isidorus innuit, quia sermo inter homines *medius currit*, et reciprocatur. Alii *Mercurium* a *mercibus* appellatum malunt.

N. 47. *Veuena*. Putabam legendum *bella*, non *venena*, ex ratione quæ subjungitur, et ex ipsa fabula quam Hyginus, l. II Astron. c. 9, sic refert: *Cum proficisceretur in Arcadium, et vidisset duos dracones inter se conjuncto corpore alium appetere, ut qui dimicare inter se viderentur, virgulam inter utrumque subjecit, itaque discesserunt. Quo facto eam virgulam pacis causa dixit esse constitutam.* Vide Passerium, t. II. Thes. gemmar. astrif., p. 35, seqq. Exstat in museo Borgiano Velitris caduceum ex ære in agro Tarentino, anno 1795, repertum, nuper æri incisum, in quo duo serpentes inter se impliciti capita arietina præferunt.

N. 48. *Pax per caduceatores fiebat*. Inde factum ut in nummis etiam numina omnia quæ pacem afferre putantur caduceum manu præferant, ut *felicitas*, *felicitas sæculi*, *Sæculum frugiferum*, *Mars pacifer*, et alia, quæ Walchius, in commentatione de Religione M. Aurelii imperatoris, in nummis t. I. Actor. Soc. Lat. Ienens., recenset.

N. 49. *Trismeg*. Plures Mercurii olim distinguebantur, quorum unus ex Nilo dicitur natus, qui potentissimus rex est habitus, sapientissimus philosophus et summus sacerdos; unde et Trismegistus est nuncupatus. Omnia autem gesta Mercuriorum fere uni Mercurio filio Maïæ tribui solent. Ægyptii suum Mercurium, sive Trismegistum Anubin vocarunt, et capite canino inxerunt. *Anubis* enim sermone Ægyptiaco *canem* significat. Unde *latrator Anubis* apud Virgilium, et alios poetas. Cur autem Ægyptii canem coluerint non una ratio ab omnibus traditur. Videri possunt Walchius, loc. cit., et Octavius Rossius, Memor. Brese. p. 235, seqq.

N. 50. *Ut sit Mars maris ars*. Alii *mas* a *Marte* factum putant, *Mars* vero Græco Ἄρης.

N. 52. *Apud Thracas*. Vulcanius edidit *apud Græcos pro apud Thracas*, et ad marginem notavit ea verba, *apud Græcos*, supervacua videri.

N. 53. *Ipsum Titan*. Melius esset *ipsum Titanum* aut *Titana*, vel *Titanem*. Utrouque modo dicitur *Titan*, et *Titanus*. Ex Titanibus unum solem abstinuisse ab injuria deorum, et ob id cœlum meruisse, docet Servius, ad VI Æn., v. 580. *Facere adversus aliquem Hispanismus* quidem est, ut notat Grialius, sed a sermone Latino descendens, ut apud Ciceronem pro Quint., c. 1, apud Nepotem, in Eumen., c. 8. Contrarium est *facere ab aliquo*, seu *cum aliquo*, pro *favere*, *stare pro aliquo*.

N. 54. *Phæbum quasi ephëbum*. Vulcanius, in not. ad margin., *Phæbum* dictum potius putat a φαῖβον id est *purgare*. Huc facit quod alii dicunt *Phæbum* esse a φαῖβος, *purus*, *splendidus*; ac proprie *phæbus* est adjectivum, et epitheton solis; unde apud Homerum et Virgilium *Phæbus Apollo*. Alia de nominibus solis vide apud Macrobius, l. I Saturnal., c. 17. Notum est Apollinem fingi intonsum, et imberbem. Gisbertus Cuperus, de Apoth. Homeri, c. de Harpocratis imagine, solem ut puerum pingi confirmat, ex Albrico philosopho.

N. 56. *Dianam quoq.* Diana olim dicebatur *Jana*; hinc *dea Jana*, et *diva Jana*; tum *Dejana*, et *Diviana*; factum demum *Diana*. Varro, l. IV de Ling. Lat. c. 10, *Divianam* dictam putat, quia *divia*, hoc est, duplici via procedit.

N. 57. *Eamdem et Triviam*. Cur Diana *Trivia* dicitur, præter Varronem et alios, videndus Raderus, pag. 23, ad Martialem. Totum hunc Isidoril locum pulchre illustrat Munckerus, ad Albricum, c. 7, ex Augustino, scholiaste Germani, et aliis.

N. 58. *Latoniæ fuerit filia*. Grial. Vulcanius, *Latonis*. Munckerus, loc. cit. correxit, *Latone*. Isidorus fortasse scripsit *Latonas* in genitivo, sicut *familias*; et apud Priscianum, l. vi, p. 679, *filius Latonas*.

N. 59. *Cererem*. Munckerus, loc. cit., coniecit a *gerendis frugibus*, cum Ceres dicitur quasi *geres*, ut et apud Ciceronem. Sed in Probo deinde reperit *Cererem a creando dictam*.

N. 61. *Vestam quod herb.* Ovidius, l. vi *Fastor.*, vers. 299 :

Stat vi terra sua : vi stando VESTA vocatur.

Aliter Cicero, lib. ii de *Natur. deor.*, c. 27 *VESTÆ nomen a Græcis*. Ea est, quæ ab illis ἱστία dicitur. Fortasse melius interpungetur : *Matrem magnam : fingunt turritam*, etc.

N. 64. *Non moveri*. Subauditur *constat*, aut simile aliquid.

N. 65. *Significant*. Fortasse *significant* pro *significat*.

N. 66. *Quod se apud eam jactant*. Id *jactare cavat* dicunt Lampridius et Ulpianus, lib. i de *ædilitio edicto*, Varro *jactare comam*. Vide Casaubonum, in Lampridium, p. 103, v. 23. *Ære* prius quam ferum esset inventum, antiquos terram coluisse innuit Isidorus. Consule Bochartum, l. i *Chan.* c. 19.

N. 68. *Nec tu aliud Vestam*. De Vesta, et Terra, matre deum, summa parente, matre deum salutari, etc., plura vide apud Macrobius, lib. i *Saturn.*, c. 21, Reinesium, Spanhemium, etc.

N. 69. *Portas matrum natis*. Havercampus, comment. in Apologet. Tertulliani, c. 24, ex veteribus Editionibus ita profert hunc locum : *Portas matrum natorum pandat, id est, nubentium maritis*. Corrigit autem : *naturæ pandat, vel natis pandat et nubentium maritis*. Nihil, opinor, tentasset, si Editionem Grialii vidisset, *Natura*, ut a Græcis φύσις, pro genitalibus a Cicerone, et aliis usurpatur. *Junonem a juvando* alii deducunt; alii a *Jove*. Cicero, l. ii de *Nat. deor.*, per *Junonem* aerem intelligit, per *Jovem* æthera.

N. 71. *Minerva*. Videtur Isidorus originationem Minervæ astruere in *munere variarum artium*, quod non satis aptum etymon est. Sed non aptiora quæ alii proferunt, sive quod *minuit*, aut *minatur*, cum Cicerone, sive a *meminerva*, quasi *memoria*, cum Arnobio. *Ingenium* pro re ingeniose excogitata adhibetur a Plinio juniore, Tacito et aliis.

N. 73. *In cujus pect.* Forte in medio pectore *loricam*. Servius, ad lib. viii *Æneid.*, v. 435 : *Quod munimentum si in pectore numinis fuerit, ÆGIS vocatur; si in pectore hominis, sicut in antiquis imperatorum status videmus, LORICA dicitur*. Adisis Munckerum, ad Albricum, c. 8.

N. 74. *Triton*. Fluvius est in Africa, qui excipitur a palude Tritonia, de qua Plinius, l. v. cap. 4 : *Festus, vel potius Paulus ex Festo : Tritonia Minerva a ripa Tritonis fluminis, quod ibi primitus sit visa*. Alii ibi genitam esse dicunt, ut Mela, l. i, c. 7, et Silius, l. i, v. 322, etc.

N. 75. *Pallas*. Ut est apud Paulum ex Festo, *Minerva dicta est, quod Pallantem gigante interfecerit, vel, sicut putabant, quod in Pallante palude nata est*. Adeo incertæ sunt origines fabularum.

N. 76. *Venerem exinde dic.* Non magis probandum *Veneris* etymon, quod Cicero, l. iii de *Nat. deor.*, c. 24 : *Venus, quia ad omnia venit*.

N. 90. *A fando igitur fat.* *Fati* vox an a Christianis adhiberi possit multi quærunt. Affirmant Picus Mirandulanus, Lipsius, Becmanus, alii.

N. 95. *Furiæ*. Dicuntur a *furo*, vel utrumque a Græco φούρα, vel φόρος, *cædes, homicidium*.

N. 97. *Nympha*. Græcum nomen est, et nuptam significat. Virgilius musas nymphas appellavit, ecl. 7, v. 21 :

Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen, Quale meo Codro, concedite.

N. 98. *Heroas... defunctor*. Etymon *herois* explicatum fuit l. i, c. 39. n. 9.

N. 99. *Penates dicti*. Dicebantur etiam *dii pentreles*, ut ex Seneca in tragœd. *Thebaid.*, v. 340, observat Vulpius, ad carm. 67 Catulli, v. 102.

N. 100. *Apuleius autem ait*. Ita etiam tradit Apuleius, part. i *Apologiæ* : *At tibi, Æmiliane*, etc.

N. 101. *Larvas*, etc. Sanctus Augustinus, l. ix de *Civit. Dei*, c. 11, paulo aliter de Manibus ex Platone : *Dicit (Plato) animas hominum demones esse, et ex hominibus fieri Lares, si meriti boni sint; Lemures, sive Larvas, si mali; Manes autem cum incertum est bonorum eos scu malorum esse meritum*. Apuleius, de Deo Socratis docet animum humanum exutum corpore *Lemurem* dicitatum. Inter *Lemures* distinguit *Lares, Larvas, et Manes*, eo fere modo quo Plato. Isidorus innuit *Manes* esse deos mortuorum, ut alii *dii* sunt vivorum, qui *genii* vocantur. Conferendus Andreas Cirinus de urbe Roma, c. 37.

N. 102. *Lamiæ*. Græcum nomen est λάμια λαμόζ, *ingluviæ*, vel a λάμη quæ est sordos oculorum.

N. 103. *Pilosi, qui Græce Panitæ*. *Paniscos* vocavit Cicero non semel, quasi *minutulos Panes*, deos silvestres, ut a *satyrus* est *satyriscus*. Joan. Bodinus, l. ii *Dæmon.*, c. 7, neque *Inui*, neque *Inivi* legendum ait, sed *Innui*, quod tamen plerisque aliis displicet. Idem Bodinus pro *Dusios* reponi vult *Drusios*, quos silvestres diabolos interpretatur. Sed *Dusius* legitur etiam apud sanctum Augustinum, in *vocabulario Papiæ*, et in *Glossario Isidori : Dusius, dæmon*. Confer notas. Ita etiam Hinemarum de divortio Lotarii, p. 654 : *Quædam etiam femine a Dusii in specie virorum, quorum amore ardebant, concubitum pertulisse inventæ sunt. A Dusii Duendes Hispanice dictos crediderim*. Verba Augustini, quæ aliquatenus ab Isidorianis differunt, hæc sunt. *Quosdam demones, quos Dusios Galli nuncupant, hanc assiduc immunditiam et tentare, et efficere, plures, talesque asseverant*, etc.

N. 104. *Hunc Romani Faunum*. Faunos, quos alii *incubos*, Servius, ad *Æn.* vi, v. 776, *Incubones* appellavit. De Faunis Ficariis eruditus commentariolus est Mazoehii, t. II *Spicil. bibl.*, p. 275, ad c. l. *Jeremiæ*, 39 : *Habitabunt dracones cum Faunis Ficariis*. Corrigit in nonnullis Editionibus Isidori mendum *Sicarios*, quod etiam in quasdam recentes bibliorum Editiones irrepsit. In *Histor. Misc.* l. xii scribitur *Phicarios*. In glossis Isidori, *Ficarius, Faunus*, quasi duo synonyma sint, non quasi Fauni cognomento dicantur Ficarii. Cur Fauni *Ficarii* vocentur, aliorum conjecturis rejectis, Mazochius censet, id cognomen inditum ob Faunorum salaciam, quod Isidori auctoritate confirmat. Quod autem Grialus indicat, Faunum *Ficarium* a Servio *Fatum Fatuellem*, vocari alii ita legunt apud Servium, ad vi *Æn.*, v. 776, et ad *Æn.* vii, v. 47, ut idem deus sit *Fatuelus*, qui *Fatius*, et *Inuus*. Laudari video Godofr. Schutzi dissertationem *de sacrificiis Germanorum gentilium averruncandi incubi causa litatis*.

LIBER NONUS

CAP. I. Num. 1. *Ex una lingua multæ gentes*. Sumitur hic *gens* non pro latiori significatione, qua accipitur pro populi universis alicujus regionis, ut *gens Germanorum, gens Indorum*, etc.; sed in magis propria significatione pro multitudine hominum, quæ ex pluribus familiis constat, aut pro universo populo alicujus urbis, aut alicujus provinciae.

N. 3. *Tres autem linguæ*, etc. De utilitate linguæ Græcæ et Hebraicæ multa exposita fuerunt ab iis præsertim qui sacras litteras ex fontibus ipsis aut explicandas, aut illustrandas esse contendunt. Neque ma-

ignopere dissentire debent qui Vulgatæ versioni plus quam satis est tribuunt. In Clementina de magistris publicis scholis, præcipitur *non professores modo lingue Hebraicæ constitui, sed Chaldaicæ*, scilicet propter paraphrasin Chaldaicam, seu Thargum.

N. 4. *Græca autem lingua elarior.* De linguæ Græcæ præstantia præter plures alias aliorum commentationes Erasmi, Mich. Neandri, etc., exstat oratio Matthæi Bresseri, l. III, p. 25, et dissertatio Cresollii in Mystagogo. Julianus Toletanus in opere nuper edito de grammat., l. I, n. 16, hæc Isidori verba transcribit: *Græca lingua inter cæteras gentium elarior habetur*, etc. usque ad n. 8, sed cum nonnulla varietate, ut *in quinque partes discernitur... Egyptii, et Syri... quam Evius... et Cicero effuderunt, vel alii cæteri.* Nonnulli linguam mistam, seu communem dialectis aliis antiquis Græcis annumerant, quos Salmasius, part. II comment. de Hellenistica redarguit. Contendit enim non esse proprie dialectum; nam apud Græcos aliquando demum lingua communis invaluit.

N. 6. *Latina quam*, etc. Cum varia ratione scriptores linguæ Latine originem, incrementa et diminutionem explicuerint, cur non licuerit Isidoro nostro ita varios linguæ Latine status exponere? Nescio quid vitii Grialius videtur suspicari. At Chr. Falsterus, in Quæst. Roman., l. I, c. 1, dividendi rationem quam Isidorus tenuit commendat, atque erudite illustrat. Becmanus quoque, in Manulect. ad ling. Lat., c. 6, divisione Isidoriana in suam rem usus est. Alias divisiones linguæ Latine, et auctores, qui de eis uberius scripserunt, refert Joan. Georgius Walchius in Historia Critica Lat. ling., c. 1, quod est *De origine et factis Latine lingue.* De duodecim generibus Latinitatis, quæ non ita vulgo erant cognita, ex antiquissimis membranis a me, ut puto, primum editis, sermonem habui in app. 5 ad Sedulium, p. 426. De carminibus Saliorum ex Isidoro et aliis disserit Tobias Gutherlethus, de Saliis, c. 19. Vide etiam v. c. Maronius in opere de Actis Fratrum Arvalium, p. 596 et seq., qui suspicatur *Saliorum* nomen *Arvalibus* fuisse promiscue attributum.

N. 8. *Omnes autem Orientis*, etc. De idiomatum origine et diversitate, aut congruentia, post alios, sed ita ut longe alios superet, scripsit v. c. Laurentius Hervas, l. XVIII et seqq. Ideæ universi, quæ italice prodiit et nunc auctor Matritensibus typis receditur. Id. nunc collectioni innumerabilium alphabetorum etiam exoticarum gentium ordinandæ et illustrandæ strenue allaborat.

N. 11. *Cujus modi autem lingua*, etc. Lingua, quæ communis erat hominibus antelinguarum diversitatem et confusionem, censetur fuisse lingua quæ nunc Hebræa dicitur, atque id nomen sortita est ex *Heber*. Lingua ergo illa, postea communis et deinceps Hebræa dicta, multi censent facta fuisse verba quæcunque vel a Deo, vel ab Adamo, vel ab Eva, vel a serpente dicta esse legitimis tribus primis capitibus libri Genesis. Vide Perezium, ad c. II Genes., 20.

N. 12. *Non quod angelorum*, etc. Hæc est solutio quæstionis. Et multi quidem hyperbole usum fuisse Apostolum asserunt; ex quo Theodorus Beza in commentar. ad eum Apostoli locum *plane ineptos dicite eos qui hoc loco disputant de angelorum linguis.* Sed re vera Patres et alii interpretes arguendi non sunt, qui, etsi linguam proprie dictam in angelis non agnoscunt, tamen ex Apostoli verbis colligunt esse quamdam inter angelos colloctionem, quam Apostolus linguam appellat. Ita Chrysostomus ad eum. Apostoli locum: *Linguam angelorum hic appellat, non corpus angelis attribuens, sed ejusmodi est, quod ait: Quamvis ita loquar, ut angeli inter se colloquantur.* De modo autem locutionis angelicæ quid Patres et theologi senserint, vide Petavium, l. I de Angelis, c. 12.

N. 13. *Nusquam reperitur.* Respondet quæstioni,

et addit ex Apostolo linguas cessaturas. Non desunt tamen qui beatos post resurrectionem in cælo lingua Hebræa usuros putant.

N. 14. Gentes ex linguis exortas ait Isidorus, quia divisio gentium, quæ quidem jam existebant, ex divisione linguarum originem habuit.

CAP. II. N. 2. *Gentes autem...* LXXXIII. Cur Isidorus et Augustinus aiunt potius LXXII fuisse linguas, cum summa in LXXIII linguas recidat? Scilicet quia, ut ait sanctus Augustinus, *Heber et Phaleg, qui in hoc numero distincte ponuntur, nec duas diversas gentes fecerunt, nec duas diversas linguas habuerunt, propterea numerus illarum gentium et linguarum recte dicitur fuisse septuaginta duo.* Sed observanda est sententia Pererii in Genesin, l. XVI disp. 10 qui ait duo esse distinguenda, alterum, quod Patres ex historia Mosis elicentes, ut certum, dixerunt: *Quot erant tunc gentes, et familiae hominum, tot fuisse eis tributas linguas*; alterum, quod, ut celebratum ab Hebræis, et vulgo etiam jactatum inter Christianos, non tanquam certum, sed tanquam pervulgatum prodiderunt, *fuisse septuaginta duas gentes, totidemque respondententes eis linguas.* Id valde dubium esse et incertum contendit. Ne actum agamus, lectorem ad Fabricium ultro remittimus, qui singulari illa sua eruditione in Bibliograph. antiq. auctores indicat, qui singularum gentium origines illustrarunt.

N. 3. *Ludi, a quo Lydi.* Lydia est regio Asiæ Minoris, *Mæonia* ante appellata. Sed cum Tusci a Lydiis oriundi fuerint, *Tuseia* quoque, sive *Etruria*, Lydia dicta est. A Lydiis *Ludii*, et *Ludiones* appellati. Adisis Bochartum, Phal. l. II, c. 12, præter alios recentiores geographos.

N. 11. *Dicitur Phut.* A *Phut*, vel *Phuth* regionem esse *Phtemphur*, *Phtemphuti*, sive *Phtembuti*, cujus metropolis Thara in Ægypto inferiori Lybiam versus, Calmetus in Diction. bibl. opinatur: qui addit *Phuth* saltem fuisse patrem incolarum *Phtenotes*, cujus metropolis *Buthus*. Laudatus Bochartus de his consulendus, Phal. l. IV, c. 33.

N. 19. *Phuthæi.* De *Phuthæis* confer. num. 11.

N. 20. *Philistiim.* De *Philistæis*, n. 58, et l. XV, c. 1, n. 17.

N. 25. *A quo Edessa.* Non Edessa, sed Syria ipsa vocatur *Cæles*, seu, ut alii scribunt, *Cæle*. Hinc *Cælesyria* pars ejusdem Syriæ. Vide Plinium, l. V, c. 12 et 20; Livium, l. XLII, c. 29, et l. XLV, c. 11; Bochartum, Phaleg. IV, 36, et alios. Legi posset: *Syriæ Cæles nobilis civitas*, omisso *quæ vocatur*; vel intelligendum, *quæ referri ad Syriæ*, non ad civitatem. In Mss. desideratur vox *Edessa*, pro qua nonnulli reponi volunt *Emessa*.

N. 26. Galatia eadem est, ac *Gallogræcia*, provincia Asiæ Minoris. Multi ita vocatam existimant a *Gallis*, qui in ea loca commigrarunt. Galli a Græcis *Γαλαται*, *Galatæ* a lacteo gentis colore appellantur. Alii aliam notationem nominis quærunt. Rursus de *Galatis*, n. 68, et l. XIV, c. 3, n. 39.

N. 27. *Magog.* Isidorus, infra, n. 89, et in prologo Historiæ Gothorum hanc ipsam quorundam opinionem exprimit, quod Gothorum originem de *Magog* suspicantur educi. Nonnulli a *Gut*, seu *Gott*, quem deum olim Gothi venerabantur, ita eos vocatos existimant.

N. 31. *Thiras.* Quod *Thiras Thraecum* pater fuerit, interpretes consentiunt. Vide Bochartum, Phal., l. III, c. 2.

N. 32. *Nepotes.* Joannes Schefferus, de Militia navali, l. VII, c. 2, in nonnullis Excusis legebat *nepotis*, pro quo corrigebat *nepotes*, uti re vera apud Grialium legitur.

N. 33. *Phryges.* Alia origo *Phrygum* exponitur, l. XIV, c. 3, n. 39.

N. 36. Schefferus, loc. cit., legendum putat *urbs Cypri Citium*, ut apud Hieronymum, sive alium auctorem Quæstion. in Genes.

N. 39. *Plura tamen gentium mutata... nomina.* A Eadem sententia de nominum mutatione occurrit l. XIV, c. 1, initio. In textu Grialii error erat *et includit*.

N. 40. *Ignoti facie.* Non occurrit nunc quisnam sit auctor versus, *Ignoti facie*, etc.

N. 42. *Hyrcani... a silva Hyrcana.* De *Hyrcana* silva dicam ad l. XIV, c. 2, n. 33.

N. 43. *Zoroastes.* Apud Grialium et alios Editos hanc loco erat *Zoroaster*.

N. 46. *Peliaci.* Munckerus, ad Hyginum, fab. 491. legendum putat *Jolciaci*, vel *Peliæ Jolci* pro *Peliaci*: advertit autem, *Peliam* non fratrem, sed patrum fuisse *Jasonis*. Vox *invenimus* in exemplaribus nonnullis ita per litterarum compendium scribitur, ut etiam *Hieronimus* legi possit. Tunc supplendum esset *ait*, aut quid simile. Sed cum Isidorus se referat ad n. 28 hujus capituli, *Madai*, a quo *Medos* existere putant, hoc loco verba *invenimus* in *Genesi* ita intelligenda sunt, ut in *Genesi* ea opinio indicetur, non ut clare exprimat. Simili modo de *Saracenis* loquitur Isidorus, inf. n. 57. De origine *Medorum*, ut plurimum etiam populorum, quos Isidorus recenset, videri potest Calmetus in *Diction*.

N. 49. *Sabæi.* De *Sabæis* Raderus pag. 32 cum Isidoro conferendus.

N. 57. *Vel quia.* Fortasse, *vel quod*, ut infra; aut *prædicant* pro *prædicent*. Aliquando tamen *quia* cum subjunctivo reperitur pro *quod*. *Saracenorum* nomen expressum non est in sacris litteris. *Arabs*, *Agareni*, *Ismaelitæ* in unam cum *Saracenis* gentem coaluerunt. Vide supra n. 46, ubi de *Medis* Isidorus loquitur.

N. 71. *Et Calistonis*: alii *Excusi* et *Calystæ*. Munckerus, in not. ad Lactantium Placidum, fab. 10, l. 11, corrigit et *Callistus*. Scribitur *Callisto*, et *Calisto*; in casu gignendi *Calistonis*, vel *Calistus*. Grialius ediderat cum *y Calystonis*.

N. 74. *Pelasgi.* More ciconiarum vagabantur. Vide Strabonem, l. 9. *Pelasgum* Jovis, et Larissæ filium fuisse docet Servius, ad l. 1 *Æn.* vers. 628; sed ad l. 11, v. 83, filium terræ dicit. Alii filium Jovis ex Niobe, filia Phoronei, tradunt fuisse.

N. 80. *Dori.* Cicero, et alii *Dores* vocant, non *Doros*. Sed est et *dorus* adjectivum. Hellenis et Opticæ nymphæ filium Vitruvius, l. IV, c. 1, *Dorum* dicit. Grialius in textu *Ellepis* edidit, in nota *Ellopes*; alii *Ellopis*.

N. 81. *Ex nota materni pudoris Parthenii.* Justinus, l. III, c. 4. Ex his nati ob notam materni pudoris *parthenii* sunt vocati. Ubi *pudor* videtur poni pro dedecore ex illicito concubitu. Tarentini Lacedæmone profecti seipsos, ut multi putant, *Parthenias* vocaverunt, quasi de virginibus natos ut infamiam natalium celarent. Apud Isidorum olim legabatur *Spartani vocati sunt*. Isæus in not. ad l. 1 Lactantii, c. 20, Isidorum errore captum putavit. Sed error hic librorum est, quem Grialius in sua Editione jam pridem correxit, et substituit: *Parthenii vocati sunt*.

N. 83. *Histror... qui missi.* De Istris, sive, ut alii scribunt, *Histris* Livius, l. XLI, c. 11, et Plinius, l. III, c. 19. Sunt populi extremi Italiæ, Liburnis finitimi.

N. 85. *A Sicano Sicani.* Alii dicunt *Sicanos* fuisse Hispaniæ populos, a *Sicano* rege sic appellatos, qui ante Trojanum bellum, Sicano duce, in Siciliam commigrarunt, et insulæ Sicaniæ nomen dederunt. Vide Servium, ad v. 203 l. v *Æn*:

Undique conveniunt Teucri, mistique Sicani, et aliis locis; Silium, l. XIV, v. 34, et Bochartum, Phal. l. 1, c. 30.

N. 86. *Tusci.* Græca notatio nominis *Thusci* scribendum arguit, ut Grialius scripsit: sed usus contrarius communior est.

N. 87. *Umbri.* Similia de *Umbris* habet Servius ad lib. XI *Æn.* v. 753.

N. 88. *Dicta a comite Liberi Mursya.* Versus Silii apud Grialium sic corruptus erat:

Cum fugeret phrygios terras, æquor Marsya Crenos. Alii apud Plinium, loc. cit. a Grialio, non *Marsam*, Circes filiam, legunt, sed *Marsum*, ejusdem filium, uti etiam apud Solinum, c. 2, al. 8.

N. 89. *Gothi.* De *Gothis* supra, n. 27. Originem Gothorum ex *Magog* clarius Isidorus affirmat in Recapitulatione in Gothorum laudem, quam Labbeus edidit.

N. 91, not. *Carmen vero sancti Paulini.* Versus Paulini, poem. 17, sunt:

Et Getæ currunt, et uterque Dacus,
Qui colit terræ medio, vel ille
Divitis multo bove pileatus
Accola ripæ.

Bessorum antea meminerat Paulinus:

Et sua Bessi nive duriores.

B *Dacos pileatos* vocavit Aurelianus Victor, c. 13, de Cæsariibus. Parthos *pileatos* Martialis, l. X, epigr. 72: *Ad Parthos procul ire pileatos*.

N. 93. Martialis, de Spectac., epigr. 3:

Venit et epoto Sarmata pastus equo.

Raderus, p. 30, Martialis locum nota sua illustrat. Crediderim legendum *inquietabant*, ex Floro, l. IV, c. 12, Editionis Gryphii: *Sarmatæ patentibus campis inquietant, et hos per eundem Lentulum prohibere Danubio satis fuit*.

N. 94. *Alemanii.* Plerique etymologiam *Alemanorum* ex *Lenanno*, a Servio assertam, rejiciunt; de cujus vocis originatione plura Germani ipsi, sive *Alemanii*, ut videri potest apud Becmanum, p. 250, verbo *Ascenas*.

N. 95. *Langobardos.* Paulus Diaconus, de Gestis Langobardorum, l. I, n. 9: *Certum tamen est Langobardos ab intactæ ferro barbæ longitudine, cum primitus VINILI dicti fuerint, ita postmodum appellatos. Nam juxta illorum linguam LANG LONGAM, BART BARBAM, significat*.

N. 97. *Germaniæ gentes.* De Germanorum origine et etymologia fuse disserit Becmanus, in *Manuduct*. ad ling. Lat., c. 5, et in cit. opere de Origin. ling. Lat., verbo *Ascenas*.

N. 98. *Suevi... Fundat.* Ex Lucani textu substitui *Fundat* pro *Fundit*. Caesar, l. IV de Bello gallico, c. 1, de Suevis: *li centum pagos habere dicuntur*, etc. Vide etiam Tacitum, de Germ., c. 38, et Cellarium, l. II Geogr., c. 5. Bollandiani ad diem 18 Julii, post Vitam sancti Arnulphi, auctore, ut putant, Ummone, afferunt duo fragmenta ex Codice ms. veteri Langobardico cancellariæ Vicensis, in quo ea Vita præcedit. Ibi id legitur: *Videtur historiarum non ignavis SUEVOS esse cognatos a SABÆIS, et hoc nituntur astruere vicinitate (forte deest nominis), quod testatur Isidorus in libris Etymologiarum.* Annotant Bollandiani id in libris Etymologiarum a se minime reperiunt fuisse. Hic quidem locus maxime proprius esset, ut ea etymologia exprimeretur, vel n. 14, ubi de *Sabæis* sermo est. Sed cum neque his in locis, neque alibi sententia illa Isidoro afficta reperiatur, oportet credere auctorem fragmenti in aliquod exemplar Etymologiarum interpolatum incidisse.

N. 99. *Burgundiones*, etc. Ex Orosio, l. VII, c. 32, *Burgus* vox cadentis Latinitatis est, incertæ originis. Ad Hispanos quoque transiit; et inde fortasse *briga* pro oppido in *Flaviobriga*, *Juliobriga*. In auctario tamen Ducangii *briga* Celtica vox dicitur, et pontem, vel montem, significare. Confer idem dictionarium verbo *Burgus*, et infra, c. 4, n. 28.

N. 101. *Franci.* Barthius, l. XLVI Adv., c. 1, *feritatem* Francorum ab Isidoro notari hoc loco ait. Nescio autem an per errorem, an data opera ediderit *a veritate morum nuncupatos*. In antiquis

Mss. sæpe *v* pro *f* occurrit ob affinitatem; et hac ratione Juretus, ut dixi in not. ad Sedulii prosam, l. 1, post v. 195, in oratione Eumenii pro scholis, e. 19, substituit *feritate Francorum* pro *veritate Francorum*. Verba Isidori a *feritate morum* præter fidem exemplarium, quæ in hanc scripturam consentiunt, contextus ipse satis tuetur. Gallicæ etiam feritatis Isidorus meminit l. xv, e. 1: *Armisque se adversus Gallicam feritatem tuentes, Massiliam condiderunt*. Vide etiam infra n. 106.

N. 102. *Britoncs*. Britannos dici etiam *Britones* aperte Isidorus tradit, et comprobatur ex Ausonii epigrammate 110:

Silvius hic bonus est. Quis Silvius? iste Britannus.

Aut Brito hic non est Silvius, aut malus est.

Ausonius nonnulli explicant de *Britonibus Gallicæ*; ita enim plerumque vocantur populi ad Oceanum Britannicum siti, quorum regio *Britannia minor* dicitur. Sed nulla nos ratio cogit, ut hanc explicationem accipiamus.

N. 103. *Scoti*. Scotia fortasse a *σκοτία* dicitur: quæ Græca vox *umbram* aut *tenebras* significat.

N. 105. *Gallos natura feroces*. E varia climatum natura diversitatem quamdam in hominum corporibus, moribus et animis, oriri exploratum videtur, atque fere omnes ita sentiunt. In Palæographia Hispana Stephani de Terreros, sive potius Andreæ Burrielii, exstat quoddam fragmentum Didaci de Campos, cancellarii Castellæ, e prologo operis, quod *Planetam* inscripsit, et archiepiscopo Toletano D. Roderico dicebat, ubi sic Rodericum celebrat: *Emendat, vel commendat Gallæcos in loquela, Legionenses in eloquentia, Campesinos in mensa, Castellanos in pugna, Sarranos in duritia, Aragonenses in constantia, Cathalanos in lætitia, Navarros in teloa, Narbonenses in invitatura. Emendat, vel commendat Brictones in instrumentis, Provinciales in rhythmis, Turonenses in metris, Francos in strenuitate, Anglicos in calliditate*, etc. Auctor scribebat anno 1218. Fatendum tamen ex variis causis interdum accidere ut hominum et diversarum provinciarum ingenia ex aliis in alios mores transeant.

N. 107. *Vacca*. Nomen fluvii fuit in Lusitania, de quo Plinius, l. iv, e. 21, et oppidi in Africa, de quo Sallustius in Jug., e. 51, et Hirtius, de bello Africano, e. 74, ejus cives *Vaccenses* vocat Sallustius, ib., e. 70 et 72. De his aliquo pacto intelligi posset Virgilianus versus, ut ab Isidoro et Hieronymo profertur: *Lateque vagantes Vaccæi*. Exemplaria Virgiliti exhibent: *Lateque furentes Barcæi*. Florus, l. iv, e. 12, *Vacceos* Cantabris proximos memorat. Sed Virgilius de *Afris* loquitur.

N. 110. *Gallæci*. Scribitur *Gallæcia*, *Gallætia*, *Gallæcia*, *Callæcia*, et quod ad posteriora tempora magis spectare videtur, *Gallicia*. Eodem modo variat vox *Gallæci*. Græca origo a *γάλα* magis exigit ut eum *g* quam ut eum *c* aut *k* scribatur. Florezius, t. XV. *Hisp. sacr.*, originem græcam a *lacte* rejicit, tum quia *Gallæcos* reliquis Hispaniæ populis candidiores esse negat, tum quia Græci, eum *Gallæcos* nominant, *Kallaicos* cum *k* scribunt, non *Gallaicos*.

N. 111. *Concessisse (ferunt)*. Grialius omisit *ferunt* post *concessisse*, quod in antiquis exemplaribus desit. Sed eum hoc, vel simile aliquod verbum ad sensum explendum necessarium sit, illud sumpsit ex Editis atque uncinis inclusi.

N. 112. *Astures*. Florus, l. iv, c. 12: *Astures*, etc., *apud Asturam flumen*, etc.

N. 113. *Cantabri*. Florezius, tom. XXIV, p. 126, observat antiquiores non meminisse urbis *Cantæ*, quam Isidorus indicat, a *vocabulo urbis et Iberi*, etc. Braulio, e. 26 Vitæ sancti Emilianii *Cantabriam* urbem nominavit. Nonnulli putant, *Cantabriam* dietam quasi *κατά Iberum*; alii alia conjiciunt. Cantabria urbs exstitisse creditur prope Lucronium, quo loco tunc hæret nomen, *Cerro de Cantabria*.

N. 114. *Celtiberi*. Lucanus, l. iv, v. 9:

Profugique a gente vetusta
Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.

N. 115. *Afri*. De Africa, vide l. xiv, c. 5, n. 1, et seqq.

N. 118. *Gætuli*. Scribitur etiam sine diphthongo *Gctuli*, sed ita ut prima semper producat, eum in *Geta* corripitur. Hæc tamen mutatio quantitatis non obstat quo minus *Gætulus* a *Geta* possit derivari.

N. 123. *Massylia*. Apud Grialium et alios Editos scribitur eum *i Massilia*; sed cum sermo est de Africæ populis, orthographia exigit *y*, *Massyli*, etc.

N. 124. *Gauloe*. Insula ita a Solino vocatur, a Plinio *Gaulos*. Incertus auctor de geographia: *Gaulæ insula in australi Oceano occidentalis Oethiopiæ*. Quid velit, nescio, ait Salmasius, p. 384. Exer. Plin.

N. 125. *Garamantes*. De *Garamantibus* Plin. l. v, c. 5. et Solinus, e. 42, apud quem in mea Editione urbs *Garamantiæ* regionis caput dicitur *Garamana*.

B *Garamantes extremos* apud Virgilium alii interpretantur *remotissimos a nobis*. Scilicet *extremi* erant, quia Romani ultra sua arma nondum protulerant.

N. 130. *Gignentia*. Id est, quæ *gignuntur*; quæ eadem est ratio in *vertentibus annis*, et similibus.

CAP. III. N. 4. *Tale erat proverbium*. Proverbium quod Isidorus ait e puerorum ludo petatum, colligitur ex Horatio, ejus hæc verba sunt l. 1, ep. 1:

At pueri ludentes, Rex eris, aiunt,

Si recte facies.

Deinde vocat puerorum *næniam*, quæ regnum recte *facientibus offert*.

N. 6. *Benevolentia*. Scribo *benevolentia*, non *benivolentia*, ut Grialius; etsi enim aliquando Isidorus eum *i* scribendum dixerit, scilicet l. x, verbo *Benivolus*, tamen contraria scribendi ratio per *e* communior est, et Isidorus sæpe non tam ex sua quam ex aliorum opinione loquitur, et sententiam mutat.

C N. 8. *Vicem fungerentur*. Ita eum accusativo Isidorus, et ejus æquales usurpare amant *utor*, *fungor*, etc.

N. 11. *Magistri populi*. Putant aliqui dietatorem sic appellatum ab officio in scholis *dictantis litteras* discipulis; ex quo Julius Cæsar apud Suetonium, c. 77, dicebat per jocum *Syllam nescisse litteras, qui dictaturam deposuerit*. Quo fortasse spectat Juvenalis, sat. 2, v. 28:

In tabulam Syllæ si dicant discipuli tres.

In aliis Editis non male est *Unde et edicta*. Malim tamen *Unde et dictata*; nam ita dieuntur ea quæ magistri in scholis addiscenda pueris dietant. Vide Varronis verba in nota Grialii.

N. 12. *Cæsar autem dictus*. Intelligo de primo qui Cæsar dictus fuit, non de Julio Cæsare.

N. 19. *Per me reges*, etc. Indicavi ad marginem locum Proverbiorum; quo, ut puto, Isidorus respexit. Verba Vulgatæ hæc sunt: *Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt. Per me principes imperant, et potentes decernunt justitiam*. De varia significatione vocis *tyranni* dixi in Isidorianis c. 79, n. 25. De etymo *tironis*, sive, ut alii scribunt, *tyronis*, inf. n. 36.

N. 27. *Prætores a præeundo* dictos astruit Cicero, de Leg., l. 3, c. 3.

N. 29. *Tribuni*. Jacobus Gutherius, de Offic. dom. August., l. iii c. 9, non a *tribuendo jura*, sed a *tribubus tribunos* dictos ex Dionysio et Varrone affirmat. Tribuni apud Romanos primo tribubus præerant, tum alia tribunorum genera addita. Pomponius, Dig. l. 1, tit. 2, leg. 2. ante med. : *Dicti tribuni, quod olim in tres partes populus divisus erat, et ex singulis singuli creabantur; vel quia tribuum suffragio creabantur*.

N. 32. *Liber vero primus militiæ*. Militiæ notatio a *mille* et a *multitudine* exposita fuit l. iii. c. 3. n. ult., et redit iterum hoc e. num. 45. Quod *Liber* primus militiæ ordinem docuerit, fortasse ideo tradiitur,

quia Bacchus pro Bœotiae libertate pugnavit, Indos perdomuit ac de eis triumphum egit; vel quia idem deus, ac Mars, a nonnullis creditur, ut ostendit Macrobius, l. 1. Saturn., c. 19.

N. 36. *Tirones dicuntur fortes*, etc. Innuit notationem nominis, quam num. 19 expresserat, *nam tiro fortis*, ubi fortasse scribendi rationem, quam nonnulli tenent, et Grialius eo in numero adoptavit, secutus est, *tyro*, ut inde *tyrannum duceret*. Sed communis scriptura est *tiro*: quam vocem quidam etymologici deducunt a *τερω*, ut *tiro* sit rudis, tener, etc. Claudius Taurinensis in fine Quæstion. super libros Regum etymologiam *tironis*, et quædam alia verba ex hoc loco Isidori exscripsit; cui hæc nota subjecta est: *Etymologiam hanc expendat, obscuro, lector*.

N. 42. *In porticibus*. Malim *in portis*, nam excubiæ ante ipsas portas, vel in portis fieri solebant. *Vigiliæ* erant tantum nocturnæ, *excubiæ* et *stationes* nocturnæ et diurnæ. *Stationes* ex integris turmis aut cohortibus constabant, *excubiæ* et *vigiliæ* e quatuor viris. Vide Lipsium, l. v de Milit. Roman.

N. 43. *Ab his ergo Vclitibus elephantiquondam... necab. De velitum pugna* Isidorus, l. xviii, c. 57, ubi rursus de originatione vocis.

N. 45. *Militia*. De etymo *militiæ* sup. n. 32.

N. 49. *Succenturiati*. Festus: *Succenturiare* (Al., *succenturire*) est *explendæ centuriæ gratia supplere, subjicere*. Quod addit Isidorus, *Unde et ad insidiandum*, petitum videtur ex metaphora Terentii, Phorm., act. 1, se. 4. in fin.:

Nunc prior adito tu; ego in insidiis hic ero
Succenturiatus, si quid deficies.

N. 53. *In quo*. Havercampus, comment. in Apologet. Tertulliani, c. 2, legi jubet *in quod*, non *in quo*. Nihil tamen ausim mutare.

N. 59. *Classes*. Paulus ex Festo: *Procincta classis dicebatur, cum exercitus cinctus erat gabino cinctu, confestim pugnaturus. Vetustius enim fuit multitudinem hominum quam navium CLASSEM appellari*.

N. 60. *Nodus*. Vix apud alios quam apud Servium et Isidorum significatio *nodi* pro densa peditum multitudine legitur. Vide commentarium meum in Prudentium. Hamartig. v. 210: *Pugnæ nodumque, moramque*.

N. 64. *Agmen*. Beermanus, p. 204, verb. *Ago*, contendit *agmen* vocem latam esse, et inepte a Servio restringi: *Cui, inquit, nemo facile credet, nisi servus forte alienæ opinionis*. Sed multa sunt quibus suaderi posset proprietatem vocis bene a Servio expressam, etsi de quavis multitudine, sive incedente, sive secus, usurpari solet. Livius, l. xxxiii, c. 9, eandem proprietatem innuit. *Phalanx, quæ venerat, agmen magis quam acies, aptiorque itineri quam pugna, viadum in jugum evaserat*.

N. 12. *Primi ordinis*, etc. Hæc distinctio posterioris ætatis est; nam apud Plinium Juniorem et alios æquales senatores quivis, et consules honoris causa *clarissimi* dicebantur. Unde apud Vopiscum, in Aureliano, c. 18, *clarissimus ordo* est ordo senatorius. Fuit etiam *clarissimum* vocabulum dignitatis. Vide Bottarium, t. I Rom. subterr., p. 35 et seq., ubi inscriptionem veterem illustrat, qua Junius Bassus v. c. dicitur, et Prudentiana mea, p. 33 et seq.

N. 16. *Prætores*. De *prætoribus urbanis* hic sermo est. Originatione vero vocis in not. ad n. 27, c. 3, exhibita fuit.

N. 18. *Tribuni*. De etymo vocis *tribuni* vide not. ad. c. 3, n. 29. Verba Isidori: *At contra nunc quidam eversores*, etc., fortasse ab eo dicta sunt, quia, etsi tunc tribuni non erant, notare tamen voluit calamitatem temporum, quibus pro defensoribus plebis eversores subrogati erant.

N. 19. *Numerarii*. De numerariis est titulus 50, lib. xii Cod. Justin. Vide etiam tit. 1, lib. viii Cod.

Theodos. Forcellinus, in Lexico, verb. *Numerarius*, apud Isidorum legendum ait *qui publicum numerum ærariis inferunt*: quod mihi non arridet.

N. 23. *Decuriones*. Ex aliorum sententia dicuntur a *decem*, vel a *decuria*, quod ipsum est a *decem*. Ex hoc numero prima origo *decuriarum* et *decurionum*.

N. 25. *Primi sint magist.* Plerique Editi *præsint magistratibus*. Grialius *primi sint magistratibus*. Malim *primi sint magistratus*.

N. 27. *Tabellio*. Proprietas verborum ita distinguenda est: *tabellarius* est portitor tabellarum; *tabellio*, qui publica instrumenta, seu tabulas publicas conscribit; *exceptor* scriba, qui dictata excipit, et *notarius* dicebatur, quia ea *notis* plerumque exarabat; *scriba*, qui nomine principis, aut magistratum leges, acta, rationes, vel quidvis aliud perscribit. Privatorum hominum librarii *scribarum* nomine non gaudebant.

N. 28. *Burgarii a burgis*. De *Burgis*, et *Burgundionibus* supra, c. 2, n. 99. Tit. 14 Cod. Theodos., lib. vii, est de *Burgariis*, qui videntur illi fuisse qui in burgis, seu castellis provinciæ custodiendæ causa collocabantur.

N. 29. *Collegiati*. Difficilis sane locus. *Collegiati* enim, ut ex nonnullis inscriptionibus patet, dicebantur illi qui in aliquo collegio erant. Sed Isidorus aliud intelligit, scilicet homines incerto patre genitos, et ex eorum collegio deputatos, qui facinus aliquod commiserant. Ducangius observat, in edicto, Theodorici regis, c. 69, *collegiatus* inter servos et eos qui curiæ addicti erant poni: *Quisquis curialem, aut collegiatum, aut servum, per L annos possederit*, etc. Addit non alios videri *collegiatus* in Cod. Theodos., tit. de *Collegiatis*, ubi ita appellantur qui publico manuarium aliquam artem, operam et ministerium præbebant: quorum conditionem filii sequebantur, proindeque non modo servilis conditionis, sed etiam ut plurimum servi nativitate erant; de quibus videndus Jacobus Gothofredus ad hunc titulum. Nondum tamen ex his plena lux Isidoro nostro accedit, neque ex eo quod apud Papiam *collegiatus* quoque dicitur carpentarius. Quærendum enim est genus hominum sordidissimum. Eos ergo puto *collegiatus* ab Isidoro vocari, qui lib. xi Cod. Justin., tit. 17, leg. unic. *decani*, vel *collegiati* dicuntur; et tit. 8 l. ii, leg. 4, numerus *decanorum* ecclesiæ constantinopolitanæ statuitur. Hi autem *decani*, et *collegiati* erant vespillonones, quibus scilicet cura incumberebat sepeliendi corpora defunctorum, *copiate* quoque appellati. Et etiamnum quidem hoc genus hominum sordidissimum est, fuisse autem olim et alicubi ad hoc triste ministerium deputatos ex custodiis eorum qui facinus aliquod commiserant, et ignoti generis erant, ex Isidoro discimus. *Collegiati* vero fortasse dicti sunt, quia ipsi etiam *collegium vespillonum*, seu *decanorum* constituebant.

N. 31. Lilius Gyraldus, l. ii, dialogismo 12, vocem *barones* explicat his verbis Isidori, *pontificis*, inquit, *sanctitate ac doctrina præclari*, quæ confert cum aliis locis Ciceronis et Cæsaris, sive Hirtii potius, apud quem alii legunt *berones*, seu *verones*. Etiam apud Ciceronem variant exemplaria. Olim vox contumelia erat pro stipite, fatuo, etc. Cornutus ad Persii sat. 5, v. 139, ait Gallorum lingua *barones*, seu *varones* dici *servos militum, qui utique stultissimi sunt, servi videlicet stultorum*. Inde *barones* nomen iis quoque hæsit, qui obsequio, et servitio principum addicti erant, quæ prima videtur origo dignitatis baronum. De vocis etymo videndus Vossius in Etym., et Ducangius cum auctario.

N. 33. *Quod est*, etc., *dispensatorem*. Non recte procedit sensus, vel supplendum esse. Nonnulli Editi *dispensator* pro *dispensatorem*: malim *id est* pro *quod est*; ita enim bene cohæret oratio: *significat, id est, universarum possessionum, et villarum dispensatorem*.

N. 35. *Procuratores*. Discrimen, quod inter *procuratorem* et *cognitorem* causæ intercedit, egregie explicatur, lib. 1 *Different.*, num. 123. Etsi in nonnullis Editis bene est *vice fungantur*, tamen Isidorianum videtur *viceem*, ut aliis in locis notatum.

N. 38 *Diff. inter inquilin. et adven.* Differentia inter *inquilinum*, *incolam*, etc., exponitur etiam l. 1 *Differ.*, n. 323.

N. 41. *Peregrini*. Ab agro videtur factum *peregre*, *peregrinus*, etc. Et huc spectant verba extrema de *longinqua regione*.

N. 42. *Nam sola urbs Roma*. Roma per excellentiam *urbs* dicitur, ut a Græcis Athenæ *ἄστυ*. Quintilianus, l. vi, c. 3 : *Urbis appellationem, etsi nomen proprium non adjiceretur, Romam tamen accipi est receptum*. Hoc vult Isidorus, hoc alii, qui simili modo loquuntur. Forcellinus, in Lexico : *Falsum est, inquit, solam Romam Latine URBEM dici, cæteras oppida; hoc enim quidam ex Quintiliano, cujus verba nondum vidimus, affirmarunt*. Certum quidem est, etiam alia oppida *urbes* dici; certum pariter Romam quoque *oppidum* vocari. Sed hoc non tollit quominus per excellentiam, ut dixi, Roma *Urbs* appelletur, et ex communi usu Romani alias urbes *oppida* nuncuparent, præsertim ut ab Urbe, seu Roma distinguerent. Hæc autem distinctio maxime locum habet inter *urbanos*, et *oppidanos*; nam *urbani* erant Romani, *oppidani* alii non Romani.

N. 44. *Ancillæ*. Alii *ancillas* dici volunt ab antiquo *anculare*, hoc est, *ministrare*; quod ipsum fortasse aliquis ab *ancone* deducat. Dubium autem mihi est, an Isidorus de urbe *Ancone*, seu *Ancona* intelligendus sit, cum ait : *Unde et Anconem dicimus*; an de *ancone*, sive *anconibus*; quæ vox est Vitruvio et aliis architectis familiaris pro partibus normæ, quæ simul junetæ angulum rectum faciunt, aut alia significatione. Magis puto Isidorum de urbe *Ancone* loqui, quæ etiam a flectentis se oræ cubito dicta est. Nam cubiti speciem locus, in quo exstat, refert.

N. 47. *Nunc autem libertinus*, etc. Discrimen inter *libertum* et *libertinum* aliquanto post Appii Cæci tempora hoc erat, ut *libertus* et *libertinus* idem quidem significarent, sed *libertus* referretur ad patronum, *libertinus* designaret statum sine respectu ad eum cujus servus fuerat; sic recte dicitur Tiro *libertinus homo*, et idem *libertus Ciceronis*.

N. 48. *Circumagebant*, etc. Ita etiam Seneca, l. 1, ep. 8, ad Lucilium : *Philosophiæ servius oportet, ut tibi contingat vera libertas. Nondiffertur in diem qui se illi subjeert et tradidit. Statim circumagitur*. Ad alapæ ictum alludit Sedulius, cum de colaphis quibus Salvator percussus fuit, dixit l. v, vers. 103 :

His alapis nobis libertas maxima plausit. Isidorus rem descripsit ex Cornuto, scholiaste Persii, ad sat. 5, vers. 75. Fabricius, cap. 15 Bibliogr., n. 17, hæc annotat : *Manumissionis servorum non unus ritus fuit : manumittebantur enim vel ad plenam libertatem, atque ita ut cives Romani fierent, vindicta, sive virga prætoris, alapæque inflictione, et actione in circulum, vel eensu, aut testamento... vel ita ut impetrarent libertatem non justam, fierentque Latini juris, non quirilium, per epistolam; vel inter amicos, et convivii adhibitione*. Plura manumissionis genera præcipue inter Christianos recenset Ducangius, verb. *Manumissio*.

N. 49. *Dedititii*. Omnes dicebantur qui victori in bello se dedebant. Alio deditiois genere *dedititii* dicebantur libertini, qui post admissa crimina publice cæsi ita fuerant, ut in facie, vel corpore indicia impressa remanerent. Hi ita manumissi *dedititii* appellabantur; de quibus videri potest Gaius in epist. Instit., tit. 1. In Cod. Justin., l. vii, tit. 5 est *De dedititia libertate tollenda*, ubi *libertas dedititia* vanum nomen dicitur; qua de re juris interpretes multa disputant.

N. 51. *Latini ante Rom. cond. apud lat. fiebant*. Intelligitur *liberti*, vel legendum : *Latini liberti ante*, etc., ut Grialius in not. exprimit; nam in textu omisit *liberti*, ut alii Excusi et Codices etiam mss. Etsi Latini liberti, de quibus ex lege Norbana, etc., nobis constat, differunt a Latinis libertis, quales Isidorus describit, tamen potuit Isidorus primam originem Latinorum libertorum repetere ex aliquo veteri auctore, qui nunc non exstet. In Cod. Justin., l. vii, tit. 6 asserit Justinianus *Latinos libertos ad similitudinem antiquæ Latinitatis, quæ in colonis missa est, videri esse introductos. Satis absurdum est, addit, ipsa origine rei sublata, ejus imaginem derelinqui. Cum igitur multis modis, et pene innumerabilibus Latinorum introducta est conditio, et leges diversæ, et senatus consulta introducta sunt*, etc. Recte igitur omnia congruent, si distinguantur tempora.

N. 52. *His primum aditus erat*, etc. Loquitur Isidorus de primis temporibus. At nemo unquam hoc dixit, ait Ant. Augustinus. Unde id Ant. Augustinus rescivit? neque enim ad nos pervenerunt scriptores illi omnes, qui de Romanis antiquitatibus scripserunt. De posterioribus autem temporibus ad priora minime argumentum ducere licet.

CAP. V. N. 1. *Hæredis nomen*. De *hæredis* etym. lib., v. c. 25, n. 1.

N. 2. *Est enim*. Sæpe ita occurrit *enim* apud Isidorum sensu non satis commodo, fortasse a librariis intrusum pro *item*, aut *etiam* ex aliquo litterarum nexu.

N. 3. *Et bene parta patrant*. Apud Lucretium plerique legunt :

Et bene parta patrum fiunt anademata mitra.
Ex Isidori sententiâ *patrant* præfert etiam Andr. Schottus, l. v. Observ. human., cap. 9 : *Hinc patrantes oculi, patrans voluptas*, etc.

N. 5. *Crementum*. Fortasse *erementum* est a *creo* quasi *erementum*. Alioquin *erementum* est incrementum: exempla profert Barthius, Adversar.

N. 6. *Mater enim quasi materia*. *Materia* a *matre* dicta ereditur, non *mater* a *materia*.

N. 8. *Instrumenta emptionis*. Vide notata ad l. v. c. 24, n. 26. Non omittenda sunt hæc de re verba Gellii, l. xviii, c. 6, qui ex Melisso grammatico hæc profert : *Matrona est quæ semel peperit; quæ sæpius, materfamilias, sicuti sus, quæ semel peperit; porcetra, quæ sæpius*. Pergit Gellius : *Utrum autem hoc de matrona ac de matrefamilias Melissus excogitaverit ipse, et conjectaverit, an scriptum ab aliquo legerit, hariolis profecto est opus; nam de porcetra habet sane auctorem Pomponium... Illud impendio probabilius est, quod idonei vocem antiquarum enarratores tradiderunt, matronam dictam esse proprie, quæ in matrimonium cum viro convenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiamsi liberi nondum nati forent; dictamque esse ita a MATRIS nomine non adepto jam, sed eum spe et omine mox adipiscendi; unde ipsum quoque matrimonium dicitur. Matrem autem familias esse eam solam quæ in mariti manu, mancipioque, aut in ejus in cujus maritus manu mancipioque esset, quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, et in sui hæredis locum venisset. Quod Isidorus ait, matronam esse quasi matrem nati, alii melius explicant, ona in matrona esse productionem, ut a patre fit patronus. De varia significatione vocis *Materfamilias* accurate agit Manutius in not. ad l. v. Ciceronis Fam., ep. 10. Vide etiam inf., c. 7, n. 13.*

N. 9. *Avus*. Alii *avum* ab *abba* deducunt, quæ vox ex Syro sermone originem trahit.

N. 13. *Soboles*. Scribo *soboles*, ut plerique solent. Nam sive sit a *suboleo*, sive a *substitutione*, permutatio litterarum satis frequens est, præsertim euphoniæ gratia.

N. 14. *Idem et minimus a monade*. *Minimus* est a *minor*: et hoc fortasse a *minuo*.

N. 19. *Idem et pueri a pube*. Hæc fortasse ad

alium locum pertinent : sive *puer* sit a *pube*, sive a *purus*, sive a *παῖς*, et doricè *ποῖρ*.

N. 21. *Vopiscus*, etc. Ex Plinio, l. vii, c. 10, et Solino, c. 1, al., 4.

N. 23. *Nothus*. Discrimen inter *nothos* et *spuriōs*, ut ab Isidoro exponitur, apud antiquiores non invenitur. Festus : *NOTHUM Græci natum ex uxore non legitima vocant, qui apud nos spurio patre natus dicitur*. Spurii dicebantur incerto patre geniti ; atque adeo antiqui eisdem litteris *sp* scribebant *spurium*, et *sine* patre.

N. 26. *Nepos*. *Nepos* autem *utriusque rex*. Invenitur quidem alicubi *nepos* pro *nepte* femineo genere ; sed Cicero, et alii passim, *neptis* usurpant.

N. 27. *Progenies*. Hæc de progenie unde hauserit Isidorus, non liquet. Cæterum communi usu loquendi *progenies* etiam de filiis dicitur. Cicero, 1 Tuscul., c. 35 : *Priamum tanta progenie orbatum hostilis manus interemit*. Vox quidem *progenitor* eum indicat qui ante patrem seu genitorem est.

N. 31. Ea quæ ex Isidoro a Gratiano proferuntur Berardus illustrat, ut videri potest in Isidorianis, c. 32, n. 35 et 50. Editio vetus post verba, *tritavique vocabulum*, titulum de gradibus cognat. addit ad explicationem stemmatis consanguinitatis, quod illico subjicit, opportunum. Eum in appendice 11 producam. Editio eadem vetus unum tantum exhibet stemma, quod in nostra Editione inscribitur : *De gradibus generis humani*.

CAP. VI. N. 5. *Fratres dicti*. Ut intelligatur duos esse fratres ex eodem patre eademque matre, exprimendum est *frater germanus* ; quod Hispani et Itali vulgo significat per *fratrem carnalem*.

N. 8. *Si autem emeris*. Vulgata : *Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus*, etc. In Apostoli verbis : *Optabam enim ego ipse anathema*, etc.

N. 9. *Non sit rixa*. Vulgata : *Ne quæso, sit jurgium inter me et te, et inter pastores meos et pastores tuos ; fratres enim sumus*.

N. 10. *Affectu fratres dicti*. De veteri more, quo se omnes Christiani *fratres* appellabant, dixi ad v. 73 hymni 2 Per. sancti Laurentii : *Tum summa cura est fratribus*. Isidorus a genere masculino ad neutrum transit, et a singulari in pluralem : *Affectu fratres dicti, qui in duo scinduntur, spiritale, et commune*. *Spiritale*, etc. Sed fortasse hæc librario-rum culpa est : *Affectu fratres dicti, qui in duo scinditur, spiritalem et communem*. *Spiritalis*, etc. In accusativo plurali *duo* pro *duos* nonnunquam occurrit ; et hæc potuit esse errandi causa amanuensibus ; post *duo* putarunt necessario sequi *spiritale* et *communc*. Verba Scripturæ non invenio, nisi forte Isidorus respexit ad Isaia c. LXVI, 5. *Dixerunt fratres vestri, odientes vos*, etc.

N. 14. *Consubrini*. Grialius secutus fuit scripturam *consubrini, subrini*. Usus retinet *o, consobrini, sobrini*. Neque obstare debent mss. veteres, in quibus sæpissime *o* in *u* mutatur.

N. 15. *Thius*. Hispanis patruus et avunculus *tio* dicitur, Italis *tio*. Glossæ Arabicolatinae : *Thius, avunculus*. Sic etiam *thia* pro amita in concilio Bracarensi ii anni 563, c. 15. Ad hæc Cerda non advertit animum, cum scripsit in glossario Isidoriano *tius* pro *avunculo* ab aliquo in scio additamentum esse. Vide Isidoriana, c. 57, n. 5.

N. 20. *Vitricus*. Alii dicunt *vitricum* esse ex *patrico*. Glossæ Isidori : *Vitricus, patricus*.

N. 21. *Quasi privigenus*. Fortasse *privigenitus*, hoc est, *prive*, separatim, et seorsum genitus, antequam mater nupta esset vitrico.

N. 27. Post hunc n. 27 in Editione Grialii sunt duo tantum stemmata, scilicet primum et secundum. In aliis Editis et Mss. sunt tria, fere qualia a nobis in tribus sequentibus figuris exhibentur. Quamvis autem Grialius tertium stemma omiserit, quia in antiquissimis libris, ut ait, duo sunt tantum, tamen

A auctoritate aliorum exemplarium permotus reponendum censui. Notæ vero, quæ respondent numeris 28 et 29, in stemmate primo et ultimo expressæ, hoc loco premittuntur.

N. 29. *Hæc consanguinitatis... fugientem*. Concilium Duziacense ii, anno 874, in epistola synodica ad episcopos Aquitaniæ, tom. IX Labbei, col. 261, hæc Isidori verba sic allegat : *Isidorus itaque de consanguinitate sic loquitur : Cujus series septem gradibus dirimitur hoc modo : filius, et filia ; nepos, et neptis ; pronepos, et proneptis ; abnepos, et abneptis ; adnepos, et adneptis ; trinepos, et trineptis ; trinepotis filius, et trinepotis filia*. Hæc consanguinitatis (sic) dum se paulatim... gradum sese subtraxerit, etc., usque ad fugientem.

Ibid. Ideo autem usque ad sext. De consanguinitate usque ad sextum gradum Regino, p. 288, et alii disserunt. Bernardus, in Isidorianis, c. 32, n. 35, displicere ait viris eruditis hanc restrictionem usque ad sextum gradum. Versus nonnulli de consanguinitatis gradibus, qui in quibusdam veteribus membranis Etymologiarum reperiuntur, et fragmentum quoddam De vii gradibus consanguinitatis Isidori nomine in Codice Ottoboniano 1968 insertum, pro appendice 12 et 13 exhibebuntur.

CAP. VII. Num. 5. De arra lib. v, c. 25, n. 21. Ex *arrabo*, græce ἀρράβων, factum est *arra* per apocopen. Isidorus ex *arra* deducit *arrabo*, ut sententiæ serviat.

N. 8. Venantius Fortunatus l. viii, carm. 5, v. 303 : *Angelus inde tuos repetens paranympus honores*. Paranymporum meminit etiam concilium Carthaginense iv, c. 13, apud Reginonem lib. ii, c. 153. Vide Ducangium.

N. 9. *Conjuges*. etc. *De conjugatis* fusius Isidorus, l. ii de Ecclesiast. offic., c. 20. Brissonius, De ritu nupt., p. 313, admittere non audet quod Servius, ad Æn., l. iv, v. 16, et post eum Isidorus hoc loco de jugo matrimonii tradunt. Albertus Dietericus, qui notas adjecit, advertit a Grialio laudari Augustinum, De nupt., c. 11, apud quem nihil reperit. Ipse producit in eandem sententiam Festum, Ulpianum, Statium, quorum tamen verba, ut ait, aliam admittunt interpretationem. Non tamen censet improbabilem eum ritum quem nonnulli de velo instar jugi intelligunt. Ipse suspicatur huc trahi posse quos Servius, lib. iv Æn., v. 374, tradit, nimirum de duabus sellis jugatis, quæ fortasse jugum representabant, vel in jugi modum junctæ erant. De tota hac Isidori sententiâ plura disserit Ivo Carnotensis, ep. 173. Explicatio de matrimonii jugo, quod attinet quidem ad Christianos ex ipso Isidoro, loc. cit., desumenda est : *Quod autem nubentes post benedictionem a levita uno vinculo copulantur, videlicet ne compagem conjugalis unitatis disrumpant. At vero quod eadem vitta candido purpureoque colore permiscetur, candor quippe ad munditiam vitæ, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur*, etc.

N. 10. *Vultus suos velent*. Velamen hoc tenue erat, et lutei coloris : flammeum vocat Catullus, carm. 60, quem ad locum Vulpius, ex Genes. xx, 16, colligit, morem flammei adhibendi ab Hebræis usque derivatum videri.

N. 12. *Olco ungerent*. Plinius, l. xxviii, c. 9, *adipe unctionem fieri consuevisse* tradit. Arnobius, l. iii adversus gentes, *adipali unguine*, ubi deam *unxiam* irridet his unctionibus præpositam. Alias causas, cur novæ nuptæ limen calcare vetarentur, exponit Brissonius, de Rit. nupt., p. 327 et seq.

N. 16. *Vidua*. De viduis, lib. ii Officior., c. 19, ubi clarius explicatur vere viduitatis nomine illam carere, quæ pluribus nexa fuit maritis. Apud Grialium scriptum erat *idure* pro *idurare* : hoc posui ex Macrobio et aliis. Macrobius, l. i Saturnal., cap. 15, viduam dictam ait ; quasi *valde divisam*, aut a *viro divisam*.

N. 17. *Fratris uxor fratrisa*. Legi etiam poterit

apud Isidorum, ut apud alios, *fratria*, non *fratrisa*. Forcellinus ait *janitricēs* duorum fratrum uxores dietas, non quod eamdem *januam* pulsarent, sed quod pariter adversum lectum *januæ* sibi sternerent, in eoque tanquam custodiæ causa cubare solerent. Nam apud Romanos ea consuetudo fuit, ut quæ uxor primum in manum viri convenisset, ea sibi in atrio domus ante ipsam *januam* lectum sterneret. Quo respicit Propertius, lib. iv, eleg. ult., vers. 81 :

Seu tamen adversum mutarit *janua* lectum :
Sederit et nostro cauta *noverca* toro.

Nonnulli putant, *janitricēs* corrupte ita dici e græco *ἰανιτρῆες*, *inateres*, quod est, *fratriæ*.

N. 20. *Conjugium*. De iugo conjugum supra, n. 9.

N. 21. *Connubium*. Ulpianus, Regular. tit. 6 : *Connubium habent cives Romani cum civibus Romanis ; cum Latinis autem et peregrinis ita, si concessum sit ; cum servis nullum est connubium*.

N. 22. *Hymenæus*. *Hymen*, vel *Hymenæus* deus erat nuptiarum, de quo multa fabulatores.

N. 23. *Contubernium* quoque dicebatur maritalis conjunctio servorum, inter quos olim verum matrimonium non erat.

N. 24. *Repudium*. Discrimen inter *repudium* et *divortium* explicatur a Modestino, Dig. l. l, tit. penult., leg. 101 : *Divortium inter virum et uxorem fieri dicitur ; repudium vero sponsæ remitti videtur, quod et in uxoris personam non absurde cadit. Usurpatur passim repudium pro divortio*.

N. 26. *Frivolum est*. Grialius et alii Editi habent *Fribolum est*, etc., sed paulo post Grialius : *Nam frivolum est*. In Pandectis quidem legitur *fribusculum*, sed hoc inde oritur, quod sæpe *b* pro *v* adhibebatur ; ac *fribusculum* etiam apud Ulpianum legendum multi putant. Quod enim alii reponere tentant *frigusculum*, non placet. Isidorus certe vel *frivolum*, vel *fribusculum* videtur legisse.

N. 27. *Et benedixit*. Vulgata : *Benedixitque illis Deus et ait : Crescite*, etc.

N. 29. *Item in eligenda uxore quatuor*. In Cod. Vat. palat. 282 hæc est nota ad hunc locum : *Chrysostomus supra Matth. 1 : Qui divitias eligunt, et non mores, pulchritudinem, et non fidem, quod in meretricibus solet quæri, hoc in conjugibus optant. Propterea non generant filios subditos vel sibi, vel Deo, ut filii eorum non sint fractus justæ conjunctionis, sed pæna condigna irreligiositatis*.

Vocum certarum Alphabetum. In veteribus membranarum diversi tituli hujus libri apparent, ut : *Liber x, per alphabetum conscriptus. Capitulum libri x, id est, de quibusdam nominibus per alphabetum distinctis. De quibusdam vocabulis nominum per denominationem. De reliquis nominibus juxta ordinem elementorum. Liber x, per denominationem*, etc. Codex urbinas 100, in quo Etymologiæ in xxii libros distribuuntur, hujusmodi titulos hæc rubrica complectitur : *Liber duodecimus Isidori de quibusdam nominibus per alphabetum distinctis, de reliquis nominibus juxta ordinem elementorum, vel litterarum, de quibusdam vocabulis hominum (Al., nominum) per denominationem incipit*.

LIBER DECIMUS.

N. 2. *Æros*. Infra, in II, suo loco est *Heros*. Cur autem in A *æros* collocetur, et scribatur, ratio inde peti potest, quod ex Græco *heros* dicitur, quasi *aerius cælestis*. Vide inf. n. 116, et l. viii, e. ult., n. 96. Barthius, l. xxvi Adversar., e. 5 : *Heros*, inquit, *quomodo litteræ A, cujus debet esse vocis principium, conveniat, nemo conjectaverit. Nec tam bardus Isidorus, ut II Græcum cum A confudisse putandus sit*. In suo veteri libro pro *æros* invenit *æros*, et conjicit *Amos*, quod significat *virum fortem et sapientem*, ex Sancto Pagnino. Sic Papias : *Amos interpretatur potens, fortis, verecundus. Sus-*

picionem Barthii confirmare possum scriptura Codici Vaticani 623, ut indicavi in Isidorianis, c. 93, n. 20. Nam in eo Codice elare legitur *Amos* pro *æros*. Non tamen ausim scripturam vulgatam et communem mutare, quæ, ut dixi, aliqua ratione defendi potest. Et Isidorus quidem verbum *Amos* interpretatur l. vii, c. 8, n. 12 : *Populus avulsus, quod a viro forte et sapiente longe dissidet*. De hæc voce *heros*, ut *sanctis* aliquando apponitur, dixi in commentario ad Prudentium hymn. 6 Cathem., v. 114, ubi observavi Avitum, l. v, nove dixisse de Pharaone : *heros impius*. Bembus contra reprehenditur a Scaligero l. vi Poetie., e. 4 : *Bembus, cum Dominum Jesum HEROA vocat, valde me commovit ; sane vox impia et utroque indigna, ne arguetur quispiam heroen e semisse Deum, ex altero semisse hominem*. Quod hoc eod. n. additur : *Auctorem autem... non possunt existimant*, Barthius, loc. cit., advertit deesse in suo libro mss. *autem*, vel, ut alii habent, *etiam*, e *existimant*. Negat Grialius hunc locum integrum esse, quia in *cursor* diversa ratio est atque in *auctor*. Sed, ut puto, Isidori mens est *auctorem*, eum auctoritatem refertur, pro communi accipiendum quamvis in femineum genus flecti possit *auctrix* in alia significatione. Ac simul advertit esse quædam nomina quæ nullo modo in femineum genus flectuntur, ut *cursor*.

N. 4. *Amicus est* ab amore ; amor autem commode ab ἀμικ simul, una, deducitur.

N. 7. *Æmuli* originatio fortasse est ab ἀμυλιος ἀμύλος *lepidus, blandus*.

N. 8. *Ælatus*, etc. Hæc ipsa verba occurrunt infra in E, n. 81, neque hoc loco inseri debent, nisi scribatur *ælatus*, quod orthographiæ repugnat.

N. 12. *Ærumnosus a rumine*. Fortasse huc pertinet quod ait Arnobius, l. vii : *Ærumnæ sunt prima in gurgulionibus capita, qua dejicere cibos et referri natura est ruminatoribus sæculis*. Plautus, apud Festum, *ærumnulas* vocat furellas, quibus religata sarcinas viatores gerebant. *Ruma, rumis*, aut *rumen* olim erat mamma ; *rumen* etiam est pars colli, a quasi ventriculus ejusdem, quo referri possunt verba Isidori *per inopiam*, etc. Alii alias notationes nominis proferunt.

N. 13. *Astrosus*. In Glossario Isidori dicitur etiam *lunaticus*. Significatio in vulgari lingua Hispana est *desafortunado*, hoc est, *infelix*.

N. 14. *Enormis*. Ad hunc locum non pertinet, nisi per æ scribitur, quod contra regulam est. Posse substitui *abnormis* ; sed hoc accipitur pro *sine norma* ; aut *lege*. Vide infra, not. ad n. 81, ubi in I recte collocatur *enormis*. De *abactoribus* Paulus, l. v Sentent., e. 18. De *abigeis* Ulpianus, l. XLVII, Dig. tit. 14, leg. 1.

N. 17. *Ærarii expensam*. Grialius in textu edidi *ærarium expensum*, quod in nota damnat.

N. 22. *Beatus*. Clarum est *beatum* esse a *beo*, quod a βεῶ, *vivo*, nonnulli deducunt.

N. 26. *Benivulus*. Recepta consuetudo scribendi *benevolus*, et *benevolentia*, similibus aliis exempli comprobatur, ut *beneficus*, *benedico*, etc. Lipsius Vossius, Dausquius, præter antiquiores Eutychem Bedam, etc., probant *benivulus*.

N. 28. *Brutus*. Ab aliis dicitur *brutum* quasi ἐρωτόν quod comedi potest, edule.

N. 30. *Bucco*. Barthius, l. vi. Adv. c. 14 : *Quo vero Isidorus Origin. l. x, et Magister alius glossarum ex variis concinnator, BUCCONES idco fatuo dicit, quod multa soleant magna que fari, sane etiam ex veterum disciplina est*. Proferit illud Dionysii Catonis, l. ii, e. 21 : *Exigua iis tribuenda fides quæ multa loquuntur*, et alibi : *Multi multa loquuntur ubi multi sunt stolidi, eum contra sapientes pauci sint*.

N. 31. *Biothanatus*. Ex Græco *biothanatus* est *vi seu violente mortuus*, ut sunt illi qui sibi manus inferunt. In nonnullis Excusis legebatur *bis mortuus*.

quod aliqui ita exponebant, animas *biothanatorum* non recipi in originem suam, *nisi vagantes legitimum fati tempus impleverint*, ut ait Servius, quod poetæ referunt ad sepulturam. Sed Grialii lectio retinenda est *vi mortuus*. Ab ethnicis martyres nostri *biothanati* vocabantur, quia sponte pro Christi nomine mortem oppetebant. Exempla Ducangius profert.

N. 32. *Libidinis abstinentiam*. Notandum verbum *abstinentia libidinis* pro temperantia.

N. 36. *Clientem*. Non satis intelligitur etymon *clientis*; nam *cluere* proprie est *audire*, metaleptice *nominari*, atque inde *esse, existere*. Accipitur etiam pro *purgare*. Donato *clemens* est, qui *colit mentem*; aliis quasi *clinimens*, a *clino* et *mente*.

N. 44. *Mantuanus vates*, etc. Fortasse ex Hieronymo, in Præfat. Hebraic. Quæstion. in Genesim.

N. 47. *Contemptibilis*. In *contemptibilis*, ut in *laudabilis, visibilis*, etc., productio verbi est *bilis*, quin opus sit recurrere pro etymo ad *habilis*, aut *vilis*.

N. 52. *Confinalis* etiam est ad *confine pertinens*, ut *lineæ confinalis* apud Var. Auctor., de Limitib., p. 310.

N. 55. *Colomis*. Scribo *columis* cum aliis Editis, quamvis Grialius præferat *colomis*. *Columis* accipitur etiam pro *incolumi*.

N. 57. *Calamistratus a calamistro*. Pignorius, de Servis, p. 195, ex Ovidio, Festo et Juvenale, confirmat quod ait Isidorus, *calamistrum* acum ferream esse. A Nonio, c. 15, n. 27, *fistula* appellatur, quia intus cava est instar calami arundinis. Librariorum fortasse error est apud Isidorum *acu ferreo* pro *acu ferrea*, etc. Nam veteres *acum* feminine dicunt.

N. 58. *A creando carnes*. Scilicet ex Græco *κρέας, caro*; ac fortasse pro *creando* verbum Græcum Isidorus adhibuit.

N. 62. *Convulsæ undis*, etc. Alii interpretantur *concussæ, et disjectæ*.

N. 64. *Circumforaneus... Collegiatus*. Latini *circumforaneus* dicunt. *Collegiatus* fortasse hoc loco sunt *vespillones* de quibus dictum l. ix, c. 4, n. 29.

N. 65. *A disserendo*. Ex Festo et Varrone, quamvis *i* breve in *disertus* aliud innuere videatur.

N. 66. *Discipulus a disciplina*. *Disciplina est a discipulus*, ut in not. ad lib. i, c. 1, n. 1, dictum.

N. 67. *Appendebant*. Hinc *pendere* pro *solvere*. Vide Varronem in fine libri iv de Ling. Lat.

N. 71. *Debilis quod per bilem*. *Debilis* deducitur a *le* et *habilis*.

N. 72. *Desperatus*. De voce *Desperatus* Georgius, in dissert. de monagramm., c. 10, p. 64, cum Isidoro conferendus.

N. 74. *Decrepitus*. Festus: *DECREPITUS est desperatus CREPERA jam vita; sive quia propter senectutem nec movere se, nec ullum facere potest* CREPITUM. Thomas Gatakerus, Adver. miscell., l. 11, cap. 14, ambigi posse ait quem *crepitem* Festus voluerit: notat interpretationem Isidori, *quod crepare, id est, loqui desierint*; esse ex Donato ad Terentium. *Becmanus decrepitem* exponit ab incessu tardiori, qui *crepitem*, sive sonitum *crepantem* excitat. Joseph Scaliger a lucerna, vel candela, quæ, ultimum expirans, *crepitem* edere solet.

N. 75. *Depretiatus*. Inde Hispani *despreciado*; ac simili fere modo Itali. Etymon *diri* explicat Festus: *Dirus, Dei ira natus*. Pro *magnus* accipit Servius *dirus* ad Virgillii, l. i Georg., v. 37, *Dira cupido*. Sic *lira* religio, etc.

N. 77. *Delator*. *Delator* est a *deferendo*. Raderus, pag. 34, ad Martialem de voce et officio delatoris legit.

N. 78. *Lira*. Festus et Nonius *liras* sulcos dicunt: Isidorus etiam lib. xv, cap. 15, *liram* a *porca* distinguit, quod *lira* sit sulcus, sive quod in aratione deossus est, *porca* id quod in aratione exstat; ex quo aqua in *liram* seu sulcum decurrit. Utrumque facile confunditur, quia inter arandum simul utrumque fit.

A Confer notam ad l. alphabeticum Differentiarum verborum, n. 140.

N. 85. *Exsul*. Lib. i, c. 27, Isidorus præfert scripturam *exsul* pro *exul*. Grialii Editio variat. Vide not. ad eum loc.

N. 96. *Facetus*. Ex aliorum sententia est a *fundo*.

N. 97. *Fænerator*, sive *fenerator*, est a *fænerare fæneratum*. Proprie autem est qui pecuniam dat *fænerari*. Sed cum *fænero* et *fæneror* sit etiam *pecuniam sub fænero reddere et accipere*, *fænerator* quoque poterit sumi pro eo qui mutuo pecuniam accipit.

N. 99. *Fidelis... Firmus... Formosus*. *Fidei* etymon. simili modo exponitur l. v, c. 24, n. 17, et l. viii, c. 2, n. 3. *Formosus* melius num. seq. a *formo* deducitur; vel legendum: *Firmus a formo, unde et formosus*. Alii *firmum* derivant ab *ἔρμα, fulcrum, firmamentum*.

N. 100. Græci *formam* dicunt *μορφή*, ex quo per metastesin fit *forma*.

B N. 102. *Fessus... Fatigatus*. Sunt qui credant *fessus* esse participium a *fatiscor*. *Fatigatus* certe est a *fatigo*; hoc autem fortasse a *fatim ago*; nam *fatim* est alfatim, plurimum, valde.

N. 103. Quædam nomina tum active tum passive significantia Gellius, l. ix, c. 12, enumerat.

N. 104. *Fatuus*. Apud Justinum, loc. a Grialio citato, l. XLIII, c. 1, plerique legunt *fatuari dicuntur*. Olim *vates fatui* vocabantur, et ipsum nomen *vates* est a *φάτης*. Quidam existimant *fatuos* dictos qui multa et inutilia loquuntur, ut in Isidori glossario *effatui* sunt vaniloqui sine effectu.

N. 105. *Fictores*. Erant inter famulorum officia. Legitur etiam *fictoris* nomen inter officia divina, ut observat Petrus Scriverius, in not. ad inscription. Volaterrani, de Sacerdotiis Romanor., ubi locum Isidori legit *linit, et pertrectat*, et conjicit legendum *linitur pertrectat*. *Fictores pontificum*, quorum in veteribus inscriptionibus fit mentio, videntur fuisse illi qui pontificibus inserviebant deorum signis ornandis, aut faciendis. Dicebantur etiam *fictores*, qui liba in sacris faciebant.

N. 111. *Ilæ sub arcuatibus*. Brissonius, de Jure conub., p. 354, ita refert hunc locum: *Ilæ in arcuatibus prostituebantur*.

N. 115. *Glutto*. Hinc Hispani dicunt *gloton*.

N. 116. *Heros*. De voce *heros* supra, n. 2. Pro *acclinis* alii habent *acclivis*. Sed bene est *acclinis*, ut *reclinis* non semel apud Prudentium. In *honorabilis* productio verbi est *bilis*, ut in similibus aliis jam dixi.

N. 118. *Honorosus*. Vix certum exemplum invenies vocis *Honorosus*; sed restat nihilominus in idiomate Hispano *honroso*. Dubitari potest an legi debeat *Honorosus plus est quam honoratus*, ex vitio veteri scribendi *honus* pro *onus*. De phrasi *pilis horridus* e similitudine pilorum in feris multa Barthius, lib. XXI Adv., c. 11.

N. 124. *Interpres et interpretator* alii ducunt a *pretium*, alii a *paro*, alii a *prator* exoleto, alii cum Isidoro a *pars*, alii aliunde.

N. 126. *Innox*. Pro *innoxius* in veteribus Christianis inscriptionibus apud Reinesium reperitur. Barthius, apud Cyprianum, de Discipl. virgin., cap. 16, corrigebat, *quarum innox lavatio est* pro *quarum in vos pudica lavatio est*; putat enim *pudica* glossam esse vocis *innox*, pro qua successit mendum *in vos*. In Editione Oxoniensi e theatro Scheldoniano legitur *quarum pudica lavatio est*, omisso *in vos*.

N. 129. *Infirmus*. Repetit etymon *ex formo*, quod num. 99 in *firmus* secutus fuit.

N. 133. *Impius... pro infideli*, etc. Hinc Sancti Patres inter *pios* et *impios* statuebant medios alios scilicet Christianos peccatores.

N. 136. *Improbis*. Est *non probus*: apud Festum autem *probi sunt prohibi*, qui se a delinquendo prohibent. Inde *labor improbus* est, qui non inhibetur.

N. 137. *Festus* : *Importunum*, in quo nullum est auxilium, velut esse solet portus navigantibus.

N. 140. *Inveterator*. Plerique Excusi *inveteratus*. Sed ut *veterator* dicitur, ita etiam *inveterator* poterit retitei.

Ib. *Immunis* pro non munifico, nescio an boni auctoris exemplo confirmari possit. Proverbium, *Immunem civis*, etc., optime quadrat in eum qui non facit munia, etc.

N. 143. *Ignarus*. Alii *gnarus* derivant ab $\gamma\nu\omicron\rho\lambda\zeta\omega$. *Ignarum* passive quoque, et pro *ignoto* accipi, notavit Gellius, l. ix, c. 12. Exempla veterum non pauca sunt. *Olfecisse*, *scisse*, etc. Ita fere Hispani *olfecisse* usurpant pro *investigare*. Vide l. xi, c. 2. n. 47.

N. 149. *Impudicus*. Est non pudicus; hoc autem ipsum pudicus deduci poterit a *pedore*, ut ex aliorum sententia deducitur a *putore*, quia sensus a *pujidis* avertitur. In nonnullis Editis *Impudicus* a *pujice* : fortasse a *podice*; nam *o* et *v* in Mss. sæpe confunduntur, ut multi jam notarunt.

N. 150. *Internecida*. Scribo *internecida* et *internecivum*. In Editione Grialii *internecida*, et *internecivum*. Sæpe in Mss. *i* pro *e* occurrit.

N. 152. *Incincta*. Vocem *incincta* de femina prægnante usurpant etiam Itali, qui dicunt *incincta*, ut Hispani *encinta*, quod alii dividunt *en cinta*.

N. 153. *Iscurra* positum hic est pro *scurra*, quod suo loco infra *s* recurrit, et clarius explicatur.

N. 154. *Katholicus*, etc. Hæc nomina nunc per *c*, non per *k* scribuntur.

N. 155. Apud Virgilium nonnulli Editi sic habent *concita*; sed alii melius *consita*; sermo enim est de crebris insulis, seu cycladibus, quæ mari quodammodo disseminate sunt.

Ib. Apud Grialium erat *multæque ditione*; reposui ex Nonio, cujus verba Isidorus transcribit, *multaque ditione*. Iso, in gloss. ad Prudent., hymn., 3 Cathem., v. 171 : *Locuples*, locorum plene.

N. 157. *Liberalis* est a *libero*, quod a *libet* duci nonnullis placet, quia *liberi* homines faciunt quidquid ipsis *libet*. Solum obstare posset quantitas primæ syllabæ, quæ in *libet* est *brevis*, in *liber* longa; sed hæc ratio non semper tenet.

Ib. *Longus* multi dictum putant a Græco $\lambda\delta\gamma\chi\omicron\varsigma$, lancea, hasta, vel $\epsilon\gamma\chi\omicron\iota$ amplitudo. Fortasse præstiterit legere *Longus* a *lancea ductus*.

N. 162. *Lymphaticus*. *Lymphæ* dictæ sunt a *nymphis*, ut ait Festus, qui addit memoriæ traditum eos qui *nymphæ* effigiem in fonte vidissent, finem furendi non fecisse; unde *lymphati* dicti.

N. 163. *Luridus*. *Lura* est uter coriaceus, vel, ut ait Festus, os culci, vel etiam utris. Hinc *luridus* et *lora*. Alii *luridum* derivant non a colore *luræ*, vel *lori*, sed a percussione *lori*, quasi *lividum*.

N. 164. *Lusciosus*. *Lusciosus* et *lusciosus* idem significant. Pro Isidori interpretatione faciunt Varro et Nonius, quibus adhæret Ulpianus, in Dig., l. xxi, tit. 1, leg. 10, ex Torrentini Editione, et, ut videtur, Plinius, lib. xxviii, cap. 14. Festo præter Fulgentium Placciadem favet Seneca, lib. iii de Benef., cap. 1, ubi tamen pro *lusciosi* alii legunt *vitiosi*.

N. 165. *Mactus*. Ludovicus Carrion, l. ii Emendat., c. 3, existimat ex Isidoro corrigendum Servium ad versum *Macte nova virtute*, scilicet *MACTE est MAGIS AUCTE affectata gloria* pro *affectatæ gloriæ*, nam ex Servio Isidorus sumpsit : *Mactus*, magis auctus gloria. Neque facile alibi exemplum reperietur, ubi *auctus* cum casu gignendi conjungatur.

N. 167. *Munifex*. Est a *munere* et *facio*. In glossario Isidori legitur, *Munifer*, qui munera fert.

N. 170. *Memoriam tenet*. Fortasse *memoria tenet* pro *memoriam tenet*.

N. 173. *Cæterum rationabilis*. Videlicet quia *modicus* proprie est, qui *modum* servat, moderatus, tem-

A peratus. Ac fortasse conjungendum, *cæterum rationabilis, moderatus, a modo*, etc., ut intelligatur *modicum esse a modo*.

N. 176. *Mendax*. Apud Cotelerium, t. I Patrum Apostolic., p. 257, col. 2, hujus vocis explicatio videnda.

N. 178. *Ab acie oculorum*. Grialius, et alii Editi exhibent *a facie oculorum*. Reposui *ab acie oculorum* ex Cod. veteri Palat. 281, qui in textu quidem cum aliis facit, sed in marg. præfert *ab acie*, quod verius, vel unice verum puto.

N. 179. *Mulcator*. *Mulcare* apud veteres est percutere, cædere, verberare. Pro *mulcere* usurpavit Althelmus, de septem vitiiis capitalib.

Denique si potuit cæli mulcare catervas. Inde *mulcator* significatione ab Isidoro exposita, nomen sequioris ævi.

N. 180. *Hesperios audax*. Lucani versus ita nunc habet in Editis :

B Audax Hesperios veniam metator in agros

N. 184. *Morio*. Græcæ originis est a $\mu\omega\rho\delta\varsigma$, *stultus*.

N. 187. *Nugas*. Veteres grammatici docent *nugas* indeclinabiliter usurpari posse, ut *nequam, fas, frugi*. Ac fortasse legendum *alium nugas existimantes*, ut paulo post *id est, nugas*. Vide infra, n. 192.

N. 189. *Alias nefarius*, etc. In aliis Excusis deest *alias nefarius*. Grialius, etsi puncta inter *nefarius* et *nefandus* non collocat, tamen hoc voluisse videtur ex distinctione adhibita non ut dicatur *alias nefarius nefandus*. *Anutrio* et *nutritum* est *nutritor*. Illud quasi *nutu eruditor* est veluti rei descriptio ex lusu quodam verborum, ut sæpe *alias*, non etymon.

N. 190. *Nuntius*. *Nuntium* neutro genere contra Laurentium Vallam, Jos. Scaligerum et alios, Vulpium cum Isaaco Vossio defendit, ad carm. 62 Catulli : *Nova nuntia referens*, additque Lucretium, et Varronem.

N. 192. *Nugas autem*. Heb. *Ex Hieron., Sophon.* Est autem vox Hebræa נִגְוָה .

N. 196. *Rectæ gloriæ*. Nota Vulcanii ad marginem est : *Imo rectæ sententiæ*. Utrumque *doxa* significat, *gloriam* et *sententiam*, seu *opinionem*.

N. 201. *Orbum* simpliciter pro cæco dixit Sedulius. lib. iii, v. 195. Vocem et significationem hanc Italicus sermo retinet.

N. 203. *Perfectus, cui nihil adjici potest*. Nihilominus in usu est *perfectior*. Cicero, vi in Verrem, c. 56 : *Valvas perfectiores*, etc.

N. 204. *Te multo plus*. Ciceronis verba sunt : *Quod eum multo magis figura et lineamenta hospitæ delectabant*.

N. 205. *Pellax*. Iterum *pellax*, n. 225, et *pellex*, n. 229.

N. 207. *Quod pueros agat*. Vulcanius legit pueros *agat, id est, doceat*, et notat ad marginem, *immo ἀπὸ τῆς ἀγωγῆς, id est, institutione*.

N. 211. *Antiqui enim viciam*. A *vicia* dicta *Vicipota* Victoria apud Senecam in Ludo de morte Claudii, *Dicspiter, Vicepotæ filius*, ut Lipsius notat l. ii Epistolic. Quæst., epist. 11. Jos. Scaliger, apud Senecam, legi voluerat *Nicephoræ filius*. Herba *vicia* est leguminis genus jumentorum pabulo utile.

N. 214. *Petulantes*. *Apetendo* dici, ex Festo etiam et Nonio constat. Sed Isidorus, alio usus auctore nobis ignoto, alia addit.

N. 219. *Præcinctus*. In Vulgata : *Cæpit lavare pedes discipulorum suorum, et extergere liuteo, quo erat præcinctus*.

N. 221. *Piratæ*. *Pirata* est a Græco $\pi\epsilon\iota\tau\acute{\alpha}\omega$, *conor, tento*.

N. 222. *Pugillator* et *pugillones* vix alibi quam in glossariis reperientur. Antiquiores his verbis usus non constat.

N. 224. *Varum*. *Varus* pro valde obliquo usurpatur etiam ab Apulcio. Plinii locus a Grialio citatur l. viii, ab aliis 18.

N. 225. *Pellax*. Est a *pellicio*, et *pellex*. Vide n. 205 et 229.

N. 226. *Parracida*. Grialius edidit etiam in textu *parracida*, quod non placet, neque facile apud alios invenietur. Usus communis habet *parricida*, aliquando *paricida* et *patricida*. A *parenticida* videtur deductum per synopem *parricida*.

N. 227. *Persecutor*. Significat etiam eum qui *ius suum persequitur*, aut qui alium comitatur, nisi forte corrigendum sit *prosecutor* pro *persecutor*.

N. 228. *Peccator*. Alii *peccare* derivant a *pecus*, quasi *pecuare*, hoc est, more *pecudum* operari. Alii inepte a *pedem capere*.

N. 229. *Prosedendo*. Laudatur a Barthio, lib. LX Adv., c. 7, scriptura quam in suo Codice invenit, *Prosiduæ meretrices a prosidendo*. Plautus vocat *prosedas* Poen. 1, 2, 53.

... An te ibi vis inter isteas versarier?

Prosedas pistorum amicas.

Grialius divisit *sub dolositate*, nisi id typographo ascribendum.

N. 231. *Pisinnus*. Apud Grialium erat *pisinus*. Alii plerique scribunt *pisinnus*, quod verbum Labeonis est, et fortasse etiam Martialis.

N. 232. *Quæstuosus*. A *quæstu* usitatum est; non ita *questuosus*, et *querimoniosus* a *queror*, et *querimonia*.

N. 234. *Religiosus*. Notatio nominis *religiosi* et *religionis* exhibita etiam est lib. VIII, c. 2. num. 2.

N. 244. *Superstitiosus* ait. De *superstitionis* etymo. l. VIII, c. 3, n. 6 et 7. De *sedulo*, Nonius c. 1, num. 171: *SEDULO significat sine dolo*. Profert exempla Lucilii et Ciceronis. Sunt etiam Plauti, Terentii et aliorum; et eandem etymologiam tradit Donatus. Nihil tamen minus Perottus, Forcellinus et alii repugnant.

N. 245. *Socii*. Quidam *socium* dictum putant a *se- quor*, *secta*; alii a *seco*, hoc est, *divido*.

N. 246. *Ego me esse*, etc. Afranii hæc verba esse nonnulli putant.

N. 247. *Sine cura id est*. Fortasse reponendum *sine cura*. *Idem est frigidus*; nam in Mss. passim *idem et id est* confunduntur. Ita sine parenthesis scriptura procedere poterit.

N. 248. *Superbus*. Alii *superbire* derivant a *superire*, aut *superbus* a solo *super*.

N. 249. *Susurro*. Fortasse ex hoc Isidori loco Atto Vercellensis, comment. in Epist. ad Roman., cap. 1, pag. 15, tom. I: *Susurro est qui non in facie, sed in aure detrahit; unde et a sono aurium nomen accepit, eo quod sub aure sonet*.

N. 251. *Simulator*... a *simulacro*. Potius *simulacrum* et *simulator* sunt a *simulo*, quod deducitur a *similis*.

N. 257. *Secundus*. Ex aliorum opinione est a *secando*, quia in *secundo* incipit *sectio*, et divisio.

N. 258. *Stipulator*. De etymo *stipulationis*, l. 5, cap. 24, num. 30.

N. 259. *Sanus* et *salus*. Græcam originem habent a *σάος* vel *σός*.

N. 262. *Sepultus*. Isidorus cum Servio descriptionem *sepulti* per litterarum allusionem exponit; nam notatio nominis certa est a *sepelio*, cujus vocis vera origo ignoratur.

N. 263. *Saio*. In Auctario Glossarii Cangiani, rejecta etymologia *saionis*, vel *sagionis* ab *exigendo*, et alia, quam excogitavit Hickesius, p. 153 Dissert., ab Scanogothico verbo *sakan* probabilius dicitur a *sago*, veste eorum propria, *Saiones*, seu *Sagiones* nuncupatos.

N. 276. *Venustus*. Proprie est a *Venere*. Cicero, Macrobius et alii, *Venerem* dictam volunt, quia ad omnia *venit*, vel inde omnia *veniunt*.

N. 279. *Vanus* a *Venere*. Non arridet etymologia *vani* a *Venere*; sed non fortasse melior quam alii proferunt, a *ve inanis*.

A In nonnullis mss. Etymologiæ in duas partes dividuntur, et hoc loco post librum decimum desinit prima pars, ut in variis lectionibus uberius patebit. Sed ante varias lectiones præmittendæ sunt nonnullæ appendices ad Etymologiarum libros, quos hæcenus recensuimus, spectantes, depromptæ scilicet ex antiquis Etymologiarum exemplaribus, præsertim ex mss. Vaticanis, et Toletanis, quæ vulgatis auctiora sunt.

LIBER UNDECIMUS.

Liber undecimus. Etsi Etymologiæ, ut in fine libri præcedentis annotavi, in duas partes in nonnullis mss. dividuntur, tamen libri eodem numerorum ordine procedunt, ut nempe liber hic, qui primus est secundæ partis, liber undecimus dicatur.

CAP. I. N. 3. *Vita*. Vocis *vitæ* origo rectius ducitur a Græco βίος.

N. 4. *Et creavit*, etc. Vulgata, Genes. 2, 7: *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ*.

B Isidorus in eadem sententiam disserit l. 1 Sentent., c. 12, quem ad locum pulchra est Loaisæ annotatio.

N. 13. *Nam et memoria*, etc. Quædam ex his repetit Isidorus in libro Differentiarum rerum, dum explicat quænam sit differentia inter animam et animum, inter animam et spiritum.

N. 14. *Corpus*... quod *corruptum*. Non melior fortasse opinio est illorum qui *corpus* dictum putant quasi *carnis opus*, aut a *corde* deducunt. *Caro* aliis dicitur, quod *careat vita*: malim a Græco κρέας.

N. 17. *Caro autem et corp*. Qui *carnem* inde vocant, quod *careat vita*, existimant carnem proprie dici de mortuo. *Caro* certe est quæ vivit, aut vixit.

N. 19. *Unde et presentia*. A *præs* et *sum* antiqui dixerunt *præsesse*, ex quo remanet *præsencia*. Verum alioquin est quod *præsencia* nuncupantur ea quæ sunt præ sensibus.

N. 21. *Visus*... quod *vivacior*. Similis est hæc etymologia, quæ tantum proprietatem rei explicat, neque enim proprie *visus* dictus, quod *vivacior* sit cæteris sensibus. Vera origo nominis est ab ἰδέν, ut notat Gatakerus, in dissert. de stylo Novi instrumenti, c. 38, ubi de re ipsa recte pronuntiasse Isidorum censet, quamvis nominis notationem ab eo allatam rejiciat. Plura ibi Gatakerus de *visu* pro intellectu, et quovis sensu.

N. 27. *Capitium*. Est tegumentum pectoris muliebre: Nonius minus bene interpretatur *tegumentum capitis*.

Comæ... *Unde et cirri*. Adrianus Junius in comment. de coma, cap. 1, ait *cirros* capitis pilos attonsos a Græco κελπεθαί manifesto errore interpretari Isidorum et Merulam. Ipse *cirrum* exponit quasi *in circum tortum*. Editi habent a Græco κροσέν. Pro μάλλον Vulcanius edidit *mallonem*, et suspicabatur μάλλος.

N. 31. *Discriminalia*. Verbum Vulgatæ Isaïæ c. III, 20. Confer Ducangium et not. ad l. XIX, c. 31, n. 8 et 9.

N. 42. *Cilia*. Originatio *ciliorum*, quod *cclent*, Barthio, l. XLIX, c. 9, non arridet; sed nihil melius profert. *Intercilium* apud veteres Latinos non reperitur; inde Hispani dicunt *entrecejo*.

N. 44. *Malæ*. Græci *mala* appellant μάλα; hinc etiam ob similem rotunditatem *malas* seu genas μάλα dicunt. Vide inf., n. 74.

N. 45. *Barbam*. *Barbæ* alias etymologias alii proferunt, sed quarum nulla idonea sit.

N. 47. *Nares*... *nare non desinit*. Isæus quoque, in not. ad Lactantium, de Opific. Dei, c. 11, observavit male apud Isidorum legi *manare pro nare*; eadem enim sunt verba apud Lactantium. Elymon *ignari* a *naribus* expositum fuit l. X, n. 143. In Terentii quibusdam editis lego *At non*, et *caperit*. At Priscianus, l. X, p. 879, Putsch., cum Isidoro habet *caperet* ab antiquo *capio*. Communior scriptura est cum *æ*.

N. 50. *Labiæ*... *labra*. Alii contra dicunt quod su-

perius est, *labrum* dici; quod inferius *labium*. In prosa oratione frequentius *labrum* quam *labium* usurpatur. In vetustissimo Codice Toletano margini nota hæc est adjecta: *Granon capillum super labia*.

N. 51. *A ligando cibo*. Isæus, in not. ad Laetantium, l. x de Opif. Dei, Isidoro tribuit quod ex Varrone referat *a lingendo cibo*, quia scilicet Editionem Grialii non viderat, sed alias, in quibus est *a lingendo cibum*. Lingua plectro eomparatur ab Avito l. i, v. 88. Vide not. ad Dracontium, l. iii, v. 633.

N. 52. *Colomellos*. Hispani nunc vocant *colmillos*. Ugutio, Papias et alii ex Isidoro explicationem et nomen sumpserunt; sed alii scribunt *columellos* alii *columnellos*.

N. 53. *Dentium autem*. Hunc locum fuse illustrat Salmasius, in Exereitat. Pliuian., p. 33.

N. 55. *Palatum... sicut cælum*. Iso, in gloss. ad Prudent. hymn. 10 Per., v. 932. *Sub testudine ideo dicit, quia URANON Græce Latine PALATUM dicitur, eo quod curvum est in similitudine cæli, qui et URANON dicitur*. Hispani *palatum* vocant *el cielo de la boca*.

N. 57. *Toles*. In textu Grialii erat *tolles*, in nota *tolcs*, quæ communior est scriptura etiam apud alios. Nonnulli præferunt *tolæ, tolarum*,

N. 59. *Rumen*. De *rumine* et *ruminacione* rursus l. xii, e. 1.

N. 61. *Cervix*. Ante Hortensium Pacuvius et Ennius *cervicem* singulari numero dixerant. Diserimen, quod ex Servio ad l. ii Æn., v. 507, affert Isidorus, *cervicem* in singulari numero significare *collum*, seu membrum ipsum, in plurali vero *superbiam*, aliis non placet. Ciceronem *cervicem* in singulari numero unquam dixisse multi negant.

N. 65. *Subhircos*. Guibertus l. iii de Vita sua, c. 22: *Et ascellarum, quæ subhircos nominant*.

N. 66. *Unde manupretium*. Brissonius, l. iv, e. 23, Selectar. Antiq., apud Isidorum et alios legendum ait *manupretium*, non *manuspretium*. Annotator Trekellius utrumque probat ex mss. exemplaribus.

N. 74. *Quasi malæ*. Fortasse *quasi mala*. Quia *mala* rotunda sunt, nomen inde ob rotunditatem *malæ*, et *mamillæ* trahunt. De *malarum* origine, supra, n. 44.

N. 78. *Incisio*. Vulcanii nota ad verbum *incisio* hæc est: *Alludit fortasse ad etymologiam δέρματος. Nam δέρμα dicitur ἀπὸ τοῦ δέρω, quod significat scindo, vel cædo*. Legit Vulcanius: *Cutis enim Græce incisio dicitur*. Grialius substituit *κοπή enim*, etc. Gothici duo Toletani postponunt n. 78 et 79, et præmittunt n. 80.

N. 79. *Corium*. Jul. Cæs. Scaliger exereitatione 127, de Subtilitate contra Cardanum, disputat eos qui, ut ait, *Latina puritate* delectantur, nunquam *corium pro tergo* ponere. Scaligerum Vulpus, ad Catullum, earm. 62, merito refellit, non solum quia *corium pro tergo* Catullus, Ovidius, aliique idonei auctores adhibuerunt, sed etiam quia ipse Scaliger a verbo *puritatis* non abstinuit, quod nemo bonorum Latinitatis auctorum usurpavit.

N. 82. *Ab arcando*. Retineri posset, quod edidit Grialius, ab *artando*; sed communem scripturam plaecet exprimere.

N. 87. *Quod madefaciant*, etc. Sic Dracontius, l. ii, v. 613:

Humor ut absumpas intraveritante medullas.
Vide notam.

N. 90. *Lævus*. Melius ducitur a Græco λαύς.

N. 94. *Palæ*. Vox hæc pro duobus ossibus latis seapularum exstat apud Cœl. Aurelianum, l. iii Auctor., e. 3, et alibi apud eundem.

N. 99. *Umbo*. Est quidquid in plano prominet in conii figuram, ex Græco ἄμων.

N. 101. *Longao*. Apud Varronem nonnulli habent *longabo*.

N. 103. *Virus*. Dicitur quidem de semine animalis, et de viri semine dici potest, sed proprie est *succus*

A vitalis cuiusque rei; et interdum pro *noxio* accipitur. N. 106. *Femora et femina*. Sunt a *femur*, quod in genitivo facit *femoris*, et frequentius *feminis*. Neque verum ullum discrimen inter *femora* et *femina* reperitur.

N. 107. *Suffragines*. *Genu* est flexura, seu curvatura supra facta, cui contraria est *suffrago*, subtus fraeta, ut accidit etiam in brachiis.

N. 108. *Genu* a Græco γόνυ reete ducitur.

N. 111. *Talus... tholus*. Seribo *tholus*, quamvis apud Grialium et alios sit *tolus*. In Gothieis Mss. est *talus dictus a talo*.

N. 114. *Calcis prima*. Isidorus, ut puto, scripsit *calces*; ex quo librarii fecerunt *calcis*, mutato *e* in *i*, ut in Mss. sæpe accidit.

N. 115. *Solum dicitur*. De *soli* significatione vide commentar. ad Prudentiam multis in locis ex indice.

N. 116. *Viscera*. Notat Barthius, lib. XLIV Adversar., cap. 12, in homiliis quæ vulgo Eusebio Emiseno tribuebantur, linguam quoque inter viscera reponi.

N. 131. *Jejunum... intestinum, unde et jejunium*, Hoe idem *jejunii* etymon Isidorus protulit l. vi, e. 19, n. 65.

N. 135. *Hinc et uter*. Scilicet *uter, utris*, ut l. xx, c. 6. ubi etiam *utrem*, ab *utero* Isidorus derivat.

N. 138. *Lotium*. A *loto* aut *lotu* diei, etsi dispar est quantitas, consentiunt alii; sed nonnulli easam inde repetunt, quod interiores partes corporis per quas *lotium* meat, hoc humore abluuntur. Usus quidem vel abusus *lotii* in vestimentis lavandis et mundandis certus est. Catullus quoque, carm. 36, ad Egna., et Apuleius, in Apolog., indieant consuevisse olim Hispanos *lotio* dentes friare, quo eandiores essent.

N. 147. In Codice Regiovatiano 1850 sunt Etymologiae cum allegorica expositione. Exempli loco, proferam inter appendices, n. 15, c. 2 hujus libri, qui in Ms. est liber vi insertum: *De situ et habitu corporis humani*; et c. 3: *Quomodo humana membra ascribuntur diabolo*.

CAP. II. N. 4. *Ad gignendum adulta*. Iterum, n. 15. *Adolescens... ad gignendum*. Sex hominis ætates Engenius Toletanus recenset, sed cum aliquo discrimine, in recapitulatione ad Hexæmeron Dracontii. Vide mea prolegomena in Dracontium, p. 18 et 21.

N. 11. *Puer natus est nobis*. In Vulgata: *Parvulus enim natus est nobis*. Et apud Jeremiam, loc. cit. *Noli dicere: Puer sum... Ne timeas*, etc. Ad hunc enim locum respicere videtur Isidorus.

N. 12. *Pupilli autem dicti, quasi*. Fortasse legendum: *Pupilli autem dicti orbi, quasi sine oculis*. Reposui *decesserunt*, ex Mss. Gothieis *pro decesserunt*.

N. 14. *Laudantur simili prole puerperæ*. In antiquis Editionibus, *Laudatur primo prole puerpera nato*; quod ab Isidoro per lapsum scriptum Munekeus existimabat, ad Fulgent., Mythol., e. 26, l. i. p. 61. Grialius verba ipsa Horatii restituit.

N. 20. *Et formavit*. Vulgata: *Et ædificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem*.

N. 23. *Vira*. Festus, verbo *Querquetulanæ viræ: Feminas antiqui, quas nunc dicimus, viras appellabant*; unde adhuc permanent *virgines* et *viragines*. Mariana, in Genes ii, 23, ex Hebræo idiomate illustrat lulum illum verborum: *Hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est*.

N. 25. *Quo jure*. Cum verba Terentii sint ex prologo Hecyræ, ubi Donatus significationem *adlescentioris*, de qua n. seq. explicat, videntur colloanda infra post verba, *ut senior, minus senex*. Terentius: *Quo jure sum usus adolescentior; ubi comparativus gradus*, etc.

N. 28. *Quasi annosa*. Nam si commune Sanetus Martinus Legionensis, l. ii, pag. 484, serm. in Dominica secunda post Pascha, totum hunc Isidori

locum profert, scilicet n. 27, 28, 29. Legit autem Sanctus Martinus *quasi annosa. Hinc et vetula*, etc. ommissis omnino verbis illis: *Nam si commune... senem mulierem?* quo Chaconis conjectura comprobatur. Anilitatis vocabulo venuste usus est Catullus, *carm.* 60:

Usque dum tremulum movens
Cana tempus anilitas
Omnia omnibus annuit.

N. 30. *Senectus autem.* Horatius, in *Arte poetica*: *Multa senem circumveniunt incommoda.*

N. 31. *Mors dicta.* Sanctus Julianus Toletanus, l. i *Prognost.*, c. 4, ita legit hunc locum: *Mors dicta est (in Ms. meo veteri deest est) quod sit amara, vel a morsu primi hominis appellata. Nam cum primus humani generis parens lignum vetitum per inobedientiam contigit, per morsum mortem incurrit. Unde et a MORSU MORS ipsa utique appellatur. Tria sunt genera mortis, etc.* Sequor Codicem meum vetustum; nam Editiones variant. Sed non omittenda nota doctissimi Editoris operum Patrum Toletanorum, t. II, p. 11: *Ex hoc loco confirmatur lectio aliquorum Codicum mss. Sancti Isidori, in quibus totidem verbis continetur hæc altera MORTIS etymologia a MORSU ducta. Quam lectionem cum indicasset Editio Parisiensis Sancti Isidori (Bignæana ex Vulcanio) regia nostra Editione antiquior, quare in hac non solum, rejecta est a textu, sed et omnino in margine prætermissa, non videmus.* Sæpe ita de Grialio quæri possemus, qui adco laudem brevitatis affectavit, ut varias lectiones non contemnendas, quas in Editione Bignæana præ manibus habebat, omnino præteritas voluit, et hac in re Editioni Bignæanæ magna ex parte concinunt duo vetustissimi Codices Gothici Toletani, ut in *Var.* lection. dicam. Non ausim tamen scripturam Editionis Grialianæ, quæ in vetustissimis membranis exstat, rejicere. Sed advertam Julianum Toletanum, qui Isidori fere æqualis fuit, diversum aliquod exemplum Etymologiarum vidisse; nam, ut sæpe monui, antequam Isidorus ad Braulionem totum opus misit, plures ejus partes seorsum editæ circumferebantur. Etymologiam *mortis* a *Marte* Isidorus, l. viii, c. 11, n. 54, expressit. Cæterum *mortem* a Græco *μῆρος*, *fatum exitiale*, appellari, alii magis probant. Vide Vossium, Martinium, et Guil. Junium in dissertatione Lipsiæ edita 1743 *De cultura mortis Deæ olim exhibitæ*. Cæsellius Vindex unam e tribus *Parcis Mortam* nominatam fuisse tradidit, quod Gellius, l. iii, c. 16, non videtur approbare.

N. 32. *Infantium acerbam mortem, et funus acerbum,* ex Apuleio et Virgilio commemorat Barthius, l. xix *Adv.*, c. 5.

N. 35. *Cadaver.* Tertullianus, l. *De resurrect. carn.* c. 18: *Atque adeo caro est, quæ morte subruitur, ut exinde a CADENDO CADAVER recunvietur.* Hoc est, quod innuit Isidorus, *quia jam stare non potest*; neque video cur Barthius, l. *LIV Adv.*, c. 26, ineptum id dicat; magis enim ineptum puto, quod ipse tradit, *cadaver dictum quia omnis illius forma, omnis species corrucrit.*

CAP. III. N. 3. *Monstra vero a monitu*, etc. t. I Patrum Apostolic., p. 60, Edition. Cotel., plura exponuntur de signis et monstis.

N. 7. *Alii magnitudine partium*, etc. De his Salmasius in *Exercit. Plin.*, p. 32.

N. 14. *Prævaricatores angelos*, etc. Vide not. *adv.* 235 *Carminis* in *Genesis* post *Juvenem* append. 1.

N. 21. *Satyræ.* De Hieronymi loco, quem Isidorus exprimit, videndus Rosweydis in *Onomastico* post *Vitas Patrum*, verb. *Faunus, satyrus, Incubus*, etc.

N. 24. *Octonos.* Grial. edidit *octenos*.

N. 31. *Quia fluctus Venerem creav.* Poetæ Venerem mari ortam finxerunt, ex quo dicta *Aphrodite, Pontia, Marina, Pelagia*, etc.

N. 32. *Vorticibus*, Scribitur etiam *verticibus*.

N. 34. *Dicunt et hydram.* Eadem et iisdem fere verbis de *hydra*, c. 4, l. xii.

N. 37. *Centauris autem.* Duo Gothici Codices Toletani ita id exhibent: *Centauris autem species vocabulum indidit, id est, hominem equo mistum, quos quidem*, etc.

N. 38. *Semibovemque*, etc. De eo Ovidii versu, quem ejus amici tolli volebant, curiosa est narratio Senecæ in *Controvers.* l. II, *contr.* 10, versus fin.

LIBER DUODECIMUS.

CAP. IV. N. 2. *Herbarum veneficio.* Grialii Editio *herbarum beneficio*.

N. 3. *Concava littorei*, etc. Ovidii versus ita habent *Concava littoreo si demas brachia canero, Cætera supponas terræ, de parte sepulta Scorpium exiliet, caudaque minabitur unca.*

N. 6. *Animalia, quæ eduntur.* Ignota aliis hæc proprietas nominis. Sic etiam multi *pecus* a Græco *πέκος*, quod est *vellus*, deducunt, non a *pascendo*.

N. 9, not. *Mactant lectas.* Apud Grialium erat in nota *mactant lectis*, quod correxi, ex l. *IV Æn.*, v. 57; mendum enim puto.

N. 10. *Vervex.* Iso, in gloss. ad *Prudent. hymn.* 10 *Perist.*, v. 187: *VERVEX vocatur a VERME, quem habet in fronte, qui commovens incitat eum ad prælium.* Ex *Glossario Isidoriano* discimus hunc vermem *simultum* vocari. Confer notas ad hoc verbum.

N. 13. *Erit ergo hædus.* Grialius ediderat *hædus*, et ita quidem nonnulli scribunt; sed etymon poscit *hædus*, quod probat Varro, l. *IV Ling. Lat.*, c. 19: *Hircus, quod Sabini FIRCUS; et quod illic FÆDUS, in Latio rure HEDUS, quod in urbe ut in multis, a addito, FÆDUS.* Idem Grialius, ut ex nota liquet, in textu edi voluit *ederæ*, vel *hederæ*; sed remansit *edere*, quod ad Grialii mentem in *hederæ* converti. Vide præfationem Grialii in nostris *Isidorianis*, c. 51, n. 9. Isidorus ut *hederam* ab *edo*, ita *hedum* vel *hædum* ab ipso *edo* duci posse existimavit.

N. 14. *In transversum*, etc. Inde Virgilius, *ecl.* 3, v. 8. *Transversa tuentibus hircis.* Grialius in textu, *ciniphii*.

N. 17. *Spiritu narium*, etc. Vide not. ad v. 639, 640, l. I *Carminis Dracontii de Deo*:

Frontibus arboreis amittunt cornua cervi,
Anguibus assumptis sed mox palmata resurgunt.

N. 21. *Innubus.* Sive *innulus*, filius cervi, ex aliorum sententia ducitur ab *ἴνυος*, *filius*.

N. 22. *Damula... damæ.* Alii a *δέμα*, *timor*, faciunt *dama*.

N. 23. *Lepus.* Gellius, l. 1, c. 18, verba alia *M. Varronis* profert, ex l. *XIV Humanarum*, ubi ait *L. Ælium* aliquoties errasse: *Nam aliquot verborum antiquorum Græcorum, perinde atque essent propria nostra, reddidit causas falsas... In quo non modo Ælii ingenium non reprehendo, sed industriam laudo; successum enim fortuna, experientiam laus sequitur.* Ostendit Gellius simili modo *Varronem* de *fure* errasse videri; sed addit: *In hac re de viro tam excellentis doctrinæ non meum judicium est.* Ita viri docti, etiam cum in hujusmodi nominum originationibus ab aliis dissentiant, non insolenter tamen se gerunt. T. I *Patrum Apostolic.* *Cotelerii*, p. 31 et seqq., multa annotantur de lepore aliisque animalibus, quorum hic fit mentio.

N. 24. *Cuniculi.* Alii dicunt *Hispaniam* nuncupatam a *cuniculis*, quia hi punice *Spania* vocantur: quam etymologiam rejicit amœnissimus scriptor *Jos. Franciscus de Isla*, in not. ad 1 part. *Compendii Historiæ Hispaniæ a Duchesnio Gallicè editi*, et a se in sermonem *Hispanum* conversi.

N. 25. *Sus... quod pascua subig.* Varro, l. II de *Re rust.*, c. 4: *Sus Græcè dicitur ὄσ, olim THYSUS dictus, ab illo verbo quod dicunt ὄσειν, quod est immolare. A suillo enim genere pecoris immolandi initium primum sumptum videtur.* Ovidius, l. *XV Met.*, v. 111:

...Prima putatur
Hostia sus meruisse mori, quia semina pando
Eruerit rostro,

Confer dissertationem Joan. Philippi Casselii de sue
in sacrificiis gentilium.

N. 30. not. *Syri fratris*. Lege apud Grialium *Sa-
tyri fratris*.

N. 34. *Ex eis gerulae*. Solinus adjectiue dixit *gerula*,
scilicet *cornua potuum gerula*. Substantiue *gerulae*
ex Hofmanno sunt vasa vini, aut eujuslibet humoris
capacia. *Gerlas* hodie Burgundi vocant vasa ampla lac-
tis aut aquae *gerula* ex ligno facta. Vide Dictiona-
rium Ducangii auctum, et Salmasium, p. 230 Exerc.
Plin.

N. 35. *Camur*. Vulcanius edidit *camor* pro *camur*,
et conjicit legendum *καμρόλον*. De voce *camuro* pro
curvo vide comment. ad Prudentium hymn. 12 Peri-
steph, v. 53 :

Tum *camuros* hyalo insigni varie cucurrit areus.

N. 36. *Dromeda*. Glossarium Camberonense ms.,
apud Rosweydam, in Onomastico, post Vitas Pa-
trum : *Dromedus, et dromas, et dromedarius idem
animal est, minus camelo, sed velocius atque eur-
rentius; unde et DROMONES vocantur longae quaedam
naves veloces*. Vide alia ibi de *dromadibus*. Latini
antiquiores dicebant *dromas, dromadis*; sanctus Hiero-
nymus vocavit *dromedarios*. De navibus *dromoni-
bus*, l. XIX, c. 1.

N. 37. *Ruminatio*. De *rumine*, supra, l. XI, c. 1,
n. 59.

N. 48. *Badius*. Vulcanii hæc est annotatio : *ἐπὶ τῶν
βάλων, hæc est, ramis palmarum, qui colorem spadiceum
referunt, et hodie Hispani hunc colorem BAYO
vocant. Et UN BAYO equum spadicei coloris vocant.*

N. 50. *Nam veteres glaucum alb...* *Melinus*. Quod
glaucum veteres dixerint album, rursus c. 6 innuitur
ex Græca etymologia. *Melinus* est species coloris
nativi candidi. Dicitur etiam *melinus* color luteus,
vel flavus.

N. 53. *Myrteus est pressus in purpura*. Forcellius,
verb. *Myrteus*, verba Isidori interpretatur, *qui
est pressus in purpura*, hoc est, subniger, aut fuscus
sine splendore, Italice *baio scuro*. Verba Servii ad l. III
Georg., v. 82 : *Quos phœniciatos vocant, pressos,
myrteos : ipsi sunt badii*.

N. 54. *Dosinus... equiferos*. Salmasius, p. 250
Exerc. Plinian. *dosino* equo applicat Virgilii verba :
color deterrimus albis, Et gilvo, l. III Georg., v. 82.
Grialius in textu edidit *dosinus*, in not. *dossinus*.
Isidorus videtur voluisse *dosinus*, quia deducit ex *de
asino*. Aliud etymon a *dosso*, quod veteres dicebant
dossum, exigeret *dossinus*, ut *dossuarius*. Mentio
equiferorum, qui sunt equi feri, occurrit apud Plin,
l. XXVIII, c. 10 et 13.

N. 57. *Judæi asserunt quod Ana abnep*. In vetus-
tissimo Gothico Ms. Toletano legitur : *Judæi asserunt
quod Hanaan nepos Esau*, et in var. lection. Baye-
rius, sive Burriellius annotavit : *Hanaan pro Chanaan,
quod Gothis perpetuum, ut amih pro amici, maicus
pro magicus, loicus pro logicus*.

N. 60. *Hanc enim feminarum dicunt*. Apposui di-
cunt, quod abest a textu Grialii; sed adest in not.
et in aliis Excusis. Sensus exigeret *earumque satiata*,
et *species earum*, nisi intelligas *eorum vultuum*.

N. 61. *Dux gregis*. Nonnulli antiquissimi Codices,
ut Vat. 623, et Ottob. 477, addunt *dux gregis*. *Lycisca
ex lupo, et catula*. Cap. seq., n. 28 : *Lycisci autem di-
cuntur, ut ait Plinius, ex lupis et canibus*. Huc faci-
ciunt versus Eugenii Toletani, l. I, carm. 22 :

Hæc sunt ambigena, quæ nuptu dispere constant.
Burdonem sonipes generat commistus asellæ.
Mulus ab arcadiceis et equina matre creatur.
Tityrus ex ovibus oritur, hircoque parente.
Musmonem capra verveno semine gignit.
Apris, atque sue setosus nascitur hybridis.
At lupus et catula formant coeundo Lyciscam.

A Fortasse legendum *vervecis semine* pro *verveno*; pro-
prie autem *vervex* pro *ariete* usurpari nequit.

CAP. II. N. 6. *Scymniquæ leonum*. *Scymnus* pro-
prie est catulus leonis; ac fortasse Isidorus totum lo-
cum Lucretii expressit :

... Scymniquæ leonum.

Unguibus, ac pedibus jam tum morsuque repugnant.
Vix etiam cum sunt dentes unguisque creati.

Vide Append. 16.

N. 12. *Rhinoceros... monoceros*. Montfauconius,
tom. III Supplem. Antiq., l. I, c. 9, ita verba Isi-
dori accipit, ut *rhinocerotem et monocerotem* duo ani-
malia diversa esse explicet; scilicet, *idem et mono-
ceros*, hoc significat, quod sicut *rhinoceros* sic appella-
tur, quia in nare cornu habet; ita *monoceros* sic
vocatur, quia in media fronte cornu unum præfert.
Ac fortasse legere præstitit *item et monoceros*;
nam in Mss. *item et idem* passim confunduntur. Alia
tamen est explicatio Roberti de Sorbona in glossis
ad librum Numeror., t. II Commentar. Menochii editio-
nem. Venet. 1743, p. 473 : *Rhinoceron Græce, La-
tine interpretatur in NARE CORNU. Eadem bestia
Græce MONOCERON, Latine UNICORNIS vocatur, eo
quod unum cornu habeat in media fronte, pedum
quatuor*. Raderus, in comment. ad Martial., p. 37
seq., et 51 seq., agit de *rhinocrote*, quem a *mono-
cerote* distinguit. Breulius, ad marginem, indicat Pin-
tum, ad c. LI Isaïæ, et Pipinum, serm. 10, de secretis
secretorum.

N. 13. *Virgo puella proponitur*. Montfauconius,
loc. cit., exhibet imaginem ex gemma puellæ aperto
sinu unicornem amplectentis.

N. 14. *Græcis enim mons λόφος*. Gisbertus Cuperus,
exer. I, c. 1, de elephantis eorumque barritu agit;
et ex Bocharto reponendum ait apud Isidorum *mons
δλόφος* pro *mons Clifio*, ut mendose olim legebatur.
Ex Thoma Hyde advertit vulgatissimum elephantis
nomen apud Indos esse *bari*, seu *bri*. Scriptores qui
vocem *barrus* commemorant recenset Bochartus, part.
I Hieroz., l. II, c. 23. *Ebur* quod sit *e barro* dictum,
ut rursus asserit Isidorus, l. XVI, c. 5, consentiunt
plerique. Arabes elephantum appellant *fil*, dentem
ejus *cenafil*; ex quo, ut puto, Hispani ebur dixerunt
marfil. Vide Becmann., de origin. Ling. Lat., verb.
Ebur, et Vossium. in Etym., qui minus recte etymon
Isidorianum *cinnabaris* a dracone et barro rejicit, quia
barrus vox Latina est, et *cinnabaris* vox jam a Græ-
cis usurpata fuerat. *Barri* vocem orientalem esse
Isidorus ipse innuit, ac multi alii confirmant. Rostrum
proboscis, an *promuscis*, ut Grialius edidit, dicatur,
parum interest: Mss. codices variant apud Isidorum,
et alios; sed communior scriptura est *proboscis*,
quam sequi placet. Etymon elephantis, quod *monti*
formam præferat, comprobari inde potest, quod a
multis aliis monti comparatur, ut a Dracontio l. I
Carm. de Deo, v. 286 :

C Instar montis habens incedit bestia mole;
ubi fortasse legendum *molem* pro *mole*.
N. 15. *Boves lucas*. Varro, l. VI Ling. Lat. ele-
phantos *boves lucas* dictos putat non tam a *Lucania*,
vel a *Libya*, ut alii opinantur, quam a *luce*, quod longe
reclucebant propter inauratos regios clypeos quibus
eorum ornatae erant turres.

N. 16. *Nunc sola India*. Non satis liquet cur Isi-
dorus neget, vel unde hauserit, quod *nunc*, hoc est,
suo tempore, sola India elephantos genuerit, ut ite-
rum asserit l. XIV, c. 3, n. 12. Nam Africa etiam-
num eos gignit. De elephantis, uti de aliis quoque
bestiis, quarum hoc c. Isidorus meminit, accurata
descriptio exstat in Gallico dictionario Animalium,
Parisii ann. 1759.

N. 17. *Gryps vocatur*. Grialius in textu *Gryphes
vocantur, quod sit*, in not., *Gryphs vocatur*. Alii
Excusi *Gryphes vocatur*. Fortasse Isidorus scripsit
Gryphis, ut infra in Mss. est *lyncis* pro *lynx*, vel
gryphus, ut alii efferunt. Interea retinemus *Gryps*,

quæ communior est scriptura. Animal creditur fabulosum.

N. 18. *Chamæleon*. Est a χαμαι, *humi*, et λέων, *leo*, quasi *parvus leo*. Grialius, et alii Excusi scribunt *camelcon*, cui scripturæ favet etymologia ex *camelo et leone*, alioquin falsa, et quæ ne Isidori quidem fortasse est. Nam ea verba, *eo quod cameli*, etc., desunt in Ms. Albanio, in ms. 1 archivii Vat., et in aliis; et sensus videtur esse: *dictus autem ita, hujus chamæleontis. Corpusculum*, etc. ut indicetur genitivus *chamæleontis*.

N. 19. *Camelopardus*. Sive *camelopardalis*, ut ab Isidoro vocatur, l. xiv, c. 5, n. 15, a Capitolino et Vopisco dicitur *camelopardalus*.

N. 20. *Numeratur*. Ex Solino, c. 2. *In hoc animalium genere numerantur et lynces*. Salmasius tamen, p. 88 Exereit. Plinianar., prætulit eum libris mss. *nominantur et lynces*. Refellit etiam Solini sententiam, quia lyux hoc tantum simile habet lupo cervario, quod masculis similiter distinctus est.

N. 21. *Cicero in Scauriana*. Oratio Ciceronis Scauriana, sive pro M. Emilio Scauro., deperdita est. Exstant quædam ejus fragmenta ab Asconio Pediano in commentariis servata. Confer fragmenta Ciceronis eum not. Andreæ Patricii. Versus Juvenalis ita se habent:

.... Imitatus castora, qui se
Eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno
Testiculorum: adeo medicatum intelligit inguem.

Versus Virgilii, 1 Georg., v. 58, a Grialio laudatus, ita legendus:

At chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus
Castorea,

Scilicet mittit. Hinc castores *canes pontici* dicti.

N. 22. *Sic format*. Versus *Sic format*, etc., non invenitur in earmine Dracontii, quod ex ms. Codice Vaticano typis commisi, maxima ex parte non ante editum.

N. 28. *Lycisci*. De *lycisco*, seu *lycisca*; vide not. ad n. ult., eap. præc. Alii omittunt *indæ*, aut *Indiæ*. Pro verbis *insiliri et nasci* supplendum *aiunt*, aut aliquid simile.

N. 29. *Quasi volupes*. Aut *volipes*. Displacet hoc etymon nonnullis recentioribus, quamvis ab antiquissimis doctis hominibus adoptatum, aliudque in Græco nomine quærent.

N. 37. *Ichneumon*. Isidorus in corruptum aliquem Dracontii Codicem incidit; nam Dracontius non de *ichneumone*, seu *suillo* loquitur, sed de *Psyllis* Africæ populis, l. 1 carm. de Deo, v. 515. Vide not. et prolegom. n. 7. Salmasius, p. 446 Exereit. Plinian., versum in Dracontii carmine non invenerat, et male in Isidoro legi *suillus* pro *sullus* asseruit. At, p. 1315, tradit *silurum* ab Hispanis vocari *Suillo* (fortasse *sollo* voluit dicere) et ex Isidoro observat poreulum marinum hujus ætate vulgo vocatum *suillum*. Sed præterquam quod Isidorus, ut dixi, depravatam Codicem Dracontii legerat, in quo erat *suillus* pro *Psyllus*, minime *suillum* vel *sullum* de *porculo marino* acceperit, sed de *ichneumone*, qui vulgo *mus Indicus* dicitur; de quo Plinius, lib. viii, c. 24 et 25. An autem Isidorus ex priore Editione Solini, quod ait Salmasius, p. 446, enhydron *ichneumonem* vocaverit, dubitari potest; nam quod refert Plinius de *ichneumone*, quod luto convolutus, cum os erocodili aperiunt, in eorum ventres insilit, etc., id de *enhydro* Isidorus commemorat. Verum ita etiam *enhydros* ab *ichneumone* distingui potest. Solinus, c. 45 de Ægypto: *Trochilos*, ait, *avis parvula est: ea dum reduvias escarum affectat, os belluæ hujusce* (erocodili) paulatim scalpit, et sensim scalpurigine blandiente aditum sibi in usque fauces facit. Quod *enhydros* conspicatus, alterum *ichneumonum* genus, penetrat belluam, populatisque vitalibus, erosa exit alvo. De *enhydro*, sive *enhydride*, Plinius, l. xxx, c. 3, et l. xxxii, c. 7: *Enhydri vocatur a Græcis coluber in aquis vivens*, etc.

N. 38. *Catum... catat*. In textu Grialii erat *cattum*, et *cattat*, cui scripturæ favet vox *captura*, et interpretatio Salmasii, p. 1009 Exereit. Plinian., qui illud *cattat* ex *captat* factum putat. Frequentius *catus* scribitur: huc faciunt verba Varronis, et prima in *catus* brevis.

N. 40. *Melo*. Seu *melis* aliis, est ex genere felium silvestrium. Salmasius, loc. cit., rejicit interpretationem ex Capro desumptam, quod ita dicatur, quod *mella* captet, vel *rotundissimo sit membro*.

CAP. III. N. 1. *Minuente luna*. De hac phrasi ac de re ipsa vide not. ad l. 1 Dracontii, v. 735 et 736: Et minuantur aquæ, luna minuente, liquores. Vide etiam inf., c. 6, n. 48, hujus libri.

N. 3. *Mustela*. Scribitur etiam *mustella*, ut Grialius edidit; sed communior scriptura est *mustela*, cui favet etymon. Cotclerius, ad Patres Apost., t. I, p. 35, auctores indicat qui tradunt *mustelam* per os concipere, per aurem parere, et addit frustra laborare viros doctos, quando vulgatam Isidori lectionem sollicitant. Alii contra asserunt *mustelam* concipere aure, parere ore.

N. 4. *Aranea*. De aranea quod hic deest, suppleri potest ex c. 5 hujus libri, et c. 27 libri ix. Alii Excusi ita exhibent: *Musarancum, cujus morsu aranea moritur. Est in Sardinia animal*, etc. Alioquin mus araneus apud Latinos est animal muris magnitudine, *mustelina* specie, quod in Britannia reperitur. Quæ de *solifuga* ait Isidorus, petita sunt ex Solino, c. 4, al., 10, ubi legitur *occultim reptat*, etc. Sed viri docti notant Solinum in vitiosos Codices incidisse, aut perperam ipsum bestiolam descripsisse, et nominasse: quæ ab aliis *solipunga*, *solipuga*, *salpuga*, et *solpuga* solet nuncupari. Vide Festum et Plinium, l. xxix, c. 4, etc., et c. seq. hujus libri cum nota Grialii, n. 33.

N. 6, not. *Tota mihi*, etc. Martialis sunt versus *Tota mihi*, etc. Potuisset etiam Grialius ex antiquissimo Codice Gothico Toletano alium versum proferre; sic enim habet: *Reviviscunt. Unde quidam: Dormiunt glîres hiemem perennem*.

CAP. IV. N. 1. *Pro Geniis locorum*. Mendose legitur in plerisque Exequis *pro Geniis lucorum*, et *sacer est lucus*. Pro *habiti semper* fortasse melius esset *habiti sæpe*. De Geniis veterum, qui singulis quibusque locis ascribebantur, vide Prudentium, l. ii contra Symmac., v. 444 et seq., cum commentario. De serpentibus videndi Begerus de Nummis serpentiferis, et Spanhemius de Præstant. et usu numismat., p. 216 et 219.

N. 4. *Omnium animantium*. Conjici potest *omnium reptantium super terram*.

N. 5. *Esse necessaria*. Supple *traditur*, vel quid simile. Pugnam inter dracones et elephantes describit Solinus, c. 38. Vossius, de Theolog. gent., l. iv, c. 52, duos Julii Cæsaris nummos profert: alterum, in quo pugna elephantum et draconis exprimitur, alterum in quo draco obritus ab elephanto. Puto ex Solino sumptum, quod ait Isidorus: *Gignitur autem in Æthiopia et India in ipso incendio jugis æstus*; ac fortasse legendum *et inter ipsa incendia jugis æstus*. Solinus ait: *Æthiopia, etc. A meridiana parte mons editus mari imminet, ingenuo igitur per æternum fervidus, et in quiete jugis flagrantibus: inter que incendia jugis æstus draconum magna copia est. Porro veris draconibus*, etc. Isidorus intellexit, *inter incendia jugis æstus* magnam draconum copiam esse: sed Solinus, absoluta montis perpetuo igne fervidi descriptione, subjungit, in Æthiopia magnam copiam draconum esse, non ita ut inter ipsa incendia jugis æstus gignantur. Æthiopiæ autem nomine antiqui sæpe Mauros et omnes Africæ incolas includebant.

N. 10. *Vipera... Num cum venter ejus*, etc. Hanc veterum opinionem de vipera partu et conceptione fuse exponit Prudentius in Hamartigenia, v. 582: *Sic vipera, ut aiunt*, etc.

- N. 11. *Pastilli*. De pastillis Plinius, l. XXIX, c. 4 : *Fiunt ex vipera pastilli, qui theriaci vocantur a Græcis, exemplis interaneis, etc.* Adde Sarisberiensem, l. 7, c. 10.
- N. 12. *Fertur autem aspis*. Sensus planius ita procederet. *Fertur autem, quod aspis, etc.* Sanctus Martinus Legionensis, t. IV Oper., p. 205, in expositione Epistolæ sancti Jacobi, totum hunc locum exseribit, sed eodem modo legit atque in Editis. Editor notat exstare Calmeti dissertationem de *excantatis serpentibus*, quæ crudita sane est.
- N. 13. *Latine situla*. Ita etiam Martinus, loc. cit. Rursus de dipsade n. 32.
- N. 15. *Per sanguinem evocet*. Hoc verbo utitur Solinus, c. 40, al., 27 : *evocat per cruorem, scilicet hæmorrhoids evocat*.
- N. 16. *Prestet*. Scribo *prester*; non, ut Grialius, et alii, *præster*. Locus Isidori et Solini mutatione non videntur indigere. Solinus ait c. 40 : *Prester quem percusserit, distenditur, enormique corpulentia necatur extuberatus*.
- N. 17. *Seps, etc.* Hæc fere eadem iterum n. 31 : *Seps exigua serpens*.
- N. 18. not. *E Solin*. 40. Verba Solini ex c. 40 proferenda sunt. Grialius, caput 30, excitat, atque ita sæpe ordinem capitum in Solino mutat, quem interdum ad notiores editiones redegi. Solinus ergo ait : *Cerastæ præferunt quadrigemina cornicula, quorum ostentatione, veluti esca illice, sollicitatas aves perimunt. Nam reliqua corporis de industria arenis regunt, nec ullum indicium sui præbent, nisi ea parte, qua invitatis dolo pastibus, necem præpetum aucupentur*. Nonnulli legunt *passibus pro pastibus*. Salmasius, p. 339 Ex. Plin., conjicit Isidorum apud Solinum legisse *invitatis dolo passeribus*; ipse autem corrigit, *nisi ex ea parte quæ invitantis dolo pastus* (in genitivo *pastus*) *necem præpetum aucupetur*.
- N. 19. *Scytale*. Tergi varietatem quam in *Scytale* cum Solino Isidorus agnoscit, negat Salmasius in Exercit. Plinian. p. 339.
- N. 20. *Amphisbæna*. Amphisbænam non a duobus capitibus dictam, sed quia ex utraque parte graditur, ante et retro, multi putant, qui etiam negant duo illi inesse capita, quamvis caudam a capite non ita facile sit discernere.
- N. 23. *Hydra*. De *hydra* dictum l. XI, c. 3, n. 34.
- N. 27. *Parias*. Scribitur etiam *parcas*.
- N. 30. *Animodytes*. Apud Lucanum ex Grotii emendatione lego : *Quam parvis tinctus maculis, etc.*, et mox *animodytes*. Plerique scribunt *ammodytes*, nonnulli *hammodytes*, alii *ammodites*.
- N. 32. *Dipsas*. Confer supra, n. 13, de dipsade.
- N. 33. *Solpunga*. Cap. præc., n. 4, dictum de *solfuga*, al., *solpunga*. De *cæcula* observandum ex nota Grialii, n. 19, *scytalem* ab interprete Dioscoridis *cæciliam* nominari. De *cæcilia* agit etiam Plinius l. IX, c. 51.
- N. 35. *Βάτραχον*. In Excusis erat *βότραχον* pro *βάτραχον*, quæ verior est scribendi ratio. Ac fortasse legendum etiam erit *batrax* pro *botrax*. *Batrachus* est genus piscis marini aculeati, de quo Plinius l. XXII, c. 11. De *botrace* nihil apud alios reperio, ne apud eos quidem qui de serpentibus agunt, aut apud lexicographos Græcos.
- N. 38. *Stellio*. Festus ex Verrio tradit *stellionem* potius dictum quod virus *stillet* cibo, quam a *stellarum* similitudine. Non placet.
- N. 39. *Frigidæ sunt*. In Cod. 1 arch. Vat. pro *frigidæ sunt*, et *sunt frigidæ*, bis occurrit verbum *frigidescunt*, quod genuinum mihi videtur. De similibus verbis in *cscere* non ita obviis vide Comment. ad Prudent., l. II contra Symmach., v. 913.
- N. 43. *Serpens autem, etc.* Verba Vulgatæ sunt : *Sed et serpens erat callidior cunctis animalibus terræ*.
- CAP. V. N. 2. *Aranca*. De *aranca* rursus lib. XIX,
- A c. 27. In Gothico Ms. Toletano vetustissimo post *suspendium* hæc adduntur : *Hæc enim cum tela pariter immutantur. Unde quidam :*
Agrestes tineæ (res observata colonis)
Ferali mutant cum papilione figuram,
Fortasse legendum *immutat*.
- N. 8. *Bombycinum*. *Bombycina* in plurali absolute vocantur vestes bombycinæ. Hoc fere sensu Isidorus *bombycinum* accipit pro tela bombycina.
- N. 11. *Tinea*. Alii putant *tineam* dictam a *φθίω*, *corrumpo*.
- N. 13. *Hemicranium... Costi*. Utroque modo scribitur *hemicranium*, et *hemicrancum*, et melius *Cossi*, quam *Costi*.
- CAP. VI. N. 2. In Vulgata est *et spatiosum manibus ; illic, etc.* De piscibus Romanis exstat libellus Paulii Jovii.
- N. 5. *Nigri merulae*. Ex nota Grialii apparet eum in textu edere voluisse *meruli*; sed revera legitur *merulae*. Atque ita dici debere ostendunt non solum grammatici, sed etiam exempla ex Plinio, Ovidio, et aliis. *Merula* etiam est avis genus, sive mas, sive femina. Nihilominus auctor carminis de philomela, v. 13, ait :
Et merulus modulans tam pulchris concinit odis.
Ib. Albouarii et alvouarii fortasse rem eandem significant; nam in Mss. *b* sæpe cum *v* confunditur. *Albouarius* est coloris albi, et *varii*, ut *albobilius*, etc., sed ita ut *albus* color emineat; *Alvouarius* poterit accipi pro vario colore in alvo. Sed illud prius magis rei congruit; et fortasse turdus marinus albovarius ille est, qui a Rayo inter alios turdos marinos nominatur *turdus major varius*. Inter pisces, qui a similitudine nomen habent, turdum recenset Quintilianus, l. VIII, c. 2, et Varro, l. IV de Ling. Latin., c. 12, et alii allegati in Dictionario Gallico Animalium, verb. *Tourd*.
- N. 6. *Orbis... Calceamentorum soleis*. Apud Plinium, loc. cit. a Grialio, in correctis Editionibus, legitur *orbis*, non *orchis*. Scripsi ex communiori usu *calceamentorum soleis*; pro quo Grialius habet *calciamentorum soliis*. Mallem etiam *instar calceamentorum soleæ*: nam *instar* poscit genitivum.
- N. 8. *Exaudivit me, etc.* Verba Jonæ in Vulgata sunt. *Et exaudivit me ; de ventre inferi clamavi*.
- N. 11. *Delphines certum habent vocabulum*. Verba Solini sunt cap. 12, al., 22, apud Grialium cap. 18 : *Certum habent vocabulum, quo accepto vocantes sequuntur ; nam proprie simones vocantur*. Solinus hæc accepit ex Plinio, l. IX, c. 8 : *Vocantur autem delphines SIMONES, quia simum rostrum habent*. Quod de crocodilis hic narratur, iterum n. 19, reperitur.
- Ib.* Salmasius, Exercitat. Plinian. p. 336, verba hujus numeri exseribit, et addit : *Non poterat melius rescribi*. Corrigit autem Salmasius *sulli* pro *suilli*, permotus versu Dracontii, ubi olim legebatur : *Præcidit suillus*; et ipse, ut metri ratio constet, emendat : *Præcidit sullus*. Verum jam cap. 2 hujus libri, n. 37, ostendit legendum apud Dracontium :
Prædicat Psyllus vim cujuscumque veneni.
- N. 17. *Tradunt, etc.* Hæc eadem inf., n. 51.
- N. 18. *Aure feriat*. Non satis assequor, quid sibi velit Isidorus. In not. Grialii erat de *ferendo*; reposui de *feriendo*; nam videtur Isidori verba *aure feriat* respicere.
- N. 20. *Pisces quidam*. Hos delphinas esse dixit n. 11. Sed fortasse sunt etiam alii. Hic dicuntur hi pisces *cristam* habere *serratam*; ibi delphines Nili *dorsum serratum*.
- N. 23. *A similitudine capitis*. Rondeletus, l. XV, c. 9 et seq. describit quamdam speciem leporis marini, qui lepori terrestri in rostro similis est. Sed hic lepus marinus videtur diversus ab eo de quo Plinius alique veteres agunt.
- N. 24. *Denique reti*. Alii habent *rete* in ablativo

quod ex usu quorundam veterum retineri potest
Vide not. ad Sedulium, l. II, v. 62 :

Mansit, et angusto deus in præsepe quievit.

N. 25. *Mullus in vino... affert.* Multa exemplaria vetera ita exhibent : *Mullus in vino necatus, hi qui inde biberint, tædium vini habent.* Quod crediderim ex ævi Isidoriani consuetudine procedere; nam sæpe nominativus pro ablativo absoluto adhibebatur.

N. 28. *Glaucus.* Cap. I hujus libri, n. 50 : *Glaucum veteres dicebant album.*

N. 30. *Scarus.* Hispani litteræ s præponere solent e; qui usus jam Isidori tempore videtur viguisse; nam ab *esca* deducit *scarum*, quasi scribatur *escarus*.

N. 33. *Hamia.* Grialius edidit *hamio*, sed in not. ait scribendum *hamia*, quod propterea substitui.

N. 36. *Ostendit.* Apud Grialium erat *designat* parenthesi inclusum, quod indicat deesse id, aut simile verbum in Mss. In Gothico primo Toletano est *ostendit*, quod restitui.

N. 41. *Anguilla vino.* Hic rursus in vetustis exemplaribus occurrit nominativus absolutus pro ablativo : *Anguillæ vino necatæ, qui ex eo biberint, tædium vini habent.*

N. 43. *Murænam.* De *muræna*, t. I Patrum Apostolic., p. 34, in notis, disserit, quam coire cum vipera nonnulli negant, alii asserunt, alii dubitant.

N. 44. *Polypus.* T. I Patrum. Apost., p. 32, de *polypo*, ex Athenæo et aliis multa annotantur.

N. 45. *Torpedo.* De torpedine exstat pulchrum Claudiani carmen.

N. 46. *Sepia.* Non *sæpia*, ut Grialius edidit, Græce dicitur *σπία*. Tom. I Patrum Apostolic., p. 32, notatur, sepiam, persecutore piscatore, atramentum ex alvo emittere, ut eum eludat.

N. 48. *Incremento lunæ.* Confer c. 3 hujus libri, n. 1, de corporum quorundam mutatione in defectu et incremento lunæ.

N. 49. *Celæ.* Salmasius, pag. 1127 Exercitat. Plinian., legendum hoc loco ait *cælæ*, non *celæ*; sed neque eam vocem *cælæ* recte a *cælo* vel *cælo* deduci, ut Isidorus innuit. Nam *cælæ* Græce est *κόλαι*, scilicet *cavæ*.

N. 51. *Tradunt quidam, etc.* Repetuntur hæc ex n. 17.

N. 52. *Ostrea dicta est a testa.* Licetbit reponere : *Ostrea dicta a testa sine est, vel dicta sunt a testa, vel potius a testa, qua.* Nam relativum *quibus* non est cui possit congruere.

N. 54. *Angusta ab sede.* Editiones Virgilit *angusta a sede*; sed Isidorus fortasse invenit *ab sede*.

N. 56, not. *Item e Plin.* Plinium ex hoc Isidori loco emendari observat Salmasius p. 1122 Exercit. Plinian.

N. 58. *Grandiores cunctarum.* Phrasis sequiori ævo usitata pro *grandiores cunctis*.

N. 59. *Acredulæ.* Salmasius, pag. 1318 Exercitat. Plinian., legit *acredulæ*, et observat Isidorum *acredulas* hic exponere ranas parvulas, alibi (c. seq., n. 37) lusciniam, sed nusquam verum tetigisse; nam *acredula* est ulula, dicta ab *acri* et acuta voce. Verum de ave *acredula* plures sunt opiniones; nam alii putant ululam esse, alii lusciniam, alii alaudam, alii ravarinum. Neque tamen apud omnes exploratum est non esse genus quoddam ranæ *acredulæ*, sive *acredulæ* nuncupatæ; non enim desunt qui Ciceronis versus Latinum ex Græco Arati, l. I de Div., c. 8 :

Et matutinis acredula vocibus instat,

de rana accipiant. siquidem vox Græca Arati *δολογών* *canam* etiam significat. Hæc quidem interpretatio inepta multis videtur; sed antiquam eam esse ex Isidoro colligitur.

N. 60. *Spongia.* Grialius *sfungia*, et mox *fungiis*. Restitui communem ubique scripturam *spongia*, quæ Græca vox est. Neque obstat etymon a *fungere*, quod potius usum rei indicat quam originationem vocis. Verba Ciceronis, loc. cit., sunt : *E foro spongiis effringi sanguinem*, ut multi legunt cum Servio ad l.

VIII *Æn.*, v. 634. Vulgo legitur *effundi* pro *effringi*. *Ib.* Grialius scripserat *pennicilli*.

N. 63. *Loliginum.* Grialius hic edidit *luliginum*, supra, n. 47, *lulligo*. Scriptura communior est *lorigo*, aut *lolligo*.

CAP. VII N. 1. *Aliæ enchoriæ.* *Encorius* pro indigena et regionali usurpatur etiam a Philargyrio, ad IV Georg., v. 298. Salmasius, p. 170. Exercit. Plinian., legit *aliæ enchoræ*; et ex Frontino citat *enchores lapides*, et ex Vitii Patrum, *unus enchoris*. Sanctus Hieronymus, ep. 104, dixit *enchoria avium genera*. Nonnulli scribunt *incores*, aut *encores* pro *cuchores*, et melius *enchorii*. Vide Ducangium.

N. 5. *Pulli* originatione ex Græco *πῶλοι*. Alia, quæ Isidorus passim affert, ad proprietatem rei aliquam ex alliteratione explicandam, non ad verum etymon pertinent.

N. 13. *Avis... tarda*, hunc Hispanis *avutarda*, sive *abutarda*. Nonnulli dicunt hanc esse avem quam Itali vocant *gallo di montagna*, gallum montanum; alii *starda* Italiæ vocant, Gallice *outarde* sive *otarde*. Vide Dictionarium Gallicum jam laudatum de Animalibus.

N. 18. *Cygnus.* Cum num. seq. dicat Isidorus *cygnum* esse nomen Græcum, quod nunc ait esse a *canendo*, tantum vult ex allusione litterarum proprietatem avis in memoriam revocari, non veram originationem agnoscere : quod identidem repetendum, ne etymologiæ tanquam ineptæ irrideantur.

N. 19. *Cygnus in auspiciis.* Sanctus Martinus Legionensis, t. I, serm. 2, de Natali Domini, p. 444, totum hunc locum de cygno exseribit, et legit, *quia se commergit in undas*. Servius, ad l. I *Æn.*, v. 397, ita hos duos versus refert :

Cygnus in anguriis nautis gratissimus ales.

Hunc optant semper, quia nunquam mergitur undis.

Scriptura quæ ex sancto Martino exposita est minus vera videtur; nam cygni ideo nautis prospera portentunt, quia, cum multum natent, nunquam tamen merguntur, ut hos ex Isidoro versus exponit Aldrovandus. Ornithol. t. III, p. 26.

N. 20. *Struthio.* Inde Hispanice *avestruz*.

N. 23. *Cinnamolqus.* In nota Grialii legendum vel intelligendum : *Cinnamum idem est cum cinnamomo*; nam *cinnamolqus* est avis, ut Isidorus explicat; de qua vide not. ad Dracontii l. I earm. de Deo, v. 326, ubi adverti similes nidos iis quos Isidorus refert, nunc magno pretio coemi, ex insulis Philippinis exportatos ut delicatarum hominum mensis apponantur.

N. 24. *Psittacus.* Psittacorum præsertim post reptam Indiam occidentalem multa enumerantur genera. De psittaco antiquorum præter Solinum videndi Aristoteles, Plinius, Apuleius et alii. Quid autem sit quod olim psittaci sine magistro scierint proferre vocem *ave*, vel *χαῖρε*, explicant interpretes Martialis a l. loc. cit., et Persii ad hujus prologum, v. 8 : *Quis expedit psittaco suum χαῖρε ?*

N. 25. *Cyaneus.* Est cæruleum colorem referens; ac proinde reetus videretur *ales oceanæ*, nam verba quæ sequuntur ad Oceanum, non ad colorem cæruleum referuntur. Et Grialius quidem in not. indicat a se scriptum *oceanæ*, sed in textu apparet *ales cyaneæ*. Plinius quidem, lib. X, c. 32, scribit halcyones esse colore cyaneo ex parte majore. Sed alii tradunt, pro diversa ad lucem aut ad solem conversione halcyones colorem variare.

Ib. De Pelicano videndi etiam Eusebius, et pseudo-Hieronymus in psalmum 101. Grialius scribebat *pellicanus*; sed recta scriptura est *pelicanus*, aut, quod alii malunt, *pelecanus*, a *πελεκάν*, quia rostrum latum habet. Multi putant pelicanum esse onocrotalum, de quo Plinius, l. X, c. 47, atque ita sanctus Hieronymus Lev. XI, vertit *onocrotalum* ex Græco *pelicano*. Alii alias aves pelicani voce intelligi volunt, ut explicat Calmetus in Diction. biblic., ubi advertit veteris philosophiæ tantum præjudicio credi, quæ de

filii pelicani cruore illius in vitam revocatis commemorantur. De onocrotalo, n. 32.

N. 27. *Stymphalidæ*. *Stymphalus* est lacus, et mons eodem nomine altissimus Peloponnesi in Arcadia. De avibus stymphalidibus Hyginus, fab. 20 et 30, et Servius, ex Æn. lib. viii, v. 300. Munckerus, ad Hyginum, fab. 30, defendit scripturam *Stymphalidæ* pro *Stymphalides*, ut *heroidæ* pro *heroides*, etc. Quod autem ait Breulium temere correxisse *Stymphalides*, falsum est; nam in prima Breulii editione legitur *Stymphalidæ aves a Stymphadibus insulis*.

N. 32. *Onocrotalon*. Vide not. ad n. 26. De *onocrotalo* agit etiam Plinius, l. x, c. 47.

N. 34. *Coredulus*. Cum *coreduli* nomen apud alios non inveniam, dubitabam num aliquis ex carduele, de quo num. 74, *coredulum* fecisset. Nonnulli putant Isidorum pro *corydalo*, quæ est alauda, *coredulum* scripisse.

N. 36. *Brachiorum membris* legebatur in Excusis antiquis; sed Grialius recte reposuit *membranis*, quamvis non desint, qui *membris* pro *membranis* retineri posse putent; et in Gothicis Toletanis *membranis* legitur, in quorum antiquissimo hæc est ad marginem additio: *Namsicut et mures, iste pullos ex proprio fetu generat*.

N. 37. *Acredula*. De *acredula* conferenda sunt quæ dixi ad c. præc. n. 59.

N. 39. *Bubo*. De malo augurio bubonis Plinius, l. x, c. 12 et 13.

N. 41. *Nycticorax*. Ab aliis creditur esse bubo: vox proprie significat corvum nocturnum. Bochartus, de Animal. sacr. Script., part. II, l. II, c. 20, existimat vocem Hebraicam *cos*, quam Vulgata et septuaginta Interpretes *nycticoracem* interpretantur, esse onocrotalum.

N. 43. *Stridet*. Ita etiam Ovidius, l. vi Pastor., v. 128:

Est illis strigibus nomen; sed nominis hujus
Causa, quod horrendum stridere nocte solent.

Alii legunt *horrenda*, alii *horrenda stridere voce*. Plinius, l. xi, c. 39, in fin.: *Fabulosum arbitror de strigibus ubera eas infantium labris immulgere*. Serenus Sammonicus, c. 59, v. 1044:

Præterea si forte premit strix atra puellos,
Virosa immulgens exsertis ubera labris.

Ovidius, loc. cit., v. 125:

Nocte volant, puerosque petunt nutricis egentes,
Et vitiant cunis corpora rapta suis.
Carpero dicuntur lactentia viscera rostris:
Et plenum potō sanguine guttur habent.

Ait Isidorus: *Lac præbere fertur infantibus*, quia, ut ferebat vulgi opinio, ita eos alliciebat, ut eorum sanguinem exsugeret. Virgilius, l. xii, v. 862, strigem describere videtur:

Alitis in parvæ subito collecta figuram....

Alii intelligunt noctuam.

N. 44. *Cornix*. Græce κερώνη. Horatius, l. iii, od. 17, v. 16:

Augur aquæ annosa cornix.

N. 45. *Quidam voluit*. Hic fuit Varro, cujus nomen peperit Isidorus, non Quintilianus, cujus verba exprimit ex lib. i, cap. 6, al., 10: *Cui non post Varronem sit venia? qui agrum, quod in eo agatur aliquid, et graculos, quia gregatim volent, dictos, Ciceroni persuadere voluit? cum alterum ex Græco sit manifestum duci, alterum ex vocibus avium*. Plinius, l. xi, c. 37, sect. 79, et c. 47, docet *graculos* dici a sono vocis *gra, gra*. Festus vel a sono oris, vel a *gereado* semina seu baccas, quasi *geraculos* nuncupatos *graculos* censet.

N. 46. *Picæ... poetricæ*. Apud Persium, in prologo, plerique legunt *poetrias picas*.

N. 47. *Diu hæc*. Plinius, l. x, c. 18, ita id explicat: *Sunt et parvæ aves uncorum unguium, ut pici Martio cognomine iusignes, et in auspiciu magni, etc. Pullos in cavis (arborum) educant soli. Adactos cavernis eorum a pastore cuveos, ad-*

A *mota quadam ab his herba, elabi creditur vulgo*. F. 49. *Argiva primo*. In Martialis versu nonnulli habent *Argiva primum*.

N. 50. *Abscisi*, seu *castrati* erant sacerdotes Cybeles; sed Galli dicebantur a Gallo fluvio, non qui *castrati* erant.

N. 51. *Anas*. Varro, l. iv de Ling. Lat., c. 13 *Anas a uando*.

N. 52. Plinius, lib. x, c. 22: *Et anseri vigil cura, Capitolio testata defenso, per id tempus canu silentio proditis rebus*. Adis Livium, lib. v, c. 47. In Editione Breulii nota hujus in textu Isidori a typographo per errorem immissa est: ita enim legitur: *Deprchensus est. Ut refert. Livius lib. v, Plutarchus in Camillo, Florus l. i, c. 13*. Quæ desunt in Editione Bignæana, quam Breulius sequebatur.

N. 53. *Leporinam sapiat*. Grialius in textu editionis antiquis *leporinam sapiat*, hoc est *carnem leporinam*; in nota *leporum sapiat*.

B N. 54. *Ab assiduitate emergendi*. Vide Varronem l. iv de Lingua Lat., c. 13.

N. 55. *Accipiter*. De accipitre, tom. I Patrum Apostolic., p. 30, Cotelerius ad verba Barnabæ quædam curiosa notavit. In verbis Apostoli Mss. Gothicæ Tolet. habent: *Si quis accipit*. Verba Apostoli: *Sustinetis enim, si quis vos in servitute redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, etc.* In glossario Isidori accipiter dicitur etiam *acceptor*, videlicet, *pipiunculus, accipiter, acceptor*. Lucilius usus fuit voce *acceptor* pro *accipiter* apud Charisium, l. i, pag. 76, Putschii.

N. 59. *Ossifragum*. Hispani eadem significatione vocant *Quebrantahuesos*.

N. 62. *Titos vocant*. Varro, l. iv de Lingua Lat. cap. 15: *Sodales Titii dicti ab TITIUS avibus, quas in auguriis certis observare solent*. Palumbem avenæ non castam, sed salacem alii dicunt. Quod ait *amissum corporali consortio*, aliorum morem sequitur, quod *consortium pro consorte, conjugium pro conjuge* usurpant. Vide not. ad Juvenum, l. iv, v. 16.

N. 63. *Perdix*. Ita quoque Græce dicitur. De ejus natura conferendus cum Isidoro Plinius, l. x, c. 33.

N. 66. *Cujus sanguine*, etc. Hæc fabulosa sunt.

N. 67. *Cuculos*. Pro *cuculos* duo Mss. Toletanæ sapius laudati exhibent *ciculos*, ac fortasse ita solin vocabant.

N. 69. *Merula*. In Achaia candida est. Plinius sic ait, l. x, c. 30: *Merulæ circa Cyllenem Arcadiae, nec usquam alibi, candidæ nascuntur*. E Solinus, cap. 12, de Arcadia loquens: *Cum alii locis merula fulva sit, circa Cyllenem candidissima est*. Arcadia est pars Achaïæ, in medietate Peloponnesi.

N. 70. *In aere capiat escas*. Non satis apparet etymologia, quod in aere capiat escas, et edat; sed neque alia idonea nominis notatio occurrit. Quod enim *hirundinem* ex Græco χελιδών nonnulli derivant, non placet. De *hirundine* multa Plinius, l. 10, c. 24 et 33.

N. 71. *Turdela*. Quod *turdela* sit major turdo apud alios non invenio. *Turdelix* et *turdillus* pro parvo turdo a nonnullis indicantur.

N. 72. *Fufurio*. Hoc etiam nomen, uti alia plura Isidori, in lexicis desideratur.

N. 74. In Eeditis erat ἀκανθίς. In Virgilii versu melius alii legunt *et acanthida*.

N. 78. *Auguriantur*. Pro *auguriantur* reponi posset *augurantur*, quod magis Latinum est. In verbis *fidem non habet* intelligendum erit, *tertia species fidem non habet*, hoc est, apud veteres ipsos, quæ priora illa duo auguria certa et rata credebant.

N. 81. *Ovorum vim*. Salmasius, ad Ælium Spartianum, pag. 243, lin 26, ex Juvenalis interprete observat sulfure quoque solere vitrum solidari. E vitro ductili et flexibili confer l. xvi, c. 16, n. 6.

CAP. VIII. N. 1. *Quod sine pedibus*. Hæc etymo-

logia satis apud veteres probata fuit; repugnat nihilominus Jul. Cæs. Scaliger.

N. 3. *Costros*. Sermonem hic esse de cœstris, cum Clacone credo; sed nihil propterea muto. Nam ejusmodi errores inde exortos censeo, quod Isidorus, sive antiquior alius, in Codices corruptos incidit, ex quibus deceptus fuerit, et interdum unam eamdemque rem in duas ob diversa duo nomina diviserit. Plinius, de cœstris, l. xi, c. 16: *Nascuntur in extremis favis apes grandiores, quæ cæteras fugant: cæstrus vocatur hoc malum.*

N. 4. *Crabro*, ut alii putant, dicitur ab ingrato ejus stridore, vel a *craceo*, quod est gracilem esse. *Scrabæus* Græcum nomen est, quin necessarium sit a *crabrone* derivari.

N. 6. *Cicindela*. Festus: *Cicinaela genus muscarum, quod noctu lucet, videlicet a candore.* Grialius scripsit *cicendela*; Vulcanius et alii *cicendula*.

N. 9. *Pedibus sit longis, velut hasta*. Hoc etymon a Becmano, et aliis irridetur. Recte, si quis veram vocis originem tantum quærat; at veteres non sine aliqua utilitate proprietatem rei ex nomine ipso exprimere tentabant, ut ex *locustæ* vocabulo, quod *pedibus longis*, ut *hasta*, *locusta* sit prædita. Neque alia ratione defendi potest originatio, quam Becmanus exhibet verbo *uro*: quod *locustæ* dicuntur, quia *loca* omnia, quæ insident, veluti *ustulant*, et omnia frum genera depascunt.

N. 10. *Cicadæ*. De *cicadis* plura Plinius, l. xi, c. 26 et 27. Intellige, *nec usquam alibi tot*.

N. 13. *Culex*. Isidorianum etymon Becmanus probat: *Culex*, inquit, quasi *aculex*. Observat culici turpam et lanceam Tertullianum tribuere.

N. 15. *Œstrus*. Utroque modo dicitur masculino et neutro genere, *æstrus*, et *æstrum*; sed frequentius *æstrus*. Confer. num. 3. *Tabanus* etiam a Varro pro asilo usurpatur l. ii de Re rustica, c. 5. Plinius, l. xi, c. 28: *Reliquorum quibusdam aculeus in ore, ut asilo, sive TABANUM dici placet, item culicibus ut quibusdam muscis.*

N. 16. *Bibiones*. Salmasius, in not. ad Spartianum, in Adriano, c. 16, legit *bibones*, et interpretatur *culices*. Sed *culex* genus est, cujus species est *bibio* ex vino natus. Neque est cur *bibonem* potius dicamus. Ex vulgari veteri vocabulo *mustiones* ad Hispanos transiit nomen *mosquitos*.

N. 17. *Gurgulio*. Proprium vermiculi nomen est *curculio*, qui ita dicitur, ut ex Varrone vult Servius ad i Georg., v., 185, ex *gurgulione*, hoc est, gutturate. Cæterum ob litterarum similitudinem apud antiquos vermiculus etiam vocatur *gurgulio*. In Codice veteri Vaticanopalatino 281 Etymologiarum invenio fragmentum quoddam de sonitu avium aliorumque animalium, quod in eruditorum gratiam, et ad hujus libri illustrationem, inter appendices Etymologiarum, loc. 17, reponam.

LIBER DECIMUS TERTIUS.

CAP. I. N. 1. *Et mundus per eum*. In Vulgata: *Et mundus per ipsum factus est.*

CAP. II. N. 2. *Ad aliquam minutiam*. Lactantius, de Ira Dei, c. 10: *Pulveris minutias videmus in sole. cum per fenestram radios immiserit.* Utitur aulem Isidorus voce *atomus* in mascul. et femin. genere, quia utroque modo usurpari potest; sed frequentius adhibetur in femin. genere; quod proinde recentiores plerique retinent.

CAP. III. N. 1. *Hyle, materia, silva* etiam ad apparatus litterarum transferuntur. Atteius philologus apud Suetonium, de Grammaticis, c. 10: *Hylem nostram aliis memento commendare: quam omnis generis cocymus, uti scis, octingentos in libros.*

N. 3. *Omnibus inesse*. Supple *Græci dicunt*, aut quid simile.

CAP. IV. Num. 2. *Hoc autem Græce*. Grialius in nota cum aliis Excusis edidit *Hoc autem Græce*; in textu vero *Hic autem Græce*; nescio an de industria

ita variaverit. Sanctus Martinus Legionensis, qui t. II, serm. 2, in Septuag., p. 17 et 18, totum hoc caput descripsit, exhibet: *Hoc autem Græce*, etc. in aliis verbis nonnihil discrepat, ut, n. 1, *luminaria* et *luminaribus* pro *lumina* et *luminibus*.

N. 3. *Volucres cæli*. Sanctus Martinus, loc. cit., refert: *Dominus etiam in Evangelio volucres cæli appellat.* Ubi eruditus Editor hanc notam apposuit: *Isidorus legit: Et psalmus volucres cæli appellat. Sed tam in Psalmis quam in Evangelio volucres cæli sæpe memorantur, ut videre est in Psalmis VIII et CIII et in c. VIII et XIII Matth., IV Marci, VIII, IX et XIII Lucæ.*

CAP. V. Num. 1. *Æther*. Sanctus Martinus Legionensis, loc. cit., p. 30 et seq., hoc c. 5 et 6 describit: *Unde Isidorus doctor eximius ait: Æthera locus est*, etc. Recte monuit editor legendum *Æther locus est*.

N. 2. *Et cum motu ejus*. Apud Grialium erat *et cum mora ejus*, quod ex Mss. et aliis Editis mutavi in *cum motu ejus*.

N. 5. *Poli*, etc. Hæc fere repetuntur in l. de Natur., c. 12, uti plura alia hujus libri in eodem opere enarrantur, ubi uberiores notas qui velit invenire poterat. *Polus* autem ex vero etymo non a *poliando* derivari debet, sed a Græco *πολέω*, ex quo est *πόλος*, cardo, *polus*.

CAP. VI. Num. 2. *Arctorum*. Sanctus Martinus Legionensis, loc. cit., refert etiam *arctorum*, sive, ut ibi editum fuit, *artorum*; quæ proinde lectio vetus est.

N. 7. *Zodiacus*, etc. Hæc omnino prætermissa sunt a sancto Martino Legionensi, qui substitit in verbis *austri partibus commorantur*; ac videtur nihil aliud in suo Codice sancti Isidorigisse, subdit enim illico: *His de sphaera cæli ac de quinque zonis a beato Isidoro breviter dictis*, etc.

CAP. VII. N. 1. *De quo Virgilius*. Virg., loc. cit.:

Ante levi jaculo longum per inane secutus.

quod Grialium fugit. Nihil ergo mutes.

CAP. VIII. N. 2. *Simul et fulgura exprimit*. Malim *simul et fulgur emicat*; hoc certe clarius est. *Fulgetram* pro *fulgetro* usurpavit etiam Plinius Senior.

CAP. IX. N. 2. *Ex vento*, etc. Ex antiquis fulminis effectus præter alios recensent Seneca, l. II Quæst. natur., c. 31, et Plinius, l. II, c. 51.

CAP. X. N. 4. *Et ad nubes*. Crediderim legendum *et ad nimbos, ad pluvias pertinent*. Vide Servium, ad i Æn., v. 747: *Unde imber et ignes*, et ad Æn., l. III, v. 194, et l. V, v. 10:

... Cæruleus supra caput astitit imber.

N. 13. *Aer carens sole*. Ita passim alii umbram describunt; sed Becmanus, verbo *Umbra*, advertit *umbram* aerem non esse; nam proprie *umbra* est in aere ἀπουσία φωτός, absentia luminis. Et hoc est quod Isidorus mox innuit, *illi lumen auferimus*.

CAP. XI. N. 3. *Vulturnum*. Salmasius, p. 1245

Exercitat, Plinian., negat *Vulturnum* esse a latere dextro Subsolanii; nam plerisque idem est *Vulturnus* atque *Eurus*, qui a latere sinistro Subsolanii collocatur. Alii vero medium Eurum statuunt in cardine Orientis æquinoctiali, ut Favorinum apud Gellium. Verum, ut Gellius ipse ait, apud veteres vulgo neque de appellationibus ventorum, neque de finibus, neque de numero conveniebat. Contra Favorinum facit Plinius, qui l. III c. 47, ait: *Ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriente brumali Vulturnus*. Ita etiam Seneca, l. V natur. Quæstion., c. 16. Isidorus quidem, nescio quem secutus, *Vulturnum* diversum ventum ad Euro, et Euronoto statuit, cumdemque esse putat qui *Cæcias* vocatur, ut liquet ex libro de Natura rerum, c. 37: *Vulturnus ipse, qui et Cæcias vocatur, dexterior Subsolanii*. Et respondent versus de ventis post cit. caput in nonnullis Mss. et Editis descripti.

N. 6. *Corrumpat aerem*. Aliter Gellius, l. II, c. 22: *Is latinè Auster, græce Νότος nominatur, quo-*

niam est nebulosus atque humectus: vocis enim Græce humor nominatur. Ita Gellius ex Favorini sententia.

8. In primo Ms. Toletano miræ antiquitatis hæc adduntur: *Favonius nuncupatus eo quod soveat fruges et flores. Hinc Græce Zephyrus, quia plerumque vere flat, unde est illud:*

... Et zephyro putris se gleba resolvit.

Zephyrus Græco nomine... Zephyro fiunt.

N. 10. *Corus*. Scribitur *Caurus*, et *Corus*, et inserta aspiratione *Chaurus* et *Chorus*; sed non propterea vera nominis ratio est, quod quasi *Chorum* faciat. Id enim more suo Isidorus adjicit, ut ex literarum alusione intelligamus *Corum* in ventorum enumeratione extremum esse, ac veluti *Chorum* claudere; nam in libro de Natura rerum a Septentrione incipit, et desinit in *Cauro*, seu *Coro*.

N. 12. *Circius*. Fortasse est is ventus qui Hispanice dicitur *Cierxo*; qui scilicet ex Septentrionis parte fiat. Gellius, loc. cit. advertit ventum *Circium*, qui ex parte Galliae flaret, a Varrone, cum de Hispanis scriberet, appellari *Cercium*. Plinius, Seneca, Favorinus, et alii *Circium* ventum peculiarem Galliae Narbonensis esse existimare videntur; quod confirmare potest scripturam *Gallicum*, et ex parte *Gallie*. Confer tamen Salmasium, p. 1258 Exereit. Plinian., et Vossium, ad Pomponium Melam, l. 11, c. 5, inter se contrarios.

CAP. XII. N. 2. *Aqua*. Hæc veterum fuit communior opinio, aquas in cælo stare: quæ perspicuis sacrae Scripturae testimoniis comprobatur. Vide not. ad Dracontium, l. 1, v. 25 et 137. Isidorus fortasse scripsit quibus igni, et aqua interdicitur.

N. 4. *Rapiunt eo secum*. Non male esset quod habent Mss. Goth. Tolet., *rapiunt et secum*.

CAP. XIII. N. 2. *Ex Clitorio lacu*. De *Clitorio* lacu, seu fonte, qui abstemios facit, consentiunt Plinius, l. 4, c. 6, Livius, l. xxxiv, c. 35, et Ovidius, XII Metam., vers 322. *Clitor*, seu *Clitorium*, est urbs Arcadiae, juxta quam lacus *Clitorius* collocatur; ac certum videtur sermonem Isidoro esse de *Arcadiae* lacu, non *Italiae*. Totum hoc caput illustrari poterit dissertatione Joan. Henrici Schmidii Lipsiae edita, 1738, de Fontibus ex arte medica claris.

N. 3. *In Chio insula*. Vulcanius notat aliter apud Plinium legi *In Cea insula*. *Cea*, quæ etiam *Ceos* et *Cia* dicitur, est una Cycladum prope insulam Helenam, aquarum copia celebris, de qua Plinius, l. 14, c. 12, et l. 19, c. 22. ad quem locum videndus Harduinus in notis et emendationibus.

N. 7. *Marsyæ*. Grialius, in textu, cum aliis Editis *Marsidæ*, in not. *Marsyæ*. Vulcanius observat aliter apud Plinium legi, *in Arcadia*; ac revera *Styx* exstat in Arcadia, quæ pars est Achaiae.

CAP. XIV. N. 1. *Et congregationes*. Vulgata: *Congregationesque aquarum appellavit maria*.

N. 4. *Non esse colorem*. Supple *constat*, ut alibi, aut *Servius ait*, aut quid simile.

CAP. XV. N. 1. *Removit*. In Impressis et Mss. plerisque legitur *removet pro revomit*, quod resutuo ex antiquissimo Ms. Toletano, ubi est *revomet*, quia sæpe in Mss. *i* mutatur in *e*.

N. 2. *Maris magni*. Hoc est, Mediterranei, ut Grialius, cap. seq., n. 4, exponit. Latini Oceanum vocabant mare exterius, Mediterraneum mare magnum, ut ab aliis maribus, excepto Oceano, et sinibus intra Mediterraneum, distinctionem adhiberent. Quod lexicographi observare neglexerunt.

N. 3. *Juxta Græcias et Illyricum*. Pro his verbis, conjectura cujusdam erat *juxta Xestum et Abydum*.

N. 5. *Ægeum*. Etymon *Ægei* maris non uno modo explicatur ab antiquis scriptoribus, Strabone, Varrone, Paulo, ex Festo, Suida, Ptolemaeo, etc. Solinus et Isidorus ad Plinium respiciunt, et ex eo reformandi sunt. Plinius, l. 14, c. 11, vocatum ait *a scopulo inter Tenum et Chium, quem nautæ αἴγα*

Appellant, quoniam procul visentibus capræ similis creditur.

N. 10. *Plagia*. *Plagiam* eodem sensu quo Servius usurparunt Gregorius Magnus, Isidorus Pacensis, et alii, quorum verba legere poteris in Ducangi dictionario. Itali quoque inde *spiaggia* vocant.

CAP. XVII. N. 1. *Persicus, Arabicus*. Mare Erythræum, seu Rubrum, in duos dividitur sinus, Persicum et Arabicum. Arabicus Oceano ascribitur. Vid. Plinium, lib. VI, cap. 23, et Melam, lib. III, cap. 4 et seqq.

N. 2. *Rubrum autem mare vocatur*. Curtius, lib. VIII, cap. 9: *Ab Erythra rege inditum est nomen propter quod ignari rubere aquas credunt*. Illum regem *Erythram* Esau, qui rufo pilo erat, nonnulli volunt fuisse.

CAP. XVIII. Num. 3. *Rhegium*. Eadem *Rhegium* freti originem pandunt Justinus, Plinius, Festus et alii.

BN. 4. *Quasi formam*, etc. Melius videretur quod exhibet primus Cod. Tolet.: *Quasi formam hominis habeat capitibus succincta caninis*.

N. 5. *Et inde ubi*. Grialius in textu edidit *inde ubi* ut habent alii Excusi. In not. indicat, *ubi pro ibi*, e sensus quidem exigit *ubi*: scilicet *inde emergunt*, vel *se emergunt navcs, naufragium passæ ubi*, vel *postquam laniatæ sunt*.

CAP. XIX. N. 1. *Mari magno*. Hoc est, mediterraneo, ut jam dixi.

N. 2. *Labuntur in fluviiis*. Forte, *labuntur in fluvios*.

N. 3. *Illustratur*. Sanctus Martinus Legionensis qui locum hunc exscribit tom. II, serm. in capite jejunii, pag. 100, legit etiam *illustratur*. Grialius conjicit ex *incrustatur*; sed Justino et Eusebio, quo allegat, rectius conjicere potuisset *illinatur*.

CN. 4. *Quingentis octoginta*. Sanctus Martinus, loc. cit., etiam exhibet *septingentis octoginta*; sed emendatio Grialii videtur retinenda; nam facile numerorum mutatio in Mss. incidit. In nota Grialii erat *Salinarum*. Vere lib. Reposui *Hieron.* pro *Vere nisi malis Beda*.

N. 5. *Salubrior*, etc. Fortasse hac de causa in nummis Tiberiadis urbis, imperante Trajano cussis, conspicitur dea Sanitas anguis spiris cineta, ac monti ascendens ex quo dives aquarum vena decurrit. Quo emblemate balnea etiam salubria intelligi possunt. Lacus Tiberiadis, qui, ut ex nota Grialii, num. seqq., colligitur, plura nomina habuit, et *Genereth*, vel *Kinnereth*, *Genesareth*, vel *Genesar* dicitur, eentum stadia in longitudine, quadraginta vero in latitudine occupabat ut auctor est Josephus, de Bello Jud., l. III, c. 18.

N. 6. *Centum quadraginta*. Corrigi potest *centum* ut modo dicebam, omisso *quadraginta*. Confer Calmetum in Dict. bibl.

N. 7. *Benacus*. Nunc *lago di Garda* Italis dicitur. Vide Plinium, l. 11, c. 103.

N. 9. *Stagnum*. Alii cum Varrone et Festo *stagnum* dictum putant a Græco στεγνός, quia aquam continet, ne qua manare possit.

CAP. XX. N. 1. *Unde et abyssus dictus*. Forcellinus ex hoc Isidori loco colligit dictam *abyssum* a Græco intensivo *a*, et βυθός; Ionice pro βυθός; *profunditas*. Sed cum βυθός; sit etiam *fundum*, melius in *abyssu* a accipietur pro *sine*, hoc est, *sine fundo*. Et hoc innuit Isidorus, *profunditas aquarum impenetrabilis*. Isidorus *abyssum* masculini generis facit, plerique feminei.

N. 3. *Unda*. *Undam* ab *udus* et a Græco ὕδωρ vocari multi putant.

CAP. XXI. N. 2. *De quo*. Retineri id potest, sed ita ut intelligatur, *de quo vocabulo torrens*, etc.

N. 3. *Amnis*. Ab aliis deducitur ex Græcis verbis ἀμνός et νεῖν, quia circumfluit.

N. 7. *Geon fluvius de paradiso*, etc. De quatuor paradisi fluminibus conferendi sunt commentatores:

Genesis, et Calmetus in Dictionario biblico. Nos uca delibabimus, quæ Isidori verbis explicandis agis sint necessaria. Recentiores *Gehon* paradisi uivium diversum a Nilo esse statuunt; nam cum Tigris et Euphrates duo sint certi fluvii e quatuor paradisi, Nilus, cujus fons a fontibus Tigris et Euphratis longissime distat, non potest inter paradisi uimina computari. Veterum opinioni favere posset, quod Nilus ab incolis regni Gojan nostra adhuc ætate *ihon* appellatur. A Græcis Nilus *Melas* dicitur, hoc est, *niger, turbidus*; quo spectat Virgilius, l. iv Georg. 491:

Et viridem Ægyptum nigra secundat arena.

Servius ad hunc locum, *Nam antea Nilus Melo dicebatur*. Quanquam *Melo* Hebraice plenum significat, quod Nilo propter inundationes congruere potest. De *Nilide* lacu Solinus, c. 45: *Igitur protinus cum efficit, quem Nilidem dicunt*. Non assentior Suetonio, qui ex Solino reponere vellet de quo in *mere* versus excipitur *Ægyptio mari*; nam Solinus hæc dixit de Nilo, dum mare ingreditur. Isi locus non præter Solinum legerat. Siquidem ex probatis historicis Nilus in amplissimum lacum *Zaire* egerit, quem *Nilidem*, ut puto, Solinus et Isidorus vocant; et inde egrediens longo circuitu ad meridiem fertur, et plures regiones alluens in Ægyptum effluit. An autem melior sit Isidori scriptura, *aquis in mare luctantibus*, quam Solini *aquis in areto luctantibus*, dubitari potest. Mihi certe Isidoriana lectio minime displicet. Raderus, in not. ad Martialem, pag. et seq., multa affert de Nilo, et sanctos Patres licet, apud quos Geon fluvius paradisi idem est ac Nilus, dissentiente tamen Pererio.

N. 8. *Phison*. Paradisi fluvius. A multis creditur esse Phasis Chalcididis amnis celeberrimus, non Ganges, qui longe distat ab Euphrate, et Tigri, quos paradisi loco fluere testimonio Moysis constat.

N. 9. *Tigris*. Genesis, cap. ii, 14: *Nomen vero fluminis tertii Tigris; ipse vadit contra Assyrios. Fluvius quartus ipse est Euphrates*. In Hebræo apud Iosephum est *Chidkel* pro Tigris; quæ vox Tigris in eorum lingua *sagittam* significat, ut velocitas fluminis denotetur. Legebatur apud Grialium et alios *mare Mortuum influens*; correxinihil hæsitans in *mare Rubrum*. Isidorus Hieronymum describit ex onomastico locor. sacror. Hieronymi verba sunt: *Tigris fluvius de paradiso exiens juxta Scripturam, pergensque contra Assyrios, et post multos circuitus, ut vult Josephus, in mare Rubrum influens. dicitur autem hoc nomine propter velocitatem instar tænie nimia pernecitate currentis*. Re vera Tigris Euphrati mistus in sinum Persicum influit; et quamvis ex more sacræ Scripturæ sinus Persicus non dicitur *mare Rubrum*, idque nomen soluto sinui Arabibus tribuatur, tamen historici alii et geographi tam sinum Arabicum quam Persicum *mare Rubrum* appellant, ut Bonfrerius in not. ad Onomasticum Hieronymi confirmat.

N. 10. *Tigrim et Euphratem uno fonte*, etc. Communes Euphrati et Tigri fontes assignarunt veteres, Solinus, Boetius, et alii; sed eos falli compertum esse asserit Calmetus in Dictionario biblico, Solinus probat Pererius, ad Genes. ii, 10. Clericus in not. ad Onomasticum Hieronymi, ex his Isidori verbis arguit locum Hieronymi esse nunc decurtatum. Fortasse ita est; sed potuit etiam Isidorus simul Hieronymo et Sallustio, aut alio qui Sallustium pressisset, sententiam suam excerpere.

N. 12. *Vastis Indus*, etc. Lucani versus, lib. viii, 227, sunt:

Qua rapidus Ganges, et qua Nysæus Hydaspes
Accedunt pelago, Phœbi surgentis ab igne
Jam propior, quam Persis, eram.

et corrigi poterit apud Isidorum *Nysæus* pro *Medus*, Hydaspes dicitur *Nysæus* a *Nysa* urbe, quam Isidorus præmiserit *Hydaspem* fuisse

regem Medorum, fortasse ipse apud Lucanum, vel alium ex Lucano legit *Medus Hydaspes*. Virgilius certe, l. iv Georg., v. 210, dixit:

Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes.
Putant nonnulli diversum esse fluvium *Hydaspem Nysæum*, de quo Lucanus, in regno Pori, ab *Hydaspe Medo*; de quo Virgilius, et fortasse hac de causa *fabulosum* Hydaspem ab Horatio dictum, l. i, od. 22, v. 27, quia nihil certi de eo apud veteres geographos constaret. Alii existimant antiquos similitudine nominis deceptos, *Hydaspem* nominasse pro *Choaspe*, de quo infra, n. 15.

N. 14. *Bactriani*. Plinius, l. vi, c. 16: *Bactri, quorum oppidum Zariaspe, quod postea Bactrum a flumine appellatum est*. Vide Curtium, l. vii, c. 4. *Bactri* dicuntur etiam Bactriani, et urbs *Bactra, bactrorum*.

N. 15. *Choaspis*. Tibullus, l. iv, carm. 1, v. 140: *Nec qua vel Nilus, vel, regia lympha, Choaspes profuit*.

Plinius, l. xxxi, c. 3, refert Parthorum reges ex Choaspis et Eulæi fluvii aquis tantum bibere solitos, quæ quamvis in longinqua illos comitabantur.

N. 17. *Qui vocatur Orontes*. Baluzius, c. 5 libri Lactantii de Mort. persecut., edidit in *Oriente præcipitata est*; quem excusandum ait in nota Joannes Columbus ex Cupero: nam Orontem dictum etiam *Oriente* clare docent Hegesippus, l. iii, c. 5, Excidii, et Isidorus hoc loco. In Editionibus antiquis Isidori legitur, *qui vocatur Orontes... Orientem veteres Latine appellaverunt*. Grialius utrobique *Orentem* legit, quasi ab *Oriente* dictus fuerit *Orontes*. Neque Isidori consuetudo ab hujusmodi etymologiis aliena est.

N. 19. *Unde et nuncupatur*. Hæc apposita fuerunt ab aliquo, qui pro *Phasis* scriptum reperit *Eusis*, aut *Euxis*, unde *Euxinum* mare dictum existimavit. Sed quid, si Isidorus ipse apud sanctum Ambrosium, aut alium, pro *Phasis* legit *Euxis*? Compertum mihi est eum in corruptos Codices sæpe incidisse, neque mirandum si ad excerpendum tantum, non ad judicandum intentus, errorem veteris Codicis adoptaverit. De *Phaside* Plinius, l. vi, c. 4. Eum unum esse e quatuor paradisi fluminibus, quod *Phison* dicitur, nonnulli arbitrantur, ut n. 8 indicavi.

N. 22. *Hermus*. Virgilius, ii Georg., 137:

Nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hermus.

N. 23. *De quo Ovid*. In Excusis Ovidii legitur:

Quique recurvatis ludit Mæandros in undis.

De Mæandri ambagibus passim mentionem injiciunt poetae.

N. 24. *Tanais*. Proprie in paludem Mæotin fluit, quæ Ponto Euxino unitur. Vide Plinium et Melam.

N. 25. *Exordium Argivæ*. Solinus ait, *exordium argivæ nobilitati primus dedit*.

N. 26. *Cirea Ravennam*. Apud Solinum desunt hæc verba. Accuratius Padus describitur a Plinio, l. iii, c. 16.

N. 27. *Tiberis*. Retinui communem scripturam, quæ in vetustis quoque lapidibus apparet, *Tiberis* cum i primo Latino. Grialius ediderat *Tyberis*; alii vellent *Thyberis*. Etymon *Albulæ* ab albo colore ab Isidori genio non abhorret; idque etiamnum alii tenent.

N. 32. *Quod in eo plurimus*. Fortasse quod in *co plurimum*; nisi intelligatur *qui color*. Florezius, t. xv Hisp. sacr., p. 37 et seqq., diligenter de flumine Minio agit, et multis probat Minium non esse fluvium, qui nunc *Mino* dicitur, sed alium, qui *Sil* nuncupatur, quique a Minio nunc sic appellato recipitur. Quod autem ait, *minium* vocem esse Latinam, alii, contra, sentiunt esse Hispanam; quo fortasse alludit Vitruvius, l. vii, c. 9: *Minium et Indicum nominibus ipsis indicant, quibus in locis procreantur*. *Minium* annem, a *minio* pigmento dictum, tradit rursus Isidorus, l. xix, c. 17, et Justinus, l. xliv, c. 3.

N. 33. *Durius*. Florezius, t. XIII, p. 49 et seq., censet *Durium* potius ita appellatum a *Doriensibus Phœnicis*, sive incolis urbis *Dor*, aut *Dori*, quam a *Doriensibus Græcis*. De Durio aliisque Hispaniæ fluminibus conferendus Cellarius, Geograph. ant. l. II, c. 1. s. 1.

N. 34. *Lancæ pulchro colore tinguntur*. Intelligendum id de colore nativo, non de tinctura quæ arte fieret. Vide Plinium, et alios veteres, qui de lanis bæticis agunt.

CAP. XXII. N. 2. *In remotis montibus conchis et ostris*, etc. Argumentum sane validum ad diluvii veritatem confirmandam, cujus vim nonnulli recentiores critici infirmare conantur.

N. 4. *Tertium*. Tria etiam di'uvia enumerat Nonnus, l. III Dionys. Confer Lactantium, l. II Instil., c. 11.

LIBER DECIMUS QUARTUS.

CAP. I. N. 2. *Sallustius*. Verba Sallustii diverso modo in veteribus Exemplaribus leguntur: mihi placeret: *Ventis per cava terræ præcipitatis, rupti aliquot montes tumulique sedere*. Eadem repetit Isidorus, l. de Natura rerum, c. 45. Quod autem ait Grialius, hemistichum in his verbis cum integro hexametro contineri, id admitti nequit, nisi *sedere* sit infinitum. Cæterum nihil mirandum esset si Sallustio nec opinanti hemistichium cum integro hexametro excidisset. Similia exempla Larthius, Bagomarsinus aliique curiose collegerunt.

CAP. II. N. 1. *Rotella*. Magis ex usu Latinorum est *rotula* quam *rotella*. Nunc invento novo orbe, quatuor terræ partes constituuntur, addita America prioribus tribus.

N. 3. *Marc magnum*. Sæpe Isidorus simpliciter *mare magnum* pro Mediterraneo usurpat: quod discrete explicavit l. XIII, c. 48, n. 1. In Isidorianis, c. 82, sermonem habui de Itinerario sub Antonini nomine falso vulgato, sive potius veteri notitia provinciarum, quæ perperam Antonino tribuitur, quo longe posterior est. Eadem Isidoro nostro a nonnullis ascribitur, quia sumpta est ex collectione canonum Pseudo Isidori, adeoque confundenda non est cum iis quæ Isidorus hoc libro de orbe ejusque partibus ac regionibus edidit. Vide Pithæum, l. II Adv., subsec. c. 1. Inter hoc caput secundum et caput tertium subsequens duo Codices Gothici Tolitani exhibent spheram mundi, quæ in Codice vetustiori intus verbis Arabicis exarata est.

CAP. III. N. 1. *Asiam*. Alii dictam volunt ab *Asia* nymphea, alii ab *Asio*, Mani Lydi filio.

N. 3. *Romphæa flamma*. Grialius edidit cum aliis Excusis *romphæa flamma*. Restituo *romphæa flamma*. Genes., c. 3, v. 24: *Et collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, et flammæum gladium, atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ*. Flammæus gladius atque versatilis ab Isidoro dicitur *romphæa*, seu *rhomphæa flamma*; qui paulo post *romphæa flagrantiam* commemorat. Ejus vero interpretatio de muro igneo, quo undique septus fuerit paradisus, non omnibus placet. Verum valde inter se discrepant interpretum opiniones de gladio illo flammæo atque versatili. Vide Pererium ad eum Genesis locum.

N. 4. *Cherubim, id est, angelorum præsidium*, etc. Laudatus Pererius ostendit, hoc loco vocabulo *cherubim* significari multos angelos; etsi enim id nomen octavo angelorum ordini proprie tribuitur, tamen ad omnes angelorum ordines extenditur.

N. 5. *India... Tylon*. De India conferendus quoque Mela. Grialius in textu edidit *Tylen*, in not. *Tylon*. Solinus: *Tylos Indiæ insula est... quæcunque in ea arbor nascitur, nunquam caret folio*. Cæterum qui ea quæ Isidorus his capitibus edisserit plenius cognoscere voluerit, adeat necesse est scriptores qui veterem geographiam ac chorographiam illustrarunt.

Eos longo ordine recenset Fabricius, cap. 5 Bibliograph. antiquar.

N. 6. *Monoceron bestiam*. Forte, *monocerotem bestiam*. Latini dicunt *monoceros*, *monocerotis*.

N. 9. *Arachosia*. Erat oppidum et flumen ejusdem nominis. Confer Plinium, l. VI, c. 23. Nunc regio est magni Mogolis. Parthia, de qua num. præc., in sensu latiori sumpta comprehendit Parthiam propriam, quæ nunc describitur.

N. 10. *Ab Assur filio Sem*. Ita docet sanctus Augustinus. l. XVI de Civ. Dei, c. 3. Reliqua de *Assyria* vide apud Plinium, Melam et Solinum. De *unguentis Solinus*: *Unde primum Romana luxuria fecit ingressum ad odores peregrinos*.

N. 11. *Media*, De *Media*, Plinius, l. VI, c. 26. De *Medica arbore* integrum est Solini caput 59. Virgilius II. Georg. v. 126.

Media fert tristes succos, tardumque saporem Felicis mali.

Grialius, et alii Editi habebant *Perso* pro *Perseo*, quod repositi, quia is a quo Persæ originem habuerunt *Perseus* aut *Perses* dicitur.

N. 12. *Persis et Persia* dicitur; sed usitatius est *Persis*, *Persidis*. Quod *Nemrod*, seu, ut alii habent *Nemroth* aut *Nemrod* Persas ignem colere docuerit fortasse petium est ex Eutychio, patriarcha alexandrino. Adisis Dictionar. biblic. Calmeti.

N. 13. *Ἐβδαίμων*. In n. 15 exponitur Græca *Ἐβδαίμων*, scilicet *Arabia Beata*, seu *Felix*.

N. 15. *Interpretatur*. Passiva significatione. Malitamen ex Solino reponere: *Arabia appellata est, id est, sacra; hoc enim significari interpretantur*. Quod Arabia *Felix Saba* appellata fuerit, sanctus Hieronymus, Bochartus aliique censent. Josephus, quem pro hac sententia Grialius allegat, si conferantur cap. I. I et c. 5 l. II, potius tenet *Sabam*, quam filius Chus *Saba* frequentavit, fuisse insulam, Meroes nomine celebrem. Hinc etiam controversia agitur an Regni Sabæ in Æthiopia regnaverit, an in Arabia Felice.

N. 17. *Commagena*. Grialius in textu semper *Commagena* cum duplici *m*; in not. semper *Comagena* cum unico *m*. Dausquio magis arridet *Commagena* aut *Commagena*.

N. 19. *Ascalon* urbs fuit in regione Philisthæorum inter Azotum et Gazam; sed quod *Philistin* vocat fuerit, mihi non constat. Philisthæi dicebantur etiam *Philistiim*, et *Philistini*. A *Philisthæis* Palesina nuncupatum communis est opinio. Grialius scribit *Palestina*.

N. 21. De his in primis consulendus Bochartus in erudito opere cui titulum fecit *Chanaan*. *Jerusalem* plura sunt nomina, quæ hoc disticho comprehenduntur:

Solyma, Luca, Bethel, Hierosolyma, Iebus, Helia, Urbs sacra, Hierusalem dicitur atque Salem.

Exstat in Ephemer. Georgii Gemnicensis, apud Pererium, t. II, col. 575. Fortasse *Helia* ponitur pro *Elia*. De *Jerusalem* ejusque nominibus rursus Isidorus, l. XV, c. 1, num. 4. De fertilitate terræ promissionis quidam recentiores non eas laudes agnoscent quas veteres etiam ethnici protulerunt. Certum quidem est adhuc manere plura veteris fertilitatis vestigia, quamvis arva quædam nunc sterilitate horreant, quia incolarum negligentia non excoluntur.

N. 22. *Sebastia*. Seu, quod magis in usu est, *Sebaste*, *Augustan* significat. Herodes id nomen imperavit. Vide Josephum, l. 15 Ant., c. 11.

N. 23. *Galilæa Galilææ* originatio est a *Galgal* urbe, quod Hebraicum nomen *rotæ revolutionem* significat. Isidorus etymon Græcum accommodata *lactis* ut in *Galatis*, *Gallis*, etc.

N. 26. *Nabaioth*. In Excusis etiam apud Grialium erat *Nabath*. Restitui *Nabaioth*; ita enim vocabatur filius primogenitus Ismaelis. Nabath fuit pater Jeroboami, primi regis Israel: alius eodem nomine conscribitur Tobie senioris.

N. 27. *Ægyptus*. Verba Solini sunt: *Ægyptus a eridie introrsus recedit quod præterant Æthiopes*. Grialius allegaverat c. 33 Solini; correxit in fin. 53. In mea Editione est c. 45. Alibi est c. 32.

N. 28. *Canopæa*. Fortasse legendum *Canopus*, vel *nopæa regio*. Solinus, c. 44: *Quod ab Atlante ad que Canopitanum ostium panditur, ubi Libyæ fides est, et Ægyptium limen, dictum a Canopo Melai gubernatore ibi sepulto. In ea insula, quæ os Nili facit, etc.* Huc facit Ammianus, l. xxii, c. 1. Clarius Tacitus, l. ii Annal., ad ann. Urbis 772, c. *Canopum* vocat rectorem navis qua Menelaus ve- batur. Urbs Canopus a Menelao condita creditur. Solinus l. v, c. 31, hæc tantum habet: *Insularum te Asiam prima est in Canopico ostio Nili, a Canopo Menelai gubernatore, ut ferunt, dicta.*

N. 29. *Genus sericum*. Fortasse superfluum est *ge-* s; nam *sericum* simpliciter dicitur de serico vel- e, aut serica veste. Solinus, c. 63, de seribus: *Hoc quod est sericum in usum publicum damno severi- tis admissum, etc.*

N. 30. *Bactriæ regioni*. De Bactris sup. c. 21, l. i. Verba Solini, c. 62, sunt: *Bactris præterea est proprius amnis Bactros, unde et oppidum, quod in- unt, Bactrum. Gentes hujusce, quæ pone sunt, ropamisi jugis ambiuntur; quæ adversa, Indi- tibus terminantur, reliqua includit Oxus flu- n.* Curtius, l. vii, c. 4, montem vocat *Paramisum*. Solinus, *Paropanisum*.

N. 31. *Magog*. Filium Japhet, Scytharum sive Tar- orum patrem fuisse, Josephus, Hieronymus, Theo- retus, Eustathius, et multi alii opinantur. Et sane er Getas, Gothos, Massagetas, etc., multa sunt mina quæ originem ex Gog et Magog indicant. *Scytharum* autem vocabulum aliunde petendum est. *Scytha*, Herculis filio, nonnulli *Scythas* appellatos estimant.

N. 32. *Moschorum Phasiden*. Verba Solini ita refert Solinus, ut interpunctionem apponat inter *Moscho-* n et *Phasidem*, atque hoc sensu videtur Isidorus accepisse. In mea Solini Editione ita lego: *Heni- orum montes Araxem, Moschorum Phasidem fun- nt, ut duo sint fluvii, quorum Araxes ex Henicho- m, vel potius Heniochorum montibus, Phasis ex schorum funditur. Ac re vera Phasis in Moschis- tur. Vide Plinium, l. vi, c. 4.*

N. 33. *Hyrkania dicta a silva*. Rationi magis con- stantaneum est credere *Hyrkanam* silvam dictam ita se ab *Hyrkania*, quam contra. Hyrcaniæ silvæ ce- res sunt. Lucanus, l. iii, v. 268: *Vastisque Hyrcan- a silvis*. Valerius Flaccus, l. vi, v. 114: *Hyrca- ci*. Servius citatum Virgilii versum, *Hircanæque morunt ubera tigres*, perperam interpretatur de *abia*, ubi Hyrcaniam, silvam nempe sic vocatam, istere asserit.

N. 34. *A colore populi*. Ut cap. seq.: *Galli a can- re populi*, et cap. 5: *Mauri a colore populorum*. Non ergo placet *capilli* pro *populi*.

N. 32. *Armenia*. Strabo scribit Armeniam ab Ar- eo, seu Armenio Thessalo, Jasonis comite, nuncu- tam; Stephanus, ex Antipatri sententia, ab Arme- Rhodio. Armenia ab aliis dividitur in majorem et no- rem: major ultra Euphratem, nunc *Turcomania* *Curdistan*, minor inter Cappadociam et Euphra- n, nunc *Anaduole*. Vide Plinium, l. vi, c. 9.

N. 36. *Iberia*. Nunc *Georgia*, aut Italice *Giorgia* dicitur. Scribitur et *Iberia*; quod ita scriptum no- men Hispanæ etiam proprium est; hinc nonnunquam veteribus scriptoribus explicandis quædam ambi- gitas suborta est.

N. 37. *Cappadociam*. Cappadociæ nomen desump- tum fuit ex parvo fluvio *Cappadoce*, de quod Plinius l. vi, c. 3. Alii a *Cappadoce*, Nini filio, originem minis deducunt. Duplex a Forcellino distinguitur *gens*, qui Paphlagoniam a Cappadocia dirimit, de

quo Plinius, l. vi, c. 2 et 3; alter in Lydia, de quo Lucanus, l. iii, v. 272: *Qua Cræso fatalis Italys*. Sed re vera unus idemque amnis est *Italys* Paphlago- niæ amnis Lydiam terminans. Vide Cellarium, l. iii c. 8, n. 57.

N. 40. *Galatæ*. De Galatarum origine hæc eadem l. ix, c. 2, n. 68.

N. 41. *Phrygia*. De Phrygibus confer dicta l. ix, c. 2, n. 33. *Phrygiæ* nomen ex aliorum sententia deducitur ex *Phryge* fluvio, vel ex *Phrygio* oppide Macedoniae, unde colonia ducta creditur in Phrygiam, vel ex Phrygia, filia Cecropis. Ex *Dardaniæ* vero, seu *Dardanii* oppidi vocabulo appellatio nunc manet *Dardanellorum*, ut vulgo vocant.

N. 43. *A Lydo regis fratre*. Fortasse a *Lydo* rege fratre; nam præcessit, duos fratres reges, etc.

N. 45. *A Cilice quodam*. Agenoris filio, ut non- nulli putant. Vide Servium, ad iii. Æn. v. 88. Rade- rus, p. 30, ad Martialis versum:

Et cilices nimbis hic maduere suis,

Auctores indicat qui referunt. Ciliciam dictam a Cilice, Agenoris Phœnicis filio. Isidorus Solinum exscribit.

N. 46. *Lycia*. Nuncupata creditur vel a *Lycō* rege, Pandionis filio, vel a *Lyce* nympa. Isidorus ex no- mine ipso *Lyciæ* in memoriam revocari vult quod *Ciliciæ* ab Oriente adjuncta sit.

CAP. IV. N. 2. *Tertiam partem*, etc. Ovidius, Fastor. l. v:

Taurus init cœlum, te, Sidoni, Jupiter implet,
Parsque tuum terræ tertia nomen habet.

Eleganter hunc raptum descripsit Theocritus, idyll. 20. De Europa fuse Plinius, Strabo, etc.

Ib. Prima Europæ regio, etc. Ita etiam Mela l. i. Est alia Scythia Asiæ.

N. 4. *Propter fecunditatem*, etc. Discrepantes alias origines vocis *Germania* investigat Beermanus, l. de Orig. Lat. Ling., verb. *Ascenas*, p. 249, seq. *Callaicam* gemmam Solinus vocat *callaicam*, Plinius *callaidem*, sive *callain*. Vide Salmasium, Exercit. Plinian., p. 236 seq.

N. 5. *Mœsia a messium proventu*, etc. Hoc nihil aliud sonat, nisi quod ex vocabulo *Mœsia* in memo- riam revocare possumus *messium* proventum, etc. De Mœsia Plinius, l. iii, c. ult. Nunc *Bulgaria* et *Servia* ibi sunt. De Mysia duplici, majori et minori idem Plinius, l. v, c. 32. Mœsia Pannoniæ adjacens dicebatur etiam *Mysia*, sed Latini sæpius *Mœsiam* efferebant, ut a *Mysia* Asiæ distinguerent.

N. 6. *A sævitia incolarum*. Græce τρυφὴ, *immi- tis, asper*. Alii a *Thrace*, Martis filio, cognominatam *Thraciam* volunt.

N. 7. *A Græco rege*, scilicet Thessaliæ. Vide Plinium, l. iv, c. 7: *Et duæ in mari*, etc., scilicet duæ provinciæ: sed ita sunt octo. Corrigi posset *inde Hellas, id est, Thessalia*. Confer Plinium, loc. cit. Obstat quod paulo post *Hellas a Thessalia* clare discernitur. *Illyricum*, seu *Illyria*, nunc *Eslavonia* Hispanis, *Schiavonia* Italis, Liburniam et Dalmatiam complectitur. Alii ampliores terminos Illyrico assignant. Plinius, l. iii, c. 20 et 21, in tres conventus juridicos Illyricum divisit, Augustus in duas provin- cias, superiorem et inferiorem.

N. 8. *A Delni*. Tuto legere possumus a *Delminio*. Nam Isidorus id desumpsit a Velio Longo, vel a Cas- siodoro potius, qui in libello de Orthographia, ex Velio Longo, sic refert: *Placet etiam DELMATIAM, non DALMATIAM scribimus, quoniam a DELMINIO maxima ejusdem provinciæ civitate tractum nomen existimatur*. Quæ scribendi ratio ex veteribus inscri- ptionibus et nummis comprobatur. Sed usus obtinuit ut *Dalmatia* nunc ubique retineatur. In altero ex Mss. Goth. Tolet. post *clauditur* hæc adduntur: *Illy- ria regio juxta Adriaticum mare, in qua Dardani*

sedes habent. Ipsa est et Dardania, etc., ut indicat Grialius in not. ad hunc n. Pro *efferrati* in Mss. est *efferrata*.

N. 9. *Epirus* a *Pyrrho*. Alii putant *Epirum* a *Corcyrae* dictam proximam terram continentem, quia Græce *Ἰπείρος* terram continentem significat. Inde nomen hoc ipsum alii usurparunt.

N. 10. *Ab Hellene, etc.*, scilicet rege Thessaliæ, quo a *Thessalia* proprie *Hellas* cognominata fuit; sed tribuitur etiam id *Helladis* nomen Græciæ toti, et præcipue illi parti quæ spatiosior est, et a mari recedit, Peloponneso exclusa. Vide Plinium, l. iv, c. 7; Melam, l. 2, et Solinum, Exereit. Plinian., p. 142, qui advertit recentiores Peloponnesum quoque *Helladis* nomine comprehendisse, ut ex Isidoro constat. Cellarius de Hellade agit l. ii, c. 43, ad ejus sectionem 5 Schwartzius in not. advertit originem opinionis de Hellenibus tanquam communi stirpe et cognatis repetendam esse ex Apollodori l. i, c. 7. ubi docetur Hellen filio Xutho Peloponnesum, Doro terras ultra Peloponnesum, Æolo finitimas Thessaliæ, et fortasse Aethæo Achaïam divisisse. De etymo *Atticæ* regionis, alii putant ab *ἄκτῃ*, littore, *Atticam* dictam, quia maxima pars littoralis est, et *Acte* etiam appellatur. Vide Plinium, l. iv, c. 7. In Cod. A. Vat. arch., et aliis veteribus exemplaribus, pro *ubi fuit Athenæ civitas*, invenio *ubi fuit Athenas civitas*; quæ scriptura non est contemnenda, ut *Athenas* sit velut indeclinabile. Sic alia nomina similia, ut *Centumcellas oppidum* in nominativo, *Veios colonia, etc.* Celebrem pugnam Marathoniam inter Athenas et oram littoream præter alios describit Nepos in *Miltiade*, e. 4 et 5.

N. 11. *Et Peloponnesus*. Ex quorundam scilicet opinione; nam, ut dixi, alii Peloponnesum ab Hellade exeludebant. Fabulam de Thebis Bœotiis a Cadmo conditis narrat Ovidius initio l. iii *Metam*. Alii *Bœotiam* dictam putant ex *Bœoto*, filio Neptuni, ut tradit Hyginus fab. 186. Thebas patriam Liberi et Herculis fuisse ante Solinum docuit Plinius, l. iv, c. 7. Et Apollinem quidem in insula Delo natum communis fert opinio. Sed fortasse Isidorus ex Aristotelis aliorumque sententia locutus est, qui tradunt Apollinem et Liberum unum eundemque esse deum, ut multis probat Macrobius, l. i, e. 18, et Servius, ad eclog. 5, v. 66, et ad *Æn.* vi, v. 78. Verba Isidori, *in qua olim civilia bella detonuerunt*, non pertinent ad Thebas, aut Bœotiam, sed ad Pharsalicos campos in Thessalia, de quibus Solinus, e. 13: *Thessaliæ sunt Pharsalici campi, in quibus civilium bellorum detonuerunt procellæ*. Grialius in not. habet: *Eadem est et Aonia*, sed in textu omittit et, ut alii etiam omittunt. Gellius, l. xiv, e. 6, inter doctrinas quæ neque delectant, neque utiles sunt, reponit cognitionem de vocabulis urbium regionumque immutatis, *quod Bœotia ante appellata fuerit Aonia, quod Ægyptus Æria, etc.* Sed prodest certe aliquando id novisse; neque utiliora sunt multa alia quæ ipse in Noetes suas congressit. Verum Isidorus illa expliendus est, ut, ab *Aonibus* montibus Aganippe fons *Aonius* dictus sit, a fonte *Aonio*, vel potius ab ipsis montibus Bœotia *Aonia* vocata fuerit. *Peloponnesus* est veluti Pelopis *Ἠπειρος*, hoc est, insula: est autem peninsula, et latiori sensu insula; nunc *la Morea* dicitur. Pelops, ejus rex, fuit filius Tantali Phrygum regis. Conradus Samuel Sehurfleschius in *Disputat. hist. eiv.*, disp. 48, n. 2, in nota asserit, Isidorum *trecentis sexaginta tribus mil. passibus* ambitum hujus peninsulæ definire, cum *quingentorum quinquaginta millia passuum* circuitu pateat. Non invenio ubi nam Isidorus illam opinionem expresserit. Verba illa hujus n. *Inquam olim... ille Thebanus* in Mss. Goth. Tolet. rejiciuntur ad n. seq. post verba *Thessalonica, et Thebæ*.

N. 12. *Thessalia*. A Solino urbes in Thessalia memorantur *Thessalia* et *Thebæ*; atque illa fortasse rela-

gendum est apud Isidorum, non *Thessalonica*, quæ urbs est Mædoniæ, ita appellata, quasi *victoria de Thessalis*, *Ἐσσηλῶν νίκη*, quia Philippus rex Mædoniæ in eo agro Thessalos bello prostravit. Sed nec de *Thessalia* urbe celebri in Thessalia provincia aliunde mihi constat. Quod autem *Thebas* Solinus et Isidorus in Thessalia collocant, intelligendum de *Thebis Phthiis*; nam Thebæ aliæ celebriores in Bœotia ab Isidoro num. præc. rectæ collocatæ fuerunt. Parnasum quoque non in Thessalia, ut Isidorus rursus, c. 8, n. 11, ex Servio affirmat, fortasse cum Pindo Parnasum confundens, sed in Phocide, regione Achaïæ, existere geographi consentiunt.

N. 13. *Ab Emathio rege*. Solinus *Emathium* regem ignotum hominem, ac veluti terræ filium, statuit. Alii hunc vocant *Emathionem*, filium Auroræ, fratrem Memnonis. *Emathias* propriæ pars erat Mædoniæ; sed accipi solet præsertim a poetis pro tota Mædonia, imo et pro Pharsalia et Thessalia. Unde Lucanus:

Bella per Emathios plusquam civilia campos, etc.

N. 14. *Achaia*. *Achæos* ab *Aethæo*, Jovis et Pithiæ filio, cognominatos, tradit Servius, ad I *Æn.*, v. 442. Alia ab *Achæo*, Zuthi filio, qui homicidii reus in Laconiam profugit. *Achaia* sumi solet pro tota Græcia, sed propriè est regio Peloponnesi, cujus caput est Corinthus.

N. 15. *Et Calistæ*. Isidorus fortasse scripsit *Calistus*, vel *Calistónis*, ut Servius, ad I *Georg.*, v. 67, quod librarii non intelligentes in *Calistæ* commutarunt. Peloponnesus, in cujus mediotululo est Arcadia, a Mela, l. ii, dicitur *Platani folio simillima*. Quod Arcadia dicta fuerit *Sicyonia*, et regnum *Sicyoniorum* a *Sicyone* rege, mihi non liquet; nam apud veteres, geographos solum invenio *Sicyonem* urbem fuisse Peloponnesi in Achaia, cujus incolæ *Sycionii* appellabantur.

N. 16. *Pannonia*. De Pannonia Plinius, l. iii, c. 25. Cum Isidorus dicat *Pannoniam* esse nuncupatam ab *Alpibus Pæninis*, vix dubium superest quin infra legendum sit *ab africo vtro Alpes Pæninias*, non *Alpes Apenninas*, aut, ut Grialius edidit, *Appenninas*. *Alpes Pæninæ*, sive, ut alii scribunt, *Penninæ*, sunt in confinio Galliæ Narbonensis et Italiæ qua Annibalem transiisse creditur, cum bellum Romanis intulit. *Alpes* vero de multis montibus dici solet, ut *Alpes Rhæticæ, Noricæ, Bastarnicæ, Gragæ, etc.* Livius, l. xxi, e. 38, *Alpes Penninas* vocat, non *Pæninias*, quia a *Pennino* deo nomen habuerunt, non a transitu Pænorum. Confer Cellarium, l. ii, c. 9.

N. 20. *Tuscia*. Plinius, l. iii, c. 5: *Lidy a quorum rege Tyrenni, mox, a sacrificio ritu lingua Græcorum Tusci sunt cognominati*. Adde Servium ad II *Æn.*, v. 781. Hæc originationis argueret scribendum *Thuscia* ut Grialius cum aliis scribebat. Sed communior scriptura est sine aspiratione, ut in *tus*. Servius, ad VI *Æn.*, v. 4: *Tius et Orchus veteres dicebant, quibus sequens ætas detraxit aspirationem*. Innumera sunt alia hujusmodi. N. 22, redit iterum sermo de *Tuscia*.

N. 21. *Græce cognominatam*. Solinus omittit *Græce*; sic enim habet: *Marcus Antonius assererat hos eosdem quod tempore aquosæ cladis imbribus superfuissent UMBROS esse nominatos*. Isidorus *Græce* addidit, quia *imber* est ex Græco *ὀμβρος*.

N. 22. *Lydi fratre*. *Lydium* hoc loco Grialius vocabat, quem c. 3, n. 43, non semel *Lydum* dixit. Negat Isidorus dici debere *Tasciam*, fortasse quia apud antiquos non facile invenitur *Tuscia*, sed *Tuscorum regio*, aut aliquid aliud simile.

N. 23. *Apulia*. Scribitur *Apulia* et *Appulia*; nec non *Brundisium* et *Brundisium*, sed in veteribus monumentis frequentius *Brundisium*.

N. 25. *A candore populi*. Confer. e. 3, n. 34, cum nota. Alias etymologias Gallorum expendit Becmannus, p. 492.

N. 26. *Belgis autem civitas est*. Quænam fuerit ci-

tas Belgis dicta, ex aliis non liquet; neque Cæsar **A** *Belgium* civitatem dicit, sed provinciam, seu regionem, quæ pars erat Belgicæ, et proprie natale solum Belgarum.

N. 30. *Ducæ sunt... Hispan.* Isidorus non explicat quid sit Hispania citerior et ulterior, sed vocum *citra* et *ultra* etymon tentat investigare, aut aliquam rationem reddere. Vera autem originationis est a *cis* et *uls*: hæc in usu erant apud veteres pro *citra* et *ultra*, ut adit Gellius, l. xii, c. 13.

CAP. v. Num. 1. *Libya.* Hyginus, fab. 160, Lybyam non Epaphi, sed Palamedis filiam dicit, nisi quod Hyginum rescribendum sit *Epaphi* pro *Palamedis*, quod Munckerus suspicabatur. Alii putant *Libyam* ita nominatam a *Libye*, filio Herculis. Vide *artianum* Capellam, l. vi.

N. 2. *Africam.* Afer, vel Apherus a Josepho, lib. i antiqu., c. 12 et 23, dicitur nepos Abrahamæ ex Madianio, a Solino, c. 37, Libys Herculis filius. Nonnulli etiam cognominatam Africam ex Græca privativa et *φραξη*, quasi sine horrore frigris. Bochartus, man. i, 25, videndus de Africa, præter Cellarium, iv, in præfat., ubi diversa Africæ nomina explicat.

N. 4. *Syrtes majores.* In primo Ms. Goth. Tol., supra *partes majores* est glossa vetus, *montes, vel rupes.*

N. 5. *Teuchira.* Grialius in textu edidit *Teuchira*, not. *Theuchira.* Vera scriptura est *Teuchira*, aut *Tuchira*, quæ a reginæ nomine Arsinoe quoque vocata fuit.

N. 6. *Bizacium* Grialius hoc loco edidit *Bizantium*, nullo post *Bizantium*. Sed n. 3, quamvis in textu poterit *Bizacium*, in not. rectè prætulit cum Chacone *Bizacium*. Bochartus, Chan., l. i, c. 24, legit, *urbium Cæe, Sabratæ.* Vet. Edit. valde in his vocabulis errant.

N. 7. *Byzacena regio.* De Byzacena regione Bochartus, Ch. i, 24 et 25, et Cellarius l. iv, c. 4. Metropolis Byzacenæ provinciæ *Adrumctum* erat, sive *Harametum*.

N. 8. *Zeugis, ubi Carthago, etc.* Consonat Isidoro actor Vitensis; conjicitque Salmasius, p. 318 Exerc. lin., non aliter exponendum Plinium, quem fortasse male accepit Solinus, qui Zeugitanam provinciam in Numidiam et Africam collocat. Harduinus, et cum Cellarius, ex Isidoro et aliis, verba Plinii sic accipiunt: *Zeugitana regio, et quæ proprie vocatur Africa, vocatur Zeugitana regio, eademque proprie Africa vocata.*

N. 9. *Hipponem regium et Rusicadam.* Cavendum scriptura vulgata, etiam Grialii, *Hipponem, Rhegium, etc.*, quasi duæ sint urbes, *Hippo*, et *Rhegium* vel *Regium*; nam Grialius in textu habet *Rhegium*, in not. *Regium*, sed cum interpunctione inter *Hipponem* et *Regium*. *Hippo regius*, Sancti Augustini piscopatu celeberrimus, ita vocabatur, ut ab aliis cognominibus urbibus discerneretur. De eo Silius, l. i, vers. 259 :

Tum Vaga et antiquis dilectus regibus Hippo.

Græci Numidas vocant *Nomades* a *νομήν*, *pabulum*, quia sæpe permutant pabulum, vel quia pecoribus negotiantur, vel quia herbis, ut pecora, aluntur. Vulcanius notat *Ampsagam* flumen a Plinio in Tingitania præfati, sed locum non indicat; et Plinius, l. v. c. 2, *Ampsagam* in Cæsariensi Mauritania censet ultimum, l. c. 3 ait: *Ab Ampsaga Numidia est, Masinissæ clara nomine.*

N. 10. *Gallia a candore populi.* Ita c. 3, num. 34. *Libania a candore populi.* Vide inf. n. 14.

N. 12. *Quos sola nunc India parturit.* Elephas tiamnum non in sola India gigni, sed alicubi in Africa quoque, dixi ad l. xii, c. 2. n. 16.

N. 13. *Garamantis regionis.* Solinus, in mea Editione veteri: *Garamanice regionis caput est Garamana.* Sed nomen urbis ab aliis dicitur *Garama*. Isidorus fortasse scripsit *Garamantidis regionis*, quam etiam in usu est *Garamas, garamantis.*

N. 14. *A colore populorum.* Ut n. 10.

N. 15. *Camelopardalis.* L. xii, c. 2, n. 19. *Camelopardus* dicitur, qui hoc loco *Camelopardalis* nominatur. Confer notam.

N. 21. *Gallæcia.* Olim, ut provincia, Cantabros et Astures comprehendebat. Orosius, l. vi, c. 21: *Cantabri et Astures Gallæciæ provinciæ partes sunt.* Id. colligitur ex Itinerario Antonini, et ex Plinio, l. xix, c. 1. Vide Florezium, t. xv Hisp. sacr. p. 12.

N. 22. *Territorium.* Alii putant *territorium* dictum a *terrendo* inde hostes. Plura de his Vossius in Etym. Servius, in mea Edit. ad l. v. Æn., v. 755, habet: *Unde et TERRITORIUM dictum est quasi TRITORIUM, tritum bubus et aratro.* Crellius, in dissert. de cæremonia qua urbes condebantur, sententiam Isidori probat, quod antiqui non solum urbium, sed etiam territoriorum limites finesque civitatis aratro designarent.

CAP. vi. N. 1. *Quod in salo sint.* Videtur id ex Festo petitum, verb. *Insulæ: Suntque in salo positæ.*

B N. 3. *Thanatos*, non *Athanatis* legitur in correctis Editionibus Solini, etiam Grialio antiquioribus. Corruptum Isidori locum, a *Britania est varia, tenuis separata*, Salmasius, p. 247 Exerc. Plin. ex Solino correxit, sed eum jam Grialius prævenerat.

N. 4. *Thule.* Verba Solini in mea Editione hæc sunt: *Multæ, etc., brumali solstitio dies adeo conductus, ut ortus junctus sint et occasus.* Grialius scribebat *Thyle*; retineo *Thule*, quæ communior est scriptura. De eadem insula consulendi Plinius, Mela et alii. Recentiores geographi inter se non consentiunt, de qua insula veteres scriptores loquuntur. Cellarius, l. ii Geogr. ant., c. 4, n. 87, putat *Thulem* esse eam quæ nunc dicitur *Schetlandia, Schetland, sive Ittland*, aut insulam *Fero*. Plerique *Thulem Islandam* esse affirmant.

N. 5. *Orchades.* Pomponius Mela, l. iii, ait, *Orchades* numero esse triginta, Ptolemæus circiter triginta, Plinius quadraginta. Multi scribunt *Orcades*.

C N. 6. *Scotia.* Scotia nunc est pars septentrionalis Britannicæ majoris. Olim *Scotia* nomen Hibernicæ tribuebatur. Dixi de hac veterum consuetudine in prolegom. ad Sedulium, c. 1, n. 11.

N. 7. *A Rubro profecti mare.* Solinus: *A Rubro profecti mari*; et facile quidem est ut librarii ex *mari* fecerint *mare*, cum passim in Mss. *e* et *i* confundantur. Sed poterit etiam retineri *mare* in ablativo, ut *præsepe*, etc. De Gadibus Bochartus, Ch. l. 1, c. 34, ubi legit, *lingua sua Gadir*, corrigens *Gades*, prout jam Grialius correxerat.

N. 8. *Fortunatæ.* Nunc *Canariæ* dicuntur, quia una earum a canibus ingentis magnitudinis ibi repertis *Canaria* vocabatur; de qua Plinius, l. vi, c. 22, et Solinus prope finem sui operis, qui concludit *non penitus ad nuncupationem suam* (Fortunatarum) *congruere insularum qualitatem.* Confereadus Harduinus ad Plinium.

D N. 9. *Gorgades.* Alii Editi apud Melam, Solinum, Plinium, etc., habent *Gorgones insulas*, non *Gorgadas*, ut Grialius edidit. Pro *Hesperuceras* meus Solinus refert, *quod vocamus Hesperionceras.* Ac fortasse apud Isidorum legere etiam præstabit *quod vocamus*, non *quod vocatur.* Vulcanius notavit pro *Hesperuceras* aliter apud Plinium legi *Hesperionceras*. Plinius utroque modo dixit *Hesperionceras*, et *Hesperuceras*; ita enim Latinis litteris scripsit Græcum *Ἑσπερίου κέρα*, *Hesperii cornu*. Promontorium quod nunc *Viride* vocatur creditur esse *Hesperu ceras*.

N. 10. *Hesperidum insulæ.* De *Hesperidum* insulis Plinius, l. vi, c. 31. De explicatione fabulæ *Draconis* id. Plin. l. v, c. 1, et Solinus, c. 24, al. 36. *Insulæ* et horti *Hesperidum* a tribus filiabus *Hesperii*, fratris *Atlantis*, nomen habuerunt. Isidorus etymon deducit ab *Hesperide* urbe, quæ *Hesperide* primum dicta fuit, et postea *Berenice*, sita in *Cyrenæica* provincia.

N. 12. *Taprobana.* Alii offerunt *Taprobane*. Ea

nunc a nonnullis *Sumatra*, a plerisque rectius *Zeilan* esse creditur; de qua multa geographi tum veteres, tum recentes.

N. 13. *Tylos... ferens omni tempore fol.* Fortasse vera est lectio veterum Codicum, *virens omni tempore folia*; quam etiam exhibent duo Goth. Tolet. sæpius laudati; nam sequior ætas dicebat *folia, foliæ*, ex quo in vulgares linguas Italicam et Hispanam permanavit *fogliã, hoja*. Nisi mavis *folio* cum Solino, c. 65. *Tylos indiæ insula est... quæcunque in ea arbor nascitur, nunquam caret folio.*

N. 14. *In Mari magno.* Hoc est, in Mediterraneo, ut sæpe adverti. *Paphos* civitas erat; an autem eadem vocata fuerit *Cyprus*, non liquet aliunde. De aere cyprio rursus Isidorus, l. xvi, c. 20. Videndus Meursius, in lib. de Cypro, Amstelodami ed. 1675.

N. 15. *Maearonesum... Creta a Crete Maearonesum,* melius *Maearonesos*, hoc est, *insula beata*. Solinus, c. 16: *Dosiades eam a Crete nympha, Hesperides filia, Anaximander a Crete rege Curetum* CRETAM, AERIAM prius dictam, mox CURETIM; nonnulli etiam a tempore eæli $\mu\alpha\alpha\rho\upsilon\sigma\upsilon\sigma\omega\upsilon$ appellatam prodiderunt.

N. 16. *Jura fixit.* Fortasse Isidorus verbum sumpsit ex Virgilio, vi Æn., v. 622: *Fixit leges pretio, atque refixit.* Apud Plinium et Celsum occurrit *Phalangium* in recto casu, apud Vegetium vero, de Re veter., l. iii, c. 81, *Sphalangios*; ita enim scribit. Apud Isidorum legi poterit *phalangios*.

N. 17. *Abydos et Sestos* nunc *Dardanelli* vocantur. Isidorus insulam *Abydon* perperam facit. Alia fuit urbs *Abydos* in Ægypto, et in ea Memnonis regia mirifice structa, et celebre Osiris templum.

N. 18. *Coos.* In mea Solini Editione legitur *Coos, Ceos*; sed Isidorus videtur legisse *Ceos, Coos*, ut advertit Salmasius, Exer. Plin., p. 143, qui apud Solinum cum invenisset *Ceos, Coos*, correxit *Coos, Ceos*; et observavit errorem Isidoro cum Solino communem esse, quod *Coos* dicatur objacere Atticæ. *Coos* scribitur etiam *Cos*, et *Ceos, Cea*. De confusione harum vocum et insularum consulendus Harduinus, in not. et emend. ad l. xi Plin., c. 22, n. 42, et Cellarius, l. iii, c. 2, n. 26.

N. 19. *Cirea eandem.* Scilicet *Delum*. Malim tamen *eirea eandem*. Sententia certe hæc est, dictas *Cyeladas*, quia eas circuire longo ordine navigando necesse est, ex Servio, loc. cit. a Grialio, Plinius, l. iv, c. 12: *A promontorio Geresto circa Delum in orbem sitæ (unde et nomen traxere) Cyelades.*

N. 20 *Quinquaginta tres.* Hyginus novem tantum numerat fab. 276. Strabo, l. x: *Initio duodecim numerabantur (Cyclades); accesserunt autem plures.* Vide etiam Velleium, l. i, c. 4, et Munckerum, in not. ad Hyginum.

N. 21. *Quod post diluvium, etc.,* ex Solino, c. 47.

N. 22. *Rosæ capitulum.* Gisbertus Cuperus, in Apotheos. Homeri, § *Serapidem*, pro *rosæ capitulum*, aut *capitolium*, ut alicubi legitur, corrigit *rosæ caput olim dicitur*, etc. Isidorus calicem rosæ videtur *caput* vocare: proprie autem *caput rosæ* est globulus inferior lanugine refertus. De colosso a Rhodiis soli dicato Turnebus, l. viii Adv., c. 24. De aliis colossis Paulus Voctius ad Herodianum, p. 186 seq., et Raderus, ad Martialem, p. 23. De Rhodo Bochartus, Ph. iii, 6, Diodorus, l. v Grammat., a Rhodo puella nomen Rhodi deducit, alii a rosis potius, quæ magna copia succrevisse dicuntur.

N. 23. *Tenedos* legitur apud Isidorum, et *Tenedos* inter Cycladas recensetur etiam ab Ampelio, c. 6. Dissentit Munckerus, ad Hyginum, fab. 276, apud quem corrigit *Tenos* pro *Tenedos*. Et *Tenon* etiam vocant Artemidorus, Strabo, Ovidius, Stephanus et Plinius. Alia est *Tenedos* urbs et insula Trojano agro opposita, de qua Virgilius, l. ii Æn., v. 21. Isidorus Teno tribuit quod de Tenedo a plerisque narratur, et utramque insulam confundit. De *Tene*, Cyeni filio, *Tenedi* conditore, alii alia narrant, eum scilicet

statuisse ut qui in adulterio deprehenderetur, deprehendente statim occidi posset. Tenedia securi in proverbium abiit, de quo Erasmus in Adag. Tene apud tenedios sanctissimus deus habebatur, ut a Cicero, iii in Verrem, c. 19, et l. iii de Nat. deor. *Jam vero in Græcia multos habent ex hominibus deos, Alabandum Alabandi, Tenedii Tenedum, etc.*

N. 24. *Carpathos.* Propter celerem fructuum maturitatem: quia $\kappa\alpha\rho\tau\omicron\varsigma$ Græce est fructus. Bochartus Chan. 1. 7, id tam futile esse dicit, quam quod sequitur, ex hac insula dici Carpasias naves magnas spatiosas. Ipse *Carpathum* dictam putat a *carpat* quia est ad oram Cariae.

N. 25. *Cythera, Cytheræ* pro insula occurrit apud Tacitum, iii Ann., c. 69. *Ut Cytheram potius conederet.* Sed alii hanc lectionem sollicitant. Esse autem Cytheram insulam oppido Boiæ, et promontorio Melaë oppositam cum oppido ejusdem nominis, et portidoneis testimoniis Cellarius confirmat l. ii, c. 14, et l. iii, cap. 7.

N. 26. *Iearia insula.* *Iearos* dicitur a Solino et Plinio, l. iv, c. 12, qui eam etiam inter Sporades enumerat. *Iearia* vocatur a Mela, l. ii, qui pariter eam inter Sporades recenset. *Ieariam* quoque dicunt Strabo et Ptolemæus.

N. 27. *Naxos.* De Naxo Plinius, l. iv, c. 12, et Bochartus, Chan. 1, 30. In meo Solino scribitur *Dyonisias* non *Dyonisias*. A Plinio *Dyonisias* vocatur. Exstant nomen inscripti ΝΑΞΙΩΝ , qui ad hanc insulam videntur pertinere.

N. 28. *Melos.* Inter Sporadas a Mela collocatur l. ii. Incolæ *Melii* dicuntur; inde Diagoras Melius, de quo Minutius Felix, c. 8.

N. 29. *Sardam lapidem* ex Solino, c. 20.

N. 30. *Chios.* Traditur solam Chium inter insulas mastichem gignere. Vide Plinium, l. v, c. 31. Etym. e Græco ab aliis petitur ob nivis copiam, vel a Chion nympha, aut filia Dædalionis. Bochartus. Ch. i. 9. *Chion* nomen Syrum esse docet, sed deducit a *Chivia*, serpente, quia historiæ Chiorum referunt sub monte ejus insulæ Pelinæo quondam latuisse draconem portentosæ magnitudinis, qui sibilis suis insulares aliquandiu territaverit. Negat vero quod Syri mastichem *chion* vocarent.

N. 31 *Insula est mari.* Forte, *est in mari.*

N. 32. *Trimaeria... Latine Triquetra.* In Editionibus correctis Quintilianii, l. i, c. 6, al. 10, non *Triquetra* legitur, sed *Triquedra*; desumit enim etymon hujus vocis a *tribus sedibus*, seu locis; nam $\tau\epsilon\tau\tau\alpha$ *sedes* est. Ac fortasse apud Isidorum legendum, *Latine triquedra dicitur, quasi in tres hedras divisa.* Bochartus Chan. i, 30, de primis seu præcis Siciliæ incolis latidisserit, et veterum fabulas apud Thucydidem, et alios rejicit: *Siciliæ* nomen ex Hebræa origine repetit.

N. 37. *Hephæstias.* Solinus, c. 44. *In freto, inquit, sieulo Ἡφαιστία insulæ, etc.* Fortasse hinc *Hephæstias* apud Isidorum immisum est, ac legi posset, *Erieus Hephæstia*, ut una tantum sit insula. A Græcis hæc insulæ dicuntur *Hephæstiades*. Hephæstia, vel Hephæstias est etiam urbs metropolis insulæ Lemni. Vide Plinium, l. iii, c. 8 et 9, ubi docet *Liparam* dictam *Liparo*, Ausonis filio, qui successit Æolo. Alii dicunt Æolum *Liparo* successisse. Adisis Cellarium l. ii, c. 42.

N. 38. *Stæhades insulæ.* Nunc de *Ilyeres* nuncupata, tres numero sunt, de quibus vide Plinium, l. ii, c. 5. Sed tribus nobilioribus aliæ parvæ, minus nomen accensentur.

N. 39. *Sardus ab Hereule procreatus.* Ita Solinus cap. 10, Strabo, Silius, et alii. A Græcis antea vocabatur Ἰχθυόσα , ab effigie soleæ, sive imæ pedis hujusmodi partis Bochartus, Chan. i, 34, quod de Sardis Herculis Maceridis filio, ab Isidoro et aliis antiquioribus dicitur, tam suspectum esse arbitratur quam quod a Cyrno, Herculis itidim filio, Corsicæ Græcorum nomen *Cyrnon* ab Isidoro etiam, et Servio deducitur. Ipse Hebræam originem nominis *Sardinie* excogita-

. 40. *Sed solifug... nisi herba.* De solifuga et
 pa Sardoniam, aut Sardoam, quæ homines quasi
 ntes interimit, Solinus loc. cit.

. 41. *Corsicæ insulæ.* De Corsica agit Bochartus,
 I, 31, 32, qui asserit *Corsicæ* nomen esse Puni-
 i, quo *silvoscus locus* indicatur, quia ex omnibus
 his nulla est alia silvoscior. Isidoro favent Eusta-
 s ad Dionysii vers. 458, et Byzantius chorogra-
 s in Κορσῆς. Verius Seneca censet de hujus insulæ
 ersis habitatoribus, c. 8, ad Helviam.

. 42. *Græce Κύρνη.* Melius Κύρνος. *Cyrnos* etiam
 bitur a Plinio, l. III, c. 6, et in epigrammatis,
 e Senecæ tribuuntur, contra Corsicam. Servius au-
 , ad loc. cit. Virgilii, *Cyrnem* vocat. Vide not.
 n. 39.

. 43. *Ebosus.* Vel *Ebusus*, vel *Ebosia*, vel *Ebusia*,
 e *Ivixa*. Bochartus, Ch. I, 35, ex Hebraica lin-
 orinationem accersit a *Jebuso*, *exsiccatæ*, id
 feus siccatae, quibus Ebusus celebrabatur.

. 44. *Baleares.* Isidorus ita Baleares describit, ut
 orica *Aphrosiade* videatur dicta, Minorica *Gym-*
ie. Grialius in not. ambas nuncupari indicat *Aphro-*
les, aut *Aprosiades*, et ex conjectura *Aphrodisia-*
 , ambas etiam *Gymnasides*. Plin., l. III, c. 5,
 atur has insulas a Græcis vocari *Gymnasias*, quia
 læ nudi æstate sese fundæ jactu exercebant. Bo-
 rtus, Ch. I, 35, non a lingua Græca, sed a Punica,
 Phœnicia etymon *Balearium*, hoc est, *peritorum*
ulandi, deducit. Eustathius, ad Dionysium, v. 457 :
 o *BALEARES dicuntur, hoc est, FUNDITORES, se-*
ndum ipsorum vernaculam linguam.

CAP. VII. N. 1. *Et loca earum.* Fortasse *et colla*
um. Cap. seq., n. 19 : *Colles sunt præeminen-*
ta juga montium, quasi colla.

. 2. *Sigeus.* Grialius scribebat cum diphthongo
æum; quod probari nequit. Græce, Σίγειος *Sis-*
is aut *Sigeus*.

. 3. *Maleum.* *Malea* est nomen promontorii : *ma-*
m est adjectivum. *Maleam* describit Statius Theb.,
 v. 32 et seqq., ut alios omitam.

. 4. *Pelorum.* Apud Orosium, l. I, c. 2, etiam
 tur *Pelorum* neutrum, scilicet promontorium. Ple-
 que dicitur *Pelorus*, nempe mons, aliquando
 libri forma *Peloris*, et *Pelorius*. *Pelorum* dici-
 a *Peloro*, qui Hannibalis classem gubernavit, con-
 rant Mela, l. II, et Val. Maximus, l. IX, c. 8, ubi
 oriam Pelori interfecti, et in hoc promontorio
 uli narrat.

. 5. *Pachynum.* Hoc promontorium et *Pachy-*
n, et *Pachynus*, aut *Pachynos* dicitur.

. 6. *Lilybæum.* Civitas nunc *Marsala* est; de ea
 ero, Div. in Verr., c. 17.

. 7. *Borion.* Grialius in textu cum aliis Excusis
 dit *Borio*; in not. *Borion*. Verba Solini sunt : *Ex-*
nosinea (Africa) plurimos conventasse, argumento
locis et urbibus dabimus. Borion promontorium,
ad Aquilone cœditur, Græci advenæ sic vocaverunt.
ponem REGIUM postea dictum, item Hipponem al-
um, de interfluente freto DIARRYTHON nuncupa-
n, nobilissima oppida, equites Græci condiderunt.
 licet ut Græci a *Borea*, seu Aquilone, promonto-
 m *Borion* aut *Borion* appellarunt, ita ab equis
 s *Hippones*, quorum alter verbo Latino addito *Hip-*
Regius postea dictus fuit. Isidorus, sive alius, ex
 ipse sumpsit, ex perversa interpunctione Solini,
 e in nonnullis Editis adhuc exsistat, intellexit *Bo-*
 n postea appellatum fuisse *Hipponem Rhegium*,
 nterpretationem adjecti verbi Græci *Rhegium*, ut
 Rhegio in Calabria dicitur, quod inde olim Sicilia
 fluctuum terræ fractione avulsa fuerit. De Hip-
 ie Regio vide c. 5, n. 9, hujus libri.

CAP. VIII. N. 2. *Caucasus.* De Caucaso confer
 masium in Exercit. Plinian. Raderus, in com-
 nt. ad Martial., p. 36 et 384, auctores etiam indi-
 qui de Caucaso monte bicipiti scripserunt.

N. 3. *Taurus.* Caucasus ipse est pars Tauri montis.

N. 4. *Libanus.* Calmetus, in Dict. bibl., existi-
 mat Libanum dictum ex Hebræo *leban*, sive *laban*,
 quod *album* significat. Perpetuis enim nivibus can-
 descit, de quibus Jeremias, Tacitus, etc.

N. 5. *Ararath.* Joannes Struis in suis itineribus
 narrat se verticem montis Ararath conscendisse, ac
 de reliquis arcæ Noemi, quæ adhuc permanent,
 certum redditum. Tournefortius, qui locum invisit,
 nihil simile ibi reperiri testatus fuit, consentiuntque
 viri alii docti verticem montis ejus perpetuis nivibus
 obsideri. Adisis Calmet., in Diction. biblic., et
 Boeh., Phal. l. I, c. 3, qui observat Arabes et He-
 bræos scriptores affirmare arcæ reliquias asservatas
 fuisse in Gordiæorum montibus Ararath.

N. 6. *Acroceraunii.* Est nomen adjectivum; no-
 men substantivum *Acroceraunia*, vel *Ceraunia*. Pro
fulminum jactus malim *fulminum ictus*. Servius
 etiam habet *jactus* in mea Editione, ad III Æneid.,
 vers. 506. *Ceraunia montes Epiri a crebris fulmini-*
bus propter altitudinem nominati. Unde Horatius
expressius dixit ACROCERAUNIA, propter altitudi-
nem et fulminum jactus.

N. 7. *Hyperborei* populi a Plinio locantur, l. IV, c.
 12, pone Riphæos montes, ultraque boream, sive
 aquilonem. An autem aliqui sint montes proprie
Hyperborei nuncupati mihi incertum est, nisi quod
 Ptolemæus montes Hyperboreos a Riphæis distinguit,
 cui contra alios Cellarius favet, l. II Geog. ant., c. 6,
 n. 27.

N. 8. *Impetus et ὄρμη.* Ἐπιρῆ et ὄρμη impetum signi-
 ficant.

N. 10. *Athos... Lemnum.* Solinus, c. 24, in mea
 Editione : *Cum Athos a Lemno sex et octoginta mil-*
libus passuum separatur. Plinius, l. II, c. 7 : *Ab ca*
(Imbro) Lemnos XXII M., quæ ab Atho LXXXVII M. p.
Circuitu patet CXX M. p.

N. 11. *Parnassus.* Parnassum non esse montem
 Thessaliæ dixi ad c. 4, n. 12. Non longe a Delphis
 in Phocide est Parnassus, de cujus duplici vertice
 plura Cellarius, l. II, c. 13, s. 9.

N. 12. *Ceraunii... montes.* Sunt ipsa *Acrocerau-*
nia, sive *Ceraunia*, de quibus n. 6.

N. 13. *Apenninus.* Nonnulli volunt scribi *Apæni-*
nus, ut origuatio a *Pæno* Hannibale indicitur. Re-
 pugnat communis usus. De Alpibus *Pæninis* dictum
 jam ad c. 4, n. 16.

N. 14. *Gehenna.* Vocem Hebraicam esse non igno-
 rabat Isidorus, qui c. 9, n. 9, rem ipsam ex sancto
 Hier. explicat. Voluit tamen ex allitteratione *Ætnæ*,
 et *gehennæ* in memoriam hominum revocari ignem
 inferorum.

N. 16. *Solorius.* In Hispania mons altissimus a
 Plin. l. III, c. 1, commemoratur, sed hoc quidem
 nomine a Mariana inter celebriores Hispaniæ montes
 non exprimitur.

N. 17. *Implevit Atlantem.* Lucanus, in mea Edit.,
 implevit *Atlanta*. Calpe Hispanice nunc est *Gibraltar*.

N. 18. *Acrias Alpes.* Ovidius, II Met., 226 : *Aeriæ-*
que Alpes. Pro quovis monte excelso *Alpes* et *Alpen*
 in singulari multi usurpant, Silius, Prudentius, Si-
 donius, Ausonius, Fortunatus, et alii, plena manu
 congesti a Ducangio in suo Dictionario. Bochartus,
 Ch. l. I, c. 42, n. 7, advertit plerisque visum *Alpes*
 dici ab albedine nivium, non tamen de nihilo alios
 Alpen montem excelsum explicare, cum et *Al* celsum
 Gallice sonuerit, et *pen* collem, aut verticem mon-
 tis.

N. 19. *Colles.* Alii censent a *colendo* nuncupari.
 Etymologiam Isidori confirmat Statius, qui per simi-
 litudinem, IX Th. v. 643, vocavit *frondæ colla*
Parnassi juga vertici subjecta. Vide not. ad c.
 præc. n. 1. Pro *præcminentiora*, aut *præminentiora*
 (utroque enim modo scribitur), malim *prominentiora*;
 et ita scribitur l. I, n. 376, Differentiar.

N. 20. *Juga.* Montium præcipue dicuntur de con-
 tinuato montis cacumine. Cæsar, l. I Bell. civil.,

c. 70 : *Ut mutata itinere, jugis Octogesam perveniret.*

N. 21. *Tumulus.* Quia sæpe pro sepulero ponitur, Isidorus advertit *tumulum* etiam esse terram congestam, ubi nulla memoria est. Vide l. xv, c. 11, n. 2, et notiam Vulpii ad Tibulum l. iv, earm. 1, v. 204.

Quin etiam mea cum tumulus contexerit ossa.

N. 22. *Quasi vulsa.* Quia vallis reducitur, et quasi dissecatur a monte; hinc *vallis redueta* apud Virgilium, Horatium et alios.

N. 23. *Campus.* Alias etymologias *campi* Becmanus fusc explicat.

N. 25. *Arbores exsiliunt in altum.* Alii, ex Varro, l. iv de Ling. Lat., c. 4, colligunt *saltum* dici, quod in eo pecora *saliant*. Alii nomen derivant ex Græco *ἄλος*.

N. 27. *Ubi venti frangebant.* Fortasse, *ubi venti frangebantur.* Apud Festum nonnulli legunt *conflant* pro *confluunt*. Aliud sunt *confluges*, de quibus Nonnius, c. 1, n. 311, et Livius apud eumdem : *Confluges, ubi conventum campum totum inhumigant.* Al., *ubi conventu.*

N. 30. *Lucus.* Videri potest Joannis Rhodii *Descriptio luci antiquissimi sacrificiis destinati.*

N. 33. *Quod sine munere,* quia olim *mœnia* et *mœnera* pro *munia* et *munera* scribebatur.

N. 35. Non mala est originatio aliorum, quod *opacum* sit ab *Ops*, *Opis*, quæ terra est, filia Cœli et Vestæ, ut in fabulis narratur.

N. 36. *Et lubricum dicitur, non quod.* Isidorus fortasse scripsit *lubricum dicitur non solum quod labitur, sed,* etc. Grialius tamen vulgatam lectionem tuetur.

N. 38. *Navalia.* *Navale* metaphorice dicitur *textrinum*, quia ibi veluti texuntur naves. Serv. ad Æn. xi, v. 326, citat versum Ennii in hanc sententiam.

N. 39. *Statio.* Qualiæunque loca etiam inculta, navibus ad quiescendum apta, *stationes* vocabantur. Vide Schefferum, de Milit. naval., p. 210.

N. 40. *Baia, baias.* Non invenio apud lexicographos *baia*, *baias*. Atqui Isidorus id ex antiquiore aliquo sumpsit. In auctario Ducangii est *baia*, *sinus*, ex instrumento sæculi XIII.

N. 42. *Margo est pars.* Fortasse deest *extrema*, scilicet *Margo est pars extrema cujuslibet rei*, etc.

CAP. IX. N. 5. *Barathrum.* Græca vox est, a Latinis deinde adoptata.

N. 11. *Hinc ibi.* Nonnulli Editi *hinc illie*. Genuinum videtur *hinc ibi*, quamvis minus Latinum sit *ibi* pro *illuc*, aut *illie*, aut *eo*. Antiquus Cod. Vat. 623, *pro eo dicuntur, quod animæ hinc ibi feruntur.* Isidori sententiam de inferiorum sede in medio terræ probat Petavius, t. III Theol., l. III, c. 5, n. 6.

LIBER DECIMUS QUINTUS.

CAP. 1. N. 1. (*Sallustius.*) Loc. cit., ait : *Urbem Romam...Trojani, qui, Ænea duce, profugi sedibus incertis vagabantur, eumque his Aborigenes.*

N. 2. *Nec historicos,* etc. Eadem sententia, l. ix, c. 1, n. 33, Isidorus ex Servio non solum hanc sententiam, sed etiam ea quæ n. 1 præc. sumpsit.

N. 4. *Babylonem.* Scriptores profani aliam originem Babyloni tribuunt, ut videri potest apud Calmeium, in Dict. bibl. Raderus, in comm. ad Martialem, p. 19, varias auctorum sententias colligit, ac confert, de conditore, seu conditoribus Babylonis.

N. 5. *Salem.* De nominibus *Jerusalem* vide not. ad c. 3, l. 14, n. 21. De vera ejus etymologia multa viri eruditi, quæ persequi non vacat. Vide Exercitationem Georgii Gasparis Kirchmajeri Vitebergæ editam anno 1676, l. v, cujus priora capita aliquot sunt de rebus moribusque Judæorum.

N. 6. *Dionysius, qui et Liber.* Justinus, l. XII, c. 7, Bacchum Nysæ conditorem vocat. Alii Bacchum in

ea urbe genitum, atque inde etiam *Dionysium* vocatum asserunt.

N. 7. *Mediam.* *Media* est regio, de qua l. XIV, c. n. 11, De *Media* urbe Bocchartus, Phal. l. III, c. 1 videndus, qui observat fuisse urbem provinciæ cognominis, dictam etiam *Medenam*, et *Hammeden* hodie *Hamadan*.

N. 8. *Persepolis* urbs, sive *Persapolis*, Persid propriæ caput fuit. *Persidæ* vocabulum apud antiquiores geographos non invenio.

N. 10. *Susis.* Latine dici solet *Susa*, *Susorum*, cuius urbis novum conditorem fuisse Darium Hystaspis filium tradit Plin., l. VI, c. 27. Quod ait Isidorus *Susis oppidum*, accipi potest eo sensu, quo nominum urbium sequiori ævo velut indeclinabilia interdum enuntiabantur per sextum casum, aut per quartum, ut *oppidum Centumcellis*. Vide Prudentiana mea, 185, num. 212, in not. Grialius in not. ediderat MSS. Gothicis *Menonis patrem*; sed *Menonis* fortasse error typographicus est; ideo restitui *Memnoni*. Nunc *Susorum* nomen est *Tousther*, vel *Schousther* metropolis *Kusistan*.

N. 11. *Bactrum.* De Bactro, l. XIV, c. 3, n. 3.

N. 12. *Carra.* Nomen magis usitatum in plurali *Carræ*, *Carrarum*. De Carris, urbe Mesopotamiæ Lucanus, l. I, v. 107. Carras urbem Arabiæ dicit Plin., l. V, c. 24 : *Arabia, supra dieta, habet oppidum Edessam... Carras eade Crassi nobiles.* Intelligunt partem Mesopotamiæ, quam Arabes incolebant, cui assignavit *prefecturam Mesopotamiæ*, hoc est Mesopotamiæ proprie dictam. In sacra Scriptura scribitur *Charan*, *Charran*, et in Vulgata *Haran*. Sed multi tamen negant *Haran* esse Carras Mesopotamiæ. Varias hinc inde sententias ad examen revocat Cellarius, l. III, c. 15.

N. 12. *Edessam... Philadelphiam.* Edessam a Seleuco Magno, Syriæ rege, conditam Hieronymus Chronologico testatur. *Arach* urbs a Nembroth condita ex Genes. x, 10, a nonnullis creditur esse *Arach* in Susiana ad Tigrim. *Chalannem* nonnulli eruditi fuisse putant *Callinicum*. *Philadelphia* aliquando Arabiæ, aliquando Cœle-Syriæ tribuitur : metropolis fuit Ammonitarum. *Raphaim* seu *Rephaim* erant gigantes, in quos Abrahami ætate Chodorlahomor excitum movit, ex Gen. XIV. Cur autem dicat Isidorus gentem hanc *Raphaim* a filiis Loth interceptam, non video.

N. 15. *Damascus.* De conditore Damasci incerta est fama. Justinus, l. XXXVI, hanc urbem a Damasco conditam narrat. cui in regni administratione Abrahamus secundus successit. Alii conditorem Abrahamum dicunt, qui nomen fecerit ex *Damasco* filio dispensatoris, sive œconomi; de quo Gen. XV, v. *Dixitque Abram... Filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliexer.* Alii alia conjiciunt, ut vide poteris in Exercitatione supra laudata Kirchmajeri Scribitur etiam *Laodieea*, *Apamea*.

N. 16. *Gaza.* Nomen est Hebræum *Aza*, seu *Haza* ex quo factum *Gaza*.

N. 17. *De qua superius.* Ubinam? Fortasse Isidorus hæc verba sumpsit ex aliquo, cujus nomen interdidit, ut sæpe ab ipso factum suspicor. *Philistia* aut *Philisthim*, non urbis nomen est, sed ita vocatur *Philistæi*, a septuaginta interpretibus *allop* nuncupati. *Ascalon* urbs fuit in regione Philistæorum. Apud Grialium erat *Cesloim* : reposui *Chasluim*, sicutus Vulgatam, Gen. x, 14 : *Et Phetrusim, et Chasluim, de quibus egressi sunt Philisthim et Caphtirim.* Vide l. IX, c. 2, n. 20 et 58.

N. 18. *Dor.* Urbs ab Hieronymo in epitaph. Pauli commemoratur : *Mirata ruinas Dor, urbis quondam potentissimæ.*

N. 19. *Joppe.* Nonnulli conditam putant à Cophæ, qui nomen ex uxore sua *Jope* imposuit. Hieronymus in c. I Jonæ, et in Epitaph. Paulæ testatur etiam de vestigiis vinculorum Andromedæ, quod Josephus

la, Plinius et alii simili modo confirmant, sed ut rem fabulosam esse agnoscant.

N. 20. *Oxam de Bethel*. Bonfrerius in not. ad Hieronymum. advertit non recte *Oxam de Bethel* appellari, fuit *Hiel de Bethel*, ex III Reg., xvi, 34.

N. 21. *Sichima*. In Evangelio corrupta voce *Sicr* dicitur. *Emor* alibi scribitur *Emmor*, et in *Vulga Hemor*, Gen. xxxiv, 2. Hier., in Onom., indicat apollim a veteri Sichem aliquantulum loco disjunctum fuisse, cui recentiores nonnulli consentiunt.

N. 22. *Verehedomus*. Vulgata: *Non est hic aliud, nisi domus Dei et porta cæli*. Bonfrerius in not. ad Hier., de Loc. Hebr., sive Onom., censet fuisse loca vicina: *Bethel*, quæ prius *Luxa* dicebatur, fortasse in tribu Ephraim, et *Bethel* in tribu Benjamin, ubi Jacob visionem seculæ habuit.

N. 23. *Bethlehem nomen*, etc. Bonfrerius, in not. Onom. Hier. conjicit nomen hoc inditum fuisse *Bethlehem*, filio viri Ephratae, cujus fit mentio I. r. II et IV.

N. 24. *Ipsa est et Mambre*. Non ipsa civitas *Chem*, sive *Hebron*, sed vallis subjecta *Mambre* dicebatur, ut Bonfrerius alique eessent. Vide interpretes c. xxxv, 27, Gen: *Venit etiam ad Isaac patrem in Mambre, civitatem Arbee; hæc est Hebron*. *Arbee* appellabatur *Chariatharbe*, quod idem iat, scilicet *civitas Arbee*, aut *civitas trium*.

N. 25. *Sennacherib rex*, etc. Hæc reformanda sunt; in *Samariam* urbem condidit Amni rex Israel, pro monte a *Semer*, montis domino, a quo et nomen urbi imposuit, ut constat ex III Reg., xvi, 24, Josepho, l. viii Ant. Jud., c. 18. Pro *Sebastiam* noni poterit *Sebastem*; nam *Sebaste* nomen est æeum pro Augusta impositum. Vide Calmetum, in et. bibl., et Bonfrerium, in not. ad Onom. Hier.

N. 26. *Tiberiadem*. Ab Herode Antipa condita. Vide Josephum Ant. Jud. l. xviii, c. 3.

N. 27. *Tyrus*. Condita fuit post Sidonem, de qua seq., ab ipsis Sidoniis Phœnicibus.

N. 29. *Sidon*. Plin. l. v, e. 19: *Sidon, artifex ri, Thebarumque Bæotiarum parens*.

N. 30. *Carthadam*. Servii verba ad iv Æn., v. 670, ut: *Corthayo ante BYRSA, post TYROS dicta est, et CARTHAGO a Cartha oppido*. Solinus aliud int, scilicet ab *Elissa Carthadam*, seu *civitatem nam* vocatam, cum primum condita fuit. *Mox*, ait, *in mone verso in verbum Punicum, et hæc ELISSA, illa CARTHAGO dicta est*.

N. 31. *Vestigia erroris*. Fortasse intelligit pyramides Memphis. Raderus, ad Martialem, p. 18 et seq., Bellonio et aliis, plurima de pyramidum forma causis affert.

N. 32. *Tanis*. De prodigiis Moysis in campo Tapos psalm. lxxvii, 12 et 43. Bonfrerius, in not. ad Hieronymum, asserit *Tanin* eandem esse urbem *Taphnin*, de qua Jer. XLIII, 9. Calmetus in Dict. l., duas diversas urbes statuit.

N. 33. *Solis civitas*. Quia templum Solis habebat, ait Strabo l. xvii. De ea Ptolemæus, Stephanus urbibus, Plinius, et alii præter scriptores sacros.

N. 35. not. *Ex Solin. c...* 35. Grialius Solini locum egavit ex e. 45, in erratis corrigendis notavit lepidum 35, uti in ejus nota edo. Sed in mea Editione est caput ipsum 45, quod Grialius mutari ius. De Cadmo, Thebarum conditore, sup. n. 29, et n. 46.

N. 39. *Homero poetæ patria*. Ita plerique poetæ aiunt, Lucanus, Silius, Claudianus, Sidonius et alii. Et Smyrnei quidem delubrum Homeri in oppido dedicarunt. Sed multi alii Græciæ populi Homerum eivem suum sibi vindicant, et adhuc sub iudice est. Exstat Leonis Allatii liber de patria Homeri.

N. 42. *Ut receptaculum sibi*, etc. Hæc verba Orosius, l. iii, e. 13, de Philippo, rege Macedonum, recitat: *Utli emolumento necessariam maritimam urbem ratus Byzantium, nobilem civitatem, aptissi-*

A *mam judicavit ut receptaculum sibi terra marique fieret, eamque obsistentem illico obsidione cinxit*. Orosius, loc. cit. a Grialio, pauca alia habet de Constantinopoli. De *Byzantii* nomine vide Eustathium in Dionysium, v. 804. *Byzas* dux Megarensium *Byzantii* conditor creditur; et in nonnullis veteribus *Byzantium* nomenclis apparet nomen *BYZAC* cum senili capite galecto.

N. 47. *Sparta*. Nomen urbis est etiam *Lacedæmon*; inde *civitas Lacedæmonia*. Apud Orosium præcedunt hæc verba: *Sciendum tamen est maxime ipsam esse Spartam*, etc.

N. 48. *Pelops*. A *Pelope* quidem *Peloponnesus* est dicta; an autem aliqua urbs ab eo condita fuerit *Peloponnesensis* vocata, non liquet, neque apud veteres geographos vocabulum urbis *Peloponnesensis* mihi reperire contigit. Rhodum urbem circa *Peloponnesia* eum bellum ab eodem architecto a quo conditus fuit *Piræus*, Strabo, lib. xiv, conditam refert, in quam cives *Ialysi*, *Camiri*, et *Lindi* fere omnes coiverunt. De *Thessalonica*, l. xiv, e. 4, n. 12. *Thessalia* urbs a *Thessalo* condita nulla mihi occurrit; ac solum notandum discrimen, quod *Thessalia* aliquando universam regionem significat, aliquando partem ejus, quæ proprie *Thessalia* et *Thessaliotis* dicitur.

N. 49. *Brundisium*. De *Brundisio*, seu *Brundisio*, l. xiv, e. 4, n. 23.

N. 51. *Qui victor*. Præstiterit legere eum Solino, cap. 8, *quia victor*, etc. Nam Solinus *Pompeios* oppidum dictum ait ex *pompa boum*; quod, imperatore Nerone, terræ motu desedit, imperatore Tito, *Vesuvii* cineribus prorsus obrutum fuit.

N. 55. *Tunc pater Evand*. Virgilius ait: *tum rex Evandrus*; atque ita etiam Isidorus n. 1 hujus e.

N. 56. *Hostem moraretur*. Fortasse quia a nonnullis scribitur *Hostia*. Sed verior scriptura est *Ostia*; et initio quidem, ut videtur, *Ostia*, *Ostiorum* tantum dicebatur: deinde etiam feminino genere *Ostia*, *Ostivæ*.

C N. 58. *Versa postmodum*. Fortasse *versæ postmodum*, etc. Servius, ad 8 Æn., v. 9, tradit *Apulicæ* partem, quam *Diomedes* tenuit, *Messapiam* et *Peuceetiam* a duobus fratribus dictam. Plinius, l. iii, c. 11, innuit *Calabriam* vocatam *Peuceetiam* a *Peucetio* *Oenotri* fratre.

N. 59. *Manto*... *Mantuam*. Alii dieunt *Ocnus*, filium *Mantus*, *Mantuam* condidisse. Vide Virgilium, l. x, v. 199, et Servium, ib. *Ocnus Bianor* quoque dictus fuit. Virgilius, ecel. 9, v. 59.

.... Namque sepulcrum incipit apparere Bianoris...

In mss. Codicibus faeile *m* et *in* inter se commutantur, et confunduntur: *hinemanes* pro *inanes*, et contra. Hoc tamen loco *Mantus*, vel *Mantivæ* etym., exigit *manes* potius quam *inanes*, quod exstat in Editis.

N. 60. Urbis usitatum nomen erat *Parthenope*, quæ ab una *Sirenium* *Parthenope* ita vocata fuit. *Neapolis* vocabulum urbi accessit novis æolonis aetæ, cui respondet *Paleopolis*, pars, ut videtur, vetustæ *Parthenopes*, de qua Livius, l. viii, e. 22.

N. 62. *Phalantus*. Ex Servio, ad l. viii Æn., v. 551, hæc ita reformanda, aut explicanda sunt: *Phalantus, octavus ab Hercule, Parthenios, seu Parthenius duxit in oppidum, quod Taras Neptuni filius fabricaverat, Tarentum inde appellatum*. De *Partheniis* vide l. ix, c. 2, n. 81.

N. 63. *Phocenses*. In libris editis erat *Phocenses*; restitui *Phocæenses*. Etsi enim *Lucanus* non semel *Phocæentes* seu *Phocæcos* confundit eum *Phocensibus*, et *Massiliæ* originem *Phocensibus* tribuit, tamen plerique veteres clare *Phocæensibus*, hoc est, eivibus *Phocææ* urbis *Asiæ* in *Ionia* hanc laudem ascribunt. Vide *Valesium*, ad *Ammianum*, l. xv, e. 9, *Cælarium*, etc. De *Massiliensibus* trilinguibus commentatio *Christiani Guil. Franc. Walchii* edita fuit t. III *Aetor. Soe. Lat. Ienensis*. Ab *Isidoro* hoc loco *Gallia* seu *Gallorum feritas* notatur. L. ix, c. 2, n. 101,

Francorum feritas; et n. 103, Galli *natura feroces* dicuntur.

N. 65. *Tarraconem*, etc., ex Solino, c. 36.

N. 66. *Cæsaraugusta*. In nonnullis etiam ex nostris Mss. deest hoc Cæsaraugustæ elogium: ac probabile mihi est a Braultione ad sui exemplaris marginem adjectum; quod alii deinde in textum coniecerint. Codices quidem duo Toletani cum Editione Grialii consentiunt, uti etiam Palatinus 281, antiquissimus, Palat. 282 et 283, Urbinas 100, et alii. Desideratur elogium Cæsaraugustæ in Regiov. 212 et 1953, in Urb. 479, in Ott. 343 et 404. Quod dicitur Cæsaraugusta *florens sanctorum martyrum sepulturis*, peti- tam id videtur ex Prudentio, Perist. hymn. 4, ubi xviii martyres Cæsaraugustani concelebrantur.

N. 67. *Sub Hannibale*. Florezius corrigebat *sub Hasdrubale*, ut dixi in Isidorianis, cap. 17, num. 23, ubi totum hunc locum explicui. Mss. constanter *sub Hannibale*.

N. 69. *Dicuntur*. Correxerunt *dicuntur*, pro *dicunt*, quod per errorem, ut puto, Grialius edidit.

N. 70. *Olyssipona ab Ulyssc*. In veteribus inscriptionibus apud Gruterum scribitur *Olisipo*. Alii præferunt *Ulyssipo*, quia ab *Ulysse* cum Solino tenent conditam. *Olyssipona*, aut *Ulyssipona*, ad sequiora tempora pertinet.

N. 71. *Hispalis*. Ex *palis* videtur Isidorus nomen *Hispalis* deducere. Florezius, t. 9 Hisp. sacr., p. 8, cum Aria Montano, et Bocharto præfert etymologiam *Hispalis* ex voce Phœnicia *sephela*, vel *splu*, planitie. Olim scribebatur *Spalis* pro *Hispalis*, uti *Spania* pro *Hispania*.

N. 72. *Gades*. Bochartus, l. iii Phal., c. 7, advertit *Gadira* septem, vel septem, explicare Plinium, Solinum, Avienum, et Hecychium.

N. 74. *Sala*. Solinus, c. 37: *Sala oppidum imminct Salæ flumini*.

N. 77. *Cyrene*. Cyrenes conditor creditur fuisse Batus, ex Strabone, Pausania, Justino, Silio Italico, etc. Vide Cellarium. Dicitur etiam *Cyrenæ*, *Cyrenarum*.

CAP. II. N. 3. *Ab orbe*, etc. Ex Servio, ad I Æn., v. 16.

N. 4. *Ideo autem*, etc. Exstat Crellii dissertatio super publica cæremonia qua urbes condebantur, edita Lipsiæ 1745, qui Isidorum, argumentumque hoc illustrat.

N. 5. *Ab oppositione murorum*. Ex Servio, ad IX Æn., v. 608.

N. 6. *Oppidum autem magnitudine*, etc., ex Servio loc. cit. Idem docent Varro, Tullius et alii. Quod autem *oppidum* sit ab *ope*. Varro quoque et Pomponius iureconsultus comprobant.

N. 10. *Municipium*. In municipio definiendo non satis inter se consentiunt veteres, Festus, Gellius et alii.

N. 12. Vicus. Recentiores vici originem Hebraicam aut Græcam investigant: Varro a *via* derivat.

N. 13. *Casam altam*. Non magis placet, quod alii dicunt, *castrum* esse a *casum*, ut domicilium non stabile notet.

N. 16. *Suburbana*. Malim *Suburbia*, et *civitati*.

N. 18. *Mœnia*. Servius, ad XI Æn. v. 567: *Scientium autem mœnia abusive dici omnia*, etc.

N. 19. *Turres*. Græcum quoque est.

N. 22. *Porta dicitur*, etc. Confer Catonis verba, n. 3.

N. 26. *Subvolamina*. Grialius in textu quoque edidit *subvolamina*, quod ex conjectura in not. restituendum putat. Excusi veteres habent *subvolumina*, al., *subvelamina*. Papias: *Vel quia sub volumine sunt*. Ducangius *imbolum* vel *embolum* ait esse urbis angiportum: qua voce Byzantini porticus, quæ in urbe sparsim erant, appellabant ut plurimum; mox vox ipsa regionibus, in quibus cæ porticus erant attributa fuit.

N. 27. *Forus... a Phoroneo legc... Pro rostris*. Bignæus hanc fori definitionem tuetur, ut ex ejus verbis patet, productis in Isidorianis, cap. 35, n. 8. Hæc

ferre ipsa repetita sunt lib. xviii, c. 15, ubi me *Phoronei* regis omittitur, et scribitur *Proros Grialius*, in not., exhibet *Rostra vocantur*, cum textu ediderit *Prorostris*. Nomen est *Rostra*: aliquando additur præpositio *pro*, quæ seorsum s benda est, ut *sedens pro Rostris*, etc. Sic in *Ros e Rostris*, de *Rostris*, etc. Schwartzius in dissectione de rostris fori Romani ex hoc Isidori loco a que aliorum disputat contra eos qui putant non id esse *dicere pro rostris*, ac *dicere in rostris*, seu *per rostra*, qui etiam rostrorum, sive loci qui dicebatur, formam ex veteri nummo illustrat.

N. 34. *Theatrum*. De theatro, l. cit. 18, c. 4.

N. 37. *Pharus*, etc. Hæc eadem repetuntur l. c. 10. Montfauconius, tom. III Supplem. Antiquæ explic., l. iv, c. 3, contra etymologias *Phari* ab doro, Liecto et Isaaco Vossio productas, conie turrim *Pharon* ita vocatam ab insula *Pharo*, nomine Ægyptio appellata antequam turris vel t accensus in illa conspiceretur. Homerus mem Phari insulæ. Nic. Antonius, l. v Bibl. vet. Hi n. 95, Isidorianum *Phari* etymon, quod Joa Scheffcrus, lib. iii de Re navali in Addendis, p. 3 reprehendit, non spernendum esse, ex Martini mione, in Lexico ostendit.

N. 38. *Cochleæ... qualis est Romæ*. Romæ c brior est columna Trajani, de qua Eutropius, ub Trajano loquitur: *Ossa collata in urnam auream foro, quod edificavit, sub columna sua sunt, cu altitudo cXL pedes habet*. Isidorus loqui videtur columna Antonini, cui plerique scriptores antiqui recentis, ipsos cLxxv pedes assignant, ut notat chinardus in descriptione Romæ, part. II, c. 1. *chleæ* vero dicuntur, quia Græcæ *κοχλιάς* est lin

N. 40. *Balneis*. Joachimus Kuhnus, in disser de lotionibus et balneis Græcorum, rejicit etym giam *balnei* ab Augustino et Isidoro prolata; n ut existimat, Græci dicere debuissent *βαλάνιον*, *βαλάνειον*. Confer Suidam.

N. 42. *Popina*. Alii *popinam* dictam cense *Popa*, qui erat sacrificulus, vietimarum vendi Certe *propino* est Græcum *προπινω*, *præbibo*, *p gusto leviter vinum, alterique offero*. De veteri popinis exstat commentatio t. III. Act. Soc. Lat. nens., p. 268.

N. 45. *Telonium*. Apud Tertullianum, de Id c. 12, et de Bapt., c. 12, occurrit etiam vox *telonium*; sed nonnulli legunt *teloneum*, uti apud nium, c. 1, n. 65, *telonearius*, pro quo alii hab *telonarius*.

N. 46. *Carcer*. Servius suam *carceris* etymolog ab *arcendo* repetit, ad lib. v, vers. 145: *Carcer ostia, quibus equi arcantur, unde et carceres, qu ARCERES, secundum Varronem*. Utamque notam Isidorus conjunxit l. v, c. 27, n. 13.

CAP. III. N. 2. *Ædem*. Beamanus: *Ædes*, ait, *S vio ab EDENDO, Varroni, lib. IV ab ADITU, Festo EDITO, aliis, quod inibi ÆVUM agatur*. Hæc, alia rejicit, neque meliora ipse expromit ex Hebræ Græca lingua.

N. 4. *Atrium*. Florezius, t. XIII Hisp. sa tract. 41, c. 9, n. 9 et seqq., observat atrium ep copi a Paulo Diacono sæpe adhiberi pro ædi episcopalibus; et hanc significationem a Ducan prætermissem ex hoc Isidori loco comprobat. synecdoehen ab Ovidio quoque atrium de totis a bus accipitur, ep. 16 Heroid., v. 184:

Nec capient Phrygiæ atria nostra nurus.

Atrium quidem proprie erat locus intra spaciosas nobiles ædes porticibus cinetus, et aream habens dio patentem. Servius docet, ad I Æn., v. 730, atriis fuisse culinam: *Ibi et culina erat, unde ATRIUM dictum est, quod ATRUM erat ex fumo*. Isidorus addidit et *lychno*, fortasse quia Servius pa

ost explicat hanc vocem; interpretatur enim verum illum :

Atria dependent lychni laquearibus altis.

go præterea existimo atria fuisse atra ex igne, quem hiemis tempore servi accendebant, ut se calecerent; quod colligitur ex Evangelio Marci XIV, 54: *etrus autem a longe secutus est eum usque intro atrium summi sacerdotis, et sedebat cum ministris ad ignem, et calefaciebat se.* Raderus, ad Mart., c. 25, docet, ex quorundam sententia, atrium dictum quod atrum esset ex fumo propter focum et culinam, quæ apud Romanos in atrio erant.

N. 5. *Palatium.* Proprie erat mons Palatinus, de cuius originatione plura Varro, Servius, Scaliger et alii. *Ædes* in eo sumptuosiores similibus domibus nomen *palatii* dederunt.

N. 6. *Thalamus.* Vox Græca est. De *Talasso*, seu *talassione*, mira est dissensio inter veteres. Nuparum deum præsidem fuisse nonnulli opinantur. Cum inspiratione quidam scribunt *Thalassum*.

N. 8, not. *Ipsam basilicam.* In verbis Servii reponeo *ipsam basilicam* ex mea Editione. Grialius edidit *osum*.

N. 9. *Cella dieta.* Apud Grialium erat *cellas appellerunt*; in mea Servii Editione *cellam. Cubile* aliquando dicitur de cubiculo, in quo exhamus et dormimus; *cubiculum* vero interdum sumitur etiam pro conclavi, in quo per diem maemus.

N. 10. *Hospitium.* In altero ex duobus meis exemplaribus Editionis Grialianæ est *hospitum*, uti etiam in exemplari quocum collati sunt Mss. Gothici Totani. Verum in altero meo exemplari recte est *hospitium*; ex quo comprobatur diversitas exemplarium Editionis Grialianæ in nonnullis quam antea indicavi. Etymologia verbi *metor*, *metaris*, rectius petitur a *metior*; nam *metator* agmen prægressus, locum pendis castris *metitur*.

N. 11. *Mæniana.* Hæc fere sunt quæ nunc Romani vocant *mignani*. Isidorus *materies*, seu *materias*, et vox *materia* accipit de lignis, ut clarum est; nam distinguit a lapide. Hispani vocant *madera*. Hanc *materia* significationem apud Plinium, Columellam et alios reperire licet.

N. 12. *Lavantem*, hoc est, *se lavantem*. Nam *lavatio* voce pro passiva sæpe usurpatur, quod exemplis veterum constat.

N. 13. *Languoribus atque inedia.* Apud Grialium Hieronymi verba ita exhibebantur: *Languoribus et inedia misericor. membra foveret.*

CAP. IV. N. 5. *Monasterium.* Discrimen inter *monasterium* et *cœnobium* ab Isidoro ex Cassiano trahitur l. II, c. 16. Consentiant sanctus Hieronymus, sanctus Anastasius, sanctus Nilus, a Ducangio indicati.

N. 7. *Templi* etymologiam Græcam alii quærent; alii a *tuendo* deducunt. Nam *contemplatio* potius a *templo* originem trahit. Destructa idololatria, *templi* nomen ecclesiis Christianorum accommodatum fuit. Forma templi Christianorum eadem esse solebat atque illa quæ a Vitruvio describitur. Cardinalis Bona, *Rer. Ital. Tur.* l. I, c. 20: *Usus frequentior et rationi vicinior habebat in Orientem orantes converti.* Huc pertinet c. 57, l. II constit. Apostolicæ. Qui antiquitates Christianas exponunt, exemplis adductis probant non omnes veterum Christianorum ecclesias in eam formam constructas fuisse.

N. 8. A *Faunis.* Fortasse hac de causa Christiani *fanum* vocabulum suis ecclesiis imponere noluerunt. Quamquam Varro et Festus *fanum* a *fando* deducunt, quod pontifex in dedicatione templi certa verba *præferari* soleret.

N. 9. *Delubra.* In *delubri* etymo explicando Varro, Festus, Cornelius Fronto, Asconius, et alii, in varias ducunt sententias. Christiani certe a *delubri* nomine

A in suis appellandis ecclesiis fere semper abstinuerunt. Schurzfleischius, *Disp. hist. civ.* 53, n. 1, apud Isidorum, uti apud Asconium Pedianum et Servium, legendum ait a *deluendo*, non a *diluendo*, ut alii codices habent. Præpositiones *de* et *di* in compositis passim confunduntur; neque sæpe unam potius quam alteram asserere licet. Usus autem statuendi fontes ante ingressum templorum mansit etiam apud Christianos, ut Deum adoraturi manus ante abluerent. His fontibus successit aqua lustralis, seu benedicta.

N. 10. In *delubris.* Occasione *delubri* agit de fonte baptismatis, seu baptisterio, quod a nonnullis *delubrum* vocabatur, ut ex Ducangii dictionario apparet. Loc. cit. apud Grialium, l. II Offic., c. 25 (male erat apud Grialium c. 24), deest verbum in *delubris*. Reliqua sententia, ut ex not. ad eum locum liquet, desumpta est ex epist. ad Rusticum Narbonen. de septem gradibus Ecclesiæ sancti Hieronymi, t. IX, ut necesse non sit ad Tertullianum provocare. De baptisteriis Christianorum quædam indicavi in comm. ad hymn. 8 Perist., ut aliis in locis ad Prudentium. Isidorus, ex Hieronymo, astruit tres gradus in descensu ad baptisterium fuisse.

N. 11. *Basilicæ.* Nonnulli putant *basilicæ* nomen ecclesiis adhæsisse, quia Constantinus multas basilicas in ecclesiarum usum concessit.

N. 12. *Martyrium* Græcæ. *Memoria* Latine erat ecclesia super alicujus vel aliquorum martyrum sepulcrum constructa. Sed proprie locus ipse sub altari principe, in quo corpora sanctorum martyrum requiescunt, *martyrium*, seu *confessio*, appellatur. Hinc *confessio* sanctorum apostolorum in templo Vaticano, *confessio* sancti Laurentii, etc. Vide comm. ad hymn. 2 Perist. Prudentii, v. 527, 528.

N. 13. *Aram... Imprecatio* *καταρα*. Legebatur olim *imprecatio* *Satura dicitur*. Locum Grialius restituit uti apud Servium exstat; neque erat cur nostro demum tempore Arntzenius, c. 6 *Miscellan.*, cum Josepho Wase, ad Sallustii fragm. hist., p. 224, in veteribus Isidori Editionibus emendandis laboraret. Sed plerique, Editionis Grialianæ ignari, inanem operam interdum sumunt, ut actum agant. *Aram* autem pro altitudine et eminentia loci aliquando accipi, Beermanus, ex Tertulliano, probat cum Josepho Scaligero, ad Auson., l. II, c. 22. Confer c. 13, n. 16, hujus libri.

N. 16. A *Tribuno* sedes ejus dicta fuit *tribunal*. Inde *tribunal* sacerdotis, sive episcopi in ecclesiis, de quo hic Isidorus, et Prudentius hymn. 11 Perist. v. 225:

Fronte sub adversa gradibus sublime tribunal
Tollitur, antistes prædicat unde Deum.

Vide meum comment. ad hunc loc.

CAP. V. N. 1. *Lectisternia.* Servius, ad l. XII *Æn.*, v. 199: *Ubi homines in templo sedere*, etc. Proprie autem *lectisternium* erat sacrificium quo diis pulvinaria seu lecti sterrebantur, epulumque apponebatur. Neque Servii opinionem graviori aliquo teste comprobata video. Confer Ezechielem Spanhemium de usu numismatum, p. 193, t. II, et Philippum a Turre, veter. Antii p. 318.

N. 2. *Donaria.* Dicebantur etiam dona, præsertim templis oblata.

N. 4. *Armarium.* Hinc vox Hispanica et Italica *armario* eadem fere significatione. *Armamentarium* præcipue de loco dicitur ubi arma navalia, seu instrumenta navalia reponuntur. In verbis, *quibus exercentur*, suppleendum, aut intelligendum, *arma*. Servius, ad *Æn.* IV, v. 495: *Proprie enim arma sunt, quæ armos tegunt.*

N. 6. *Promptuarium.* Scribitur etiam *promptarium*; sed neutro modo apud antiquiores bonæ Lati-

nitatis auctores reperitur, nisi adjective. Apuleius, Ausonius et alii æquales, substantive usurpant.

N. 7. *Ministeria mensarum*. Ita vasa escaria et portoria, quibus in mensa ministratur, vocat Lamprius, c. 34, in Alex. Sev., et Paulus, Sent. l. III, c. 7. Servius, ad l. I Æn, v. 708, non inter *promptuarium* et *cellarium*, sed inter *penum* et *cellarium* delictum assignat.

N. 8. *Entheea*. Non solum pro reposita rei substantia sumitur, sed etiam pro ipso loco ubi reponitur. Sanctus Augustinus, serm. 42 de divers.: *Entheeam nobis habere non licet. Non enim est episcopi servare aurum*. Ubi *entheea* videtur accipi pro pecuniæ repositorio.

CAP. VI. N. 1. *Ergasterium*. In Cod. Theodos. est officina artificum operantium.

N. 2. *Ergastula*. Non omittenda sunt Lipsii verba, loc. cit. a Grialio, quibus Isidori sententia corrigitur et explicatur: *Primum non solum noxi, sed etiam empti servi innoxii ad ergastulum deputati. Deinde gladiatores nunquam. Sed nec de exsulibus assentior. Denique præcipuus ergastuli finis agricultio; sed et lapidum, et pristini, et fortasse aquæ hauriendæ labor*. Eorum quidem qui ergastulo detinebantur proprium erat ut essent vineti. Apuleius in Apolog.: *Quindecim liberi homines populus est; totidem servi familia; totidem vineti ergastulum*.

N. 3. *Gynæceum*. Erat pars secretæ domus, in qua mulieres a viris secretæ degebant. Isidorus peculiarem aliam significationem indicat.

N. 4. *Clibanus*. Verbum Græcum est. Species quædam furni mobilis ex aere, ferro, aut testa, *clibanus* dicebatur. Isidorus ex figura notationem nominis ostendit; erat enim *clibanus* in parte inferiori latior, in superiori angustior; adeoque in erectione colligebatur, *clivique* formam referebat.

N. 6. Ex aliorum sententia *furnus* est a *formo*; nam antiqui *formum* calidum dicebant.

N. 8. *Læus*. Est a *λάκκος* fossa. Translate accipitur pro vase amplo, in quo mustum expressum, aut in olei confectione amurca recipitur.

CAP. VII. N. 2. *Vestibulum*. De vestibuli significatione et etymologia fuse Gellius, l. XVI, c. 5. Ad rem nostram ait: *Vestibula appellata sunt spatia, sicut diximus, grandia ante fores ædium relieta, in quibus starent, qui venissent, priusquam in domum intrmitterentur*. Præmiserat Gellius, quod *ve* particula tum intertionem, ut *vetus, vehemens*, significat, tum minutionem. Servius contrario modo *vestibulum* explicuit per minutionem.

N. 5. *Fenestræ*. Servius, ad hæc Virgillii verba IV Georg., v. 298: *Obliqua luce fenestras tantum habet: Quæ ex obliquo lumen infundunt, ut in horreis eernimus*. Isidorus fortasse putavit fenestras proprie esse illas quæ lumen ex obliquo infundunt; nam post descriptionem addit, *eo quod lucem fenerent*.

N. 7. *Limen* verbum Græcum est, a quo *limitem* nonnulli deducunt. Confer inf., c. 14, n. 2.

N. 8. *Postes et antæ*. Grialius in textu edidit *Postes et antæ*, in not. *Postes et antes*. Sed distinguuntur *antæ* ab *antibus*. *Antæ* sunt pilæ lapideæ, aut columnæ structiles quadratæ ad latera ostiorum in frontibus ædium.

CAP. VIII. N. 1. *Idem et cæmentum*. Ita usurpant Hispani *cimiento* pro fundamento. At *cæmentum* Latinis proprie non erat fundamentum, sed lapis cæsus in lapidicinis, aut fragmenta, ex majoribus saxis excisa, ad muros extruendos aut farciendos. Nonius, c. 2, n. 179: *Cæmenta lapides non magni modi, quibus ædificia consurgunt*.

N. 2. *Paries*. Ex quorundam sententia est a *paro*, ex aliorum a *pareo*. Nonnulli ex Græco originem repetunt.

N. 5. *Camæræ*. Seu *Camaræ*. Græcum verbum est, et utroque modo Latine scribitur.

N. 7. *Latine interpretatur LUCIDA*. Negat id Sal-

masius, Exerc. Plin., p. 1219, quamvis fateatur, verum esse quod *absis* ecclesiarum, hoc est, *saerarium*, lumen per arcum acceperit. Certè Græce ἀψίς significat connexionem, et inde curvaturam rotæ, seu circumculum illum ligneum quo radii infiguntur. Sed Isidorus fortasse deduxit ab ἀπτο, quod est *accendo*. In interpretationem Isidori ac fere verba exprimentur Walafridus Strabo de reb. ecclesiast. c. 6, et Glossarium Cambronense ms. apud Rosweydam, in Onomastico post Vitas Patrum, qui fuse de hoc verbo. *Absis* describit, et quatuor ejus significationes exponit, *curvaturam rotæ, arcum*, cui aliqua fit inscriptio, *locus editiorem*, ubi sedet episcopus, et *eameram*, in qua reliquiæ sanctorum conduntur. *Absis*, an *absida* dicatur, dubitabat Paulinus, ep. 12, ad Severum, quem fortasse Isidorus respexit: *In qua æque absidem factam indicavit. Sed de hoc ABSIDAM, aut ABSIDEM magis dicere debuerim, tu videris. Ego nescire me fateor quia hoc verbi genus nec legisse reminiscor*. Utrumque fuit in usu apud scriptores ecclesiasticos, sed præferendum videtur *absis*.

N. 8. *Alii testudinem*, etc. Etiam id ex Servio sumptum, qui Ciceronis in Bruto verba refert. et addit: *Quidam TESTUDINEM locum in parte atrii volunt adversum venientibus*. Editi apud Isidorum, etiam Grialius, habent *in partem pro in parte*. Servius in mea Edit. locum Ciceronis imperfectum reliquit. Cicero in Bruto: *Commentatum in**; et additur: *Quidam, etc.*, perinde quasi hæc etiam sint Ciceronis. Cicero in Bruto, c. 22: *Omnibus exelusis commentatum in quadam testudine cum servis litteratis fuisse*. Arntzenius, ad l. IV Sedulii, v. 233:

Dumque sui media residens testudine templi.

Isidorum reprehendit, quasi suo nomine venditet, quæ Servio debet. Non igitur Arntzenius legerat Isidori præfationem, sive epistolam dedicatorem Etymologiarum. Notandum vero quod Sedulius in prosa mediam testudinem templi exponit *mœnia templi*.

N. 9. *Areus*. Ut alii malunt, ab *areo*, quia propellit.

N. 11. *Ostræi*. Pro pavimento testaceo exemplum non invenio. Apud Ducangium *Ostræarii* sunt qui testas ex figulina terra conficiunt, tegeudis tectis idoneas.

N. 13. *Bases*. Etymologia e Græco sermone peti solet.

N. 15. *Epistylia*. Non sunt *super missa*, sed *super columnas*, ab ἐπί *super*, στύλη *columna*. Est autem *epistylum* trabs quæ super columnarum capitula transversa imponitur, et alias tecti trabes sustinet, et in lapideis architecturis lapis qui eam tragem refert.

Ibid. Capitella. Varro, l. VII de Ling. Lat., sub fin., negat hanc vocem *capitellum* in consuetudine Latina esse. Usi eadeinde fuerunt Apuleius et Plinius senior, apud quem tamen pro *capitella* nonnulli legunt *capitula*.

CAP. IX. N. 1. *Munitum*. A *munio*, olim *manio*, quod est a *manibus*, nisi hoc sit a *manio*. *Cors* vel *cohors* deduci etiam potest a *coereendo*. Alii ex Græco sermone derivant.

N. 2. *Vallum*... a *vallis*. Hoc melius et clarius quem quod Varro, l. IV de Ling. Lat., c. 31, ait: *Vallum a volatu, quod, eum id jaectant, volant inde levata*.

N. 4. *Maerivæ*. Ab aliis deducitur ex μάκρῃ, septa e maceris.

N. 5. *Parietes de terra*. Si de sola terra fiant, Hispani vocant *tapia*; si ex minutis lapidibus calce commistis *hormigon*, quasi *formigon* ex Latino *formatio*. In quodam exemplari Etymologiarum notatum ad marginem reperio, in agro Senensi rusticos hujusmodi parietibus de terra uti.

N. 6. *Sæpes*. Et *sepes*. Scribitur, uti *sæpio*, et *sepio*. Utraque scriptura suos patronos habet.

Ibid. C detracta. Servius, ad Æn. l. IX, v. 6, in mea editione habet, *c detracto*.

CAP. X. N. 2. *Tentorium*. Lipsius plenissime agit e tentoriis l. v de Milit. Rom., dial. 5.

N. 3. *Papillones*. Tentoria militaria vocant Vegetius, Plinius, Lampridius, Trebellius Pollio, Tertullianus et nonnulli alii. Eadem vox nonnihil corrupta in linguas vulgares transit.

CAP. XI. N. 1. *Quod mentem moneat*. Servius, ad II Ed., v. 486 : *Monumenta autem a mentis adnotatione sunt dicta*. De consuetudine sepelientium aut extra Urbem, vide commentar. ad Prudent., l. i contra Symm., v. 190. Plebs, quæ agris, fondisque carebat, in loco communi, sepulturæ destinato, sepeliebatur, et hoc dicebatur sepulcrum commune. Alio sensu loci, communes dicebantur sepulcra quæ omni familiæ posterisque fieri solebant; nam sepulcra quæ privatis hominibus aut conjugibus destinabantur, potius *requietoria*, aut simpliciter *loci*, vocari consueverunt. Vide Taubmannum, ad Plautum, Cas., p. 365 seq., Kirchmannum, etc.

N. 2. *Tumulus*. De *tumulo* l. XIV, c. 8, n. 21. Barthius, l. IV Adv., c. 3, etymologiam comprobat, ex Fulgentio, ad Chalcidium : *Qua locus tumesceret, unde tumulus*. Ita ex suo Codice corripit, cum antea corrupte legeretur *unde Rutilius*. *Sarcophagus* nomen est lapidis e quo sepulcra fieri consueverunt. Vide l. XVI, c. 4.

N. 3. *Mausolea*... a *Mausoleo*. Forte, a *Mausolo*; nam *Mausolus* rex iste vocari solet, uxor ejus *Artemisia*. De *mausoleo* Plinius, l. XXXV, c. 5; Gellius, l. X, c. 18; Raderus, ad Martialem, p. 22 et 371, ubi de *mausoleo* quoque Augusti edisserit.

N. 4. *Pyramis*. Pyramidum et columnarum in sepulcris ratio erat attolli super cæteros mortales, ut docet Plinius, l. XXXIV, c. 6, Raderus, ad Martialem, p. 16 et seq. Plinii errorem duplicem in dimensione pyramidis deprehendit. De pyramidum forma et magnitudine, tum de eo quod umbram, licet altissimæ, non præberent, Fabricius, c. 23 Bibliograph., allegat Joan. Gravium, Nordenium, Kircherum, Petrum Bellonium, et alios. Munckerus cum Scheflero, ad Hyginum, fab. 223 : *Pyramides in Ægypto, quarum umbra non videtur*, id accidisse interpretatur solstitii tempore, et die medio.

CAP. XII. N. 1. *Tueri*. Passive ex Varrone etiam et jureconsultis veteribus.

N. 2. *Capannam vocant*. Ita fere ex Isidoro Papias, et Joannes de Janua. Antiquiorum exempla non inveniunt, recentiorum profert Ducangius, qui ex Græco *καπάνη capannam* dictam cum nonnullis suspicatur.

N. 3. *Tesqua*. Varro, l. VI de Ling. Lat., c. 2, *Tesca* dicit esse loca agrestia, quæ alicujus dei sunt, a *tuendo*. Festus *tesca* docet esse loca augurio designata. Alii *tesea*, vel *tesqua* intelligunt loca aspera, umbrosa, difficilia aditu.

N. 4. *Magalia*. *Magaria* apud Plantum, in prol. Poen., v. 86, est nomen proprium loci in urbe Carthagine. Bochartus, Ch., l. I, c. 24, docet *magalia*, corrupte dici pro *magaria*, et esse, portu et arce Carthaginis demptis, reliquum urbis civium habitationi destinatum. Originem vocis deducit ex Hebræo *magur*, *habitatio*. Codex Alb., et nonnulli alii pro *villam dicunt* exhibent *cellam dicunt*.

CAP. XIII. N. 1. *Ager*. Verbum Græcum est. Etiam sic ab *ago* deduci potest; sed Varro, l. IV de Ling. Lat., c. 4, alio modo ait : *Ager dietus est, in quam terram quid agebant, et unde quid agebant fructus causa, id Græci dicunt ἀγρον*.

N. 3. *Possessiones*. Festus ait : *Quia non mancipatione, sed usu tenebantur, et ut quisque occupaverat, collibebat*. Confer Brissonium, l. IV Sel. Ant., c. 1.

N. 5. *Prædium*. Melius deducitur a *præs*, *prædis*, quod a *præstando* Varro vult dictum.

N. 7. *Rura veteres*, etc. Ex Servio ad II Georg., vers. 412, qui Catonem auctorem laudat.

N. 9. *Compaseus ager*, etc. Ex Festo.

N. 10. *Alluvius ager*, etc. Ex Var. auctor. de Limit. agror. p. 293, Gæs.

N. 11. *Areifinius*. De *areifinio*, seu *areifinali* agro, videndi Sículus Flaccus, de Condition. agr., p. 3, et Aggeus Urbicus, p. 45, Gæs. Edition. De *subsecivis* paulo post redit sermo.

N. 12. *Novalis ager*. Non est idem ager *primum proscissus*, et qui *alternis annis vacat*. Ager *primum proscissus* est cui primum immisum est aratrum, cum antea esset silva, aut terra inculta : et hæc est propria significatio *novalis*, quam explicat Servius, l. I Georg., v. 71 : *Proprie novales sunt primum arva proscissa, et primum segetem ferentia*. Sed accipitur etiam *novale*, et *novalis* pro agro qui alternis cessat, et renovatur, ut tradit Varro, l. IV de Ling. Lat., c. 4. Post verba *semel vacua* in primo Ms. Gothico est hæc nota ad marginem, vel additio : *Unde Virgilius* :

Impius hæc tam culta novalia miles habebit?

N. 13. *Squalidus*. *Squaloris* et *squalidi* notatio a Festo et aliis desumitur ex similitudine *squamæ*.

N. 14. *Uvidus*. Servius, ad II Georg., v. 184, in mea Editione : *Semper uvidus : Uvidus est qui aliquando siccatur*. Alii legunt : *semper humidus : uvidus est qui aliquando siccatur*. Inter *uvidum* et *humidum* discrimen nullum observari solet.

N. 15. *Subseciva*, etc. Hæc verba referuntur a Forcellino, tanquam ex veteri auctore de Limitib. agror., apud Rigalt., p. 299, sed fortasse alius diversus auctor non est ab Isidoro nostro. De *subsecivis*, seu *subsecivis*, in re agraria passim veteres scriptores, qui de hoc argumento agunt in Gæs. collection.

N. 16. *Area*. Varro, l. IV de Ling. Lat. : *Ubi frumenta seeta trantur, et areseant, area*. Propter horum (forte, harum) similitudinem loca in urbe pura AREÆ, a quo potest etiam ARA deum esse, quod pura. Nisi potius ab ARDORE, ad quem ut sit, fit ARA, a quo ipsa AREA non abest; quod qui arefacit, ardor est solis. De are ctyim. sup., c. 5, n. 13.

N. 18. *Paludes*. Becmanus, in Hebræam et græcam *paludis* originationem inquirat, quod nihil ad nos.

CAP. XIV. N. 1. *Fines*. Non desunt qui *finem* a *funē* deducunt. Vide Becmanum. Alii a *fiō*.

N. 2. *Limites*. Hæc breviter dicta c. 7, n. 7, hujus libri. De *limitis* significatione adde Festum. De *limo*, cingulo servorum, infra, l. XIX, c. 22 et 33. Servius apud me aliquantulum discrepat a Grialii scriptura : *Ab umbilico usque ad pedes prope tegebantur. Hæc autem vestis*, etc. Vide Petrum Pithæum, l. I Subs., c. 2, et Pignorium, de Servis, pag. 29, qui ex græca inscriptione servos aliquos *limoeinetos* vocatos arguit.

N. 3. *Termini*. Erant lapides, aut stipites, de quibus Ovidius, II Pastor., v. 641, et Tibullus, l. I, eleg. 4, v. 17, ubi videnda Vulpii nota.

N. 4. *Nam sine dubio*, etc. Fortasse perstringit Servium, qui contrario modo utrumque limitem explicaverat, ad l. I Georg., v. 126. Argumentum hoc late persequitur Salmasius, Exerc. Plin. p. 676.

N. 5. *Area*. Apud scriptores veteres rei agrariæ est limes quadratus, in *arcæ* forma constructus. *Aræam* autem ab *arcendo* dictam, Varro aliique plures consentiunt.

CAP. XV. N. 3. *Pertica*. *Perticam* a *pertingendo* quasi *pertigam* nonnulli vocari putant. Hispani *pertiga* dicimus. *Calamus* Ezechielis, seu *Kanna* erat pedum decem, et trium pollicum, ut Calmetus, in Dict. bibl., computat. Isidorus caute ait *ad instar calami*; ne, quæ est cur Georgius Agricola, de Mensuris, p. 227, Isidorum hoc loco errare dicat. Confer Marianam de Ponder. et Mensur. Burriellius, in opere : *Informe de Toledo sobre igualacion de pesos*,

num. 89, p. 227, advertit *perticam esse estadal Tolledano antiquo*; qua mensura pro agris dimetiendis veteres usos inquit Isidorus, c. 13 hujus libri: *Subcisiivi agri, quos in pertica divisos*, etc.

N. 4. *Arapennem*. Isidorus sententiam eorum quæ sequuntur ex Columella sumpsit, non verba ipsa expressit, quædam etiam mutavit. Columella *arapennem* vocem Gallicam, non hæticam innuit esse, et utrolibet modo minus commode origo ejus Latina ab arando deducitur, quamvis fortasse exteri ex verbo Latino novum nomen sibi formaverint. Apud scriptores sequioris ævi reperitur scriptum *arpennum*, *arpennum*, *agripennus*. Vide Vossium, in Etymol. De jugeribus Raderus, ad Martialem, p. 17 seq., erudite disserit, et ducentos pedes jugero assignandos ostendit.

N. 6. *Porca... lira*. Quod defossum est, *lira*. Isidorus Festum et Nonium, l. I, c. 62, sequitur; sed præferendus videtur Columella, qui, l. II, c. 4, ait: *Liras rustici vocant easdem porcas, cum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat*. Ita non semel explicat Columella. Quod igitur in arando exstat, *porca* et *lira* dicitur; quod defossum est, *sulcus*.

Num. 7. *Centuria*. De centuria vide Grialii not. ad c. 13, n. 15, hujus libri.

CAP. XVI. N. 1. *Galli leucas*. Inde Hispani *legua* vocant.

N. 3 *Mille quingentis*. Mendum est in nonnullis Editis *quingentis*. Vide Bochartum, Ch. l. I, c. 16, qui hunc errorem a Grialio jam correctum emendabat, et Vossium, de Vit. serm., l. III, c. 19, qui originem vocis *leuca* ab Anglis repetit. Nunc *leuca* longior est mille quingentis passibus, et variae mensuræ pro variis regionibus. De Hercule quod hic narrat Isidorus, Gellius, l. I, c. 1, ita refert: *Nam cum fere constaret curriculum stadii quod est Pisæ ad Jovis Olympii Herculem pedibus suis metatum, idque fecisse longum pedes sexcentos*, etc.

N. 4. *Via*. Alii derivant ab eo, alii a *veho*. Isidorus utrumque complexus fuit, *ire vehiculum*. Grialius in textu edidit *nam duos actus*; sed ex nota arguitur eum præferre *duo*. Alii Editi habent *duos*, quod probò, scilicet *via duos actus capit*. Vide inf., n. 13.

N. 6. *Strata*. A *sterno*, ut perspicuum est. Antiqui Latinitatis auctores dicebant *via strata*, aut *strata stratorum*, et poetice *strata viarum*. Sequiori ævo ab Eutropio et aliis usurpari cœptum *strata*, *stratæ*. Inde Itali *strada*. Vide notas meas ad Juvenem, l. I, v. 325. Verbum *dclapidata* ex Festo petitum est: *Delapidata, lapide strata*.

N. 7. *Agger*. Servius ait: *Agger est media viæ eminentia, coaggeratis lapidibus strata*.

N. 8. *Iter*. Varro, l. IV de Ling. Lat., c. 3: *Qua ibant, ab itu iter appellarunt*. Discrimen inter *iter* et *itiner* nullum ab antiquioribus dignoscitur; sed *itiner* est integer casus, *iter* per syncopen dicitur; et utrumque significat tum actum eundi, tum viam, et proprie angustiolem, qua quis pedes tantum ire potest. Plinius, in præf. Histor. natur: *Præterea iter est non trita auctoribus via*. Pro *appellamus et itum* fortasse legendum *appellamus exitum*.

N. 9. *Semita*. Phædrus, præfat. l. III, v. 38:

Ego porro illius semitam feci viam;

quia Æsopus paucas fabulas fecerat, Phædrus plures excogitavit. Ita passim alii distinguunt inter *semitam* et *viam*. Cicero, Verr. II, c. 23: *Jam intelligetis hanc pecuniam, qua via modo visa est exire ab isto, eodem semita revertisse*. Malim legere, *quæ via modo visa est exire ab isto, eodem semita revertisse*; hoc est, *quæ palam est ablata, occulte est reddita*. Hoc sane vult Cicero, etiamsi vulgata lectio retineatur.

N. 13. *Actus, quo pœus agi solet*. Sup., n. 4,

A ex Servio, Grialius dixit quod *actus duo vehicula capit*. Sed Isidorus, graviore auctores secutus, viam astruit esse quæ duo vehicula capit, actum dimidium viæ qui scilicet unum tantum vehiculum capit, sive duo jumenta. Varro, l. IV de Ling. Lat., c. 4: *Ut quo agebant, ACTUS, sic quo vehebant, VIÆ dicte*. Aperta est Pomponii sententia, l. VIII Dig., t. 1, leg. 13: *Si tam angusti loci demonstratione facta, via concessa fuerit, ut neque vehiculum, neque jumentum ea inire possit, ITER magis quam VIA, aut ACTUS acquisitus videbitur. Sec si jumentum ea duci poterit, non etiam vehiculum, ACTUS videbitur acquisitus*. Alios jureconsultos, qui diverso modo locuti sunt, non verbi nativam vim, sed popularem consuetudinem spectasse probat Forcellinus, verb. *Via*. Grialius distinxerat *clivosum, iter flexuosum*, quasi *clivusum* sit substantivum, quod non placet. In primo Ms. Tolet. Gothico hæc est nota, vel additio post verbum *cognoscantur* colloata: *Boscionium, boscionium locus inter duos parietes*. Mendose scriptum est *inter duabus parietibus*.

LIBER DECIMUS SEXTUS.

CAP. I. N. 1. *Pulvis*. Plin., l. XXXV, c. 13, pessimam terræ partem pulverem esse ait, ideoque pulverem appellari, ubi etiam de Puteano pulvere agit.

N. 2. *Limus*. Alii *limi* originem Græcam astruunt et contra *favillam* dictam putant, quod *foveat ignem*. Verum quid alii dixerint, in re præsertim adeo incerta, nostri institui non est latius persequi.

N. 3. *Gleba quod globus sit*. *Non inscite*, ait Beamanus.

N. 4. *A labc*. Melius *a labi*, hoc est, *a labor, laboribus*. Utitur hæc voce sanctus Hieronymus; utuntur alii, quos Ducangius excitat, verb. *Lavina*; nam ita nonnulli scribunt, ut deducatur *a lavo, lavas*. *Lutum* ex aliorum sententia sic vocatur, quia terra lota est, aut aquis soluta, a Græco *λύειν*.

N. 5. *Volutabra*. In *volutabrum* vocis productio est *abrum*, quia necesse sit ad *apros* referre. Sec Isidorus Servium expressit, ad Georg. 3, v. 411: *Volutabra loca sunt in quibus se aprî volvunt*. *Ab volvunt* se etiam sues.

Ibid. Sabulum, etc. Hæc ipsa verba profert Rosweydyus, in Onomast., ex Ms. Glossario Camberoniensi, qui alia scriptorum loca allegat. Itali *sabulum* vocant *sabbia*. Vide Varronem, de Re rust., l. I, c. 9, ubi *sabulonem* usurpat pro *sabulo*.

N. 6. *Argilla*. Græca est *ἄργιλλος*, quod vel ab sterilitate, vel a colore albo, originem trahere potest. Ab insula Creta dictam fuisse *cretam* confirmari potest Horatii versu l. I, od. 36:

Cressa ne careat pulchra dies nota;

ubi plura Bentleius. *Creta Cimolia* dicitur ex *Cimolo*, insula maris Cretici. Ovidius, l. VII Metam., v. 463: *Cretosaque rura Cimoli*. Plinius, l. IV, c. 12, de eadem Creta agit. Verba ejusdem, ex l. XXXV, c. 17: *Vulcanius in not. expresserat, quæ ita se habent: Veros autem, et pretiosos colores emollit Cimolia et quodam nitore exhilarat contristatos sulphure*. Antea enim dixerat Plinius suffiri sulphure, et desquamari cimolia.

N. 7. *Terra samia*. De terra *Samia* iterum Plinius l. XXVIII, c. 12 et 19, et l. XXXI, c. 10.

N. 8. *Pulvis Putcolanus*. Italice *Pozzolana*. Similiter laudatur a Vitruvio, Seneca et Sidonio. E Romano agro etiamnum in longinquas regiones devehitur.

N. 9. *Vivum quod foditur*. Legebatur olim in Encensis unum, quod *foditur*. Vulcanius, ex Plinio, advertit, *sulphur vivum* vocari, quod *foditur*, etc.

N. 10. *Quantum ad ellychnia*. Etiam ad correc-

tionem hujus loci Vulcanius, in not., Plinii verba protulit, l. xxxv, c. 15, scilicet : *Quarto autem ad ellychnia maxime conficienda. Cætero tanta vis est, ut morbos comitiales deprehendat nidore, impositum igni. Lusit et Anaxilaus eo, candens in calice novo, prunaque subdita circumferens, exardescens repercussu pallorem dirum velut defunctorum offundente convivis.*

CAP. II. N. 1. *Bitumen... utilis ad compages navium.* Bochartus, Phal. l. 1, c. 11, observat Isidorum ex Josepho sumpsisse quod natura bituminis utilis sit ad compages navium, ac plura alia de bitumine congerit.

N. 2. *Alumen.* Melius ex Græco ἄλς, sal.

N. 3. *Sal.* A Græco, quod dixi, ἄλς, per metathesin. Inde *salum*, non contra *salum* a *sal*.

N. 7. *Nitrum.* De nitro multa Plinius, l. xxxi, c. 10, qui tradit colligi apud Medos, *caneseentibus siccitate convallibus.* De Nitria agitur etiam l. II Vitarum Patrum, c. 21, apud Rosweydam, ex Paladio, ubi *Nitriæ* vocabulum ex *nitro* deducitur, non contra : *Venimus autem et ad Nitriæ famosissimum in omnibus Egypti monasteriis locum, qui quadraginta fere millibus abest ab Alexandria, ex nomine vici adjaentis, in quo NITRUM colligitur, NITRIÆ vocabulum trahens, prospiciente hoc, credo, tunc jam divina Providentia, quod in illis locis peccata hominum, tanquam sordes, abluenda essent et abolenda.* Vulcanius, ex Codice quodam ms. protulit quoddam fragmentum de nitro, quod in aliis exemplaribus deest, et ad appendices, n. 18, a nobis rejicitur.

N. 8. *Aphronitrum.* Isidorus veram Martialis scripturam expressit, quam retinuit etiam Josephus Juveneyus, Soc. Jesu, in sua Martialis Editione, l. cit. xiv, sed epigr. 54 apud eum. Alii Editi habent, ut Grialius notat, *dicor et Aphronitrum.* Omisit etiam Grialius interrogationis notam post *Rusticus es*, et post *Græcus es*, quæ ad sententiæ explicationem necessaria est.

N. 9. *Aeris flos.* Ex Dioscoride id sumptum notat Salmasius, Exer. Plin. p. 1078.

N. 10 *Fit in lateribus cavatis, etc.* Salmasius, loc. cit., p. 1159, observat multo melius id ab Isidoro explicari quam a Plinio.

CAP. III. N. 1. *Lapsis... saxa.* Cornelius Fronto, inter *saxum* et *lapidem* sic distinguit : *SAXUM naturale. LAPIS, qui e saxo cæsus est.*

N. 2. *Sive a tegumento.* Animadvertit JC. Scaliger, in lib. de Plant., primam significationem verbi στέγειν esse *tegere.* Grialius ediderat *rupis.* Sed communior scriptura est *rupes*, quamvis in Mss. *e* in *i* sæpe commutetur. In hoc differt *spelunca* a *caverna*, quod *spelunca* est rupes excavata, *caverna* cavum terræ vacuum, et obscurum.

N. 5. *Scrupus.* Grialius in textu edidit *cui contrarius est scrupus*; in not. *scrupulus*; sed retinendum *scrupus*, ex Servio.

N. 6. *Cotis græco sermone.* Vulcanius conjicit ῥόμυς. Alii deducunt ab ἄρη, *aeris ferri.* Grialius, in not., *superiorem locum* nescio quem indicat. De oleo in acuendo ferro vide inf., c. 20.

N. 7. *Ut in vase missus.* Hoc etiam in loco, ut in aliis, nominativus pro ablativo absoluto ponitur, scilicet *missus* pro *misso punice.*

N. 8. *Rudos.* Malim *rudus* quam *rudos*; nam in Mss. facile *u* in *o* commutatur, et *rudi* aut *rudos* apud alios non invenitur. Neque obviare debet quod inde *rudera* dici Isidorus asserat; nam fortasse plurale a singulari tantum distinguit. Barthius, l. xxiv Ad., c. 25, observat melius ab Isidoro explicari quid sit *rudus* quam a Nonio, qui, cap. 1, n. 63, ait : *Rudus, stercus quod jaetur.*

N. 9. *E lapide speculari.* Apud Grialium et alios *optimum lapis specularis.* Restitui *e lapide speculari*, quod Grialius in not. indicat. Plinius, loc. cit. a Grialio : *Cognata calei res gypsum est. Plura ejus gene-*

ra; nam e lapide coquitur, etc. Usus gypsi in albariis sigillis ædificiorum et coronis gratissimus. Fortasse apud Isidorum reponendum *sigillis* pro *signis.*

CAP. IV. N. 1. *Lapsis Indicus.* Salmasius, Exer. c. Plin., p. 1103, legi jubet *lapis Indicus*, et in *Ida ita primum*, aut *Lydicus*, et in *Lydia*, cum certum sit, ait, a Magnesia patria nomen lapidi inditum, non ab inventore. Sed Isidorus, præter Plinium, ad Augustinum quoque respexit, qui, lib. XXI de Civit. Dei, c. 4, postquam de adamante et magnete egerat, ait : *India mittit hos lapides.* Plinius, l. xxxvi, c. 16, in optimis exemplaribus repertum in *Ida* lapidem asscrit, et ab inventore vocatum. Lucretius, l. vi, v. 909, 1044 et 1062, a Magnesia urbe *Lydiæ* nomen magnetis repetit.

N. 2. *Liquorem quoque vitri, etc.* De his magnetis prodigiis ex antiquis videri possunt Prosper part. III, c. 38, de promiss. et prædestin. Dei, et Beda, de Natura rer. Gisbertus Cuperus de Harpoer. Imagine in hanc rem commemorat Mahometis arcam in templo Mecchæ suspensam; quod tamen, addit, fabulis accensent Tevenotius et Tabernerius, uti etiam priora Athanasius Kircherius. Vide cap. 21 hujus libri, n. 4.

N. 3. *Fictilia.* Apud Plinium, l. xxxvi, c. 19 : *Fictilia ex eo inscripta non delentur.* Fabulosa sunt multa quæ de gagate narrantur.

N. 4. *Asbestos.* Ex *asbesto* lapide fit *linum asbestinum*, quod *vivum* vocant. Id accensum exstingui quidem potest, sed non consumitur dum ardet. Charta ex hoc lino nostra ætate excogitata est, et jam nonnulli libri ex ea typis excusi sunt, quibus nimirum ignis nocere nequit. Vide Acta Acad. Barcinon., pag. 361, et Biblioth. German. 14, p. 190. De amianto simili lapide vide inf., n. 19. Lucernæ in fano Veneris perpetuo ardentis meminit Ampelius, c. 8 : *Argyro est fanum Veneris super mare : ibi est lucerna super candelabrum posita, lucens ad mare, sub divo cælo, quam neque ventus aspergit, nec pluvia exstinguit.* Ubi Munkerus, ad Lactantium Placidum, l. xiv, fab. 4. cancellandum putat *cælo* post *divo*, et legendum *dispergit* pro *aspergit*.

N. 5. *Pyrites.* Salmasius, Exer. Plin., p. 748, confundere ait Isidorum *lapidem* cum *gemma*, de qua Plinius et Solinus; patriam Persiam nominat. Corrigit ex nonnullis Mss. in *Solino furvus* pro *fulvus*. Et Plinius quoque ait *Pyritis nigra quidem.* Isidorus Augustinum expressit aliqua ex parte, loc. cit. a Grialio : *Pyritem lapidem Persicum tenentis manum, si vehementius prematur, adurere, propter quod ab igne nomen accepit.* Solinus etiam de pyrite aliisque insignioribus lapidibus dicturus, c. 50, præmittit : *In Perside lapidum tanta copia est, tantaque diversitas, ut longum pene sit ipsis vocabulis immorari.* Isidorus inf. n. 14, *memphitidem* inter lapides relatum ait esse *gemmantis nature.* Hac de causa nonnullos lapides insigniores inter *gemmas* quoque collocat. Est quidem *pyrites* lapis molaris, de quo Plinius, lb. xxxvi, c. 19. Alius lapis *pyrites* similitudine aeris, de quo ibidem Plinius. Alius *pyrites*, de quo ibidem Plinius, *focaris* *petra* vulgo, Italice *pietra focata* dicitur. *Gemmae* autem *pyritis* proprium videtur esse ut tenentis manum, si vehementius prematur, adurat.

N. 6. *Selenites.* De *selinitide* Plin., l. xxxvii, c. 10.

N. 7. *Et quod in illo ardore.* Solinus, mihi c. cit. 50 : *et quod in illo ordine mirificum est, etc.*, quod non videtur absurdum. Vide rursus inter gemmas, c. 11.

N. 10. *Syrius lapis a Syria.* Plinius, l. xxxvi, c. 17 : *E Scyro insula, et correctius e Syro insula*, quæ scilicet una est ex Cycladibus prope Delum. Melius etiam legetur apud Isidorum *Syrius lapis a Syro.* Hoc sensu Pherecides *Syrius* dicitur, et prima in *Syrius* producit. Vide Ovidium, Metam. l. xiii, v. 175.

N. 15. *Sarcophagus.* De sarcophago supra, l. xv, c. 11, n. 2. Multi Cod. addunt post *corpora* : « *Mittiores autem servandis corporibus, neque assumenda dis.* » In Cod. Alb. videtur fuisse *absumendis*

Fortasse Isidorus scripsit : *Mitior est autem Cherrites servandis corporibus, neque absumendis.*

N. 17. *Unde et nomen traxit.* Quia duritia sua *domat viros*, ab ἄνδρας δαμάζειν. Diversus hic lapis est ab *andromante* gemma, de qua c. 15, n. 11.

N. 18. *Schistos.* *Schistum* Psellus in libello de lapidum virtutibus inter eos numerat quorum sola tenemus nomina. In nonnullis Editis legitur *ischistos*, aut *iscistos* ex vitiosa pronuntiatione. Vide Munckerum, in not. ad Fulgentium, Exposit. sermon. antiq., verb. *Sculponcas*.

N. 19. *Amiantos.* De amianto Bochartus, Phal, l. 1, c. 6, consulendus.

N. 21. *Obsidius.* *Obsidianus lapis* vocatur a Plinio, quod ab *Osidio* quodam in Æthiopia inventus fuerit. Nascitur etiam ad Oceanum in Hispania et in Ægypto, ut videri potest in opere quod Velitris edidit, anno 1794, Gregorius Wad : *Fossilia Ægyptia Musei Borgiani*, ubi plures lapides quos Isidorus commemorat erudite describuntur et illustrantur. Apud Isidorum legere possumus *Obsidianus lapis, niger*, etc. Vide c. 16 hujus libri, n. 5.

N. 21. *Mitridax.* Corruptum videtur *mitridax*, aut *mithridax* pro *mithrax*: ita enim legendum apud Plinium. *Mithras*, seu *Mithra*, est nomen solis apud Persas.

N. 22. *Ætite.* Solinus, c. 50, de ætite : *Subnexus spem uteri defendit a fluxibus abortivis.* Isidori sententia Solino et Plinio contraria videtur. Plinius, l. xxx, c. 14, ait : *Lapis ætites, in aquilæ repertus nido, eustodit partus contra omnes abortuum insidias.* Et hæc est causa cur gravidis alligaretur. Sed non poterat auferri, nisi cum jam parturirent, alioquin vulvæ excidebant, ut veterum quidem erat opinio, nam modo hæc et similia vulgo irridentur.

N. 24. *Cherrites.* Salmasius, Exer. Plin., p. 1205, tradit Codices Plinianos *cherriten* hunc lapidem vocare, non *cherriten*. Verum optimi libri veteres recentesque præferunt *cherriten*.

N. 27. *Smyris.* De *smyri* lapide Dioscorides et Erychius.

N. 28. *Chrysites.* Est lapis aurei coloris, de quo Plinius, l. xxxvi, c. 22, et gemma ochræ Atticæ similis, de qua idem Plinius, l. xxxvii, c. 40. Hæc *phloginos* etiam appellatur, et invenitur in Ægypto.

N. 29. *Hemmites.* Apud Plinium, l. xxxvii, c. 10, est gemma minuta, piscium ovis similis, et a Græco ἄμμος *sabulum* dicta.

N. 32. *Molotius.* Vide num sermo sit de *molochite* gemma, de qua Plinius, l. xxxvii, c. 8, et Isidorus, c. 7, n. 12, hujus libri. Plinius molochitem spissius et crassius virentem dicit, et nasci in Arabia.

N. 35. *Siphnius.* Ex Plinio, l. xxxvi, c. 22, apud quem legitur *siphnius*, non *siphinius*, ut Grialius edidit. Alii Excusi *sifnius*.

N. 36. *Thebaicus.* Gregorius Wad, in descriptione fossilium Ægyptiacorum musei Borgiani, p. 27, ad *talcum ollare proprium obscure-virescenti-nigrum* pertinere putat *lapidem Thebaicum* veterum, qui integras partes montium constituebat, et adhibebatur ad mortaria conficienda, utpote naturali quadam bonitate conveniens ad ferenda collyria; de quo Plin., l. xxxvi, c. 8. Cum *Thebaicus lapis* ex eodem Plinio, l. xxxvi, c. 22, mollis sit, aliorum lectio fortasse præferenda erit, *ex sese remittentes*. Vid. c. seq., n. 10.

CAP. V. N. 1. *Marmor Lapis* est genus, *marmor* species. Græce *marmor* est μάρμαρος a verbo μάρμαρῶ, quod resplendere significat.

N. 3. *Ophites.* Lucanus, l. ix, v. 714 :

Quam parvis tinctus maculis Thebanus ophites.

Intelligit Thebas Ægyptias.

N. 4. *Augusteum.* De marmore augusteo et tibero Plinius, l. xxxvii, c. 7. *Marmor augustum* vocat, non *augusteum*, aut, ut minus bene scribit Grialius, *augustæum*.

N. 6. *Basaltis.* *Basal* Æthiopice ferrum significat. De *basaltis* origine exstat epistola Commendatoris Dolomicu ad Baronem de Salis-Masklio, in Diario physico Gallico, mense Septembri anni 1790.

N. 7. *Alabastrites.* *Onyx*, sive *onychites*, marmor est, ex quo *alabastra*, hoc est, vasa unguentaria fieri solebant; ac propterea vocatur etiam *alabastrites*. Est etiam gemma *alabastrites* dicta, quia circa *Alabastron*, Ægypti urbem, nascitur, quæ candorem habet interstinctum variis coloribus, ut refert Plinius, l. xxxvii, c. 10.

N. 8. *Parius... lychnites... lygdinus.* Lapis *parius lychnites* dicebatur qui ad lucernas in cuniculis cadebant, ut Plinius ex Varrone docet, l. xxxvi, c. 4. De lapide *lygdino* Plinius, ib., c. 8, apud quem plerique legunt *in Tauro* pro *in Paro*, ut ex Isidoro legendum arguitur. Martialis, l. vi, epigr. 13 et 43, marmor candidum *lygdon* commemorat, quod a lapide *lygdino* non est distinguendum. Candor enim lapidis *parii* marmoris in poetarum carminibus celeberrimus est.

N. 9. *Coraliticus... alabandicus.* Plinius, l. xxxvi, c. 8, agit de coralitico lapide, quod genus candidi marmoris est a Coralio fluvio Phrygiæ ita dictum. Alabanda urbs Cariæ est. Inde lapis *alabandicus*, et gemma *alabandina*, de qua c. 14 hujus libri.

N. 10. *Thebaicus.* De lapide *Thebaico* c. sup., n. 36.

N. 11. *Syenites.* De *Syenite* Plinius, l. xxxvi, cap. 8.

N. 12. *Thasius.* Seneca, epist. 86, ante med. : *Thasius lapis, quondam rarum in aliquo spectaculo templo, piscinas nostras circumdedit.* Thasos insula est Thraciæ in mari Ægeo.

N. 13. *Lesbius.* Marmor inter maculosa hoc recenset etiam Plinius, l. xxxvi, c. 6.

N. 14. *Corinthæus.* Magis ex usu est *Corinthius* quam *Corinthæus*, et *Corinthi* quam *Corintho* repertus. Columnæ Corinthiæ sunt quæ ratione Corinthia, sive ordine, ut dicunt, Corinthio fiunt. An autem marmor Corinthium celebre fuerit, incertum : non ita certe vulgo laudatur, ac *Corinthium aes*, et *Corinthia vasa*, quæ absolute *Corinthia* dicebantur.

N. 15. *Carystium.* De *Carystio* marmore Plinius, l. xxxvi, c. 7. Quia color viridis reficit oculos, periti architecti olim neque aurea lacunaria ponebant in bibliothecis, neque alia pavimenta, quam e *Carysteo*, seu *Carystio* marmore, ut nos docuit Isidorus, l. vi, c. 11. Legesis not. ad c. 7, num. 1, hujus libri. Salmasius, in Jul. Capitolin., p. 164, observat olim nonnullos scripsisse *charisteum* pro *Caristeum*, aut *Carysteum*; adeoque Isidorum, vitiosa scriptura deceptum, existimasse marmor *charisteum* dici, quod *gratum sit iis*, etc. Isidorus quidem similibus alliterationibus solet alludere; sed minime puto eum ignorasse marmor *Carysteum* vocari ex *Carysto* oppido Eubiæ insulæ.

N. 16. *Unde et nomen accepit.* Fortasse hæc collocanda sunt post *Numidia mittit*. De marmore Numidico Plinius, l. v, c. 3, et lib. xxxvi, c. 6. Grialius in textu omisit *tantum*; quam tamen vocem inserendam jubet in nota. Seneca quoque, ep. 86, laudat *Numidicas crustas*.

N. 17. *Luculleum.* *Lucullæum* edidit Grialius; alii *Luculleum*. Plinius, l. xxxvi, c. 2 et 6, hujus marmoris meminit in Nili insula reperti.

N. 18. *Lunensis... tephria.* *Luncense* marmor in agro *Lunæ* urbis effossum laudatur a Plinio, lib. xxxvi, c. 6 et 18. *Tephrias*, vel *tephria* est a τέφρα, *cinis*. Vide Plinium, l. xxxvi, c. 7.

N. 19. *Ebur.* Inter marmoræ locum habere non debet, quod dens est elephantis, de quo l. xii, c. 2.

CAP. VI. N. 2. *Genera gemmarum.* Asserunt nonnulli *gemmas* proprie dici de oculis in arboribus, et vite, quod turgeant, a Græco γέμω, *plenus sum*. Alii, ex Quintiliani et Ciceronis sententia, existimant

propriam significationem vocis *gemmæ* esse de lapidibus pretiosis, præsertim pellucidis, atque ita etymologia ab Isidoro allata non erit contemnenda. De gemmis peculiariter agunt Theophrastus, Joannes de aet., Ans. Boet de Boot, Gimma, Calmetus, in Diet. ibl., et alii.

CAP. VII. N. 1. *Smaragdus*. Color amarus sive asperus est color obscurus, nigricans, nimis staturus, viscidus. Vide Salmasium, Exerc. Plin., p. 201. *Smaragdinum* dicitur a colore smaragdi. Apicius, lib. III, c. 1: *Omne olus smaragdinum fiet, si cum nitro couat*. Vide Barthium, l. XL. Adv. c. 2, qui observat colorem *smaragdinum* judicatum fuisse oculis alde salubrem, ex Marcello Rhapsodo, e. 8: *Scaraeus smaragdini coloris tantum beneficii præstare culis dicitur, ut visionem ei acutissimam reddat, si eum contemplatus fuerit assidue*. Confer e. 5. 15 hujus libri.

N. 3. *Chalcosmaragdus*. De *chaleosmaragdo* Plinius, l. XXXVII, e. 5, ex quo legi poterit *arcis venis*, præsertim cum apud Isidorum variant Mss.

N. 4. *Prasius*. Ita dicitur a porraceo colore.

N. 5. *Beryllus*. De *beryllo* ejusque generibus Plinius, lib. XXXVII, e. 5.

N. 6. *Chrysoberyllus*. De *Chrysoberyllo* rectius Isidorus Plinii mentem cepit quam Solinus, ut monuit Salmasius, Exercit. Plinian., p. 1103. Verba Plinii sunt: *Et sunt paulo viridiores, sed in aurum colorem cæcunt fulgore*. Solinus vero ait: *Languidius vicantes nube aurca circumfunduntur*.

N. 7. *Chrysoprasus*. Grialius in textu edidit *chrysoprasus*, in nota *chrysoprasius*. Salmasius, p. 406 Exerc. Plinian., advertit ab Isidoro *chrysoprasium*, vel *chrysoprasum*, sumi pro *chrysopasto* Solini, et *chrysolampide* Plinii, cum *chrysoprasus* alia gemma sit. Edidit Solinum putavisse eundem esse lapidem *chrysopastum*, et *chrysolampia*. *Chrysolampis* ad chrysolithorum genera refertur, ejusque meminit Isidorus, l. 15, n. 4, uti etiam rursus *chrysoprasus* e. 14, inter gemmas ignitas, n. 8, quem fortasse locum Salmasius respexit.

N. 8. *Jaspis...pina*. Ex Hebræo *jaspis gemmam videm* Beemanus, p. 543, interpretatur. *Pina*, seu *pina* est concha marina, Salmasius, p. 1125 Exercit. Plin., observat ab Isidoro *pinnam* vocari, in qua margaritum per Arabiam et Indiam invenitur; sed Plinium diversas agnoscere conchas, in quibus margaritum gignitur; in Acarnania *pinnam* vocari, non ceteris in locis.

N. 9. *Topazion*. Forte *topazios*; nam *topazion* neutri generis est. Inventa fuit topazios in Topazio insula maris Rubri. Adisidit Plinium, l. XXXVII, e. 8.

N. 10. *Callaica...Germania* Duplex *callais* a Plinio distinguitur, altera l. XXXVII, e. 8, topazio similis, et veridi pallens; altera, ib. c. 10, colore sapphiri, et candidiore. Id. eod. c. 10, docet, *callainas* gemmas diei quæ colorem turbidum callaidis habent. Solinus, e. 30, al., 33, *callaicam* vocat callaidem topazio similem. De colore *callaino* aliter sentit Vossius, in Etym. Salmasius, Exercit. Plin. p. 237, contendit gemmam non *callaicam*, ut legit Isidorus, sed *callaicam* a colore *callaino* esse dicendam; reprehendit Isidorum, quod *callaicam* ab auro deducat. Sed jam Grialius observat non ab auro, sed a Græco *καλλὶν callaicam* ab Isidoro derivari. Mendum vero in *Germania* pro in *Carmania* simile esse apud Solinum ait Salmasius ex eod. lib. mendosis Plinii. Sed fortasse errarunt amanuenses, qui Solinum, aut Isidorum exscripserunt, quippe facile est ab ignaris *Carmaniam* in *Germaniam* commutari.

N. 12. *Radios solis mutat*. Vuleanius, in not., ex vet. Cod., refert: *radios solis imitatur sanguineo repercussu*; et ex Plinio: *Dejecta in vas aquæ, fulgorem solis accedentem repercussu sanguineo mutat*. Ex Plinio, l. XXXVII, e. 10, colligitur quod hæc gemma aquæ immissa auget solis fulgorem sanguineo repercussu,

extra aquam vero radios, sive fulgorem avertit, ac velut in speculo solem exhibet, proindeque deprehendit defectum; subeuntem lunam ostendens. Ad hanc explicationem verba Isidori exigenda.

N. 14. *Myrrhites*. Vel *myrritis*. Apud Solinum est masculini generis. In Editione quatuor, c. 50, legitur: *Si penitus explores et incites ad colorem, spirat nardi suavitate*. Melius ad colorem cum Isidoro, qui primum ait *dicta est*, intelligens *myrrhites gemma*, deinde *compressus* masc. gen.

CAP. VIII. N. 1. *Corallium*. Scribitur *corallium, corallium; corallum*, et *curallium*, et similis est varietas apud Græcos, *Corallium* vero vocitatur *ἀπὸ τῆς κοραῖς ἐν ἑλλῶ*, quod in mari præcidatur, seu tondeatur. Alii aliam originem ex Græco afferunt.

N. 2. *A Sardibus*. Videtur legendum a *Sardianis*, aut a *Sardis*, hoc est, incolis Sardium. Marbodæus, in dactyliothea: *Sardiusa Sardis est, a quibus ante reperta*. Plinius, l. XXXVII, c. 7, *Sardam* gemmam recenset primum Sardibus (urbe metropoli Lydiæ) repertam quæ diversa non videtur à Sardio lapide, de quo Tertullianus, l. II adv. Marcionem, c. 10. Apud Isidorum præsterit legere *primum reperta sit Sardibus, non a Sardibus*, aut *a Sardis*, ut alii habent eum Marbodæo.

N. 3. *India, vel Arabia*. Scilicet, vel pro *ct*.

N. 4. *Et sardo*. Melius *et Sardio*, vel *Sarda*.

N. 6. *Succinus quem*. Rectius esset *succinum quod*. Poterit intelligi *succinus lapis* adjective. Scribitur etiam *sucinus*, sed minus bene. De *electro* agitur e. 24 hujus libri, ubi repetitur solem a poetis *electorem* diei. Confer etiam l. XVII, c. 7, n. 31, de pinu. Græce *ἡλεκτωρ* est sol. *Succinus* est succus arborum pinei generis, ut ait Plinius. Nonnulli existimant succum terræ aut saxorum esse. Vide Libanium, qui librum de succino edidit, et Hyginum, fab. 152. Apud Grialium lege *α. ζ... Πιρὰ μοτο... ἀκρης*.

N. 7. *Rigore, vel tepore*. Plinius, l. XXXVII, e. 7: *In Syria feminas verticillos inde facere, et vocare HARPAGA, quia folia et palcas vestiumque simbrias rapiat*. Verticillus est instrumentum quod fuso adhibetur, ut facilius vertatur.

N. 8. *Lyncurius*. Prodiit, anno 1795, *Memoria sul lincurio del cavaliere Carlo Antonio Napione. Presso Antonio Fulgoni, Romæ in-4º*. Refellit Napionius eos qui *lyncurium* ad gemmam hyacinthum revocant. Censet speciem quamdam esse electri, quod *ligurium* a *Liguria* dicebatur, inde corrupte *lyncurus*, et ex hæc corrupta voce fabulosa etymologia de *lyncis urina*, quam Plinius aliquando admittit, aliquando rejicit.

CAP. IX. Num. 2. *Sapphirus*, etc. Salmasius ex hoc loco correxit Plinium, l. XXXVII, e. 9, qui in veteribus Editionibus depravatus erat, Isidorus masculino genere *sapphirum* effert, alii feminino. Grialius edidit *sapphirus*.

N. 3. *Hyacinthus*. De *hyacintho* Plinius etiam l. XXXVII, e. 9.

N. 4. *Hyacinthizon*. De *hyacinthizone* Plinius, l. XXXVII, e. 6.

N. 5. *Anethystizon*, etc. Vide Plin. l. XXXVII, e. 7.

N. 8. *Rhodites*, etc. Ex Plinio, l. XXXVII, e. 11. Scribitur etiam *Rhoditis*.

CAP. X. N. 1. *Pæderos*, etc. Vide Plin., l. XXXVII, e. 9.

N. 3. *Asterites*. A Martiano Capella, l. 1, vocatur *astrites*, a Plinio, l. XXXVII, e. 9, *asteria*. Salmasius, Exercit. Plinian., pag. 756, errasse Plin. putat, quod nomen *asteriæ* a sole deduxerit, cum *aster* nunquam de sole dieatur. *Asteria* ab *ἀστὴρ, stella*, vel *scintillans radius* appellatur, quia contraria soli regerit candicantes radios. Id quoque innuit Plin.

N. 4. *Album ad lactis saporem*. Ex Plin., l. XXXVII, c. 10, reponi poterit *album, ac lactis saporem*. Sed Isidorus Solinum exscripsit, ejus scripturam ait Salmasius, Exere. Plin., p. 137, contumax aliquis de-

fendere possit. Salmasius emendat *album, ac lactis sapore*.

N. 5. *Chalaxias*. Ex Solino, c. 50, et Plinio, l. xxxvii, c. 11. Vide inf., c. 13.

N. 6. *Speciem solis*. Melius Isidorus quam solinus, qui *sideris pro sole* habet. Vide Salmasium, p. 756 Exercit. Plinian.

N. 7. *In dies singulos*. Ex Solino, c. 50, apud quem legitur *diebus singulis vel minui, vel augeri*.

N. 8. *Cinædia*. De *cinædia* Plinius, l. xxxvii, c. 10. *Cinædus* est piscis coloris lutei, in cuius cerebro reperitur *cinædias*, vel *cinædia*. Non scribendum *eynædia* cum Grialio et aliis.

N. 9. *Beli oculus*. Grialius conjungit *Belioculus*. Vulgo *felis oculus* dicitur, et ex Plinio, l. xxxvii, c. 10, est gemma albicanti colore pupillam cingens nigram, et e medio aureo fulgore lucentem. Ex quo apud Isidorum correxi *pupillam cingit nigram, medio aureo fulgore lucentem*, cum apud alios legeretur *pupillam cingit, nigra medio aureo fulgore lucentem*. Grialii exemplaria variant; alia mendose cum Editis, alia, ut correxi.

N. 10. *Epinielas*. Plinius, l. xxxvii, c. 10, de vocabulo *epimelas* agit, quod tribui potest quod cuius gemmæ candidæ, cui superne nigricat color.

N. 11. *Exhebenus*. De *exhebeno*, aut *exebeno*, Plinius, l. xxxvii, c. 10.

CAP. XI. N. 1. *Est autem nigra, etc.* Hæc Isidoro accessisse Grialius censet. Sed ratione ab eo a lata parum moveor. Nam auctor ille glossarum, qui post Hugutionem demum scripsit, hoc est, non ante sæculum XIII, non potuit certe distinguere quid Isidorus primum docuerit, quid Papias et Hugutio adjecerint. Nam exstant exemplaria Isidori et Hugutione, et Papias, qui sæculo XI floruit, antiquiora, in quibus hæc eadem verba reperiuntur, ut in Cod. Alban., Cod. 1 Vat. Arch., et aliis. Etsi autem neque apud Solinum neque apud Plinium, ea quæ Isidorus tradit de *achate* inveniuntur, potuit aliunde ea petere Isidorus. Bochartus, Ch. l. 1, c. 29, de *achate* quædam hæc pertinentia disserit.

N. 2. *Excalfacta*. Ex Plinio, l. xxxvii, c. 10, ubi legitur *excalfacta*, quo verbo non semel hac forma utitur Plinius; neque apud alios *excalfactus* aut *excalfactio* invenio, neque fortasse ita usus est Isidorus, qui plinium sequitur.

N. 3. *Ægyptilla*. Plinius., ib., *ægyptillam* frequentem in Ægypto reperi ait.

N. 5. *Veis*. Apud Plinium, ib., *Veis reperta* non a *Veis*, nam *Veii* oppidum est Æturiæ, cuius cives *Veientes* dicebantur. Apud Isidorum Grialius legit a *Veis*, alii a *Vegeis*; sed legendum *Veis*, ut apud Plinium, aut a *Veientibus*, ut in margine Editionis Breulianæ *Baroptis* alio nomine dicitur *Baroptenus*, alio *barippe*. Vide Plinium, ib., apud quem *baroptenus* et *baroptis* legitur.

N. 6. *Mesomelas*. Grialius distinguit. *Mesomelas nigra, vena quemlibet, etc.* Melius cum Editione Plinii, ib. *Mesomelas, nigra vena quemlibet, etc.*, ubi etiam legitur, *per mediam*, non *per medium*.

N. 7. *A radice nigrum*. Harduinus e Mss. Ita apud Plinium, ib., legit: *A radice nigrum, medio sanguinem, summo ochram*. *Ochra* est terra lutei coloris.

N. 8. *Dionysias*. Grialius in textu edidit *Dionysia* in not. *Dionysias*, ut c. 4, n. 7. Ib., n. 5, de *pyrite actum*.

CAP. XII. N. 1. *Orea*. Ex Plinio, l. xxxvii, c. 10. Harduinus, e Mss., legit *olea* alii *orea*.

N. 2. *Mitridax, etc.* Vide c. 4, n. 21. Grialius hoc loco ediderat *mitrydax*. Breulius ad marginem notat *mitrax*, ex Plinio.

N. 3. *Opalus*. De opalis Plinius plura, l. xxxvii, c. 6. *India*, inquit, *sola et horum est mater*.

N. 4. *Auratis guttis*. Salmasius, pag. 187. Exerc. Plin., corrigit in Plinio *aureis guttis*; nam Solinus etiam *aureas stellas*, seu *stillas* vocat. Ex Isidoro

A autem *Solium* corrigit, *non guttis aspersæ sunt, sed longis colorum ductibus liniuntur*, hoc est, *lineantur*. Prius erat *liniuntur*. Apud Isidorum legebat *aliæ habentes stillas pro stellas*. Rursus de pontica gemma, c. 15: *Habens stellas rubeas, al. stillas*.

N. 5. *Hexecontalithus*. De *hexecontalitho* Plinius, l. xxxvii, c., 10, et Solinus c. 31, al. 34. Nonnulli scribunt *hexacontalithus*: sed Græcum ἑξήκοντα *sexaginta* magis exigi *hexecontalithus*.

N. 6. *Murrhina*. *Murrha* est lapis, de quo hic agitur *Murrhina* dicebantur vasa, aut alia ex *murrha* facta. Verba, *varietas ejus, etc.*; obscure ex Plinio contracta sunt, qui, l. xxxvii, c. 2, sic habet; *sed in pretio varietas colorum, subinde circumcingentibus se maculis in purpuram, candoremque, et tertium ex utraque ignoscentem, veluti per transitam coloris in purpura, aut rubescente lacteo. Sunt qui maxime in his laudent extremitates, et quosdam colorum repereus, quales in caelesti areu spectantur*. De *murrha*, et *murrhinis* plura Harduinus ad proem. l. xxxiii.

CAP. XIII. N. 1. *Traditur quod nix*. Sanctus Martinus Legionensis, qui hunc locum exscribit, legit: *Dicitur quod nix sit glacie durata per annos plurimos*. Vide ejus sermonem in Ascensione Domini, t. III, p. 147. Marbodus, in lib. Evacis de gemmis Isidorum expressit c. 41:

Crystallus glacies multos durata per annos. Isidorus autem fortasse hemistichium ex Dracontio sumpsit, ut conjiciebam ad l. i. Carminis de Deo, v. 712 et 713, ubi plura de *crystalli* origine.

N. 2. *Adamas, etc.* Salmasius, p. 205 Exercit. Plin., observat non omnem adamanta ad amussim similem esse crystallo, sed præcipue Indicum et Arabicum. Quod autem veteres putabant, adamanta ne ferro quidem cadere, id falsum esse recentiores ostendunt. Vide Vossium in Et.

N. 3. *Magneti autem, etc.* Hæc ex Solini verbis, c. 65, intelliguntur: *Vel si admotus magnes ferrum traxerit, quasi prædam quamdam, quidquid magneti hæserit, adamas rapiat, atque auferat*.

N. 4. *Chalaxias*. De *chalaxia* sup., c. 10, n. 5: In antiquis exemplaribus scriptum est: *Etiam in igne positus, manet suum frigus*, ut sæpe apud Isidorum et æquales nominativus absolutus adhibetur pro ablativo absoluto. Et *chalaxias* quidem mascul. gen. est, quamvis c. cit. 10 genere femineo elferatur, quia intelligitur *gemma*, nisi forte etiam eo loco correctione simili scriptura reformetur.

N. 5. *Quod Germania mittit*. Isidorus præ oculis habuit *Solium*, ut conferenti patebit; sed cum apud Solinum Salmasius, p. 240 Exerc. Plin., legendum contendant *Carmanica*, non *Germanica*, ut Vulgati præferunt apud Isidorum quoque reponi poterit *quod Carmania mittit*.

N. 7. *In cujus centro stella*. Plin., xxxvii, c. 9: *Intus a centro ceu stella*. Atque ita apud Isidorum restituere possumus.

N. 9. *Exudat enim aquam*. Veteres Ed: *Exundat eum*, quod in *exudat* aut *exsudat* mutandum ex Solino Salmasius, p. 770 Exerc. Plin., docebat. Sed jam Grialius noster locum correxerat. At, ut puto, id ex Plinii sententia non est, qui l. xxxvii, c. 11 ait: *Enhydros gemma rotunditatis absolutæ in candore lavis, sed ad motum fluctuat intus in ea, velut in ovis liquor*.

CAP. XIV. N. 1. *Omnium, etc.* Perperam in nonnullis editis hoc caput cum præcedenti continuatur.

N. 2. *Anthracites*. De *anthracite* Plinius, l. xxxvi, c. 21, et l. xxxvii, c. 7 et 11; sed diversos fortasse lapides Plinius hic locis commemorat. *Anthracias* vocatur a Solino gemma quæ a Plinio *anthracitis*.

N. 3. *Sandasirus*. Plinii exemplaria variant, sed verior lectio est *Saudaresus*, quod nomen est loci in quo hæc gemma nascitur. Breulius in Plinio legit

indactros et in translucido stellantes, pro quo Isidorus *in translucido igne*. Grialius, in *textu stellatum*.

N. 4. *Partem ceræ retentat*. Vulcanius, ex vet. od., annotat *partem carpere tentat*, ex Plinio, *partemque ceræ in signo tenent*. Ipse edidit *partem cere temptat*.

N. 5. *Carchedonia*, intellige gemma; nam *carchedonius* Græce est Carthaginiensis. Hoc carbunculum genere abundabat Carthago. Vide Plinium, xxxvii, c. 7.

N. 6. Plinius, loc. cit., vocat carbunculos *alabancos eos* qui in Orthosia caute nati, Alabancæ perciebantur. De iisdem loquitur Isidorus.

N. 8. *Chrysoprasus*. Apud Grialium, in *textu, Chrysoprasius*, in not. *Chrysoprasus*, recte. De *chryso-raso*, vel *chrysoprasto* confer. c. 7, n. 7, hujus bri.

N. 9. *Phlogites*. Plinius, l. xxxvii, c. 11, nominat nonnullis exemplaribus etiam *phlogitidem*. Inter hæc et similia nomina hoc est discrimen, quod *phlogites phlogitæ* est mascul. gen., nisi ubi subauditur *gemma*, *phlogitis phlogitidis* est femin. gener. Verba Solini, cap. 37. al., 50 : *Phlogites ostentat inter se quasi flammam aestuantem*. Pro *ex Persida* oportebit *gere ex Perside*, vel *ex Persia*.

N. 10. *Primum est in parte*. Isidorus verba Solini Plinii miscuit, ut sæpe alias. Legi posset *primum t, deinde et in Lucania*.

N. 11. *Hormesion*. Plinius, l. xxxvii, c. 10, similibus verbis hormesion describit.

CAP. xv. N. 2. *Chrysopsis* etiam legit Harduinus apud Plinium, ex Mss. *Chrysolithus* a Plinio fem. effertur, fortasse quia intelligit *gemma*.

N. 3. *Chryselectrum* neutr. gen. a Plinio dicitur, xxxvii, cap. 3.

N. 4. *Chrysolampis*. De *chrysolampide* confer dicta 7, n. 7.

N. 6. *Leucochrysus*, etc. Ex Plinio, l. xxxvii, c. Alius est *leucochrysus* in morem crystalli, de quo em Plinius, ib., c. 10. *Quod sincerum mel per aurum transluceat*, innuit morem veterum apponendi conviviis mel in vasis aureis, de quo dixi ad Seralium, l. I, v. 14, in præfatione :

Collucentque suis aurea vasa favis.

N. 7. *Nisi quod augere*. Sententia clarior erit, si gatur : *Nisi quod agglutinare aurum traditur*. Græce *κόλλα* est *gluten*. De *argyritide* Plin., l. xxiii, cap. 6.

N. 8. *Pene adamas*. Plinius, l. xxxvii, c. 10, *ut damas*. Suspiciatur Salmasius, p. 565 Exerc. Plin., quod Plinium legendum *vi adamas*, non *ut adamas* loquin putat errasse Plinium, et cum eo Solinum Isidorum; nam *androdamas* nihil habet *adamanti* mile. De marmore *androdamante* supra, c. 4, . 17.

N. 9. *Chalcites, chalcitæ et chalcitis, chalcitidis* et etiam lapis, ex quo cocto æs fit. De *chalcitide* emma Plin., l. xxxvii, c. 11. Id. c. 10, de *chalcihona*.

N. 10. *Mediam secante*. Ex Plinio, l. xxxvii, c. 10, bi legitur *medias secante flamma vena*.

N. 13. *Æthiopicus*. De *carbunculis Æthiopicis* Plinius, l. xxxvii, c. 7.

N. 14. *Zmilampis*. Sic legit Harduinus, apud Plinium, e Mss. suis omnibus. Salmasius, Exercit. Plin., . 703, reponendum censet *xenilanthis*, e Mss. Isidori, Apud Solinum, in nonnullis Editionibus *xmilanthis*, in aliis *xmilaces*, ut Grialius edidit.

N. 16. *Ostracites. Ostracias*, sive *ostracites*, gemma, de qua hic Isidorus, describitur a Plinio, lib. xxxvii, c. 10, ubi legitur *scalpantur*, non *sculpan-*
ur, ut nonnulli apud Isidorum legunt, quod etiam

sustineri potest. *Ostracites lapis* commemoratur ab eodem Plinio, l. xxxvi, c. 19.

N. 18. *Echites... Carcinias*. De *echite* Plinius, l. xxxvii, c. 2. De *carcinia*, ib., c. 11.

N. 19. *Scorpitis... Myrmicites... Taos... Hieracites... Ætites... Ægophthalmos*. Plin., l. xxxvii, c. 11, de *scorpite*, de *myrmicite*, de *tao*, de *hieracite*, de *ætite* et *ægophthalmo*.

N. 20. *Ex rutilo sanguinea... Meconites*. Ex Plinio, l. xxxvii, c. 11, legendum videtur *ex rutilo, et sanguineo, in medio nigrum candido cingente*. Idem, l. xxxvii, c. 10, meconitem simili modo exponit.

N. 22. *Lipara suffita*, etc. Ita Plinius, l. xxxvii, c. 10. Grialius et alii, apud Isidorum, legunt *liparia*. Pro *hydromantia* nonnulli Editi exhibent *necromantia*; sed Grialius restituit *hydromantia*, quod Harduinus quoque ex Mss., in Editione Plinii tuetur. Ex Plinio etiam lego *synochitide*, non *synocitide*, ut Grialius. Omitti etiam potest *aiunt post teneri*, quod apud Plinium regitur a *dicunt*, quod præcedit.

N. 23. *Chelonites*. Plinius, l. xxxvii, c. 10, distinguit *chelonitides*, quæ sunt gemmæ testudinum similes, a *chelonis*, quæ est oculus Indicæ testudinis.

N. 24. *Brontia*. Plinius, l. xxxvii, c. 10, distinguit *brontiam* et *brontem* : hæc e capitibus testudinum tonitribus cadit, illa imbribus et fulminibus cadere dicitur.

N. 25. *Hyænia*. De *hyænia* t. I Patrum Apostolic., p. 33 seq., Edit. Cotelerii, agitur; de qua etiam Plinius, l. xxvii, c. 10.

N. 26. *Stellas*. Grialius in *textu* edidit *stellas*; in not. sumit *stillas*, fortasse ex aliis Editionibus.

CAP. xvi. N. 3. *Adjecto Cyprio*; alii *Cupro*. Plinius, *ære Cyprio*. Idem, *vitrum, ut æs, liquatur*.

N. 5. *Obsidianus*. De lapide *obsidiano*, seu *obsidio* dictum c. 4 hujus libri, n. 21.

N. 6. Vitrum sulfure solidari, nonnemo dixit. Vide not. ad l. xii, c. 7, n. 81.

CAP. xvii. N. 1. *Inquirendi*. Scilicet, metalli. *Et quod domat omnia ferrum*, fortasse ex aliquo poeta sumptum. De re metallica exstant opera G. Agricola, I Got. Vallerii, Bomarii, Cellertii et aliorum.

CAP. xviii. N. 1. *Hinc et aurarii*. Vide comm. ad hymn. 1 Carhem. Prudentii, v. 22, et ibi glossam veterem : *Aurora dicitur a splendore; hinc aurarii dicuntur favitores*.

N. 2. *Obryzum aurum*. Isidori æquales et eod etiam antiquiores usurpare solebant *d* pro *z*, ut *trapedia* pro *trapexia*. Iluc spectat etymon *obryxi*, quod *obradiet*. Vide Salmasium in Capitolinum, p. 20, v. 32. Alii originationem vocis *obryzum* ex Græco petunt, alii ex *Ôphir* insula.

N. 3. *A crepitando*. Virgilius, l. vi, v. 209 :

..... Sic leni crepitabat bractea vento.

N. 4. *A Saturno*, etc. Cassiodorius, l. vii, epist. 32, de moneta ait : *Quam Servius rex in ære primum impressisse perhibetur*.

N. 6. *Thesaurus*. Vox tota Græca est a *reponendo* in *crastinum*. Inde *aurum* a Latinis dictum voluit *Auraria* absolute l. xii Cod. Theodos., l. 6, leg. 29, ponitur pro aurario canone, sive auraria pensatione. Sed Isidorus *aurariam* accipere videtur pro aurifodina, ut accipit etiam Tacitus, l. vi Ann., cap. 19.

N. 7. *Ut qui præerant*. Apud Servium, v *Æn.*, v. 560, legitur : *Ut etiam qui præerant singulis partibus*, etc., *nominarunt*.

N. 9. *Nomisma*. De *nomismatis* etymo vide comm. ad Prudentium, hymn. 2 Perist., v. 50. Isidorus idem repetit inf., c. 25, n. 14. Scribitur etiam *numisma*. Lucretius dixit *effigie* in plur.

N. 10. *Nummi autem a Numa*. Gisbertus Cuperus, in epistola ad Ottonem Sperlingium, quæ incipit *In-*

ter febres, negat *æs* a Numa fuisse signatum; putat Suetonium et Isidorum, qui id tradunt, deceptos falsa etymologia nummi. Contra Harduinum contendit Plinium, l. LIV, c. 1, id non docuisse. Varro, l. IV de Ling. Lat., c. 33, innuit *nummum* esse vocem Siculam. Festus, a Græco *νέμισμα* originem repetit. Plura Vossius in Etymol.

N. 11. *Folles*. Pro matsupio, quod ex corio vel pelle fieri solet. Vegetius, l. II de Re milit., c. 20, Juvenalis, sat. 14, v. 281, et alii, *follem* pro sacculo pecuniæ accipiunt.

N. 12. *In nomismate tria*. Lib. III Sent., c. 36 : *Sicut in numismate metallum, figura et pondus inquiritur, ita in omni doctore*, etc. Confer notam.

N. 13. *Formarum*. Verbum artis flatuarius est *forma*; nam *forma* nummi est signum in eo impressum. Lampridius, in Alexandr. Sever., c. 39 : *Formas binarias*, hoc est, nummos binis aureis valentes. Vide Casaubonum et Salmasium, ad hunc loc.

CAP. XIX. N. 3. *Centenarium saxum*. De pondere centenario inf., c. 25, n. ult. Hic et alibi Grialius scribere solet *scrupulum* pro *scrupulum*.

CAP. XX. N. 3. *Aurichalcum*. De etymologia *aurichalci*, sive *orichalci*, Vossius, in Etym. Commentarium de orichalco veterum Gallicæ edidit Ananayus, Bruxellis, 1780.

N. 4. *Sic Corinthia nata sunt*. De rebus ex ære Corinthio factis absolute *Corinthia* dicebant. Cicero, l. III Tuscul., c. 14 : *Si quid de Corinthiis tuis amiseris*. De origine *æris Corinthii* Isidorus Plinio et Floro concinit; conferendus tamen est Muretus, l. III Variar. lect., c. 5.

N. 6. *Flanmasque imitatur*. Ovidius, II Metam., v. 2 : *Flanmasque imitante pyropo*. Fortasse Isidorus scripsit *Pyropus dicitur*, aut intelligit *æs pyropum*.

9. N. *Campanum*, etc. Hinc nomen *campanarum*, de quo nonnulla Beermanus, plura Ducangius. In veteri Codice Vaticano 1343, in quo quædam sunt fragmenta ex opere sancti Isidori, de Offic. eccles., caput iuvenio de campanis fortasse nondum editum, ac propterea non indignum quod inter appendices, loc. 19, collocetur.

N. 11. *Æris flos*. Ex Dioscoride. Vide Salmasium, Exerc. Plin., p. 1078.

N. 14. *Atque ita distillantibus*. Genuinum videtur, atque ita distillantibus; nam præcedit *superpositæ*, et nominativus pro ablativo absoluto apud Isidorum ejusque æquales in mss. membranis sæpe occurrit.

CAP. XXI. N. 1. *A Chalybe fluminc*. Nunc *Cabe* in Galæcia, cujus Justinus et Silius Italicus meminerunt. Sed advertit Florezius, t. XV Hisp. sacr., p. 54, *chalybem* a populis Asiæ, qui *chalybes* dicuntur, sic appellari, ac fortasse a *chalybe* flumen Galæciæ *Chalybem* vocatum fuisse.

N. 3. *A stringendo apte vocabulo inposito*. Salmasius hanc lectionem probat p. 1083 Exercit. Plinian. Nihilominus alii retinent apud Plinium a *stringenda acie vocabulo*, etc. De *strictura ferri* vide inf., l. XIX, c. 10, n. 1.

N. 4. *Delectatior... contactum namque*. Existimo, *delectatior* irrepsisse pro *delicatior*, quod fortasse scriptum erat *delectatior*, nam *i* et *e* in Mss. sæpe confunduntur. *Contactum namque*, scilicet sanguine. De simulacro, quod vi magnetis in ære pendere videbatur, dictum jam c. 4 hujus libri, n. 2.

N. 5. *Rubigo*. Alii *rubiginem a rubeo* deducunt, neque probant quod a *rubendo* deducatur. Isidori sententia videtur esse quod *rubigo* dicatur etiam *ærugo*; sed revera *ærugo* vitium est æris, quasi *æris rubigo*.

N. 6. *Scoria*. A Græco *σκόρια*.

CAP. XXII. N. 1. *Plumbum*. Nonnulli putant dictum *plumbum* quasi *pclumbum* a *πλῦον*, *lutum*, quod luteæ ac terrea sit naturæ. Pro aurifodinis Plinius quoque usurpat *auraria metalla*, ut Isidorus in *aurariis metallis*.

N. 3. *Terræ corio*. Hoc est, e summa crusta e superficie terræ eruitur.

CAP. XXIII. Num. 1. *Stanni*. Semlerus, in not. ad Glossarium Isidorianum, verbo *Stagnare*, seu *Stagnare*, hunc locum allegat, et legendum contendit *ἀποχωρῆζον*, hoc est, quasi stagnum facit. Retinendum *ἀποχωρῆζων*, id est, *separans*, sed divisio dictionibus non, ut id Editis, conjunctis, *ἀποχωρῆζων*.

CAP. XXIV. Num. 1. *Electrum*. De *electro gemma* actum c. 8, n. 6; nunc de *electro metallo*. *Electrum gemma succinum* quoque vocatur, ut num. seq. patet. Vid. not. Munckeri ad fab. 152 Hygini.

N. 2 *Hujus tria genera*. Servius, ad v. 402 l. VII Æn., tria electri genera ex Plinio distinguit. Servius, in Editione qua utor, ait : *quas partes, etiam s naturam resolvat*, etc. Plinius, l. XXXVII, c. 2, ac fin., et c. 3 et l. IX, c. 40. c. 2, de his tribus electri generibus fuse disputat : electri metalli naturam esse ait ad lucernarum lumina, clarius argento splendere et quod est nativum, venena etiam deprehendere.

CAP. XXV. N. 1. *Ponderum ac mensurarum*. Erudita veterum recentiorumque de ponderibus et mensuris opera Grævius in suo Thesaurio Antiq. Rom. collegit.

N. 3. *Quod... pendeat*. Ita multi; sed alii contrapendere deducunt a *ponbere*.

N. 4. *Lanccs*. Rectum esset *lanx*; sed Isidorus si miles nominativos solet usurpare. De vocibus *monetana* et *moneta* in trutinæ significatione altum apud lexicographos Latinitatis silentium. *Statera* sumitur quidem interdum pro trulina duarum bilancium; sed proprie est campana, de qua paulo post *Trutina* vero genus est varias species sub se continens, ut *stateram, libram*, etc.

N. 5. *Unde et in lanccis*, etc. Hæc apud Servium non sunt, et in multis Mss. Isidori desunt.

N. 6. *Campanæ* vocabulum apud veteres hoc significatione non invenio. Eo utitur Anastasius Bibliothecarius. Vide Ducangium. Papias hunc Isidori numerum cum seq. commiscet. De campana statera plura erudite congerit Rosweyds, in Onomastico post Vit. Patrum.

N. 8. *Chalcus*. Græcum verbum est, et apud Græcos etiam nomen ponderis. Confer Harduinum, ad Plin., l. XXI, c. ult.

N. 9. *Ab arboris semine*. Scilicet a semine silique Græcæ.

N. 10. *Ceratum*. Num. seq. in plurali *ceratia*. Alii *cerates* hic et infra. Ego malim *ceratium* et *ceratium*. Ac notandum quod *siliqua Græca* Græcè dicitur *κερατιον*, *ceratium*, quia inflexum corniculum refert. Fortasse huc respexit, Jos. Scaliger, qui p. 55 de Re nummar., affirmat *siliquas* ab Isidoro *eornus* vocari, ab Arabibus *Al charub*, unde Hispani dicunt *algarobas*. Recentiores Græci corruptè dicunt *καροβῆζον*, Itali *caruba*, et *caroba*.

N. 11. *Obolus*. De *obolo* et aliis ponderibus fragmentum quoddam est initio Editionis Bignæane quod appendicem 20 constituet.

N. 12. *Gramma*. Marsilius Cognatus, lib. IV Ob-servat., c. 6, recte emendavit *gramma* pro *drachma* quod in nonnullis exemplaribus repererat. Isidorus *scrupulum a scrupo* cum multis deducit, non al scribendo.

N. 13. *Drachmā*. Grialius ediderat, et interpunxerat : *Drachma, octava pars uncie est, et denarii pondus argenti tribus constans seripulis*. Plinius, l. XXI, c. ult. : *Drachma Attica denarii argentei habet pondus; eademque sex obolos efficit*. Ex quo Isidori locum restitui. Pro a dando dictus melius esset a *decem*, aut a *deno*, vel *denis*.

N. 14. *Solidus... nomisma*. Hæc, quæ de *nomisma* te dicuntur, repetita sunt ex c. 18 hujus libri, n. 9 ubi eodem modo legitur *effigiisque*; etsi enim frequenter usurpatur *effigies, effigiei*, Plautus tamen dixit *effigia, effigiæ*, e. Lucretius in plurali *effigiæ*. De *solidi*

it Barthius, lib. XI Adv. c. 20. qui *soldatorum* non inde deducit.

N. 18. *Unciæ pondus*. Nonnulli apud Hieronymum allent legere *semunciæ pondus*. An autem *siclus nctuarii* duplo pluris quam *communis* valuerit, inter cræ Scripturæ interpretes non constat. Nonnulli im putant *siclum sanctuarii* eundem fuisse ac *mmunem*; vocatum vero *sanctuarii*, ut pondus jusm et exactum indicaretur.

N. 19. *Uncia*. Sicula vox est $\sigma\delta\gamma\lambda\alpha$.

N. 20. *Libra*. Ducitur etiam a voce Sicula $\lambda\tau\rho\alpha$. De rfectione libræ vide notam ad l. IV Sedulii v. 154. *urea libra fuit*.

N. 21. *Mna*. Plinius, l. XXI, c. 34. *Mna, quam nostri NAM vocant, pendet drachmas atticas centum*.

N. 22. *Talentum*. Servius idem pondus LXX libram talento tribuit l. IX Æn., ad v. 265: *Auri duo ma- a talenta*. Marsilius Cognatus, l. IV Obser. c. 6, rehendit in Isidoro quod dixerit *apud Romanos*, cum mani vocabulo *talenti* uti non consueverint, et Plaus sermonem habeat de Græcis. Isidorus verba Servii mpsit. Addit Cognatus errorem librarii videri LXX o LX, et CLX pro CXX, sed auctoris errorem non dum esse quod in talento posuerit *minas duas supra xaginta*; nam in Plauto *quatuor minæ* supra 120 bebantur ratione feueris. Jos. Scaliger, de Rc numar., p. 30, grammaticorum commentum esse prontial *magnum talentum, parvum talentum*, et apud dorum *minus, medium, summum*, quæ sunt, ut t, ineptissima. Ad Plauti vero verba, in Rudente, spondet se hæere. Sed negare nequit Scaliger rem n satis exploratam apud antiquos reperiri, neque rum laborare recentiores qui *talenti* valorem exicare conantur, ut Salmasius, de pecun. veter., Vosus, in Etymol., et alii. Ad Isidorum quod attinet, vertendum nonnullos apud Servium, a quo Isidorus a mutuatur, pro *libris* reponere velle *minas*; nam inius ait:

Cecropium superest post hæc docuisse talentum, Sexaginta minas, seu vis, sex millia drachmas. bra continet drachmas 96, adcoque sexaginta libræ lum efficerent drachmas 5952. Libræ sexaginta ræ, quod apud Servium et Isidorum retineri Chacon lebat, efficerent drachmas 6072. Et de *minis* quiem Plautus loquitur. Diversa talentorum genera estus enumerat: *Talentorum non unum genus. Attium est sex millium denarium. Rhodium et Cistororum quatuor millium quingentorum denarium. Alexandrinum duodecim millium denarium. Neapolitanum sex denarium. Syracusanum trium denarium. Rheginum victoriati*. Erat etiam talentum ticum majus, quod 83 minas et 4 uncias continebat. e quo Livius, l. XXXVIII, c. 38.

N. 23. *Numeri nomen*, recte, inquit Scaliger. loc. t., pag. 64, ut distinguatur a ponderali, quod Araes corrupto nomine *Kintar*, Hispani et Aquitani *quintal* dicunt. Medio ævo nomina *quintale*, et *quintillus* in usu erant, de quibus plura Ducangius. Hispani *quintal* vocant pondus centum librarum; de quo onfer Marianam de Ponder. et mens., c. 9. ubi ex idori verbis colligit Latinos posteriori tempore epispe *centenarii* nomine talentum significare, eo ondere aliqua ex parte mutato.

CAP. XXVI. Num. 3. *Cochlear*. Vehementer dissident ter se scriptores in mensuris, itidem ut in ponderibus explicandis. Nam veteres plerumque obscure lotuti sunt; et aliquando Græcas mensuras eodem nomine intelligunt, aliquando Latinas. Forcellinus cum liis, ait *cochlear* esse quartam partem cyathi; sed ex idoro colligitur, esse partem vigesimam cyathi, ex anno autem esse partem vigesimam quartam cyathi. Nam *cheme* est pars duodecima, *cochlear* est dimidia ars chemes. Verba Fannii sunt:

At mystrum cyathi quarta est, ac tertia mystri, Quam vocitant chemen, capit hæc cochlearia bina.

A Mariana, de mensuris Græcorum loquens ait: *Concha semicyathus. Mystrum cyathi quadrans. Cheme cyathi quinta. Cochlear parvum cyathi pars decima*. Cum vero de mensuris Romanorum agit, ita disserit: *Cochlear, sive ligula cyathi quadrans, sextarii pars 28, cum in Græcis mensuris cochlear sit pars cyathi decima. Ligula in aqua aut vino pondus est drachmarum trium, scripuli unius*.

N. 5. *Cotyla*. Grialius in textu edidit *cotula*, in not. *cotyla*. Utroque modo scribitur, *cotyla* more Latino, *cotyla* Græco. De hoc Isidori loco audiendus Guillelmus Budæus, l. v de Asse, quamvis minus æquum Isidori judicem se ostendat: *Post hæc antiquitatis monumenta cum mensurarum modos deprehendere magnopere cuperem, ad pondus examinare rem institi; quo facto cum nec ex carminibus illis, nec ex Plinio responderent, nihil potius tandem inveni, quam quod apud Isidorum, non optimum ipsum auctorem, ne harum quidem rerum, legitur: Hemina vini in regula sancti Benedicti, in qua explicanda Menardus in Concordia regularum, Martenius in Comm. ad regulam sancti Benedicti, Joannes Pelletier, in Diss. Gall. de libra panis, et de vini hemina in regula sancti Benedicti, Dominus Lancelot, in Diss. de vini hemina, aliique versati sunt. Varia fortasse fuit pro variis temporibus et locis mensura. V. Ducangium cum auctario*.

B N. 6. *Quinarem*. Videtur verbum Hispanorum proprium; nam Ducangius asserit *quinalis* mensuram liquidorum esse Hispanis, exempla que profert ex monumentis Hispanicis. Ac fortasse apud Isidorum legendum *quinalem, sive gomor facit*. Difficultas a Grialio proposita contra hunc Isidori locum facile dissolvitur, si duplex mensura distinguatur, altera *gomor, sive ghomer*, de qua hic Isidorus, altera *chomer, seu chorus, aut corus*, de qua infra, n. 17. *Gomor, sive ghomer* decima pars est ephi, ex Ex. c. XVI, 36. Mariana, de Pond. et mens., colligit *gomor* efficere sex Toletanos sextarios præcise, Romanos vero quatuor, et quatuor quintas ejusdem sextarii; et adducit verba Isidori, quibus probatur ex quinque sextariis Romanis *quinarem, seu gomor* constare. An autem inter *chomer* et *corum* distinctio alia adhibenda sit, postmodum videbimus.

C N. 7. *Congius*. Minus bene in nonnullis Editionibus *congium* neutr. pro *congius*, quod idem vitium in vet. glossar. occurrit. Figuram congii expressit Fabrettus, c. 7, p. 526. Verbum *congiendo* apud alios non reperio. Medio ævo dicebatur *congiare, seu congeare*, licentiam abundi concedere, quod Itali dicunt *congedare*.

N. 9. *Denarii numeri*. Confirmatur hinc, legendum, apud Dioscoridem, l. v, c. 82, *metretam* esse mensuram *decem congiorum*; alii legunt *octo*, alii *duodecim*. *Metrata*, cujus fit mentio in sacris litteris, batho Hebræorum respondere dicitur.

D N. 10. *Sextariorum*. Fortasse Epiphanius et Isidorus de sextariis Hebraicis loquuntur, qui Romanis tertia parte sunt minores; sed, ut advertit Mariana, dici tunc deberet modium continere sextarios viginti quatuor. Sed præ oculis semper habendum mensuras et pondera pro locorum varietate mutari; et fortasse Epiphanius mensuras Samaritanorum, unde ipse genus ducebat, plerumque intelligit. Isidorus autem Epiphanius auctoritate se tuetur.

N. 11. *Satum*. In glossis in Vetus Testamentum, quas ex Codice 4 archivii Vaticani edere inter appendices, ubi locus opportunior videbitur, cogito, ad c. XVI Genesis *satum* dicitur habere modium, et semis.

N. 12. *Bathus*. Grialius edidit *Batus*; communis scriptura est *bathus*; sed vocatur etiam *badus*. De mensura hæc fere Mariana loc. cit., *bathus* capit sextarios Romanos XLVIII, Hebr. LXXII. Vel certe *bathus* duplex erat, minor æqualis ephi, major proportionem sexquialtera cum minore comparatus.

N. 13. *Hinc et inde levetur*. Quia per syncopen di

citur *amphora* ab ἀμφιφορεὺς. Amphora Romana *quadrantal* dicebatur, quia ex pede Romano in quadrum facto constabat. Volusius Metianus, de Asse: *Quadrantal, quod nunc plerique AMPHORAM vocant, habet urnas duas, modios tres, etc.* Amphorā græca, seu Attica tres urnas continebat. Fannius:

Attica præterea dicenda est amphora nobis, Seu cadus; hanc facies, nostræ si adjeceris urnam.

N. 15. *Medimna, medimnus*, sive *medimnum* mensura est sex modiorum, ut ex Cornelio Nepote, Fannio et aliis, apud Rosweydam, in Onomastico, colligitur. Ausonius in grypho ternarii dixit *Sicana medimna*, sed in plurali. Quod autem Isidorus ait, *medimnam* quinque modii constare, redit eadem responsio, incerta fere omnia esse quæ de veterum mensuris proferuntur; varias fuisse etiam sub eodem nomine mensuras pro varietate locorum, et temporum.

N. 16. *Artaba*. Rosweyda l. c., post plura veterum testimonia de *artaba*, non satis sibi consentientia, concludit: *Sed omnino varia mensura fuit artaba*. Mariana cum præmisisset *artabæ* ex quorundam sententia respondere LXXX sextarios, ex Epiphanius LXXII, et Fannii LIII, cum triente, addidit has varias opiniones conciliari non posse, nisi forte ex varietate sextarii, ut Fannius locutus sit de Romanis, Epiphanius de Atticis, alii de Hebraicis.

N. 17. *Chomer*. Cum supra, n. 6, dictum fuerit *gomor* sextariis quinque constare, nunc saltem distinctionis gratia scribendum est *chomer*, non *gomor*; ut Grialius aliique ediderunt. Profecto hoc loco de mensura magna sermo esse debet; et solum dubitatio inde oriri potest, quod *chomer*, sive *homer*, et *corus*, sive *chorus* pro eadem mensura poni solent. Neque occurrit, quid possit responderi, nisi fortasse, quod dimidium *cori* alicubi nomen *chomer* obtinuerit. Mensuræ certe Hebræorum ex communi sententia hunc servant ordinem. *Corus*, seu *chomer*, maxima omnium est, continens x, ephi, totidem bathos, xxx sata, c gomor, clxxx cados. Quædam appendicula de mensuris Hebraicis n. 21, a nobis proferetur ex fragmentis, initio Editionis Bignæanæ productis.

CAP. XXVII. N. 1. *Ponderis signa*. Fortasse ex hujusmodi signis ponderum, et mensurarum, quæ in lib. m. olim apparebant, orta est illa confusio, quæ in ponderibus et mensuris veterum explicandis observatur.

N. 4. *Gamma*. Grialius in nota ediderat *gammae*; reposui *gamma*, quod in textu exhibetur, ut sit indeclinabile.

LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

CAPUT PRIM. N. 1. *Rerum sticarum*, Scriptorum rei rusticæ optima Editio est cura Gesneri Lipsiæ 1735. Videri etiam possunt Geoponici veteres, recensente Joan. Nic. Niclas. Lips. 1781. Recentium scriptorum ingens est num. Inter Hispanos celebris est Herrera quem Italice redditum Venetiis jam ab anno 1608 video.

N. 2. *Sed ferro qualicunque*, etc. Vix hæc intelligi possunt, nisi verba Servii legantur ad l. i. Georg., v. 147: *Prima Ceres omne agriculturæ genus hominibus indicavit; superfluum enim quæstionem movent commentarii, diceptes Osirim, vel Triptoleum aratrum invenisse. Nam aliud est unam rem invenire, et aliud omnem agriculturam docere, quod fecit Ceres. Nam ferrum dicendo, cuncta generaliter rusticorum arma complectitur. Pro fulminatum conjectura in collationibus Gothicor. Codicum Tolet. erat Fulmi natum.*

N. 3. *Stercutius*. Grialius in textu edidit *Stercutius*, in not. indicat *Sterculius*. Apud Plinium l. xvii, c. 9, nonnulli legunt *Stercutium*. Harduinus ex Mss. *Stercutum*. Prudentius, hymn. 2 Perist., v. 449:

Janum bifrontem, et Sterculum
Colit senatus;

et eodem modo *Sterculum* quidam legunt apud Terullianum in Apologet., c. 25. Infra, c. seq., num. 3, rursus de *Sterculio*, sive *Sterculo*.

CAP. II. N. 1. *De ære*. Hoc est instrumentis ex

ære. Hanc enim vim particula *de* habet. Cæterum ar. verbum Græcum est, non ex ære deductum.

N. 3. *A sterce, qui et Stercutus*. Ex Augustino, et Grialius supra observavit. Sed apud Augustinum nonnulli ita legunt: *Hunc Stercen alii Stercutium appellarunt*.

N. 5. *Runcatio*. Vere est a Græco ῥύγος rostrum. Hinc runco, runconis, et runco, runcare, ex quo Hispani dicunt *arrancar*. Ita etiam *sulcus* a Græco ὄσχος est deductum. A *veruactum* vero Hispani dicunt *varuecho*.

N. 6. *Satio*. Est a satum, ut *actio* ab *actum*, etc. Verbi sero originem Hebraicam Becmanus, p. 966 astruit. Isidorus fortasse Servium respexit, qui a Virgilio, l. cit, ait, *id est, adeo sereno cælo, ut vestimentis non cgeas*.

CAP. III. N. 2. *Fruges autem reliqua*. Non negat Isidorus frumenta etiam esse fruges, sed asserit fruges non solum de frumentis, sed etiam de aliis dici adeoque contrarius non est Servio, qui ex Cicerone concludit *etiam frumenta fruges vocari*. Discernuntur ergo frumenta a frugibus, tanquam species a genere, non tanquam species a specie. Verbo *frumendo* aut *frumere* pro yesci an apud alios reperiatur, prosum ignoro. Vide l. xx. c. 2. n. 27.

N. 3. *Primitiæ*. Sunt primæ res in quocunque genere; sed ex communi scriptorum usu colligi possunt videtur proprie de frugibus dici, quæ numini offeruntur, translate de aliis rebus.

N. 4. *Triticum*. Varro de Ling. Lat., c. 22: *Triticum, quod tritum est spiceis*.

N. 6. *Ador*. De *adore*, sive *adoreo* quædam est glossa vetus inter eas quas edidi ad Prudentium hymn. 10. Cath. v. ult., in qua etymologia hujus vocis indicatur ex *adoro*, cui favet Priscianus, l. iv. p. 628, Putsch. Quod *adorea* sacrificia dicerentur, apud alios expressum non reperio. *Adorea* autem fem. gen. pro gloria et laude accipi solet.

N. 7. *Siligo*. Græce simili modo dicitur σιλιγία.

N. 8. *Trimestre triticum*. De tritico quadrimestri nonnulli exponunt quod Salvator discipulis dixit: *Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, et messis veniet?* Videsis notas meas ad Juvenum, l. II, v. 313.

N. 12. *Centenum*. Manet apud Hispanos vocabulum *centeno*: quod apud alios antiquos hoc significato non invenio. De milio Festus: *Milium quidam putant cepissimum nomen maxime a nummorum summa, quæ est mille*.

N. 13. *Panicum*. Panicum vocant Plinius et Cæsar. Sed Isidorus videtur scripsisse *panicum*. De pistum frumento nihil certi habeo, nisi sit adjectivum frumentum *pistum* a *pinsendo*. Vide Festum. De sesamo frumento æstivo Plinius l. xviii, c. 7 et 10.

N. 14. *Farrago*. De farragine Varro, Columella Plinius et alii.

CAP. IV. N. 4. *Faba fresa*. *Fressus* et *fresus* est participium verbi *frendeo*, seu *frendo*, quod pro frangere etiam accipitur. *Fabam fressam* nominat Celsus l. v, c. 18, n. 21.

N. 6. *Faselus*... *cicer*. Ciceris etymologiam ex lingua Hebraica nonnulli repetunt. De *faselo* Virgilius Georg. v. 227:

...Viciumque seres, vilemque faselum.

N. 7. *Tristisque lupini*. *Triste* pro *amaro* sumi solet. Vide meum comment. ad v. 50 Dittochæi Prudentii.

CAP. V. N. 1. *Rudi adhuc sæculo*. Recenti post diluvium mundo. *Rudis* pro novo usitatum est. Prudentius l. II adversus Symmach. v. 277:

Si quidquid rudibus mundi nascentis in annis.
Mos habuit, etc.

Confer indicem Prudentii.

N. 3. *Extrematibus terræ*. Servius ad v. 7 Ecl. 5: *extrematibus agrorum*.

N. 5. *Sarmentum a serendo*. Festus *sarmentum a sarperere* deducit; nam antiquis *sarperere* pro *purgare* dicebant.

N. 9. *A palma derivetur.* Paulus ex Festo: *Palmites arborum sarmenta appelluntur, quod in modum palmarum humanarum unguas, quasi digitos, edunt.*

N. 11. *Capreolos a capiēdo etiam deducit Festus.* i ex eo quod *capreolorum cornua referant.*

N. 13. *Humidum est, etc.* Servius ad v. 20. Ecl.: *Humidum est quod extrinsecus habet humoris quid, uvidum vero quod intrinsecus: unde uva uentur.* Grialius in textu edidit, *humidum est quod terius; in not. indicat, extrinsecus.*

N. 16. *Præcoque vocatæ... Has lagcos dicunt.* Plinius l. XIV, cap. 3, assērit *lageam* vitem (sic enim uocat) peregrinam esse. Non ergo constat quod uines uvas *præcoquas*, sive, ut alii scribunt, *præcoques*, aut *præcocēs*, veteres dixerint *LAGEOS*. Et Virgilius clare distinguit I, II Georg., v. 93:
Et passo psythia utilior, tenuisque lageos,
Tentatura pedes olim, vincaturaque linguam
Purpureæ præcoque...
Ubi Servius in mea editione: *PRECOQUE; hæc cito citantur; unde et PRECOQUE dictæ sunt PRÆCOQUE, quod ante alias coquantur: omisso sole.* In Cod. 2 ar. viii Vaticanæ hæc alio ordine referuntur: *Has Græci lageos dicunt... ut lepus. Purpureæ a colore dicuntur, sciariæ a magnitudine, dactyli a longitudine, steanite a rotunditate, Rhodiæ, et Libyæ a regionibus nuncupatæ sunt: cerauniæ vero, quod ruant, velut ignis Genera autem uvarum, etc.*

N. 18. *Ammineæ.* Servius, II Georg., vers. 96, scribit, *sunt etiam ammineæ uites; quam scripturam plerique præferunt.* Grialius ediderat in textu *amineæ*, ut scribit in not. Nominis originatione melius ostenditur eum Macrobio l. II Saturn., c. 14 et aliis ex *amineæ* regione, ubi Falernum, vel, ut alii legunt, alernum, aut Salernum.

N. 19. *Fæcinia.* Apud Grialium erat *fæciniam* uocat, per errorem, ut puto: nam alia exemplaria exhibent *uocant*.

N. 22. *Basilica.* Apud Grialium, et alios editos erat *basilica*: restitui *basilica*, ut apud Plinium et Columellam legitur.

N. 23. *Visula materiem.* Apud Grialium erat *Visula, materiam, et breuem, et latum folium*: quod fortasse contra ejus mentem irrepsit. Apud alios editos, *materium, et breue, et latum folium.* Qui de re tota uelit iudicare, præ oculis habere debet Columellæ uerba: *visulæ deinde ab his, et minor argitis, terræ mediocritate lætantur; nam in pingui nimis uiribus luxuriant, in macra tenues, et uacue fructu ueniunt: in miciores jugo quam arboribus, sed argitis etiam in uulimibus fertilis uastis materis et uinis exuberat, cum illis tabulatis aptior. Visula breuem materiam et latum, folium exigit, cujus amplitudine fructus suos optime aduersus grandinem tuetur; qui tamen nisi primo quoque tempore maturi legantur ad terram decidunt: humoribus etiam prius quam deluam putrescunt.*

N. 25. *Mareoticæ.* Verba Seruii ad vers. 91, lib. II Georg. sunt: *MAREOTIDES ALBÆ. Ægyptiæ: Mareotis enim pars est Ægypti. Et dicendo ALBÆ, ostendit etiam esse purpureas, vel alterius coloris.* At Columella l. III, c. 2, inter græculas uites recenset *Mareoticam*; quod nonnulli accipiunt de parte Epiri quæ *Mareotis* dicitur, et in qua optimum uinum nascitur.

N. 26. *Heluolæ, etc.* Ex Columella l. e., ubi ait, *ab heluo, nisi fallor, colore uocitata.* A Plinio quoque uocantur *heluolæ*, et *varianæ* l. XIV, c. 2. Nam *heluolæ*, quas ex Plinio Grialius commemorat, scilicet ex eod. l. e. 12, ad aliam speciem pertinent. *Heluolæ* has Columella appellat, tresque earum species distinguit.

N. 27. *Tertius locus, etc.* Hoc etiam ex Columella; quod non est cur rejiciatur ut superfluum. *Tertium gradum, ait Columella, facit earum Celsus, que fecunditate sola commendantur: ut tres heluolæ, etc. At spionia, etc.*

N. 28. *Vitis Spionia. Vitiscionia* erat apud Grialium et alios. Ex Columella repositi uero *Vitis Spionia*.

N. 31. *Oblaqueare.* Etiam apud scriptores de rusticæ, Catonem et Columellam, in ueteribus editionibus et mss. reperitur *oblaqueare*, non *ablaqueare*. Utrumque uerbum in hac significatione est a *lacu*, non a *laqueo*.

N. 33. *Hinc propagines.* Apud Grialium erat: *Hic propagines.*

CAP. VI. N. 2. *Quasi arboris hasta.* Id ex Servio non est, neque ad uerum etymon pertinet.

N. 3. *Arbor autem, etc.* Ex Agrælio est. *Arbor omne lignum dicitur, arbor non nisi fructifera.* Sed non aliud discrimen agnoscitur, nisi quod *arbor* poeticum est.

N. 4. *Frutex brevis est appellatus.* Neque etymon *fruticis*, neque quod *fructa* sit pluralis ejus, neque quod *fructa* sit arbor alta, idonea auctoritate confirmari potest. A *frutice* est *fruticetum, frutectum, et frutetum*, locus fructibus abundans.

N. 5. *Silua.* Grialius eum nonnullis scripsit *sylua*, quia id etymon græcum postulat. Aliud præferunt lapides, et libri ueteres; ac sæpe Latini pro *y* adhibuerunt in uocabulis quæ ex Græco traxerunt.

N. 6. *Nemus* uerbum Græcum est. Quod *nemora* sint arbores majores, etc., solum per synecdochen intelligi potest. De consuetudine constituendi *idola* in nemoribus apud paganos res certa est. Ipsa etiam arbores cultu gentiles prosequantur.

N. 7. *Lucus.* In lueo luebant etiam funalia, quia sacra ibi nocturno tempore celebrari mos erat. Alii *tropo per antiphrasin*.

N. 9. *Aviaria* etiam erant ea in quibus ues utiles eustodiebantur et alchantur. Legendum forte, *frudenti*.

N. 10. *Recidiva.* De *reciduis* uide not. ad I. Dracontii, v. 558.

N. 14. *Demergitur.* Grialius, *dimergitur*.

N. 19. *Ut prædiximus.* Scilicet cap. super., n. 8.

N. 20. *Cymas.* Uerbum Græcum, quod in uulgares quoque linguas defluxit. Nonnulli scribunt etiam *Latine cimas, et cumas*.

N. 23. *A frumine.* Uide supra c. 3, n. 2.

N. 25. *Unde ellychnium.* Grialius in textu edidit *lychnum*; sed in not. exhibet *lychnus*, uel *ellychnium*, quamuis solum ex coniectura id proferat pro *lucinum*, quod in aliis Editis exstat. Nescio an huc pertineat quod infra e. 7, n. 65, commemorantur *olivæ lyciniæ, sive liciniæ*, quæ optimum dant lumen. Uide notam, et l. XIX, c. 19, n. 3, ex quo præferendum uidetur *ellychnium*.

N. 26. *Fomes est astula.* Inter opera uariorum de Dedicacione sub ascia eum notis Mazochii illustratur hic Isidori locus, sed ita ut menda editionum ueterum corrigantur, jam a Grialio emendata. Servius ad loc. cit. Virgili: *Sane fomites sunt assulæ quæ ab arboribus cadunt, quando inciduntur, quod fovent ignem.* Clodius scribit... Item alio loco: *Assulæ ambustæ, ligna excavata, a fungis nomine accepto.* Videlicet ex *fungis* optimum fit *fomes*. Utroque modo dicitur, *assula, et hastula*: et hinc Hispanicè *astilla, seu hastilla*. Nota hæc est Vulcanii: *Ita hodie Hispani HASTILLAS uocant, quæ Græci κάρον.* In mss. Plinii apud Harduinum legitur etiam *hastula*, ubi alii habent *assula*.

N. 27. *Titionem.* Uerbo *titionis* Varro, Celsus, Apuleius, et alii utuntur: e uulgi tamen consuetudine id sumptum arguit etiam Lactantius l. IV, c. 14: *Titionem uulgus appellat extractum foco torrem semiustum.* Uulgares linguæ idem nomen retinent.

CAP. VII. N. 1. *Palmula* ab aliis de quouis fructu *palmæ* dicitur. *Caryota* est species *palmulæ*, ut apud Celsum Aurelianum lib. II Acut., e. 37: *Palmulæ nucuales, quas CARYOTAS uocant.* Myrobalanum pro-

prie est glans Ægyptiæ cujusdam arboris, ex qua fit unguentum *myrobalanum* pariter appellatum.

N. 2. *A verbo laudis*: ex Servio ad Eclog. 8, v. 13: *Cur tamen triumphantes lauro coronentur, hæc ratio est, quoniam apud veteres a LAUDE habuit nomen; nam LAUDUM dicebant.* Græce *laurus daphnen* dictam volunt, quia resonat dum uritur: ac fortasse apud Isidorum juverit ita interpungere, *vocant: quod nunquam deponat viriditatem, inde illa potius victores coronantur.* Laurus veteribus plena erat boni genii, ac plurimis de causis, quas referunt Bodæus ad Theophr. p. 185 seqq., et Meursius t. IV Arboreti sacri, p. 9. Confer. Georg. Augustum Langguth. in libello quem Lipsiæ edidit 1738 et inscripsit, *Antiquitates plantarum feralium apud Græcos, et Romanos*, p. 17.

N. 3. *Virgilius amantibus*, etc. Fortasse respicit v. 64, Eclog. 3:

Malo me Galatea petit lasciva puella:
de quo plura interpretes.

N. 5. *Mellis saporem*, etc. Scribitur nihilominus cum uno *l melimelum*, quia ex vocabulo græco μέλι deducitur. In Martialis epigrammate alii legant, *dicas hæc melimela, licet.*

N. 6. *Malogranatum*. Dubitant nonnulli an *malo-granatum* recte dici possit. Veteres quidem *malum granatum* tantum dixisse videntur. Mala punica a Plinio absolute *granata* dicuntur: et hoc nomen Hispani adoptarunt *granadas*.

N. 7. *Duracinum*. Hinc Hispani *duraxno* dicunt, quod ex Latino *durus* oritur. Brissonius l. II de Regno Persarum, n. 236, cum Plinio l. xv, c. 13, refellit errorem Columellæ, v. 403 seqq., et Isidori hoc loc., qui *Persica mala* in Perside venenata fuisse crediderunt. Alia est arbor *Persea*, quæ in Perside venenata dicitur a multis, in Ægypto vero innoxia. De hac Plinius l. xiii, c. 9, et l. xv, c. 13. Grialius primo loco scribit *Armenicum*, deinde *Armeniacum*.

N. 8. *Inclaruit*. Quia huic uni tantum arbori incubuit Virgilius, ut Servius notat. *Pro ex illa foveri animam*, Cod. 1 Vat. arch. habet *ex illa tueri animam*, ut *tueri* passive accipiatur, quod fortasse Isidorianum est.

N. 9. *Faba Syriaca*. Isidorus cum Servio, ad v. 84. l. II. Georg.: *Vulgare loti vocabulum in faba Syriaca exprimunt.* De loto, Ægyptiaca herba, fabæ simili, Plinius, l. xiii, c. 17. De loto arbore plura Salmasius, p. 1039 Exercitat. Plinian.

N. 10. *Nixam*. Salmasius, p. 1324 Exercit. Plinian., observat *myxa* pruna Sebestena esse apud aliquos, et ab Isidoro cum Damascenis confundi. Ipse existimat *myxa* veterum Græcorum esse *musa*, ficis proxima, quæ Hispani vocant *higuera banana*, hoc est, ficum *bananas* ferentem. Rosweydyus, in Onomastico, verb. *Nixæ sicca*, plura veterum producit loca de *nixis*, aut *myxis*, quæ etiam *myxaria* dicebantur.

N. 11. *Elæomeli*. Est neutrum indeclinabile, ut a Plinio usurpatur. Isidorus, ut arborem faciat, fortasse scripsit *Elæomelis*.

N. 13. *Melopos*. Grialius, in not., indicat *melosus*, sed in textu edidit *melopos*. Salmasius, p. 351 Exercit. Plinian., *metopon* a Plinio recte vocari ait. Apud Plinium, l. xii, c. 23, plerique legunt *metopium*.

N. 14. *Mespilus*. Grialius, in not., scribit *mespila*, in textu *mespilus*, quod rectum est. *Mespilum* est fructus arboris mespili.

N. 16. *Apta hastilibus*. Ex Servio, loc. cit. Virgili.

N. 17. *Hinc et Caricæ*. Incertum me Grialius relinquit, an spuria censeat hæc omnia verba, *Hinc et Caricæ a copia nominatæ*. Ego omnia pro genuinis accipio. Isidorus ait ficus *Caricas* nominatæ a copia scilicet, qua Caria abundabat. Cicero, l. I de Divinat., c. 40: *Quidam in portu Caricas Cauno ad-*

vectas vendens, CAUNEAS clamitabat. Alii scriptores *Caricas* pro quocunque ficorum genere ponebant. Ovidius, l. VIII Metam., v. 674: *Hic nux, hic mista e rugosis carica palmis.* Ita etiam Plinius.

N. 18. *Caprificus*. Martialis, veluti per lusum, etymologiam *caprifici* deducit ex *capro*, et *ficu*, lib. I epigr. 52. Videri possunt Becmanus, Vossius et alii etymologi. De remedio vero, seu caprificacione, quæ arbor ficus fecundatur, Plinius, Columella, Palladius.

N. 20. *Sit foliis, similis*. In nonnullis veteribus exemplaribus legitur *sit folia similis*, ut *sit femina folia*. Medio ævo ita videtur dictum, ex quo vulgare nomen defluxit. Isidorus fortasse inuuit (mori suo inhærens) quod *sycomorus* dicta sit, quasi sicut *morus*. Sed revera componitur ex *σική ficus*, et *morus*. Fructus enim *sycomori* forma et magnitudine ad *ficum* accedit.

N. 25. *Castaneam*. Alii *castaneam* dictam putant *Castana*, seu *Castanea*, Thessaliæ urbe, ubi *castaneæ* abundant.

N. 26. *Hex ab electo*. Scilicet, quasi *elex* ab *eligen-do*, quod aliis quoque etymologis placet.

N. 28. *Æsculus*. Grialius in textu edidit *esculus* in nota *æsculus*.

N. 29. *Siliquam*. Salmasius, p. 461 Exercit. Plinian. animadvertit contra Isidorum, *siliquam* dici, quod *i siliqua* esset; non fructum, sed ligneum corticem esse dulcem; *acaciam* exprimi ex semine, vel fructu spinosæ Ægyptiæ, qui fructus etiam in siliquis exstat: spinosum Ægypti, ex qua gummi, *acaciam* quoque vocant. Hæc fere Salmasius. *Acacia* quidem ex fructu spinoso, acacia pariter nuncupato, exprimitur; cuius quæ vide Plinium, l. xxiv, c. 12, et Celsum, l. vi, c. 1.

N. 30. *Nardi pistici*. Ex *nardo pistico*, cujus nomen evangelista Joannes, etymologiam *pistaci* Isidorus deducit. Sunt tamen qui putant amanuensem pro *nardo spicato*, ut Marcus, xiv, 3, vocat, transcripsisse *pistici*.

N. 31. *Pitin*. Alii putant *piceam* non esse *πέπυνη* sed *pytin*. Vide Matthiolium, ad Dioscoridem et Langguthium, loc. cit., p. 28 et 39. De electro, seu succino, fusius l. xvi, c. 8, n. 6.

N. 32. *Longe eat*. Hoc est, longe in altum abeant quæ etymologiam aliis quoque recentioribus placere video. Quod abies *gallica* vocetur propter candorem, ex eo intelligitur, quod *Gallia* a candore dicitur, ut expositum jam fuit l. xiv, c. 4, n. 25. *Abiete* autem est pars inferior, quæ enodis est, superior, quæ nodosa.

N. 33. *Cedria*. De *cedria*, qua perliti libri conservantur, Plinius, l. xxix, c. 3.

N. 34. *Cyparissus*. Aliam causam cur *cypressus* aut *cupressus*, aut *cyparissus*, ad domos et circum pyram pro funebri signo poni solita fuerit, assignat Festus: quia scilicet excisa non renascitur. Quem a locum videndus Scaliger.

N. 36. *Distinctionibus albis, ac fulvis*. Salmasius, p. 1033 Exercit. Plinian., advertit verbum Dioscoridis διαφύσεις exponendum esse, non per *maculas*, ut Isidorus interpretari videtur, sed per *lineas venarum, in longum discurrentes*. Idem Salmasius, ib., p. 1033 Isidorum reprehendit, quod paludem Mareotida in India collocet; sed Isidorus Servii expositioni adhæret, cujus verba Grialius protulit. Placet vero correctio Salmasii, qui in Lucani versu emendat *ebenu Mereotica* a *Meroe* urbe principali Æthiopiæ. Nam idem Lucanus, l. x, v. 303, ait:

Ambitur nigris Meroe fecunda colonis
Læta comis ebeni...

In primo Cod. Goth. Tolet. nota hæc est: *Ebenu arbor, quam non comburit ardor.*

N. 37. *Quasi platanus dilatata*. In Vulgata: *Quasi platanus exaltata sum*. Forte πλάτῶς Græci.

N. 38. *Incaustis*. De incaustis ex veterum mori

restituendis Petrus Garzia de la Huerta post quænum, Hispanum itidem, doctissimum commentarium typis regis Matritensibus edidit.

N. 40. *Torquentur*. Apud Virgilium legitur *curvantur pro torquentur*. Plinius, l. v. c. 23, docet *Ituram*, sive *Ityræam* provinciam Cœles Syriæ esse. *toxicis*, quæ ex Plinii aliorumque sententia *taxica* us dicerentur, vide Joannis Gorrei medici commentaria in Alexipharmaca Nicandri.

N. 47. Quod *celeriter saliat*; ita etiam Cincius, liculum tamen id Festo et recentioribus videtur.

N. 48. *Vinen*. Ita dictum alii putant, quia facile *tur*, hoc est, flectitur, *Viere est vi flectere*.

N. 50. *Myrtus*. E. vocabulo Græco trahit originem, *μυρσίνη*, quod nonnulli derivant a *myrrha* ob odoris similitudinem. Grialius, cum aliis Editis, scribit *μυρσίνη*, sed vox usitata est *μυρσίνη*, aut Attice *μυρσίνη*.

N. 52. *Præstantiorem*. Pro *præstantissimam*; e phrasis æqualibus Isidori et antiquioribus etiam familiaris est.

N. 53. *Scribe in buxo*. Vulgata: *Scribe ei super eum*.

N. 54. *Medeor* cum accusativo reperitur apud quosdam veteres, sed sub varia, et dubia lectione.

N. 56. *Stipa*. De *stipa* vide Festum, verbo *Stipares*.

N. 57. *Canna*. Proprie est arundo minor, et graecor. Columella, l. vii, c. 9: *Degener arundo, quam quæ CANNAM vocat*. Scriptores plerumque utrumque confundunt, Agrætius: *Arundo canna est ab arundine dicta*. *Cicutæ* etymologiam Isidorus deducit quasi dicatur *cæcuta*, ut ex loco ejus a Grialio colligitur. De re ipsa Servius, Ecl. 2, v. 36. *Arundinis spatium, quod est inter cannarum nodos*.

N. 58. *Indica non magna*. Apud Grialium et alios notos erat.

Indica non magnum in arbore crescit arundo.

Illius et lentis....

Not. ad Dracontium, l. i. v. 199, observavi veram esse lectionem, quam ascripsi, et multi critici putant. Salmasius, p. 1018 Exercit. Plinian., dubitat num reponere oporteret: *Indica nam magna arboris arbore*, etc., siquidem Strabo affirmat magnas esse arundines. Sed nihil mutandum censuit.

Arundines possunt esse in suo genere magnæ, propterea *magna arbor* dici debeant. Animadvertit idem Salmasius cannas illas indicas, quarum sices expressæ humorem melleum reddebant, eas plane esse, atque illas cannas quæ nostrum saccharum generant; nam antiquorum aliud saccharum. Iterum, page 1021, de saccharo nativo veteri, factitio novo disserit, et nostrum saccharum e his indicis inventioni Arabum tribui posse con-

videndum, num in tertio versu legere præstitit, ut in nonnullis editis, *succo concedere mellis*.

N. 59. *Rhamnus*. De rhamno, tom. I Patrum Apocryphic., p. 23, col. 2, cum notis Cotelerii agitur. Langguthius, Antiq. plantar. feral. p. 13.

N. 63. *Orchades*. *Orchites* rectius esse existimat manus, p. 902. Isidorus hæc ex Servio sumit, ad Georg. v. 86.

N. 65. *Lyciniæ*. Grialius in textu *lycinia*, in not. *lychnia*. Alii edidi *lychnia*. Neque displicet lectio *lychnia* Unde et lignum nomen accepit, quamvis Plinius, c. 6, n. 25, contrarium docuerit, quod a *lychnis* est *lychnus*.

N. 66. *Pusiam*. C. 49. prolegom., n. 13. observavit Burrielium, ex *pusia* deducere voluisse Hispanum nomen *bujia*, quasi de *lampade* loquatur Isidorus, cum sermo sit de *oliva*.

N. 67. *Crustumia... volemis*. Ex ipsis Servii commentariis satis colligitur sermonem ipsi esse de pyris Virgilij versus 88, l. II Georg. est:

Crustumis, Syriisque pyris, gravibusque volemis.

Nota Servii: *Crustumia pura sunt ex parte ruben-*

tia, ab oppido Crustumio nominata. GRAVIBUSQUE VOLEMIS, id est, magnis. Nam et VOLEMA ab eo quod volam impleat, dicta sunt. Unde et INVOLARE dicimus. Fortasse Isidorus alium secutus fuit, qui olivas eorumdem nominum explicaret. Forcellinus, qui accuratus alioquin est, et magno mihi usui esse solet, asserit Servium ad hunc locum addere *volema pyra lingua Gallica bona et grandia dici. Quod si est*, subjungit Forcellinus, *non e Latio vox est arcessenda, sed e Gallicâ lingua, quæ eadem olim ac Germanica*. In mea Editione non invenio hæc Servii verba; neque Ducangius in *volemum* alium auctorem pro etymo Gallico citat, nisi Papiam ex nostro Isidoro. Quod *involare* dicitur a *vola*, tradit etiam Iso, in gloss. ad Prudentium, vers. 860 Apoth.: *VOLA medietas palmæ; inde involare dicimus, quia quidquid involamus, in palma recondimus.*

N. 69. *Amurca*. Hoc vocabulum Latini potius e Græco traxerunt, quam contra.

N. 70. *Gumen*. Dicitur *gummi* indeclinabile, et *gummiis, gummis*. Palladius usurpavit *gumen*, ut hoc loco Isidorus.

N. 71. *Resinam*. De resina Bochartus, Ch. lib. I, cap. 8, quædam affert huc spectantia. Plura etiam Plinius, l. XVI, c. 11, et l. XXIV, c. 6, qui varios resinæ in medicina usus recenset.

N. 72. *Levis*. Grialius in textu edidit *lævis*, in not. *lenis*. Verbum Græcum Dioscoridis utroque modo verti potest, aut *lenis*, aut *lævis*, et eodem significato *levis*. Alii, cui probatio.

N. 74. *Et hæc buxus*. Apud Servium legitur, *ut hæc BUXUS de arbore dicamus, BUXUM vero de ligno aliquid compositum*; quod fortasse Grialio displicuit, sed non est certe contemnendum. Nam *aliquid, e buxo compositum*, ut tibia, etc., *buxum*, et *buxus* dici potest.

CAP. VIII. Num. 1. *Quisque*, pro *quicumque, quisque* occurrit apud Plautum, Ausonium, Prudentium, et alios, ut sæpe in Commentar. ad Prudentium adverti. *Aroma* verbum Græcum est, quin opus sit ad Latinam originationem recurrere, aut ad *aras*, aut ad *aerem*.

N. 2. *Tus*. Grialius in textu scribit cum aspiratione *thus*; in not. ad n. 3, sine aspiratione *tus*; quæ communior est scribendi ratio, quamvis *tus* derivetur a Græco *θητυ*, ut multi putant. Alii in textu n. seq. *tus sine aspiratione a tundendo*.

N. 3. *Tus a tundendo*. Deducit etiam Charisius. *Tus Libanum* adjective dicitur, ut apud Sedulium, l. IV, v. 55, *libana cedrus*. Confer Bochartum, Phal. II, 18.

N. 4. *Myrrha*. Salmasius, pag. 1268 Exerc. Plinian., corrigit: *Myrrha autem Troglitis ad insula Arabia*, etc. Sed dubium non est quin Isidoro sermo sit de myrrha troglodytica, quæ ita vocatur Plinio, l. XII, c. 16. Ab eodem Plinio, l. VI, c. 29, et Scribonio Largo, compos. 90, dicitur *troglydytis myrrha*. Videndum de myrrha Langguthius, Antiq. plantar. feral. p. 22, qui de virtute agit qua myrrha cadavera a putredine prohibet.

N. 5. *Storax*. Salmasius, p. 1026 Exercit. Plinian., observat *lyparum styracem*, et *calamitem styracem*, sive *storacem* ab Actio et aliis distingui, ab Isidoro vero notas utriusque confundi. Adjectivum *mellosum* pro *melleo* usurpatur a Cæls. Aureliano. Hispani dicunt *melo*. Isidorus feminei generis videtur facere *storax*, *Storax autem dicta*, nisi intelligit arborem. Re vera masculini generis est. *Stiria* pro gutta non Græce, sed Latine dicitur, quamvis *stiria* Græcæ originis sit.

N. 7. Grialius in textu edidit, *mastix*, in not. *mastyx*. Usitatum apud bonos auctores nomen est *mastiche*, aut *mastice*.

N. 9. *Aloe*. Scripsi *aloe*, ut veteres scriptores hoc nomen exhibent, quamvis Grialius cum aliis Editis habeat *aloe*. Confer c. seq., n. 28.

N. 11. *Amomum*. Est ab α privativa, et $\mu\acute{\omega}\mu\omicron\varsigma$,

quasi purum, et sine macula. Langguthius, loc. cit. p. 23, ambigi ait non tantum quid sit *amonum*, sed etiam an omnino nunc sit? Salmasius, p. 400 Exercit. Plinian., Plinium et Isidorum reprehendit, quod *amonum* uvam esse crediderint ex Dioscoride male intellecto; qui non *semen botrosum* dicit, sed *fruticem botrosam*, sive instar uvæ in se invicem convolutum et invicem implexum. Grialius Dioscoridem quoque de botroso semine interpretari videtur. Plinius de fructu uvæ simili, seu botroso loquitur, quem vide l. XII, c. 13, et l. XVI, c. 22.

N. 12. *Casia*. Langguthius, loc. cit., p. 23, *casianam* vel cinnamomo, de quo supra, maxime affinem dicit, vel eandem prorsus plane.

N. 13. *Calamūs aromaticus*. Κίεθον esse vult Dioscorides calaminum aromaticum, ut observat Salmasius, p. 1053 Exercit. Plinian. Isidorus reddidit *fulvis*. Plinius: *Reliqua probatio, ut ne niger sit.*

N. 14. *Eandem regionem Romani potiti sunt*. Soinus ablativo usus fuit: *At cum Judæa potiti sumus* etc. Sed cum accusativo multi etiam boni auctores, interdum *potior* usurpant. *Opobalsamum* vi originiis lacrymam, sive succum arboris denotat; sed Langguthius, loc. cit., p. 24, observat scriptores non nunquam *balsamum* pro lacryma, *opobalsamum* pro arbore posuisse.

CAP. IX. N. 2. *Folium*. De folio odorifero vide Commentar. ad Prudentium hym. 5 Cathem., v. 119:

Spirant et folium, fonte quod abdito
Prælabens fluvius portat in exitum.

Quo loco glossam etiam veterem apposui: *Folium est herba pretiosissima, quæ dicitur venire de paradiso*. Salmasius, p. 1054, malabathrum, sive folium herbam paradisi vocari ait, ut ejus præstantia denotetur. Sic *aloe* arbor paradisi dicitur ab excellenti odore; *aves paradisi*, quæ ex longinquis locis veniunt, et hodie *poma paradisi*, etc. Iterum, p. 1071, observat *malabathrum* non facile in remotis a mari locis nasci; aditis arboribus esse applicare, ac circumvolvere. Inde fabula, quod aquis innatat sine ulla radice. De malabathro, seu malobathro agit etiam Plin. l. XII, c. 26, ubi docet in paludibus Indiæ nasci.

N. 3: *Nardus*. De nardo spicoso, seu *spicato*, vide supra, not. ad c. 7, n. 30: In duobus Mss. Goth. Tolet. legitur: *Est autem Indicum multifforme, sed melius Syriacum, leve, fulvum, comosum, spica parvum, odorissimum... nardum Celticum*. Nonnulli Editi etiam habent, hic et inf., n. 8, *Odorissima, et odorissimis*.

N. 5: *Quod vocatur Corycus*. Ita legendum, non, ut in plerisque Editis, *Coricium*, aut *Corycium*. *Corycius* adjectivum est a *Coryco*; unde *corycium erocum* saepe occidit apud poetas. Salmasius, p. 773, ex Dioscoride corredo verlit: *Qui manus tingit, dum atteritur, dum premitur*, pro quibus verbis Isidorus habet *et cum carpitur, manus insciens*.

N. 8. *Junci trianguli*. Celsus, l. III, c. 21, et l. IV, c. 20, cyperum *juncum quadratum* appellat.

N. 11. *Squinum melius*. Grialius in textu *squinum melius, et flos σχινοανθος*; in not. *Schenos melior, et flos schenanthos*. Verba Græca sunt *σχινος ανθος, junci flos*, et; si recte scribatur, *schenuanthos*. Apud Vegetium, l. I de Re veter., c. 59, hoc verbum corruptum pariter est *schinoanthos*.

N. 13: *Epithymum*. Salmasius, p. 1296 Exercit. Plinian., distinguit diversa *epithyma*, quæ, ut ait, auctores confundunt. Scilicet aliud est *epithymum Dioscoridis*; quod est flos thymi spicati, aliud Oribasii, quod est flos thymi capitati, aliud *epithymum Escuta*, quod thymospicato innascitur, et circumvolvitur.

N. 14. *Sampsuchus*: Grialius in textu edidit *samsuchus*; in not. *sampsuchus*, quæ recta est scribeudi ratio ex verbo Græco.

N. 15. *Bubbi similis*: Ita recte Grialius in textu,

quamvis in not. scripserit *volui*, quod in nonnullis exemplaribus exstat, sed reprobari debet.

N. 20. *Acanthus... Egyptia*. Salmasius, p. 3 Exercit. Plinian., advertit Isidorum post Servium *herbam topiariam* confundere cum *acantho Egyptia* quæ herba est; et vestem achantinam putare diciam illa Egyptia acantho, eum vocata sit ab acantho sive cardui genere. Addit, non unum *spinæ* nus fuisse in Egypto. Distingui etiam debet *acanthium* ab *acantho*: ex araneosa lanugine, qua *acanthii* obducuntur, fiebant vestes, de quibus Plinius, lib. XXIV, c. 12. *Acanthion* est frutex spinæ albæ similis. *Acanthos* herba, cujus alterum genus silvestre carduo simile, alterum sativum, cujus forma in columparum capitulis ordinis Corinthii, in cæcis vasis, et in vestibus elaboratis exprimi solet. *Acanthus* etiam dicebatur arbor, quædam spinæ Egypti, quæ a nonnullis *spina Egyptia* esse creditur, cujus succus *acacia* vocatur.

N. 24. *Album et nigrum*. Grialius, qui verba, nonnullis Editionibus addita exscribere aggressus fuit ea imperfecta reliquit, quæ, in variis lectionibus veteri prima Editione Etymologiarum proferantur.

N. 26. *Euphorbium*. Dicitur *euphorbium, euphorbia*, et *euphorbia, euphorbia*. Isidorus utroque genere utitur, *dictum*, et *plurima*, ubi intelligi potest *herba hæc*. Cæterum de etymologia Isidoriana non est cur laboremus.

N. 27. *Laser*. Proprie est succus sirpis, sed quando sumitur pro ipso *sirpi*. Apud Isidorum fortasse legendum *lac sirpis* pro *lacsir*, ut in textu Grialius edidit; qui tamen in not. indicat *lac sirpicum*. Profecto Isidorus Solinum exscribit. Sed observandum Solinum confundere *lac sirpicum*, seu *laserpitium* cum *ladano*, seu pingui roscido ladæ, quæ herba in Cypro est ex cisti generibus. De *ladano* Plinius lib. XXVI, cap. 8. Inter *sirpe* et *laserpitium* est discrimen, quod *sirpe* est ipsa herba, *laserpitium* succus ex ea expressus, quamvis etiam pro eadem herba sumatur. *Laserpitium* summo in honore est apud antiquos, et a medicis valde commendabatur, ut observat Valpius in not. ad carm. 7 Catuli: *serpiferis jacet Cyrenis*.

N. 28. *Aloe*. Hoc loco Grialius recte scribit *aloe* pro quo, cap. 8. num. 9: edidit *aloe*; ubi *aloe* in arboribus aromaticas recensetur; sed ea referuntur et herbæ *aloe* conveniunt. Vide Plinium, l. XXVII, c. 4. Editi, etiam Grialius in textu, *panace* pro *panax*, ut Grialius in nota indicat: Dicitur potest *panacea panaceæ, panax panabis*; et *panaces panacis*. Pro *galbanum* minus usitatum est *galbanus*, quod in nonnullis Vulgata legitur.

N. 29. *Dicta... Dictamnium... Pulegium Martis*. Pro *Dicta* melius esset *Dictis*, aut *Diets*. Grialius male per *y* scribit *Dicta, dictamnium dycteros*. *dictamnium* dici etiam potest masc. gen. *dictamnium*. *Dictamnium* herba est pulegio similis: ex quo nonnulli *pulegium Martis* dicunt, ut Grialius in nota indicat. quamvis in textu eum aliis ediderit *poleium*.

N. 30. *Mandragora*. Plinius et alii veteres masculino genere efferunt *mandragoras, mandragoras*. dicitur fortasse intelligit herba *mandragora*, etc. *mandragoris* fit mentio e. xxx Genesis, ubi plerique interpretes afferunt. In glossis mss. in Vet. Test. ter appendices edendis quadam peculiaria de *mandragoris* animadvertuntur.

N. 31: *Succus quem opium appellant*. Ita edidit Grialius, quamvis in not. referat *quem opion vocant*. Et Plinius quidem descriptionem succi papaveris absolvit, *opion vocant*; sed Isidorus interdum *opium* in *opion* mutat.

N. 33. *Centauream*. Saepè Grialius alio modo in textu alio in not. scribit, ut hoc loc. in textu *centaurium* in not. *centaurium*. Apud bonos auctores reperitur

ntaureum, centaurei, centauration, centaurii, et ntaurea, centaurea.
 N. 34. *Glycyrrhiza*. De *glycyrrhiza* Plin., l. xxii, c. 9.
 N. 38. *Purificationi et templis*. Fortasse respicit orem qui etiam inter gentiles viguit, spargendi flos, et frondes in templis. Vide mea Prudentiana, 14, n. 158, p. 135.
 N. 40. *Rheü*. Grialius edidit *reu*; sed scribendum est ex flumine Sarmatiæ ita vocato, in cujus ripis nascitur radix quæ *rha ponticum* dicitur, et a Celso, v, c. 23, *radix pontica*; et olim simpliciter *rha* terdum appellabatur. Deinde cognita fuit alia diversa radix *rheo*, quæ, ut a *rha pontico* distinguere, vocata fuit *rheo barbaricum*, quæ est nostrum *neubarbarum*. Isidorus, et alii auctores, ut Salmasius, pag. 797 Exercitat. Plinian., observat, non satis se distinxerunt.
 N. 41. *Ora serrata*. In Editione Grialii erat *ora seta*; alii Editi habent *ora serrata*. Apuleius, c. 4. e herbis, agit de *herba calyculari*; ita enim potius scribendum, quam *caliculari* cum Grialio et aliis. *alyx*, et *calyculus* florum et herbarum est globulus medio foliorum semen continens.
 N. 42. *Ab inventore*. Hoc est, a rege Illyriorum entio. Vide Plinium, l. xxv, c. 7. Quod *satureia* pronos faciat ad venerem, non certa res est; nam Iulius, et Columella hanc vim illi non tribuunt, et Ividius et Martialis fortasse non de *satureia*, sed de *tjrio*, aut *satyreo* loquuntur.
 N. 43. *Stingum*. Fortasse *stigum*. Apud Joannem de nua *stiga* est *aculeus stimulus*, etc. Inde *instigare*.
 N. 46. *Chamæmelos*. Melius *chamæmelon*, quasi *rva* malus.
 N. 47. *Chamædryis*. Quasi parva quercus; Latine *izago* dicitur. De his Plinius, et alii.
 N. 51. *Scrpillus*. Neutro genere *scrpillum* a Latinis dicitur. A *serpo* Varro, Plinius et alii deducunt; ut *scrpillum* a Græcò *σέρπω*, *serpō*.
 N. 54. *Psyllion*. Grialius in textu *psyllios*, in not. *syllion*, quod rectius est. Intelligitur *psyllion* herba *secta*, etc. Hæc dicitur etiam *cynomyia*, ac qua Plinius, l. xxv, c. 11.
 N. 55. *Legationibus*. Grialius in textu edidit *ligationibus*, quod in not. reprobatur. Remedia publica quæ t Plinius, erant lustrationes et expiationes. De usu erbenæ in *legationibus* consentiunt alii, Martianus in digestis, Livius, Festus. Hujus verba sunt: *Sagmina vocantur verbenæ, id est, herbæ puræ; quia ex loco sancto arcebantur (forte arcessebantur) a consule, prætoribus, legatis proficiscentibus ad fœdus faciendum, bellumque indicendum; vel a sanciendo, id est, confirmando*.
 N. 56. *Struthius*. Rectius esset *struthion*. Haric herbam Plinius vocat etiam *radiculam*, quod Salmasius, p. 1162 Exercit. Plinian., minus placet: Verum non solum Plinius, sed etiam Columella et Celsus *radiculam* et *radicem* appellant quasdam herbas edules, quarum vis, et usus in radice et bulbo præcipue est, pro splenis Plinius usurpat *splenion*, l. xxv, c. 5: *Medetur lienibus, constatque sic inventam Cum exta super eam projecta essent, adhæsisse licui, eumque curavisse. Ob id a quibusdam SPLENION vocatur*. Eadem creditur herba atque *asplenium*, de qua Plinius, l. xxvii, c. 4.
 N. 58. *Marrubium*. De *marrubio* Plinius et Columella.
 N. 63. *Polion*. *Polios* erat in textu Grialii, qui in not. exhibet *polion*, ut Plinius loquitur. Sed notandum *polion* dici, quia folia ejus sunt canis hominum similia; nam *πολῖος canum* significat. Isidorus aliud innuit, dum reddit *omnimorbiam*, quod Hispani dicunt *sanalo todo*. Alia, quæ in Editis hic adduntur ad varias lectiones relegamus.
 N. 64. *Scammonia*. Grialius in textu *scammonia*, in not. *scammonia*. Utrouque modo dicitur.

N. 65. *Thyrso bipalmi*. Hoc, opinor, Grialius voluit, ut ex nota liquet, quamvis in textu cum aliis Excusis ediderit *thyrso bipalmis*.
 N. 68. *Rubia*. De *rubia* vide etiam Plinium et Vitruvium.
 N. 69. *Anchusa*. De *anchusa*, vel *ancusa*, Plinius quoque.
 N. 70. *Chamæleon*. *Ixia* etiam vocatur. Vide Plinium l. xxii, c. 18.
 N. 71. *Sic dicitur*, etc. Ratio quæ adhibetur: *Sic dicitur fossa cæca, quæ occulta est*, innuit ab Isidoro scriptum *cæcuta*, aut *cæcuta*. Certe Isidorus ex *cæco cicutam* deducit, ut explicet in ea esse nodos occultos.
 N. 72. *Trifolium*. Fortasse est herba quæ nunc *trinitatis* dicitur.
 N. 73. *Phlomos*. Latine vocatur verbascum, ex Plinio, l. xxv, c. 10.
 N. 74. *Pyrethron*. Plinius *pyretrum*, seu *pyrethron* describit, l. xxviii, c. 9.
 N. 75. *Althæa*. Græcum verbum est ab *ἀλθαίνειν*, *curare, mederi*, quia multos habet in medicinâ usus; et idcirco Plinius, l. xx, c. 21, *althæam* dictam ait ab excellentiâ effectus. Scribitur autem *althæa* cum diphthongo, quamvis Grialius cum aliis Excusis habeat *althæa* sine diphthongo.
 N. 76. *Origanum, quod Latine colina*. Plinius, l. xx, c. 17, *Origanum, quod in sapore culinam æmulatur*. Vulcanii nota hæc est: *Plinius cunctam herbam origano similem facit*. Pro *colena*, quod Grialius in textu exhibet; Vulcanius ad marg. indicat pro varia lectione *colora*.
 N. 77. *Tithymallum*. Scribi solet *tithymalus*, aut *tithymallus*.
 N. 79. *Polygonus*, seu *polygonos*, seu *polygonium* describitur a Plinio l. xxvii, c. 12, et memoratur ab Scribonio Largo compos. 103.
 N. 80. *Ambrosia*. *Ambrosiæ* nomen commune est multis herbis. Pro *apiago*, quod Grialius edidit, legendum *apiacon*. Cato de Re rustica, c. 157, *Altera brassica est crispa: APIACON vocatur*. A Plinio vocatur *apiaca brassica*, scilicet ab *apio*, quod ipsum ab *apibus* dictum. Vulcanius exhibet *apiacum*.
 N. 81. *Rosmarinus*. Ex Apuleio, de Herbis, c. 79, *Folia habens fœniculi similia, sed aspera, et terre prostrata*.
 N. 82. *Nepetam* inter herbas mali succi recenset Celsus l. ii, c. 21, *Calamintha* est utilis mentha. Scribitur etiam *menta* sine aspiratione. Verbum Græcum apud Grialium, et alios Editos scriptum erat *καλαμίνθη*, quod emendari debuit.
 N. 84. *Verbascum*. De quibusdam herbis hoc loco indicatis alibi Isidorus agit. *Verbascum* est *phlomos*, de quo n. 73 et 94. Pro *calamites* legendum puto *calaminthes*, de qua n. 82: De *lappa* n. 66.
 N. 85. *Albucum*. Ita videtur voluisse Grialius, in cuius textu nihilominus apparet *albutium*. Apuleius de Herbis c. 32: *A Græcis dicitur ASPHODELUS, Latinis HASTULÆ REGIÆ, aliquibus ALBUCUS*. Plinius tamen l. xxi, c. 17, *albucum* ab *asphodelo* quodammodo distinguit. *Scilla*, nomen herbæ, scribitur cum *i* Latino. Grialius tam in not. quam in textu protulit *scylla*, fortasse ut etymologiam ab Isidoro indicatam exponeret. De superslitione Gentilium suspendendi herbas ad limina fortasse intelligendum c. 73 Collectionis canonum S. Martini Braçarenensis: *Non liceat iniquas observationes agere Calendarum... neque lauro, aut viriditate arborum cingere domos. Omnis hæc observatio paganismi est*.
 N. 86. *Chamæpitys*. Quasi *pinus pumila*. Plinius, l. xxiv, c. 6.
 N. 87. De *aspleno* dictum n. 56.
 N. 88. *Bulbus*. Grialius *volvus* edidit, ut etymologiæ adhereret. Vid. n. 19, c. seq:

N. 95. *Ferula*. Inter arbores ab aliis reponitur Glossas veteres de *ferula* vide in mea Prudentii Editione ad proœmium v. 8.

N. 96. *Papyrus dictus*. Rectum esset *Papyrus dicta...apta*, vel *Papyrus dictum... aptum*. Præclarum opus est, nec facile obvium, Guilandini *Papyrus*, sive Commentarium in tria Plinii capita de papyro, Venetiis 1572.

N. 97. Reposui ex Festo quod dicere pro quid dicere apud Grialium, vel *prædicere* apud alios.

N. 101. *Typhus* ab Arnobio, Augustino, et aliis sæpe pro superbia et mentis elatione sumitur, quia scilicet *typhus* Græce fumum significat. Alia ratio ab Isidoro indicatur, quia superbi tument et inflantur, ut *typhe* herba. Familiare autem est ecclesiasticis scriptoribus superbiam explicare per *tumorem*.

N. 103. *Spartus*. De sparto Bochartus l. v Chan., c. 35. Neutro genere *spartum* dici solet. Harduinus ad Plinium l. XIX, c. 2, advertit, *spartum* esse a *σπείρω*, *consero*, *innecto*, quia uectendis funibus maxime inservit.

N. 104. Grialio in not. fortasse excidit *cum sit* pro *licet sit*, ut in textu cum aliis edidit.

N. 105. *Folia*. In antiquis Isidori exemplaribus non semel reperi *folia* fem. gen. pro *folium* : ac fortasse jam Isidori tempore hæc corruptela cœperat.

N. 106. *Zizania... infelix*. Juvencus, l. III, v. 7, *At lolium infelix*.

CAP. X. N. 3. *Thyrus*. Ex *thyrsu*. Nomen Hispanicum est *troncho*, et Italicum *torso*.

N. 4. De *cyma* supra c. 6, n. 20.

N. 7. *Rapa* fem. gen. utitur Scribonius Largus, et aliquando Columella. Usitatus est *rapum*.

N. 9. *Non in radice, sed in thyrsu*. Forte, *non in radicem, sed in*, etc. Alii habent, *non in radice, sed in thyrsu*. Recenset Plinius l. X, c. 8, genus *sinapis*, foliis rapi simile. Sed vocabulum Græcum est *σινηπι*.

N. 11. *Lactuca*. Plinius l. XIX, c. 8, docet *lactucæ* nomen tractum fuisse ex genere quodam *lactucæ*, olim in Italia solum noto, quod copia lactis soporiferi, instar papaveris, abundabat, et *meconis* vocabatur. Græce *μακρον* *papaver* significat.

N. 12. *Intubus*. Est *intubus* mascul. gen., et *intubum* neut. Scribitur etiam per *y* : nam Græci dicunt *ἐντοβον*. *Cæpa* frequentius reperitur cum diphthongo, quam sine diphthongo. Est autem duplex genus, aliud *condimentarium* fere sine capite, aliud *capitatum*, quod scilicet in caput extuberat. De etymologia confer Beamanum, Vossium et alios.

N. 15. A *beta*, quia mollem caulem habet. Angustus verbo *betisio*, aut *betixo* pro *languere* usurpare solitus erat, ut narrat Suetonius in ejus Vita, c. 87. *Blitum* ita quoque Græci vocant. Quod autem *genus* pro *specie* hic et alibi sumit Isidorus, ex usu communi est. Distinctius alii explicant *classes*, *genera*, *species*, *familias* herbarum, etc.

N. 18. *Esca*. Notat Vulcanius : *Hodie etiam Hispani fomitem igni accendendo aptum YESCA* vocant. Itali ipsum nomen *esca* retinent. Opportunior *fungi* originatio ab aliis indicatur, quod sit a Græco *σπόγγος*, seu *πρόγγος*, *spongia*.

N. 19. *Bulbi*. Ita hoc loco Grialius, qui tamen c. præc., n. 88, ratione etymologiæ prætulit *volvus*. Etsi autem *v* et *b* facile olim commutabantur, potuit tamen Isidorus scribere *bulbus*, et nihilominus originem vocis repetere ex *volubili*.

N. 20. *Armoracia*. Ita vocatur a Plinio, pro quo Columella habet *armoracium*. Apud Palladium alii legunt *armoraceam*, non *armoracam*. De Carduo nihil exstat in textu Grialii, qui tamen explicationem adhibet in nota quorundam verborum quæ in aliis editionibus reperiuntur. Confer varias lectiones.

N. 1. *Eruca* est ab *uro*, vel ab *erodo* : nam linguam rodit acrimonia sua. Nonnulli scribunt *æruca*. Colu-

mella l. X, v. 110 :

Excitet ut veneri tardos eruca maritos
Similia habent Martialis et Ovidius, quos Langguthius excitat in Antiquit. plantar. feral., p. 4.

CAP. XI. N. 1. *Apium*. Ab *apibus* dictum, quibus est gratissimum. Vide n. 80 c. 9 hujus lib. Etymon a Isidoro hic indicatum auctorem habet Marcellum Empiricum, qui c. de Apio docet hujusmodi herbam

Apium dictam, quod apex hanc ferre solebat
Victoris veterum fieret dum more triumphus.

Ib. refert, prim. Herculeum hujusmodi corona donatum
N. 6. *Ut Latini, anisum*. Ita lego. In Grialio erit ut *Latini, anesum*. Alii edidi, *Anisson, ut Græci dicunt, sive, ut Latini, anneson*.

N. 7. *Coriandrum*. Græci etiam vocant *κοριανδρον* fortasse a *κόρις* *cimex*, quia cimicem olet. *Coriandrus* eadem herba est, ac *chamepitys*, sive *hypericon*. Isidorus utramque confundit. Pro *abrotanum* plerique scribunt *abrotanum*. Pro *ceresfolium*, sive, ut in Grialii textu erat, *ceresfolium*, communior scriptura est *caeresfolium*, corrupta voce ex Græco *χαίρεφυλλον* *chaerephyllum*. Herbarum nomina quæ in rusticorum ore versabantur, facile corruptioni subjacebant.

N. 9. De *mentha* seu *menta*, dictum c. præc., n. 82 LIBER DECIMUS OCTAVUS.

CAP. I. N. 2. *Ex prædicto*. Quia bellum denuntiat et indici debet. Alii volunt *ex edicto*. Vide var. lect.

N. 4. *Plusquam civile*. Vide quæ notavi ad l. II Garminis Dracontii de Deo v. 294 :

Nec solum civile sat est.

Belli plusquam civilis ratio petenda est ex ducibus contrariis, qui alioquin sibi affines cognatique sint.

N. 7. *Ut major timor oriatur*. In Ciceronis verbis nonnulli legunt *major tumor oriatur*. Addit Cicero *Unde etiam nomen ductum est tumultus... Gravius autem esse tumultum quam bellum, hinc intelligitur licet quod bello vacationes valent, tumultu non valent*.

N. 9. *Bellum*. In veteri editione sic legimus : *Postea detracta littera D et mutata V in B, dictum est bellum* ; quod pro primo etym. dictum.

N. 10. *Prælia*. Notatio noninis prælii varia a aliis traditur ; neque de ratione scribendi satis constat. Plerique scribunt *prelium*, alii *prelium*, nonnulli *prelium*, quod tamen minus probatur iis quæ orthographiam tradunt.

N. 11. *Fædus est pax*, etc. Festus : *Fædus appellatum ab eo quod in paciscendo fædere hostia necaretur*. Virgilius :

...Et cæsa jungebant fædora porca.

Vel quia in fædere interponatur fides. Servius ad Æn., v. 66 : *Fædus autem dictum vel a fæcialibus qui olim fædales dicebantur, id est, sacerdotes, per quos fiunt fædera, vel a porca fæde, hoc est, lapidibus cæsa*. De etym. *induciarum*, aut, ut alii scribunt, *indutiarum*, non consentiunt etymologi. Alii deducunt ab *in*, vel *indu*, et *otium*, alii ab *inducto* vel *inductæ*, quod inter arma quies indicatur, alii aliunde. Vide Gellium l. I, c. 25. Mihi Isidoriana etymologia præ cæteris placet. Pro *resiliisset* fortasse legendum *resiliisset*, aut *resiliisset*.

CAP. II. N. 1. *Victoria*. Etymon *victoriae*, a multis non placet. Grialius in textu edidit *reportasse* in not. *deportasse*. Verba Servii ad v. 421, l. XI, sunt *Et hoc est unde laudat Sallustius duces, quia victoriam incruento exercitu reportaverunt*.

N. 3. *Tranquillus... triumphum*. *Triumphum* etymologiam a Græca voce cum multis aliis tuctur Joannes Nicolaus in opere, *Romanorum triumphus*, etc., c. 1

N. 5. Pro *accederent* melius fortasse erit *ascenderent*.

N. 6. *Rufo*. Grialius scribit *ruffo*, quod viris criticis displicet. Havercampus comment. in Apologet. Tertulliani, c. 33, servum publicum ab Isidoro *nimis comice* carnificem appellari ait. Fabricius, cap.

7 Bibliograph., n. 10, ex loco Plinii male intellecto Isidorum *carnificem* pro servo publico posuisse observat. Vide Ferrarium, l. 1. Elector., c. 11, et Caubonum ad Suetonium, p. 281.

N. 7. *Internecone*. Ita scribo, quamvis Grialius cum omnibus ediderit *internicione*. In editionibus Virgilit legitur, *Aut age diversas*, scilicet *puppis*. Sed Isidorus suo Servio adhæret: *Aut age diversos: hoc st*, inquit Servius, *disperge illos per diversa, ne ad taliam veniant: duobus enim generibus deletur exercitus, aut internecone, aut dispersione*.

N. 8. *Spolia hostium*. De spoliis militaribus videtur Lipsius l. v de Milit. Rom., c. 17; quo in opere lura affert quibus hic Isidori liber illustrari possit, et innumeros alios præteream.

CAP. III. N. 2. *Jovis* in nominativo sæpe ab Isidoro adhibetur.

N. 3. *Draconum signa*. Ut aquilæ legionum signant, ita dracones cohortium. Vide meum comment. ad Prudent. hymn. v Cathem., v. 55, seq.:

... Signaque bellica
Præterdunt, tumidis clara draconibus.

Michaelis Angeli Caussci, sive *de la Chausse*, opus de Signis militaribus.

N. 4. *Pila* est globus quo luditur, sed sumitur pro quovis globo, aut sphaera, quæ, quia rotunda est, orbem aliquando indicat. Nummos veteres, quibus signa in signis constituta conspiciuntur, exhibet Zeilichius in Observation. ex nummis Vitembergæ 1745, p. 10 eeq. Confer etiam nummos Probi et Maximiani apud Andr. Morell. Spec. rei numar., t. 22, n. 10.

N. 5. *Vexillum*. Gisbertus Cuperus epist. 44 ad Sperlingium advertit, auctores, cum *vexillum* a signis distinguunt, intelligere velum, de quo Isidorus hoc loc., et l. x, c. 22. Erat autem vexillum hujusmodi tunica punicea, dum respublica fuit libera. *Vexillum* diminutivum *veli* dicunt etiam Festus et Priscianus. Contra Cicero in Orat. c. 45 a *vexillum* actum esse velum docet.

CAP. IV. N. 1. *Buccina*. Scribitur etiam *buccina*, ab iis præsertim qui a *bucca* deducunt. Etymon ab Isidoro allatum præferri solet.

N. 3. *Tubam* nonnulli derivant a *tubus*, et inde etiam *tibiam*. Vide Lipsium lib. iv de Milit. Rom., dial. 10. *Tofus*, sive *tophus* est lapis cavernosus.

N. 4. *At tuba*, etc. Virgilii versus ex IX Æn. ita habet:

At tuba terribilem sonitum procul ære canoro
Increpuit...

N. 5. *Classica*. Cur *classicum* signum pugnae ineuntæ esset, luculenter explicat Cæsar lib. iii de Bello civili, c. 92. *Est quædam animi incitatio*, etc. Vide Vulpium not. ad Tibullum l. i, eleg. 1, v. 4:

Martia qui somnos classica pulsa fulgent.

De *sistris* vide a me notata in comment. ad l. II contra Symmach., v. 527.

CAP. V. N. 1. *Tuemur* passive, ut alibi etiam Isidorus utitur.

N. 2. *Ab armis*. Ita etiam Festus.

CAP. VI. N. 1. *Gladius... cnsis*. Alii inter *ensem* et *gladium* ita distinguunt, ut *ensis* fere de militari dicatur, *gladius* de urbano. Verum hæc discrimina aut nulla sunt, aut non observantur. Forcellinus *ensem* dicit esse gladium militare: sed postmodum verb. *gladius* asscrit nihil dicere eos qui hoc discrimen afferunt. Illud certius, *cnsis* vocem esse poeticeam. *Gladium* a clade Varro deducit lib. iv de Ling. Lat., c. 24. Arma veterum insigniora multi observationibus suis illustrarunt; nec paucos Fabricius sæpe laudatus in Bibliographia, cap. 18, commemorat.

N. 2. *Machæra* inclius fortasse deducetur a μάχομαι, *pugno*.

N. 3. *Framea*. Augustini tempore apud Afros *framea* pro gladio usurpabatur, ut colligitur ex epist. 120, c. 16. Antiquiores Latini hastam voce germa-

A *nica frameam* dixerunt. Tacitus, c. 6 de German. *Hastas, vel ipsorum vocabulo frameas gerunt, angusto et brevi ferro, sed ita acri et ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus, vel eminus pugnent*. Confer Beemanum, qui de *romphæa* etiam agit p. 920.

N. 4. *Spatha*. Græce σπάθη, proprie est instrumentum latum et oblongum, quo pharmaca et alia miscentur: a cujus similitudine gladius latior *spatha* vocatur: defluxitque nomen in vulgares linguas. *Spatula* in pectoribus, et rectius *spathula* est costa latior, ut apud Apicium l. iv, c. 3, *spathula porcina*. Hinc Hispanicum *espalda*. Adisis Bochartum Chan. l. i, c. 42.

N. 5. *Semispathiium*. Vegetius utitur verbo *semispatha*. Isidorus *semispathiium* missile telum innuit esse.

N. 6. *Idem et clunabulum*, Grialius cum aliis editis *item*; sed in not. *idem*, quod retinendum. In veteribus exemplaribus hæc duo *item* et *idem* passim confunduntur. Pro *clunabulum* malim *clunaculum*: nam Gellius lib. x, c. 25, inter gladiatorum nomina recenset *machæras, spathas, pugiones, lingulas, clunaculas*. Alii exhibent *clunacula* neutro genere. In Glossario Isidoriano est, *Sica, cluniculus, machæra*. Confer notas.

N. 8. *Sica a secundo*. Ita etiam l. x, verb. *sicarius*; differunt quidem quantitate *sica* et *seco*, sed non propterea etymologia falsa censenda est. In Tranquilli verbis, *Sic hac pugnabo*, mendum veteres editiones admiserant, *Sica pugnabo*, quod ex mss. Codicibus emendavit Brissonius Select. Antiq. l. II, cap. 11. *Sicæ* figuram inquit Barthius Ad. p. 2634, et Lipsius l. III, c. 3, de Militia Romana, ubi etiam de *pugione* agit.

N. 9. *Secures*. De *securi* iursus Isidorus lib. XIX, c. 19. In virgarum fascibus, qui magistratibus præferbantur, erant quoque *secures* ad sumendum de reis supplicium, cum opus esset. Nomen *franciscarum* securibus ab Hispanis datum, ab ipsis Francis videtur etiam adoptatum, ut ex auctoribus a Ducangio allegatis colligitur: ubi ex Papiæ refertur ab Hispanis vocatos *franciscos*, non *franciscas*, ut in exemplaribus Isidori legitur.

CAP. VII. N. 1. *Hasta* olim scribebatur *asta*. Varro aliam exhibet etymologiam l. IV de Ling. Lat., c. 24, *Hasta, quod stans* (al. *astans*) *ferre solet*.

N. 2. *Conus acuta rotunditas*. Varro loc. cit. *Conum, quod cogitur in cacumen versus*. Fortasse legendum *Conus*.

N. 3. *Trudes*. Scripturam Isidori *trudes* apud Virgilium confirmat Tacitus III Annal., c. 46: *Quidam trudibus, aut furcis incertem molem prosternere*. Postest autem, ut in multis aliis, *trudis* prima brevi a *trudo*, cujus *u* longum est, derivari. Sic *lucerna a luceo*, etc. Quod *trudes aplustria* dictæ fuerint, non satis liquet: nam *aplustre* proprie erat navis ornamentum in summa puppis parte ex tabulis confectum, cujus figura in columna Trajana conspicitur, et a Scheffero producitur l. II de Mil. naval. c. 6.

N. 4. *Excipiunt enim apros*, etc. Ex Martiali lib. XIV, epigr. 30. tit. *Venabula*:

Excipient apros, expectabuntque leones,
Intrabunt ursos, sit modo firma manus.

Servius in meo exemplari habet, *apta venatui, quasi excipiabula*.

N. 5. *Lancea*. Sisenna apud Nonium, c. 18, n. 26, ita refert: *Gallia materibus, Suevi lanceis configunt*. Festus: *Lancea a Græco dicta, quam illi λανχην vocant*. Isidorus notationem latinam invenire voluit.

N. 7. *Horatius claiam dicit*. Grialius ex conjectura edidit *Lucilius calam dicit*: quod etsi auctoritate Servii comprobatur, tamen omnium exemplarium scriptura retinenda videtur *Horatius caiam*. Non enim constat Isidorum locum Servii, quo is de Luci

lio et cala loquitur, respexisse. Quidquid aulem sit de auctore vocis *caia*, eam retinendam censet Salmasius p. 207, v. 22, in Trebell. Pollion. Contra *virum doctissimum* (Grialium, ut puto) qui correxerat *calam*: nam a *caia*, *baculus*, *clava*, factum est *caio*, *caias*, et *caiatio*. Fulgentius in Contin. Virgil. Apud antiquos *CAIATIO* dicebatur puerilis *cædes*. Unde et Plautus in *Cistellaria* (fortasse *Clitellaria*) *comædia* ait:

Quid tu amicam times, ne te manuleo caiet?

Papias, *CATEIA* lingua Persarum hasta, vel telum. *Cateia*, quam Horatius *CAIAM* dicit. Est enim genus Gallici teli; quod si ab artifice mittatur, rursus ad eum redit qui misit. Id ita explicat Servius ad vers. cit. Virgili, Teutonico ritu, etc. Quam in hostem jaculantes, lineis, quibus eam adnexuerant, RECIPROCAM faciebant. Illic est, ut puto, *arcus dolosus*, de quo c. VII Osee v. 16. Vide notam Marianæ ad l. I Isidori contra Judæos c. 49, ubi ex veteri editione profertur *sagitta reciproca*, quam nonnulli male explicant de sagitta quæ repercutit ipsum qui arcum tetendit.

N. 8. *Phalarica est telum ingens*. Scribitur *phalarica* et *falarica*. Erat phalarica major, quæ catapultæ jaciebatur, et minor, quæ manu.

N. 9. *Pila sunt arma jaculorum*. Varro de ling. Lat. lib. IV, c. 24, Similiter ab omine pilum, quod hostis feriret, ut periculum. Alii deducunt ex Græco πῖλος. Vide Lipsium lib. III de Mil. Rom., dial. 4.

N. 11. *Proprie cuspis posterior pars hastæ est*. Quod cuspis proprie non sit acies hastæ, sed pars posterior, non facile antiquiorum auctoritate poterit comprobari, quamvis per synecdochen pro hastâ vel baculo nonnunquam adhibeatur. Proprie autem *muero* est gladii, *cuspis* hastæ, vel conti, etc. Quod autem Beemanus ait, *cuspidem* originem trahere ab *aspide*, ineptum videtur.

CAP. VIII. Num. 1. *Sagitta et spiculum* aliquando confunduntur: sed discrimen ab Isidoro adhibitum probandum est, quod sagitta arcu mittitur, spiculum vero lancea brevis est, *pilum* quoque dictum.

N. 3. *Scorpio*. Machina bellica *scorpio* dicta duplex erat, major et minor, ut ex Livio l. XXVI, c. 47 et 49. Etiam pro temporum varietate varia fuit ejus forma. Scorpiones sui temporis fuse describit Ammianus l. XXII, c. 4, al. 8. Rigaltius in not. ad Scorpiacon Tertulliani in princ. Isidorum coarguit, quod scorpionem *sagittam* dixerit, cum potius sit machina sagittas projiciens. Isidorum defendit Nicol. Antonius lib. V. Biblioth. veter., n. 95, auctoritate Stewechii in comment. ad Vegetium de Re mil. l. IV, c. 22, qui Isidoro favet. Pro sagitta quæ scorpione jacitur, usurpatur etiam *scorpio* ab Hirtio de Bello Afric., c. 29, *Scorpione accuratius misso, atque eorum decurione occiso*.

CAP. IX. N. 1. *Feretrum, ubi funus defertur*. Eadem *feretri* etymologia repetitur l. XX, c. 11. *Pharetra* Græca vox est: sed etiam sic a φέρω, *fero*, ex nonnullorum sententia derivatur.

N. 2. *Vagina appellatur eo quod in ea... gladius bajuletur*. Alii *vaginam* dictam putant a *vaco*, quasi *vacinam*, quod vacua sit, et apta ad recipiendum gladium, vel telum.

N. 4. *Oxos*. Ducangius nescio quid de *axis* notare voluerat: nam verb. *Ōxa* ait, *Vide Dolo*. Desideratur autem hæc vox *Dolo*: ubi fortasse Isidori nostri verba de dolonibus ascribere constituerat.

N. 5. *Arcus* proprie dicitur de instrumento quo sagittæ jacuntur, quia *arceat*, id est, propellit. Inde *arcus* in architectura nomen invenit.

CAP. X. N. 1. *Fundibalus*. l. XIV, c. 6, n. ult., dicitur *fundibalum* neutr. Aliud instrumentum est *fustibalus*, de quo Vegetius, ut ex nota Grialii ad eum locum constat.

CAP. XI. N. 4. *Musculus*. Musculi majoris descriptionem habes apud Cæsarem de Bell. civil. l. II, c. 10.

CAP. XII. N. 1. *Clypeus est scutum*. Discrimen inter *clypeum*, et *scutum* hoc assignari solet, quod *clypeus* æreus erat et rotundus, *scutum* ligneum, et figura quadrata oblonga. *Parma* vero, de qua num. 6, ferme e corio, seu loro erat, sed rotunda. Facile tamen hæc ab scriptoribus confunduntur, et promiscue usurpantur.

N. 2. *Scutum* alii deducunt a *cutis*, mutata syllaba quantitate, quod corio sæpe contegeretur. Facilius a Græco σῶτρος, *pellis*, *corium*. Similiter *umbo* est Græca voce ὀμφα: inde *umbilicus*.

N. 3. *Ancile* ab *am*, *circum*, et *cæsus*, quasi *amcillum*. Vide Bochartum Chan. l. II, c. 11. Nonnulli cum Nonio c. 18, n. 11, scribunt *ancyle*. Figura ancilis conservatur in quibusdam veteribus nummis.

N. 4. *Vulgata: scuta de auro purissimo*.

N. 5. *Afri et Mauri*. Ita vetera exemplaria; ita etiam Grialius in textu; sed in not. indicat *Hispani* pro *Mauri*. Profecto Servius ait, *Afri*, et *Hispani*. Tacitus in Vita Agric., c. 26, tradit etiam Britannis breves cetras in usu fuisse. Bochartus Chan. l. I, c. 42, ad illustrandum hunc Isidori locum consuli poterit.

N. 6. *Parma*, ut Varro de Ling. Lat., c. 24, putat, dicitur, *quod e medio in omnes partes par*. Bochartus videndus loc. cit., c. cod. 42.

CAP. XIV. N. 1. *Galea de corio*. Veram hanc originem esse Beemanus p. 489 et seqq. confirmat; scilicet a γαλέη, *felis*, *mustela*: nam veteres tegmina aut galeas fere e corio; seu pellibus animalium conficiebant: quod Beemanus pluribus demonstrat. *Cassis* et *galea* a Tacito aperte distinguuntur: passim tamen promiscue ab aliis usurpantur.

CAP. XV. N. 1. *Forus*. De *fori* etymo vide l. XV, c. 2, n. 27, ubi legitur, *Hæc loca et pro ROSTRIS* vocantur, quod melius est quam *prorostra*. Sed fortasse medio ævo nomen hoc obtinuit *prorostra*. Minime verò Grialio assentior, qui hæc Braulioni ascribit.

Cur enim Isidorus, qui passim sua repetit, non potuit occasione data bis de foro sermonem ingerere?

N. 2. *Justitia* est a *justo*, ut *laetitia* a *laeto*, etc. De Jure et legibus lib. V agit Isidorus.

N. 4. *Jurgium* est a *jurgo*, quod Varro l. V de Ling. Lat., c. 6, a *jure* et *ago* deducit.

N. 7. *Reus a re qua petitur nuncupatus*. Grialius edidit, *a re quam petitur*, fortasse quia variant exemplaria, et *peto* cum duobus accusativis aliquando reperitur. Sed præterquam quod dubiæ lectionis sunt loca similia quæ afferri solent, Isidorus eodem sensu paulo post ait *pro re aliqua petitur*. Ad Grialii sensum posset corrigi *a re, quæ petitur*, scilicet ab eo.

N. 10. In Cod. Vatic. 623, quem c. 93 Prolegom., num. 19 et seqq. descripsi, post hoc caput quod desinit *silentio tegunt*, indicatur aliquos hinc librum XX inchoare, ut latius ibid. num. 32 exposui.

CAP. XVI. N. 1. *Voluptates*. Spectacula gentilium peculiari significatione *voluptatem* fuisse dicta ostendi in comment. ad Prudentium lib. II in Symmach., vers. 1125, et hymn. VI Peristeph., vers. 66. Plurima opera de spectaculis diversisque ludorum veterum generibus legi possunt in Thesaurò Gronoviano Antiquit. Græcar. t. VII et VIII, et in Thesaurò Græviano Antiquit. Romanar. tom. IX.

N. 2. *Inde Romani accersitos*, etc. Vide Livium l. VII, c. 2. *Inde ludii et ludiones* dicti, quasi *lydii et lydiones*, qui ludos faciebant.

N. 3. *Idololatria*. Ita rescribo, nam *idolatria*, quæ vox passim in mss. antiquis reperitur, et a Grialio refinetur, amanuensibus tribui potest.

CAP. XVIII. N. 1. *Virtus*. Obscurandum, *virtutem*, hoc loco pro pugilatu poni.

CAP. XIX. N. 1. *Saltus*. A *satio* est *saltum*, et inde *saltus*. Alia ad explicationem *saltus* spectant.

CAP. XX. *Cursus*. Est a *curro*. Verbi *curro* Hebraicam etymologiam nonnulli investigant.

CAP. XXIII. N. 1. *Innituntur*. In Grialii textu *innitent*, quod nihil est. Fortasse Isidorus scripsit *innitunt* active; vel legendum *iniminent*.

CAP. XXV. N. 1. *Agona dici*. Supplendum *constat* aut simile aliquid. Originem *agonalis*. sacri Ovidius inquit l. i. Fastor.; v. 317, et seqq. Proprietas vocis Græcæ indicat circum; sive locum sine angulis.

CAP. XXVII. N. 1. *Dæmonum cultibus inservire videntur*. Egregie totum hoc argumentum Mariana illustrat in tract. de spectaculis, c. 12, prolatis testimonio Tertulliani, Cypriani, Salviani, Joannis Chrysostomi, et nostri Isidori.

N. 3. *Circenses*. A *circo* dictos nemo negaverit. Aliâ, quæ ex Servio Isidorus et alii afferunt, ad eruditionem pertinent; non ad veram nominis notationem. Confer Vossium in Etymol.

CAP. XXIX. N. 1. *Ova honori Castoris*. Codex, 1 Goth. Tölet. nonnulla hic addit, sed non satis ordinata: *Ova honori Pollucis et Castoris: dicitur, quod Ledam matrem Castoris et Pollucis Jovis (pro Júpiter) in cygni similitudinem stuprasset, ideo ovo editos putant, ad avis similitudinem ascribunt, qui illos ovo editos, etc.*

CAP. XXXI. N. 1. *Obeliscum*. In veteribus exemplaribus est varia lectio non contemnenda *violenti inundatione Ægyptum nocuisset*; quamvis magis Latinum sit *Ægypto*. Narrationem de obelisci soli consecrati translatione ex Hieropolitana civitate in circum maximum Romæ contextuit Ammianus Marcellinus, l. xvii. Alium solis obeliscum nostro tempore erectum ante curiam Innocentianam dixi in comment. ad Prudentium, l. i contra Symmach., v. 309.

CAP. XXXIII. N. 1. *Haurit apertum*. Servius, ad hæc verba: *HAURIT modo FERIT significat*. Aspiratio olim facile negligebatur, et *aurit* pro *haurit* scribebatur. Cæterum *aurigæ* etymon melius ex Fæsto exponitur *AUREAX, auriga: AUREAS enim dicebatur (forte dicebant) frenum; quod ad aures equorum religabatur*; *ORIAS, quo ora coercabantur*.

N. 2. *Aurigæ... coloribus*. Salmasius ex hoc loco corrigat verba Tertulliani, *aurigis coloribus idolatriam vestierunt*; pro quibus reponit, *aurigas coloribus, id est, idolatriam vestierunt*.

CAP. XXXIV. N. 1. *Erichthonius*. Fabulam de Erichthonio commemorant Servius, ad loc. cit. Virgilii, et Hyginus, fab. 166:

CAP. XXXV. N. 1. *Currus*. Nonnulli Editi; *vel quia rotas videtur habere multas*. At currus, inquit Schefferus de re vehiculari, l. ii, c. 15, duas tantum rotas habebat, ut necesse sit lapsum esse Isidorum: Non ergo Schefferus editionem Grialianam viderat, in qua omittitur *multas*. Vide l. xx, c. 12, num 1. Salmasius pag. 897 Exercitat. Plinian., legendum censet *et quod omnibus injiceretur, jugo. Primus, etc.* Contra Schefferus pugnat, l. ii de re vehiculari, c. 10, et ipse legit *et qui omnibus injiceretur. Jugo primus, etc.* Rem ita explicat: temo olim erat duplex, perpetuusque, hoc est, alter alteri unitus. Clisthenes secundum temonem sustulit, et equis jugatis duos alios equos simplici vinculo alligatos adjunxit, qui omnes quatuor æqua fronte procederent. Prius in trigis erat equus funalis, seu funarius, sed non æqua fronte cum duobus jugatis procedebat, sed præcedebat. Hæc omnia optime coherent eum Grialii scriptura, quam retineo, temo enim ille duplex, perpetuusque quatuor equis injiciebatur jugo. Non enim placet quod ait Schefferus, injiceretur. *Jugo Primus... jugavit*. Verba illa *et qui*, etc., recte procedunt, et cum in omnibus Mss. reperiantur, ut Schefferus confirmat, non sunt mutanda in *et quod*, etc., ut Salmasius volebat.

N. 2. *Eosque singulos*. Salmasius, loc. cit., corrigebat *eisque singulos* quod satis est probabile. Pro equo funario, seu funali, Ausonius in epicedio Phosphori poetice usurpavit *funem*, ut poetæ solent ha-

benas pro equis:

CAP. XXXVI. N. 1. *Desultores*. *Mysterium bigarum, trigarum, etc.*, apud gentiles ex Isidoro, aliisque monumentis antiquis exponit Nicolaus Calliaelius, in dissert. de circens. lud. Pro *desultores* malim *desultorios*, scilicet equos. Nam *desultor* est, qui de equo in equum desilit; ut infra, c. 39, explicatur. A Cassiodoro, lib. iii Var., epist. 51; vocantur equi *desultatorii*; pro quo nonnulli legunt *desultorii*.

N. 3. *Volubili ambitu*. Prudentius, in proemio carminum: *Annun cardo rotat; dum fruimur sole volubili. In patefcit secunda prodicitur*, quod factum etiam a Lucretio, l. i, v. 345, sed nescio an ab alio poeta antiquo.

CAP. XXXVII. N. 1. *Creta... judicium*. Salmasius, pag. 1073 Exercit. Plinian.; Isidorum reprehendit, quod inepte *cretam judicium* exposuerit, quia Græce *κρηται* est *judex*: Verum hæc consuetudo fuit non Isidori tantum, sed aliorum etiam doctissimorum hominum, ut similes allegorias quavis levi occasione componerent. Meta in circo creta signabatur, ut facile conspicerentur, inde ipsa meta *creta* vocata est. De ea Plinius, l. viii, c. 42: *Peracto legitimo cursu ad cretam steteret*.

CAP. XXXVIII. N. 1. *Equites singulares*. De equitibus singularibus et desultoribus plura laudatus Calliaelius in Dissert. de circens. Lud.

CAP. XXXIX. N. 1. *Desultores*. Hyginus loc. cit. a Grialio: *Unde etiam Romani... in capite, equo in equum, etc.*, omisso de per eclipsin. Vide notas Munckeri ad eum locum.

CAP. XLI. N. 1. *Roseos soli... roseos æstati*. Legendum puto *rosseos*, aut *russeos*; ut nonnulli legunt apud Cassiodorum l. iii Var., ep. 51, ubi eadem mysteria colorum explicat. Vide Salmasium pag. 98 in Lampridium; et meum commentarium ad Prudent. hymn. xi Peristeph.; vers. 130;

..Luserat è initio russeolani sanhem.

C Adde Tertullian. de Spectac. cap. 9., et Sirmond. in not. ad Sidon. carn. 23. Post *densatur* aliquid deest, ut videtur, de *venetis* et *autumno*.

N. 2. *Cocco decorantur*. Reipublicæ tempore vexillum erat tunica purpurea, seu punicea, ut dixi ad c. 3 hujus lib. n. 5, *ALBOS ZEPHYRIS*. Horatius l. iii, od. 7 favonios vocat *candidos*. Virgilius l. iii Æn., v. 120:

Pecudum zephyris felicibus albam:

CAP. XLII. Num. 2. *Ibi prostarent*. In veteribus exemplaribus legitur *ibi prosternerentur*. Sic Vulgata Jerem. ii, 20: *Tu prosternerbaris meretrici*: Atque ita quoque legit Lipsius l. i Elect. c. 11, qui affirmat, eleganter Isidorum egere de ritu in scenam producendi scorta. Plura ipse in eadem rem addit ex Plauto; Livio; Statio et Tertulliano. Facile alia congeri possent, si vacaret. Observandum, apud probatos auctores *prostibulum* non accipi pro lupanari, sed pro meretricie, quæ ante stabulum dæstus diurni et nocturni causa sedebat, seu prostabat; inde *prostibulum* et *prostibula* vocata.

CAP. XLIII. N. 1. *Quod pulpitem orchestra vocabatur*. Jul. Cas. Bulengerus, qui eruditum opus de theatro scripsit, discrimen inter *orchestram, pulpitem* et *scenam* ex Pölluce confirmat l. x, c. 13.

CAP. XLVII. N. 1. *Musici scenici*. Quia scenicis ethymele seu pulpito inserviebant. Nam proprie *thymelici* ab *scenicis* differebant: *scenici* in scena fabulam agebant, *thymelici* in orchestra seu pulpito musicis instrumentis præcinebant.

CAP. XLVIII. N. 1. *Histriones*. Festus: *Histriones dicti, quod primum ex Histria venerint*. Livius, Valerius Maximus et alii rectius putant, et nomen, et artem *histrionum* a Tuscis originem repetere, apud quos vox *hister* significabat saltatorem..

CAP. L. N. 1. *Adolescentes nobites*. Rectius Festus *juvenes italos*: nam tempore Ænæ Romani ado-

lescentes nulli erant, ut communis fert opinio. Varro *Salios a saltando* dictos docet l. iv de Ling. Lat., c. 15.

CAP. LI. N. 2. *Quorum odisti auctores*. In veteribus exemplaribus *odire debes*, quod retineri posset. Notanda etiam est phrasis *quorum*, neque facile mutaverim in *cujus*, quamvis id in nonnullis Codicibus reperiat. Apud Tertullianum c. 10 l. de Spectaculis ex editione Pamelii legitur, *corporis fluxu... per fluxum... et lyris... Mercurios mancipis habent. Oderis, Christiane quorum auctores non potes non odisse*. Ex Isidoro quædam in hoc libro Tertulliani correctæ esse præmonemur. Posset ex Tertulliano apud Isidorum legi *fluxu et fluxum* quod mollitiem significat.

CAP. LIII. N. 1. *Amphitheatrum*. Raderus in prolemmatis ad Martialem, c. 5, de amphitheatro quædam affert quæ ad hunc Isidori locum explanandum faciunt.

N. 2. Nonnulli hic inchoabant librum xxiii, ante caput de ludo equestri. Vide c. 93 Prolegonem., n. 32 ubi aliæ similes librorum seu titulorum divisiones indicantur.

CAP. LIV. N. 1. *Retiarius*. Nomen eruditissimi viri qui de retiario, etc., scripsit, cur Grialius tacuerit, causam non video. Non paucos qui de ludo gladiatorio scripserunt, recenset Fabricius in Bibliograph., c. 18, n. 12, Petrum Fabrum, Hieronymum Mercurialem, Octavium Ferrarium, Nicolaum Calliachium, Lipsium, Maffei, etc. Nonnulla etiam a me notata sunt in comment. ad l. ii Prudentii contra Symmach. Vix dubium mihi est, quin Chaconis conjectura vera sit, *adversarium cuspidem insequentem*, ut ex c. seq. magis liquet.

CAP. LV. N. 1. *Feriret reti*. Vetera exemplaria exhibent *rete*, quod retineri posset, ut in *mare, præsepe*, etc., de quo jam alibi dixi.

CAP. LVI. Num. 1. *Consecutos*, passive, exemplo Varronis apud Priscianum l. viii.

CAP. LVII. N. 1. *Velites*. De *velitibus* plura supra C l. ix, c. 3, n. 43.

CAP. LVIII. N. 1. *Ferarum pugna*. Raderus in prolemm. ad Martial., cap. 7 et pag. 37, agit de ferarum pugna, totumque ferale certamen ex Martiali aliisque scriptoribus explicat.

CAP. LIX. Num. 1. *Hæc quippe Spectacula*. Hæc, ut multa alia hujus argumenti, desumpta sunt ex Tertulliano de Spectacul., et in Apolog. c. 38., ubi ait: *Nihil est nobis dictu, visu, auditu cum insania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenae, cum xisti vanitate*. Prudentius Ham., v. 361: *Vesania fervida circi*.

CAP. LX. N. 1. *Alea, id est ludus tabulæ*. *Tabula* et *alea* pro eodem accipiuntur. Concil. Eliberit., c. 79, *Si quis fidelis alea, id est tabula, luserit*, etc. Vide Savaronem in not. ad Sidonium p. 17. Bccmanus, p. 523, *aleæ* originem Græcam quærebat, cui adherent Vossius in Etymol., et Senflebius de Alea veter. c. 2, qui c. 3 affirmat Isidori opinionem de Alea milite omnes sequioris sæculi scriptores secutos. Id. c. 11, n. 1, Isidorum eo arguit, quod dixerit, *tabula luditur pyrgo*: nam *pyrgo* non ludebatur, sed *per pyrgum*: quam litem grammaticis decidendam relinquimus, cum de re constet. Nam quod *per pyrgum* tesserae pergerent, c. seq. refert Isidorus.

CAP. LXII. N. 1. *Per calculas*. Videtur derivativum a *calces*. Reperitur etiam *calces* pro calculo apud Priscianum l. vi. Isidorus *ordinales vias* videtur intelligere de calculis ordinariis, aut qui ordine moventur, de quibus rursus infra c. 67. Itaque non satis assequor, quid sit *quasi per calculas*. Illud interim occurrit, legendum *quasi per caulas*. Varias cellulas tabulæ lusoriæ *mandras* vocat Martialis l. vii, ep. 71,

Mandris et vitreo latrone clausus;
et auctor Panegyrici ad Pisonem Lucano affieti, qui

A fuse ludum calculorum describit, ait v. 191:

Ut citus, et fracta perrumpat in agmina mandra.
Idem autem significant *mandra* et *caula*.

CAP. LXIII. N. 1. *Tesseræ*. Andreas Senflebius de Alea veterum, c. 5. n. 1, affirmat Isidorum memoria lapsus, sæpe ea quæ scribit confundere, ut *tesseræ* cum *talis*, et hos cum illis. Differabant, quidem *tali* et *tesseræ*, nam *tesseræ* erant quadratæ ex omni latere: *tali*, etsi habebant sex latera, quatuor tantum lateribus insistere poterant, quia duo reliqua incurva erant. Sed cum jactus similis esset e pyrgo in alveolum in utroque ludo, scriptores interdum unum pro altero ponunt. Neque vero perspicuum est, *tesseræ* ab Isidoro cum *talis* confundi: de *tesseris* enim semper loquitur, nunquam *talos* memorat. Differentia, *talorum* et *tesserarum* explicatur a J. A. Ernesto in Clavi Ciceroniana, verbo *Talus*. Diversus etiam erat numerus *talorum* et *tesserarum*; nam *talis* quatuor ludebatur, *tesseris* plerumque *duabus* ad summum *tribus*.

B CAP. LXIV. N. 1. *Aleatores*, Senflebius. loc. cit., c. 5, describit integrum hoc caput, et addit: *Ride quidquid est ineptiarum Hispanensium. Quis aleatorum de hoc potius quam de lucro captando sollicitus fuit?* Ridendus vero ipse Senflebius. Quis enim eum docuit eos omnes qui alea ludebant de lucro captando cogitasse? aut eos etiam qui de lucro captando cogitabant, allegoriam quamdam in ipso ludo non admisisse? Confer quæ Isidorus ex Cassiodoro et aliis c. 36. et seqq. de equis, equitibus, peditibus et equorum coloribus explicuit, a gentilibus inventa, ut vanitates suas excusarent. Salmasius, p. 245, v. 36, in Flavium Vopiscum observat, figuras aleæ ab Isidoro vocari *vias*, quod Græci ὁδόν appellant, et vetus epigramma *scriptorum tramitem*, scilicet lineas per quas calculi currebant.

CAP. LXV. N. 1. *De vocabulis tesserarum*. Senflebius, loc. cit., c. 5, Isidorum reprehendit, quod *quinionem* in *talis* contra Julium Pollucem colloquet, Sed nulla hic *talorum* expressa mentio, et capitis titulus *tesseræ* aperte nominat. Nomina vero jaetuum, quæ Isidorus explicat, *tesseris* et *talis* accommodari possunt: imo, ut ipse observat, appellatio pro varietate temporum varia fuit. Senflebius. loc. cit., c. 4, n. 10, advertit quod latera *talorum*, quæ ab aliis *supina* et *plana* vocantur, ab Isidoro *suppi* et *plani* dicuntur. Festus, *suppum*, ait, *antiqui dicebant, quem nunc supinum dicimus*. Ad quæ verba Scaliger notat, partem *tali* lusorii, ἑπταῖον dictam, hoc est *supinam*, cum *talus* ita caderet, ut esset illa superior *suppum* vocatum fuisse. Quod Isidorus *trionem* et *quatrionem* dicit, alii *ternionem* et *quaternionem* vocant. Octavius Ferrarius l. i Elect., c. 16, docet, *venerem* dictum fuisse jactum, qua quatuor tali diversa facie singuli cadebant, *senionem*, quo omnes *tali* in latus concavum cadebant, vel duo in convexum, duo in concavum, *caniculam*, quo omnes quatuor *tali* in recto gradu stabant.

CAP. LXVI. N. 1. *Componitur*, etc. Mart. l. xiv, ep. 16.

Quærit compositos manus improba mittere talos.
Pro voluerit, fortasse voluerint.

CAP. LXVII. N. 1. *Calculipartum*, etc. Senflebius, qui Isidorum objurgare quodammodo sibi proposuerat, loc. cit., c. 11, n. 11, *Recte tandem* ait, *aliquando Isidorus*, et doctrinam hoc c. contentam explicat. Salmasius, p. 246, v. 19, in Fl. Vopiscum tradit, ea omnia quæ de *ordinariis calculis*, et *vagis*, et *incitis* scribit Isidorus, ad *latrunculos* esse referenda; quæ viri doctissimi male referunt ad duodecim scriptorum ludum, quem Hispani *Damas* dicunt. *Calculi inciti* sunt *scacco matto*. Isidorus in glossis: *Mattum humectum*, etc. Cicero, epist. 12, l. xvi, ad Atticum, *Et via matta*. Sic constanter Mss., ut Salmasius testatur. Editi, *via inepta*. E calculis *incitis*,

natum est proverbium *ad incitas redigi*, hoc est, ad lineas, quibus calculi omnino moveri non possent, Etsi autem Charisius lib. 1 docet, unius tantum casum *incitas* esse, ut *inficias*, *suppetias*, etc., tamen reperitur etiam *ad incita* redigi, hoc est loca : et termini, qui amplius promoveri non poterant, *inciti* dicebantur. *Incitus* igitur, ut similia alia, duas contrarias significationes habet : sumitur enim pro *concitato*; et ab *in* privativa pro *immobili*. Confer Glossarium Isidorianum verb. *Incitæ* cum notis.

CAP. LXVIII. N. 1. *Interdicta legibus*. Non solum canonicis, sed etiam civilibus. Vide præter alios Ferdinandum Mendozam ad concil. Eliberitan. apud Labbeum tom. I. pag. 1361 et seq.

CAP. LXIX. N. 1. *Pila*. De lusu pilæ videndi Hieronymus Mercurialis, Petrus Faber, Octavius Ferrarius, Vossius, et alii recensiti a Fabricio, c. 22 Biblioth., n. 6. *Sphæra* vox Græca est, in cujus origine Hebraica indaganda Becmanus versatur. Isidorus, uti multa alia, ita etiam nomen et duos versiculos Dorcatii nobis conservavit : quem sibi aliunde ignotum Fabricius in Biblioth. med. ævi fatetur, ubi versus describit mendose ex aliqua veteri editione.

N. 2. Plinius, l. VII, c. 56, quatuor pilarum genera distinguit, *trigonalem*, *paganicam*, *follem*, *harpastum*. Pila arenata fortasse ea est quæ *harpastum* dicitur. Martialis l. IV, epigr. 19,

Seu lentum ceroma teris, tepidumque trigona.

Sive harpasta manu pulverulenta rapis.

In harpasti ludo victoria ejus partis erat quæ harpastum extra limites adversariæ partis eiciebat. Pro *quipila* alii habent *qui pilam* : malim, *qui illam*. Scilicet qui in pilæ ludo peccabant, suram feriendam præbebant.

LIBER DECIMUS NONUS.

CAPUT PRIMUM. N. 1. *De navibus*. Scriptores de re navali veterum in thesauris Gronoviano, et Græviano videri possunt.

N. 2. *Faxo* pro *fecero*, *fecerim*, uti *faxim* pro *faciam*, reperitur in multis probatis scriptoribus.

N. 3. *Nauclerus*. Etymologia *naucleri* fortasse proprietatem rei indicat, non veram vocis originem : *nauclerus* enim esse potest a *navicularius*, ut *navita* a *navita*. Non desunt tamen qui Isidorianam etymologiam genuinam esse tradant. Vide Becmanum, p. 726, et Savaronem in Sidon. l. VI, ep. 8. Atque id persuadet, quod Græce eodem modo dicitur *ναύκληρος*.

N. 4. *Quasi cohibernator*. Hoc certe etymon a criticis nostris nequaquam admittetur, nisi quatenus explicat partem aliquam muneris gubernatoris navis. Apud Laberium *gubernium* non pro gubernatore, sed pro gubernatione accipiendum multi putant, In Digestis, pro *archigubernius* alii præferunt *archigubernus*. Verbum ab Isidoro prolatum *gubernio* repetitur a Papia, et in Glossariis antiquis, non aliunde, ut puto desumptum, nisi ex ipso Isidoro.

N. 5. *Navita*. Servio et Isidoro contrarius est Festus, ex cujus sententia, a Fulvio Ursino suppleta, colligitur : NAVITAS secundum incorruptum consuetudinem dictos, quos nunc NAUTAS dicimus.

N. 8. *Gnavum*. Grialius in textu reliquit *gnavum*, quamvis in nota præferre videatur *navum*. Multi quidem *navum* pro *gnavum* scribunt; sed retineri nihilominus poterit *gnavus*, admissa etiam etymologia Isidoriana, sive cum Festo dicamus, *navum* dicti a *navium* celeritate. Apud Isidorum malim *noverit* pro *novit*.

N. 9. *Rates primum*, etc. Quintilianus, l. I, c. 2 : *Si nemo plus effecisset eo quem sequebatur, adhuc ratibus navigaremus*. Serv., I Æn., v. 47 : *RATES : abusive naves...Hinc naviculæ cum remis ratiariæ dicuntur*.

N. 10. *Non transibit*. Vulgatæ verba sunt : *Neque trieris magna transgredietur eum*. Vox *trieris* Græca

est, pro qua Latini dicunt *triremis*. Reperitur *trieris* in multis veteribus inscriptionibus, sed non in probatis Latinitatis scriptoribus, nisi uno vel altero loco, in quo varia est lectio *trieris*, seu *triremis*.

N. 12. *Liburnæ*. Isaacus Vossius dissertationem de *triremum* et *Liburnicarum* constructione edidit.

N. 13. *Rostratæ*. Rostratarum navium mentio passim occurrit apud veteres scriptores. Rostra plerumque erant trifida, ex quo *æra tridentia* a poetis vocari solent. Imaginem rostri tridentis exhibet Fabretus, c. 4 de columna Trajani, p. 113. Plura de hoc argumento Schwarzius in dissertatione de rostris fori Romani.

N. 14. *De dromonibus* quædam est vetus glossa, allata in not. ad l. XII, c. 1, n. 36, ubi minus bene etymon *dromonis* repetitur a *dromedariis*. Nomen *musculi* pro navi in Lexicis desideratur. E glossariis antiquis Ducangius hanc vocem deprompsit, qui advertit, in notis Tironis inter alia navigiorum vocabula occurrere.

N. 15. *Unde et calones*. Apud Vulcanium, et alia vetera exemplaria legitur : *Unde et calones naviculæ, quæ ligna militibus portant*. Pignorius, p. 120 et seq., de Servis, ubi de *calonibus* et *caculis* agit, ita Isidorum deformem *vitio*, ut ait, *non suo* emendabat. *Unde et calones et caculæ, qui ligna*, etc. Quæ satis prudens conjectura est. Advertit ea ligna fuisse fustes et clavas. Juvencus, l. IV, v. 514 :

Pars strictis gladiis, pars fidens pondere clavæ.

Confer c. 34 hujus lib. n. 2 et 6.

N. 16. *Ancyromagi*. Vox ex Isidoro, ut puto, reperitur in antiquis glossariis, sed non uno modo scripta, aut corrupta; scilicet *anchiromagus*, *anquiromagus*, *anguiromagus*, *angromagus*. Confer Ducangium.

N. 17. *Corrupte baselum*. Inde Hispani vocant *basel*. Fortasse Isidorus scripsit *pictis phaselis*; nam Virgilii versus est :

Et circum pictis vehitur sua rura phaselis.

Achilles Statius contendit scribendum *phasellus* cum duplici *l*, cui alii repugnant, ut docet Vulpius ad Catullum, p. 18.

N. 18. *Scapha*, quæ *κατασκοπος*. Joan. Schefferus, l. II de Militia navali, c. 2, ex glossis V. T., quarum meminit Heinsius; Exercit. Sacrar., hæc refert : *Scapha, sive catascopus est navicula levis ex vimine facta, crudoque corio contexta*.

N. 19. *Barca*. Sanctus Paulinus Dolan., carm. 21, al. 13, ad Cyther., v. 95 :

Ut mox salubri barca præsidio foret

Puppi superstes obrutæ.

Alios antiquiores, qui de *barca* loquantur, non facile reperies. Nomen ipsum *barcæ* in vulgares linguas transiit.

N. 20. *Paro*. Conservavit nobis Isidorus hos versiculos Ciceronis, non alibi exstantes. *Parones* ab insula *Paro* dictos nonnulli existimant.

N. 21. *Myoparo*. *Myoparones* a *Phaselis* diversos forma non fuisse, quorumdam sententia est. Historia quam hoc loco Isidorus allegat quænam fuerit non invenio. Repono *contexta crudo*, etc., pro *contexta*. V. n. 26.

N. 22. *Celoces*. In versu Ennii nonnulli male legunt *celonis*, pro *celocis*. Schefferus, de Milit. naval., l. II, c. 2, *biremes*, vel *trircemes*, exponit, non de *duobus aut tribus remorum ordinibus*, sed de *duobus aut tribus remis*. Alii dicunt *celocem* navem illam fuisse quæ aut uno remo regeretur, vel a pluribus quidem, sed ita ut singuli homines singulos remos tractarent.

N. 24. *Hippagogus*. In Grialii textu erat *hippagogus*; in not. recte *hippagogus*. Hujus modi naves dicebantur aut *hippagogi*, aut *hippagi*, aut *hippagines*. De pontonio Schefferus, l. IV, de Milit. naval., c. 1, existimat legendum: *Non nisi remulco progredi potest*.

Firmabatur enim navis in fune, cujus capita in utramque ripam pertinentia, alligabantur palis, ut attracto fune sequeretur navis, uti et hodie fieri videmus. Proinde de hac ratione accipienda sunt verba subjecta Isidori: *Hinc et trajectus*, etc., quamvis Servius, a quo ea Isidorus accepit, in aliam rem ea protulerit.

N. 25. *Lembus... caupilus*. In nonnullis exemplaribus Isidori scribitur *limbus*, vel quia est a Græco *λαβω*, ut ait Schefferus, loc. cit., l. II, c. 2, vel potius quia in Mss. passim *e* et *i* confunduntur. Idem Schefferus censet legendum *capulus* ex glossis Arabico-latinis Vulcanii, *Lembus*, etc. Apud Gellium alii legunt *caupuli*, alii *capuli*, alii *capulici*. Et hoc ultimum fortasse Grialius in not. voluit scribere.

N. 25. *Carabus... portemia*. Verba Isidori de *carabo* cum Forcellinus retulisset addidit: *Sed nullum in hanc rem affert Latini idonei scriptoris exemplum*. Sed quot perierunt veterum opera, quibus Isidorus usus est, etiam ubi auctorem nullum nominat? De *carabo* vide supra, n. 18. Onomasticum Rosweydi, et Ducangium. Ante Isidorum usus eadem voce fuit sanctus Gregorius Magnus. Nonnulli Editi exhibent apud Isidorum *contexta crudo corio*, uti etiam n. 21, de myoparone. Grialius hoc loc. *contexta*, n. 21, *contexta*, sed utrobique legendum *contecta*. Pro *portemia* Martinius scribendum censebat *portemium* ex Hesychio. Papias retinuit *portemia* cum Isidoro. In Ducangii auctario legitur eadem notione *portenna*, ex Nicolao Speciale. Semlerus conjiciebat *Scythici*, aut *Sarmatici generis*, quia in Editis inveniebat *Syriatici generis*. Vide ejus notas ad Glossarium Isidorianum.

N. 27. *Caudicæ*. Fortasse rectius erit *caudicæ*, ut nonnulli legunt apud Gellium, l. x, c. 25.

CAP. II. N. 1. *Cumba*. Rosweydis, in Onomastico, verbo *Cuba*, ex Glossario Camberonensi ms., profert: *Cuba catrema pars navis dicta, eo quod incubet aquis. Cumba vero dicitur lectica a cubando*. Latini frequentius scribunt *cymba* a Græco *κύβητος*, *cavus recessus*.

N. 3. *Columbaria*. Festus verbo *Navalis scriba*. *Sive quod columbaria in nave appellantur ea, qui bus remigent*, etc.

N. 4. *Agea*. Schefferus, de Milit. naval, l. I, c. 6, emendari jubet Isidorum hoc modo: *Agearia sunt loca in navi, per quæ ad remiges hortator accedit*, ex glossario Latino-germanico ms.: *Agearia loca quædam in navibus, quæ per remos hortator accedit*, quod ex Isidoro, ut alia plura, desumptum videtur. At Festus scripturæ nostræ favet. Versum Ennii vel ex Mss. Isidori, vel ex conjecturis alii alio modo legunt:

Multa foro ponens, ageaque longa repletur;
aut:

Multa foro ponit, et agea longa repletur.

Scaliger ad Festum:

Multa forum, pontes et, ageaque longa repletur.

Cerda in Adv. sacr., c. 173, n. 6, ex veteri glossario, ad hanc rem profert: *Egeator hortator navis*.

N. 6. *Tonsæ*. Verba Servii ad VII, Æn. v. 28, hæc sunt: *Tonsæ: Remi dicti a decutiendis fluctibus, sicut tonsores a tondeendis et decutiendis capillis*. Schefferus, loc. cit., l. II, c. 5, ita Isidori verba emendabat, vel supplebat: *REMI a removendis, et TONSÆ, a tondeendis et decutiendis fluctibus, sicut tonsores, etc.*

N. 7. *Palmula*. Quid proprie sit *palmula*, explicat Pollux, in Onomast., l. I, c. 9. Frequentius scribitur *antenna*, quam *antemna*, quidquid sit de etym.

N. 8. *Maleolis*. Grialius cum aliis edidit *malleolis*; sed scribendum videtur cum Scheffero, loc. cit., lib. II, c. 5, *maleolis*, ex *maloŕum* seu pomorum similitudine. Nam *malus* quo facilius cum velis antenna elevaretur, ligna quædam orbicularia instar pomorum circumdata habebat. Huc facti Servius, cujus verba Isidorus descripsit, nisi quod, ut advertit Grialius, *malleolis* pro *malis* posuit.

N. 9. *Cinna: Lucida*. Nonius, c. 15, n. 28, sic profert versus Catulli Veronensis, ut ait: *Lucida quæ splendet summi carchesia mali*.

N. 10. *Trochleæ*. Pollux, in Onomast., t. II, p. 111, de trurocheis veterum agit. Earum exemplum in poetis nonnullis Italiæ cernitur ad sublevandam aquam. Trochleam *rechamum* dictam docet Vitruvius, lib. 5, cap. 2.

N. 13. *Portisculus*. Becmanus, p. 866, cum Perott et aliis *portisculus* aut *porticulus* deducit a *portis*. Communis scribendi ratio est *portisculus*, et hanc teneo, quamvis Grialius exhibeat *porticulus*.

N. 14. *Tonsilla*. In versu Ennii crediderim legendum *configunt littore aduncas*. Festus: *Tonsilla pilus delatus in acumen, et cuspide præferratus, quæ navis religandæ causâ in littore, figitur*. Exemplum profert Actii et Pacuvii. Pro *delatus* legendum videtur *dolatus*.

N. 15. *Ancora*. Ætate Servii et Isidori fortasse consuetudo obtinuit ut scriberetur *anchora* cum aspiratione; nunc certe *ancora* scribi solet, quod recte est, et retinendum.

CAP. III. N. 3. *Artemon*. Bayfius, de Re navali, p. 121, existimat, *artemonem* esse velum navis majus. Schefferus contra cum Isidoro contendit esse velum parvum, quod recte Labeonis testimonio, Di. l. L. 16, leg. 242, confirmat. In recto casu *artemon* dicitur a Labeone, et ab Isidoro etiam nunc. super sed hoc loco exemplaria habebant *artemo*, quodमतatum volui in *artemon*, ut Græce etiam dicitur.

N. 4. In plerisque exemplaribus est *siparum*; at quæ quidem ita nonnulli scribunt a græco *σίπαρος*; sed communis scriptura est *supparum*, aut *supparum*. Nonnulli cum Festo *supparum* confundunt cum *dolone*, de quo num. 3. Non desunt qui cum Isidoro existimant *pedem veli* esse extremum angulum veli ac fortasse id nomen primum angulo extremo tributum fuit, deinde funi, quo tenditur velum, et extremo angulo alligatur. Funis, quo veli pes alligatur, cap. seq., num. 3, ab Isidoro *propes* vocatur.

Cap. 4. N. 1. Servii verba, ad I, Æn., v. 731, sunt: *FUNALIA, quæ sunt intra ceram; dicta a funibus quos ante usum papyri cera circumdatos habuerunt majores. Unde et funera dicuntur*.

N. 2. *Cucurbas*. Papias, Ugutio, et Joannes de Janna *curculias* vocant. In glossario Arabico-latino e *corcuba, lorum*. Eadem videtur esse vox apud Vegetium l. II, rei veteris. c. 33, et imperat. Leonem l. et t. XI, Cod. Justin., ubi legi solet *curcumia*, aut *curcumia* pro freno et capistro.

N. 3. *Si veli*. In Turpili versu alii habent *si veli sinistrum*.

N. 5. *Saphon*. Fabricius, in historia suæ bibliothecæ part. 3, tradit ex Crenio, apud Isidorum, hoc loc esse *Saphonem* pro *Safonem*, seu *Savonem*, qui Campaniæ fluvius est inter Sinuessam urbem, et Vultinum flumen, et nunc *Saone* dicitur. At Isidorus certè *stiphonem* pro fune accepit, neque in Cæcili versu quidquam est quod persuadeat, sermonem esse *d* fluvio.

N. 6. *Prymnesium*. Pro *prymnesium* perperam in antiquis exemplaribus legebatur *prosuestium*, ut jam olim advertit Paulus Leopardus l. I, Emend., c. 15.

N. 7. *Anquina*. Nonius, c. 13, n. 16, ex Lucillo

Funis enim præcisus cito, atque anquina soluta. Quidam putant legendum *anguina*, aut *angina*. Apud Ponium in Nonnullis Editionibus est *ancora solata*.

N. 8. *Valgius*. Poeta celeberrimus sæculi Augusti de quo præter alios multa Vulpus, in not. ad l. Tibulli, carm. 4, y. 480.

Valgius, æterno propior non alter Homero. N. 10. *Catapiratæ*. Vulcanius ita annotat: *In veteri Codice ita est:*

Hanc catapatem puero ded. deforet unctum Plumbi pancillam ludis, linique mataxam.

alio vet. Cod. :

Hanc catafloratam puer eodem defore...

Eam plumbi paxillum rudis, linique mataxam.

alio exemplari :

Hanc cataporatem puer eodem defert : unctum

Plumbi paxillum...

lii legunt :

Hanc catapiratem puer eodem deferat, unctum

Plumbi paxillum rodus, linique metaxam.

odus idem est, ac raudus, vel rudus, Festus in ros-

on modo pro ære imperfecto, ut Lucilius, cum ait :

Plumbi paxillum rodus, linique metaxam.

ro metaxam nonnulli scribunt mataxam, atque ita

ludit Grialius, et Itali vocant matassa filum glome-

ntum, et convolutum, de quo infra Isidorus. c. 29.

Lucilii versu aliqui mataxam accipiunt pro funi-

alo, aut filo.

N. 4. Retes... Conopeum. Melius esset retis in no-

minativo casu, qui a Prisciano agnoscitur. Conopeum

dicitur, quia Græci culices vocant κωνοπας non a

anopa urbe Ægypti, quod Isidorus innuit.

CAP. VI. N. 1. Propter operis scilicet firmitatem ;

Grialius interpretatur de fabro ferrario. Sed revera

l pertinere videtur ad explicationem vocis fabri ;

am faber dicitur omnis artifex, qui facit aliquid e

uavis duriore et firmiore materia, ut faber aurarius,

gnarius, etc. Neque apud antiquiores fabri nomen

magis proprium erat ferrarii, quam aliorum. Illi vero,

ui ex cera, gypso aut simili materia aliquid facie-

ant, plastes vocabantur.

N. 3. Habet et medicaminis usum. Hemistichium

usu fortasse formatum.

N. 5. Fabrica. Proprie est fabri cujusvis officina.

Isidorus pro officina fabri ferrarii usurpat, ut supra

abrum pro fabro ferrario.

N. 6. Favilla. Barthius, lib. XLII Adv., cap. 17,

observat Prudentium, hymn. 10. Cath. favillam

surpasse pro quovis minuto pulvere, ac nequaquam,

antum poetam alligari grammaticorum decisionibus,

ui favillas desertas igne scintillas definiunt, ut Ser-

ius, præcipue ad l. III Æneid. De nostro Isidoro hæc

addit : Servii quidem ipsa illa verba transcripsit Isi-

idorus, l. XIX, c. 6, Origin., nisi tamen ex hujus com-

mentario Virgilianis glossis quispiam illecevit, ut Isi-

idorum solent posterioris ævi scholiastæ ad verbum

scribere ; qua in re a doctissimis etiam viris ipsi

injuria manifesta fit plagii accusantibus eum, qui

ipse concipilatur mirificis modis. Scilicet ut multi pu-

ant, ex antiquioribus Isidorum auctum, ita Barthius

uspicatur, ex Isidori commentariis plurima in anti-

quiorum libros irrepisse. Hoc certum, Isidorum plagii

on esse accusandum, etiam cum constat cum ex an-

tiquiorum commentariis profecisse. Id enim in præ-

atione ipse testatur.

N. 7. Carbo vero, quod flamma caret. Hoc jam non

est Servii ad cit. l. XI, v. 788. Alii volunt carbonem

esse a Græco κάρπος. Observandum ligni frustum,

que perustum, etiam carbonem vocari.

CAP. VII. N. 1. Tudes. Grialius in textu tudis, in

ot. tudes, quod preferendum ; nam tudes tuditis

dicitur. Festus : Tudites mallei a tundendo dicti.

N. 2. Multorum magnis. Barthius l. XXVII Adv.,

. 2, existimat versus secundum Lucilii posse esse

napæstum, qui hexametrum sequitur ; nam Lucilii

atyrae non solo hexametro scriptæ erant ; et in quo-

am veteri libro ita invenit exaratum :

Multu magnis icibus tundit.

Nonnulli referunt

Magnis multorum icibus tundit.

Alii tentant supplere hexametrum aliquo addimento.

N. 4. Limum lenc est. Limus adjective est obliquus,

ransversus, limus substantive est cœnum illud mol-

lius quod ab aquis deferri solet. De hoc fortasse Isi-

idorus loquitur. Inscriptionem sepulcralem Sergii, aut

Servii Polensis, sive, ut Grialius scribit, Sertii, apo-

crypham esse, et sæculo demum xv confictam, ost-

tendi in comment. ad Prud. hymn. 9 Perist, v. 51.

CAP. VIII. N. 1. Structores. Inter opera var., de De-

ditione sub ascia, p. 270, et not. 328, corrigendum

dicitur apud Isidorum structores pro instructores ;

sed multo ante Grialius jam ediderat structores.

N. 2. Machiones. Barthius, l. XI Adv. c. 27, as-

serit se in veteribus Codicibus Isidori invenisse ma-

tioncs pro machiones, ut vulgati exhibent. Ipse autem

censet legendum machinones, et interpretatur de iis

qui machinas scandebant quaslibet. Beemanus, p.

637, ait Isidorum intelligere Gallorum massones, sive

fabros cæmentarios, qui olim a machina machino-

nes, postea machiones pronuntiati illo Hispanico et

Gallico, quo ch pingue s valet.

CAP. X. N. 1. Instaurarc. Ab instar derivant

etiam Varro et Festus.

N. 3. Albus, tiburtinus, columbinus, fluviatilis,

spongia, rubrus. Grialius ita distinguit, albus, tiburti-

nus, columbinus, fluviatilis : ita alii Editi, nisi quod

fluvialis habent pro fluvitialis. Melius videretur albus,

tiburtinus, columbinus, fluviatilis aut fluvialis ex

Palladio, l. I, t. 10 : Calcem quoque cæ albo saxo du-

ro, vel tiburtino, aut columbino fluviali coquemus,

aut rubro, aut spongia, etc. Verum Isidorus, ut ex

sequentibus patet, non solum tiburtinum a colum-

bino, sed utrumque a fluviatili distinguit.

N. 5. Vapore. Id est, igni ; ita enim Prudentius

aliique multi vaporem pro igne usurpant.

N. 6. Mortalitate et mollitie. Plinius, l. XXXVI, c. 22,

in recentioribus correctis Editionibus exhibet morta-

litate materiæ. Sed Isidorus aliud videtur legisse.

N. 7. Arenatius. Fortasse arenaceus ; hoc enim

adjectivo Plinius utitur.

N. 8. Piperinus conchleatius. Ab aliis, quod sciam

non recensentur. Pro conchleatius fortasse legendum

cochleatus ; sed alibi etiam in Mss. Isidori pro coch-

lea reperitur conchlea.

N. 11. Spongia. Grialius in textu scripsit sfungia,

in not. sphungia. Rescripsi spongia. ut l. XI, c. 6, n. 60.

N. 14. Domorum, fictilium operum. Hæc ita in

nonnullis exemplaribus representantur : Domorum,

fictilium operum, ad parietes, et fundamenta, quæ

coctis laterculis ad tecta imbriculis tegulisque ap-

tantur. In alis ita distinguitur, Domorum. Fictilium

operum ad parietes et ad fundamenta, coctis later-

culis ad tecta imbriculis tegulisque aptantur.

N. 20. Gratissimus. Id est, lapis. Vel lege gratis-

simum.

CAP. XIV. N. 1. Lithostrota sunt elaborata arte pic-

turæ. Salmasius, Exercit. Plinian., p. 1215, affirmat

Isidorum confundere cameras veterum, in quibus

erant coronæ ex gypso, cum cameris recentiorum, seu

veris laquearibus, in quibus nullum gypsum. Sed non

explicat cur in veris laquearibus gypso lacus formari

non potuerint. De veterum pictura, sculptura, plastic-

æ, cælatura, etc., curiosæ dissertationes collectæ

sunt in Thesaurò Gronoviano Antiquit. Græcar. et in

Græviano Antiquit. Romanar., ut scriptores quos Fa-

brius in Bibliograph. commemorat, præteream.

C. XVII. N. 3. Sinopsis, etc. Ex Plinio, l. XXXV, c. 6.

N. 4. Pontica. Ipsa synopsis rubrica pontica dicebatur.

N. 5. Syricum. Salmasius, p. 1157 Exercitat. Pli-

nian., Isidorum perperam hariolari ait, quod Syri-

cum ita appellatum sit a Syris Phœnicibus ; ipse au-

tem censet dictum Syricum a Syro insula, ut ab ea-

dem Pherecides Syrius nuncupatur. Plinius, lib.

XXXIII, c. 7, a med., et lib XXXV, e. 6, a med., de

Syrieo colore agit. Harduinus eos reprehendit qui con-

tra Mss. apud Plinium legunt Scyricum. Notandum est

quod Isidorus ait Syrico librorum capita scribit. De

qua veteri consuetudine conferendi sunt, qui de re

diplomatica, et arte cognoscendi Codices scripserunt.

N. 6. *Sæpe fit aut sinopide*. Clarius esset *sæpe fit sinopide, et sandyce mistis*.

N. 7. *Minium*. De Minio flumine videl. xiii, c. 21, n. 32.

N. 8. *A dracone*. Fortasse quia Ægyptii draconem vocarunt *Kneh*. Alii originem Hebræam investigant. *Cinnabaris* plures sunt species: alia est fossilis, alia factitia ex sulphure et argento vivo. Vide Matthiolium ad Dioscorid. l. v, c. 59. Alia *cinnabaris* species ex arboribus in India instar gummi, inciso prius cortice, emanat. Species *cinnabaris* ex dracone et barro fabulosa a multis creditur. De origine vocis *cinnabaris* exstat erudita dissertatio Joan. Philippi Caselli, qui hunc Isidori locum mirifice illustrat.

N. 13. *Exusta rubrica*. Fortasse legendum, *Fit quoque et ochra ex usta rubrica*. Grialius contrarium vult.

N. 14. *Vestoriani*. Harduinus quoque apud Plinium *vestorianum* legendum contendit.

N. 15. *Rubeaque*. Apud Grialium et alios Editos et Mss. legitur *rubeaque*: *repositi rubiaque*; ita enim scribitur, quamvis interdum in Mss. *i* in *e* commutetur.

N. 19. *Usta*. De usta idem fere Vitruvius, l. vii, c. 21.

N. 21. *Est enim*. Sæpe Isidorus usurpat *enim* pro *autem*, quod apud alios etiam reperitur.

N. 22. *Annulare*. Grialius sic distinxerat: *Annulare, quod vocant candidum, est, quo*.

N. 23. *Chalcanthum*. In veteri Editione sine anno ita legitur: *Chalcanthum dictum, quod calcis est thymum, id est, flos, unde et apud Latinos aeris flos appellatur*. Quæ varia lectio notata etiam fuit a Vulcanio. In C. Vat. 623, de quo in Prolegomen., c. 93, n. 34, eadem explicatio pro voce *chalcanthum* adhibetur.

CAP. XVIII. N. 2. *Prava*. *Pravus* proprie est *distortus, non rectus*; hinc pro vitioso et improbo sumitur.

N. 3. *Martellus machina*. De *martello* vide c. 7, n. 2. de *machina*, c. 8, n. 2, hujus lib. In mea veteri Edit. ita hæc concinnantur: *Martellus mediocris malleus dictus per diminutionem. Machines dicti a machinis, quibus insistent propter altitudinem parietum*.

CAP. XIX. N. 2. Apud Papiam, ugitonem, Joannem de Janua, et vetera glossaria, quæ pleraque ex Isidoro sumunt, pro *sarcitector* legitur etiam *sartitector*, aut *sartatector*, quasi a *sarta tecta*, aut, ut sequiori ævo dicebatur, *sartatectum*.

N. 3. *Ellychnium*. L. xvii, c. 6, n. 25, hoc ipsum refertur, ubi edidi etiam *ellychnium* pro *lychnum*, ut habent alii, aut *lychnium*, ut hoc loco habet Grialius.

N. 4. *Materia*. Ex *materia* Hispani retinent vocabulum *madera* de ligno, ut alibi, opinor dixi.

N. 6. *Tholus... cuplæ... luctantes*. Dicebatur etiam ædificium rotundum; de quo vide Rosweydam, in Onomastico. De *cuplis* idem fere repetunt Papias et Joannes de Janua. *Luctantes* Latine vocari solent *cantherii* aut *capreoli*.

N. 7. *Scindulæ... epigri*. Qui *scandulas* scribunt, ab *scandendo* deducunt. Stewechio, ad Vegetium de Re milit., l. II, c. 23, placet scriptura *scindula*, et etymon ab Isidoro prolatum. Apud Augustinum, Palladium et Senecam Philosophum alii legunt *epiuros*, alii *epigros*, alii aliter. In Augustini verbis a Grialio citatis *epigri* a *clavis* distinguuntur, ut clavi lignei a clavis ferreis. Gatakerus, l. II Adv. Miscellan., c. 19, existimat utramque vocem *epigri*, et *epiuri*, probæ notæ esse. Bochartus, Char. l. I, c. 38, hujusce rei explicationem adhibendus. Vide etiam Glossarium Isidori cum notis.

N. 9. *Astridore*. Lucretius, lib. II, vers 410. *Serræ stridentis acerbis Horror*. Hyginus quoque, et alii sequioris ævi, utuntur verbo *exsulo* active.

N. 11. *Securis... dolabra... dextralis*. In operibus Variorum de dedicatione sub *ascia*, cum. not. Mazochii, p. 185 et seq., plura leguntur de etym. *securis*, et hoc loco Isidori, quæ huc refero. Quod Isidorus ait, *securim ex altera parte acutam esse, ex*

altera fossoriam, fortasse describit securim sui ævi vel potius excludenda sunt verba *ex altera fossoria*. Ita etiam Isidorus de suo ævo videtur loqui, cum *dolabram* et *securim* unum facit cum Hesychio glossariis. Ita autem hæc concinnari possent: *Quæ semicuris; ex una enim parte acuta est. Hæc apud, etc. Hæc et dolabra, quod habeat duo labra: una enim parte acuta est, ex altera fossoria. Na securis simplex est dextralis, (quia) dexteræ habili Dolabram vero non a labris, sed a dolo dici creditum est. Hæc fere ex loc. cit. Opportuna quidem coniectura est, quod librarii securi scripserint verba *ex altera fossoria*, quod proprium est *dolabræ*. At quo continuandum sit nam *securis simplex est dextralis* mihi non probatur. Barthius, l. I. Adv., c. 4. *Dextrales sunt securæ una manu habiles moveri, et exponuntur ab Isidoro, et hodieque manet hæc vox apud Hispanos, quorum idioma retinentissimum est Latinitatis*. Grialius in textu edidit *reservavit* cum aliis, in not. *servavit*.*

N. 12. *Ab hastulis*. Nonnulli corrigunt *ab assulis* sed bene *ab astulis*, aut *ab hastulis*. Vide l. xvii c. 6, n. 26.

N. 15. *Scobinad. q. terendo scoben f. Cantherium. Galla... Guvia...* In Editis, mendose. *Scophuna dictum, quod hærendo scophem faciat*. Locum correxit Samasius, p. 1077 Exercit. Plinian., et correctionem indicavit Mariettus, ut dixi ad Prud. l. I contra Symonem v. 439, *Lima terens*. In Cod. Vat. 623, de quo in prolegom., c. 93, post *faciat. Cantherium, Gubia*. Illico: *Incipit l. xxvii, secundum aliquos*.

CAP. XX. N. 1. *Ordisse*. Fortasse Isidorus scripsit *ordiri*, hoc est, *monstrasse ordiri, et colorare*.

CAP. XXI. N. 1. *Camisia vocatur*. Migravit idem nomen in linguas vulgares. Vide Ferrarium, de R. vest., l. III, c. 5, Ducangium, et c. seq., n. 29.

N. 3. *Pileum*. Et *pileus* dicitur. Pro *galerian* fortasse legendum *galerium*, vel *galeram*; nam *galeria* pro *galerus* antiquitus usurpabatur. Vide c. 3 hujus libri, n. 5.

CAP. XXII. N. 1. *Tegmen*. Per syncopen dicitur *tegumen*, vel *tegimen*; quæ scriptura magis critica placet; *tegumen* antiquitatem redolet. *Indumentum* ab *induitur* quidem est; sed quod Isidorus adjungit *intus*, peculiarem vocis proprietatem designat, non etymon. De re vestiaria veterum consulendi Lazarus Bayfius, Octavius Ferrarius, Albertus Rubenius, et alii qui etiam de peculiaribus vestium generibus scripserunt, ut Donius, Manutius, Theophilus Raynaudus, etc.

N. 2. *Vestimentum*. Quod de *indumento* modo dixi de *vestimento* pariter intelligendum est; nam *vestimentum* est a *vestitus*, non a *vestigium*.

N. 7. *Pectoralis*. Ammianus, l. xiv, c. 9, al., 30 *Tunicula pectoralis*.

N. 8. *Manuleata*. Grialius in textu edidit *manicleata*, sed in not. præfert *manuleata*, uti etiam emendat Brissonius, l. I de regno Persarum, n. 64. Apud alios quoque veteres nonnulla varietas in hac voce occurrit, sed communior scriptura est *manuleata*, *manulea*. Confer Ducangium.

N. 9. *Clavis*. *Clavos*, quos vocat Isidorus, Alcuinus appellat *virgulas*, Amalarius *lineas*, Joannes Diaconus *zonas*, Rabanus *tramites*, ut observat Montfauconius, t. III Antiq., part. 1, l. I, c. 6, ubi agit de *lato clavo*, et, ex inss. glossis, in quibus auctor laudatur Placidus (fortasse Placidus Lutatius), producit, *Clavus, purpurata vestis*. Quod Isidorus ait dalmaticam esse tunicam sacerdotalem, innuit eam fuisse vestem propriam maxime episcoporum. Glossa Arabico-latina: *Dalmata vestis sacerdotalis candida cum clavis purpureis*. Plura de dalmatica congerit Ducangius in glossario.

N. 15. *Bombycinum dicitur*. Vid. not. ad lib. x c. 5. n. 8.

togæ usum. Statuas togatas plurimas etiamnum Romæ et alibi videre licet. *Toga* non valde dissimilis erat *stolæ*, ut hæc ab Isidoro, cap. seq., describitur. *Instita*, seu fascia satis longa *togæ subsuta stolam* videtur effecisse, aut ita produxisse, ut ad talos demitteretur. Antiquissimis temporibus *toga* communis erat utrique sexui. Postea vestis virorum propria facta est, sed ita ut meretrices ea uti cogerentur.

N. 6. *Toga candida*. Isidorus innuit colorem togæ album fuisse, qui, addita creta, candidior fiebat. Hoc ipsum confirmat Manutius Pauli filius, de Quæsitis per ep., l. III. c. 1.

N. 8. *Trabea*. Gutberlethus, de Saliis, c. 10, ex Isidoro et Servio, refellit Lipsium, qui, ad l. III Annal. Taciti, docet *trabeam* fuisse propriam vestem equitum, non regum, ducum et augurum. Servius, ad VII Æn., v. 612, ex Suetonio, tria *trabeæ* genera fuisse tradit: *Unum diis sacratum, quod est tantum de purpura. Aliud regum, quod est purpureum, habet tamen albi aliquid. Tertium augurale, de purpura et cocco.*

N. 9. *Sallustius: Togam*. Sallustii verba alibi non exstant: innuunt per metonymiam imperatorem pacem bello mutasse.

N. 13. *Sagum*. Bochartus, l. I C., c. 42, observat *sagum* esse a *saceo*, non contra *saccum* a *sago*; adeoque negare videtur *sagum* verbum Gallicum esse.

N. 15. *Mantum*. Vox *manto* adhuc apud Hispanos viget, sed pro fusiori veste accipitur. In Glossariis scribitur etiam *mandum* pro *mantum*. De *manto*, ejusque etymologia, fuse agit Ducangius, et qui ejus Glossarium auxerunt.

N. 17. *Casula*. Non solum pro veste cucullata subebatur, sed etiam pro ipsa *cuculla*. Theodemarus abbas: *Cucullam nos esse dicimus quam alio nomine CASULAM vocamus*. Accipitur etiam pro *planeta*, seu veste sacerdotali. Rabanus, l. de Ordine Antiphonarii, c. 21, et ex eo Uguio et Joannes de Janua: *Casula dicitur vulgo planeta presbyteri, quia instar parvæ casæ totum tegit, et signat charitatem*. Plura alia Ducangius laudatus. Bonarrotius, in Vitra, p. 170, *planetam* ex penula derivatam ostendit, neque ejus ut vestis sacræ, mentionem ante concilium IV Tolentanum anno 634, reperiri astruit; in quo tamen concilio alii *patenum*, non *planetam*, legunt. Nonnulli usum planetæ a diaconis adhibitæ jam tempore sancti Gregorii Magni invaluisse colligunt ex Joanne diacono, qui, l. IV, c. 83, Vitæ sancti Gregorii, imaginem Gordiani diaconi jussu ejusdem sancti Gregorii effictam describit, cujus habitus castanei coloris planeta erat sub dalmatica. Vide Bottarium, tom. I Romæ subterr., p. 206. Isidorus fortasse scripsit *Græci planetas dictas*.

N. 18. Fortasse legendum *illi enim birrum PIRRUM dixerunt*. Glossæ veteres: Βιρρόν, ξανθόν, καὶ πορρόν. Glossæ Isidori: *Birrus, rufus*. *Birrus* pro quavis veste sumebatur, sed aliquando pro sumptuosa, ut in regula sancti Isidori, c. 13: *Linteo non oportet monachum indui, orarium, birros, planetas non est fas uti*. Nonnulli etiam *birrum* proprium fuisse episcoporum indumentum censent, quod *rochetum* vulgo vocant. De *birro* Rosweydeus in Onomastico copiose agit, præter alios quos Ducangius excitat.

N. 19. *Pelliculis melonum*. Certum videtur ab Isidoro scriptum de *pelliculis melonum*. Nam præter Papiam et Ugutionem, qui Isidorum fere exscribunt, in eadem sunt sententia Joannes Hierosolymitanus, c. 38, de Instit. monachor., et Theodemarus abbas in Epist. ad Carolum Magnum. *Quod tegumentum ideo sic appellatum est, quia solebant antiquitus de illius animantis pelle fieri, quod MELOS propter rotunditatem sui corporis appellatur*. Hoc tamen etymon parum viris criticis placet.

CAP. XXV. N. 1. *Regillum est prælatum*. In Codice Vaticano 623, de quo in Isidorianis, c. 93, n. 34, legitur cum Grialio: *Regillum est prælan-*

tum; alii *prælatum*. In *pepli* explicatione Isidorus consentit Græcis. Vide Joan. Nicolaum, c. 12, Triumpho Romanorum.

N. 3. *Stola*. Exemplar *stolæ* matronalis, ut loco ab Isidoro describitur, cernere licet in num. veteri Pietatis sic velatæ apud Matthæum Broveri de Niedec, in opere de Adorationibus, c. 13. *F*rarius tamen, l. III de Re vestitaria, c. 17, decepto hoc loco Isidorum contendit; nam *stola* est *partem retrorsum jaciebant*, a REJICIENDO RECINIDICTUM. Pro *mavors* multi exhibent *mafors*, aut *maphors*. Confer Rosweydeum in Onomastico, ut Ducangium præteream. Bottarius, t. II Rom. subterr., 165, suspicatur *tegmen capitis*, quo quædam multab. 165 operitur, esse *mavortem*.

lb. Nonnulli scribunt *recinium*. Varro, l. IV Ling. Lat., c. 30: *Antiquissimi amictus ricini id, quod eo utebantur duplici ab eo quod dimidiatum, quod co utebantur jaciebant*, a REJICIENDO RECINIDICTUM. Pro *mavors* multi exhibent *mafors*, aut *maphors*. Confer Rosweydeum in Onomastico, ut Ducangium præteream. Bottarius, t. II Rom. subterr., 165, suspicatur *tegmen capitis*, quo quædam multab. 165 operitur, esse *mavortem*.

N. 5. *Hoc apud vet.*, etc. Ad hæc Isidori verba Brissonius, Select. Ant. l. I, c. 4, ita censet: *Quod ut ego aliis descetus testimoniis pro certo affirmare non ausim, ita exploratum habeo, adulterii damnatus vestem mutasse, depositaque stola, toga sumpsisse*. Nescio an Isidori sententiam confirmet quod ait Cicero, l. II de Div., c. 69: *Amicæ amictu amiculo*. De Thamar legimus, c. XXXVIII Genes. quod *depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum, et, mutato habitu, sedit in bivio itineris*, et

N. 6. *Theristrum*. Exponitur a Polluce l. VII, c. 1. Tertullianus, de Pallio, c. 4: *Qualis ille Hercul in theristro Omphales*. In glossis mss., quas inter appendices editurus sum, ad c. XXXVIII Genes. *theristrum* dicitur *ligatura capitis*, vel *sindone*. Alia affert Ducangius in Glossario. In primo Tolitano Codice exprimuntur verba Isaia: *De quo dicitur Isaia: Sindones, et vittas, et theristra*.

N. 7. *Anaboladium*. De *anaboladio*, sive *anaboladio*, sive *anabolario*, idem Ducangius. In veteribus inscriptionibus *anabolium* aliquando occurrit pro *pallio*.

CAP. XXVI. N. 1. *Stragulum*. Censent nonnulli critici *stragulum*, *vestem stragulam*, sive, ut ait Yugata, *stragulatam* non pro amictu apud veteres scriptores, sed tantum pro lecti operimento sumi. Contrarius est Isidorus, et quædam veterum loca satè clare illi favent.

N. 2. *Lodices*. In Editis *ludices*, ut respondeat etymon a *ludis*. Et apud veteres quidem *o* et *v* facile inter se commutabantur. Sed cum vera scriptura sit *lodices*, hæc retinenda est, quamvis etymon genuinum esse credamus a *ludis*. Vox *galnabis*, seu *galnapes*, vario modo legitur apud scriptores mediæ ævi et in glossariis *galnabis*, *galbanis*, *galnape*, *ganape* etc. Originem nonnulli repetunt a *galbano*, alii probabilius a *gausape*, vel *gaunape*, quod est *stragulum*.

N. 3. *Fulcra*. Proprie sunt fuleimenta, et dici solent de fulcimentis lectorum, quæ fortasse ornamenta ab Isidoro appellantur, quia plerumque ornata erant. Nisi mavis alia ornamenta lectorum, quibus etiam fulcimur, ab Isidoro *fulcra* vocari, uti etiam *reclinatoria capitis*. Papias: *Reclinatorium fulcrum capitis*. Servius *fulcra* dicit *spondas lectorum*. *Spondas* proprie est exterior lecti tabula, cui annectuntur *restes*, quibus culcita substinetur; sed accipitur etiam pro alterutro lecti latere, ac præcipue pro exteriori, quo ascenditur. Vide Vossium in Etymol.

N. 4. *Pulvillus*. Est diminutivum *Pulvini*. Inter *pulvinum* autem et *pulvinar* hoc discrimen assignari solet, quod *pulvinus* privatorum est, *pulvinar* deorum, aut imperatorum, qui pro diis haberi volebant. Itaque suspicabar legendum a *pulvinari*, qui est *divorum lectus*. Sed l. XX, c. 11, n. 3, reperitur

linar lectus divitum est. Melius scribitur *culcita* am *culcitra*, ut in Grialii textu erat.

N. 5. *Psila tapeta*. Pro *sipila* et *sipilæ*, ut in Editis situr, reposui *psila* et *psilæ*; non enim notatio nominis nos cogit ut Isidorum *sipila* scripsisse credamus.

N. 6. *Mantelia*. *Manteliis* olim manus in mensaangebantur, ut ex Varrone colligitur: deinde adhibita fuit *mappa* ad tergendas in mensa manus, et sic *mantelia* pro operiendis mensis tantum adhibebantur. Manet apud Hispanos vocabulum *manteles*. Ialium in textu edidit *quasi manupæ*, in not. quasi *muppæ*. Exemplaria vetera variant. Pro *mappella* alii habent *mappella*, alii habent *mappulla*. Malim *mappella*; quo verbo usus est sanctus Hieronymus. *Toralia* circa torum apponebantur ornatus gratia, sed *toralia* dicebantur stragula toro superposita. *Toralia* etiam erant pretiosiores mappæ; nam *tori* proie vocabantur lecti pretiose strati principum hominum, sicut *pulvinaria* lecti diis strati. Vide Heumanum ad Cicer., pro Milon., c. 17.

N. 7. *Sabanum Græcum* est. Hispanum vetus vocabulum nonnulli credunt; eo certe nunc Hispani untur ad lintea lecti significanda. *Sabanum* pro linco usurpant multi, Palladius, Vegetius, Marcellus Empiricus, Gregorius Magnus, et alii videndi ud Ducangium. Inter poemata sancti Eugenii Tolani, l. II, carm. 41, titulus est: *Ad sabana*.

Omnibus effectis, quæ poscit cura lavacri,
Præterde membris lintea clara tuis.

N. 8. *In aula*, etc. Id etiam indicat Varro apud Onium, cap. 14. n. 4. Alii vocem *aulæ*, ἀυλα, antiquiorem Attalo rege esse astruunt.

CAP. XXVII. N. 1. *Lana u lanando*. In Editis erat *lanando*, quod nihil est. Festus: *Dilaniare est dividere, et quasi lanam trahere, unde lacinia; et lanus dicitur, qui pecus discindit*.

N. 2. *Stupa*. Grialius *stuppa* et *stippa*, et *stippa* cum duplici *pp* scribit; et in *stuppa* quidem ultis hæc scriptura placet, dissentientibus aliis; sed *stippo* semper cum *p* simplici effertur.

N. 4. *Aranea vocata*. Apud Grialium erat *vocati* nonnullis exemplaribus.

N. 5. *Et quasi crassedo*. Papias, ex Isidoro: *Platum est stupa, quasi grossitudo serici*. Serici usum scribit ad Persas, inde ad Græcos et Romanos pernisse, et Justiniani tempore ovis bombycum Constantinopolim delatis, per Europam vulgatum fuisse, ultis tradunt. Vide Vossii Etymologicum, verb. *Secum*, et Joan. Francisci Giorgetti commentationem de origine serici post ejus poema de Bombyce, Italice.

CAP. XXVIII. N. 1. *Est enim vermiculus*. Cocum vermiculum esse vetus fuit scriptorum opinio: nonnulli rem in dubium revocarunt; recentiores, experientis adhibitis, vermiculos in cocco repperunt.

N. 4. *Ostrum*. Succum conchylii ostrum proprie dici, neque unius coloris esse, sed pro variis cæli coloribus atrum, lividum, violaceum, rubrum, tradit Vivianus, l. VII, Architect., c. 13. De ostri colore purpureo videndus Pollux, l. I Onom., c. 4, et Seneca, l. I, nat. Quæst., c. 3.

N. 6. *Ferrugo*. An Virgilius de ferrugine Hispana, an de Pontica intelligendus sit, non plane liquet. Servius vel varius fuit, vel solum de ferrugine pontica Virgilium accepit. Alii *Iberam* ferruginem interpretantur Hispanam, aut Baticam. Et Virgilius quidem, et alii plerique veteres poetæ, cum de Iberis loquuntur, Hispanos sane intelligunt.

N. 8. *Menium*. De *melino*, c. 17 hujus libri, n. 21.

N. 9. *Quia ex usta*. Legendum videtur *quæ ex usta* st. De *usta*, c. 17 hujus libri, n. 19.

CAP. XXIX. Num. 1. *Insubuli*. Grialius in textu edidit *insubuli* cum aliis Excusis; quod igitur in nota indicat *insula*, mendum crediderim. Apud Lucretium nonnulli legunt *ensilia*. Apud Joannem de Juana et

in nonnullis glossariis occurrit *insubulus, insubulare, insubulum*. Guibertus, l. I de Pignorib. sanct., c. 3, § 1, vocem *insubulus* adhibuit.

N. 2. *Alibrum*. In quibusdam lexicis legitur *alabrum* pro *alibrum*; sed cum ex Isidoro notitia hujus vocabuli ad auctores glossariorum devenierit, ut primum est credere, retinendum est *alibrum*.

N. 5. *Ex pilis*. Probat hoc etymon Becmanus, p. 562, ac rejicit alia aliorum.

N. 6. *Mataxa*. Scribitur et *mataxa*, et *metaxa*. Papias *globellum* instrumentum esse credit.

N. 5. *Panulicæ*. Apud Varronem, l. IV de Ling. Lat., c. 23, vario modo legitur *panuelium, panucellium, pannucium, pannelium*, etc. Apud Isidorum legi posset *panuelia*, vel *panuela*. *Panucellium* dicitur esse glomus lanæ carptæ, et ad nendum paratæ, vel fusus filis involutus, vel radius, quo stantes procurantur telas.

CAP. XXX. N. 3. *Tiara*. Tiaræ formam curiose describit Brissonius, de Regno Persarum, l. III, p. 24.

N. 4. *Tortilis*, hoc est, *torta*. Prudentius, l. II contra Symmachum, v. 1085:

Interea dum torta vagos ligat infula crines.

Vide commentarium ad eum locum, ubi de infula et vittis disserui. Argumentum de coronis innumeri scriptores explicuerunt, laudati a Fabricio, c. 14 Bibliographiæ. In nummis et marmoribus antiquis cernere licet hostias infulatas cum vittis pendulis. Vide c. seq., n. 6.

N. 5. *Ab apiendo*. Fortasse *ab apendo*; nam *apere* pro *aptus esse* veteres dicebant. De *galero* vide c. 21, n. 3.

N. 6. *Cidaris*. Tiara potius erat quam mitra. Apud Raynaudum, de Pileo, p. 191, Cyrus cum diademate circa tiaram, seu cidarim, conspicuus cernitur.

CAP. XXXI. N. 1. *Diadema*. In quibusdam antiquis Editionibus hoc c. 31 continuatur cum præcedenti 30, et ex duobus unum fit. Diademate usas etiam fuisse reginas, ex nummo Cleopatrarum colligit Rupertus, in Oratore historico, p. 793. In pontifice idem erat *infula* quod in rege *diadema*.

N. 2. *Nimbus*. Observanda est consuetudo, jam Isidori tempore vigens, depingendi angelos nimbo ornatos. De nimbo sanctorum agit Antonius Franciscus Gorius in commentario de Jesu Christi mitrato capite, præter Bened. XIV, et heterodoxos Joannem Belum et Joann. Beiskium. Bonarrotius in Vita veterum Christianorum, p. 66, putat nimbi usum in angelorum imaginibus cœpisse sæculo sexto, in aliorum sanctorum picturis sæculo septimo. Sed vetustior est sæculo sexto tabula 44, quam Bottarius illustrat tom. I Rom. subterr. p. 199, in qua Christo, sancto Joanni Baptistæ et angelo nimbus apponitur. Modo apud Plautum legitur: *Quam magis aspecto*.

N. 3. *Id. et cappa*. Salmasius, in Flavium Vopiseum, p. 224, v. 28, ad hæc verba sic annotat: *Hinc CAPPAS dicimus palliola quibus mulieres caput tegunt, et CAPPELLAS et CAPPULAS nostros pileos*. Itali certe galerum vocant *cappello*, et cucullum Fratrum *cappuccio*.

N. 4. *Mitra, infula et vitta* non raro confunduntur discrepant tamen. Vide Theoph. Raynaudum, de Pileo. Mitra proprie est pileum: infula fascia; vittæ ex infula dependebant. Alii nihilominus contra Isidorum et Servium putant infulas dependisse a vittis. non vittas ab infulis. Vide Gesnerum, in Thes., verb. *Infula*. Dubitari potest quo pacto devotæ, seu feminae Deo sacræ pro capitis ornamento mitram sumperint, cum mitra ornamentum meretricum esse consueverit: quod et Servius testatur ad l. IV Æn., v. 216. MITRA, hoc est, incurvo pileo, de quo pendebat etiam baccarum tegimen. Sane quibus effeminatio crimini dabatur, etiam MITRA cis ascribebatur; multa enim lectio MITRAS proprie meretricum esse docet. Errasse Servium nonnulli putant. Vide Nico-

Jaum Mercorum ad Dies geniales Alexandri ab Alexandro, l. v, et Turnebum, l. iv Adv., c. 14, et l. xxix, c. 25. Crediderim devotas sibi *mitram* acemmodasse, quia *mitra* propria etiam erat vetularum, ut observat Sealiger in Copam Virgillii. Ovidius, Fastor. l. iv, v. 517 :

... Simularat anum, mitraque capillos
Presserat.

Color modestus, ut arbitror, mitras devotarum a mitris meretricum distinguebat; nam mitræ meretricum versicolores et pictæ erant. Juvenalis, sat. 3, v. 66 :

Ite, quibus grata est picta lupa barbara mitra.

Plinius, l. xxxv, c. 9. *Polygnotus primus mulieres lucida veste pinxit, capita earum mitris versicoloribus operuit.*

N. 5. *Ricula*. Diminutivum est a *rica*, quod erat tegumentum capitis flaminicarum, dum sacris operabantur. Quod *rigula* in nonnullis exemplaribus Editis et Mss. reperitur, librariorum vitium est, qui sæpe *g* pro *c* adhibebant.

N. 6. *Vittæ*. De *vittis*, c. præc., n. 4.

N. 8. *Discriminialia... cinciani*. Alia erat acus comptoria, alia aurea discriminalis, de qua hoc loco Isidorus. Pro *ab auribus* fortasse Isidorus scripsit *ab anti*, nisi respexit ad Græcum ἄντα, *aures*. De *disecri-nieulo*, sive acu crinali agunt Joannes Voveranus in not. ad Petronium, Salmasius ad Solinum, Bonannus, Montfauconus, et alii. Grialius in textu scripserat *cinciani*.

N. 9. *Acus*. Has quoque acus inter discriminalia recenset Isidorus, l. xi, c. 1, n. 31. Instrumenta mundi muliebris, e veteribus monumentis delineata, exhibet Pignorius, de Servis, p. 200, aureas acus crinales, nonnulla gemmatas, viriolam e minutis smaragdibus, in auream, stalagmium, etc. Confer etiam Guasci opus *Delle ornatrici*.

N. 10. *Quibus pretiosa*. Hieronymus, epist. 10 : *Pretiosa ex illis (auribus) novarum segtum grana dependeant*. Plura de hoc ritu Salmasius, Exercit. Plinianar. p. 402. Plinius, l. xii, sub initium, *aurium vulnera* pro inauribus commemorat. Gaspar Bartholinus singularem librum de veterum inauribus edidit, cui mantissam adiecit Thomas Bartholinus.

N. 11. *Feminis vero monilia*. Quintilianus, l. xi, c. 1 : *Monilibus, et margaritis, ac veste longa, quæ sunt ornamenta feminarum, deformantur viri.*

N. 12. *Monile*. A *moneo* dici alii volunt, quasi *monumentum* et pignus. De monili in modum serpentis intelligitur inscriptio apud Gruterum, p. 70, num. 8, et Donium, cl. 1. n. 41 : *Deo Esculapio... torquem aurum ex dracunculis duobus*. Adisis Joannem Sehefferum, de antiquor. Torq., § 4, p. 51 seq., et Bottarium, t. I Romæ subt., tab. 17 et 19.

N. 14. *Muræna vulgo vocatur*. Hieronymus, loco a Grialio citato, utitur diminutivo *murænula*: *Aurum colli sui, quod quidem MURÆNULAM vulgus vocat*, etc. Ae fortasse Isidorus quoque scripsit *murænula*.

N. 16. *Dextras communes... viriolæ*. Grialius in textu cum aliis edidit *Dextras communes esse*, etc. In not. aliud indicat. Casaubonus in Capitolinum, p. 140, v. 20, Vulcanii scripturam adoptat: *Dextras communes esse... dextræ sunt, ampla, et ante manicam portantur, et possunt ibi juagi clavo uno*. Et exponit de *dextrocheriis*, quæ ante manicam, hoc est, manus cum brachio commissuram, portarentur, et clavo uno jungerentur. Salmasius, ad eundem Julii Capitolini locum, censet Isidorum corrigendum in hunc modum : *Dextrale est commune virorum et mulierum, quia utriusque sexus dextræ sunt*. Irridit rationem Isidori, et addit ea quæ apud Vulcanium sequuntur, *ampla*, etc., non esse Isidori, sed inepti et insulsi, ut ait, cujusdam monachi; nam veteres omnes libri illa verba non agnoscunt, quamvis plures consulue-

rit, cum quibus libros Etymologiarum contulit. rum Isidorus fortasse scripsit *Dextrales communes esse*, etc., subintellecto *constat*, quod addidi; aut et *Dextras communes esse*, etc. Etsi enim in Gloss. Isidori legitur *dextralia, brachialia*, tamen Græce reponendum censet *Dextræ*; ut hoc loco in Vulg. Pro *viriolæ* nonnulli legunt *virilæ*; sed probum *viriolæ*. Tertullianus, cap. 4 de Pallio, utitur voce *ria*, vel, ut alii legunt, *viriola*, quo diminutivo ut etiam Plinius.

N. 17. *Lunulæ*. Tertullianus, de Cultu feminarum cap. 10 : *Nullas lunulas reprobet*. Apud Plautum *lunulam*, alii *lunellam* legunt.

N. 19. *Periseelides*. Horatius, l. i, epist. 17, v. 5

Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam,
Sæpe periseclidem raptam sibi flentis.

CAP. XXXII. N. 1. *Anaali*. Olim *anus* pro *annus* scribatur; hinc varia est scriptura, *anulus*, et *anulus*; neutra rejicienda.

N. 2. *Quod eo vena quædam*, etc. Vide Macrobius l. vii Saturnal., c. 13, et Gellium, l. x, c. 10. De anulari digito et levibus circa eum persuasionibus scripserunt Joannes d'Espagne, et Christianus Falsteri quos cum multis aliis, qui de annulis aut opuscula ederunt, aut aliqua annotarunt, Fabricius recenset Bibl. cap. 17, n. 8.

N. 3. *Annulo aureo lib*. Verba Isidori in discrimine fallere putat Lipsius, l. ii Elect., c. 8 : *Liberi enim, ait, auream annulum tribuunt, libertatis augeatque; falso: inter liberos equiti et seuatui scilicet aurei annuli. Equites etiam cum militabant, post secundum bellum Punicum ferreo annulo utebantur præter tribunos*. Dietericus, in not. ad Brissonium leg. Jul. de Adulterio, p. 198, fatetur plerosque Isidori fidem in dubium revocare: se tamen nihil definit ait, cum jura pro diversis temporibus variare potuerint. Certe Justinianus jus aurei annuli omnibus libertis dedit, cum antea omnibus ingenuis jus ejusdem aurei annuli jam esset. De jure aureorum annulorum prodiit dissertatio Petri Burmanni, anno 1734 recusa 1740. Quod autem Isidorus distinguit inter *annulos gemmatos et solidos*, id idcirco astruit, quia annuli solidi erant ex solida materia sine gemma qua ornati erant unguibus sive annuli gemmati. Proprie autem annuli solidi ita dicebantur, ut discernentur a perviis, et cassis quæ concavi erant intus, ut aliquid continere possent.

N. 4. *Leve*. Grialius scribit *læve est, atque immembris membrum*. Non omitam verba ipsa Tertulliani, Apologet. c. 6 : *Cum aurum nulla (femina) norat præter uno digito, quem sponsus oppignorasset pronube annulo... At nunc in feminis præ auro nullum leve est membrum, præ vino nullum liberum est osculum*, etc.

N. 5. *Ungulus*. Aut *ungulum*. Pro annulo Orcorum lingua creditur dictum. Verba Plinii de annulis Samothraciis Lipsius emendare conatus est. Sed refellit a Salmasio, qui ad Ælium Spartianum, p. 5, v. 35, relatis Isidori verbis, ait : *Nemo melius poterat aut brevius locum Plinii exponere*. Verba Plinii, l. xxxiii, c. 1, a med. : *Nec nou et servitia jam ferrum auro cingunt; alia per sese micro auro decorant; cujus licentiæ origo nomine ipso in Samothrace id institutum declarat*. Hi annuli a Lucretio dicuntur l. vi, v. 1042. *Samothracia ferrea*.

N. 6. *Thynniam vocabant*. Dicendum potius *Thynniam* fuisse partem Bithyniæ. De versibus fere omnia mss. exemplaria inter se variant, et diversæ exstant criticorum conjecturæ. Ludovicus Dorleans, in novis cogitat. ad Annal. Taciti, p. 534, pro certo ponit hos esse Mæcenatis versus in morte Horatii. Jocus certe Augusti fuit, quod Mæcenas in lapidibus pretiosis versu luderet. Legendum putat:

Lugens te, mea vita, nec smaragdus
Berillosque, mi Flacce, nec nitento

Spiro, candida margarita quæro,
Nec quos...

duo ultimi versus facile ad veram lectionem revo-
tuntur, quamvis Grialius ultimum corrupte ediderit :

Annulos, neque jaspios lapillos.

versus primos ita Grialius in textu expressit :

Lugente mea vita, nec smaragdos
Berillosque mihi, Flacce, nec nitentes,
Percandida margarita quæros.

Guillelmus, l. i Veris., e. 5. in eam quoque
potentiam propendet versus esse Mæcenatis in Horatium,
quos ita emaculatos exhibet :

Lugens te, mea vita, nec smaragdos,
Berillos neque, Flacce, nec nitentes
Semper candida quæro margaritas.

applicat tangi morem Romanorum ponendi in luctu
annulos venustissimos: et advertit *candida* esse pro
vide, ut *crebra* pro *crebro*. Si astruamus versus
se Mæcenatis, titulus esse deberet, *Mæcenas ad
accum*, vel *in obitu Flacci*. Andreas Schottus, lib.
Observ. hum., c. 6, Mæcenati quoque hos versicu-
los tribuit, et quatuor varias eorum lectiones exhi-
bet: prima est Andreae Alciati, ut ætate, sic et indust-
riæ laude prioris :

Lucentes, mea vita, nec smaragdos,
Berillos mihi, Flacce, nec nitentes,
Nec præcandida margarita quæro.

Altera parum discrepans est Antonii Covarruvias,
qui in initio legit *Lugenti*, et in altero versiculo *mihi
dicite*, omisso *Flacce*. Tertia Turnebi :

Lugent te, mea vita, te smaragdos,
Berillus quoque, Flacce, nec nitentes
Nunc per candida margarita quæro.

Postrema est Duzae :

Lugens te, mea vita, nec smaragdos,
Berillos mihi, Flacce, nec nitentes
Inter candida margarita quæro.

Berillos enim inter candida margarita nitentes Plinius
quoque prædicat. Omissa quæstione de auctore ver-
sum, et an in obitu Flacci fuerint compositi, eos ita
vidi, ut, collatis inter se mss. exemplaribus, resti-
tuendos esse censui. Vide etiam Scaligerum, l. i Ca-
llect., et Salmasium, ad Aurelium Vopiscum.

CAP. XXXIII. N. 1. *Cinctus... campestre*. Grialius
vidit in textu *a cinctu*, et *unde et campestre*, per
errorem, ut arbitror. In nonnullis Editis est *campe-
stris*. Verum nomen est *campestre*, et in plurali *campe-
stria*, ut c. 22, n. 5. Arntzenius, in Miscellan., e.
7, ubi multa Aratoris loca illustrat, ad vers. 630,
ii. pro *et utrisque minima* censet, reponendum *et
triusque* ex Editione Parisiensi anni 1509. Melius
fortasse esset *et utrisque minor*; sed in Isidoro to-
terari potest *et utrisque minima*. Advertit vero Arnt-
zenius, ex Taubman, ad Plautum, Aulul. III, 6, 92,
semicinctia esse vestem, quæ partem hominis ante-
rioris a cingulo et lumbis ad pedes usque præcingit.

N. 2. *Balticus*. Utroque modo dicitur *baltens*, et
alteum.

N. 3. *Lactantes*. Catulli versus illustrat Vulpius
in not. ad carm. 63, ubi præfert lectionem *luctantes*
vulgatæ *lactentes*, aut *lactantes*. Prudentii versus
ita edidi cum Isidoro contra Heinsium, qui legerat :

Nomen hoc gemmæ strophio illigatæ est.

Confer commentarium meum ad eum locum.

N. 4. *Limus est cinctus*. Sperlingius nescio quid
de Deo *luno* commentus fuerat ex depravata lectio-
ne, *lunus est cinctus*. Eum refellit Gisb. Cuperus,
epist. 94, ad eundem Sperlingium, advertens multos
tam olim correxisse *limus est cinctus*. Confer l. xv,
c. 14, n. 2.

A N. 5. *Succinctorium*. Papias *succinctoria* interpre-
tatur, quibus tantum genitalia teguntur. Alii eadem
esse *succinctoria* ac *perizonata*, seu *campestria*,
existimant. Mazochius, t. III Spicil., dissertationem
edidit de *semicinctio*, et observat, in not. 3, p. 298,
succinctorium simile fuisse puerorum braccis quæ in
summo humero loris vineiuntur. Reprehendit vero
Isidorum, quod cum dicat *brachile*, seu *brachiale*,
nunc non brachiorum, sed renum esse cingulum,
etymologiam deducat a *brachiis*, cum deducere de-
buisse a *braccis*. Ita etiam colligit *succinctorium*
vocatam, quia renes *succingebat*, non quod sub bra-
chiis ductum, alarum sinum ambiret, atque hinc inde
succingeret. At vero si olim *redimiculum*, sive *suc-
cinctorium*, sive *brachile* alarum sinus ambiabat, at-
que *succingebat*, ut Isidorus narrat, minime improbari
debet Isidori etymon, quamvis, procedente tempore,
succinctorium tantum fuerit renum cingulum. Sane
Cassianus, l. i de Institut. monachor., c. 6, eodem
modo *redimiculum*, *succinctorium*, vel proprie, ut
ipse ait, *rebrachiatorium* exponit, ut a *brachiis* et
alarum sinibus hinc inde succinctis vocabula *rebra-
chiatorii* et *succinctorii* derivet. Ita etiam in Vita
sancti Eligii, cap. 34 : *Ulnis exertis et rebrachiatis*.
Et in Actis sancti Ottonis, p. 599, tom. I Junii : *Re-
brachiatis manicis, succinctaque veste falcei dex-
tra corripuit*. Quidnam autem sit *bracile*, sive *bra-
chile*, in regula sancti Benedicti, c. 55, non con-
sentiant Benedictini. Zonam esse nonnulli putant ;
alii cingulum renum. Videndus his de vocibus Du-
cangius, apud quem, voce *bracile*, pro *divisum* in
verbis Isidori indicatur *demissum*, tanquam correctio ;
sed Cassianus quoque eodem modo *divisa* dixit. For-
mam *redimiculi* de quo Isidorus cernere licet apud
Bonarrotium in puero nudo appicto in vitro, tab. 28.
Confer etiam imaginem boni Pastoris apud Bottarium,
tom. II Romæ subterr., tab. 401.

C N. 7. *Vitta* apud veteres erat ligamentum capitis.
In hac significatione, quod *ca pectus vinciatur*, ver-
bum sequioris ætatis esse videtur, unde, opinor, Ita-
lica vox *vita* defluxit, cum scilicet pro statura corporis
accipitur.

CAP. XXXIV. N. 1. *A calo*, etc. Vide not. ad c. 1
hujus libri, n. 15, et infra, n. 6, hujus capituli.

N. 3. *Repertas nisi sunt*. Utor cum accusativo apud
Isidorum et alios non semel occurrit. De crepidis
exstat dissertatio Otthonis Sperlingii.

N. 4. *Calceis reges utebantur*. Vulcanius ita hæc
conjungit et *Cæsares forma eorum*. Grialius et *Cæsares
forma eorum*. Quæ duo verba, tanquam titulus
aliquis, a cæteris distinguuntur. Fortasse post *eorum*
aliquid deest. De forma calceorum Romanorum Be-
nedictus Balduinus Ambianus in opere de Calceo
antiquo, c. 8, hæc peculiariter notat : *Ut igitur hæc
quoque in parte antiqui calcei forma fiat notior,
memini, me jamdudum, cum junior in patris su-
trina conficiendis calceis operam darem (et hinc
mihi nata de calceis scribendi occasio), vidisse
singularem e decocto corio calceum, qui certe non
calceando pedi, sed capiando propinandoque vino
scyphi ad instar serviebat. Illius forma talis erat,
ut in arcuatum acumen desineret, similis lingue
exertæ, versusque nares reflexæ. Ejusmodi fuisse
veterum Romanorum calceum avsim asserere.*

N. 8. *Obstrigilli*. In Plinii verbis a Grialio citatis
nonnulli legunt *obstrigillis*, repugnante Harduino.

N. 10. *Mullei*. Salmasius in Flavium Vopiscum,
p. 246, v. 33, hæc Isidori de *mulleis* explicationem
videtur approbare, et addit omnia eum Tuscis cal-
ceamentis convenire, de quibus Servius. At in not.
ad dedicat. statuæ Regillæ Herodis tradit *lunulas*
calceorum fuisse eboreas, vel osseas, vel æneas ;
Isidorum imposuisse vocem *σφύριον*, quæ *malleolum*
significat, adeoque *ἐπισφύριον* (*lunulas*) vertisse *mal-
leolos*. Concludit, calceos *mullcos*, hoc est rubros,
solum colore diversos fuisse a senatoriis, qui nigri

erant. Mulleis patricii utebantur, qui curulem magistratum cepissent. Multa alia addit Cerda ad c. 4 Tertulliani de Pallio: *Impuro cruri purum, aut mulleolum inducit calceum.*

N. 14. *Solo. Solum* pro *solea* quoque accipi, ex Plauto et Lucretio probat Vulpus, in not. ad Catullum. Martialis, l. IX, epigr. 75:

Et mordere luto putre, vetusque solum.

Adde Prudentium in Apotheosi, vers. 666, cum meo commentario. *Ex materia*: hoc est, ex ligno.

N. 12. *Diminutivum socelli.* Forte, *diminutivum socculi.* De caligis videndus Negronius, qui eruditum opus de hoc argumento scripsit.

N. 13. *Sine solo.* Gatakerus, Miscel., l. II, c. 49, censet frustra esse Festum, qui *cernium* calecamentum genus, et Isidorum, qui *socum sine solo* esse ex Lucilii versu existimarunt. Ita etiam iudicat Vossius in Etym. De folleatis varie sunt sententiæ. Grialius in textu ediderat *foliatos*; in not. indicat *folleatos*. Hofmannus, in Lexico, ad verbum *Follati calcei* laxiores interpretatur calceos, qui cum pes premitur, et terræ insistit, inflantur, et tumescunt; cum levatur, detumescunt, quod proprie *foliare*, et *follicare* dicebatur. Salmasius in Trebellium Polliorem, p. 182, v. 17, observat veteres dixisse etiam *caligem* pro *caligam*, quod verbis Isidori confirmat, *sola caligis*, hoc est, *caligæ*. In glossario Isidori, *Caliges, Gallicæ militum*; al., *Calces Gallicæ militum*. Grialius in textu edidit *sculponiæ*, in not. *sculponæ*, quod alii quoque exhibent.

Ibid. Sub Tiberio Apicius iste vixisse dicitur, de quo vide Plinium, l. X, c. 48. Alii duo Apicii studio gulæ dediti commemorantur, alter circa tempora Cæsaris, alter sub Traiano.

LIBER VIGESIMUS.

CAP. I. Num. 2. *Stibadium* est a Græco *στιβάζω*, quod est stratum. Ita vocabant Romani lectum semicircularem pro tribus lectis mensis rotundis accommodatum. Ea, quæ ad veterum convivia, cœnas, escas, potiones spectant, multorum operibus et dissertationibus explicata sunt in Thesaurio Gronoviano Anti. Græcar., tom. IX, et in Thesaurio Græviano. Ant. Romanar., tom. XII.

Ibid. Ad *cibatum*. Ita in textu edidit Grialius, quamvis in not. exprimat primo loco *ad cibitum*.

CAP. II. Num. 2. *Alimonia, alimoniam* et *alimantum*. Promiscue pro eodem usurpari solent.

N. 5. *In duo necessaria... panem et vinum.* Hæc est opportuna ratio cur Jesus Christus ad Eucharistiæ sacramentum panem et vinum adhiberi voluerit.

N. 7. *Sola pultis.* Rectius esset *sola puls*; sed Isidorus sæpe huiusmodi nomina ita format, ut nominativum simile genitivo faciat.

N. 8. *Satura.* Grialius in textu *satyra*, in not. *satura*. Vide l. V, c. 16. Discrimen inter *satietaem* et *saturitatem* ab Isidoro expositum observari non solet.

N. 10. *Jentaculum.* Teneo scripturam ab omnibus receptam. Cur enim ab ea recessisse Isidorum credam? Hispani quidem dicunt *jantar*, sed mutato c in a.

N. 11. *Prandium.* Trebellius Pollio, in Salon. Gallien., c. 2: *Plerique dicunt dictum esse prandium ab eo quod ab bellum milites parat.* Olim cibus qui mane sumebatur *prandium* vocabatur; cibus qui meridie, *cœna*; qui vespere, *vesperna*. Deinde, cum cœna ad vesperam differri cœpit, cibus circa meridiem *prandium* dicebatur, ante meridiem *jentaculum*, post meridiem *merenda*.

N. 13. *Annona.* Ab anno alii derivant *annonam*. Apud Martialem Editi exhibent *extractos* pro *excelsos*. Vide Rosweydam, in Onomast., verb. *Nona hora*, et Prudentium, hymn. 8 Cathemer., v. 9, cum

meo commentario, uti etiam hymn. 6 Per., v. 1 ubi agitur de hora solvendi jejuniæ et semijejuniæ.

N. 14. *Communicantes.* Papias: *Communio dicitur spiritualis esca, quia in commune ad vivificandam animam a cunctis percipitur dignis.* Confer. Ducægum, verb. *Communio*.

N. 15. *Panis.* T. I Inscript. Acad. Franc., num. 331, multa de pane. Varias etymologias Vossius recenset. De Origine Seneca, ep. 9: *Tunc farinam asparsit, et assidua tractatione perdomuit, finxitque panem, quem primo cinis calidus, et fervens testis percocxit; deinde furni paulatim reperti.* Apud Festum. lo. cit. a Grialio, pro *parum coctus* nonnulli legunt *iterum coctus*, quod ex Plauto et Isidoro comprobatur. Dicebatur etiam hic panis *dipyrus, biscoctus, siceus, paximas, paximatium*, de quo Rosweyda in Onomast., verb. *Paximates*. In glossario Isidori: *Paximatium panis subcinericius.* Grial. præfert *subcineritius*.

N. 16. *Spongia.* Grialius in textu edidit: *Spongia panis aqua diu malaxatus*, in not. aliud innuit.

N. 17. *Laganum.* Exstat erudita Mazochii dissertatio tom. II Spicil. bibl., ad cap. XXIX Exodi, 23, de torta panis, crustulis, laganis. Verba Exod. sunt: *Tolles adipem de ariete... Tortamque panis crustulam conspersam oleo, laganum de coenistro azymorum, quod positum est in conspectu Domini.* Hæc Mazochius præmittit: *Nemo, quod sciant scripturæ vocabula curatius illustranda suscepit, nisi quod Isidorus ea raro in suis Originibus præterivit.* Verba hæc de *lagano*; qui primum in aqua coqui, postea in oleo frigitur, alienæ manus suspensione laborare Mazochio videntur, quia, Vossio teste in Etym. a pluribus Mss. absunt, tametsi *laganum* primum in aqua coqui, postea in oleo frigi debere in profanis pluribus *lagani* descriptoribus annotatur. Non desunt qui alio modo *laganum* describunt.

N. 18. *Dulcia.* Ille fore sensu Prudentius usurpat Psych. v. 429:

Sint hæc tibi fercula tandem
Tristia præteriti nimis pro dulcibus ævi.

Post *asperso sumuntur* veteres editiones addunt *Crustula diminutivum est a crusta: panis oleo conspersus, in medio concavus et tortus.* Hæc torta panis. Atque ita quoque Mazochius legebat, qui de tortum fuse disserit loc. cit.

N. 19. *De mola egestum.* In nonnullis glossariis Editionibus Papiæ *de mola gestum*, quod non probandum.

N. 21. *Coctum vocatur.* ex Servio, XI Æneid., vers. 533: *ET ROBORE COCTO. Aut antiquam hastam significat; nam multi temporis aliquid coctum vocatur*, etc.

N. 25. *Axungia* ab *ungendis axibus*, ex Plinio, l. XXVIII. *Enfundia* vocant Hispani.

N. 27. *Frumen*, etc. Id., l. XVII, c. 3, n. 2. De etymo *pulpæ* consulendus Vossius in Etym. Notationem ab Isidoro indicatam probat Beemans cum Casaubono.

N. 28. *In Lucania.* Ex Varrone, lib. IV, de Ling. Lat., c. 24. Vestigium nominis retinent Hispani, qui lueuicam *longaniza* appellant.

N. 29. *Minutalis.* Varia specimen exponit Apicius, l. IV, c. 3. In Glossario Saxonico Ælfrici *martisia*, vel *baptitusa* exponitur de carne percussa, aut tusa.

N. 30. *Isicia.* Apud Apicium scribitur *hysitium, csitium, isicium*. Jacobus a Partibus, in glossis ad Alexandrum latrosophistam, l. II, c. 73: *Isicia sic fiunt: coquantur pisces, et postea ponuntur in aceto, vel vino, et superaspergitur pulvis aromaticarum specierum.* De nominis notatione sic Varro sentit l. IV, Ling. Lat., cap. 22: *Insicia ab eo quod insecta caro*, etc. Hinc nonnulli scribunt *insicium*. Sed usus obtinuit ut *n* amittatur. Macrobius, l. VII, cap. 8. *Ab*

retione insicium dictum, a missione litteræ postea d nunc habet nomen obtinuit.

N. 31. *Galaticæ*. Fortasse non differunt a *galatina*, qua Villiellmus Brito, lib. x, Philipp.: *Dum servat galatina vigorem*. Barthius, ad hunc locum inigit jus crassum, quod infusum pro conditura cibis, saporem et vigorem carnis eorum diu servat. De *sphæra* nihil nunc occurrit, nisi forte *spira*, pistorii operis genus, de quo Festus et Cato, 77, de Re rust.

N. 32. *Coquinæ magistri a jure*, etc. Hinc etiam em coquinæ *codicem* vocabant. Vide notas meas Sedulium in proem. :

Ne quæras opus hic Codicis artificis.

Nonnulli putant a *jure coquinæ* usurpari cœptum *cabulum juris* pro æquo quia portiones ciborum vales convivis distribuebantur. Vide Suidam, verb. τῆ, et δαιτρός. Salmasius in Treb. Pollionem, p. 7, v. 17, legit : *Hoc Græci xemam vocant*, eosque fellit qui adversus librorum auctoritatem, ut ait, ille restituunt ζωπόν; et ex gloss. mss. producit : *mæ, ollæ*. Sed non video quo sensu jus esculentum *olla* dici possit. Aliud est si *xemc* nomine intelligatur etiam *jus coquinæ*, sive pistorum, quod nonnullis testimoniis Ducangius ostendit. Vulcanius idem in quodam veteri Codice reperit *xemam*; et alia exemplaria variant fere, ut in omnibus vobulis Græcis quæ in etymologiis occurrunt, neque tamen a librariis intelligebantur, et ipse Vulcanius ζωπόν restituendum censuit.

N. 34. *Lac*, etc. T. I Patrum Apost., p. 19, quæcum huc attinentia notantur.

N. 35. *Quactum*. Apud alios vix reperies; *quajo* ceunt Hispani.

N. 36. *Mella de rore erant*. Salmasius, p. 1018, exercit. Plin., de his verbis ait : *Isidorus, non malus epe auctor, dum vetustiores sequitur, SACCHARUM vel esse mannam nostram*. In versu Virgilio Grialius lique Editi et Mss. exhibent *laetenus*, pro quo eposui *protinus* ex Codice Lucensi, et ex textu Virgiliano.

N. 37. Περὶ ὑγίτας. In aliis exemplaribus Grialii est περὶ ὑγεινῶν. Et mox *sicut contrario*.

CAP. III. N. 2. *Vinum*. Gatakerus, c. 5, Advers. Miscell. Posthum., c. 5, adverte *vinum* Græcum nomen esse, et eodem fere modo apud alias gentes vocari. Irridet proinde non solum Isidorum, qui *vinum venenum* a veteribus vocatum ait, et etymon deducit, *quod venas* repleat, etc., sed etiam Varronem, qui *vinum* a *vi* derivat. De lege, qua femine apud Romanos vinum bibere prohibebantur, Plin., l. xiv, c. 13, Gellius. Noct. Attic. l. x, c. 23, et alii. In sacris Bonæ deæ, seu Faunæ Fatuæ, mulieres romanæ vino usas fuisse constat. Macrobius, l. II Saturn., c. 11 ancillarum facinus insigne memorat, quæ viros plurimo vino provoeaverunt, diem festum apud se esse simulantes, etc. Adhuc in multis regionibus turpe est feminas vinum bibere.

N. 3. *Merenda*. De *merenda* sup. c. 2. Apud Grialium erat *purum fit*, per errorem, ut arbitror.

N. 5. *Roseum... Amineum*. Itali vinum rubrum *rosso* vocant. *Amineum* vinum a regione potius dictum fuit quam a colore, ut etiam *amineæ* vites, de quibus dictum l. xvii, c. 5, n. 18. Curiosius est, sed admodum rarus liber Andreae Bacci de naturali vinorum Historia, de vinis Italiæ, et de convivii antiquorum, de vinis facit et cervisiis, Romæ apud Mutium, 1596.

N. 8. *Honorarium* vinum etiam nostro tempore Flandriæ populi imperatori ad ipsos accedenti veteri de more obtulerunt.

N. 9. *Unde et acidum*. Nonnulli legebant *unde et acinum*. Vide inf., n. 11.

N. 10. *Lactalum... mulsum*. Harduinus, in loco

Plinii a Grialio citato, ex Mss. legit *jactatu pro lactatu*. Potio ex aqua et melle est *hydromeli*, seu mulsa aqua. *Mulsum* absolute est vinum melle admistum, μελικρατον, *ænomeli*.

N. 11. *Æuomeli... hydromeli*. Grialius cum aliis Editis in textu expressit *ænomelum, hydromelum*; in not. indicavit *ænomeli*; quæ melior est terminatio. *Hydromeli*, ut nuper dixi, est potio ex aqua, et melle; et inde ita vocatur. De *lorea* confereendus Rosweyds, in Onomast. verbo *Posca*, ubi ex Ms. glossario Camberonensi hæc legimus : *Acini dicuntur proeete uvarum reliquæ, etc. Acinum vero neutraliter dicitur, qua (sic) lavantur uve post expressum vinum : acinum dictum, quasi aquidum, vocaturque vinum secundum, et est potus servorum*. In eodem glossario *posca*, seu *pusca*, est vinum secundum : sed verius *posca* est potio ex aquæ acetique mistura temperata : quæ simpliciter dicebatur etiam *acetum*, de quo fortasse intelligendus est Isidorus, n. 9, nisi quod *vinum aqua mistum* aperte exprimit.

N. 12, 13. *Meliceratum... fæcula*. De *melicerato* dictum jam n. 10. *Fæcula* idem erat atque *halee*; sed ab Horatio *fæcula Coa* distinguitur ab *halee*. Non enim interpungendum est cum Grialio, *fæcula, Coa*. Horatius *fæculam Coam* vocat, ut a communi discernat, quæ *halee* etiam dicebatur. Nomen vero *fæculæ Coe* vel ex eo petitum est quod in insula *Co* optima fiebat, vel ex eo quod ex *fæe vini Coi* constabat.

N. 14. *Passum... defrutum*. Ulpianus, Digest. l. xxxiii, tit. 6, leg. 9 : *Si quis vinum legaverit, ænomeli plene continebitur, et passum, defrutum non continebitur*. Etymologiam *defruti* a *defervendo* Nonius confirmat. Isidorus Servium secutus fuit, ad l. II. Georg., v. 93 : *Passum autem dicitur a patiento. Nam decoquitur mustum, et inde fit passum. Hinc defrutum dictum est quod defraudatur, et quasi fraudem patitur*. Alii putant *passum* verius esse a *pando* quam a *patior*, nam *patior* verbum deponens est. Confer Vossium, in Etym., et de *defruto* Plin., l. xiv, c. 9.

N. 15. *Sapa*. Quid est explicant Varro, Nonius et Plinius, l. eod. xiv, c. 9.

N. 16. *Sicera*. Methodius, apud Pothium, cod. 227, *sicera* vocabulo intelligit omnem potionem quæ inebriare potest; sed Meibomius, l. de *Cerevisia*, c. 3, vinum ex uvis expressum exceptum vult; et Andreas Schottus, Isidorum, Hesychium, Zonaramque secutus, verba methodii vertit : *Sicera est quidquid extra vinum e vite expressum inebriat*. Vide Fabricium, Bibliograph. c. 19, n. 5.

N. 17. *Cervisia*, Hadrianus Junius, Animadvers. l. II, c. 12 : *Constat autem hac ætate cervisiam fieri ex hordeo, quod prius madescit, deinde torretur, resiccaturque, addita tritici farina, adjectis et lupi salictarii floribus eum fæce cervisiæ, quæ fermenti vicem obtinet. Quem conficiendi modum videtur et Isidorus propemodum agnovisse*. Alia addit Junius de discrimine *cythi*, vel *zythi* veteris (Hispanis *celia*, *cælia*, *ceria*) a recenti *cervisia*. De veteri Scytharum *celia*, *ælia* et *zytho* dissertationem edidit G. G. Kirchmeierus; tractatum vero de *cervisiis et vino* Joan. Henricus Meibomius.

N. 18. *Celia*. Grialius scribit *ælia*, usitatius est *celia*. Isidorus verba hæc de *celia* sumpsit ex Orosio, l. v, c. 7 : *Ultimo omnes (Numantini) duabus subito portis eruperunt, larga prius potionem usi, non vini, cujus ferax is locus non est, sed succo tritici per artem confecto, quem succum a calefaciendo CELIAM vocant. Suscitatur enim illa ignea vis... adjicitur. Sed apud Orosium quo fermento, quod melius videtur, quam quo fermentato*.

N. 19. *Garum*. Laudatissimum fiebat ex scembro in Carthaginis Spartariæ cetariis. Vide Plinium, l. xxxi, c. 7 et 8.

N. 20. *Muria*. Martialis, l. XIII, epigr. 103, de

muria quæ *garo* longe inferior erat :

Antipolitani, fateor, sum filia thynni;
Essem si scombri, non tibi missa forem.

N. 21. Rosweydu, in *Onomast.*, *ptisanam* interpretatur de *posca*, de qua supra, n. 11; *zema* hoc loco erit jusculum, et *opozema* succus expressus. *Zemam* pro olla vulgare esse, non Latinum, dixit Servius ad l. iv *Æneid.* Confer Ducangium.

Cap. iv. Num. 2. *Quare me sic.* In Vulgata, *quid me fecisti sic?*

N. 3. *Fictilia vasa in Samo.* Huc respexit Plautus, *Sücho*, act. v, sc. 4, v. 12.

At nos nostro Samiolo poterio tamen bibimus.

N. 6. *Cretam... quæ Samia appell.* Fortasse *creta Samia* appellabatur etiam ea quæ non longe a Roma nascebatur, quamvis nomen e *Samo* insula ortum duxerit. Nam vasa quoque *Samia* dicebantur alia quæ e creta insulæ Sami facta non fuerant.

N. 9. *Discus... quod det escas.* Montfauconius, *Antiquit.* Expl. l. iii, c. 4, t. II, part. 1, ubi agit de *discis*, etymologiam *quod det escas*, rejicit, et advertit, hujusmodi etymologiis testimonium veterum Isidori, Varronis, etc., parum auctoritatis indere. *Discus* certe Græcum est; neque aliunde constat quod antea *iscus* diceretur.

N. 10. *Parapsis.* Sirmondus, t. I oper., col. 1889, in hoc vocabulo explicando versatur, de quo multi alii etiam egerunt. Scribitur *paropsis* a *παρά*, et *ῥῶν*, *obsonium*, et *paropsis* a *παρά* et *ῥῆς*, *curvatura*; unde et *absis* vas escarium est. De *patina* conferendum c. 8, n. 2.

N. 11. *Gavata... scutella.* Grialius ita distinguit: *patentibusque oris sit lancis. Gabata*, etc., quod minus placet. Sirmondus, t. I oper., l. II Ennodii, c. 22, cujus est titulus: *De compostile habente septem gavatas*, advertit *gavatam* ex Martiali et Fortunato esse lancis genus, allegatque Isidorum: *Lancis gavata, quasi cavata*, et glossas: *Paropsis gavata, vel catinus*; sic enim, ut ait, utrobique legendum. *Scutella* diminutivum est a *scutra*, quod vasis genus est, et fortasse ab *scuto* nomen habet. Sic a *capra* fit *capella*, a *mitra* *mitella*. Hispani *scutellam escudilla* vocant, Itali *scodella*.

N. 12. *Apophoretæ.* Vas escarium apophoretis ferendis aptum Isidorus *apophoretam* vocat; quo auctore, nescio. Grialius ediderat *Salinum vas aptum talibus*.

N. 13. *Illud veterum.* Malim *illud Martialis*; nam in Alb. Cod. est *illud metrum distichon*, et fortasse ex *Martialis* compendio factum fuit *metrum*.

N. 14. *Triscelcs.* Qui scribunt *trisciles*, auctoritate quorundam Mss. permoventur; sed in antiquis membranis sæpissime *e* et *i* inter se permutantur.

Cap. v. N. 3. *Cratera.* In versu Virgiliti *crateras* est a *crater*, in versu Persii a *cratera*, *crateræ*, nisi dicamus ultimam productam ratione cæsurae, quod non est necesse.

N. 4. *Amystis species poculi.* Ita Pollux, l. III, c. 16. Utitur hoc vocabulo Sidonius in prosa post c. 22, ad Pontium Leontium. Apud Horatium nonnulli *amystidem* accipiunt, non pro poculo, sed pro ipsa potione more Thracum. Pro *baccea* in scriptoribus mediæ ævi, et glossariis occurrit etiam *bacca*, *baccharium*, *bacchonica*, *bachoaicha*, *bachia*, *bachoica*.

Cap. vi. N. 1. Multi scribunt *flascæ*. Invenitur etiam *phlascula*, et *phlaco* in scriptoribus, et monumentis ævi mediæ.

N. 3. *Sicula* apud veteres Latinos est parva sica. Nonnulli scriptores sequioris ætatis *siculam* adhibuerunt pro *sicla*, *siclo*, *sigla*, quæ erat mensura liquidorum.

N. 4. *Situla.* In textu Grialii erat *sicula*; in not., recte, *situla*.

N. 5. *Orca.* Hispanieusem esse vocem, ex Var-

rone, allegato a Grialio, non colligo. Nam erant et in aliis provinciis. Horatius, l. II, sat. 4, v. 6

At pingui miscere mero muriaque decebit
Non alia, quam qua Byzantia putruit orca.

Plinius, l. xv, cap. 19: *Ubi ficorum copia abunde implentur orcæ in Asia, cadi autem in Ruspe Africæ urbe.* Ex *orca* est Hispanum *orza*.

N. 6. *Seriola.* Est diminutivum a *seria*, quod sicut et Palladius usurparunt, scilicet vas ficum oblongum et ventriosum. De orcarum ordine dicitur quod ait Isidorus, aliorum testimonio non comprobatur. Etymon a *Syria* Joannes de Janua et auctoritate Isidori asseruerunt.

N. 7. *Cupas*, etc. Hinc etiam *copa*, mulier, quod vinum vendit, et Hispanum verbum *copa* vas, quod aqua, aut vinum bibitur. *Mulctrum* dicitur etiam *multrale*, et fem. gen. *muletra*, quamvis nonnulli aliquid discriminis inter *mulctram* et *multrale* faciunt. *Multrale* sæpe Christiani veteres effingebant in vitris, ut cernere licet apud Bonarrotium, in sarcophagis, ut apud Bottarium, t. I Rom. subter.

N. 8. *Labrum.* De quo vis vase amplo dicitur, quod diductas in exteriorem partem habeat oras instar labrorum repandas. Erat labrum balnearium, vinarium, aquarium, etc. Significat etiam apud sanctum Ambrosium et alios vas sepulchrale, condendo cadaver aptum. Isidorus hoc loco accipit pro fonte, quo infantibus lavabantur; quo fortasse spectat quod Anastasius Bibliothecarius in sancto Silvestro labrum usum pat ad indicandam fontis baptismalis concham.

N. 9. *Siphon.* Mazochius, t. I Spicil. bibl., a. c. 13, v. 10, Genes. *siphonis* etymologiam in Hebraicam ostendit: *Nec mirum*, inquit, *cum eo uferint Orientales, ut ait Isidorus.* Alia addit de *siphonum* usu in hortorum et satorum cultura.

Cap. VII. N. 2. *Alabastritem.* De *alabastrite* dicitur ad l. XVI, c. 5, n. 7. Ex *onyche* similiter fingebant vasa unguentaria, quibus maxime unguentum nardum asservari solitum erat, ut ex Catullo, Horatio, et Propertio constat.

N. 4. *Lenticula*, etc. Hæc est lectio veterum Codicum, ut agnovit etiam Vulcanius, qui nihilominus altam longe diversam expressit.

Cap. VIII. N. 2. *Patella.* De *patella* confer c. 4, n. 10, hujus libri.

N. 6. *Mola... rutabulum.* Græce *μύλα* est *mola*, *μύλων* *pistrinum*. Grialius prætulit *rotabulum*; sed apud alios scriptores scribitur *rutabulum*, neque alio modo scripsisse Isidorum constat. In Mss. *o* et *u* passim inter se confundi notum est.

Cap. IX. N. 2. *Ilinc et arcivum.* Fortasse Isidorus non intelligit *archivum*, seu *archivum*, quod a Græco *ἀρχή* est, sed *arcivum*, de quo in veteri glossario: *Arcivus, arcens, vctans*, ut apud Festum Scalliger pro *arcula avis* legit *arciva avis*, quæ scilicet in auspiciis vetat aliquid fieri.

N. 3. *Cibutum... arcam.* Græce *κίβωτος* est *arca*, *capsa*. In glossariis veteribus post Isidorum repetitur *cibutum*.

N. 4. *Mozicia... modicum.* Papias, *Mozica quasi modica*, unde *mozus* pro *d*, etc. Ex Isidoro Joannes de Janua: *Mozina a modus genus repositorii, quasi modina.* Glossarium Ælfrici: *Mozyta, vel arcula.* Observandum apud antiquos facile mutari consuevisse *di* in *z*, ut *zabulus* pro *diabolus*, *Zanium* pro *Dianium*. Huc pertinet *hozie* pro *hodie*.

N. 6. *Sitarciæ.* *Sitarciam*, vel *sitarchiam*, Græcam originem habere probant Becmanus et alii. Proprie *sitarciæ* est annona quæ iter agendi gratia paratur, sed per metonymiam dicitur de pera qua ea annona continetur. Quod ait Isidorus, *sitarciæ nautarum esse*, non solum Apuleii, sed aliorum quoque auctoritate comprobari posse videtur. Hieronymus, in præfat. commentar. in Matth., ad Eusebium: *Miror, cum Romam subito navigaturus, hanc tibi me quas*

arciam dari volueris, ut Matthæum breviter expon. Vetus scholiastes Juvenalis, ad sat. 12, v. 61: *er sitarciam et securim necessariam putato ad rem vehendam.* Sed ad alia quoque extenditur. N. 8. *Canistrum.* Varro, l. iv de Ling. Lat., c. 1: *Tryblia, et canistra, quæ putant esse Latina, et Græca.*

N. 10. *Sporta .. ex sparto.* Nonius, c. 2, n. 833: *ortas aut ab sparto, quasi sparteas, aut ab asporido.* Alia addit Vulcanius, quæ, tametsi a Mss. sunt, tamen bona esse censet.

CAP. x. N. 1. *Ab igni.* Ita rescribo ex nota Grialii, in textu erat *Ab igne*, quod perinde est. De hoc verbo *culina* vide quæ erudite annotavit. v. cl. Cleens Biagijs in Monum. Græc. Latin., p. 195.

N. 2. *Lucerna... ut Persius... cicindela.* Reposui *Persius*. Grialius, ex Servio, sumpsit *ut Juvenalis*; sed versus est Persii, et Persium indicant Vulcanius aliique Editi antiquiores. Ratio Servii ab Isidoro optata, quod si *lucerna* esset a *luce*, non staret *rsus*, quia longa esset *lu*, nihil evincit; nam multa sunt derivata quæ quantitatem mutant, ut *arena*, *ista acerbus*, etc. De re ipsa Varro, l. iv de Ling. Lat., c. 25: *Lucerna post inventa, quæ dicta a luce, quod id vocant Græci λυχνον.* Pro *cicindela*, ut in Grialii textu, et aliis Excusis, scripsi *cicindela*, quoniam enim vocatur genus quoddam muscarum nocturnarum.

N. 3. *Hic tibi*, etc. Fortasse versus *Hic tibi*, etc., sunt Martialis, sed alterius antiquioris, ex quo Martialis profecerit.

N. 4. *Lacunaria.* De *lacunaribus*, quæ pendentia sunt a lumina, alibi mentio non occurrit.

N. 5. *Funalia*, etc. Vide l. xi, c. 2, n. 34, Plinium, l. xvi, c. 38, et Kirchmannum, de Fun. Roman., c. 3, l. II. Non omitam monere hoc loco, quod ultis alijs potuissem, quam negligens fuerit recensitor Matritensis, qui id ita commisit typis: *Funalia candelabra apud veteres, quibus funiculi cera, et hujusmodi alimento luminis, oblitii figebantur.* mittuntur verba *exstantes stimulos habuerunt, ut uncas.* Ita passim similia errata occurrunt; neque ulla omnino apparet errorum correctio. Semper, in not. ad Glossarium Isidorianum, verbo *colaces*, veteres corruptas Editiones hoc loco corripit, Grialianæ immemor, aut inscius. Velle autem videtur *scolia*, non *scolia*, scilicet a masculino *σκολια*.

N. 8. *Lucubrum*, etc. Ita fere ex Isidoro Papias, et alii lexicographi, et glossographi. Forcellinus *lucubrum* inter barbara rejectum dicit esse *quidquid ex arida materia est ad concipiendum ignem.*

N. 10. *Ad prænuntianda*; Grialius, aliique Editi, *pronuntianda*. Sed verum est *prænuntianda*, quod etiam legitur l. xv, c. 2., n. 37, ubi eadem verba occurrunt.

CAP. xi. N. 1. *Lecticæ.* Plura de *lecticis* vide apud ipsum, l. I, Elect. c. 19. *Lecticas* Bithynorum inveniri fuisse existimabant veteres, ut animadvertit Valpius, in not. ad Catullum, p. 39. Communior scriptura apud Cæsarem, Plinium et alios est *stora* *στορέω*, *sterno*. Grialius edidit *storiatus*, *storia*.

N. 2. *Cama... Grabatum... Bajonola.* De *cama* id. l. xix, c. 22, n. 29. *Grabatum* neutro genere pud antiquiores vix reperietur; Græce est *κράβατος*, et *κράβατος*. Ciceroni, Martiali et alijs, masc. gen. *rabatus* pro lecto humili, in quo mendici cubabant, et meretrices diobolares. Fortasse apud Isidorum legendum *grabatus*. Pro *bajonola* Ducangius legendum ensuit *bajulona*, ut apud Ugutionem: *Bajulona lectus qui in itinere bajulatur.* In alijs glossarijs varia sunt hujus vocis scriptura, ut in Mss. quoque Isidori.

N. 3. *Pulvinar lectus divitum... Spingæ... Punicani.* Id. l. xix, c. 26, n. 4. Confer notam. *Spingas* et *spingatas effigies* Ducangius *spingas* esse intelligit, et advertit ejusmodi *spingas* in sellis conspici licere in achate sanctæ Capellæ Parisiensis, qui

habetur, apud Santamanium. De *Punicanis* lectis agit etiam Plinius, l. xxxiii. c. 11. Erant simili de causa *fenestræ Punicanæ* appellatæ, *Punicana coagmenta*, etc. Nonnulli legunt *primum Carthaginæ advecti*, quod, omissa *a*, magis Latinum est.

N. 4. *Primum*, inquit, etc. In Cod. Vat. 93, ut in alijs veteribus exemplaribus, sic legitur: *De quo Satyrius de Vita sua: Primo, inquit, contra consuetudinem imperatorum pro lectis lecticis utebantur.*

N. 5. *Spondæ... Pluteus.* Duæ erant *spondæ* lecti, altera exterior, quæ simpliciter *sponda lecti* dicebatur, altera interior, parieti admota, *pluteo* munita, ad quam uxores cubabant, quæ *pluteus* vocabatur. Vocabulum *sponda* ad Italos transiit. In triclinarijs lectis contrario modo *sponda* dicebatur pars interior mensæ admota, *pluteus* pars exterior. Vide Gesnerum in Thes., verb. *Pluteus*.

N. 7. *Feretrum... Capulus.* De *feretro*, supra, l. xviii, c. 9, n. 1. Etymon *capuli*, quod super *capita*, etc., rejiciebat etiam Kirchmannus, de Funer. Romanor., l. II, c. 3. *Capularis senex* est Cæcilius, apud Fulgentium, de prisco sermone, n. 23. Plautus, Mil. glor., act. III, sc. 1, v. 33:

Itane tibi videor tam Acherunticus? tam capularis?

N. 8. *Hinc et scabelli.* Rectum esset *Hinc et scabella*, quæ, etc. Lactantius, l. iv, c. 12, ex psalmo cix, 2, dixit *suppedaneum pedum tuorum*; Vulgata *scabellum pedum tuorum*. Quintilianus, l. I, c. 4, al. 6: *Discat puer quid in litteris proprium, quid commune, quæ cum quibus cogatio; nec miretur cur ex SCAMNO fiat SCABELLUM.* Apud Plinium reperitur *scansilis* adjectivum; sed *scansile* pro gradibus, etc., ad medium ævum rejicitur, de quo Ducangius, verb. *scandile*, *scansile*, ex Papias et alijs.

N. 9. *Cathedræ doctorum.* Joannes Andreas Schmidius disquisitionem edidit de cathedris doctorum veterum, Ienæ, anno 1683. Etiam postquam consuetudo invaluit discumbendi in conviviijs, aliquando viri quoque sedentes epulabantur; præsertim in conviviijs, funebribus, ut observatur in veteri pictura cæmeterii sanctorum Petri et Marcellini, apud Bottarium, t. II. Rom. subterr., tab., 127. Confer. etiam t. III. tab. 141. Aldus Manutius, Pauli filius, de Quæsitis per ep., l. I, c. 4, accurate agit de accumbendi et comedendi ratione, et advertit turpem quidem visum fuisse in mulieribus accubitum, sed postea contagione morum depravatas accumbere cœpisse.

N. 10. *Sella.* Olim *sellas* fuisse communes utrique sexui, *cathedras* vero ad mulieres pertinuisse, sed ita ut viri molliores cathedris uti non abnuerent, post Lipsium docet Schefferus, de Re vehic., l. II, c. 4.

CAP. XII. N. 1. *Carrum.* Schefferus, de Re vehiculari l. II, c. 27, existimat *carrum* vocabulum esse a barbaris desumptum, forte a Gallis. De Isidoriana etymologia ita censet: *Quid est CARDO ROTARUM? An id circa quod vertuntur? At hoc non est cardo in vehiculis. Sed nec quod rotas habere videntur, carros declarat.* Ipse, l. II, c. 15, astruit *currum* dictum a *currendo*, ubi exponit Isidorum hoc voluisse *currum* esse dictum, quod *currat*, tanquam qui rotas habeat multas. Confer. n. ab l. xviii, c. 35, n. 1. Cæterum *cardo rotarum*, de quo Isidorus, videtur esse axis, sive tignum illud teres, circa quod rota vertitur. Alii putant *carrum* dictum a *quatuor rotis*, quasi *quadrudrum*, aut *quarrum*, ut est apud Stephanum Tornacensem, ep. 229.

N. 2. *Rheda.* Vocem esse Gallicam tradit Quintilianus, l. I, c. 5, al. 9. Scribitur etiam *reda*; sed quod *retas* antiqui dixerint pro *rhedis*, aliunde non constat. *Retæ* erant arbores, quæ ex ripis fluviorum emittunt, de quibus Gellius, l. XI, c. 17.

N. 3. *Carpentum... Caracutum.* Schefferus, de Re vehic., ubi agit de *carpento*, quod a *Carmenta* dictum putat, existimat Isidorum describere voluisse simpliciter *pompaticum carpentum*, atque adeo observat, in Editione anni 1595, *pompaticum* referri ad *carpen-*

tum non ad sequens *vehiculi genus*. Sed mihi dubium non est quin Isidorus solum verbum *carpentum* deducat ex *carro pompatico*, sive *pompæ*, ut interpretatur etiam Vossius in Etym. Becmanus, cum Scheffero facit, et credit *carpentum pompaticum* ab Isidoro dici vehiculi genus; sed suspicatur pro *quasi carrum pompaticum* legendum *quasi carrum pendentem*. *Caracutum*, sive *carracutum*, apud antiquiores non reperitur; ex Isidoro sumpserunt Papias, glossarium Arabico-Latinum et Saxonium. *Capsus* apud Vitruvium, l. x, c. 14, est pars illa rhedæ in qua sedent qui vectantur.

N. 4. *Pilentum*. Vulcanius et veteres Editiones exhibent: *Pilentum, vel petoriturum contextum quatuor rotarum vehiculum*; quod Schefferus, de Re vehic., l. ii, c. 25, ita interpungendum putat: *Pilentum, vel petoriturum contextum, quatuor rotarum vehiculum*. *Petoriturum* quidem erat quatuor rotarum; sed *pilentum* duabus tantum rotis constitisse, plerique tradunt. Isidorus, ut ex Grialiana Editione colligitur, *pilentum* et *petoriturum* quatuor rotas assignat. Adisis commentarium meum ad Prudentium, l. ii, contra Symmach., v. 1088, et Pithæum, Adv. subs. l. i, c. 5.

N. 5. *Basterna*. Vehiculum erat matronarum, de quo multa Rosweyodus, in Onomast., verb. *Basterna*. Confer etiam epigramma vetus in collectione Pithæi:

Aurea matronas claudit basterna pudicas.

CAP. XIII. N. 1. *Baculus*. *Baculi* originem Hebraicam Becmanus exponit.

N. 3. *Forfices... forpiceps... forcipes*. Dubitat Vossius, in Etym., de Latinitate vocis *forpiceps*, quæ tamen reperitur in Orthographia Cassiodorii, c. 4, ex Vel. Dongo, et apud Sidonium, in Polemii epithal., carm. 15, v. 185, ex optimis exemplaribus. Alii scriptores mediæ ævi, qui distinctionem hanc Isidorianam inter *forpex*, *forfex* et *forceps* amplexi sunt, et explicuerunt, recenset, et exseribit Ducangius, quem satis sit indicasse.

N. 5. *Catenatum*. Fortasse *catenatum*, seu *catenatum*, est pessulus quod Itali dicunt *catenaccio*, Hispani *cerrojo*. Vox Hispana *candado*, Italica *lucchetto*, significat quoddam instrumentum quod sine clavi clauditur, et clavi aperitur. In Vita sancti Fructuosi, c. 19, al., n. 18: *Habitaculi ostia catenatis, et seris, diversisque duris obserantes claustris*. In argumento non ita obvio explicando versatis fuit Laur. Joan. Molin., qui dissertationem De clavibus veterum edidit.

CAP. XIV. N. 1. *Occulto*. In editionibus Lucretii est *occulte* pro *occulto*. Apud Servium, ad 1 Georg., v. 46: *Et sulco attritus, etc.*, sic legitur: *Occulto decrescit vomer in arvo*.

N. 2. *Buris*. Dicitur *bura*, *buræ*. Grialius in textu edidit *in quo vomer inducitur*, in not. inuuit apud Isidorum legi *includitur*. Apud Servium utrumque verbum reperitur ad l. 1 Georg., v. 172: *Dentale est lignum, ad quod vomer includitur... Nam fere lujusmodi sunt omnes vomeres in Italia. Dentale vero est lignum in quo vomer inducitur*.

N. 5. *Falcastrum*. E Gregorio Magno, l. ii Dialog., c. 6: *Et dare ferramentum jussit, quod ad faucis similitudinem FALCASTRUM vocatur, ut de loco quodam vepres abscinderet*. Occurrit apud alios posterioris ævi scriptores.

N. 6. *Rastrum*. Diversum est a *rutro*; nam hoc fodiendæ terræ inserviebat, illud radendæ et poliendæ. Vide Salmastum, p. 365 Exercit. Plinian.

N. 7. *Quod circa codicem*. Papias: *Quod circa caudicem, etc.* Glossarium Anglosaxonium Ælfrici: *Scudicia, vel fossorium apud*. Scribitur etiam *scuditia*.

N. 10. *Tribula*. Hispanice *trillo* dicitur. Hujus instrumenti figuram, uti et *plostelli*, quod non multum a tribula differt, expressit Schætgenius. in Antiq. triturae p. 34 et 36 Voce *Pala* utitur etiam Juvenecus, l. i, v. 378. Vide, quæ notavi ad eum locum.

N. 11. *Frumenta cilluntur*. Servius, ad l. Georg., v. 389: *Quibus frummenta cillentur a cillo*. Isidorus utitur verbo *cillo*, *cillis*, quod perinde est.

N. 12. *Tasseræ frumentariæ* illæ erant quibus exhibitis unusquisque a præfecto annonæ certam frumenti summam accipiebat, quales Romæ olim pauperioribus dabantur levandæ inopiæ causa. Vide Suetonium, in Augusto, c. 40 et 41, et Nerone, c. 11 Juvenalem, Martialem et alios.

N. 13. *Verennes, etc.* Papias addit esse instrumentum rusticorum. Qualia fuerint, alii non explicant. Columella, loc. cit. a Grialio, ait: *Baccas myrti fiscellæ ligneo inclusas exprimito*. Ex quo *fiscellus* a plerisque deducitur, non *fiscellum*, ut Grialius inuuit. Usitatum nomen est *fiscella*. In Glossario Saxonico Ælfrici: *Fisclum Eleseocche*, ad verbum *olcum infirmorum*.

CAP. XV. N. 1. *Haustra*. Nonius, c. 1. n. 43, censet, *haustra* esse cados quibus aqua hauritur, machinæ rotæ additis; cui favet Vitruvius, l. x, c. 9. Verba Nonii hæc sunt: *Haustra proprie dicuntur rotarum cadi ab hauriendo, sicuti Græcè ἄνδρα*.

N. 2. *Gyrgillus*. Itali dicunt *girella*, Hispani *polea*. Joannes de Janua aliam præterea significationem huius nomini tribuit: *Gyrgillus a jyrus instrumentum seminimum, quod alio nomine dicitur volutorium, quod vertendo in gyrum inde fila devolvuntur*. Alii scribunt *gyrgillus*.

N. 3. *Telonem*. Pithæus, l. ii Adv., c. 16, corrigebat vel *tellenonem*, vel *tollonem*. Et nonnulli quidem *tollonem* apud Plautum et Columellam legunt: sed plerique alii repugnant. *Tollenonem* meminit etiam Seneca philosophus. In quibusdam excusis unum verbum e duobus fit *Hamalupus*. Salmasius, in Trebell. Pollion., p. 207, v. 30, docet, *amam*, sive *hamam* e Græcis esse instrumentum quo foditur hortus, non instrumentum ad restinguendum ignem, ut alii volunt. Sed loca a Grialio adducta aliud suadent. Adde Juvenalem, sat. xiv, v. 305:

Dispositis prædites hamis vigilare cohortes
Servorum noctu Licinus jubet.

N. 4. *Lupus... Canicula... Harpax*. *Lupi*, hac significatione Livius meminit; *caniculæ*, nescio an alii præter Isidorum. Pro *harpax* melius esset *harpago*.

CAP. XVI. N. 1. *Fressa*. Scribitur *fressus* et *fresus*.

N. 2. *Lupata*. Montfauconius, Antiq. Explic. l. iii, c. 1, tit. 4, part. 1, agit de *lupatis frenis*, quæ ut ex Isidoro colligitur, lupinis dentibus instructa erant. Alii putant lupatorum extremas oras extra os equi capitibus luporum terminatas fuisse. Neutram interpretationem difficultate carere ait Montfauconius. Ovidius *lupata lupos* vocavit. Couler c. præc., 4, et Var. Lect.

N. 4. *Antella... Cingulum*. Grialius in textu conservavit *antella*, neque mutandum censeo. Potuit enim utroque modo dici. In 1 Cod. Goth. Tolet., ad vocem *Antella*, est glossa *pectoralia*. Ebrardus Bethuniensis, in Græci-mo, c. 10: *Est antella, quod est in pectore quadrupedantis... Dicitur postella, quod est a posteriori*. Scriptum quoque reperies *antela*, *antelena*, *postelina*, *postela*, etc. Pro *cingula*, fem. gen., Hispani dicunt *cincha*, Itali *cigna*, *cinghia*. Utitur ea voce Ovidius.

N. 5. *Sagma... salma*. *Saga* coopertoria equorum sæpe nominantur, neque audiendi qui hanc vocem corrigunt, quamvis *sagma* Græcum sit, non a *sagis* deductum. Vide Casaubonum, in Capitolin., p. 37, v. 22. Vox *salma* in quasdam vulgares linguas transit. Inde Hispani vocant *ensalma*, *enjalma*. Fortasse ex *sagma* oritur vocabulum *soma* apud Italos. Schefferus, de Re vehicul., l. ii, c. 2, existimat *sagmas* fuisse cliellas quibus onera imponebantur: *sellas*, *strata*, aut *saga* pertinuisse ad homines, qui illis sedebant; *sagmas* aut *clitellas* ad onera recipienda. Pro *capulum funis*, aut *funus*, ut alicubi legitur, Gilbertus Cuperus, Observat. l. ii, c. 9, corrigebat

pulus funis, ut *capulus* sit adjectivum. Sed nullo idoneam rationem affert. Retineamus ergo *capulum*, aut cum Isidori glossario et *Papia caplum*. In quibusdam vulgaribus linguis *cablc* est funis nauticus. N. 6 *Stimuli*. Stimulus a Græco $\sigma\tau\acute{\iota}\zeta\omega$ derivatur, hoc est *pungo*. N. 7. *Strigiles*... *Character*. Figuram *strigilis* expressit Mercurialis, l. I, c. 8, de Art. gymnast. *Character* proprie est nota instrumento ferreo, aut hoc modo insculpta, inusta, aut inscripta. De ferro indente, quo signabantur armenta et greges, disse-

rit Georgius Longus, de Annul. signat., cap. 11, qui recte præferebat *ferrum coloratum* scripturæ quarundam Editionum *ferrum coloratum*. Modum has notas et signa animalibus imprimendi describit Calpurnius, ecl. 5, v. 84 seqq. Exstat dissertatio philologica Sigismundi Friderici Dresigii, de Usu stigmatum apud veteres, ut omitam notum opus Theophili Raynaudii, de Stigmatismo sacro et profano. N. 8. *Cautertum*, a $\kappa\alpha\iota\omega$, *uro*, Notæ sæpe cauterio pro signo inurebatur, ne avari res alienas, præsertim armenta et greges usurparent.

NOTÆ SENTENTIARUM.

- | | |
|---|---|
| 1. Astericus \star \ast \times \times \times | 15. Diple $\omega\beta\epsilon\lambda\iota\sigma\mu\acute{\epsilon}\nu\eta$ \Rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow |
| 2. Obelus $—$ $—$ \rightarrow | 16. Diple aversa \leftarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow |
| 3. Obelus superne adpunctus \vdash \rightarrow \rightarrow \rightarrow | 17. Diple Aversa cum Obelo \leftarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow |
| 4. Limniscus $—$ $—$ $—$ | 18. Diple superne obelata \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow |
| 5. Antigraphus cum puncto \vee \vee | 19. Diple recta, et aversa superne obelata \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow |
| 6. Asteriscus cum Obelo \ast \rightarrow \times \rightarrow \times | \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow |
| 7. Paragraphus \sqrt \sqrt | 20. Ceraunium \times \times \times \times \times \times \times \times |
| 8. Positura \vee \vee \vee | 21. Chresimon \times \times \times \times \times \times \times \times |
| 9. Cryphia \cup | 22. Rhi et Rho Φ |
| 10. Antisigma \cup | 23. Anchora superior \cap |
| 11. Antisigma cum puncto \cup \cup | 24. Anchora inferior \cup |
| 12. Diple $>$ $ $ $ $ | 25. Coronis \neg \neg \neg \neg \neg \neg \neg \neg |
| 13. Diple $\pi\epsilon\rho\acute{\iota}$ $\sigma\acute{\tau}\acute{\iota}\zeta\omega$ $>$ $>$ | 26. Alogus \neg \neg \neg \neg \neg \neg \neg \neg |
| 14. Diple $\pi\epsilon\rho\iota\sigma\tau\iota\gamma\mu\acute{\epsilon}\nu\eta$ \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow \rightarrow | 27. Figura accentus Hyphen \sim \sim \sim \sim \sim \sim \sim \sim |

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

<i>Præfatio.</i>	9	CAP. II. — De septem liberalibus artibus.	74
<i>J. Grial Philippo III, catholico regi.</i>	11	CAP. III. — De litteris communibus.	<i>Ibid.</i>
<i>J. Grial ad lectorem.</i>	13	CAP. IV. — De litteris Latinis.	77
VITA SANCTI ISIDORI.	19	CAP. V. — De grammatica.	81
Prologus.	<i>Ibid.</i>	CAP. VI. — De partibus orationis.	82
CAPUT PRIMUM. — Sancti Isidori prosaia illustris et san-	21	CAP. VII. — De nomine.	<i>Ibid.</i>
ta. — Institutio in litteris.	21	CAP. VIII. — De pronomine.	85
CAP. II. — Notitia cum sancto Gregorio Magno. — Liber	21	CAP. IX. — De verbo.	86
Etymologiarum conscriptus. — Scientia sacra adversus hæ-	24	CAP. X. — De adverbio.	87
reses, imprimis Arianam, exerta.	24	CAP. XI. — De participio.	88
CAP. III. — Orthodoxa fides per sanctum Isidorum pro-	28	CAP. XII. — De conjunctione.	<i>Ibid.</i>
pagata. — Ejusdem cellula. — Clausi vita.	28	CAP. XIII. — De præpositionibus.	<i>Ibid.</i>
CAP. IV. — S. Leandri episcopi Hispalensis obitus, et	31	CAP. XIV. — De interjectione.	89
libri scripti. — Successio S. Isidori.	31	CAP. XV. — De voce.	<i>Ibid.</i>
CAP. V. — Cura in institutiones clericorum, monachorum,	36	CAP. XVI. — De syllaba.	<i>Ibid.</i>
laicorum. — Iter Romanum. — Pluvia impetrata.	36	CAP. XVII. — De pedibus.	90
— Mortua resuscitata.	36	CAP. XVIII. — De accentibus.	93
CAP. VI. — Alphabetum Orationis ad tentamenta re-	42	CAP. XIX. — De figuris accentuum.	94
pellenda Adversarii et Dei gratiam promerendam.	42	CAP. XX. — De positura.	95
CAP. VII. — Epistolæ ad varios.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXI. — De notis sententiarum.	96
CAP. VIII. — Synodus Hispalensis. Hæreticus conver-	48	CAP. XXII. — De notis vulgaribus.	98
sus, cæcus illuminatus. — Epistolæ ad varios.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXIII. — De notis juridicis.	99
CAP. IX. — Synodus Toleti habita. Præclara in morbo	43	CAP. XXIV. — De notis militaribus.	<i>Ibid.</i>
preparatio ad felicem obitum.	43	CAP. XXV. — De notis litterarum.	100
CAP. X. — Sancti Isidori obitus, sepultura, epitaphium;	48	CAP. XXVI. — De notis digitorum.	<i>Ibid.</i>
varia encomia.	48	CAP. XXVII. — De orthographia.	101
CAP. XI. — Abbreviatio Braulii Cæsaraugustani epis-	53	CAP. XXVIII. — De analogia.	104
copi de vita sancti Isidori, Hispaniarum doctoris.	53	CAP. XXIX. — De etymologia.	105
<i>Notitia historica in sanctum Isidorum.</i>	57	CAP. XXX. — De glossis.	106
<i>Testimonia de sancto Isidoro Hispalensi.</i>	65	CAP. XXXI. — De differentiis.	<i>Ibid.</i>
<i>J. Grialis ad Etymologiarum libros admonitio.</i>	69	CAP. XXXII. — De barbarismo.	<i>Ibid.</i>
ETYMOLOGIARUM LIBRI XX.	73	CAP. XXXIII. — De solæcismo.	107
Præfatio.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXXIV. — De vitiiis.	108
LIBER PRIMUM. — DE GRAMMATICA.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXXV. — De metaplasms.	109
CAPUT PRIMUM. — De disciplina et arte.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXXVI. — De schematibus.	110

CAP. XXXVII. — De tropis.	112	CAP. XXXIV. — De cursu ejusdem sphaeræ.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXXVIII. — De prosa.	117	CAP. XXXV. — De celeritate cœli.	171
CAP. XXXIX. — De metris.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXXVI. — De axe cœli.	<i>Ibid.</i>
CAP. XL. — De fabula.	121	CAP. XXXVII. — De cœlestibus polis.	172
CAP. XLI. — De historia.	122	CAP. XXXVIII. — De cardinibus cœli.	<i>Ibid.</i>
CAP. XLII. — De primis auctoribus historiarum.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXXIX. — De convexis cœli.	<i>Ibid.</i>
CAP. XLIII. — De utilitate historiæ.	123	CAP. XL. — De januis cœli.	<i>Ibid.</i>
CAP. XLIV. — De generibus historiæ.	<i>Ibid.</i>	CAP. XLI. — De gemina facie cœli.	<i>Ibid.</i>
LIBER SECUNDUS. — DE RHETORICA ET DIALECTICA.	124	CAP. XLII. — De quatuor partibus cœli.	<i>Ibid.</i>
CAPUT PRIMUM. — De rhetorica ejusque nomine.	<i>Ibid.</i>	CAP. XLIII. — De hemisphaeriis.	173
CAP. II. — De inventoribus rhetoriæ artis.	<i>Ibid.</i>	CAP. XLIV. — De quinque circulis cœli.	<i>Ibid.</i>
CAP. III. — De nomine oratoris et partibus rhetoriæ.	125	CAP. XLV. — De circulo zodiaci.	174
CAP. IV. — De tribus generibus causarum.	<i>Ibid.</i>	CAP. XLVI. — De candido circulo.	<i>Ibid.</i>
CAP. V. — De gemino statu causarum.	126	CAP. XLVII. — De magnitudine solis.	<i>Ibid.</i>
CAP. VI. — De tripartita controversia.	127	CAP. XLVIII. — De magnitudine lunæ.	<i>Ibid.</i>
CAP. VII. — De quatuor partibus orationis.	<i>Ibid.</i>	CAP. XLIX. — De natura solis.	<i>Ibid.</i>
CAP. VIII. — De quinque modis causarum.	128	CAP. L. — De cursu solis.	175
CAP. IX. — De syllogismis.	<i>Ibid.</i>	CAP. LI. — De effectu solis.	<i>Ibid.</i>
CAP. X. — De lege.	130	CAP. LII. — De itinere solis.	<i>Ibid.</i>
CAP. XI. — De sententia.	131	CAP. LIII. — De lumine lunæ.	176
CAP. XII. — De catasceve et anasceve.	<i>Ibid.</i>	CAP. LIV. — De formis lunæ.	<i>Ibid.</i>
8. Cum vero inclinata omnino imperii Romani majestate, nullus jam Francorum armis resistere potens esset, non modo provincias deprædati, sed sedem sibi certam acquisituri Rhenum transierunt, quod cum primo variis irruptionibus tentassent, sensim tandem variis progressibus modo una, modo altera urbe aut provincia sibi acquisitis, obtinuerunt. Primum, qui in Galliis regni fundamenta jecit, Pharamundum vulgati auctores appellant: at de eo tam apud Gregorium, quam et apud Fredegarium, ejus epitomatores et continuatores antiquissimum, alium ubique silentium. Is honor, si Gregorio credamus, potius Chlodioni, seu, ut eum appellat, Chlogioni, deberi videtur, qui apud Dispargum castrum in termino Thoringorum, seu, ut alii scribunt, Tuugrorum, inhabitans, missis primum Camaraeum exploratoribus, hanc postea urbem totamque regionem ad Somoniam fluvium occupavit. Hæc solummodo de eo memorat Gregorius. De Meroveo vero rege id unum dicit, quod e Chlogionis stirpe procreatus asseratur. Hujus filius Childericus fuit: ejus variam fortunam, id est e regno expulsionem, et post aliquot annos, quibus Egidius Romanæ militiæ magister Francis præfuisse dicitur, restitutionem, solus narrat Gregorius: at certiora sunt quæ de ejusdem regis in Gallias expeditionibus habet, in quibus Aurelianum et Andegavos urbes clarissimas obtinuisse memoratur. Obiit Childericus in Belgica secunda, ubi prope Turnacum tumulus ejus nostra ætate detectus est: cujus si quis cupit accuratam habere descriptionem, legat librum ea de re a Chiffletio editum anno 1685: pretiosa vero cimelia quæ in eo inventa sunt, in Bibliotheca regia Parisiis habentur. An vero illi reges in Galliis sedes fixas habuerint, nusquam diserte exprimit Gregorius; eos tamen regnum suum in Belgicæ secundæ fines protendisse, unde in alias Galliarum provincias excurrerant, vix quisquam dubitare potest. Eamque Gregorii fuisse mentem colligo ex substitutione de Egidio in Childerici locum facta. Egidius enim in Belgica secunda morabatur, cujus regni sedem Augustani Suessionum adhuc tenebat filius ejus Syagrius, cum eum exinde pulsum ac devictum Chlodoveus tandem occidi curavit. Sed et ipse Chlodoveus, regni paterni factus hæres, nihil non movit, ut et regiones Gallis seu Romanis adhuc subjectas invaderet, et vicina quoque regna suo imperio subjugaret; quæ ei fuit occasio multos e suis consanguineis morte afficiendi. Occisis itaque qui e gente Francorum erant, aliis regibus, interempto Syagrío Romanæ militiæ præfecto, superatis non semel Burgundionibus, ac denique devictis

A Wisigothis qui Septimaniam vicinasque provincias regebant, totam ferme Galliam suo imperio adjecit, *Cathedraque regni Parisiis constituta*, florentissimum illud regnum, quod hactenus, Deo Opt. Max. præstante, perseverat, ad summum fastigium extulit, cujus præcæsores tamãu fundamentis imponendis insudaverant.

9. Quænam vero ante illud tempus regiminis forma apud Francos valuisset, quæ essent eorum leges aut consuetudines, quove ordine reges aut patribus succederent, aut ex regia familia eligerentur, quam denique reges haberent in subditos auctoritatem, difficillimum est exponere. Eorum religionem uno verbo indicat Gregorius, cum eos *fanaticorum*, id est paganorum, erroribus fuisse detentos ait, priusquam Chlodoveus Christianam religionem amplexus fuisset: nonnullos tamen ex iis Arianos fuisse colligimus ex eodem auctore, qui Lantchildem Chlodovei sororem Arianam fuisse commemorat. Hujus quippe sectæ errores a Gallis seu Romanis illa non imbiberat, qui ab iis plane erant immunes, sed aut a contribulibus suis, aut certe ab aliis barbaris, quos ferè omnes hoc veneno infectos fuisse nemo nescit. Tantus vero erat in Francis ad pugnas ardor, tanta ad bellum propensio, ut, teste Libanio, felicitatis apex apud eos esset belli tempora, et mutilati uno membro, parte reliqua integra præliarentur. Singulis autem annis saltem semel in unum conveniebant de rebus majoris momenti collocuturi, id est de bello in hostes promovendo, aut certe de aliqua irruptione facienda in vicinos populos; capta præda, singuli sorte aut alio quovis modo partem suam obtinebant. Quod ita religiose servatum fuisse colligimus ex ipso Gregorio, ut ne quidem rex aliud percipere soleret, quam quod ei communi sortis lege obtigisset.

10. Illi porro conventus Campus-Martius, vel a Marte bellorum deo, aut a Martio tuncense, quo fieri solebant, nuncupabantur. Hinc eum postea in Maium mensem a Pippino translatus fuisset, passim Campus-Maii, seu Madii appellati fuerunt. Campi-Martii convocationem a Chlodoveo factam commemorat Gregorius Historiæ lib. II, cap. 27, ad quem omnes eum armorum apparatu convenire mandavit, eorum nitorem ostensuros. Nec dubium est quin etiam, si inter aliquos Francos lites aut jurgia forte oborta fuissent, in ejusmodi conventibus finirentur. Hæc primum facilia erant; sed dilatato postea per complures provincias regno, præter illum conventum generalem, alii eum rerum necessitas exigebat a rege convocabantur: qui licet quandoque Campi-Martii aut Campi-Madii nuncupati fuerint, ut plurimum tamen *Placitorum* nomine apud veteres auctores solent designari. Sed et eum præ negotiorum multitudinem, aut itinerum longinquitate difficillimum fuisset omnia negotia in uno loco, aut intra paucorum dierum intervallum terminare, in majoribus civitatibus instituta sunt placita statis temporibus, quæ a comitibus aliisve officariis habebantur, immo etiam et ab abbatibus, quorum judicio res, quæ tanti non erant, mo-

menti ut ad regium palatium deferri deberent, finiebantur. Postea et in vicis et oppidis minora etiam placita instituta fuerunt, quibus præerant officiales a comite designati, qui ideo vice-comites, aut vicarii appellati leguntur.

11. Inde porro nati sunt varii officialium et dignitatum gradus inter Francos, quorum nomina et officia ut plurimum a Romanis mutuata fuerunt. Qui ex nobilissimis familiis exorti, nullo peculiaris dignitatis titulo designabantur, ii *viri fortes, seniores, majores-natu, primores, priores, primates, optimates, magnates* appellabantur, quorum consiliis rex in placitis uti solebat. Alii vero aulicas dignitates consecuti, erant cancellarii, referendarii, domestici, cubicularii, camerarii, comites-stabuli; præcipui erant palatii principes aut *majores*, etc. Nec omittendi regis nutritores, *bajuli* vulgo dicti, maximæ apud principes auctoritatis. At illi quibus civitatum cura commissa erat, *comites* dicti sunt, qui et suos quoque in civitatibus officarios habebant, qui passim in formulis recensentur. *Duces* vero supra multos comitatus constituti, potissimum exercitibus præficiabantur: quanquam et suos etiam milites habebant *comites*, quibuscum ad bellum, cum urgebat necessitas, progrediebantur. Qui vero in Burgundia aut in provincia Patriei dicebantur, nomine tenus sub Francorum regimine a duobus distincti erant. Tribunum alicubi memorat Gregorius, qui et alio in loco de tribunitia potestate loquitur. Comites autem qui tributa aliosque fisci redditus in provinciis debitos ad principem deferri curabant, etiam et comitatus suos quandoque aut pretio emebant, aut, ut in iis continuarentur, præmiis et pecunia obtinebant. Quæ causa fuit ut viri ignobiles nonnulli ad ejusmodi dignitates evecti fuerint. Fiscales tamen præter eos officarii fuerunt, sic dicti, quod villarum regiarum curam haberent; qui et ipsi sub se fiscales variorum graduum officarios et servos habebant, qui passim laudantur apud Gregorium.

12. Locus hic esset inquirendi, quænam fuerit apud veteres Francos inter familias differentia, utrumve medius quidam inter nobiles et servos fuerit hominum status. At iste nodus absque aliquo monumento solvi non potest, cujusmodi de Francis antequam in Galliis stabiliti fuissent, nusquam reperi. Hoc unum constans invenio, *Franci* nomine hominem liberum et a qualibet servitute immunem designari. Cum vero Franci simul cum veteribus Gallis seu, ut tunc loquebantur, Romanis, in unum populum coaluerunt, homines alios ex nobilissimis et senatoriis, ut habet Gregorius, familiis exortos invenio, alios servituti mancipatos, alios ingenuos natos, alios vero servitutis jugo, dominorum suorum beneficio, omnino vel ex parte absolutos. Qui ex veteribus Gallis aut opibus præstabant, aut erant ex antiquis familiis orti, dignitates, etiam præcipuas, sicut et veteres Franci, obtinuerunt, factique sunt comites et duces; quos ideo passim apud Gregorium legimus his vocibus designatos, *Francus* aut *Romanus genere*. Quin et ur-

bium quarumdam civibus sua privilegia servata fuisse colligimus, quod a rege, cum earum possessionem inibat, sacramentum exigent, ut sua ipsarum privilegia integra servarentur.

13. Haud minus ignotæ sunt leges, quæ Francorum gens ante stabilitam eorum in Gallis sedem uterentur. Memorat Libanius in panegyrico jam supra a me laudato leges, quibus erat sancitum apud Francos, ut qui apud eos majora auderent, majoribus etiam honoribus potirentur. Celebris semper fuit apud majores nostros lex Salica, de cujus origine et variis additamentis viri eruditi passim scripsere. At cum certum sit eam ad posteros, qualis primitus fuit a Francis adhuc ethnicis instituta et dictata, non fuisse transmissam; veterum Francorum mores exinde, maxime in his quæ ad religionem pertinent, exploratos habere non possumus. Modum quo legati Chlodovei nomine Chlotildem desponsarunt, exhibet Fredegarius in Epitome, capite 18. *Offerentes*, inquit, *solidum et denarium, ut mos erat Francorum, cum partibus Chlodovei desponsant*. Quod in veteribus formulis apud Bignonium, num. 5; *secundum legem Salicam* fieri dicitur. At nihil de iis habet noster Gregorius; sed lib. ix Historiæ, capite 20, exemplar refert pactionis, in qua de dote et morgangiba, id est dono quod maritus uxori primo die nuptiarum manere offerebat, agitur. Veteres Francorum leges a paganismis primus expurgavit Theodoricus, perfecera Childebertus et Chlotarius ejus fratres, quas item auctas et emendatas publicavit anno 650 Dagobertus, ut ex præfationcula ad ejusdem regis capitularia patet, quam in appendice dabimus. Legis autem Salicæ aut alterius cujuslibet, ne nomen quidem, præter ecclesiasticos Canones et legem Romanam, usquam exprimit Gregorius: at ex iis quæ narrat, facile colligimus Salicæ legis scita quæ ad regimen pertinent, a Francis semper constantissime fuisse observata. Tale est illud ex capite 62, num. 6, quo cavetur, ne ulla Salicæ terræ portio ad mulierem veniat, sed tota ad virilem sexum devolvatur. Quod accurate in regni successionibus observatum fuisse ex Gregorii Historia discimus. Nusquam enim apud eum legimus in regni divisionibus feminas in partem venisse. Immo, si quis rex absque maribus defunctus fuit, non ipsius filiæ, sed aut fratres aut nepotes ad regni successionem accesserunt. Hæc prima fuit inter quatuor Chlodovei Magni filios regni dividendi ratio; eademque post Chlotarii monarchæ mortem inter ipsius filios servata: et Chariberto aut Childeberto regibus, absque virilis sexus liberis defunctis, non eorum filiæ, sed fratres successerunt.

14. Et tamen ea erat e regis liberis filiarum dignitas, ut in probis auctoribus nusquam invenias ullam aliis quam regibus in matrimonio locatam. Quin etiam tum cum in paterna domo conjugii expertes manebant, *Reginæ* nuncupabantur; forte ut meminissent solis se regibus fore desponsandas, nec aliis copulandas viris, ne tam illustre nomen deturparent. Sic et regum filii *reges* passim appellatos fuisse legimus, quod patet in regno substituendi fo-

rent. Mos enim tunc erat inter Francos receptus, ut A rege mortuo, pro filiorum numero regnum divideretur; et ita in suo quisque regno erat a cæteris fratribus absolutus, ut nullus esset qui in fraterni regni regimine quidquam potestatis haberet. Id ex eo patet quod Guntramno accidit. Nam cum filios non haberet, etsi nepotum suorum, ut loquimur, id est filiorum fratrum suorum, pater vulgo nuncuparetur; cum tamen episcopos in Chlotharii parvuli regnum misisset, qui cum ejus regni primoribus de Prætextati cæde in loco sancto facta inquirerent; Chlotarii primates id se non permissuros esse contestati sunt, cum ad ipsos, regis sui tutores, attineret auctoritas *regali sanctione* male acta comprimendi. Et re ipsa nunquam impedire potuit, quin Melantius, in Prætextati sedem ipsa agente Fredegunde intrusus, Rothomagensi Ecclesia potiretur. Reges vero ætate minores qui regno administrando nondum habiles et idonei erant, manebant sub tutela et matris, si superesset, et regni ipsius optimatum, ut de Childeberto Sigiberti, et Chlotario Chilperici filiis ex Gregorio liquet. Childebertus idem annos vitæ quatuordecim egressus, a patruo suo Guntramno rex, id est populis per se ipsum regendis potens, seu, ut loquimur, *major* declaratus est lib. vii Historiæ, capite 53; ex quo etiam capite instituendi regis modum discimus. Nam ibi Guntramnus *data in Childeberti manu hasta*, dixit: *Hoc est indicium, quod tibi omne regnum meum tradidi*. Certe ex veteribus nummis discimus, hastam apud Francos regis potestatis insigne fuisse. Chlodoveus tamen post Sigiberti Coloniensis regis et C ejus filii necem in *clypeo evectus*, rex eorum loco constitutus fuit. Sigibertus autem a Neustrasiis in regem acceptus *super clypeo impositus est*. Nec aliter Gundobadum-Ballomerem a suis in regem evectum fuisse legimus. Supremum autem regum nostrorum dominium soli Deo subjectum memorat passim Gregorius, cum eos, nisi justitiam exereuerint, iudicium Dei sibi imminere admonet; cuius rei egregium habemus exemplum in libro v Historiæ, capite 49, ubi Gregorius Chilpericem alloquens, regi quidem episcopos omnes esse subjectos testatur; regem vero ipsum non nisi Deo, qui criminum quorumcunque hominum ultor est. *Si quis*, inquit, *ex nobis aberraverit, a te potest emendari; si vero tu excesseris, quis te corripiet? Loquimur tibi, sed si volueris, audis; si vero nolueris, quis te condemnabit, nisi qui se justitiam esse pronuntiaverit?* Nullum etiam supra se hominem agnoscebat Chlotarius Chilperici ipsius pater, qui post fratrum suorum eorumque filiorum funera monarchia factus, cum proximus esset morti, ac vi febris magnopere vexaretur: *Uva*, inquebat, *qualis est ille rex cælestis qui tam magnos reges interficit!* Hinc nunquam tulere Francorum reges, ut ne minima quidem subjectionis umbra eorum imperium obseuraretur. Memorabile est hanc in rem Theodeberti Austrasiarum regis facinus, qui referente Agathia auctore Græco, cum audiisset Justinianum imperatorem inter alios titulos, *Francici* etiam nomen

usurpasse, quasi aliquando Francos vicisset; exercitum movit, ut Constantinopolis urbis expugnatione, subjugato imperio, tanta imperatoris vanitas dilueretur. Et quidem non minorem se agnoverat Chlodoveum Anastasius imperator, cui, testante Gregorio, codicillos de consulatu transmisit in honoris et amicitie tesseram. Non enim aliquam ab imperatore potestatem ex hoc accepisse censendus est Chlodoveus, qui jam tunc temporis imperatorem ipsum potentia superabat. Exinde tamen Chlodoveus more imperatorum diademate redimitus in publicum processit, et blattea, id est purpurea veste, usus, *Augusti* nomine donatus fuit.

15. Hanc autem summam, qua pollebant reges nostri auctoritatem, non supercilio in populos, veluti orientales reges qui a popularibus suis adorari consueverunt, non etiam auri et divitiarum amplitudine sibi conciliarunt, sed amore in populos, et mutuo popularium in regem amore, qui in Francorum cordibus a natura insitus videtur. Hinc factum est ut cæteræ nationes, quæ inclinatio imperio variis in provinciis sedes acceperant, haud diu eas servare potuerint, quod sua potestate abuterentur. At Franci quas provincias virtute sua acquisierunt, non solum servare incolumes, sed et vicinas aut sibi subjecere, aut suis contenti finibus effecere tributarias. Quis nesciat Wandalos, Alanis extinctis, Africam vix uno sæculo obtinuisse, ac paulo post Suevos in Gallæcia jugum Wisigothorum subire fuisse coactos? Haud diutius substitere Burgundiones in Gallia, Ostrogothi in Italia, Wisigothi in Septimania. At Franci hodieque in Gallis perseverant, qui in ipsis stabiliti regni primordiis, Alamannos, Bajoarios, Thuringos, Saxones, Winidos, Sclavos, aliasque nationes, aut subjectas sibi, aut tributarias fecere. Wisigothos expulerunt ex Septimania, Burgundionum regnum plane exstinxerunt, Ostrogothos in Italia terruerunt, Langobardis, qui Gotthis in Italia successerant, tributa imposuerunt: lique ita erant ipsis additi, ut neque regem sibi constituere auderent absque Francorum venia. Uno verbo nihil non Francis parebat: quorum amicitiam et ipsi imperatores tanti faciebant, ut eam crebris legationibus, largitionibus pecuniarum, et provinciarum cessionibus captarent; parumque absuit quin tributa ipsis penderent, id sine dubio facturi, ni pudor obstitisset. Cum enim ea ab imperatore Theoderici regis legati exigere voluissent: imperator, inquit Theophylactus Simocatta libro vi Historiarum, legatos humaniter muneratus, Francos adhortatus est, ut citra pretium societatem inirent, cum ferre non posset barbaros a Romanis tributum exigere.

16. Tanta quippe jam tunc erat Francorum fama; tantaque sub illis principibus populorum felicitas, ut et vicinæ gentes, quæ ex Romani imperii reliquiis a barbaris fuerant subjugatæ, teste Gregorio, Francos habere reges desiderarent, sub quibus, et religio catholica, quam nuper amplexi fuerant, floreret, et libertate sua populis uti liceret. Id autem contigit post

Chlodovei conversionem, cum non solum Remigium, sui et totius gentis apostolum, sed alios quoque episcopos, ex quibus multi in Galliis tunc erant sanctitate celebres, consiliarios adhibuit. Exstat ea de re beati Remigii epistola, quæ principis officia paucis verbis, sed efficacissimis complectitur. Cæterum tantâ ex tunc cœpit esse episcoporum auctoritas, ut nihil fere absque eorum consilio fieret. Testis est Gregorius complures eorum legationibus lunctos fuisse ad externos principes. Si vero inter fratres post regni divisionem aliqua exorirentur dissidia, componebantur per episcopos: citra quorum interventum vix quisquam, qui a regis gratia excidisset, eam recuperabat. Harum similiumve rerum exempla congerere non videtur operæ pretium, cum passim lectoribus in Gregorii Historia occurrant. Certe cum in expeditione Hispanica Guntrami exercitus rapinis incilians rem male gessisset, convocatis rex quatuor episcopis cum aliis e regni primatibus, exercitus ducem causam excutere cœpit, referente Gregorio lib. 5^m Historiæ, capite 30. Sic et post Prætextati mortem, idem princeps tres episcopos ad Chlotarii regni optimates delegavit, qui ea de re inquirerent. Denique cum idem Guntramnus de legitimis Chlotarii, Chilperici ex Fredegunde filii, natalibus dubitare videretur, regina accersitis imprimis *regni prioribus, id est episcopis*, etc., filii sui nativitatem fuisse legitimam sacramento approbavit. Minime itaque mirum cuiquam videri debet, si episcopi suis in urbibus privatorum causas cum adjunctis comitibus aliisque officariis judicarent, ut ex antiquis formulis aliisque veteribus passim monumentis, immo et ex Gregorio nostro certum est, cum ipsi de majoribus regni causis sententiam ferrent.

17. Neminem enim in suis regnis majorem episcopis agnoscebant reges nostri, quos Christi vicarios, et mysteriorum Dei dispensatores esse sciebant. Hinc primi in placitis adsidebant, eorumque nomina ante quoslibet alios recensebantur. Filios regum ipsi e sacro fonte suscipiebant: ad mensam regiam non raro etiam invitabantur, eorumque benedictionibus muniri reges ipsi flagitabant. Unde aliquando Chilpericus rex, ut olim Jacob ad angelum, se non dimissurum Gregorium nostrum asseruit, nisi prius ab eo benedictionem recepisset. Quæ regum nostrorum religio ac pietas eos movit, ut non solum priscas clericorum Ecclesiarumque immunitates, quæ ab imperatoribus concessæ fuerant, confirmarent, sed et ut novas etiam veteribus adjicerent. Remensis Ecclesia in qua fuerant in Christo generati, simul et beati Remigii eorundem apostoli basilica, omni immunitate gaudebant, teste Frodoardo. Narrat Gregorius libro III Historiæ, capite 25, ea omnia quæ ab Arvernorum Ecclesiis fisco reddi consueverant, ipsis a Theodeberto rege indultâ fuisse; quod Childebertus II, lib. x, capite 7, confirmasse memoratur. At Turonenses non modo clerici, sed et cives omnes, a quovis tributo erant liberi ob reverentiam sancti Martini. Si autem aliquando fiscalium ministrorum cupi-

ditas, aut alia quævis ratio principibus contrarium suasisset, episcoporum monitionibus et intercessionibus cedebant. Rem paulo plus quam cæteri promoverat Chlotarius hujus nominis primus, qui, ut omnes Ecclesiæ redituum suorum partem fisco persolverent, decreto sanciverat. At coniventibus regis voluntati, metu aut adulatione, cæteris episcopis, Injuriosus, Turonum antistes, rem adeo insolitam non ferens, insalutato rege abscessit: quo facto commotus rex, ductusque pœnitentia, ut episcopus rediret rogavit; eumque, fracto propriis manibus edicto, laudatum muneribus honoravit, quod ei tam salubre consilium inspirasset. Quam vero in his servandis religiosi fuerint reges nostri, scribit Gregorius libro ix, capite 30; sed memoria æterna dignum est Chariberti regis factum, qui cum ab Eufronio episcopo monitus fuisset tributa a suis ministris apud Turonos fuisse exacta, ingemuit, tum libris censuum incendio traditis, aureos quoque jam receptos Turonos remisit: veritus, ne quod officiales suo nomine etiam ipso inscio exegerant, in suum caput Dei et sancti Martini indignationem concitaret.

18. Quantum vero catholicæ religionis professioni addicti semper fuerint reges nostri, ex eo maxime patet, quod uxores hæresi infectas ducere nunquam voluerint. Brunichildem Sigibertus uxorem habuit, Galesvintham Chilpericus ejus frater, ambas Athanagildi Wisigothorum regis filias, et Ariana hæresi contaminatas: at neutra in thorum regis admissa est, quin prius hæresim suam ejurasset. E contrario nostrorum regum filiæ exteris regibus a catholica fide alienis in matrimonio collocatæ, suam religionem inviolatam intemeratamque servaverunt: atque hoc primum præcipuumque matrimonialium pactorum fuit, ut suæ religionis liberum exercitium reginæ illæ haberent: quod quidem pactum eum Amalaricus, qui Chlotildem Chlodovei magni filiam duxerat uxorem, violare tentasset, morte, quam ei Chlotildis fratres intulerunt, perfidiam suam eluit: illa vero in fide catholica constantissime perseveravit. Iisdem conditionibus Chlotsinda, Chlotarii I filia, Alboino Langobardorum regi, Ingundis Hermenigildo regi Wisigothorum in Hispania, et Bertha Cantiorum in Anglia regi nupserunt; quæ quidem reginæ omnes, non solum catholicam fidem perseveranter coluerunt, sed eam quoque viris suis inspirarunt, adeoque gentibus inter quas ipsæ versabantur. Hortatur ea de re Nicetius, Trevirorum sanctissimus antistes, Chlotsindam in epistola, in appendice hic relata, ut scilicet non solum religionis suæ integritatem virtutibus et vitæ sanctimonia conservaret, verum etiam ut et veritatem ejus viro suo, Alboino regi, et omnibus Langobardis ipsi subjectis persuadere conaretur. Et quidem licet infructuosi fuerint Alboino Chlotsindæ coratus, quæ tamen ipsa tunc seminaverat, postea, ut quidem existimare licet, pullulaverunt, eum alterius reginæ ex gente Francorum, testante nostro Gregorio, oriundæ, Theodelindæ scilicet, suasu Agilulfus cum gente sibi subdita fidei catholicæ confe-

sionem amplexus est. Idem contigit apud Wisigothos; seminavit Chlotildis, quæ etiam sanguinis sui effusione fidei catholicæ veritatem Amalarico regnante asseruit. Irrigavit Inguendis, cum Hermenegildus ejus conjux, Ariana hæresi ejurata, ad fidem catholicam accessit: at messis integra congregata fuit, cum Recaredo rege tota Wisigothorum gens catholicæ Ecclesiæ nomen dedit. Nec minus feliciores fuere Berthæ in Anglia conatus, quæ virum suum, primum quidem morum suavitate lenitum, ac postea sancti Augustini aliorumque monachorum a Gregorio Magno ex Italia missorum prædicationibus Christianum factum videre meruit. Atque ita, juxta Apostoli sententiam, viri infideles a mulieribus fidelibus sanctificati, Ecclesiam catholicam per totam fere Europam amplificaverunt. Jam quippe antea Burgundiones fidem catholicam amplexi fuerant, et id Francorum exemplo, ac Remigii eorum apostoli miraculorum fama inducti, quod ipse Avitus in collatione contra Arianos præsertim Gundobaldo rege facta attestatur. Ut nulla superesset in toto Occidente provincia, quæ Francis salutem suam non deberet, unde non immerito Gregorius, re multo magis quam nomine Magnus, lib. v, epistola 6, præclarum hoc de Francorum regibus protulit effatum. *Quanto cæteros homines regia dignitas antecedit, tanto cæterarum gentium regna regni Francorum culmen excellit.*

19. Tanta autem erat et regum et regni in Romanum pontificem reverentia, ut licet, pro more tunc temporis recepto, episcopi omnes apostolici viri, aut papæ nunciarentur; nemo tamen ex eis præter Romanum pontificem, papa, id est omnium pater, absolute diceretur. Item sedis apostolicæ nomine designabatur per excellentiam Romana Ecclesia, ut tum ex nostro Gregorio, tum ex variis conciliis illorum temporum constat. Atque inde, et quod plerique barbari hæreseos tunc infecti essent, Romanorum nomine catholici, etiam ab ipsis hæreticis, indicabantur.

20. Is itaque erat, referente Gregorio nostro, Galliarum status sub Chlodoveo Magno ejusque filiis ac nepotibus. Sed jam ex hoc ipso auctore inquirendum est, quænam tunc temporis vigeret apud Francos Ecclesiæ disciplina. Et primo quidem episcoporum electiones liberas et absolutas nemo est qui non dixerit, si vel leviter ejus ævi conciliorum canones percurrere volet, quos etiam canones, ne debita eis deesse putetur auctoritas, a regibus comprobatos et firmatos passim legimus. Si tamen Gregorii Historiam aliaque ejus opera evolvamur, contrariam omnino his canonibus consuetudinem tunc temporis vixisse nonnullis videbitur, cum ibi legamus passim episcoporum successiones præcipiente rege tunc temporis factas fuisse. *Hic*, inquit, *præceptione regis* in episcopi defuncti locum est substitutus: aut, *Ille*, defuncto episcopo a rege *præceptionem* obtinens; aut *alius*, quod jam antea a rege mandatum obtinisset, cæteris posthabitis, viduatæ urbis episcopatum adeptus est. Quibus, aut sane similibus verbis cum nititur Gregorius, episcopus non libera civium aut cleri electione,

sed unica auctoritate regum fuisse institutos innuere videtur. Verum si Gregorii verba, resque ab eo narratas paulo accuratius perpendamus, eorum temporum disciplinam talem fuisse animadvertemus, quæ ita regum auctoritati providerit, ut canonum ecclesiasticorum vigorem non convelleret. Et quidem cum tanta tunc esset, uti ex Gregorio observavimus, episcoporum in regno auctoritas et dignitas, nihil non magis rationi et æquitati consentaneum fuit, quam ut nemo sine regis consensu et auctoritate hunc gradum adipisceretur; sicut et ex altera parte, si quidem juxta eorum temporum disciplinam Ecclesiæ viduatæ electionis libertate gauderent, æquum etiam erat ut illæ suis legitimis juribus fruerentur. Sic autem res agebatur. Defuncto episcopo, electio successoris statim in ea fiebat civitate, quæ erat pastore viduata; tum ille, in quem suffragia convenerant, aut aliquis ejus nomine, sive alii ab ipsa Ecclesia delecti deferebant ad regem electionis instrumenta, quæ si legitima judicaret, nihilque in electione vitiosum adverteret, admittebat electionem; aut eam irritam reddebat, si forte cives in personam sibi aut regno suspectam consensissent. Rex, admissa electione, scribebat ad metropolitanum epistolam, qua ei ejusque comprovincialibus episcopis novum episcopum ordinandi potestatem faciebat. Hæc omnia anno 549 paucis verbis expressere Patres Concilii v Aurelianensis canone 10. *Cum voluntate regis, juxta electionem cleri ac plebis, sicut in antiquis canonibus tenetur scriptum, a metropolitano, vel quem in vice sua præmiserit, cum comprovincialibus pontifex consecratur*: quam regulam executioni mandatam fuisse infinita propemodum Gregorii loca probant, in quibus instrumentum a civibus pro electione factum appellat *consensum civium*; regium vero diploma, *præceptum*, aut *præceptionem*, sive *indiculum*. Hanc vero *præceptionis* vocem sic non intelligendam esse, ut electionem excludat, ex Gregorio nostro patet, qui post delatum ad regem *consensum civium*, suam *præceptionem* eum dedisse passim commemorat. Quin etiam licet in regis litteris seu *præceptione*, nulla fieret electionis aut *consensus* præcedentis mentio, ut ex formulis Mareulli colligimus, illum tamen civium consensum re ipsa præcessisse non solum ex Gregorio, sed etiam ex sancti Desiderii Caturcensis vita discimus, in qua quidem Vita regis litteræ referuntur ad episcopos, etc., datæ simul eum indiculo ad Sulpicium metropolitanum: sed in indiculo rex ne verbum quidem habet de cleri vel plebis electione aut consensu, tametsi in suis litteris mox laudatis, hanc promotionem *cum abbatum totiusque cleri consensione* factam fuisse testatur.

21. Haud tamen diffitear electiones a clero et populo factas nonnunquam a regibus abrogatas fuisse, vel quod divisim inter se electorum suffragiis, unaquæque pars cum suo electionis instrumento ad regem accessisset, vel quod electi persona regi displiceret. Nec etiam inficiari velim nonnullos quandoque, etiam non expectata cleri aut populi electione, *e palatio* in locum defunctorum episcoporum a rege fuisse sub-

stitutos : quos metropolitani, de eorum doctrina et probis moribus a rege ipso facti certiores, consecrabant; sed civium aut cleri consensus, cum illi primum in urbem suam adveniebant, rogabatur. Hæc tamen consuetudo electionum libertatem multum labefactavit; quam conciliis ignotam, et sensim sine sensu introductam Chlotarius II in edictum confirmationis synodi v Parisiensis primus inseri curavit, anno 445, ut deinceps pro lege haberetur. *Episcopo, inquit, decedente, in loco ipsius qui a metropolitano ordinari debet, cum provincialibus a clero et populo eligatur; et si persona condigna fuerit, per ordinationem principis ordinetur.* Hæc prima ordinationum regula, ut vidimus ex concilio v Aurelianensi, novam addit: *vel certe si de palatio eligitur, per meritum personæ et doctrinæ ordinetur.* At hæc nova consuetudo multorum in Ecclesiam malorum occasio fuit, favendo ambitiosorum conatibus, maxime officialium regionum, qui postea pinguiores episcopatus aucupati sunt: et statim ex laicis episcopi facti, Ecclesiæ Gallicanæ sanctitatem non medioeriter imminerunt. Alii vero pecunia et muneribus, alii adulationibus, aut ministrorum regionum quos corrumperant officiis, præcepta regum adepti, Simoniacam, ut vocabant, hæresim introducere; indeque tot canones adversus neophytos et Simoniacos illis temporibus in Gallicanis conciliis conditos legimus, qui tamen nunquam, sicut nec Romanorum pontificem, et potissimum Gregorii Magni, epistolæ, tam nefariæ pesti eradicandæ pares fuere. Omitto singularia quædam exempla, quæ cum regulis contraria fuerint, in legem transire non debent. Sic in longinquis quibusdam provinciis epi copi a ignot, dissimulante rege, aut præ minori ætate aut regni turbis non attendente, absque ejus venia consecrati fuerunt. Major fuit pontificem Aquitanie II ausus, qui Eumerium, Santoniensem episcopum, e solio deturbarunt, quod *absque metropolitani consilio* fuisset, præcipiente rege, consecratus: at cum id rescivisset Charibertus, Eumerium in sedem restitui imperavit, muletatis, ut refert Gregorius, episcopis, qui tale facinus aggressi fuerant. Haud tamen adeo exarsit Charibertus in episcopos, quod Eumerii ordinationem examinare voluissent, id enim eis per canones licitum erat, sed quod illum jam diu cum auctoritate regis episcopatu pollentem, absque ejus *judicio* e sede dejecissent.

22. Translationes episcoporum ex una in alteram sedem nusquam in Gregorii libris reperire licet, nisi eorum, qui ex propriis urbibus hæreticorum principum jussu expulsi, in Francorum regnum accedentes, viduatis Ecclesiis præfecti fuere, quod semper approbavit Ecclesia. Coadjutores viventibus substituti nonnulli occurrunt, qui vel regum favore, vel alia quavis ex causa, cum spe ad aliquam Ecclesiam succedendi, ordinati fuerunt; at non vano, ut hodie fit, titulo, neque in ea ipsa Ecclesia, quam aliquando essent adepturi ordinabantur, sed quasi novi episcopatus creatione, in aliquo futuræ suæ diœceseos castro sedebant, cum assignata sibi in vicinos aliquot vicos jurisdictione. Sic Mundericus apud Tornodo-

rum ordinatus est, Aventinus apud Castrodimum, Austrapius in Sellensi castro, etc. Coadjutorem tamen renuit ordinare Gregorius noster Burgundionem, Felicis Namnetensis episcopi nepotem, tum quod neophytus esset, tum quod sacri canones vetaerent, ne quis episcopus alteri adhuc viventi substitueretur, ut ipse narrat libro vi, capite 5. Unde insolens omnino videri debet quod idem Gregorius refert de Theodoro et Proculo episcopis e Burgundia pulsis, qui Ecclesiam Turonicam simul rexisse dicuntur, post Licinii aut Leonis obitum: quare eos potius administratores quam episcopos Turonicos appellandos esse existimem. Nonnunquam tamen episcopi, etiam sanctissimi, aliquem e suo clero sibi successorem designarunt, quem sciebant ad id ministerium præ cæteris idoneum esse. Ita Sacentos, Lugdunensis antistes, morti proximus, Childebertum regem contestatus est, ut Nicetium sibi in sede Lugdunensi substitui curaret. Maurilio Caturcensis episcopus podagra afflictus, prævidens futuras graves circa suum successorem contentiones, ut sibi etiam viventi Ursieinus substitueretur, exoravit. Idem fecerat, ut mox dicebamus, Felix episcopus Namnetensis, confecto ea de re instrumento, quod comprovincialium episcoporum subscriptionibus roborari curaverat. Chorepiscopum, ne unum quidem, memorat Gregorius, nisi illi eo nomine donentur, qui, ut mox dicebamus, in castris ordinati fuerant. Nam Mundericus, quem in castro Tornodorensi sedisse diximus, ea specie, inquit Gregorius, ordinatus est, ut dum sanctus Tetricus, qui tunc Lingonum episcopus erat, viveret, hic Tornodorensis castrum, ut archipresbyter regeret, atque in eo commoraretur.

23. Ordinationes ad metropolitanos pertinebant, in propria ejusque provincia. Unde Gregorius libro iv Historiæ, capite 55, quod in editis præcedentibus desiderabatur, narrans Aviti Arvernensis episcopi ordinationem, jussu Sigiberti regis Mettis factam, observat hæc in re *canonicum rigorem* non fuisse servatum. Ipse tamen Gregorius Rhennis consecratus fuit ab Ægidio ejus urbis metropolitano, ut canit Fortunatus, nec alterutri unquam hoc factum vitio vertit. At cum idem Ægidius non solum ordinare episcopos, verum etiam episcopatum instituere in Castro-Dunensi, quod in Carnotena diœcesi situm est, tentasset, graviter ab episcopis concilii iv Parisiensis reprehensus fuit, quod rem adeo insolitam extra suæ civitatis et provinciæ terminos fuisset aggressus. Et merito, eum ne id quidem ipsi liceret ex apostolicæ sedis vicariatu sedi suæ beati Remigii temporibus concessio; si quidem ejusmodi privilegia non nisi integris ac salvis metropolitanorum juribus concedebantur. Unde brevi cecidit illa Dunensis episcopatus erectio, quæ contra canonum scita temerario ausu facta fuerat; stetit vero, hodieque perdurat Laudunensis Ecclesia a sancto Remigio instituta, quod ipse in suæ diœceseos castro constitutus, nemini irrogasset injuriam. Novum iter episcopatum in castro Melodunensi constituere tentaverat rex Childebertus pri-

nus; at reclamante Leone Senonum episcopo, ad A
cujus diocesim locus ille pertinebat, res infecta fuit.
Sic et periit Arisitensis episcopatus, quem Gotthi,
detractis aliquot e diœcesi Ruthenensi, qui ipsis pa-
rebant, vicis, instituerant.

24. E laicali statu ad sacerdotium promoveri, ni-
post emensos varios gradus, nunquam per canones
licuit. Quam regulam, etsi frequenter violatam, se-
cuti sunt tamen semper episcopi religiosiores. Hujus
rei exemplum illustre de se ipso narrat Gregorius,
loco jam a nobis superius laudato ex libro v Histo-
riæ, capite 15; cum enim Burgundio Felicis episcopi
nepos ad eum accessisset, avunculi sui cæterorum-
que comprovincialium episcoporum consensu muni-
tus, ut in episcopum consecraretur; respondit Gre-
gorius: *Habemus scriptum in canonibus, non posse B*
quemquam ad episcopatum accedere, nisi prius eccle-
siasticos gradus regulariter sortiatur. Tum eum do-
cuit quid ei faciendum esset, ut sese dignum exhi-
leret episcopali honore. Quibusnam vero gradibus
ad tantam dignitatem canonice assequendam ascen-
dendum foret, ab eodem Gregorio discimus ex li-
bro iv, capite 6, ubi Cato presbyter se *clericatus gra-*
du canonica institutione sortitum fuisse his verbis expo-
nit: *Lector decem annis fui, in subdiaconatus officio*
quinque annis ministravi; diaconatus vero quindecim
annis mancipatus fui, presbyterii honore jam viginti
annis potior. Et quidem Nicetius, Lugdunensis postea
episcopus, non nisi ætate tricenaria presbyter ordina-
tus fuit. Verum id regulæ exigebant: at contraria
plurimum fuit praxis et consuetudo, quam varia C
causæ introduxerant. Ex his legitimæ fuerunt, Ec-
clesiæ necessitas, insignisve aliquot virorum sancti-
tas, quam illustria facta vel etiam miracula proba-
bant. Improbata vero quorundam episcoporum faci-
litas, ut exemplo Burgundionis non semel allato patet,
cujus adhuc laici promotioni episcopi provinciæ
Lugdunensis III consenserant, sed quam Gregorius
noster, canonum acerrimus vindex, sua auctoritate
impedivit. Improbata quoque nonnullorum ambitio,
qui regum auctoritate episcopatum consecuti, cæteris
imperare conabantur, priusquam, ut ait Gregorius
Magnus, obedire didicissent. Ejusmodi tamen ali-
quantis diebus in clericatu probatos fuisse crediderim,
priusquam consecrarentur, ut de Badegesilo obser-
vat Gregorius noster, qui *tonsuratus*, gradus quos ele-
rici sortiuntur ascendens, post quadraginta dies Dom-
noli episcopi Cenomanensis defuncti successor evasit.

25. Ad concilia quod attinet, alia erant provincia-
lia, unus scilicet provinciæ episcoporum; alia to-
tius nationis seu regni. Priora metropolitani quique
statis temporibus juxta canonum prescripta congre-
gabant: aliorum vero indictio ad regem pertinebat,
quorum episcopi etiam si forte diversorum regnorum
erant, ex mutuo tamen regum omnium consensu fa-
cile cogebantur. In his de fidei rebus ac majoribus
negotiis, aut certe de pace inter reges componenda
agebatur: quæ ex Gregorio discimus libro ix Histo-
riæ, capite 20, ubi cum Guntramnus rex synodum

ex universis Galliarum provinciis congregandam esse
dixisset, reposuit Gregorius, qui tunc Childeberti
regis legatus erat, inutilem videri tantæ synodi ce-
lebrationem, cum nulla tunc esset exorta nova hæ-
resis, nullumque immineret in fide periculum: sed
sufficere, ut unusquisque metropolitanus *juxta con-*
suetudinem canonum enim sibi subjectis conveniret.
Mapinius tamen Rhemorum antistes ad concilium Tul-
lense a Theodebaldo rege convocatum ire renuit,
quod rex *evocationis causam* ei non indicasset; unde
conjecimus episcopos, saltem præcipuarum sedium,
de negotiis quæ in talibus conciliis tractanda erant,
feri debuisse certiores. Et quidem Mapinius ea oc-
casione Nicetium Trevirensem reprehendit, quod
potius ad regem, quam ad ipsam reprimendæ quo-
rundam malorum hominum proterviæ causa recur-
risset. Ejus epistolam dabimus in appendice cum
Sigiberti regis alia epistola, qua Desiderio Catur-
censi mandat, ut ne accedat ad synodum, quæ
seipso inconsulto fuerat indicta.

26. Cæterum ex his quæ Guntramnus ad Gregorii
verba superius laudata respondit, patet episcoporum
causas ex iis fuisse, ob quas potissimum concilia to-
tius nationis episcoporum congreganda essent. *Illa,*
inquit, Dei causa exstat omnibus major, ut inquirere
debeat, cur Prætextatus episcopus gladio in ecclesia
fuerit interemptus, tum de dissidiis episcoporum, et
variis criminibus, quibus eorum nonnulli accusantur.
Immo et reges ipsi causas episcoporum, quos sibi haud
fideles fuisse existimabant, ad concilia referebant: ut
de eodem Prætextato patet, quem Chilpéricus rex, ve-
luti reum majestatis, in concilio Parisiensi accusavit.
Et ipsemet noster Gregorius accusatus a Leudaste co-
mite, quod adversus reginam Fredegundem malos ru-
mores sparsisset, seipsum in concilio Brennacensi sa-
cramento purgavit. Nec prætermittere licet egregium
Childeberti II facinus, qui cum Ægidium Rhemorum
antistitem, multorum quidem criminum reum, sed
necum in ulla synodo auditum, Mettas adduci jus-
sisset, *ab aliis episcopis increpatus*, eum urbi suæ
restitui incolumem præcepit. Sed ille postea in epi-
scoporum synodo apud Mettas majestatis læsæ reus
inventus, et episcopali sede privatus, a rege Argen-
toratum exsul mittitur. Jam vero adversus episcopos
non quilibet viri admittebantur in testimonium; quare
D cum inferioris ordinis nonnulli testes adversus Gre-
gorium in synodo Brennacensi auditi fuissent, ea de
re conquesti sunt episcopi. Ille vero cum testium re-
latione convinci non potuisset ullius criminis, resque
manere videretur in ambiguo, *dictis missis in tribus*
altaribus, sese ipse sacramento purgavit; quod ta-
men non sine injuria se fecisse professus est, cum
id canonibus esset contrarium. Cæterum late in istis
conciliis sententiæ si nolent damnati acquiescere,
illis supererat ad apostolicam sedem confugium. Unde
cum Sagittarius et Salomius episcopi sese injuria in
concilio Lugdunensi exactoratos fuisse conquesti es-
sent, *licentia* prius a rege Guntramno obtenta, eum
litteris ejus commendatitiis Romam petierunt, ubi a

Joanne pontifice auditi, ejusdem jussu sedibus suis restituti sunt, ut narrat Gregorius libro v Historiæ, capite 21.

27. Colligimus autem ex ejusdem Gregorii et dictis et factis, quanta tunc esset in sacros canones Ecclesiæ Gallicanæ reverentia. Ægidius Rhemensis episcopus, non nisi *lectis Canonum sanctionibus*, e solio suo deturbatus est, postquam reus conjurationis in regem inventus fuisset. Quanta vero animi magnitudine et constantia eorum auctoritatem adversus regem ipsum, et reginam ejus conjugem, tuitus fuerit Gregorius in causa Prætextati, nemo est qui nesciat, a quorum observatione nec minis, nec blanditiis, nec auro aut argento unquam dimoveri potuit. Unde si aliqua emergeret in rebus agendis difficultas, prolatis canonum verbis eam elevandam esse ceusebat. Et quidem Bertegundis, quæ relicto suo viro in monasterium Turonense confugerat, pervicaciam *refutavit*, canonem Nicænum relegendo. Sic et Burgundionis postulationi respondit, qui Felici episcopo adhuc viventi in sedem Namnetensem subrogari efflagitabat. Codicem autem canonum, quo tunc Gallicana utebatur Ecclesia, alium a Dionysii Exigui collectione fuisse colligimus, tum ex canone Nicæno, qui, ut a Gregorio laudatur, apud Dionysium non habetur, tum ex novo quaternione codicis a Chilperico rege assuto contra Prætextatum. In eo enim quaternione *canones quasi apostolicos*, qui in codice Dionysii locum habent, exstitisse memorat Gregorius, qui proinde non habebantur in sincero codice canonum Gallicanorum.

28. Diocesium suam accurate visitabant tunc temporis episcopi, vicos et oppida suæ ditioni subjecta circumeundo, uti ex compluribus Gregorii locis certum est. Plerique solebant statis temporibus in monasteria, seu in solitaria loca secedere, ut ibi oratione ac spiritualibus exercitiis recreati, inde ad eam animarum sibi commissarum vegetiores facti reverterentur; quod solemnium pompa in aliquibus locis die dominicæ cœnæ facere solebant. Licet vero omni tempore sancti illi episcopi Ecclesiis sibi commissis præsentem adesse studerent, id tamen summo opere curabant, si aliqua calamitate plebes sibi commissæ affligerentur. Hinc cum Albigam civitatem læus inguinaria devastaret, Salvius ejus Ecclesiæ tunc sanctissimus antistes, *tanquam bonus pastor*, D inquit Gregorius, ab ea urbe nunquam recedere voluit. Theodorus vero Massiliensium episcopus cum pestem gravissimam in sua urbe sævire accepisset absens, statim reversus ad sancti Victoris sepulcrum, orationibus ac vigiliis vacans, Dei misericordiam flectere conatus est.

29. Jam vero episcoporum *ordinationi* ac potestati potissimum commendatæ erant Ecclesiæ facultates, quæ eorum nutu et auctoritate debebant distribui, unde et pauperum ac viduarum nutritores dicebantur: quare cum Gotthus quidam Ecclesiæ Agathensis bona rapuisset, monuit eum Leo episcopus, ut ne res pauperum, quas, inquit, Deus nostræ er-

Ad dinationi commendavit, invaderet, si eorum nollet lacrymis enccari, cum illi de fructibus istis alii deberent. Hujus rei causa erant in ecclesiis catalogi, matriculas appellabant, in quibus inscripti pauperes ecclesiæ bonis ac fidelium oblationibus alabantur. Aliis episcopi nonnunquam litteras manu sua subscriptas dabant, quibus incitati fideles eleemosynam petentibus facilius largirentur. Denique tanta erat omnium in episcopos, quos Spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, reverentia, ut apud omnes receptum fuerit illud effatum, *quia nec istud sine hæresi*, inquit Gregorius lib. II, cap. 23, *potest accipi, ut in ecclesia non obaudiatur sacerdoti*, quo nomine hic et passim episcopum designat.

30. Ad archidiaconos autem spectabat rerum Ecclesiæ distributio, eorumque curæ non solum pauperum sustentatio commissa erat, sed etiam clericorum, qui, in plerisque saltem ecclesiis, communem agebant vitam. Hoc est, ni fallor, quod *mensam canonicorum* appellat Gregorius, quam libro ultimo Historiæ capite 30, n. 16, a Baudino apud Turones institutam fuisse scribit, idque ex capite 9 Vitæ patrum intelligitur, ubi cum Patroclus, qui tum Biturigibus residebat, ad convivium *mensæ canonicæ* cum reliquis clericis accedere negligeret, malens, dum cæteri corpus reficerent, ipse orationi ac sacræ lectioni operam dare, ab archidiacono graviter reprehensus est, admonitusque, ut aut *cum reliquis fratribus cibum sumeret*, aut certe discederet a loco; non enim rectum ille existimabat, ut *unus cum his habere victum dissimularet*, cum quibus *ecclesiasticum putaretur implere officium*. Ex eodem libro patet archidiacono commissam fuisse instituentium clericorum curam, eumque scholæ præfectum fuisse; quod passim innuit Gregorius. Clericum tamen, quem Æthelricus Lexoviensi scholæ præfecerat, diaconum fuisse nusquam legimus. Verum archidiaconi, etsi scholis præfecti, quia multis curis distracti erant, juniores clericos per alios erudiri curabant.

31. Qui ecclesiis ruralibus, quas hodie parochias seu curas appellamus, præficiuntur, ii dicebantur presbyteri, quos nonnunquam archipresbyteros a Gregorio dictos legimus, sive quod presbyteris vicinis, ut hodie fit, præessent, sive quod in sua Ecclesia plures sub sua disciplina clericos haberent. Erant tamen et alii minores clerici nonnullis Ecclesiis præpositi, cujusmodi fuit Cautinus, postea Arvernorum episcopus, qui in libro de Gloria confessorum, capite 30, dicitur *in suo diaconatu* Iciodorensium Ecclesiam rexisse. Urbanus vero *diaconus* sancti Juliani Brivatensis martyrarius factus est. Immo libro I de Gloria Martyrum, capite 66, memorat Gregorius parvulum oratorium, sancto Patroclo apud Treccas consecratum, cui unus tantum *clericus*, quem paulo post appellat *lectorem*, serviebat. Occurrunt etiam apud eundem auctorem, qui aut soli, aut certe pauci omnino in locis sacris degebant, de quibus fusius agere non vacat.

32. Clerici autem, saltem minores, non erant pe-

cessario a propriis episcopis huic officio destinandi. Nonnulli enim pro temporum aut locorum opportunitate, a quovis episcopo aut abbate, juxta suum aut parentum votum, ad clericatum admittebantur: quo pacto Gregorius, ut ipsemet narrat, Winnocum recens e Britannia in suam diœcesim advectum, presbyterum ordinavit, ut illum apud se retineret. Qui enim semel in quavis Ecclesia ordinati erant, ad aliam transire non poterant, immo nec aliquanto diutius in aliena diœcesi immorari, absque venia episcopi, qui ipsos ordinaverat: unde cum Theodulfus, qui Parisiis diaconus ordinatus fuerat, Andegavum transmigrasset, a Ragnemodo Parisiensi episcopo, ut narrat Gregorius libro x Historiæ, capite 14, sæpius excommunicatus est, quod ad Ecclesiam in qua diaconus ordinatus fuerat redire differret. Abbates etiam in suis monasteriis clericos instituebant, uti Gregorius passim, potissimum in miraculorum libris attestatur. Inde consuetudo proflexerat, ut *monachi ac clerici* nomen promiscue monachis tribueretur: quod fuse probat vir eruditus Ludovicus Thomassinus. Et quidem ordinandi, etiam ad sacerdotium, in monasteriis erudiebantur, ut exemplo Merovei Chilperici regis filii constat, qui in Aninsulensi monasterio positus est *sacerdotali regula* erudicendus.

33. Clericatus fuit sæpius opportunum adversus imminentem necem asylum, maxime principibus viris, quos, ne turbas commoverent, suspectos reges habebant. Certe Chararicus rex, cum filio suo a Chlodoveo captus, non aliter mortis periculum evasit; quare eam subire ambo postea coacti fuerunt, cum clericatu contempto ad sæcularem statum voluerunt reverti. Hinc est quod Chlodoaldum Chlodomeris filium ultra ad necem ipsius patrum non quæsiere, cum sibi ipsi capillis incisis, presbyter fuisset ordinatus. Nec aliud certe iidem illi reges a Chlotilde exegerant, quam ut nepotes suos clericos fieri paterebantur, si eos morti ereptos euperet. Nemo vero existimet, hujusmodi homines invitos ac reclamantes ab episcopis ordinatos fuisse: id quippe nunquam admisit Ecclesia: immo, ut scite observavit Thomassinus, volentes et vehementissime volentes ordinabantur, certi quod nulla sibi superesset alia propriæ vitæ in tuto ponendæ via. Et quidem nonnulli passim occurrunt sic ordinati, qui reliquo vitæ suæ tempore ita piis exercitiis operam dederunt, ut tandem in sanctorum numerum meruerint referri; licet et alios fuisse fateamur, qui postmodum libertatem pristinam adepti, proposito abjecto, ad nuptias convolarunt, aut certe ad proprias uxores reversi sunt: quippe qui per vim ordinati nullis continentiae legibus se obnoxios esse causabantur. At id nunquam impune tulit Ecclesia, quæ variis canonibus ejusmodi temeritatem proscripsit. Hoc crimen *apostasiam* appellat noster Gregorius libro iv Historiæ, capite 4, ubi Maclavi Brittonum comitis facinus enarrat, qui cum in extremis angustiis positus ordinatus fuisset episcopus Venetensis, et postea mortuo

A Chanaone, suam uxorem recepisset, a cæteris episcopis excommunicatus est. Memorat passim Gregorius episcopos, qui ante suam ordinationem uxorati fuerant: at statim subjungit, eos ab invicem juxta canonum præscripta fuisse sequestratos: quod *ordinem institutionis catholicæ* appellat in libro de Gloria confessorum, capite 78, ut hunc morem non in una solum aut in altera regione, sed ubique in tota Ecclesia catholica uniformiter servatum fuisse ostenderet. Unde maximum apud populos scandalum oriebatur, si episcopus etiam cum uxore propria commercio aliquid habuisse putaretur. Habebat Ætherius episcopus Lexoviensis circa lectum suum multos lectulos clericorum, ut dubio procul essent ejus continentiae testes. Et quidem episcopi decumbebant in domibus, quas Gregorius vulgo *domos Ecclesiarum* aut *ecclesiasticas* vocat, quæ juxta ecclesiam sitæ erant, ut facilius esset episcopis et clericis ad ecclesiam aditus. Rarius vero mulieribus ad hujusmodi domos permittebatur accessus, et quidem in Ecclesia Lugdunensi consuetudo fuerat jam a longo tempore observata, ut mulier ecclesiarum domum non ingrederetur; quod interdictum cum volasset Prisci episcopi uxor, divinitus punita est, ut discimus ex libro iv Gregorii Historiæ, capite 36, quod in præcedentibus editionibus desideratum ex codice Casinensi supplevimus

34. Cæterum non minus vestibus ac externa corporis specie, quam moribus clerici a sæcularibus viris tunc temporis distinguebantur. Meroveus quippe a patre Chilperico aliquandiu sub custodia detentus, postmodum tonsuratus, mutataque veste qua clericis uti mos est, inquit Gregorius noster lib. v, cap. 14, presbyter est ordinatus: unde postea cum clericatu abjecto aufugisset, *sæculari veste indutus* fuisse dicitur. Alio in loco sanctus Martinus nigra veste indutus cuidam apparuisse dicitur. Clericos vero, sicut et monachos, tunc temporis tonsos fuisse nemo est qui inficiari velit; at coronæ quam illi deferebant, primam notionem Gregorio nostro deberi censet Ludovicus Thomassinus, qui clericos antea quidem tonsos fuisse fatetur, non vero capillorum corona insignitos. Locus Gregorii habetur in Vitis Patrum, capite 17, ubi narrat Nicetium, postea Trevirensis episcopum, ex matris alvo processisse cum pilis ita in capite ejus ordinatis, ut putares ab eisdem coronam clerici fuisse signatam.

35. Monasticus ordo jam tempore Gregorii ita erat clericatui conjunctus, ut idem fuerit monachum esse ac clericum, quod fuse, et pro suo more erudite, probat Ludovicus Thomassinus; et quidem, ut passim in suis locis observamus, quos Gregorius appellat clericos initio capitis, eosdem postea monachos nuncupat. Nec mirum, cum illis temporibus, et jam multo antea, monachi clericalibus omnibus officiis perfungerentur, præcipuamque divinarum officiorum celebrationi operam impenderent; immo et abbates, ut modo dicebamus, clericos ordinabant, et cum aliquid solenn-

impiter in Ecclesia agendum occurrebat, statim episcopi, ut passim memorat Gregorius, suæ diocesis albates et presbyteros convocabant. Tanti vero faciebant monachos sanctissimi quique illorum temporum episcopi, ut vix eorum quisquam occurrat, qui monasterium aliquod non instituerit. Gregorius in itinere constitutus ad monasteria solebat divertere, ut monachorum ibi viventium sancta conversatione frueretur, et præcedentium egregias actiones edisceret; indeque hausit tot illustria sanctorum virorum præclara facta, quæ tum in libris de Gloria confessorum, tum in Patrum Vitis postea publicavit; nec Historia gentis nostræ indignum putavit sanctorum monachorum obitus et miracula inserere, quæ lectorum animi et hæc rerum gestarum varietate recrearentur, et hujusmodi narrationibus incitarentur ad imitanda eorum virtutum exempla.

36. Nec minor erat monachorum adversus episcopos reverentia et obedientia, quod vel ex uno Ulfilaici monachi exemplo confirmari potest, qui, uti narrat Gregorius libro vii Historiæ, capite 15, episcopis jubentibus ut a columna, cui Stylitarum exemplo insidebat, descenderet, statim obedivit, quia, inquit, *sacerdotes non obaudire crimen est*; et maluit vitam communem cum cæteris monachis ducere, quam ad perfectionem tendere *contrarius existens jussionibus sacerdotum*. An vero quædam monasteria tunc essent ab episcoporum regimine immunita, nusquam explicat Gregorius. Ex eo tamen discimus, in iis monasteriis quæ sub regis tuitione erant, episcopos nihil potestatis habuisse, absque speciali principis mandato. Etenim cum Maroveus Pictonum episcopus curam monasterii sanctæ Radegundis, in sua ipsius urbe constructi, suscipere remisset, nec voluisset sanctæ Crucis translationem facere, quod ab eo enixis precibus efflagitabatur, Radegundis adiit regem Sigibertum, qui hanc curam Eufronio Tironensi episcopo demandavit. Cumque monasterium sub regis tuitione fuisset positum, non nisi obtenta speciali a Childeberto præceptione, illud, sicut cætera suæ dioceseos monasteria, episcopo Pictavensi *regulariter gubernare licuit*, ut habet Gregorius lib. ix Historiæ, capite 40. Et quidem defuncta Radegunde, cum ab urbe Maroveus episcopus ahisset, Gregorius, qui præsens aderat, vix adduci potuit, ut exsequias ejus curaret, quod monasterii cæmeterium nondum *sacerdotali benedictione sacratum* fuisset, vixque efflagitantibus omnibus qui aderant, *presumpsit ex caritate fratris sui* altaris consecrationem, ita tamen ut corpus in cæmeterio humo non texerit, id episcopo loci reservans.

37. Abbates et abbatissæ communibus monachorum sive monialium votis eligebantur, sed ab episcopis benedictionem debebant accipere. Vestes autem sanctimonialium alias a sæcularium vestimentis fuisse vel ex eo convincimur, quod Gregorius passim, earum, sicut et monachorum, conversionem memorando, virosque *veste mutata* ad monasteria convolasse scribat. An vero virgines omnes sacræ tonsæ omnino

A fuerint, non usquequaque liquet. Certe narrans Gregorius viros a Chrodicelde ejusque sequacibus in monasterium sanctæ Crucis immisos, qui abbatissam per vim e loco sacro raperent, ait in Justinam præpositam incurrisse, quam *a capite solutam casarie* a sicariis illis raptam fuisse affirmat. Al is etiam illorum temporum monumentis confirmari posset virgines sacras tunc capillos servasse; at non desunt etiam quæ contrariam sententiam suadent. Quare re consuli potest Hugo Menardus in observationibus ad sacramentarium Gregorianum, aut certe Mabillo-nius in notis ad vitam sanctæ Gertrudis Nivialensis abbatissæ, quæ habetur in sæculo xi Benedictino, ubi agitur quoque de sacrarum virginum mitrellis, quibus successisse videntur *ea linteamina*, quæ Gregorius Justinam in capite habuisse commemorat. Cæterum Papula virgo, in libro de Gloria confessorum, capite 16, sæculo valedicens comam sibi totondit, sed ut virum simularet. Monachos quippe comam non nutritis certum est, inter quos sub virili habitu Papula reliquum suæ vitæ tempus exegit. Sanctimonialia a laicis distincta fuisse, vel ex uno Gregorii loco intelligimus, ubi Radegundis se *a laicalibus vinculis* absolutam profitetur ad religionis normam transisse. Ubi etiam patet religionis vocabulo monasticum ordinem jam tunc designatum fuisse; quod multis aliis locis probari facile posset. Hinc religiosi et religiosæ nomina profluxerunt. Sanctimonialia quoque frequenter appellat Gregorius sacras virgines quæ in monasteriis conversabantur. Quemadmodum vero in sanctimonialium cœnobis ingressus viris interdicitus erat, sic et a virorum monasteriis arcebantur mulieres, quibus ne quidem in ecclesiam patebat aditus in plerisque monasteriis; quod de Condatescensi ex vita sancti Romani, id est capite i de Vitis Patrum, manifestum est. At licet monachis, qui reclusi non erant, extra monasteria liceret exire, id adeo districte monialibus sanctæ Crucis Pictavensis ex præscripto Regule sancti Cæsarii erat vetitum, ut ne quidem ad sepeliendum beatæ Radegundis corpus cæmeterium adire eis licitum fuerit. Id ex Gregorio discimus in libro de Gloria Confessorum, capite 106, ubi exsequias beatæ Reginae describens, clericos representat funus psallendo deducentes, quod moniales e fenestris et muri propugnaculis, lamentando et flendo, non nisi oculis et flibus, prosequabantur. Plures vero in monasteriis virorum Regulas simul viguisse ex capite 29 libri x colligimus, ubi in cœnobio Atanensi non modo *Cassiani*, sed et *Basilii et reliquorum abbatum*, qui monasterialem vitam instituerunt, regulas invaluisse scribit Gregorius.

38. Porro licet nemo non fateatur præcipuam semper clericorum et monachorum occupationem fuisse, orationis ac sacrarum Scripturarum studium, non defuere tamen qui consuetudinem hanc statis horis officium, ut vocant, divinum publice aut privatim recitandi, non adeo antiquam fuisse crediderint. Verum ejus originem ad ipsa Ecclesiæ Gallicanæ primordia revocat noster Gregorius libro i Historiæ,

capite 29, ubi de sancto quodam viro, qui Biturigenam Ecclesiam instituisse paulo post Deci tempora dicitur, ait : Clerici ab eo ordinati ritum psallendi suscipiunt, et qualiter ecclesiam construant, vel omnipotenti Deo solemniter celebrare debeant imbuuntur. Data Ecclesie pace Officia divina publice in ecclesiis celebrata fuisse quis inficietur? Idem factum est in monasteriis, non solum majoribus, sed et in illis quoque, in quibus pauci numero monachi conversabantur, ut ex variis Gregorii locis certum est, ubi quotidianum istud pensum psallentium, aliquando vero officium dominicum appellat. Vigiliis nocturnas, tum à se, tum ab aliis celebratas frequenter commemorat, a quibus etiam Matutinum seu Laudes, ut jam loquimur, aliquo temporis intervallo distinctas fuisse, vel ex uno libri I de Miraculis sancti Martini, capite 55, loco intelligimus. Ibi enim post vigilias in ecclesia transactas, signo ad matutinas commoto se recessisse profiteretur. Ibidem matutinorum officium mane, et hoc loco et capite II libri secundi, celebrari solitum fuisse insinuat, id est abescente celo, ut loquitur in Vita sancti Galli inter Vitas Patrum, capite 6, ex qua item Vita discimus, eosdem ferme psalmos, quos hodie ad Laudes canimus, jam tunc temporis eadem hora dictos fuisse. Cum enim vir sanctus morti proximus quid in ecclesia caneretur interrogasset, responsum est ei, clericos benedictiones psallere; tum ille, psalmo quinquagesimo, et benedictione decantata, et alleluatico cum capitello expleto, consummavit matutinos. Cæterum vigilias nocturnas quandoque a Gregorio etiam matutinas appellatas fuisse inficiari nollui. Nam capite 23 libri III de Miraculis sancti Martini, signum horis matutinis motum, et vigilias a populo celebratas fuisse perhibet. Tertiam et Sextam in ecclesia Turonensi ab Injurioso episcopo institutas fuisse dicit libro X, capite ultimo Historiæ; cursum horæ Tertie appellat, capite 96 libri de Gloria Confessorum. Vesperarum vero, quas nonnulli ejus ævi auctores Lucernarium nuncupabant, meminuit in libro de Miraculis sancti Juliani, cap. 20, ubi historiam commemorat furis ejusdam, qui post gratiam vespertinam discedente populo in basilica remansit, ut latitaret. Nox adveniens jam mundum operiebat tenebris, cum clerici sancti Petri Burdigalæ accesserunt in ecclesiam, atque dictis psalmorum capitulis recesserunt. De aliis horis nulla peculiaris apud hunc auctorem occurrit mentio, sed omnes passim generali cursus divini nomine comprehendit. Alternis autem choris in ecclesia fuisse persolutas perhibet in libro de Gloria Confessorum, capite 47.

59. Plenam, uti conjicere licet, et integram haberemus cursus Ecclesie Gallicanæ notitiam, si ad nos usque pervenisset tractatus, quem de eo argumento scripserat noster Gregorius. Auctor est Walafridus Strabo, de Rebus ecclesiasticis, capite 25, psalmos secundum emendationem, quam Hieronymus pater de LXX editione composuit, a Gregorio Turonensi episcopo e partibus Romanis mutuatam, in Galliarum Ecclesias invectos fuisse. At quod ab unico Strabone

scriptum fuit, in dubium Petrus Pithœus revocavit : omnino autem negat Mabillonius noster in Tractatu de cursu Gallicano, ob id potissimum, quod ipse Gregorius aliam versionem eo stiterit laudaverit, et quidem in Historiæ libris, quos ultimos conscripsit, et ubi passim complures psalmorum locos adduxit, qui in officio ecclesiastico legebantur. Idipsum confirmat ejusdem Gregorii præfatio in psalmos, ejus fragmentum huic editioni accessit, in qua tituli psalmorum, quos exponendos suscipit Gregorius, omnes sunt juxta Septuaginta Interpretum editionem. Cæterum officium divinum tunc vernacula lingua celebratum non fuisse ex Vitis Patrum, capite 12, colligimus, ubi de Brachione, qui sese ad conversionem Æmiliano subjecerat, dicitur nescisse quod caneret, quia litteras ignorabat, id est linguam Latinam.

40. Quantum vero solliciti essent ad hæc officia statis horis etiam privatim persolvenda, quando cum cæteris adesse non licebat, ecclesiastici omnium ordinum viri, ex variis Gregorii locis et exemplis ostendemus. Ipse enim Gregorius Parisiis agens, prope sancti Juliani ecclesiam morabatur, quam nocte media frequentabat, ut suum expleret cursum. Sic et Gregorius Lingonensium antistes Divione domum habebat baptisterio adhærentem, in quo multorum habebantur sanctorum reliquie, quem locum sacrum singulis noctibus adibat, indeque impleto cursu ad lectum revertebatur. Memoria prorsus et laude digna est beatissimi Germani Parisiorum antistitis in ejusmodi officiis persolvendis sollicitudo, qui in ipsis itineribus equitans, si aliter non posset, cursum nudo capite, ut habet Fortunatus in ejus Vita, recitabat etiamsi nix aut imber urgeret. Gallus vero Arvernorum episcopus morti proximus interrogans, ut mox dicebamus, quodnam officium in ecclesia caneretur, cum responsum esset benedictiones a clericis absolvi, idem ipse recitavit officium; et consummato matutinali cursu delunctus est. Non enim existimabant sancti illi viri licitam eis esse divini officii omissionem. Certe cum Porcianus, ejus Vitam habet Gregorius inter Vitas Patrum, capite 5, ab optimate quodam in aula Theoderici regis urgeretur, ut pauillum vini degustaret, id remitt sanctissimus abbas, eo potissimum, quod necdum Domino debitam psalmorum decantationem exsolvisset. Alias vero laudatur presbyter quidam, qui juxta sacerdotum morem nocte a suo stratu consurgens orationem faciebat. Denique, non enim omnia in hanc rem Gregorii loca præferre vacat, Salonius et Sagittarius episcopi, ob sua scelera famosi, graviter a Gregorio reprehenduntur libro V, capite 24, quod nulla prorsus apud eos de Deo mentio esset, nul usque omnino cursus memorie haberetur. Hæc de clericorum obligationibus. At laici, quamvis ejusmodi onere exempti essent, officiis tamen divinis, et potissimum nocturnis vigiliis aderant, diebus saltem dominicis et festivis. Unde in libro de sancti Juliani virtutibus Fedantia objurgatur, quod cæteris excubias nocturnas celebrantibus, ipsa sola somno deducta lecto decumberet. In

ejusmodi autem solemnibus convivia parabantur clericis, et pauperibus in matricula seu catalogo descriptis, immo et aliquando viris illustribus, potissimum in majoribus Ecclesiis, in quibus celebrabat episcopus, quæ convivia in *domo ecclesiæ* facta fuisse non semel Gregorius testatur.

41. Haud minus utilis est Gregorius noster in deprehendendo liturgiæ Gallicanæ ritu, quam in exponendis cursus divini partibus. Deperditum quidem non possumus non dolere librum illum de Missis a sancto Apollinari Sidonio compositis, cui præfationem adjunxerat noster Gregorius, ut ipse attestatur libro II Historiæ, capite 22, cum exinde totam liturgiæ nostræ seriem didicissemus. Ex hoc autem Gregorii loco refutatur eorum sententia, qui Gallicanam liturgiam ex Mozarabum ritu mutuatam fuisse scripserunt, quod patet ex aliis passim Gregorii testimoniis, quibus certum est multo ante sanctum Isidorum Hispalensem episcopum, quem ferunt Mozarabici ritus auctorem, Gallicanam liturgiam ordinatam fuisse. Sufficiat hic unum promere, ex libro scilicet de Viris Patrum, capite 17, ubi Gregorius, loquens de lectionibus quæ inter Missarum solemniam, præsentis Theodeberto rege, recitatae fuerant, sic habet: *Lectis lectionibus, quas canon sanxit antiquus.* Antiquus itaque jam tunc erat ille ritus Missarum in Ecclesia Gallicana celebrandi, antequam Isidorus Hispalensem thronum subiret. Et hæc fuit constans patrum nostrorum traditio, quam sæculo nono confirmavit Hilduinus, abbas Sancti Dionysii, ad Ludovicum Pium scribens, qui peculiarem *Missæ ordinem* *more Gallico ab initio receptæ fidei* in his Galliarum partibus adhibitum fuisse asserit. Qualis vero fuerit ille ordo, intelligere licet ex antiquis liturgiis a VV. Cl. Josepho Thomaso presbytero regulari, et nostro Mabillonio editis, quas ex plurimis Gregorii nostri testimoniis, aliisque veteribus monumentis, et invictis argumentis, vere Gallicanas fuisse deprehenderunt. Quænam autem fuerint liturgiæ partes, aut quis eam celebrandi ritus, ex Gregorii scriptis expendendum est.

42. Tres lectiones ex variis sacræ Scripturæ libris initio Missæ lectas fuisse discimus potissimum ex libro IV Historiæ, capite 16, quarum prior ex Prophetiis, altera ex canonicis Epistolis, ac demum tertia ex Evangelio peti solebant. Prophetiam ipsemet Palladius episcopus celebrans legebat, cum a Guntramno rege, qui præsens aderat, vetitus est Missam ulterius proseguere. Martyrum passiones et Confessorum vitas quandoque inter Missarum solemniam lectas fuisse non semel innuit Gregorius, at nusquam satis diserte exprimit quo tempore ista lectio fieret. Hanc tamen primæ lectionis loco factam fuisse colligimus ex lectionario Gallicano Luxoviensi, quod a Mabillonio editum est, ubi in festo sanctorum Petri et Pauli, omissa prophetia, apostolorum passio legenda proponitur. Id aperte patet ex sacramentario Bobiensi, ab eodem Mabillonio, tomo I Musci Italici edito, ubi in Missis de tempore tres ubique le-

ctiones, in natalitiis autem sanctorum duæ solummodo referuntur, quod scilicet, ut quidem conjicimus, loco primæ lectionis ejusmodi sanctorum vitæ ex alio codice legerentur. Idem innuit ipse Gregorius in capite 86 libri de Gloria Martyrum, ubi habet: *Lecta passione, sancti Polycarpi, cujus festum celebrabatur, cum reliquis lectionibus, quas canon sacerdotialis iniecit, tempus ad sacrificium offerendum advenit.* Ejusmodi sanctorum Acta a *lectore* recitata fuisse testatur Gregorius libro II de Miraculis sancti Martini cap. 49, quo nomine clericum ad id specialiter ordinatum intelligendum esse inficiari nolum, quoniam et ab aliis clericis majoribus legi potuissent. Meminit idem Gregorius libro VIII, cap. 3, psalmi-responsorii, qui a diacono in Missa coram rege cantatus fuerat. Quod inter duas lectiones factum fuisse non dubitamus, eo tempore quo hodie graduale concini solet. His peractis, diaconus lecturus Evangelium solemniter procedebat, uti refertur libro VIII, capite 4, atque ei Evangelii lectionem annuntiant, plebs omnis gloriam Deo referens respondebat, iisdem fortasse verbis, quibus hodieque utimur. Nam Guntramnus apud Gregorium loco laudato narrat, eandem fuisse populi responsionem diacono evangelicam lectionem pronuntiant, ac homini qui Sigiberto regi natum ei fuisse filium nuntiaverat. *Unde factum est, inquit, ut omnis populus in utraque amuntiatione proclamaret pariter: Gloria Deo omnipotenti.*

43. Absolutis lectionibus, diaconus populo silentium indicabat, ut *Missæ auscultarentur*, ex Gregorii libro VII, capite 8, tumque celebrans de præsentis solemnitate astantes brevi erudiebat, atque hac munitione facta subungebat orationem seu collectam, quæ vulgo *Missæ* in veteri sacramentario Bobiensi appellatur. Hujus porro occasione silentii accepta, ut ibidem Gregorius narrat, Guntramnus rex astantes aliquando contestatus est, ne a quoquam, ut fratribus suis contigerat, interficeretur; et statim omnis populus pro regis incolumitate *ad Dominum orationem* *judit.*

44. Post lectiones *cum sacrificii offerendi*, inquit Gregorius libro I de Gloria Martyrum, capite 86, *tempus advenisset, diaconus turrin in qua corporis dominici mysterium continebatur, attulit, ex sacrario, uti mihi videtur. Oblatio panis et vini fiebat a populo; munera vero post oblationem super altare deposita, palla seu pallio tegebantur, quod ita amplum esse debebat, ut alarium simul et oblationes contegere posset. Pallium sericum* appellat Gregorius libro VII, capite 22; coopertorium vero Sarmaticum in Vita sancti Nicetii Lugdunensis ad id oblatum fuisse dicitur: sed illud recipi vetuit sanctus antistes, quod non esset sufficiens ad cooperiendum altare simul cum muneribus sacris; et ita rarum, ut eo non satis tegeretur *corporis et sanguinis dominici mysterium.* Diversum autem ab his pallium erat, quo extra Missarum solemniam altare coopertum fuisse discimus ex libro X, capite 15, ubi Justina palla ab-

ris *operta* memoratur, eo tempore quo homines aribundi, Pictavense ingressi monasterium, abbatism rapere conabantur. Porro Gregorii locum, quem ox laudavimus, paulo aliter exhibent editi, ubi proysterium vox *ministerium* habetur, quasi in ea re quæ a diacono afferri solebat, nihil aliud fuis- t, quam vasa et alia ad celebrandam Missam ne- ssaria. Sed nostram lectionem alteri præferendam se suadet, præter argumenta quæ in notis ad hunc cum protulimus, omnium omnino manuscriptorum dicum auctoritas. Et quidem aptissima est ad il- strandum concilii primi Arausicani canonem 22, ni adeo virorum eruditorum ingenia torsit. Cum nim ibi præcipitur, *cum capsâ et calicem esse offe- ndum, et admixtione Eucharistiæ consecrandum*, nil aliud voluere Patres, quam ut post oblatam Deo B ipsam, in qua panis, et calicem in quo vinum con- nebatur, in calicem immittatur particula Eucharis- tiæ ex sacrario in turri allatæ, ut exponit noster Mabillonius in Commentario ad Ordinem romanum, arag. 20.

45. Facta itaque panis et vini oblatione, qui erant b Ecclesiæ communionem segregati egredi cogeban- ur. Cum nempe Theodebertus rex apud Treviros in celesiam accessisset, in Vitis Patrum, capite 17, Nicetius, urbis illius episcopus, qui sacra faciebat, post lectas sacras lectiones, oblataque munera su- per altare Dei, regem interpellavit, professus se Missarum solemniam non consummaturum, nisi ex- communicati, quos in suo comitatu habebat, prius ab eclesia recederent. Cautinus tamen episcopus Ar- vernorum libro X Historiæ, cap. 8, Eulalio excom- municato *permisit cum cæteris spectare Missarum so- lemnia*. At illi, quos Nicetius expelli volebat, in suis criminibus contumaces erant; Eulalius vero pedibus episcopi obvolutus protestabatur se inauditum et im- meritum a communionem suspensum fuisse: unde et postea communionem recepit, reservata Dei iudicio criminis occulti punitione, si vere, ut rumor erat, ipsum admisisset. Narrat Gregorius libro II de Mira- culis sancti Martini, populum omnem, viso miraculo quod a sancto antistite patratum fuerat, erupisse in voces, *cecinesseque hymnum Gloria in excelsis Deo*, sed cum jam tunc *munera sacra* super altare *deposita* essent, nihil inde fortasse colligi potest, nisi hunc hymnum, ob insolitum hunc favorem, a populo extra D morem consuetum tunc cantatum fuisse. Nam simili gaudio perfusus Ebergisilus Coloniensis pontifex, invento sancti Mallosi corpore, *emittens vocem ma- gnam, Gloria in excelsis Deo secum omnem clerum pa- riter psallere fecit*; ut ipse Gregorius scribit libro I de Gloria Martyrum, capite 63.

46. Contestationem memorat Gregorius libro II de Miraculis sancti Martini, capite 14, in qua beati con- fessoris virtutum enarratio continebatur, respondet- que hodiernæ nostræ præfationi. Hinc eam a se, epi- scopo scilicet celebrante, cantatam fuisse testatur, *quo expedito omnis populus sanctus in laudem Domini proclamavit*, uti hodieque fieri solet. Ejusdem hymni

meminit in Vitis Patrum, capite 16, ubi etiam refert *sanctum munus signo crucis superposito benedictum fuisse, idque juxta morem catholicum*. Quibus extre- mis verbis innuit Ecclesiam catholicam per totum or- bem terrarum diffusam, hanc signo crucis edito be- nedictionem in Eucharistiæ consecratione adhibuisse. Unde licet in aliis ritibus Ecclesiæ peculiare a se in- vicem nonnunquam discreparent, in ipsa tamen ac- tione consecrationis, sicut in verbis Christi Domini recitandis, sic et in benedictionis modo erat ubique uniformitas. *Verba sacra* laudat in libro I de Gloria Martyrum, capite 87, ibique meminit *confracti corpo- ris Domini* ante communionem; Dominicam oratio- nem ad *Missas decantatam* fuisse habemus in Vitis Patrum, capite 16, quam ab omnibus, etiam mulieribus, itidem *decantatam* fuisse habemus in Vitis et Miraculis sancti Martini, cap. 30; qua in re Gallicana Ecclesia, ut observavit Mabillonius, cum Græca con- veniens, a Romano ritu discrepabat. Etenim, uti discimus ex epistola 67 Gregorii Magni, libro VII Indict. 11, quæ est ad Joannem episcopum Syracusa- num, Dominica oratio apud Græcos ab omni populo in Ecclesia vero Romana a solo sacerdote dicebatur.

47. Confracto autem Domini corporis sacra- mento, ut loquitur Gregorius noster libro I de Gloria Martyrum, capite 87, sacerdos ipse Eucharistiam su- mebat, et aliis distribuebat ad edendum. Quo in loco innuere videretur, et sacerdotem ipsum et omnes astantes ex eadem hostia communicasse, nisi certum esset singulos fideles, aut certe quamplurimos, obla- tionem suam ad altare deferre fuisse solitos, ex qua postea communicabant. Censebantur solemniam Missarum consummata, priusquam communio saltem laï- cis distribueretur, ut ex nonnullis Gregorii locis facile colligitur. Certe Guntramnus rex, libro IX His- toriæ, capite 3, *peractis solemnibus, ad altarium communicandi gratia* accessit. Et ne quis vocem *so- lemniium* ad alium sensum detorquere velit, loca alia quæ omni ambiguitate carent proferimus. Unum est ex libro II de Miraculis sancti Martini, capite 47, ubi legitur: *Cumque expletis Missis populus cæpisset sa- crosanctum corpus Redemptoris accipere*, etc. Ad hæc, mulier vidua, capite 65 libri de Gloria confessorum, *expletis celebratisque Missis*; accessit ad *poculum sa- lutare*. Accedebant autem omnes ad altare ad sacram- unionem recipiendam. Quin et ex unico calice omnes Christi sanguine potabantur, quæ erat catho- licos inter et arianos differentia, ut ipse Gregorius observat libro III Historiæ, capite 31. Etenim apud arianos consuetudo fuit, *ut ad altarium venientes de alio calice reges communicent, et de alio populus minor*. Ex quo etiam loco patet, communionem sub utraque specie communiter omnibus fuisse porrectam, quam- vis nonnulli unica contenti essent. Nam cum Cautinus episcopus, libro X, capite 8, Eulalio dixisset: *Sume tibi Eucharistiæ particulam, atque impone ori tuo*, ille *accepta Eucharistia communicans abscessit*. Ubi *Eu- charistiæ* nomine unica species aperte designatur, quæ in plures particulas aut oblatas divisa communicandis

porrigebatur, non quidem in ore, uti hodie fit, sed singuli, etiam laici, eam manu propria sumptam sibi met ipsis ori imponebant. Mulieres tamen non nuda manu, uti ex aliis monumentis discimus, accipiebant Eucharistiam, sed ex ea in velo, quod vulgo orarium appellabant, a sacerdotibus recepta, postea communicabant. Si qui vero ex astantibus essent, non excommunicati quidem, sed qui tamen, ut loquitur Hincmarus, communicare non fuissent parati, illis eulogiæ distribuebantur, id est aliquid de panibus oblatis, qui consecrati non fuerant, ut idem auctor prosequitur in Capitulis anni 852, et id in *communio- nis* tesseram. Unde cum Meroveus Chilperici filius, monasterio sancti Carilefi fugiens, ad basilicam sancti Martini accessisset, ubi tunc Gregorius sacra faciebat, *post Missas*, petiit eulogias sibi a Gregorio dari. Quod cum ille facere renuisset, Meroveus se immeritum a *communione suspensum* conquestus, multa minatus est in urbem Turonensem mala se facturum, nisi episcopi *communione* mereretur. Istitis porro eulogiis successit panis, ut vocant, benedicti distributio, quæ hodieque, potissimum in ecclesiis parochialibus, Dominicis diebus fieri solet. Atque hæc sunt quæ de Missarum celebratione ex variis Gregorii locis colligere licuit, ex quibus Mabillonius, adjunctis ex aliorum auctorum compluribus testimoniis, Gallicanam liturgiam plurimum illustravit. Nos vero, ut facilius cuique pateat quisnam fuerit tunc illius ritus, specimen Missæ, quantum fas erit, integræ ex liturgiis et aliis monumentis ab eodem Mabillonio editis proferemus in appendice hujus voluminis.

48. Quanta autem cum reverentia ad divina mysteria aut celebranda, aut recipienda accederent, multis in locis prodit Gregorius. Narrat in libro de Gloria Martyrum, capite 87, Epachium presbyterum divinitus fuisse punitum *quod temere quæ erat indignus agere præsumpsisset*. Eundem arguit, quod etsi post galli cantum bibisset, sacra tamen mysteria ausus fuisset celebrare: *Quod, inquit, jejunos quisque non sine metu potest terrente conscientia explicare*, et capite præcedenti, *defenda esse et plangenda scelera* monet, cum ad altare accedendum est, *ne corpus et sanguinem Domini actu polluti potius ad iudicium sumamus, quam ut veniam consequamur*. Nequidem videri fas erat sacra munera altari imposita, quare Nicetius Lugdunensis antistes in visu cuidam presbytero apparuisse dicitur in Vitis Patrum, capite 8, ut prohiberet, ne coopertorium, quod rarum esset, nec eo plane tegerentur sacra mysteria, super altare poneretur. Vasa ipsa quæ ad sacrum ministerium adhibebantur, sacrata passim nuncupat Gregorius, quorum varia genera pro data occasione commemorat, calices, patenas, turres, cruces, etc. Ea vero ad *humanos usus* aptare piaculum grande computabat, prævaricatorum temeritatem a Deo punitam fuisse variis miraculis comprobans. Illa autem omnia vasa non solum Gregorius, sed et cæteri ejus ævi auctores unico vocabulo *ministerium* appellabant, quandoque *ministerium*

A sacrum. Ministerium vero *quotidianum* appellat ea solummodo vasa, quæ Missæ celebrandæ necessariorum absolute erant, id est, *patenulam parvam cum calice*, quæ Maximus presbyter in itinere constitutus e codice Evangeliorum *in collo suspensa* deferabat. Nam alias calix in Missis solemnibus amplissimus erat sicut et patena, cum ex unico calice, ut mox dicebimus, omnes communicarent; et patena ea esse deberet quæ astantium oblationes omnes posset continere, sed patenulam istam cum calice secum deferbat Maximus, ut scilicet quotidie posset sacra peragere. Singulis enim diebus Missa poterat celebrari. Et quodam mulier vidua per annum integrum *quotidie Missarum solemnia celebrasse* dicitur, capite 65 libri de Gloria Confessorum, ob id scilicet solum, quod necessaria ad offerendum sacrificium ministraret, et etiam ipsi interesset, ut ex capitis contextu facillime colligitur. Binas vero Missas singulis Dominicis celebrabat Severus presbyter, ex capite 50 ejusdem libri in duabus scilicet villis, quæ a se invicem viginti milium spatio dissitæ erant. Denique ad Missam solemnem hora tertia, quam hodie nonam dicimus, populum convenisse narratur in Vitis Patrum, capite 8.

49. Ministros altaris, cum sacra fierent, *albis* indutos fuisse discimus ex canone 12 concilii Narbonensis, quod anno 589 habitum est. Idem innuit Gregorius in libro de Gloria Confessorum, capite 20, ubi laudat *sacerdotum ac levitarum in albis vestibus non minimum chorum*, qui oratorii sui dedicationi interfuit. In capite 44 Historiæ, quod in aliis editis est 38, archidiaconus *indutus alba* episcopum, *ut mos est*, ad altare invitasse memoratur, ut natalis Domini solemnitatem celebraret. *Albentium* quoque *diaconorum* turba aderat beati Nicetii Lugdunensis episcopi exsequiis, ex libro de Gloria Confessorum, capite 61. Sacerdotales vestes aliis in locis commemorat. Habemus vero in libro de Vitis Patrum, capite 8, *candidas* vestes scilicet amplas, uti ibi describuntur, quæ festis paschalibus sacerdotum humeris imponi more erat. Idipsum est vestimentum, ni fallor, quod sanctus Remigius *amphibalum album paschalem* appellat in suo testamento, quem episcopo sibi successuro reliquit. Vestimenta autem ad sacra facienda in sacrorio assumebantur, ubi peractis solemnibus deponi solebant. Etenim cum ægre ferret Guntramnus, quod Palladius Santonum episcopus, qui Gundovaldo adhæserat, coram eo sacra faceret, ille qui jam lectiones inceperat, in sacrarium recessit.

50. Munera fideles offerebant, ut pro eis Missa celebrarentur; quod innuit Gregorius in libro 1 de Gloria Martyrum, capite 75, ubi *frigoritici* sanitatem recuperasse memorantur, qui Missas in honore sancti Sigismundi celebrare, et oblationem pro ejus reque Deo offerre curaverant. Rem clarius exprimit libro 1 de Miraculis sancti Martini, capite 12, ubi Ultrogottha regina ad sancti Martini ecclesiam advenisse dicitur, et *multis muneribus oblatis* expetisse, ut Missa in sancti confessoris honore *revocaretur*. Vinum offerebat quotidie ad sacrificium peragendum

o viro suo defuncto mulier vidua in libro de Gloria Confessorum, capite 65, licet ipsa ad *communican-* rarius accederet. Sed et diversas rerum species fidelibus oblatas ecclesiis fuisse ex capite 2 ejusdem libri certum est, et quidem super altare, quod tet ex pluribus aliis locis. Ob decimarum vero sotiones a populis neglectas regionis excidium minas est beatus Hospicius, in libro vi Historiæ, capite 6. Memorabilis autem est Lemovicum devotio, qui non lum semel aut iterum, aut quando liberet, munera eclesiæ sancti Juniani offerre consueverant, verum iam ejus veluti *tributarii* facti, *ad tributa* singulis annis statis diebus ei persolvenda sese ipsos obligaverant.

51. Ecclesiarum seu basilicarum formam et magnificentiam non in uno loco describit Gregorius. Unde telligere licet quanta fuerit patrum nostrorum pietas, qui nec sumptibus pepercerunt nec laboribus, tum de condendis et adornandis domibus Deo sacras actum est. Legis libri II Historiæ capita 14 et 15, in quorum priori Turonensis sancti Martini basilica, in altero *senior* ecclesia Arvernensis describitur. Armora, picturas, aurea, argenteaque ornamenta, vela, palliola, tecta ipsa ex ære confecta, ad ornandas ecclesias adhibita fuisse passim commemorat. Quas ecclesiæ præcipuas partes fuisse ex eodem didimus, capsam (navim interpretamur) et presbyterium, sic dictum, quod ibi presbyteri stare consueverint. Nuncupatum est etiam non semel *altarium*, quod ibi altare majus existeret. Analogium in ecclesia sancti Venerandi apud Arvernos exstitisse testatur in libro de Gloria Confessorum, capite 37, quod tribunalis nomine alias designare videtur. Ibi episcopus concionabatur, quo etiam in loco Epistolæ et Evangelii legebantur in conventibus publicis fidelium. Analogii veteris accuratam descriptionem ex sancti Clementis ecclesia Romæ habes apud Mabillonium in Commentario prævio ad ordinem Romanum, ubi etiam jus iconographiam repræsentat. Erant præterea ecclesiarum porticus, cryptæ, ac nonnunquam oratoria spsis adjuncta, quæ et sua habebant altaria. Quin et plura in unica basilica oratoria nonnunquam fuisse ex multis Gregorii locis facile probaretur: lege Historiam libro V, capite 50, etc. Ecclesias vero complures, oratoria et altaria a se consecrata fuisse scribit libri X capite ultimo, sed dedicationis ecclesiæ ceremonias singulatim exponit in libro de Gloria Confessorum, capite 20, ubi oratorii sui dedicationem describit. Altaria autem consecrare absque sanctorum reliquiis nefas erat. Unde Palladius Santonensis episcopus a sancto Gregorio papa ejusmodi reliquias poposcit, quas in altaribus a se exstructis reponeret.

52. Reliquias sanctorum appellat Gregorius, velum sepulcri alicujus sancti, aut pallium ejusdem tumulo impositum, ceram, aut oleum ex lampadibus et cereis qui ibi ardere solebant; item pulverem exinde collectum, herbulas aut flores ibi appositos, aliaque ejusmodi. Sanctorum tamen aliquot, maxime orientalium, ossa habebantur, quæ etiam *Reliquiarum* nomine idem auctor designat. Ejusmodi reliquiæ in lapide

concauo, aut in ampulla sive capsula conclusæ, in ipsa altaris structura deponerentur, quales se invenisse testatur Gregorius in fine libri decimi. *Loculum* appellat libro I de Gloria Martyrum, capite 34, partem illam altaris, in qua inclusæ ejusmodi reliquiæ. Nos hodie *Sepulcrum* nuncupamus, quod repræsentare videatur sanctorum sepulcra, super quæ antiquitus altaria erigi solebant. Nec enim olim licebat nisi super sanctorum martyrum reliquias altaria erigere. Unde in majoribus ecclesiis altare majus ut plurimum in loco edito structum erat, sub se habens cryptam sanctorum reliquiis instructam: quæ et suum altare habebat. Cryptæ vero illæ quæ supra sanctorum tumulos constructæ erant, nonnullis in locis *confessiones* nuncupatæ fuerunt, Romanæ Ecclesiæ exemplo. Etenim *confessio sancti Petri* Romæ jam dicebatur ea Vaticani pars, in qua beatorum Apostolorum corpora requiescunt. Sic et *limina* sancti Martini, aut sancti Hilarii appellabantur eorundem sanctorum basilicæ, quod eas, uti et *limina Apostolorum* Romæ existentia peregrini invisere solerent. Legimus etiam apud Gregorium sanctorum reliquias in baptisteriis asservatas fuisse: at illa baptisteria diversa ab oratoriis censerentur non debent, quod ibi non solum administraretur baptismi sacramentum, sed et sacra quoque mysteria, et cursus divini celebrarentur. Reliquias sancti Sergii martyris *in sublimi parietis contra altarium in capsula reconditas* servabat Eufronius quidam Syrus in domo sua, quam apud Burdigalam in ecclesiam convertisse memoratur apud Gregorium libro VII Historiæ, capite 31. Sed et in aliis passim locis occurrunt sanctorum tumuli in ecclesiarum parietibus inclusi, seu potius in arcibus, qui intra ipsos parietes constructi erant. Nunquam vero sanctorum reliquias super altare, nisi fortasse brevissimo intervallo, deponere fas fuit, quod nonnisi in earum translationibus, aut supplicationibus publicis, vix permittebatur.

53. Sanctorum tumuli pallii operiri consueverant, et cancellis includi, si magnus esset ad illos populorum concursus; ciboria etiam super ipsos extruebantur et fredæ, id est umbracula, quibus in pyramidis modum desinentibus nonnunquam crux in fastigio imposita erat, ut de tumulo sancti Juliani martyris observat Gregorius, capite 20 ejus Miraculorum. Crucis loco nonnullis inerat columba, qualis exstitisse dicitur supra beati Dionysii sepulcrum in libro I de Gloria Martyrum, capite 72. *Coronam* autem sepulcri beati Martini, quæ ejus meritum declarabat, a Chuno quodam raptam fuisse memorat libro I de Miraculis ejusdem sancti, capite 2. Hæc porro videtur fuisse sanctitatis nota, si cui tumulo pallium imponeretur. Hinc Gregorius observat, honorem debitum sancto cuidam presbytero impensum non fuisse, quod tumulus ejus alteri junctus nec ornari pallio, nec cereis illustrari propter loci angustiam potuisset. Atque hic tunc erat solemnis canonizandi, ut hodie loquimur, alicujus sancti ritus, si ejus corpus e terra ab Episcopo levaretur, altari supponendum. Catenæ autem, compedes, aliaque ejusmodi anathemata san-

etorum sepulcris ii appendebant, qui eorum inter-
cessionibus se liberatos ac incolumes evasisse arbi-
trabantur, ex Vitis Patrum, cap. 8. Huc etiam solebant
convenire illi, qui gravibus de causis accusati juramen-
to se ipsos purgare tenebantur. Quæ quidem sacramen-
ta quandoque in ecclesiarum porticibus, nonnunquam
in ipso sacrario, aut denique tacto ipso tumulo, aut
altari, data fuisse legimus. At insolitum omnino fuit
illud juramentum, quod a nostro Gregorio exegit
Chilpericus, ut scilicet dictis Missis ad altaria tria
suam innocentiam sacramento approbaret. Illud tam-
en præstitit sanctus antistes, licet fuerit canonibus
contrarium, ne apud regem læsæ majestatis reus ha-
beretur.

54. Jus asyli ecclesiis et locis sacris concessum
exemplis et scriptis asseruit Gregorius. Ita vero ipsis
etiam regibus inviolabilis videbatur illa ecclesiarum
immunitas, ut nequidem læsæ majestatis reos a locis
sacris extractos necari posse censerent. Deprehensus
fuerat in ecclesia sancti Marcelli prope Cabillonem
sicarius quidam, qui Guntramnum regem in ipsa ec-
clesia occidere erat paratus, ut narratur libro IX Histo-
riæ, capite 3. Inde tamen eductum jussit rex vivum
dimitti, *quia nefas putavit, si is qui ab ecclesia eductus
fuerat, truncaretur*; simili indulgentia Childebertus
Austrasiorum rex nonnullis, qui conjurationis in seip-
sum initæ accusati fuerant, se parciturum esse,
etiam reis, pollicitus est, quod ad ecclesiam confu-
gissent. Promissionem, inquit piissimus rex apud
Gregorium libro IX, capite 38, *habete de vita, etiamsi
culpabiles inveniamini. Christiani enim sumus; nefas
est enim vel criminosos ab ecclesia eductos punire.*
Exinde celebria fuere ad sanctorum basilicas confu-
gia, qua immunitate non modo ipsæ basilicæ gaude-
bant, sed multa insuper ædificia et loca illis adjuncta,
in quibus tuto reis vivere concessum erat. Ejusmo-
di celebriores fuere ecclesiæ sancti Hilarii Pictavien-
sis, sancti Martini apud Turonos, sancti Germani
Antissiodori, sancti Remigii Rhemis, et aliæ complu-
res, quæ passim apud Gregorium data occasione me-
morantur.

55. Ecclesiarum ornamenta non in uno loco re-
censet Gregorius, vela scilicet parietibus et ostiis
appensa, aut quæ sacrarium ab aliis ecclesiæ lo-
cis sejungerent; picturas quæ non minus fideles, po-
tissimum idiotas, erudirent, quam ornarent templa;
cameras seu laquearia auro argentoque linita, et tecta
ex ære aut stanno fusa; pallia etiam ditissima, quibus
altaria, et sanctorum tumuli tegi et ornari consueve-
rant. Ornamenta autem in præcipuis festivitatibus
ditiora quotidianis et splendidiora erant. Describit
Gregorius in Miraculis sancti Juliani, capite 20, ejus-
dem sancti Martyris basilicam in ipsius festivitate
ornamentis immensis effulgentem. Omitto vasa sacra,
calices, patenas, Evangeliorum libros, aliaque sacræ
Scripturæ exemplaria, Sacramentorum, uti aiebant,
codices, id est libros Missales, Rituales, Pœnitentia-
les, et alios, qui in usu quotidiano necessarii erant;
ad hæc cruces gemmis etiam et lapidibus pretiosis

A nonnunquam ornatas, lampades in ecclesiis appensas
candelabra, vexilla seu signa, quæ in supplicationibus
seu processionibus deferri solebant, aut cum clerus et
populus regi aut episcopis in urbe advenientibus obvii
procederent. Hæc vero omnia sancta et Deo dicata
reputabat pia fidelium religio, ut absque sacrilegio ad
profanos usus adhiberi non posse censerent, quorum
sæpius vel solo tactu mediam sibi afferri posse
existimabant. Immo inter hæc computabant vel
signorum seu campanarum funes, a quibus claves
quæ ecclesiæ ostia reserabantur, ut omittantur
claves illas Roma allatas, quas alicubi commemorat
Gregorius. Claves vero basilicarum quandoque
armamentis imprimere solent, ut eos aut a lue quam
incurrerant liberarent, aut certe imminentem averterent.

B 56. Sed et veteres quasque Gallicanæ Ecclesie
consuetudines quivis ex Gregorii nostri lectione
facile deprehendet. Tales sunt sanctorum etiam
Confessorum festivitates, quæ tunc temporis in Gallia
celebrabantur; Dominicæ diei observatio ita ac-
curate servata, ut a primis vesperis, id est a sabbato
præcedenti post meridiem, inchoaretur. Quam
cum violassent nonnulli, divinitus puniti fuerunt.
Quadragesimam sanctam non semel laudat idem auctor.
Sunt memorabilia sunt illius verba in Vitis Patrum,
capite 15, ubi *Quadragesima dies* commemorat, *quos
apostolus paschalia festa in summa duci abstinentia
Patrum servavit auctoritas.* Describit Rogationum
seu Litaniarum ritus, quarum nonnullæ statis diebus
fieri solebant; aliæ vero cum aliqua ingrueret publica
calamitas. Quibus etiam temporibus preces publicæ,
vigiliæ solennes ac jejunia indicebantur. Certe
pallia sancti Remigii tumulo sumptam per universa
regionis suæ loca detulerunt Rhemenses, nec incassum.
Nam ne unus quidem intra eorum fines, peste, quæ
cæteras regiones devastabat, impetitus fuit. Supp-
licationes etiam seu processiones ex una in aliam ec-
clesiam in solemnibus sanctorum festivitatibus factas
fuisse ex eodem auctore discimus. Exponit non
semel in Historiæ libris solennes episcoporum a
regum receptiones, quæ præcedentibus crucibus, vex-
illis, ac cereis, ab urbium clero et populo fieri
solebant, memorat et publicas iis occasionibus popu-
lorum acclamationes, quæ fausta, variis etiam li-
turgis, ad majorem solennitatem advenientibus
apprecabantur. Alias commemorat funebres defunctorum
exsequias, in iisque vestium mutationes, lugubria
indumenta, et alia hujusmodi. Comprovinciales ep-
scopos ad episcopi defuncti exsequias celebrandas
occurrere consuevisse discimus ex capite 6 in
Vitis Patrum, ubi describit Gregorius sancti Gal-
pompam funebrem. Capite sequenti idem habet de
Gregorio Lingonensi, legendum quoque ea de re in
capite 106 libri de Gloria Confessorum, ubi de beate
Radegundis sepulturæ cæremoniis plura habet. Et
quo item capite discimus, cæmeteria ad sepeliendos
fideles destinata, jam tunc sacerdotali, id est pontifi-
cali benedictione sacrandæ fuisse, in quibus altar
erigi solebat ad offerendas pro mortuorum requi-

iaculares hostias, ut aliis locis sæpius factum esse docet idem Gregorius. Corpora vero defunctorum ablata primum, tum induta sepeliebantur, et videm haud raro in ecclesiis: quod etiam aliis ræter episcopos et principes his temporibus in Galis permittebatur. Excommunicatorum vero et infidelium cadavera non solum ab ecclesiis, sed etiam communibus fidelium cæmeteriis arcebantur: quin et Palladius comes, qui se ipse interemerat, *iuxta Christianorum cadavera* positus non fuit. *Aquæ benedictæ* usum ad morbos abigendos, miraculis et inctorum virorum exemplis legitimum fuisse non in no loco probat Gregorius, qui et passim de aliis reus sacerdotali benedictione munitis loquitur. De benedicto pane seu eulogiis, quæ sub finem Missæ distribuebantur, jam diximus. *Eulogias* quoque seu *benedictiones* nuncupat Gregorius, quælibet munuscula a sacerdotibus in amicitiae signum data vel accepta, quod essent tessera quædam communionis, et ipsi solerent benedici. Nefas autem erat præsentem sacerdote quidquam cibi aut potus sumere, nisi prius ab ipso benedictum fuisset, quem ritum Deus episcopus miraculis comprobare voluit, ut ex Gregorio ostro, aliisque antiquis auctoribus discimus. De crucis signi efficacia et virtutibus tot sunt testimonia quot fere paginae.

57. Multa item habet Gregorius de Sacramentorum administratione. Quo ritu Eucharistiæ sacramentum distribuatur jam supra diximus. Ipsum vero in sacri tunc temporis asservatum fuisse in sacratio, inde ad altare afferri consueverat jam superius observavimus ex capite 86 libri de Gloria Martyrum nostræ editionis. Huic rei, præter Fortunati locum in turri a Felice episcopo fabricata, suffragatur *benedictio turris*, quam in appendice hujus voluminis habes ex veteri Sacramentario descriptam. Chlotarii regis, cum ad sancti Martini sepulcrum accessit, penitentiam describit Gregorius in Historiæ libris. Quidam vero in vita sancti Nicetii Lugdunensis, cum morti esset proximus, penitentiam a presbytero suscipere lacrymis efflagitasse dicitur. Et alibi hominem memorat Gregorius, qui morte puniendus penitentiam a sacerdote petiit, clam quidem, quod forte tunc temporis reos extremo supplicio afficiendos penitentia leges civiles arcerent. Nec desunt apud nostrum auctorem indulgentiarum exempla. Nam doctor episcopus, qui a communione fuerat suspensus reos temere reconciliatos, ante præstitutum tempus, regis intercessione communioni restitutus est. Et in Synodo Metensi, Basina et Chrodielidis scelera excommunicatæ, rogante Childeberto a concilii patribus, absolutæ fuerunt. Baptismo confectio tempora designata indicat Gregorius, commemorans Guntramni querelas adversus eos qui Chlotarii II baptismum iterum atque iterum distulerant. Quis vero, et quidem in sanctissimæ Trinitatis nominis unitatem sæpius propugnavit. Per immersionem, item in Hispaniis tunc datum fuisse ex eodem colligimus, qui et nomina in baptismo imposita fre-

quenter retulit. Chrismatis benedictionem ab episcopis factam non semel laudat, sicut et chrismationem, quæ ad recipiendos in Ecclesiam redeuntes hæreticos adhibebatur. Laudat etiam illos, *qui crucis vexillo consignati* fidem suam operibus approbant; et Chlodoveum regem a Remigio Francorum apostolo non baptizatum modo, sed et *sacro chrismate cum signaculo crucis Christi* fuisse delibutum attestatur. Inter episcopalia munia quæ Promoto Dunensi male ordinato episcopo interdicunt Patres Concilii IV Parisiensis, recensetur *infantium confirmatio*. Idem Gregorius Exorcismorum in dæmones vim non semel exponit. Tonsuratos, lectores, ostiarios, cerofenarios, subdiaconos aliosque superiores clericorum gradus, cum sese offert occasio, commemorat: interstitia autem, quæ ad eos rite suscipiendos servari deberent, supra ex Catonis presbyteri verbis exposuimus. Episcoporum vero ordinationes Dominicis diebus fuisse celebratas non semel innuit. Ægrotorum unctiones passim laudat. Certe lib. I capite 41, Artemius legatus Arvernos transiens, cum in febrim incidisset, a Nepotiano episcopo visitatus, et *oleo sancto* perunctus sanitatem recepit. Matrimonia vero cum benedictione sacerdotali contracta fuisse patet ex Chilperici regis adversus Prætextatum episcopum querela, libro V Historiæ, capite 19, ubi rex illi exprobrat manifestam canonum violationem, quod Meroveum cum patris illius relicta matrimonio conjunxisset. Cæterum Gregorius aliis in locis non semel nuptias incestuosas, mulieresque superinductas, etiam in viris principibus episcopali libertate damnat.

58. Censurarum ecclesiasticarum exempla non desunt in Gregorii libris. Aliquod irregularitatis oblenitatis defectum incurrendæ vestigium invenit Thomassinus in Gregorii facto, Historiæ libro VI, capite 10, relato, ubi ille scripsisse se memorat in gratiam furum, qui sancti Martini basilicam infregerant, regem commonens eos fures a clericis, ad quos causa hæc pertinebat, non fuisse accusatos. Quod se fecisse ait pius antistes veritum, ne homines illius causa morerentur, qui vivens in corpore pro perditorum vita sæpius deprecatus fuerat. Opprobrio magno se fore obnoxium existimavit presbyter quidam in capite 73 libri I de Gloria Martyrum memoratus, si per *suam accusationem* fur morti fuerit addictus. Hunc enim rapti equi accusaverat ille sacerdos: unde nullum lapidem non movit, ut reum a morte eriperet. Quod cum iudex facere renuisset, condemnati salutem beati Quintini meritis a Deo impetravit. In libro VI Historiæ, capite 8, Ursicinus Caturcensis episcopus ab ordine suscepto suspensus est, quod Gundovaldo Ballomeri publice adhæsisset. Prohibitum quippe ei fuit, ne toto triennio *missas celebrare, clericos ordinare, ecclesiasque et chrisma benedicere*, etc., auderet. Ecclesiastica sepultura privatus fuit Palladius, qui sibi ipsi violentas manus attulerat, ut jam observavimus. Interdictum vero in Pictonum urbem sese inflicturum minitatus est Meroveus ejusdem urbis antistes, nisi Chrodielidis a

nequitia sua respiscens abbatissam Sanctæ Crucis monasterio, a quo fuerat rapta, restitueret. Et quidem cum Sancti Dyonisii ecclesia prope Parisios ob cædem in ea patratam violata fuisset, *officium perdidit*, nec ibi sacra celebrata fuerunt, donec fuisset ab episcopo reconciliata. Episcoporum ob admissa crimina dejectiones, excommunicationes in incestuosos, aliorumque criminum reos prætermitto, quod hæc notiora sint, quam ut indigeant fusius tractari.

59. Ex his autem omnibus patet, utilissima esse Gregorii opera ad indagandam Gallicanæ Ecclesiæ disciplinam: pauca jam subjungenda sunt, ex quibus intelligatur, ea non minus esse idonea ad confirmandam fidem nostram. Hanc enim eam ipsam esse ex eodem auctore discimus, quam patres nostri ab Apostolorum discipulis acceperant. Et quidem nunquam alias tam accurate locutus est Gregorius noster, quam cum de fidei rebus tractavit, nec quidquam aliud toto vitæ suæ tempore adeo diligenter inquisivit, ac ea quæ ad fidei integritatem et sinceritatem pertinebant. Id ipsum disertis verbis testatur initio libri I Historiæ, ubi postquam se grammaticæ regulis non plene eruditum fassus fuisset, subjungit se tamen studuisse semper, ut de rebus fidei puram et sinceram haberet notionem. *Illud*, inquit, *tantum studens, ut quod in Ecclesia credi prædicatur, sine aliquo furo aut cordis hæsitacione retineam*, etc. Subjungit fidei suæ professionem, quam Symbolo Nicæno aut Constantinopolitano prolixiorum edidit, ut ab hæresibus quæ postea pullulaverant, alienum se esse profiteretur. Præclaras fidei regulas proponit libro X Historiæ, capite 13, sacrarum nempe litterarum et traditionis apostolicæ auctoritatem, queis utitur ad confutandam hæretici cujusdam perviciam, qui futuram resurrectionem in dubium revocare ausus fuerat. Alio in loco sanctorum Patrum auctoritatem, quos post apostolos Deus Ecclesiæ reliquit, laudat, nempe libro V, capite 45. Denique tanti fecerunt majores nostri disputationes, quas Gregorius noster adversus hæreticos a se habitas scriptis commendaverat, ut eis inter fidei regulas locum darent in codicibus, qui ad sacerdotum eruditionem postea conditi fuerunt. Ejusmodi collectionem habemus ex codice Fossatensi tempore Caroli Magni concinnatam, in qua conciliorum canonibus præmittuntur symbolum Athanasii, Augustini aliorumque fidei confessiones, tum altercationes contra hæreticos ex Gregorii Historia excerptæ. Nec immerito. Ita enim fidei nostræ studiosus fuit Gregorius, ut nullam ejus propugnandæ occasionem prætermiserit. Sanctissimæ Trinitatis mysterium, personarumque in una natura et divinitate æqualiter subsistentium veritatem sæpe sæpius, allatis sacræ Scripturæ testimoniis, demonstravit, confirmavitque variis miraculis, quæ in hanc rem facta, aut ipse viderat, aut didicerat ab aliis. Chilpericum regem qui Sabellii errores renovare volebat, ita confutavit, exposito quodnam esset de personarum distinctione et naturæ unitate catholicum dogma, ut rex, licet in eum frendens, silere

coactus fuerit. Resurrectionem corporum futuris prolatis oppositæ sacræ Scripturæ testimoniis contra Soducaum quemdam presbyterum ita asseruit, ille omnino convictus, se nunquam eam impugnarum pollicitus sit. Ibidem quoque de judicii extremitate erudite disserit, et suppliciorum æternitatem damnatis luendam probat. De iisdem pœnis, tum temporariis quas animæ defunctorum perpetuant, agit in capite ultimo libri I de Gloria Martyrum. Peccati originalis adversus Pelagianos veritatem sua fidei confessione agnovit, cum *hominem perditum liberatum* a Christo fuisse profiteretur. Ibi et per tuam Mariæ virginitatem laudat, et aliis in locis divini vero auxilii ad recte agendum necessitatem non verbis solum, sed et exemplis passim comprobabat. Hinc recte facta non viribus propriis, sed virtuti tribuenda esse docet in capite laudato libri de Gloria Martyrum; capite autem 41 fidem recte quæ bonis animetur operibus, ad salutem necessariam esse censet. Veram et realem in Euchariæ corporis et sanguinis Domini præsentiam, cum narrandis historiis occasio sese obtulit, ita apostolice declaravit, ac si data opera catholicum illud dogma post exortam Berengarianorum hæresim exprimit voluisset. *Audenter*, inquit, in libro de Gloria Martyrum, capite 86, *sanctum Domini corpus et sanguinem cum simus actu polluti, ad judicium sumimus*, etc.; et capite 10 ejusdem libri narrat historiam infantis Judæi, qui cum catholicis ad participationem gloriosi corporis et sanguinis Dominici accesserat. Expletis Missis, ex libro II de Miraculis sancti Martini, capite 47, *populus sacrosanctum corpus Redemptoris accepit*, etc. Missarum celebrationis sacrificii oblationem passim commemorat. Missas requiem defunctis procurandam celebratas habet libro de Gloria Confessorum, capite 65, et Palladium sui ipsius interemptor, *missarum solemnia non ruit*. Alibi præsentem corpore in defunctorum exequiis Missæ celebratæ dicuntur; item et psallenti chori circa defuncti corpus ante sepulturam, et ejusmodi, quæ legentibus passim occurrunt. Sacrum vero reliquiarum venerationem, invocatio sanctorum, sacras eorum imagines, aliaque ejusmodi quæ recentiores hæretici, plus forte vulgi abusi quam Ecclesiæ dogmatibus attendentes, tantopere pugnarunt, tot probant argumenta, quod fere habetur in libris Miraculorum pagina. Imagines Christi apud fideles asservandi morem ex amore in protopum processisse ait, capite 22 libri I de Gloria Martyrum, ut nempe ejus, cujus legem in tabulis continent, etiam imaginem ad commemorationem futuri in tabulis visibilibus pictam per ecclesias ad nos affixam præsentem habeant. Et quidem, ut occasione loquitur Rufinus libro VII Historiæ, capite 14, *insignia veterum reservari ad posterorum memoriam: illorum honoris, horum vero amoris indicium*.

60. Cæterum etsi præcipua Gregorii nostri operum utilitas collocanda sit in addiscenda Francorum genti tam ecclesiastica quam profana historia, laud-

na spernenda habet de aliarum nationum rebus, quæ exinde etiam illarum gentium propriæ historiæ scriptores mutuati sunt. Ipse nobis, ut rempulis probemus, Burgundionum et Thuringorum unam descripsit; Wisigothorum in Septimania in Hispania regum seriem ab eo accepimus. Non ea etiam de Ostrogothorum et Langobardorum us gestis narrat, occasione expeditionum, quas nos in Italiam adversus eos suscepere. Unde non occasionem accepit de imperatoribus Græcis serendi, qui titubantem in Italia suam potestatem firmare ac reparare Francorum auxilio sæpius co- i sunt. Hinc variæ legationes e Græcia in Gallias, x Gallias in Græciam, quas Gregorius passim com- norat. Ea quæ de Chunis, Saxonibus, Bajoariis, que Germaniæ populis habet, non vacat recen- e. Adde etiam quæ de extremorum temporum Ro- ni in Occidente imperii aut tyrannis aut imperato- ris, vel certe de eorumdem militiae præfectis, ex- sio aliisque auctoribus retulit, quibus et nonnulla rmiscuit, quæ aut ex traditione acceperat, aut ex- toribus modo ignotis. Idem fecit in narratione m ex Eusebii sive Hieronymi Chronico et Orosii oria potissimum concinnavit de iis rebus, quæ a- ndi conditione ad sæculum quintum contigerunt. iorum opiniones de maris Rubri transitu recen- in libro I Historiæ, capite 10, ubi et peregrinos- lat, qui monasteria Ægypti perlustraverant. Tum- titur de priscis nationibus: *Ne videamur*, inquit- te 16, *unius tantum Hebrææ gentis habere no- tum, reliqua regna*, etc. Enumerat antiquarum gen- n reges, qui ante Christi adventum imperarunt. C- lo fusius exponit ea quæ post Christum natum- tigerunt: persecutiones adversus Ecclesiam re- set, nonnullaque de Galliarum statu habet, unde- imus quæ fuerint Ecclesiæ in his partibus primor- aut saltem quæ tunc invaluerit, cum Gregorius- ret, ea de re opinio.

. Nonnulli ex ejus scriptis inferri posse putant- licem tunc in Galliis fuisse traditionem de primis- esia Gallicanæ apostolis, quorum alii missionem- psorum Apostolorum ætatem revocare conaren- ; alii vero ad Decii, aut certe Marci Aurelii tem- . Quin et Gregorium quod non satis ea in re- constiterit accusant, quippe qui priorem senten- in Miraculorum libris, posteriorem in Historia D- flexus sit. Verum licet has quæstiones, quæ tam- ter nostris temporibus agitatae fuerunt de san- tum missionibus, retractare animus non sit, ut- quas extra nostrum institutum esse censemus; tamen affirmare ausim, nusquam cum sese de istis- sionibus scribendi obtulit occasio, Gregorium sibi- rarium exstitisse; fallique eos qui illum existi- ut ita de Martyribus Lugdunensibus, aut de sep- t episcopis, quos sub Decio adventasse scripsit, tum fuisse, ut ante illos aut martyres, aut alios- oi divini præcones, in Gallias advenisse negave- rit. Non enim, ut scite observavit summæ eruditio- vir Jacobus Sirmondus, in hac hæresi fuit Grego-

rius, ut episcopus in Gallia his septem antiquiores- nullos fuisse existimaret: quod quidem ex ipsis ejus- verbis certum est. *In Galliis*, inquit, libro I, capite- 26, ubi de Antonini persecutione, *multi pro Christi- nomine sunt per martyrium coronati*, cum capite 28- *sub Decio... Hujus tempore septem viri episcopi ordi- nati ad prædicandum in Gallias missi sunt*, etc. Non- itaque dicit, primum tunc, ut antea Severus Sulpicius- scripserat, visa fuisse in Galliis martyria; non ex- cludit alios verbi divini præcones, qui ante septem- illos episcopos Evangelium in Galliis disseminave- rint; nec proinde sibi ipsi contradixit, cum Eutro- pium a sancto Clemente missum fuisse in libro de- Gloria Martyrum, capite 56, scripsit. Immo et sibi- ipsi constat de illis septem episcopis in libro de Glo- ria Confessorum scribens, ubi, capite 4, de sancto Ga- tiano ait, *quem a Romanis episcopis transmissum*, etc., cognovimus; capite 27, *Martialis a Romanis missus episcopis*; et capite 30, *Stremonius, et ipse a Roma- nis episcopis cum Gatiano et reliquis, quos memoravi- mus, est directus*. Nec opponere juvat Saturninum, capite 48 libri I de Gloria Martyrum, dictum fuisse- *ab Apostolorum discipulis ordinatum*: cum Apostolo- rum discipulos potuerit appellare eos, qui Romæ fi- dem ab Apostolis disseminatam profitebantur. Sic et- de Ursino Biturigum apostolo loquitur capite 80 de- Gloria Confessorum, quem tamen septem episcopo- rum discipulum fuisse innuit libro I Historiæ, capite- 29, quanquam nonnulli censeant hic alium ab Ur- sino designari, Senicianum scilicet, qui secundus in- Biturigensium episcoporum catalogo recensetur. Et- quidem Gregorius loco laudato ait post Ursini mor- tem christianam fidem apud Bituriges defecisse: quod post septem episcoporum discipuli mortem fieri- vix potuit, desinente tertio sæculo. Si quidem ipse- Gregorius testis est, tunc temporis Ecclesiam *miro opere compositam* a fidelibus ea in urbe ædificatam- fuisse. Cæterum Gregorius de aliorum quoque san- ctorum miraculis passim scripsit, ut de Timotheo et- Apollinari Rhehensibus, Memmio Catalaunensi, Va- lerio Conserannensi, alisque nonnullis: at tacuit- eorum missiones, quod nihil de illis, ut conjicere est, compertum haberet.

62. Porro etsi ea quæ retulimus, satis superque- sufficiant ad comprobendam Gregorii operum utili- tatem, cum tamen quidam, etiam eruditi viri, non- nulla in his reprehendere soleant; ea paucis discu- tere visum est, ut pateat illa non esse tanti momenti, quæ tam eximii viri auctoritatem elevare valeant, aut- pios ac eruditos lectores ab ejus operum lectione- avocare. Hæc sunt quæ Gregorio exprobrant. Illum- aiunt stylo ita rustico scripsisse, ut absque fastidio- vix legi possit; apocrypha veterum scripta ab ipso- nonnunquam fuisse laudata; immo non solum incerta- pro certis, sed et falsa ab eo data interdum fuisse pro- veris, eumque in aliquot errores impegisse; deni- que tantæ fuisse simplicitatis et credulitatis, ut quæ- vis promiscua facta pro miraculis haberet. At styli- rusticitas non Gregorii, sed ejus ætatis vitium fuit.

Eo enim tempore, post varias clades, quas sub re-
 petitis toties barbarorum incursionibus Galliæ per-
 pressæ fuerant, adeo incultæ jacebant litteræ, ut ne-
 mo inveniretur, qui res gestas litteris commendare
 valeret, ut ipse Gregorius testatur in prologo Histo-
 riæ: aut certe, si quis eas politiori stylo describere
 conatus fuisset, inutilis fuisset ejus scriptio, utpote
 quam plerique non intellexissent, ut idem Gregorius
 non semel profitetur. Quæ etiam causa fuit ut leges
 et ipsa regum nostrorum diplomata eodem prorsus
 stylo rustico conderentur. Unde ut genio sui temporis
 obsequeretur Gregorius, non raro accusandi casus
 pro ablativis absolutis sciens prudensque adhibuit.
 Non fuit itaque Gregorio peculiaris ista locutionis
 barbaries, quam in aliis quoque ejus ævi sinceris mo-
 numentis deprehendere quivis facile poterit. Cæte-
 rum etsi Gregorius, ut erat vir summæ modestiæ et
 humilitatis, passim sese linguæ latinæ imperitum et
 hominem rudem profiteatur; non tamen adeo ignarus
 fuisse censendus est, ut nulla litterarum scientia fue-
 rit instructus: cum e contrario illum in veterum au-
 ctorum lectione maxime versatum fuisse colligi possit
 ex variis eorum locis, quos interdum narrationi suæ
 intermiscuit. Vocum etiam Græcorum se notitiam
 aliquam habuisse innuit, dum Latinorum voces ex ety-
 mologiis exponit. Testis quoque Fortunatus, cui sane
 probe notus erat, hanc in rem adduci potest, qui
 ejus eloquentiam et eruditionem passim laudat. Et
 sane quantumlibet simplici sermone scripserit Gre-
 gorius, res tamen gestas, nescio qua ingenuitate et
 nativa eloquentia describit, ut nec injucunda sit ejus
 narratio, nec fastidiosa.

63. Falsum tamen aliquando fuisse Gregorium in-
 ficiari nolim. Hæc enim est sacrorum codicum sin-
 gularis prærogativa, ut soli errati immunes sint.
 Apocrypha secutus est nonnunquam Gregorius, falsis
 usus est monumentis, fateor. Computationes tempo-
 rum non satis constantes adhibuit. Sed hæc omnia
 ejus operum utilitati vix quidquam detrahunt: cum
 pertineant potissimum ad veteres Historias, quas ex
 aliis auctoribus deprompsit, proindeque facile ex
 aliis monumentis emendari possint. Unde nostræ
 gentis Historiæ, quæ potissima est ejus operum uti-
 litas, sive ecclesiasticæ, sive civili, maxime quæ prop-
 tius ad Gregorii ætatem pertinet, ejusmodi errata
 non efficiunt. Visa enim a se, ut plurimum, vel au-
 dita scripsit, quibus in referendis eum mala unquam
 fide usum fuisse nemo dixerit.

64. At, inquires, ita credulus erat Gregorius ac sim-
 plex, ut quidvis absque delectu suis scriptis videat-
 ur inseruisse, et omnia fere eventa miraculis ascrip-
 sisse. Verum etsi nolim inficiari, Gregorium forte
 in credendis miraculis aliquando fuisse faciliorem,
 cum tamen certum sit ex aliis ejus ævi auctoribus
 tunc temporis multa miracula contigisse, non ob id
 solummodo quod miracula sunt, ea esse rejicienda
 censuerim, nisi aliqua ratio gravis id suadeat. Hæc in
 re sequenda videtur sancti Augustini regula, qui
 cum multa circumferri miracula apud vulgus acce-

Apisset, quæ a viris piis referri solebant: *Ma-*
inquit, fateri res illas esse altiores, quam ut a
possent attingi, quam temere definire illa esse
miracula, aut ab homine nimis credulo effecta. M
 culorum enim operatio veræ Ecclesiæ tessera est,
 illam ab hæreticorum sectis distinctam semper fi-
 Patres et Ecclesiæ Doctores omnium temporum
 seruerunt. Ex quo enim Dominus noster in Ev-
 lio pollicitus est, eos qui in ipsum credituri es-
 majora et plura, quam quæ ipse fecisset, editu-
 in Ecclesia non defuere, quoties illa vel ad in-
 lium conversionem, vel ad fidelium in recta fide
 firmationem necessaria fuerunt. Petrus in Actis
 stolorum se hanc potestatem habuisse professus
 cum petenti paralytico eleemosynam respondi-
 quidem 'argentum non habere, sed *quod habeo*
quit, hoc tibi do; in nomine Christi surge et am-
 Et quidem vel sola ejus corporis umbra morbos
 rabat. Pauli miracula taceo; sed eo teste, hæc
 tia ab Apostolis ad fideles transiit, quorum alii
 nera linguarum, aliis gratiam curationum, aliis
 charismatum dona concessa fuisse scribit. Ign-
 Apostolorum discipulus, cum martyrio proximu-
 set, verebatur ne ipsi, sicut aliis sanctis contig-
 bestiæ miraculo mansuefactæ parcerent. Jus-
 ethnicis exprobrat magorum et incantatorum in-
 tentiam, cum e contrario Christiani sola Jesu Ch-
 nominis invocatione nihil non possent efficere.
 clara omnino ea de re habet Irenæus, qui sæculu-
 cundo floruit, et initio tertii passus est. Hic in li-
 Adversus hæreses, capite 57, non unum aut
 rum, aut certe plura a Christianis facta miracu-
 censet: sed hanc ipsam Ecclesiæ catholicæ esse
 rogativam probat, ut cum hæreticorum sectæ
 præstigiis nihil possent, nisi forte incautis de-
 inferre, fideles miraculis, et certissimis, et frec-
 tissimis, fidem suam approbarent; ita ut sæpis-
 apud eos claudi gressum, cæci visum, surdi audi-
 immo et mortui vitam fidelium precibus fuerint
 secuti. Quos quidem homines a morte excitatos
 postea inter cæteros mortales vixisse observat
 sequenti, ne forte tanta miracula præstigiis
 mines attribuire auderent. Ejusdem rei testis
 sæculo tertio omni exceptione major Cyprianus
 thaginiensium antistes et Christi martyr, qui hoc
 gumentum non semel, sed potissimum in libri
 Idolorum vanitate et ad Demetrianum pertract-
 Omitto Eusebium, Lactantium et alios, qui sul-
 culi tertii finem, et quarti initium vixerunt. Ea-
 virtus post datam Ecclesiæ pacem perseveravi-
 testes sunt Hieronymus, Rufinus, Sulpicius Sev-
 et alii, qui patrum et aliorum sanctorum vitas de-
 pserunt. Idem testantur Paulinus, Theodoritus
 Græcos patres vix ulli eruditione secundus, qui
 brum ea de re singularem sub religiosæ Hist-
 titulo edidit. Plurima miracula suo tempore
 narrat Augustinus, potissimum in libris de Civ-
 Dei. Sanctorum Gervasii et Protasii ab Amb-
 inventorum tot fuerunt miraculorum præcones,

rum temporum scriptores, Ambrosius ipse, Paulinus, Augustinus, Gaudentius, etc. Haud minus cœlia fuere sancti Stephani recens inventi miracula, e quibus libri duo inter Augustini opera habentur. Victor Vitensis paulo post miracula descripsit, quæ durante Wandalorum in Africa persecutione a catholicis edita fuerunt. Basilii Seleuciæ episcopus circa eodem tempus libros duos de miraculis sanctæ Thelæ composuit. Hæc de sæculis quæ Gregorium nostrum præcesserunt. Non minus autem sæculo sexto, quo vixit Gregorius, frequentia fuisse infra probamus. Nam de sequentibus temporibus agere ad nostrum non spectat institutum; et qui ea de re plura cupiunt, habent Miraculorum libros integros, quos in veterum sanctorum collectionibus consulant.

65. At ex his quæ protulimus jam perspicuum est, nemini auctori ecclesiastico verti posse vitio, quod miracula passim suis operibus inseruerit, aut certe de Miraculis sanctorum ediderit libros singulares. Proindeque Gregorium eo ipso haudquaquam aspernandum esse, quod miracula passim in suis libris enarraverit. Nec dicat aliquis miracula a Deo Opt. Max. fuisse edita, cum necessaria ad fidem gentibus approbandam fuerunt, id vero Gregorii temporibus applicari non posse. Nunquam enim miracula magis necessaria videntur fuisse sive ad infidelium conversionem procurandam, sive ad fideles in vera fide confirmandos, quam sæculo quinto labente, ac toto sæculo sexto, quo Gregorius noster scripsit. Tunc enim barbaræ nationes ita Europam infecerant, ut nulla ferme regio esset, in qua illi non dominarentur. Hi autem erant aut ethnici, aut certe ita ariana hæresi infecti, ut nomine tenus Christiani, plerasque paganorum superstitiones simul cum falsis dogmatibus retinerent: omnes vero ita feri ac barbari, ut frustra quisquam eis veram religionem rationibus ac sacræ Scripturæ auctoritate persuadere conatus fuisset. Opus itaque miraculis erat, utpote quod hæc sola esset eos convincendi ratio. Certe quandiu Chlotheus, primus gentis nostræ regum christianus, rebus usus est prosperis, de religione mutanda ne quidem cogitare voluit. At constitutus in extremo prælii discrimine, cum non sine miraculo e tantis periculis ereptus fuisset, fidem ultro suscepit. Sic movit Totilam Gothorum in Italia regem sancti patris Benedicti miraculum coram eo editum, quem antea nec sacerdotum auctoritas, nec miserorum infortunia ad commiserationem flectere unquam poterant. Non minus indigebant miraculis fideles idiotæ, qui ab hæreticis variis extorsionibus oppressi, immo et aliquando suppliciis torti, aut illecebris allecti, ad religionem mutandam incitabantur. Suberat et alia sæculo sexto edendorum miraculorum peculiaris causa, nempe quorundam error negantium resurrectionem mortuorum: cui errori potissimum refellendo Gregorius Magnus libros dialogorum de Virtutibus et Miraculis Italiæ sanctorum composuit.

66. Sed et habemus viros eorum temporum illustres et omni exceptione majores, qui testati sunt

frequentia tunc contigisse miracula. De miraculis sanctorum Italiæ libros quatuor dialogorum edidit Gregorius Magnus. Idem præstitit Victor Vitensis episcopus in libris de persecutione Wandalica, ubi narrat ea quæ Deus in Africa ostendit, in fidei catholicæ confirmationem. In Galliis, præter sanctorum Vitas, quæ ab auctoribus gravibus et æqualibus scriptæ sunt, testes habemus queis nemo unquam absque temeritatis nota audeat refragari. In primis complures episcopos sanctitate et eruditione celeberrimos, inter quos eminebant Avitus Viennensis, Stephanus Lugdunensis, et Æonius Arelatensis metropolitani, qui cum Arianos in collatione coram Burgundionum rege habita, rationibus ac Scripturæ testimoniis pervicissent, fidem quoque suam miraculis approbare polliciti sunt, si Ariani eis assentire vellet: *Si rationes nostræ*, inquit Avitus omnium nomine ad regem Gundobaldum, qui collationi præsens intererat, *non possunt illos convincere, non dubito quin Deus fidem nostram miraculo confirmet. Jubeat sublimitas vestra, ut tam illi quam nos eamus ad sepulcrum hominis Dei justî, et interrogemus illum de nostra fide; similiter et Bonifacius de sua: et Dominus pronuntiabit per os servi sui in quibus complaceat.* Sic illi viri sancti adeo in Deum fidentes erant, quod se eam fidem habere scirent, quæ etiam montes transferre posset, cum id Dei causa exigeret. Sed et iidem antistites se hanc collationem suscepisse innuunt exemplo beatissimi Remigii Francorum apostoli, qui fidem catholicam tunc temporis apud eam gentem infinitis propemodum prodigiis confirmabat. *Providente*, inquit, *Domino Ecclesiæ suæ, et inspirante pro salute totius gentis cor domni Remigii, qui ubique altaria destruebat idolorum, et veram fidem potenter cum multitudine signorum amplificabat, etc.* Ejusdem sancti Remigii et sancti Medardi miracula ob oculos Chlotsindæ ponit sanctus Nicetius Trevirorum antistes, illam adhortans, ut ea Alboino Langobardorum regi viro suo narret, quibus Chlodovei exemplo, ad fidem suscipiendam moveri possit. *Quid de domno Remigio et domno Medardo episcopis, quos tu, credo, vidisti? non possumus tanta exponere, quanta mirabilia per illos Deum videmus facere.* De miraculis ad sanctorum sepulera tunc temporis frequentibus prosequitur sanctus antistes his verbis: *Ubi tanta hodie*, inquit, *mirabilia apparent, quantum nec dicere verbis valeo.* Statimque subjungit, similia in hæreticorum Ecclesiis non fieri, quod aliam ab illis sanctis qui miracula edebant, fidem profiterentur. Quanta vero securitate de tot tantorumque miraculorum veritate et certitudine locutus fuerit Nicetius, ex eo patet, quod regem ipsum Alboinum provocandum esse scribat, ut aliquot e suis fidos homines ad Beati Martini sepulcrum transmittat, rei veritatem per sese exploraturos. *Mittat*, inquit, *ad domnum Martinum per festivitatem suam... ubi cæcos hodie illuminari... conspicimus, ubi surdos auditum et mutos sanitatem recipere. Nam quid dicam de leprosis aut de aliis quam plurimis? qui quacumque debilitate percussi sint, ibi-*

dem per singulos alii et alii sanantur. Misit ad hanc festivitatem Theodemirus rex arianus, quem Gregorius Chararicum appellat, et tantis miraculis permotus fidem suscepit cum tota Suevorum gente, cui tum in Gallæcia imperabat. His adde alios testes eruditione et sanctitate illustres, Fortunatum, qui multas sanctorum Vitas scripsit; Cyprianum Tolonensem episcopum in Vita sancti Cæsarii, Hilarium Arelatensem, Eucherium, Dynamium patricium, virum natalibus, dignitate et Gregorii magni testimonio illustrem, beatum Audoenum in Vita sancti Eligii, Jonam monachum et alios, qui tunc temporis ediderunt sanctorum Vitas, quas ex miraculorum narrationibus fere integras contexuerunt.

67. Nemo itaque inficiari potest, Gregorii nostri temporibus miracula frequenter ad sanctorum sepulcra contigisse, idque non vulgi solum opinione, aut muliercularum relatu creditum, sed et virorum eruditorum, ac sanctorum episcoporum auctoritate receptum fuisse, qui ejusmodi miraculorum certitudine fidem nostram approbari et hæreticorum errores argui posse censebant. Certum est etiam ea miracula adeo certa et evidentiâ fuisse, ut ne quidem hæretici illa in dubium revocare ausi fuerint, aut ullis cavillationibus potuerint ea unquam obscurare. Quo factum est, ut plerique ejurata hæresi fidem catholicam susceperint, et quidem non vulgares homines, non unus vel pauci viri obscuri aut nullius nominis, sed ipsi reges, et integræ nationes: quales fuere Franci, Burgundiones, Suevi, Wisigothi, Angli, Langobardi, etc. Unde nemini mirum videri debet, si Gregorius, qui promovendæ orthodoxæ fidei desiderio fervebat, ardebatque summa erga sanctos Dei amicos devotione, colligendis miraculis plurimum tribuerit, quæ tunc temporis esse videbat efficacia ad fidem hæreticis insinuandam, et ad emendandos fidelium mores utilissima. Ea vero quæ a Gregorio narrantur miracula, ne quidem ob suam multitudinem in dubium revocari possunt. De plerisque enim sanctis unicum solummodo aut alterum miraculum narrat: qua in re parciore fuit illis, qui ejusmodi sanctorum Vitas descripserunt, quas ut plurimum, ut mox dicebam, ex solis miraculis contexuere. Plura quidem de sancto Martino habet, aut de sancto Juliano. At modo sancti Nicetii locum laudavimus, satis attestantis, multo plura miracula ad sancti Martini sepulcrum contigisse, quam quæ a nostro Gregorio referuntur. Ea vero quæ scripsit, apprime noverat, vel quod sibi ipsi contigissent, vel quod ea ab aliis accepisset. Miracula quæ in seipso facta fatetur, quis falsa fuisse dixerit? Non enim ita fallax ac perditæ mentis fuisse dici potest Gregorius, ut falsa pro veris obtrudere ex industria voluerit; aut ita bardus, ut ægrum se reputaverit sanus, aut ad sanctorum cineres cœlitus sanatum non æger. Idem dicendum de plerisque aliis ægrotis, præsertim viris gravibus et probe notis, qui sese sanctorum meritis sanatos aut palam coram omnibus, aut certe ipsimet Gregorio confessi sunt. Unum est, fateor, in quo plus

A æquo credulus fuit, in iis scilicet credendis, quæ antiquis scripta inveniebat, aut certe acceperat e vetustis traditionibus. Sed ista nec ejus bonæ fidei officium, nec adversus ea quæ a se visa aut audita referi, ullum præjudicium generare valent cum e contrario animi ejus candorem et ingenuitatem maxime probent.

68. At quot et quanta, inquis, minutiora facta miraculis deputat Gregorius, quæ naturalem causam efficientiam nequaquam superant. Verum ea est virorum pietate præstantium iudoles ac religio, ut precationum cœlesti efficaciam, sanctorumque intercessionem tribuant ea, quæ alioqui naturæ virtutem haurire excedunt. Ita comparatus fuit Cyprianus, ita Augustinus, ita Theodorus, et alii magni viri quos superius commemoravimus. Simplex itaque fuerit Gregorius, sed eo sensu, quod sine fuco et semper aperta mente et corde sincero veritatem orationis simplici deprompserit. Atque ea Gregorii laus est non contumelia, inquit Sirmondus Hilduinum reprehendens, qui Gregorium *miræ simplicitatis virum* appellavit, cum Hilduinus ipse, si hæc vox malam in partem vertatur, multum Gregorio simplicior fuerit.

69. Haud enim putandum est miracula omnia quæ vulgo circumferebantur a Gregorio statim absque delectu aut examine admissa fuisse, cum ipse Deum passim invocet veritatis eorum, quæ in libris suis enarrat, testem. Quin et res ab aliis relatas difficile credebat, ut ipse testatur libro I Miraculorum capite 5. Audierat quippe sæpius oleum ante crucem in monasterio Pictavensi ita excrescere solitum fuisse, ut licet vasa exinde plena efferrentur, nunquam tamen decresceret. Sed ad id credendum nunquam adduci potuit, quin prius rei veritatem suis oculis unius horæ spatio exploravisset. Pallam quæ venerabilis crux Jerosolymis involuta diu fuerat, sese accepisse jactitabat quidam: sed ei non credidit Gregorius, priusquam rem miraculis certis comprobata fuisse advertisset. Cum vero res gestas ab aliis acceperat, homines illos nominat, qui talia retulerant, ne incerta pro certis ingerere videretur. Quin et aliquando sacramento ejusmodi miraculorum confirmari volebat, aut multos adhibebat, rei enarratæ testes, ne forte illudere piæ simplicitati credulitati a nonnullis crederetur, ut ipse habet libro II de Miraculis sancti Martini, capite 52, et passim aliis in locis insinuat.

70. Erunt fortasse nonnulli, qui Gregorii nimiam, ut aiunt, simplicitati tribuant, quod passim pulverem sanctorum tumulis collectum, pannos eis aliquandiu impositos, flores aut herbulas ibidem a fidelibus sparsas, aut parietibus affixas, oleum ex lampadibus ibidem ardentibus detractum, aquas ex vicinis fontibus aut puteis haustas, aut alia ejusmodi inter Sanctorum reliquias computaverit. Verum ista abjectio evanescet, cum cordatus lector similia in patrum auctorumque gravissimorum operibus exempla passim occurrere animadvertet. Hujus enim consuetudinis testes sunt Hieronymus, Augustinus, Pauli-

s, Leo et Gregorius, uterque Magnus ac pontifex A
 manus, Beda et alii passim, quorum loca in notis
 Gregorii textum non semel laudavimus. Sed et
 i plura ea de re cupit, adeat Ferrandi, Societatis
 su presbyteri, librum singularem de Sanctorum re-
 quis, aut certe legat V. cl. Lud. Ant. Muratorii
 quisitionem de hoc argumento tomo II Anecdoto-
 m, ubi etiam *oleorum*, quæ Gregorius Magnus ad
 eodellindam per Johannem transmisit, indicem
 ofert, ipsa Gregorii ætate scriptum in papyro
 yptiaco, ut Mabillonius noster testatur Itineris
 lici pag. 14.

71. Unum denique circa Gregorii libros de Mira-
 lis sanctorum observari velim, quod scilicet easolum
 actorum miracula retulerit, quæ ab aliis auctoribus
 ripta non erant. Unde mirum non est, si quando- B
 e omissis celebrioribus sanctorum gestis, obscura
 ædam facta commemorat. Hinc etiam patet, quam
 caute fecerint nonnulli, qui res aliquot sanctorum
 stas in dubium revocarunt ob id solum, quod a
 egorio non memorentur : cum, ut ipse testatur,
 tra ejus institutum fuisset de ejusmodi rebus dis-
 rere. Quod vero tale fuerit ejus consilium, ipso
 onente discimus ex proœmio ejus generali ad istos
 ros : *Aliqua, inquit, de sanctorum miraculis, quæ
 ctenuis latuerunt, pandere desiderans, etc.* Sed magis
 erte in libro de Gloria Confessorum, quem om-
 um ultimum recognovit, capite 45 : *licet jam dix-
 nus in prologo libri hujus ut ea tantum scriberemus,
 æ Deus post obitum.... operari dignatus est : tamen
 n puto absurdum duci, si de illorum vita memoremus
 qua, de quibus nulla cognovimus esse conscripta.* Non C
 que scripsit de sanctorum gestis, quæ aliunde
 ta erant, aut quorum Vitæ habebantur. Sed jam
 ndem ad secundam præfationis nostræ partem
 unseundum.

II. — 72. Nulla ferme est in contexendo Gregorii
 erum catalogo difficultas, cum ea non solum pas-
 n in suis libris recensuerit, sed et singillatim enu-
 eraverit in fine libri decimi Historiæ Francicæ :
 cem, inquit, *libros Historiarum, septem Miracu-
 rum, unum de Vitis Patrum scripsi. In Psalterii tra-
 ctatum librum unum commentatus sum ; de cursibus
 tam Ecclesiasticis unum librum condidi.* Quid vero
 ororum septem miraculorum nomine intelligat, ip-
 met in prologo libri de Gloria Confessorum expo- D
 t : *In primo libello inseruimus aliqua de miraculis
 omni ac sanctorum apostolorum, reliquorumque
 artyrum, quæ hactenus latuerunt, etc. In secundo
 suimus de virtutibus sancti Juliani martyris. Quatuor
 ro libellos de virtutibus sancti Martini, septimum
 e quorundam Religiosorum, seu, ut plerique manu-
 ripti codices habent, Feliciosorum vita ; octavum
 me scribimus de Miraculis Confessorum.* De his libris
 ulla difficultas. Quem enim secundo loco vitam *Re-
 giosorum* seu *Feliciosorum* appellat, is est qui in
 istoriæ fine dicitur liber de Vitis Patrum. Hi omnes
 xstant præter librum de cursibus ecclesiasticis, qui
 mnino interiit ; et commentarium in psalmos, cujus

aliquot solummodo fragmenta supersunt. Hunc porro
 commentarium Romæ asservari aliquandiu persua-
 sum habuimus, acceptis exinde litteris in Vaticana
 bibliotheca haberi manuscriptum codicem ex mona-
 sterio Fontis Avellani, qui *Florentii Georgii et Gre-
 gorii commentarius in psalmos* inscriberetur. Sed re
 a nostro Stephanotio, Congregationis nostræ in curia
 Romana procuratore generali, accuratius inquisita,
 hic deprehendit, et titulum hunc manu recenti fuisse
 codici ascriptum, et in ipso Commentario passim
 auctores laudari, qui nostro Gregorio ætate poste-
 riores fuerunt, quales sunt Aymo et Remigius. De-
 nique vulgata psalmorum versione utitur hujus com-
 mentarii auctor, quam Gregorius in laudandis passim
 psalmis adhibere non solet. Immo in Gregoriani
 Commentarii, quem modo laudabamus, præfatione
 tituli psalmorum referuntur omnes juxta LXX inter-
 pretum versionem. Fucum fecit ei qui Gregorii no-
 men codici illi præfixit, præfationis Gregorianæ in
 psalmorum titulos fragmentum, quod commentarii
 auctor simul cum aliis Patrum præfationibus operi
 suo præmisit. Quod quidem fragmentum a pio et
 erudito viro Thomasio ex ipso codice descriptum post
 libros de sanctorum Miraculis proferemus, cum duobus
 commentarii fragmentis a Mabillonio editis.

73. Laudat præterea Gregorius libro II Historiæ,
 capite 22, Apollinaris Sidonii librum de Missis, cui
 ipse præfationem se adjunxisse ait ; sed illud opus
 solo nomine tenus nobis notum est. Tanti non est
 momenti Passio sanctorum septem Dormientium
 fratrum Ephesi quiescentium, quam se in latinum
 transtulisse Syri cujusdam interpretis ope fatetur in
 capite 95 libri de Gloria Confessorum, ubi ejus epito-
 men refert. An vero usquam exstet hæc ipsa versio
 a Gregorio adornata, incertum est. Hanc enim quam
 Surius habet, Gregorianam non esse vel ex eo solo
 conjicimus, quod ibi Dormientium nomina pleraque
 alia sint ab iis, quæ ipse Gregorius in libro de Gloria
 Confessorum recenset. Eadem vero ipsa nomina re-
 præsentat eorundem Dormientium historia, quam
 in nonnullis codicibus manuscriptis invenimus ; sed
 cum multa dubiæ fidei contineat, nec constet an ip-
 sius Gregorii fetus dici possit, non visum est ei inter
 illius opera locum dare. De aliorum septem Dor-
 mientium historia dicemus inferius. Occurrerunt
 etiam nobis codices manuscriptos perscrutantibus
 varia opuscula sub Gregorii nomine, quæ *sermo, vita,*
transitus, aut miracula inscribuntur, de nonnullis sci-
 licet sanctis, qui apud Gregorium laudantur : sed
 cum ea nihil aliud sint quam ipsissima Gregorii ca-
 pita, in quibus de ejusmodi sanctis agit, ex ipsius
 operibus excerpta, de iis fusius inquirere super-
 fluum fuisset.

74. Cæterum præter libros a nobis supra recens-
 tos, plerique complures libellos singulares de vita
 aliquot sanctorum inter Gregorii opera enumerant,
 quos in variis Historiæ Francicæ aut Miraculorum
 libris ipse Gregorius laudat. Tales sunt *liber de sancti
 Illidii vita*, quem laudat libro I Historiæ, capite 40 ;

liber *de vita sancti Quintiani*, lib. II, capite 36. Alii in locis memorat a se conscriptos libros, de Vita sanctæ Monegundis, de Vita sancti Nicetii, sancti Friardi, sancti Caluppæ, sancti Senoch, sancti Patrocli, quos Vossius et alii singillatim in catalogo Gregorii operum recensent, quamvis certum sit alios non esse ab illis libri Vitæ Patrum capitibus, quæ sub istorum sanctorum vitæ titulis edita sunt. Et de his nulla, quod quidem sciam, exstat inter viros eruditos controversia. Utrum vero libelli isti reipsa a Vitæ Patrum secernendi sint, ut Margarinus Bignius, Colonienses Doctores et alii in suis editionibus fecere, parum interest. Sane, ut quidem sentio, Gregorius primum aliquot sanctorum sæculi seu Patrum vitas in unum librum videtur collegisse, quem inscripsit de Vita quorundam *Feliciosorum* aut *Religiosorum*; postea vero cum et aliorum quoque sanctorum gesta comperisset, de iis libellos seorsim edidit, quos postea vel ipse, vel alii cæteris adjungere sub unico Vitæ Patrum titulo. Certe in codicibus scriptis quos videre licuit, omnes omnino illæ Vitæ, id est viginti capita, simul sub uno et eodem *Vitæ Patrum* titulo habentur; quem titulum certum est suo libro, alias *Feliciosorum Vitæ* appellato, præfixisse. Major esset circa *sancti Nicolai Vitam*, quam Sammarthani in Gallia Christiana laudant, difficultas, nisi esset librorum manifestus error, aut certe auctorum ipsorum memoriæ lapsus, qui *Nicolai* pro *Nicetii* nomen invexerunt. Etenim Sammarthani, qui soli inter Gregorii opera sancti Nicolai vitam recensent, Vossii locum ex libro de Historicis latinis exscripserunt. At Vossius vitam sancti Nicolai non habet, sed *Nicetii* quam Sammarthani omittunt.

75. Librum etiam de Mirabilibus sancti Medardi inscriptum inter Gregorii nostri opera recensuere Barrius auctor Historiæ Christianæ veterum Patrum, Bignius, Colonienses et alii, quos secutus est Gerardus Joannes Vossius libro II de Historicis latinis, et alii nonnulli, ob hunc, uti Cointio videtur, Gregorii locum ex libro de Gloria Confessorum, capite 95, ubi de sancto Medardo ait: *Post scriptum de Mirabilibus ejus librum mulier quædam*, etc.; quem librum ob id præcipue Gregorio tribuerunt, quod alius fuerit ab ejusdem sancti Vita, quam Fortunatus scripsit. Hæc enim Vita nonnisi post Gregorii obitum edita est. Ibi quippe lectores Fortunatus invitat, ut pro Theodeberti, inquit, *regis nostri*, incolumitate preces effundant; qui Theodebertus, non nisi Gregorio jam defuncto, patri suo Childeberto II successit. Verum etsi librum de sancto Medardo a Gregorio laudatum Fortunati fetum non esse fateremur, haud tamen inde concludendum esset eum a Gregorio editum fuisse. Non enim id probant Gregorii verba superius relata, cum ibi librum quidem laudet, sed a se scriptum non dicat: quod tamen passim facere solet, cum opuscula sua commemorat. Hunc librum ab ipsa muliere compositum fuisse, quæ ibi sanata dicitur a Gregorio Cointius contendit. At cum illud opus, si a Fortunati libro distinguatur, nusquam ex-

stet, frustra de ejus auctore inquiritur, quod veterum laudavit, nec ullus recentiorum unquam. De Antiphona vero in honorem sancti dardi, quam sub Gregorii nostri nomine edidit rarius, vix quidquam certi dici potest, cum nihil beat, unde ejus auctor valeat dignosci. Nihil a veritati dissonum complectitur, si id quod de sanctorum Medardi et Gildardi obitu refert, eadem non vero eodem anno dicatur contigisse. Eam loco proferemus.

76. Inter alia innumera Patrum, aliorumque veterum scriptorum opuscula, quæ in catalogo cum manuscriptorum Angliæ laudantur, occurrit monet Freherus, *Libellus de passione Domini*, Gregorio Turonensi tributus. Sed hunc librum a vulgari *Gestis Pilati* distinguendum non esse censet idem Freherus, et alii viri eruditi. Quibus facile subsumimus, dum aliquis vel ex ipso codice Anglicano ex aliquo alio simili nos aliquid certius edoceat quidem ansam illi scriptori, quisquis fuerit, hunc librum Gregorio tribuendi præbere potuerunt illi libri i Historiæ Francorum, capituli 23, verba: *Pilatus autem Gesta ad Tiberium Cæsarem mittit, et ei tantas virtutibus Christi, quam de passione vel resurrectione ejus insinuat. Quæ gesta apud nos hodie retinentur scripta*. Sed gesta illa apud se quidem haberi fatetur Gregorius, non autem a se ipso scripta dicit. Unde nondum inter illius opera locum habuere, nec videri debent.

77. Librum de Miraculis sancti Andreae sub Gregorio Turonensis nomine invenimus in codice bibliothecæ nostræ sancti Germani a Pratis, ab annis circiter sexcentis scripto: qui liber in aliis quoque codicibus habetur, sed absque Gregorii præfatione. Hæc autem præfationem, sicut et brevem operis epilogum Gregorii fetum esse styli et scribendi ratio vix dubitantes sinunt: etsi hujus libri nullam in operum suorum catalogo fecerit mentionem. Neque id mirum videri debet, si quidem nec librum ibi recensuit Missarum Anglicanarum Sidonii, cui alias se præfationem adjungere memorat; nec passionem septem Dormientium Episcoporum, quam e Græco in Latinum a se translatus fuisse ipsemet alibi testatur. Porro præfationem illam et epilogum in Miracula sancti Andreae dabimus capitulorum indice et aliquot capitibus quæ edita sunt, non autem librum ipsum, qui alius non est apocrypha hujus sancti Vita, quæ vulgo Abdiæ Balonico tribui solet.

78. Haud plura dicam de passione sancti Julii quam in nonnullis codicibus scriptis invenimus librum, qui de ejusdem sancti Miraculis a nostro Gregorio scriptus est, insertam, ab ipso Gregorio, an ab aliquo alio, divinare non licet. Erunt fortasse, qui ipsam Passionem Gregorii fetum esse putent. At non sibi facile persuaserit hanc primum a Gregorio scriptam, et ab illo ipso miraculorum narrationi præmissam, a posteris vero detractam fuisse; cum e contrario multo verisimilius sit eam Miraculorum librum adjunctam fuisse, ut simul utrumque in sancti Ma-

is festivitate legi posset. Si quis tamen id ab ipso Gregorio factum fuisse dicat, non multum refragat. Præfatiuncula quippe ipsi præfixa Gregorii stylo sapit; quare librum absque illa passione suo loco habere visum est, uti in plerisque scriptis et in libris editis habetur; passionem autem ipsam cum eodem libri initio, prout alii codices scripti habent, et cætera Gregorii opera proferemus.

9. Historiam septem Dormientium in Majori monasterio quiescentium, præter editos tribuunt Gregorio nonnulli codices scripti quos vidimus. Certe hic librum inter sincera Gregorii opera admisit Briccius monachus Trium Fontium in Campania, qui in Chronico ad annum 319 scribit, *sancti Martini hæcælogiam a Gregorio Turonensi creditur comprehensam fuisse*, atque subjungit ipsissima verba, quæ in libro septem Dormientibus ea de re habentur, eosque etiam germanos laudat, ac nomina eorum recenset. Hic opus laudat, ac pro sincero Gregorio fetu habet monachus Sansulpicianus in patriarchio Bituricensi, lib. 27. Illud tamen Gregorio abjudicat Cointius ad annum 595, num. 51, quod in epilogo Historiæ Gregorianæ inter illius opera non recenseatur, quam rem sub dubio proposuisset ad annum 591, num. 10. Ibi ex epistola huic libello præfixa beati Sulpicii, nuncupata est, sanctitatem maxime commendari debet. Archiepiscopi titulus, qui in ista epistola Sulpicio tribuitur, et in ipsa Historia Briccio episcopo Turonensi, negotium facessit, cum inficiari non possumus, metropolitanos in his partibus ante sæculum nonum, aut nunquam, aut rarissime archiepiscopos dictos fuisse. Canone tamen VI Concilii Magonensis I decretum legimus, ut *archiepiscopus sine pallio missas dicere non præsumat*. Non etiam simulare velim, hanc Historiam in codice Collegii Sacerdotum Jesu Parisiis haberi, et quidem edita multo tempore, sed absque auctoris nomine, immo absque epistola Gregorii Sulpicio nuncupatoria. Briccius vero ibi non *archiepiscopus*, sed *præsul* appellatur: quæ ratio in notis suo loco observamus. Sunt et alia quæ in utramque partem circa hanc controversiam adduci possent, sed quæ fusius persequi non vacat. Ad solummodo observari velim, quod etsi epistola huic præfixa Gregorio tribuatur, non inde tamen inferendum Historiam ipsam ab illo eodem auctore conceptam fuisse: cum e contrario epistolæ scriptor Briccius verbis asserat, se hanc narrationem apud ipsum monasterium invenisse, eamque transcriptam Sulpicio, uti petierat, destinasse.

10. Habetur in codice monasterii Patriciacensis ab anno 800 scripto Vita sancti Albini Andegavorum episcopi cum hac clausula in fine, *Explicit Vita beati Albini composita a beato Gregorio Turonicæ urbis episcopo*. In codicibus vero quamplurimis, scilicet Rheimsensis Ecclesiæ, sancti Germani a Pratis, Vindocinensis, regiæ Bibliothecæ, et aliis nonnullis, occurrit Vita sancti Maurilii, item Andegavensis episcopi, Gregorio nostro pariter attributa: sed cum hæc Vitæ non sunt ab iis, quæ sub Fortunati nomine vul-

gatae sunt, eas a Gregorio non censemus scriptas fuisse, sed fortasse recognitas solummodo et emendatas. Id diserte habet epistola sub Gregorii nomine Vitæ sancti Maurilii præfixa, quam ad calcem hujus voluminis dabimus: ubi Gregorius, si tamen certum sit ipsum hujus epistolæ fuisse auctorem, testatur se beatorum Albini et Maurilii Vitas a Fortunato scriptas emendasse, quæ scriptorum erroribus vitatae fuerant. Quod si Gregorium hujus epistolæ auctorem fuisse admittamus, necessarium videtur ut Fortunatum harum auctorem vitarum distinguamus a Venantio Fortunato poeta celebri. Nam iste sancti Germani Parisiensis episcopi, cui epistola nuncupata est, et Gregorii nostri temporibus floruit, ac utriusque supervixit. Qui enim fieri potest, ut Fortunato superstite, et frequenter Parisiis ac Turonis agente, sanctus Germanus Parisiorum episcopus Gregorium Turonensem invitaverit ad expurgandas a scriptorum vitiis sanctorum Vitas, quas ipse Fortunatus illarum auctor, qui coram aderat et utriusque antistitis amicus et discipulus censebatur, facilius emendasset. Fortunatum vero alium a Venantio poeta exstitisse non levia probant argumenta, quæ hic persequi nostri non est instituti. Cæterum etsi constaret beati Maurilii Vitam a Gregorio Turonensi aliquando emendatam fuisse, hanc tamen non ipsam esse contendimus, quæ vulgo circumfertur in libris editis et nonnullis manuscriptis, licet ei præmissa legatur Gregorii epistola. Etenim hujus epistolæ auctor Vitam illam ob id se potissimum emendandam suscepisse dicit, ut complura quæ incredibilia multis viderentur, ex ea reseccaret. Ex quibus profecto Renati a septennio defuncti resuscitatio censi debuerat. Et tamen in ipsa Vita, miraculum istud a Fortunato, ut ibi dicitur, omissum, cæteris adjunctum legitur. Idem evincimus ex duobus codicibus manuscriptis, uno scilicet Vindocinensis monasterii ab annis circiter 600 exarato, et altero nostræ sancti Germani a Pratis bibliothecæ, annorum 500, ubi post præmissam Gregorii epistolam, et descriptum Vitæ ipsius capitulorum indicem, hanc jussu Rainonis, qui in catalogo episcoporum Andegavensium tempore Eusebii episcopi scripto XXXV recensetur, scriptam fuisse legimus, his verbis: *Raino quondam sancti Martini quotidianus discipulus, et semper canonicus, ac post modicum sanctæ Andegavensis Ecclesiæ ex initio Christianitatis XXXIII (al. XXXV) humilis episcopus, ob honorem omnipotentis Dei nec non et ejusdem sancti Maurilii, atque remissionem peccaminum animæ suæ, anno incarnationis Dominicæ adhuc in 905 et ordinationis episcopatus sui in 25, hanc Vitam beati Maurilii, scribere ac requirere jussit. Archanaldus sancti Martini discipulus et diaconus jussu præfati domni Rainonis scripsit et requisivit*. Quæ vero fuerit illa vita, indicat dominus Hadmerus in libro Vitæ ipsi subjuncto de miraculis, quæ *modernis*, inquit, *temporibus contigerant*, in translatione scilicet sub Nifingo episcopo facta, ubi Vitam hanc, quam sub libri primi nomine dederat, *faceta satis urbanitate a successoribus sancti Maurilii expolitam* fuisse diserte pro-

fitetur. Adde non pauca in hac Vita occurrere, quæ Gregorii aut Fortunati ætati et genio, ut fuse probat Launoius, competere non possunt. Ab utraque item distinguendam esse ejusdem sancti Maurilii Vitam a Magnobodo episcopo Andegavensi scriptam ex eodem Hadmeri libro discimus. Et quidem hæc diversa omnino exstat a duobus prioribus in codice Vindocinensi jam laudato, ubi et ista sub hoc titulo habetur: *In Christi nomine ego Magnobodus episcopus, ac si peccator, Ecclesiæ Andegavæ, secundum titulos Justi presbyteri Vitam sancti Maurilionis episcopi et confessoris, ut rusticitas mea fuit, simpliciter planeque, ut potui, explicavi, in anno 10 ordinationis meæ, et in anno 36 principis nostri domni Chlotarii regis, filii Chilperici regis.* Id est anno æræ christianæ 619, paulo post Gregorii nostri obitum. Hæc autem paulo fusius tractare visum est, quod epistola sub Gregorii nomine vulgata passim præmissa occurrat Vitæ sancti Maurilii, quæ multas res a veritate alienas complectitur, et celebris facta est ob controversiam de sancti Renati resurrectione his temporibus natam. Quod miraculum nonnulli Gregorii auctoritate comprobare conati fuerunt, licet a Fortunato emissum fuerit, ut modo dicebamus, et non referatur a Magnobodo. Iste tamen narrat mulierem quamdam sterilem beati Maurilionis, sic enim semper eum appellat, inventu obtinuisse a Deo filium, qui postquam Ecclesiæ Calonnensi, ubi Maurilius degebat, diu presbyter serviisset, tandem ipsi in episcopatu successerit.

81. Vitam sancti Aredii abbatis Atanensis Gregorio Turonensi tributam, aliam ab ea quæ sæculo I Actorum sanctorum Ordinis Benedictini edita est, eruit noster dominus Johannes Mabillonius e vetusto codice sancti Galli in Helvetia, quæ quidem Gregorio haud indigna videtur, nec multum ab ejus genio aliena: nisi quod aliquæ phrases in ea passim occurrant ex Gregorio Magno, immo et ex beati Benedicti Regula, contra Gregorii morem, mutuatae. Deinde Gregorius Aredii miracula et res gestas passim celebrat, nusquam tamen illius Vitæ a se scriptæ, quod alias solet, ipse meminit. Quamvis momentis istis reponi possit, Gregorium hanc Vitam post suum ex itinere Romano reditum scripsisse; proindeque nihil esse mirum, si in aliis operibus quæ antea exaraverat, nullam Vitæ sancti Aredii fecerit mentionem, loquendique modos Gregorii magni non adhibuerit: qui Roma reversus, ubi, sicut de illo rerum ecclesiasticarum curiosissimo indagatore conjicere licet, Gregorii libros viderat, sicut et beati Benedicti Regulam, quæ jam tunc erat celebris, eorum loquendi morem imitari potuisset. Sunt tamen alia indicia quæ suadeant hanc vitam Gregorio tribuendam non esse, sed monacho potius alicui Atanensi, qui eam potissimum ex Gregorii operibus collegerit: quod ansam præbuerit posteris eam Gregorio ascribendi. Ipse enim Gregorius Aredium passim laudat, ejusque vitæ breviarium descripsit sub finem libri x Historiæ. Et quidem miracula quæ vitæ sancti Aredii subjunguntur, stylum Gregorii non sapiunt. Ita loquitur auctor ac si epi-

scopus aliquis in Brivatensi vico sedisset; alio in modo de episcopo Turonensi, qui tunc Gregorius erat, scribit, quo non scripsisset ipse Gregorius. Denique hæc vita, uti ex ejus prologo patet, scripta est, ut in festo sancti Aredii anniversario legere in conventu fidelium. Quæ omnia, et alia quæ legentibus occurrunt, innuunt alium a Gregorio fuisse vitæ auctorem. Hunc tamen paulo post Aredii exitum scripsisse, tum ex rebus narratis colligitur tum ex capite ultimo, ubi testatur ea quæ a se scripta sunt intra *paucum tempus* contigisse. Unde concluditur multo numerosiora fore quæ in posterum scribenda *per prolixa spatia temporum*, quæ subsequenter, et frequentia ad sancti *tumbam* fierent miracula. Ex autem omnibus colligere licet, sancti Benedicti vitam regulam jam tunc, id est sæculo sexto labente, aut initio sequentis, in monasterio Atanensi receptam fuisse, quam adeo familiarem habuit ille auctor.

82. Unum superest inquirendum, an scilicet Gregorius noster Chronicum aliquod conscripserit. Historia, quam ex eo habemus, diversum, ut testantur nonnulli mediæ ætatis auctores, qui per Sigibertum Gemblacensem monachum aiunt Gregorium parvo libello primum historiam *breviasse*, quæ postmodum diffusius novem libris digesserit, verum etiam scripsisse chronicum, etc. Sed illi auctor ut observat Valesius, libro xv rerum Francicarum unum et idem opus ob tituli varietatem in variis locis, duo esse diversa incaute censuerunt. Eadem enim est Historia Gregorii, quæ in veteribus aliquibus membranarum sub ejus nomine *Historia ecclesiastica*, aliis vero *Chronicum* nuncupatur. Certe solebant illius ævi auctores *Chronica* aut *Chronicas* appellare Historias, etiam fusiores, quæ juxta annorum seriem scriptæ erant: quod sexcentis exemplis facile probari posset. Breviarium vero, seu Historiam Francorum abbreviatam, quod a Gregorio editum nonnulli scribunt, aliud non est ab Epitome Fredegarii, quod mirum non est Gregorio fuisse tributum, cum ex eodem verbis omnino constet, ejusque nomen, et eandem ac ipsa Historia præfationem, et quidem sub eodem Gregorii nomine, præferat. Eadem fere forte fuit libri, qui *Gesta Francorum* inscribitur, ab anonymo auctore exarati. Hic quippe in omnibus ferè codicibus Gregorii nomen præfert, quod ex ipsissimis ejus verbis ut plurimum contextus sit. Ejus tamen auctorem ad Theoderici Calensis principatum pergitisse omnino certum est ex rerum serie quas narrat. Immo et in codice sancti Remigii Rhemensis, Anonymi Dionysiani liber de Gestis Dagoberti Gregorii operibus accenseri videtur. Ibi quippe *Gesta Francorum*, Gregorii liber primus; Anonymus vero Dionysianus simpliciter liber secundus appellatur: et forte nomine Ecchardus comes, qui Patriciace monasterium condidit, *Chronica quam Gregorius Turonensis fecit libros duos* in testamento suo commemorat.

83. Non adeo facile est assignare tempus, quo Gregorius singulos libros a se editos conscripserit.

at certe exponere qui priores aut posteriores ab eo
 iti fuerint Et quidem, ut opinor, non unum post
 terum librum absolutum describere curabat, sed
 andoque interrupta unius opusculi scriptione, al-
 rum aut inchoabat, aut jam inchoatum continua-
 t; immo et absolutum, uti censi poterat, data
 oportunitate, novis augebat additamentis. Certe
 m suorum librorum plerosque juxta classes non
 nporum, sed materialium distribui voluerit, cum pri-
 um aliquid aut in veteri quopiam instrumento re-
 riebat, aut ab aliis relatum accipiebat, aut certe
 semet suis perspiciebat oculis, illud statim suo loco
 n omittebat describere in libris, quos de simili
 gumento, aut jam scripserat, aut scribere parabat.
 ec potissimum de libris Miraculorum certa esse
 x quisquam inficiari potest, quanquam et aliquem
 er ipsos ordinem servari posse non diffitemur.
 lligimus quippe duos priores de sancti Martini mi-
 culis libros, ante cæteros a Gregorio conscriptos
 sse, quod in ipsis alii Miraculorum libri non lau-
 ntur. Liber de Vita Patrum postea ab eo conscri-
 s, seu potius inchoatus fuisse videtur, sub titulo
quorundam Feliciosorum, seu, ut alii codices ha-
 at, *Religiosorum Vita*. Primo enim paucioribus
 stabat capitibus, sed tandem usque ad viginti ca-
 a seu Vitas accrevit, quas hodieque complectitur.
 n librum de Gloria Martyrum aggressus est, cui
 um de Virtutibus sancti Juliani, quem nonnulli
 undum de Gloria Martyrum nuncupant, subjunxit,
 ex ejus prologo discimus, in quo librum præce-
 tem laudat. Ibi quoque memoratur liber secun-
 de sancti Martini virtutibus. Quo tempore librum
 Gloria Confessorum inchoaverit, divinare non li-
 at anno saltem 588, ad caput usque 95 protractum
 se colligimus ex eo quod ibi Charimerem, *qui*
e, inquit, *Childeberti habetur referendarius*, laudet.
 no etenim Childeberti 13, id est, Christi 588,
 rimeres Agirico Viridunensi episcopo, ipso Gre-
 o attestante lib. IX Historiæ, capite 25, successit.
 em fortasse tempore scribebat librum tertium de
 ti Martini Miraculis, in cujus capite 24 Aredius,
 ex ipso Gregorio libro X Historiæ, capite 29,
 o 16 Childeberti regis, id est anno Christi 591,
 t, adhuc vivens laudatur. Quartum denique li-
 n de ejusdem sancti Miraculis ante annum 594
 fuisse absolutum patet ex cujus capite quinto, ubi
 atur miraculum, quod hoc ipso anno, nempe
 deberti regis 19 contigit. Post hos autem omnes
 os recognovit librum de Gloria Confessorum, in
 s prologo cæteros de miraculis inscriptos lau-
 Vitas vero aliquot sanctorum quas seorsim scri-
 at, non nisi extremis vitæ suæ annis libro de
 s Feliciosorum adjunxisse colligimus, quod istas
 im sub libellorum specialium titulis laudare so-
 Sed tandem omnes sub unico *Vitæ Patrum* titulo
 prehendit, addito prologo, qui hodieque huic li-
 præfixus legitur, in quo liber de Gloria Confes-
 m memoratur.

. Lis fuit inter auctores nonnullos hujus sæculi

A an Gregorii Historia postremus ejus ingenii fetus
 censi debeat. Qui eam ante Miraculorum libros,
 saltem recognitos, scriptam fuisse volunt, huc profe-
 runt ipsum Historiæ textum, qui nonnisi ad 16 Chil-
 deberti Junioris, id est Christi 591 annum perducit-
 tur: cum econtrario nonnulla in aliis scriptionibus
 narrentur, quæ triennio post, id est 19 ejusdem
 Childeberti regis anno, immo et post Guntramni
 obitum, contingere. Verum etsi Gregorii Historia in
 anno Childeberti 16 desinat, haud tamen inde evin-
 citur eam hoc ipso anno exaratam fuisse: cum fieri
 potuerit, ut huic operi anno vitæ suæ ultimo insu-
 dans, supremum diem obierit, priusquam annum
 currentem attigisset. Certe in Historiæ epologo, quem
 forte morbo coarctatus scripsit, cætera omnia opera
 sua recenset; in aliis vero libris opera a se edita
 enumerans, Historiam non laudat. Quin et Miracu-
 lorum libros ac Vitas sanctorum a se editas passim
 in Historia laudat: at nusquam Historiæ in cæteris
 libris meminisse legitur. Quod sane argumentum est,
 uti mihi videtur, validissimum, cæteros libros ante
 Historiam a Gregorio exaratos fuisse. Nec juvat op-
 ponere caput 30 libri de Gloria Confessorum, ubi
 Gregorius Stremonium laudans, eum ait *a Romanis*
episcopis cum Gatiano et reliquis quos memoravimus,
in Gallias directum fuisse. Etenim paulo superius,
 scilicet capite 27 de Martiale episcopo Lemovicum
 egit, quem a *Romanis* missum memorat. Dionysium
 vero Parisiensem et Saturninum jam laudaverat in
 libro I *de Gloria Martyrum*. Porro Historiam non se-
 mel et simul a Gregorio editam fuisse multi censent,
 existimantes primum ab eo libros sex scriptos fuisse,
 scilicet ad mortem usque Chilperici regis, quibus
 postmodum alios quatuor addiderit, plures editurus,
 si ei vita diuturnior a Deo concessa fuisset. Id sane
 ipsemet Gregorius insinuare videtur in libri septimi
 prologo, ubi innuit animum sibi esse Historiam con-
 tinuandi, quam in prioribus libris a se editis ad
 Chilperici interitum perductam, reliquisse videbatur
 imperfectam. Et quidem Fredegarius non plures quam
 sex illos priores libros cognoverat, qui Chronicum,
 quo Gregorii Historiam continuare statuerat, a Chil-
 perici morte inchoavit. Nec plures habuit Anonymus,
 qui scripsit Gesta Francorum. Unde quamvis suam
 narrationem ad Theoderici Calensis principatum
 perduxerit, narrata tamen Chilperici cæde, qua sex-
 tus Gregorii liber finitur, omissis cæteris quæ in
 quatuor Gregorianæ Historiæ sequentibus libris le-
 guntur, bellum inter Childebertum et Chlotarium,
 utrumque sui nominis secundum, describit, quod post
 Guntramni regis mortem, finitamque Gregorii inte-
 gram Historiam gestum esse constat. Hinc in non-
 nullis codicibus scriptis, etiam vetustioribus, sex
 solummodo habentur Gregorianæ Historiæ libri.
 Quanquam Corbeiensis et Bellovacensis, qui non
 multo post Gregorii obitum scripti videntur, libri
 septimi fragmentum exhibeant.

85. Pauca occurrunt de Gregorii librorum titulis
 observanda. Historiarum libri in vetustissimo mona-

sterii Corbiensis codice *Historia Ecclesiastica Franco-*
rum inscribuntur. Quem titulum, utpote germanum,
 et rebus in illis contentis apprime convenientem,
 viri eruditi cæteris præferendum censuerunt :
 quem ideo in hac nostra editione adhibuimus. Ple-
 rique alii codices scripti cum editis simpliciter *Hi-*
storiam Francorum appellant; nonnulli item scripti
Gesta Francorum. Frequentius vero apud sequioris
 ætatis auctores sub *Chronicæ* aut *Chronici* nomine
 laudantur, ut jam a nobis observatum est. Sequentes
 septem libros communi vocabulo *libros septem Mira-*
culorum appellat Gregorius ipse in fine *Historiæ*,
 quibus et nonnulli *Vitas Patrum* adjungunt sub octavi
Miraculorum libri nomine. At hunc sub speciali *Vitæ*
Patrum titulo a cæteris distinguit Gregorius loco
 laudato, ubi et in *Psalterii tractatum* librum unum, et
 alterum de *cursibus ecclesiasticis* a se editos com-
 memorat. Cæterum idem Gregorius singulis *Miracu-*
lorum libris suum quemque titulum peculiarem at-
 tribuit in prologo libri de *Gloria Confessorum*, ubi
 primus de miraculis Domini ac sanctorum Apostolo-
 rum ac reliquorum Martyrum, quæ hactenus latue-
 rant, dicitur; secundus de virtutibus sancti Juliani
 Martyris, quem sanctum *specialem suum patronum*
 nonnunquam appellat, quod in ejus basilica Briva-
 tensi enutritus aliquandiu fuisset; quatuor sequen-
 tes de virtutibus sancti Martini appellantur; septimus
 de quorundam *Feliciosorum* seu, ut habent nonnulli
 codices, *Religiosorum* Vita; ultimus denique de mi-
 raculis Confessorum. Paulo aliter alii eosdem libros
 in variis codicibus inscribunt. Priorem enim non-
 nunquam *librum in gloria* seu *de gloria Martyrum* ap-
 pellant, quem etiam aliqui primum librum, et se-
 quentem de S. Juliano, librum secundum *in gloria*
Martyrum nuncupare solent. Sic etiam liber *in gloria*
Confessorum dictus occurrit, qui in *Chronico* sancti
 Benigni laudatur sub titulo *libri de viris illustribus*.
 Nonnulli autem posthabita Gregorii librorum, licet ab
 eo ipso facta, divisione, aliam invexerunt cum novis
 titulis. Id in codice Floriacensi ab annis circiter 600
 exarato observavimus, in quo primum exhibetur li-
 ber de *Gloria Martyrum* sub suo titulo, tum *Vitæ*
Patrum sub titulo libri secundi: post hunc habetur
 liber de *Gloria Confessorum*, qui ibi dicitur Grego-
 rii Turonensis liber tertius. An plures exstiterint,
 observare non licuit, avulsis a codice foliis sequen-
 tibus. Ita in codice monasterii sancti Audoeni apud
 Rothomagum ejusdem ætatis, exstat liber unicus ex
 capitulis aliquot librorum de *Gloria Martyrum* et *Con-*
fessorum, aliquotque *Vitis Patrum* consarcinatus,
 sub hoc titulo, *Georgii Florentii Gregorii Turonis*
episcopi de Miraculis sanctorum liber. Simili fere
 modo permixti sunt in codice Collegii Parisiensis Soc.
 Jesu libri seu potius aliquot capitula librorum de
Gloria Martyrum et *Confessorum*, sub hac unica in-
 scriptione: *Incipit liber Miraculum Georgii Flo-*
rentii Gregorii episcopi in gloria plurimorum marty-
rum seu confessorum. Sed hæc minoris sunt momenti
 quam ut fusius pertractentur. Nec diutius immoran-

andum est investigandis Gregorii nostri nomi-
 nem quem a patre Florentium, ab avo Georgium co-
 minatum fuisse constat. Quanquam ex amanue-
 litate nonnunquam paulo aliter hæc nomina in e-
 dem scripta inveniuntur.

III. — 86. Carolus Cointius congregationis O-
 Gallicani presbyter, vir pietate et eruditione ce-
 lebrissimus, Annales Ecclesiasticas Francorum jam ab aliquo
 tempore evulgavit, in quorum primo et altero vo-
 lumen ita Gregorii nostri libris usus est, ut non
 sine loca aliquot ad illustrandam gentis nostræ
 Historiam, aut conciliandam rebus a se narratis au-
 thenticitatem adduxerit, verum etiam integra ipsa
 passim descripserit. At cum in nonnullos e-
 dem scriptos, et quidem antiquissimos, in quibus a-
 liquot vulgatarum editionum capita desiderantur, inci-
 dit in animum induxit ea ipsa ab aliquo interpo-
 latorum Gregorianæ Historiæ addita fuisse; ideoque quæ
 aliqua recurrit occasio, ea rejecit veluti spuria
 et certe, si ex illis nonnulla ad rem suam facia-
 rent, sub interpolatoris nomine profert, cujus auc-
 torem multo Gregoriana minorem esse debere ce-
 dit. Cum vero non unum solummodo aut ali-
 quod caput, sed complura passim per totam Gregori-
 anam Historiam dispersa eo modo interpolata fuisse ce-
 dit et scripserit vir eruditus; non levis momen-
 tum visum est ea de re fusius et accuratius inquire-
 re, aut falsa pro sinceris Gregorii operibus obtrud-
 ere, aut certe vera et genuina debitam perdant auc-
 torem. Ut vero in expendendis ea de re argu-
 menta nulla suboriatur confusio, rationes quas ille in
 sua opinionis patrocinium adducit, singillatim ex-
 pendendæ sunt. Eæ sunt omnino tres: primam
 quæ in eisdem manusccriptorum auctoritate repetit; secu-
 ndam quæ ex Fredegario Gregorii sæculo septimo epitomæ
 tertiam denique ex styli diversitate, ac variis e-
 dem libris, qui in ejusmodi capitibus referuntur, quo-
 rum veritate historica alienos, et plane sinceris Gre-
 gorii operibus oppositos censet: quæ quidem argumen-
 tum nulla esse demonstraverimus, corruebat viri
 sententia, stabitque inconcussa Gregorii operum
 integritas.

87. Codices Gregorianæ Historiæ manus-
 criptos omnino quinque sibi visos fuisse ait Cointius
 quibus nullus est, qui integram Historiam, quæ
 vulgatis exstat, representet. Quod manifestum
 videtur interpolationis indicium: cum multo
 probabilius existimet quædam fuisse ab exscriptis
 addita, quam integro et germano operi detracta.
 Quod licet hoc argumentum haud immerito vali-
 dum Cointio visum sit, quippe qui nullum
 eisdem codicem novisset integram, ut in editis habetur
 Gregorii Historiam continentem, illud tamen non
 momenti viris eruditis, ut spero, videbitur, cum
 solum codices codicibus opposuerimus, verum
 demonstraverimus codices eos, qui Historiam
 integram continent, multo majoris esse auctoritatis
 quos ex ipso etiam Cointio mutilos et imper-
 tos esse probabimus, utpote qui genuinam Gregori-

storiā, ipso etiam fatente, integrā non exhibeant. **A** videtur Cointius; sed certum est, etiam si fuerint interpolationes, in codicibus multo vetustioribus haberi. Post hunc Mathias Illyricus, Marquardus Freherus, alique viri docti eandem Historiam integrā edidere, et quidem ad codices manuscriptos emendatam et illustratam, ut ipsimet affirmant: nec tamen usquam monuerunt multa in suis codicibus desiderari, quæ Gregorio assuta censerent. Idem dicendum de Andræ Chesnii editione, quam se ad quinque codices manuscriptos diligenter emendasse profitetur. Præter istos codices in quibus Historia Gregorii integrā descripta est, habemus et alios complures, et quidem vetustissimos, qui non minus causæ nostræ patrocinantur, cum in illis occurrant ea capita sub Gregorii Tironensis nomine, quæ a

B Cointio interpolata appellantur. Talis est vita sancti Briceii in antiquissimis lectionariis Gregorio Tironensi attributa, sancti Salvii Albigenensis episcopi gesta in codice Majoris Monasterii, et alia passim, quæ singillatim recensere non vacat. At omittere non licet veterem canonum professionumque fidei collectionem ex codice Fossatensi, nunc Colbertino descriptam, in qua Gregorii nostri aliquot fragmenta ita laudantur, ut ex integrā ejus, qualem eam esse propugnamus, Historia ea desumpta fuisse negare non liceat. Ibi enim Gregorii disceptatio de fide catholica cum Agilane, Leuvigildi regis legato, laudatur sub titulo *Altercationis de fide Trinitatis, quod fecit Gregorius Tironensis episcopus, quod est in libro v, capite 43*, et paulo post altera quam cum Opilane, eodem Leuvigildi legato, habuit excerpta dicitur *ex libro vi, capite 40*, quæ quidem vera esse non possunt, si ea capita ex Gregorii libris demuntur, quæ Cointius vult esse interpolata. Nam prima hæc disputatio juxta Cointii calculum in codice Corbeiensi, caput 31 libri v, altera vero caput 26 libri sequentis, constituit.

C 89. Codicibus itaque Cointianis codices opponimus, et quidem mutilis et imperfectis integros et minime vitiatos. Codices enim a Cointio laudati vel eo nomine hæc in parte nostris auctoritate inferiores censeri debent, quod in illis omnibus multa desiderantur, quæ vel ipso fatente Cointio, ad Gregorii Historiam pertinent. Codex quippe Bellovacensis Historiæ Gregorianæ fragmentum potius dici debet, quam ipsa Gregorii Historia, ut pote qui capite 3 libri ii incipit, et desinit capite 23 libri v. Corbeiensis vero mutilus quidem non est, at non nisi sex libros priores exhibet, cæteris omissis, præter libri vii fragmentum, quod, sicut et in codice Bellovacensi, sub finem libri iv habetur. Codex Colbertinus, quem Thuanum Valesius, sancti Michaelis Cointius appellat, totus noster est, si aliquam fidem mereatur. Avulsis nempe ab eo compluribus quaternionibus, a capite 17 libri sexti initium sumit, nec deinde ullum omnino omittit capitulum. Thuanus seu Colbertinus alter, qui a Cointio sancti Arnulfi, seu Mettensis dicitur, initio ex codicis vitio imperfectus, multa deinde omittit: quod sponte factum est, immo et ita

ineante, ut nonum et decimum Historiæ Gregorianæ libros confuderit, ut Chronico Fredegarii inter Gregorii opera locum daret sub libri x Historiæ Gregorianæ titulo. Quintus denique Cointianus codex e regia bibliotheca vix quatuor libros complectitur, tan negligenter descriptos, ut inter capita quæ in indice memorantur, et ipsa capitula in libro descripta, nulla sit convenientia. Hunc liber quartus desinit in capite 17, et tamen hujus libri omnia capitula in indiculo ipsi præfixo memorantur. Non tamen mutilus est codex: sed post hos Historiæ libros in eo sequitur Adonis Chronicon eadem omnino manu descriptum.

90. Alio item argumento probatur magoam non esse Cointianorum codicum auctoritatem ad resecauda ex Gregorio complura Historiæ loca, quod nempe non eadem in omnibus istis codicibus, sed varia in variis capitula desiderantur. Exstant quippe nonnulla in Corbeiensi aut in Bellovacensi, quæ in Mettensi, Michaelino aut Regio non occurrunt; et vice versa, alia sunt in istis aut in alterutro, quæ non habent Bellovacensis codex aut Corbeiensis; ita ut nulla ex istis codicibus certa possit haberi regula. Si enim codex Corbeiensis cæteris præferatur, ut pote illis multo antiquior et integrior, jam vacillabit cæterorum auctoritas; nempe qui variis erunt interpolationibus admixti. Idque dicendum erit de Corbeiensi ipso aut Bellovacensi, si Regii aut certe Mettensis auctoritas cæteris anteponeuda censeatur. Hunc velis nolis vir eruditus, nec Corbeiensis, nec Regius, aut alius quisvis ex Cointianis codicibus a cenura poterit esse immunis, ut pote qui universi non satis accurate sincera Gregorii opera repræsentarunt, aut interpolata admittendo, aut sincera rejiciendo. Ipse enim codex Corbeiensis sex solummodo Gregorii libros exhibet, quamvis plures fuisse nec ipse Cointius inficiatur, qui quidem libri jam eo tempore quo codex ille scriptus est noti erant; ipse enim, sicut et Bellovacensis, habet libri vii fragmentum. Deinde Bellovacensis in libro ii transit a capite 19 ad caput 52, nec tamen omnia intermedia, vel ipso fatente Cointio, et quidem refragaretur codex Corbeiensis, dici possunt interpolata. Nonnulla itaque sponte et data opera ex Gregorii operibus in istis codicibus resecauta sunt, et quidem libri integri. Quidam et aliquot capitula, quæ ad rem suam facere non existimabant illorum scriptores, aut certe epitomatores. Quæ enim potuit esse ratio scriptoribus illis libros posteriores e Gregoriana Historiâ non describendi, eadem fuit omittendi e prioribus complura capitula. Quod si mea non me fallit conjectura, scriptores illi Historiam regum Francorum habere volebant, a peregrinis narrationibus peculiaribusque factis segregatam, unde ea quæ de illo argumento Gregorius scripserat, exarari curarunt, omissis aliis rebus, quæ ad suum institutum non spectabant. Etenim capita illa quæ codices a Cointio laudati non habent, ea sunt quæ singulares aliquot personas attingunt, quæve episcoporum, potissimum Claromontensium et Turonensium seriem repræsentant, aut alia ejusmodi, quæ Franciæ gen-

is Historiæ amatores, maxime in provinciis ab Arvernensibus aut Thronibus longe dissitis commemorantes laudum multum curabant. Certe id ipsum fecit Fredegarius, qui Historiæ Francorum epitomen ex Gregorii scriptis concinnans pleraque ejusmodi omisit, quod ad res Francicas non pertinerent. Idem fecerunt Anonymus qui sub Theoderico rege scripsit, Aimonius, et alii qui secuti sunt Francorum Historiæ scriptores. Aliam item nonnulla omittendi capitula rationem habere potuerunt eodum istorum scriptores: quod nempe res in illis locis narratæ in Miraculorum libris a Gregorio editis repeterentur. Idem in variis Miraculorum exemplaribus factum deprehendi. Cum enim isti codices sancti Martini, aut sanctæ Radegundis transitum, aut alias ejusmodi historias seorsim sub *sermonis Gregorii*, aut quovis alio, titulo exhibuissent, hæc ipsa capitula suis locis omissa sunt in libris Miraculorum, quæ tamen ex illis excerpta non fuisse nemo dixerit. Quin et Miraculorum libros a Gregorio editos, eandem æ ejus Historiam sortem habuisse infra videbimus, siquidem nonnulli occurrunt codices mss. in quibus, omissis passim multis capitulis, cætera repræsentantur, eo modo ac si de facto illi libri plura non compleverentur.

91. Has porro res singulares, et series episcoporum, aut celebrium virorum exitus, quæ omnia interpolata censet Cointius, et epitomatores omiserunt, merito tamen in suam Historiam admiserat Gregorius, qui, uti in prologo monet, non solum regum aut principum gesta describere iustituerat, verum etiam enarrare fidelibus, qua ratione defensatæ fuissent Ecclesiæ; quantum Christi fides in nonnullis languida, in plurimis ferveret; quæve fuerint certamina flagitiosorum, aut recte viventium vita, et alia ejusmodi, quæ in Gregorii Historia difficile inveniuntur, resecaatis iis capitulis quæ Cointius esse rejicienda contendit. Deinde, uti etiam præfert codex Corbeiensis, Historiam ecclesiasticam scripsit Gregorius, quæ proinde exigebat et episcoporum series, et magnorum virorum interitus, eorumque præclare gestorum narrationem. Id fecerant Historiæ ecclesiasticæ scriptores Gregorio antiquiores, quos ipse sibi imitandos proposuerat, et potissimum Eusebius Casariensis, qui præter virorum celebrium gesta, catalogos etiam episcoporum Historiæ suæ interseruit non solum seditum patriarchalium, sed et Casariensis Ecclesiæ cui præerat, et Jerusalemianæ, quæ tunc suæ metropoli erat subjecta.

92. Sed et palmari, ut mihi videtur, argumento evinci potest, Historiam Gregorii in codicibus Cointianis abbreviatam fuisse, atque ex atopiori, uti in aliis codicibus habetur, decurtatam, si demonstretur complura capita passim in Cointii exemplaribus haberi, quæ necessariam habent cum illis ipsis quæ in eis desiderantur, connexionem; immo et quandoque ea diserte laudari quæ interpolata vocat Cointius, in codicibus Corbeiensi, etc., in quibus etiam sensus est nonnunquam mancus et imperfectus, nisi ex aliis codicibus suppleatur. Aliquot hujus rei exempla pro-

ferenda sunt. In codice Corbeicensi, qui solus cum Regio librum primum exhibet, desunt capita vigesimum sextum et vigesimum septimum : quo pacto Gregorii narratio de imperatoribus Romanis, qui Christianos primis Ecclesiæ sæculis persecuti fuerunt, interrumpitur. Transit quippe a Trajani persecutione ad Decianam, omïssis Adriani, Antonini et Severi persecutionibus, quas tamen Gregorius, Eusebii, Orosii et Severi chronica se ipse professus, omïssisse dici non potest. Complures etiam imperatores in eorum serie exhibenda prætermisisset, quam nihilominus a Julio Cæsare ad stabilitum in Gallis Francorum regnum perducere integram constituerat. In eodem codice Corbeicensi caput trigesimum primum deest cum quatuor sequentibus. In eo tamen caput trigesimum sextum, quod trigesimum nuncupat, ita, sicut in cæteris, incipit, *Tunc jam et lumen nostrum exoritur... Martinus* : mendosissime. Nam eo pacto Martini nativitas Valeriani et Gallieni temporibus consignaretur, nisi ex aliis codicibus supplicantur quinque capita, quibus Gregorius imperatorum seriem a Gallieno ad Constantium deicit, quo re ipsa Constantio imperante Martinum natum fuisse narrat, idque veritati omnino consentaneum est.

93. Gregorius libro II, capite 3, describit persecutionem a Wandalis in Africa excitatam, atque ea occasione epistolam Eugenii Carthagenensis episcopi integram exhibet, ut habetur in editis et in nostris codicibus. At Corbeicensis, relata persecutionis historia, epistolam omittit, ita tamen ut evidenter appareat eam de industria prætermisissam fuisse, sic enim habet ut cæteri codices : *Eugenius vero cum se videret abduci, epistolam civibus... hoc modo transmisit* ; et ipsa epistola prætermissa Historiam prosequitur. Paulo inferius codex Bellovacensis duodecim omittit versus, qui sensum omnino abrumpunt, ut videre est suo loco. Sic et codex Regius quintum et sextum capita ejusdem libri prætermittit, in quibus irruptio Attilæ in Gallias narratur ; licet habeat septimum, quod est ejusdem irruptionis continuata narratio.

94. Liber tertius idem est omnino in omnibus codicibus ; proindeque non est ulla de eo controversia. At libro quarto, capite 15, in codice Corbeicensi, sicut et in nostris et in editis, Gregorius loquens de litania seu supplicatione ad sanctum Julianum Brivatensem per Gallum episcopum instituta, ait : *Juxta institutionem sancti Galli, sicut supra scripsimus*. Locus autem ille quem laudat, habetur supra capite quinto, quod tamen caput in ipso codice Corbeicensi, sicut et in aliis Cointianis desideratur. Capite 14 ejusdem libri, quod omnes scripti habent, *Saxones iterata insania*, adversus Chlotarium regem rebellasse dicuntur : prima tamen eorum rebello descripta habetur capite 10, quod codices Regius et sancti Arnulfi omiserunt. Sic et iidem ambo codices, ut cæteri omnes, habent de Chramno, capite 16, *diversa ut diximus exercebat mala*. Dixerat autem Gregorius fusius de his malis capite 13 ejusdem libri IV, quod in istis codicibus non invenitur.

95. Caput 21 libri V, in quo varia Sagittarii et Salonii episcoporum flagitia Gregorius descripsit, deest in codicibus Corbeicensi, Bellovacensi et Colbertino seu sancti Arnulfi : et tamen iidem codices habent caput 28 ejusdem libri quod manifeste vigesimum primum supponit. Sic enim habet Gregorius hanc causam retractans : *Contra Sagittarium et Salonium episcopos iteratur illa antiqua calamitas. Objiçiantur eis crimina*, etc. Capite autem ultimo ejusdem libri, quod nullus codex non habet, hæc verba leguntur : *Igitur cum vale pos' synodum memoratam jam dicto*, etc., quæ de synodo Brennacensi dicta sunt, cujus acta et occasionem narravit Gregorius in capite 48 et sequentibus editorum et nostrorum manuseriptorum : sed hæc capita omnino non habent Cointiani codices. Quin et hæc ipsa capita hic omïssa manifeste præsupponit caput 32 libri sequentis, quod in omnibus quoque habetur editis et scriptis, etiam Cointianis.

96. Jam vero, siquidem librum sextum attingimus, proferenda sunt etiam ex eo aliquot exempla, quæ nullum relinquunt Cointianis fautoribus vel levisimum subterfugium, si codicum ejus auctoritati standum contendant, ad discernenda sincera ab interpolatis Gregorianæ Historiæ capita. Gregorius nempe caput 12 ab his verbis incipit : *Igitur Chilpericus rex æternus has discordias inter fratrem et nepotem*, quæ scilicet discordiæ aliæ non sunt ab illis quas Gregorius præcedenti capite narraverat, ipso fatente Cointio : quod tamen caput 11 omittunt codices duo Cointiani, Corbeicensis scilicet et Mottensis, licet habeant duodecimum. Immo et iidem ipsi duo codices habent caput 24 ejusdem libri, quod sic incipit : *Nova iterum contra Theodorum Bellovacensem consurgunt*, etc. ; quæ verba manifeste et necessario, ut ipse Cointius fateri cogitur, totum caput undecimum, quod ab ejus codicibus abesse jam observavimus, præsupponunt. Nobis etiam favet Fredegarius, qui utrumque caput, undecimum scilicet et duodecimum, in sua epitome attingit. Quare hæc duo loca tantas in angustias conjecere Cointium ad annum 581, numero 9, ut ex una parte undecimum caput, quod a suis codicibus abesset, admittere relugiens, ex altera vero propter tam arctam, immo et necessariam, ut ipse fatetur, illius cum capitibus duodecimo et vigesimo quarto connexionem, ipsum plane respicere non ausus, rem in medio relinquere maluit, satis esse ratus dicere, caput hoc undecimum majorem, quam cætera quæ in Corbeicensi desunt, fidem promereri, cum desint, inquit, *argumenta quibus probetur, aut improbetur*. At si hæc viri cruditi verba admittantur, corrumpere necesse est illa, quæ alias censuit validissima argumenta ad probandam multorum capitum in Gregorii Historia interpolationem, codicum scilicet manuseriptorum fidem. Si quidem allata licet Corbeicensis et alterius codicis, immo et ipsius Fredegarii auctoritate, desse argumenta respondet, quibus aut probetur aut improbetur illius loci auctoritas. Hand minus sibi invicem coherentia capita trigesimum quartum et trigesimum quintum ejusdem libri, in quorum priori mors tunc

Chilperici regis filii describitur, quod est alterius fundamentum, ut pote sic incipiens: *Dum autem hæc agerentur, nuntiatur reginæ puerum qui mortuus fuerat*, etc. Et tamen primum a Cointianis codicibus abest, qui habent alterum. Majores adhuc in angustias Cointium redegit caput 15 ejusdem libri sexti, quod cum capite sequenti ita conjunctum esse ait, ut ea vinculo *indissolubili* esse connexa fateatur; et tamen priori omisso alterum habent Cointiani codices. Quare ille audacior adversus codices suos factus ad annum 582, numero 4, eorum auctoritatem ad rejicienda aliquot capitula maximam esse admittit, ad retinenda vero non esse tanti ponderis. *Alterum caput*, inquit, scilicet 16, *quamvis in codicibus Corbeiensi et Mettensi habeatur, videtur esse insititum, quia cum superiore, quod admitti non potest, arctissime conjungitur*. Quare autem superius admitti non possit, uno verbo exponit, quod nempe Felicem episcopum, falso, ut conjicere est, vituperet. Quibus verbis omnem suis codicibus auctoritatem adimit, etiam Corbeiensi, qui sicut et cæteri, ipso affirmante Cointio, fabulas admisit, et calumnias adversus episcopum, quæ sola ei superfuit detegendæ interpolationis occasio. Unde mirum non est si idem Cointius alio in loco de chronologicis computationibus, quæ in fine libri quarti Gregorianæ Historiæ habentur, agens, eis plane rejiciat, veluti Gregorio immerito ascriptas, licet in omnibus omnino codicibus, cum editis tum scriptis, etiam Corbeiensi et Bellovacensi, qui paulo post Gregorii nostri ætatem exarati sunt, habeantur. Frustra itaque contendit Cointius codices illos sibi patrocinari, quos in sua sententia interpolatos esse, et incerta obtrudere pro certis ipse fateri cogitur. Eos ipsos contrario nostræ sententiæ multo favorabiliores esse nemo non videt: siquidem admissio semel (ut quidem loca a nobis laudata factum fuisse invicte probant) quod ex integra Historia descripti fuerint ab aliquo qui solummodo gesta præcipua colligere voluisset; Gregorianæ Historiæ integritati quam propugnamus, non obsunt, et omnem suam auctoritatem sartam tectam habebunt: quam sane eis conciliare debent, et conformitas cum cæteris, et antiquitas. Quosdam enim ex iis, quales sunt Bellovacensis et Corbeiensis, non multo post Gregorii ætatem scriptos fuisse, nemo qui eos inspexerit inficiari potest.

97. Huc usque de sex prioribus Gregorianæ Historiæ libris egimus; de sequentibus vero pauciora occurrunt dicenda ex manuscriptis codicibus, cum deinceps nullum habuerit Cointius satis authenticum, quo potuerit interpolationes, ut ipse loquitur, a germano Gregorii textu discernere. Tanta tamen ejus fuit in resecandis Gregorianæ Historiæ libris propensio, ut cum sese occasio aliqua obtulit ex calaudanli capita quæ in codice Mettensi desiderantur, ipsa statim ob hoc solum quod in eo codice desint, aut interpolata esse, aut saltem dubia pronuntiaverit: tamen si codicem hunc et imperfectum esse et vitiosum ipse agnoverit, et alium, ut nihil de cæteris dicam, præ manibus habuerit, ex monasterio scilicet sancti

Michaelis, multo antiquiorem et melioris notæ, in quo omnia omnino capita, ut habent editi, continentur. At hic, inquit Cointius, codex, de Michaelino loquens, easdem prorsus res narrat ac editi, proindeque non conducere potest ad interpolationes detegendas. Sed supponit his verbis vir eruditus quod ei probandum incumberebat. Ita enim loquitur quasi certum fuisset nulla esse in ultimis Gregorii libris interpolata: et hoc ipsum est de quo inquirimus, et ipse volebat inquirere. Jam vero si quis scire cupit quænam censeri debeat utriusque codicis auctoritas, vel quis e duobus sit alteri præferendus, id ex ipsorummet codicum conditione judicandum est. Codex Mettensis, ut jam observavimus, ex scriptoris incuria mancus et imperfectus, decem libros complectitur, quos Gregorio attribuit: sed aliquot sinceri Gregorii capita ex libris nono et decimo in unum consarcinat librum, quem nonnum appellat, ut Chronico Fredegardet locum inter Gregorii opera, quod sub decimi libri titulo posuit. Librorum initis in eodem codice nonnunquam capitulorum indices præmittuntur, sed ita vitiosi, ut capitibus ipsis in libro descriptis non plurimum non congruant; ex his nonnulla omittuntur, alia in plura dividuntur, nonnunquam denique contrahuntur duo in unum. Idem codex habet caput septimum libri x, quod ut in editis sic inchoat: *In supra dicta civitate*, scilicet Arverna, de qua tamen ubi nihil habet, omissis capitibus duobus præcedentibus, quæ proinde ex aliis exemplaribus supplenda sunt. Codex autem sancti Michaelis initio quidem caret, sed temporum injuria. Ex litteris quippe numeralibus in inferiori codicis ora apposisis deprehenditur, ex 20 quaternionibus decem desiderari in eo codice, qui priorem Historiæ partem, id est quinque libros, continebant. Initium nempe ducit a capite 7 libri vi, nec deinceps in illo codice quidquam deest. Scriptus est plano et æquali caractere, qui annos ad minus septingentos præferre videtur, eo exaratus stylo, qui omnino antiquitatem sapit, qualem in Gregorio desiderare se scribit passim Cointius; id est in eo easum mutationes frequenter occurrunt, litteræ aliæ pro aliis adhibitæ, nomina virorum propria barbæ efformata, et cætera omnia deprehenduntur, quæ in prioribus Gregorianæ Historiæ libris ex codice Corbeiensi Cointius laudare solet. Cæterum hi duo codices in bibliotheca Colbertina hodieque asservantur, quos ibi unicuique consulere facile erit. At si tanta sit codicis sancti Michaelis præ Mettensi auctoritas, nemo non videt immerito a Cointio capita illa interpolata censeri, aut certe revocari inter dubia eo ipso solum, quod in codice Mettensi omissa sint, et in codice sancti Michaelis habeantur. Sed hæc sufficiant de codicibus manuscriptis; jam ad argumentum ex Fredegario petendum veniendum est.

98. Fredegarii auctoritatem tantam hac in controversia esse passim proclamat Cointius, ut litem totam ea sola dirimi posse nonnunquam asseveraverit, ut pote quæ argumenta *ad confutandam*, ut ipse loquitur, *interpolatoris audaciam* validissima subministraret. Ve-

rum Fredegarii auctoritatem nobis multo magis quam Cointio favere vel ex hoc solo probamus, quod ipso latente Cointio multa ex istis capitibus admiserit Fredegarius, quæ in codicibus Regio et Mettensi, immo etiam et in Bellovacensi desiderantur; plura vero omittit ex sinceris Gregorii operibus, quæ omnes omnino, etiam Cointiani codices habent. Etenim primum et quatuor ultimos Gregorianæ Historiæ libros integros, exceptis duobus aut tribus libri septimi capitalis, omnino prætermisit; ex cæteris tertium et quartum libri secundi capita non attigit; plura ex tertio libro, qui integer ubique habetur, omisit; sicut et ex quarto libro capita 4, 12, 31, 34 et 41 non habet; ex libro quinto capita 11, 14, 21, 22, 30, 32; ex sexto capita 5, 17, 28, 29, 30, 32, 33, quæ tamen omnia capita in Corbeiensi codice habentur, et tanquam veri et sinceri Gregorii fetus a Cointio admittuntur. Unde patet non admodum utilem esse viro erudito Fredegarii auctoritatem ad probandum ex ejus silentio multa Gregorii Historiæ fuisse superaddita: cum constet ab eo auctore multa ex sincero Gregorii textu spontè et ex industria omissa fuisse.

99. At, inquires, Fredegarius Franciæ Historiæ epitomen concinnaturus a proposito suo alienum esse censuit res extraneas, etsi re ipsa a Gregorio relatas, operi suo inserere; ita ut nemini mirum videri debeat, si nonnulla etiam ex sinceris Gregorianæ Historiæ capitibus omiserit. At nulla prorsus landavit ex iis quæ in codice Corbeiensi desiderantur; proindeque probabile est, ea tunc temporis non exstitisse, sed postmodum Gregorii operibus ab aliquo fuisse interpolatore assuta. At corruct totum illud Cointii argumentum, immo nobis omnino favebit, si verum sit Fredegarium eandem habuisse rationem ea omittendi quæ in Corbeiensi codice non habentur, ac illa quæ ex sincera Gregorii Historia non retulit. Eandem vero fuisse jam supra observavimus, et iterum ostendimus. Etenim prætermisit Fredegarius Gregorianæ Historiæ capita, etiam sincera, quæ ad generalem Francorum gentis Historiam minime attinebant. Idem quoque fecit Corbeiensis codicis scriptor; idem fecere et qui alios codices a Cointio laudatos exararunt. Et quidem eodem ac Fredegarius consilio. Illi enim, sicut et Fredegarius, generalem solummodo Francorum Historiam habere cupientes, singulares hominum privatorum, aut locorum historias prætermisere, tanquam sibi inutiles. Id ipsum innuit in variis codicibus omissionum varietas. Ea enim fuit, ut jam non semel observavimus, Gregorii nostri fortuna, ut qui primus et unicus veterum rerum gentis nostræ præclare gestarum scriptor exstitit, ex ejus operibus qui postea secuti sunt scriptores, pro suo libitu quæ sibi visa sunt, alii plura, alii pauciora descripserint. Hinc nonnulli codices quatuor Historiæ libros exhibent, alii quinque, alii sex, alii vero novem aut decem. Quin et ex istis libris alii plura aut pauciora pro suo libitu capita exscripsere; nonnulli autem hæc in epitomen reducere. Quæ omnia quisvis norunt in gentis nostræ Historia vel tantillum versati, qui Fredegarii, Aimoini,

A Roriconis, Adhemari, aliorumque quatuordecimorum auctorum opera vel chronica revolverit: Nec minorem fuisse in discerpendis Miraculorum libris licentiam probant passim codices manuscripti, quorum alii unum aut alterum, alii plures Gregorii libros exhibent; nonnulli vero sola eorum fragmenta, cum adjunctis, ut scriptoribus placuit, titulis. De quibus omnibus fusius disserere non vacat, ne jam dicta incassum repetere videamur.

100. Verum, expensis illis argumentis, quæ adversus complura Gregorianæ Historiæ capita Cointius ex iuss. aliquot codicum auctoritate, aut ex Fredegarii silentio deduxit, examinanda supersunt nonnulla, quæ vel ex stylo, vel ex rebus in illis capitibus contentis objicit, tanquam a Gregorii modo scribendi aliena, aut certe quæ aliis ipsius ejusdem operibus, aut cæteris Gregoriani ævi probatis auctoribus contraria videntur: quæ licet suis in locis, quantum ferre potuit notarum brevitatis, exposuerimus, hic tamen paulo fusius disentienda sunt. Et primum quidem, quod ad styli duritiem pertinet aut sermonis rusticitatem, quas in suis operibus inveniri fatetur passim Gregorius, testes appello quotquot Gregorii opera legerint, atque capita, quæ Cointius interpolata appellat, simul cum aliis conferre voluerint, an ovum ovo similis videri possit. Habentur quippe in illis, sicut et in istis, casuum mutationes, id est accusandi casus, ut grammaticæ vocant, pro ablativis; habentur et feminina nomina pro masculinis, et masculina nomina cum adjectivis in feminino genere conjuncta. Occurrunt et voces exoticæ, loquendique modi plane barbari, de quibus rebus exempla in medium proferre non sinit ipsa rei evidentia. Fateor equidem in codicibus Corbeiensi ac Bellovacensi, quos in Gregorii textu describendo Cointius merito imitari gaudet, aliquot nomina magis, ut ita dicam, barbare scribi, quam in cæteris codicibus minus antiquis, frequentioresque in illis inveniri casuum, litterarum aut generum mutationes. Sed hoc ex diverso diversorum temporum ac notariorum genio et arbitrio accidit: quæ diversitas codicum antiquitatem probare quidem potest, non vero operum varietatem. Idem enim sunt qui in sæculi sexti aut septimi codice scribuntur Chlotovechos, Chlothacharius, Chrochtichildis, ac qui in posterioris ævi scriptis dicuntur Hlodoveus, Hlotarius, aut Hletildis; seu Chlodoveus, Chlotarius, Chlotildis, etc. Idem contigit in aliquot aliis vocibus, quas amanuenses pro libitu mutaverunt, ut cum *equites*, quam vocem veteres ad equum designandum usurpabant, in *equos* transtulere, intentionem in *contentionem*; qui et ubi *indignate* aut *exsequere* scriptum invenerunt, reposuere *indignamini*, et *exsequi*; et sic alia innumera, quæ multis variis lectionibus originem quidem dederunt, at nunquam apud viros eruditos in dubium revocare fecerunt vetera monumenta, quorum ne unicum fortasse ad nos intemeratum pervenisse alias dicendum esset. Unde non minus indubitata Gregorii opera, quam ea, quæ interpolata a Cointio dicuntur, ejusmodi mutationes ab amanuensibus pertulere. Sed si veteres illas voces ac locutiones barbaras, aut casuum mutationes æ-

essarias omnino esse quis contendat ad concilia iam capitibus illis, quæ interpolata censet Cointius, auctoritatem, ac ad restituendam Gregorii operibus nativam formam, non desunt codices antiqui qui illas omnino exhibent, prout eas re ipsa passim in nostra editione restituimus, aut observavimus in notis, cum ejusmodi insolitæ exprimendi formulæ nimium facerent legentibus negotium. Occurrunt et in iisdem capitibus voces quædam singulares, quæ Gregorii stylum et genium sapiunt, ejusmodi sere sunt *intentio* ad contentionem exprimendam, *equites* pro equis, *species* pro mercimoniis aut rebus venalibus, *consensus* pro instrumento electionis, *cicindelus* pro candelâ aut cereo, *satellites* pro sociis, *manicis apprehensus*, *Barbarus*, pro *Francus*, et alia ejusmodi bene multa, quæ nullus non observare potest, qualia in onomastico indice ad calcem hujus voluminis collegimus.

101. Non majoris est momenti Cointii argumentum, quo multa in capitibus interpolatis passim haberi contendit, sinceris Gregorii operibus non bene coherrentia, immo et ipsis contraria. Deinde profert aliquot loca, in quibus ille auctor, seu, ut ait, interpolator, non satis aliquot sanctorum virorum famæ consultuisse videtur; nonnullaque alia auctorum coequalium testimoniis opposita retulisse, ita ut, si admittantur, aut ipsos, aut certe Gregorium a vero aberrasse fatendum sit: quæ proinde omnia pro veris Gregorii fetibus haberi non debent. His quippe omnibus uno verbo reponi posset, quod etsi nonnulla ejusmodi in capitibus controversis haberentur, non statim eorum convelleretur auctoritas, siquidem et multa in sinceris Gregorii capitibus habentur, quæ cum ipso Gregorio aut aliis monumentis non conveniunt. Hoc ipsum Cointius non semel lateri cogitur in Annalibus; idque multis exemplis demonstravit Valesius in prælatione ad tomum II Rerum Francicarum. Sic libro II, capite ultimo, Chlodoveum regem anno 44 Licinii episcopi Turonensis fato functum fuisse scribit: et tamen certum est Leonem Licinii decessorem quinquennio ante Chlodovei mortem permissum suum concilio Agathensi interfuisse. Guntramnum inter et Sigibertum bellum exarsisse ait libro IV, capite 42, quod, ipso asserente Cointio, verum non est. Chilpericus Suessione exstitis e dicitur libro V, capitibus 2 et 3, et tamen inde abfuisse his ipsis locis præsupponitur. Alia invito exempla, quæ vel ex ipsis Cointii operibus faciliè suppeditantur, cujusmodi nulla in capitibus, quæ interpolata censet Cointius, inveniri possunt. Loca autem singularia quæ hanc in rem objicit vir eruditus, suis locis examinabimus. Quod si famæ sanctorum virorum quandoque minus consultuisse videtur Gregorius, id ejus candori ac sincero animo tribuendum, qui facta hominum, prout ea noverat, genuine exponere, nullo respectu personarum. Neque vero quisquam credat, laudabilia fuisse virorum etiam sanctorum omnia opera. Et quidem ab antiquis atque etiam ab aliis sui ævi auctoribus nonnunquam dissentit Gregorius: quod mirum non est, siquidem et ipsa vetu-

ra monumenta non semper sibi constant: et unum idemque factum a diversis auctoribus etiam peritis, qui rei gestæ interfuerint, varie enarrari quotidiana experientia constat. Jam ad singulares Cointii difficultates enucleandas accedamus.

102. Nihil omnino in toto primo Historiæ libro reprehendit Cointius, quem, cum res in eo narratæ ad ipsius non spectent institutum, examinare non curavit. Nihil etiam habet de illis omnibus capitulis, in quibus ea repetuntur, quæ Gregorius in aliis libris tractaverat. Pleraque etiam alia capitula admittit quidem, ut pote quæ vera et certa narrant, sed ea interpolata ob id solum censet, quod in aliquot scriptis codicibus desint. Sed de his modo actum est, et plura dicere inutile foret. Cætera autem capita, quæ ob peculiarem aliquam rationem rejicit, hic nobis examinanda restant. Libri II caput 56 ab interpolatore additum esse putat vir eruditus, quod res eo loci de sancto Quintiano memoratæ præpostero ordine referantur; ibi quippe sancti viri e sede expulsio a Gotthis facta narratur, quæ multo ante contigerat. Atque id quidem haud diffitear; sed nihil inde conficitur. Non enim hic Gregorius refert Quintianum eo ipso anno pulsum fuisse, quod sane falsum fuisset, sed loquens de maxima Gallorum erga Francos propensione, ex ea conitatum ait Gotthorum invidiam, qui idecirco complures episcopos e sede sua deiecerant: qua occasione Gregorius illustre profert sancti Quintiani exemplum: tametsi multo ante id tempus, relicta sede, ex urbe excesserat.

103. In tertio libro nulla est controversiæ materia, cum hunc librum omnes omnino codices, editi pariter et scripti, integrum repræsentent. Libri quarti capita 5, 6, 7, 11, et 12, in quibusdam codicibus desiderantur, quod, ut nobis persuasum est, nihil ad Historiam Francorum generalem pertinerent. At subornata esse, nullamque mereri fidem contemnit Cointius, quod iis admissis Aquitanicæ primæ pontifices, inter quos nonnulli hodieque sancti titulo decorantur, quales fuere Probianus Biturigum et Dalmatius Ruthenorum episcopi, maximi criminis rei dicendi forent, qui episcopum inconsulto rege ordinare deliberaverant, et quidem tali dignitate prorsus indignum, Catonem scilicet, qui superbia adeo tumidus erat, ut neminem se digniorem episcopatu arbitraretur. Cointius etiam, qui ad episcopatum promotus est, his coloribus in istis capitibus depingitur, ut extremo supplicio potius puniendus fuisset, quam episcopali sede donandus. Hæc Cointius: sed quæ factorum in his capitibus relatorum auctoritatem minime convellunt. Improbanda quippe est pontificum Aquitanicæ audacia, qui rege inconsulto episcopum, quamvis a clero et populo electum, ordinare disposuerant. Sed rei insolentia facti veritatem non elevat, quæ etiam aliis exemplis confirmari posset. Certe multo audacior fuit alerius Aquitanicæ, id est Burdigalensis provincie, episcoporum conatus, qui Eumerium Santonensem episcopum e sede deturbaverant, Hetractio jam in ejus locum substituto, quod præcipiente

rege absque metropolitani præsencia fuisset ordinatus. Res tamen habuisset effectum, nisi obstitissent Charerti regis minæ qui ob patris sui reverentiam irritos reddidit episcoporum conatus. Et Cato quidem superbia tumidus erat : sed ob alias dotes, potissimum ob misericordiam in pauperes ita plebi acceptus, ut nullus non eum habere vellet episcopum. Utrumque ex ipso Gregorio certum est, ex capite scilicet 31, quod indubitatum, etiam Cointio, habetur ubi de ejusdem Catonis morte, quam in sollicitandis pauperibus tempore pestis incurrit, agens, ait: *Multæ humanitatis fuit et satis pauperum dilector; et credo hæc causa ei si quid superbiæ habuit, medicamentum fuit.* Cautissimè vero sævissimum, ac episcopali gradu plane indignum in istis capitibus exhiberi ultro fateamur : sed nisi eum talem non fuisse probet Cointius ex probis auctoribus, nihil omnino adversus hujus Historiæ veritatem evincet. Nec illud juvat quod Cautius e sede sua nunquam exturbatus fuerit, cum nemo nesciat Gregorii actæ plures episcopos, variis irretitos eriminibus, ad mortem usque in suis sedibus perseverasse, quod utinam tot exemplis probari non posset. Sufficiat Melantii in Prætextati Rothomagensis locum intrusi exemplum proferre. Ejusdem libri quarti caput 19 rejicit quod in codicibus duobus desideretur, nec satis accurate sancti Medardi obitus annum assignet. Verum cum ibi Gregorius nullum certum annum beati Medardi mortis designare voluerit, nihil ad elevandam hujus capituli auctoritatem prodest ista objectio. Quod enim ait Gregorius tempore Chotarii sanctum Medardum obuisse, nemo re-

A Gregorii Lingonensis, Nicetti Lugdunensis et Galli Arvernensis vitas, hos sanctos viros cognatione conjunctos fuisse facile deprehendet, quamvis id aperte non scripserit Gregorius. Quod Felicis Namnetensis sanctitatem spectat, idque est alterum objectionis Cointianæ caput, ei quidem detrudere animus non est. Sed sanctos viros novos suos habuisse diffiteri non possumus, quos forte majores quam ipsa in Felice essent, arbitratus est bona fide Gregorius : sed hoc humanæ imbecillitati condonandum. Certe, ipso fatente Cointio ad annum 82, num. 4, Gregorius libro vi, capite 16, eundem Felicem iracundiæ ac doli palam insinuat, et tamen hoc caput in omnibus scriptis, etiam Corbeicensi habetur; quin et eum superiori capite conjungitur, quod Felici non multo favorabilius est.

B 105. Fuit illis est adversus caput 9 libri quinti objectio, Caluppani nempe hoc in loco appellari, quem Caluppanem sincerus Gregorius in Vitis Patrum dixerit. Quis enim nesciat ejusmodi nomina non solum in variis codicibus, sed et in uno eodemque exemplari sæpius varie descripta inveniri? hujus rei exempla proferre prorsus otiosum fuerit. Immo nulla est in hoc nomine apud Gregorium varietas : qui enim Caluppa in recto casu dicitur in Historia, is ipse est qui in casu sexto *Caluppane* scriptus occurrit in Vitis Patrum, capite 11, eum nemo nesciat ejusmodi nomina hoc modo desinentia sic varie efferri, ut passim ex Attila *Attilanem*, et ex Agila *Agilatanem* efformata nomina legimus.

C 106. Validiora, ut putat vir eruditus, sunt argumenta quæ profert adversus caput 21 ejusdem libri quinti. Et quidem ea magni sunt ponderis necessesse est, ut pote quæ omnium manuscriptorum codicum, etiam Corbeicensis, qui non multo post Gregorii actam scriptus creditur, auctoritatem elevare debeant. Hoc quippe caput 21 manifeste, ut ipse fateatur Cointius, in capite 28 ejusdem libri laudatur, quod caput 28 omnes codices, et quidem integrum habent. Interpolatum tamen arbitratur Cointius, idque multa, ut ipse existimat, arguit. Primo quod illi Nicetio Lugdunensium episcopo *Patriarchæ* titulus donetur contra illorum temporum et Gregorii ipsius morem. Deinde quod concilii Lugdunensis patres Sagittarium et Salonium episcopos ob eedes et adulteria sedibus suis pellendos censuisse ibidem dicantur, cum tamen episcopi apud Cabillonum, ut ipsemet infra, capite 28 habet Gregorius, congregati, illos episcopos ob ipsas easdem omnino causas non nisi *pœnitentia purgandos* decesserint. Tertio objectio concilii Lugdunensis hæc de re silentium, si quidem nusquam in istius synodi canonibus qui supersunt, legatur Sagittarii et Salonii causam ibi fuisse agitam. Denique a verisimilitudine multum abesse putat, quod ille interpolator de Sagittario refert, eum nempe aliquando dixisse, Gantramni filios quos ex Austrigilde suscepit, ob istius natalium humilitatem nunquam patri in regno successores fore. Hæc ille : quibus singillatim faciendum est satis. Et

104. In libro v caput quintum convellere nititur vir eruditus, quod etsi res veras ut plurimum referat, habeat tamen nonnulla, quæ reprehensioni videntur obnoxia. Primum quod multa in eo continentur contra Felicem Namnetensem episcopum, quem Ecclesia uti sanctum virum celebrat. Deinde quod ibidem Gregorius vulgatus, seu, ut Cointius ait, interpolator sub illius nomine, Gregorium Lingonensem episcopum *proavum* suum appellet, et Nicetium Lugdunensem matris suæ avunculum, contra sinceri Gregorii morem, qui alias de iisdem sanctis viris agens, nusquam meminit talis cognationis, quam etiam siluere clerici Turonenses in ipsius Gregorii Turonensis Vita. Verum ex his duabus objectionibus illius partibus unam solvit ipse Cointius. Cognationem quippe illam inter Gregorium nostrum et sanctos illos viros admittit et propugnat. Immo exemplo confirmat argumentum istud abutivum, alias forte validissimum, in hæc tamen parte prorsus rejiciendum esse. Nam, inquit, Gallus Arvernorum episcopus certo certius patruus fuit nostri Gregorii, ut ipsemet testatur in libro de Virtutibus sancti Juliani, capite 23, et tamen Gregorius neque in ipsius Galli vita, nec usquam alias, quanquam sæpiissime Galli et ejus parentum meminerit, sanctum Gallum patrum suum appellavit. Addit idem Cointius, quod si quis accurate inter sese comparare voluerit, sanctorum

primum quantum ad patriarchæ nomen, quo in hoc capite decoratur Nicetius, nihil est mirum, quandoquidem eundem honoris titulum Priscus Nicetii successor habuit in concilio in Matisconensi anno 585. Datur et Chelidonio Vesontionensium episcopo in Vita sancti Romani abbatis Jurensis, quam scripsit auctor Gregorio nostro æqualis, ubi Hilarium Arelatensem episcopum arguit, quod *Celedonium Vesontionensis metropolis patriarcham* e solio deiecerit. *Patriarcham* appellavit Sulpicium Bituricensem sæculo sequenti sanctus Desiderius Caturcorum antistes in epistola ad eum directa. Quæ exempla etsi in singulis istis auctoribus sint singularia, a suspitione tamen falsi aut dubii immunia sunt omnino, proindeque et Gregorii textus.

107. Ad hæc arguit Cointius, quod est alterum ejus objectionis caput, Gregorii, ut vocat, interpolatorem, quod sententia in depositionis in Sagittarium et Salonium episcopos, homicidii et adulterii reos, latam fuisse scripserit. Hoc enim, inquit Cointius, fieri non potuit, cum ex Gregorio sincero, capite scilicet 28 ejusdem libri, iidem episcopi ob eadem omnino scelera iterum in jus vocati, in concilio Cabillonensi si pœnitentiæ solummodo subjecti fuerint, sed non exauctorati. Verum ultro fateor Patres Cabillonenses eadem severitate usos non fuisse, quam Lugdunenses. Sed contendo Lugdunenses juxta canonum scita tulisse sententiam; Cabillonenses vero, ob justas quidem, ut existinare par est, rationes, ab exsequendis tamen canonibus abstinuisse. Nemo enim, vel levi canonum cognitione inhiatus nescit, ejusmodi criminum reos una sententia et una voce apud Græcos et Latinos sede episcopali indignos proclamari. Si itaque ob res in istis capitibus 21 et 28 contentas alterutrum caput rejiciendum foret, rejici jure deberet caput 28, ut pote disciplinæ ecclesiasticæ oppositum, non vero caput 21, quod sacris canonibus et Ecclesiæ regulis omnino consonum est. Vadeni hujus rei apud omnes ob summam eruditionem et sincerum animi candorem maximi ponderis, profero Ludovicum Thomassinum, ejusdem ac ipse Cointius Oratorii Gallicani presbyterum, qui ea de re discernens, neutrum Gregorii caput rejiciendo, sic loquitur Disciplinæ ecclesiasticæ parte II, libro I, cap. 58, n. 11: *Canonicis decretis consentiebat Lugdunensis concilii judicium, quibus irrevocabiliter dejiciuntur ejus generis facinorosi; judicium vero Cabillonensis concilii, quod indulgentiæ magis studet, non tam judicium fuit quam conatus quidam, ut a pontifice et rege iniretur gratia, qui erant ad lenitatem magis inclinati. Hæc per pœnitentiam purgari consentes episcopi, quibus verbis non definitiva insinuat sententia, sed episcoporum opinatio mollior demissiorque, etc.* Hæc ille, qui numero sequenti Cabillonensis concilii indulgentiam inter dispensationes raras connumerat, quæ nunquam lucem canonum splendidissimam quam secuti fuerant Lugdunenses Patres, obscurare potuerunt; proindeque nec Gregorii eam Historiam referentis auctoritatem convellere. Quod

A vero objicit Cointius contra ejusdem capitis 21 sinceritatem Lugdunensis concilii silentium de causa Sagittarii et Salonii, quæ nempe in canonibus ejusdem concilii qui supersunt, memorata non habeatur; nihil omnino evincit, nisi probet vir eruditus omnes omnino causas, quæ in conciliis agitatae fuerunt, in eorum canonibus expressas fuisse: quod sane nemo dixerit. Nec id in præsentî causa necessarium fuit, aut utile posteris fuisset. Novi quippe canones istorum episcoporum exauctorationis occasione condendi non fuerant, cum id passim haberent veteres; nec decebat factum singulare canonibus inserere, quod nihili profuisset. Si autem exempla quis velit ejusmodi rerum, quæ licet in synodis agitatae fuerint, tamen in earum actis aut canonibus memorata non occurrunt, e pluribus unum aut alterum ex ipso Gregorio proferam. Narrat ipse Gregorius quemdam episcopum ita simplicem fuisse, ut in Matisconensi concilio a severare eum non pudnerit, sub *hominis* voce in Scripturis sacris mulieres non comprehendi. Nullum tamen exstat ea de re in synodi Matisconensis actis vel leve vestigium. Meminit idem auctor in Vita Patrum, capite 6, Marti cujusdam episcopi e sua sede inique extrusi, cujus causa in concilio v Aurelianensi, ipso fatente Cointio, discussa, sedî suæ restitutus est. Nihil tamen de his habent Aurelianensis v concilii acta; licet ob hanc potissimum causam a Childeberto coactum fuisse istud concilium ipsemet scribat Gregorius.

108. Ultimum denique objectionis caput est, quod verisimile non sit, Sagittarium Austrigildi natalium humilitatem exprobrasse, aut dixisse ejus filios ad successionem admittendos non esse. Sed nihilo plus efficit nisi probet Cointius aut Austrigildem re ipsa ex humili loco non prodisse: quod fieri nequit, fuerat enim Mercatrudis ancilla, tes e ipso Fredegario; aut certe Sagittarium hominem fuisse prudentissimum, ac ita discretum, et nunquam verbo excessisse dici possit: quod an verum sit, vel ipsum Cointium judicem appello. Quis enim nesciat eum hominem, ut cætera ejus flagitia taceam, fuisse levissimum ac superbissimum, qui tandem post varias fortunas Guntramni ejusque filios non verbis solum, sed et armis lacessivit, Gundovaldi Ballomeris partes secutus apud Convenas, ubi misere periit?

D 109. Nonnulla affert vir eruditus ad convellendam ejusdem libri quinti capitis 48 auctoritatem, quod nempe caput etsi nonnulla vera contineat, in aliis tamen rebus non admittendum videatur, quæ scilicet non satis cum sinceris Gregorii capitibus cohærent. Etenim Leudastem ibi depingit Gregorius tanquam hominem humili loco natum, qui ex infimis gradibus ad immensum tandem dignitatis et potentia fastigium pervenerit; et tamen talia nunquam ipsi alias exprobravit Gregorius, licet de ejus vitiis et pravis moribus non semel egerit. Deinde in hoc peccavit, ut ait Cointius, interpolator, quod Turonicam urbem existisse dixerit biennio sub Sigiberti potestate, postquam e Chilperisi manibus fuerat

erepta : quod falsum censet Cointius, cum Sigibertus eam urbem ante annum 574 non recuperaverit, aniserit vero simul cum vita anni sequentis initio. Verum ad hæc momenta facilis est omnino responsio. Nam Gregorius aliis quidem in locis non semel de Leudastis vitis egit, ac solummodo aliorum ejus factorum occasione : nunc mirum non est si de ejus natalibus ac fortunæ iniis nihil ibi dixerit. Hic vero data opera de ejus origine ac patria singillatim disserere instituit, proindeque debuit paulo accuratius parentes ejus ac primorum gestorum circumstantias explicare, ac ea quæ alias prætermiserat, aut leviter tantum attigerat, paulo fusius enarrare. Sigibertus vero annis duobus Turonos obtinuisse dici potuit, neutro licet integro. Extremam enim unius anni partem, ac initium sequentis apud vulgatos auctores simpliciter annos duos passim dici quis inficiabitur? Et quidem Gregorius non hic ait duobus annis solidis Turonos in Sigiberti potestate remansisse.

110. Caput 49 libri quinti, quod nobis est 50, eo nomine rejiciendum esse censet Cointius, quod ibi in sua innocentia propugnanda imprudens describitur Gregorius, ea scilicet regi interroganti respondendo, quæ debebat dissimulare. Deinde quod ibidem Chilpericus et Fredegundis multo quam soliti erant initiores represententur. Quod denique interpolator indigna habeat de Felice Namnetensi episcopo, quem conjugationis in regem participem facere non veretur. Ad primum, Gregorius se malos de regina rumores audivisse fatetur, se autem illos excogitasse pernegat : quæ quidem responsio imprudens fortasse fuit, si tam non exegerit interrogatio. Fieri enim potuit ut interrogaretur Gregorius de rumore illo qui vulgo circumferebatur : cui ille respondit modo sinceritati, quæ in cæteris ejus operibus elucet, maxime congruo. Scio responsionem hanc Valesio imprudentem visam fuisse : sed nec ipsam tamen ob id Gregorio abjudicat, nec cæteri viri eruditi, qui Gregorium humani errati omnino expertem fuisse nunquam sunt arbitrati. Non majoris est momenti quod ait vir eruditus, Chilperici et Fredegundis innotam sævitiam in hoc loco non inveniri. Non enim adeo crudeles semper et ubique illi fuerant, ut omni occasione per fas et nefas homines trucidari jusserint, qui in eorum incurrisserint offensam. Certe negotium istud magni erat momenti : in publica synodo agebatur. Quæstio autem ipsa delicata erat, nec forte Fredegundi gratum erat, ut tam accurate de ejus vita et moribus inquireretur. Sciebat Gregorium hominem sanctissimum, qui nec minis nec blanditiis a recto tramite unquam potuisset deterreri. Unde linire regis animum magis expediebat, quam ipsum in accusatos exasperare. At vero, cum purgato per sacramentum Gregorio, Leudastes ac Riculfus calumniæ rei promittati fuissent, in eos sævitum est, et Leudaste fuga elapso alter jussus est intorfici : qui licet Gregorio intercedente vitam obtinuerit, intolerabilibus tamen tormentis attritus est, quæ Gregorius narrat. Denique quod ad Felicem episco-

pum attinet, Riculfum quidem exceperat apud se, ac necis adversus regem ejusque filios conceptæ nec reus, nec consilii particeps unquam fuit. Immo, ut in notis ad hunc locum observavimus, hæc in regem et filios ejus conjuratio, quæ in editis ex vocalæ immutatione irrepsi in textum, nulla unquam fuit. Textus autem sic se habet in editis : *Dicebat ob hoc reginæ crimen objectum, ut ejecta de regno, interfectis fratribus ac patre, Chlodovecus regnum acciperet* : quæ verba nefandam conjugationem repræsentant. Sed si legatur, *interfectis fratribus, a patre Chlodoveus, etc.*, ut ex codice Regiomontensi restituimus, jam habetur germanus hujus loci sensus, quod scilicet regina adulterii accusata fuerit agente Chlodoveo, ut ea ob istud crimen pulsa, ipse, interfectis fratribus, quos nempe ipse Chilpericus instigante eadem Fredegunde jam occiderat, solus superstes regnum a patre obtineret.

111. Adversus caput 8 libri vi objicit Cointius chronologicum errorem, quem sufficientem existimat ad elevandam hujus capituli authenticam. Ibi enim Gregorius, seu, ut ipse vult, ejus interpolator, Eparchium anno ejus reclusionis 44 obiisse dicit : quod falsum esse probat vir eruditus ex Vita ejusdem sancti ab auctore æquali scripta, ubi Eparchius triginta solummodo et novem annis reclusus vixisse disertis verbis dicitur. Deinde Aptonius, quo sedente Eparelius recludi cœpit, non suscepit Ecolismensis Ecclesiæ regimen ante annum 541. At Eparchius nemine contradicente obiit anno ejusdem sæculi 81, proindeque supra annos quadraginta in cella reclusus degere non potuit. At cum Cointio fatemur, Eparchium anno extremæ suæ reclusionis trigesimo nono obiisse, ut in eius Vita legitur. Sed si reclusionis nomine totum illud tempus intelligatur, quo Eparchius relicto sæculo in monasterio vixit, aut in loco deserto, quo majoris solitudinis desiderio secesserat, jam nulla supererit difficultas. Certum quippe ex ejus Vita est, illum in Sedeciano monasterio primum vestem monasticam induisse, tum in loco solitario a cæteris separatim aliquandiu degisse, priusquam episcoporum auctoritate recluderetur. Quæ omnia Gregorius simul conjungens, Eparchium, illæsa historiæ veritate, dicere potuit, annos 44 reclusum exegisse.

112. Ea vero quæ habet adversus caput 9 ejusdem libri, ubi de sancto Domnolo Cenomanensi episcopo agitur, expendimus in notis ad illum locum, quæ iterum repetere supervacaneum foret. Ad caput 15 transeundum est, a Cointio ob id rejectum, quod multa habeat contra Felicis Namnetensis famam, quin et cum illud sequenti capiti ita annexum sit, ut alterum sine altero non possit admitti. Et istud quoque respuit vir eruditus, licet in omnibus omnino codicibus habeatur, etiam in Corbeiensis, quem non inficiatur paulo post Gregorii nostri ætatem scriptum fuisse ; proindeque admittat necesse est, existisse auctorem aliquem Gregorio aut æqualem aut subparem, ex quo interpolator, qui et ipse his temporibus vixerit, ista atque alia multa quæ refert hau-

serit. At cum hic auctor nemini unquam notus fuerit, satius nobis videtur ingenue fateri in Felice naves quidem fuisse, sed quos aut poenitentia diluerit, aut certe qui tacti non fuerint, ut claritatem Christi quæ multitudinem operit peccatorum, offuscaverit.

113. Caput 22 rejiciendum esse censet vir eruditus, quod Chilpericum regem alium, id est leuiorem quam reipsa fuerit, repræsentet. Chilpericus enim, ut Cointio videtur, Clarterium qui adversus eum litteras injuciosas scripsisse accusabatur, statim oppressisset, aut certe ejus accusatorem diaconum, qui eas episcopo suo supponisse dicebatur. Verum non ita sævus erat Chilpericus, aut sui impotens, ut non nisi ab impostore dici potuisset, eum aliqua occasione a sæviendo abstinuisse. Certe, ut a viris eruditus jam non semel observatum est, Chilpericus magis uxoris, quam sævus fuit, atque plus uxori suæ parendo quæ eum ad neces hominum sibi ipsi suspectorum incitabat, quam innata crudelitate peccavit. Audiendus ea de re V. C. Hadrianus Valesius libro xi Rerum Francicarum, ubi postquam Chilpericum reprehendisset quod furenti uxori nimium indulserit, subjungit: *Plane si quando ab ea non instigabatur, Chilpericum mutatum et sui dissimilem factum crederes: adeo communis, aditu facilis, lenis quoque et injuriæ patiens.* Lenitatem ejus pluribus laudavit Fortunatus: nec tamen hujus auctoris carmina ob id ullus dixerit esse ab impostore excogitata. Et quidem licet poetarum more in laudando Chilperico excessisse nonnullis fortasse videatur Fortunatus, nemo tamen dixerit eum in homine sævissimo lenitatem potissimum prædicasse. Denique Cointius ipse alias Gregorium nostrum reprehendit, quod in fine libri vi Historiæ in Chilpericum plus æquo fuerit invectus, quasi nulla prorsus laude dignus fuerit, quem tamen præclara facinora edidisse neminem inficiari posse contendit.

114. Caput 34 ejusdem libri vi, licet in capite sequenti, quod omnes omnino scripti et editi habent, laudetur, multa que complectatur vera, interpolatum tamen censet vir saepe laudatus, quod nonnulla, inquit, continueat a verisimili aliena. Primum est quod hujus capitis initio memoretur Hispanorum legati, quæ si admittatur, tertia erit quam hoc anno Hispani miserunt in Gallias. Secundum initio capitis *legati* appellantur *, quod indicat plures ea occasione missos fuisse; et tamen in orationis progressu non nisi unius legati mentio occurrit. Denique Chilpericus ibidem cogitasse dicitur de Basina in uxorem Reccaredo Gotthorum regi tradenda, quæ stuprata fuerat, et in monasterium retrusa. Ad primum et secundum objectionis caput facillima est responsio. Non enim impossibile est ternas eo anno legationes ex Hispaniis in Gallias adventasse, cum ageretur de nuptiis inter Leuvigildi filium et Chilperici filiam contrahendis, quod maxime Gotthi peroptabant. Quod vero legatum aut legatos una aut altera vice scripserit Gregorius, res est ad asserendum aut abjudicandum Gregorio caput istud plane indifferens. Chil-

A perici vero de Basina loca Rithguntis Gotthorum regis filio substituenda consilium, quod refert Gregorius, hominis animam indicat tergiversantis, qui filiam suam tum vellet, tum nollet Reccaredo ioptui tradere. Idem probant variae harum ioptiarum dilationes, a Gregorio ipso memoratæ, quæ tandem eo processere, ut illa sæpius licet promissa, immo et ad id profecta, nunquam Reccaredo impserit. Chilpericus itaque Gotthorum petitionem plane respicere non audebat, immo nec volebat: sed grave tamen erat ei a filia sua separari, quam ex Fredegunde suscepit, et diligebat præ cæteris; veritus maxime, ne, ut Chlotildi et hugundi contigerat, ipsa a Gotthi male haberetur. Basinam vero ob id forte Rithgunt substituendam non alio animo proponebat, quam ut B Rithguntis discessum differret.

115. Caput ejusdem libri xxxvi insitiis adjungit Cointius, quod in eo Gregorius de Ætherio episcopo Lexovicensi agens dicat, *cujus supra meminimus, tametsi nulla ejus mentio ab ipso facta sit.* Deinde quod idem Ætherius non satis prudens hoc in capite repræsentetur, quippe qui puerorum urbis suæ educationem viro nequissimo permiserit. Ex prima objectionis hujus parte colligi quidem potest, aut Gregorium memoria lapsum esse; aut aliquid de Ætherio in Gregorii scriptis exstitisse, quod modo non habetur; aut certe hæc verba ab amanuensibus superaddita fuisse. Hinc tamen non conficietur, tum hoc caput fuisse interpolatum: uti similia verba quæ de Tetrico Lingonensi episcopo habentur libro iv, capite 16, nec Cointio, nec aliis persuaserunt, caput istud ab interpolatore fuisse intrusum. *Erat, inquit Gregorius, ibi tunc sanctus Tetricus episcopus, cujus in superiori libello memoriam fecimus.* de quo tamen nullum in superioribus vestigium superest. Ætherii vero indulgentia erga hominem prævum, arguit quidem Ætherium plus æquo facilem et incaute misericordem, sed non probat rei gestæ narrationem esse aut falsam, aut Gregoriano textu tenere assuntam.

116. Non major est rejiciendi capitis sequentis ratio, licet in eo Lupentii abbatis cædes Innocentio Gabalitano comiti tribuatur, qui postea capite 3. dicitur Theodosio Ruthenorum episcopo defuncto successisse. Non enim facile arceri potuit ab episcopatui Innocentius, cujus magna apud reginam gratia erat, nisi hoc crimen publice notum fuisset. At nusquam legimus Innocentium tanti criminis reum declaratum fuisse, immo nec publice accusatum, quantum forte id rumor ei tribueret. Sed non erat legitima, aut certe sufficiens illis temporibus, impedientiæ ordinationis causa, quæ alias juxta canonum præscripta, cleri et populi votis, aut certe ex regum voluntate, fieri petebatur. Nec desunt exempla nequiorum hominum, qui per ea tempora sedes episcopales sceleribus partibus diu obtinere: vel unus Melantius in Prætextati Rothomagensis locum intrusus hujus rei exemplum suppeditare potest, ut

* Forte legendum: Secundum, quod initio capitis legati appellantur.

jam observavimus. Plura alia adijcere haud esset difficile, si res exigeret.

117. Hæc sunt præcipua Cointii argumenta, quæ usus est ad elevandam ex sex prioribus libris Gregorianæ Historiæ multorum capitum, quæ in quibusdam codicibus mss. desiderantur, auctoritatem. De sequentibus vero libris pauca habet, ob defectum, inquit, codicum. Quanquam neglecto codice sancti Michaelis optimæ notæ, passim multa Gregorio abjudicet, ob id solum, ut jam diximus, quod in codice Mettensi desiderentur, aut certe desint apud Aimoinum. Certum est tamen, ut supra demonstratum est, et ipsemet Cointius inficiari non audeat, multa in eo codice ex industria ommissa fuisse. Aimoini vero auctoritatem hac in re nullius esse ponderis, vel ex hoc unico argumento evinci potest, quod ipso attestante Cointio, et interpolata admiserit et omiserit sincera. Sed et ipsemet Aimoinus, capite 18 libri primi, fatetur se in codicem incurrisse scriptorum vitio omnino depravatum. Verum hac opinione imbutus Cointius, quod multa in Gregorii libris ab interpolatore essent superaddita, eos ipsos auctores aut eadecum, quos ob ommissa aliquot capitula maxime laudat, eosdem rejicit, si forte nonnulla ab aliis prætermissa exhibeant. De mss. codicibus superius satis dictum: nunc paucis agendum de uno aut altero Gregorii loco, quos Cointius in libris posterioribus ex ipsis rebus quæ narrantur, interpolatos esse contendit.

118. Primus, et quidem celebris satis, locus est de sancto Salvio Albigenis episcopo, cujus vitæ compendium, admirabilem visionem et obitum describit noster Gregorius initio libri septimi. Sed hunc locum ab interpolatore additum censet Cointius, non solum quod in codice Mettensi desideretur, verum etiam quod eo admissio, contrarius sibi ipsi dicendus esset Gregorius, quippe qui Salvii mortem anno 584 hic consignavit, quam libro viii, capite 22, anno sequenti contigisse scripsisset. Idem auctor ad annum 686, ubi de Salvio Ambianensi episcopo agit, *Impudentiam* interpolatori, uti vocat, Gregoriano affligere non veretur, eum asserens *mendacem et perjurum*, qui interposito sacramento juraverit, ea quæ sub Gregorii nomine intrudere audeat, ab ipso Salvio Albigeni se didicisse, quamvis hæc ipsa ex gestis alterius Salvii excerpterit, qui Ambianensium antistes fuit sæculo sequenti. Hæc ille: sed hæc argumentum nullius esse roboris absque negotio demonstrari potest. Nam primo codicum auctoritas nobis omnino favet, ut jam sæpe diximus, cum multos integros, optimæ notæ, et majoris antiquitatis, unico Cointiano mutilato, scriptoris incuria vitiato, et sequioris ævi, opponamus. Deinde nulla est apud Gregorium inter caput 1 libri vii et caput 22 libri sequentis oppositio. Licet enim primo loco dixerit Salvium *hoc anno*, id est 584, obiisse, et altero *post obitum Salvii hoc anno*, id est 585, Desideratum Albigenis episcopum fuisse datum, nihil sane aliud ex istis duobus capitulis inter se collatis colligi potest, quam Sal-

vium anno 584, et quidem mense Septembri excessisse e vivis, successoremque sequenti anno, id est post aliquot menses, habuisse Desideratum: quæ aut secum pugnent, æquis lectoribus judicandum permitto. Certe etsi paulo amplius fuisset inter utrumque temporis intervallum, non tamen improbanda foret Gregorii narratio, cum verisimile sit post Salvii obitum aliquas turbas de substituendo illi successore exortas fuisse: qua occasione nonnulli sedem Albigenis a Theotfrido nescio quo occupatam fuisse scribunt. Nulla itaque est apud Gregorium, etiam admissio inter ejus opera sincera capite 1 libri vii, contradictio. At, inquit vir doctus, interpolator, quisquis ille fuerit, multa ex gestis sancti Salvii Ambianensis episcopi, Gregorio quidem multo posterioris, in ejus Historiæ textum intrusit. Verum tota ruct illa Cointii objectio, si Salvii Ambianensis gesta ex Gregorii textu ut plurimum consarcinata esse, non vero ex istis gestis Gregorio aliquid superadditum fuisse demonstremus: quod certe haud operosum fuerit, facta inter utrumque comparisone. Gregorii narratio nullam prorsus in se involvit contradictionem, nihil habet quod a teste oculato et scriptore æquali dici non poterit. Multa e contrario complectitur, quæ, ipso latente Cointio, ita Salvio Albigeni propria sunt ut alteri Salvio, absque errore tribui non possint. Auctor ille Deum testem invocat, se vera scribere, quæ nempe a se visa fuerant, aut ab ipso Salvio accepta, proindeque perjurus et gravissimi criminis reus censeri debet, si falsa dixerit, quod sane absque maxima et evidenti causa de quoquam nequidem cogitare licet. Immo hæc omnia narrationem arguunt veram et sinceram. Adde quod ibi Gregorii genius et stylus, ejusque loquendi modi gemini occurrant. Econtrario vero Gesta quæ Salvii Ambianensis nomen præferunt, ab auctore consarcinata sunt rerum ignaro, qui episcoporum Ambianensium seriem ignoravit, tempora perturbavit, falsa retulit, resque a nostro Salvio Albigeni certissime gestas, ipso indicante Cointio, suo Salvio temere adscripsit. Ipse enim Salvium Honorato successisse scripsit: inter utrumque tamen ipse Cointius quatuor episcopos intercessisse fatetur. Honoratum Theodorico monarchæ synchronum facit, contra Cointii ipsius calculum, qui annum 580 Honorati extremum fuisse contendit, et Theodoricum non nisi post annos centum monarchiam Francorum obtinuisse scribit, cujus decimo tertio regni anno Salvius in thronum Ambianensium conscendit. Deinde idem auctor narrat Mummolum Patricium, capta civitate et dirutis muris, multos captivos in Hispaniam transmisisse, qui Salvio, jubente rege, redditi fuerunt. At hæc ut de Ambianorum civitate, aut de Salvio ejus episcopo dici possint, vetant temporum, personarum et locorum circumstantiæ. Quæ omnia optime congruunt si de civitate Albigeni intelligantur, quam certum est, sancto Salvio vivente a Mummolo occupatam fuisse, ut post Gregorium nostrum scripsit ipse Cointius. Unde fateri eo

gitur, suum illum auctorem nonnulla ex gestis Salvii Albigenensis in Ambianensis acta transtulisse. Si itaque Salvii Ambianensis Vitae scriptor, fatente Cointio, nonnulla ex gestis Salvii Albigenensis suo Salvio tribuere convincitur, aut malae fidei reus, aut certe, quod lubentius crediderim, homo ignarus fuerit necesse est; ut qui regum episcoporumque series ac tempora perturbaverit, civitates ex una in alteram provinciam transtulerit, denique omnia susdeque verterit, ut vitam sui Salvii fabricaret. Jam testes appello quotquot hunc locum legerint, an talis auctor praeferrere debeat scriptori capitulum 4 libri VII Gregorianae Historiae, qui Salvii Albigenensis res gestas modo irreprehensibiliter, servatis historiae legibus, conscripsit. De visione Salvii ostensa, quae fortasse nonnullis displicebit, nihil diximus, quod eam revera contigisse, Salvio Ambianensi an Albigeni, parum refert, Cointius admiserit. Tales autem, quas homines sancti sive intra corpus, sive extra corpus constituti, ut loquitur de se Apostolus, habuerunt, passim suis temporibus contigisse memorant testes omni exceptione majores: Augustinus in libro de Civitate Dei, Gregorius Magnus, Scriptor passionis SS. Perpetuae et Felicitatis, et alii passim magni nominis auctores.

119. Superest ut aliquid de Gregorianae Historiae epilogo dicamus, quem partim rejicit Cointius, partim pro libito admittit. Illum nempe tres in partes secat: primam his verbis *inlibata permaneant* concludit, quam, quod in codice sancti Michaelis habeatur, admittit, sicut et secundam, licet in Michaelino codice desideretur, quod, inquit, Gregorius in Historiae prologo opera sua versu describi permiserit, nihilque aliud habeatur in ista epilogi parte, quam quae ex prologo fieri potuerunt. At tertiam partem ubi variae habentur computationes, plane respuit, quod non satis, ut illi videtur, computo Gregoriano concordet. Qua in re nec codicum mss. auctoritatem curat, in quibus eadem ipse computationes habentur ad calcem libri IV, etiam in codice Corbeiensi: nec audiendos esse censet eos, qui nostri Gregorii vitam ex ejus scriptis collegerunt, quibus, fatente Cointio, etiam hae tertiae epilogi pars nota fuit. Nempe ut haec omnia refellat, unicuique ei sufficit argumentum, computationum nempe istarum discordia; quod tamen solum sufficiens esse nemo dixerit ad elevandam alicujus operis auctoritatem, multis aliunde et propemodum certis rationibus suffulti. Quis enim nesciat in ejusmodi computationibus non solum plerosque mediaevi auctores a vero aberrasse, sed etiam illorum erroribus alios errores ab amanuensibus fuisse ut plurimum superadditos, vel propria eorum incuria, vel quod nimium sibi ipsis fidentes veterum computa emendare voluerint? Hinc in exhibendis ejusmodi numeris tot sunt fere lectiones variae, quot sunt codices, idque non in Gregorii solum operibus, sed et in aliis optima notae auctori-

bus, quos tamen ob id nec falsos nec interpolatos ullus haecenus habuit: quod sexcentis exemplis Cointio ipsa allatis facile esset demonstrare.

120. Jam tempus est ut finem imponamus huic discussioni, quam nonnulli fortasse prolixioribus esconquerentur. At necessarium fuit hanc paulo accuratius prosequi, in qua agebatur de rejicienda a recipienda unicae nostrae gentis Historiae non contemnenda parte, quam Gregorio abjudicandam videri inter eruditos clarissimus censebat, nos vero sinecerum ipsius esse fetum propugnans: quod a me non disceptandi animo susceptum esse omnibus persuasum esse velim, non quod mihi aliquid superbe arrogem, qui cum tanto viro disputare voluerim, sed id factum solius veritatis studio et amore, ad asserendam et propugnandam ejus auctoris operum integritatem quem restituendum et illustrandum suscepimus. Quae res etiam ipsi Cointio, cujus memoriam impense veneror, ut pote sincero veritatis amatori, haud ingrata fuisset, cum in istam opinionem ob codicum manuscriptorum, quos non nisi mancos et imperfectos habuit, auctoritatem abierit, facile in contrariam concessurus sententiam, si aliorum codicum, et numero, et integritate, et auctoritate magis praestantium in recognoscenda Gregoriana historia adjutus fuisset.

IV. — 121. Jam itaque praefationis nostrae tertiam partem attingimus, in qua ratio reddenda est eorum quae in hac nova Gregorianorum operum editione nobis praestita sunt. Gregorii opera per partes discussa, et cum variis variorum auctorum operibus permista in unum volumen collegimus. Ea vero cum infinitis propemodum mendis, quae vel ex codicum aut editionum vitiis, vel ex qualibet alia causa passim in textum irrepserant, expurgare codicum manuscriptorum ope conati sumus, et re ipsa, uti legentibus patebit, plurimum expurgavimus. Deinde nonnulla de novo addidimus, et aliquot capitula quae in prioribus editis indicabantur quidem, sed tamen inveniri nondum poterant, ex fide quorundam exemplarium supplivimus. Ad haec Gregorianae Historiae integritatem, qua pene ob aliquot codicum defectus apud nonnullos eruditos viros exciderat, codicum melioris notae, et minime suspectorum auctoritate, aliisque argumentis asserimus. Praeterea notas marginales addidimus, quae varias lectiones manuscriptorum codicum, aut veterum editionum exhibent, tempora rerum gestarum indicant, res ipsas illustrant, locorum situs describunt, personarumque notitiam suppeditant, laudatis etiam, aut adductis, cum opus est, aliorum auctorum locis. Quin et ne notarum ejusmodi prolixitate aut multitudine quandoque obrutus, ut ita loquar, textus videatur, notas aliquot fasiores ad calcem voluminis * addidimus, ad quas ea quae fusiore exigebant animadversionem remisimus: in quibus etiam notis inseruimus nonnulla antiquitatis monumenta, aliaque retulimus quae nobis excide-

* Nos fusiores etiam notas textui subijcere maluimus. EDIT.

rant, aut quæ jam incæpta hæc editioe accepimus, ad illustrandum Gregorium idonea. Præter hæc nostram præfationem quam Gregorii operibus præmittimus, Vitam ex ejus scriptis collectam ab Odone abbate, ad multos codices collatam proferemus, cui subjungemus virorum illustrium de nostro Gregorio testimonia. Post hæc subsequuntur Annales Francici seu veterum omnium auctorum, qui Gregorium præcesserunt loca, et alia antiqua monumenta in quibus *Franciæ* aut *Francorum* mentio occurrit, secundum ordinem chronologicum disposita, quæ quidem V. Cl. Carolus Buttellus, Historiæ Francicæ studiosissimus, diligenter collegit, ac mihi liberaliter communicavit ad Gregorii nostri historiam illustrandam. His subjungimus indicem chronologicum eorum quæ in Gregorii aut Fredegarii operibus potissimum ad Historiam Francicam pertinent. Non enim solam Fredegarii Epitomen, quæ est Historiæ Gregorianæ breviarium, edidimus; sed et ipsum ejus Chronicum ac illius continuatores usque ad Pippini regis obitum et ejus filiorum Carlomanii et Caroli inaugurationem, subjungere visum est, de quibus inferius speciatim dicemus. Appendicem quoque addidimus, quæ vetusta quædam gentis nostræ, tam ecclesiasticæ, quam civilis historiæ monumenta complectitur, ea scilicet quæ Gregorius noster laudat, aut quæ conferunt omnino ad illustranda ejus aut Fredegarii scripta. Indices varios omitto: quæ omnia cum unicuique legenti obvia sint, fusius explicare non videtur esse operæ pretium. At cum ad asserendam veterum monumentorum auctoritatem, emendandosque eorum errores, plurimum conferat qualitas codicum, ex quibus vel eruta sunt, vel emendata, exponere juvat singillatim numerum ac conditionem eorum, quibus in adornanda hæc Gregorii editioe usi fuimus.

122. Et primo quidem Historiæ libros contulimus ad codices duos venerandæ antiquitatis, quos nempe haud multo post Gregorii nostri ætatem exaratos fuisse consentiunt vtri, quotquot eos inspexerunt, eruditi. Pertinuerunt olim ad Antonium Oycelium Bellovacum, virum de re litteraria benemeritum, ex quo ad V. Cl. Claudium Jolium cantorem et canonicum Ecclesiæ Parisiensis, ejus ex filia nepotem, pervenerunt, ejus venerabilis et sapientissimi senis beneficio, illos vetustissimos codices commode et cum otio inspicendi ac revolvendi, adeoque domum asportandi, quandiu libuit, facultatem habuimus. Prior eorum qui, ut accepimus, et indicat non semel ad oram libri apposita hæc inscriptio, *Ecclesiæ sancti Petri Bellovacensis*, olim in majoris Bellovacorum, ecclesiæ bibliotheca asservabatur, in membranis elegantissime scriptus est litteris grandibus Romanis, quas vulgo unciales sive majusculas appellant; at ita imbre, situ aut mucore corruptus, aut vetustate exesus est, ut multis in locis imperfectus sit. Initio et fine caret ob avulsa e codice aliquot folia. Incipit a media parte capituli 2 libri II, desinitque in libri V capite 15, quod vulgatarum edi-

tionum capiti 25 respondet. Alter codex qui, ut testatur ejus inscriptio, celebris monasterii Corbeiensis in agro Ambianensi olim fuit, ætate posterior censeri non debet. Exceptis titulis et aliquot librorum initiis, quæ majusculis et Romanis characteribus descripta sunt, *litteris*, ut loquitur Valesius, *plane barbaris mediocrisque magnitudinis scriptus est, ita inter se connexis, et per quædam notarum compendia pluribus expressis, ut fere lectori sit divinandum.* Quæ, uti conjicio, legendi difficultas Andreæ Chesnium ita deterruit, ut codicem hunc a se visum testetur, sed collatum non dicat. Et quidem pauca quæ de eo habet, a codice ita aliena sunt, ut nec illum ab eo visum fuisse facile diceres. Codex tamen integer est, illibataque perseveravit scriptura, cujus legendi difficultas me a labore ita non deterruit, ut ne de verbo ad verbum ipsum cum editis integrum conferrem. Scriptus est litteris quas vulgo Merovingicas seu Francogallicas appellamus, cujus si characteres, ut reipsa exarati sunt, quis videre voluerit, adeat librum de Re diplomatica a nostro Mabillonio editum, ibique libro IV, pag. 549, eorum specimen ex ipso codice æri incisum videre poterit.

Duos alios codices habuimus e Colbertina bibliotheca, quos, quia olim ad cl. Thuanum pertinere, Thuanos Chesnium et Valesius appellare solent. Maluit Cointius unum ex his sancti Michaelis codicem dicere, quod, ut indicat inscriptio, in aliquo hujus nominis monasterio scriptus fuerit; et alterum sancti Arnulfi, seu Mettensem ex percelebri monasterio, ad quod olim pertinuit. Prior ab annis circiter 700 scriptus videtur, veteri characterè ac sine ulla capitum distinctione, quanquam eorum iudiculis singulis præmittatur libris; at detractis ex ipso codice decem prioribus quaternionibus, non nisi a media capituli 17 parte libri sexti initium ducit. Alter autem circiter centum posterior, initio quoque caret ex vitio codicis, qui imperfectus est; quippe qui capite 7 libri II incipit. At plura scriptoris sive incuria, sive consilio, passim desunt capita; nonnulla vero habentur altera manu addita, immo et passim interlineares lectiones variæ occurrunt, seu etiam vocum expositiones quæ aut ex alio codice, aut certe ab ipso exscriptore superadditæ fuerunt. Denique librum nonum et decimum, seu potius undecimumque aliquot capitula, in unum librum consarcinat sub noni libri titulo, et Fredegarii Chronicum Gregorii librum decimum unumque, ut jam supra a nobis observatum est.

E Regia bibliotheca unicuique Gregorianæ Historiæ codicem habuimus, ab annis circiter 500 scriptum, qui olim, uti inscribitur, fuit *sanctæ Mariæ in Ottemburg diocesis Maguntinæ*. Nusquam Gregorii nomen exhibet: habet tamen ejus præfationem, sed multa passim omittit capita: quod data opera factum fuisse probant indices libris singulis præfixi. Index nempe primi libri viginti solummodo et sex capita exhibet: et tamen multo plura in ipso libro habentur; ultimum nempe est quadageimum, quod editorum tri-

gesimo octavo respondet. Index libri II recenset capita 32: in libro vero ipso numerantur 36, præter alia quibus nullus præfigitur titulus. Index libri IV habet capita 35, cum eorum summariis, et tamen ipse liber desinit in media parte capituli 11, editorum 16. Nec codex est mutilus aut imperfectus, sed proxime post Gregorium sequitur Chronicum Regionis eadem manu exaratum. Hi autem sunt quinque codices quos consuluit Coimius: unde merito conqueritur vir eruditus, non nisi codices imperfectos Gregorianæ Historiæ a se visos fuisse.

125. Sextus itaque codex ad quem Gregorii opera consulimus, est monasterii Beccensis in Normannia, ab annis fere 700 exaratus. Nihil in eo penitus desideratur præter primam Gregorii præfationem; scriptura plana est et æqualis atque optime notæ. Septimum habuimus ex monasterio Regii montis in diocesi Bellovacensi Ordinis Cisterciensis, qui omnes omnino Gregorii Historiæ libros complectitur, præter aliquot ultimi libri extrema capita, quæ, avulsis aliquot e codice foliis, desunt. Vidimus octavam codicem in bibliotheca Vindocinensi chartaceum, et cæteris recentiorum, ut pote qui annos 200 superare non videtur: continet solummodo quinque priores libros, sed omnino integros, excepta Gregorii prima præfatione. Libro V subjunguntur capitula libri VI. At librum ipsum se habere non potuisse conqueritur scriptor, testaturque *opus esse dignissimum, pro scribentis simul et materiæ dignitate.*

124. Nec satis fuit Gallicanos codices evolvere; C visum est etiam consulere Italicos. Qua in re suppetias nobis attulit R. P. D. Claudius Stephanotus, Congregationis nostræ in curia Romana procurator generalis, qui varias lectiones, aliaque ad rem nostram conducentia, pro suo more liberaliter ex urbe Roma transmisit. Primus ex codicibus Italicis, cujus notitiam et lectiones varias accepimus, is ipse est Casinensis, quem in Sacro Monte a se et suo socio Michaelæ genuano visum laudat noster Mabillonius Itineris Italicæ pag. 125, *Gregorii Turonensis Historiam, quæ in nonnullis ab editis differt.* Has differentias cum quatuor capitibus, quæ antea solo titulo nota erant, suis locis damus. Hæc addendi duo codices ex Gallia in Italiam a Christina Sueciæ regina transportati, quorum noster Stephanotus copiam habuit. Prior, qui sæculo decimo scriptus fuit, et quidem, uti videtur, in monasterio sancti Lanomari Blesensis, hodie servatur in Vaticana bibliotheca, ex dono Alexandri VIII, totamque Historiam complectitur, exceptis præfatione et ultimo libri X capite. Desunt etiam quædam in quarto libro, ex amantensis oscitantia, qui aliquot paginas vacuas reliquit; et alia pauca, quæ avulso uno aut altero folio desiderantur. Alter codex, qui olim ad monasterium Floriacense pertinuit, habetur in bibliotheca eminentissimi cardinalis Ottoboni; cujus beneficio hunc codicem et alia, quæcumque nobis necessaria fuerunt, suppeditavit V. Cl. Franciscus Blanchinus,

A qui eminentissimi cardinalis in rem litterariam studio ultro obsecundans, nullam occasione præmittit nostris, nostrorumque studiis suppetias afferendi. Ultimum demique ex bibliotheca Vaticana Palatina commodavit illustrissimus D. Laurentius de Zaccagnis primus Vaticanæ bibliothecæ præfectus, ob edita opera viris omnibus litteratis notus, nobis vero præterea ob liberalem in studia nostra animum plurimum commendandus. In hoc autem codice olim monasterii sancti Nazarii Lareshamensis, qui ab annis circiter 800 scriptus videtur, multa desunt passim capitula, id est ea omnino eadem, quæ supra in Thuaneo seu Colbetino desiderari observavimus. Ibi et liber nonus cum decimo confunditur, et Fredegarii Chronicum sub titulo libri decimi Historiæ Gregorianæ repræsentatur. Nihil vero ea de re in priorum librorum notis marginalibus ad Gregorii textum observavimus, quod hujus codicis notitiam nondum tunc Roma acceperamus. Similis huic esse videtur codex monasterii sancti Trudonis in Hasbania, in quo, uti observat Godefridus Henschenius in præmissis ad Vitam sancti Sigiberti, multa capitula desunt. Cæterum plures alios codices vidimus, et quidem antiquissimos, qui nonnulla Gregorii Historiæ fragmenta sub variis titulis complectuntur: sed eos suo loco, si forte aliquid observatione dignum in eis occurrerit, aut in indice mss. codicum inferius laudare sufficiat.

125. Ea porro fragmenta esse contemnenda nemo dixerit, cum contrario multum valeant ad confirmandum germanum Gregorii textum. Cum enim excerpta sint ut in officiis publicis legerentur, tot sunt rerum veritatis quæ in eis narrantur testes, quot fuerunt Ecclesiæ quæ ea in lectionibus officii divini adoptarunt. Hinc cum in plerisque ejusmodi fragmentis *Sermo de transitu sancti Martini* invenitur inscriptus, in iisque omnibus sanctus antistes, *Attico et Casario consulibus*, ad superas abiisse constanter dicatur, sicut habent omnes omnino tum editi, quam scripti codices Historiæ Gregorianæ, quis inficiabitur hanc esse veram et sinceram Gregorii lectionem, quam ab annis plusquam 900 variæ Ecclesiæ adhibuerunt? Codices enim præter cæteros vidimus duos ejus antiquitatis, nempe scilicet ex Corbeïensi bibliotheca, alterum in archivis ecclesiæ cathedralis Andegavensis, characteribus fere Merovingicis sæculo octavo labente exaratos. Unde licet in notis ad istum Gregorii locum satis nobis visum fuerit textum auctoritate mss. omnium confirmare, remque de cætero circa extremum sancti Martini annum, quem alii aliis annis assignant, in medio relinquere; expensis tamen postea diligentius Gregorii locis, hoc certum esse existimavimus, Martinum juxta Gregorii mentem, *Attico et Casario consulibus*, excessisse e vita, proindeque anno vulgaris æræ 397, quo constat Atticum et Cæsarium consules fuisse. Id quippe repetit Gregorius in libro de Miraculis sancti Martini, hancque epocham aliis characteribus chronologicis confirmat, cum sanctum Martinum obiisse

scribit secundo Honorii imperatoris anno, qui etiam anno 597 respondet; et cum Perpetuum sexagesimo quarto post Martini obitum anno in thronum Turonensem subisse commemorat: quod sane verum non esset, si ultra annum prædictum Martini exitus differretur, siquidem Perpetuus anno 461 Turonensi concilio præfuit. Cætera argumenta prætermitto, quæ apud auctores vulgatos habentur. At, inquit, Gregorius in Miraculorum libris annos ab exitu sancti Martini ad suum usque tempus, id est ad annum Childeberti regis currentem, quo scribebat semel et iterum computans, manifeste indicat Martinum anno 400 ad cælos convolasse. Fateor hæc fuisse Gregorii mentem si huic ejus computo stemus, quod seruti sunt non pauci sequiorum ac recentiorum temporum auctores. Ex his Albericus Trium Fontium in Campania monachus quovis periculo id se probaturum recipit, adhibetque inter alia duo illa Gregorii argumenta, tum ab Attici et Cæsarii consulatu, tum a secundo anno Honorii imperatoris, quod utrumque ad annum 400 æræ Christianæ revocat. At certum est utrumque anno 597 convenire, standumque potius notæ chronologicæ a prædicto consulatu et secundo Honorii anno petitæ, quam alteri a Gregorio prolatae ab annis regni Childeberti. Longe enim certior et exploratior est prior illa computandi ratio a consulatu, quam a Gregorio adinventam esse nequaquam verisimile est, sed potius ex antiquis Ecclesiæ sive aliusve publicis monumentis ab eo desumptam. Hanc vero consulatus notam ubi cum annis regum voluit comparare, facile errare potuit in illa temporum obscuritate: cum hodie quoque in hac eruditorum luce hæc concordia non sine negotio iniri possit. Cum itaque in alterutro aberraverit Gregorius, laudquaquam in assignando consulatu aberrasse censendus est: adeoque credere non dubitem, sancti Martini obitum statuendum esse anno 597, cui consulatum Attici et Cæsarii convenire recepta sententia est inter eruditos. Sed jam præfationem prosequamur.

126. Haud minori codicum numero usi fuimus in adornandis Gregorii libris de Miraculis sanctorum, ex quibus tres, et quidem ab annis circiter 800 scripti, omnes omnino libros habent optima manu exaratos. Primum, cum aliis supra et infra memoratis e bibliotheca Colbertina, nobis communicavit V. C. Stephanus Baluzius; secundum ex bibliotheca majoris ecclesiæ Bellocensis, assentente venerabili Capitula, nobis suppeditavit D. de Neuilly ejusdem ecclesiæ canonicus. Tertium denique ex Laudunensi ecclesia, agente sapientissimo viro D. Leleu, consentientibusque cæteris venerabilibus canonicis mutuo accepimus, ad ejus calcem hæc habentur: *Explicit liber octavus feliciter. Adalardus subdiaconus scripsit istum codicem in honore beatissimi Michaelis archangeli.* In altero autem folio legitur hæc epigrapha: *Hunc indignus levita librum Odalricus obtulit Deo et sanctæ Mariæ.... quem si quis quolibet ingenio abstulerit, iram Dei omnipotentis incurrat, et per-*

A petuæ maledictionis anathemate amnatus existat. Voces quæ detritæ sunt Remensem designabant, uti suspicor, ecclesiam, cui multos alios codices Odalricus contulit, ut ex similibus codicum inscriptionibus patet, qui etiam nunc in bibliotheca metropolitana Remorum ecclesiæ asservantur: sed et ecclesia sancti Michaelis ibi etiam nunc in canonicorum claustris subsistit.

127. Præter Colbertinum codicem supra memoratum, tres alios ex eadem bibliotheca habuimus, qui aliquot Miraculorum libros a Gregorio nostro editos complectuntur; ex quibus unus e Tutelensi ecclesiæ advectus omnes habet præter Vitas Patrum. Totidem, uno de Confessoribus excepto, libros continet vetustus codex sancti Martini apud Turonos, ejus et alterius, e cathedralis sancti Gatiani ecclesiæ bibliotheca, varias lectiones a nostro Edmundo Martenne accepimus. Duos e Claromontensis collegii Parisiensis Ludovici Magni bibliotheca nobiscum solita sua humanitate communicavit R. P. Joannes Harduinus. Unicum e celebri sancti Victoris Parisiensis bibliotheca, nobis suppeditavit V. Cl. Hervallius ejusdem loci canonicus regularis, non minus paterni in litteras amoris quam nominis hæres. Unicum item accepimus ex bibliotheca Gemneticensi, alterum ex Floriacensi, tertium ex Beccensi, quartum ex sancto Vincentio Genomanensi, quatuor vero ex nostra sancti Germani bibliotheca habuimus. Nullum integrum e Regia bibliotheca vidimus, sed multa variorum librorum fragmenta, cum uno exemplari omnium librorum de Miraculis, edito quidem, sed in cuius margine variæ lectiones manu V. Cl. Petri Pithœi descriptæ passim occurrunt. Præterea varias lectiones habuimus, quas e duobus codicibus miss. collegit vir illustris memoriæ Jacobus Saubovius, presbyter et doctor Sorbonicus, vel suo nomine celebris. Alias lectiones ex codice Romano Christianæ reginæ Sueciæ debemus Stephanotio nostro, qui codex omnes ferme Miraculorum libros comprehendit. Huic jungendus codex Vaticanus e Palatina bibliotheca annorum 800, qui olim fuit monachi Weingartensis in Suevia, in quo habetur liber de Gloria confessorum. Cæteros pro opportunitate suis locis laudabimus, sicut et eos qui vel vitas aliquot singulares solummodo continent, aut certe quædam singularia capita. Ad quos vero codices singuli libri collati fuerint, inferius in Indice particulari dicemus.

128. Nec minori cura varias Gregorii operum editiones inquisivimus et evolvimus, cum certum sit ex ejusmodi libris inter se collatis nonnunquam multa haberi posse ad illustranda veterum opera. Omnium autem prior Gregorii editio, quam quidem noverimus, Parisiis in lucem prodit anno 1511 ex Joannis Parvi officina, curis Hieronymi Clichtovei Neoportuensis, qui illam Guillelmo Parvo nuncupavit. Complectitur autem, præmissa Gregorii nostri Vita, libros duos de Gloria Martyrum et quatuor de Virtutibus sancti Martini cum epistola de septem Dormientibus, quæ epistola in aliis etiam editis Gregorio nostro

tribuitur. Anno sequenti reliqua ejusdem auctoris opera, ipso curante Gulielmo Parvo, qui tunc a confessionibus Ludovici XII regis erat, edita sunt typis Jodoci Badii.

129. Anno 1561 Guillelmus Morelius regis typographus novam Gregorii editionem aggressus est, cujus curis Historia Gregorii lucem aspexit, ad codicem ms. bibliothecæ sancti Martini Turonensis, ut ipse testatur, emendata; additis etiam ad calcem nonnullis variis lectionibus. Idem postea Morelius anno 1565 alio volumine libros duos de Gloria Martyrum, et librum de Gloria Confessorum publici juris fecit ex vetustis, uti ait, et mss. codicibus.

130. Haud multo post, Gregorii editio in Germania primum visa est, quam Mathias Flaccus Illyricus, ad veterem codicem sancti Nazarii in *Lorischem* se adornasse testatur. Prodiit Basileæ apud Petrum Pernam, non anno 1558, ut mendose prima pagina habet, sed anno 1568, ut ex epistola nuncupatoria colligitur: et quidem typographus in fine libri Morelii editionem laudat, quæ anno 1561 in lucem prodit. Eodem sæculo septem, id est omnes, exceptis Vitis Patrum, Miraculorum libri Coloniae editi sunt anno 1583, typis Materni Cholnii.

131. Eodem anno 1583, R. Laurentius de la Barre collectionem veterum auctorum sub titulo Historiæ Christianæ veterum Patrum edidit Parisiis apud Michaelæm Sonnum, in qua inter alia opuscula Gregorii nostri Historiam inseruit, cum tribus Miraculorum libris, id est duos de Gloria Martyrum, et librum de Gloria Confessorum. At sexennio postea, id est anno 1589, Margaritius de la Bigne, doctor Parisiensis e societate Sorbonica, Bibliothecam sanctorum Patrum priore quam ante aliquot annos curaverat multo ampliorem edidit, in qua inseruit omnia Gregorii nostri opera, quæ exinde in sequentibus Bibliothecæ Patrum editionibus, doctorum scilicet Coloniaensium anno 1618, et Lugdunensi anno 1677, locum habuerunt.

132. Decimo currentis hujus decimi septimi sæculi anno duæ iterum Gregorianæ Historiæ editiones prodierunt Parisiis: una Latine ex Laurentii Boehelii bibliotheca, cum variis lectionibus ex ms. Oiselliano et aliis ejusdem Boehelii membranis, ad libri calcem adjunctis; altera vero Gallicæ, ex versione Claudi Boneti Delphinatis, quam editionem curavit V. Cl. *d'Hermy d'Amboise* libellorum supplicum magister, præmisso Gregorii Historiæ prolixo præfatio, in quo potissimum ejus auctoris ad confutandos novorum hæreticorum errores utilitatem demonstrat. Has anno 1613 secuta est Marquardi Freheri editio, ad codicem Palatinæ bibliothecæ adornata, in Historicorum Franciæ collectione, quam Hanovæ typis Wecheliani fieri curavit. Denique Andreas Duchesne, vir eruditione celebris et de gentis nostræ Historia bene meritus, nostro sæculo ineunte collectionem amplissimam omnium auctorum, qui de Francorum gente aliquid scripserunt, aggressus, primum ejus tomum anno 1656 edidit, in quo inter

cætera diversorum auctorum opera Historiæ Gregorii ad quinque codices mss. exactæ principem locum concessit: quæ editio cæteris videtur esse accuratior et emendatior. Quadriennio postea, anno scilicet 1640, Joannes Balesdens in senatu Parisiensi advocatus, octo Miraculorum libros cum historia septem Dormientium edidit Parisiis, quos libros a se ad codices mss. expurgatos et emendatos fuisse in præfatione testatur. Iis denique omnibus editionibus adjicienda est Gallicana, omnium omnino Gregorii operum lingua nostra donatorum, et notis illustratarum, quæ in lucem prodit curis Michaelis Marollii abbatis Villalupensis, Parisiis ex Frederici Leonardii officina, anno 1668, duobus voluminibus.

133. Hæc sunt Gregorii Turonensis operum variae editiones, tum Latinae tum Gallicæ, quas videre licuit, quibusve cum mss. codicibus collatis ad hanc notam adornandam usi fuimus. Præter hæc consulimus etiam virorum illustrium opera, qui occasione data, aut ex professo Gregorii nostri libros, hoc potissimum sæculo, illustrarunt. Cel. Brit. est inter alios Hadrianus Valesius, qui vitam suam pene totam in gentis nostræ Historia illius randa transiegit: cujus tomi tres, quos rerum Franciarum Historiam nuncupavit, in lucem prodierunt. Haud minus est utilis ejus Notitia Galliarum, a quorum auctorum monumentis et testimoniis referta. Res Francorum, potissimum ecclesiasticas illustrandas suscepit Carolus Cointius Oratorii Gallicani presbyter, quas septem tomis comprehendit sub Annalium Francorum titulo: octavum ex ejus schedis edidit V. Cl. Gerardus *du Bois*, plures, sperabamus, daturus. Voce abstrusas et alia ejusmodi exposuit vir clarae memoriae Carolus Fresnius Cangius in laudatissimo Glossario. Complura explanavit illust. vir Hieronymus Bignonius in notis ad Marenlli monachi formulas. Multa item illustravit et emendavit V. Cl. Stephanus Baluzius tum in capitularibus regum, tum in aliis operibus, quæ summam ejus eruditionem testantur. Quæ vero ad ecclesiasticam disciplinam pertinent sub prima regum nostrorum stirpe, ex Gregorii potissimum operibus elucidavit Ludovicus Thomassinus. Multa item debemus Joanni Savaroni Claromontano, in patria subsidiorum curia præsidi, qui passim in notis ad Apollinarem Sidonium et in Originibus Claromontanis Gregorii nostri opera laudat et illustrat. Neque omittendus est V. Cl. Antonius Dadingus Alteserra in Tolosana academia antecessor celeberrimus, qui notas et observationes in Gregorii Turonensis Historiam et Fredegarii Chronicum in singulari opere edidit Tolosæ anno 1679. Quantum autem prodesse possit in Gregorio illustrando D. Joannis Mabillonii insignis liber de Re diplomatica, nemo est qui nesciat, si vel semel egregium illud opus eolverit. Sed plura vetat dicere optimi magistri mei modestia, qui et in liturgia Gallicana, aliisque in suis elucubrationibus gentis nostræ historiæ et antiquos mores ex Gregorii verbis plurimum com-

mendavit. Ei, si quid in hac editione, aut in aliis A opellis meis, utile occurrat rei litterariæ, totum me debere profiteor. Cæteros vero auctores singillatim non recensebo: laudantur enim quique suis locis. Nunc de Fredegario paucis dicendum.

V.—*De Fredegario et ejus operibus.* — 134. Quis Fredegarius fuerit difficile est dicere, cum ne quidem ejus nomen certum habeatur. Fredegarius tamen vulgo dicitur, et sub eo nomine laudatur passim: sed unde, viri eruditi hoc sibi incognitum esse fatentur. Hoc quippe nomen ne unicus quidem codex, qui scilicet notus sit, præfert. Immo laulat Hadrianus Valesius codicem unum, qui Fredegarii vulgati opera alteri, nempe *Idatio* cuidam, tribuit. Sed is codex alius non est a Sirmondiano, in quo *Adatii* quidem nomen occurrit, sed ducentis circiter annis exaratum post codicem scriptum, id est sæculo circiter nono, ut ex characteris forma æstimare licet. Titulus autem ille a nescio quo codici additus, sic habet, *Breviarium scarpsum ex Chronica Eusebii, Hieronymi, aliorumque auctorum a quodam Adatio.* Cui scriptori, quisquis ille fuerit, fucum fecit, ut ipse quoque Valesius observat, *Idatii* Chronicam, quod Fredegarii collectionis partem constituit, cum epistola ipsi præmissa sub *Udicii* seu *Idacii* nomine, in qua ille se superius scripta ex Eusebio et Hieronymo collegisse profiteretur; sequentia vero a se exposita fuisse. At hæc dicta erant ab *Idatio* de suo *Chronico*, quod in Fredegarii collectione locum habet: quæ tamen posterus scriptor ad totam collectionem extendit. Nec aliud ex *Rigordo* deduci potest, qui in *Philippi Augusti* Vita generationes regum se comprobasse scribit *secundum Chronicas Idacii et Gregorii Turonensis*: idque ex ipsius *Rigordi* scriptis facile comprobatur. Ipse enim paulo superius de Francorum origine tractans, ait se ea de re sollicite inquisivisse *ex Historia Gregorii Turonensis, et ex Chronicis Eusebii, et ex Chronicis Idatii, et ex aliorum multorum scriptis.* Tum ea refert quæ de Francorum ex Trojanis origine, et alia quæ in Fredegarii collectione partim sub *Eusebii* seu *Hieronymi* nomine, partim sub aliis titulis habentur. At *Idatium* a Fredegario, seu ab auctore collectionis quæ sub Fredegarii nomine habetur, alium esse unico hoc argumento evinci potest. Qui in sua præfatione seldatium sequi profitetur, ejusque opera non semel laudat, immo et *Chronici* ipsius epitomen D facit; quique *Gregorium* et *Isidorum* auctores *Idatio* posteriores in epitomen redactos suæ collectioni inseruit, hic procul dubio ab *Idatio* distinguendus est. Hæc autem omnia præstat collectionis auctor, ut ejus scripta testantur, et ipse in præfatione *Chronici* declarat. *Itaque,* inquit, *beati Hieronymi, Idatii et cujusdam sapientis seu et Isidori, immoque et Gregorii Chronicas a mundi origine diligentissime percurrens, usque decedente regno Guntchramni, his quinque Chronicis hujus libelli... inserui.* Si quis vero *Idacium* seu *Adacium* aliquem introducere voluerit hujus collectionis auctorem, alium ab *Idatio* *Chronici* scriptore, qui *Gregorio* nostro ætate posterior fuerit, proferat

argumenta ad id evincendum sufficientia, nosque ei A ultro subscribemus. Interim virorum eruditorum vestigiis adhærentes, collectorem nostrum *Fredegarium* scholasticum appellare pergemus, maxime cum absque aliqua gravi ratione putandum non sit hoc ei nomen tenere tributum fuisse a viris eruditis, quos *Josephus Scaliger* innominatos laudat. Ipse enim *Scaliger* et *Marquardus Freherus* primi sic eum appellasse inveniuntur.

135. *Fredegarium* *Burgundionem* fuisse *Valesius* et *Cointius* censent: quibus facile subscribimus, et quidem id ex ejus scriptis suaderi potest. In prioribus quippe suæ collectionis partibus *Burgundionum* in Gallias adventum narrat, nonnullaque haud contemptenda et singularia de hac gente habet, quæ nec B apud *Gregorium*, nec apud alios auctores occurrunt. In *Chronico* autem, qui proprius illius est fetus, multo accuratius et fusius quam cætera prosequitur ea quæ ad *Burgundiæ* regnum spectant, et librum suum a *Guntrami* *Burgundiæ* regis laudibus inchoat, multa que de ejus virtutibus subjungit, atque annorum seriem deducit ex *Burgundiæ* regibus. Primo quippe res gestas per *Guntrami* annos designat; nec *Childeberti* annos recenset, priusquam *Guntramo* de *lancto* successisset in *Burgundiæ* regnum; indeque C omissis annis, quibus idem *Childebertus* regnaverat in *Austrasia*, annos ejus ab inito *Burgundiæ* regno computat. Sic post *Childeberti* mortem, posthabito *Theodeberto* *Austrasiorum* rege, licet natu majori, annos *Theoderici*, cui ob igerat *Burgundia*, denotat: nec *Chlotarii* annos expressit priusquam extinctis *Childeberti* filiis *Burgundiam* accepisset. Eundem patriam *Aventicum* habuisse suspicatur *Valesius*, ob singularia quædam hujus urbis, quæ ille fusius narrat. Hæc enim urbs tunc ex *Burgundia* censabatur, quippe quæ primum *Helvetiorum* caput fuerat, ut ex vetustis *Notitiis* patet, dein *Transjurenibus* attributa, tandem *Burgundiæ* regno accesserat. *Transjureses* autem duces memorat passim *Fredegarius*, eorumque gesta nonnunquam describit. Deinde *Aventicæ* urbis laudes fuse prosequitur, quam post repressam *Germanorum* rebellionem, ut ipse scribit, *Flavius Vespasianus* exædificari, seu potius restaurari jussit, et inchoatam *Tito* filio suo perficiendam commisit, quod cum ille fuisset exsecutus *gloriose, ornata et nobilissima in Gallia facta est.* Ejus denique cladem, quam *Gallieni* temporibus a *Germanis* est perpeffa, unicus auctor enarrat.

136. Hujus auctoris ætas ex ipsius scriptis deducenda est: sed prius scripta illius sincera ab adscititiis, et quidem codicum manuscriptorum auctoritate, discernenda sunt: quare quæ in singulis codicibus habeantur examinare juvat. Ex codicibus manuscriptis et editis liquet, *Fredegarium*, seu quemlibet alium, qui sub hoc nomine hodie notus est, auctorem, ex variis antiquorum excerptis collectionem historiarum fecisse, cui rerum tempore suo gestarum narrationem alijunxit. At cum varia in variis codicibus opuscula hæc collectio complectatur non adeo facile

est ea, quæ a primo auctore collecta sunt, certo definire. Quamquam illud omnino extra dubium esse videtur, Gregorii epitomen et Chronicum ei subiectum sincerum esse hujus auctoris fetus; cum hæc opuscula, etsi Chronicum in aliis codicibus prolixius, in nonnullis vero brevius exstet, in omnibus omnino exemplaribus habeantur. De aliis hujus collectionis partibus dicendum.

137. Codex V. Cl. Jacobi Sirmondi, quem modo Claromontanum appellant, quod in Parisiensi Ludovici Magni collegio Claromontano asservetur, sæculo septimo scriptus, id est vivente collectionis auctore, primo chronologicum opus exhibet sub titulo *libri generationum*, a mundi creatione ad regnum Assyriorum. Tum subjunguntur varii catalogi, nempe Romanorum imperatorum ab Augusto ad Alexandrum, cognomento Severum, regum Hebræorum, etc.; subsequuntur annorum supputationes ab Adamo ad Christum natum. Tum catalogus Romanorum pontificum a sancto Petro ad Theodorum, qui manu paulo recentiori exinde continuatur ad Hadrianum I. Denique breve chronicum subjicitur a mundi exordio ad annum 31 Heraclii imperatoris, atque hi catalogi et supputationes recensentur in indice, qui initio libri præfigitur. Hunc eundem librum habet codex unus Canisii, minor ab eo dictus, et sic eum deinceps appellabimus, exceptis catalogis aliisque computis, quæ tamen omnia amanensis vitio in illo codice omissa fuisse patet ex præfatione, in qua, sicut et in codice Sirmondi, auctore inter multa diciturum pollicetur de ejusmodi rebus. Porro hic liber abest omnino a codicibus Canisiano majore et Boheriano, cujus loco hi exhibent libellum Quinti Julii Hilarionis, qui in Bibliotheca Patrum editus est.

138. Liber secundus Fredegarianæ collectionis sic absolute in codice Sirmondi habetur, absque titulo alio: *Incipit capitulare Chronice Gironimi scarpsum*. Continet capita 62 a Nini regno usque ad Belisarii mortem. Hic idem omnino liber habetur in codice minore Canisiano sub hoc titulo: *Incipiunt capitula Chronice Jheronymi excarsum*, et in Boheriano, ubi *Incipiunt Chronice Hieronymi*. Sed in utroque codice interseritur *Historia Daretis Frigii de origine Francorum*, omnino fabulosa, alia tamen ab ea quam sub hujus auctoris nomine in codice ms. sancti Albini Andegavensis nuper vidimus. Porro librum hunc codex minor Canisianus in duos partitur. Primum appellat *librum II generationum*, quem epistola Ilatii concludit; alterum vero *librum Chronice tertium*.

139. Liber tertius titulo caret in omnibus omnino manuscriptis; sic absolute incipit in codice Sirmondi: *Incipit præfatio Gregorii. Decedente, etc.*; tum, *Incipit capetolares libri quarti, quod est scarpsum de Chronica Gregorii Episcopi Toronaci, in Christi nomine fiat*. Deinde *Caput I de Chunis, etc.* Is liber est *Historia Gregorii epitomata*, quæ edita est. Error autem ama-

nuensis esse videtur quod hic *libri quarti*, loco *terti* scripserit, ut ex præcedenti et subsequenti libro perspicuum sit; nisi hic error ex ejusdem scriptoris oscitantia processerit, qui incaute, nec satis attendens ad divisionem quam auctor in prioribus libris instituerat, libros sequentes modo secundum tertium, modo tertium quartum appellaverit. Et quidem juxta Canisiani minoris calculum reipsa liber iste est quartus, cui consentit codex Ambrosianus apud Lambecium tomo II Bibliothecæ Vindobonensis laudatus, qui sic habet: *Incipit præfatio Græca Libri quarti*. At codex Boherianus, qui ad calcem præcedentis libri habet: *Explicit liber primus*, isti quoque subjunxit: *Explicit liber secundus*. Initio autem præfixerat: *Incipit præfatio græca. Tum: Capitulum I, quod est excarpsum de Chronicis Græc. episc. Thoronacis. Incipit liber. Cumque Vandali, etc.* Similem titulum exstitisse in minori Canisiano ex eo colligimus, quod ille pro suo more omisso capitulorum indice titulum libro præfixerit: *Incipit præfatio libri quarti, excerptum de Chronica Græca Thoromachi episcopi*, existimans hunc librum excerptum fuisse et Latinitate donatum ab auctore sæculi noni ex Chronico Thoromaci cujusdam episcopi Græci, quod falsum esse jam nemo nescit.

140. Post Gregorianæ Historiæ epitomen codex Canisianus minor habet Juliani Hilarionis librum, quem nonnulli codices, ut supra observavimus, primo loco exhibent. In Boheriano vero codice proximo post epitomen sequitur Chronicum sub titulo *libri III Chronice*. At codex Sirmondi habet: *Incipit prologus cujusdam sapientis*, quamquam nec ipse prologus, nec aliud quidquam ejus loco ibidem exstat, sed nullo spatio relicto exhibetur Fredegarii Chronicum præmisso hoc titulo: *Incipit capitularis Chronice libri quarti in Christi nomine*. At post capitulum indicem et prologum habet: *In nomine D. N. J. XI. incipit Chronica sexta. Guntramnus, etc.*, ut in editis ad mortem Flacoati relatam capite 90; quod caput Fredegarii Chronici ultimum esse infra demonstrabimus, quamquam nonnulli alii codices plura habent. Nihil vero post illud Chronicum et ejus continuatores habent alii codices, at Sirmondianus librum sequentem exhibet sic inscriptum: *In nomine Sanctæ Trinitatis incipit liber I I. ΚΡΩΝΙΚΩΡΩΜ sci. Esedori Epi. Primus ex Hsis Julius Africanus sub imp. Marco Aurilio Antonio, etc.* In fine autem: *Explicit liber breviarium temporum a sancto Hesidoro collectum juxta Historiæ fidem ab initio mundi usque quatuoragesimo anno Chlotacharii regis*. Et sic codex desinit.

141. Hæc porro fusius persequi visum est, ut sincera Fredegarii opera perspecta habeantur. Inde enim colligimus, eum historicam collectionem ab ipso mundi exordio ad Guntramni ætatem ex variis auctorum Chronicis adornasse, cui postea sui temporis historiam adjunxit. Id ipsum profertur in præfatione Chronico præfixa, quam col. 586* edidimus. *Itaque, inquit,*

* Hic et infra, quoties aberit parenthesis, revocatur lector ad numeros inter textum crassiori charactero expressos. EDIT.

beati Hieronymi, Ydacii et cujusdam Sapientis seu et Isidori, immoque et Gregorii Chronicas a mundi origine percurrens usque decedente regno Guntchramni, his quinque Chronicis hujus libelli..... inserui. Transacto namque Gregorii volumine temporum gesta... quæ postea mihi fuerunt cognita... legendo simul et audiendo, etiam videndo cuncta quæ certificatus cognovi, in hujus libelli volumine scribere non sili. Hujus vero collectionis integræ unum et eundem esse auctorem, præter præfationem et codices vetustos, probat ubique styli uniformitas, idem epitomatoris genius, sermo ubique æqualis et sibi similis, id est incultus plane ac barbarus, quoties auctor suo ore loquitur, nec verbis utitur alienis. Varietates vero illæ, quas in assignandis singulis libris codices etiam vetustissimi habent, ex amanuensium incuria, ut jam diximus, videntur processisse. Cæterum etsi nullum scriptorem Hieronymo vetustiore laudet ille auctor, ex quo suam collectionem consarcinaverit, antiquiores tamen excerptisse res ab eo narrate probant, cum Julium Africanum, ex quo multa excerptit Eusebius, Hieronymi, aut Eusebii quem Hieronymus continuavit, nomine comprehendisse extra dubium esse videatur. Quare antiquum aliquem auctorem alium ab Africano, qui tempore Alexandri Severi vixerit, ut visum est viris aliquot eruditis post Henricum Canisium et Marcum Welserum, admittere non videtur necessarium; quanquam præter Julium Africanum, alios quoque auctores Græcos recentiores ab eo auctore collectos fuisse existimat Hadrianus Valesius. Id unum certi hac in re statui potest, hunc auctorem collectionem suam ex Hieronymi Chronico aliisque auctoribus, quos ex ejus præfatione laudavimus, potissimum adornasse, admixtis tamen passim ex aliis auctoribus qui in ejus manus venerant, narrationibus.

142. Major esset, et quidem majoris momenti circa collectoris ætatem difficultas, nisi jam a Valesio, Cointio, et aliis viris eruditis illustrata fuisset. Etenim cum Fredegarii Chronicum in variis codicibus ad varia tempora protendatur, mirum non est si non eadem omnium fuit de ejus auctoris ætate sententia. In plerisque editis, ubi sub libri xi Historiæ Francorum, aut certe Appendicis ad Gregorii Historiam titulis exstat, usque ad Caroli Martelli mortem pertingit. Consentunt codices tres scripti, qui illud, ut sæpe diximus, sub libri decimi Historiæ Gregorii Turonensis nomine repræsentant. Hi sunt codex Colbertinus, qui sub Thuanei nomine celebris est apud Cointium; alter ex Vaticana bibliotheca; et tertius, si tamen a Vaticano distinguendus sit, Nazarianus ex bibliotheca Archipalatina, quo se usum fuisse testatur Marquardus Freherus: quibus unus, nisi fallor, addendus est ex Canisianis. At cum ipse Canisius in altero e suis codicibus Chronicum istud ad Pippini mortem usque porrectum invenisset, non solum additionem istam tomo II lectionis antiquæ inseruit, sed etiam inde sumpsit occasionem totum hoc Chronicum, immo et totam Fredegarii collectionem auctori

A anonymo tribuendi, qui sub Carolo Magno vixerit; atque eam sub hoc titulo reipsa vulgavit; quem secutus Marquardus Freherus; Chronicum sub unico Fredegarii nomine ad idem tempus continuatum edidit. Verum aliam inivit viam Andreas Chesnius, qui tomo I Historiæ Franciæ scriptorum idem Chronicum inseruit sub Fredegarii nomine, quod jubente Childebrando Pippini patruo scriptum fuit, et curante Nibelungo ejusdem Childebrandi filio ad Pippini mortem continuatum, quasi primarius scriptor Fredegarius Chronicum illud integrum Childebrandi jussu scripserit usque ad Pippini inaugurationem, ipsaque postea aut idem Fredegarius, aut alius quivis ad ejusdem regis obitum Nibelungo jubente protraxerit. At falsus est vir eruditus, deceptus inscriptione codicis Petaviani, quam dedimus columna 685, ex qua quidem Fredegarii Chronicum Childebrandi curis continuatum, aut certe continuatores in unum corpus redactos fuisse inferri poterat, non vero tunc primitus conscriptum. Fredegarium enim, vel quisquis est alius Chronici hujus auctor, Childebrando antiquiorem fuisse, et Chronicum suum anno 641 conclusisse jam probarunt viri eruditi validissimis rationibus, quas nos hic breviter perstringemus, additis aliquot argumentis, quæ rem, ut quidem mihi videtur, conficiant.

145. Fredegarii Chronicum ultra annum Chlodovei junioris 4, id est vulgaris æræ 641 non pertigisse, atque adeo in capite 90 desuisse evincitur ex codice Sirmondi seu Claromontano, qui circa istud tempus exaratus est. Idque probatur non tantum ex characteris quadrati forma et majusculis litteris, quibus scriptus est, verum etiam ex illis rebus quæ in ipso continentur. Nam catalogus pontificum Romanorum, qui, ut supra dicebamus, in primo collectionis libro insertus est, desinit in Theodoro, qui Romanæ Ecclesiæ ab anno 642 ad 649 præfuit. Sequentes autem pontifices ad Hadrianum I recensentur, sed alia, et quidem paulo recentiori manu. Consentit imperatorum Romanorum series, quæ ad trigesimum primum Heraclii imperii annum, id est ad vulgaris æræ 641 deducitur, ac proinde ad ipsum Chlodovei junioris annum quartum, quo Chronicum terminari contendimus. Ad idem ferme tempus res Hispanicæ describuntur ex Isidori Chronico: cujus clausula, quam supra ex eodem codice retulimus, annum 40 Chlotarii regis indicat, id est Christi 625. Eandem codicis antiquitatem demonstrat vetus inscriptio, quæ in ultima pagina characteribus Merovingicis apposta est, sed fugientibus litteris ob vetustatem pene detrita, cujus reliquias hic describere visum est. *Invenit Lucerios presbeter monacos dom.... tuma.... per ista croneca, et per alia croneca..... quod septuaginta anni sunt..... sus quod sextus miliarios d..... esse explitos conpotavit ipsos annos in upen..... in indictione exsiente tertiu d..... o quarto Dagoberto regnante.* Ex quibus fragmentis colligimus, Lucerium illum monachum annorum summam computasse anno quarto Dagoberti, indictione xiii: quod de Dagoberto,

non primo, sed tertio, quem alii secundum dicunt, haud dubie intelligendum est, cujus annus quartus cum anno Christi 715 coincidit. Proindeque hoc ipso anno jam scriptus erat codex Claromontanus, id est priusquam Fredegarii Chronicum continuaretur. Cæterum eandem inscriptionem in codice Claromontano, aut certe in altero simili viderat Philippus Labbeus, qui in epitome chronologica ad annum 715, se vidisse testatur antiquum codicem ms. in quo indictio xii mense Augusto cum anno quarto Dagoberti regis composita erat.

144. Alia sunt insuper indicia non pauca, quæ sincerum Fredegarii Chronicum in capite 90 desinere haud obscure insinuant. Nam et alii codices qui totam Fredegarii collectionem continent, etsi continuatores Chronico subiectos exhibeant, quasdam tamen præferunt notas, quæ diversa esse opera innuunt. In his Boherianus codex spatium aliquod inter caput 90 et continuatores reliquit. Quin et in capitulum indicium non plura quam 90 indicantur. Eadem habet Fredegarii editio a Marquardo Frehero adornata. Aimoinus plura non viderat, ut observat Henschenius in Vitam sancti Sigiberti tomo I Februarii, ubi et laudat codicem Melchioris Goldasti ab annis circiter 600 conscriptum, in quo Chronicum Fredegarii capitibus omnino 90 concluditur, apposita etiam vulgari clausula *explicit*, quæ opus perfectum indicat. Aliæ item sunt continuatorum a primo Chronici scriptore differentia. Fredegarius res gestas per annos regum Burgundiæ digesserat, unamquamque suo loco et suo tempore referens. Ast qui primus post caput 90 continuavit, compluribus omissis, posthabita annorum et regum serie, multa in unum congerit. Sigiberti gesta quæ Fredegarius inchoarat, penitus omittit, et ne unum quidem verbum de ejus obitu habet, aut de filii ejus Dagoberti fortuna, qui Grimoaldi factione in Scotiam transportatus, et postea a regni proceribus revocatus, regnum paternum aliquandiu obtinuit. Ad hæc annorum fere centum res gestas magni momenti quatuor aut quinque pagellis concludit. Qui vero eum secuti sunt alii continuatores, qui suo quisque modo res gestas enarraverunt. Horum aliquos ex Austrasia fuisse probat maxima in Austrasiorum reges et principes propensio. Denique nihil de Langobardorum et Gotthorum regibus, aliisque vicinarum gentium principibus habent, quorum tamen se-

145. Cum itaque constare debeat, sincerum Fredegarii Chronicum ultra capita 90 protendi non posse, visum est ipsum hæc in nostra editione a suis continuatoribus, immo et ipsos continuatores diversos, qui antea in unum confundebantur, ab invicem discernere. Quatuor in partes Chronici Fredegarii continuationem dividendam esse censemus, quod patet tum ex styli diversitate, tum ex alio et alio res gestas enarrandi modo, immo et ex scriptorum ætate, quæ nonnunquam indicatur. Pars prior caput 91 et quinque sequentia complectitur, minimæ omnium auctoritatis ut pote quæ post alias partes addita vi-

detur a consarcinate, ut hiatum, qui inter Fredegarii Chronicum et secundæ partis auctorem interjacebat, suppleret. Ad id usus est ille auctoribus antiquis quidem, sed fabulosis: unde res plurimum ab anno 642 ad 680, quos complectitur, confuse referuntur. Secunda pars quæ incipit capite 97 desinit in media parte capituli 109, his verbis *Regnum Francorum*; cujus auctor res potissimum in Austrasia gestas ab anno 680 ad 756 narrat, et quidem satis accurate. Ætatem suam prodit capite 109, ubi a duorum curricula replicans, se kalendis ipsis Januarii anni 755 scribere indicat, qui annus juxta nostrum computandi modum a Januario incipiens 756 censi debet. Pars tertia a capite 109 ad 118 continuatur, id est ab eo tempore quo prior desiit, ad Pippini regis inaugurationem, quæ anno 752 facta est. Hanc jussu Childebrandi ejusdem regis patris scriptam fuisse jam monimus, ex veteri inscriptione, unde etiam ab auctore æquali eam fuisse exaratam colligimus. Reliqua vero quæ sequuntur ad Pippini obitum, quo tota collectio absolvitur, jussu Nibelungi Childebrandi filii conscripta fuisse indicat eadem inscriptio. An vero idem ipse sit auctor, qui tum Childebrandi, tum Nibelungi jussu scripserit, ex inscriptione divinare non licet, nec rescire multum interest. Is est forsitan ipse, qui has omnes continuationes in unum corpus rededit, adjuvata ex Gestis Francorum et Anonymo Dionysiano prima parte, ne inter Fredegarium et secundum continuatorem hiatus esset annorum triginta et novem. Certe id innuere videtur sæpe laudata inscriptio. Et quidem omnes has chronicorum partes unum historiae corpus jam sæculo nono confecisse patet ex codice Jurensi, a Manuone ejus loci præposito sub exitum sæculi noni ad sancti Eugendi sepulcrum oblato, quo in codice hi omnes continuatores simul juncti exhibentur. Sic etiam eos exhibent duo alii codices, Boherianus scilicet optimæ notæ ab annis 600 scriptus, et alter eorum, ex quibus Canisius editionem suam adornavit. Chronicum tamen Fredegarii seorsim a suis continuatoribus, immo et singulas continuationis partes sub suis quasque titulis edidimus, ne tot auctorum confusio lectoribus negotium aliquod faceretur. Ultimam vero partem, quæ nulla hæcenus capitulum divisione distincta fuit, in varia capitula ob legentium commodum partiri visum est.

146. Ex his autem omnibus quæ diximus, Fredegarii ætatem colligere non admodum difficile erit. Cum enim Chronicum ejus anno 641 concludatur, passimque, et potissimum in præfatione, asseveret ea quæ audierat ipse et viderat, aut certe legerat, vel aliunde *certificatus* cognoverat se esse scripturum, nemo est qui inficari possit eum sæculo septimo labente floruisse. Vitam quippe ad annum saltem 688 protraxisse colligimus ex capite 48, ubi Samonem quemdam negotiatorem Francum in Slaviam abiisse memorat anno Chlotarii 40, id est ætæ vulgaris 625, ibique electum in regem anno 35 imperasse. Ex his etiam quæ diximus de Fredegario, colligi debet, hunc auctorem magno in pretio apud viros eruditos habent-

idam, ut pote vetustissimum, oculatum et unicum, deficiente Gregorio, gentis nostræ historiæ scriptorem. Unde si qui auctores forte occurrant, qui eum agre laudatum voluere, vel de ejus collectionis prioribus libris intelligendi sunt, aut certe styli barbariem, modumque res enarrandi plane impositum attenderunt, vel denique Chronicum ejus ad Pippini mortem usque pertugisse existimaverunt. Etenim si de sincero ejus Chronico agatur, quod, ut probavimus, ultra Flacati mortem capite 90 relatam non protenditur, nemo est qui ipsum probare non debeat. Ita sentit Hadrianus Valesius, qui cum primum Chronici continuatores a Fredegario non distinxisset, styli ejus barbarie offensus, rerumque scripturarum brevitate, eum non modo indoctum pronuntiavit, sed etiam, ut pote linguæ Latinæ grammaticæque ignarum ac plane barbarum usque ad fastidium et horrorem legendum, exosum habuit. At postmodum re attentius inspecta, cum codicis Sirmondiani ope Chronicum Fredegarii sincerum a cæteris secevisset, in laudes statim Fredegarii erupit, rejecta in temporis vitium auctoris in dicendo et narrando brevitate: *Fredegarius, inquit, ita est Historiæ nostræ necessarius, ut si tempora Chlotarii minoris, Dagoberti ac Chlodovi II nota habere volumus, prorsus eo curere non possimus.* Fatetur alibi nullum fuisse gentis nostræ historicum, qui ejus verba suos in commentarios non retulerit. Denique cum ad annum 641 in Historia rerum Francicarum pervenisset. Fredegario sibi deficiente sic conqueritur: *Fredegarius scholasticus nos in eo anno destituit, historicus pro captu illorum temporum diligens, ut ætate, sic auctoritate Gregorio proximus, et in magna bonorum auctorum inopia utilis ac necessarius, nec usquequaque contemendus, cujus brevitatis et cætera omnia vitia temporibus imputari debent.* Hæc ille, cui facile subscribent quivis veterum rerum Francicarum sinceri amatores.

147. In emendando autem Fredegario, codicibus manuscriptis potissimum quatuor usi fuimus. Primus ex illis, codex Jacobi Sirmondi vulgo appellatus, hodie in bibliotheca Collegii Parisiensis Soc. Jesu Ludovici Magni asservatur, quo nobis pro sua humanitate, quantum libuit, utendum permisit R. P. Joannes Harduinus, cumque ut pote auctoris ætate, ut supra diximus, scriptum diligentissime de verbo ad verbum contulimus. Secundam habuimus ex bibliotheca illustrissimi viri Boherii in Divionensi senatu præsidis infulati. Hunc codicem cum editis primum contulit noster domnus Odo Clergerius Divione apud sanctum Benignum; sed postea ipsummet codicem

A coram videre ac evolvere licuit, beneficio Cl. viri D. Boherii de Saviniaco, qui patris et avi in litteras amoris non minus quam cæterarum dotum successor, eum Parisios attulit, nobisque utendum commodavit. Tertium, qui in bibliotheca Colbertina asservatur, V. Cl. Stephano Baluzio humanissime concedente accepimus. Quartum denique e Laureshamensi sancti Nazarii monasterio in Vaticanam bibliothecam delatum, cum editis contulit noster domnus Claudius Stephanotius, indefessus studiorum nostrorum adjutor. His codicibus addendi duo ex quibus Canisius suam *Thoromachi*, ut vocat, *collectionem historicam chronographicam* edidit, et tertius e Palatina bibliotheca a Frehero collatus: quos omnes, ac editiones varias quas consulimus, infra in peculiari indice codicum recensimus.

148. Pauca supersunt quæ de monumentis in Appendice ad hujus voluminis calcem superaddita dicamus, cum eorum omnium index suo loco proferatur. Ea vero selegimus ex vetustis auctoribus et variis Historiarum collectionibus, quæ aut a Gregorio nostro laudantur, aut multum prosunt ad opera ejus illustranda, e quibus pauciora quidem e mss. de novo erata sunt, sed pleraque ad vetustos codices collata, et passim emendata: ex quibus mss. unus est Corbeiensis, ætate Gregorii exaratus. Denique subjunximus brevem conditionis monasterii nostri sancti Germani a Pratis historiam, quod illud sit Childeberti regis illustrissimum pietatis ac munificentiae monumentum, in ejus basilica ipse cum nonnullis aliis regibus sepulcrum habet. Æri etiam incidimus iconem tumuli Fredegundis reginæ, atque alias istius ævi reliquias, quæ multum conferunt ad illustrandam eorum temporum historiam.

149. Jam tandem finis imponendus est Præfationi nostræ, fortasse prolixiori; atque exhibenda Vita sancti Gregorii episcopi Turonensis, absque auctoris nomine jam edita, quæ in nonnullis antiquis codicibus Odoni abbati tribuitur. Sic enim in codice sancti Sergii Andecavensis inscribitur, *Prologus domni Odonis abbatis. Omnium, etc. Incipit vita edita ab Odone abbate.* Idem in fine repetitur. Hunc vero Odonem non alium esse putamus a sancto Odone Cluniacensi abbate, qui apud Cæsarodunum Turonum educatus ac diu conversatus, facile adduci potuit ad scribendam vitam sancti antistitis, jam tunc ad pedes sancti Martini in ejus basilica sepulti, quam ex ejusdem Gregorii scriptis forte collegit priusquam fieret monachus, cum adhuc esset basilicæ Martinianæ præcentor et scholarum Magister.

VITA SANCTI GREGORII

EPISCOPI TURONENSIS

PER ODONEM ABBATEM.

Prologus.

Omniū quidem sanctorum jure memoria veneratur, sed eos primum fideles honorificant, qui vel doctrina, vel exemplo cæteris clarius effulsere. Porro unum ex his beatum Gregorium Turonicæ sedis archiepiscopum fuisse, eumque hac gemina dote resplenduisse non parva documenta produnt. Cujus nimirum gesta vel partim necessario describuntur, ne fama tanti viri quandoque dubietatis nebula fuscaretur. Et quidem satis est ad ejus gloriam quod Christum, cui placere quæsiuit, consciū habet in excelso, sed tamen et hic nefas est illius laudes tacere, qui tot sanctorum studuit laudes propalare. Quæ scilicet relatio quantula erit, nec ejus insignia ut sunt proferet, quoniam plurimis quæ opinione feruntur omissis, pauca quædam quæ ex libris ejus approbantur attingimus. Quod si quis Judaico more signa requirens sanctum quemlibet signorum quantitate metitur, quid de beata Dei Genitrice, vel de præcursore Joanne censebit *? Sanius itaque discernat quod in tremendo die multis qui signa fecerunt reprobatis, hi qui opera justitiæ sectati sunt ad dexteram superni Judicis soli colligentur. Non igitur præsumem nostrum a gestu miraculorum commendamus, quamvis et illa non omnimodis deerunt, sed quod mitis et humilis corde Christum imitatus fuerit demonstrare aggrediamur ^b.

I. Gregorius Celtico Galliarum tractu fuit exortus, Arvernica regionis indigena, patre Florentio, matre Armentaria procreatus. Et si quid divinæ generositati terrena conducit nobilitas, parentes ejus cum rebus locupletes, tum quoque natalibus fulserunt illustres. Sed quod pluris est, muniis divinæ servitutis quadam peculiari devotione ita videbantur annexi, ut quisquis ex his irreligiosus existeret, jure degener notaretur, ad quod astruendum quiddam de propinquioribus inseramus. Itaque Georgius ^c quondam senator Leocadiam duxit uxorem; hæc de stirpe Vectii Epagati descenderat, quem Eusebius in quinto Historiarum libro Lugduni passum, ac inter reliquos tunc temporis narrat gloriosius agonizatum. Quæ Leocadia peperit sanctum Gallum Arvernica sedis episcopum atque Florentium hujus pueri genitorem. De hoc autem Florentio, sed et de Armentaria matre, de Petro quoque fratre ejus, nec non et de uxore Justini sorore ejus, ac duabus neptibus Heustena videlicet, et Justina beatæ Radegundis discipula, libri miraculorum talia referunt, per quæ fides illorum et merita non exigui momenti fuisse dignoscantur. Hæc autem Arvernica [Ed. Arvernica], quæ puero genialis humus fuit, vehementer olim caput extulerat, ita ut senatoribus vultu urbs Tarpeia [It. Roma] præpolleret: ab his Grego-

rii parentela profluxerat, hæc senatores, hæc iudices et quidquid de ordine primariorum dixerim proferebat. Id sane de parentibus dictum sit, ut quia Dominus in generatione justa est, ad laudem Gregorii proficiat, quod ei sua progenies titulo sanctitatis columna videatur ^d. Hujus genus et patriam Fortunatus commemorans (*lib. viii, car. 17*),

Forte (*inquit*) decus generis, Turonicensis apex
Al. ibus Arvernīs veniens mons altior ipsis.

Ad matrem quoque ejus (*lib. x, carm. 21*),

Felix bis meritis sibi Macchalæa vel orbi,
Quæ septem palmas cælo transmisit ab alvo:
Tu quoque prole potens recte Armentaria felix.
Fetu clara tuo geniti circumdata fructu,
Est tibi Gregorius palma corona novus.

Ita nobili stirpe nobilissima proles emergens, ut rosa quædam suo stipite gratior, decus generositatis auctum in parentes refudit. Et quamvis jam mysterii majestas in nominibus non queratur, tamen hic, ut rebus assertum est, Gregorius competenti præsidio nominatur. Sic enim Græcus vigilantem appellat, hic denique non solum tertiam vigiliam, sed quod majus est secundam, quodque rarissime videas, observavit et primam: et quia jugum Domini ab adolescentia portavit, sedebat [Al. sedebit] solus, ut ait Hieremias, vel certe prope Martinum. Ut autem ætatulæ

^c Germ., *censeat*. Serg., *censebitur*. Samus.

^b Ed. et Cor., *demonstramus*. Germ., *demonstramus*.

^c Sic recte Serg.; ita enim dicebatur Gregorii avus, et est Gregorii lectio. Editi, *Gregorius*.

^d Germ., *quod sua... eo collumina a videtur*.

robur admisit, litterarum studiis mancipatur, in quibus euidem studiis primitus sub Gallo episcopo, suo videlicet patruo, sensus illius teneritudo coaluit.

II. Cum ergo jam in discendis notarum characteribus ageretur, hunc divina dispositio virtutum aspiciis initiavit, sanctamque ejus infantiam signorum ostensione nobilitavit. Nam pater ejus nimia valetudine comprehensus lectulo decubabat, intimis ossibus ardor furere, podagricus humor foris intumescere, vapor aridus ora perurgere cœpit, cum quidam puer vir per visionem apparens diceret: Legisti, ait, librum Jesu Nave? cui ille: Nihil, inquit, aliud litterarum præter notas attendo, quarum nunc exercitio constrictus affligor. Nam hic liber si sit penitus ignoro. Et ille: Vade, inquit, fac hastulam ex ligno quæ possit hoc recipere nomen, scriptumque ex atramento sub paterni capitis fulcro collocabis: quod si feceris, erit ei præsidium. Mane facto, matri quod viderat indicavit: senserat nimirum sancti puer ingenii non suo, sed matris judicio, rem esse gerendam. Tunc illa jubet visionem implere. Factum est, et pater de momento convaluit. Quid sane rationabilius quam nomen Jesu vel lignum ad reparandam sospitatem congrueret?

III. Parentes ejus, ut revera nobiles erant, et in Burgundia diffusi latifundii possessores. Sanctus vero Nicetius, vir totius religionis, qui Lugdunensi præerat civitati, cum prædicti parentes eum vicinarent^a, puerum Gregorium sibi jubet acciri. Quem sanctus vir coram positum aliquantisper contemplatus, et nescio quid divinum in eo commentatus, jussit hunc ad se, jacebat enim in lectulo, levare: ac velut^b paradisi colonus concivem sibi futurum præsciens, ulnis astrictum cœpit confovere, cum quidem, quod reticendum non est, ita colloquio se totum contexit, ut nec summis digitis puerum in nudo contingeret. Hoc sane castitatis exemplum isdem puer adultus auditoribus suis frequenter ingerebat, ex hac perfecti hominis cautela suadens eos colligere, quantum fragiles quique debeant leporis attactus vitare^c. Benedicti ergo puerum, et imprecatus illi prospera suis remisit eum.

IV. Biennio vero post miraculum quod diximus ferme exacto, jam memoratus Florentius recidivo languore^d captatur: accenditur febris, intumescunt pedes, dolor pessimus pedes inorquet; perendinata pestis hominem contriverat, jam pene conclavatus jacebat. Interæa puer vidit iterum in somno personam sese utrumne librum Tobie cognitum haberet interrogantem. Respondit: Nequaquam. Qui ait: Noveris hunc fuisse cæcum, atque per filium ex jecore piscis angelo comitante curatum: tu igitur fac similiter, et salvabitur genitor tuus. Hæc ille matri retulit: quæ confestim pueros ad amnem direxit: piscis capitur, quæ de ejus extis jussa fuerant prunis imponuntur. Non fefellit virtutis eventus, ut enim

A primo fumus odoris [*Ger.* odor fumi] in naribus patris rellavit, protinus omnis ille tumor dolorque discessit. Si magnum est os Zachariæ Joannis merito fuisse reseratum, nec modicum utique est Florentium non semel, sed bis per filium esse curatum. Senserant ex hoc iidem parentes quod dextro pedi potissime forei tinnixurus; nec ignorare poterant quin illum divina dispositio dexterioribus officiis aptavisset. Quem tamen non continuo tonderunt, ipsius, ut reor, assensum in suscipiendo clericatu præstolantes, litterarum tamen studiis instantius applicabatur.

V. Adhuc itaque laicus, tam sensu quam corpore adoleverat, cum subito vi nimia febrium ac stomachi pituita comprehensus, cœpit graviter ægrotare, languor per dies ingravescere, medicinalis industria nihil proficere. Quem patruus Gallus frequenter visitabat, genitrix vero ut mater eum lamentis assiduebat. Sed cum jam de humano auxilio desperaretur, cœlitus adolescenti suggestum est quod se ad divinum conferret. Rogat igitur ut ad sepulcrum S. Illidii, erat enim juxta, portari deberet. Sed ei parum profuit, quia causa differebatur quæ per illud incommodum quærebatur. Domi reportatus ita cœpit post paululum tormentari, ut putaretur ad exitum urgeri. Vexatio tandem fecit causam intelligi, consolatur eos qui se flebant, dicens: Ad sepulcrum beati Illidii me semel adhuc deferte; fides mea est, quod et mihi sospitatem et vobis mox præstabit lætitiâ. Tunc vero illic deportatus, voce qua poterat orationem C fudit, spondens quia si ab hoc contagio liberaretur, clericatus habitum suscipere nec prorsus moraretur. Dixerat, et sensit protinus discedere febrem, et a naribus ejus copia sanguinis delluente, sic omnis illa valetudo disparuit, ac si legatus quidam re pro qua venerat obtenta, discedere festinaret: ita eam deposuit, et se divinis obsequiis ex toto mancipavit.

VI. Cum vero sanctus Gallus ad emeritam beatæ vitæ coronam vocaretur, vir Domini Avitus adolescentem suscepit, qui cum ejus ingenium morumque habitudinem exploravisset, magistrorum diligentiam adhibuit, et quanta vel ipsius industria, vel eorum sedulitas velocitate poterat, ad arcem sapientiæ propevit. Hæc in Vita præfati Illidii reperies. Porro autem in discendis litterarum studiis ea se discretione exercuit, ut utraque nimietate careret: nec poetarum nænias ex toto horreret, nec tamen, ut plerisque mos est, iis indecentius hærens, earum lenociniosamente ancillaretur. Fecit enim quod suffecit, aciem cordis veluti ad quamdam cotem exacuit; et ita quas ab Ægyptiis vasa aurea promutans, et ad eremum qua [*miss.* quo] manna comederet demigrans, in perscrutandis divinarum Scripturarum potentatibus intravit. Quod ipse de se loquens ostendit dicens: Non ego Saturni fugam, non Junonis iram, non Jovis stu-

^a *Ger.*, ejus. *Serg.*, ei vicinarentur.

^b *Serg.*, ad se accedere jacebat enim in lectulo, velut... præsciens.

^c *Ed.*, debeant tactus vitare.

^d *Alii miss.*, redivivo. *Ed.*, redivivo dolore captatus.

pra commemorare, et cætera monstrari, quæ ille secutus adnectit usque dum diceret: Hæc omnia tanquam cito ruitura despiciens, ad divina potius et evangelica revertar; non enim vel vinciri cupio meis rebus vel involvi. In quo se ostendit hæc scisse quidem, sed saniori iudicio respuisse.

VII. Tempore præstituto diaconus ordinatus est. Ea tempestate erat quidam vir Arvernicus, qui lignum de sacrosancto beati Martini sepulero detulerat, sed cum ligni reverentiam incautus negligeret, omnis ejus familia graviter ægrotare cœpit. Cum subinde linguor ingravesceret, et ille causam percussione ignorans minus se emendaret, vidit in somnio personam terribilem, cur secum ita ageretur pereunctantem. Qui cum se nescire diceret: Lignum, inquit, quod de lectulo domni Martini tulisti, negligenter hic retines, et ideo hæc inenristi; sed vade nunc, defer illud Gregorio diacono. Dignus jam, ut reor, idem Levita figurabatur, cui domus iste Martinus pretiosa quæque sui gregis esset commendaturus. Tunc temporis apud Arvernum plerique in habitu religionis viri fulgebant, quos idem juvenis nunc cum beato Avito, nunc semolim invisibat, quatenus ab eis vel exempla pietatis assumeret, vel ipsis quod forte deerat mutua charitate præstaret. Nimirum in iis Christum colebat, et veluti solis jubar in vertice montium refulgentem [*Ed. refulgens*], in iis interim dum in seipso videri non potest, Christum respiciebat. Ad hoc animum intendens, vel ad laudem Christi proferret quidquid per eos, vel etiam per illos qui jam cœlo præcesserant, operari dignabatur.

VIII. Sane inter cæteros in quibus, ut diximus, Christus velut in montibus resplendebat, dominum et gloriosum Martinum deprehenderat, qui reliquos velut quidam Olympus excedit, et luculentius ut potest ætheri vicinior fulgoribus ipsa astra reverberat, in cujus utique veneratione totus orbis merito jam olim conjurat, in hujus desiderio Gregorius exardens inferbuit ^a. Hunc semper in corde, hunc in ore gerens, laudem ejus ubique spargebat. Dum vero mentis (*Sic*) ad nimium in exercitio virtutum defigeret, caro ejus a propriis viribus lacescebat, ita quippe mos est. Hinc est quod Daniel postquam angelicæ visionis contemplatione levatus est, a carnis virtute deficiens per multos dies ægrotavit. Hic itaque virtutibus proficiens, sed viribus corpōis intabescens, aliquando valetudinem cum febre et pustulis incurrerat: qua tandem ita confectus est, ut usu cibi potusque negato, omnem vitæ hujus spem amiserit. Unum tamen supererat quod ejus fiducia Martino inmixta nullatenus vacillabat. Quinimmo ferventius flagrans, tanto ejusdem Martini desiderio succensus est, ut eum mors pene caput illi emergerit, ad visendum tamen ejus sepulcrum iter arripere non dubitaverit, nec eum sui dehortari possent, cum obnixè resisterit, quia corporis illa febris febri vincebatur amoris. Et quidem actis duabus vel tribus mansionibus, itineris occasione

A lidem languor invaluit. Sed nec tunc omnino cogi potuit quin ad propositam Martini fiduciam festinaret, nomine divinæ majestatis dehortatores obtestans, ut vel vivum, vel certe [*Al. forte*] defunctum se ante ejus sepulcrum exponerent. Quid plura? pervenit utcumque, probata fides speratæ salutis compos effecta est. Et non solum ille, sed et Armentarius quidam ex ejus clericis, qui sensu penitus caruerat, merito prædictæ fidei sanatus est. Agens itaque tam pro se quam pro illo gratias, amore Martini exsatiatus, vel potius magis succensus, ad patriam rediit.

IX. Aliquando vero cum iter de Burgundia ad Arvernem faceret, magna contra se tempestas exoritur, densus aer in nubibus cogitur, crebris ignibus cœlum micare, validisque tonitruorum cœpit fragoribus resonare, omnes pallescere, imminensque periculum pavitare. Sed Gregorius animæquior, sanctorum reliquias (has enim indiesinenter collo ferebat) de sinu protrahit, et minacibus constanter nubibus opponit: quæ protinus divisæ, dextrâ lævaque prætereuntes, illæsum iter gradientibus præbuerunt. At superbia, quæ plerumque virtutibus nutritur, juvenili animo protinus irrepsit; privatim gaudet, suisque meritis præstitum arrogat. Sed quid tam vicinum superbiæ quam casus: nam equus eni incederat illico lapsus, hunc ad terram graviter elisit, ita ut omni corpore contusus [*Germ. concussus*] vix assurgere posset: causamque ruinæ intelligens, satis deinceps cavet, ne se vanæ gloriæ stimulis qualibet sub occasione dejiceret: sed quotiens per eum aliquid divina virtus egisset, non suis meritis ascriberet, sed virtuti reliquiarum, quas, ut diximus, perinde ferebat. Quod factum si decreveris, mirabilius est superbiæ correxisse quam nubem divisisse.

X. Erat autem in orationibus assuetus, præsertim quietis horis. Solemnitas beatæ Mariæ Virginis advenerat, siquidem apud Arvernem in villa Marciaensi ejus reliquiæ continentur. Tunc forte Gregorius intererat, qui cæteris alto sopore depressis, ad secretam orationem suo more processit, conspicatusque eminus videt oratorium ingenti claritate fulgere. Credit igitur aliquos devotorum jam se ad celebrandas vigiliis præcessisse, visione tamen luminis attonitus illo pertendit, cumeta silentio data deprehendit. Ad æditum transmisit, sed interim ostium sponte reseratur; ille ad angelicas exebias reverenter ingressus divinam visitationem illico agnovit: claritas, quam a foris mirabatur, protinus discessit, nihilque præter virtutem gloriosæ Virginis videre ^b potuit.

XI. Anno centesimo septuageimo secundo post transitum domni Martini, Sigiberto rege anno duodecimo regnante, beatus Eufronius, qui inter virtutes consensescens tanta gratia donatus est, ut ei prophetiæ spiritus inesse visus sit, appositus est ad patres suos, tempusque advenerat, ut Gregorius amore beati Martini dudum flagrans, et ad pastoralis officii ministerium idoneus existens, cathedram ejus vice

^a Hic desinit Vita in codice Cormanicensi.

^b Serg., *Nihilque amplius videre. Al., per virtutem.*

sua regendam suscipere debuisset. Cum igitur beatus Eufronius obiisset, Turonici de ejus successore tractaturi conveniunt, sed facili discrimine suasum est cunctis Gregorium in electione præferendum. Personam huic loco ^a frequentissimam jam olim sciebant, pluraque ejus gesta viro digna cognoverant. Tunc vero, cunctis in consona voce coeuntibus, cerneret Deo [Al. Domino] favente causam prosperari. Nam clericorum turba [Ed. turba] nobilibus viris conserta, plebsque rustica simul et urbana, pari sententia clamant Gregorium decernendum, eum claris meritis, tum quoque nobilitate pollentem, sapientia præcipuum, generositate primum, principibus notum, ac pro sua probitate reverendum, omnibusque officiis habilem. Legatio ad regem dirigitur, cum quidem Domino dispensante Gregorius eorum reperitur. De hac igitur causa conventus, quanta humilitate se excusare tentavit, quibus modis se subducere nisus est? Sed qua velle Domini ^b est, huc cætera flectuntur. Hunc rex auctoritate cogit, hunc Brunichildis regina perurget. Sed quoniam discreta humilitas obedientiam non recusat, tandem aliquando assensus est. Quem, ut credo, ne qualibet occasione dilatus profugeret, statim Egidius Remensis archiepiscopus ordinavit, ut Fortunatus poeta scribens, ait (*lib. v, carm. 2*):

Martino proprium mittit Julianus alumnum,
Et fratri præbet quod sibi dulce fuit.
Quem patris Egidii Domino manus alma sacravit,
Ut populum regeret [Al. recreet], quem Radegundis
[amet.]

Huic Sigibertus ovans favet, et Brunichildis honorat.

Sedes itaque Turonica octavo decimo die postquam Eufronium amiserat, Gregorium suscepit. Turonensibus vero novo pastori triumphanter exsiliensibus hoc prædictus poeta panegyricum carmen procudit (*Ibid.*):

Plandite felices populi, nova vota tenentes,
Præsulis adventu spes gregis ecce veni.
Hoc puer exertus celebret, hoc curva senectus,
Hoc commune bonum prædicet omnis homo.

Et cætera quibus hunc a Turonensibus celebratum, et ad cathedram legaliter ingressum ostendit.

XII. Indeptus ergo præsulatum, qualis vel quantus fuerit, ut compendiose dicatur, et plures ecclesie quas noviter construxit, vel quarum sartatecta restauravit, iasinuant, et libri in laudem sanctorum vel in expositione sanctarum Scripturarum editi quamprimum demonstrant. Matrem namque ecclesiam, quam dominus Martinus construxerat, hic nimia vetustate confectam arcuato schemate reparavit, atque histriatis parietibus per ejusdem Martini gesta decoravit. Quod metricanorus noster non tacuit, dicens inter cætera (*lib. x, carm. 2*):

Martini auxiliis operando Gregorius ædem,
Reddidit iste novus quod fuit ille vetus.

Et item (*Ibid.*):

^a Ed., in loco. Serg., præferendum quippe quem tanto munere dignum jam pridem cognoverant. Tum vero, etc.

^b Germ., Sed quia velle Dei huc. Ed., hinc.

Fundamenta igitur reparans hæc prisca sacerdos
Extulit egregius quam vituere prius.

Sed plures alias, ut diximus, sicut in ipsius chronici reperitur, ut est ecclesia sanctæ Crucis vel Martiensi ^c villa.

XIII. In construendis vero spiritalibus templis, videlicet in custodia gregis, quam certatim sese impenderit, vel ex hoc animadvertitur, quod nec ab ipsis quidem sanctis viris studium suæ prædicationis continuit. Nam ut de iis taceatur, quorum, ut ait Apostolus, peccata manifesta sunt, de quibus superfluo quidquid diceremus esset, ad ostendendum quantumtopere circa perfectiores sollicitus exstiterit, duo saltem eorum, quos ob sanctitatis insignia vix præter Gregorium aliquis arguere præsumeret, ad medium deducantur. Haud longe enim post ejus ordinationem sanctus Senoch abbas de cella sua egressus, ad eum salutandum profectus est. Quem sanctus vir magna reverentia susceptum, mutuoque colloquio sensim exploratum, peste [Ed. æstu] superbix mox persensit infectum. Sed gratia, quæ in discernendis spiritibus huic suppeditabat, illum ab eadem superbia penitus expurgavit. Nec dissimili virtute circa beatum quoque Leobardum exstitit sollicitus, quem nequam spiritus ita sinistris cogitationibus agitabat, ut propter quamdam verborum contumeliam de cella qua se dudum recluserat migrare decrevisset. Sed nec iste potuit incurrere casum, qui Gregorium meruit habere sublevantem. Nam cum solito ad Majus Monasterium quasi sacra Martini vestigia deosculaturus adiret, sollicitus pastor qualiter ovis amore Christi vinculata se gereret ad ejus tugurium divertit. Cui mox ille secreta cordis quæ diabolus quasi rationalia confinaxerat eidem reseravit: qui protinus, sagacissimo ut erat ingenio, diaboli commenta deprehendit, et non minimo dolore suspirans, increpare hominem cœpit, ac diabolicam calliditatem verbis competentibus denudavit; domique reversus, libros ad propositum monachorum congruos ei pia sollicitudine transmisit. Quibus relectis, non solum ab illa quam patiebatur incursione curatus est, sed etiam in sensus acumine multum proventus. Nihil ergo nunc magnificentius quæras, nihil in laude Gregoriana præstantius expectes. Si anima corpore melior est, satius esse quemquam in ea suscitari, nec mendax negare potest. Vox autem ejus quam imperiosa fuerit, vel ea quæ dicebat, quam auctoriosa vita subditis inculcaverit, diligens lector in ipsis libris explorabit.

XIV. Verum, ut supra retulimus, incommodo corporis frequenter ob incuriam carnis fatigabatur, sed eum quotiens corpusculum nimio virtutum exercitio fatigatum languor inclementius pulsavisset, ille ad Martinum suum recurrens, concito sanabatur. Hoc sæpenumero fiebat. Quando autem et qualiter,

^c Serg., Martensi. Ed., in Artensi. An Artonensis villa, seu domus Marciacensis? Ecclesiam S. Crucis a Gregorio conditam laudat Fortunatus lib. II, carm. 3, quæ hodieque subsistit, titulo parochiali insignis.

In descriptione miraculorum ita dirigitur ^a, ut merito A puit, ut nec ea quæ jam apprehenderat ultra nec ad lectorem delectet : si quidem ut discretus et humilis modicum ustulare posset.

quanto illa humiliter expetebat, indignum se iudicans XVII. Causa fuerat qua Remense oppidum adire debuisset exceptus, ibidem noctu quiescit, in crastinum vero illucescente Dominica ad ecclesiam episcopo reservabat. Contigit aliquando ut solita beati Martini collocturus venit. Cum ejus adventum in secretario virtute ab unius temporis dolore sanaretur, cui post præstolaretur, nolebat enim in ecclesia loqui, Sygo paululum cogitatio per insidiatorem subiit injecta, referendarius quondam Sigiberti regis ad eum accessit, quem ille osculatum sedere juxta se fecit. quod pulsus ille venarum sanguinis posset minutione Dum aliquantisper secum sermocinarentur, et ille de sedari. Dum id apud se volveret, amborum temporum venæ prosiliunt, renovatus dolor ardentius irrumpit, sed ille concitus ad basilicam properat, ore Gregorii penderet, subito auris ejus, quæ pridem obsurduerat, cum quodam crepitu [*Germ.* strepitu] reserata est. Ille gratias cœpit agere, et quid ei per veniam prius pro cogitatione precatur, dehinc palla Gregorium præstitum sit manifestare. Sed vir Do- sancti sepulcri caput attingit, et illico sanus abscessit.

XV. Multa, fateor, in laudibus diversorum jam dig- B gesserat, sed quamvis amore Martini vehementius infereret, ad ea tamen quæ de ejus miraculis scribenda erant, se nullatenus dignum iudicabat, donec bis et ter per soporem admonitus, si taceret erimen incurrere minaretur. Denique oratorium sancti Stephani quod in suburbio est iusserat prolongari, et altare ut erat integrum in antea promoveri, sed quia nihil de pignoribus ibidem reperit, unum ex abbatibus, ut ejusdem martyris reliquias exhiberet, ad episcopium, clavem tamen oblitus direxit, qui capsam obseratam reperiens quid faceret dubitabat : si ad episcopum pro clave rediret, morosum erat; si capsam exhibuisset, ob multorum pignora sanctorum quæ ibi continebantur, molestum ei esse sciebat. Cum igitur apud se hæsisset, ut divina gratia cooperatricem se Gregorio testaretur, capsam exsili- C entibus repagulis aspexit reseratam. Tunc gratias agens, reliquias non sine admiratione multorum Gregorio detulit, qui reversus capsam ut reliquerat obseratam invenit.

XVI. Multa quidem Gregorius, quæ insequi longum esset, in salute languentium operabatur, quæ tamen sub obtentu sanctorum, quorum reliquias perinde ferebat, a suis meritis excludere nitebatur. Cum quidem hæc tanto verius per ipsum fiebant, quanto ipse humiliter aliis tribuebat, ut est illud. Cum aliqua do per viam graderetur et crucem auream cum reliquiis beatæ Mariæ semper virginis, vel beati Martini collo gestaret, haud procul a via cujusdam pauperis hospitium incendio conspicit cremari. Erat autem, ut est in usibus pauperum, D foliis atque surculorum cremis, ignium videlicet fomentis, contactum. Hæc illæque miser cum uxore et liberis cursitare et strepere, aquam advehere, sed nequicquam. Jam flammæ prævaluerant, nec poterant mitigari. Tunc vero Gregorius accurrit, et contra flammarum globos crucem elevavit, moxque in aspectu sanctarum reliquiarum ita totus ignis obstu-

audire possent. Ita Gregorius supernis auribus ostensus est vicinus, et operibus charitatis intentus.

XIX. Fides et devotio populi valde per Gregorium succrescebat; at malignus hostis non modico dolore torquebatur : unde factum est, ut vim suæ malignitatis ferre non sustinens, vel pastoris, vel gregis fiduciam apertis vocibus dementare conaretur. Ipsa namque Natalis Domini die cum Gregorius pontificale ^d festum in principali basilica, sicut mos est, solemniter celebrare procederet, quidam ex energumenis atrocior cæteris cœpit nimium debacchari, et sequentibus vel obviantibus turbis, quæ Gregorium sepebant, se obvium ingerens : Frustra, inquit, Martini limina petitis, incassum ejus ædem aditis, quia vos propter multa erimina dereliquit : ecce vos abhorrens Romæ mirabilia facit. Hæc et alia plura cunctis, ut erant constipati, populis verba diabolus

^a Serg., *Hoc sæpe fiebat quando aut æqualiter in discretionem miraculorum ita dirigitur, ut, etc.*

^b Papyrius Masso legit Ararim; sed nostra lectio melior ex ipso Gregorio, qui hunc fluvium Berberim appellat.

^c Mss. 2, usu consuetæ pietatis.

^d Serg., *principalem festum... solemnizare procederet. Germ., Gregorius in principali basilica, sicut moris est solemnizare procederet.*

lusingabat, ad quam vocem non solum rusticorum A corda exturbantur, sed et clerus, quin et ipse Gregorius pavore concutitur. Inredientes autem cum fletu magno basilicam, omnes pavimento prosteruntur, orantes ut sancti viri præsentiam mererentur. Quidam vero, cui ante tres annos ambæ manus cum uno pede contraxerant, ante sanctum altare cum reliquis prostratus beati Martini auxilium precabatur, qui subito nimia febre circumdatus tanquam in equuleo torquebatur extensus. Inter hæc sancta solemnia gerebantur, cumque sanctus pontifex flelibus insistens beati Martini præstolaretur adventum, divino mysterio palla jam ex more cooperto, languidus ad plenum restituitur sanitati. Quare Gregorius admodum gavisus omnipotenti Deo gratias agit, oculisque lacrymarum imbre suffusus, in hac ad populum voce prorupit: Timor a cordibus vestris, fratres, abscedat, quia nobiscum beatus confessor inhabitat, nec omnino credite diabolo, qui ab initio mendax est et in veritate non stetit. Cum hæc et alia verba consolatoria astantibus inferret, omnium luctus laxantur in gaudium, multoque alacriores quam venerant ad sua per Martinum atque Gregorium redierunt.

XX. Quia vero Natalis Domini mentionem fecimus, quid aliquando in hac die pontifici nostro contigerit inemoremus. Nam in sacrosancta hujus solemnitatis [Al. natalis] nocte pridianis vigiliis fatigatus, cum paululum se cubito collocaret, vir quidam ad eum concitus venit, dicens: Surge, revertere ad ecclesiam. Ille expergefactus, signum crucis sibimet imponens, iterum obdormivit. Nec destitit vir ille, qui hominem secundo moneret: sed cum excitus gravem se adhuc sentiret, rursus obdormivit. Tum vero ille vir tertio veniens, maxillæ ejus alapam impressit, dicens: En tu reliquos ad vigilias admonere debes, et tandiu sopore deprimeris? Qua Gregorius voce percussus pernici velocitate ad ecclesiam est regressus. Adeo supernis oculis gratus existit, ut nec humanitate cogente negligentiam pati permissus sit suæ salutis.

XXI. Visum est hoc inserere lectioni qualiter enim Deus arguere voluerit, ne vel aliorum levitate peccaret. Nam cum hunc a desperato languore beatus Martinus ita sanaret, ut ad ecclesiam in crastino properaret, ne se in solemnibus missarum fatigaret, D uni presbyterorum hæc celebrare præcepit. Sed cum presbyter nescio quid rustice festiva [Al. festina] verba depromeret, nonnulli de circumstantibus eum irridere cœperunt, dicentes melius fuisse tacere, quam sic inculte loqui. Nocte autem insecuta vidit virum dicentem sibi, de mysteriis Dei nequaquam disputandum. Satis dehinc apud eum constitit ne stultos et faciles ante se permitteret de beatis solemnibus obtrectare.

XXII. Sæpius autem vir Domini, sicut verus et egregius et suimet consultor, vel subditorum utilitate,

^a Hoc iter anno 594 a Gregorio susceptum fuisse videtur. Nam annos tres præcedentes, quibus Gre-

gorius propriæ salutis causa longius procedebat. Aliquando igitur sepulcrum beati Hilarii supplicaturus adivit, cum ad visendam quoque sanctam Radegundem reginam divertit. Factum est autem cum hi duo, tanquam incolæ paradisi, secum de cœlestibus confabularentur, oleum quod ante pignora sanctæ crucis guttatim illic defluere solebat, sic in adventu pontificis auctum est, ut infra unius horæ spatium ultra unum sextarium exundaret. Porro cum hæc beata regina ad Regem esset accersenda cœlorum, vir Domini Gregorius de ejus transitu nuntium accepit: cumque illa jam eo accurrente migrasset, sancta ejus membra sepulturæ locavit. Quo quidem tempore altare solemniter benedixit, operculum tamen episcopo, qui tunc forte deerat, reservavit.

XXIII. Causa fuerat qua Garumnæ fluvium juxta Flaviense castrum transmeare debuerit, sed idem fluvius ita tunc intumuerat, ut intuentibus non parvum horrorem incuteret. Non longe autem sanctus Romanus presbyter requiescit, quem noster, ut vita ejus perhibet, Martinus tumulavit. Cum igitur hinc procella ventorum, illinc montes undarum, ingens periculum navigaturo minarentur, oculos ad cœlum erigens, et ad ecclesiam prædicti Romani subinde respiciens, adeo omne pelagus mox complanavit, ut compressis fragoribus, ripæ alteri sine periculo vereretur.

XXIV. Sexdecim annos hic in episcopatu exegerat, cum æquivocus ejus ille magnus Gregorius in sede apostolica subrogatur. Siquidem opinata res est quod dudum alter alteri peculiari sit amicitia devinctus. Nec immerito, cum hunc Fortunatus Gregorio comparet Nazianzeno, tanquam ille datus sit Orienti, Romensis autem Meridiei, ast hic noster Occidenti. Cum igitur iste sacra Apostolorum limina expetisset ^a, magna cum reverentia sanctus eum papa excepit, quem ad beati Petri Confessionem introducens, e latere [Ed. ad altare] constitit, præstolans quoad surgeret. Interim autem, ut erat ingenio profundissimus, secretam Dei dispensationem admirans, considerabat in hujusmodi hominem, erat enim statura brevis, tantam gratiam cœlitus profluxisse. Quod ille mox divinitus persentiens, et ab oratione surgens, placidoque ut erat vultu ad papam respiciens. Dominus, inquit, fecit nos, et non ipsi nos; idem in parvis qui et in magnis. Cunque id suæ cogitationi sanctus papa responderi cognosceret, ipsa sua deprehensione gavisus, gratiam quam hactenus in Gregorio mirabatur, in magna veneratione deinceps habere cœpit, sedemque Turonicam ita nobilitavit ut anream ei cathedram donaret, quæ apud præfatam sedem [Ed. urbem] in posterum servaretur.

XXV. Jam vero beatus Martinus hunc alumnulum suum usquequaque magnificans, ei se propitium multis modis demon-straverat, sed ut operibus ejus se quoque cooperatorem ostenderet, aliquando præsentiam suam, licet invisibilem, suo quo videri solet gregorius Magnus jam erat pontifex, in Galliis exegit ex Vltis Pat., etc.

splendore, manifestare dignatus est. Nam oratorium ex promptuario prædecessoris sui apud Turonem consecraturus, reliquias sancti Saturnini martyris ac domini Martini a basilica susceptas cum ingenti veneratione deferabat. Erat enim sacerdotum et levitarum in albis vestibus non minimus chorus, et civium honoratorum ordo præclarus, sed et populi secundi [*Germ. sæcularis*] ordinis magnus conventus, radiantibus solemniter cereis, crucibus in altum sublatis. Cum ita veniretur ad ostium, terribilis fulgor cellulam subito perfundens omnium oculos nimio splendore perstrinxit, qui diutius durans hac illaque sicut fulgur discurrebat, omnes nimio pavore percussi solo jacebant. At Gregorius, ut tantæ virtutis conscius, constanter eos exhortans: Nolite, inquit, timere, rememoramini qualiter globus ignis de capite beati Martini egressus, cælum visus est consensisse, et ob id nos cum his sanctis reliquiis ipsum credite visitasse. Tunc universi magnificaverunt Deum, et senior cum clericis dicebat: Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus et illuxit nobis.

XXVI. Pauca hæc de nostro præsule dicta sint: non enim cum miraculorum, quæ etiam reprobis dari solent, copia commendamus, sed nec hanc quidem gratiam illi defuisse demonstremus. Cæterum ad ejus gloriam commendandam illud nobis sufficeat, quod humili corde Christum secutus est, et quod non speravit in pecuniæ thesauris. Hoc ^a utique est mirabilia fecisse: quod ut partim superius monstratur, a peccatorum est laqueo custoditus. Super omnem quippe gloriam est a peccatis protectio. Vigesimo et primo igitur episcopatus sui anno, tanquam septenario annorum numero ter in fide sanctæ Trinitatis completo, appositus est ad patres suos, non tam dierum, quia ferme tricennalis ordinatus est, quam perfectione plenus. Qui tamen non usquequaque videtur clausus in tumulo, cui restat ut vel lingua vivat in mundo. Et quia, sicut credimus, beato Martino in cælo est sociatus, sancto etiam corpore est illi in sepulchro vicinus. Porro Turonicenses, ne divinis muneribus videantur ingrati, semper necesse est, ut retractent quantopere sint a Deo suffulti. Datus namque est eis patronus non qualisumque, sed Martinus, de ejus laude quid primum vel speciale dicatur, cum, ut scriptum est, ejus minima aliorum maximis majora esse manifestum sit, tamen quanti habendus sit testantur universæ, ut ita dicam, mundi nationes,

A quæ illum ita privato affectu diligunt, ut etiam in nostro tempore, quando charitas nimium jam refrigerat, multos tam gente quam lingua ignotos ad ejus sanctissimum tumulum confluere videamus, ut merito de eodem Martino dicatur: Cujus vultum desiderat universa terra. Quorum utique studia nostram, qui vicini sumus, inertiam jure vehementer redarguunt; non tamen siue divino moderamine constat, quod ejus amor ita omnium corda penetravit, ut ejus memoria velut alterius Josiæ tam dulcis sit omnibus; et quod per omnes fines terræ ita spatiauit, ut ubi Christus habet nomen, Martinus honorem habeat. Datus est eis et Gregorius vir non solum sanctitate, sed et doctrina clarus, ne urbs Turonica obscurior videretur si scriptorum officio caruisset; quinetiam sicut [*Ed. potius*] urbs Romulea post apostolos illustratur in altero Gregorio, ita et Turonica post Martium decoretur in isto. Quem videlicet nos vel apud Deum, vel apud beatum Martinum advocatum quemdam atque sequestrem habere confidamus, eique nostras necessitates ad expediendum committamus. Verum ille non erit immemor vel suæ, vel Martini misericordiæ, quam nobis tantopere insinuare curavit; quippe qui ad hanc insinuandam ejus miracula digessit, ut quique futuri audientes quanta et qualia visibiliter operetur, quam desperatos languores sanet, de potentia ejus nullatenus dubitent; et si pro dispensatione temporum contigerit corporea miracula cessare, semper tamen credamus illum in nostris animabus suæ virtutis medicinam operari.

C Gregorius igitur Martini misericordiæ conscius, semper illi de grege suo suggerat ^b, semper illum pro statu sancti loci sui ac pro totius regni salute interpellat. Nec prætereundum quomodo consuetam sibi humilitatem etiam in ipsa sepultura sua servaverit. Nam in tali loco se sepeliri fecit, ubi semper omnium pedibus conculcaretur; et ipsa loci necessitas cogere, ne unquam in aliqua reverentia haberi posset, sed grex beati Martini talia non ferens, amicum Domini sui de loco levavit, et edito pulchro mausoleo ad lævam sancti sepulchri digna reverentia collocavit ^c. Obiit autem decimo quinto kalendas Decembris, videlicet infra Martinianam hebdomadam, ut solemnitatem Martini, quam hic jam ægrotans celebrare cœperat, Martino junctus in cælo consummaret, præstante

D Domino Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Explicit vita sancti Gregorii archiepiscopi Turonensis.


^a Quæ sequuntur usque ad finem, paucis verbis contracta sunt in codice Germ.

^b Ed., semper ille de grege suo succrescat.

^c De sepulchro et reliquiis beati Gregorii diximus

in notis fusiorebus col. 1391. Festum ejus in veterioribus Calendariis et Martyrologiis hoc ipso die memoratur. Obiit anno 595.

STEMMA GENTILITIUM S. GREGORII TURONENSIS.



TESTIMONIA VIROBORUM ILLUSTRIBUM DE SANCTO GREGORIO EPISCOPO TURONENSI

Venantius Fortunatus in epistola operibus suis præfixa, A quæ S. Gregorio Turonensi episcopo nuncupavit.

Domno sancto et dote meritorum sacris altaribus adscito pariter et educto, Gregorio papæ, Fortunatus. Acuminum suorum luculenta, etc... Unde, vir apostolice prædicande papa Gregori, quia viritum flagitas ut quædam ex opusculis imperitiæ meæ tibi transferranda proferrem, nugarum nearum admiror te amore seduci, etc... Sed quoniam, etc. *Eum passim laudat in carminibus; aliquot seligere sufficiat:*

Ex libro v, carm. 7.

Culmen honoratum, decus alium, lumen opimum
Pastor apostolicæ sedis amore placens.
Amplectende mihi semper sacer arce Gregori, etc.

Ibid., carm. 13.

Florens in studiis, et sacra in lege fidelis,
Semper ageus animæ dona futura tuæ.

Lib. viii, carm. 16.

Alme, beate pater, lumen generale Gregori,
Jure sacerdotum culminis arce caput, etc.

Ibid., carm. 17.

Lumen ab Arvernens veniens feliciter arvis,
Qui iulustrans populos spargeris ore pharus.
Alpibus ex illis properans mens altior ipsis.

Ibid., ex carm. 23.

Dulcis, chare, decens, facunde, benigne Gregori,
Atque pater patriæ, hinc sacer, inde chare.
Muneribus, meritis, animis et moribus æquis,
Omnibus officiis unde colaris habens.

Ex libro ix, carm. 7.

Corde jocundo, calamo venusto
Litteras mittis, cupiente voto,
Blanda conscribens seriæ salutis
Chare Gregori.

Baudonivia sanctimonialis in Vita sanctæ Radegundis reginæ, num. 27.

Ambulavit nuntius ad virum apostolicum dominum Gregorium Turonicæ civitatis episcopum, et advenit. Sed quantum præsens vidit oculis, antequam eam sepeiret, de ejus virtutibus, in libro Miraculorum quem composuit, inseruit. Cum autem venit ad locum ubi sanctum corpus jacebat, quod ipse postea cum sacramento lacrymans dicebat, quod in specie hominis angelicum vultum viderat; facies illius velut ro-a et illum fulgebat, ita tremefactus est ac metu concussus, tanquam si ante præsentiam beatæ Genitricis Domini astaret devotus vir Deo plenus.

Paulus Warnefridi libro in de Gestis Langobardorum, capite 1, ubi de sancto Hospitio recluso Nemausensi.

Per hunc Dominus magnas virtutes operari dignatus est, quæ scriptæ habentur in libris venerabilis viri Gregorii Turonensis episcopi.

Agobardus archiepiscopus Lugdunensis in libro de Judaicis superstitionibus, cap. 4.

Sanctus Gregorius Lingonicæ Ecclesiæ episcopus quantæ sanctitatis et veritatis fuerit, Vita ejus scripta (inter Vitas Patrum Gregorii Turonensis, capite 7) et finis vitæ, atque honor ei ab Ecclesia delatus usque hodie testes sunt.

Florus Lugdunensis in Martyrologio, die 4 Novembris.

ii Nonas. Bituricas depositio sancti Lusoris pueri, qui filius cujusdam senatoris, etc., scriptum in libro Miraculorum Gregorii Turonensis episcopi. Ado et cæteri etiam Martyrologiorum scriptores ejusdem Gregorii verba adhibuerunt.

Ex kalendario Sacramentarii S. Gatiani cathedralis ecclesiæ Turonensis annorum 800, et altero Majoris Monasterii ab annis circ. 600 scripto.

xv Kal. Decembris sancti Gregorii Turonensis. Eodem die laudatur in variis Martyrologiis antiquis, potissimum Turonensium Ecclesiarum, sicut et in Romano, in Gallicano, etc.

Ex veteri Legendario Ecclesiæ Cabillonensis, de sanctis Silvestro et Agricola episcopis ac Desiderato presbytero, apud Perardum et Bolland., 17 Mart.

De quibus licet compendiose, splendide tamen magnificus vir Gregorius Turonensis episcopus in libris Miraculorum ita scribit: Beatissimus vero Silvester, etc., *ex libro de Gloria Confess., capp. 85, 86.*

Hericus monachus libro 1 De Miraculis sancti Germani Antissiodorensis episcopi, cap. 29.

Gregorius Thronorum antistes, miraculorum curiosus indagator ac studiosissimus editor, nonnulla ab hujus et per hujus beatissimi Patris memoriam patrata commemorat, quæ suis quam nostris verbis intimanda maluimus, ne rei absque pretio operæ permutatæ quiddam fidei detrahamus. Germanus, etc., *ut habet Gregorius in libro de Gloria Confess., cap. 41.*

Ex vita secunda sancti Medardi sæculo ix scripta Spicilegii tomo viii.

Per idem tempus inter Gallicanos præsules Gregorius historicus sermone et actu Turonis habebatur insignis, etc.. Hic nostra intermitentes, quid Gregorius historicus de hujus sanctissimi pontificis vir-

tute referat huic opusculo innectendum ratum duximus: Medardus, inquam, gloriosus confessor, etc. *De Gloria Conf., cap. 95.*

Ex Testamento Eechardi comitis fundatoris monasterii Patriciacensis (Persy) sæculo IX, apud Perardum Hist. Burgund., p. 26.

Donate Enschise archiepiscopo tapete uno meliore, Gesta Langobardorum libro uno, et Chronica quem Gregorius Turonensis facit libro duo. (Sic.)

Ex sancto Odone in sermone quod beatus Martinus par dicitur apostolis.

Non dissimiliter Gregorio Turonensi ejus (sancti Martini) reliquias in novam basilicam inferenti apparuit, etc., quæ ex capp. 20, 59 et 104 libri de Gloria Confessorum accepit. Ejus verba item passim laudat.

Letaldus monachus in prologo in Vitam S. Juliani episcopi Cenomanensis.

De tempore quo magnus ille floruerit ex libro Gregorii Turonensis per conjecturam sumpsi, qui in Historiarum suarum libro 1, sub Decio et Grato consilibus a Xisto, etc., cum beatus Dionysius a sancto Gregorio ex eorum numero fuisse dicatur, etc.

Frodoardus lib. II Historiæ Remensis, capite 2.

Gregorius in Historia gentis Francorum de hoc præsule (Ægidio) narrat, etc.

Lib. IV ejusdem Historiæ, cap. 59.

Aliis etiam nonnullis beati Patris hujus (S. Martini) urbs nostra fertur insignita miraculis; ex quibus ea quæ sanctus Gregorius Turonensis in suis Miraculorum libris enarrat hic indere placuit, etc. *Idem auctor passim laudat eadem et alia Gregorii opera.*

Aimoinus lib. III Historiæ Francorum, cap. 41.

Quod cum Gregorio Turonensi, qui tunc cæteros episcopos sanctitate præibat, etc. *Ibidem, cap. 66.* Pro his itaque causis calumnias sancto antistiti inferbat Gregorio. *Eundem passim beatum Gregorium appellat.*

Hugo archidiaconus Turonensis in Dialogo ad Fulbertum. Ex tomo I Analect. Mabillon.

Martinus habet virtutum suarum egregios interpretes... Habet Gregorium Turonensem episcopum, qui mira de Martino post obitum narrat miracula.

Fulbertus episcopus Carnotensis epistola 97, quæ est ad Robertum Francorum regem.

Sacra vestra monitus sum inquirere festinanter et scribere vobis, si qua historia sanguinem pluisse referat, et si factum fuit quid factum portenderit. Livium, Valerium, Orosium et plures alios hujus rei relatores inveni, de quibus ad præsens solum Gregorium Turonensem episcopum testem esse productum sufficiat, propter auctoritatem religionis suæ. Ait ergo Gregorius idem in sexto libro Historiarum, cap. 14. Anno sexto, etc.

Adhemarus in Chronico parte 1, cap. 30.

Eo tempore sanctus Gregorius archiepiscopus Turonensis magnis virtutibus fulgebat. Per idem tempus sanctus Germanus Parisiorum episcopus missus a rege Chariberto Egoismam consecravit basilicam sancti Eparchii, ubi ipse nuper sepultus fuerat: adfuit cum eo venerabilis Gregorius episcopus Turonensis, et in ipsa basilica multa pignora reliquiarum beati Martini episcopi collocantes dedicaverunt eam in ejusdem beati Martini auctore. Denique in altare ipsius ab eodem sancto Germano atque Gregorio consecrato, sanctæ crucis hæcenus apparent impressa signacula. Item in honore sancti Petri consecraverunt ecclesiam sedis episcopalis quam Chludoveus, etc.

A Idem in libello de virtutibus S. Eparchii abbatis Egoismensis, ex ms. cod. S. Cypriani Pictav. Labbeo.

Gregorius Turonicæ civitatis episcopus, dum de scribendis sanctorum virtutibus ab aliis prætermis scriptoribus operam dat, inter cæteros et hujus patroni nostri meminit dicens: Obiit Eparchius Egoismensis reclusus, etc., *ex Gregorii Historia, lib. V cap. 8.*

Ex Vita Caroli Magni. Chesn., tomo II, pag. 68.

Quo tempore (Childeberti) claruerunt sanctus Gregorius papa primus, et Gregorius episcopus Turonensis, etc.

Ex Vita metrica S. Melanii episcopi Redonensis, ex cod. ms.

Nempe Redonensis Melanius, ut Turonensis Gregorius scribit, qui talia plurima scribit, Innumeris signis perfecto præsule dignis Enituit mundo, etc.

B

Laudat cap. 55 de Gloria conf.

Glaber Rodulfus in Vita sancti Guillelmi abbatis Divionensis.

Erat enim, ut beatus multorum sanctorum descriptor miraculorum Gregorius Turonorum pontifex refert, prægrandis arca, etc., *ex cap. 51 de Gloria Mart., pro cujus incredulitate narrat idem sanctus alterum sancti nominis Gregorium Lingoniensem episcopum, acrius quondam fuisse increpatum.*

Anonymus auctor, qui sæculo XI Acta Rothomagensium archiepiscoporum scripsit, tomo II Anale Mabillon.

Rex concilium episcopos suos convocare cœpit, et vir magnæ auctoritatis et probitatis Gregorius archiepiscopus Turonensis interfuit. Hic vero nec callidæ machinationi, qua episcopus (Prætextatus) deceptus est, nec injustæ destitutioni assensum præbuit... ut sicut beatus Gregorius Turonensis in scriptis suis narrat, nocte sancta Paschæ, in loco pontificali stare consueverat gladiis eum percuterent, et ita interficerent.

Ex Vita metrica S. Cassiani episc. Eduensis, ex cod. ms. S. Germani a Pratis.

Idola cassavit, populum baptismate sanxit, Hæc quoque Gregorius Turonorum dux luculentus.

Ex Chronico S. Benigni Divionensis. Spicilegii tomo

Inventum est atque translatum corpus almifici martyris Benigni a beato Gregorio Lingonicæ urbis episcopo, divina revelante providentia, ut refert Gregorius in libro Miraculorum, qui fuit antistes Turonorum... Præfatus Gregorius Turonorum in libro illustribus viris hujus Hilarii quis et qualiter fuerit meminit, etc... Successit Tranquillus, qui quantæ sanctitatis fuerit, crebræ sanitates infirmis ex eumulo præstitæ testantur, ut refert Gregorius Turonensis in se ipso expertus.

D

Baldericus episcopus Noviomensis et Tornacensis Chronico Cameracensi et Attrebatensi, lib. 1, cap. 3.

In ea namque urbe (Vienna), ut beatus Gregorius Turonensis urbis episcopus scribit in gestis Francorum, tunc temporis inaudita cives prodigia terrerant, etc., *plura laudat, cap. 3 et seqq. sub titulo Historiæ Francorum.*

Auctor Vitæ et Miraculorum sancti Solvinnis episcopi Carnoensis, ex ms. cod. Regio.

Beatus Gregorius tunc temporis Turonorum episcopus de beato Solemni pontifice Carnotensi locutus est ita: Licet de Thronica urbe, etc. Hæc sanctus in testimonium.

Ex Vita S. Maximi Cainonensis confessoris, ex cod. ms. Majoris Monasterii.

Ut autem ad beati Gregorii aures, qui tunc Tu-

niam regebat Ecclesiam, horum miraculorum notitia perlata est, puerum tonsoratum, etc., *narrat miracula ex capite 22 libri de Gloria Confessorum.*

Sigibertus Gemblacensis in Chronico.

An. 7 Justini Junioris, 35 Chlotarii, Gregorius Turonensium ordinatus episcopus clarus habetur in omnibus.

Idem in libro de Scriptoribus ecclesiasticis, cap. 49.

Gregorius Turonensis episcopus, vir magnæ nobilitatis et simplicitatis, scripsit multa simplici sermone. Scripsit duos libros de vita vel memoria quorundam Confessorum, scripsit librum de Miraculis sanctorum, de miraculis Juliani martyris Brivatensis librum unum, de Miraculis sancti Martini suo tempore ostensis libros quatuor. Historiam Francorum parvo libello breviauit, eamque postmodum diffusius novem libris digessit. Scripsit et Chronicam ecclesiasticæ historiæ.

Honorius Augustodunensis de Scriptoribus ecclesiasticis, cap. 55.

Gregorius episcopus Turonensis scripsit librum Historiæ.

Chronicon Leodiense scriptum anno 1132. Lab., t. I Bib., p. 355.

Anno 572 obiit Eufronius Turonensis episcopus, succedit Gregorius historiographus.

Chronographus Saxo a V. Cl. G. G. Leibnizio editus.

An. 572 Gregorius Turonensis episcopus in Gallia claret. *Idem habent alii passim chronographi, quos singillatim recensere superfluum esset.*

Hugo, seu Anonymus S. Mariani Antissiodorensis.

Anno Justini 7 Gregorius Turonensium ordinatur episcopus, vir clarus in omnibus, a quo, inter cætera quæ scripsit, sancti Martini virtutes et miracula multa descripta sunt, quæ in diebus ipsius abundantissime provenerunt.

Gesta pontificum et comitum Encolismensium, auctore canonico Encolismensi, circa annum 1150, cap. 4.

Gregorius archiepiscopus Turonensis et Germanus... consecraverunt cathedralem ecclesiam, etc., consecraveruntque assensu regis episcopum Mererium, qui capellanus ipsius regis erat, etc.

Petrus Venerabilis abbas Cluniacensis adversus calumniatores.

Gregorium laudas Arverno germine clarum,
Cui dat Martini celsa cathedra locum.

Petrus Pictaviensis monachus in Panegyrico Petri Venerabilis abbatis Cluniacensis.

Proliit hinc etiam Juliani dulcis alumnus,
Qui bene Turonicæ præfuit Ecclesiæ.

De Arvernens loquitur. Item in epistola ad Calumniatorem.

Fortunatus etiam Gregorium Turonicum plurimosque alios episcoporum, etc., quam plausible panegyrico extulerit non ignoramus.

Ex Anonymo qui Gesta episcoporum Turonensium et abbatum Majoris Monasterii scripsit apud Bochel.

Eustochius hic fuit tempore beati Gregorii Turonensis. *Passim complura descripsit ex ipso Gregorio.*

Ex Vita domni Garnerii præpositi S. Stephani Divionensis apud Perard. et Fiotum in Historia ejusdem loci.

De hac videlicet Ecclesia in Vita sancti Gregorii Liugonensis episcopi legitur, quod gestatores corporis ejus a Liugonis enim deferentes, etc., *De Vita Patrum, cap. 7. Et infra, Est alia basilica, de qua in prædicta Gregorii Vita scriptum est, quod domus ejus baptisterio adhærebat, etc.*

A *Rigordus in Vita Philippi Augusti ad an. 1184*

Sollicitus prout potuimus colligere ex Historia Gregorii Turonensis, etc., in hac nostra Historia satis lucide determinavimus. *Et ad an. 1185: Probantes hoc per Chronicas Ydatii et Gregorii Turonensis, id est Fredegarii.*

Albericus monachus Trium Fontium in Chronico.

Natus est Martinus in Pannonia cujus genealogiam Gregorius Turonensis episcopus breviter ita comprehendit: Quidam rex, etc., *ex libro de septem Dormitantibus. Anno 595. Huc usque Gregorius Turonensis.*

Vincentius Bellovacensis in Speculo historiali, libro XXI, cap. 124.

De sancto Gregorio Turonensi archiepiscopo... Clarus habetur in omnibus. Hic Alvernica regionis indigena, etc. *Idem habet sanctus Antoninus, etc.*

B *Matthæus Westmonasteriensis in Floribus historiarum,*

Anno gratiæ 572 Gregorius Turonensis episcopus ordinatus sanctitate refulsit insignis.

Anno gratiæ 598 floruit in Galliis Gregorius Turonica civitatis episcopus, qui ex Arvernico territorio attulit, etc.

Bernardus Guido episc. Lodovensis de sanctis Lemovicibus. Labb., t. I, p. 629.

S. Pelagia... quam sanctus Gregorius Turonensis in libro suo de Miraculis sanctorum collocat inter sanctos, etc. *Eundem passim laudat, sicut et Petrus Equilinus de Natalibus, et alii qui Vitas Sanctorum collegerunt.*

Robertus Guaguinus libro II Historiæ Francicæ.

Gregorius homo in primis sanctitate spectatus, etc. *Ejus opera passim laudat.*

Ex Trithemio libro de Scriptoribus ecclesiasticis.

C Gregorius episcopus Turonensis ex monacho discipulus quondam sancti Aviti præulis Arvernorum, vir doctus et nobilis, mitis quoque et humilis. Tantæ sanctitatis et puritatis existit, ut etiam in vita miraculis coruscaverit, etc.

Idem libro III de viris illustribus Ordinis S. Benedicti, cap. 51. Gregorius... cujus pater Florentius Georgii senatoris filius, vir et ipse laudabilis et sanctæ conversationis effulsit. Unde bonus pater filium suum Gregorium in timore Domini instruens, sanctorum illi gesta ad memoriam commendavit, quibus semper ad meliora evituit... Fuit autem homo charitate et humilitate maximus, ita ut suo tempore in terris similem vix habuerit... multis et in vita et post mortem claruit miraculis, cujus festum colitur xv kalendas Decembris. Ejus Vita conscripta habetur.

Idem libro II, cap. 10. Gregorius... vir sanctus Deo et hominibus dilectus, in sacris Scripturis optime peritus; in perscrutandis gestis sanctorum studiosissimus fuit... qui cum esset vir doctus et eruditus scripsit aperto sermone plura opuscula, etc. Catalogum contexit Gregorii operum quod et fecere subsequentes auctores, Possevinus, Bellarminus, Vossius, Breviarium ejus Vitæ auctor, Labbeus, Cavius, etc.

Hieronymus Chlictoveus Neoportuensis in editionem variorum opusculorum.

Humanæ eloquentiæ, etc., locum novissimum tanquam cæteris eminentiorum Gregorio Turonensi reservavimus, nihil hæsitantes illi præ cæteris palmam esse concedendam, nec fini præripiendam.

Præfatio editionis Jodici Badii.

Cum beati Gregorii Turonensis et Adonis Viennensis episcoporum commentarios, etc., auctoritate valent maxima: sunt etenim sanctitate vitæ conspicui, et episcopati Christianæ pietatis apice præfulgidi, et res plurimas a se vias et compertas, non exquisi a quidem elegantia, sed sincera veritate tradunt, qua-

rum pietate, præcipue Turonensis, vel sola lectorem A demereri possent.

Mathias Flaccus Illyricus in epistola præmissa ad suam editionem.

Dignus est Turonensis qui legatur... nullus vetustus historicus exstat, qui illorum temporum negotia tam certo pernoverit, aut etiam plene complexus sit. *Eum passim laudat in Centuriis Magdeb.*

Ex Patriarchio Bituricensi, cap. 27, tom. II Biblioth. Novæ Labb., p. 32.

Quod ex scriptis divi Gregorii Turonensis, viri certe in rerum gestarum cognitione cruditissimi, perspicuum fiet. *Laudatur passim in eodem libro.*

Præfatio in Vitas Sanctorum ex Aloisii Lipomani voluminibus extractas.

Gregorius cognomento Florentinus, vir scientia et nobilitate elarus, Turonensem Ecclesiam sanctissime rexit; cujus scriptis ea adhibetur fides, quæ et viro sanctissimo et de Christiana fide optime merito adhiberi solet, etc.

Joannes Mariana, libro v Rerum Hispan., cap 10.

Majus argumentum accedit, Gregorii Turonensis silentium. An id gratiæ datum pu.abis a Gallico scriptore magnæque auctoritatis viro.

Papirius Masso in Notitia Galliar.

Condito autem regno (Francorum) quanta mutatio acciderit, malo ex libris Gregorii Turonensis intelligi, quam ex oratione mea.

Josephus Scaliger, lib. vi de Emendatione temporum.

Magna Gregorio gratia, qui in tanto neglectu Historiæ animam ad hæc scribenda appulit, quare absque eo foret metuendum ne fabulosus Humbaldus pedem in possessionem illius Historiæ poneret, etc. Nos neque meliorem neque vetustiore in Historia Francorum habemus.

Nicolaus Faber Ludovici XIII Francorum regis præceptor in Schediasmate, etc.

Gregorius Turonensis episcopus diligentissimus Historiæ nostræ scriptor et antiquissimus.

Hieronymus Bignonius in Præfatione ad Marculfi formulas.

Ipsæ etiam Gregorius Turonensis, quo digniorem historicum non habemus, multis locis a Marculfo lucem accipit et omnino illustratur.

Jacobus Joannes Chiffletius in Disquisitione, etc.

Sanctus Gregorius antiquissimus et fidelissimus Francorum historicus.

Sammarthani in Gallia Christiana.

S. Gregorius Ecclesiæ Gallicanæ lumen, virtutis, sapientiæ, cælestique sanctitatis gloria illustris, de historia ecclesiastica rebusque Francicis bene meritus.

Joannes Launois doctor Parisiensis in Discussionem, etc.

Gregorius Turonensis Christianæ apud Gallos religionis exordia, resque memoratu dignas summo studio prosecutus est. *Eum ejusque opera passim laudat.*

Hadrianus Valesius in Præfatione ad tomum II Rerum Francicarum.

Gregorium, quem verum pi.ium et sapientem, ac historicorum nostrorum principem agnosco, et laudæ dignissimum judico.

Joannes Bona S. R. E. cardinalis in Notitia auctorum.

Gregorius Turonensis, fidelis historicus, sed simplicioris eloquii.

Carolus Cointius Annalium Ecclesiæ Francorum ad an. 544.

Omittere non debimus ortum illustris viri, quem Historiæ Francicæ parentem merito nuncupaveris. *Idem passim habet.*

Antonius Dadinus Altessera J.U. professor et decanus Universitatis Tolosanæ in epistola ad notas, etc., in Gregorii libros.

Operam dedi ut consuleretur memoriæ maximi antiquitatis, ut exploderetur error et calumniæ malignorum, quibus peritissimus rerum nostrarum scriptor, et ex parte testis, habetur pro mepto fabellarum et somniorum auctore. Non inanis erit opera, si a me vindicetur fama episcopi cathedræ et meritorum divi Martini successoris.

Bollandiani ad diem 17 Martii et passim.

Sanctus Gregorius Turonensis, cui uni tantum debet Historia Francica, quantum aliis scriptoribus ante ipsum simul omnibus.

Joannes Balesdens in suam editionem.

Non immerito dixerim, etiamsi in Gregorii scriptis columbæ simplicitas videatur, serpentis tamen prudentiam non desse, cum in iis rebus eligendis dispiciendisque maxime et utilitate conducerent et fide valerent. Nec dubitem asseverare posterioribus scriptoribus hæc in re palmam præripuisse, etc.

DE FREDEGARIO.

Ex Vita S. Pippini majoris-domus Austriæ Chesnii tomo I Hist. Franc.

Sed ne videar de Vita beatissimi Ducis novum attulisse figmentum, non abs re erit si in testimonium sanctitatis ejus eadem verba quæ in Gestis Francorum diversis in locis inserta sunt, hic in unum collecta sub oculis posuero. Sunt ergo in hunc modum sese habentia: Usque ad id tempus ab initio quo regnare cœpit Dagobertus consilio beatissimi Annulli, etc., *profert excerpta ex Fredegario a cap. 58 Chronici ad caput 86.*

Rigordus supra laudatus in Vita Philippi Augusti.

Josephus Scaliger in libro vi de Emendatione temporum.

Ante annos autem aliquot prodiit Appendix ad Gregorium, cujus quidam auctorem dicunt Fredegarium. In ea Appendix multa præclara sunt, quæ non temere alibi reperias.

Valesius in Defensionis suæ parte posteriori, cap. 8.

Mihi crede, quod tuto et citra erroris periculum facere potes, Res gestas amborum Childeberti minoris filiorum, Chlotharii junioris, Dagoberti atque Chlodovei posterioris usque ad quartum regni ejus annum ignorare, si ab Fredegario scriptæ non fuissent, aut si Fredegarii jacturam fecissemus: quas ille pro capto temporum suorum diligentissime accuratissimeque mandavit litteris... Nec quemquam e nostris historicis veteribus reperias, qui non Fredegarii Chronici librum v fere ad verbum transcriperit.

Carolus Cointius ad annum 584, n. 21.

Auct. r est omnium, qui post Gregorium res Francicas scripserunt, antiquissimus.

ANNALES FRANCICI

AB ANNO CCLV AD CAROLUM MAGNUM.

EX ANTIQVIS SCRIPTORIBUS, S. GREGORIO TURONENSI, FREDEGARIO, ETC.

Præmittuntur quædam de Francia et Francorum populis.

Francorum regio dicitur FRANCIA, sita in Germania A inter Saxones et Almannos.

Quid loquar rursus intus FRANCIAE nationes. Eumenius in Panegyrico Constantini Magni, cap. 6.

Affecisti pœna temeritatis reges ipsos FRANCIAE. Idem, cap. 10.

FRANCIA GAUDIUM ROMANORUM. Numisma Constantini M. apud Spanhemium de præstantia numism.

FRANCIA ET ALEMANNIA GAULIUM ROMANORUM. Numisma ejusdem apud Morel. in specimine rei, num. 2 edit.

Accedant vires quas FRANCIA, quasque CHAMAVES Germanique trionant.

Ausonius in Mosella.

... Qua FRANCIA mista Suevis

Certat ad obsequium.

Idem in Consulatu.

FRANCIA ad dexteram Rheni ripam in tabula Peutingeriana.

... Provincia missos

Expellet citius fasces, quam FRANCIA reges, Quos dederis.

Claudian. lib. I. de Laud. Stilicor.

Inter Saxones et Almannos gens non tam lata quam valida, olim Germania nunc FRANCIA vocatur. S. Hieronymus in Vita S. Hilarionis.

Cumque consultaretur de successu, an in FRANCIAM transire deberent. Sulpicius Alexander lib. III Histor. apud Greg. Turon. l. II Hist., cap. 8.

Ratus tulo omnes FRANCIAE recessus penetrandos. Idem, lib. IV Histor. Ibid.

FRANCORUM POPULI.

Salii, Attuarii, Bricteri seu Bructeri aut Burcturi, Chamavi, Ampsivarii, Chatti, Chauci, Cherusci, Teucteri, Usipetes, Sicambri.

Quibus paratis, petit primos omnium FRANCOS, eos videlicet quos consuetudo SALIOS appellavit. Ammianus Marcellinus libro XVII Rerum gestarum.

Julianus, etc... regionem subito pervasit FRANCORUM, quos ATTUARIOS vocant. Idem, lib. XX.

Ratus tulo omnes FRANCIAE recessus penetrandos, etc. Collecto ergo exercitu, transgressus Rhenum BRICTEROS ripæ proximis, pagum etiam quem CHAMAVI incolunt depopulatus est, nullo usquam occurrente nisi quod pauci ex AMPSIVARIIS et CHATTIS Marcomere duce in ulterioribus collium jugis apparere. Sulpicius Alexand. lib. IV Histor. apud Gregor. Tur. lib. II, cap. 8.

CHAUCI, CHERUSCI, CHAMAVI, qui et FRANCI, FRANCIA, BRUCTERI. Tabula itineraria Peutingerorum.

Franci dicti sunt SICAMBRI, quod veterum Sicambrorum agrum passerunt, qui ab eis Franciæ nomen habuit. Nam teste Tacito, lib. XII Annalium, SUGAMBRI excisi et in Gallias trajecti, et Cluverius libro III Germaniæ antiquæ, capp. 9, 10 et 20, sic habet: TENCTERI et USIPETES in agros Sicambrorum successerunt, et nationes illæ cum Ampsivariis, Attuariis, Bructeris, Chamavis, Chattis, Chaucis et Saliis... in unum postmodum coierunt corpus, novumque sibi constituerunt nomen FRANCORUM.

255. Aurelianus Francos irruentes in Galliam cædit.

Idem (Aurelianus) apud Maguntiacum tribunus legionis sextæ Gallicanæ, FRANCOS irruentes, cum vagarentur per totam Galliam, sic afflixit, ut trecentos ex his captos, septingentis interemptis, sub corona vendiderit. Unde iterum de eo facta est cantilena: Mille FRANCOS, mille Sarmatas semel occidimus. Vopiscus in Aureliana, p. 211.

259. Gallienus in Gallia bellum cum Francis gerit.

Gallienus videns Germanicas gentes cæteris infestiores esse, quæ accolas Rheni Celticæ nationes acrius vexarent, hanc partem sibi propugnandam ab hostibus sumit; aliis, qui per Italiam, Illyricum, Græciamque prædis agendis intenti essent, duces eorum locorum exercitibus, bellum facere jussit. Ac quidem ipse Rheni transjectus custodiens, quantum præstare poterat, interdum transitu hostes arcet, interdum transcuntibus suos instructos objicit. Sed quod ingenti cum multitudine, perexiguas ipse copias habens, bellum gereret, in angustum jam coactæ res ipsius erant: cum initio fœdere cum quodam de gentis Germanicæ principibus, ex aliqua parte periculum minuisse visus fuit. Nam cæteros ille barbaros arcebat, quo minus continenter Rhenum transirent et irruentibus obstabat. Zozimus Histor. lib. I. Quod idem bellum Zonaras describens libro XII Annalium cum FRANCIS gestum commemorat.

260. Valeriano a Persis capto Gallienus solus imperat.

262. Gallienus in Gallias transit contra Posthumum. Posthumus juratur auxilio Francorum.

Contra Posthumum igitur Gallicus cum Aureolo et Clodio duce, qui postea imperium obtinuit, princeps generis Constantini Cæsaris nostri, bellum incipit: et cum multis auxiliis Posthumini juvaretur Celticis ac FRANCIS, in bellum cum Victorine processit, cum quo imperium participaverat. Victrix Gallieni pars fuit. Trebellius Pollio in Gallienis, C p. 178.

264. Gallienus inimicum Romæ triumphum egit, ubi inter captivos Franci simulati.

Ibant præterea gentes simulatæ, ut Gotthi, Sarmatæ, FRANCI, Persæ: ita ut non minus quam ducenti singulis gloriis ducerentur. Ibidem, p. 179.

265. Piraticæ excursioniones Francorum. Tarracona a Francis diripitur.

FRANCI ipsi præter cæteros truces, quorum vis cum ad bella efferveret, ultra ipsum Oceanum astu furoris evecta, Hispaniarum etiam oras armis infestas habebat. Nazarius in Panegyrico Constantini Magni, n. 17

His prospere ac supra vota cedentibus, more hominum, secundis solutior, rem Romanam quasi naufragio dedit, cum Salonino filio cui honorem Cæsaris contulerat, adeo uti... Almannorum Juthungi Italiam, FRANCORUM gentes, directa Gallia, Hispaniam possiderent, vastato ac pene direpto Tarraconensium oppido. Aurelius Victor in Gallieno.

268. Gallienus occisus, Claudius A.

70. Claudii mors. Aurelianus A.

275. Aurelianus in Gallias vincit Tetricum. Triumphat Romæ. Inter captivos Franci.

Gotthi, Alani, Roxolani, Sarmatæ, FRANCI, Suevi,

ANNO 253. Valerianus et Gallienus ejus filius AA.

PATROL. LXXI.

Vandali, Germani, religatis manibus captivi præceserunt. *Fl. Vopiscus in Aureliano, p. 220.*

274. *Probus in Gallia Francos cædit.*

Testes FRANCI inuisi strati paludibus, testes Germani et Alemanni longe a Rheni submoti littoribus... Tu FRANCICUS, tu Gothicus, tu Sarmaticus, tu Parthicus, tu omnia, et prius fuisti semper dignus Imperio, dignus triumphis. *Flav. Vopiscus in Probo imp., p. 257.*

275. *Aurelianus occisus, Tacitus A.*

276. *Mors Taciti, Florianus A. post 60 dies occisus. Ob statuas Taciti et Floriani fulmine dejectas responsum aruspicum de Francis.*

Interamne (Taciti et Floriani) statuae fuerunt dejectae fulmine, quo tempore responsum est ab aruspibus, quandoque ex eorum familia imperatorem Romanum futurum, seu per feminam, seu per virum, qui det iudices Parthis ac Persis: qui Francos et Alemannos sub Romanis legibus habeat. *Fl. Vopiscus in Florianus, p. 251*

Probus A.

277. *Probus per duces suos in Gallia Francos strenue vincit.*

Alterum contra Francos prælium pugnauit: quibus opera dæmoni strenue victis, ipse cum Burgundorum, Vandilorumque copiis dimicauit. *Zosimus, Hist. l. 1, p. 664.*

280. *Excursio piratica Francorum a Ponto, ubi sedes dææ eis erant, per mare Mediterraneum; Græcia et Asia populatae, Syracusæ captæ, reditusque eorum in Franciam.*

Recursabat quippe in animos illa sub divo Probo et paucorum ex FRANCIS captivorum incredibilis audacia, et indigna felicitas, qui a Ponto usque correptis navibus Græciam, Asianque populati, nec impune, plerisque Libyæ littoribus appalsi, ipsas postremo navalibus quondam victoriis nobiles ceperant Syracusas, et immenso itinere peruecti Oceanum, qua terras irrupit, intraverant: atque ita eventu temeritatis ostenderant, nihil esse clausum piratici desperationi, quo navigiis pateret accessus. *Eumenius in Paneg. Constantio Cæsari, cap. 18.*

Itidem cum FRANCI ad imperatorem accessissent, et ab eo sedes obtinuissent, pars eorum quædam defectionem molita, magnamque navium copiam nacta, totam Græciam conturbavit. In Siciliam quoque delata, et urbem Syracusanam adorta, magnam in ea eadem edidit. Tandem eam et in Africam appulisset, ac rejecta suisset, addnetis Carthagine copiis, nihilominus domum redire, nullam passa detrimentum, potuit. *Zosimus, Hist. l. 1.*

Proculum in Gallia rebellantem proditumque a Francis Probus vincit et interimit.

Hunc tamen Probus sagatum usque ad ultimas terras, et cupientem in FRANCORUM auxilium venire, a quibus originem se trahere ipse dicebat, ipsis prodentibus FRANCIS, quibus familiare est ridendo fidem frangere, vicit et interimit. *Fl. Vopiscus in Proculo, p. 246.*

282. *Probus occisus. Carus A., Carinus et Numerianus ejus filii Cæsares.*

285. *Carus fulmine ictus interiit. Carinus et Numerianus AA.*

284. *Numerianus occisus. Diocletianus A. Maximianus Hercules Cæsar.*

285. *Carinus occisus.*

286. *Maxim. Hercules A. transit in Gallias, rusticos tumultuantes, qui se Bacaudas nominabant, compescit et opprimit.*

287. *Maximianus Burgundiones, Alamannos, Chabiones, et Erulos effusos in Gallias profligat.*

Francis et Saxonibus Carausium opponit. Eundem occidi jubet, quod ille comperiens Britanniam occupat.

Post hæc tempora etiam Carausius, qui vilissime natus, in stremitu militiæ ordine famam egregiam fuerat consecutus, cum apud Bononiam per tractum

A Belgiæ et Armoriciæ pacandum mare accepisset, quod FRANCI et Saxones infestabant, multis barbaris sepe captis, nec præda integra, aut provincialibus reddita, aut imperatoribus missa, cum suspicio esse cœpisset consulto ab eo admitti barbaros, ut trans-euntes cum præda exciperet, atque hac se occasione ditaret, a Maximiano jussus occidi, purpuram sumpsit, et Britannias occupavit. *Eutropius lib. ix.*

Franci Bataviam invadunt.

Multa ille FRANCORUM millia qui Bataviam aliasque cis Rhenum terras invaserant interfecit, etc. *Incertus in Paneg. Maxim. et Constantino M., c. 4, de victoria Constantii patris Const. M.*

Terram Bataviam, sub ipso quondam alumno (Carausio) suo a diversis FRANCORUM gentibus occupatam omni hoste purgavit. *Eumenius in Paneg. Constantino M., c. 5, de victoria ejus patris Constantii.*

288. *Maximianus ultra Rhenum Germanos debellat, stativa habet in Francia. Atech et Genobaudes Francorum reges. Atech pacem ab eo impetrat, et Genobaudes regnum recipit. Franci cessant a bello piratico.*

Cum per te regnum receperit Genobaudes: Atech vero munus acceperit. Quid enim ille aliud expetivit ad conspectum cum omni sua gente veniendo, nisi ut tunc demum integra auctoritate regnaret, cum te, Maximiane, placasset? Ostendit ille te identidem, ut audio popularibus suis, et intueri diu jussit, et obsequia discere, cum tibi ipse serviret. *Cl. Mamertinus in Paneg. Maximiano, A.*

Prætereo FRANCOS ad petendam pacem eum rege venientes. *Claud. Mamertinus in Genethliaco Maximiani et Diocletiani, c. 5.*

Transrhenana victoria, et domitis oppressa FRANCIS bella piratica. *Idem, c. 7.*

289. *Maximianus cum Carausio bellum infeliciter gerit.*

Cum Carausio tamen, cum bella frustra tentata essent contra virum rei militaris peritissimum, ad postremum pax convenit. *Eutropius, Hist. lib. ix.*

291. *Maximianus Francos in Galliam transfert.*

Itaque sicuti pridem tuo, Diocletiane Auguste, jussu supplevit deserta Thraciæ translatis incolis Asia, sicut postea tuo, Maximiane Auguste, nutu Nerviorum et Treverorum arva jaecentia lætus postliminio restitutus, et receptus in leges FRANCUS excoluit. *Eumenii Paneg. Const. Cæsari, c. 21.*

292. *Constantius et Galerius Cæsares. Constantio Gallia commissa. Bononia ab eo capta.*

295. *Constantinus Bataviam a Francis occupatam recuperat, eosque in Galliam abducit.*

Multa ille FRANCORUM millia, qui Bataviam aliasque cis Rhenum terras invaserant, interfecit, depulit, cepit, abduxit. *Incerti Paneg. Maximiano et Constantino, c. 4.*

Qui eodem exercitu virtute capto, clementia conservato, dum ædificandis classibus Britannici recuperatio comparatur, terram Bataviam, sub ipso quondam alumno suo a diversis FRANCORUM gentibus occupatam, omni hoste purgavit, nec contentus vicisse, ipsas in Romanas transtulit nationes, ut non solum arma, sed etiam feritatem ponere cogentur. *Eumenii Paneg. Constantino A., c. 5.*

Aut hæc ipsa (Batavia) quæ modo desinit esse Barbaria non magis feritate FRANCORUM velint hausta desiderat, quam si eam circumfusa flumina et mare alluens operuisset. *Idem in Orat. pro restaurandis scholis, c. 18.*

Itaque sicuti pridem tuo, Diocletiane A., jussu supplevit deserta Thraciæ translatis incolis Asia, sicut postea tuo, Maximiane A., nutu Nerviorum et Treverorum arva jaecentia lætus postliminio restitutus et receptus in leges FRANCUS excoluit, ita nunc per victorias tuas, Constanti Cæsari inviete, quidquid infrequens Ambiano, et Bellovaco et Triassino solo, Lingonicoque restabat barbaro cultore revirescit. *Eumenii Paneg. Constantio Cæsari c. 21.*

Allectus socius Carausii eum occidit et post eum Britannias triennio tenuit.

296. *Con tantius bellum infert Britannicæ; Allectus, victus et occisus ab Asclepiodoto præfecto prætorii. Franci in exercitu Allecti partim occisi, partim capti.*

Enim vero, Cæsar invicte, tanto deorum immortalium tibi est addicta consensu victoria omnium quidem quos adortus fueris hostium, sed præcipue inter necio FRANCORUM, ut illi quoque milites vestri, qui per errorem nebulosi, ut paulo ante dixi, maris abijuncti, ad oppidum Londinense pervenerant, quidquid ex mercenaria illa multitudine Barbarorum prælio superfuert, cum directa civitate fugam capessere cogitarent, passim tota urbe confecerint; et non solum provincialibus vestris in cæde hostium dederint salutem, sed etiam in spectaculo voluptatium. O victoria multijuga et innumerabilium triumphorum, qua Britannicæ restituta, qua vires FRANCORUM penitus exciæ. *Eumenii Paneg. Constantio Cæsari, c. 17.*

303. *Diocletianus et Maximianus purpuram depouunt, et Constantium Galeriumque Augustos nuncupant.*

Constantius Galliam, Hispaniam et Britanniam obtinuit.

Constantinus Galerio repetitus a patre proficiscitur in Gallias, et ad eum accessit eo tempore quo in Britanniam transfretabat.

306. *Constantius moritur Eboraci.*

Constantinus a Galerio Cæsar nuncupatus in Galliam transit, Francorumque irruptionem reprimit, regesque ipsos captivos fecit. Rheno trajecto Franciam ingressus Bructeros populatur, pontem Coloniae Agrippinæ construit.

Affecisti poena temeritatis reges ipsos FRANCICÆ, qui per absentiam patris tui pacem violaverant: non dubitasti ultimis punire cruciatibus: nihil veritus gentis illius odia perpetua et inexpiabiles iras. *Eumenii Paneg. Const. M., c. 10.*

Hæc est tua, Constantine, de Ascarici Regaisique supplicio quotidiana atque æterna victoria. *Ibid., c. 11.*

Ut tamen omnibus modis Barbarorum immanitas frangeretur, nec sola hostes regum suorum supplicia mererent, etiam immissa BRUCTERIS variatione festisti, imperator invicte, in quo prima consilii tui fuit ratio, quod exercitu repente trajecto inopinantes adortus es, non quo aperto Marte diffideres, ut qui palam congregari maluisses, sed ut illa natio perfugiis silvarum et paludum bellum solita frustrari fugæ tempus amitteret. Cæsi igitur innumerabiles, capti plurimi; quidquid fuit pecoris captum, aut trucidatum est; vici omnes igne consumpti; puberes qui in manus venerunt, quorum nec perfidia erat apta militiæ, nec ferocia servituti, ad pœnas spectaculo dati savientes bestias multitudine sua fatigarunt. *Ibid., cap. 12.*

Insuper etiam Agrippinensi ponte faciundo reliquis afflictæ gentis insultas, ne unquam metus ponat, semper horreat, semper supplices manus tendat; cum tamen hoc tu magis ad gloriam imperii tui, et ornatum limitis facias, quam ad facultatem quoties velis in hosticum transendi; quippe cum totus armatis navibus Rhenns instructus sit, et ripis omnibus usque ad Oceanum dispositus miles immineat. *Ibid., c. 13.*

Constantinus ob illam victoriam ludos Francicos instituit, et quotannis per vi dies cum maxime circensium mîsibus 2½ eam celebravit.

Julius. Idibus Iudi FRANCICI.

XVII Kalend. Aug.

XVI

XV

XIV

XIII FRANCICI CM XXIII.

Kalendarium Romanum vetus apud Bucherum Comm. in Victorium Aquitanum.

307. *Maximianus Constantinum ex Cæsare Augustum fecit, et ei Faustam filiam in matrimonium dedit.*

308. *Franci Gallias turbant. Constantinus-cum paucis in eos proficiscitur, suadente Herculio, qui interea purpuram resumit, et exercitum ad defectionem sollicitat. Constantinus admirabili celeritate redit, eunque opprimit.*

FRANCORUM gens in armis erat. (Herculius) persuadet nihil suspicanti ne omnem secum exercitum duceret, paucis militibus posse Barbaros debellari, ut et ipse haberet exercitum quem occuparet, et ille opprimi posset ob militum paucitatem. Credit adolescens ut perito ac seni, pareat ut socio, proficiscitur relicta militum parte majore. Ille paucis diebus expectatis, cum jam Constantinum æstimaret intrasse fines Barbarorum, repente purpuram sumit, thesauros invadit, donat ut solet large, fugit de Constantino quæ in ipsum protinus reciderunt. Imperatori prope quæ gesta sunt nuntiantur. Admirabili celeritate cum exercitu revolat; opprimitur homo ex improviso nondum satis instructus: milites ad Imperatorem suum redeunt. *Lactantius de Mortibus persecutorum, cap. 29.*

310. *Constantinus Francos, Alamannos aliosque Germaniæ populos vincit.*

Quid memorem BRUCTEROS? quid CHAMAVOS? quid CHERUSCOS, Vangionas, Alamannos, Tubantes, Bellicum strepunt nomina, immanitas Barbariæ in ipsis vocabulis adhibet horrorem. Illi omnes sigillatim, deinde pariter armati, conspersione fœderatæ societatis exarserant. Tu tamen, imperator, cum tantam belli molem videres, nihil magis timuisti quam ne timeris. Adis Barbaros, et dissimulato principis habitu, quam proxime poteras cum duobus acced... Innumera simul gentes ad bellum coactæ, sed uno impetu tuo fusæ, dum collativam vim comparant, compendiosam victoriam præstiterunt. *Nazarii Paneg. Const. Magno, c. 18.*

315. *Constantinus victo Maxentio redux in Gallias Francos profligat.*

Non enim fessus præliis, et expletus victoriis, ut natura fert, otio te et quieti dedisti, sed eodem impetu, quo redieras in Gallias tuas, perrexisti ad inferiorem Germaniæ limitem: magna scilicet intercapidine temporis, ac brevi lecorum distantia post annuam expeditionem statim bello auspicatus a Tiberi ad Rhennm. *Incerti Paneg. Const. Mag., cap. 21.*

Ruperat fidem gens levis et lubrica Barbarorum, et robore atque audacia lectis eruptionis auctoribus, instituisse Rheno nuntiabantur. Illico obvius adfuisti, et præsentia tua ne auderent transatum terruisti. Etiam videbaris rem votis tuis fecisse contrariam, quod inhabita eruptione non foret materia victoriæ, sed inopinato consilio usus, abeundo enim, simulato nuntio majoris in superiore limite tumultus, occasionem stolidis ac ferinis mentibus obtulisti in nostra veniendi, relictis in occulto ducibus qui securos adirentur: quæ cum venissent, consilium tuum sequitur fortuna. Toto Rheni alveo oppleto navibus devectus terras eorum ac domos mœstas lugentesque populatus es, tantamque cladem vastitatemque perjuræ genti intulisti, ut vix post illud nomen habitura sit. *Ibid. c. 22.*

Facile est vincere timidos et imbelles, quales amœna Græcia et deliciae Orientis educunt, vix leve pallium, et Sericos sinus vitando sole tolerantes, et si quando in periculum venerint, libertatis immemores, ut servire liceat orantes. Romanum vero militem, quem qualemque ordinat disciplina, aut truce[m] FRANCUM ferina sola carne distentum, qui vitam pro victus sui vilitate contemnat, quantæ molis sit superare, vel capere? quod tu, imperator, et nuper in Italia et in ipso conspectu Barbariæ paulo ante fecisti. *Idem, c. 24.*

IMP. CÆSAR. D. CONSTANT. FILIUS. FL. CONSTANT. MAX. VICTOR. AC TRÆMPHATOR PIUS. FELIX. INVICTUS

ÆG. GERMANICUS SARMATICUS. FRANCICUS. GOTHICUS. A VANDALUS. *Ex Onufrio.*

320. *Chrispus Cæsar in Galliis Francos vincit.*

FRANCI ipsi, præter cæteros truces, etc., sub armis tuis ita conciderunt, ut deleri lunditus possent, nisi divino instinctu, quo regis omnia, quos ipse afflixerat conficiendos filios reservasse... cum memoria acceptæ eladis non infracta, sed asperata pugnaret. *Nazarii Paneg. Const. M. cap. 17.*

Quæ tuum, Constantine maxime, mite pectus inuadavit gratulatio, cui tanto intervallo videre filium licuit, et videre victoriam, narravit utique exhausta bella, et hoc ad suam gratiam, non ad sui ostentationem: qualis excipiendo hoste, quam resistenti vehemens, quam facilis supplicanti. *Idem, cap. 57.*

. . . Major tua gloria terris

En, Auguste, tuis præsens, et tantus ubique Imperiis, fecunde paras nunc omnia Chrispi, Oceani intactas oras, quibus eruta FRANCI Dat regio procul ecce dium, cui devia latis Tota patent, campi sub cæso limite victor.

P. Optatiani Porphyrii Paneg.

325. *Chrispus Cæsar Francis bellum inferre parat.*

Otia Cæsariis pacis dedit, anrea sæcla Indulgens natis patriæ pietatis honore, Mit s jure Deus. Sed Chrispi in fortia vires Non dubiæ ripa Rhenum Rhodanumque tueri Ulteriore parant, et FRANCIS tristia jura.

P. Optatiani Porphyrii Paneg.

357. *Constantinus M. 22 Maii moritur. Tres ejus filii Cæsares, Constantinus, Constantius et Constans AAA.*

Constantinus Gallias obtinet.

340. *Constantino occiso, Constans in Gallia imperat.*

341. *Constans cum Francis pugnat in Galliis.*

Vario eventu adversum FRANCOS a Constante pugnat. *S. Hieronymus in Chronico.*

Eodem vero tempore contigit ut respublica etiam turbaretur. Nam FRANCORUM gens in Galliis irruptione facta, Romanorum agros vastavit. *Socrates, Hist. l. 1, c. 10.*

341. Marcellino et Probrino. His Cons. pugna facta est cum gente FRANCORUM a Constante A. in Galliis. *Idatius.*

342. *Franci a Constante vincuntur et pacantur.*

FRANCI a Constante perdomiti et pax cum eis facta. *S. Hieronymus in Chronico.*

Constantio scilicet tertium et Constante iterum: quo quidem tempore Constans FRANCOS bello superatos, socios ac fœderatos populi Romani effecit. *Socrates, lib. 1, c. 15.*

Constantio III et Constante II. His Cons. victi FRANCOS a Constante A. seu pacati. *Idatius.*

350. *Magentius natione Francus imperium arripit, et Constantem A. per Gaisoneum Francum prope Pyrenæos in castro Elena interfecit.*

351. *Magentius apud Mursiam acie vincitur a Constantio A. Franci et Saxones in exercitum Magentii.*

Aderant una et affinitatis nomine promptissimi sociorum FRANCI, et Saxones, qui ultra Rhenum atque Occidentis mare habitant nationes omnium bellicosissimæ. *Julianus in oratione prima. In Constantii imp. laudem.*

353. *Magentius Lugduni se interfecit, Decentius ejus frater Cæsar apud Saxones laqueo se suspendit.*

355. *Silvanus magister peditum, apud Coloniam Agrippinam imperium invadit, et post 28 dies occisus. Multitudo Francorum in aula Constantii Augusti.*

Cum diuturna incuria Gallæ cædes acerbæ, rapinasque et incendia, Barbaris licet grassantibus, nullo juvante perferrent, Silvanus pedestris militiæ rector, ut efficax ad hæc corrigenda, principis jussu perrexit, Arbetione id maturari modis quibus poterat adigente, ut absenti æmulo, quem superesse adhuc gravabatur, periculosæ molis onus impingeret. *De-*

scribit susus quæ adversus Silvanum machinata fuerunt, tum prosequitur Ammianus.

Iniquitate rei percitus Malarichus gentilium rector, collegis adhibitis strepebat inmaniter, circumveniri homines dicatos Imperio per factiones et dolos minime debere proclamans: petebatque ut ipse relictis obsidum loco necessitudinibus suis, Mallobande armaturarum tribuno spondente quod remeabit, velocius juberetur ire ducturus Silvanum, aggredi nihil tale conatum, quale insidiatores acerrimi concitarunt: vel contra se paria promittente, Mallobandem orabat properare permissi, hæc quæ ipse pollicitus est impleturum. Testabatur enim id se procul dubio scire, quod si quis mitteretur externus, suoque ingenio Silvanus, etiam nulla re perterrente timidior, composita forte turbabit; et quanquam utilia moveat et necessaria, ventis tamen loquebatur incassum. Namque Arbetione, etc.

Hæc Malarichus subito nactus, etiam tunc squallens et mæstus, suamque et popularis Silvani vicem graviter ingemiscens, adhibitis FRANCIS, quorum ea tempestate in palatio multitudo florebat, erectius jam loquebatur: tumultuabaturque, patefactis insidiis, resectaque jam fallacia, per quam ex confesso salus eorum appetebatur, etc. Agens inter hæc apud Agrippinam Silvanus, assiduisque suorum compertis nuntiis, quæ Apodemius in labem suarum ageret fortunarum, et sciens animum tenerum versabilis principis, timens ne absens et indemnatus perageretur reus, in difficultate positus maxima, Barbaricæ se fidei committere cogitabat. Sed Lanogaiso velante, tunc tribuno... docenteque FRANCOS, unde oriebatur, interfecturos enim, aut accepto præmio prodituros, nihil tutum ex presentibus ratus, in consilia cogebatur extrema: et sensim cum principiorum verticibus secretius collocutus, iisdemque magnitudine promissæ mercedis accensis, cultu purpureo a draconum et vexillorum insignibus ad tempus abstracto, ad culmen imperiale surrexit, etc.

Firmato itaque negotio per sequestres quosdam gregarios, obscuritate ipsa ad id patrandum idoneos, præmiorum expectatione accensos, solis ortu jam rutilo, subitus armatorum globus erupit: atque, ut solet in dubiis rebus audentior, cæsis custodibus regia penetrata, Silvanum extractum ædicula, quo exanimatus conflugerat, ad conventiculum ritus Christiani tendentem, densis gladiatorum ictibus trucidavit. Ita dux haud exsilium meritorum hoc genere appetit mortis, metu calumiarum, quibus factione iniquorum irretitus est absens, ut tueri possit salutem, ad præsidia progressus extrema. Licet enim ob tempestivam illam cum armaturis proditionem ante Mursense prælium, obligatum gratia retineret Constantium; ut dubium tamen, et mutabilem verebatur, licet patris quoque Boniti prætenderet fortia facta, FRANCI quidem, sed pro Constantii partibus in bello civili acriter contra Licinianos sæpe versati. *Ammian. Marcellin., lb. xv.*

355. *Franci Coloniam Agrippinam diripiunt. Julianus a Constantio A. Cæsar creatus in Galliam mittitur.*

(Julianus) itineribus rectis Taurinos pervenit: ubi nuntio... Indicabat autem Coloniam Agrippinam, ampli nominis urbem in secunda Germania, pertinaci Barbarorum obsidione reseratam magnis viribus et deletam. *Amm., Hist. lib. xv.*

356. *Julianus Coloniam Agr. a Francis captam recipit et pacem cum eorum regibus facit.*

Nullo itaque repugnante, ad recuperandam ire placuit Agrippinam, ante Cæsaris in Gallias adventum excisam, etc.... Igitur Agrippinam ingressus, non ante motus est exinde, quam FRANCORUM regibus furore mitescente perterritis, pacem firmaret republicæ interim profuturam, et urbem reciperet uniuersissimam. *Ammian., Hist. lib. xvi.*

His ergo calamitatibus vexatam, et afflictam nactus Galliam, primum Agrippinam recuperavi, urbem ad

Rhenum sitam, quæ ante menses circiter decem in potestatem hostium venerat. *Julian. epist. ad S. P. Q. Atheniensem.*

357. *DC. Franci in castello Menapiorum a Juliano obsessi et ad deditionem compulsi sunt.*

Rhenos Severus magister equitum per Agrippinam petens et Juliacum, FRANCORUM validissimos cuneos in sexcentis velutibus, ut postea claruit, vacua præsiidiis loca vastantes offendit : hac opportunitate in seelus audaciam erigente, quod Cæsare Alamannorum secessibus occupato, nulloque vetante, expleri se posse prædarum opimitate sunt arbitrati. Sed metu jam reversi exercitus, munimentis duobus, quæ olim exinanita sunt, occupatis, se quoad fieri poterat tuebantur. Hac Julianus rei novitate percussus, et conjiciens quorsum erumperet, si iisdem transisset intactis, retento milite circumvallare disposuit, etc... inedia, et vigiliis, et desperatione postrema lassati, sponte se propria dederunt : statimque ad comitatum Augusti sunt missi. Ad quos eximendos periculo multitudine FRANCORUM egressa, cum captos comperisset, et asportatos, nihil amplius ausa, repedit ad sua. Hisque perfectis acturus hiemem revertit Parisios Cæsar. *Ammian., Hist. lib. xvii.*

358. *Julianus Saliis et Chamavis bellum infert, et partem Saliorum quæ in Galliam irruerat in deditionem accepit.*

Quibus (subsidiis) paratis, petit primos omnium FRANCOS, eos videlicet quos consuetudo SALIOS appellavit, ausos olim in Romano solo apud Toxandriam locum habitacula sibi figere prælicenter. Cui cum Tungros venisset, occurrit legatio prædictorum, etc. Subito cunctos aggressus, tanquam fulminis turbo percussit : jamque precantes potiusquam resistentes in opportunam clementiæ partem effectu victoriæ flexo, dedentes se cum opibus liberisque suscepit. *Ammian., Hist. lib. xvii.*

Quin adversus eos barbaros, id est FRANCOS, SALIOS et CHAMAVOS exercitum movens, aspirantibus diis, SALIORUM partem excepti : Chamavos expulsi, etc. *Julian. epist. ad S. P. Q. Atheniensem.*

Julianus Chamavos partim cædit, et partim vivos captos in vincula compegit cum illorum rege Nebiogaste, reddito ei filio captivo, et accepta sola ejus matre obside, pacem fecit.

CHAMAVOS itidem ausos similia adortus, eadem celeritate partim cædit, partim acriter repugnantes vivosque captos compegit in vincula, etc., quorum legatis humi prostratis sub obtutibus ejus, pacem hoc tribuit pacto, ut ad sua redirent incolumes. *Ammian., Hist. lib. xvii.*

Cum Julianus in terram hostilem irrupisset, et CHAMAVI supplicarent ut genti tanquam quæ sua esset, parceret, assensus est, et eorum regem ad se venire jussit. Ut venit, etc., esse existimantes. Pacem igitur fecit; et solam Nebogasti matrem petiit, quam barbari fœdus approbantes statim dederunt cum ejusdem regis filio, qui in prælio captus fuerat. His confectis, autumno ad finem vergente et hieme ineunte (jam enim frigebat), profectus est. *Ex Eunapii Sardiani Excerptis de legationibus.*

360. *Julianus Cæsar Parisiis Augustus appellatur. Qui transgresso Rheno regionem Francorum Attuariorum pervadit, eos profligat et orantibus pacem ex arbitrio dedit.*

Julianus... etc., in limitem Germaniæ secundæ est egressus... Rheno exinde transgresso, regionem subito pervasit FRANCORUM, quos ATTUARIOS vocant, inquietorum hominum, licentius etiam tum percursantium extrema Galliarum, quos adortus subito nihil metuentes hostile... superavit negotio levi : captisque plurimis et occisis, orantibus aliis qui superfuere, pacem ex arbitrio dedit. *Ammian., Hist. lib. xx.*

Francus ex aula Constantii A. a dæmone per S. Hilarionem est liberatus.

Candidatus (quidam) Constantii imperatoris, rutilus coma, candore corporis indicans provinciam in-

ter Saxones quippe et Alemannos gens ejus non tam lata quam valida, apud historicos Germania, nunc vero FRANCIA vocatur), ab antiquo, hoc est ab infantia possessus a dæmone, qui noctibus eum ululare, ingemiscere, fremere dentibus compellebat, secreto vero ab imperatore evocationem petiit, causam ei simpliciter indicans; et acceptis ad consularem quoque Palæstinum litteris, cum ingenti honore et comitatu Gazam deductus est, etc. Deambulabat tunc senex in arenis mollibus, et secum de psalmis nescio quid submurmurabat : vidensque tantam turbam venientem, substitit; et resalutatis omnibus, manuque eis benedicens, post horam cæteros abire præcepit, illum vero cum servis suis et apparitoribus remanere. Ex oculis enim ejus, et vultu, cur venisset agnovit. Statim ergo ad interrogationem suspensus homo, vix terram pedibus tangens, et immaue rugiens, Syro, quo interrogatus fuerat, sermone respondit. Videres de ore barbaro, et qui FRANCAM tantum et Latinam linguam noverat, Syra ad purum verba resonare; ut non stridor, non aspiratio, non idioma aliquid Palæstini deesset eloquii. Confessus est itaque, quo in eum intrasset ordine. Et, ut interpretes ejus intelligerent, qui Græcam tantum et Latinam linguam noverant, Græce quoque eum interrogavit. Quo similiter et in verba eadem respondente, multasque incantationum occasiones, et necessitates magicarum artium obtendente : Non enno, ait, quomodo intraveris, sed ut ex eas, in nomine Domini Jesu Christi impero. Cumque curatus esset, simplicitate rustica decem auri libras offerens, hordeaceum ab eo panem accepit, audiens quod qui tali cibo alerentur aurum pro luto ducerent. *S. Hieronymus in Vita S. Hilarionis.*

363. *Julianus inveniit. Jovianus A.*

364. *Malaricus Francus magisterium armorum per Gallias suscipere recusat. Ex Ammian., Hist. lib. xxv.*

Jovianus A. moritur. Valentinianus fit A. post aliquot dies Valentem fratrem A. creat; eique Orientis imperium permittit.

366. *Charietto Francus per utramque Germaniam comes contra Alamannos pugnans occiditur. Ex Ammiano, Hist. lib. xvii.*

367. *Gratianus A.*

368. *Franci et Saxones vastant Gallias.*

Gallicanos tractus FRANCI et SAXONES iisdem confines, quo quisque erumpere potuit terra vel mari, prædis acerbis incendiisque, et captivorum funcribus hominum violabant. *Amm., Hist. l. xxvii.*

Imperator Cæsar. Fl. Valentinianus... Germanicus Maximus, Alamannicus Maximus, FRANCUS Maximus, Gothicus Maximus, tribuniciæ potestatis VII, imperator VI, Consul. II. *Onufr.*

369. *Pax inter Romanos et Francos.*

370. *Saxones victi a Romanis in finibus Francorum; a quibus nullum auxilium præstitum est ob pacem cum Romanis.*

Saxones cæsi ad Usonem, in regione Francorum. *S. Hieronymus in Chronico, 377.*

Valentinianus Saxones, etc. In ipsis FRANCORUM finibus oppressit. *Orosius, l. vii, c. 52.*

374. *Macrianus occisus a rege Francorum.*

Macrianus rex Alamannorum periit in FRANCIA : quam dum internecive vastando perumpit avidus, oppetiit Mellobaudis bellicosi regis insidiis circumventus. *Ammian., Hist. l. 30.*

375. *Valentinianus A. obiit. Valentinianus Junior A., cui Italiam et Africam Gratianus A. dedit, Gallias sibi retentis.*

377. *Gratianus A. Meraubaudes Francus coss. Richomeres comes domesticorum a Gratiano mittitur in Thraciam contra Gothos.*

Richomeres FRANCUS comes domesticorum... Profuturo sociatur, etc., pertinaci concertatione nondum lassatus, æquo Marte partes semet altrinsecus afflictabant : nec de rigore genuino quisquam remittebat, dum vires animorum alacritas excitaret, dire-

unt tamen interneciva certamina cedens vespero dies, etc.... post quæ repetivit Gallias Richomeris, ubi majorem præliorum fremitum qui expectabatur, inde adminicula perducturus. *Ammian., Hist. l. xxxi, cap. 7 et 8.*

578. *Gratianus per Mallobaudem regem Francorum domesticorum comitem Lentienses vincit.*

Lentiensis Alamannicus populus... pagorum omnium populis in unum collectis, cum quadraginta armatorum milibus vel septuaginta, ut quidam laudes extollendo principis jacitauerunt, sublatis in superbiam nostra confidentius irruerunt; quibus Gratianus, etc. Nannieno negotium dedit virtutis sobriæ duci: eique Mallobaudem junxit pari potestate collegam domesticorum comitem regemque Francorum, virum bellicosum et fortem. Nannieno igitur pensante fortunarum versabiles casus, ideoque cunctandum esse censente; Mallobaudes alta pugnandi cupiditate raptatus, ut consueverat, ire in hostem differendi impatientis angebatur. Proinde horribilo adversum fragore terrente, primum apud Argetariani signo per cornices dato concurrere est ceptum... non plusquam quinque millia ut aestimabatur evaserunt, etc.; inter complures alios audaces et fortes rege quoque Priario interfecto, exitium conditore pugnarum, etc. Conversus illuc cum exercitu Gratianus eadem quæ antea fortitudine semitas ducentes ad ardua quæritabat: quem Lentienses intentum jugulis suis omni perseverandi studio contemptantes, post dedicationem, quam impetravere supplici prece, oblata (ut præceptum est) juventute valida nostris atrociniis permittenda, ad gentiles terras innoxii ire permitti sunt. *Ammian., Hist. l. xxxi, c. 10.*

Valens A. In pugna cum Gothhis vivus a barbaris est exustus.

579. *Bauto et Arbogastes Franci missi a Gratiano A. cum copiis ad Theodosium in Macedoniam et Thessaliam contra barbaros.*

At Gratianus, harum rerum nuntio non parum perturbatus, satis magnas copias ablegat, Baudoni duci traditas: cum quo et Arbogastem misit. Erant autem ambo natione FRANCII, antecessis in Romanos animis, ab avaritia donisque captandis prorsus immunes, in bellicis rebus prudentia pariter ac robore præstantes. Postquam hi cum exercitu in Macedoniam Thessaliamque pervenissent, qui res istice agebant Scythæ, etc., ad imperatorem Theodosium mittunt, qui et benevolentiam et societatem, et facturos se quidquid imperasset, pollicerentur. *Zosimus, Hist. lib. iv.*

Theodosius a Gratiano A. fit Augustus.

582. *Priamus regnat in FRANCIA. Prosperi Chronicum Pithæanum.*

583. *Merobaudes II. Saturninus coss. Maximus imperium invadit. Gratianum Lugduni dolo interceptum per Andragathium ducentem occidit.*

584. *Richomeris Francus Clearchus coss.*

585. *Arcadius A. Bauto Francus coss.*

Cum ego Mediolanum ante Bauto nem consulem venerim, eique consuli kalendis Jannariis laudem in tanto conventu conspectuque hominum, pro mea tunc rhetorica professione recitaverim. *S. Augustin. contra litteras Priscilliani, lib. iii, cap. 50.*

588. *Maximo apud Aquileiam victo et occiso, Franci et Saxones qui navali militiæ Maximi merebant victoribus se sociarunt.*

Ille (Maximus) igitur statim a FRANCIS et a Saxonnica gente, in Sicilia, Siscia, Petavione, ubique terrarum victus est. *S. Ambrosius, Epist. 40 ad Theodos.*

Victor filius Maximi Cæsar ab Arbogaste imperio dejectus et occisus.

Genobaldus, Marcomeres, et Sunno irrumpunt in Gallias. Nannius et Quintinus magistri militum contra eos exercitum ducunt. Quintinus FRANCIAM ingressus magnam cladem accipit.

Et tempore Genobaldo, Marcomere, et Sumione ducibus, FRANCII in Germaniam prorumpere, etc.; per-

A turbatis ergo ordinibus cæsar legiones, Heraclio Jovinianorum tribuno, ac pene omnibus qui militibus præerant, extinctis, paucis effugium tutum nox et latibula silvarum præstitere. *Sulpitius Alexander lib. iii Hist. Lege locum integrum apud Gregorium Turon. lib. iii Hist.; cap. 8, col. 57.*

589. *Franci Gallias infestant. Arbogastes Romanos in eos exirit. Valentinianus pax cum illis init.*

Et tempore Charietto et Syrus in locum Nanneni subrogati in Germania cum exercitu opposito FRANCIS diversabantur, etc. *Sulpitius Alexander l. iv Hist. apud Gregorium Turon. lib. ii, col. 59.*

392. *Valentinianus A. Viennæ occisus. Arbogastes Eugenium ad imperium evehit.*

Dum diversa in Oriente per Thracas geruntur, in Gallia status publicus perturbatur, et clauso apud Viennam palatii ædibus principe Valentiniano, etc. *Sulpitius Alexander apud Gregor. l. ii Hist., col. 59.*

Arbogastes oriundus e gente FRANCORUM, quem secundum a Baudone duce locum Gratianus imperator obtinere jusserat, illo rebus humanis exempto, fretus industria sua, citra principis auctoritatem magisterium militum in se transtulerat, etc. Tandem Valentinianus... libellum porrigit, quo ei magistratum abrogabat. Hoc ille perlecto: Nec potestatem mihi dedisti, ait, nec cripere poteris. Quibus prolatis, discerptoque libello, et in terram abjecto discedit, etc. Quapropter (Arbogastes) imperatorem, qui apud oppidum Galliæ Viennam commorabatur... adortus lethaliter vulnerat et interficit. Cum omnes taciti facinus admissum ferrent, ob viri dignitatem, et fortitudinem bellicam, ac præterea, quod hominem magna benevolentia milites prosequerentur, qui pecuniam contemneret: Eugenium imperatorem declarat, etc. *Zosimus l. iv Histor.*

Arbogastes bellum infert FRANCIS et postea cum eis pacem facit.

Eodem anno Arbogastes Sunnoem et Marcomerem subregulos FRANCORUM gentilibus odiis insectans, etc. *Sulpitius Alexander apud Gregor. l. ii Hist., col. 60.*

Per idem tempus Arbogastes comes adversus gentem suam, hoc est FRANCORUM, bellum paravit, atque pugnando non parvam multitudinem manu fudit; cum residuis vero pacem firmavit. Sed cum in convivio a regibus gentis suæ interrogaretur, utrum sciret Ambrosium, et respondisset nosse se virum, et diligere ab eo, atque frequenter cum illo convivari solitum, audivit: Ideo vincis omnes, quia ab illo viro diligeris, qui dicit soli, sta et stat. *Paulinus in Vita S. Ambrosii.*

395. *Franci in exercitu Eugenii.*

Dehinc Eugenius tyrannus, suscepto expeditionali prociectu, Rheni limitem petit, ut cum Alamannorum et FRANCORUM regibus vetustis fœderibus ex more initis, immensum ea tempestate exercitum gentibus feris ostentaret. *Sulpitius Alexander apud Greg. Turon. l. ii Hist., col. 60.*

D 394. *Theodosius A. Eugenium vincit et occidit. Arbogastes seipsum interficit.*

Potentia Dei, non fiducia hominis, victorem semper extitisse Theodosium, Arbogastes iste præcipuum in utroque documentum est: qui... collectis Gallorum FRANCORUMQUE viribus exundavit, mixtus etiam præcipuo cultu idolorum, magna tamen facilitate succubuit. Eugenius atque Arbogastes instructas acies campis expeditant, etc. At vero Theodosius in summis Alpibus constitutus, expertus cibi ac somni... corpore humi fusus, mente cælo fixus, orabat. Dehinc postquam insoune noctem precum continuatione transegit, etc., arma corripuit solus: sciens se esse non solum signo crucis tuendum, sed et victoriam adepturum, signo crucis se muniens, signum victoriæ dedit (ac signo crucis signum prælio dedit), ac se in bellum, etiamsi nemo sequeretur, victor futurus inmisit, etc. Eugenius captus atque interfectus est. Arbogastes sua se manu perculit. Ita et hic

dnorum sanguine bellum civile restinctum est. Oro- A
sius, *Histor. l. vi.*

... Cauto nec profuit hosti
Munitis hæsisse locis. Spes irrita valli
Conciliit, et scopulis patuerunt claustra reuulsis, etc.
At ferus inventor scelerum trajecerat altum
Non uno mucrone latus, duplexque tepebat
Esis, et ultrices in se converterat iras
Tandem justa manus.

Claudianus de tertio consulatu Honorii A. Paneg.

395. *Theodosius A. Mediolani moritur. Arcadius Orientem obtinet, Occidentem Honorius, qui per Stilic-
onem pacem facit cum Francis.*

Hunc tamen imprimis populos lenire feroces,
Et Rhenum pacare jubes. Volat ille citatis
Vectus equis ...
Attonitos reges humili cervicæ videres.
Ante ducem nostrum flavam sparsere Sicambri
Cæsariem, pavidoque orant-s murmure FRANCIS
Procubere solo : juratur Honorius absens,
Imploratque tuum simplex Alemannia nomen.
Basternæ venerè truces, venit accola sylvæ
Brueterus Hercyniæ, latusque paludibus exit
Cimbrus, et ingentes Albim liquere Cherusci.
Accipit ille preces varias; tardeque rogatus
Annuit; et magno pacem pro munere donat, etc.
Hoc tibi dat Stiliconis iter.

Claudianus in quarto consulatu Honorii A. Paneg.

Miramur rapidis hostem succumbere bellis,
Cum solo terrore ruant. Non classica FRANCIS
Intulimus, jacere tamen, etc.

Idem lib. 1 de laudibus Stiliconis.

Arcadius Bantouis seu Bandonis Franci filiam Eudoxiam uxorem duxit.

(Eudoxia) erat eximia pulchritudine spectabilis et
apud filium Promoti educabatur. *Zozimus, lib. v.
Histor.*

(Eudoxia) vero non ad spuriam mariti naturam
facta erat, verum inerat ipsi haud parum barbaricæ
naturæ. *Philostorgius lib. II Hist. Eccles., c. 6.*

397. *Marcomirus et Souno reges Francorum pacem
perosi puniuntur.*

... Provincia missos

Expellit citius fasces, quam FRANCIA reges
Quos dederis, acie nec jam pulsare rebelles,
Sed vinclis punire licet, sub iudice nostro
Regia Romanus disquirit crimina carcer.
Marcomeres, Sounoque docent, quorum alter Etru-
[scum]

Pertulit exsilium : cum se promitteret alter
Exsulis ultorem, jacuit mucrone suorum.
Res avidi concire novas, odoque furentes
Pacis et ingenio scelerumque cupidine fratres.

Claudianus de laudibus Stiliconis lib. 1.

399. *Romanum Imperium Barbaris formidolosum
erat.*

... Tum forte decorus

Cum Stilicone gener pacem implorantibus ultro
Germanis responsa dabat, legisque Gaucis, etc.
Ante pedes humili FRANCO, tristisque Suevo
Perfruo, et nostrum video, Germanice, Rhenum.

Claudianus in Eutropium l. 1, v. 377.

*Idem lib. II de Laudibus Stiliconis Galliam inducit
conquerentem de Stilicone Francorum victore consu-
latum fastidiente.*

Qui mihi Germanos solus, FRANCOSQUE subegit,
Cur nondum legitur fastus?

Claudian. de Laudibus Stiliconis l. II.

400. *Fl. Stilico, Aurelianus coss.*

406. *Ultimo die Decembris Vandali, Francis pro-
teratis, Rhenum transeunt, Galliasque invadunt.*

Ante biennium (triennium) Romanæ irruptionis,
excitatae per Stiliconem gentes Alanorum, ut dixi,
Suevorum, Vandalorum, multæque cum his aliæ,
FRANCOS proterunt, Rhenum transeunt, Gallias inva-
dunt. *Orosius l. VII, cap. 46.*

Francorum, etc. centium vitia et mores describit

*Salvianus lib. IV. de Providentia, cap. 14, et libro VII,
cap. 15.*

407. *In Britannia Constantinus imperator acclama-
tur, transit in Gallias, Justinianum et Nevigastem
Francum Celticis exercitibus præficit.*

*Acce prælium inter Constantinum et barbaros Gallias
vas'antes, victoriam obtinent Romani. Zozimus, Hist.
l. VI.*

408. *Franci Vandalos vincunt.*

Interea Respendial rex Alamannorum, etc. *Frige-
ridus lib. II, c. 9. apud Gregor. Turon., col. 61.*

*Arcadius moritur anno ætatis 51. Theodosius ejus fe-
lius A. Sarus contra Constantinum mittitur a Stilicone,
qui Justinianum vincit et occidit, et Nevigastem violato
juramento interficit. Edobinchus Francus et Gerontius
iis a Constantino suffecti : qui Sarum in Italiam fugere
compellunt. Eodem tempore Sarum Stilico, etc. Zo-
zimi. lib. VI Hist.*

409. *Honorius Constantinum in societatem imperii
admittit. Vandali, Alani, Suavi Hispaniam occupant.
B Trevirorum civitas direpta a Francis.*

Trevirorum civitas a FRANCIS direpta incensaque
secunda irruptione. *Frigeridus, l. II, c. 9 Greg. Tu-
ron., col. 62.*

410. *Roma ab Alarico capta.*

Franci in exercitu Constantis Constantini filii.

Edobecco ad Germanas gentes præmisso, Con-
stans et præfectus jam Decimius Rusticus ex offi-
ciorum magistro petunt Gallias cum FRANCIS et Ala-
mannis omnique militum manu, ad Constantinum
junjamque redituri. *Frigeridus, l. II, c. 9. Gregor.
Turon., col. 62.*

*Gaiso Francus comes sacrarum largitionum Hono-
rii A., deinde magister officiorum et postea magister
militum. Lib. VII et IX codicis Theodosiani.*

411. *Constantinus comes contra Constantinum missus
Arelatem obsidet.*

*Edobicus Francus magister militum Constantini, in
ejus auxilium cum ingentibus copiis adventans, a Con-
stantio vincitur, et ab Edicio amico perfido occiditur.
Interim circumsidente Arelatum Honorii exercitu, etc.
Sozomenus, libro IV, cap. 14.*

*Jovinus Romanæ militiæ magister in Gallia purpu-
ram sumit, Franci in ejus exercitu.*

Vixit quartus obsidionis Constantini mensis
agebatur, cum repente ex ulteriori Gallia nuntii veni-
unt Jovinum assumpsisse ornatus regio, et cum
Burgundionibus, Alamannis, FRANCIS, Alanis, omni-
que exercitu imminere obsidentibus, ita acceleratis
moris, reserata urbe Constantinus deditur. *Frigeri-
dus, apud Greg. Turon. lib. II, cap. 9, col. 61.*

*Constantinus ab Arelatensibus Constantio vivus tra-
ditus jussu Honorii A. occisus.*

412. *Jovinus et Sebastianus fratres in Gallias tyran-
ni occisi.*

*Apollinaris avus Sidonii Apollinaris præfectus præ-
torio Galliarum. Sidon. Apollinar. Ep. lib. III, epist. 12.*

413. *Treviris a Francis direpta.*

*D Excisa ter continuatis eversionibus summa urbe
Gallorum. Salvianus lib. VI, c. 15.*

414. *Eodem tempore Castinus domesticorum com-
es, expeditione in FRANCOS suscepta, ad Gallias
mittitur. Frigeridus apud Greg. Turon. lib. II, cap. 9,
col. 62.*

415. *Nam et in Consularibus legimus Theodome-
rem regem FRANCORUM, filium Richimeris quondam,
et Ascilam matrem ejus, gladio interfectos. Frigeri-
dus ibid. apud Greg. Turon.*

Treveris a Francis eversa.

*Non agitur in Treverorum urbe excellentissima,
sed quia quadruplici est eversione prostrata. Sal-
vian. lib. VI, cap. 8.*

*Denique expugnata est quater urbs Gallorum opu-
lentissima. Ibid. cap. 13.*

*Nam quia te tria excidia non correxerant, quarto
tu perire meruisti. Ibid. cap. 15.*

416. *Franci partem Galliarum propinquam Rheno occupant. Vide infra ad annum 428.*

420. *Constantius ab Honorio A. creatur A.*

PHARAMUNDUS regnat in FRANCIA. *Prosperi Chronicon Pithæamum.*

421. *Constantius A. imperii mense 7 obit.*

423. *Joannes imperium Occid. occupat.*

424. *Valentinianus Constantii A. filius ab Honorio A. Cæsar creatus et missus in Occidentem contra Joannem tyrannum.*

425. *Joannes tyrannus captus et occisus. Valentinianus a Theodosio A. appellatur.*

428. *Chlodio rex Francorum.*

Felice et Tanro. Pars Galliarum propinqua Rheno, quam FRANCI possidendam occupaverant, Aetii comitis armis recepta. *Prosperi Chronicon Hieronymi Chronico adjunctum.*

431. 8. *Theodosii A. Arcadii A. filii. Superatis per Aetium in certamine FRANCIS et in pace susceptis. Idatii Chronicum.*

457. *Chlodio Francorum rex præmissis ad Camaracum exploratoribus Rhenum transit, Romanos profligat, Camaracum capit et omnia loca usque ad Sumnam fluvium occupat. Gregor. Turon. lib. II, cap. 9, col. 63.*

445. *Pugna inter Chlodionem regem Francorum et Aetium et Majorianum duces Romanorum.*

... Post tempore parvo

Pugnastis pariter, FRANCUS qua Cloio patentes
Atrebatum terras pervaserat, etc.

Sidonius in Paneg. Majorianæ A.

Francorum descriptio ex Sidonio ibid.

Hic quoque monstra domat, rutili quibus arceæ cerebri
Ad frontem coma tracta jacet, nudataque cervix
Setarum per dama nitet, tum lumi e glauco
Albet aquosa acies, ac vultibus undique rasis,
Pro barba tenues perarantur pectine criste.
Strictius assutæ vestes proceræ coercent
Membra virum, patet his altato tegmine poples,
Latus et-angustam suspendit balteus alvum.
Excussisse citas vastum per iuane bipennes,
Et plagæ præscisse locum, clypeosque rotare
Ludus, et intortas præcedere saltibus hastas,
Inque hostem venisse prius. Puerilibus annis
Est belli maturus amor. Si forte premantur
Seu numero, seu sorte loci, mors obruit illos
Non timor, invicti perstant, animoque supersunt
Jam prope post animam.

448. *Chlodionis mors, dissensio inter ejus liberos de regno. An Meroveus ejus successor filius ipsius fuerit, incertum.*

At (Attilæ) FRANCOS bello lacessendi occasionem ei submini-trabat regis illorum obitus, et de regno inter liberos ejus orta dissensio. Quorum major natu Attilam, minor Aetium in auxilium vocare statuerat. Hunc nos Romæ legationem obeuntem vidimus, adhuc imberbem: flava coma, adeoque promissa, ut super humeros circumfusa esset. Eum Aetius filium a se adoptatum, multisque cum ab ipso, tum ab imperatore ornatum muneribus, et amicum ac socium populi Romani appellatum dimisit. *Ex historia Prisci rhetoris et sophistæ.*

449. *Apollinaris pater Sidonii præfectus prætorio Galliarum.*

451. *Attila Hunnorum rex Gallias invadit; Franci in ejus exercitu. Vincitur ab Aetio; Meroveus Francorum rex pro Romanis stetit. Gregor. Turon. Hist. l. II, c. 7, col. 55.*

... Subito cum rupta tumultu

Barbaries totas in te transfuderat æretos
Gallia. Pugnacem Rugum comitante Gelono
Gepida trux sequitur, Seyrum Burgundio cogit:
Chonus, Bellonotus, Neurus, Basterna, Toringus,
Bracterus, ulvosa quem vet Nicer abluat unda,
Prorumpit FRANCUS; cecidit cito secta bipenni
Hercinia in lintres, et Rhenum texuit alno.
Et jam terrificis diffuderat Attila turmis
In campos se Belga tuos.

Sidonii Panegyricus Avito Augusto.

His (Romanis) enim adfuere auxiliares FRANCI. *Jornandes de rebus Geticis, cap. 36.*

In hoc enim famosissimo bello... FRANCIS pro Romanorum, Gepidis pro Hunnorum parte pugnantibus. *Idem, cap. 41.*

454. *Aetius a Valentiniano A. occisus.*

455. *Valentinianus A. occiditur auctore Maximo, qui imperium invadit. Franci Gallias, etc., depopulantur. Maximus Avitum magistrum militiæ Galliarum facit, Barbari hujus metu aufugiunt.*

FRANCUS Germanum primum Belgamque secundum Sternebat, etc.

Ut primum ingesti pondus suscepit honoris,
Legas qui veniam poseant Alamannæ furoris, etc.

Sidonii Panegyrr. Avito Aug.

Maximus a suis laniatus et in Tiberim projectus 77 imperii die. Roma a Genserico capitur. Avitus A.

EX S. GREGORIO TURONENSI.

ANNO 458. *Childericus Francorum rex Meroveo patri suo succedit, col. 65. Aegidius fit magister militiæ Romanæ in Galiiis, qui pulso a Francis Childe-rico ob luxuriam, in ejus locum substituitur, 66.*

464. *Franci revocato Childe-rico Aegidium pel- lunt, 65.*

477 ad 481. *Childericus Aureliani pugnât, Adouacrius Andecavum venit, 70. Paulus militiæ Romanæ magister in Gothos pugnat, Childe-ricus interempto Paulo Andecavum obtinet, 70. Insulæ Saxonum a Francis captæ, 71. Childe-ricus Adouacrio junctus Alamannis subjungit, 71.*

481. *Chlodoveus Childe-rico patri suo mortuo suc- cedit.*

486. *Chlodoveus in Siagrium Aegidi filium movet, eumque fugat, et ab Alarico repetitum interficit, 78.*

487. *Chlodoveus in campo Martio Francum occi- dit, qui anno præcedenti vas Rhemensis ecclesiæ ipsi denegaverat, 79, 556.*

C 491. *Chlodovei expeditio in Thoringos, quos im- perio suo subjicit, 79.*

493. *Chlodoveus Chlotildem uxorem accipit, 80.*

496. *Chlodoveus invocato Christi nomine Alaman- nos vincit, eorum rege interempto, 82. Remigius eruditum in fide Chlodoveum baptizat, effusis balsa- mis, etc., templum divino respergitur ab odore, ta- lique astantes donantur gratia, ut æstimarent se pa- radisi odoribus locari, 83. Francorum supra tria millia et Chlodovei soror baptizantur, 84.*

497. *Albofedis Chlodovei soror obit. Ea de re S. Remigius Chlodoveum litteris solatur, 84, 1326.*

498-499. *Godegiselnus Burgundionum rex in fratrem suum Gundobadum, alterum ejusdem gentis regem, conjurat, et Chlodoveo sibi juncto, 85, eum fugat, 86 et seq.*

500. *Gundobaldus occiso Godegiselo et pulsus Vienna Francis, Burgundiæ monarchiam sibi asserit, 88, leges condit, ibid.*

D 502. *Chlodoveus civitates Britannæ Arcorice subjugat, 144.*

503. *Colloquium Chlodoveum inter et Alaricem Wisigothorum regem prope Ambaciacum, 90, 91.*

507. *Chlodoveus victo in acie prope Pictavum, et occiso Alarico Wisigothorum rege Francorum im- perium ad Pyrenæos montes usque dilatat, 92 ad 95.*

508. *Chlodoveus transacta apud Burdegalam hyme, Ecolismam et Tolosam sibi subjicit. Acceptis consulatus codicillis apud Turonos in basilica S. Martini Augustus appellatur, tum Parisiis regni sedem instituit, 95.*

509. *Sigibertus Francorum Coloniae rex a filio suo Chlo-derico occiditur, ipso quoque Chlo-derico interempto, Chlodoveus Coloniæ et vicinas regiones imperio adjicit, 96, 97.*

Chararico Francorum regulo, ejusque filio occisis eorum regno Chlodoveus potitur, 97.

510. *Ragnacharius Francorum apud Camaracum*

rex cum suo fratre Richario a Chlodoveo occiditur, qui eorum regnum occupat, 98, 99. Rignomeris apud Cenomannum a Chlodoveo occidi iubetur, 99. Namnetes a Chlilone Chlodovei exercitus duce obsessi miraculo liberantur, 791.

511. Chlodoveus devictus vicinis regibus, occisique propinquis suis, Francorum monarcha obit Parisiis v Kal. Decenbris, sepelitur in basilica Apostolorum, 100. Francorum regno in Tetrarchiam diviso inter quatuor Chlodovei filios THEODERICUS Rheinis, CHLODOMERIS Aureliani, CHILDEBERTUS Parisiis, CULOTARIUS Suessionibus sedem regni habent, 105.

516. Chochilaicus Danorum rex in Gallias ingressus, hoc scelus sua morte, ac suorum excidio, qui in prælio navali superati sunt, hinc, 106. Hermenefridus occisus fratribus solus in Thoringia regnat, illuso Theodorico, quem appellarat in auxilium, 106, 107.

Sigismundus Gandobado patre mortuo Burgundiæ regnum obtinet, 107.

522. Theodericus Sigismundi filiam in uxorem accipit, 108.

525. Instigante Chlotilde Franci in Burgundiones arma movent, 108. Godomaro fugato frater ejus Sigismundus cum uxore et filiis a Chlodomere captivus abducitur, 109.

524. Godomarus resumptis viribus Burgundionum regnum recuperat, Chlodomeris adversus eum intrus Sigismundus cum ejus uxore et filiis interficit, 109. Chlodomeris in prælio occiditur, Burgundionum regnum deletur a Francis. Godomarus iterum regnum recuperat, 110.

525. Chlotarii et Childeberti in Burgundiam expeditio, ad quam ire remeans Theodericus Arvernus diripit, 114, 1161, 1166.

526. Childebertus et Chlotarius suos ex fratre Chlodomere nepotes Theodebaldum et Chlotarium interficiunt, Chlodoaldo per viros fortes liberato, 123.

528. Theodericus expeditionem adversus Hermenefridum Thoringorum regem parat, 110.

529. Thoringi a Francis devicti. Chlotarius inde Radegundem captivam adduxit, 112.

530. Childebertus, frater in Thoringia occupato, Arvernos occupare frustra conatur, 115. Theodericus dolo Hermenefridum occidit, et Thoringorum regnum occupat, 112. Mundericus adversus Theodericum rebellis opprimitur, 117.

531. Childebertus sororis suæ Chlotildis injurias ultrius Wisigothos aggreditur, occiso Amalarico, spoliis onustus cum sorore in Franciam redit, 114.

535. Francorum in Wisigothos expeditio, 127.

534. THEODEBERTUS Theodorico patri suo mortuo succedit, 128.

537. Childeberti et Theodeberti in Chlotarium expeditio, sed civilis illa discordia Chlotildis ad sepulcrum S. Martini precibus miraculo repressa fuit, 129.

539. Theodeberti in Italiam expeditio, Buccellinum ibi exercitus ducem relinquit, ipi victo Belisario, tum Narsete, magnam Italiæ partem occupavit, 135, 154.

542. Childeberti et Chlotarii in Hispaniam contra Wisigothos expeditio. Cæsaraugusta ab iis obsessa S. Vincentii precibus solvitur, 150, 151.

544. Nascitur Gregorius Turon. die festo S. Andree, 1264, c. 545. Chlotildis regina abijt ad superiores, sepelitur a filiis in basilica Apostolorum, 141.

546. Lues inguinaria, quæ variis in locis sanctorum intercessione sedatur, 144, 959, 1174, etc.

548. THEODEBALDUS Theodeberto patri suo succedit, 158.

555. Occiso Theia defecit Gothorum regnum in Italia. Circa id tempus Chanao comes Britannorum fratres suos interficit, 145.

555. Chlotarius Theodebaldi defuncti regnum occupat, 148. Chramnus a Chlotario patre in Arverniam missus, ubi pessime agit, 151, 797. Chlotarius Saxones rebelles reprimit, Thoringiam ob ipsis præstitum auxilium devastat, 148. Buccellino Fran-

corum in Italia duce occiso, delectoque ejus exercitu, a Narsete Franci ex Italia pelluntur, 567.

556. Chlotarius a suis coactus in Saxones pugnat infeliciter, 154. Chramnus adversus patrem rebellat, Childeberto jungitur, etc., 155 et seq.

557. Saxones in Franciam erumpunt, Chlotarii tertia in eos expeditio. Childebertus Rhemensem Campaniam devastat, 158.

558. Childebertus obit, et sepelitur in basilica Vincentiana, ab eo exstructa, CULOTARIUS monarchiam obtinet, 160.

559. Chramnus patri repræsentatus, evadit, et fugit in Britanniam, 160.

560. Chlotarii in Chramnum et Brittones expeditio; quem cum uxore et filiis interimij iubet, 161, 162. Visitat S. Martini tumulum, 235. Ejus basilicam a Wilibario incensam restaurari imperat, 160.

561. Chlotarius obit, sepelitur in basilica S. Medardi, 162. Regnum inter quatuor Chlotarii filias divisum, CHARIBERTUS Parisios sedem habet, GUNTRAMNUS Aurelianum, CHILPERICUS Suessionis, ac SIGIBERTUS Rhemos, 162, 165.

562. Charibertus Gundovaldum, qui se Chlotarii filium dicebat, excipit; Sigibertus tonsuram cogit exulare: qui confugit ad Narsetem in Italiam, acceptaque conjuge abijt Constantinopolim, 165. Charibertus vitis deditus, 1026. Sigibertus Hunnos in Gallias erumpentes profligat, quibuscum postea fœdus init, 165.

564. Sigiberto adversus Hunnos occupato, Chilpericus Rhemos et alias civitates invadit. Hinc natum civile bellum. Chilpericus fugatur, Sigibertus amisit recuperat, etc., 165.

564. Santonensis Synodus, 165.

565. Sigibertum inter et Chilpericum pax redintegrata, 165. Guntramnus Austrigildem ducit uxorem, 164.

566. Sigibertus Brunichildem uxorem ducit, 168. Altera Sigiberti in Hunnos expeditio, 169. Bello inter Sigibertum et Guntramnum exorto, Arelas a Sigiberto obsidetur, 169 et seqq.

567. Justino Justiniani successori Sigibertus legationem mittit, 180. Concilium Lugdunense, in quo depositi Salonius et Sagittarius, 252. Chilpericus Galsintham ducit uxorem, quam postea necat, 168. Obit Charibertus, 167, 908. Hinc bellum civile et nova Franciæ regni divisio, 187, 574.

569. Alboinus cum Langobardis in Italiam transiigrat, 182.

571. Prodigia et lues maxima, 172. Langobardi in Gallias irrumpunt, fugato occisoque Amato patricio, postmodum a Mummolo penitus delentur, 185.

572. Saxones ex Italia in Gallias erumpentes a Mummolo profligantur, 183, 575.

575. Saxones in patriam redeunt annuente Sigiberto, 184. Gregorius Rhemis ab Egidio con-feratur, æger sanatur S. Martini meritis, 1058. Synodus iv Parisiensis ad Guntramni, seu Chilperici, scidium cum Sigiberto sedandum, 190. Synodi patribus libellum obtulit Pappolus episcopus Carnot. contra Ægidium Rhemensem, qui Duni episcopum ordinaverat, 545.

574. Langobardi Clepo mortuo iterum in Gallias irrumpentes, ad interneccionem cæsi, 186, 574. Civile bellum inter Chilpericum et Sigibertum effervescit, 190 et seqq., 802. Pax utrumque facta, 1045.

575. Sigibertus pulso fere e regno fratre suo Chilperico, conciliatoque sibi Guntramno, occiditur, 195. CHILDEBERTUS II e Chilperici manu ereptus patri succedit, 201. Turones a Ruccoleno Cenomannorum comite vexantur, 1056.

576. Brunichildis Sigiberto relicta Meroveo Chilperici filio nubit, 201. Hinc gravia scidia inter patrem et filium, 215 et seqq. S. Germanus Parisiorum episcopus evolat ad cæcos, 211.

577. Guntramnus filius orbatus, Childebertum adoptat, 221. Synodus Parisiensis adversus Prætextatum,

- 222 *et seqq.* Discidium inter Britanniae comites, 220. A Dubietas Paschæ, 221. Meroveus necatur, 229.
578. Chilpericus Pictavum pervadit, 235. Adversus Brittones mittit, 257.
579. Synodus Cabillonensis in causa Sagittarii et Salonii, 238. Brittonum irruptiones, 240.
580. Chilpericus labitur in Sabellii hæresim. A Gregorio, tum a Salvio reprehensus respicit, 256. Synodus Brennacensis, in qua Gregorius purgatus est, 264. Lues gravis in Gallia, 245. Chilpericus ægrotat; hortante Fredegunde piis operibus insistit, 243, 244. Chlodoveum filium occidit, 249. Leuvigildus rex persecutionem movet in Hispania, 247. Gregorii cum Agilane Ariano dissertatio de fide, 255.
581. Childebertus cum Chilperico init fœdus relicto Guntramno, 271. Gregorius Chilpericum adit Novigentum, ubi Chilpericus munera ab imperatore suscipit, 272. Ægidius Rhemorum episcopus legatus Childeberti ad Chilpericum, 275. Gregorii cum Prisco Judæo coram rege concertatio de fide, 274. Chilpericus Parisios ingreditur, 277. Postridie paralyticus ad S. Germani sepulcrum curatur, 272. Guntramno et Childeberto dissidentibus Chilpericus Guntramni urbes invadit, 289.
583. Ægidius Rhemor. episcopus iterum legatus Childeberti ad Chilpericum. Bellum civile, 304.
584. Gregorius cum Oppilane Ariano de fide disputat, 315. Childebertus pace cum Guntramno facta Italianam expeditionem suscipit contra Langobardos, etc., 318, 319. Riguntis in Hispaniam Reccaredo desponsata mittitur, 321. Patre necato res infecta mansit, 337. Chilpericus Cahæ occiditur, 324. Sepelitur Parisiis in basilica Vincentiana, 326. Guntramnus a Fredegunde invitata Parisios venit. Fratris errata emendat. Chlotarius II patris successor dicitur, 325, 326, 597. Gundovaldus Ballomer rex Brivæ salutatur, 338. Legationes variae Childeberti ad Guntramnum, et tumultus civiles, 333, 339, 340.
585. Bellum civile, 349. Guntramnus exercitum adversus Gundovaldum movet, 330, 340. Legationem ab eo suscipit, 337. Gundovaldus apud Convenas obsessus, 331, occiditur, 365, 597. Fames invalescit in Galliis, 369. Guntramnus Aureliani suscipitur, 375, ubi Gregorium invisit, 376, et excipit convivio, 377. Parisiis nepotum corpora in basilicam Vincentianam transferri curat, 381 *et seqq.* Monasterium S. Marcelli Cabillone condit, 595. Gregorius ad Childebertum legatus, 585 *et seqq.* Childeberti in Italianam contra Langobardos, excitante imperatore, expeditio, 590. Synodus Matiscone celebratur, 592. Placitum Childeberti apud Belsonaucum, 592.
586. Hermenegildo a patre occiso, Ingundis fugiens in Africa moritur. Guntramnus neptem ultimus movet in Septimaniam, 397, 399, 597. Prætextatus episc. Rothomagensis Fredegundis opera occiditur, 402. Gotthi pacem petunt, Reccaredus semel et iterum in Gallias irrupit, 402, 408, 409.
587. Reccaredus patri Leuvigildo succedit, 416, 598. Pacem a Francis petit, 419. Obiit S. Radegundis, 420. Ejus exsequias curat Gregorius, 985. Wasconum irruptiones repressæ, 425. Rancingus rebellat, 426. Occiditur, 427. Colloquium et pax inter Guntramnum et Childebertum apud Andelaum, 429, 430, 439, 598. Childeberti expeditio in rebelles, 431. Reccaredus cum Gotthorum gente fit catholicus, 435. Pacem a Francis petit, 435, 445. Britannorum motus sedantur, 456.
588. Gregorius legatus ad Childebertum, 439. Franci a Langobardis profligati, 450.
589. Langobardi a Childeberto pacem petunt, 852. Guntramni in Septimaniam expeditio, 454, infansta, 455, 600. Theodebertus Childeberti filius Sæssonensibus, etc., conceditur, 460. Scandalum grande in monasterio S. Crucis Pictaviensis incipit, 465 *et seqq.*
590. Lues magna Romæ. S. Gregorius in papam assumptus, 479. Childeberti expeditio in Langobardos, 485. Mauricius ob interfectum anno præcedenti in Africa legatum Francis satisfacit, 485 *et seqq.*, 488. Concilium in causa Tetradixæ, 490. Britannicum bellum, 495, 600. Gregorius presbyterum Sadducæum convincit, 497. Pictaviensium monialium turbæ auferunt, 502. Dubietas Paschæ, 516. Concilium Mettense, in quo Ægidius Rhemensis deponitur, 511 *et seqq.*; ibi et moniales Pictavienses absolutæ, 514. 591. Chlotarius II baptizatur, 522.

EX FREDEGARII CHRONICO, ETC.

- Anno 593. Guntramnus moritur, ejus regnum Childebertus obtinet, 601. Anrelianum accedit, 1135. Chlotarius Quintrionem Campaniæ ducem fugat, 601.
594. Britannicum bellum, 601. Gregorius Romam petit. *Ejus Vita*, n. 24.
595. Childebertus Warnos profligat, 601. Gregorius Turonum antistes pie obiit xv Kalend. Decembris. *Vita*, n. 26.
596. Childebertus II obiit, filii ejus succedunt THEODEBERTUS II in Austrasia, THEODORICUS II in Burgundia, 601. Utriusque exercitum Chlotarius fugat, 602.
597. Fredegundis regina moritur, 602.
598. Wintrio Campaniæ dux Brunichildis opera occiditur, 602.
599. Brunichildis turpiter ex Austrasia pellitur, 602.
600. Chlotarius a Theodeberto et Theodorico victus, pacem iniquis conditionibus acceptat, 605.
602. Wascones ab iisdem regibus subjugati ducem accipiunt, 604.
603. Desiderius Viennæ episc. in conventu Cabillone exanctoratus, 605.
604. Chlotarius a Theodorico fugatus, fœdus init cum Theodeberto, 603.
605. Theodericus instigante Brunichilde in Theodebertum movet, 607. Pacem ineunt, 618.
607. Brunichildis in S. Aredinum, etc., sævit, 608. Conjuratio quatuor regum in Theodericum evanescit, 509.
608. Placitum inter Theodebertum et Theodericum pro pace, 611.
610. Placitum apud Saloisam inter eosdem, 617.
611. Theodericus fœdere cum Chlotario inito in fratrem Theodebertum parat expeditionem, 618.
612. Theodericus, bis victo ac capto Theodeberto, ejusque filio occiso, Austrasiam invadit, 618 *et seqq.* In Chlotarium movet, 619.
615. Theodericus in Chlotarium parans moritur, succedit SIGBERTUS II quem Chlotarius victum et captum cum fratribus occidi imperat, tum Brunichildem; et sic obtinet monarchiam, 620 *et seqq.*, 1351.
616. Conventus apud Bonogilum, 624.
617. Chlotarius tributis, quæ Langobardi solvebant, dimissis, pacem cum illis init, 626.
618. Bertrudis regina moritur, 626.
622. DAGOBERTUS a patre Austrasiorum rex instituit, 626.
625. Samo negociator Francus fit rex Sclavorum-Winidorum, 626.
625. Dagobertus apud Clippiacum Gomatrudem uxorem ducit, 630.
628. Chlotarius obiit, et sepelitur in basilica Vincentiana Parisiis, DAGOBERTUS regnum integrum excluso fratre obtinet, 635. Dagobertus CHARIBERTO fratri Aquitaniæ partem dimittit, qui ibi regnat, 634.
629. Pax inter Francos et Heraclium imperatorem inita, 637. Charibertus superatis Wasconibus regnum suum anget, 634.
630. Charibertus II moritur, tum Chilpericus ejus filius: inde Dagobertus solus in Francia imperat, 641. Franci a Sclavis et Winidis profligantur 641, 642. Dagobertus ecclesiam S. Dionysii prope Parisiorum

- struit, etc., 651. Bulgari a Bajoariis iubeute Da- A
 oberto una nocte occiduntur, 645. Dagobertus Si-
 gnando Hispaniæ regi auxiliatur, 645.
651. Winiði Thoringiam devastant, 646. Saxonius
 ut illos reprimerent, tributa a Dagoberto remit-
 untur, 647.
652. Winiði Francorum ditones vexare pergunt,
 647. SIGIBERTUS III a patre suo Dagoberto Austrasiæ
 rex instituitur, 647.
653. Dagobertus, nato sibi altero filio Chlodoveo,
 regi sui divisionem inter eas faciendam designat,
 648. Radulfus dux Thoringiæ ob victoriam in Wini-
 os relatum meditatur rebellionem, 648.
655. Wascones rebelles oppressi, 648. Judicael rex
 britanniæ ad Dagobertum venit, eique subjectionem
 pondet, 650.
656. Wascones Dagoberto obedientiam jurant,
 650.
658. Dagobertus moritur, sepelitur in basilica
 Dionysiana, 651. CHLODOVEUS II ejus filius Burgundiæ
 et Neustrasiæ regnum obtinet, 651.
660. Sigibertum inter et Chlodoveum patris the-
 anri dividuntur, 653. Expeditio Sigiberti in Radul-
 tum rebellem, 656, infausta, 657. *Contigit anno 8*
Sigiberti, qui si incæpit anno 652, hic erit an. 659.
661. Motus civiles in Burgundia, 658 *et seqq.* Nan-
 thildis regina obit, 659.
654. Sigibertus rex obit, Grimoaldus major domus,
 mandato in Scotiam Dagoberto Sigiberti filio, Chil-
 debertum filium suum in regem subleat. Utroque
 exauctorato, Chlodoveus monarchiam obtinet,
 657, n.
656. Chlodoveus II obit, 653.
656. CHLOTARIUS III solus e suis fratribus patri
 succedit, sub Balthildis matris tutela, 663.
660. CHILDERICUS II Austrasiæ rex instituitur,
 664.
669. Chlotarius III moritur, in cuius locum succe-
 dit ejus frater THEODERICUS III qui paulo post, Ebroi-
 no in Luxoviense monasterium relegato, e solio
 dejecit, et Childericus fit monarcha, 664, 665.
673. Childerico II cum uxore prægnante interfecto,
 665. Theodericus III opera Ebroini restituitur, et
 monarchiam obtinet, 666. Motus civiles, *ibid.*
674. Chlodoveum Ebroinus in solum Austrasiæ
 elevat, quem Chlotarii III filium esse mentebatur,
 665, n. Eo pulso DAGOBERTUS II Sigiberti III filius e
 Scotia redux Austrasiani regni partem obtinet,
 665, n.
678. S. Leodegarius ab Ebroino occiditur, 666.
 Motus civiles, 667.
680. Dagoberto II et ejus filio Sigiberto defunctis,
 Theodericus rursus monarchiam obtinet, 667.
681. Ebroinus occiditur, 668.
687. Pippinus Heristalius major domus Austrasiæ
 Theodericum regem cum Bertario majore domo
 profligat, 670. Inde palatii principatum obtinuit.
690. CHLODOVEUS III patri suo Theoderico III de-
 functo succedit in monarchiam, 670.
694. CHILDEBERTUS III fratri suo Chlodoveo absque
 liberis defuncto in monarchiam succedit, 670.
- C. 697. Pippini victoria in Frisios Dorestatæ, 671.
 710 *seu* 711. DAGOBERTUS III patri suo Childeberto
 defuncto succedit monarcha, 671.
714. Pippinus paulo post Grimoaldi filii sui necem
 defungitur, 672. Bella civilia, *ibid.*
- 715 *seu* 716. Dagobertus relicto parvulo Theode-
 rico, obit. Franci Danielem (Childerici II filium) re-
 gem instituunt, sub CHILPERICI III nomine, 672. Car-
 olus a Frisiis fugatur, 672.
717. Pigna Vinciæensis, in qua Chilpericus a Ca-
 rolo victus fuit, 675.
718. CHLOTARIUS IV (Theoderici III filius) a Carolo
 rex instituitur, Chilperico opponendus, 673.
719. Chilpericus, cum advocato ad sui auxilium
 Eudone Aquitanorum duce, a Carolo superatur, 673.
 Chlotarius rex obit, *ibid.*
720. Carolus fœdere cum Eudone duce inito, ab
 eo Chilpericum regem recipit, 674.
721. THEODERICUS IV Dagoberti III filius, Chilpe-
 rico mortuo fit rex, 674.
724. Carolus Andegavos devastat, tum Saxonum
 rebellionem comprimit, 674.
725. Bajoarii a Carolo subacti, 674.
731. Eudo dux, inito cum Sarracenis fœdere, a
 Carolo vincitur, 674.
732. Sarraceni ab Eudone evocati Franciam de-
 vastant, a Carolo cui sese Eudo adjunxit, profligan-
 tur, 675. Exinde dictus est Martellus.
733. Carolus Burgundiæ tuitioni adversus Sarra-
 cenos providet, 675, 677. Frisios prosternit, 676.
734. Expeditio Caroli in Saxones, 677.
735. Eudone mortuo Carolus Aquitaniam occupat,
 675.
736. Sarraceni fraude Mauronti ducis Avinionem
 capiunt, 678.
737. Carolus devictis Sarracenis Septimaniam,
 etc., occupat, 678 *et seqq.* (Theodericus IV rex obit.
 INTERREGNUM.)
738. Caroli expeditio in Saxones, 677.
739. Sarraceni iterum a Carolo fugantur, 680.
741. Carolus a Gregorio III claves S. Petri recipit,
 680. Diviso inter filios principatu, 681, obit, 682.
742. CARLOMANNUS et PIPPINUS principes Wascones
 et Aquitanos debellant, 682. Tum Alamannos pro-
 terunt, 685.
745. Expeditio in Odilonem Bojoariæ ducem, 685
 (CHILDERICUS III Theoderici IV, ut putant, filius rex
 instituitur.)
- C 744. Carlomannus Saxones superat, 685. Pippinus
 Theudebaldum ducem, 684.
745. Wasconum rebellio a Pippino repressa, 684.
746. Alamannorum rebellionem reprimit Carlo-
 mannus, 684.
747. Carlomannus dimisso principatu fit monarchus,
 684. Pippinus Saxones vincit, ac tributarios efficit,
 684.
749. Pippini in Bajoarios victoria, 685, 686.
750. Hoc anno et sequenti pax in Francia, 686.
752. PIPPINUS exauctorato Childerico rex instituitur,
 686, et ungitur, 991, n.
755. Pippinus Saxonum rebellionem punit, 697.
 Grifo ejus frater occiditur, 688. Stephano papæ Car-
 rolum filium mittit obviam, 688.
754. Stephanus papa a Pippino rege honorificen-
 tissime suscipitur, 688. Pippini Italica expeditio con-
 tra Langobardos, 689.
755. Langobardi effracta fide Romam vexantes
 iterum a Pippino victi, Francorum tributarii effi-
 ciuntur, 691.
- D 756. Desiderius Langobardorum rex annuente Pip-
 pino constituitur, et consecratur, 692.
757. Fœdus inter Pippinum et imperatorem Orien-
 tis, 695.
758. Hoc et sequenti anno pax in Francia, 695.
760. Bellum adversus Waifarum Aquitanorum
 ducem movet Pippinus, quod ad annum 768 conti-
 nuatum est, quo, interfecto Waifario, Aquitania
 Pippino penitus subjecta fuit, 695 *et seqq.*
768. Pippinus, diviso inter Carolum et Carloman-
 num filios regno, moritur, 705. CAROLUS et CARLO-
 MANNUS reges inaugurantur, 704.

Præfatio.

1-2 Decedente, atque ^a immo potius pereunte ab urbibus Gallicanis liberalium cultura litterarum, cum nonnullæ res gererentur vel recte, vel improbe, ac feritas gentium desæviret, regum furor acueretur, Ecclesiæ impugnarentur ab hæreticis, a catholicis tegerentur, serveret Christi fides in plurimis, refrigesceret ^b in nonnullis, ipsæ quoque ecclesiæ vel ditarentur a devotis, vel nudarentur a perfidis: nec reperiri posset quisquam peritus in arte dialectica grammaticus, qui hæc aut stylo prosaico, aut metrico depingeret versu. In gemiscebant sæpius plerique ^c, dicentes: Væ diebus nostris, quia periit studium litterarum a nobis, nec reperitur in populis, qui gesta præsentia promulgare possit in paginis. Ista etenim atque his similia jugiter intuens dici ^d, pro commemoratione præteritorum, ut notitiam attingerent venientium, etsi inculto affatu, nequivi tamen obtegere vel certamina flagitiosorum, vel vitam recte viventium. Et præsertim his illicitis stimulis, quod a nostris fari plerumque miratus sum, quia philosophantem rhetorem intelligunt pauci, loquentem rusticum multi; libuit etiam animo, ut pro supputatione annorum ab ipso mundi principio libri primi poneretur initium: cujus capitula deorsum subjeci.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI PRIMI.

- I. De creatione Adæ et Evæ, et de Adæ typo.
- II. Ut Cain occidit Abel fratrem suum.
- III. Enoch justus, quomodo a Deo translatus est.
- IV. De diluvio, de Nœ, de arca, de ira Dei et supputatione generationum.
- V. De generatione Noe et filiorum ejus, præcipue de Chus filio Cham magiæ et idololatriæ inceptore et inventore staticuli.
- VI. De turre Babylonica et linguarum confusione.
- VII. De ortu, nativitate et interpretatione Abrahæ, de Nino.
- VIII. De Isaac, Esau et filiis ejus, et Job.
- IX. De Jacob et filiis ejus, et Joseph in Ægypto.
- X. De Nili natura, et maris Rubri transitu.
- XI. De filiis Israel in eremo, et de ingressu eorum in terram promissionis, et Josue.
- XII. De regibus Judæorum.
- XIII. De Salomone et templi ædificatione.
- XIV. Quomodo regnum Israel sit divisum propter duritiam Roboæ, et de captivitate Babylonica, et de prophetis illius temporis.
- XV. De reditu Judæorum e Babylone usque ad Christi nativitatem.
- XVI. De reliquarum gentium regibus et regis.
- XVII. De imperatoribus Romanis. Quo tempore Lugdunus sit condita.
- XVIII. De nativitate Salvatoris nostri. De muneribus magorum et nece infantum.
- XIX. De Christi prædicatione, miraculis et passione.
- XX. De Joseph ab Arimathia, qui eum sepelivit.
- XXI. De Jacobi apostoli voto.
- XXII. De die resurrectionis Dominicæ.
- XXIII. De ascensione Domini, et de interitu Pilati et Herodis.
- XXIV. De Petro qui Romam venit, et martyrum Christo perhibuit, et de Nerone; de Jacobo, Marco, et Johanne evangelista.
- XXV. De persecutione sub Trajano principe.
- XXVI. De hæresum et schismatum ortu.
- XXVII. De Pothino et Ireneo martyribus.
- XXVIII. De persecutione sub Decio, de septem viris in Gallias ad prædicandum missis.
- XXIX. De Bituricensium conversione.
- XXX. De persecutione sub Valeriano et Gallieno. De Chroco et de delubro Arverno.
- XXXI. De aliis martyribus.
- XXXII. De privato martyre et Chroco tyranno.
- XXXIII. De persecutione sub Diocletiano.
- XXXIV. De Constantino Magno, beato Martino, et Crucis Dominicæ inventione.
- XXXV. De Constantis imperio.
- XXXVI. De adventu sancti Martini. De Melania matrona.
- XXXVII. De interitu Valentis imperatoris.
- XXXVIII. De Theodosio et ejus imperio. De interitu Maximi tyranni.
- XXXIX. De Urbico episcopo Arverno.
- XL. De sancto Illidio, et ejus in episcopatu successore.
- XLI. De sancto Nepotiano etiam Arvernorum episcopo.
- XLII. De Duorum Amantium castitate et sepultura.
- XLIII. De beati Martini transitu.

^a Aliqui, *Recedente*; cod. Casin., *Decedente itaque*. Cæterum hæc præfatio deest in plerisque editis et mss. Eam tamen Fredegarius integram retulit.

^b Alii cum Fredeg., *teperceret*.

^c Fredeg. edit., *clerici*; in ms. tamen habebatur *clerique*; sed antiqua manu emendatum est, *clerici*.

^d Cod. Casin., *duxit* et infra pro *illicitus*, habet *illectus*.

S. GEORGII FLORENTII GREGORII

EPISCOPI TURONENSIS

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ FRANCORUM

LIBRI DECEM.

LIBER PRIMUS.

Prologus.

5 Scripturus bella regum cum gentibus adversis, A
martyrum cum paganis, Ecclesiarum cum hæreticis,
prius fidem meam proferre cupio, ut qui legerit, me
non dubitet esse catholicum. Illud etiam placuit pro-
pter eos, qui appropinquante mundi fine desperant,
ut collecta per chronicas ^a vel per historias antero-
rum annorum ^b summa, explanetur aperte quot ab
ordio mundi sint anni. Sed prius veniam a legentibus
precor, si aut in litteris, aut in syllabis gramma-
ticam artem excessero, de qua adplene ^c non sum
ambutus. Illud tantum studens, ut quod in Ecclesia
redi prædicatur, sine aliquo furo aut cordis hæsi-
tatione retineam: quia scio peccatis obnoxium, per
redulitatem puram obtinere posse veniam apud
nostrum pium Dominum ^d.

6 Credo ergo in Deum Patrem omnipotentem. B
credo in Jesum Christum filium ejus unicum, Domi-
num Deum nostrum, natum a Patre, non factum;
non post tempora, sed ante cunctum tempus, sem-
per fuisse cum Patre. Nec enim Pater dici potuerat,
nisi haberet Filium; neque Filius esset, si Patrem
tunc non haberet. Illos vero qui dicunt, ^e Erat
quando non erat, execrabilius renuo, et ab Eccle-
sia segregari contestor. Credo Christum hunc Ver-
bum esse Patris, per quem facta sunt omnia. Hunc
verbum carni factum credo, ejus passione mun-

dus redemptus est; et humanitatem, non deitatem
subjacuisse passioni credo. Credo eum die tertia re-
surrexisse, hominem perditum liberasse, ascendisse
in cœlos, sedere ad dexteram Patris, venturum ac
judicaturum vivos et mortuos. Credo sanctum Spi-
ritum a Patre et Filio ^f processisse, non **7** mino-
rem, et quasi ante non esset, sed æqualem, et sem-
per cum Patre et Filio coæternum Deum, consub-
stantialem natura, æqualem omnipotentia, consenti-
piternum essentia, ut nunquam sine Patre fuisse vel
Filio, neque minorem Patre vel Filio. Credo hanc
Trinitatem sanctam in distinctione subsistere perso-
narum; et aliam quidem personam Patris, aliam Fi-
lii, aliam Spiritus sancti. In qua Trinitate unam dei-
tatem, unam potentiam, unam essentiam esse con-
fiteor. Credo ^g beatam Mariam, ut virginem ante
partum, ita virginem et post partum. Credo animam
immortalem, nec tamen partem habere deitatis. Et
omnia quæ a trecentis decem et octo episcopis Nicææ
constituta sunt, credo fideliter. De fine vero mundi
ea sentio quæ a prioribus didici. Antichristus ^h vero
primum circumcisionem inducet, se asserens Chri-
stum: deinde in templo Hierosolymis statuam suam
collocabit adorandam, sicut ⁱ Dominum dixisse legi-
mus: *Videbitis abominationem desolationis stantem in
loco sancto (Matth. xxiv, 15)*. Sed diem illam omni-

^a Sic Bec. et Reg.; alii, *chronica*. Certe infra om-
nes habent, *chronica Eusebii*.

^b In cod. Corb. deest *annorum*.

^c Cod. Reg., *de qua plene*. Casin., *adprime non sum
structus*.

^d Mss. et aliquot editi, *apud Deum*.

^e Hoc adversus Arianos symbolo suo addiderunt
patres Nicæni: unde, ni fallor, post hæc verba, *Erat
quando non erat*, addendum est, *etc.*

^f Hanc particulam *Filioque* habent omnes editi et
mss. cum codice Corbeiensi. Et quidem jam a sæcu-
lo v et vi, in fidei professionibus legitur in Hispaniæ
provisis. Quanquam sæculo ix turbæ excitatæ fue-

runt, cum primum symbolo Constantinopolitano,
quod inter Missarum solemnia cantabatur, addita
fuit.

^g Hæc usque ad cap. 1 desunt in cod. Regio.

^h Cod. Casin., *didici antichristum prius esse ventu-
rum, qui se asserens, etc.* In Corb. post *venturum* se-
milinea detrita est, postquam *sed primum circumcisi-
nem*.

ⁱ Hunc locum de antichristo inter alios intellexe-
runt duo Gallicanæ Ecclesiæ illustrissimi patres,
Irenæus sub finem libri v, et Hilarius in Commenta-
riis in Matth. cap. 25.

bus hominibus ignorari, ipse Dominus manifestat A ab angelica sede, mundi laboribus occupantur. dicens: *De die autem illa et hora nemo scit, neque angeli caelorum, neque Filius, nisi Pater solus (Marc. xiii, 32)*. Sed et hic respondebimus haereticis, qui nos impugnant, asserentes minorem esse Filium Patre, qui hanc diem ignoret. Cognoscant ergo hunc Filium Christianum populum nuncupatum, de quo a Deo praedicatur: *Ego ero illis in patrem, et ipsi erunt mihi in filios (II Cor. vi, 18)*. Si enim haec de unigenito Filio praedixisset, numquam ei angelos praeposisset. Sic enim ait: *Neque angeli caelorum, neque Filius; ostendens non de Unigenito, sed de adoptivo populo haec dixisse a*. Noster vero finis, ipse Christus est, qui nos vitam aeternam, si ad eum conversi fuerimus, larga benignitate praestabit.

De supputatione vero hujus mundi evidenter Chre- B nica Eusebii Caesariensis 8 episcopi ac Hieronymi presbyteri proloquuntur, et rationem de omnium annorum serie pandunt. Nam et Orosius diligentissime haec inquirens, omnem numerum annorum ab initio mundi usque ad suum tempus in unum collegit. Hoc etiam et Victorius, eum ordinem Paschalis solemnitate inquireret, fecit. Ergo et nos scriptorum supra memoratorum exemplaria sequentes, eripimus a primi hominis conditione, si Dominus dignabitur suum commodare auxilium, usque ad nostrum tempus cunctam annorum congeriem computare. Quod facilius adim lebinus, si ab ipso Adam sumamus exordium.

I. In principio Dominus caelum terram ue, in Christo suo, qui est omnium principium, id est in C Filio suo formavit, qui post ereata mundi elementa, glebam assumens fragilis limi b, hominem ad suam imaginem similitudinemque plasnavit, et insufflavit in faciem ejus spiraculum vitae, et factus est in animam viventem: enim dormienti ablata eosta, mulier Eva ereata est. Nee dubium enim est, quod hic primus homo Adam, antequam peccaret, typum Domini nostri Redemptoris praetulisset. Ipse enim in sopore passionis obdormiens, de latere suo dum aquam cruoremque produxit, virginem immaculatamque Ecclesiam sibi exhibuit, redemptam sanguine, latice emundatam, non habentem maculam aut rugam; id est lymphis ablutam propter maculam, in cruce extensam propter rugam. Hi ergo primi homines inter amena paradisi c beate viventes, anguis D astu illecti, divina praecepta transiliunt. Ejectique

a Diversas alias hujus loci interpretationes afferunt sancti Patres, inter quas ea est communior, quod illum quidem diem ex natura humanitatis Filius hominis nescierit, quem tamen probe Deus homo noverat. Vel nesciebat sub ratione qua legatus erat ad homines. Non enim erat ex illis veritatibus quas cum hominibus erat communicaturus, et de quibus alias dixit: Omnia nota feci vobis quae audivi a Patre meo, id est omnia quae ex ejus parte vobis habebam notificanda. Haec Augustinus et Gregorius M.

b Sic cod. Casm.; alii, fragillimam.

c Editi, in amena paradiso.

d Sic mss. sicut et infra non semel. Editi tamen habent, cognita autem a consorte. Corb. sicut et alias

II. Cognita autem a satellite d mulier concepit, peperitque duos filios. Sed dum Deus unius sacrificium dignanter suscipit, alter invidia inflammante tumescit, et in fraterni sanguinis effusionem novus parricida 9 consurgens e, fratrem opprimit, vincit, interimit.

III. Et ex hinc eunctum genus in facinus execrabile ruit, praeter Enoch justum, qui ambulans in visis Dei, ab ipso Domino propter justitiam assumptus de medio peccantis populi liberatur. Sic enim legitur: *Ambulavit Enoch cum Deo, et non comparuit, quia Deus tulit eum (Gen. v, 24)*.

IV. Dominus ergo commotus contra iniquitates populi non in suis semitis gradientis, diluvium immisit, cunctamque animam viventem de superficie terrae diluvio inundante delevit; tantumque Noe fidelissimum ac pecuharem sibi, suique typi speciem praferentem, eum sua et trium natorum conjugibus, posteritatis reparandae gratia, in arca reservavit. Inerepant nos hic haeretici, eum Scriptura sacra Dominum dixisset iratum. Cognoscant ergo, quia Dominus noster, non ut homo irascitur: commovetur enim, ut terreat; pellit, ut revocet; irascitur, ut emendet. Sed nec hoc ambigo, quod species illa arcae typum matris gesserit Ecclesiae: ipsa enim inter fluetus et seopulos hujus saeculi transiens, nos ab imminentibus malis materno gestamine fovens, pio amplexu ac protectione defendit.

Ab Adam ergo usque ad Noe sunt generationes decem: id est Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Jared, Enoeh, Matsalam, Lamech, Noe. In his ergo decem generationibus, inveniuntur anni mille ducenti quadraginta duo. Adam vero in terra Enachim sepultum, quae prius Ebron vocabatur, liber Jesu Nave evidenter exprobat (Jos. xiv, 15).

V. Habebat ergo Noe post diluvium tres filios Sem, Cham, et Jafeth. De Jafeth egressae sunt gentes, similiter et de Cham, et de Sem. Et, sicut ait vetus historia, ab his disseminatum est genus humanum sub universo caelo. Primogenitus vero Cham, Chus Ilie fuit totius artis magicae, imbuente diabolo, et primus idololatriae adinventor. Ille primus statunculam f adorandam diaboli instigatione constituit: qui et stellas, et ignem 10 de caelo eadere, falsa D virtute, hominibus ostendebat. Ille ad Persas transit. Hunc Persae vocitavere Zoroastrem s, id est viven-

saepe accusandi easu utens pro sexto, cognitum... satellitem.

e Editi, in fratrem sanguinis.... fratricida consurgens.

f Alii, stratunculam. Mss. Bec., Reg. et Regm., statunculum adorandum. Corb., staticolam. Morelius quoque, ex eodem ms. S. Martini Turonen- is, legit statunculum, quam vocem sic neutro genere in fragmento Petronii nuper edito usurpatam fuisse observavit Alteserra, qui ejus verba refert: Ita ex hac massa fabri sustulerunt, et fecerunt catilla et paropsides, STATUNCULA, etc.

g De Zoroastre, quem primuni Baetrianorum regem fuisse voluit, plura habet Plinius.

tem stellam. Ab hoc etiam ignem adorare consueti, **A** ipsum divinitus igne consumptum, ut deum colunt.

VI. Cumque multiplicati homines dispergerentur per universas terras, egressi ab Oriente, Sennaar granivum reperiunt campum. In quo ædificantes civitatem, turrem quæ cælos attingeret, nituntur struere. Quorum vanam cogitationem simul et linguam, ipsosque confutans Deus, per mundum late patentem in universa terra dispersit: vocatumque est nomen civitatis, Babel, hoc est, Confusio, eo quod ibi confudisset Deus linguas eorum. Hæc est Babylonia a Neinhroth ^a gigante ædificata filio Chus. Et, sicut Orosii narrat historia, mira campi planitie in quadrum disposita est: murus ejus ex coctili latere infuso bitumine, in latum habet cubitos quinquaginta, altitudinis cubitos ducentos, in circuitu **B** stadia quadringenta septuaginta. Unum stadium ^b habet aripennes quinque. Vicinæ quinæ portæ per unumquodque latum sitæ sunt, quæ faciunt centum. Harum portarum ostia miræ magnitudinis, ex ære fusili sunt formata. Multa et alia de hac civitate idem historiographus narrat ^c, addens: Et cum tanta fuisset honestas ædificii, attamen victa atque subversa est.

VII. Primus autem filius Noe, Sem, de quo generatione decima, natus est Abraham: id est, Noe, Sem, Arphaxad, Sale, Heber, Phalech, Ren ^d, Saruch, Thare, qui genuit Abraham. In his decem generationibus, hoc est a Noe usque ad Abraham, inveniuntur anni 942 ^e. Eo tempore regnabat Ninus, qui ædificavit civitatem, quam Ninivem vocavit: cuius in tribus mansionibus spatium amplitudinis Jonas propheta determinat. Hujus quadragesimo tertio regni anno natus est Abraham. Ille est Abraham, initium fidei nostræ: hic accepit repromissiones, huic se Christus Dominus noster nasciturum, ac pro nobis passurum in victimæ commutatione monstravit, ipso in Evangeliiis sic dicente: **11** *Abraham exultavit ut videret diem meum: et vidit, et gavisus est* (Joan. viii, 56). Hoc vero holocaustum in monte Calvarie ^f, quo Dominus crucifixus est, oblatum fuisse Severus narrat in Chronica ^g; sicut et hodie-

^a Cod. Corb. habet *ab Hebron*.

^b Editio Badii habet: *Unum stadium habet passus centum viginti quinque*. Sic et Plinius, lib. 1, cap. 25: *Stadium, inquit, centum viginti quinque nostros afficit passus, hoc est, pedes sexcentos viginti quinque*. De Babyloniæ vero amplitudine plura habent passim vetusti auctores, qui eam provinciæ potius quam urbis nomine donandam scripserunt. In describendo ipsius ambitu variæ sunt Orosii editiones, lib. 11, cap. 6, alii 7: quædam enim habent stadia CCCCLXXX, aliæ vero CCCCLXX, quam posteriorem lectionem alteri præferendam esse Gregorii nostri auctoritas persuadet. Babyloniæ ambitum CCLXXVI stadiis concludit Quintus Curtius lib. v, num. 1, ubi p'ura de hac urbe scitu digna habet.

^c Hæc omnia Orosius describit lib. 11, Histor., cap. 7.

^d Sic Mss. Bec., Reg. et Regm.; alii habent *Falec, Ragan*.

^e Cod. Corb. habet 900; Bec., 945.

^f Idem dicit auctor sermonis 6 Appendicis S. Au-

que in ipsa Hierosolymorum urbe celebre fertur. In hoc monte crux sancta, in qua Redemptor affixus est, stetit, de qua et beatus ille eruor effluxit. Hic ergo Abraham accepit signum circumcisionis, ostendens ut quod ille gessit in corpore, nos portemus in corde, dicente Propheta: *Circumcidite vos Deo vestro, et circumcidite præputium cordis vestri* (Deut. x, 13), et *nolite sequi deos alienos* (Jerem. xxxv, 15). Et iterum: *Omnis incircumcisus corde non intret in sancta mea* (Ezech. XLIV, 9). Hunc Abraham Deus, post adjec-tam nomini syllabam ^h, patrem multarum gentium nuncupavit.

VIII. Is cum centum esset annorum, genuit Isaac. Porro Isaac sexagesimo ætatis anno nati sunt filii gemini de Rebecca. Primus Esau, qui et Edom, id est terrenus: qui propter gulam vendidit primogenita sua. Ipse est pater Idumæorum, de cujus generatione quarta natus est Jobab: hoc est, Esau, Raguel, Zara, Jobab, qui et Job. Is vixit annos ducentos quadraginta novem: octogesimo ⁱ anno ab infirmitate liberatus est; post infirmitatem autem, centum septuaginta ^j annis, restituta in duplem omni facultate, cum tot quot perdiderat filiis juven-datus est.

IX. Secundus autem filius Isaac, Jacob, dilectus Dei, sicut ait per Prophetam: *Jacob dilexi, Esau autem odio habui* (Malach. 1, 2, 3). Ille post angelicam luctam vocatus est Israel, a quo Israelitæ. Ille genuit duodecim patriarchas, quorum hæc sunt nomina: Ruben, Simeon, Levi, Judas, Issachar, Zabulon, Dan, Nephtalim, Gad, et Aser. Post hos genuit Joseph de Rachel, nonagesimo secundo ætatis suæ anno. Illic cæteris filiis **12** plus dilexit. Habuit ex ea et Benjamin ultimum omnium. Joseph autem, decimum sextum ætatis annum habens, typum præferens Redemptoris, vidit somnia quæ fratribus retulit: Quasi manipulos legens ^k, quos suorum fratrum manipuli adorarent. Et iterum: Quasi sol et luna cum undecim stellis prociderent ante eum. Quæ res magnum ei cum fratribus odium generavit. Unde et inflammata invidia, viginti ^l eum argenteis Ismaelitis in Ægyptum transeuntibus vendiderunt. Iunni-

gustini, antea 71 de tempore, qui et laudat Hieronymum. Sed id reperitur in cap. 15 commentariorum in Marem, S. Hieronymo perperam attributorum.

^g Gennadius in Catalogo virorum illustrium inter Severi Sulpicii opera recenset *Chronicam*, quo nomine Historiam sacram ab eo editam puto designari. In ea tamen Isaac supra Calvarie montem immolandum a patre ductum fuisse non lego.

^h Genes. cap. 17 ex *Abram* appellatur *Abraham*.

ⁱ Sic cod. Reg.; alii addunt *nono*: at 89 simul cum 170 efficerent 259. Bec., *vixit an. 248*.

^j Et tamen lib. Joh. cap. et vers. ult., Job dicitur vixisse posthæc 140 annis. Versio Syriaca et Arabica 146; sic et versio Græca, quæ etiam habet totam Joh vitam fuisse annorum 240: quod non habent aliæ versiones.

^k Cod. Regm., *legens, suumque manipulum fratrum*, etc.; cod. Reg. habet *ligans suumque*, etc., quod est textui Geneseos conformius.

^l Sic Regm., sicut et in Genesis; alii habent *triginta*.

uente autem fame, cum descendissent hi in Ægyptum, cogniti sunt a Joseph, nec tamen ipsi Josephi cognoverunt. Ipse tamen se his post multas eorum fatigationes, et adducto Benjamin, declaravit: de Rachel enim matre sua natus et hic fuerat. Post hæc descendunt cuncti Israelitæ in Ægyptum, et per Joseph Pharaonis gratia utuntur. Jacob autem post benedictos filios suos in Ægypto moritur, et in sepulcro ^a patris sui Isaac sepelitur in terra Chanaan. Mortuo autem Joseph atque Pharaone ^b, subjicitur cuncta generatio servituti, quæ per Moysen post decem plagas Ægypti liberatur, demerso Pharaone in mari Rubro.

X. Et quoniam de hoc maris transitu plures multa dixerunt, visum est, ut de situ loci illius, vel ipsius transitu, aliqua huic inseram lectioni. Nilus per Ægyptum, sicut optime nostis, decurrit, et ipse eam impetu suo irrigat: unde et Ægyptii Nilicolæ appellantur. Cujus nunc littora multi locorum perlustratores, referta sacris monasteriis dicunt esse. Super ripam vero ejus non Babylonia, de qua supra meminimus, sed Babyloniam altera civitas ^c collocatur, in qua Joseph horrea miro opere de lapidibus quadris et cæmento ædificavit: ita ut ad fundum capaciora, ad summum vero constricta **13** sint, ut per parvulum foramen ibidem triticum jaceretur, quæ horrea usque hodie cernuntur. De hac civitate rex ad persequendum Hebræos, cum exercitibus currum, ac multa pedestri manu directus est. Ante dictus vero fluvius ab Oriente veniens, ad occidentalem plagam versus Rubrum mare vadit: ab Occidente vero stagnum sive brachium de mari Rubro progreditur, et vadit contra Orientem, habens in longo millia circiter quinquaginta; in lato autem, decem et octo. In hujus stagni capite Clysmas civitas ^d ædificata est, non propter fertilitatem loci, cum nihil sit plus sterile, sed propter portum: quia naves ab Indiis venientes, ibidem ob portus opportunitatem quiescunt; ibi comparatæ merces per totam Ægyptum deportantur. Ad hoc stagnum per desertum Hebræi tendentes, usque ad ipsum mare venerunt, inventisque dulcibus aquis castra metati sunt. In hoc ergo arcto loco, tam ab eremo quam ab ipso mari, considerant, sicut scriptum est: *Audiens Pharaon, quod conclusisset eos mare atque desertum, nec esset eis via qua possent pergere, ad persequendum eos direxit* (Exod. xiv, 5). Cumque imminentibus hiis Moysi populus acclamasset, secundum jussum Divinitatis projecta virga super mare, divisum est; illisque per sicca gradientibus, et, ut Scriptura ait: *Muro aquarum undique vallati* (Exod. xiv, 22), in littus illud, quod est contra montem Syna, illæsi prorsus, demersis Ægyptiis, Moysen duce transgrediuntur. De

^a Cod. Regm., in sepulcro suo a Joseph. Utraque lectio vera ex Genesi.

^b Cod. Regm., a Pharaone subjicitur, quæ etiam lectio vera est.

^c Hæc hodie Cairum appellatur, urbs Ægypti præcipua ad Nilum fluvium, olim sultanorum Ægypti sedes, hodie Turcis subdita.

A quo transitu multa, ut dixi, narrantur: sed nos quod a sapientibus, et certe illis hominibus, qui in eodem loco accesserant, verum cognovimus, ea inserere studuimus paginæ. Aiunt enim sulcos, quos rote currum fecerant, usque hodie permanere, et quantum acies oculorum videre potest, in profundo cerni. Quos si modicum commotio maris obtexerit, illo quiescente, rursum divinitus renovantur ut fuerant. Dicunt alii, quod ad ipsam ripam, facto modico per mare circuitu, unde ingressi fuerant, sint reversi. Alii vero asserunt, unum cunctis ingressum: nonnulli, unicuique tribui suam patuisse viam, illud testimonium Psalterii adducentes ^e: *Qui divisit mare Rubrum in divisiones* (Psal. cxxxv, 13), **14** quas nos divisiones spiritaliter, et non secundum litteram intelligere oportet. Sunt enim et in hoc sæculo, quod figuratiter mare dicitur, multæ divisiones: non enim æqualiter possunt, aut per unam viam ad vitam cuncti transire. Alii autem transeunt in horam primam: id est qui renati per baptismum, immaculati ab omni inquinamento carnis perdurare usque ad vitæ præsentis exitum possunt. Alii ad horam tertiam, videlicet qui majori ætate convertuntur. Alii ad sextam, qui luxuriæ fervorem coercent: et per has quasque horas, sicut Evangelista (Matth. xx) commemorat, ad operam dominicæ vineæ secundum fidem propriam conducuntur. Hæ sunt divisiones, quibus per hoc mare transitur. Illud vero quod ad mare usque venientes, littus stagni tenentes revertuntur, illud est quod Dominus ad Moysen dixit: *Reversi castra metentur e regione Phiah'roth, quæ est inter Magdalem et mare contra Beelsephon* (Exod. xiv, 2). Nec enim dubium est, quod transitus ille maris, vel columna nubis typum gesserint nostri baptismatis, dicente beato Paulo apostolo: *Nolo vos ignorare, fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes in Moysen baptizati sunt in nube et in mari* (I Cor. x, 1, 2). Columna vero ignis typum sancti Spiritus prætulit.

A nativitate ergo Abraham usque ad egressum filiorum Israel ex Ægypto, vel transitum maris Rubri, qui fuit Moysi octogesimus annus, supputantur anni numero 462.

XI. Exinde per quadraginta annos Israelitæ eremo utuntur, imbuuntur legibus; probantur, victibusque pascuntur angelicis. Deinceps enim post acceptam Legem, transgressoque cum Jesu Nave Jordane, terram repromissionis accipiunt.

XII. Post cujus transitum, dum præcepta divina postponunt, sæpe in alienigenarum servitio subjungantur. Sed cum conversi ingemiscunt, tribuente Domino, per virorum fortium brachium liberantur. Posthæc per Samuelem, regem, sicut reliquæ gentes

^d Apud Ptolemæum præsidium est in sinu Arabico situm. Lisium esse Antonini putat Simlerus apud Ortelium.

^e Codex Turon. apud Morelium habet *testimonium psalterii abutentes*, quantum fortasse casum pro sexto adhibens. Videtur quippe Gregorius eorum sententiam de qua hic loquitur, non approbare.

habent, a Domino postulantes, accipiunt primum A Robabel, id est Christus, liberaverit, horribiliter exsulabit. Ipse enim Dominus in Evangelio dicit: *Si vos Filius liberaverit, vere liberi eritis* (Joan. VIII, 36). Ipse ero sibi in nobis templum, in quo dignetur habitare, constituat; in quo fides, ut aurum luceat; in quo eloquium prædicationis, ut argentum splendeat; in quo omnia visibilis templi illius ornamenta in nostrorum sensuum honestate clarescant. Bonæ etiam voluntati nostræ ipse salubrem effectum indulgeat. Quia *nisi ipse ædificaverit domum, in vanum laborant qui ædificant eam* (Psal. CXXVI, 1). Hæc vero captivitas annis 76^a fuisse dicitur.

Ab Abraham ergo usque ad David generationes quatuordecim, id est, Abraham, Isaac, Jacob, Judas, Phares, 15 Esrom, Aram, Aminadab, Naason, Salmon, Booz, Obethi, Jesse, David. David autem genuit Salomonem de Betsabee. Is per Natham prophetam fratrem suum, et matrem in regno evectus est.

XIII. Defuncto autem David, cum regnare cœpisset Salomon, apparuit ei Dominus, et quod peteret, ut indulgeat pollicetur. At ille terrenas divitias postponens, sapientiam magis expetiit. Quod ratum a Domino fuit, ita ut ab eodem audiret: *Quia non quæsisisti regna mundi, nec divitias ejus, sed postulasti sapientiam, ideo accipies eam. Ante te non fuit tam sapiens, sic et post te non erit* (Reg. III, 12). Quod B postea judicium illud, quod inter duas mulieres de uno infante litigantes intulit, comprobavit (*Ibid.* 16 et seq.). Hic Salomon ædificavit templum nomini Domini miro opere, multum ibi auri argentique, æris ac ferri ingerens, ita ut diceretur a quibusdam, nunquam simile in mundo fuisse ædificium fabricatum.

Ab egressu ergo filiorum Israel ex Ægypto usque ad ædificationem templi, qui fuit annus septimus regni Salomonis, inveniuntur anni 480^b, sicut Regum testatur historia.

XIV. Post mortem autem Salomonis, divisum est per duritiam Roboæ regnum in duas partes. Restiterunt duæ tribus ad Roboam, quod Juda appellatur: ad Jeroboam^a autem decem tribus, quod Israel vocabatur. Posthæc igitur ad idololatriam declinantes, nec prophetarum vaticinia, nec eorum interitus, nec clades patriæ, nec ipsorum etiam regum eos excidia domuerunt; donec iratus contra eos Dominus excitavit Nabuchodonosor, qui eos in Babyloniam cum omnibus templi ornamentis captivos abduxit: in qua captivitate et Daniel propheta eximius inter esurientes leones illæsus, et tres pueri in medio ignium rorenti, abiire captivi. In hac captivitate et Ezechiel prophetavit, et Esdras propheta natus est.

A David autem usque ad desolationem templi, et transmigrationem in Babyloniam generationes quatuordecim: 16 id est, David, Salomon, Roboam, Abia, Asa, Josaphat, Joram, Ozias, Joatham, Achaz, Ezechias, Manasses, Amon, Josias. In his ergo quatuordecim generationibus, anni inveniuntur numero D 361^c. De hac vero captivitate per Zorobabel liberantur: qui postea et templum et civitatem restituit. Sed hæc captivitas typum illius captivitatis, ut puto, gerit, in qua anima peccatrix abducitur, quam nisi Zo-

XV. Reversi autem per Zorobabel, sicut diximus, nunc contra Deum murmurantes, nunc post idola corruentes, vel abominationes facientes, et quæ gentes exercent imitantes, dum Dei prophetas contemnunt, gentibus traduntur, subjugantur, intercidunt: donec ipse Dominus, patriarcharum prophetarumque vocibus repromissus, Virginis Mariæ utero per Spiritum sanctum illapsus ad redemptionem nasci, tam illius gentis, quam omnium gentium dignaretur.

A transmigratione ergo usque ad nativitatem Christi generationes quatuordecim: id est, Jechonias, Salathiel, Zorobabel, Abiud, Eliachim, Azor, Sadoc, Achim^e, Eliud, Eleazar, Mathan, Jacob, Joseph vir Mariæ, de qua Dominus noster Jesus Christus nascitur: qui Joseph, quartus decimus computatur^f.

XVI. Ergo ne videamur unius tantum Hebrææ gentis habere notitiam, reliqua regna, quæ, vel quali Israelitarum fuerint tempore, memoramus. 17 Tem- C pore Abraham Ninus regnabat super Assyrios; Sicyoniis, Europis; apud Ægyptios autem sexta decima erat potestas, quam sua lingua dynastian vocabant. Tempore Moysi, apud Argivos regnabat septimus Tropas^g: in Attica Cecrops primus; apud Ægyptios, Cenchrus duodecimus, qui et in mari obrutus est Rubro; apud Assyrios, sextus decimus Agatadis; apud Sicyonios Maratis. Tempore vero Salomonis, quando regnabat super Israel, apud Latinos quintus regnabat Silvius; Lacedæmoniis, Festus^h; Corinthiis, secundus Oxion; Ægyptiorum, Thepheiⁱ. Centesimo vicesimo sexto anno^j super Assyrios, Eutropes; Atheniensibus, secundus Agasastus. Tempore quo Amon regnabat super Judæam, quando captivitas in Babyloniam abiit, Macedoniis præerat Argeus; Lydorum, Gyges; Ægyptiorum, Vafres; apud Babyloniam, Nabuchodonosor, qui eos captivos abduxit; Romanorum, sextus Servius Tullus^k.

XVII. Post hos, imperatores: primus, Julius Cæsar fuit, qui totius imperii obtinuit monarchiam; se-

sus, Augustinus, Hieronymus et alii patres.

^a Cod. Corb., 280, sed mendose, ut patet ex Regum libro III, cap. 6.

^b Cod. Regm., *Sistus*; alii cum edit., *Fistus*. Corb. lectionem cæteris prætulimus.

^c Sic cod. Corb.; at alii, *Thebei*.

^d Sic cod. Corb.; alii 70.

^e Idem habet, *Joachim*.

^f Hic solummodo decimus tertius recensetur, nisi duplex Jechonias admittatur, pater scilicet et filius, qui etiam Joachim dicti sunt, ut observant Ambro-

cundus, Octavianus, Julii Cæsaris nepos, quem Augustum vocant, a quo et mensis Augustus est vocitatus. Cujus nono decimo imperii anno, Lugdunum Galliarum urbem conditam manifestissime reperimus ^a: quæ postea illustrata martyrum sanguine, Nobilissima nuncupatur.

XVIII. Anno quadragesimo tertio ^b imperii Augusti, Dominus noster Jesus Christus, ut diximus, ex virgine Maria in Bethleem David oppido, secundum carnem natus est: cujus immensum sidus magi ab Oriente cernentes, cum muneribus veniunt, et puerum supplices oblati donis adorant. Herodes vero ob zelum regni sui, dum Deum Christum persequi nititur, parvulos infantes interimit. Ipse quoque postmodum **18** judicio divino percussus est.

XIX. Domino autem Deo nostro Jesu Christo penitentiam prædicante, baptismi gratiam tribuente, vel cœleste regnum cunctis gentibus promittente, atque prodigia et signa per populos operante; hoc est, dum de aquis vina profert, dum febres extinguit, dum cæcis lumen tribuit, dum sepultis vitam restituit, dum obsessos ab immundis spiritibus liberat, dum leprosos miserabili turpente cute reformat: hæc dum et alia signa multa faciens, manifestissime se Deum populis esse declarat. In Judæis ira succenditur, invidia exagitur, ac mens de sanguine prophetarum pasta, ut Justum interimat injuste molitur. Ergo ut veterum vatum complerentur oracula, a discipulo traditur, a pontificibus inique condemnatur, a Judæis illuditur, cum iniquis crucifigitur, a militibus emisso spiritu custoditur. His igitur actis, tenebræ super universum mundum factæ sunt, et multi conversi ingemiscentes, Jesum Filium Dei confessi sunt.

XX. Apprehensus autem et Joseph, qui eum aromatibus conditum in suo monumento recondidit, in cellulam recluditur ^c, et ab ipsis sacerdotum principibus custoditur, majorem in eum habentes sævitiam, ut Gesta Pilati ad Tiberium imperatorem missa referunt ^d, quam in ipsum Dominum, ut cum ille a

^a Utrumque quod hic a Gregorio dicitur falsum esse putat Valesius in Notitia Galliarum. Nam, teste Dione, ut hic auctor observat, Lugdunum a Lucio Planco conditum est jussu senatus, metuentis ne Planco armatus Antonio hosti reipublicæ declarato sese conjungeret. Secundo, Lugdunum *nobilissimum* dictum non est a martyrum multitudine, sed ob splendorem et potentiam coloniæ, quæ etiam senatores curiæ conferebat. In eadem urbe natus est Claudius Augustus.

^b Cod. Corb., *anno quadragesimo quarto imperii*, etc. Cæteri scripti habent *quadragesimo tertio*, ut editi.

^c Illos ex apocrypho Nicodemi Evangelio, aut ex aliquo ejusdem farinae auctore descripsit Gregorius, nec majorem fidem merentur Gesta Pilati, quæ inter apocrypha deputavit Gelasius Papa in Catalogo librorum apocryphorum.

^d Tertullianus in Apologetico idem testatur, et ex eo Euseb. lib. II Historiæ, cap. 2. Plura habet Orosius libro VII, cap. 2, ubi ait Pilatum retulisse ad Tiberium et senatum de passione et resurrectione

militibus, hic ab ipsis sacerdotibus custodiretur. Sed resurgente Domino, custodibus visione angelica territis, cum non inveniretur in tumulo, nocte parietes de cellula, in qua Joseph tenebatur, suspenduntur in sublimi; ipse verb de custodia, absolvente angelo, liberatur, parietibus restitutus in locum suum. Cumque pontifices custodibus exprobrarent, et sanctum corpus ab eisdem instanter requirerent, dicunt eis milites: Reddite **19** vos Joseph, et nos reddimus Christum: sed ut verum agnoscimus, neque vos benefactorem Dei, neque nos Filium Dei reddere nunc valemus. Tunc illis confusis, milites sub hac excusatione liberantur.

XXI. Fertur Jacobus apostolus, cum Dominum jam mortuum vidisset in cruce, detestasse ^e atque jurasse, nunquam se comesturum panem, nisi Dominum cerneret resurgentem. Tertia demum die rediens Dominus, spoliato tartaro cum triumpho, Jacobo se ostendens, ait: Surge Jacobe, comede, quia jam a mortuis resurrexi. Hic est Jacobus Justus quem fratrem Domini nuncupant ^f, pro eo quod Joseph fuerit filius ex alia uxore progenitus.

XXII. Dominicam vero resurrectionem, die prima factam credimus, non septima sicut multi putant. Hic est dies resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, quem nos proprie Dominicam, pro sanctæ ejus resurrectione vocamus. Hic primus lucem vidi in principio, et hic primus Dominum resurgentem contemplari meruit de sepulcro.

A captivitate vero Hierosolymæ et desolatione templi, usque ad passionem Domini nostri Jesu Christi, id est usque ad Tiberii septimum decimum annum, supputantur anni 668 ^g.

XXIII. Resurgens autem Dominus, per quadraginta dies cum discipulis de regno Dei disputans, videntibus illis in nube susceptus, evectusque in cœlos, ad Patris dexteram residet gloriosus. Pilatus autem Gesta ad Tiberium Cæsarem mittit, et ei tan de virtutibus Christi, quam de passione vel resurrectione ejus insinuat. Quæ Gesta ^h apud nos hodie retinentur scripta. Tiberius autem hoc ad senatum

Christi, de ejus virtutibus et iis quæ per ipsius discipulos in ejus nomine fiebant, etc.

^e Editi habent *delestalum esse*. Hanc autem historiam ex Hebræorum Evangelio laudat Hieronymus in Catalogo virorum illustrium. De ea et vulgatu Abdias libro VI.

^f Quæ sequuntur ad caput 22 desunt in cod. Regio. Jacobum Josephi ex alia uxore filium fuisse dicunt plerique patres Græci et Latini, quos impugna Hieronymus. Et quidem Jacobi mater quæ laudatur in Evangelio, tempore passionis Christi nondum obierat; sicque Joseph aut eam repudiasse dicendum est, ut Mariam duceret, aut duas uxores simul habuisse. Quod utrumque falsissimum esse nemo non videt.

^g Hæc annorum enumeratio in cod. Corb: non habetur.

^h Gesta Pilati laudat Justinus martyr, Apolog. 2 quæ suo tempore in omnium manibus habebantur quæ vero ad nos pervenere, vulgoque nunc circumferuntur, inter spuria monumenta reputari debent.

ⁱ Cod. Corb., *senatores*.

recensuit : quod senatus cum ira respuit, **20** pro eo quod non ad eum primitus advenisset. Hinc etenim contra Christianos prima odiorum germina pullulant. Pilatus autem non permanens impunitus, pro suæ malitiæ scelere, hoc est pro nece quam in Dominum nostrum Jesum Christum exercuit, propriis se manibus interfecit^a; quem Manichæum fuisse multi putant, secundum illud quod in Evangelio legitur : *Venerunt quidam de Galilæis, nuntiantes ei, quorum sanguinem miscuit Pilatus cum sacrificiis eorum* (Luc. XIII, 1).

Sic et Herodes rex, dum in apostolos Domini sævit, percussus divinitus ob tanta scelera, intumescens ac scatens vermibus, accepto cultro ut malum purgaret, propriæ in se manus ictum libravit^b.

XXIV. Beatus Petrus apostolus sub imperatore Claudio, quarto ab Augusto, Romam aggreditur, ibique prædicans, multis virtutibus manifestissime Christum esse Dei Filium comprobavit. Ab illis enim diebus Christiani apud civitatem Romanam esse cœperunt. Cum autem nomen Christi per populos magis ac magis dilataretur, oritur contra hæc antiqui serpentis invidia, et totis se imperatoris præcordiis committit sæva malignitas. Nam Nero ille luxuriosus, vanus atque superbus, virorum succuba, et rursus virorum appetitor, matris, sororum ac proximarum varumque mulierum spurcissimus violator, ad comendandam malitiæ suæ molem, primus contra Christum ultimum persecutionem excitat in credentes. Habebat enim secum Simonem Magum, virum totius malitiæ, et omnis magicæ artis magistrum. Hoc eliso per apostolos Domini Petrum atque Paulum, commotus contra eos, quod Christum Filium prædicarent^c, et sola adorare contemnerent, Petrum cruce, Paulum gladio jubet interfici. Ipse quoque **21** excitatam super se seditionem fugere tentans, quarto ab urbe urbe pida propria se manu interfecit.

Tunc et Jacobus frater Domini, et Marcus evangelista, pro Christi nomine glorioso martyrio coronati sunt. Primus tamen omnium hanc viam levita Stephanus et martyr intravit. Magna post Jacobi apostoli necem Judæos calamitas assecuta est. Nam adveniente Vespasiano, et templum incensum est, et trecenta millia Judæorum eo bello, gladio^d et fame peracta sunt. Domitianus autem secundus post Nerone in Christianos sævit; Joannem apostolum in in-

Apud Viennam Galliæ urbem relegatus, ut scribitur in Chronico.

^a Sic cod. Regm.; alii vero, *propriæ se manus ictu interfecit*. Corb., *ictibus*. De Herodis Agrippæ interitu, inter Acta Apostolorum, cap. 12, legendus Joseph Antiquit. Judaicis, cap. 7. Gregorius tamen hic Ascanitam cum Agrippa confundit. Quæ enim hic nar-
^b Ascalonitæ contigerunt, ut refert Joseph lib. II, de bello Judaico, et ex eo Eusebius et Rufinus lib. I, cap. 8.

^c Sic habent omnes editi. Legendum tamen, *Christum Filium Dei prædicarent*, quæ lectio est codicis Regmensis.

^d Cod. Corb., *et bello et gladio*.

Hæc fuit aliquot veterum opinio, quam Tertullianus et alii plerique patres refutarunt. Polycrates

Pathmos relegat in exilium, et diversas crudelitates in populos agit. Post cujus mortem, beatus Joannes apostolus et evangelista de exilio rediit : qui senex et plenus dierum, perfectæque in Deum vitæ, vivens se deposuit in sepulcro. Hic fertur^e non gustare mortem, donec iterato Dominus judicatorius adveniat, ipso in Evangeliiis ita dicente : *Sic eum volo manere donec veniam*^f (Joan. XXI, 21).

XXV. Tertius post Neronem, persecutionem in Christianos Trajanus movet : sub quo beatus Clemens, tertius Romanæ Ecclesiæ episcopus^g, passus est; et sanctus Simeon Hierosolymitanus episcopus, Cleophæ filius, pro Christi nomine crucifixus assertur; et Ignatius Antiochensis episcopus; Romam ductus bestiis deputatur. Hæc sub Trajani temporibus acta sunt.

XXVI. Post^h hunc Ælius Adrianus imperator creatus est. Unde et Hierosolyma Ælia ab Ælio Adriano vocatur, successore Domitiani, eo quod eam reparaverit. Post has vero passiones sanctorum, non fuit satis parti adversæ gentes incredulas contra Christianos excitasse, nisi commoveret et in ipsis Christianis schismata. Concitat hæreses, et divisa fides catholica aliter aliterque disseritur. Nam sub Antonini **22** imperio Marcionitana et Valentiniana hæresis insana surrexitⁱ : et Justinus Philosophus, post scriptos catholice Ecclesiæ libros, martyrio pro Christi nomine coronatur. In Asia autem, orta persecutione, beatissimus Polycarpus, Joannis apostoli et evangelistæ discipulus, octogesimo ætatis suæ anno, velut holocaustum purissimum, per ignem Domino consecratur. Sed et in Galliis multi pro Christi nomine sunt per martyrium gemmis cœlestibus coronati : quorum passionum historiæ apud nos fideliter usque hodie retinentur^j.

XXVII. Ex quibus et ille primus Lugdunensis Ecclesiæ Photinus episcopus fuit, qui plenus dierum, diversis affectus suppliciis, pro Christi nomine passus est. Beatissimus vero Irenæus hujus successor martyr, qui a beato Polycarpo ad hanc urbem directus est, admirabili virtute enituit : qui in modici temporis spatio, prædicatione sua maxime in integro civitatem reddidit Christianam. Sed veniente persecutione, talia ibidem diabolus bella per tyrannum exercuit, et tanta ibi multitudo Christianorum ob confessionem Dominici nominis est jugulata, ut per

Ephesiorum episcopus, qui Joannis discipulos viderat, eum Ephesi sepultum, ibique extremam resurrectionem expectantem jacere affirmat in epistola, quam Eusebius refert lib. V, cap. 24.

^f Sic habent Bec., Reg. et Regm. cum editis Bad. et III., quam lectionem vulgata nostra etiam nunc retinet. Alii, *si eum volo*, etc., ut Græci legunt, et in aliquot mss. Latiniis habetur.

^g Corb., *Ecclesiæ fuit episcopus. Passus*, etc.

^h Illud caput cum seq. dæest in cod. Corb.

ⁱ Cod. Regm., *hæreses insanæ surrexerunt*.

^j In epistola scilicet Lugdunensium martyrum quam Eusebius in Historia ecclesiastica refert. Eam, et supra laudatorum martyrum passiones, dedimus inter Acta martyrum sincera.

plateas flumina current de sanguine Christiano : A quorum nec numerum, nec nomina colligere potuimus. Dominus enim eos in libro vitæ conscripsit. Beatum Irenæum diversis in sua carnifex præsentia pœnis affectum, Christo Domino per martyrium dedicavit ^a. Post hunc et quadraginta octo ^b martyres passi sunt, ex quibus primum fuisse legimus Vettium Epagatum.

XXVIII. Sub Decio vero imperatore multa bella adversum nomen Christianum exoriuntur, et tanta strages de credentibus fuit, ut nec numerari queant. Babyllas episcopus Antiochenus, cum tribus ^c parvulis, id est, Urbano, Prilidano et Epolono; et Sixtus Romanæ Ecclesiæ episcopus, et **23** Laurentius archidiaconus, et Hippolytus, ob Dominici nominis confessionem per martyrium consummati sunt. V-B
lentinianus et Novatianus maximi tunc hæreticorum ^d principes, contra fidem nostram inimico impelleute grassantur. Hujus tempore septem viri episcopi ordinati ad prædicandum in Gallias missi sunt, sicut historia passionis sancti martyris Saturnini denarrat ^e. Ait enim : Sub Decio et Grato consulibus, sicut fidei recordatione retinetur, primum ac summum Tolosana civitas sanctum Saturninum habere cœperat sacerdotem. Hi ergo missi sunt : Turonicis, Gatianus ^f episcopus; Arelatensibus, Trophimus episcopus; Narbonæ, Paulus episcopus; Tolosæ, Saturninus episcopus; Parisiacis, Dionysius episcopus; Arvernensibus, Stremonius episcopus; Lemovicinis, Martialis est destinatus episcopus. De his vero, beatus Dionysius Parisiorum episcopus, diversis pro Christi nomine affectus pœnis, præsentem vitam gladio imminente finivit; Saturninus vero, jam securus de martyrio, dicit duobus presbyteris suis : Ecce ego jam immolor, et tempus meæ resolutionis instat. Rogo, ut usquedum debitum finem impleam, a vobis penitus non relinquar. Cumque comprehensus ad Capitolium duceretur, relictus ab his solus attrahitur. Igitur ^g cum se ab illis cerneret derelictum,

^a Conqueritur S. Gregorius M. lib. ix, ep. 50, scripta simul et gesta S. Irenæi a se non potuisse reperiri. Scripta, ut plurimum, habemus, sed gesta authentica nemo hactenus protulit. Irenæo martyris titulum tribuit Hieronymus.

^b Illi non post Irenæum, sed ante ipsum simul cum Pothino episcopo passi sunt, quorum nomina ipse Gregorius refert lib. i de Gloria Martyrum, D cap. 49.

^c Sic mss. omnes cum edit. Bad.; aliæ cum Bec., *fratribus*. Tres pueros cum Babila interfectos memorant Chrysostomus et alii.

^d Corb., *maxime tunc hæretici, quorum principes, etc.*

^e Acta S. Saturnini ejus in Gallias missionis tempus exhibent: sed nihil habent de cæteris hic recensitis, quorum in Gallias adventum alii aliis temporibus assignant. Gregorius tamen qui eos putavit simul in Gallias accessisse, ex certa epocha quæ in actis sancti Saturnini habetur, cæterorum etiam tempora deduxit.

^f Cod. Regm., *Gazianus*; et sic inferius. Editi cum cod. Reg., *Gratianus*.

^g Quæ sequuntur ex vulgi traditione retulit Gregorius. Nam hæc in Actis sancti Saturnini non habentur,

orasse fertur : Domine Jesu Christe, exaudi me de cælo sancto tuo, ut nunquam hæc Ecclesia de his civibus mereatur habere pontificem in sempiternum. Quod usque nunc in ipsa civitate ita evenisse cognovimus. Hic vero tauri furentis vestigiis alligatus, ac de Capitolio præcipitatus, vitam finivit. Gatianus vero, Trophimus, Stremoniusque, et Paulus, atque Martialis, in summa sanctitate ^h viventes, post acquisitos **24** Ecclesiæ populos, ac fidem Christi per omnia dilatata, felici confessione migrarunt. Et sic tam isti per martyrium, quam hi per confessionem, relinquentes terras, in cœlestibus pariter sunt conjuncti.

XXIX. ⁱ De horum vero discipulis quidam Biturigas civitatem aggressus, Salutare omnium, Christum Dominum populis nuntiavit. Ex his ergo pauci admodum credentes, clerici ordinati, ritum psallend suscipiunt : et qualiter ecclesiam construant, vel omnipotenti Deo solemniter celebrare debeant, imbuuntur. Sed illis parvam adhuc ædificandi facultatem habentibus, civis cujusdam domum, de qua ecclesiam faciant, expetunt. Senatores vero, vel reliqui meliores loci, fanaticis erant tunc cultibus obligati; qui vero crediderant, ex pauperibus erant, juxta illud Domini, quod Judæis exprobrat, dicens : *Quia meretrices et publicani præcedent vos in regno Dei* (Matth. xxi, 31). Hi vero non obtenta a quo petierant domo Leocadium quemdam primum Galliarum senatorem qui de stirpe Vettii Epagati fuit, quem Lugduno passum pro Christi nomine superius memoravimus ^j reppererunt. Cui cum petitionem suam, et fidem pariter intimassent, ille respondit : Si domus mea, quam apud Bituricam urbem habeo, huic operi digna esset, præstare non abnegarem. Illi autem audientes pedibus ejus prostrati, oblati trecentis aureis curdis disco argenteo, dicunt eam huic ministerio esse condignam ^k. Tunc ille acceptis de his tribus aureis præ benedictione, clementer indulgens reliqua, cum adhuc esset in errore idololatriæ implicitus, Christianus

tur, quæ videtis inter Acta martyrum sincera, pag. 109, quæ nimis incaute ad annum 245 retuli, quæ circiter anno Saturninus in Gallias advenerat, cum non nisi Decio et Grato consulibus, id est anno 250 Tolosæ institutus sit episcopus.

^h Cod. Regm., *in summa religione*.

ⁱ Hoc caput deest in cod. Corb. Porro hunc *Ursinum* appellat Gregorius lib. de Gloria Confess., cap. 80, eumque ibi a discipulis apostolorum ordinatum et in Gallias destinatum fuisse dicit; quo eodem modo loquitur de ipso Saturnino in lib. de Gloria Mart., cap. 48. Porro *Biturigas* ipsiusmet urbis nomen fuisse, *Bituriges* vero incolas, seu cives illius dictos, patet ex Apollinaris Sidonii concione præ electione Bituricensis episcopi habita, libro vii, episc. 9, ubi ait *prius Bituriges noveram, quam Biturigas* quod scilicet Simplicium civem, pro quo perorabam nosset, antequam Biturigas unquam accessisset.

^j Supra cap. 27.

^k Sic codd. Bec., Reg. et Regm.; cæteri, *esse congruam. Qui acceptis. Codex Turonensis apud Morlium sic habet : Si enim domus mea..... præstare non abnuerem..... huic mysterio esse congruam. Et observa, hoc caput, quod deest in cod. Corbeiensi, in ms. Turonensi haberi.*

nus factus, domum suam fecit ecclesiam. Hæc est nunc ecclesia apud Biturigas urbem prima, miro opere composita, et primi martyris Stephani reliquiis illustrata ^a.

25 XXX. Vigesimo septimo loco, Valerianus et Gallienus Romanum imperium sunt adepti, qui gravem contra Christianos persecutionem suo tempore commoverunt. Tunc Romam Cornelius ^b, Cyprianus Carthaginem felici sanguine illustrarunt. Horum tempore et Chrocus ille Alamannorum rex, commoto exercitu, Gallias pervagavit. Hic autem Chrocus multæ arrogantiae fertur fuisse: qui cum nonnulla inique gessisset, per consilium, ut aiunt, matris iniquæ, collectam, ut diximus, Alamannorum gentem ^c, universas Gallias pervagatur, cunctasque ædes, quæ antiquitus fabricatæ fuerant, a fundamentis subvertit. Veniens vero Arvernos, delubrum illud, quod Gallica lingua Vasso ^d Galatæ vocant, incendit, diruit, atque subvertit. Miro enim opere factum fuit atque firmatum, cujus paries duplex erat. Ab intus enim de minuto lapide; a foris vero quadris sculptis fabricatum fuit. Habuit enim paries ille crassitudinem pedes triginta. Intrinsecus vero marmore ac musivo variatum erat ^e. Pavimentum quoque ædis marmore stratum, desuper vero plumbo tectum.

XXXI. Juxta ^f hanc urbem Liminius, Antolianusque martyres requiescunt. Ibi Cassus ac Victorinus in dilectione Christi fraterno affectu sociati, per effusionem cruoris proprii, cælorum regna pariter sunt adepti. Nam refert antiquitas, Victorinum servum fuisse ante dicti templi sacerdotis. Qui dum plerumque vicum, quem Christianorum vocant, ad persequendos Christianos adit, Cassium reperit **26** Christianum: cujus prædicationibus atque miraculis

^a Hodieque major ecclesia Biturigum sancto Stephano sacra, paucis in Gallia sacris ædificiis cedit.

^b Cornelius tamen obiit anno 252, sub Decii principatu, et quidem, ut verisimilius est, apud Centumcellas, ubi cum gloria dormitionem accepit, ut legitur in vetustissimo pontificali Bucheriauo. Non desunt tamen qui eum Romæ passum asseverent: sed nulla est circa martyrii tempus opinionum diversitas. Cyprianus vero anno 258 prope Carthaginem capite plexus est, Valeriano et Gallieno imperatoribus.

^c Bec. et Regm., *collecta... gente*; quæ lectio etsi melior, non tamen sincerior. Gregorius quippe, ut ipse fatetur, sæpius accusandi casum pro ablativo posuit. Quod semel monuisse sufficiat. Chroci irruptionem alii sæculi quinti initio consignant.

^d Cod. Regm., *Vasa*. Hoc nomine Martem deum ab antiquis Gallis designatum fuisse volunt.

^e Quæ sequuntur ad num. seq. desunt in cod. Regm. Hoc ipsum templum Mercurio consecratum fuisse conjicit Alteserra, quod Plinius lib. III, cap. 7 scribat, sua ætate apud Arvernos factum fuisse a Zenodoro ingens Mercurii simulacrum. Hæc sunt verba Plinii: *Verum omnem amplitudinem statuarum ejus generis vicit, ætate nostra, Zenodorus, Mercurio facta, in civitate Galliarum Arvernensis, per annos decem HS cccc manu pretio.*

^f Hoc caput cum quatuor sequentibus deest in Corb. codice.

^g Horum martyrum festa antiqua martyrologia commemorant. Sanctorum Cassii, Victorini, Anto-

motus, credit Christo, relictisque fanaticis sordibus ac baptismo consecratus, magnus in virtutum operatione enituit. Nec multo post per martyrium, ut diximus, in terris sociati, ad cœlestia pariter regna migraverunt ^g.

XXXII. Irruentibus autem Alamannis in Gallias, sanctus Privatus Gabalitanæ urbis episcopus ^h, in crypta Memmatensis montis, ubi jejuniis orationibusque vacabat, reperitur, populo Gredonensis castris in munitione concluso ⁱ. Sed dum oves suas bonus pastor lupis tradere non consentit, dæmoniis immolare compellitur. Quod spurcum ille tam exsecrans quam refutans, tandiu fastibus cæditur, quoadusque putaretur exanimis. Sed ex ipsa quassatione, interpositis paucis diebus, spiritum exhalavit. Chrocus vero apud Arelatensem Galliarum urbem comprehensus, diversis affectus suppliciis, gladio verberatus interiit, non immerito pœnas quas sanctis Dei intulerat, luens.

XXXIII. Sub Diocletiano, qui tricesimo tertio loco Romanum rexit imperium, gravis contra Christianos per annos quatuor ^j persecutio exagitata est: ita ut quadam vice in ipso sacratissimo die Paschæ, magni Christianorum populi ob veri Dei cultum interficerentur. Eo tempore, Quirinus Sisciensis ^k Ecclesiæ sacerdos gloriosum pro Christi nomine martyrium tulit; quem ligato ad collum molari saxo, in fluminis gurgitem sævitia impulit paganorum. Igitur cum cecidisset in **27** gurgitem, diu super aquas divina virtute ferebatur; nec sorbebant aquæ, quem pondus criminis non premebat. Quod factum admirans multitudo populi circumstantis, despecto furore gentilium, ad liberandum properant sacerdotem. Hæc ille cernens, non passus est se a martyrio subtrahi,

liani ac Astrebundii, aliorumque sanctorum, qui in ea urbe coronati fuerunt, passiones a beato Præjecto descriptas fuisse narrat secundus ejusdem Præjecti Vitæ auctor in Sæculo II Benedictino. De his item Gregorius aliis in locis scribit. Sancti Cassius et Victorinus quiescebant in ecclesia sancti Cassii, quæ hodie parochialis est; Antolianus vero in ecclesia sancti Galli, ex libro I de Claromontensibus ecclesiis a Savarone vulgato cap. 9 et 8. Liminius autem ex Gregorio ipso lib. de Gloria Confess., cap. 36, servabatur in ecclesia sancti Venerandi.

^h Ejus festum die 21 Augusti recolitur. Sedes episcopi Gabalitani, quæ olim apud Anderntum erat, Mimatum translata circa sæculum decimum, ibi etiam nunc perseverat.

ⁱ Sic. cod. Regm.; alii cum editis, *populi Gredonensis castris munitione conclusus*. Gredo autem putatur esse vicus ad radices montis situs, vulgo dictus *Greze*. Est tamen in Gabalis vicecomitatus Gredonensis, et cod. Regm. cum edit. Badiana habet *Credonensis*.

^j Nullo pacto Diocletiani persecutio ad annos quatuor revocari potest. De hac re vide præfationem nostram in Acta martyrum sincera.

^k Sic recte cod. Bec., Reg. et Regm. Editi mendose, *Sistiensis*. Siscia quippe urbs erat episcopalis in Pannonia superiori, ubi passus est Quirinus, de quo Prudentius hymno 7, de Coronis. Ejus Acta vide inter sincera martyrum, pag. 552, ad annum 309.

sed erectis ad cœlum oculis, ait : Jesu Domine, qui gloriosus resides ad dexteram Patris, ne patiaris me ab hoc stadio removeri ; sed suscipiens animam meam, conjungere me tuis martyribus in requie sempiterna dignare. His dictis, reddidit spiritum. Cujus corpus a Christianis susceptum venerabiliter sepulturæ mandatum est.

XXXIV. Romanorum tricesimus quartus imperium obtinuit Constantinus, annis triginta regnans feliciter. Hujus imperii anno undecimo, cum post excessum Diocletiani pax reddita fuisset Ecclesiis, beatissimus præsul Martinus apud Sabariam ^a Pannoniæ civitatem nascitur, parentibus gentilibus, non tamen infimis. Hic Constantinus anno vicesimo imperii sui, Crispum filium veneno, Faustam conjugem calente balneo interfecit, scilicet quod proditores regni ejus esse voluissent. Hujus tempore venerabile crucis Dominicæ lignum per studium Helenæ matris ejus repertum est, prodente Juda Hebræo, qui post baptismum Quiriacus est vocitatus. Usque hoc tempus historiographus in Chronicis scribit Eusebius. A vicesimo primo enim ejus imperii anno, Hieronymus presbyter addidit, indicans Juvencum presbyterum Evangelia versibus conscripsisse, rogante supradicto imperatore.

XXXV. Sub Constantis autem imperio, Jacobus Nisibenus ^b fuit, ad 28 cujus preces inclinatæ aures divinæ clementiæ, multa pericula a civitate ejus repulerunt. Sed et Maximinus Treverorum episcopus potens in omni sanctitate reperitur.

Nono decimo Constantii ^c junioris anno, Antonius monachus transiit, centesimo quinto ^d ætatis suæ anno. Beatissimus Hilarius Pictaviensis episcopus, suasu hæreticorum exilio deputatur : ibique libros pro fide catholica scribens, Constantio misit, qui quarto exsilii anno eum absolvi jubens, ad propria redire permisit.

XXXVI. Tunc ^e jam et lumen nostrum exoritur,

^a Hodie, ut putant, oppidum est Hungariæ, *Szombatelel* dictum, alias *Stain am Angern*, in comitatu Castri-ferrensi. Cluverius tamen existimat Sabariam antiquam olim exstitisse, ubi hodie est castrum *Sarwar*, quod Germani *Rothenturn* appellant, tribus leucis infra prædictum oppidum, ad confluentes Sabariæ fluvii in Arrabonem.

^b Aliquot editi mendose, *Niebenus*. Hic quippe est celebris Jacobus episcopus, qui Nisibam Mesopotamiæ urbem a Saporis Persarum regis obsidione liberavit, anno 350. Cæterum nisi ipse Gregorius erraverit, legendum est *Constantii*, pro *Constantis*.

^c Sic cod. Regm. Alii, *Constantini*. Sed mendose ; nam quarto sui imperii anno occisus est Constantinus junior. Constantium hic juniorem appellat Gregorius, forte ut ipsum a Constantio Chloro distinguat.

^d Editi cum cod. Regio, anno centesimo, sed mendose.

^e Hæc usque ad *Melania vero*, desunt in codice regio.

^f Lis est inter auctores de die et anno, quibus S. Hilarius excessit e vita. De hac re fusius disseritur in ipsius Vita, quæ ejus operibus recens a nostris editis præmittitur, num. 113 et seq. Ejus festività Idibus Januarii in antiquis et recentibus martyrologiis celebratur, qua die et quidem anno 368 eum

novisque lampadum radii Gallia perlustratur : hoc est, eo tempore beatissimus Martinus in Galliis prædicare exorsus est, qui Christum Dei Filium per multa miracula verum Deum in populis declarans, gentilium incredulitatem avertit. Hic enim fana destruxit, hæresin oppressit, ecclesias ædificavit, et cum aliis multis virtutibus refulgeret, ad consummandum laudis suæ titulum, tres mortuos vitæ restituit. Quarto Valentiniani et Valentis anno, sanctus Hilarius apud Pictavos, plenus sanctitate et fide, multis undique virtutibus editis, migravit ad cœlos ^f. Nam et ipse legitur mortuos suscitasse.

Melania vero matrona nobilis, et incola urbis Romanæ, Hierosolyma ob devotionem abiit, Urbano filio Romæ relicto. Quæ ita se in cuncta bonitate ac sanctitate omnibus præbuit, ut Thecla vocaretur ab incolis.

XXXVII. Post mortem autem Valentiniani, Valens integri successor imperii, monachos ad militiam cogi jubet, nolentes fustibus præcipit verberari. Posthæc, bellum sævissimum in Thracia Romani gessere ^g : 29 in quo tanta strages fuit, ut Romani, amisso equorum præsidio, pedibus fugerent. Cumque a Gotthis internecone maxima cæderentur, et Valens fugeret sagitta sauciatus, parvum tugurium ingressus, imminentibus hostibus, super se incensa casula, optata caruit sepultura. Sicque ultio divina ob sanctorum effusum sanguinem, tandem emissa processit. Huc usque Hieronymus : ab hoc vero tempore, Orosius presbyter plus scripsit.

XXXVIII. Igitur cum Gratianus imperator destitutum ^h cerneret esse rempublicam, Theodosium collegam imperii facit. Hic Theodosius omnem spem suam atque fiduciam in Dei misericordiam ponit. Qui multas gentes non tam gladio, quam vigiliis et operatione compescuit, rempublicam confirmavit ⁱ, Constantinopolim urbem victor ingressus est.

Maximus vero cum per tyrannidem oppressis Bri-

obisse verisimilius est. Mortuum infantem ab eo suscitatum refert Fortunatus in ejus Vitæ libro 1, num. 12. De hoc sancto Gregorius item agit in lib. de Gloria Confess., cap. 2. Melaniæ laudes præter Hieronymum fuse prosequuntur alii sancti Patres. Valentis tempore maxime enituit in fovendis et ab-dendis confessoribus, quos ille persequebatur. Quinque monachorum millia semel per triduum tyranni insidias fugientium pavit. Vide S. Paulini epistolam ad Severum, olim 10, in nova edit. 20. Monet Rosweyodus, in notationibus ad peregrinationem Rufini et Melaniæ, Gregorium hic lapsum esse, qui Melaniæ filium appellavit *Urbanum*, ex loco Chronici Hieronymi male intellecto, ubi Hieronymus parvulum Melaniæ filium prætorem URBANUM, id est Romanæ urbis, exstitisse memorat, quod sic interpretatus est Gregorius quasi URBANUS nomen parvuli fuerit.

^g Aliquot codd., *Thracias*. Nonnulli cum editis *Thracas*. Valentis persecutionem ac orthodoxorum præclaras confessiones fuse describunt Gregorius Nysenus, Sozomenus, Theodoritus et alii passim. Lex contra monachos habetur, l. 26, c. de *Decurionibus*. Obiit die 9 Augusti anno 378, cum paulo amplius quam annos 15 regnasset.

^h Cod. Regm., *destruclam*.

ⁱ Cod. Regm., *remque publicam confirmans*.

annis sumpsisset victoriam, a militibus imperatoris creatus est. In urbe Treverica sedem instituens, Gratianum imperatorem circumventum dolis interfecit. Ad hunc Maximum beatus Martinus jam episcopus venit. In loco ergo Gratiani, Theodosius ille cui totam spem in Deum posuerat, totum suscipit imperium. Qui deinceps divinis affatibus fretus, Maximum spoliatum imperio interfecit^b.

XXXIX. Apud Arvernos vero post Stremonium episcopum prædicatoremque, primus episcopus Urbicus fuit, ex senatoribus conversus, uxorem habens, quæ juxta consuetudinem ecclesiasticam, remota a consortio sacerdotis 30 religiose vivebat. Vacabant enim ambo orationi, eleemosynis, atque operibus bonis. Cumque hæc agerent, livor inimici, qui semper est æmulus sanctitati, commovetur in feminam: B quam in concupiscentiam viri succendens, novam viam efficit. Nam succensa mulier a libidine, operata peccati tenebris, pergit ad domum ecclesiæ per tenebras noctis. Cumque obserata omnia reperisset, pulsare fores ecclesiæ domus cœpit, ac voces hujusmodi audire: Quousque sacerdos dormis? quousque ostia tua non reseras? cur conjugem^c spernis? cur obduratis auribus Pauli præcepta non audis? Scripsit enim: *Revertimini ad alterutrum, ne tentet vos Satanas.* Ecce ego ad te revertor, nec ad extraneum, sed ad proprium vas recurro. Hæc et his similia diu deamanti^d, tandem sacerdotis tepescit religio. Jubet enim cubiculo intromitti, ususque concubitu ejus discedere jubet. Dehinc tardius ad se reversus, et de perpetrato scelere condolens, acturus pœnitentiam, C in ecclesia sua monasterium expetit: ibique cum ge-

^a Idem cod., *sedem sibi constituens.*

^b Hic desinit liber I in cod. Regio. Cætera usque ad librum II desunt, præter clausulam; *Explicit liber I a principio mundi usque ad transitum sancti Martini, computantur anni 5546.* In cod. vero Corb. omittuntur quatuor sequentia capitula, sed habetur ultimum. In Vaticano codice eadem quatuor capita, quæ non habet codex Corbeiensis, desiderantur. Hic porro notare liceat quædam alia capita quæ in eodem codice Vaticano desunt in prioribus Gregorii libris, quod, catalogo eorum nondum recepto, ea suis locis designare fas non fuerit. Itaque præter quatuor capitula memorata quæ in libro primo non habentur, desunt in libro II capita 14, 15, 16, 17, 21, 22, 23, 26, 29; capita vero 1 et 4 non quidem exstant suo loco, sed in fine libri habentur. In libro IV desunt capitula quatuor, scilicet 5, 6, 7, 12. In quinto desunt decem, nempe 5, 7, 9, 10, 12, 33, 37, 38, 41, 43, 47, 49. Cætera suis locis annotantur.

^c Bec. et Regm., *cur satellitem spernis... cur obturatis*, etc.; supra cap. 2, vir *satelles* appellatur. Codex Aron. habet etiam *cur satellitem*, etc.

^d Cod. Reg., *declamante, tandem sacerdos tepescit religiosus; jubetque eam cubiculum introire, post conubitum vero discedere.*

^e Ed. et Bec., *conceptu.* Observandum hic reliquias vocem ad exprimentum vitæ sanctioris statum prohibitam. Quod et sæpius Gregorius facit passim.

^f Cod. Reg., *Catabennensi*; Bad., *Cantobonensi*, *Chantoin*, ubi exstitit postea monasterium puellarum, cujus ecclesia dicata fuit sancto Petro, ut habetur in catalogo ecclesiarum Claromontensium a Savarone edito, lib. I, cap. 26. Huc secesserunt monachi regulares ecclesiæ cathedralis, qui capitulo

mitu ac lacrymis quæ commiserat diluens, ad urbem propriam est reversus; qui impleto vitæ cursu migravit a sæculo. Nata est enim ab hoc concubitu^e filia, quæ in religione permansit. Ipse quoque sacerdos cum conjugate et filia in crypta Cantobennensi^f, juxta aggerem publicum^g est sepultus. In cujus loco Legonus^h episcopus subrogatur.

XL. Quo defuncto, sanctus Hillidius successit, vir eximia sanctitatis ac præclaræ virtutis, qui in tanta sanctitate emicuit, ut fama ejus etiam extraneos 31 fines adiret: unde factum est, utⁱ imperatoris Treverici filiam expetitus a spiritu immundo curaret, quod in libro illo, quem de ejus Vita conscripsimus, memoravimus. Fuit autem, ut fama refert, valde senex et plenus dierum, plenusque bonis operibus, qui felici consummatione, vitæ hujus perfunctus tramite, migravit ad Christum, sepultusque in crypta, suburbano^j civitatis illius. Habuit autem et archidiaconum, nomine et merito Justum^k, qui et cursum vitæ bonis consummans operibus, magistri tumulo sociatur. Jam vero post transitum beati Hillidii confessoris, ad gloriosum ejus sepulcrum tantæ virtutes apparent, ut nec scribi integre queant, nec memoria retineri. Huic sanctus Nepotianus successit.

XLI. Igitur apud Arvernos sanctus Nepotianus quartus^l habebatur episcopus. A Treveris vero legati in Hispaniam mittebantur: ex quibus Artemius quidam, admirabilis sapientiæ atque pulchritudinis, et prima ætate florens, vi febrium est correptus. Præcedentibus vero aliis, hic apud Arvernos ægrotus relinquitur. Nam eo tempore apud Treveros sponsali erat vinculo nexus. A sancto autem Nepotiano visi-

Claromontensi sæculari toga donato regulam ejurare noluerunt. In eodem tamen libello, cap. 8, sanctus Urbicus sepultus dicitur in ecclesia sancti Galli, sed jam forte loco motus fuerat. Et quidem postea iterum translatus est in ecclesiam sancti Illidii. De Cantobennensi monasterio agitur infra lib. II, cap. 21. Robertus abbas Cantinobensis memoratur in appendice ad Historiam translationis S. Austremonii apud Labb. tom. II Biblioth. novæ, pag. 506.

^g Editi duo habent, *Publium*. Aggeris publici nomine designantur viæ publicæ seu militares.

^h An sanctus Linguinus, qui in ecclesia sancti Venerandi sepultus dicitur cap. 10 libri I de ecclesiis Claromontensibus. Hunc potius esse Liminium martyrem putat Savaro, et quidem lib. II, cap. 18, memoratur ecclesia sancti Leogontii, ubi idem sanctus, quem Gregorii Legonum esse putat Savaro, dicitur quiescere.

ⁱ Sic cod. Regm. et edit. Bad.; cæteri, *ul ab imperatoris Treverici filia expetitus, ut spiritu*, etc.

^j Ed. Bad. habet *suburbio*; cod. Regm., *suburbana*.

^k Memoratur inter sanctos qui in ecclesia S. Illidii quiescebant, lib. I de eccles. Claromont., cap. 11, quanquam episcopus mendose in inscriptione dicitur. Nisi forte duo sicut Justi, unus archidiaconus, et alter episcopus. Nam et in eodem libro, cap. 14, Justus in ecclesia S. Cyrici quiescere dicitur. V. Sirmund. in ep. II, lib. IV. Sidonii Justi festum in Illidianis tabulis die 12 Kal. Novembris memoratur. De S. Illidio plura dicemus ad ejus Vitam, quæ est inter Vitas Patrum, cap. 2.

^l Etiam juxta Gregorii calculum Nepotianus quintus est Arvernorum episcopus. De ejus sepulcro vide lib. de Gloria Confess., cap. 37.

tatus, atque oleo sancto perunctus, tribuente Domino redditur sanitati. Qui cum ab eodem sancto verbum prædicationis accepisset, oblitus tam sponsam terrenam, quam facultates proprias, sanctæ copulatur Ecclesiæ, factusque clericus in tanta prælatus est sanctitate, ut beato Nepotiano successor existeret ad regendas gregis Dominici caulas ^a.

XLII. Per idem tempus Injurious quidam de senatoribus Arvernais, cum magnis opibus similem sibi in conjugio puellam expetiit, datoque arrabone, diem constituit nuptiarum. Erat autem uterque unicus patri. Adveniente vero die, celebrata nuptiarum solemnitate, in uno strato ex more locantur. **32** Sed puella graviter contristata, aversa ad parietem, amarissime flebat. Cui ille: Quid, inquit, turbaris? Indica, quæso, mihi. Illaque silente, adjecit vir: Obsecro te per Jesum Christum Filium Dei, ut mihi quid doceas sapienter exponas. Tunc illa conversa ad eum, ait: Si omnibus diebus vitæ meæ plangam, nunquid tantæ erunt lacrymæ, ut queant abluere tam immensum pectoris mei dolorem? Statueram enim, ut corpusculum meum immaculatum Christo a virili tactu servarem: sed vae mihi, quæ taliter ab eo relicta sum, ut quod optabam perficere non valerem, et quod ab initio ælatis meæ servavi, in hac novissima die, quam videre non debueram, perdidit. Ecce enim relicta ab immortalis Christo, qui mihi dotem promittebat paradisum, mortalis hominis sum sortita consortium, et pro rosis immarcescibilibus, arentium me rosarum non ornat, sed deformat spoliū ^b. Et cum debui super quadrifluo Agni flumine puritatis stolam induere, hæc mihi vestis onus exhibuit, non honorem. Sed quid amplius verba protrahimus? Infelix ego, quæ debui sorte mereri polos, hodie demergor in abyssos. O si mihi hæc futura erant, quare non dies vitæ meæ ipse fuit finis, qui fuit initium! O si ante introissem mortis januam, quam lactis acciperem alimenta! O si mihi dulcium nutricum oscula, in funere fuissent expensa! Horrent enim mihi terrenæ species, quia pro mundi vita transfixas manus suspicio Redemptoris. Nec cerno diademata gemmis insignibus coruscantia, cum illam spineam miror mente coronam. Respuo longe lateque diffusa spatia terræ tuæ, quia amœnitatem concupisco paradisi. Horrent tua solaria ^c, cum Dominum residentem suspicio super astra. Talia cum magno fletu jactanti commotus pietate juvenis ait: Unicos nos nobilissimi Arvernorum ha-

buere parentes, et ad propagandam generationem **33** conjungere voluerunt, ne recedentibus eis de mundo succederet hæres extraneus. Cui illa: Nihil est mundus, nihil sunt divitiæ, nihil est pompa sæculi hujus, nihil est vita ipsa qua fruimur: sed illa magis vita quaerenda est, quæ morte terminante non clauditur, quæ labe ulla non solvitur, nec aliquo occasu finitur, ubi homo in beatitudine æterna permanens, luce non occidente vivit. Et, quod majus est his omnibus ipsius Domini præsentia, jugi perfruens contemplatione, in angelico translatus statu, indissolubili lætitia gaudet. Ad hæc ille: Dulcissimis, inquit, eloquiis tuis æterna mihi vita tanquam magnum jubar illuxit, et ideo si vis a carnali abstinere concupiscentia, particeps tuæ mentis efficiar. Illa respondit: Difficile est sexum virilem mulieribus ista præstare. Tamen si feceris, ut immaculati permaneamus in sæculo, ego tibi partem tribuam dotis, quam promissam habeo a sponso Domino meo Jesu Christo, cui me et famulam devovi esse et sponsam. Tunc ille armatus crucis vexillo, ait: Faciam quæ hortaris. Et datis inter se dextris, quieverunt. Multos postea in uno strato recumbentes annos, vixerunt cum castitate laudabili. Quod postea in eorum transitu declaratum est. Nam cum impleto certamine, puella migraret ad Christum, peracto vir funeris officio, cum puellam in sepulcrum deponeret, ait: Gratias tibi ago, æterne Domine Deus noster, quia hunc thesaurum sicut a te commendatum accepi, ita immaculatum pietati tuæ restituo. Ad hæc illa subridens: Quid, inquit, loqueris quod non interrogaris? Illamque sepultam ipse non post multum insequitur.

34 Porro cum utriusque sepulcrum e diversis parietibus collocatum fuisset, miraculi novitas quæ eorum castitatem manifestaret, apparuit. Nam facto mane cum ad locum populi accederent, invenerunt sepulcra pariter, quæ longe inter se distantia reliquerant, scilicet ut quos tenet socios cælum, sepulcorum hic corporum non separet monumentum. Hos usque hodie, Duos Amantes vocitare loci incolæ voluerunt. Meminimusque de his in libro Miraculorum ^d.

XLIII. Arcadii vero et Honorii secundo imperii anno ^e, sanctus Martinus Turonorum episcopus plenus virtutibus et sanctitate, præbens infirmis multa beneficia, octogesimo et primo ætatis suæ anno, episcopatus autem vigesimo sexto apud Condatensem diocæsis suæ vicum ^f excedens a sæculo

^a Ecclesia sancti Artemii memoratur in libello de ecclesiis Claromont., cap. 29, quam destructam et violatam, et arcam lapideam quæ olim beati viri ossa continebat, prætereunantium pedibus conculcatam luget Savaro in notis ad hunc librum. Ejus festum colitur die 24 Januarii.

^b Regm., non ornant, sed deformant sponsalia... super quadrifluo amnis margine.

^c Bigu., etc., solatia; rectius, solaria, id est superiores ædium partes.

nes, Aetium id temporis curam palatii gerentem,
cum ingenti auri pondere ad Chunos transmittit, no-
tos sibi obsidiatus sui tempore, et familiarium amicitia
devinctos, cum mandatis hujusmodi: Cum primum
partes adversæ Italiam ingressæ forent, ipsi a tergo
adorerentur, se a fronte venturum. Et quia de hoc
viro consequenter plura memoranda sunt, ejus genus
moresque ordiri placet. Gaudentius pater, Scythiæ ^g
provinciæ primoris loci, a domesticatu exorsus mi-
litiæ, usque ad magistrum equitum culmen prævee-
tus est. Mater Itala, nobilis ac locuples femina. Ae-
tius filius, a puero prætorianus, tribus annis Alarici
obses, dehinc Chunorum; post hæc Carpilionis ge-
ner, ex comite domesticorum, et Joannis eorum pa-
latii 57 gerere cœpit. Medii corporis, virilis habi-
tudinis decenter formatus, quo neque infirmitudini
esset neque oneri, animo alacer, membris vegetus,
eques promptissimus, sagittarum jactu peritus,
contum impiger, bellis aptissimus, pacis artibus cele-
bris; nullius avaritiæ, minimæ cupiditatis, bonis
animi præditus, nec impulsoribus quidem pravis ab
instituto suo devians, injuriarum patientissimus, la-
boris appetens, impavidus periculorum, famis sitis-
que atque vigiliarum tolerantissimus. Cui ab ineunte
ætate prædictum liquet, quantæ potentæ fati desti-
naretur, temporibus suis locisque celebrandus. ^h
Hæc supradictus historiographus de Aetio narrat.
Adultus autem Valentinianus imperator, metuens ne
se per tyrannidem Aetius opprimeret, eum nullis
causis exstantibus interemit. Ipse postmodum Au-
gustus, dum in Campo Martio pro tribunali residens,
concionaretur ad populum, Occylla buccellarinæ Aetii
ex adverso veniens, eum gladio perfodit. Talis utris-
que exstitit finis ^b.

IX. De Francorum vero regibus, quis fuerit pri-
mus a multis ignoratur. Nam cum multa de eis Sul-
picii Alexandri ⁱ narret Historia, non tamen regem
primum eorum ullatenus nominat, sed duces eos
habuisse dicit: quæ tamen de eisdem referat, memo-
regnum occupavit ex Idatio, etc.

^e Hic auctor ex solo Gregorio nobis est notus.

^f Sic mss. plerique; alii, *atrocia reportantes.*

^g Bell., *Scicia*; Bec., *Scyria*.

^h De Aetii et Valentiniani cæde, aliisque labentis
imperii rebus, quæ hic et in sequentibus referuntur,
videndi Orosius lib. VII, Procopius lib. I Hist. Vau-
dalicæ, Marellinus comes, Prosper, etc., de quibus
fusius in notis agere superfluum videtur. Ille tamen
in Indice chronologico, quem Gregorii operibus præ-
misimus, suis locis posuimus, ut Francicarum re-
rum, quibuscum permista sunt, series notior habe-
retur.

ⁱ Nec aliunde quam ex Gregorio hunc auctorem,
aut ejus Historiam novimus.

rare videtur. Nam cum dicit Maximum intra Aquileiam, amissa omni spe imperii, quasi amentem residere, adjungit: « Eo tempore Genobaude ^a, Marcomere, et Sunnone ducibus, Franci in Germaniam prorupere, ac pluribus mortalium limite irrupto cæsis, fertiles maxime pagos depopulati, Agrippinensi etiam Coloniae metum incussere. Quod ubi Treveris perlatum est, Nannenus ^b et Quintinus militiae magistri, quibus infantiam filii et defensionem Galliarum Maximus commiserat, collecto exercitu apud Agrippinam convenere. Sed onusti præda hostes, provinciarum opima depopulati, Rhenum transiere, pluribus suorum in **58** Romano relictis solo, ad repetendam depopulationem paratis, cum quibus congressus Romanis accommodus fuit, multis Francorum apud Carbonariam ^c ferro peremptis. Cumque consultaretur de successu, an in Franciam transire deberent, Nannenus abnuvit, quia non imparatos et in locis suis indubie fortiores futuros sciebat. Quod cum Quintino et reliquis viris militaribus displicuisset, Nanneno Mogontiacum reverso, Quintinus cum exercitu circa Nivisium ^d castellum Rhenum transgressus, secundis a fluvio castris, casas habitatoribus vacuas atque ingentes vicos destitutos offendit. Franci enim, simulato metu, se in remotiores saltus receperant, concidibus per extrema silvarum procuratis. Itaque universis domibus exustis, in quas sævire stoliditas ignava victoriae consummationem reponebat, noctem sollicitam milites sub armorum onere duxerant. Ac primo diluculo, Quintino prælii duce ingressi saltus, in medium fere diem implicantes se erroribus viarum, toto pervagati sunt: tandem cum ingentibus septis omnia a solido clausa offendissent, in palustres campos, qui silvis jangebantur, prorupere: molientibus ^e, hostium rari apparuere: qui conjunctis arborum truncis, vel concidibus superstantes, velut e fastigiis turrium, sagittas tormentorum ritu effudere illitas herbarum venæis, ut summæ cuti, neque lethalibus inflata locis vulnera, haud dubiæ mortes sequerentur. Dehinc majori multitudine hostium circumfusis exercitus, in aperta camporum, quæ libera Franci reliquerant, avide effusus est: ac primi equites voraginibus immersi, permixtis hominum junentorumque

^a Plerique edit., *Genobaldo*; Bec., *Genebaudo*; Bad. pro *Sunnone* habet *Sansone*; Regm., *Sunnone*.

^b Sic appellant veteres mss. At Colb. et Reg., *Nanninus*. Plerique editi, *Nannius*.

^c Carbonaria silva inter Rhenum et Scaldim sita, quæ pars erat Arduennæ.

^d Alii habent *Novesium*. Quæ lectionis varietas etiam apud alios auctores occurrit, vulgo dicitur *Nuiz*, oppidum haud procul a Colonia Agrippina.

^e Mss. 2, *prorumpere molientibus*.

^f Valesius legit *Jovianorum*. Et quidem celebres erant *Joviani milites*, de quibus Toinardus in notis ad Lactantium. Vide et Notas in Acta martyrum, pag. 664. Alii forte hic memorantur, sic dicti a Jovino, de quo infra.

^g Regm., *imperator ab eis acceptis obsidibus ex more ad hiemandum Treveris concessit*; et pro *an vices*, etc., idem eod. *an per vices tenuerint regnum*.

A corporibus, ruina invicem suorum oppressi sunt. Pedites etiam, quos nulla onera equorum calcaverant, implicati limo, ægre explicantes gressum, rursus se, qui paulo ante vix emergerant, silvis trepidantes occultabant. Perturbatis ergo ordinibus, cæsæ legiones, Heraclio Jovianorum ^f **59** tribuno, ac pene omnibus qui militibus præerant, exstinctis, paucis effugium tutum nox et latibula silvarum præstitere. » Hæc in tertio Historiæ libro narravit.

In quarto vero libro, cum de interfectione Victoris filii Maximi tyranni narraret, ait: « Eo tempore Carrietto et Syrus in locum Nanneni subrogati, in Germania cum exercitu opposito Francis diversabantur. » Et post pauca, cum Franci de Germania prædas tulissent, adjecit: « Nihil Arbogastes differre volens, commonet Cæsarem pœnas debitas a Francis exigendas, nisi universa quæ superiori anno cæsis legionibus diripuerant, confestim restituerent, auctoresque belli traderent, in quos violatæ pacis perfidia puniretur. » Hæc acta, cum duces essent, retulit, et deinceps ait: « Post dies pauculos, Marcomere et Sunnone Francorum regalibus, transacto cursim colloquio, impetratisque ^g ex more obsidibus, ad hiemandum Treveris concessit. » Cum autem eos regales vocet, nescimus utrum reges fuerint, an vices tenuerint regum. Idem tamen scriptor, cum necessitates Valentiniani Augusti commemorat, hæc adjungit: « Dum diversa in Oriente per Thracias ^h geruntur, in Gallia status publicus perturbatur. Clauso apud Viennam palatii ædibus principe Valentiniano, et pene infra privati modum redacto, militaris rei cura Francis satellitibus tradita, civilia **60** quoque officia ⁱ transgressa in conjurationem Arbogastis: nullusque ex omnibus sacramentis militiae obstrictis reperiebatur, qui familiari principis sermoni aut jussis obsequi auderet. Dehinc refert, quod eodem anno Arbogastes Sunnonem et Marcomerem subregulos Francorum gentilibus odiis ^j insectans, Agrippinam rigente maxime hieme petiit: ratus tuto omnes Franciæ recessus penetrandos urendosque, cum decussis foliis nudæ atque arentes silvæ insidiantes occultare non possent. Collecto ergo exercitu, transgressus Rhenum ^k, Bricteros ripæ proximis, pagum ^l etiam quem Chamani incolunt, de-

Codd. mss., Bellovac., Becensis et Turon. habent *imperatorisque ex more obsidibus*, quod sic Morelius restituendum suspicatur, *imperatorisque ex more obsidibus*.

^h Sic Bec.; alii *Thracas*.

ⁱ Id est publici ministri, qui præsidibus provinciarum aut magistratibus inserviebant in publicis muniis. Hinc Officialès dicti sunt. Vide Baron. in Notis ad Martyrol. Rom. die 27 Maii.

^j Ipse enim Arbogastes genere erat Francus, ut scribit Paulinus in Vita sancti Ambrosii, et alii quoque ejus ævi scriptores inuunt.

^k Hic in cod. Bellov., detractis duobus foliis, quæ sequuntur ad cap. 12 desunt.

^l Corb., *Brictoris ripæ proximum pagum*. Hi sunt, ni fallor, Bructeri, de quibus Paternulus, Tacitus et alii, quos Toisingis, Francis, etc., jungit Sidonius carm. 7. Habebant, ut putat H. Junius, in hodierna Westphalia. Editi duo pro *etiam* habent *Ætiam*,

populatus est, nullo unquam occurrente, nisi quod A pauci ex Ampsuariis et Chattis Marcomere duce in ulterioribus collium jugis apparuere. » Iterum hic relictis tam ducibus quam regalibus, aperte Francos regem ^a habere designat, hujusque nomen prætermittens, ait: « Dehinc Eugenius tyrannus suscepto expeditionali procinctu, Rheni limitem petit, ut cum Alamannorum et Francorum regibus, vetustis fœderibus ex more initiis, immensum ea tempestate exercitum gentibus feris ostentaret. » Hæc supra-scriptus historiographus de Francis disseruit.

Renatus Profuturus Frigeridus, ejus jam supra meminimus, enim Romam refert a Gothis captam atque subversam, 61 ait: « Interca Respendial rex Alamannorum ^b, Goare ad Romanos transgresso, de Rheno agmen suorum convertit, Vandalis Franco- B rum bello laborantibus, Godegisilo rege absumpto, acie viginti ferme millibus ferro peremptis, cumetis Vandalorum ad internecionem delendis, ni Alanorum vis in tempore subvenisset. » Movet nos hæc causa, quod cum aliarum gentium reges nominat, cur non nominet et Francorum. Tamen cum ait, quod Constantinus, assumpta tyrannide, Constantium filium ad se de Hispaniis venire jussisset, ita disseruit: « Accito Constantinus tyrannus de Hispaniis Constante filio, itemque tyranno, quo de summa rerum consultarent præsentis, factum est ut Constans, instrumento aulæ et conjuge sua Cæsar-augustæ dimissis, Gerontio intra Hispanias omnibus creditis, ad patrem continuato itinere deurreret. Qui ubi in unum venire, interjeetis diebus plurimis, nullo ex C Italia metu, Constantinus gulæ et ventri deditus, redire ad Hispanias filium monet. Qui præmissis agminibus, dum cum patre resideret, ab Hispania nuntii commeant, a Gerontio Maximum, unum e clientibus

quo nomine Ortelius putavit designari pagum, quem Chamani, sive Chamavi, ut alii codices habent, incolabant. Infra pro Ampsuariis, Chesniis, etc., habent Ampsivariis; sic pro Chattis Corb. habet Chatis. Hi sunt Catti, celebres Germaniæ populi.

^a An is quem nostratis historiæ scriptores Pharamundum seu Faramundum appellant, quem Chlodionis patrem, et Franciæ monarchiæ parentem esse volunt? Chlodionem Faramundi filium appellat auctor, qui Gesta Francorum scripsit sub Theoderico II rege, quem secuti sunt Rorico, etc. In Prosperi Chronico ad annum 26 Honorii, id est Christi 420, Faramundus regnasse dicitur in Francia; et superius ad annum 4 Theodasii, id est Christi 582, legitur, *Priamus regnat in Francia*. At Eugenius, de quo hic Gregorius, occisus est anno 594. Mirum autem est nihil de Faramundo apud Gregorium et Fredegarium haberi. Cæterum Valesius lib. II Rerum Franciæ., pag. 87, insectiæ Gregorium arguit quod ea verba Sulpicii Alexandri, *Genobaude*, etc., *ducibus et Marcomere duce*, interpretatus sit de ducis dignitate, quasi tunc temporis Franci daces solummodo habuerint, non reges, quod, inquit, postea veteres ac recentiores plerique incaute secuti Gregorium, pariter scripserunt. Cum tamen certum sit, ut ille existimat, *ducis* nomine eo loco nihil aliud Sulpicium volui se, quam iis auctoribus seu ductoribus, bella, quæ hic memorantur, a Francis fuisse confecta, alimæque istos principes vere Francorum reges fuisse constet ex Claudiano, Paulino in Vita sancti Ambrosii, et ipsomet Sulpicio, qui eos non

A suis, imperio præditum, atque in se comitatu gentium barbararum accinctum parari. Quo exterriti, Edobecco ^c ad Germanas gentes præmisso, Constans, et præfectus jam Decimus ^d Rusticus ex officiorum magistro petunt Gallias eum Francis et Alamannis, omnique militum manu, ad Constantinum jamjamque redituri. Item eum Constantinum obsideri scribit, ita dicit: Vix dum quartus obsidionis Constantini mensis agebatur, cum repente ex ulteriori Gallia nuntii veniunt, Jovinum assumpsisse ornatus regios, et cum Burgundionibus, 62 Alamannis, Francis, Alanis, omnique exercitu innibere obsidentibus. Ita acceleratis moris, reserata urbe Constantinus deditur. Confestimque ad Italiam directus, missis a principe obviam percussoribus, supra Minium flumen capite truncatus est. Et post hæc idem refert: Hisdem diebus præfectus tyrannorum Decimus Rusticus, Agroetius ex primicerio notariorum Jovini ^e, multique nobiles apud Arvernos capti a ducibus Honorianis, et crudeliter interempti sunt. Treverorum civitas a Francis direpta, ineensaque est secunda irruptione. » Cum autem Asterius codicillis imperialibus patriæatum sortitus fuisset, hæc adjungit: « Eodem tempore Castinus domesticorum comes, expeditione in Francos suscepta, ad Gallias mittitur. » Hæc hi de Francis dixere. Orosius autem et ipse historiographus in septimo operis sui libro ^f, ita commemorat: « Stilico congregatis gentibus Francos proterit, Rhenum transit, Gallias pervagatur, et ad Pyrenæos usque perlabitur. » Hanc nobis notitiam de Francis memorati historici reliquere, regibus non nominatis. Tradunt enim multi eosdem de Pannonia fuisse digressos. Et primum quidem littora Rheni annis incoluisse ^g: dehinc transacto Rheno, Thoringiam ^h transmeasse: ibique juxta pa-

solum *regales*, sed et *subregulos* appellat, quo nomine ab eo auctore reges fuisse designatos contendit.

Idem Valesius in addendis ad tomum I observat Attilam et Bledam, Hunnorum reges, a Prisce nonnumquam *regales* appellari.

^b Valesius et Coelius legunt *Alanorum*.

^c Bec., *Odobecco*.

^d Sic Corb., Bad., etc., sicut et infra; alii, *Decimius*. Is est Rusticus, ut observat Sirmundus, quem Apollinaris Sidon. laudat lib. v, epist. 9.

^e Reg., *Jovinus*, *multique*, etc. Corb., *ex primitivorum notariorum Jovini*, etc.

^f Scilicet cap. 28, seu totius operis penultimo.

^g Colb., etc., *incubuisse*.

^h Sic habent omnes mss. quos licet videre, et infra, *Thoringorum*, præter Regon. qui hæc secunda vice habet *Tungorum*, et Bad., *Tongrorum*. Unde cum Thuringia trans Rhenum Galliarum respectu sita sit, Valesius legendum putat *transacto Mano*, qui Iluvius e Pannonia in Thuringiam properantibus transmeandus est. Aliam viam iuvat R. P. Daniel Soc. Jesu in Historia Franciæ a se Gallice edita, ubi ait *Rheno* vocem esse retinendam eo quod hic Gregorii locus de Francis intelligendus sit, qui post accessus a Probo imperatore circa Pontem Enximum sedes, per varias provincias divagati, tandem in patriam suam per Gallias repedarunt, quo pacto Rhenum transire, quem revera obvium habere debuissent. Sed hæc expositio verbis Gregorii contraria videtur. Guallelmus Morelius se vidisse ait veterem codicem, in quo eadem manu scriptum erat. *Thoringum* vel *Tungoro-*

gos vel civitates, reges erinitos super se creavisse, de prima, et ut ita dicam, nobiliori suorum familia. Quod postea probatum Chlodovecli^a victoriae tradidere, idque in sequenti digerimus. Nam et in consularibus legimus Theodomerem regem Francorum, filium Richimeris quondam^b, et Aschilam matrem ejus, gladio interfectos. Ferunt etiam tunc Chlogionem utilem ac nobilissimum in gente sua, regem⁶³ Francorum fuisse, qui apud Dispargum^c castrum habitabat, quod est in termino Thoringorum. In his autem partibus, id est ad meridionalem plagam, habitabant Romani usque Ligerim fluvium. Ultra Ligerim vero Gotthi dominabantur. Burgundiones quoque Arianorum sectam sequentes, habitabant trans Rhodanum, qui adjacet civitati Lugdunensi. Chlogio autem missis exploratoribus ad urbem Camaracm, perlustrata omnia ipse secutus, Romanos proterit, civitatem apprehendit: in qua paucum tempus residens, usque Suminam fluvium occupavit^d. De hujus stirpe quidam Meroveclum regem fuisse asserunt, enjus fuit filius Childericus.

X. Sed hæc generatio fanaticis semper cultibus visa est obsequium præbuisse, nec prorsus agnovere Deum: sibi que silvarum atque aquarum, avium, bestiarumque, et aliorum quoque elementorum finxere formas, ipsasque ut Deum colere, eis que sacrificia delibare consueti. O si eorum fibras cordium vox illa terribilis attigisset, quæ per Moysem populo locuta est, dicens: *Non sint tibi dii alii præter me. Non facies tibi sculptile, neque adorabis omnem similitudinem quæ in cælo est, et quæ in terra, et quæ versantur in aquis: non facies ea, et non coles ea*^e (Exod. xx, 3-5). Et illud: *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies, ac per nomen ejus jurabis* (Deut. vi, 13). Quid si intelligere potuissent quæ pro vituli conflatilis veneratione Israeliticum populum ultio subsecuta compresserit, cum post epulum et cantica, post luxurias

ram. Unde aliqui recentiores Francos tunc transmissio Rheo Tungrorum regionem inhabitasse putant. Sed huic lectioni non solum editi et mss. codices, sed et Fredegarius, auctor Gestorum Franc., etc., refragantur.

^a Reg., *Iludowichi*. Hic innuit Gregorius Chlodovei victoriae datum fuisse, ut ipse rex esset, ac penes ipsius posteror regis dignitas semper remaneret. Porro ex Claudiano et Eumenio probat Valesius longe ante Chlodionem Francorum reges conatos fuisse.

^b Valesius pro *quondam* putat esse legendum *cons.*, id est *consulis*; quam vocem non habet cod. Reg., et ipse Valesius eundem locum laudans in addendis ad tom. I Hist. hanc ipsam vocem omittit. Aschilam hic memoratam aliqui putarunt esse Anthemii imp. filiam, quod Ricimer ejusdem Anthemii gener fuerit. Sed illi Ricimeres duos tempore et patrii diversos, ut monet Sirmundus in notis ad Emod. in Vit. B. Ep. phanii, in unum conflarunt. Porro, ut observat Scaliger lib. vi de Emend. temp., chronica apud antiquos duobus modis conscripta erant: alia per consulum seriem, quæ *Consularia* appellabantur, qualia hic laudat Gregorius; alia vero in quibus non erant digesti consules, dicebantur *Chronica*.

^c Cum de Thuringiæ, quam laudat Gregorius, situ non eadem sit sententia, varie etiam varii sentiunt de Dispargo castro hic memorato, quod alii putant

atque saltationes, eum ore immundo proferrent eodem sculptili: *Hi 64 sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Egypti* (Exod. xxxii, 4): *occidere ex eis viginti quatuor millia hominum. Quid de his qui initiati Beelphegor eum Moabitidibus scortis commixti, a proximis cæsi, prostrati sunt? In qua plaga Phinees sacerdos, interemptis adulteris, sedavit furorem Dei* (Num. xxv, 1-11), *et reputatum est illi ad justitiam* (Psal. cv, 31). Quid si et illa eorum auribus illata fuissent, quæ Dominus per David intonat, dicens: *Quia omnes dii gentium dæmonia, Dominus autem cælos fecit* (Psal. xcvi, 5). Et, *Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum: similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis* (Psal. cxiii, 4, 8, et Psal. cxxxiv, 15, 18). Vel illud: *Confundantur omnes qui adorant sculptile, et qui gloriantur in simulacris suis* (Psal. xcvi, 7). Et iterum quod Habacue propheta testatur, dicens: *Quid prodest sculptile quod sculpservnt? Illud finxerunt; illud constatile fantasma^f mentium est. Hoc autem productio auri, et argenti, et omnis spiritus non est in eis: Dominus autem in templo sancto suo: sileat a facie ejus universa terra* (Habac. ii, 18-20). Sed et alius propheta dicit: *Dii qui cælum et terram non fecere, pereant a terra et de his quæ sub cælis sunt*^h (Jerem. x, 11). Item illic: *Hæc dicit Dominus, creans cælos, ipse Deus formans terram, et quæ in ea sunt: ipse plastes ejus, non in vanum fundavit eam, ut habitaretur creavit eam* (Isai. xlv, 18). Ego Dominus, hoc mihi nomen est, gloriam meam alteri non dabo, neque virtutem meam sculptilibus, quæ ab initio transiere (Isai. xlii, 8). Et alibi: *Nunquidⁱ sunt in sculptilibus gentium qui pluant* (Jerem. xiv, 22)? Et per Isaiam iterum dicit: *Ego primus et novissimus^l, et absque me non est Deus, et formator, quem ego non noverim. Plastæ idoli omnes nihil sunt, et amantissima eorum non proderunt eis. Ipsi sunt testes eorum, quia 65 non vi-*

esse *Duysburg* ad Rhenum in ducatu Montensi; alii cum Ortelio *Aschburgium*, vulgo *Asbourg*, in comitatu Moersensi; alii quibus accedit Cointius, *Duysborch*, quod etiam nunc oppidum est inter Bruxellas et Lovanium. Wendelinus et cæteri, volunt esse *Diestam*.

^d Discimus ex Apollinari Sidonio in Panegyrico Majoriani, Chlodionem, qui Atrebatas pervaserat, a Majoriano fugatum fuisse.

... Post tempore parvo Pugnatis pariter Francis, qua Cloio patentes Atrebatum terras pervaserat, etc.

Sirmundus legit, *Francus qua*, etc. Prosper in Chronico ad an. 5 post Honorii mortem, id est an. 427, *Clodius regnat in Francia*. Et anno posthæc vigesimo, seu 447, *Meroveus regnat in Francia*.

^e Colh., *non facias ea, non coles ea*.

^f Bec. et Co b., eum Mor. s., Chesn. et Frel., *Fantasma, mendacium est. Hæc autem*, etc. At alii editi omnino aliter hunc textum referunt. *Quid prodest sculptile his, qua sculpsit illud fictor suus: constatile et imaginem falsam*, etc. Ecce iste coopertus est auro et argento, et omni's, etc.; quæ lectio magis est conformis nostræ versioni. Altera vera videtur potius sensum referre quam sacri codicis verba.

^g Corb., Bec., Mor. s. et Regm., *timeat a facie*.

^h Idem, *sub cælo sunt*.

ⁱ Bec., *Nunquid Deus... qui pluat*.

^l Regm., *et ego novissimus*.

dent neque intelligunt, et confundantur ^a in eis : ecce A omnes participes ejus confundentur ; fabri enim sunt ex hominibus. ^b Quis formavit deum, et sculptile conflavit ad nihil utile? in prunis et malleis formavit illud, et operatus est in brachio fortitudinis suæ. Similiter et artifex lignarius in circino tornavit illud, et fecit imaginem viri, quasi speciosi hominis habitantis in domo. Succidit lignum, operatus est, fecit sculptile, et adoravit ut deum : clavis et malleis compaginavit, ut non dissolvatur. Portata tolluntur ^c, quia incedere non valent : reliquum vero ligni, factum est hominibus in focum, et calefacti sunt. Ex alio vero deum fecit, et sculptile sibi^d : curvatur ante illud, et adoravit illud ^d, et obsecrat dicens : Libera me, quia deus meus es tu. Medietatem ejus igni combussi, et coxi super carbones ejus panes ; coxi carnes, et comedi, et de reliquo ejus idolum faciam. Ante truncum ligni procidam ^e : pars ejus cinis est. Cor insipiens adoravit illud, et non liberavit animam suam ^f : neque dicit, forte mendacium est in dextra mea (Isai. XLIV, 6-20). Hæc autem Francorum generatio non intellexit primum, intellexerunt autem postea, sicut sequens historia narrat.

XI. Avitus enim unus ex senatoribus, et, ut valde manifestum est, civis Arvernus, cum Romanum ambisset imperium, luxuriose agere volens, a senatoribus proiecitur, apud Placentiam urbem episcopus ordinatur. Comperito autem, quod adhuc indignans senatus vita eum privare vellet, basilicam sancti Juliani Arverni martyris cum multis muneribus expetivit : sed impleto in itinere vitæ cursu, obiit, delatusque ad Brivatensem vicum, ad pedes antedieti martyris est C sepultus : cui Martianus [Forte Majorianus] successit. In Galliis autem Ægidius ex Romanis magister militum datus ^h est.

XII. Childericus vero cum esset nimia in luxuria dissolutus, et regnaret super Francorum gentem, coepit filias eorum stuprose detrahere. 66 Illi quoque ob hoc indignantes, de regno eum ejiciunt. Comperito autem quod eum etiam interficere vellent, Thoringiam petiit, relinquens ibi hominem sibi earum ⁱ, qui virorum furentium animos verbis lenibus mollire

^a Idem et Bee., confundentur.

^b Quis formavit, etc., usque ad in prunis, desunt in Corb., Regm. et Bee.

^c Regm. et Bee., tollentur.

^d Regm., et adorat et obsecrat.

^e Corb., Bee. et Regm., et Mor. s., adorabo.

^f Regm., liberavit eum.

^g Sic Corb. et Colb.; at alii, ejectus. Placentia urbs est Italiæ notissima. De S. Juliano, qui apud Brivatem, Brioude, in Arvernia quiescit, totus est liber secundus Gregorii de Gloria Martyrum.

^h Aliquot mss. et ed., dictus est. Hanc dignitatem ab Avito habuerat. Comes utriusque militiæ ab Idatio appellatur.

ⁱ In Colb. addita sunt æquali fere manu hæc duo verba, nomine Viomadum. Sic ille ab Aimoino appellatur lib. II, cap. 7.

^j Reg. et Bad., Basinum. Regm. et Bee., Bisinum.

^k Editi enim aliquot mss. habent presbyter Paulinus. Hunc celebrem Paulinum Nolæ episcopum esse contendit novæ ipsius operum editionis auctor, ejus Vitæ cap. 49, contra Chilmetium qui id insitiat.

possit, dans etiam signum quando redire possit in patriam : id est, dividerunt simul unum aureum, et unam quidem partem secum detulit Childericus, aliam vero amicus ejus retinuit, dicens : Quandoquidem hanc partem tibi misero, partesque conjunctæ unum effecerint solidum, tunc tu securo animo in patriam repedabis. Abiens ergo in Thoringiam, apud regem Bisinum uxoremque ejus Basinam latuit : denique Franci, hoc ejecto, Ægidium tibi, quem superius magistrum militum a republica missum diximus, unanimiter regem asciscunt. Qui cum octavo anno super eos regnaret, amicus ille fidelis, pacatis occulte Francis, nuntios ad Childericum, eum parte illa divisi solidi quam retinuerat, mittit. Ille vero certa cognoscens indicia, quod a Francis desideraretur, ipse B etiam rogantibus, a Thoringia regressus, in regno suo est restitutus. His ergo regnantibus simul, Basina illa, quam supra memoravimus, relicto viro suo, ad Childericum venit. Qui eum sollicitè interrogaret, quæ de causa ad eum de tanta regione venisset, respondisse fertur : Novi, inquit, utilitatem tuam, quod sis valde strenuus : ideoque veni ut habitem tecum ; nam noveris, si in transmarinis partibus aliquem cognovissem utiliorem te, expetissem utique cohabitationem ejus. At ille gaudens, eam sibi in conjugio copulavit : quæ concipiens peperit filium, vocavitque nomen ejus Chlodovechum. Hic fuit magnus, et puginator egregius.

XIII. Apud Arvernum vero post transitum sancti Artemii, Venerandus e senatoribus episcopus ordinatur. Qualis autem fuerit hic pontifex, testatur Paulinus ^k dicens : « Si enim hos videas dignos Domino sacerdotes, vel Exsuperium ^l 67 Tolosæ, vel Simplicium Viennæ, vel Amandum Burdegalæ, vel Diogenianum Albigæ, vel Dynamium Ecolismæ, vel Venerandum Arvernus, vel Alithium Cadurcis, vel nunc Pegasium Petrocoriis, utcumque se habent sæculi mala, videbis profecto dignissimos totius sanitatis ac fidei, religionisque custodes. » Hic in ipsa dominici Natalis vigilia transisse refertur ^m. Mane autem facto, processio solemnitate funeris ejus obsequium

Rem in medio relinquit Rosweydu. Certe etsi a Gregorio Paulinus hic presbyter appellatus fuerit, ut habent aliquot codices, nil inde confici potest, eum hæc epistola a Paulino tunc presbytero scribi potuisset ; atque ita ejus titulum legisset Gregorius, ut ipsi tunc erat præfixus. Sed cujuscunque Paulini fuerit, nihil de ea exstat præter verba quæ hic a Gregorio laudantur.

^l Exsuperius a S. Hieronymo laudatur in epist. ad Rusticum monachum, et aliis in locis. Eidem scripsit Innocentius I papa. Ejus festum recolitur die 28 septembris. De Simplicio Zozimus papa epist. 7. In Colb. et Bad. dicitur *Supplicius*. De Amando vide lib. de Gl. Conf., cap. 45. Dynamius in Corb., Regm. et Bad. scribitur *Damianus*. Bee., *Dinanium Engolesinæ*.

^m De S. Venerandi ecclesia agit Gregorius lib. de Gloria Conf., cap. 35, et seqq.; memoratur in libello de sanctis Claromont., cap. 10, ubi complura sanctorum martyrum corpora in ea sepulta fuisse dicuntur. Hodie exstat in hortis monasterii Illidiani. Vide Savaronis notas. S. Venerandi festum colitur die 18 Januarii.

fuit : post ejus obitum sæcla apud eives pro episcopatu intentio a vertebatur. Cumque partes inter se divisæ, alium aliamque erigere vellent, magna collisio erat populis. Residentibus tamen episcopis die dominica, mulier quædam velata atque devota Deo, audenter ad eos ingreditur, quæ ait : Audite me, sacerdotes Domini. Scitote enim, quod non est in his beneplacitum Deo, quos hi ad sacerdotium elegere. Ecce enim Dominus hodie ipse sibi providebit antistitem. Itaque nolite conturliare neque collidere populum, sed patientes estote parumper : Dominus enim nunc dirigit, qui regat Ecclesiam hanc. His itaque mirantibus hæc verba, subito Rusticus nomine, qui erat ex ipsa urbis Arvernensis diœcesi presbyter, advenit : ipse enim jam mulieri per visionem fuerat indi-

^a Sic mss. omnes, at editi habent hic et infra *contentio*. Certum est tamen a Gregorio aliisque ejusmodi auctoribus vocem *intentio* pro exprimenda *contentione*, ut plurimum adhiberi.

^b Ejus festum colitur die 24 septemb.; vulgo dicitur *Saint Rotiri*.

^c Hoc caput et tres seqq., id est, 14, 15, 16 et 17, desunt in Bell. et Corb. In Colb. a. istud et sequens alia manu, sed antiqua addita sunt.

^d Infra lib. x, cap. 31, dicitur sextus episc. Turon., quod inter eos Justinianum et Armentium Briccio suffectos ibi non recenseat. Apollinaris vero Sidonius lib. iv, epist. 18, eundem sextum a B. Martino numerat, duos prædictos admittendo, quo sensu hic *quintus* dici potest post S. Martinum, ita ut Briccius primus sit, tum Justinianus, Armentius, et quartus Eustochius, cui Perpetuus successit.

^e Defuncto apud Condatum beato antistite Turonenses, reclamantibus licet Pietavis, sacrum ejus corpus Ligeri impositum in urbem suam retulerunt. Depositum est primo juxta littus in loco qui exinde *Statio corporis beati Martini* dicitur fuit, ubi hodieque visitur oratorium illius nomini sacrum. Inde alio translatum fuit, et crebrescentibus ad ejus sepulcrum miraculis, Briccius ejus successor anno post illius transitum undecimo ecclesiam, ut habet Gregorius, supra ipsum sanctum corpus exstruxit, quam postea evertit Perpetuus, ut magnificentiorem exædificaret. In hanc basilicam sacri corporis translationem describit Gregorius libro i de Miraculis sancti Martini, cap. 6. De eadem basilica agit Apollinaris Sidonius, tunc temporis Arvernorum antistes, quam invitante Perpetuo versibus exornavit, qui in ejus epistola 18, libro iv, ad Lucontium habentur. Alios versus a Martino Galliciensem sive Suevorum apostolo editos laudat noster Gregorius libro v Historiæ, cap. 28; alios item, a Paulino Petrocordiensi compositos, qui in variis basilicæ locis descripti erant, edidit V. Cl. Jacobus Sirmondus. Quam vero exinde celebris fuerit sancti Martini tumultus, ex variis passim Gregorii locis patet, quos singillatim referre non vacat. Certe reges nostri Martinum ut specialem regni sui patrum semper venerati sunt, ejusque basilicam variis donariis et immunitatibus cumularunt. Eam a Wulfichario incensam Chlotarius I restitit et stanno cooperiri curavit. Varia ejus ornamenta quibus olim nitebat paucis describit sanctus Odo in sermone de ejus combustione : *Crustulis marmoreis intus obducta erat. Nam interdum Protonisso marmore paries rubicundus, nunc Pariso candidus, nunc quoque Prasino viridis, varium et satis pulchrum schema præferebat; et foris aureolis sapphirinis atque musivis fulgebat lapillis, sed et tectum stan-*

A catus. Quo viso ait : En ipsum quem elegit Dominus; ecce qualem vobis Dominus pontificem destinavit : hic ordinetur episcopus. Hæc ea loquente, omnis populus cuncta intentione disposita, clamavit dignum ac justum esse. Qui in cathedra positus, septimus in eodem loco pontificatus **68** honorem, populo gaudente, suscepit b.

XIV. Apud e urbem vero Turonicam, defuncto Eustochio episcopo, septimo decimo sacerdotii sui anno, quintus ^d post beatum Martinum Perpetuus ordinatur. Qui cum virtutes assiduas ad sepulcrum ejus fieri cerneret, cellulam quæ super eum fabricata fuerat, videns parvulam, indignam talibus miraculis judicavit. Qua submota, magnam ibi basilicam, quæ usque hodie permanet, fabricavit ^e : quæ habetur a

B *neis tabulis erat opertum*. Ejusdem sancti viri sepulcrum auro argentoque ac gemmis pretiosis a sancto Eligio fabricatum et adornatum fuisse narrat sanctus Audoenus. *Absidam* vero, qualis a beato Perpetuo structa fuerat, describit Herberus, qui ex abbate Majoris Monasterii factus est archiepiscopus Turonensis sæculo nono habente, post relationem sacri corporis ex Burgundia. Ejus autem verba, quæ Anonymus in Gestis comitum Andegavensium adoptavit, ex 2 mss. codicibus huc proferimus. *« Absida siquidem ubi corpus beati Martini continebatur, quam etiam detulerant ab Antissiodoro, fusilis erat ex auro et argento, quod dicitur electrum, spissitudine duorum digitorum, auctoremque operis beatum Perpetuum insculptor designat suffragio litterarum et versuum : nec erat rima, foramen, fenestra, vel ostium in ea. Hanc autem lecerat beatus Perpetuus quando elevavit corpus ejus a terra involutum prius in purpura rubea et diligenter consumm, sicque in hanc absidam posuit. Fecit etiam altare quadratum et concavum ex lapidibus tabulatis quæ magna tabula cooperuit, et cum aliis cæmentavit. Fecit et intus aliam absidam ex auricalco, eupro et stanno fusilem, habens palmum in spissitudine eum ostio fusili, quod gumphiis et virtevellis et quatuor clavibus firmabatur, ubi et hanc absidam electricam posuit. Fecit denique fredam desuper auro optimo et lapidibus pretiosis ornata, tanto sacerdote condignam. »*

C Sæculi undecimi initio ecclesia sancti Martini, quam Nortmanni combusserant, non restaurata modo, sed nova penitus a fundamentis ædificata fuit ab Herveo thesaurario, eo fere modo, quo hodie visitur. Hujus basilicæ dedicationem solemniter factam fuisse scribit Glaber Rodolphus. Tunc suo loco restitutum est beati antistitis corpus, quod ibi, ut sæculi sequenti scribit Sigibertus Gemblacensis, *sub ciborio auro, argento gemmisque vestito decenter collocatum*, miraculis coruscabat. Ciborium illud a Calvinianis sæculo superiori destructum atque dilapidatum fuit : sed qua forma olim existerit, videre licet ex vitro sacelli ejusdem in ala septentrionali majoris basilicæ siti, ubi Ludovicus XI Francorum rex coram sancti Martini sepulcro sub ciborio existente, genuflexus orans, duobus in locis depictus est. Visuntur et ibi alix sanctorum capsæ, quæ ante illam cladem circa beati antistitis tumulum asservabantur. Cæterum etsi beati viri sepulcrum tot vicibus fuisset et loco suo motum, nondum tamen post primam a beato Perpetuo factam translationem apertum fuerat. Id patet ex veteri instrumento, quod ex ms. codice sancti Martini a nobis descriptum huc proferre visum est.

D ^e Præsentate Carolo Palchro cum uxore sua multisque episcopis et principibus, permissu Joannis XXII, anno 1325, die 1 Decembris, translatum est caput

civitate passus quingentos quinquaginta. Habet in A longum pedes centum sexaginta^a, in latum sexaginta : habet in altum usque ad cameram pedes quadraginta quinque ; fenestras in altario^b triginta duas, in capso viginti, columnas quadraginta unam. In toto edificio fenestras quinquaginta duas, columnas centum viginti ; ostia octo, tria in altario, quinque in capso. Solemnitas enim ipsius basilicæ triplici virtute pollet : id est dedicatione templi, translatione corporis sancti, vel ordinatione ejus episcopatus. Hanc enim quarto nonas Julias observabis : depositionem vero ejus tertio idus Novembris esse cognoscas. Quod si fideliter celebraveris, et in præ-enti sæculo, et in futuro, patrocinia beati antistitis promereberis. Et quoniam camera cellule illius prioris eleganti opere fuerat fabricata, indignum duxit sacerdos, ut opera B ejus deperirent : sed in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli aliam construxit basilicam, in qua cameram illam affixit. Multas et alias basilicas ædificavit, quæ usque 69 hodie in Christi nomine constant.

S. Martini a Roberto episcopo Carnotensi, aperto sancti Martini sepulcro.

In quo quidem sepulcro invenerunt capsam unam argenteam, et in eadem cistellam salliceam mirabiliter albam et recentem, in qua corpus ejusdem beatissimi confessoris honorifice reposerat beatus Perpetuus, qui anno sexagesimo quarto post transitum gloriosissimi Martini sedis Turonicæ cathedralem sortitus fuerat dignitatem. Aperiens autem eum devotione et tremore ille venerabilis episcopus Carnotensis cistellam in qua corpus beatissimum latitabat, caput eum reliquo corpore ad instar infantuli involutum et ligatum, cedulam alligatam invenit, in qua scriptum erat : HIC EST CORPUS BEATI MARTINI EPISCOPI TURONENSIS. Quo viso, exgredientes in Domino de tam pretioso thesauro hic reperto, idem episcopus Carnotensis incœpit solvere sanctum corpus, quod ex quadam zona candida a beato Perpetuo tempore translationis ejusdem corporis fuerat sic ligatum, ejusque proprio sigillo sigillatum. Quod eum solutum fuisset et detectum, idem episcopus insinuavit regi, quod caput beatissimi confessoris acciperet, et in vase aureo deponeret, quod erat illico præparatum. Sed rex nolens nec præsumens caput sanctissimum attingere, dixit episcopo quod ipsemet illud acciperet et transferret.

Hic fuit ecclesiæ Martinianæ status usque ad annum 1562, quo Calviniani hæretici Turonum urbem potiti, omnes urbis ac provinciæ ecclesias penitus spoliaverunt, combustis inmani sacrilegio sanctorum reliquiis. Visitur hodieque locus ad australem ecclesiæ januam, in quo sancti Martini corpus crematum est. Anno sequenti, turbis utenque sedatis, paucula quæ hæreticorum furori subducta fuerant, ordinante venerabili capitulo, recognita, in theca recondita sunt. Capituli ea de re decretum ex ejus registris descripsimus, quod sic habet :

Anno 1563, die 1 Julii, domini mei ordinarunt, quod unum ex magis ossibus brachii beatissimi Martini, et aliud ex capite ejusdem, nec non pannus sericeus, in quo corpus ejusdem beatissimi Martini repositum fuerat, et alia reliquiaria ex capitibus beatorum Briccii et Gregorii, quæ remanserunt, et combusta non fuerunt per hæreticos anno novissimo, reponantur in parva capsula lignea propterea facta, quæ cooperietur ex aliquo pulchro panno sericeo ; et super quolibet reliquiario hujusmodi ponatur inscriptio ejusdem sit, et signetur per *me notarium ad perpetuam rei memoriam.* Quæ omnia die 3 Julii se-

XV. Eo tempore et basilica beati Symphoriani Augustodunensis martyris ab Eufonio presbytero ædificata est. Et ipse Eufonius, hujus deinceps urbis episcopatum sortitus est^c. Hic enim marmor quod super sanctum sepulcrum beati Martini habetur, eum grandi devotione transmisit.

XVI. Sanctus^d vero Namatius, post obitum Rusticii episcopi, apud Arvernos in diebus illis octavus erat episcopus. Hic ecclesiam quæ nunc constat^e, et senior infra muros civitatis habetur, suo studio fabricavit, habentem in longum pedes centum quinquaginta, in latum pedes sexaginta, in altum infra capsum usque cameram, pedes quinquaginta : in ante absidem rotundam habens, ab utroque latere ascellas eleganti constructas opere, totumque ædificium in modum crucis habetur expositum. Habet fenestras quadraginta duas, columnas septuaginta, ostia octo. Terror namque ibidem Dei, et claritas magna conspicitur ; et vere plerumque inibi odor quasi aromatum suavissimus advenire a religiosis sentitur. Pa-

quenti facta fuisse indicat idem registrum. Anno autem 1564, die 5 Julii, eadem reliquiæ in capsula positæ repositæ sunt super altare existens retro majus altare, ubi solebat esse capsula sancti Martini. Quæ anno 1636, die undecima Septembris solemniter sunt visitatæ a toto capitulo. Visitur hodieque istud altare multis gradibus elevatum, sub quo positus est lapis sepulcri beati Martini, ubi in majoribus festivitatibus sacerdos celebrans missam inchoat, atque ad illa verba post confessionem, *Oramus te, Domine, per meritum sanctorum tuorum, quorum hic reliquiæ habentur, illum lapidem osculatur, tum ad altare majus accedit, Missam solito more celebraturus. Columnæ sepulcro vicinæ ex mandato capituli affixa est tabella cum hac epigraphe : Nomina corporum sanctorum hujus ecclesiæ, quæ hic sepulta erant : S. Martinus, S. Briccius, S. Spanus, S. Perpetuus, S. Gregorius Turonicus, S. Eustochius, S. Eufonius. Hic in medio illorum erat corpus et sepulcrum beatissimi Martini, quorum venerabiles reliquiæ in capsulis existebant. Atque hic est hodiernus ecclesiæ sancti Martini status. De ejus vero prærogativis ac jurisdictione quam in alias complures ecclesias etiam nunc habet, disserere mei non est instituti. Quæ vero hic protulimus, ut plurimum debemus V. Cl. Gatiano Galiezonio, doctori Sorbonico, ejusdem ecclesiæ canonico et cantori, qui cum apud Turones essemus, omnia minutatim nobis ostendit.*

^a Reg., Colh. et Chesn. habent, *longum pedes centum quinquaginta quinque.*

^b Hic altarii nomine presbyterium, per capsum vero navem intelligi verisimile est. Consule Liturgiam Gallieanam nostri Mabilloii lib. 1, cap. 8, num. 1 et seqq. De hac ecclesia iterum agit Gregorius lib. 1 de Mirac. S. Martini, etc. Vide et epistolam 18, lib. IV, Apollinaris Sidonii ; cui interseruntur versus, quos eidem ecclesiæ adornandæ ipse composuit.

^c Æduensi Ecclesiæ præfuit labente sæculo v. Interfuit ordinationi Joannis Cabillonensis episcopi, ut testatur Apollinaris Sidonius lib. IV, epist. 25, et ad eum scripsit idem auctor epist. 8 libri VII, et 2 libri IX. Exstat ejus et Lupi Tricassini episcopi egregia epistola de disciplina ecclesiastica, apud Sirmond. tom. I Concil. ; alteram ejusdem ad Agrippinum comitem laudat Idatius in Chronico.

^d Hoc caput et sequens desunt in codd. Regio et Colb.

^e Hæc est ecclesia cathedralis, de qua Savaro multa observat in notis ad cap. 1 libri de ecclesiis Clare-

ricies ad altarium, opere sarsurio ^a, ex multo marmorum genere exornatos habet. Exacto ergo in duodecimo anno beatus pontifex ædificio, Bononiam civitatem Italiæ sacerdotes dirigit, ut ei reliquias sauctorum Vitalis et Agricolæ exhibeant, quos pro nomine Christi Dei nostri, manifestissime crucifixos esse cognovimus ^b.

70 XVII. Cujus conjux basilicam sancti Stephani ^c suburbano murorum ædificavit. Quam cum lucis colorum adornare vellet, tenebat librum in sinu suo, legens historias actionum antiquorum ^d, pictoribus indicans quæ in parietibus fingere deberent. Factum est autem quadam die, ut sedente illa in basilica, ac legente, adveniret quidam pauper ad orationem et aspiciens eam in veste nigra, senio jam provectam, putavit esse unam de egentibus, protulitque quadram panis, et posuit in sinu ejus, et abcessit. Illa vero non dedignans munus pauperis, qui personam ejus non intellexit, accepit et gratias egit, reposuitque, hanc suis epulis anteponens, et benedictionem ex ea singulis diebus sumens, donec expensa est.

XVIII. Igitur Childericus Aurelianus pugnans egit; Adouacrius ^e vero eum Saxonibus Andegavos venit. Magna tunc lucis populum devastavit. Mortuus est autem Ægidius, et reliquit filium, Syagrium nomine. Quo defuncto, Adouacrius de Andegavo et aliis locis obsides accepit. Britanni de Biturica ^f a Gothis expulsi sunt, multis apud Dolensem vicum ^g perempti: Paulus vero comes cum Romanis ^h ac Francis, Gothis bella intulit et prædas egit. Veniente vero

montensibus. Unde *senior* in Mor. s. et Regm. dicitur, pro qua voce editi habent *veterrima*. Vide Liturgiam Gallicanam Mabillonii lib. 1, cap. 8.

^a Opus *sarsurium* idem esse observat Altaserra ac opus tectorium, quod varium est et multiplex, sic dictum a verbo *sarcire*. Parietes autem templorum et publicorum ædificiorum marmore tegebantur seu incrustabantur, qualiter hic describitur templum a S. Namatio constructum.

^b Et quidem reliquias horum martyrum obtinuit, ut narrat ipse Gregor. lib. 1 de Gloria Mart., cap. 44. Eorumdem martyrum passionem describit S. Ambrosius in lib. de Exhortatione virginum, cap. 4 et 2.

^c Hodie ecclesia est parochialis, mutato nomine ab annis circiter 200, *Sancti Eutropii Suburbicarii* dicta. In ea sepultus fuit sanctus Namatius eum aliis sanctis, ut indicat libellus de sanctis Claromont., cap. 13.

^d Sic Regm. Editi vero, *historias actionis antiquas*; Mor. s., *antiquæ*. Picturas in ecclesiis memorat passim Gregorius, ut lib. vii, cap. 36, lib. x, cap. ult., etc.

^e Sic Bell., Corb., Reg. et Regm., cum aliquot editis. Alii, *Odouacrius*, et Colb., *Odoacrius*. Bec., *Adouacius*.

^f Corb. et Bec., *Biturigas*.

^g Etiam nunc exstat monasterio Ordinis nostri insignitus, quod sæcularibus canonicis hujus sæculi initia cessit. Vn'go dicitur *Bourg de Deols*, a Castro-Rodolphi Andria fluvio interjacente divisus.

^h Romanos hic appellat Gallos illos, qui nondum exteris regibus subjecti erant. Et quidem non solum in Gallia, sed et in Italia, Hispania, Africa, etc., etiam post subactas omnino a barbaris has provincias, populi in duas veluti partes dividebantur: alii dicebantur Romani, veteres scilicet incolæ, quod Roma-

A Adouacrius Andegavis, Childericus rex sequenti die advenit, interemptoque Paulo comite, civitatem obtinuit. Magno ea die incendio domus ecclesiæ concremata est ⁱ.

XIX. His itaque gestis, inter Saxones atque Romanos bellum gestum **71** est: sed Saxones terga vertentes, multos de suis, Romanis insequentibus gladio reliquerunt; insulæ eorum enim multo populo interempto, a Francis captæ atque subversæ sunt ^j. Eo anno mense nono terra tremuit. Adouacrius cum Childerico fœdus inivit, Alamannosque, qui partem Italiæ pervaserant, subjugarunt.

XX. Eorichus ^k autem Gotthorum rex, Victorium ducem super septem civitates præposuit, anno quarto decimo regni sui. Qui protinus Arvernus advenit, **B** civitatem addere voluit: unde et cryptæ ^l illæ usque hodie perstant ad basilicam sancti Juliani, et columnas, quæ sunt in æde positæ, exhiberi jussit. Basilicam sancti Laurentii et sancti ^m Germani Licaniacensis vicus jussit ædificari. Fuit autem Arvernus annis novem. Super Eucherium ⁿ vero senatorem calumnias devolvit: quem in carcere positum nocte extrahi jussit, ligatumque juxta parietem antiquum, ipsum parietem super eum elidi jussit. Ipse vero dum nimium esset in amore mulierum luxuriosus, et ab Arvernus vereretur interfici, Romam aufugit: ibique similem tentans exercere luxuriam, lapidibus est obrutus. Post ejus excessum regnavit Eorichus annos quatuor: obiit autem anno vigesimo septimo regni sui. Fuit etiam et tunc terræmotus magnus.

C XXI. Defuncto ^o autem apud Arvernos Namatio

nis parissent, legibusque ut plurimum, etiam exteris principibus subditi, Romanis ulerentur, quodque catholicam fidem colerent; alii vero dicebantur *Barbari*, quod vocabulum honorificum esse ducebant. Videsis plura de hac re apud Valesium lib. vi rerum Francic., pag. 289.

ⁱ Hic in cod. Bell., detritis aliquot lineis, quæ sub pagine finem habebantur, sequens pagina ejusdem folii incipit ab his verbis, *regionem. Tantum ut quod tibi*, etc., quæ sunt de cap. 32.

^j Insulæ istæ ad Ligerim positæ erant, ut censet Cointius, quas arcibus munierant Saxones, ut si res ipsis minus feliciter contingerent, liberam haberent per Oceanum abeundi facultatem. Idem Cointius legendum censet *Alanos*, pro *Alamannos*, qui non Italiæ, sed Gallie partem invaserant. Cui conjecturæ favent quæ observavimus supra ad caput 7 hujus libri.

^k Regm., *Theodericus*, et infra, *Teddricus*, Corb. et Bec., *Eorichus*, seu *Eurichus*. Infra cap. 25 appellatur *Euarix*. Victorii mortem refert Gregorius lib. 1 de Gloria Mart., cap. 45, et in Vita S. Abrahamæ. De eodem Apollinaris Sidonius lib. vii, epist. 17. Deest hoc caput in Bell.

^l Tres mss., *scriptæ*. Porro non hic designatur basilica Briyatensis, ut Fredegarius existimavit, sed quæ in honorem S. Juliani in ipsa Arvernorum urbe sita est, ut observat Savaro in notis ad cap. 35, lib. 1 de eccles. Claromont. Ad Cointium ad annum 554, num. 4.

^m Cod. Casin., *Sancti Martini Lecaniacensis*. Regm., *S. Germani Licaniacensi vicus*. Obs. rvat Marollius hanc locum hodie vulgo appellari, *Saint-Germain de Lambron*.

ⁿ Is esse putatur ad quem Sidonius scribit lib. iii, epist. 8.

^o Hoc caput deest in Corb., Bell., Reg. et Colb.

episcopo, Eparchius successit, vir sanctissimus atque religiosus. Et quia eo tempore ecclesia parvam infra muros urbis possessionem habebat, ipsi sacerdoti in ipso, **72** quod modo Saluatorium^a dicitur, mausio erat, atque ad gratias Deo tempore nocturno reddendas ad altarium ecclesiae consurgebat. Factum est autem, ut nocte quadam ingrediens, plenam ecclesiam demonibus reperiret, ipsumque principem in modum ornatae mulieris, in throni illius cathedram residentem. Cui ait pontifex: O meretrix execranda, non sufficit tibi loca cuncta variis pollutionibus inficere, adhuc et cathedram a Domino consecratam foetida sessionis tuae accessione coinquinas? Abscede a domo Dei, ne a te amplius polluatur. Cui ait: Et quia mihi meretricis nomen imponis, multas tibi parabo insidias ob desideria mulierum. Et haec dicens, sicut fumus evanuit. Verumtamen sacerdos tentatus est per commotionem corporis ad concupiscentiam^b: sed signo crucis sanctae munitus, nihil ei inimicus nocere potuit. Ferunt etiam ipsum in arce Cantobennici montis monasterium^c collocasse, ubi nunc oratorium est, et ibi se diebus Quadragesimae sanctae recludebat: die autem Coenae dominicae, cum magno psallentio, comitantibus clericis civibusque, ad ecclesiam suam revertebatur. Quo migrante, Sidonius ex praefecto substituitur, vir secundum saeculi dignitatem nobilissimus, et de primis Galliarum senatoribus: ita ut filiam sibi Aviti imperatoris in matrimonio sociaret. Hujus tempore, cum adhuc apud urbem Arvernensem Victorius, ejus supra meminimus, moraretur, fuit in monasterio beati Cyrici^d urbis ipsius abbas, Abraham nomine: qui fide **73** atque operibus Abraham illius prioris refulgebat, sicut in libro Vitae ejus scripsimus.

XXII. Sanctus^e vero Sidonius tantae facultatis erat, ut plerumque ex improvise luculentissime quae voluisset, nulla obsistente mora componeret. Contigit autem quadam die, ut ad festivitatem basilicae mo-

nasterii, ejus supra meminimus, invitatus accederet; ablatoque sibi nequiter libello, per quem sacrosancta solemnitas agere consueverat, ita paratus a tempore cunctum festivitatis opus explicuit, ut ab omnibus miraretur, nec putaretur ab astantibus ibidem hominem locutum fuisse, sed angelum. Quod in praefatione libri, quem de Missis ab eo compositis conjunximus, plenius declaravimus. Cum autem esset magnificae sanctitatis, atque, ut diximus, ex senatoribus primis, plerumque, nesciente conjugis, vasa argentea auferbat a domo, et pauperibus erogabat. Quod illa cum cognosceret, scandalizabatur in eum: sed tamen dato egenis pretio, species domui restituebat.

XXIII. Cumque^f ad officium dominicum fuisset mancipatus, et sanctam ageret in saeculo vitam, surrexere contra eum duo presbyteri, et ablata ei omni potestate a rebus Ecclesiae, arctum ei victum et tenuem relinquentes, ad summam eum contumeliam redigere. Sed non longi temporis spatio inultam ejus injuriam divina voluit sustinere clementia. Nam unus ex his nequissimis et indignis dici presbyteris, cum ante noctem minatus fuisset eum de ecclesia velle extrahere^g, signum ad matutinas audiens fuisse commotum, fervens felle contra sanctum Dei, surrexit, hoc iniquo corde explere cogitans, quod die praecedente tractaverat. Ingressus autem in secessum suum, dum ventrem purgare nititur, spiritum exhalavit. Expectabat enim puer aforis cum cereo dominum egressurum. **74** Jamque advenerat lux, et satellites ejus, id est alius presbyter, mittit nuntium, dicens: Veni, ne tardaveris, ut quae nobis die hesternae convenerant, pariter expleamus. Sed cum responsa dare differret exanimis, elevato puer velo ostii, reperit dominum super sellulam secessus defunctum. Unde indubitatum est non minoris criminis hunc reum esse, quam Arium illum, cui similiter in secessu fuere interna deposita per partes inferiores

melitis excalceatis nostro aetate donatus est. Vide notas in caput 39 libri 1.

^d Sic Regm. cum Bad.; caeteri ed. et Bec., *Cyriaci*. At nostra lectio sincera est. Hic est enim Cyriacus puer, qui cum Julitta matre martyr oecubuit. Vide Savaronem in notis ad libellum de ecclesiis Claramont. num. 14, qui est de ecclesia sancti Cyrici. De qua et Gregorius agit in Vita S. Abraham, lib. de Vitis Patrum, cap. 3.

^e Deest hoc caput in Corb., Bell., Colb. et Regio. Porro Sidonius ille illustrior est, quam ut hic de eo plura observemus. Exstant ejus opera a Savarone primum, tum a J. Sirmondo edita. Caius Sollius Apollinaris Sidonius appellabatur, ejus vitam collegit Savarone, eamque ipsius operibus praefixit. Pappianilla uxori suae, filiae Aviti imp., epistolam 16 libri v scripsit ipse Sidonius, quam post susceptum sacerdotium uti sororem habuit, ut probat Sirmondus in notis ad eandem epist., ubi et plura habet de majorum clericorum calibatu. V. supra lib. 1, cap. 39, et Hieronymi epist. ad Pamulachium.

^f Hoc caput deest in Corb., Bell., Colb. et Regio.

^g Regm., *velle extrahi*, Chesn. et Freh., *vel extrahere*.

^a Saluatorium, quod alias *secretarium*, hodie *sacristia* appellatur, uti patet ex Gregorii M. epist. 54 libri iv ad Marinianum episc. Ravennat., et ex concilio Matis. 1, can. 2, sic dictum est, quod illi episcopi ante Missarum celebrationem sedere solerent ad excipiendas fidelium salutationes, qui eorum orationibus se, vel aliqua negotia commendare volebant. Id presbyteris reliquisse videtur sanctus Martinus apud Sever. Sulpic., dial. 2, ubi ipse dicitur orationi inchoasse, eo tempore quo presbyteri in alio secretario sedentes ejus permissu salutationibus, aut audiendis negotiis occupabantur.

^b Mor. s., *a concupiscentia*.

^c De hoc monasterio vide supra lib. 1, cap. 39. Cantobennense monasterium illud ipsum esse censet Savarone, quod non procul ab urbe sanctimonialibus paravisse dicitur sanctus Genesius Arvernensis episcopus in ipsius Vita. Alii ab eo etiam non distinguunt Candidiense monasterium, quod Felix ejusdem urbis antistes, Praefecto tunc abbati, postea ipse successor et martyri, gubernandum tradidit, ut in secunda ipsius Praefecti Vita legitur. Hunc locum postea destructum reparavit saeculo undecimo quidam Aldefredus, quem Robertus de Alvernia episcopus ultimo sequentis saeculi anno Piperacensi coenobio subiecit: sed tandem post varias fortunas Car-

egesta ^a : quia nec istud sine hæresi potest accipi, ut in Ecclesia non obediatur sacerdoti Dei, cui ad pascendum oves commissæ sunt, et ille se iugerat potestati, cui neque a Deo, neque ab hominibus aliquid est commissum. Dehinc beatus sacerdos, uno adhuc manente nihilominus inimico, suæ restituitur potestati. Factum est autem posthæc, ut accedente febre ægrotare cœpisset : qui rogat suos, ut eum in ecclesiam ferrent. Cunque illuc illatus fuisset, conveniebat ad eum multitudo virorum ac mulierum, simulque etiam et infantium plangentium atque dicentium : Cur nos deseris, pastor bone, vel cui nos quasi orphanos derelinquis? Nunquid erit nobis post transitum tuum vita? nunquid erit postmodum qui nos sapientiæ sile sic condiat? aut ad dominici nominis timorem talis prudentiæ ratione redarguat? Hæc et his similia populis cum magno fletu dicentibus, tandem sacerdos, Spiritu in se sancto influente, respondit : Nolite timere, o populi, ecce frater meus Aprunculus vivit, et ipse erit sacerdos vester. Qui non intelligentes, putabant eum loqui aliquid in extasi.

Quo migrante ^b, presbyter ille nequam, alter ex duobus qui remanserat, protinus omnem facultatem Ecclesiæ, tanquam si jam episcopus esset, inhians cupiditate, præoccupat, dicens : Tandem respexit in me Deus, cognoscens me justiorein esse Sidonio, largitusque ⁷⁵ est mihi hanc potestatem. Cunque per totam urbem superbus ferretur, adveniente die dominico, qui imminebat post transitum sancti viri, præparato epulo, jussit cunctos cives in domo ecclesiæ ^c invitari : despectisque senioribus, primus recumbit in toro. Cui oblato pincerna poculo, ait : Domine mi, vidi somnium, quod si permittis edicam : Videbam hac nocte dominica, et ecce erat domus magna, et in domo erat thronus positus, in quo quasi iudex residebat, cunctis potestate præstantior : cui assistebant multi sacerdotum in albis vestibus, sed et promiscuæ populorum turbæ valde innumerabiles. Verum cum hæc trepidus contemplerer, conspicio eminus inter eos beatum stare Sidonium, et cum presbytero illo tibi carissimo, qui ante hos paucos annos de hoc mundo migravit, attente litigantem. Quo devicto, jubet rex ut in imis carceris angustiis retrudatur; ablatoque isto, contra te iterum insurgere ^d, dicens te in eo scelere, propter quod ille

prior damnatus fuerat, fuisse participem. Verum ubi iudex, quem ad te transmitteret, sollicitè cœpit inquirere, ego me inter reliquos oculere cœpi, et a tergo steti, tractans apud memetipsum, ne forte ego, qui notus sum homini, mittar. Dum hæc mecum tacitus volverem, amotis omnibus remansi solus in publico : vocatusque a iudice, propius accedo. Cujus virtutem atque splendorem contuens, cœpi habes effectus titubare præ metu. Et ille : Ne timeas, puer, inquit : sed vade, dic presbytero illi : Veni ad respondendam causam, quia Sidonius te accersiri deprecatus est. Tu vero ne moram facias ad eundem, quia sub grandi testificatione mihi præcepit rex ille tibi hæc loqui, dicens : Si tacueris, morte pessima morieris. Hæc eo loquente, exterritus presbyter, elapso de manu calice, reddidit spiritum : ac de recubitu ablatus mortuus sepulturæ mandatus est, possessurus infernum ⁷⁶ cum satellite suo. Tale iudicium super contumaces clericos Dominus in huæ prætalit mundum, ut unus Arii sortiretur mortem; alius, tanquam Simon Magus, apostoli sancti oratione ab excelsa arce superbiæ præceps allideretur. Qui non ambiguntur pariter possidere tartarum, qui simul egerunt nequiter contra sanctum episcopum suum. Interea cum jam terror Francorum resonaret in his partibus, et omnes eos amore desiderabili cuperent regnare, sanctus Aprunculus, Lingonicæ civitatis episcopus ^e, apud Burgundiones cœpit haberi suspectus. Cunque odium de die in diem cresceret, jussum est ut clam gladio feriretur. Quo ad eum perlato nuntio, nocte à castro Divionensi per murum demissus, Arvernus advenit, ibique juxta verbum Domini, quod posuit in ore sancti Sidonii, undecimus datus est episcopus.

XXIV. Sed ^f tempore Sidonii episcopi magna Burgundiam fames oppressit. Cunque populi per diversas regiones dispergerentur, nec esset ullus qui pauperibus alimoniam largiretur, Eedicius quidam ex senatoribus, hujus propinquus ^g, magnam tunc rem in Deo confisus fecisse perhibetur. Nam invalescente fame, misit pueros suos cum equis et plaustris per vicinas sibi civitates, ut eos qui hac inopia vexabantur sibi adducerent. At illi euntes, cunctos pauperes quotquot invenire potuerunt, adduxere ad domum ^h ejus. Ibique eos per omne tempus sterilitatis pascens, ab interitu famis exemit. Fuereque,

^a Regm., inferioris egestus, et infra obaudiatur sacerdoti. Bec., partis inferioris egestum... obaudiatur sacerdos.

^b Obiit anno 484, ut scribit Savaro, et quidem die 12 kal. Septembris, ejus tamen festum 10 kal. ejusdem mensis in Martyrologio Romano recolitur. Sepultus est in ecclesia sancti Saturnini, ut dicitur in lib. 1 de eccles. Claromont., cap. 22. Hæc ecclesia mutato nomine sancti Amandini dicta est. Postmodum translatus est B. Sidonii corpus in ecclesiam sancti Genesii.

^c Domum ecclesiæ passim memorat Gregorius, quo nomine ædes episcopales, majori ecclesiæ urbis seu cathedrali adhaerentes, designari videtur esse extra dubium.

^d Edni habent, suggerit.

^e De eodem infra cap. 36, et lib. III, cap. 2, ad quem exstant aliquot Ruricii Lemovicensis episc. epistolæ. Eidem, adhuc Lingonum episcopo, scripsit Sidonius epistolam 10 libri IX. Sepultus est in ecclesia S. Stephani ex lib. 1. Ecclesiar. Claromont., cap. 13, ubi sanctus dicitur. Celebratur in Martyrol. Gallic. Saussaii die 14 Maii.

^f Hoc caput deest in Bell. In tribus vero aliis absolute incipit, *Tempore Sidonii*, etc.

^g Eedicius, seu, ut alii scribunt, Heedicius, filius fuit Aviti imperatoris, et frater Papianillæ uxoris Sidonii, ad quem exstant ejusdem Sidonii carmen 20, epistola 4 lib. II, et 5 libri IV. Factus est Patricius a Julio Nepote Augusto ex epist. 16 lib. V.

^h Editi plerique cum Bec., ad domos.

et multi aiunt, amplius quam quatuor millia promiscui sexus. Adveniente autem ubertate, ordinata iterum evectioe, unumquemque in locum suum restituit. Post quorum discessum, vox ad eum e cœlis lapsa pervenit, dicens: Eedici, Eedici, quia fecisti rem hanc, tibi et semini tuo panis non deerit in sempiternum: eo quod obedieris verbis meis et famem meam refectione pauperum satiaveris. Quem Eedicium miræ velocitatis fuisse 77 multi commemorant: nam quadam vice multitudinem Gothorum cum decem viris fugasse perscribitur ^a. Sed et sanctus Patiens Lugdunensis episcopus simile huic in ipsa fame populis præstitisse perhibetur beneficium. Exstat exinde hodie apud nos beati Sidonii epistola ^b, in qua eum declamatorie collaudavit.

XXV. Hujus tempore et Evarix ^c rex Gothorum, excedens Hispanum limitem, gravem in Gallis super Christianos intulit persecutionem. Truncabat passim perversitati suæ non consentientes, clericos careeribus subigebat: sacerdotes vero, alios dabat exsilio, alios gladio trucidabat. Nam et ipsos sacrorum templorum aditus spinis jusserat obserari, scilicet ut raritas ingrediendi oblivionem faceret fidei. Maxime tunc Novempopulanæ, geminæque Germaniæ ^d urbes, ab hac tempestate depopulate sunt. Exstat hodieque et pro hac causa ad Basilium episcopum nobilis Sidonii ipsius epistola, quæ hæc ita loquitur. Sed persecutor non post multum tempus, illiuse divina percussus interiit.

XXVI. Post hæc ^e beatus Perpetuus Thronicæ civitatis episcopus, impletis triginta in episcopatu annis, in pace quievit: in cujus loco Volusianus,

^a Id narrat Sidonius epist. 3 libri III, ubi *vix duodeviginti equites* cum Eedicio fuisse dicuntur.

^b Ea est duodecima libri VI. Eundem laudat ob ecclesiam Lugduni constructam lib. II, epist. 10. Ipsius vero memoria in fastis ecclesiasticis recollitur tertio idus Septembris.

^c Is ipse supra cap. 20 appellatur *Eorichus*, seu *Eurichus*. In capitum indicibus, etiam vetustiorum codicum legitur *de Ewa rege*. Cæterum hoc caput est in Bellov.

^d Legendum haud dubie *Aquitaniæ*. Non enim Evarichus persecutionem in Germania movit, eum contrario, maxime efferbuerit in Novempopulaniæ, et in utraque Aquitania, ut patet ex ipsa Sidonii epistola ad Basilium episcopum, quam infra Gregorius laudat; estque 6 libri VII. Ibi enim recensentur urbes ex his tribus provinciis, in quibus persecutio sævit: scilicet Elusa, Auscium, Vasate et Convenæ in Novempopulania; Rutheni, Lemovicæ et Gabali in Aquitania prima; Burdegala et Petrocorii in secunda Aquitania. Non tamen textum Gregorii mutare leuissimæ alicujus codicis auctoritate. Et quidem Valentinus Germaniæ nomen a Gregorio datum fuisse Aquitaniæ putat, quod ibi regnaret Eurichus, quem hic a Germania oriundum existimabat. Quo pacto et Lugdunensis Germania dicitur a Sidonio lib. V, epist. 7. Idem a Costa in lib. II Decretalium Gregorii IX tit. I, legendum esse censet, *geminæque germaniæ*. *Geminam enim*, uti prosequitur, *et Duplicem Aquitaniam, primam et secundam, eleganter vocat germanam et sororem Novempopulaniæ, id est Aquitaniæ tertiæ, quæ in provinciæ divisæ in duas, tres vel plures sint sibi in vicem sorores ex hac divisione; habeantque communem matrem Romam, imperii caput, a qua scilicet provinciæ institutæ et veluti partæ. Sic ap. d' Tertul-*

Annus ex senatoribus, subrogatus est. Sed a Gotthis suspectus habitus, episcopatus sui anno septimo in Hispanias est quasi captivus abductus; sed protinus vitam finivit. In cujus loco Verus ^f succedens, septimus post beatum Martinum 78 ordinatur episcopus.

XXVII. His ^g ita gestis, mortuo Childerico, regnavit Chlodovechus, filius ejus, pro eo. Anno autem quinto regni ejus, Syagrius Romanorum rex, Ægidii filius, ad civitatem Suessionas ^h, quam quondam supra memoratus Ægidius tenuerat, sedem habebat. Super quem Chlodovechus eum Ragnachario ⁱ parente suo, quia et ipse regnum tenebat, veniens, campum pugnæ præparari deposcit. Sed nec iste distulit, ac resistere metuit. Itaque inter se utrisque pugnantibus, Syagrius elisum cernens exercitum, terga vertit, et ad Alaricum regem, Tolosam cursu veloci perlaboravit. Chlodovechus vero ad Alaricum mittit, ut eum redderet: alioquin noverit sibi bellum ob ejus retentionem inferri. At ille metuens, ne propter eum iram Francorum incurreret, ut Gothorum pavere mos est ^j, vincitum legatis tradidit. Quem Chlodovechus receptum custodiae mancipari præcepit: regnoque ejus accepto, eum gladio clam feriri mandavit. Eo tempore multæ ecclesiæ a Chlodovechi exercitu deprædate sunt, quia erat ille adhuc fanaticis erroribus involutus. Igitur de quadam ecclesia ureum miræ magnitudinis ac pulchritudinis hostes abstulerant, cum reliquis ecclesiastici ministerii ornamentis. Episcopus ^k autem ecclesiæ illius missos ad regem dirigit, poscens ut si aliud de sacris vasis recipere non mereretur, saltem vel ureum ecclesia sua reciperet. Hæc audiens rex, 79

lianum in libro de Pallio Utica colonia Romanorum dicitur soror Carthaginis. Hæc ille, cujus sententia ex Testamento S. Remigii aliisque antiquis monumentis confirmari potest, in quibus Ecclesiæ Rheimensis ac Trevirensis sorores appellantur, eo quod utraque in Belgica metropolis esset et suæ provinciæ caput. Favet etiam codex ms. Regii-montis, in quo legitur, *geminæque germanæ*.

^e Hoc caput deest in codd. Corb. et Bellov. In Colb. autem alia manu, licet antiqua, additum est. De Perpetuo, Volusiano et Vero vide infra lib. X, c. 34.

^f Sic Colb. et Reg. cum aliquot editis; alii cum Bec. et Regm., *Virus*.

^g Hoc caput deest in cod. Bellovac.

^h Corb., *Saxonas*; scriptum est tamen alia manu fere aequali, sicut et infra, *Suessionas*. Bec., *Suessiones*, et infra *Sessionas*. Quæ lectiones variæ passim in mss. occurrunt.

ⁱ Idem cod., *Ragnario parente suo, qui et ipse tenebat, veniens campum ut pugnaret*: Regm., *Racario... tenuerat*, etc. Colb., *Raghenario*, etc. Idem et Pal. pro Chlodovechus habent semper *Hlodowichus*, et alia manu Regm., *Clodoveus*: quod semel et iterum monuisse satis sit.

^j Vide Salvianum lib. VII, de Gubernatione Dei.

^k Hic fuit beatus Remigius Rhemorum antistes, ut Fredegarius cap. 16, Hlinemarus, Frodoardus, aliique auctores testantur. Porro ministerii ecclesiastici nomine sacram ecclesiæ suppellectilem intelligebant, ut ex compluribus Gregorii ipsius, aliorumque auctorum locis constat, quos videsis libro I Liturgiæ Gallicanæ Mabillonii nostri, cap. 7. Legendum ea de re beati Aredii Testamentum, quod in Appendice integrum præferemus.

ait nuntio : Sequere nos usque Suessionas, quia ibi cuncta quæ acquisita sunt, dividenda erunt. Cumque mihi vas illud sors dederit, quæ papa poscit, adimpleam. Dehinc adveniens Suessionas, cuncto onere prædæ in medium posito, ait rex : Rogo vos, o fortissimi præliatores, ut saltem mihi vas istud (hoc enim de urceo supra memorato dicebat) extra partem concedere non abnuatis. Hæc rege dicente, illi quorum erat mens sanior, aiunt : Omnia, gloriose rex, quæ cernimus tua sunt : sed et nos ipsi tuo sumus dominio subjugati. Nunc quod tibi beneplacitum videtur, facito : nullus enim potestati tuæ resistere valet. Cum illi hæc ita dixissent, unus levis, invidus ac facilis ^a, cum voce magna, elevatam bipennem urceo impulit, dicens : Nihil hinc accipies, nisi quæ tibi sors vera largitur. Ad hæc obstupefactis omnibus, rex injuriam suam patientiæ lenitate coercuit, acceptumque urceum nuntio ecclesiastico reddidit, servans abditum sub pectore vulnus. Transacto vero anno, jussit omnem cum armorum apparatu advenire phalangam, ostensuram in Campo Martio ^b suorum armorum nitorem. Verum ubi cunctos circumire deliberat, venit ad urcei percussorem, cui ait : Nullus tam inculta, ut tu, detulit arma : nam neque tibi hasta, neque gladius, neque securis ^c est utilis; et apprehensam securim ejus in terram dejecit. At ille cum paululum inclinatus fuisset ad colligendum eam, rex elevatis manibus, securim suam capiti ejus defixit. Sic, inquit, tu apud Suessionas in urceo illo fecisti. Quo mortuo, reliquos abscedere jubet, magnum sibi per hanc causam timorem statuens. Multa ^d bella, victoriasque fecit. Nam decimo regni sui anno, Thoringis bellum intulit, eodemque suis ditionibus subjugavit.

80 XXVIII. Fuit autem et Gundeuchus ^e rex Burgundionum, ex genere Athanarici regis persecutoris, de quo supra meminimus. Huic fuerunt quatuor filii, Gundobadus, Codegiselus, Chilpericus et Godomarus. Igitur Gundobadus Chilpericum fratrem suum interfecit gladio, uxoremque ejus, ligato ad collum lapide, aquis immersit. Hujus duas filias exsilio condemnavit : quarum senior, mutata veste Chrona ^f, junior Chrotechildis ^g vocabatur. Porro Chlodovechus, dum legationem in Burgundiam sapius mittit, Chrotechildis puella reperitur a legatis

^a Chesn. cum Colb., unus Francus levis. Alii editi, *cerebrosus*.

^b Conventus Francorum sic dicebatur, quod singulis annis kal. Martii fieri solebat in campo, quo omnes armis instructi accedere debebant. Postea *Campus Maius* dictus est, ex quo a Pippino in kal. Maii translatus est.

^c Editi plerique, *bipennis*, et sic infra ubi occurrit *XX securis*.

^d Sic Corb., at alii, *Multa deinde bella*, etc. Chlodoveus Thuringos devictos tributarios fecit, ut auctor Gestorum Francorum refert : nam et postmodum, etiam testante Gregorio, Thuringi suos reges habuere.

^e Deest hoc caput in Bello. *Gundeuchus* scribitur in Corb. et al. is. Nonnulli habent *Gundivicus*. Eiusdem filii in aliquot eodd. appellantur *Gundobaldus*, *Cothesilus*, seu *Codegisilus*, *Hilpericus*, etc. Bec.,

ejus. Qui cum eam vidissent elegantem atque sapientem, et cognovissent quod de regio esset genere, nuntiaverunt hæc Chlodovecho regi. Nec moratus ille, ad Gundobadum legationem dirigit, eam sibi in matrimonio petens : quod ille recusare metuens, tradidit eam viris; illique accipientes puellam, regi velocius repræsentant. Qua visa, rex valde gavisus, suo eam conjugio sociavit, habens jam de concubini filium, nomine Theodoricum.

XXIX. Igitur ^h rex ex Chrotechilde regina habuit filium primogenitum : quem cum mulier baptismum consecrare vellet, prædicabat assidue viro dicens : Nihil sunt dii quos colitis, qui neque sibi neque aliis poterunt subvenire : sunt enim aut ex lapide, aut ex ligno, aut ex metallo aliquo sculpti. Nomina vero quæ eis indidistis, hominum fuere non deorum ⁱ, ut Saturnus, qui filio, ne a regno depelleretur, per fugam elapsus asseritur; ut ipse Jupiter omnium stuprorum spurcissimus perpetrator, incestator virorum, propinquarem derisor, qui nec ab ipsius sororis propriæ potuit abstinere concubitu, ut ipsa ait : *Jovisque et soror et conjux* (*Virg. Æneid. lib. 1*). Quid Mars Mercurisque **81** potuere? Qui potius sunt magicis artibus præditi quam divini numinis potentiam habuere. Sed illi magis coli debet, qui cælum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt, verbo ex non exstantibus præcreavit; qui solem lucere fecit, et cælum stellis ornavit; qui aquas reptilibus, terras animantibus, æra volatilibus adimplevit; cujus nutu terræ frugibus, pomis arbores, uvæ vineæ decorantur; cujus manu genus humanum creatum est; cujus largitione ipsa illa creatura omni homini suo, quem creavit, et obsequio et beneficio famulatur. Sed cum hæc regina diceret, nullatenus ad credendum regis animus movebatur, sed dicebat : Deorum nostrorum jussione cuncta creantur ac prodeunt; Deus vester nihil posse manifestatur, et quod magis esse nec de deorum genere esse probatur. Interea regina fidelis filium ad baptismum exhibet : adornari ecclesiam velis præcipit atque cortinis, quo facilitate vel hoc mysterio ^j provocaretur ad credendum, qui flecti prædicatione non poterat. Baptizatus autem puer, quem Ingomerem ^k vocitaverunt, in ipsis

D *Gundobaudus*. De Athanarici persecutione supra e.

^f Sic appellatur in Corb., Palat. et Colb., quibus concordat Vita sanctæ Chlotildis, ubi num. 2 legitur *Chrona*, Sæc. 1 Act. SS. Ord. Benedictini. Bec. tamen et Regm. cum plerisque editis habent, *Mucrona*; alii, *Corona*. Dicitur in Fredegarii Epitome cap. 17 *Sedeleuba*. De qua agitur in Chronici cap. 2: Chlotildis et Chronæ matrem Agrippinam appellatam fuisse, de qua Sidonius lib. v, epist. 7, observat Savaro.

^g Alias *Chrotchildis*, *Chrotigeldis*, *Rodioldis*, seu *Chrodieldis*, *Chrotildis*. Hodie vulgo scribitur *Chlotildis*.

^h Deest hoc caput in cod. Bell.

ⁱ Sic edit. Bad., at cæteri, *homines fuere, non dii*.

^j Cod. Regm. *ministerium*.

^k Cassin. cum aliquot edit., *Ingomerem*.

sicut regeneratus fuerat, albis^a obiit. Qua de causa A commotus felle rex, non segniter inerepabat reginam, dicens: Si in nomine deorum meorum puer fuisset dicatus, vixisset utique: nunc autem quia in nomine Dei vestri baptizatus est, vivere omnino non potuit. Ad hæc regina: Deo, inquit, omnipotenti, creatori omnium, gratias ago, qui me non usquequaque iudicavit indignam, ut de utero meo genitum regno suo dignaretur asseire. Mihi autem dolore huius causæ animus non attingitur, quia scio in albis ab hoc mundo vocatos, Dei obtutibus nutriendos^b. Post hæc vero genuit alium filium, quem baptizatum Chlodoveum vocavit; et hic eum ægrotare cœpisset, dicebat rex: Non potest aliud fieri, nisi et le hoc, sicut et de fratre ejus, contingat, ut baptizatus in 82 nomine Christi vestri, protinus moriatur. Sed orante matre, Domino iubente convaluit.

XXX. Regina^c vero non cessabat prædicare regi, ut Deum verum cognosceret, et idola negligeret; sed nullo modo ad hæc credenda poterat commoveri, donec tandem aliquando bellum contra Alamannos commoveretur: in quo compulsus est coniteri necessitate, quod prius voluntate negaverat. Factum est autem, ut confligente utroque exercitu, vehementer cæderentur, atque exercitus Chlodovechi valde ad internecionem ruere cœpit. Quod ille videns, elevatis ad cælum oculis, compunctus corde, commotus in lacrymis, ait: Jesu Christe, quem Chrotechildis prædicat esse filium Dei vivi, qui dare auxilium laborantibus, victoriamque in te sperantibus tribuere diceris, tuæ opis gloriam devotus efflavit: ut si mihi victoriam super hos hostes indulseris, et expertus fuero illam virtutem, quam de te populus tuo nomini dicatus probasse se prædicat, redam tibi, et in nomine tuo baptizer. Invocavi

^a In albis, id est intra hebdomadam in qua recens baptizati albis induti prodibant.

^b Alii, *vocatum, Dei obtutibus nutriendum*.

^c Et hoc caput deest in cod. Bellovac.

^d Sic mss. 4; alii cum editis, *succurrunt*.

^e Bec., Mor. s. alia manu, et alius codex ab Henchenio laudatus cum Chesn. hic habent, *Actum anno 496 regni sui*, id est anno 496: quæ verba desumpta vixisse videntur ex libro de Gestis Francorum. In cæteris enim scriptis et editis, quos videre licuit, non habentur. Corb. tamen et Bell. in medio cap. 57, ut infra notabitur, habent, *anno 15 Chlodovechi*. Porro lingua, quæ hic memoratur, data creditur apud Colbiaeum oppidum, uti ex eodem cap. 57 colligitur. D

^f Hoc caput non exstat in cod. Bell.

^g Sic mss.: editi vero, *cœpit instigare*.

^h Hinemarus et qui post eum sancti sunt scriptores asserunt, chrysmum hæc ipsa occasione in ampulla e celo missum fuisse a columba: quod etsi discrete non licet Gregorius, innuit tamen aliquid insolitum tunc contigisse, cum ait *divino odore locum fuisse respersum*, ita ut omnes gratia Dei id tribuente se esse in paradiso locatos existimarent. Certe Hinemarus miraculum istud non solum in Vita S. Remigii descripsit, sed et in frequenti prælatorum, principum, populorumque conventu palam de illo, uti publice noto, locutus est apud Mettas, cum scilicet Carolus Calvus ibi in majore ecclesia regem inauguraret. Quin et ejus rei vestigium aliquod inspicitur in Vita sanctæ

enim deos meos, sed, ut experior, elongati sunt ab auxilio meo: unde credo eos nullius esse potestatis præditos, qui sibi obedientibus non occurrunt^d. Te nunc invoco, et tibi credere desidero; tantum, ut eruar ab adversariis meis. Cunque hæc diceret, Alamanni terga vertentes, in fugam labi cœperunt. Cunque regem suum cernerent interemptum, Chlodovechi se ditionibus subdunt, dicentes: Ne amplius, quæsumus, pereat populus: jam tui sumus. At ille, prohibito bello, coarctatoque populo, cum pæce regressus, narravit reginæ, qualiter per invocationem nominis Christi victoriam meruit obtinere^e.

XXXI. Tunc^f regina accersiri clam sanctum Remigium Rhemensis urbis episcopum jubet, deprecans ut regi verbum salutis insinuaret. Quem sacerdos accersitum, secretius cœpit 83 ei insinuare^g, ut Deum verum, factorem cœli et terræ crederet, idola negligeret, quæ neque sibi, neque aliis prodessent possunt. At ille ait: Libenter te, sanctissime pater, audiam, sed restat unum, quod populus qui me sequitur, non patitur relinquere deos suos: sed vado et loquar eis juxta verbum tuum. Conveniens autem cum suis, priusquam ille loqueretur, præcurrente potentia Dei, omnis populus pariter acclamavit: Mortales deos abjicimus, pie rex, et Deum quem Remigius prædicat immortalem sequi parati sumus. Nuntiantur hæc antistiti, qui gaudio magno repletus, jussit lavaerum præparari. Velis depictis adumbrantur plateæ ecclesiæ, cortinis albis adornantur, baptisterium componitur, balsama diffunduntur, micant flagrantem odore cerei, totumque templum baptisterii divino respergitur ab odore^h; talemque ibi gratiam astantibus Deus tribuit, ut æstimarent se paradisi odoribus collocari. Rex ergo prior poposcit se a pontifice baptizari. Procedit novus Constantinus ad lavaerum, deleturus lepræⁱ veteris morbum,

Chlotildis, quæ videtur ante Hinemarum scripta fuisse. Quod vero aiant a centuriatoribus Magdeburgensibus visum fuisse codice Gregorii, in quo ampulla illa memoraretur, quem heterodoxi postea discisserunt, verisimile non videtur. At forte illi habuerunt præ manibus librum de Gestis Francorum a Chesnio tomo I editum, qui in nonnullis codicebus mss. Gregorio nostro tribuitur, in quo hæc historia descripta fuerit. Ejusmodi habetur unum exemplar in bibliotheca Archimonasterii Remigiani apud Rhemos, ab annis circiter 500 exaratum. Cæterum ampulla illa etiam nunc Rhemis asservatur studiosissime in archimonasterio Remigiano, ad regum nostrorum consecrationem*. Chlodoveum autem a sancto Remigio baptizatum, septiformi gratia Spiritus sancti illustratum, et ad regiam potestatem perunctum fuisse in ecclesia beate Mariæ Rhemensis agnovit Ludovicus Pius apud Frodoardum lib. II Histor. Rhemensis, cap. 19. Ad hanc vero baptismi sui solennitatem, Chlodoveum, non solum sui regni, sed et cæteros episcopos catholicos invitasse colligitur ex epistola sancti Aviti ad ipsum Chlodoveum, quam in Appendice ad hunc tommum reperies.

ⁱ Colb. ad marginem hæc habet, ab annis circiter 460 addita: *Ecce iste historiographus concordat cum Historia sancti Silvestri de lepra Constantini mundata in fonte baptismi*. Et quidem certum videtur ex hoc loco, ubi etiam Chlodoveus Constantino et sanctus Remigius beato Silvestro comparantur, tunc temporis

* Non nisi in nostrate historia peregrinus nescit, sacram ampullam a Conventionis satellitibus effractam periisse; nisi autem particulam a viro quodam honorabili religiose collectam deinde celatam, tandem, redivivo Clodovæi throno, novæ fuisse creditam ampullæ quæ Carolo X in regem consecrando inservit. Ebit.

sordentesque maculas **84** gestas antiquitus ^a recenti latice deleturus. Cui ingresso ad baptismum sanctus Dei sic infit ore facundo : Mitis depone colla, Sicamber ^b : adora quod incendisti, incende quod adorasti. Erat enim sanctus Remigius episcopus egregie scientiæ, et rhetoricis adprime imbutus studiis ^c : sed et sanctitate ita prælatus, ut sancti Sylvestri virtutibus æquaretur. Est enim nunc liber Vitæ e, us, qui eum narrat mortuum suscitasse. Igitur rex omnipotentem Deum in Trinitate confessus, baptizatus est in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, delibutusque sacro chrismate eum signaculo crucis Christi. De exercitu vero ejus baptizati sunt amplius tria millia. Baptizata est et soror ejus Albofledis ^d; quæ non post multum tempus migravit ad Dominum : pro qua cum rex contristaretur, sanctus Remigius consolatoriam misit ei epistolam, quæ hoc modo sumpsit exordium : « Angit me et satis me angit vestræ causa tristitiæ, quod bonæ memoriæ germana vestra transiit Albofledis. Sed de hac re consolari possumus, quia talis de hoc mundo migravit, ut suspici magis debeat quam **85** lugeri. » Conversa est enim et alia soror ejus, Lanthechildis ^e nomine, quæ in hæresim Arianorum dilapsa fuerat, quæ confessa æqualem Filium Patri et Spiritum sanctum, chrismata est.

XXXII. Tunc Gundobaldus et Godegiselus fratres regnum circa Rhodanum aut Ararim cum Massiliensi provincia retinebant. Erant autem tam illi, quam populi eorum, Arianæ sectæ subjecti. Cumque se invicem impugnarent, audiens Godegiselus Chlo-

meum præbucris solatium ^f, ut eum bello interlicere, aut de regno ejicere possim, tributum tibi, quale tu ipse velis injungere, annis singulis dissolvam. Quod ille libenter accipiens, auxilium ei ubicunque necessitas posceret, repromisit. Et statuto tempore contra Gundobadum exercitum commovit. Quo audito Gundobadus, ignorans dolum fratris, misit ad eum dicens : Veni in adiutorium meum, quia Franci commovent contra nos, et regionem nostram ad eum ut eam capiant : ideoque sinus unanimis adversus gentem inimicam nobis, ne separati ab invicem quod aliæ gentes passæ sunt perferamus. At ille Vadam, inquit, cum exercitu meo, et tibi auxilium præbebo. Moveatesque simul hi tres exercitum, id est Chlodovechus contra Gundobadum, et Godegiselum ^g cum omni instrumento belli, ad castrum, cui Divione nomen est, pervenerunt. Confligentesque super Oscaram ^h fluvium, Godegiselus Chlodovecho conjungitur, ac uterque exercitus Gundobadi populum atterit. At ille dolum fratris, quem non suspicabatur, advertens, terga dedit, fugamque in Rhodanumque ripas **86** paludesque percurrens Avenionem urbem ingreditur. Godegiselus vero obtentata victoria, promissa Chlodovecho aliqua parte regni sui, cum pace discessit, Viennamque triumphans, tanquam si jam totum possideret regnum ingreditur. Auctis adhuc Chlodovechus rex viribus post Gundobadum abiit, ut eum de civitate extraheret, ut interimeret. Quod ille audiens, pavore perturbatus, metuebat ne ei mors repentina succederet. C

jam invaluisse opinionem de baptizato Romæ Constantino per beatum Silvestrum, lepraque ejus mundata. Sed et S. Silvestri acta in Decreto Gelasii recensentur. Porro in codice Reg., post hæc verba a pontifice baptizari, una fere pagina vacua relinquitur : tum sequens incipit, quasi textum continuatura per verba sequentia, *Procedit hic novus Constantinus*, quæ cum medio capitis sequentis junguntur sicprosequendo, *inquit cum exercitu meo tibi auxilium*, etc.

^a Sic Corb. et Reg.; alii, *gestorum antiquorum*.

^b De Sicambrorum gente fusius agit Browerus in notis ad carmen 4 libri vi Fortunati.

^c Vide Apollinaris Sidonii epistolam 7 libri ix, ad ipsum Remigium directam. De eodem Avitus in Collatione episcoporum coram rege Gundobado : *Providente Domino Ecclesiæ suæ, et inspirante pro salute totius gentis cor domni Remigii, qui ubique altaria destruebat idolorum, et veram fidem potenter cum multitudine signorum amplificabat, factum est ut episcopi*, etc. Sic etiam exteris Remigii apostolatus ut lis erat. Nilil porro superest ex ejus scriptis, præter aliquot epistolas; nam Commentarii in sacram Scripturam, qui vulgo ipsi tribuuntur, sunt ipsius ætate multo recentiores. Vita autem ejus, a Gregorio hic laudata, quæ a Fortunato descripta creditur, etiam nunc existat, sed brevior est quam ut tam eximii viri, regum e gentis nostræ apostoli, gestis describendis par sit, in qua ne unum quidem verbum de Francorum conversione, aut Chlodovei baptismo. Hinc mirum non est, si Gregorius plura de his rebus non dixerit. Prolixiorem scripsit Hincmarus, nullusque ferme auctor existit, qui hunc sanctissimum virum laudibus non fuerit prosecutus.

habebat tamen secum virum illustrem Aridum ⁱ strenuum atque sapientem, ad quem ad se accessit tum ait : Vallant me undique angustia, et quid faciam

^d Colb., et infra *Albofledis*. Epistolam hic laudatam, ex qua patet Albofledam in virginitatem suam Deo consecrasset, in Appendice referemus integram.

^e Sic Corb.; alii *Lantildis*. Solius chrismationis in Arianorum reconciliatione meminit pissim Gregorius, sicut nec hodie in conferendo confirmationis sacramento, vix aliqua sit mentio impositionis manuum, quæ tamen omnino necessaria est; sic et in impositionem manuum præter chrismationem adhibitam fuisse extra dubium videtur, ne si aliquis absque ea ab hæresi veniens reciperetur, *tanquam extrinsecus omnem culpam*, ut loquitur Augustinus, lib. v de Baptismo contra Donatistas, cap. 25, *esse judicatum*. Vide Morinum de Pœnitentia lib. ix, cap. 10, D Cojutium tom. I Annal. eccles. Franc.

^f Sic Corb. et Bec.; cæteri, *auxilium*. Et quidem fere semper pro *auxilio* in vetustioribus mss. *solatium* habetur.

^g Sic Corb., Bec. et Reg., melius quam cæteri qui habent *Godegiselus*. Tunc enim duo fratres conjuncti simul adversus Chlodoveum videbantur, nondum detecta Godegisili proditione.

^h Edit. Bad. mendose *Isaram*. Oscara nempe fluvius est Burgundiæ, vulgo *Ousche*, qui Divione aliaque loca præterlapsus, ad S. Joannem de Latet in Ararim defluit. Hæc autem, Patricio et Hyppolito, id est anno 500, coniugisse scribit Marius Chronicus.

ⁱ Sic fere omnes mss.; editi vero plerique eum Bec., *Aredium*. Is est, ni fallor, qui memoratur collatione episcoporum coram rege Gundobado, qua infra ad cap. 34. Vid. Fredeg. Epitom. cap. 4

ignorā, quia venerunt hi Barbari super nos, ut nobis interemptis regionem totam evertant. Ad hæc Aridius ait : Oportet te lenire feritatem hominis hujus, ne pereas. Nunc ergo si placet in oculis tuis, ego a te fugere, et ad eum transire consilio ; eumque ad eum accessero, ego faciam ut neque te, neque hæc evertat a regionem. Tantum, ut quod tibi per meum consilium demandaverit implere studeas, donec causam tuam Dominus prosperam facere sua pietate dignetur. Et ille : Faciam, inquit, quæcunque mandaveris. Hæc eo dicente, valedicens Aridius discessit, et ad Chlodovechum regem abiens, ait : Ecce ego humilis servus b tuus, piissime rex, ad tuam potentiam venio, relinquens illum miserrimum Gundobadum. Quod si me pietas tua respicere c dignatur, integrum in me famulum atque fidelem, et tu, et posteri tui habebitis. Quem ille promptissime colligens, secum retinuit : erat enim jocundus in fabulis, strenuus in consiliis, justus in judiciis, et in commisso fidelis. Denique Chlodovecho cum omni exercitu circa muros urbis residente, 87 ait Aridius : Si dignanter, o rex, gloria celsitudinis tuæ paucos humilitatis meæ sermones velit accipere, consilio licet non egeatis, tamen fide integra ministrabo ; idemque vel tibi congruum, vel civitatibus erit, per quas transire deliberas. Cur, inquit, retines exercitum, cum loco firmissimo tuus resideat inimicus? Depopularis agros, prata depascis, vineas dissecas d, oliveta succidis, omnesque regionis fructus evertis : interim et illi nocere non prævalet. Mitte potius legationem, et tributum, quod tibi annis singulis dissolvat, impone ; ut et regio salva sit, et tu tributa dissolventi perpetuo domineris : quod si noluerit, tunc quod liberit facies. Quo consilio rex accepto, hostem e redire jubet ad propria. Tunc missa legatione ad Gundobadum, ut ei per singulos annos tributa imposita reddere debeat, jubet. At ille et de præsentibus solvit, et deinceps soluturum esse se promittit.

XXXIII. Posthæc resumptis viribus, jam despiciens regi Chlodovecho tributa promissa dissolvere, contra Godegiselum fratrem suum exercitum commovit, eumque apud Viennam civitatem inclusum obsedit. Verum ubi minori populo alimenta deficere cœperunt, timens Godegiselus, ne ad se usque fames extenderetur, jussit expelli minores populi ab urbe. Quo facto expulsus est inter cæteros artifex ille ab

^a Hic ommissis aliquot capitibus, nonnullis etiam de rebus, cod. Bellov. textum resumpsit.

^b In Bell. et Bec. deest *servus*.

^c Aliquot scripti et ed., *recipere*.

^d Sic mss. omnes præter Colb. qui habet *desecas*.

^e Hic mss. Bell. et Corb. ; at alii habent *hostem patriæ redire*, etc. Sed hic *hostis* nomine exercitus designatur, quem nostrates superioribus sæculis vernacule *l'host* appellare consueverant.

^f Aliquot mss. et ed., *premunt*.

^g Leges illæ etiam nunc ab institutore nomen habent, vulgo *les Gombettes*. Lex Gundobada in Caroli Magni Capitularibus, et apud Agobardum laudatur. Habentur in codice legum antiquarum, quem publici

A urbe, cui de aquæductu cura manebat. ille vero indignans, quod fuerit ejectus ab urbe cum cæteris, ad Gundobadum furibundus vadit, indicans qualiter civitatem irrumpens, ultionem exerceret in fratrem. Illo quoque duce, exercitu per aquæductum directo, multis cum ferreis vectibus præcedentibus, erat autem spiraculum illius lapide magno conclusum, quo cum vectibus illis per magisterium artificis repulso, civitatem introeunt : 88 illisque de muro sagittantibus, hi terga præveniunt f. Dato autem de medio civitatis sono buccinæ, obsidentes portas capiunt, apertisque pariter ingrediuntur. Cumque inter duas has acies populus urbis ab utroque exercitu cæderetur, Godegiselus ad ecclesiam hæreticorum confugit, ibique eum episcopo Ariano interfectus est. Denique B Franci, qui apud Godegiselum erant, in unam se turrim congregant. Gundobadus autem jussit, ne uni quidem ex ipsis aliquid noceretur : sed apprehensos eos Tolosæ in exilium ad Alaricum regem transmisit, interfectis senatoribus, Burgundionibusque qui Godegiselo consenserant. Ipse vero regionem omnem, quæ nunc Burgundia dicitur, in suo dominio restauravit. Burgundionibus leges g mitiores instituit, ne Romanos opprimerent.

XXXIV. Cum autem cognovisset assertiones hæreticorum nihil esse, a sancto Avito episcopo Viennensi h, Christum Filium Dei et Spiritum sanctum æqualem Patri confessus, clam ut chrismaretur expetiit. Cui ait sacerdos : Si vere credis, quod nos ipse Dominus edocuit debes exsequere i. Ait autem, Si quis me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui est in cælis. Qui i autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo qui est in cælis (Matth. x, 32 et 35). Sic et ipsis sanctis ac dilectis suis beatis apostolis k, eum de futuræ persecutionis tentationibus doceret, insinuavit, dicens : Attendite vobis ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, et in synagogis suis flagellabunt vos, et ante reges et præsides stabitis propter me in testimonium illis, et omnibus l gentibus (Matth. x, 17). Tu vero cum sis rex, et a nullo apprehendi formides, seditionem pavescis populi, ne Creatorem omnium in publico fatearis. Relinque hæc stultitiam, et quod corde te dicis 89 credere, ore profer in plebe. Sic etenim et beatus Apostolus ait : Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio

juris fecit Fridericus Lindenbrogius.

^h In Collatione scilicet publica inter catholicos episcopos et Arianos, præsentem regem et regni proceribus, Lugduni habita, quam infra in Appendice referemus. Vide et eundem S. Aviti epistolam 2 apud Sirmondum.

ⁱ Sic Corb., Bell., Cas. et Bec. ; at Regm. habet *debes exsequi*. Cæteri omittunt vocem *debes*.

^j Hæc usque ad *sic et ipsos*, non habentur in Regm. et Bec., in quibus, cum frequentia sunt ejusmodi Scripturæ loca, ut plurimum omittuntur.

^k Colb. cum plerisque editis, *Sic et ipsos sanctos ac dilectos suos beatos apostolos*.

^l Vox *omnibus* deest in plerisque mss. et edit., sed habetur in vetustioribus.

fit ad salutem ^a (Rom. x, 10). Sic et Propheta ait : **A** rum feritas portas ingressa , per totam, ut scripsit , urbem nihil metuens oberrabat. Cumque hæc per anni circulum gererentur, advenientibus Paschalis solemnitate diebus, expectabat misericordiam Dei plebs tota devote, ut vel hic magnæ solemnitate dies huic terrori terminum daret. Sed in ipsa gloriosæ noctis vigilia, dum Missarum celebrarentur solemnia, subito palatium regale intramuramque divino igne succenditur, pavore omnibus perterritis, et ecclesiam egressis, credentibus ne aut hoc incendio urbs tota consumeretur, aut certe disrupta tellure delisceret, sanctus sacerdos prostratus ante altare, cum genitu et lacrymis Domini misericordiam impetratur. Quid plura? penetravit excelsa poli oratio pontificis inelyti, restinxitque domus incendium flumen

Unde melius est, ut te præcedente cognoscant veritatem, quam te pereunte permaneant in errore. Nam *Deus non irridetur* (Gal. vi, 7) : nec enim diligit illum, qui propter terrenum regnum eum non confitetur in sæculo. Ista ille ratione confusus, usque ad exitum vitæ suæ in hac insaniam perduravit, nec publice æqualitatem Trinitatis voluit confiteri. Magnæ enim faciendæ erat tunc temporis beatus Avitus : namque insurgente hæresi apud urbem Constantinopolitanam, tam illa quam Eutyches ^b, quam illa quam Sabellius docuit, id est nihil divinitatis habuisse Dominum nostrum Jesum Christum, rogante Gundobado rege, ipse contra eas scripsit. Exstant exinde nunc apud nos epistolæ admirabiles, quæ sicut tunc hæresim oppresserunt, ita nunc Ecclesiam Dei ædificent ^c. Scripsit enim Homiliarum librum unum de mundi principio, et de diversis aliis conditionibus libros sex, versu compaginatos; Epistolarum libros novem, inter quas supradictæ continentur epistolæ. Refert enim in quadam homilia, quam de Rogationibus scripsit, has ipsas Rogationes, quas ante Ascensionis dominicæ triumphum celebramus, a Mamerto ipsius Viennensis ⁹⁰ urbis episcopo ^d, cui et hic eo tempore præerat, institutas fuisse, dum urbs illa multis terreretur prodigiis. Nam terræ motu frequenter quatiebatur : sed et cervorum atque luporum

^a Bellov., in salutem.

^b Nonnulli, *Eutices*, aut *Euticis*; plerique *Euthicus*. Bell. et Bec., tam illam, quam *Eutiches* quumque *Sabellius*. Legendum forte *Nestorius*, pro *Sabellius*. Nulla tamen in epistola 2 ad Gundebadum, quæ tota est de hac re, Nestorii fit mentio, licet ibi ejus errores, quos etiam quandoque Eutycheti tribuit, fuisse relectat; vide et epist. 5 et 28. Certe perseveravit in Gallicanæ Ecclesiæ Patribus illud fidei orthodoxæ studium, qui in concilio Aurelianensi v, anno 549, canone 4, Eutychetis et Nestorii prava dogmata cum execrationibus damnarunt et anathematizaverunt.

^c Præter epistolas 88, aliquot S. Aviti opuscula edidit V. Cl. Jac. Sirmondus, et inter illa homilia de Rogationibus hic laudatam, quam etiam in veter. ms. reperimus. Ejusdem vita habetur tom. I Bibliot. novæ Labbei. Illius vero festum celebratur die 5 Februarii, ad quem diem plura de eo habent Bollandiani.

^d Idem testatur Sidonius lib. v, epist. 14, et lib. vii, epist. 4; Casarius Arelat., homilia 55, et alii passim auctores, qui subseruti sunt. Vide et concil. Aurelian. 1, can. 27, etc. Quoties autem et quo ritu fierent, vel quid his diebus in ecclesia legeretur, exponit Mabillonius noster libro ii de Liturgia Gallicana, pag. 152, in notis ad num. 55 et seqq. duos Lectionarii Gallicani, qui toti sunt de Rogationibus. Mamerti festum colitur die 11 Maii. Vide infra lib. de Mirac. sancti Juliani, cap. 2.

B profluentium lacrymarum. Cunque hæc agerentur, appropinquante Ascensione, ut jam diximus, majestatis dominicæ, indixit populis jejunium, instituit orandi modum, edendi seriem ^e, erogandi hilarem dispensationem. Cessantibus quoque exinde terroribus, per cunctas provincias dispersa facti fama, cunctos sacerdotes imitari commonuit, quod sacerdos fecit ex fide : quæ usque nunc in Christi nomine per omnes Ecclesias in compunctione cordis et contritione spiritus celebratur.

XXXV. Igitur Alaricus rex Gothorum, cum videret Chlodovechum regem gentes a-sidue debellare, legatos ad eum dirigit, dicens : Si frater ^f meus velit, insederat animo ut nos Deo propitio pariter videremus. **91** Quod Chlodovechus non respiciens, ad eum venit. Coniunctique in insula Ligeris, quæ erât juxta vicum Ambaciensem ^g territorii urbis Turonicæ, simul locuti, comedentes pariter ac bibentes, promissa sibi amicitia pacifici discesserunt.

XXXVI. Multi jam tunc ex Galliis habere Francos dominos summo desiderio cupiebant. Unde ^h factum

^e Freherus legendum putat *legendi seriem*. Hic Gregorius notat tres religiosi jejunii conditiones, quibus fiat utile. Rogationes appellat ipse Avitus *festivitatem operosissimam*.

^f Vetus est, sacris Scripturis, et vetustis auctoribus approbata, quæ etiam nunc perseverat, et consuetudo, ut reges sese mutuo fratres dicant : quod jam viri eroditi non semel observarunt. Cujus rei exempla proferunt viri clariss. Stephanus Baluzius, et Gisb. Cuperus in notis ad cap. 8 Lactantii de Mortibus persec., et Mabillonius lib. ii de Re diplomat., cap. 2, num. 15. Ego vero, ut de nostra solummodo gente loquar, laudabo ex lib. i Marculfi formulam novam, quæ est *Indiculus ad alium regem cum legatio dirigitur*; sic autem inscribitur : *Domino glorioso, atque præcellentissimo fratri, illi regi, in Dei nomine ille rex*.

^g Chesn., *Ambaciensem*. Oppidum istud etiam nunc celebre est, vulgo *Amboise*, dictum, ad confluentes Ligeris et Amatisæ, l'Amasse, situm. De hoc oppido sic loquitur Severus Sulpic. dial. 5 : *In vico Ambatiensi, id est castello illo veteri, quod nunc frequens habitatur a fratribus*, etc. Hæc ipsa creditur esse insula, qua: hodieque prope Ambaciam visitur arboribus consita, vulgo insula Sancti Joannis dicta.

^h Unde et quæ sequuntur ad caput sequens desunt in Corb. et Bell. Quintianum non nisi post Chlodovei obitum e sua sede pulsum fuisse contendit Valesius lib. vi rerum Francic., quem, si lubet, consule.

est, ut Quintianus Ruthenorum episcopus per hoc A odium ab urbe depelleretur. Dicebant enim ei : Quia desiderium tuum est, ut Francorum dominatio possideat terram hanc. Post dies autem paucos, orto inter eum et cives scandalo, Gothios qui in hac urbe morabantur, suspicio attingit, exprobrantibus civibus, quod velit se Francorum ditionibus subjugare; consilioque accepto, cogitaverunt eum perfodere gladio. Quod cum viro Dei nuntiatum fuisset, de nocte consurgens eum fidelissimis ministris suis, ab urbe Ruthena egrediens, Arvernos advenit. Ibi a sancto Eufrasio episcopo, qui quondam Aprunculo Divionensi successerat, benigne susceptus est, largitisque ei tam domibus quam agris et vineis, secum retinuit, dicens : Sufficit hujus facultas Ecclesiæ ut utrumque sustineat : tantum charitas quam beatus B Apostolus prædicat, permaneat inter sacerdotes Dei. Sed et Lugdunensis episcopus largitus est ei aliqua possessionis ecclesiæ suæ, quam in Arverno habebat. Reliqua vero de sancto Quintiano, tam insidiæ quas pertulit, quam illa quæ per eum Dominus operari dignatus est, scripta sunt in libro Vitæ ejus ^a.

XXXVII. Igitur Chlodovechus ⁹² rex ait suis : Valde moleste fero, quod hi Ariani partem teneant Galliarum. Eamus ^b cum Dei adjutorio, et superatis redigamus terram in ditionem nostram. Cumque placuisset omnibus hic sermo, commoto exercitu Pictavis dirigit : ibi enim tunc Alaricus commorabatur. Sed quoniam pars hostium per territorium Turonicum transibat, pro reverentia beati Martini dedit edictum, ut nullus de regione illa aliud quam herbarum alimenta aquamque præsumeret. Quidam autem de exercitu, invento ejusdam pauperis feno, ait : Nonne rex herbam tantum præsumi mandavit, et nihil aliud? Et hoc, inquit, herba est. Non enim erimus transgressores præcepti ejus, si eam præsumimus. Cumque viam faciens pauperi, fenem virtute tulisset ^c, factum pervenit ad regem. Quo dicto citius gladio perempto, ait : Et nbi erit spes victoriæ, si beatus Martinus offenditur ^d? Satisque fuit exercitui nihil ulterius ab hac regione præsumere. Ipse vero rex direxit nuntios ad beati basilicam, dicens : Ite, et forsitan aliquod victoriæ auspiciam ab æde sancta suscipietis. Tunc datis muneribus, quæ loco sancto exhiberent, ait : Si tu, Domine, adjutor mihi es, et gentem hanc incredulam, semperque æmulam

tibi, meis manibus tradere decrevisti, in ingressu basilicæ sancti Martini dignare propitius revelare, ut cognoscam, quia propitius dignaberis esse famulo tuo. Maturantibus autem pueris, et ad locum accedentibus juxta imperium regis, dum sanctam ingrederentur basilicam, hanc antiphonam ex improvviso primicerius qui erat, imposuit ^e : *Præcinxisti me, 93 Domine, virtute ad bellum : supplantasti insurgentes in me subtus me, et inimicorum meorum dedisti mihi dorsum, et odientes me disperdidisti* (Psal. xvii, 40, 41). Quod psallentium ^f audientes, et Domino gratias agentes, et vota beato confessori promittentes, læti nuntiaverunt regi. Porro ille cum ad fluvium Vingeunam ^g cum exercitu advenisset, in quo loco eum transire deberet penitus ignorabat : intumuerat enim ab inundatione pluviarum. Cumque illa nocte Dominum deprecatus fuisset, ut ei vadum quo transire possit dignaretur ostendere, mane lacto cervæ miræ magnitudinis ante eos nutu Dei flumen ingreditur, illaque vadante, populus quo transire possit, agnovit. Veniente autem rege apud Pictavis, dum enitius in tentoriis commoraretur, pharus ignea de basilica sancti Hilarii egressa, visa est ei tanquam super se advenire, scilicet ut lumine beati confessoris adjunctus Hilarii, liberius hæreticas acies, contra quas sæpe idem sacerdos pro fide conflixerat, debellaret ^h. Contestans est autem omni exercitui, ut nec ibi quidem aut in via aliquem ⁱ exspoliarent, aut res cujusquam diriperent.

Erat autem in his diebus vir laudabilis sanctitatis C Maxentius abbas, reclusus in monasterio suo ot Dei timorem infra terminum Pictavensem. Cujus monasterii nomen lectioni non iudidimus, quia locus ille usque hodie Cellula sancti Maxentii vocatur. Cujus monachi eum hostium cunctum unum ad monasterium cernerent propinquare, abbatem exorant, ut de cellula sua egrederetur ad exorandum eos ^j. Illoquo demorante, hi timore percussi, eum aperto ostio producunt de cellula ⁹⁴ sua. At ille in occursum hostium, quasi pacem rogaturus, pergunt intrepidus. Unus autem ex his evaginato gladio, ut caput ejus libraret, manus ad aurem erecta dirigit, gladiusque retrorsum ruit. At ipse ad pedes beati viri veniam deprecans sternitur. Quod videntes reliqui, cum timore maximo ad exercitum redierunt, timentes ne et ipsi pariter interirent. Hujus vero brachium beatus con-

arehidiaconos, *Primicerium scholæ clarissimæ militiæque lectorum*. Vide Glossarium Caugii, et Thomassinum lib. ii, partis 1 Disceplinae eccles. Latine editæ, pag. 193. Cæterum mos ille per Scripturæ sacræ lectiones res futuras explorandi, solemniter erat illis temporibus, uti ex aliis Gregorii locis compluribus patet. Sic etiam actum fuerat in electione sancti Martini apud Severum Sulpicium, in ejus Vita cap. 7. Vide et vitam S. Consortiæ, num. 9 Sæc. i Bened. ad ann. 578.

^f Regia., voces psallentium. Ed., *satellites audientes*.

^g De hoc ad cap. 43 libri i.

^h Vide Fortunat. lib. ii Vitæ S. Hilarii, num. 7.

ⁱ Ed. aliquot et Bec., *aliquid spoliarent*.

^j Sic Bec.; cæteri miss. et aliquot ed., *ad consolandum eos*; cæter. ed. *consulendum eis*.

^a Is est caput 4 de Vitis Patrum.

^b Bellum istud levibus de causis exortum testatur Theodorici Ostrogothorum rex, qui nullum non movit lapidem, ut ipsum, datis ad Chlodevenum aliosque reges litteris, missisque legationibus, impederet. Vide apud Cassiodor. lib. iii, epist. 2, 5 et 4.

^c Sic mss. vetustiores; alii cum editis, *vi abstulisset*.

^d Corb., *si beato Martino offendimus*, familiari apud Gregorium casum mutatione.

^e Sic vetustiores mss.; cæteri *inæpuit*. Porro in Ecclesia Romana primicerius caput erat inferioris chori, quod et in Ecclesia Gallicana fuisse in usu tempore Chlodovei colligi potest ex epistola sancti Remigii ad Falconem Turonensem episcopum, ubi conqueritur vir sanctissimus a Falcone institutos fuisse in Mosomagensi Ecclesia levitas, presbyteros,

fessor cum o'eo benedicto contrectans, imposito si-
gno crucis restituit sanum : ejusque obtentu monas-
terium permansit illaesum. Multasque et alias virtutes
operatus est, quas si quis diligenter inquireret, librum
Vitæ ^a illius legens, cuncta reperiet ^b. Interea Chlo-
dovechus rex cum Alarico rege Gothorum in campo
Vogladense ^c, decimo ab urbe Pictava milliario con-
venit : et confligentibus his ^d eminus, resistunt ^d co-
minus illi. Cumque secundum consuetudinem Gotthi
terga vertissent, ipse rex Chlodovechus victoriam,
Domine adjuvante, obtinuit. Habebat autem in ad-
jutorium suum filium Sigiberti Claudi, nomine Chlo-
dericum. Ille Sigibertus ^e pugnans contra Alaman-
nos apud Tulbiacense oppidum percussus in geniculo
claudicabat. Porro rex, cum fugatis Gotthis Alari-
cum regem interfecisset, duo ex adverso subito ad-
venientes, cum contis utraque ei latera feriunt. Sed
auxilio tam lorice, quam velocis equi, ne periret
exemptus est. Maximus ibi tunc Arvernorum popu-
lus, qui cum Apollinare ^f venerat, et primi [*Fortè*
plurimi] qui erant ex senatoribus corruerunt. De hac
pugna Amalaricus filius Alarici in Hispaniam fugit,
regnumque patris sagaciter occupavit ^g. Chlodove-

^a Vitam sancti Maxentii e 2 codd. mss. editam
habes tom. I Actor. SS. Ordinis Benedictini, pag.
578, quam consulte. Exstat etiam nunc monasterium
istud cum oppido cognomini, Ordini nostro sub nos-
tra S. Mauri Congregatione subjectum, a Calvinianis
dirutum, restauratumque paucis ab hinc annis : ubi
abbas fuit S. Leodegarius martyr et episcopus
Æduensis, qui et ibi post mortem diu jacuit.

^b Ille in Corb. et Bellov. interseruntur hæc verba,
Anno quinto decimo Chlodovechi, et quidem prima
manu ; constare tamen videtur pugnam hanc anno
26 Chlodovei, id est vulgaris æræ 507, commissam
fuisse. Vide supra notas ad cap. 50.

^c Aliquot mss. et editi, *Vocladense*. Vulgo dicitur
Vouillé, quod oppidum est ad Cleunum fluvium, tri-
bus leucis ab urbe Pictaviensi dissitum. Colb. habet
Dubiacense.

^d Alii mss., *consistunt*. Regm., *hii eminus*.

^e Sigibertus Colonia Agrippina sedem habebat, a
qua Tolbiacum, hodie *Zulich*, seu *Zulg*, quatuor cer-
titer leucis distat, ubi celebre prælium inter Alaman-
nos et Chlodoveum, quod Francorum conver-
sioni occasionem præbuit, commissum est. Existimat
tamen Henschenius bellum istud prope Argentora-
tum confectum fuisse, quod exinde Chlodoveus Rhe-
mos accedens, Tullo transierit. Sed Chlodoveus de-
victis Alamannis eos est prosecutus, ita ut jam Rhe-
mos properanti Tullo transire debuerit. V. Vales.
lib. vi *Rer. Franc.*

^f Ille erat sancti Apollinaris Sidonii filius, ante
episcopatum ex matrimonio legitimo procreatus, de
quo Gregorius in libro iii. cap. 2, et lib. i de Gloria
Mart., cap. 45, etc.

^g Occiso Alarico Gezalicus ejus filius regni paterni
partem occupavit, Theodericus vero M. Ostrogotho-
rum rex alteram rexit, post cujus mortem Amalari-
cus, aliis *Amalricus*, seu *Almaricus*, ex Theudichusa,
seu Theodogothia ejusdem Theoderici filia, Alarici
filii regnare cœpit. Auctor Anonymus Historiæ Cæ-
sareæ a Constantio thoro ad Theodericum Italiæ
regem, hæc habet de eodem Theoderico : *Postea ac-
cepit uxorem de Francis, nomine Augostadam. Nam
uxorem habuit ante regnum, de qua suscepit filias :
unam dedit, nomine Arevagni, Alarico regi Wisigotha-
rum in Gallia, et aliam filiam suam Theodegotham Si-
gismundo filio Gundebadi regis. Econtra Jornandes,*

chus **95** vero filium suum Theudericum ^h per Albi-
gensis ac Ruthenam civitatem ad Arvernis dirigit.
Qui abiens urbes illas, a finibus Gathorum usque
Burgundionum terminum, patris sui ditionibus subi-
jugavit. Regnavit autem Alaricus viginti duos annos.
Chlodovechus vero apud Burdegalensem urbem hyc-
nem agens, cunctos thesauros Alarici a Tolosa au-
ferens, Ecolismam ⁱ venit. Cui Dominus tantam
gratiam tribuit, ut in ejus contemplatione muri
sponte corruerent. Tunc exclusis Gotthis urbem suo
dominio subjugavit. Patrata posthæc victoria, Turo-
nis regressus est ^j, multa sanctæ basilicæ beati Mar-
tini munera offerens.

XXXVIII. Igitur Chlodovechus ab Anastasio im-
peratore codicillos de consulatu accepit, et in basi ica
beati Martini tunica blatea ^k indutus est et chlamyde,
imponens vertici diadema. Tunc ascenso equite ^l
aurum argentumque in itinere illo, quod inter por-
tam atrii basilicæ beati Martini et ecclesiam civitatis
est, præsentibus populis manu propria spargens, vo-
luntate benignissima erogavit, et ab ea die tanquam
consul aut ^m Augustus est vocitatus. Egressus autem

cap. 18, et Historia Miscella : *Antequam de Audestoda
(Lodov. Francorum regis filia) so' oleum haberet, natu-
rales ex concubina, quas genuisset adhuc in Maesia,
filias habuit, unam nomine Theudicodo, et aliam Os-
trogotho, quas mox ut in Italiam venit, regibus vicinis
in conjugio copulavit, id est unam Alarico Vesegotha-
rum, et aliam Sigismundo Burgundionum. Et Proco-
pius, libro i Belli Gothici, Theodericus Alarico filiam
suam virginem despoudit Theudichusau. Anonymus
paulo post locum laudatum Amalabergam Hermene-
fridi Thoringorum regis uxorem, ejusdem Theoderici
germanam appellat : tamen ex Procopio, Historia
Miscella, immo et ipso Cassiodoro, lib. iv, epist. 1,
Amalaberga fuit Theoderici ex Amalabrida sorore
neptis.*

^h Sic scribitur in vetustioribus codd ; alii habent
Theodericus, seu *Theodoricus*.

ⁱ Alii scribunt *Ecolismam*, *Ecolisinam*, seu *Engo-
lismam*. Urbs est episcopalis, vulgo *Angoulême*, satis
nota.

^j Regm., *est ingressus*. Cæterum Chlodoveus cum
bellum istud pararet, a sancto Remigio admonitus, a
rebus sacris inviolabiliter abstinendum omnibus man-
davit, quæ res ei conciliavit a Deo adversus hostes
victoriam. S. Remigii epistola, et ea quam peracto
bello ipse Chlodoveus ad episcopos de hac re scripsit,
etiam nunc supersunt, quas in Appendice referemus,
simul cum charta de conditione monasterii M. ca-
censis, quam idem rex in nomine sanctæ æqualis et
consubstantialis Trinitatis se concessisse testatur.

^k Bee. et Mor. s., *tunica, baltheo*. Retinenda nostra
lectio. Tunicæ enim blateæ nomine vestis purpurea
indicatur, quæ maxime consulem et Augustum dece-
bat. Blata seu blatta purpuram significari patet ex
vetustis glossariis antiquisque auctoribus, quos vide-
sis apud Savaronem in notis ad lib. ix, epist. 45, Si-
donii, et alibi passim, Brouverum in Fortunati lib. ii,
cap. 5, Higonem Menardum in sacramentarium S.
Gregorii, etc. Hinc senatus *blattifer* dicitur Sidonio.

^l Sic Corb., Bell. et alii scripti vetustiores, qui hic
et alias fere semper equos hominibus ferendis desti-
natos equites appellant. Editi et aliquot scripti, *equo*.

^m Editi, *consul et Augustus*. Contendit Coitius ad
annum 508 Gregorium his verbis voluisse Chlo-
doveum in consortium imperatoris dignitatis ab Ana-
stasio fuisse admissum, cum a Justiniani tempore

a Turonis Parisios venit : ibique cathedram regni constituit. Ibi et Theudericus ad eum venit.

XXXIX. Denique a migrante Eustochio Turonorum episcopo, octavus post sanctum Martinum Licinius Turonicis episcopus ordinatur. Hujus tempore bellum superius 96 scriptum gestum est. Et hujus tempore Chlodovechus rex Turonis venit. Ille fertur in Oriente fuisse, ac loca visitasse sanctorum, ipsamque adiisse Hierosolymani, et loca passionis ac resurrectionis dominicæ, quæ in Evangeliiis legimus, sæpe vidisse.

XL. Cum autem Chlodovechus rex apud Parisios moraretur, misit clam ad filium Sigiberti, dicens : Ecce pater tuus senit, et pede debili claudicat. Si ille, inquit, moreretur, recte tibi cum amicitia nostra regnum illius redderetur. Qua ille cupiditate seductus, patrem molitur occidere. Cumque ille egressus de Colonia civitate, transacto Rheno, per Buconiam b silvam ambulare diserneret, meridie in tentorio suo obdormiens, immisisis super eum filius percussoribus, eum ibidem interfecit, tanquam regnum illius possessurus. Sed iudicio Dei in foveam, quam patri hostiliter fodit, incidit. Misit igitur nuntios ad Chlodovechum regem, de patris obitu nuntiantes, atque dicentes : Pater meus mortuus est, et ego thesauros cum regno ejus penes me habeo. Dirige tuos ad me, et ea quæ tibi de thesauris illius placeant, bona voluntate transmittam. Et ille : Gratias, inquit, tuæ voluntati ago, et rogo ut venientibus nostris patefacias, cuncta ipse deinceps possessurus. Quibus venientibus iste patris thesauros pandit. Qui dum diversa respicerent, ait : In hanc arcellulam solitus erat pater meus numismata auri congerere. Immitte, inquit illi, manum tuam usque ad fundum, ut cuncta reperias. 97 Quod cum fecisset, et esset valde declinatus, unus elevata manu bipennem cerebro ejus illisit : et sic quæ in patrem egerat indignans incurrit. Quod audiens Chlodovechus, quod scilicet interfectus esset Sigibertus et filius ejus, in eundem locum adveniens, convocat omnem populum illum, dicens : Audite quid contigerit. Dum ego, inquit, per Scaldem fluvium navigarem, Chlodericus, filius parentis

idem fuerit esse consulem ac imperatorem, et, testante Theophane in historia Miscella, cap. 15, Zatus Lazorum rex, imperatorii nominis consortio a Justino imperatore obicento, coronam postea et chlamydem imperatoriam gestaverit. Valesius autem libro vi Rerum Franc., consultis nomine hic intelligi putat patriciatus dignitatem, quæ postea ad Carolum Magnum delata fuit. Favet huic sententiæ titulus capituli in indice etiam vetustissimorum codicum, qui sic habet, *De patriciatu Chlodovei*. Porro ad nostræ sancti Germani a Pratis basilicæ januam majorem supersunt etiam nunc veteres aliquot regni primæ stirpis statuæ, quæ sub Chlodovei nepotibus sculptæ fuerunt, inter quas exstat una Chlodoveum representans vestimentis consularibus redimitum, cum baculo hypatico, quem manu gestat.

a Hæc caput deest in Bellov. et Corb. In Colb. autem habetur alia manu, quamvis antiqua, in margine descriptum. Regm. sic habet, *Denique... octavo post S. Martinum loco Theodorus*, etc. Hic tamen aliis in locis dicitur, ut in cæteris codd. *Licinius*.

A mei, patrem suum insequatur, verbo ferens, quod ego eum interficere velim. Cumque ille per Buconiam silvam fugeret, immisisis super eum latronibus, morti tradidit et occidit. Ipse quoque dum thesauros ejus aperit, a nescio quo percussus interiit. Sed in his ego nequaquam conscius sum. Nec enim possum sanguinem parentum meorum effundere : quod fieri nefas est. Sed quia hæc evenerunt, consilium vobis præleo, si videtur acceptum, convertimini ad me, ut sub mea sitis defensione. At illi ista audientes, plaudentes tam parvis e quam vocibus, cum clypeo evectum super se regem constituunt. Regnumque Sigiberti acceptum cum thesauris, ipsos quoque suæ ditioni ascivit. Prosternebat enim quotidie Deus hostes ejus sub manu ipsius, et augebat regnum ejus, eo quod

B ambularet recto corde coram eo, et faceret quæ placita erant in oculis ejus.

XLl. Posthæc ad Chararicum regem d dirigit. Quando autem eum Siagrio pugnavit, hic Chararicus evocatus ad solatium [*Al. auxilium*] Chlodovechi eminus stetit, neutram adjuvans partem, sed eventum rei exspectans, ut cui eveniret victoria, cum illo et hic amicitiam colligaret. Ob hanc causam contra eum indignans Chlodovechus abiit, quem circumventum dolis cepit cum filio, victosque totondit, et Chararicum quidem presbyterum, filium vero ejus diaconem ordinari jubet. Cumque 98 Chararicus de humilitate sua conquereretur et fleret, filius ejus dixisse fertur : In viridi, inquit, ligno hæc frondes succisæ sunt, nec omnino arescunt, sed velociter emergunt ut crescere queant : utinam tam velociter qui hæc fecit, intereat. Quod verbum sonuit in aures Chlodovechi, quod scilicet minarentur sibi cæsariem ad crescendum laxare, ipsumque interficere. At ille iussit eos pariter capite plecti. Quibus mortuis, regnum eorum cum thesauris et populo acquisivit.

XLII. Erat autem tunc Ragnacharius e rex apud Camaracum, tam effrenis in luxuria, ut vix vel propinquus quidem parentibus indulgeret. Is habebat Farronem f consiliarium, simili spurcitia lutulentum : de quo fertur, cum aliquid aut cibi, aut muneris, vel enjuslibet rei regi allatum fuisset, dicere solitum :

b Alii et infra, *Burconiam*. Buconia silva celeberrima postmodum fuit ob monasterium Fuldense, quod ibi ad Fuldam amnem condidit S. Bonifacius Germaniæ apostolus, archiepiscopus Moguntinus et martyr sæculo octavo. Erat etiam Buronia silva laud præcæla Colonia Agrippina, quæ propior Scaldi fluvio erat quam Buconia.

c Editi plerique cum *Bec.*, *palmis*, Gallos armis concrepare consuevisse cum ducis sui orationem approbarent, observat Valesius ex lib. vii Comment. Julii Cæsaris de bello Gallico. Idem habet Tacitus de Germanis, et Ammianus Marcellinus de Romanis.

d In omnibus ferme mss. deest hæc vox, *regem*. Hic tamen infra regnum habuisse dicitur. Matbranicus lib. ii, cap. 38, Chararicum Morinorum regem laudat.

e *Beli.*, *Ragnarius*. Regm., *Ranacharius*. Colb., *Ragenharius*. Reg., *Regnacharius*.

f Alii cum Corb., *Faronem*; nonnulli, *Pharronem*. De Farronibus vide infra notas in cap. 41 Chronici Fredegarii.

Hoc sibi suoque Farroni sufficere. Pro qua re Franci maxima indignatione tangebant. Unde factum est, ut datis aureis sibi ^a armillis, vel ^b baltheis, Chlodovechus, sed to um assimilatum auro (erat enim æreum deauratum sub dolo factum), hæc dedit lendibus ^c ejus, ut super eum invitaretur. Porro cum exercitum contra eum commovisset, et ille speculatores plerumque ad cognoscendum transmitteret, reversis nuntiis interrogat, quam valida hæc manus foret. Qui responderunt: Tibi tuoque Farroni maximum est supplementum. Veniens autem Chlodovechus, bellum contra eum instruit. At ille devictum eueniens exercitum suum, fuga labi parat: sed ab exercitu comprehensus, ac ligatis post tergum manibus, in conspectu Chlodovechi una enim Richario ^d fratre suo perducitur. Cui ille: Cur, inquit, humiliasti genus nostrum, ut te vinciri permitteres? Melius enim tibi fuerat mori. Et elevatam securim capiti ejus defixit. Conversusque ad ⁹⁹ fratrem ejus, ait: Si tu solatium [*Al. auxilium*] fratri tribuisses, alligatus utique non fuisset. Similiter et hunc securi percussus interfecit. Post quorum mortem, cognoscunt proditores eorum, aurum quod a rege acceperant esse adulterum. Quod cum regi dixissent, ille respondisse fertur: Merito, inquit, tale aurum accepit, qui dominum suum ad mortem propria voluntate deducit. Hoc illis quod viverent debere sufficere, ne male prodicionem dominorum suorum luituri inter tormenta descenderent. Quod illi audientes, optabant gratiam adipisci: illud sibi asserentes sufficere si vivere mererentur. Fue-

ruunt autem supradicti reges, propinqui hujus: quorum frater, Riguomeris ^e nomine, apud Cenomannis civitatem, ex jussu Chlodovechi interfectus est. Quibus mortuis, omne regnum eorum et thesauros Chlodovechus accepit. Interfectisque et aliis multis regibus, vel parentibus suis primis, de quibus zelum habebat, ne ei regnum auferrent, regnum suum per totas Gallias dilatavit. Tamen congregatis suis, quadam vice ^f dixisse fertur de parentibus, **100** quos ipse perdiderat: Væ mihi, qui tanquam peregrinus inter extraneos remansi, et non habeo de parentibus, qui mihi, si venerit adversitas, possit aliquid adjuvare. Sed hoc non de morte horum condolens, sed dolo dicebat, si forte potuisset adhuc aliquem reperire, ut interficeret.

B XLIII. His ita transactis, apud Parisios obiit; sepultusque in basilica sanctorum Apostolorum ^g quam cum Chrotechilde regina ipse construxerat. Migravit autem post Voeladense bellum anno quinto. Fueruntque omnes dies regni ejus, triginta anni. *Ætas* ^h tota, quadraginta quinque anni. A transitu ergo sancti Martini, usque ad transitum Chlodovechi regis, qui fuit undecimus annus episcopatus Licinii Turonici sacerdotis, supputantur anni centum duodecim. Chrotechildis autem regina, post mortem viri sui Turonis venit: ibique ad basilicam sancti Martini deserviens, eum summa pudicitia atque benignitate in hoc loco commemorata est omnibus diebus vitæ suæ, raro Parisios visitans.

C

Explicit liber secundus.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI TERTII.

- I. De filiis Chlodovechi.
- II. De episcopatu Dimisii, Apollinaris, atque Quintiani.
- III. Quod Dani Gallias appetierunt.
- IV. De Thoringorum regibus.
- V. Quod Sigimundus filium suum interemit.
- VI. De interitu Chlodomeris.
- VII. De bello contra Thoringos, et eorum strage.
- VIII. De interitu Hermenefridi.
- IX. Quod Childebertus Arvernus abiit.
- X. De interitu Amalrici.
- XI. Quod Childebertus et Chlothacharius in Burgundias, Theudericus Arvernus abiit.
- XII. De excidio regionis Arvernæ.
- XIII. De Lovolautro et Meroliacensi castro.
- XIV. De interitu Munderici.
- XV. De captivitate Attali.
- XVI. De Sigivaldo.
- XVII. De episcopis Turonicis.
- XVIII. De interitu filiorum Chlodomeris.

^a Sic Colb. et Chesn.; alii ed. et mss., sive armillis. **D**

^b Sic Chesn. et mss. omnes, præter Regm. qui habet *legatis*. Editi plerique, *proditoribus*. Retinenda vox *Leudibus*. Lendes seu fideles suos appellabant reges nostri vassallos suos, maxime nobiliores, qui nulli præterquam principi obnoxii erant; postea barones appellati fuerunt. Vide Bignonium in formulas Marculli lib. 1, cap. 40, qui jam antea, cap. 18, eisdem *Anstrustiones* quoque fuisse nominatos observarat. Demum *Vassi* aut *Vassalli* dicti fuerunt. Vide Glossarium Cangii.

^c Ed. omnes, *inimicarentur*.

^d Cod. Regm., *Rachanario*.

^e Alii cum Bell., *Reguomeris*, et paulo infra codices aliquot, *Cinomannis*. Editi 4, *Cenomanniam*.

^f Regm. addit *fidelibus suis*.

^g Hæc modo sanctæ Genovesæ appellatur, quod ibi sepulta virgo sacratissima multis miraculis claruerit: estque abbatia celebris canonicorum Regularium ordinis S. Augustini, quos ex Victorina abbatia deductos ibi locavit Sugerinus abbas S. Dionysii.

^h Hæc verba, *ætatis tota 45 anni*, desunt in eodl. Corb. et Regm. Obiit Chlodoveus ætæ vulgaris anno 511, qui nec annus 112 post obitum sancti Martini fuit, si verum sit hunc anno 397 ad superos abisse; nec Licinii episcopi 11, cum Leo diaconus nomine Veri episcopi, qui Licinii decessor fuit, concilio Agathensi anno 306 subscripserit.

- XIX. De sancto Gregorio Lingonensi, et situ Divionensis castris.
 XX. Quod Theudebertus Wisigardem desponsavit.
 XXI. Quod Theudebertus in Provinciam abiit.
 XXII. Quod postea Deotheriam accepit.
 XXIII. De interitu Sigivaldi, et fuga Givaldi.
 XXIV. Quod Childebertus Theudebertum munerauit.
 XXV. De bonitate Theudeberti.
 XXVI. De interitu filiae Deotheriæ.
 XXVII. Quod Theudebertus Wisigardem accepit.
 XXVIII. Quod Childebertus cum Theudeberto contra Chlothacharium abiit.
 XXIX. Quod Childebertus et Chlothacharius in Hispanias abierunt.
 XXX. De regibus Hispanorum.
 XXXI. De filia Theodorici regis Italici.
 XXXII. Quod Theudebertus in Italiam abiit.
 XXXIII. De Asteriolo et Secundino.
 XXXIV. De munere Theudeberti circa Viridunenses cives.
 XXXV. De interitu Sirivaldi.
 XXXVI. De obitu Theudeberti, et de interitu Parthenii.
 XXXVII. De hyeme gravi.

LIBER TERTIUS.

Prologus.

103 Velim, si placet, parumper conferre, quæ A Christianis beatam confitentibus Trinitatem prospera successerint, et quæ hæreticis eandem scindentibus fuerint in ruinam. Omittamus autem qualiter illam Abraham veneratur ad ilicem, Jacob prædicat in benedictione, Moyses cognoscit in sente, populus sequitur in nube, eandemque pavescit in monte; vel qualiter eam Aaron portat in logio, aut David vaticinatur in psalmo, orans innovari se per Spiritum rectum, nec sibi auferri Spiritum sanctum, atque se confirmari per Spiritum principalem (*Psalm. l., 12-14*). Magnum et ego hic cerno mysterium, quod scilicet quem hæretici minorem asserunt, principalem vox prophetica nuntiavit. Sed his, ut diximus, omissis, ad nostra tempora revertamur. Arius enim, qui hujus iniquæ sectæ primus iniquusque inventor B fuit, interioribus in secessum depositis, infernalibus ignibus subditur: Hæreticus vero beatus individue Trinitatis defensor, propter **104** hanc in exilium deditus, et patriæ paradiso restauratur. Hanc Chlodovechus rex confessus, ipsos hæreticos adjutorio ejus oppressit, regnumque suum per totas Gallias dilatavit: Alariens hanc denegans; a regno et populo, atque ab ipsa, quod majus est, vita mulctatur æterna. Dominus autem se vere erudentibus, etsi insidiante inimico aliqua perdant, hic centuplicata re-

stituit: hæretici vero, nec acquirunt *, sed quod videntur habere, auferitur ab eis. Probavit hoc Godegiseli, Gundobadi, atque Godomari interitus, qui et patriam simul et animas perdidit ^b. Nos vero unum atque invisibilem, immensum, incomprehensibilem, inclytum, perennem atque perpetuum Dominum confitemur, unum in Trinitate propter personarum numerum, id est Patris et Filii et Spiritus sancti: confitemur et trinum in unitate, propter æqualitatem substantiæ, deitatis, omnipotentis, vel virtutis: qui est unus summus atque omnipotens Deus in sempiterna sæcula regnans.

105 I. Defuncto igitur Clodovecho rege, quatuor filii ejus, id est Theudericus, Chlodomeris, Childebertus, atque Chlothacharius ^c regnum ejus accipiunt, et inter se æqua lance dividunt. Habebat jam tunc Theudericus filium, nomine Theudebertum, elegantem atque utilem. Cumque magna virtute polerent, et eis de exercitu robur copiosum inesset, Amalaricus filius Alariei, rex Hispaniæ, sororem eorum in matrimonium postulat: quod illi elementer indulgent, et eam ipsi in regionem Hispaniæ eunt magnorum ornamentorum mole transmittunt ^d.

II. Licinio ^e autem urbis Turonicæ defuncto episcopo, Dinisus cathedram pontificalem ascendit. Apud Arvernens vero post obitum beati Aprunculi ^f, sanctus

* Corb. Bel., et Casin. habent, nec acquirunt melius.

^b Gundobadus, ut observat Valesius, diu florentissimum regnum obtinuit, ipsumque, morte naturali excedens, filio suo Sigismundo reliquit.

^c Sic veteres mss., quamvis aliquando variant; alii, *Chlotharius*, seu *Chlotarius*, quod ilem est. Cæterum filii Chlodovei non æquales habuere regni partem. Nam Theodorici portio longe major cæteris fuit. Æqua tamen dici potuit, quod cum in dilatandis regni patris limitibus patris expeditionum fuisset comes, jam sibi aliquid acquisivisse censeretur poterat.

^d De hac vide inferias cap. 10.

^e Deest hoc caput in Regio. Porro ipse Gregorius lib. x, c. 31, inter Licinium et Dinisum locat Theodorum et Proculum episcopos e Burgundia, qui e sede sua ejeti, jubente Chlotilde regina, Licinio defuncto subrogati fuerunt.

^f Corb., *Abruncoli*. Bell., *Abrunculi*. Colb., *Patrunculi*. De hoc libro II, cap. 23 et 36. Eufrasius autem subscripsit concilio i Aurelian; ac ipsius nomine concilio Agathensi interfuit Paulinus presbyter. Colitur die 14 Januarii. De sancto Quintiano sæpius agit Gregorius. Vide Vitas Patrum, cap. 4.

Eufrasius duodecimus episcopus habebatur. Ille quatuor annos post Chlodovechi obitum vixit, vicesimo quinto episcopatus sui anno transiens. Cumque populus sanctum Quintianum, qui de Rutheno ejectus fuerat, elegisset, Alchima et Placidiana^a, uxor sororque Apollinaris, ad sanctum Quintianum venientes, dicunt: Sufficiat, domine sancte, senectuti tuæ, quod es episcopus ordinatus. Permittat, inquit, pietas tua servo tuo Apollinari locum hujus honoris adipisci. Ille vero cum ad hunc apicem ascenderit, sicut tibi placitum fuerit, obsequetur: tu quoque imperabis, et ille tuæ parebit in omnibus jussioni: tantum ut humili suggestioni nostræ aures tuæ benignitatis accomodes. Quibus ille: Quid ego, inquit, præstabo, cujus potestati nihil est subditum? Sufficit enim ut orationi vacans quotidianum mihi victum præstet Ecclesia. Illæ autem hæc audientes, Apollinarem **106** ad regem dirigunt. Qui abiens, oblati multis muneribus, in episcopatu successit: quo quatuor abutens mensibus, ingravit a sæculo. Cum autem hæc Theudericum nuntiata fuissent, jussit inibi sanctum Quintianum constitui, et omnem ei potestatem tradi Ecclesiæ, dicens: Ille ob nostri amoris zelum ab urbe sua ejectus est. Et statim directi nuntii, convocatis pontificibus et populo, eum in cathedram Arvernæ Ecclesiæ locaverunt, qui quartus decimus illi Ecclesiæ præpositus est. Reliqua vero quæ gessit, tam virtutes quam tempus migrationis ejus, scripta sunt in libro quem de ejus Vita^b composuimus.

III. His ita gestis, Dani cum rege suo, nomine Chlochilaicho^c, eVectu navali per mare Gallias appetunt. Egressisque ad terras, pagum unum de regno Theudericum devastant atque captivant, oneratisque navibus tam de captivis quam de reliquis spoliis, reverti ad patriam cupiunt. Sed rex eorum in littus residebat, donec nares altum mare comprehenderent, ipse deinceps secuturus. Quod cum Theudericum nuntiatum fuisset, quod scilicet regio ejus fuerit ab extraneis devastata, Theudebertum filium suum in illas partes cum valido exercitu ac magno armorum apparatu direxit. Qui interfecto rege, hostes navali

A prælio superatos opprimit, omnemque rapiam terræ restituit.

IV. Porro tunc apud Thoringos, tres fratres regnum gentis illius retinebant: id est Badericus, Hermenefridus^d, atque Bertharius. Denique Hermenefridus Bertharium fratrem suum vi opprimens, interfecit. Is moriens Radegundem filiam orphauan dereliquit: reliquit autem et alios filios, de quibus in sequentibus scribemus. **107** Hermenefridi vero uxor iniqua atque crudelis, Amalberga^e nomine, inter hos fratres bellum civile disseminat. Nam veniens quadam die ad convivium vir ejus, mensam mediam operam reperit. Cumque uxorem quid sibi hoc velit interrogaret, respondit: Qui, inquit, a medio regno spoliatur, decet eum mensæ medium habere nudatum. Talibus et his similibus ille permotus, contra fratrem insurgit, ac per occultos nuntios Theudericum regem ad eum persequendum invitat, dicens: Si hunc interficis, regionem hanc pari sorte dividemus. Ille autem gavisus, hæc audiens, cum exercitu ad eum dirigit. Coniunctique simul fidem sibi invicem dantes, egressi sunt ad bellum. Confluentesque cum Baderico, exercitum ejus atterunt, ipsumque obtruncant gladio: et obtenta victoria, Theudericus ad propria est reversus. Protinus Hermenefridus oblitus fidei suæ, quod regi Theudericum indulgere pollicitus est, implere despexit, ortaque est inter eos grandis inimicitia.

V. Igitur mortuo Gundobado^f, regnum ejus Sigimundus filius ejus obtinuit, monasteriumque Agaunense solerti cura cum domibus basilicisque ædificavit^g: qui perditâ priori conjuge^h, filia Theodorici regis Italici, de qua filium habebat nomine Sigiricum, aliam duxit uxorem; quæ valide contra filium ejus, sicut novercarum mos est, malignari ac scandalizare cœpit. Unde factum est, ut una solemnitatum die, cum puer super eam vestimenta matris agnosceret, commotus felle diceret ad eam: Non enim eras digna, ut hæc indumenta tua terga contingerentⁱ, **108** quæ dominæ tuæ, id est matris meæ, fuisse noscuntur. At illa furore succensa, instigat verbis dolosis virum suum, dicens: Ille iniquus regnum

^a Regm., *Althima*. Corb. et Bell., *Placidiana*. De his infra cap. 12. Corb., *Apollonaris*. Ille sancti Apollinaris Sidonii filius fuit, qui Arvernorum dux fuerat in prælio Vogladensi; pater Archadii, de quo infra cap. 12, etc. Etenim S. Apollinaris Sidonius ex Papianilla Aviti imp. filia genuit Alchimam et Apollinareum; hic ex Placidina Arcadium, Arcadius vero alteram Placidinam, quæ Leontio juniori, postea episcopo Burdigalæ, nupsit. De qua Fortunatus lib. 1, carm. 14. Vide Vales. lib. vii Rerum Franc., pag. 324, et Sirmondî notas in Sidonii epist. 15, lib. iii.

^b Cap. 4 de Vitis Patrum.

^c Colb., *Hrodolaico*. Bec. cum. ed., *Chochilaico*.

^d Sic Corb. et Belloy.; alii paulo aliter *Hermenefredus*. Colb. *Ermenefredus*. Et Bertharius semel in cod. Corb. dicitur *Bertecarius*.

^e Sic vetustiores codd.; alii *Amalberga*, aut *Almaberga*. Ea erat Amalafriidæ sororis Theodorici Italiae regis filia, ex Procopio lib. 1 Histor. Gotthicae,

quam paulo inferius Theudati regis sororem appellat. ^f *Petro consule*, id est anno 516, ex Mario Aventicensi.

^g Agaunense monasterium *Florentio et Anthemio consulibus*, id est anno 515, a Sigismundo constructum fuisse refert Marius Aventicensis, quod de ejus reparatione intelligendum esse suadet Aviti homilia, quæ dicta fuit *in innovatione monasterii ipsius*. Situm est in diocesi Sedunensi ad radices montis S. Bernardi; primum sub regula privata, tum sub Benedictina diu floruit, demum ad canonicos Regulares devolutum est. De hoc diximus in Admonitione ad passionem SS. Mauricii et Sociorum, in Actis martyrum, pag. 288. Ille vulgo *martyres Agaunenses* appellantur; de quibus Gregorius lib. 1 de Gloria Mart., cap. 75 et 76.

^h Nominem *Ostrogotha*. Titulus homiliae S. Aviti ex perditis est *in conversione domini Sigisrici, postriedie quam soror ipsius ex Ariana hæresi est recepta*.

ⁱ Bochel., *contegerent*.

tuum possidere desiderat, teque interfecto, id usque Italiam dilatare disponit, scilicet ut regnum quod avus ejus Theodoricus Italiae tenuit, et iste possideat. Scit enim quod te vivente haec non potest adimplere; et nisi tu cadas, ille non surget. His et inijuscemodi ille incitatus verbis, uxoris iniquae consilio utens, iniquus exstitit parricida. Nam sopitum vino dormire post meridiem filium jubet: cui dormienti, orarium ^a sub collo positum, ac sub mento ligatum, trahentibus ad se invicem duobus pueris, suggillatus est ^b. Quo facto pater sero jam poenitens, super cadaver exanime rucens, flere coepit amarissime. Ad quem senex quidam sic dixisse fertur: Te, inquit, plange amodo, qui per consilium nequam factus es parricida saevissimus; nam hunc qui innocens jugulatus est, necessarium non est plangi. Nihilominus ille ad sanetos Agaunenses abiens, per multos dies in fletu et jejuniis durans, veniam precabatur. Psallentium ^c ibi assiduum instituens, Lugdano regressus est, ultione divina de vestigio eum prosequente. Hujus filiam ^d rex Theodericus accepit.

VI. Chrotechildis vero regina Chlodomerem, vel ^e reliquos filios suos alloquitur, dicens: Non me poeniteat, charissimi, vos dulciter enutrisse: indignamini, quaeso, injuriam meam, et patris matrisque meae mortem sagaci studio vindicate. Haec illi audientes, Burgundias petunt, et contra **109** Sigimundum et fratrem ejus Godomarum dirigunt: de-

A victoque exercitu eorum, Godomarus terga vertit. Sigimundus vero dum ad sanetos Agaunos ^f fugerentur, a Chlodomere captus cum uxore et filiis captivus abducitur, atque infra terminum Aurelianensis urbis in custodia positus, detinetur. Discedentibusque his regibus, Godomarus resumptis viribus, Burgundiones colligit, regnumque recipit. Contra quem Chlodomeris iterum ire disponens, Sigimundum interficere destinavit: cui a beato Avito abbate Miciacense ^g, magno tunc temporis sacerdote, dictum est: Si, inquit, respiciens Deum, emendaveris consilium tuum, ut hos homines interfici non patiaris, erit Deus tecum, et abiens victoriam obtinebis; si vero eos occideris, tu ipse in manus inimicorum traditus, simili sorte peribis: fietque tibi uxori et filis tuis, quod feceris Sigimundo et conjugii ac liberis ejus. Sed ille auscultare despiciens consilium ejus, ait: Stultum enim consilium esse puto, ut inimicis domi relictis, contra reliquos eam; eisque a tergo, hoc a fronte surgente, inter duos hostium cuneos ruam. Satis enim et facilius victoria patrabitur, si unus ab alio separetur: quo interfecto, facile et alius morti poterit destinari. Statimque interfecto Sigimundo cum uxore et filiis, apud Columnam ^h Aurelianensis urbis vicum, in puteum jactari praecipiens, Burgundias petiit, vocans in solatium ⁱ Theodericum **110** regem. Ille autem injuriam socii sui vindicare nolens ^j, ire promisit. Cumque pariter apud Virontiam ^k locum urbis Viennensis conjuncti

^a Editi, *lorum*, sed retinenda vox *orarium*, quae licet varias sortiatur significationes, proprie tamen pro linteo quodam oblongo, in fasciae modum efformato, etiam sumitur. Vide Cangii Glossarium, aut card. Bona de rebus Liturg. lib. 1, cap. 24.

^b Et hic editi, *suffocatus est*; quod vocabulum, etsi forte magis aptum rei significandae, rarius tamen occurrit in sequioris aevi auctoribus. Occisus est ex Marii Chronico, *Simmacho et Boetio coss.* id est anno 522.

^c Reg. et Regm., *Psallentium ibi chorum assiduum*, quod etiam in Coll. secunda manu additum legitur. Melior tamen est aliorum mss.; et editi lectio. Hoc autem loco jugem diu noctuque psalmodiam in Agaunensi Ecclesia institutam designari pluribus adversus Coctium probat noster Mabillonius in praefat. secunda ad Saec. iv Benedictinum.

^d Haec fuit Suavegotta, de qua Frodoardus lib. 11 Histor. Rhemensis. Vide infra notas ad caput 26 lib. iv.

^e Sic Corb. et Bel.; alii *et*, quod perinde est. Idem codd. habent, *indignate pro indignamini*.

^f Sic omnes mss.; Chesn., *sanctos Agaunenses*; ceteri ed., *saltus Agaunos*. Refert Marius, *Maximo consule*, id est anno 525, Sigimundum per Burgundiones Francis traditum fuisse, ac in habitu monachali in Franciam perductum; anno autem sequenti Godomarum fratrem ipsi successisse, ac Chlodomerem fuisse interfectum. Confer vitam S. Sigismundi tomo I Martii Bollandiani.

^g Ed. mendose, *Nutiacense*; mss. locum non exprimit, sed habent, *Avito*, aliquot, *Adjuto, abbate magno*. Anonymus qui gesta regum Franc. scripsit sub Theoderico haec habet, cap. 20: *Beatus autem Avitus, qui erat tunc vir sanctus, abbas in Aurelianensi civitate, deprecabatur Chlodomerem, ut non occideret eos*, etc. Est autem Miciacum abbatia celebris ordinis nostri, vulgo *Mici*, quae etiam a suo conditore, decessore

C scilicet Aviti, sancto Maximino, dicitur *Saint-Mesmin*, duabus circiter leucis ab Aurelianensi urbe dissita, quam hodie Fulvienses occupant. S. Aviti festum celebratur die 17 Junii, quo ejus Vita apud Surinm habetur.

^h Cas. et Regm. cum Bad., *Colonia*. Illic Columellam, vulgo *Coloumelle*, aut certe vicum ei vicinum, vulgo *Coulmiers* dictum, designari putant. Utrique vico, uti observat Valesius in Notitia, vicinus est locus in veteribus chartis dictus *Puteus sancti Sigismundi*, vernaculo idiomate, *Saint-Sigismund*, aut contrahendo *Saint-Simond*. Sigismundus nempe non solum inter confessores colitur, sed etiam inter martyres locum obtinuit, pro illorum temporum more, quibus innocui, quacumque de causa interfecti, martyres appellabantur. Diem ejus festum etiam vetustiora Martyrologia kalendis Maii celebrant; ad quam diem ejus Vita a Belandianis edita est. In eam filii ipsius, simul cum illo interfecti apud *Belsa*, Giscladius et Gundebaudus appellati sunt; quorum corpora triennio post eorum necem Venerandus Agauni abbas, annuente Theodeberto rege, levati ad monasterium summi transferri curavit. Vide lib. 1 de Gloria Mart., cap. 75. Sigismundi necem, *Maximo consule*, id est anno 525, contigisse scribit Marius in Chronico.

ⁱ Editi, *suppetias*, et sic passim.

^j Sic Bel.; ceteri, *volens*, sed mendose. Nam Theodoricus Chlodomeri suppetias pollicens, volebat vindicare socii sui mortem. Sigismundi quippe filiam duxerat uxorem. Fredeganus tamen epitom. cap. 56 legisse videtur *volens*, eam ait Chlodomerem a Theoderico fuisse deceptum, quasi ille copias quidem miserit, sed quae inter praehandum sese Burgundionibus adjunxerint.

^k Sic Corb. et Bell., quem locum Labbeus *Voiron* in Destinatum interpretatur. Bee., *Visorontum*; ceteri autem mss. et editi habent *Visorontiam*, quem Valesius in Notitia et Coctius putant esse *Veseronce*.

fulsset, cum Godomaro configant. Cumque Godomarus cum exercitu terga vertisset, et Chlodomeris insequeretur, ac de suis non modico spatio elongatus esset, assimilantes illi signum ejus, dant ad eum voces, dicentes: Iluc huc convertere, tui enim sumus. At ille credens, abiit, irruitque in medium inimicorum suorum, ejus amputatum caput, et conto defixum, elevavit in sublime; quod Franci cernentes, atque cognoscentes Chlodomerem interfectum, reparatis viribus Godomarum fugant, Burgundiones opprimunt, patriamque in suam redigunt potestatem. Nec mora Chlothacharius uxorem germani sui, Guntheucam nomine, sibi in matrimonium sociavit: filios quoque ejus Chrotechldis regina, exactis diebus lactus, secum recepit ac tenuit: quorum unus Theodonaldus^a, alter Guntharius, tertius Chlodoualdus vocabatur. Godomarus iterum regnum recepit.

VII. Post Theudericus non immemor perjurii Hermenefridi regis Thoringorum, Chlothacharium fratrem suum in solatium suum evocat, et adversum eum ire disponit, promittens regi Chlothachario partem prædæ, si eis munus victoriæ divinitus conferretur. Convocatis igitur Francis, dicit ad eos: Indignamini, quæso, tam **III** meam injuriam, quam interitum parentum vestrorum^b, ac recolite Thoringos quondam super parentes nostros violenter advenisse, ac niulta illis intulisse mala, qui datis obsidibus, pacem cum his inire voluerunt^c: sed illi obsides ipsos diversis mortibus peremerunt, et irruentes super parentes nostros, omnem substantiam abstulerunt, pueros per nervum femoris ad arbores appendentes, puellas amplius ducentas crudeli nece interfecerunt: ita ut ligatis brachiis super equorum cervicibus, ipsique acerrimo moti stimulo per diversa petentes, diversas in partes feminas diviserunt. Aliis vero super orbitas^d viarum extensis, sudibusque in terram confixis, plaustra desuper oncrata transire fecerunt, confractisque ossibus, canibus avibusque eas in cibaria dederunt. Nunc autem Hermenefridus quod mihi pollicitus est sefellit, et omnino hæc adimplere dissimulat. Ecce verbum directum habemus^e: eamus cum Dei adjutorio contra eos. Quod illi audientes, et de tanto scelere indignantes, uno animo eademque sententia, Thoringiam petiverunt. Theudericus autem Chlothacha-

rium fratrem suum, et Theadebertum filium in solatium assumens, cum exercitu abiit. Thoringi vero venientibus Francis dolos præparant. In campo enim, in quo certamen agi debebat, fossas effodiunt: quarum ora, operata denso cespite, plantis assimulant campum. In has ergo foveas cum pugnare cœpissent, multi Francorum equites corruerunt, et fuit eis valde impedimentum: sed post cognitum hunc dolum observare cœperunt. Denique cum se Thoringi cædi vehementer viderent, fugato^f Hermenefrido rege ipsorum, terga vertunt, et ad Onestrudem^g fluvium usque perveniunt. Ibique tanta cædes ex Thoringis facta est, ut alveus fluminis cadaverum congerie repletur, et Franci, tanquam per pontem aliquem, super eos in littus ulterius transirent. Patrata ergo victoria regionem illam capessunt, **112** in suam redigunt potestatem. Chlothacharius vero rediens, Radegundem filiam Bertharii regis^h secum captivam abduxit, sibi que eam in matrimonium sociavit. Cujus fratrem postea injuste per homines iniquos occidit. Illa quoque ad Deum conversa, mutata veste monasterium sibi infra Pictavensem urbem construxit, quæ orationibus, jejuniis, vigiliis atque elemosynis prædita in tantum enicuit, ut magna in populis haberetur. Cum autem adhuc supradicti reges in Thoringia essent, Theudericus Chlothacharium fratrem suum occidere voluit. Et præparatis occulte cum armis viris, eum ad se vocat, quasi secretius cum eo aliquid tractaturus, expansoque in parte domus illius tentorio, de uno pariete in alterum, armatos post eum stare jubet. Cumque tentorium illud esset brevius, pedes armorum apparere detecti. Quod cognoscens Chlothacharius, cum suis armatus ingressus est domum. Theudericus vero intelligens hunc hæc cognovisse, fabulam fingit, et alia ex aliis loquitur. Denique nesciens qualiter dolum suum deliniret, discum ei magnum argenteum pro gratia dedit. Chlothacharius vero valedicens, et pro munere gratias agens, ad metatum regressus est. Theudericus vero queritur ad suos, nulla exstanti causa suum perdidisse catinum: et ad filium suum Theudebertum ait: Vade ad patrumⁱ tuum, et roga ut munus quod ei dedi, tibi sua voluntate concedat. Qui abiens, quod petiit impetravit. In talibus enim dolis Theudericus multum callidus erat.

Qui locus ad Rhodanum situs est inter Viennam et Belicam urbes.

^a Alii *Theotbaldu*. Fallitur itaque Agathias, qui lib. i Chlodomerem absque liberis periisse, et Francos ipso occiso, animo abjecto a Burgundionibus legem accepisse scribit. Obiit Chlodomeris Justino n et Opilione coss., id est an. 524, ex Marii Chronico.

^b Cod. Regm., *meorum*. Vide supra cap. 4.

^c Idem cod. Regm., *noluerunt*.

^d Orbitas vetera glossaria ipsasinet vias publicas appellant. Orbita quippe est sulcus quem currum rotæ seu orbes in viis efformant. Gallice dicimus *des ornieres*.

^e Hic loquendi modus passim apud Gregorium occurrit ad exprimendum aliquid jure et cum ratione suscipi posse. Hodieque Gallice dicimus, *avoir droit*

d'entreprendre une chose. Vide lib. iv, cap. 14.

^f Addunt editi, *præ timore*.

^g Cod. Colb., *Unstrondem*. Fluvius est Eichsfeldiæ, vulgo ab incolis *Unstradt* dictus, ut observat Browerus in notis ad Fortunatum.

^h Is erat frater Hermenefridi. Vide supra cap. 4. Excidium vero Thoringiæ describit, et Radegundis nomine deplorat Fortunatus in Supplementi carm. i, ubi etiam de ejusdem fratre injuste occiso. Idem Fortunatus librum primum vitæ S. Badegundis, alterum vero Baudonivia monialis scripsere, qui habentur in Actis SS. Ord. S. Benedicti Sæc. i, pag. 319. Monasterium vero ab ipsa conditum etiam nunc sub S. Crucis titulo illustre perseverat, Ordini Benedictino addictum. De his infra non semel, potissimum lib. ix.

ⁱ Editi, *patrem*.

VIII. Idem vero regressus ad propria, Hermene- A fridam ad se data fide securum venire præcepit, quem et honorificis ditavit muneribus. Factum est autem dum quadam die per murum civitatis Tulbiacensis confabularentur, a nescio quo impulsus de altitudine muri ad terram corruit, ibique spiritum exhalavit. Sed quis cum exinde dejecerit, ignoramus: multi tamen asserunt **113** Theuderici in hoc delictum manifestissime patuisse ^a.

IX. Cum autem adhuc Theudericus in Thoringia esset, Arvernus sonuit eum interfectum fuisse. Arcadius quoque, unus ex senatoribus Arvernus, Childebertum invitat, ut regionem illam deberet accipere. Ille quoque nec moratus Arvernis vadit. Tantaque in illa die condensata fuit nebula, ut nihil super duabus jugeri partibus discerni posset. Dicere enim B erat solitus rex: Velim, inquit, Arverniam ^b Lemannem, quæ tantæ jocunditatis gratia refulgere dicitur, oculis cernere. Sed non ei a Deo concessum est. Cunctaque portæ civitatis obsertæ essent, et unde ingrederetur pervium patulum non haberet, incisa Arcadius sera unius portæ, eum civitati intronisit. Dum hæc agerentur, nuntiatur Theudericum vivum de Thoringia fuisse regressum.

X. Quod certissime Childebertus cognoscens, ab Arvernus rediit, in Hispaniam ^c vero propter sororem suam Chrotechildem ^d dirigit. Hæc vero multas insidias ab Amalarico viro suo propter fidem catholicam patiebatur. Nam plerumque procedente illa ad sanctam ecclesiam, stercora et diversos fetores super eam projici imperabat. Ad extremum autem tanta C eam crudelitate dicitur cæcidisse, ut infectum de proprio sanguine sudarium fratri transmitteret: unde ille maxime commotus, Hispanias appetiit. Amalaricus vero hæc audiens, naves ad fugiendum parat. Porro imminente Childeberto, cum Amalaricus ^e navem deberet ascendere, ei in mentem venit multitudinem se pretiosorum lapidum in suo thesauro reliquisse. Cumque ad eosdem petendos in civitatem regrederetur, ab exercitu a portu ^f exetusus est. Videns autem se non posse evadere, ad ecclesiam Christianorum ^g **114** confugere cœpit. Sed priusquam limina sancta contingeret, unus emissa manu lancea eum mortali ictu sauciavit, ibique decedens reddidit spiritum. Tunc Childebertus cum magnis

thesauris sororem assumptam secum adducere cupiebat: quæ nescio quo casu in via mortua est, et postea Parisios allata, juxta patrem suum Chlodovechum sepulta est. Childebertus vero inter reliquos thesauros ministeria ecclesiarum pretiosissima detulit. Nam sexaginta calices, quindecim patenas, viginti Evangeliorum eapsas detulit, omnia ex auro puro, ac gemmis pretiosis ornata: sed non est passus ea confringi. Cuncta enim ecclesiis et basilicis sanctorum dispensavit, ac tradidit in ministerium ^h.

XI. Posthæc Chlothacharius et Childebertus Burgundias petere destinant. Convocatusque Theudericus, in solatio ⁱ eorum ire noluit. Franci vero qui ad eum aspiciebant, dixerunt: Si cum fratribus tuis in Burgundiam ire dextexeris, te relinquimus, et illos satius sequi præoptamus. At ille infideles sibi existimans: Ad Arvernos, ait, me sequimini, et ego vos inducam in patriam, ubi aurum et argentum accipiatis, quantum vestra potest desiderare cupiditas, de qua pecora, de qua mancipia, de qua vestimenta in abundantiam assumatis: tantum hos ne sequamini. His promissionibus ille illecti, suam voluntatem facere promittunt. Ille vero illuc transire disponit, promittens iterum atque iterum exercitui cunctam regionis prædam enim hominibus in suas regiones transferri permittere. Chlothacharius vero et Childebertus in Burgundiam dirigunt, Augustodunumque obsidentes, cunctam fugato Godonaro Burgundiam occupaverunt ^j.

XII. Theudericus vero cum **115** exercitu Arvernus veniens, totam regionem devastat ac proterit. Interea Arcadius sceleris illius auctor, cujus ignavia regio devastata est, Bituricas urbem petiit. Erat autem tunc temporis urbs illa in regno Childeberti regis. Placidina vero mater ejus, et Alchima ^k soror patris ejus, comprehensæ, apud Cadurem urbem rebus ablatis exsilio condemnatæ sunt. Rex igitur Theudericus ad urbem Arverniam usque accedens, in vicis illius suburbano ^l castra fixit. Beatus vero Quintianus his diebus erat episcopus. Interea exercitus cunctam circumit miseram regionem illam, cuncta delet, universa debellat. De quibus nonnulli ad basilicam sancti Juliani perveniunt, confringunt ostia, seras remouent, resque pauperum, quæ ibidem fuerant aggregatæ, diripiunt, et multa in hoc

^a Refert Procopius lib. 1 Hist. Gothicæ Francos D occiso Hermenefrido Thuringiam sibi subieciisse.

^b Sic Bee. Bell. vero et Bad., *unicam*; cæteri, *unquam*. Loquitur Gregorius de ea Arvernæ parte, quæ etiam nunc vocatur *la Limagne d'Auvergne*, ubi Clarusmons, provinciæ caput. De Arvernæ libertate et iucunditate multa collegit ex variis auctoribus Savaro in notis ad epistolam 21 lib. iv Sidonii: quem si lubet consule.

^c Hispaniæ nomine hic Septimaniam intelligi volunt, Amalaricumque non Barchinonæ, aut Toleti, ut aliquibus placet, sed Narbone fuisse occisum. Quæ enim Wisigothis parebant, etiam intra veteres Galliarum fines, tunc temporis Hispaniæ nomine frequenter designabantur, ut sexcentis exemplis probari posset. Lege Valesium lib. vii Rerum Franc.

^d Alii *Chrotildem* aut *Crotigeldem*. Bee. et Regim., *Chloschildem*. V. not. in cap. 23 lib. II.

^e Corb. et Bellov., *Alaricus*, et in capitulorum indice, quamvis alias semper eum *Amalaricum* appellant.

^f Colb. eum omnibus fere editis *a porta*.

^g Nota catholicos appellari Christianos ad Ariariorum discrimen.

^h Sic Casin.; alii non habent *in ministerium*, sicut nec editi.

ⁱ Regim., *solatium*. Editi, *auxilium*.

^j *Justiniano* iv et *Paulino* *cos.*, si Mario credimus, id est anno 551.

^k Jam de his cap. 2 hujus libri. Hic in Reg. pro *Archima*, legitur *Archidima*. Cæterum non videntur apud Cadurem comprehensæ, ut innuunt editi: sed in Arvernus comprehensæ Cadurem in exsiliu missæ fuerunt. Arcadius erat sancti Sidonii nepos, ejus scilicet filii Apollinaris filius. Vide supra cap. 3.

^l Mss. aliquot, *suburbana*.

loco perpetrant mala. Verumtamen auctores scelerum a spiritu immundo correpti, infestis dentibus propriis se morsibus lacerant, clamantes atque dicentes: Cur nos, martyr sancte, sic crucias? sicut in libro Virtutum ejus conscripsimus ^a.

XIII. Lovolautrum ^b autem castrum hostes expugnant, Proculumque presbyterum, qui quondam sancto Quintiano injuriam intulerat, ad altarium ecclesie miserabiliter interfecerunt. Et credo ob illius causam, quod fuerit ipsum castrum in manibus traditum iniquorum: quod usque in illa die defensatum est. Nam cum illud hostes expugnare non possent, et ad propria jam redire disponerent, audientes hæc obsessi, jam læti atque securi decipiuntur, sicut ait Apostolus: *Cum dixerint pax et securitas, tunc repentinus superveniet interitus* (1 Thess. 1, 5, 3). Denique per ipsius Proculi presbyteri servum ^c, jam securi populi traduntur in manus hostium. Cumque **116** vastato castello ducerentur captivi, immanis pluvia quæ per triginta dies fuerat abnegata, descendit. Tunc obsessi Meroliticensis ^d castri, ne captivi abducerentur, redemptione data liberantur: sed hæc ignavia eorum effecit, castrum enim propria natura inunitum erat. Nam centenorum aut eo amplius pedum ab exciso vallatur lapide, non murorum ^e structione; in medio autem ingens stagnum aquæ, liquore gratissimum; ab alia vero parte fontes uberissimi, ita ut per portam ^f rivus diffluat aquæ vivæ. Sed in tam grandi spatio munitio ista distenditur, ut manentes infra murorum septa terram excolant, frugesque in abundantia colligant. Hujus munitionis tutamine elati, qui obsessi erant, egressi foras ut arrepta aliqua præda, iterum se infra castelli septa recondere, ab hostibus comprehensi sunt. Erant autem quinquaginta ^g viri. Tunc ante ora parentum, viuctis post tergum manibus oblatis, imminente jam gladio, acquieverunt obsessi, ne interficerentur, singulos triantes ^h dare in redemptionem suam. Theudericus autem ab Arverno discedens, Sigivaldum parentem suum, in ea quasi pro custodia dereliquit ⁱ. Erat autem ibi tunc temporis quidam Litigius ex monitoribus ^j, qui magnas sancto Quintiano parabat insidias; et cum se sanctus episcopus pedibus ejus

^a Cap. scilicet 13, lib. 11, de Mirac., qui est de sancto Juliano, de ejus basilica apud Brivatem urbem loquitur hic Gregorius.

^b Cod. Reg., *Novolautrum*, ejus situs incertus est. Valesius in Notitia putat esse locum dictum *Volorre*, prope Tigernum, *Thiern*, oppidum apud Arvernos. Confer cum hoc capite vitam S. Quintiani in libro de Vitis Patrum, cap. 4.

^c Cod. Corb., *stuprum*; Bell. mendose, *struum*.

^d Hunc locum idem Valesius putat esse *Otiergue*, castrum haud procul a Tigerno.

Aliis tamen probabilis videtur hic designari locum *Chastel Merliac* dictum, qui duobus circiter milliariis a Mauriaco oppido, ob abbatiam ordinis Benedictini celebrem, dissitus est. Exstat in collis editissimi declivi, unde descensus est per prata in profundam vallem.

^e Sic mss. vetustiores; alii cum edit., *sine murorum*.

^f Corb., *per munitionem totam rivus*; at vocabulum *munitionem* alia manu, sed antiquissima, scriptura est.

A prosterneret, nunquam ut se ei subderet movebatur, ita ut et quadam vice uxori quæ sanctus fecerat, pro ridiculo indicaret. Quæ melioris intelligentiæ modo commota, ait: Si ita es hodie pessumdatus, nunquam erigeris. Die autem tertia advenientes nuntii de præsentia regis, vinctum cum uxore ac liberis pariter abduxerunt. Qui abiens nunquam Arvernus regressus est.

117 XIV. Mundericus igitur, qui se parentem regium ^k asserebat, elatus superbia, ait: Quid mihi et Theuderico regi? Sic enim mihi solum regni debetur, ut illi. Egre diar, et colligam populum meum atque exigam sacramentum ab eis, ut sciat Theudericus quia rex sum ego, sicut et ille. Et egressus cepit seducere populum, dicens: Princeps ego sum sequimini me, et erit vobis bene. Sequebatur autem eum rustica multitudo, ut plerumque fragilitati humanæ convenit, dantes sacramentum fidelitatis, et honorantes eum ut regem. Quod cum Theudericus comperisset, mandatum mittit ad eum, dicens: Accede ad me, et si tibi aliqua de dominatione regni nostri portio debetur, accipe. Dolose enim hæc Theudericus dicebat, scilicet ut cum ad eum venisset, interficeretur. Ille vero noluit, dicens: Itc, renuntiate regi vestro, quia rex sum sicut et ille. Tunc rex commoveri jussit exercitum, quo oppressus vi puniretur. Quod ille cognoscens, et se non prævalens defensare, Victoriaci castri ^l muros expetens, cum rebus omnibus in eo se studuit commutare, his secum quos seduxerat aggregatis. Igitur commoto exercitu castrum vallat, ac per septem dies obsedit. Mundericus autem repugnabat cum suis, dicens: Siemus fortes, et usque ad mortem pariter dimicemus, et non subdamur inimicis. Cumque exercitus a circuitu in contra jacula transmitteret, nec aliquid prævaleret, nuntiaverunt hæc regi. At ille misit quemdam de suis, *Aregisilum* ^m nomine, dixitque ei: Vides, inquit, quod prævaleat hic perfidus in contumacia sua. Vade, et redde ei sacramentum, ut securus egrediatur. Cum autem egressus fuerit, interfice eum, et dele memoriam ejus a regno nostro. Qui abiens, fecit juxta quod ei præceptum fuerat. Dederat tamen prius signum ⁿ populo, dicens: Cum ego

^g Edit. 2, *quingenti*; omnes tamen mss. habent *quinquaginta*, præter Corb. qui habet, *quinquaginti*.

^h Edit. hic et passim inferius *trientes* semper scribunt. Unde apud Gregorium *trientem* semper haberi observavit Franciscus Pithæus in tit. xxxvii legis Salicæ.

ⁱ Confer cum cap. 14 de Mirac. S. Juliani.

^j Sc Corb. et Bellov.; alii *minoribus*. Erant autem monitori s, ut observat Valesius in Præfatione ad tom. II Rerum Francic., qui regis nomine Francis expeditionem denunciabant, eo que ad bellum compellebant. Dicuntur in legibus Wisigothorum *compulsores*; quorum officium nostrates voce Germanica expresserunt quandoque, *in hostem bannire*.

^k Sic mss.; at editi habent *regam*.

^l Hunc locum de Victoriaco apud Arvernos intellexit Annonius in lib. 11; at licet verum sit in ea regione haud procul a Brivate Victoriacum castrum existisse, Gregorium tamen de Victoriaco in Campania, vulgo *Vitri*, in diocesi Catalaunensi, hic loqui cum Valesio existimamus.

^m Colb., *Archisilum*, et sic semper.

hæc et hæc locutus fuero, statim irruentes interficite A eum. Ingressus autem Aregisilus ait Munderico : Quousque hic resides tanquam unus ex insipientibus? Nunquid poteris **118** diu regi resistere? Ecce ablato tibi cibo, cum te fames oppresserit, ultro egredieris, et traderis in manus inimicorum, et morieris quasi unus ex canibus. Audi potius consilium meum, et subde te regi, ut vivere possis, tu et filii tui. Tunc ille his mollitus sermonibus, ait : Si egredior, comprehensus a rege interficior et ego, et filii mei, et omnes amici qui mecum sunt congregati. Cui Aregisilus ait : Noli timere, sed si vis egredi, accipe sacramentum de hac culpa, et sta securus coram rege. Ne timeas, sed eris cum eo, sicut prius fuisti. Ad hæc Mundericus respondit : Utinam securus sim quod non interficiar. Tunc Aregisilus positis super altarium sanctum ^a manibus, juravit ei ut securus egrederetur. Dato igitur sacramento, egrediebatur Mundericus de porta castelli, tenens manum Aregisili. Populus autem spectabat ^b a longe aspiciens eum. Tunc pro signo ait Aregisilus : Quid aspicietis tam intente, o populi? Nunquid non vidistis prius ^c Mundericum? Et statim irruit populus in eum. At ille intelligens, ait : Evidentissime cognosco, quod feceris per hac verbum signum populis ad me interficiendum. Verumtamen dico tibi, quia perjuriis me decepisti, te vivum ultra nullus aspiciet, et emissa lancea in scapulas ejus, perfodit eum, ceciditque et mortuus est. Evaginatoque deinceps Mundericus gladio cum suis, magnam stragem de populo illo fecit, et usquequo spiritum exhalavit, interficere quemcumque assequi potuisset, non destitit. Quo interfecto, res ejus fiseo collatae sunt.

XV. Theudericus vero et Childebertus foedus inierunt, et dato sibi sacramento, ut neuter contra alterum moveretur, obsides ab invicem acceperunt, quo facilius firmarentur quæ fuerant dicta. Multi tunc filii senatorum in hac obsidione ^d dati sunt : sed orto iterum inter reges scandalo, ad servitium publicum sunt addicti. Et quicumque eos ad custodiendum acceperit, servos sibi ex his fecit. Multi tamen ex eis per fugam elapsi, in patriam **119** redierunt, nonnulli in servitio sunt retenti : inter quos Attalus nepos beati Gregorii Lingonici episcopi, ad publicum servitium mancipatus est, custosque equorum destinatus. Erat enim infra Treverici termini territorium cuidam barbaro ^e serviens. Denique beatus Gregorius ad inquirendum eum misit pueros. Quo invento, obtulerunt homini munera, sed respuit ea, dicens : Hic de tali generatione decem auri libris redimi debet. Quibus redeuntibus, Leo quidam de coquina domini sui, ait : Utinam me permitteres, et forsitan ego poteram eum reducere ex captivitate. Gaviso autem domino, directus venit ad locum : vo-

luitque puerum clam abstrahere, sed non potuit. Tunc locans secum hominem quemdam, ait : Veni mecum, et venunda me in domo barbari illius, sitque tibi lucrum pretium meum : tantum liberiore aditum habeam faciendi id quod decrevi. Accepto vero sacramento, homo ille abiit, et vendito eo duodecim aureis discessit. Seiscitatus autem emptor a rudi famulo quid operis sciret, respondit : In omnibus quæ manducari debent ^f in mensis dominorum, valde scitus sum operari : nec metuo quod reperiri possit similis mei in hac scientia. Verum enim dico tibi, quia etiam si regi epulum cupias præparare, ferentia regalia componere possum, nec quisquam me melius. Et ille : Ecce enim dies solis adest, sic enim barbaries vocitare diem dominicum consuevit, in hac die vicini atque parentes mei invitabuntur in domo mea. Rogo ut facias mihi prandium quod admirentur, et dicant, quia in domo regis melius non aspeximus. Et ille : Jubeat, inquit, dominus meus congregari pullorum gallinaceorum multitudinem, et faciam quæ præcipis. Præparatis ergo quæ dixerat puer, illuxit dominica dies, fecitque epulum magnum, deliciisque refertum. Epulantibus autem omnibus, et laudantibus prandium, parentes illius discesserunt. Dominus enim dedit gratiam puero huic, et accepit potestatem super omnia quæ habebat dominus suus in promptu. Diligebatque eum valde, et omnibus **120** qui cum eo erant ipse dispensabat cibaria et pulmenta. Post anni vero curriculum, cum jam securus esset dominus illius de eo, abiit in pratum, quod erat domui proximum, cum Attalo puero custode equorum : et decubans in terra cum eo a longe, aversis dorsis, ut non cognosceretur quod loquerentur simul, dicit puero : Tempus est enim, ut jam cogitare de patria debeamus. Ideoque inueno te, ut hac nocte cum equos ad claudendum adduxeris, sopore non deprimaris, sed cum primo te vocitavero adsis, et ambulemus. Vocaverat enim Barbarus ille multos parentum suorum ad epulum, inter quos erat et gener ejus, qui acceperat filiam illius. Media autem nocte a convivio surgentibus, et quieti datis, prosecutus est Leo generum domini sui eum potu, porrigensque ei bibere, in metatum ejus. Ait itaque ad eum homo : Dic tu, o ereditor soceri mei, si valeas, quando voluntatem adhibebis, ut assumptis equitibus [*Al. equis*] ejus eas in patriam tuam? Hoc quasi joco delectans dixit. Similiter et ille joculariter veritatem respondens, ait : Hæc nocte delibero, si Dei voluntas fuerit. Et ille : Utinam, inquit, custodiant me famuli mei, ne aliquid de rebus meis assumas. Et ridentes discesserunt. Dormientibus autem cunctis, vocavit Leo Attalum : stratisque equitibus interrogat ^g si haberet gladium. Respondit : Non est mihi, nisi tantum lancea parvula. At ille ingressus

colæ dicebantur Romani, ita cæteri, ut jam observavimus, Barbari dicebantur : quod passim apud Gregorium occurrit

^f Editi cum Bec., *mandi debent.*

^g Edit., *Attalum ex stratu suo. Interrogat, etc.*

^a Aliquot mss. et editi, *altare sanctum.*

^b Chesn. cum Bec., *expectabat.*

^c Reg., *An nunquid non vidistis antea.* Ed. aliquot cum Bec., *An nunquid vidistis prius.*

^d Id est, obsides dati sunt.

^e Id est *Franco.* Quemadmodum enim veteres in-

mansionem domini sui apprehendit sentum ejus ac frameam. Quo interrogante quis esset, aut quid sibi vellet, respondit: Ego sum Léo servus tuus, et suscito Attalum ut surgat velocius, et deducat equos ad pastum: detinetur enim sopore quasi ebrius. Qui ait: Fac ut libet. Et hæc dicens obdormivit. Ille vero egressus foras, munivit puerum armis, invenitque januas atrii divinitus reseratas, quas in initio noctis eum cuneis malleo percussis obseraverat pro custodia eaballorum. Et gratias agens Domino, sumptis reliquis equitibus [equis] secum, discesserunt, unum etiam voluerum ^a cum vestimentis tollentes. Venientes autem ad Mosellam ^b fluvium, **121** cum transirent illum, et detinerentur a quibusdam, relictis equitibus [equis] et vestimentis, cnatantes super parma positi amnem, in ulteriorem egressi sunt rivum. Et inter obscura noctis ingressi silvam, latuerunt. Tertia enim nox advenerat, quod nullum eibum gustantes iter terebant. Tunc nutu Dei reperta arbore plena pomis, quam vulgo prunum ^c vocant, comedunt; et parumper sustentati ingressi sunt iter Campaniæ: quibus pergentibus, audiunt pedibulum equitum eurrentium, dixeruntque: Prosternamur terræ, ne appareamus hominibus venientibus. Et ecce ex improvise stirps rubi magnus adfuit, post quem transeuntes, projeecerunt se terræ cum gladiis evaginatis, scilicet ut si adverterentur, confestim se quasi ab improbis framea ^d defensarent: verumtamen cum venissent in locum illum coram stirpe spinico restiterunt; dixitque unus, dum equi urinam projicerent: Væ mihi, quia fugiunt hi detestabiles, nec reperiri possunt: verum dico per salutem meam, quia si invenirentur, unum patibulo condemnari, et alium gladiatorum ietibus in frusta discerpi jubere. Erat enim barbarus ille qui hæc aiebat, dominus eorum, de Rhemensi urbe veniens, et hos inquirens: et reperisset utique in via, si nox obstaculum non præbuisset. Tunc motis equitibus [equis] discesserunt. Ili autem nocte ipsa attigerunt ad urbem, ingressique invenerunt hominem, quem seiscitati sunt ubinam esset domus Paulelli presbyteri. Iudicavitque eis. Qui dum per plateam præterirent, signum ad

^a Cod. Bellov., *voluclum*. Corb. vero, *voluclum vestimentis tollentes*.

^b Mosam legendum esse vix dubitari potest, ut monet Valesius in Notitia Galliarum. Nam Rhemorum inter et Trevirorum urbes Mosa interfuit, quæ utramque diocæsim determinat, et transmissa Mosa statim Campania occurrit: quæ omnia Mosellæ aptari non possunt. Immo quocumque loco Mosellam illi transmisissent, vix eis possibile fuisset hæc ipsa die Rhemos advenire. Cum tamen miss. omnes et editi habeant Mosellam, Gregorii textum immutare non licet, maxime cum certum videatur illos viam rectam secutos non fuisse. Non enim tres erant itineris dies a Treviris ad Mosam, enim hic fluvius non magis ab urbe Trevirensi quam a Rhemensi distet, scilicet decem et octo eirenter leucis.

^c Bell. et alii, *pruua*.

^d Corb. et Bell. non habent, *framea*.

* Quia scilicet illis temporibus non licebat diebus dominicis ante Missam quidquam cibi aut potus sumere.

A Matutinas motum est, erat enim dies Dominica, pulsantesque janam presbyteri, ingressi sunt. Exposuitque puer de domino suo. Cui ait presbyter: Vera est enim visio mea: nam videbam duos in hæc nocte columbas advolare, et consedere in manu mea, ex quibus **122** una alba, alia autem nigra erat. Dixeruntque pueri presbytero: Indulgeat Dominus pro die sua sancta ^e. Nam nos rogamus, ut aliquid victus præbeas: quarta enim illueescit dies, quod nihil panis pulmentique gustavimus. Occultatis autem pueris, præbuit eis infusum cum vino panem, et abiit ad Matutinas. Secutusque est et barbarus, iterum inquirens pueros: sed illusus a presbytero regressus est. Presbyter enim amicitiam cum beato Gregorio antiquam habebat. Tunc resumptis pueri epulo viribus, **B** per duos dies in domo presbyteri commorantes, abscesserunt; et sic usque ad sanctum Gregorium perlati sunt. Gavisus autem pontifex visis pueris, flevit super collum Attali ^f nepotis sui. Leonem autem a jugo servitutis absolvens eum omni generatione sua, dedit ei terram propriam, in qua cum uxore ac liberis liber vixit omnibus diebus vitæ suæ.

XVI. Sigivaldus ^g autem eum in Arverno habitaret, multa mala in ea faciebat. Nam et res diversorum pervadebat, et servi ejus non desistebant a furtis, homicidiis, ac superventis ^h diversisque sceleribus: nec nullus mutire ausus erat coram e's. Unde factum est, ut ipse villam Bulgiatensem, quam quondam benedictus Tetradius episcopus ⁱ basilicæ sancti Juliani reliquerat, temerario ausu pervaderet. Sed cum ingressus in domum illam fuisset, statim amens effectus lecto decubuit. Tunc mulier admonita per sacerdotem, elevatum in basternam, ut in aliam villam transtulit, sanum recepit. Et accedens, exposuit ei omnia quæ pertulerat. Quod ille audiens, vota beato Marty ^j vivens, ea quæ simplum abstulerat ^k, duplicata restituit. Meminimus et hujus virtutis in libro Miraculorum sancti Juliani (*cap. 14*).

123 XVII. Igitur Dinisio ^l episcopo apud Turonos decedente, Ominatus tribus annis præfuit. Ille enim ex jussu Chlodomeris regis, ejus supra meminimus, ordinatus est. Illo quoque migrante, Leo se-

^f Is, ut videtur, postea fuit comes Æduensis, cui Sidonius scripsit epistolam 18, lib. v.

^g Qui supra cap. 13 a Theodorico rege pro urbis custodia relictus fuerat.

^h Editi, *super numerum*.

ⁱ Ille fuit episcopus Bituricensis, ut ex Gregorio ipso discimus lib. ii Mirac., cap. 14. Diei ut vero a Gregorio benedictus: quæ voce non cognomen, sed epithetum honoris causa ipsi datum intelligi debet. Sic in lib. de Glor. Conf., cap., 86, *benedictus Agricolaus*; apud Tertullian. lib. de Præscript., *benedictus Eleutherus*. Plura exempla si cupis, adi Sirmundum in epist. 9 lib. Apollinar. Sidonii.

^j Ed. cum Bee., *que vi abstulerat*.

^k Aliquot e'nti, *Dionysio*. Caterum hoc capite cum cap. ultimo libri ii et fine libri x, ubi episcopus Turonenses Gregorius enumerat, collato, patet quam parum sibi ipsi constet, tum in assignando pontificatus episcoporum Turonensium tempore, tum in ordine quo sedem hanc obtinuerunt. Hoc tamen caput habetur in omnibus miss.

piem mensibus ministravit. Hic fuit vir strenuus atque utilis in fabrica operis lignarii. Quo defuncto, Theodorus et Proenlus episcopi, qui de partibus Burgundie advenerant, ordinante Chrotechilde regina, tribus annis Turonicam rexerunt Ecclesiam. Quibus defunctis, Francilio ex senatoribus substituitur. Anno igitur tertio episcopatus sui, cum domitiei Natalis nox alma populis effulsisset, idem pontifex prinsquam ad vigiliis descenderet, jussit sibi poculum ministrari. Adveniens autem puer, sine mora porrexit. Quo hausto, mox spiritum fudit: unde indubitatum est veneno eum fuisse necatum. Quo decedente, Injurius unus e civibus, quintus decimus post beatum Martinum, cathedram pontificalem sortitus est.

XVIII. Dum autem Chrotechildis regina Parisios moraretur, videns Childebertus, quod mater sua filios Chlodomeris, quos supra memoravimus, unico affectu diligeret, invidia ductus, ac metuens ne favente regina admitterentur in regnum, misit clam ad fratrem suum Chlothacharium regem, dicens: Mater nostra filios fratris nostri secum retinet, et vult eis regnum dare ^a. Debes velociter adesse Parisios, et habito communi consilio pertractare oportet, quid de his fieri debeat: utrum incisa caesarie ut reliqua plebs habeantur ^b, an certe his interfectis, regnum germani nostri inter nosmetipsos æqualitate habita dividatur. De quibus ille verbis valde gavisus Parisios venit. Jactaverat enim Childebertus verbum in populo, ob hoc hos conjungi **124** reges, quasi parvulos illos elevaturos in regno. Conjuncti autem miserunt ad reginam, quæ tunc in ipsa urbe morabatur, dicentes: Dirige parvulos ad nos, ut subliementur in regno. At illa gavisæ, nesciens dolum illorum, dato pueris esu potuque, direxit eos dicens: Non me puto amisisse filium, si vos videam in ejus regno substitui. Qui abeuntes, apprehensi sunt statim, ac separati a pæris et nutritoribus suis, custodiebantur utrique, seorsum pueri, et seorsum hi parvuli. Tunc Childebertus atque Chlothacharius miserunt Areadium, ejus supra neminum (*Cap. 9 et 12*), ad reginam, cum forcipe atque evaginato gladio. Qui veniens ostendit reginæ utraque, dicens: Voluntatem tuam, o gloriosissima

^a Sic Corb. et Bell. Alii fere omnes cum editis, vult eos regno donari.

^b De jure regalis capillitii agit Hotomannus, cap. II Franco-Galliæ. Præclarum est ea de re Agathie hominis Græci testimonium, libro I: *Solemne est Francorum regibus nunquam tonderi... caesaries tota decenter eis in humeros propeadet, anterior coma e fronte discriminata in utrumque latus deflexa. Neque vero, quemadmodum Turcis et Barbaris, impexa iis et squalida sordidaque est coma, vel complicatione indecenter circuta, sed sœquata varia ipsi sibi adhibent, diligenterque curant, idque velut insigne quoddam eximique honoris prerogativa regio generi apud eos tribuitur. Subditi enim orbicularim tondentur, neque eis prolixiorum comarum alere facile permittitur. Idem pueribus laudat Francorum mores et urbanitatem. Parsior est in iis laudandis Procopius, quod sæpius imperatorum conatibus obstiterint. Morem nutriendi capillos a principibus regie stirpis receptum non semel inferius laudat Gregorius, ut lib. VI, cap. 24, lib. VIII,*

A regina, filii tui domini nostri expetunt, quid de pueris agendum censeas, utrum incisis crinibus eos vivere jubeas, an utrumque jugulari. At illa exterrita nuntio, et nimium felle commota, præcipue cum gladium cerneret evaginatam ac forcipem, amaritudine præventa, ignorans in ipso dolore quid diceret, ait simpliciter: Satius enim mihi est, si ad regnum non eriguntur, mortuos eos videre quam tonsos. At ille parum admirans dolorem ejus, nec scrutans quid deinceps plenius pertractaret, venit celeriter nuntians ac diceas: Favente regina opus cœptum perficite: ipsa enim vult expleri consilium vestrum. Nec mora apprehensum Chlothacharius puerum seniore brachio elisit in terram, defigensque cultrum ^e in axillam crudeliter interfecit. Quo vociferante, frater ejus ad pedes Childeberti prosternitur, apprehensisque ejus genibus, aiebat cum lacrymis: Succurre, piissime pater, ne et ego peream sicut frater meus. Tunc Childebertus lacryinis respersa facie, ait: **125** Rego, dulcissime frater, ut ejus mihi vitam tua largitate concedas: et quæ jusseris pro ejus anima conferam, tantum ne interficiatur. At ille conviciis actum ^d, ait: Aut ejice eum a te, aut certe pro eo morieris. Tu, inquit, es incestator ^e hujus causæ et tam velociter de fide resilis? Hæc ille audiens, repulsum a se puerum projecit ad eum: ipse vero accipiens transfixum cultro in latere, sicut fratrem prius fecerat, jugulavit: deinde pueros cum nutritiis peremerunt. Quibus interfectis, Chlothacharius ascensis equitibus [*At. equis*] abscessit, parvipendens de interfectione nepotum: sed et Childebertus in suburbana concessit. Regina vero compositis corporis feretro, eum magno psallentio, immensoque luctu usque ad basilicam sancti Petri ^f prosecuta, utrumque pariter tumulavit. Quorum unus decem annorum erat, alius vero septennis. Tertium vero Chlodoaldum comprehendere non potuerunt, quia per auxilium virorum fortium ^g liberatus est. Is postposito regno terreno, ad Dominum transiit, et sibi manu propria capillos incidens, clericus factus est: bonisque operibus insistens, presbyter ab hoc mundo migravit ^h. Ili quoque regnum Chlodomeris inter se æqua lance diviserunt. Chrotechildis vero regina talem se tantamque exhibuit, ut

eap. 10, etc. Vide Savaronis et Sirmondi notas in epist. Apollinarius Sidonii, lib. I, epist. 2.

^d Corb., *defixumque cultrum*, pro *defixoque cultro*. Coll. autem, cum Reg., et editis aliquot, habet *ascellam* pro *axillam*. Regm., *sub ascella*. Reg. et Bec., *in ascella*.

^e Sic Corb., Bell., Bec. et Coll. At cæteri habent, *at ille favore actus*.

^f Sic iidem miss. cum Chesnio. Reg. habet *inscrutator*; Regm., *incentor*. Editi ut plurimum, *incæptator*.

^g Hodie sanctæ Genovefæ, ut jam supra monuimus. Hoc scelus circa annum 526 patratum videtur, quod serius, anno scilicet 532 aut sequenti, admissum fuisse Valesius contendit.

^h Viros fortes, quorum ope Chlodoaldus mortem evasit, eos esse, qui postea vulgo *barones* appellati sunt, censet Valesius lib. VII Rerum France.

ⁱ Obiit circa annum 560, die 7 Septembris, quo ejus festivitas celebratur. Condidit monasterium in

ab omnibus honoraretur : assidua in eleemosynis, pernox in vigiliis; in castitate atque omni honestate puram se semper exhibuit; prædia ecclesiis, monasteriis, vel quibuscunque locis sanctis necessaria providit, larga ac prona voluntate distribuit, ut putaretur eo tempore non regina, sed propria Dei ancilla ipsi sedulo deservire. **126** Quam non regnum filiorum, non ambitio sæculi, nec facultas extulit ad ruinam, sed humilitas evexit ad gratiam.

XIX. Erat enim tunc et beatus Gregorius apud urbem Lingonicam, magnus Dei sacerdos, signis et virtutibus clarus ^b. Sed quia huius pontificis meminimus, gratum arbitratus sum, ut situm loci Divionensis, in quo maxime erat assiduus, huic inseram lectioni. Est autem castrum firmissimis muris, in media planitie et satis jocunda compositum, terras valde fertiles habens atque fecundas ^c, ita ut arvis semel scissis vomere, semina jaciantur, et magna fructuum opulentia subsequatur. A Meridie habet Oscaram fluvium, piscibus valde prædivitem; ab Aquilone vero alius fluviolus ^d venit, qui per portam ingrediens ac sub pontem decurrens, per aliam rursus portam egreditur, totum munitionis locum placida unda circumfluens : ante portam autem molendinas mira velocitate divertit. Quatuor portæ a quatuor plagis mundi sunt positæ : totumque ædificium triginta tres turres exornant : murus vero illius de quadris lapidibus usque in viginti pedes, desuper a minuto lapide ædificatus habetur, habens in altum pedes triginta, in latum pedes quindecim : quæ cur civitas dicta non sit, ignoro ^e. Habet enim in

A circuitu pretiosos fontes : a parte autem Occidentis, montes sunt uberrimi, vineisque repleti, quia tam nobile incolis Falernum porrigunt, ut respuant Cabilonum ^f : nam veteres ferunt ab Aureliano hoc imperatore fuisse ædificatum.

XX. Theudericus autem filio **127** suo Theudberto Uvisgardem cujusdam regis & filiam desponsaverat.

XXI. Gotthi vero cum post Chlodovechi mortem multa de his quæ ille acquisierat ^b, pervasisent, Theudericus Theudebertum, Chlothacharius vero Guntharium seniore filium suum ad hæc requirenda transmittunt. Sed Guntharius usque Ruthenos accedens, nescio qua faciente causa, regressus est; Theudebertus vero usque ad Biterrensem civitatem aliens, Deas ⁱ castrum obtinuit, atque hinc prædam diripuit. Deinde ad aliud castrum, nomine Caprariam ^j, legatos mittit, dicens, nisi se illi subdant, omnem locum illum incendio concremandum, eosque qui ibidem resident captivos.

XXII. Erat autem ibidem tunc matrona, Deuteria ^k nomine, utilis valde atque sapiens, cujus vir apud Biterris ^l urbem concesserat. Quæ misit nuntios ad regem, dicens : Nullus tibi, domine piissime, resistere potest. Cognoscimus dominum nostrum : veni, et quod fuerit beneplacitum in oculis tuis facito. Theudebertus autem ad castrum veniens, cum pace ingressus est; subditumque sibi cernens populum, nihil inibi male gessit. Deuteria vero ad occursum ejus venit; at ille, speciosam eam cernens, amore ejus captus, suoque eam copulavit stratui.

refert, vinum, ut quo solo Persarum reges uterentur, sicut aqua solius Coaspis, commendatur a Syriæ urbe Chalibone.

^b Scilicet Wacconis Langobardorum regis, ut refert Paulus Diac. lib. 1 de Gestis Langob., cap. 21.

^h Theodoricus Italiæ rex audita Chlodovei victoria apud Vogladum reportata, Ibbam seu Ebbanem ducem cum copiis in Gallias misit, qui Francis Wisigothorum regnum invadentibus resisterent. Quæ causa fuit, ut Franci soluta Arelatensi obsidione fugati, nihil præter Aquitaniam acquisierint. Theodoricus vero, dimissa Wisigothis regni parte, regiones ultra Rhodanum sitas, quas Odoacer Eurico Alarici patri dimiserat, occupavit. Bellum exinde fere continuum fuit inter Chlodoveum et Theodoricum ac eorum successores. Qua tandem occasione ea Galliæ pars Francorum imperio subjecta fuerit, dicitur in notis ad cap. 31.

ⁱ Hunc locum Blondellus et alii putant esse *Montaldié*. Mavult Valesius hac voce designari *Diou*, in Septimania.

^j Capraria etiam nunc subsistit, vulgo *Cabriere*, æquali fere intervallo a Leuteva, Agatha et Biterris distans, sed ad Biterrensem diœcesim attinens, ut observat Valesius.

^k Mss. nonnulli, et quidem vetustiores, *Deoteria*; Valesius tamen legendum censet *Deuteria*; indeque conjicit hanc mulierem genere Gallam, sen, ut tunc loquebantur, Romanam fuisse. Inscitiæ vero Fredericam arguit, quod scripserit *Deoteriam*, seu *Teoteriam*. Sed tunc scriptores ita promiscue litteras *u* et *o*, sicut et *d* et *t*, adhibebant, ut vix quidquam certi ex harum litterarum mutationibus statui possit.

^l Sic mss. omnes cum Chesn.; plerique ed., *Biterris*.

vico *Novientum* dicto, tribus milliaribus infra Parisios ad Sequanam, qui vulgo hodie dicitur *Saint-Claud*, ubi ecclesia collegiata, destructo jam pridem monasterio, nunc visitur, in qua ejus sacrum corpus asservatur. Vitam ejus ex mss. cod. S. Germani a Pratis habes in Actis SS. Ord. Benedictini sæculo 1, ubi *habitum sacræ religionis* suscepisse a sancto Severino, qui alius est ab Aganiensi abba ^e, memoratur, num. 8. Joannes abbas de sancto Floaldo subscripsit conventui Attiniacensi sub Pippino rege anno 765; quem huic monasterio præfuisse non dubitamus. Veteres enim *ch* in litteram *f* nonnunquam mutaverunt.

^a Id est sanctimonialis. Vide infra lib. iv, cap. 1.

^b Ejus vitam scripsit noster Gregorius, quam habes infra inter Vitas Patrum, cap. 7.

^c Sic Bel. et Regm.; at cæteri mss. et editi, *terra valde fertili atque secunda*.

^d Hic *Susio* vocatur, qui ex valle cognomine tribus milliaribus supra Divionem exoritur. De Oscara supra lib. ii, cap. 32.

^e Nec hodie civitatis jure gaudet Divio, id est episcopali cathedra non nobilitatur; licet fuerit Burgundionum ducum sedes, totiusque provinciæ caput, supremique senatus sedes etiam nunc existat.

^f Sic habet Corb. In Bellov. et Colb. legitur *Scalonum*; Regm. *Calonum*; Bec. et cæteri cum editis, *Scalonum*. Corbeicusis lectionem prætulimus : nam sensus est vina ita generosa nasci Divione, ut Cabilonensibus vinis non indigant ipsius cives. *Scalonum* tamen pro *Ascalonum* interpretatur Savaro, id est vinum ex urbe Palæstinæ *Ascalona* advectum : *Ascalona* quippe vicina erat *Gazæ*, unde vina *Gazitina*, de quibus infra lib. vii, cap. 29. Claudius Robertus ad calcem Galliæ Christianæ, anno 1626 editæ, plura de Divione habet, ibique col. 59 legendum putat hic apud Gregorium *Chalybonium*. Nam *Chalibonium*, uti

XXIII. In illis diebus Theudericus parentem suum A Sigivaldum occidit gladio, mittens occulte ad Theudebertum, ut et ille Givaldum ^a, filium ejus, neci daret, quem tunc secum habebat: sed quia eum de sacro fonte exceperat, perdere noluit. Litteras vero quas ei pater transmiserat, ipsi ad **128** legendum dedit, dicens: Fuge hinc, quia patris mei præceptum accepi ut te interficiam: si vero ille defunctus fuerit, et me regnare audieris, tunc securus ad me revertaris. Quod audiens, gratias agens, et valedicens, abscessit. Arelatensem enim tunc urbem Gotthi pervaserant, de qua Theudebertus obsides retinebat: ad eam Givaldus confugit. Sed parum se ibidem cernens esse nuntium, Latium ^b petiit, ibique et latuit. Dum hæc agerentur, nuntiatur Theudeberto patrem suum graviter ægrotare, et ad quem nisi velocius properaret, ut eum inveniret vivum, a patris suis excluderetur, et ultra illuc non rediret. At ille his auditis, cunctis postpositis illuc dirigit, Deuteria cum filia sua Arvernensis relicta. Cumque abiisset, Theudericus non post multos dies obiit vice-imo tertio regni sui anno. Consurgentes autem Childebertus et Chlothacharius contra Theudebertum, regnum ejus auferre voluerunt. Sed ille muneribus placatis ^c, a leudibus suis defensatus est, et in regno stabilitus. Mittens postea Arvernum, Deuteriam exinde accersivit, eamque sibi matrimonio sociavit.

XXIV. Videns autem Childebertus, quod ei prævalere non potuisset, legationem ad eum misit, et ad se venire præcepit, dicens: Filios non habeo, te tanquam filium habere desidero. Quo veniente, C tantis eum muneribus ditavit, ut ab omnibus miraretur. Nam de rebus bonis, tam de armis quam de vestibus, vel reliquis ornamentis, quæ regem habere decet, terna ei paria condonavit; similiter et de equitibus atque catinis ^d. Hæc audiens Givaldus ^e, quod scilicet Theudebertus **129** regnum patris obtinuisset, ad eum de Italia rediit. Cui ille congaudens ac deosculans, tertiam partem ei de muneribus quæ a patre acceperat, est largitus; et omnia quæ in fisco suis pater posuerat de rebus Sigivaldi patris ejus, ipsi reddi præcepit.

XXV. At ille in regno firmatus, magnum se atque in omni bonitate præcipuum reddidit. Erat enim regnum cum justitia regens, sacerdotes venerans, ecclesias munerans, pauperes relevans, et multa D

multis beneficia pia ac dulcissima accommodans voluntate. Omne tributum, quod fisco suo ab ecclesiis in Arverno sitis reddebatur, elementer indulisit ^f.

XXVI. Deuteria vero cernens filiam suam adultam valde esse, timens ne eam concupiscens rex sibi assumeret, in basterna positam, indomitis bobus conjunctis, eam de ponte præcipitavit, quæ in ipso flumine spiritum reddidit. Hoc apud Viridunum civitatem actum est.

XXVII. Cumque jam septimus annus esset, quod Uvisigardem desponsatam haberet, et eam propter Deuteriam accipere nollit, conjuncti Franci contra eam valde scandalizabantur, quare sponsam suam reliqueret. Tunc commotus, relicta Deuteria, de qua parvulum filium habebat, Theodobaldum ^g nomine, Uvisigardem duxit uxorem. Quam nec multo tempore habens, defuncta illa, aliam accepit. Verumtamen Deuteriam ultra non habuit.

XXVIII. Childebertus autem et Theudebertus commoventes exercitum, contra Chlothacharium ire disponunt. Ille autem hæc audiens, æstimans se horum exercitum sustinere non posse, in silvam confugit ^h, et coniecit magnas in silvis illis fecit, totanique spem suam in Dei pietatem transfundens. Sed et Chrotechildis regina hæc audiens, beati Martini sepulcrum adiit, ibique in oratione prosternitur, et tota nocte vigilat, orans ne **130** inter filios suos bellum civile consurgeret. Cumque hi venientes cum exercitibus suis cum obsiderent, tractantes illum die sequenti interficere, mane facto, in loco quo erant congregati orta tempestas tentoria disjecit, res diripit, et cuncta subvertit; immixtaque fulgura cum tonitruis ac lapidibus super eos descendunt. Ipse quoque super infectam grandine humum in faciem proruit, et a lapidibus descendentibus graviter verberatur: nullum enim eis tegumen remanserat, nisi parmæ tantum, hoc maxime metuentes ne ab ignibus caelestibus cremarentur. Sed et equites [Al. equi] eorum ita dispersi sunt, ut vix in vicesimo quoque reperirentur stadio; multi enim prorsus ex eis non sunt inventi. Tunc illi, ut diximus, a lapidibus cæsi, et humo prostrati, pœnitentiam agebant, ac precabantur veniam a Deo, quod ista contra sanguinem suum agere voluissent. Super Chlothacharium vero neque una quidem pluvie gutta decidit, aut aliquis D sonitus tonitruum est auditus: sed nec anhelitum

^a Corb. et Bellov., *Sigivaldum*. Regm., *Givaldum*.

^b Cod. Corb., *Italiam*, quod idem est.

^c Regm., *illis muneribus pacatis*. Ed. et mss., præter Corb. et Bell., habent *Leodibus*.

^d Ms. 1, *catenis*. Ed., *equis et catenis*. Unde Valerius catenarum nomine designari putat torques, quibus, teste Floro Annæo lib. iv, Germaniæ gentes sibi colla adornare solebant. Mor. s. explicat, *catenis, id est vasis*.

^e Bell. ut supra, *Sigivaldus*.

^f Vide epistolam Aureliani episc. Arelat. ad eum scriptam, infra in Appendice, et Fortunatum lib. ii, carm. 12. *Magnus* a Mario Aventicensi episc. aliisque auctoribus dictus est. Tanta autem erat ei animi magnitudo, ut Justiniani imp. sese in titulis *Francicum*, quasi Francos devicisset, inseribentis vanitatem

ferre non valens, expeditionem paraverit in Orientem, ut subjugato imperio, regni urbis Constantinopolis expugnatione gentis suæ injuriam vindicaret. Sed morte præventus, rem infectam reliquit. Hæc refert Agathias lib. i Historiæ, auctor Græcus illorum temporum.

^g Sic Bell. et Corb., alii, *Theodovaldum*.

^h Silvæ nomen reinlit auctor qui Gesta Francorum scripsit sub Theodorico principe, his verbis: *In silvam confugit in Arelauno, fecitque combros*: ubi aliquot editi et scripti pro *Arelauno*, mendose habent *Auriliano*, quod in errorem conjectit Aimoinum, qui *combros*, id est arborum in silvis concesses putavit esse vici alienius nomen pagi Aurelianensis. De saltu Arelauno dicitur infra, ad caput 24 Chronici Fredegarii.

ullius venti in illo loco sentire. Illi quoque mittentes nuntios ad eum, pacem et concordiam petierunt: qua data, ad propria sunt regressi. Quod nullus ambigat hanc per obtentum reginæ beati Martini fuisse virtutem.

XXIX. Posthæc Childbertus rex in Hispaniam abiit; quam ingressus cum Chlothachario, Cæsaraugustanam civitatem cum exercitu vallant atque obsident. At illi in tanta humilitate ad Deum conversi sunt, ut induti ciliciis, abstinentes a cibis et poculis, cum tunica beati Vincentii martyris muros civitatis psallendo circumirent: mulieres quoque amictæ nigris palliis, dissoluta cæsarie, superposito cinere, ut eas putares virorum funeribus deservire, plangendo sequebantur. Et ita totam spem suam locus ille ad Domini misericordiam retulit ^a, ut diceretur ibidem Ninivitarum jejuniis celebrari: nec æstimaretur aliud posse fieri, **131** nisi eorum precibus divina misericordia inflecteretur. Hi autem qui obsidebant, nescientes quid obsessi agerent, cum viderent sic murum circumiri, putabant eos aliquid agere maleficii. Tunc apprehensum unum de civitate rusticum, ipsi interrogant, quid hoc esset quod agerent. Qui ait: Tunicam beati Vincentii deportant, et cum ipsa, ut eis Dominus mereatur, exorant. Quod illi timentes, se ab ea civitate removerunt: tamen acquisita maxima Hispaniæ parte, cum magnis hi spoliis in Gallias redierunt ^b.

XXX. Post Amalaricum vero, Theoda rex [Al. Theuda] ordinatus est in Hispaniis. Quo interfecto, Theudegisilum levaverunt regem. Is dum ad cœnam cum amicis suis epularetur, et esset valde lætus, cum subito, extinctis in recubitu luminaribus ^c, ab inimicis gladio percussus interit: post quem Agila regnum accepit. Sumpserant enim Gotthi hanc dete-

^a Cod. Bell. et Regm. cum editis plerisque, ad Dominum misericordiam contulit. Boet. s., Dominum misericordem.

^b Anonymus, qui sub Theodorico rege scripsit Gesta Francorum, refert Childbertum urbis episcopum accessivisse, ab eoque aliquid ex B. Vincentii reliquiis postulasse. Qui, inquit, dedit ei stolam ejus. Tunc acquisita, etc. Childbertus vero Parisios veniens, ecclesiam in honore B. Vincentii martyris edificavit. Hæc fuit occasio celeberrimæ basilicæ edificandæ, quæ, etiam S. Crucis nomine insignita apud Fortunatum in lib. de Vita S. Germani, postea regum nostrorum, stirpisque regni principum conditorium fuit, ut passim Gregorius memorat. Nunc sub S. Germani a Pratis nomine nota est, de qua non semel inferius agendum. Porro Victor Tunnonensis in expeditionis hujus narratione non dissentit a Gregorio: at qui postea subsequuti sunt Hispani auctores, magnam cladem ea occasione Franci a Theodischo duce illatam fuisse scribunt. Vide Coitinus ad an. 542.

^c Sic Bell. et Corb.; cæteri enim ed., cereis subito extinctis in recubitu ab, etc. Hanc pessimam occidendorum regum licentiam extirpare conati sunt Hispaniarum episcopi variis in conciliis, uti observat Coitinus ad an. 584.

^d Theodoricus, cognomento Magnus, Ostrogothorum rex, obiit Olybrio cons. ex Mario, id est an. 526. Ex Analede Chlodovei sorore, non filia, ut quidam volunt, suscepit Amalasantham, apud ejus ævi scri-

ptorem stabilem consuetudinem, ut si quis eis de regibus non placuisset, gladio eum appeterent, et qui libuisset animo, hunc sibi statuerent regem.

XXXI. Et quia Theodoricus rex Italiæ ^d Chlodovechi regis sororem in matrimonio habuit, mortuus parvulam filiam cum uxore reliquit. Hæc autem cum adulta facta esset, per levitatem animi sui relicto matris consilio, quæ ei regis filium providebat, servum suum, Traguilanem ^e nomine, accepit, et cum eo ad civitatem, qua defensari possit, aufugit. Cumque **132** mater ejus contra eam valde frenderet, peteretque ab ea ne humiliaret diutius nobile genus, sed dimisso servo similem sibi de genere regio, quem mater providerat, deberet accipere, nullatenus voluit acquiescere. Tunc mater ejus contra eam frendens, exercitum commovit. At illi venientes super eos, Traguilanem interfecerunt gladio, ipsam quoque cædentes in domum matris reduxerunt. Erant autem sub Ariana secta viventes. Et quia consuetudo eorum est, ut ad altarium venientes, de alio calice reges communicent, et de alio ^f populus minor, venenum in calice illo posuit de quo mater communicata erat. Quo illa hausto, protinus mortua est; non enim dubium est tale maleficium esse de parte diaboli. Quid contra hæc miseri hæretici respondebunt, ut in Sancta ^g eorum locum habeat inimicus? Nos vero Trinitatem in una æqualitate pariter et omnipotentia confitentes, etiam si mortiferum bibamus, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, veri atque incorruptibilis Dei, nihil nos nocebit. Indignantem ergo Itali contra hanc mulierem, Theodadum regem Tusciæ invitantes, super se regem statuunt. Hic vero cum didicisset quæ inretrix ista commiserat, qualiter propter servum, quem acceperat, in matrem exstiterat parricida, sacroscendo vehementer balneo, eam in eodem cum una puella

ptores celebrem, quæ nupsit Eutharico, viro principi ex nobili Amalorum stirpe. Hæc autem post patris simul et viri obitum, Athanagildi filii sui, qui uou-dum administrando regno par erat, tutelam suscepit, eoque defuncto, ad Theodatum seu Theodahadum, qui ex stirpe regia erat, sceptrum transferri curavit. Sed ille beneficii accepti immemor, Amalasantham in iusulam lacu Volsiniensis exsulare cogit, ac paulo postea strangulari jussit. Cujus mortis ulciscendæ specie Justinianus bellum in Gotthos movit, quod Procopius et alii auctores fusius describunt, et tandem Gotthis fatale fuit. Ex his patet quantum a vero aberraverit Gregorius in hoc capite, quod tamen in omnibus mss. et editis, et quidem integrum habetur.

^e Colb. et aliquot ed., Trauillanem. Bell., Traquillanem. Regm., Straguilonem. Vide Fredegar. cap. 44.

^f Mos adhuc sæculo vni in Romana Ecclesia vigebat, ut ex unico calice omnibus porrigeretur communicatio, ut colligere licet ex epistola 9 Gregorii II ad sanctum Bonifacium Moguntinum, ubi pontifex scribit congruam non esse duos vel tres calices in altario ponere cum Missarum solemnia celebrantur.

^g Sic omnes mss. præter Bell. qui prima manu habet Scam, et alia manu sectam: quam vocem habet edit. 1. Sed retinenda est vox Sancta, quo nomine intelligitur sacra Eucharistia et quidem hic sub unica specie. Lege Mabillonii Commentarium prævium in Ordinem Romanum tomo II Musci Italici.

includi præcepit. Quæ nec mōra, inter arduos vāpores ingressa, in pavimento **133** corruens, mortua atque consumpta est. Quod cognoscentes hi reges Childebertus et Chlothacharius consobrini ejus, nec non et Theudebertus, quod scilicet tam turpi fuerit interfecta supplicio; ad Theodadum legationem dirigunt, exprobrantes de morte ejus, atque dicentes: Si hæc quæ egisti nobiscum non componeris, regnum tuum auferemus, et simili pœna te damnabimus. Tunc ille timens, quinquagena eis millia aureorum transmisit^a. Childebertus autem, ut erat semper contra Chlothacharium regem invidus atque versutus, cum Theudeberto nepote suo conjunctus, diviso inter se hoc auro, nihil exinde dare regi Chlothachario voluerunt. At ille super thesauros Chlodomeris aggressus, multum illis amplius quam hi fraudaverant, abstulit.

XXXII. Theudebertus vero in Italiam abiit^b, et exinde multum acquisivit. Sed quia loca illa, ut fertur, morbida sunt, exercitus ejus in diversis febribus corruens, vexabatur. Multi enim ex his in illis locis mortui sunt. Quod videns Theudebertus, ex ea reversus est, multa secum spolia ipse, vel sui deferentes; dicitur tamen tunc temporis usque Ticinum accessisse civitatem, in qua Buccellinum^c rursum direxit. Qui minore illa Italia^d capta, atque in ditionem regis antedicti redacta, majorem petiit: in qua contra Bellissarium^e multis vicibus pugnans, victoriam obtinuit. Cumque imperator vidisset, quod Bellissarius crebrius vinceretur, amoto eo, Narsetem in ejus locum statuit. Bellissarium vero comitem stabuli, quasi pro humilitate, quod prius fuerat, posuit. Buccellinus vero contra Narsetem magna certamina **134** gessit; capta omni Italia, usque in mare terminum dilatavit, thesauros vero magnos ad Theudebertum de Italia direxit. Quod cum Narses imperatori posuisset in notitiam, imperator conductis pretio gentibus, Narseti solatium mittit, conficiensque postea victus abscessit. Deinceps vero Buccellinus Siciliam occupavit, de qua etiam tributa exi-

^a Non ea occasione, quæ fabulosa est, uti diximus, pecunias Francorum regibus dedit Theodatus: sed ingentem tamen eis summam pollicitus fuerat cum Provincia ac aliis regionibus, quas Ostrogothi in Galliis possidebant, ut eorum opem adversus Justinianum imploraret. Sed re adhuc infecta Vitiges Theodato substitutus, non solum pecunias ac regiones pollicitas Francis tradidit; sed etiam Alamanos, qui post Tolbiacense prælium in Italiam protulsi sedes a Theodorico acceperant; eorum dominio subjecit, ut scribit Agathias.

^b Sic et Marius ad an. 539, quo scilicet Apio erat consul. Plura de hoc bello Procopius, qui Francos violatæ fidei accusat, quod post susceptas a Justiniano legationes ac munera, sese tamen Gotthis conjunxissent; aut potius Gotthis ac Romanis inter sese certantibus, ipsi utrisque infesti Italiæ partem maximam diripiissent ac invasissent.

^c Reg: et omnes ferme editi, *Buccitenum*. Hunc *Buccinum* Procopius et Agathias appellant. Is erat natione Alemannus: cumque in ejus exercitu Franci simul permixti essent cum Alemannis, quorum plerique nondum Christiani, aut certe variis superstitionibus adhuc dediti erant, Procopius contra Fran-

A gens, regi transmisit. Magna enim ei felicitas in his conditionibus fuit.

XXXIII. Asteriolus^f tunc et Secundinus magni cum rege habebantur. Erat autem uterque sapiens, et rhetoricis imbutus litteris. Sed Secundinus plerumque legationem imperatori a rege missus intulit, et ob hoc jactantiam sumpserat; ac nonnulla contractionem exercebat. Qua de causa factum est, ut inter illum atque Asteriolum lis sæva consurgeret: quæ usque ad hoc profecit, ut oblitis verborum objectionibus propriis se manibus lacerarent^g. Cumque hæc per regem pacificata fuissent, et Secundinus adhuc de sua cædē timeret^h, nata est inter eos rursus intentio [*At. contentio*]. Et rex suscipiens Secundini causam, Asteriolum in ejus potestatem **B** dedit. Qui valde humiliatus est, et ab honore depositus: sed per Uvisgardem reginam iterum est restitutus. Mortua autem illa, consurgens iterum Secundinus, eum interfecit. Nam hic moriens filium dereliquit, qui cum crevisset, et esset adules, cepit patris sui velle injuriam vindicare. Tunc Secundinus timore perterritus, dum de villa in villam autem cum fugeret, cum se jam videret eo imminente non posse evadere, ne in manus inimici corrueret, **135** veneno se, ut dicitur, interfecit.

XXXIV. Desideratus autem Viridunensis episcopusⁱ, cui Theudericus rex multas irrogavit injurias; cum post multa exitia, et damna atque ærumnas, ad libertatem propriam jam Domino jubente rediisset, et episcopatu, ut diximus, apud Viridunensem urbem potiretur; videns habitatores ejus valde pauperes atque destitutos, dolebat super eis; et cum ipse per Theudericum de rebus suis remansisset extraneas, nec haberet de proprio qualiter eos consolaretur, bonitatem et clementiam circa omnes Theuderti regis cernens, misit ad eum legationem, dicens: Fama bonitatis tuæ in universam terram vulgatur, cum tanta sit tua largitas, ut etiam non petentibus opem præstes. Rogo, si pietas tua habet aliquid de pecunia, nobis commodes, qua cives nos-

corum mores passim scribit. At multo æquior est Agathias lib. 1, qui ait: *Non enim feri sunt Franci, ut multi barbarorum, etc. Christiani enim sunt rectissimarum sententiarum, etc.*

^d Minorem Italiam appellat Gregorius Liguriam ac Venetiam, ut observat Valesius lib. viii Rerum Francicarum.

^e Sic editi et cod. Regm. semel. Sed alii mss., etiam vetustissimi, semper habent *Belsuarium*. Hic autem famosus ille Belisarius designatur, de quo, sicut et de Narsete eunuchō, plura dicere supervacaneum esset.

^f Reg., *Etteriolus* semel, tum *Atteriolus*. Secundinus vero is esse videtur, quem ob spretam Joannis Reomaensis abbatis epistolam divinitus fuisse puni-tum memorat Jonas in Vita ejusdem sancti lib. ii, cap. 1, ubi dicitur *Secundinus patricius*.

^g Sic Corb. et Bellov. Alii cum editis, *verberarent*

^h Sic idem codd. cum Bec., Reg. et Regm. Colb., *timerat*. Editi, *timeret*.

ⁱ S. Vitono successit, subscripsitque concilio Arvernensi anno 535, et Aurelianensi v, an. 549; obiit an. 550. *Sanctus* dicitur a Wasseburgio.

tros relevare valeamus. Cumque hi negotium exercentes, responsum ^a in civitate nostra, sicut reliquæ habent, præstiterint, pecuniam tuam cum usuris legitimis reddemus. Tunc ille pietate commotus, septem ei millia aureorum præstitit. Quæ ille accipiens, per cives suos erogavit. At illi negotia exercentes, divites per hoc effecti sunt, et usque hodie magni habentur. Cumque antedictus episcopus debitam pecuniam obtulisset regi, respondit rex: Non habeo necessarium hoc recipere; illud mihi sufficit, si dispensatione tua pauperes qui opprimebantur inopia, per tuam suggestionem, vel per meam largitatem sunt relevati. Et nihil exigens, antedictos cives divites fecit.

XXXV. Defuncto autem apud urbem supradictam memorato antistite, Agiricus quidam c civibus in cathedram ejus subrogatur. Siagrius ^b autem filius ejus reminiscens injurias patris, qualiter a Sirivaldo ad regem Theudericum incusatus, non solum spoliatus, verum etiam suppliciiis affectus fuisset, oppressum cum armata manu Sirivaldum taliter interfecit. Tunc mane facto, cum nebula esset condensata, **136** et vix adhuc disruptentibus tenebris aliquid quis posset discernere, venit ad villam ejus in Divioniensi territorio, cui nomen est Floriacum ^c: egressoque domum uno amicorum, putantes ipsum Sirivaldum esse, interfecerunt eum; et revertentibus ^d, quasi victoriam obtinissent de inimico, indicat eis nomen ex familia, non eos dominum interfecisse, sed subditum. At illi regressi, requirentes eum, cellulam, in qua dormire solitus erat, repertam aggrediuntur. Ad ejus ostium diutissime pugnantes, nihil ei poterant prevalere. Dehinc cruto ab uno latere pariete ingredientes, gladio eum interfecerunt. Post mortem enim Theuderici hic interfectus est.

XXXVI. His denique gestis Theudebertus rex ægrotare cœpit. Ad quem medici multa studia impenderunt: sed nihil valuit, quia eum jam Dominus vocari jubebat. Ergo cum diutissime ægrotasset, ab ipsa infirmitate deficiens, reddidit spiritum. Franci vero cum Parthenium in odio magno haberent, pro eo quod eis tributa antedicti regis tempore infixisset, eum persequi cœperunt. Ille vero in periculo positum se cernens, confugium ab urbe facit, et a duobus episcopis suppliciter exorat, ut cum ad ur-

beam Trevericam deducentes, populi sævientis seditionem sua prædicatione comprimerent. Quibus euntibus, nocte dum in stratu suo decumberet, subito per somnium vocem magnam emittit, dicens: Heu, heu! Succurrite qui adestis, et auxilium ferte per-eunti! A quo clamore expergefacti qui aderant, interrogant quid hoc esset. Respondit ille: Ausanius amicus meus cum Papianilla ^e conjuge, quos olim interfeci, ad iudicium me arcessebant, dicentes: Veni ad respondendum, quia causaturus es nobiscum coram Domino. Zelo enim ductus ante annos aliquot conjugem innocentem, amicumque peremerat. Igitur accedentibus episcopis ad antedictam urbem; cum strepentis populi seditionem ferre non possent, **137** enim in ecclesia abdere voluerunt, scilicet ponentes eum in arca, et desuper sternentes vestimenta, quæ erant ad usum ecclesiæ. Populus autem ingressus, perserutatusque universos angulos ecclesiæ, cum nihil reperisset, frendens egrediebatur. Tunc unus ex suspicione locutus, ait: En arca, in qua non est inquisitus adversarius noster. Dicentibus vero custodibus, nihil in ea aliud nisi ornamenta ecclesiæ contineri, illi clavem postulant, aientes: Nisi reseraveritis velocius, ipsi eam sponte confringimus. Denique reserata arca, amotis linteaminibus, inventum extrahunt, plaudentes atque dicentes: Tradidit Deus inimicum nostrum in manus nostras. Tunc cadentes cum pugnibus, sputisque perurgentes ^f, victis post tergum manibus ad columnam lapidibus obruerunt. Fuit autem in cibus **138** valde vorax: sed quæ sumebat, quo celerius ad manducandum commoveretur, sumpto alio velociter digerebat, sed et strepitus ventris absque ulla auditorum reverentia in publico emittebat. Hoc ergo exitu consummatus interiit.

XXXVII. Gravem eo anno, et solito asperiores hyemem fecit ^g, ita ut torrentes concatenati gelu, pervium populis iter, tanquam reliqua huius, præberent. Aves quoque rigore affectæ vel lame, absque ullo hominum dolo, cum magnæ essent nives, manu capiebantur. A transitu igitur Chlodovechi usque in transitum Theudeberti, computantur anni triginta septem ^h. Mortuo ergo Theudeberto, quarto decimo regni sui anno, regnavit Theodobaldus ⁱ filius ejus pro eo.

^a Sic mss. Ed. vero, *sponsionem*.

^b Reg., Colb. et Bad., *Siagrius*. Et infra pro *Sirivaldo* aliquot editi et mss., *Sirivaldo*. Siagrius autem filius fuit Desiderati, qui injurias, de quibus cap. præcedenti, quas pater sub Theodorico pertulerat, ultus est. De Agerico pluraliter inferius.

^c Vicus ad Osearam fluvium in diœcesi Lingonensi, vulgo *Florey*. Pertinet ad monasterium Cabillonense sancti Marcelli.

^d Regm., *exsultantibus eis*.

D ^e Colb., *Papia illius conjuge*, sed mendose; nam patet ex sequentibus Papiam illam Parthenii ipsius uxorem fuisse, quam zelotypia laborans occiderat.

^f Sic mss.; at plerique editi, *perurgentes*.

^g Phrasis est Gallica, quam habent mss. omnes. præter Bec. qui cum ed. habet, *Gravis . . . asperior hiems fuit*.

^h Col., *triginta sex*.

ⁱ Sic Bec.; alii *Theodovaldus*. Vide supra cap. 27.

139-140 INCIPIUNT CAPITULA LIBRI QUARTI.

- I. De obitu Chrothechildis reginæ.
- II. Quod Chlothacharius rex tertiam partem fructuum ecclesiis auferre voluit.
- III. De uxoribus et filiis ejus.
- IV. De Britannorum comitibus.
- V. De sancto Gallo episcopo.
- VI. De Catone presbytero.
- VII. De episcopatu Cautini.
- VIII. De Hispanorum regibus.
- IX. De obitu Theodobaldi regis.
- X. De rebellione Saxonum.
- XI. Quod Catonem ex jussu regis ad episcopatum Turonici petierint.
- XII. De Anastasio presbytero.
- XIII. De levitate et malitia Chramni; et de Cautino ac Firmino.
- XIV. Quod Chlothacharius contra Saxones iuit altera vice.
- XV. De episcopatu sancti Eufronii.
- XVI. De Chramno et satellitibus ejus, et malis quæ gessit; vel qualiter Divionem adrenit.
- XVII. Quod Chramnus ad Childeburtum transiit.
- XVIII. De Austrapio duce.
- XIX. De obitu sancti Medardi episcopi, et ejus sepultura.
- XX. De obitu Childeberti, et interitu Chramni.
- XXI. De obitu Chlothacharii regis.
- XXII. Divisio regni inter filios ejus.
- XXIII. Quod Sigibertus contra Chunos abiit: et Chilpericus civitates ejus pervasit.
- XXIV. De patriciatu Celsi.
- XXV. De uxoribus Guntchramni.
- XXVI. De uxoribus Chariberti.
- XXVII. Quod Sigibertus Brunichildem accepit.
- XXVIII. De uxoribus Chilperici.
- XXIX. De secundo Sigiberti contra Chunos bello.
- XXX. Quod Arverni ad capiendam Arelatensem urbem jussu Sigiberti regis abierunt.
- XXXI. De Taureduno castro, et aliis signis.
- XXXII [Novum *]. De Juliano monacho.
- XXXIII [Novum *]. De Sunniulfo abbate.
- XXXIV [Novum *]. De Burdigalensi monacho.
- XXXV [Novum *]. De episcopatu Aviti Arverni.
- XXXVI [Novum *]. De sancto Nicetio Lugdunensi.
- XXXVII [Novum *]. De sancto Friardo recluso.
- XXXVIII [Al. xxxii]. De regibus Hispanorum.
- XXXIX [Al. xxxiii]. De imperio Justini.
- XL [Al. xxxiv]. De interitu Palladii Arverni.
- XLI [Al. xxxv]. Quod Alboinus cum Langobardis Italiam occupavit.
- XLII [Al. xxxvi]. De Eunii cognomento Mummoli origine.
- XLIII [Al. xxxvii]. De bellis Mummoli cum Langobardis.
- XLIV [Al. xxxviii]. De Archidiacono Massiliensi.
- XLV [Al. xxxix]. De Langobardis et Mummolo.
- XLVI [Al. xl]. Quod Mummolus Turonis venit.
- XLVII [Al. xli]. De interitu Andarchii.
- XLVIII [Al. xlii]. Quod Theodobertus civitates pervasit.
- XLIX [Al. xliii]. De Lotta monasterio.
- L [Al. xliv]. De Sigiberti reliquis gestis; et quod Parisios venit.
- LI [Al. xlv]. Quod Chilpericus cum Guntchramno sædus iniiit; et de obitu Theodoberti filii ejus.
- LII [Al. xlvi]. De obitu Sigiberti regis.

LIBER QUARTUS.

141 I. Igitur Chrothechildis regina plena dierum, A bonisque operibus prædita, apud urbem Turonicam obiit, tempore Injuriosi episcopi: quæ Parisios cum magno psallentio^a deportata, in sacrario basilicæ S. Petri, ad latus Chlodovechi regis sepulta est a filiis suis, Childeberto atque Chlothachario regibus. Nam

^a Sic mss. omnes præter Regm. qui habet, *psallentium choro*, et Bec. cum ed., *psallentium præconio*. S. Chlotildis festum celebratur die 5 Junii. Ejus vita edita est ex ms. cod. S. Germani a Pratis in Actis SS. Ord. Benedictini sæculo II ad annum 545, quo quidem circiter anno obiisse dicenda est juxta Cointii calculum, si quidem Injuriosi mors anno 546 consi-

derat^b, in qua et Genovefa beatissima est sepulta.

II. Denique Chlothacharius rex indixerat, ut omnes Ecclesiæ regni sui tertiam partem fructuum fisco dissolverent. Quod, licet inviti, cum omnes episcopi consensissent atque subscripsissent, viriliter hoc gnanda sit.

^b Basilicam sancti Petri, ubi religio monastici ordinis vigeret Parisios, ab eadem exstructam fuisse legitur in Vita sanctæ Balthildis. Bell., S. Genoveva. Sic veteres scribebant. Vide Liturgiam Gallican. Mabillon. lib. II, § 16.

beatus Injuriosus respuens subscribere dedignatus est, dicens: Si volueris res Dei tollere, Dominus regnum tuum velociter auferet: quia iniquum est, ut pauperes quos tuo debes alere horreo, ab eorum stipe tua **142** horrea repleantur. Et iratus contra regem, nec valedicens absecessit. Tunc commotus rex, timens etiam virtutem beati Martini, misit post eum eum muneribus, veniam precans, et hoc quod fecerat damnans, simulque rogans, ut pro se virtutem beati Martini antistitis exoraret.

III. Chlothacharius denique ipse rex de diversis mulieribus septem filios habuit, id est de Ingunde, Guntharium, Childericum, Charibertum, Gunthramnum, Sigibertum, et Chlotsindam filiam; de Aregunde vero sorore Ingundis, Chilpericum; de Chunsena habuit Chramnum. Quæ autem causa fuerit, ut uxoris suæ sororem acciperet, dicamus. Cum jam Ingundem in conjugio accepisset, et eam unico amore diligeret, suggestionem ab ea accepit, dicente: Fecit dominus meus de ancilla sua quod libuit, et suo me strato ascivit: nunc ad complendam mercedem, quid famula tua suggerat, **143** audiat dominus meus rex. Precor ut sorori meæ, servæ vestræ, utilem atque habentem a virum ordinare dignemini, unde non humiliter, sed potius exaltata servire fidelis possim. Quod ille audiens, cum esset nimium luxuriosus, in anorem Aregundis incenditur, et ad villam in qua ipsa residebat dirigit [*It. vadit*], eamque sibi in matrimonio sociavit. Qua accepta, ad Ingundem rediens, ait: Tractavi mercedem illam implere, quam me tua dulcedo expetiit. Et requirens virum divitem atque sapientem, quem tuæ sorori deberem adjuungere, nihil melius quam meipsum inveni. Itaque noveris, quia eam conjugem accepi, quod tibi displicere non eredo. At illa: Quod bonum, inquit, videtur in oculis domini mei faciat: tantum ancilla tua cum gratia regis vivat. Guntharius vero, Chramnus atque Childericus, vivente patre mortui sunt. Exitum vero Chramni in posterum scribemus. Alboinus quoque rex Langobardorum Chlotsindam filiam regis accepit. Obiit autem Injuriosus episcopus urbis Turonicæ decimo et septimo episcopatus sui anno: equi Baudinus, ex domestico Chlothacharii regis, sue-

^a Id est divitem. Reg. et editi 2, *habilem*.

^b Corb., *Albuenus*, Bell., *Alboenus*. De hoc fusius Paulus lib. 1 et n de gestis Langobardorum. Ad Chlotsindam vero scripsit beatus Nicetius Trevirensis episcopus, ejus epistolam in Appendice proferemus.

^c Regni., *Clonorem*. De hoc agit auctor Vitæ S. Gildæ, quæ habetur apud Surium, et Bollandum die 19 Januarii, et in Sæculo 1 Benedictino.

^d Pluribus disserit Valesius lib. vi Rerum Francicæ, pag. 281 et seqq., utrum Britanni sub propriis regibus fuerint, et quo tempore? Eos in Aremoricam, seu Lugdunensem tertiam, sub Placidi Valeni imperatoris principatu ex majori Britannia transiisse refert, qui domitis incolis regionem suas leges et nomen imposuerunt; an vero hæc regio Francorum regibus pariter ambigi posse censet, eum eam constet sub propriis principibus semper exstitisse, quos aliquando comites, aliquando duces, immo et nonnunquam reges varii auctores appellarunt. Deinde *regni* nomine Brittonum regionem scriptores passim, et ipse etiam

cessit, decimus sextus post exitum beati Martini.

IV. Chanao quoque Britannorum comes tres fratres suos interfecit. Volens autem adhuc Maclivum interficere, comprehensum atque catenis oneratum in carcere retinebat, qui per Felicem Namneticum episcopum a morte liberatus est. Posthæc juravit fratri suo, ut ei fidelis esset; sed nescio quo casu sacramentum irrumperere voluit: quod Chanao sentiens, iterum eum persequabatur. At ille, cum se evadere non posse videret, post aliam comitem regionis illius fugit, nomine **144** Chonomorem ^e. Is eam sentiens persecutores ejus appropinquare, sub terra cum in loco abscondit, componens desuper ex more tumulum, parvumque ei spiraculum reservans, nudo halitum resumere posset. Advenientibus autem persecutoribus ejus dixerunt: Ecce hic Maclivus mortuus atque sepultus jacet. Quod illi audientes, atque gaudentes, et super tumulum illum bibentes, remittaverunt fratri eum mortuum esse. Quod ille audiens, regnum ejus integrum accepit: nam semper Britanni sub Francorum potestate post obitum regis Chlodovechi fuerunt, et comites, non reges ^d appellati sunt. Maclivus autem de sub terra conurgens, Veneticam urbem expetiit, ibique tonsuratus, et episcopus ordinatus est. Mortuo autem Chanaone, hic apostatavit, et demissis capillis, uxorem quam post clericatum reliquerat, cum regno fratris simul accepit: sed ab episcopis excommunicatus est, cui qualis fuerit interitus, sequenter scribemus (*lib. v, cap. 16*). Obiit autem Baudinus episcopus anno sexto episcopatus sui: in cuius locum Guntharius abbas subrogatur, decimus septimus post transitum sancti Martini.

V. Denique ^e cum beatus Quintianus, sicut supra diximus, ab hoc mundo migrasset, sanctus Gallus in ejus cathedram, rege opitulante, substitutus est. Hujus tempore cum lues illa, quam inguinarium ^f vocant, per diversas regiones desaviret, et maxime tunc Arelatensem provinciam depopularetur, sanctus Gallus non tantum pro se, quantum pro populo suo trepidus erat. Cumque diu noctuque Dominum deprecaretur, ut vivens plebem suam vastari non cerneret, per visum noctis apparuit ei angelus Domini,

Gregorius hic, et alias non semel, designaverunt. Et quidem Brittonum principes sæpius adversus Francos bellum gessere, suis legibus semper usi sunt, sub hereditariis suis principibus viventes, cum in aliis regionibus comites aut duces nostrorum regum non frequenter mutarentur. Hæc pro tuenda apud Brittones regia dignitate; quibus alii opponunt Gregorii locum, quem illustramus, aliorumque veterum scriptorum auctoritatem, qui discrete asserunt Britones Francorum regibus parrisisse; quibus aliisque, quæ fusius exponit Valesius, antiquorum auctorum locis expensis, concludit Brittones, etsi sæpius armis domitos, nunquam tamen aut Merovingicæ familiæ, aut Carolingicæ Francorum regibus certa imperii confessione parrisisse.

^e Deest hoc caput in Corb., Bell., Colb. et Reg. S. Galli Vita habetur inter Vitæ Patrum, cap. 6.

^f Sic dicebatur, quod nascente in inguine, vel in axilla ulcere, in modum serpentis interliceret.

qui tam cæsariem, quam vestem **145** in similitudine nivis candidam efferebat; et ait ad eum: Bene enim facis, o sacerdos, quod sic Dominum pro populo tuo supplicas: exaudita est enim oratio tua; et ecce eris cum populo tuo ab hac infirmitate liberatus, nullusque te vivente in regione ista ab hac strage leperiet. Nunc autem ne timeas: post octo vero annos time. Unde manifestum fuit, transactis his annis, eum a sæculo diseessurum. Expergefactus autem, et Deo gratias pro hac consolatione agens, quod eum per cœlestem nuntium confortare dignatus est, Rogationes illas instituit, ut media Quadragesima psallendo, ad basilicam beati Juliani martyris itinere pedestri venirent. Sunt autem in hoc itinere quasi stadia trecenta sexaginta^a. Tunc etiam in subita contemplatione parietes vel domorum vel ecclesiarum signari videbantur. Unde a rusticis hæc scriptio Thau vocabatur. Cum autem regiones alias, ut diximus, lues illa consumeret, ad civitatem Arverniam, sancti Galli intercedente oratione, non attigit. Unde ego^b non parvam censeo gratiam, qui hoc meruit, ut pastor positus oves suas devorari defendente Domino non videret. Cum autem ab hoc mundo migrasset, et ablatus in ecclesiam deportatus fuisset, Cato presbyter continuo a clericis de episcopatu laudes accepit, et omnem rem ecclesie, tanquam si jam esset episcopus, in suam redegit potestatem: ordinatores^c removit, ministros respuit, emeta per se ordinat.

VI. Episcopi d. tamen qui advenerant ad sanctum Gallum sepeliendum, postquam eum sepelierant, dixerunt Catoni presbytero: Videmus quia te elegit pars maxima populorum: veni, consenti nobis, et benedicentes consecremus te ad episcopatum. Rex vero parvulus est, et si qua tibi ascribitur culpa, nos suscipientes te sub defensione nosra, eum proceribus et primis regni Theodobaldi regis agemus, ne tibi ulla excusetur injuria; nos quoque (intantum fideliter crede, ut spondeamus pro te) omnia, etiam si damni aliquid supervenerit, de nostris **146** propriis facultatibus id reddituros. At ille cothurno vacuæ conflatus gloria, ait: Nostis enim fama entreate, me ab initio ætatis meæ semper religiose vixisse, vacasse jejuniiis, elemosynis delectatum fuisse, continuatas sapius exercuisse vigilias, psallentio vero vigi echra perstitisse statione nocturna. Nec me Dominus Deus meus patitur hac ordinatione privari, nisi tantum famulatum exhibui; nam et ipsos clericatus gradus canonica sum semper institutione sortitus. Lector decem annis fui, in subdiaconatus officio quinque annis ministravi, diaconatus vero quindecim annis mancipatus fui, presbyterii autem jam honore

^a Duodecim circiter leucis distita est Brivate a laromontana urbe.

^b Sic Regm. eum Bad.; cæteri, unde hæc non.

^c Ordinatorum officium vel ex hoc loco licet intelligere. Bertefridus epise. Ambianensis in Privilegio orbicensi vetat, ne quis episcopus ex suis successoribus, aut archidiaconus, seu quislibet ordinator ecclesie Ambianensis, ad præfatum monasterium accedere, aut... præsumat nisi ab abbate rogatus

A viginti annis potior. Quid enim mihi nunc restat, nisi ut episcopatum, quem fidelis servitus promeretur, accipiam? Vos igitur revertimini ad civitates vestras, et si quid utilitati vestræ competit, exerceete; nam ego canonice assumpturus sum hunc honorem. Hæc audientes episcopi, et in eum vanam gloriam exsecrantes, discesserunt.

VII. Igitur^e cum consensu clericorum ad episcopatum electus, eum adhuc non ordinatus eunetis ipse præcesset, Cautino archidiacono diversas minas intendere cœpit, dicens: Ego te removebo, ego te humiliabo, ego tibi multas neces impendi præcipiam. Cui ille: Gratiam, inquit, tuam, domine piissime, habere desidero, quam, si mereor, unam tibi beneficium præstabo. Sine ullo enim labore tuo, et absque B ullo dolo, ego ad regem pergam, et episcopatum tibi obtinebo, nihil petens, nisi ut promerear gratiam tuam. At ille suspicans eum sibi velle illudere, hæc valde despexit. Ille vero eum se cerneret humiliari, atque calumnie subjei, languore simulato, et per noctem civitatem egrediens, Theodobaldum regem petit, annuntians transitum sancti Galli. Quod illa audiens, vel qui cum eo erant, convocatis sacerdotibus apud Mettensem civitatem, Cautinus archidiaconus episcopus ordinatur. Cum autem venissent nuntii Catonis presbyteri, hic jam episcopus erat. Tunc ex jussu regis **147** traditis ei clericis, et omnibus quæ h. de rebus ecclesie exhibuerant, ordinatisque qui cum eo pergere deberent episcopis et camerariis, Arvernos eum direxerunt. Qui a clericis et civibus libenter exceptus, episcopus Arvernus est datus. Grandes postea inter ipsum et Catonem presbyterum inimicitie ortæ sunt: quia nullus unquam potuit flectere Catonem, ut episcopo suo subditus esset. Nam et divisio clericorum facta est, et alii Cautino episcopo erant subditi, alii Catoni presbytero: quod eis luit maximum detrimentum. Cautinus autem episcopus videns enim nulla ratione posse flecti, ut sibi esset subditus, tam ei quam amicis ejus, vel quicumque ei consentiebant, omnes res ecclesie abstulit, reliquitque eos inanes ac vacuos. Quicumque tamen ex ipsis ad eum convertebantur, iterum quod perdidderant, recipiebant.

VIII. Regnante vero Agilane apud Hispaniam, cum populum gravissimo dominationis suæ jugo attereret, D exercitus imperatoris Hispanias est ingressus, et civitates aliquas pervasit. Interfecto autem Agilane, Athanagildus^f regnum accepit. Qui multa bella contra ipsum exercitum postea egit, et eos plerumque devicit; civitatesque, quas male pervaserant, ex parte auferens de potestate eorum.

IX. Theodobaldus vero cum jam adultus esset, fuerit.

^d Deest hoc caput in Bell., Corb., Colb. et Reg.

^e Et hoc caput deest in miss. 4 supradictis.

^f Regni. enim Bad., Athanagel dux, mendose. Is Agilanem, adjuvante Liberio patricio, quem Justinianus in Hispaniam miserat, devicit; sed postea in pellendis Græcis, qui urbes aliquot occuparant, multum desudavit.

Uvaldetradam ^a duxit uxorem. Hunc Theodobaldum A ferunt mali fuisse ingenii, ita ut iratus cuidam, quem suspectum de rebus suis habebat, fabulam fingeret, dicens: Serpens ampullam vino plenam reperit, per cuius os ingressus, quod intus habebatur avidus hausit: a quo inflatus **148** vino, exire per aditum quo ingressus fuerat, non valebat. Veniens vero vini dominus, cum ille exire niteretur, nec posset, ait ad serpentem: Evome prius quod inglutisti, et tunc poteris abscedere liber. Quæ fabula magnum ei timorem atque odium præparavit. Sub eo enim et Buccellinus, cum totam Italiam in Francorum regnum redegisset, a Narsete interfectus est, ^b Italia ad partem imperatoris capta, nec fuit qui eam ultra reciperet. Sub hujus tempore uvas in arbore, quam sambucum ^c vocamus, absque vitis conjunctione natas vidimus; et flores ipsarum arborum, quæ nigra, ut nostis, grana proferre solitæ sunt, racemorum grana dederunt. Tunc et in circulum lunæ stella ^d quinta ex adverso veniens introisse visa est. Credo hæc signa mortem ipsius regis annuntiasse. Ipse vero valde infirmatus, a cinctura deorsum se volutare non poterat ^e. Qui paulatim decidens, septimo regni sui anno mortuus est, regnumque ejus Chlothacharius rex accepit, copulans Uvaldetradam uxorem ejus strato suo. Sed increpitus a sacerdotibus, reliquit eam, datus ei Garivaldum ducem, dirigensque ^f Arvernus Chramnum filium suum.

X. Eo ^g anno rebellantibus Saxonibus, Chlothacharius rex, commoto contra eos exercitu, maximam eorum partem delevit, pervagans totam Thoringiam ^c ac devastans, pro eo quod Saxonibus solatium præbuisset ^h.

XI. Decedente ⁱ vero apud urbem Turonicam Gunthario episcopo, per emissionem, ut ferunt, Cautini episcopi, Cato presbyter ad gubernandam Turonicæ urbis Ecclesiam petebatur. **149** Unde factum est, ut conjuncti clerici, cum Leubaste martyriario ^j et abbate, cum magno apparatu Arvernum propera-

rent. Cumque Catoni regis voluntatem patefecissent, suspendit eos a responso paucis diebus. Hi vero regredi cupientes, dicunt: Pande nobis voluntatem tuam, ut sciamus quid debeamus sequi; alioquin revertimur ad propria. Non enim nostra te voluntate expetivimus, sed regis præceptione. At ille, ut erat vanæ gloriæ cupidus, adnata pauperum caterva, clamorem dari præcepit his verbis: Cur nos deseris, bone pater, filios, quos nunc usque educasti? Quis nos cibo potuque reficiet, si tu abieris? rogamus ne nos relinquant, quos alere consuevit. Tunc ille conversus ad clerum Turonicum, ait: Videtis nunc, fratres charissimi, qualiter hæc multitudo pauperum me diligit; non possum eos relinquere et ire vobiscum. Istud hi responsum accipientes, regressi sunt Turonis. Cato autem amicitias cum Chramno nexerat, promissionem ab eo accipiens, ut si contigerit in articulo temporis illius regem mori Chlothacharium, statim ejecto Cautino ab episcopatu, iste præponeretur Ecclesiæ. Sed qui cathedram beati Martini contemptui habuit, quam voluit non accepit: impletumque est in eo quod David cecinit, dicens: *Noluit benedictionem, et prolongabitur ab eo* (Psal. cviii, 18). Erat enim vanitatis cothurno elatus, nullum sibi putans in sanctitate haberi præstantiorem. Nam quadam vice conducta pecunia mulierem clamare fecit in ecclesia, quasi per energiam, et se sanctum magnum, Deoque charum confiteri; Cautinum autem episcopum omnibus sceleribus criminisum, indignumque qui sacerdotium debuisset adipisci.

XII. Denique ^k Cautinus assumpto episcopatu, talem se reddidit, ut ab omnibus exsecraretur, vino ultra modum deditus: nam plerumque in tantum infundebatur potu, ut de convivio **150** vix a quatuor portaretur. Unde factum est, ut epilepticus fieret in sequenti: quod sæpius populis manifestatum fuit. Erat enim et avaritiæ intantum incumbens, ut cujuscunque possessionis fines ejus termino adhæsisset, interitum sibi putaret, si ab eisdem aliquid non mi-

^a Sic Corb., Bell., Bec. et Reg.; alii *Ualdetradam*, aut *Uldotradam*. Hæc fuit W. chouis Langobardorum regis altera filia, Wisegardis Theodeberti uxoris soror, de quibus Paulus lib. 1, cap. 21.

^b De expeditionibus Buccelini in Italiam, præter alios auctores, legendi potissimum Procopius et Agathias, qui fuse de bellis inter Justinianum et Gothos in Italia motis, quibus sese Franci sæpius internis-enere, scripserunt. Idem de legationibus hinc et inde missis ea de causa. Buccellinum anno 554 fuisse interemptum censet Valesius, Hamingum vero, alterum Francici exercitus ducem, anno sequenti, cum jam Leutharius Buccelini frater præda onustus in patriam reverti festinans, inter Tridentum ac Veronam fuisset defunctus. Quas quidem Francorum clades appendix ad Marcellinum comitem, Marius in Chronico, Paulus diaconus, alique auctores, sed variis annis, commemorant. Porro licet ea occasione Franci ea quæ in Italia possidebant penitus amiserint, nec tunc temporis quisquam missus fuerit ad ea recuperanda; certum est tamen Chlotarium postea aliquid in Italia posse sedisse, ut ipse Sigihertus filius ejus testatur infra lib. ix, cap. 20, et Langobardi in Italia commanentes tributa Francorum regibus pendebant, ex lib. x, cap. 3.

^c Mar. s., *saucum*.

^d Sic Corb. et Regm.; ceteri fere, *lunæ quintæ stella*; alii, *stellam*.

^e Regm., *diu non poterat stare*. Bec. et Bell., *se judicare*.

^f Regm., *dirigens Arvernus ad filium suum Chramnum*.

^g Hoc caput deest in Reg. et Colb.

^h Aliquot, *suppetias præstitissent*. Et pro tota Thoringiam, habent, *Tornacum, Thoringiam*. Marius Thoringiæ devastationem ob præstita Saxonibus auxilia post alteram Chlotarii expeditionem contigisse refert an. 15 P. C. Basilii, id est 556, priore anno præcedenti, quo Theodebaldus obiit, consignat.

ⁱ Hoc caput non habent Corb. et Bell.

^j Concilium Aurelian. in anno 553, can. 13, statuit *ut abbates, martyriarii, etc., apostolia, id est litterarum dimissorias, dare non præsumant*. Martyriarii dicebantur, quod martyrum oratoriis præessent. Ex formulæ Andegavensi, num. 48, tomo IV Analect. Mabillon. colligitur martyriarium matriculæ seu nosocomii pauperum præfuisse.

^k Hoc caput deest in Corb., Bell., Reg. et Colb.

nisset : et a majoribus quidem cum rixa et scandalo auferebat, a minoribus autem violenter diripiebat. Quibus et a quibus, ut Sollius ^a noster ait, nec dabit pretia contemnens, nec accipiebat instrumenta desperans. ^b Erat enim tunc temporis Anastasius presbyter, ingenuus genere, qui per chartas gloriosæ memoriæ Chrotechildis reginæ proprietatem aliquam possidebat : quem plerumque conventum episcopus rogabat humiliter ac suppliciter, ut ei chartas supradictæ reginæ daret, sibi que possessionem hanc subderet. Sed ille cum voluntatem sacerdotis sui implere differret, eumque episcopus nunc blanditiis provocaret, nunc minis terreret, ad ultimum invitum urbi exhiberi præcepit, ibique impudenter teneri ; et, nisi instrumenta daret, injuriis affici et fame necari jussit. Sed ille virili repugnans spiritu, nunquam præbuit instrumenta, dicens : Satius sibi esse ad tempus inedia tabescere, quam sobolem in posterum miseram derelinqui. Tunc ex jussu episcopi traditur custodibus, ut nisi, has chartulas proderet, fame necaretur. Erat enim ad basilicam sancti Cassii ^b martyris crypta antiquissima abditissimaque, ubi erat sepulcrum magnum ex marmore Pario, in quo grandævi cujusdam hominis corpus positum videbatur. In hoc sepulcro super sepultum vivens presbyter sepelitur, operiturque lapide, quo prius sarcophagum fuit obtectum, datis ante ostium custodibus. Sed custodes fidi quod lapide premeretur, cum esset tyems, accenso igne, vino sopiti calido obdormiunt. At presbyter, tanquam novus Jonas, velut de **151** ventre inferi, ita de conclusione tumuli Domini misericordiam flagitabat. Et quia spatiosum erat, ut diximus, sarcophagum, etsi se integrum vertere non poterat, manus tamen in parte qua voluisset libere extendebat. Manabat enim ex ossibus mortui, ut ipse referre erat solitus, letor lethalis, qui non solum externa, verum etiam interna viscerum quatiebat. Cumque pallio aditus narium obseraret, quandiu flatum continere poterat, nihil pessimum sentiebat : ubi autem se quasi suffocari putabat, remoto paululum ab ore pallio, non modo per os aut per nares, verum etiam per ipsas, ut ita dicam, aures, odorem pestiferum nantiebat. Quid plura? Quando divinitati, ut credo, condonuit, manum dexteram ad spondam sarcophagi tendit, reperitque vectem, qui decedente opertorio, inter ipsum ac labium sepulcri remanserat. Quem paulatim commovens, sensit cooperante Dei adjutorio, lapidem amoveri. Verum ubi ita reintro-

atus fuit, ut presbyter caput foras educeret, majorem quo totus egrederetur aditum liberius patefecit. Interea operientibus nocturnis tenebris diem, nec adhuc usquequaque diffusis, aliud cryptæ ostium petit : erat enim seris fortissimis clavisque firmissimis obseratum ; verum tamen non erat ita levigatum, ut inter tabulas aspicere homo non posset. Ad hos aditus presbyter caput reclinat, advertitque hominem viam prætereuntem. Hunc, licet voce tenui, vocat. Exaudit ille, nec mora, securem manu tenens, sudes ligneas, quibus seræ continebantur, incidit, aditumque presbytero patefecit. At ille de nocte consurgens, ad domum pergit, satis virum obsecrans, ne de eo cuiquam aliud enarraret. Domum igitur suam ingressus, inquisitis chartis, quas ei memorata regina tradiderat, ad Chlothacharium regem defert, indicans qualiter **152** ab episcopo suo vivens sepulturæ fuerat mancipatus. Stupescientibus autem omnibus, et dicentibus, nunquam vel Nerouem, vel Herodem tale facinus perpetrasse, ut homo vivens sepulcro recondideretur, advenit ad Chlothacharium regem Cautinus episcopus : sed accusante presbytero, victus confususque discessit. Presbyter autem acceptis a rege præceptionibus, res suas ut libuit defensavit posseditque, ac suis posteris dereliquit. In Cautino autem nihil sancti, nihil pensum fuit : de omnibus enim scripturis, tam ecclesiasticis quam sæcularibus, adplene immunis fuit. Judæis valde clarus ac subditus erat, non pro salute, ut pastoris cura debet esse sollicita, sed pro comparandis speciebus, quas cum hic blandiretur, et illi se adulatores manifestissime declararent, majori quam constabant prelo vendebant ^e.

XIII. Chramnus ^d vero his diebus apud Arvernum residebat. Multæ enim causæ tunc per eum irratiōnabiliter gerebantur ; et ob hoc acceleratus est ^e de mundo : multum enim maledicebatur a populo. Nulum autem hominem diligebat, a quo consilium bonum utileque posset accipere ; nisi collectis vilibus personis ætate juvenili fluctuantibus, eosdem tantummodo diligebat ^f, eorumque consilium audiens, ita ut filias senatorum datis præceptionibus, eisdem videntibus trahi ^g juberet. Firminum a comitatu urbis graviter injuriatum abegit, et Salustium Evodii [Al. Evodi] filium subrogavit. Sed Firminus cum socru ^h sua ecclesiam petiit. Erant autem Quadragesimæ dies : et Cautinus episcopus in Brivatensem diocesis ^h psallendo adire disposuerat, juxta institutio-

^a Bad., *Solinus*; sed nostra lectio melior. Hic quippe Apollinaris Sidonius designatur, qui et dicebatur *Caius Sollius*. Locus autem a Gregorio laudatus habetur in epistola 1, lib. II, quæ est ad Hedecium, ubi loquitur de Serenati vitis, qui res aliorum invadebat nullo dato pretio, quod eos contemneret ; nec accipiebat instrumenta, id est litteras seu tabulas venditionis.

^b De hac lib. I de ecclesiis Claronont. Exstat hodie, ut monet Savaro, parochiali titulo insignita. Vide supra lib. I, ad cap. 31. De S. Cassio et socris agunt Bollandiani ad diem 15 Febr. quo eorum festum celebratur.

^c Chesn. et Frel., *venundabat*.

^d Hoc caput deest in reg. et Colb. Confer. illud cum cap. 66 libri I de Gloria Mart.

^e Sic mss. Editi vero, *celerius ablatus est*.

^f Sic iidem mss. At editi habent, *collectas viles personas ætate juvenili, fluctuantes fovēbat et diligebat*.

^g Sic Corb. ; alii mss., *vi detrahi juberet*. Ed., *dati prædationibus, seu, dans prædonibus, eisdem vi detrahi*, etc. Firminus hic laudatus, erit e nobili Firminorum familia, qui præfecti prætorio et patricii fuerunt, uti ex novellis Valentiniani et Marciani liquet. Eos autem ex Arvernensibus orinnos fuisse putat Savaro in notis ad epist. 2 Sidonii, lib. IX, quæ est ad Firminum.

^h *Diocesis* hic pag. III designat ; nam Brivate, ubi

pem sancti Galli, sicut supra scripsimus. Egressus est igitur episcopus ab urbe cum magno fletu, metuens ne aliquid in itinere adversi **153** perferret : intendebat enim et ipsi rex ^a Chramnus minas. Qui dum iter ageret, misit rex Imnacharium et Scaptharium primos de latere suo ^b, dicens : Ite et vi abstrahite Firminum, Cæsariumque socrum ejus de ecclesia. Discedente ^c vero episcopo cum psallentio, sicut supra memoravimus, hi qui missi fuerant a Chramno, ingrediuntur ecclesiam, ac Firminum Cæsariumque variis colloquutionum dolis mulcere tentant. Verum ubi diutissime alia ex aliis deambulantes per ecclesiam colloquuntur, et in hoc qui confugerant intenderent ex animo quæ dicebantur, ad regias ^d ædis sacræ, quæ tunc reserata fuerant, appropinquant. Tunc Imnacharius Firminum, Scaptharius ^e Cæsarium apprehensos inter brachia ab ecclesia ejectionis, paratis pueris qui susceperent : quos statim in exilium direxerunt. Sed die altera depressis somno custodibus, ipsi se liberos sentientes, ad beati Juliani basilicam confugiunt, et sic ab exilio liberantur : res tamen eorum fisco collatae sunt. Cautinus autem episcopus, cum suspectus esset quod et ipse injuriaretur, ac memoratum iter terens equum haberet stratam, vidit post tergum homines venientes cum caballis, qui ad occursum ejus veniebant, et ait : Vae mihi, quia hi sunt quos Chramnus direxit ad me comprehendendum. Et ascenso equite [*Al. equo*], relicto psallentio, solus usque in porticum basilicæ sancti Juliani, ambobus urgens calcaneis cornipedem, pene exanimis percurrit. Sed nos hæc narrantes, Sallustii sententiam, quam in detractores historiographorum protulit, memoramus ; ait enim : « Ardum videtur res gestas scribere : primum, quod facta dictis exequenda sunt ; deinde quia plerique delicta, quæ reprehenderis, malevolentia et invidia dicta putant. » Sed cepta sequamur.

XIV. Igitur Chlothacharius post mortem Theodebaldi cum regnum **154** Franciæ ^g suscepisset, atque illud circumiret, audivit a suis iterata insani effervescere Saxones, sibi que esse rebelles ; et quod tributa, quæ annis singulis consueverant ministrare,

celebris ecclesiæ S. Juliani, ex diocesi erat Arvernensi. Cæterum hac voce aliquando provincia metropolitana jurisdictioni subiecta designatur, aliquando vero plures provinciæ patriarchæ, primati, sive exarchi parentes. Quod et in civili reipublicæ administratione locum habuit ; hinc diocesis Orientis, etc., quandoque vicum aut pagum designat, ut hic, et infra lib. vii, cap. 38 ; nunc vulgo pro episcopi jurisdictione, quam medii ævi scripsores frequenter parochiam ^a pellabant, sumitur. Vide Cangii Glossar. et Sirmond. in epist. 16 Sidonii lib. ix. Porro Litanix institutio, de qua hic Gregorius, habetur supra cap. 5, quod tamen deest in 4 mss.

^a Observa hic Chramnum *regem* appellari, quod fuerit regis filius. Alia ejusmodi exempla passim reperies apud Gregorium.

^b Directos *de latere regis* habemus quoque in formula ultima lib. i apud Marcellum. Quod nomen legati pontificii e Romana curia in provincias missi recipiunt.

^c Aliquot mss. et ed., *descendente*.

contemnerent reddere. His incitatus verbis, ad eos dirigit. Cumque jam prope terminum illorum esset, Saxones legatos ad eum mittunt, dicentes : Non enim sumus contemptores tui, et ea quæ fratribus ^b ac nepotibus tuis reddere consuevimus, non negamus, et majora adhuc, si quæsieris, reddemus. Unum tantum exposcimus, ut sit pax, ne tuis exercitus et noster populus collidatur. Hæc audiens Chlothacharius rex, ait suis : Bene loquuntur hi homines : non incedamus super eos, ne forte peccemus in Deum. At illi dixerunt : Scimus enim eos mendaces, nec omnino quod promiserint impleturos. Eamus super eos. Rursum Saxones obtulerunt medietatem facultatis suæ, pacem petentes. Et Chlothacharius rex ait suis : Desistite, quæso, ab his hominibus, ne super nos Dei ira concitetur. Quod illi non acquieverunt. Rursum Saxones obtulerunt vestimenta, pecora, et omne corpus facultatis suæ, dicentes : Hæc omnia tollite cum medietate terræ nostræ : tantum uxores et parvulos nostros relinquitte liberos, et bellum inter nos non committatur. Franci autem nec hoc acquiescere voluerunt. Quibus ait Chlothacharius rex : Desistite, quæso, desistite ab hac intentione. Verbum enim directum non habemus ; nolite ad bellum ire, in quo disperdamini. Tamen si eo ire ⁱ volueritis spontanea voluntate, ego non sequar. Tunc illi ira commoti contra Chlothacharium regem, super eum irruunt, et scindentes tentorium ejus, ipso quoque conviciis exasperantes, ac vi detrahentes, interficere voluerunt, si cum illis abire differret. Hæc videns Chlothacharius, invitus fuit cum eis. At illi invito certamine, maxima ab adversariis interneccione **155** cæduntur : tantaque ab utroque exercitu multitudo cecidit, ut nec aestimari, nec numerari penitus possit. Tunc Chlothacharius valde confusus pacem petiit, dicens se non sua voluntate super eos venisse. Qua obtenta, ad propria rediit.

XV. Turonici ^j autem audientes regressum fuisse regem de cæde Saxonum, facto consensu ^k in Enfronnum presbyterum, ad eum pergunt, dataque suggestionem, respondit rex : Præceperam enim, ut Cato presbyter illic ordinaretur : et cur est spreta jussio

^d Id est portas, Corb., *ad rēus*. Regiæ etiam erant valvæ seu cancelli quibus presbyterium clauderetur. Vide Mabillonii Commentarium in Ordinem Roman. num. 20, et ipsos Ordine Rom. tom. II Musei Italici.

^e In Bec. semel prior *Imnacruius*, semper vero alter *Captarius* dicuntur.

^f Initio libri de Bello Catilinario.

^g Nota Theodebaldi portionem hic *regnum Franciæ* appellari. Vide Coitimum ad an. 558, ubi in se disserit de *Franciæ* nomine ; probatque cujuslibet partis Franciæ regni reges, dictos fuisse reges Francorum. De qua re multa ibi congerit.

^h Valesius legendum putat *fratri*, quod soli Theodorico ac filio ejus Theodeberto et nepoti Theodebaldo, qui Chlotarii nepotes hic dicuntur, Saxones tributa persolvisse dici possunt.

ⁱ Bec., Colb. et Reg. cum editis aliquot, *si abire*. Et infra *pro fuit cum eis*, idem habent *abiit cum eis*.

^j Deest hoc caput in Bellov. et Corb.

^k Consensus erat in triumphum publicum, quo de

nostra? Responderunt ei: Petivimus enim eum, sed noluit venire. Hæc illis dicentibus, advenit subito Cato presbyter deprecans regem, ut ejecto Cantino ipsum Arverno juberet institui. Quod rege irridente, petiit iterum ut Turonis ordinaretur, quod ante despexerat. Cui rex ait: Ego primum præcepi, ut Turonis te ad episcopatum consecrarent: sed quantum audio, despectui habuisti ecclesiam illam; ideoque elongaberis a dominatione ejus. Et sic confusus abscessit. De sancto vero Eufronio interrogans, dixerunt eum nepotem esse beati Gregorii ^a, cujus supra meminimus. Respondit rex: Prima hæc est et magna generatio. Fiat voluntas Dei, et beati Martini. Electio compleatur. Et data præceptione, octavus decimus post beatum Martinum sanctus Eufronius ordinatur episcopus.

XVI. Chramnus vero apud Arvernis diversa, ut diximus, exercebat mala, semper adversus Cantinum episcopum invidiam tenens. Eo tempore graviter ægrotavit, ita ut capilli ejus a nimia febre deciderent. Habebat autem tunc secum virum magnificum, et in omni bonitate perspicuum, civem Arvernum, Ascovindum ^b nomine, qui eum vi ab hac malitia quærebatur avertere, sed non poterat. Habebat enim et Leonem Pictavensem, ad omnia mala perpetranda gravem stimulum, **156** qui secundum nominis sui interpretationem, tanquam leo erat in omni cupiditate sævissimus. Hic fertur quædam vice dixisse, quod Martinus et Martialis ^c confessores Domini nihil fisci juribus utile reliquissent. Sed statim percussus a virtute confessorum, surdus et mutus effectus, amens est mortuus. Venit enim miser ad basilicam sancti Martini Turonis, celebravitque vigilias, dedit munera: sed non eum respexit virtus consuetæ; cum ipsa enim qua venerat infirmitate, regressus est. Chramnus autem ab Arverno regressus, ad Pictavis civitatem venit. Ubi cum in magna potentia resideret, seductus per malorum consilium, ad Childebertum patrum suum transire cupit, patri insidias parare disponens. Ille vero dolose quidem, sed suscipere illum promittit, quem monere spiritaliter dehuerat, ne patri existeret inimicus. Tunc per occultos nuntios inter se conjurati, contra Chlothacharium unanimiter conspirant. Sed nec memor fuit Childebertus, quod quotiescumque adversus fratrem suum

egit, semper confusus abscessit. Chramnus vero hoc fœdere inito, Lemovicino rediit, et illud, per quod prius ambulaverat in regno patris sui, in sua dominatione redegit. Tunc Arvernis populus infra muros tenebatur inclusus, et diversis infirmitatibus oppressus graviter interibat. Porro Chlothacharius rex duos filios suos, id est Charibertum et Gunthramnum, ad eum dirigit. Qui per Arvernum venientes, audientesque quod in Lemovicino esset, usque ad montem, quem Nigrum nomine dicunt, accedunt, eumque reperiunt. Figentesque tentoria, contra se resederunt, mittentes legationem, ut res paternas, quas male pervaserat, reddere deberet: sin autem aliud, campum præpararet ad bellum. Cumque ille patri subditum se esse confingeret, diceretque: Omne quod circumvivi laxare **157** non potera, sed sub mea hoc potestate eum gratia patris mei cupio retinere. Illi ut prælium hoc inter ipsos dijudicaret, postulant. Cumque moti utriusque exercitu eum magno armorum apparatu ad bellum convenissent, subito exorta tempestas cum gravi consecratione atque tonitruo, eos ne pugnarent, inhibuit. Redemptes autem ad castra, Chramnus dolose per extraneam personam patris mortem fratribus pronuntiat. Eo enim tempore bellum contra Saxones, quod supra diximus (*Cap. 10 et 14*), gerebatur. At illi timentes, cum summa velocitate Burgundiam redierunt. Chramnus vero eum exercitu post eos dirigens, usque civitatem Cavillonensem venit, eamque obsidens acquisivit. Exinde usque Divionense castrum pertendit, ibique cum die dominico advenisset, quid gestum fuerit dicam. Erat ibi tunc sanctus Tetricus episcopus, cujus in superiori libello memoriam fecimus ^d. Positis clerici tribus libris super altarium, id est Prophetiæ, Apostoli atque Evangeliorum, oraverunt ad Dominum, ut Chramno quid eveniret ostenderet: aut si ei felicitas succederet, aut certe si regnare posset, divina potentia declararet; simulque iram habentes convitentiam ^e, ut nusquam in libro quod primum aperiebat, hoc ad Missas etiam legeret. Aperto ergo primo omnium Prophetarum libro, reperiunt: *Auferam micriciam ejus, et erit in desolationem: pro eo quod debuit facere iram, fecit autem labruscam (Isai. v, 5, 2)*. Reseratoque Apostoli libro, inveniunt: *Ipsi enim diligenter scitis, fratres, quia dies Domini sicut fur in nocte*

Ecclesia pastore vidua rex certior fiebat, ab eo postulanda, ut eum qui in successorem electus fuerat, consecrari permitteret. Ejus formulam habes lib. x Marculi, cap. 7. Præceptio autem, de qua in fine hujus capituli, seu, ut alias dicitur, præceptum, a rege mittebatur ad metropolitanum, ut virum a se probatum et electum in episcopum ordinaret. Ejus formula habetur ibidem cap. 5. Inducens etiam ejusdem rei causa a rege mittebatur, ut patet ex formula 6 ejusdem libri. Sed inter indiculum et præceptum hanc fuisse distinctionem censet Bigonius, quod præceptio diploma majoris esset auctoritatis, manu scilicet regis subscriptum, ac forte ejus annuli impressione munitum; indiculus vero simplex esset epistola absque sigillo. De his vide Appendicem.

^a Lingouensis scilicet episcopi, de quo supra lib. iii, cap. 19, et inter Vitas Patrum, cap. 7, etc.

^b Sic omnes mss. præter Bec. cum ed., ubi *Ascovindum*.

^c Primus Lemovicum episcopus et apostolus.

^d Nihil de S. Tetrico in superiori libro, qualem nunc habemus, occurrit; sed et in indice libri de Gloria Conf. caput 105 in mss. inseritur de *S. Tetrico episc. Lingonensi*, de quo tamen in ipso libro tam in editis quam in mss. nihil habetur. Flura de eo leguntur lib. seq., cap. 5, et in libro de Vitis Patrum, qui forte hic laudatur, cap. 7, ubi S. Gregorii filius et successor dicitur. Interfuit concil. Anrel. v, an. 549, Paris. ii, anno 553, et per Prolum presbyterum Lugdun. ii, an. 567. Epitaphium ejus scripsit Fortunatus lib. iv, carm. 3. Festum ejus celebratur die 18 Martii, sepultus est Divione in ecclesia S. Joannis juxta S. Gregorium.

^e Corh., Bec. et Bell., *convitentiam*.

veniet ^a. Cum dixerint, Pax et securitas, tunc repentinus illis superveniet interitus, **158** sicut dolores parturientis, et non effugient ^b (I Thess. v, 2, 3). Dominus autem per Evangelium ait: Qui non audit verba mea, assimilabitur viro stulto, qui edificavit domum suam super arenam: descendit pluvia, adven-runt flumina, flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et cecidit, et facta est ruina ejus magna (Matth. vii, 27). Chramnus vero ad basilicas ^c ab autedicto sacerdote susceptus est, ibique comedens panem, ad Childebertum pertendit. Infra tamen muros Divio-nenses non est permissus intrare. Fortiter tunc rex Chlothacharius contra Saxones decertabat. Saxones enim, ut audierunt ^d, per Childebertum commoti, atque indignantes contra Francos superiori anno, excutesque de regione sua in Franciam venerunt, et usque ad Divitiam ^e civitatem prædas egerunt, nimiumque grave [At. grande] scelus perpetrati sunt.

XVII. Tunc Chramnus jam accepta Uviliacharii ^f filia, Parisios accedens, secum Childebertum regem constringit in fide atque charitate, jnrans se patri esse certissimum inimicum. Childebertus autem rex, dum Chlothacharius contra Saxones decertaret, in Campaniam Rhemensem accedit, et usque Rhemis civitatem properans, cuncta prædis atque incendio devastavit. Audierat enim fratrem suum a Saxonibus fuisse peremptum, et regno suo cuncta subjici æstimans, quæ adire potuit universa pervasit.

XVIII. Tunc et Austrapius dux Chramnum metuens, in basilicam sancti Martini confugit: cui tali in tribulatione posito non deluit divinum auxilium. C Nam cum Chramnus ita eum constringi jus-isset, ut nullus illi **159** alimenta præbere præsumeret, et ita arctius custodiretur, ut nec aquam quidem ei haurire liceret, quo facilius compulsus inedia, ipse

^a Sic Corb. et Bell.; alii cum editis, nocte, ita veniet. Regni. infra, tunc repentinus veniet interitus.

^b Illic desinit codex Regius, quamvis initio hujus libri index omnium ipsius captum habeatur, et non sit lacerus. Tum proxime subjungitur Reginonis Chronicon eadem omnino manu, qua Gregorii libri, conscriptum.

^c Colb. et Regm. basilicam, forte sancti Benigni aut S. Joanni, quæ nunc intra muros urbis conclusæ sunt. Ex hoc loco patet tunc in Gallia tres lectiones in Missa legi solitas fuisse, quarum prior erat veteris Testamenti, secunda ex Apostolo, tertia ex Evangelio. Vide Liturgiam Gallicanam Mabillonii.

^d Sic Corb. et Bell.; alii plerique, ut asserunt.

^e Sic Corb. et Bell.; vulgo dicitur esse Deutz prope Coloniam Agrippinam. Sed mirum est hunc locum civitatem appellari, qui hodie Totium dicitur, celebris ob abbatiam, cui præfuit Rupertus abbas. Divitensium nomenit Ammianus Marcellinus lib. xxvi et xxvii. Illic Gregorius, sicut et supra passim, appellat regionem Transrhenanam simpliciter Franciam. Colb. habet Mustiam. Editi ut plurimum, Nutiam.

^f Alii cum Colb., Wilicharii. is erat dux Aquitaniae; filia ejus, quæ Chramno nupsit, Chalda appellatur in libro de Gestis Francorum.

^g Etiam nunc sub prisco nomine notum, vulgo Selle aut Celle, ubi abbatia canonicorum regularium.

^h Si Pientius, ut observat Beslins, apud Metulum, vulgo Melle, in sua diocesi obiit, hæc Gregorii verba

A sponte sua de basilica sancta periturus exiret: accedens quidam vasculum illi cum aqua semivivo detulit ad potandum. Quo accepto, velociter iudex loci advolavit, ereptumque de manu ejus, terræ diffudit. Quod velox Dei ultio, et beati antistitis virtus est subsecuta. Ea namque die iudex, qui ista gesserat, correptus a febre, nocte media exspiravit; nec per-venit in crastinum ad illam horam, qua in basilica sancti poculum de manu excusserat fugitivi. Post illud miraculum, omnes ei opulentissime quæ erant necessaria detulerunt. Redeunte autem in regnum suum rege Chlothachario, magnus cum eo est habitus. Tempore vero ejus, ad clericatum accedens apud Sellense castrum ^g, quod in Pictava habetur diocesi, ordinatur: futurum ut decedente Pientio B antistite, qui tunc Pictavam regebat Ecclesiam, ipse succederet. Sed rex Charibertus in aliud vertit sententiam. Denique cum Pientius episcopus ^h ab hac luce migrasset, apud Parisios civitatem Pascentius, qui tunc abbas erat basilicæ sancti Hilarii, ei succedit, ex jussu regis Chariberti, clamante Austrapio sibi hunc redhiberi ⁱ locum: sed parum ei jactati proficere sermones. Ipse quoque regressus ad castrum suum, mota super se Theifidorum ^j seditione, quos sæpe gravaverat, lancea sauciatus **160** crudeliter vitam finivit. Dioceses vero suas Ecclesia Pictava recepit.

XIX. Tempore ^k quoque Chlothacharii regis, sanctus Dei Medardus episcopus, consummato boni operis cursu, et plenus dierum, sanctitate præcipuus, diem obiit. Quem Chlothacharius rex cum summo honore apud Suessionas civitatem sepelivit, et basilicam super eum fabricare cœpit; quam postea Sigibertus filius ejus explevit, atque composuit. Ad cujus beatum sepulcrum vidimus vincetorum compe-

apud Parisios, ad Pascentium, non vero ad Pientium sunt referenda. Porro Pientio et Austrapio hic memoratis cura exstruendi monasterii sanctæ Radegundis fuerat commissa, ipsa Baudonivia attestante. Pascentio Fortunatus vitam S. Hilarii a se scriptam nuncupavit. Pientii vero, vulgo S. Pien, festum celebratur die 13 Martii.

ⁱ Regm. reddi debere. Bee., redeberi.

^j Teifali seu Taifali, una ex his gentibus barbaris, quæ sæculo quinto ineunte Gallias inundarunt. Horum aliquot sedes fixere apud Pictones, ac nomen dedere vico Teifalia dicto, qui etiam nunc superest sub nomine Tifangix, vulgo Tifauge, inter Clichienem et Moritaniam, positus ad fluvium Separium. Fuere et Taifali gentiles, quorum una cum Sarmatis apud Pictones præsidium fuit, ex Notitia provinciarum imperii Romani. Adi Vales. lib. viii Rerum Francie., aut in Notitia Galliarum ea de re disserentem.

^k Deest hoc caput in Corb. et Bell.; habetur in ceteris, et indicatur inter capita libri iv in cod. Regio. De S. Medardo agitur item in lib. de Glor. Conf. cap. 95. Obitum ejus consignat Cointinus an. 545; Valesius an. 560. Etiam nunc prope Suessionas exstat basilica cum insigni monasterio ord. Benedictini sub sancti Mauri congregatione, ubi sepulcrum B. Medardi visitur in crypta subterranea. Fortunatus præter ejus vitam, scripsit de eodem carm. 17 libri ii, ubi de basilica a Sigiberto perfecta agit.

des atque catenas disruptas contractasque jacere, A quæ usque hodie in testimonium virtutis ejus, ad ipsum beati sepulcrum reservantur. Sed ad superiora redeamus.

XX. Childebertus igitur rex ægrotare cœpit, et cum diutissime apud Parisios lectulo decubasset, obiit; et ad basilicam beati Vincentii ^a, quam ipse construxerat, est sepultus. Cujus regnum et thesauros Chlothacharius rex accepit: Ultrogottham ^b vero et filias ejus duas in exilium posuit. Chramnus autem patri representatur, sed postea infidelis existit. Cumque se cerneret evadere non posse, Britanniam petiit: ibique cum Chonobro ^c Britannorum comite, ipse et uxor ejus, ac filiæ latuerunt. Willacharius autem socer ejus ^d ad basilicam sancti Martini confugit. Tunc sancta basilica a peccatis populi ac ludibriis, quæ in ea fiebant, per Willacharium conjugemque ejus succensa est, quod non **161** sine gravi suspirio memoramus. Sed et civitas Turonica ante annum jam igni consumpta fuerat, et totæ ecclesiæ in eadem constructæ, desertæ relictæ sunt. Protinus beati Martini basilica, ordinante Chlothachario rege, stanno cooperta est, et in illa, ut prius fuerat, elegantia, reparata. Tunc duæ acies locustarum apparuerunt, quæ per Arvernum atque Lemovicinum ^e transeuntes, ut ferunt, Romaniacum campum venerunt, in quo, prælio magno inter se acto, maxime sunt collisæ. Chlothacharius autem rex, contra Chramnum frendens, cum exercitu adversus eum in Britanniam dirigit. Sed nec ille contra patrem egredi timuit. Cumque in uno campo conglobatus uterque resideret exercitus, et Chramnus cum Britannis contra patrem aciem instruxisset, incumbente nocte a bello cessatum est. Ea quoque nocte Chonober comes Britannorum dicit ad Chramnum: Injustum censeo te contra patrem tuum debere egressi. Permite me hac nocte, ut irruam super eum, ipsamque cum toto exercitu prosternam. Quod Chramnus, ut credo, virtute Dei præventus, fieri

^a Hæc est basilica S. Germani a Pratis dicta, de qua supra ad cap. 29 lib. III, ubi in medio chori visitur etiam nunc Childeberti regis sepulcrum, tametsi non tantæ antiquitatis. Ejus depositio in autographo Usuardi Martyrologio die 23 Decembris consignatur, quo die singulis annis ejus anniversarium cum solenni pompa etiam nunc celebramus. ^c Non facile reperias, inquit Valesius, lib. VII Rerum Francic., cujus pietas et de summis Ecclesiæ rebus sollicitudo multis et magnis experimentis testator fuit, quam Childeberti. ^b Id probant loca sacra, quæ exstruxit, dotavit, protexit; concilia, quæ eo curante frequenter celebrata sunt; pontificum Romanorum, aliorumque episcoporum epistolæ, omnium ferme ejus ævi auctorum testimonia. Ob suam in cultum divinum pietatem, *rex atque sacerdos* a Fortunato appellatur, q. i. et cum passim, tum in Vita sancti Germani, tum in carminibus plurimum laudat. Vide Vales. libro laudato, et alios auctores passim. Ejus Constitutionem adversus paganorum reliquias dabitur in Appendice.

^b Uxorem scilicet Childeberti regis, ac duas filias ejus, Chrothbergam et Chrothesindam.

^c Alii, *Coonobro*; Bell., *Chonoo*, et sic infra. Corb. *Chonov*. Et sic in isto capite legitur bis, tam pro *Chonober*, quam pro *Chonobro*. Sed et supra in cap.

non permisit. Mane autem facto, uterque commoto exercitu ad bellum contra se properant. Ibatque Chlothacharius rex tanquam novus David contra Absalonem filium pugnaturus, plangens atque dicens: Respice, Domine, de cælo, et judica causam meam, quia injuste a filio injurias patior. Respice, et judica juste; illudque impone judicium, quod quondam inter Absalonem et patrem ejus David posuisti. Confligentibus igitur pariter, Britannorum comes terga vertit, ibique et cecidit. Denique Chramnus fugam iniit, naves in mari paratas habens: sed dum uxorem et filias suas liberare voluit, ab exercitu patris oppressus, captus atque ligatus est. Quod cum Chlothachario regi nuntiatum fuisset, jussit eum cum uxore et filiabus **162** igni consumi: inclusique in tugurio cujusdam pauperuli ^f, Chramnus super scamnum extensus oratio suggillatus est; et sic postea super eos incensa casula, cum uxore et filiabus interiit.

XXI. Rex vero Chlothacharius anno quinquagesimo primo regni sui, cum multis muneribus limina beati Martini expetiit ^g, et adveniens Thronis ad sepulcrum antedicti antistitis, cunctas actiones quas fortasse negligenter egerat replicans, et orans cum gaudio gemitu, ut pro suis culpis beatus confessor Domini misericordiam exoraret, et ea quæ irrationaliter commiserat, suo obtentu dilueret. Exin regressus, quinquagesimo primo regni sui anno, dum in Cotia silva ^h venationem exerceret, a febre corripitur, et exinde Compendium villam rediit: in qua cum graviter vexaretur a febre, aiebat: *Vua! Quid putatis, qualis est ille Rex cælestis, qui sic tam magnos reges interficit! In hoc enim tædio positus, spiritum exhalavit. Quem quatuor filii sui cum magno honore Suessionas deferentes, in basilica beati Medardi sepelierunt. Obiit autem post unum decurrentis anni diem, quo Chramnus fuerat interfectus.*

XXII. Chilpericus vero post patris funera, thesauros qui in villa Brinnaco ⁱ erant congregati, ac 4 ejusdem libri IV, col. 144, lin. 20, pro *Chanaone* legitur in eodem Corb., *Chonoone*, quanquam idem alias dicitur *Chanao*.

^d Corb. et Bell., *Willacharius autem sacerdos ad Corb.* et aliquot editi, *Willacharius*, ut supra.

^e Bell., *Lemajecinum... Romanicum campum*.

^f Alii, *inclusitque... pauperculæ*. Marius ad annum 560 refert eum *cum uxore et filiis crematum fuisse*.

^g Itineris comes fuit beatus Germanus Parisiorum episcopus, qui ea occasione Pictavos perrexit, Radegundi pro rege veniam petiturus, ut narrat Baudonius in Vita S. Radegundis. Tunc procul dubio Agnetem abbatissam benedixit, ut dicitur infra lib. IX, cap. 42.

^h Etiam nunc nomen retinet, *la forêt de Cuise*, Compendio proxima. Cointius pluribus probat Chlothario anno 50 regni sui obiisse, Valesius aliquot dies annuū excessisse probable existimat: quo pacto legendum esset saltem hujus capitis initio *anno 50*. Henschenius censet hic scribendum 52. Chlotharius obiit ex Maria anno 20 post Consulatum Basilii, id est an. 564, Ind. IX.

ⁱ Alii, *Brannaco*, vulgo *Braine*, oppidum tribus circiter leucis ab Augusta Suessionum distans versus Rhemos, ubi insignis abbatia Ordinis Præmonstratensis S. Evodio dicata.

cepit, et ad Francos utiliores petiit, ipsosque numeribus mollitos sibi subdidit. Et mox Parisios ingreditur, sedemque Childberti regis occupat, sed non diu hoc ei licuit possidere; nam conjuncti fratres ejus eum exinde repulere, et sic inter se hi quatuor, id est Charibertus, Gunthramnus, Chilpericus, atque Sigibertus, divisionem legitimam faciunt. Deditque sors^a Chariberto regnum Childberti, sedemque habere Parisios; Gunthramno vero regnum Chlodomeris, ac tenere sedem Aurelianensem^b; Chilperico vero regnum Chlothacharii patris ejus, cathedramque **163** Suessionas habere; Sigiberto quoque regnum Theuderici, sedemque habere Rhemensem^c.

XXIII. Nam post mortem Chlothacharii regis Chuni [Al. Humi] Gallias appetunt, contra quos Sigibertus exercitum dirigit, et gesto contra eos bello, vicat atque fugavit: sed postea rex eorum amicitias cum eodem per legatos meruit. Dum autem cum eis turbatus esset Sigibertus, Chilpericus frater ejus Rhemis pervadit, et alias civitates, que ad eum pertinebant, abstulit. Ex hoc enim inter eos, quod pejus est, bellum civile surrexit. Rediens autem Sigibertus victor a Chunis, Suessionas civitatem occupat, ibique inventum Theodobertum, Chilperici regis filium, apprehendit, et in exilium transmittit. Accedens autem contra Chilpericum, bellum commovit: quo victo atque fugato, civitates suas in suam dominationem restituit. Theodobertum vero filium illius, apud Ponticonem v. llam^d custodiri jussit per annum integrum, quem postea, ut erat clemens, numeribus ditatum patri reddidit samum, dato tamen sibi sacra-

^a Sors dicitur, quod sortito regni partes dividerentur, ut observat Valesius initio lib. vii Rerum Franc. Nonnulli tamen volunt hanc divisionem patre adhuc vivente fuisse factam.

^b Gunthramnum nunquam Aurelianis sedisse contendit Valesius.

^c Sic omnes mss. et editi, excepto unico Chesnio, qui habet *Mettensem*, Verum quidem est in cod. Colb., qui olim fuit monasterii S. Arnolphi Mettensis, hodie legi *Mettensem*; sed id ab aliquo nebulone factum est, qui detricto priori vocabulo, istud substituit. Deinde certum est Sigibertum apud Rhemos habuisse regiam, quam urbem Chlodoveus Theodorico filio suo nato maximo regni caput attribuerat; et Theodebertus Theodorici litus cum Cabellone in morbum incurrisset, Rhemos revertens in itinere defunctus est, ut testatur Fortunatus in Vita sancti Germani. Hinc vetus auctor qui S. Quinidii Vasio-nensis episcopi gesta scripsit, ut eum, qui sub Chlodovei filis et nepotibus vixit, ubique celebrem fuisse ostenderet: *Fama ipsius, inquit, Romam non latuit, Regna Gallorum, Rhemis demique cum suis Germanicis populis... non tacerunt.* Germanos Rhemis attribuit, quod illi regibus Austrasie, ejus regni urbs Rhemorum erat caput, subjecti essent. His consentiunt vetus auctor, qui Gesta Francorum sub prima regum nostrorum stirpe conscripsit, Rorico, alique plerique, qui Rhemos sedem regiam fuisse testantur. Baronium, Petavium, Coitium aliosque recentiores prætermitto. Scaliger, Had. Valesius et alii, *Rhemos aut, sive et Mettas*, regni sedem fuisse scribunt, regesque Mettensium et Rhemorum appellant; et quidem nemo inficiari potest, plerosque ex postremis Austrasie regibus apud Mettas potissimum consedis-

amento, ne nunquam contra eum agere deberet: quod postea peccatis facientibus est irruptum.

XXIV. Cum autem Gunthramnus rex regni partem, sicut fratres sui, obtinisset, amoto Agrœula^e patricio, Celsum patriciatus honore donavit, virum procerum statu^f, in scapulis **164** validum, lacertu robustum, in verbis tumidum, in responsis opportunum, juris lectione peritum: cui tanta deinceps habendi cupiditas exstitit, ut sæpius ecclesiarum res auferens, suis ditionibus subjugarit. Nam cum audisset quadam vice Isaia prophetæ lectionem in ecclesia legi, in qua ait: *Væ his qui jungunt domum ad domum, et agrum ad agrum copulant usque ad terminum loci* (Isai. v, 8), exclamasse fertur: Incongrue hoc Væ mihi et filiis meis. Sed reliquit filium, qui absque liberis functus, maximam partem facultatis ecclesiis, quas pater exspoliaverat, dereliquit.

XXV. Gunthramnus autem rex bonus, primo Veneraudam, cujusdam suorum ancillam, pro concubina thoro subjunxit, de qua Gunlobadum filium suscepit. Postea vero Mareatrudem^g, filiam Magnarii, in matrimonium accepit. Gundobadum^h vero filium suum Aurelianis transmisit. Æmula autem Mareatrudis post habitum filium, in hujus in rtem grassaturⁱ, et transmissum, ut aiunt, venenum in potum, occidit. Quo mortuo, ipsa judicio Dei filium suum quem habebat perdidit, et odium regis incurrit, dimissaque ab eodem, non multo post tempore mortua est. Postquam rex Austrechildem^k, cognomento Bobilam, accepit, de qua iterum duos filios habuit, quorum senior Chlotharius, junior Chlodomeris dicebatur.

^d Villa regia ad Saltum fluvium in pago Pertensi, haud procul a Victoriaco Incenso in Campania, quam Papirius Massonus male cum Poute-Icaunæ prope Senonas confudit. Vide lib. iv de Re diplomatica ubi de Palatiis, num. 118.

^e Sic Bell. et Bec. cum edit.; at Corb., Regm. et Colb., *Agricola*. De Celso non semel inferius. Obiit ex Marii Chronico iv Cons. Justinij junioris, id est an. 570. Silvie ipsius matris epitaphium refert Chesnius tomo I, pag. 517. Patricii autem dignitas in Guntramni regno a Burgundionum regibus derivabat, qui eum eam ab imperatoribus accepissent, eoque nomine vocari sæpius delectarentur, iis etiam extinctis, qui postea sub regibus nostris illis provinciis præfecti sunt, Patricii nomen ut plurimum tulere. Vide Valesium lib. vi Rerum Francic., et Bignonium in lib. i Marensi Formul., num. 55.

^f Status pro statura etiam apud auctores non infimos, sacros et profanos, occurrit. Vide Glossar Cang. et notam 275 in nov. edit. sancti Paulini.

^g Colb., *Mareatrudem*. De Magnario, seu Magnachario infra lib. v, cap. 17.

^h Sic Bell. et Bec.; Regm., *Gundebaudum*. Colb., *Gundebadum*; alii, *Gundebaldum*.

ⁱ Quæ sequuntur usque ad hæc verba capitis sequentis, *Exactis a Leontio episcopo*, desunt in Bec., Colb., Regm. et Bad. Quæ autem hic habentur nemo dixerit interpolata, cum his omissis textus sit evidenter omnino manens et interruptus.

^j Sic Corb. pro *transmisso*... *venenc*. Bell. cum od., *in potum ei dari curavit*.

^k Sic Corb. Alii, *Austrigildem*. Apud Chesn. al. codex, *cognomento Bobilanam*. Bell., *Pobillam*.

165 XXVI. Porro Charibertus ^a rex Ingobergam accepit uxorem, de qua filiam habuit, quæ postea in Cantiam ^b, virum accipiens, est deducta. Habebat tunc temperis Ingoberga in servitium suum duas puellas pauperis cujusdam filias, quarum prima vocabatur Marcovefa ^c, religiosam vestem habens; alia vero Merofledis: in quarum amore rex valde detinebatur; erant enim, ut diximus ^d, artificis lanarii filia: Æmula ex hoc Ingoberga, quod a rege diligenter, patrem earum secretis operari fecit, futurum ut dum hæc rex cerneret, odio filias ejus haberet: quo operante vocavit regem. III^o autem sperans aliquid novi videre, aspexit hinc eminens lanas ^e regias componentem: quod videns, commotus in ira, reliquit Ingobergam, et Merofledem accepit. Habuit et aliam puellam opilionis, id est pastoris ovium ^f, B filiam, nomine Theudechildem, de qua et fertur filium habuisse, qui ut processit ex alvo, protinus delatus est ad sepulcrum. Hujus regis tempore apud urbem Sanctonicam Leontius ^g, congregatis provinciæ suæ episcopis, Emerium ab episcopatu depulit, asserens non canonice eum fuisse hoc honore donatum. Decretum enim regis Chlothacharii habuerat, ut absque metropolitani consilio benediceretur, qui non erat præsens. Quo ejecto consensum ^h fecere in Heraclium, tunc Burdegalensis urbis presbyterum, quod regi Chariberto subscriptum propriis manibus, per Nuneupatum presbyterum trans miserunt. Qui veniens Turanis, rem gestam beato Eufronio pandit, deprecans ut hoc consensum subscribere dignaretur, quod vir Dei manifeste respuit. **166** Igitur post-

quam presbyter Parisiaca nobis portas ingressus regis præsentiam adiit, hæc effatus est: Salve, rex gloriose. Sedes enim apostolica eminentiæ tuæ salutem mittit inberriam. Cui ille: Nunquid, ait, Romanam ⁱ adisti urbem, ut papæ illius nobis salutem dederas? Pater, inquit presbyter, tunc Leontius cum provincialibus suis salutem tibi mittit, indicans Æmulum, sic enim vocitare consueverant Emerium in infantia sua, ejectum ab episcopatu, pro eo quod prætermissa canonum sanctione, urbis Sanctonicæ episcopatum ambivit. Ideoque consensum ad te direxerunt, ut alius in loco ejus substituatur: quo fiat, ut dum transgressores canonum regulariter arguantur, regni vestri potentia ævis prolixioribus propagetur. Hæc eo dicente, frendens rex cum a suis conspectibus extrahi jussit, et plastro spinis oppleto imponi desuper, et in exilium protrudi præcepit, dicens: Pntasne quod non est super quisquam de filiis Chlothacharii regis, qui patris facta eius odiat, quod hi episcopum, quem ejus voluntas elegit, absque nostro judicio projecerunt? Et statim directis viris religiosis, episcopum in loco restituit, dirigens etiam quendam de camerariis suis, qui exactis a Leontio episcopo mille aureis, reliquos juxta possibilitatem condemnarent episcopos: et sic principis ^j est ultus injuriam. Posthæc Marcovefam, Merofledis ^k scilicet sororem, conjugio copulavit. Pro qua causa a sancto Germano episcopo excommunicatus uterque est. Sed cum eam rex relinquere nollet, percussa judicio Dei obiit. Nec multo post et **167** ipse rex post eam decessit Charibertus ^l: cujus post obitum Theodechil-

^a Corb. mendose, *Sigibertus*; alii, *Haribertus*.

^b Hæc est Aldeberga, sive Bertha, quæ Ethelberto Cantia regi in Anglia nupta, mariti sui totiusque gentis conversionis plurimum allaboravit cum S. Augustino, aliisque monachis a Gregorio Magno missis. Metaldum episc., ut putant, Silvanectensem, secum habebat, cujus memoria celebratur die 24 Febr. Pro *Cantia*, cod. Bell. et alii, quibus usi sunt qui editiones plerasque Chesnio anteriores curarunt, habent *Cantia*, cui vocabulo particulam in præcedentem jungentes, nomen fecerunt *Ingantia*, quasi hæc regina sic fuisset appellata. Vide Bedam lib. ix, cap. 25, Guillelm. Mahmesbur., etc., et confer cap. 26, lib. ix, infra.

^c Cod. Bell., *Marocovefa*.

^d Sic omnes mss. et editi, præter Chesn. qui habet, ut dicebatur.

^e Sic Corb. et Bell. Editi plerique, *Lascias*.

^f Hæc verba, *id est pastoris ovium*, desiderantur in editis; sunt autem in codd. Corb., Bellovac. et Palatino. Hæc vero in Bell. dicitur *Theudegildis*. Regm., *Teotigildis*. Ed., *Theudegildis*, seu *Teodegildis*.

^g Is fuit Burdegalensis episcopus, de quo Fortunatus lib. iv, carm. 10, et alias passim; distinguendus ab alio ejusdem nominis episcopo Arelatensi, paulo antiquiore, de quo idem Fortunatus lib. iv, carm. 9. Leontium simul et Emerium laudat idem auctor lib. i, carm. 12. Variis conciliis interfuit. Leontii festum celebrant Burdigalenses die 17 kalend. Decembris.

^h De consensu vide supra cap. 15.

ⁱ Sic Bell.; cæteri cum ed., *Turonicam*. Licet enim alia quoque sedes episcopales tunc *apostolicæ*, ut vel ex hoc loco patet, et episcopi omnes apostolici, ut omnes sciunt, dicerentur; id tamen cum absolute et absque adjuncto sedis aut episcopi nomine

dicebatur, intelligebatur potissimum de Romana sede, eoque pontifice. Idem dicendum de papæ nomine, quod ante Gregorii VII tempus omnibus episcopis commune erat. Videsis Cointius ad annum 562 ea de re disertentem. Infra, pro *pater... tuus*, ed. cum Bec., *patris... tui*.

^j Sic mss. Editi vero habent *patris*. Corb. et Regm., *principis est ulta injuria*.

^k Aliquot mss. et ed. mendose, *Marcovei Famerofledis*.

^l Chariberti vitia passim commemorat Gregorius ejus vero laudes fusus prosequitur Fortunatus libro vi, carm. 4, quod ideo ejus regni initio videtur scriptum. Sequens vero est de Theodechilde, sed alia a Chariberti uxore, sicut et ejusdem Fortunati carmen 25 libri iv, quam Theodorici uxorem et Theodeberti matrem fuisse suspicatur Brouverus. Sed quæ ibi Fortunatus scribit, uxori Theodorici attribui non posse probat Valesius lib. vii Rerum Francie., unde existimat eam potius esse ejusdem Theodorici filiam, et Theodeberti sororem, hanc scilicet ipsam, quæ, teste Procopio lib. iv Belli Gothici, quantum ejus nomen reticeat, postquam Hermegiselo, tum Radigeri Warnorum regibus nupsit, tandem in Galliam reverti coacta fuit. De eadem, uti Valesio videtur, agit Gregorius in libro de Gloria Conf., quam etiam eandem esse conjicit cum Theodechilde, quæ monasterium S. Petri Vivi prope Senonas extruxisse dicitur. Demumque *Suavegottham reginam Theodechildis reginæ matrem* laudat Frodoardus lib. ii Hist. Rhemensis, quæ partem Virisiaei villæ, ubi tunc anachoretæ degebant, ecclesiæ Rhemensi dedit, easque Theodorici uxorem et filiam fuisse etiam Marlotus lib. ii Metrop. Rhemensis, cap. 20, cum Valesio censet. Cointius tamen ad annum 564 comendit Theodechildem, quam Procopius regi Warnorum nupsisse tradit, fuisse Chlo-

dis una regnarum ejus, nuntios ad Gunthramnum regem dirigit, se ultro offerens matrimonio ejus. Quibus rex hoc reddidit in responsis: Accedere ad me ei non pigeat cum thesauris suis: ego enim accipiam eam, faciamque magnam in populis, ut scilicet majore mecum honore quam cum germano meo, qui nuper defunctus est, potiatur. At illa gavisa, collectis omnibus, ad eum profecta est. Quod cernens rex ait: Rectius est enim, ut hi thesauri penes me habeantur, quam post [Ed. apud] hanc, quæ indigne germani mei thorum adivit. Tunc ablatis multis, paucis relictis, Arelatensi eam monasterio destinavit. Hæc vero ægre acquiescens jejuniis ac vigiliis affici per occultos nuntios Gotthum quemdam advocat [Al. adivit], promittens quod si se in Hispanias deductam conjugio copularet, cum thesauris suis de monasterio egrediens, libenti eum animo sequeretur. Quod ille, nihil dubitans, repromisit. Cumque hæc collectis rebus, factisque voluclis [Al. volucris], a cœnobio pararet egredi, anticipavit voluntatem ejus industria abbatissæ^a: deprehensaque fraude, eam graviter cæsant custodiæ mancipare præcepit, in qua usque ad exitum vitæ præsentis, non mediocribus atrita passionibus, perduravit.

XXVII. Porro Sigibertus rex, cum videret quod fratres ejus indignas sibimet uxores acciperent, et per vilitatem suam etiam ancillas in matrimonium sociarent, legationem in Hispaniam mittit, et cum multis muneribus Brunehildem Athanagildi regis filiam petiit. Erat enim puella elegans opere, **168** venusta aspectu, honesta moribus atque decora, prudens consilio, et blanda colloquio. Quam pater ejus non denegans, eum magnis thesauris antedicto regi transmisit. Ille vero congregatis senioribus secum, præparatis epulis, cum immensa lætitia atque jocunditate eam accepit uxorem. Et quia Arianæ legi subjecta erat, per prædicationem sacerdotum, atque ipsius regis commotionem^b conversa, beatam in unitate confessa Trinitatem credidit, atque chrismata est, quæ in nomine Christi catholica perseverat^c.

XXVIII. Quod videns Chilpericus rex, cum jam plures haberet uxores, sororem ejus Galsuintham^d expetiit, promittens per legatos se alias relicturum: tantum condignam sibi, regisque prolem mereretur accipere. Pater vero ejus has promissiones accipiens, filiam suam, sicut anteriorem, similiter ipsi enim ma-

dovei ex priori uxore filiam, sororem Theodorici et Theodeberti amant. De Chariberti obitu vide lib. de Gloria Confess., cap. 19.

^a Hæc erat Liliola, tertia loci abbatissa, quam præcesserant duæ Cæsariæ.

^b Sic Colb. Editi habent *commotionem*. Bad., *communionem*.

^c Sic Corb., Bec. et Bell., et recte quidem; nam scribitur Gregorio adhuc in vivis erat, quæ anno 614 discerpta fuit. Editi *perseveravit*; Colb., *permansit*. Sigiberti et Brunehildis nuptias celebravit Fortunatus libro vi, carm. 2.

^d Corb., Bell. et Freh.: al., *Galsuendam*, et infra, nam *Galsuenda ætate seniore a Brunehilde erat*.

^e De ejus nuptiis, conversione et morte cecinit Fortunatus carm. 7 libr. vi.

A quis opibus destinavit. Nam Galsuintha ætate senior quam Brunehildis erat. Quæ cum ad Chilpericum regem venisset, cum grandi honore suscepta, ejusque est sociata conjugio: a quo etiam magno amore diligebatur. Detulerat enim secum magnos thesauros. Sed per amorem Fredegundis, quam prius habuerat, ortum est inter eos grande scandalum. Jam enim in lege catholica conversa fuerat, et chrismata^e. Cumque se regi quereretur assidue injurias perferre, diceretque nullam se dignitatem cum eodem habere, petiit ut relictis thesauris, quos secum detulerat, liberam redire permetteret ad patriam. Quod ille per ingenia dissimulans, verbis eam lenibus demulsit. Ad extremum eam suggillari **169** jussit a puero, mortuamque reperit in strato. Post cujus obitum Deus B virtutem magnam ostendit. Lychnus enim ille, qui fume suspensus coram sepulcro ejus ardebat, nullo tangente, fume disrupto in pavimentum corruit: et fugiente ante eum duritia pavimenti, tanquam in aliquod molle elementum descendit, atque medius est suffusus, nec omnino contritus: quod non sine grandi^f miraculo videntibus fuit. Rex autem cum eam mortuam deflesset, post paucos dies Fredegundem recepit in matrimonio. Post quod factum, reputantes ejus [Bell. ei] fratres, quod sua emissione antedicta regina fuerit interfecta, eum de regno dejecerunt. Habebat autem tunc Chilpericus tres filios de Andouera priore regina sua: id est Theodobertum, cujus supra meminimus (Cap. 23), Merovechum atque Chlodovechum. Sed ad cœpta redeamus

XXIX. Chuni^g vero iterum in Gallias venire conabantur, adversus quos Sigibertus cum exercitu dirigit, habens secum magnam multitudinem virorum fortium. Cumque confligere deberent, isti magicis artibus instructi, diversas eis fantasias ostendunt, et eos valde superant. Fugiente autem exercitu Sigiberti, ipse inclusus a Chunis retinebatur, nisi postea, ut erat elegans et versutus, quos non potuit superare virtute prælii, superavit arte donandi. Nam datis muneribus fœdus cum rege iniit^h, ut omnibus diebus vitæ suæ nulla inter se prælia commoverent: idque ei magis ad laudem, quam ad aliquod pertinere opprobrium justa ratione pensatur. Sed et rex Chunorum multa munera regi Sigiberto dedit. Vocabatur autem Gaganusⁱ; omnes enim reges gentis illius D hoc appellantur nomine.

^f Alii cum edit., *magno*.

^g Vide supra cap. 23, et Paulum Diac. lib. ii de Gestis Langob., cap. 10, ubi *Chuni, qui et Avars* dicuntur. Valesius libro ix Rerum Francic. fusius agit de Chunis Avaribus, quem consule.

^h Cod. Regm., *fœdus iniit*.

ⁱ Sic Corb. et Bec. cum editis aliquot; Regm., *Garganus*; alii, *Chaganus* aut *Caganus*. Mos hic Hunnis peculiaris non fuit, ut omnes suæ gentis reges idem nomen ferrent. Sic olim Ægyptii reges primo Pharaones, tum Ptolemæi vocati sunt, Persæ Arsacidae, Athenienses Cæropide, Æthiopes Candaces, Langobardi Flavii, etc., ut Cæsares et Augustos prætermittam. Sic hodie Presbyter Joannes dicitur rex Æthiopum, etc.

XXX. Sigibertus vero rex Arelatensem urbem capere cupiens, Arvernos commoveri præcepit. Erat **170** enim tunc Firminus comes urbis illius, qui cum ipsis in capite abiit. Sed et de alia parte Audouarius ^a cum exercitu advenit, ingressisque urbem Arelatensem, sacramenta pro parte Sigiberti regis exegerunt. Quod cum Guntchramnus rex comperisset, Celsum patricium cum exercitu illuc dirigit: qui abiens Avennicam [Avenionem] urbem abstulit. Accedens autem Arelatem, et vallans eam, impugnare exercitum Sigiberti, qui infra muros continebatur, cœpit. Tunc Sabaudus episcopus dixit ad eos: Egredimini foras, et inite certamen, quia non poteritis sub murorum conclusione degentes, neque nos, neque urbis istius subjecta defendere. Quod si vos Deo propitio illos devincitis, nos fidem quam promisimus custodimus: si vero illi contra vos invaluerint, ecce reseratas reperietis portas; ingredimini ne pereatis. Hoc illi dolo delusi, egressi foras bellum parant; sed superati ab exercitu Celsi, fugam ineunt, venientesque ad urbem, portas reperunt obseratas ^b. Cumque exercitus a tergo jaculis feriretur ^c, operireturque lapidibus ab urbanis, ad anem Rhodanum dirigunt, ibique parvis superpositi, ulteriorem ripam expetunt. Sed multos ex his violentia amnis direptos enecavit, fecitque Rhodanus tunc Arvernus, quod fecisse quondam Sinois ^d legitur de Trojanis:

. . . . Corrupta sub undis

Senta virum, galeasque, et fortia corpora volvit.

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

(Virg. *Æneid.* lib. 1.)

Qui vix natandi, ut diximus, impulsu, parmarumque adjuti adminiculo, litoris alterius plana contingere poterunt. Qui nudati a rebus, ab equitibus [At. equis] destituti, non sine grandi contumelia patriæ restituti sunt. Firmino tamen ^e et Audouario discedendi via indulta est. Multi ibi tunc viri ex Arvernus, non solum torrentis impetu rapti, verum etiam gladiatorum ictibus sunt prostrati. **171** Ac sic Guntchramnus rex recepta urbe illa, juxta consuetudinem bonitatis suæ, Avennicam ditionibus fratris ^f sui restituit.

XXXI. Igitur in Galliis magnum prodigium ^g de Taureduno castro apparuit, quod super Rhodanum fluvium in monte collocatum erat. Qui cum per dies amplius sexaginta nescio quem mugitum daret, tandem scissus atque separatus mons ille ab alio monte

A sibi propinquo, cum hominibus, ecclesiis, opibusque ac domibus in fluvium ruit, exclusoque amnis illius littore, aqua retrorsum petiit. Locus etenim ille ab utraque parte a montibus conclusus erat, inter quorum angustias torrens defluit. Inundans ergo superiorem partem, quæ ripæ insidebat ^h, operuit atque delevit. Accumulata enim aqua crumpens deorsum, inopinatos reperiens homines, ut desuper fecerat, ipsos enecavit, domos evertit, jumenta delevit, et quæ cuncta littoribus illis insidebant, usque ad Jenubam ⁱ civitatem, violenta atque subita inundatione diripuit atque subvertit. Traditur a multis tantam congeriem inibi aquæ fuisse, ut in antedictam civitatem super muros ingrederetur. Quod dubium non est, quia, ut diximus, Rhodanus in locis illis inter angustias montium defluit, nec habuit in latere, cum fuit exclusus, quo se diverteret: commotumque montem qui descenderat adsemel erupit, et sic cuncta delevit. Quod cum factum fuisset, triginta monachi, unde castrum fuerat advenerunt, et terram illam, quæ monte diruente remanserat, fodientes, æs sive ferrum reperiunt. Quod dum agerent, mugitum montis, ut prius fuerat, audierunt. Sed dum a sæva cupiditate retinentur, pars illa quæ nondum fuerat, **172** super eos cecidit, quos operuit atque interfecit, nec ultra inventi sunt. Similiter et ante eladem Arvernam, magna regionem illam prodigia terruerunt. Nam plerumque tres aut quatuor splendores magni circa solem apparuerunt, quos rustici soles vocabant, dicentes: Ecce tres vel quatuor soles in Cælo. Quadam tamen vice in kalendis Octobribus, ita sol obscuratus apparuit, ut nec quarta quidem pars in eodem lucens remaneret, sed teter atque decolor apparens, quasi saccus videbatur. Nam et stella, quam quidam cometem vocant, radium tanquam gladium habens, super regionem illam per annum integrum apparuit, et cælum ardere visum est, et multa alia signa apparere. In ecclesia vero Arverna, dum matutinæ celebrarentur vigiliæ in quadam festivitate, avis corydalus ^j, quam alaundam vocamus, ingressa, omnia luminaria quæ lucebant, alis superpositis in tanta velocitate exstinxit, ut putares ea in unius hominis manu posita, aqua fuisse submersa: in sacrario autem sub velo transiens, cicindelam ^k exstinguere voluit, sed ab ostiariis prohibita atque occisa est. Simile et in basilica beati Au-

^a Sic vet. mss.; Regm., *Adovagnus*. Editi, *Adouarius*, aut *Eudouarius*.

^b Quæ sequuntur usque fere ad finem cap. 38 desunt in Regm.

^c Aliquot mss. cum ed., *foderetur*.

^d Fluvius est Troadis ex Ida monte defluens, hodie

^e Turcis dicitur *Chisime*, in Phrygia minore.

^f Editi quidam, *Firmino... tantum*, et infra Corb. et Bellou., *Magni ibi tunc viri*.

^g Sic mss. omnes: plerique tamen editi habent *patriis*.

^h Ille locus omnino illustratur ex Marii Aventicensis Chronico ubi de eadem re sic loquitur: *Hoc anno (563) mons validus Tauretunensis in territorio Vallensi ita subito ruit, ut castrum cui vicinus erat, et vicus cum omnibus ibi habitantibus oppressisset, et la-*

cum in longitudine 60 millium et latitudine 20 millium ita totum movit, ut egressus utraque ripa vicis antiquissimos cum hominibus et pecoribus vastasset, e iam multa sacrosancta loca cum eis servientibus demolisset, et pontem Genavacum, molinas et homines per vim dejecit, et Genava civitate ingressus plures homines interfecit.

^h Plerique editi, *insidebant*.

ⁱ Sic Corb. et Bell. Editi plerique cum Bec., *Janotam*. Colb. et Chesn., *Genuam*. Sed hic Genevam, vulgo *Genève*, designari manifestum est; et quidem id in Vallensi, *le Valais*, contigit.

^j Corb. et Bec., *Coredallus*. Colb., *Coradallus*. V. *Alteserran*.

^k Sic Corb. et Bell. Alii et plerique editi, *cicindelam*. Nostra lectio confirmatur ex Vita S. Eligii a S.

dreæ^a de lychnis lucētib; avis alia fecit. Jam vero adveniente ipsa cladē, tanta strages de populo illo facta est per totam regionem illam, ut nec numerari possit quantæ ibidem ceciderint legiones: Nam cum jam sarcofagi aut tabulæ defecissent, decem aut eo amplius in una hanti fossa sepeliēbantur. Numerata sunt autem quadam Dominica in tūa beati Petri basilica^b trecenta defunctorum corpora: erat enim et ipsa mors subita. Nam nascēte in inguine aut in ascella vulnere in modum serpentis, ita inficiebantur homines illi^c **173** a veneno, ut die altera aut tertia spiritum exhalarent. Sed et sensum vis illa veneni auferbat ab homine. Tunc et Cato presbyter mortuus est^d. Nam cum de hac lucē multi fugissent, ille tamen populum sepeliens, et Missas dicens viritum^e, nunquam ab eo loco discessit. Ille autem presbyter multæ humanitatis, et satis dilectorum pauperum fuit: et credo hæc causa ei, si quid superbiae habuit, medicamentum fuit. Cautius autem episcopus, cum diversa loca, hanc cladem timens, circummississet, ad civitatem regressus est, et hanc incurrens, parasceve Passionis dominicæ obiit. Nam ipsa hora et Tetradius consobrinus ejus mortuus est. Tunc et Lugdunum, Biturix, Cavillonum^f atque Divionum ab hac infirmitate valde depopulata sunt.

^g XXXII. Erat tunc temporis apud Randanense monasterium civitatis Arverniciæ presbyter præclaræ virtutis, Julianus nomine; vir magnæ abstinentiæ, qui neque vinum neque ullum pulmentum utebatur, cilicium omni tempore sub tunicam habens; in vigiliis primus, in ora ioste assiduus: cui inergumenos curare, caecos illuminare, vel reliquas infirmitates depellere per invocationem dominicæ nominis, et signaculum sanctæ crucis facere erat. Idem cum stando pedes ab humore haberet infectos, et ei diceretur, cur contra possibilitatem corporis semper staret, dicere eum joco spirituali erat solitus: Faciunt opus meum, dum et vita comes est, nec me eorum sustentatio Domino jubente relinquit. Nam vidimus etiam quadam vice in basilica beati Juliani martyris inergumienum verbo tantum curasse: quartanariis et aliis febribus sæpe

Andoeno edita, cap. 47, ubi vocabuli hujus significatio exponitur tomo V Spicileg. De velis autem ecclesiarum vide cardinal. Bona lib. 1 de Rebus Liturgic., cap. 25, et Mabillon. lib. 1 de Liturgia Gallic., cap. 8.

^d De hac libellus de ecclesiis Claramont. cap. 54. Anno 1129, a Wilhelmo comite et Delphino Alverniæ restaurata, tradita fuit Præmonstratensibus, uti observat Savaro.

^e Complures olim fuere apud Claramontem basilicæ S. Petro dicatæ. Ille locus de parochiali intelligendus est, de qua laudatus liber cap. 6.

^f Sic Bell.; at Corb. et Bee. cum plerisque editis, ita inficiebatur homo ille. Alii, interficiebatur. De hac clade Marus in Chronico ad an. 571. V. lib. de Mirac. S. Juliani., cap. 45.

^g De hoc presbytero vide supra cap. 6 et seqq.

^h Bell., Colb. et aliquot editi, viriliter, quod idem hic sonat.

ⁱ Sic mss. cum Chesn.; plerique ed., Cavillonum. Bad., Cabilo, quæ revera civitas hic designatur, non Cabellio Provinciæ, vulgo Cavillon.

^k Hoc caput et quinque sequentiâ desunt in editis

per orationem remedia conferebat. Qui sub hoc tempore his, dierum atque virtutum plenus ex hoc mundo est assumptus in requie.

174 XXXIII. Transiit tunc et abbas monasterii ipsius, cui Summilfus^h successit, vir totius simplicitatis et caritatis. Nam plerumque hospitem pedes ipse abluebat, manibusque ipse tergebatur; unum tantum, quod gregem commissurum non timore, sed supplicatione regebat. Ipse quoque referre erat solitus, dum se per visum ad quoddam flumen igneum, in quo ab una parte litoris concurrentes populi ceu apes ad alvearia mergebantur: et erant alii usque ad eum; alii vero usque ad ascellas, nonnulli usque mentum, elanctantes eum fletu se vehementer aduri. Erat enim et fons super fluvium positus ita angustus, ut vix unius vestigii latitu lineam recipere posset. Apparebat autem et in alia parte litoris domus magna extrinsecus dealbata. Tunc his qui cum eo erant, quid sibi hæc velint interrogat. At illi dixerunt: De hoc enim ponte præcipitabitur, qui ad distringendum commissum gregem fuerit repertus ignavus; qui vero strenuus fuerit, sine periculo transit, et inducitur lætus in domum quam conspicias ultra. Hæc audens a somno excutitur, multo deinceps monachis severior apparens.

ⁱ XXXIV. Quid etiam apud quoddam monasterium eo tempore actum sit, pandam: nomen autem monachiⁱ, quia superest, nominari nolo, ne eum hæc scripta ad eum pervenerint; vanam incurrens gloriam revilesceat. Quidam juvenis ad monasterium veniens, abbati se commendavit, ut in Dei servitio degeret: cui ille cum multa objiceret, dicens durum esse servitium illius loci, nec omnino tanta possit implere quanta ei injungebantur, se omnia impleturum in nomine Domini pollicetur; sicque collectus est ab abbate. Factum est autem post paucos dies, dum in humilitate atque sanctitate se in omnibus exercebat, ut expellentes monachum **175** de horrea annonæ, quasi eos tres, ad solem siccare ponerent, quas huc eust-dire præcipiunt. Cum autem resicientibus aliis, hic ad custodiam resideret annonæ, subito nu-

et in mss., quamvis in capitulum indice in mss. Becensium et Regiomontensi et in editone per Judocum Badium procurata indicentur. In vet. editis et scriptis post cap. 41 aut 42, habetur cap. 47. Hæc autem habemus ex ms. eod. sacri monasterii Casinensis, ab annis 700 exarato. Et quidem stylus et modi loquendi, easum mutationes, sicut et ea quæ complentur, Gregorii nostri genium sapiunt; vitam sancti Nicitiani a se ipso scriptam laudat cap. 56. Randanense monasterium dirutum est; at vicus, vulgo Randan, nomen retinet, paulo infra Doræ et Elaveris confluum situs a, ud Arvernos.

^h Bad. in titulo, De Symmulpho abbate. Regm. et Bee., de Summilfo abbate. Ejusmodi visiones habentur in Actis SS. Perpetuæ et Felicitatis.

ⁱ In capitulorum indice in mss. et in Bad. legitur de Burdegalensi monacho. Simile factum existat in Dialogo r Sulpicii Severi, cap. 5, ubi abbas virgini eandem jussit puerum, qui aspidem in pallio tulerat illesus; ut disceret Deo in humilitate servire, non in signis et virtutibus gloriari, quia melior esset infirmitatis conscientia, virtutum vanitate.

bilatum est cœlum, et ecce imber validus cum r-
more venti festinus ad annonæ congeriem appropin-
quabat : quod cernens monachus, quid agere, quid
facere nesciebat. Tractans autem quod si cæteros
vocaret, præ multitudine hoc recondere in horrea
non valerent, cuncta postposita, ad orationem con-
vertitur, Dominum deprecans, ne super triticum
illud imbris illius gutta descenderet. Quod cum se
terræ dejiciens exoraret, divisa est nubes, et circa
annonam pluvia valde diffusa est, nullum granum
tritici, si dici fas est, humectans. Cumque reliqui
monachi cum abbate hæc consentientes, velociter ut
annonam colligerent advenissent, cernunt hoc miracu-
lum, requirentesque custodem, inveniuntque [Leg.
inveniant] haud procul arenæ dejectum orantem. Quod
videns abbas, se post eum prosternit, et pertransiente
pluvia, consummata oratione vocat ut surgeret. Quem
apprehensum verberibus agi præcepit, dicens : Oportet
enim te, fili, in timore et servitio Dei humiliter
crescere, non prodigiis atque virtutibus gloriari.
Reclusumque in cellulam septem dies, eum sicut
culpabilem jejuna præcepit, quo ab eo vanam glo-
riam, ne ei aliquod impedimentum generaret, aver-
teret. Nunc autem idem monachus, ut a fidelibus
viris cognovimus, in tanta abstinentia est devotus,
ut diebus Quadragesimæ nullum alimentum panis
accipiat, nisi tantum die tertia plenum calice thisinæ
hauriat : quem Dominus orantibus usque vitæ con-
summationem, ut sibi placeat, custodire dignetur.

* XXXV^a. Defuncto igitur, ut diximus^b, apud C
Arvernium Cautino episcopo, plerique intendebant
propter episcopatum, offerentes multa, plurima 176
promittentes. Nam Eufrasius presbyter, filius quon-
dam senatoris Ennodi^c, susceptas a Judæis species
magnas, regi per cognatum suum Beragesilum misit,

* Caput istud et alia hic a nobis nunc primum edita
tanquam sincerum Gregorii fetum laudavit antiquus
Vite sancti Aviti Arvernorum episcopi scriptor, qui
suam narrationem ab isto capite inchoavit, et non-
nulla subjunxit ex capite sequenti. Lectiones varias
referre sufficiat. Sic vero incipit : *Arverna igitur civi-
tate secundum sæculi dignitatem beatus Avitus, non
infimis nobilibus natalibus ortus est, qui tempore pueri-
tiae suæ usque ad archidiaconi arcem Deo disponente
perductus est. Defuncto itaque Cautino episcopo pleri-
que intendebant in episcopatum.... Ennodii suscepit
species... multa quidem bona secundum Deum Ecclesie
promisit; tamen.... sed si præstolaretur.... eulogias
accipere. Hæc enim gratia.... adveniat.... castitatem.
Eodem tempore apud Lugdunum, Galliarum civitatem,
sanctus Nicelius electus est, et consecratus in episcopum
fuit. Huc usque Gregorius Turonensis.* Hæc ille auctor,
qui ante annos sexcentos scripsit, ut conicere licet
ex codicibus vetustate, unde primum descripta sunt.
Avitus porro sæpius a Gregorio laudatus, ecclesiam
apud Thigernum construxit ex cap. 67 libri 1 de
Gloria Mart., reparavit ecclesiam S. Antoliani ex
cap. 65. Obiit anno 594, die 20 Septembris, quo ejus
festum recollitur. Sepultus est in ecclesia S. Mariæ
de Portu a se constructa, quam principalem licet
appellatam, a cathedrali tamen distinguendam esse
contendunt viri eruditi. Vide Savaronis notas in lib.
de ecclesiis Claromont., cap. 2.

^b Scilicet supra cap. 31 hujus libri.

A ut scilicet quod meritis obtinere non poterat, præ-
miis obtineret. Erat quidem elegans in conversatione,
sed non erat castus in opere; et plerumque inebria-
bat barbaros, sed raro reficiebat egenos; et, credo,
hæc causa obstitit, ut non obtineret, quia non per
Deum sed per homines adipisci voluit hæc honores.
Sed nec illud potuit immutari, quod Dominus per os
sancti Quintiani locutus est^d: Quia non surgit de
stirpe Hortinzi, qui regat Ecclesiam Dei. Congregatis
igitur Avitus archidiaconus clericis in ecclesia Ar-
verna, multa [i. nulla] quidem promisit, sed tamen
accepto consensu^e ad regem petiit, voluitque ei tunc
Firminus, qui in hac civitate comes positus fuerat,
impedire: sed ipse non abiit. Amici autem ejus, qui
in hac causa directi fuerant, rogabant regem, ut
saltem una dominica^f præteriret, ut hic non bene-
diceretur: quod si propalaretur, mille anreos regi
darent; sed rex his non annuit. Factum est ergo ut
congregatis in unum civibus Arvernensibus, beatus Avitus,
qui tunc temporis, ut diximus, erat archidiaconus, a
clero et populo electus cathedram pontificatus acci-
peret, quem rex in tanto honore dilexit, ut parumper
rigorem canonicum præteriens^g, in sua eum præ-
sentia benedici juberet, dicens: Merear de manu
ejus eulogia accipere. Hæc enim in gratia fecit, ut
apud Mettensem urbem benediceretur. Idem accepto
episcopatu magnum se hominibus præbuit, justitiam
populis tribuens, pauperibus opem, viduis solatium,
pupillisque maximum adjumentum. Jam si peregrinus
ad eum advenerit, ita diligitur, ut in eodem se habere
et patrem recognoscat et patriam, qui cum magnis
virtutibus floreat, et omnia quæ Deo sunt placita
177 ex toto corde custodiat, iniquam in omnibus
exstirpans luxuriam, justam Dei inserit castitatem.

* XXXVI. Decedente vero apud Parisios post syn-
nodum illam, quæ Saffaracum expulit^h, Sacerdote

^c Savaro legit *Euvodi*. Sic pro *Evodii* scriptum hoc
nomen passim in veteribus codd. occurrit.

^d In libro de Vitis Patrum, cap. 4, ubi plura de
Hortensio.

^e Sic instrumentum electionis, cap. 26, non semel
Gregorius appellat. De sancto Avito sæpius agit
Gregorius infra, et in libris Miraculorum. Vide et
Fortunatum lib. III, carm. 24 et duobus seqq. Ejus-
dem laudes a Gregorio invitatus cecinit carm. 4, lib. v,
præmissa ad ipsum Gregorium epistola. Cæterum
Savaro de Originibus Claromontensibus, pag. 137 et
seqq. laudat hoc libri IV Historiæ Gregorii caput, ejus-
que epitomen scripsit, unde patet ea capita quæ hic
primum damus ex cod. Casinensi, in aliis quoque
codicibus exstitisse, quorum unus saltem Savaroni
fuerit notus.

^f Dominicis solummodo diebus fiebant episcopo-
rum consecrationes. Vide concil. Carthag. III, can. 39.

^g Quod ordinationes a metropolitano in propria
provincia fieri conveniret secundum canonum præ-
scripta. Sic et ipse Gregorius Rhemis ab Ægidio
consecratus est.

^h Saffaracus episcopus Parisiensis exauctoratus
est in synodo Parisiensi II, quam anno 555 Sirmon-
dus, an. 551 Cointius consignant.

Lugdunensi episcopo, sanctus Nicetius ab ipso, sicut A quem sæpe propter facinus adulterii sanctus Dei, in libro Vitæ ejus scripsimus ^a, electus suscepit episcopatum, vir totius sanctitatis egregius, castæ conversationis. Charitatem vero, quam Apostolus (*Rom. XII, 17*) cum omnibus, si possibile esset, observare præcepit, hic possibiliter ita in cunctis exercuit, ut in ejus pectore ipse Dominus, qui est vera charitas, cerneretur. Nam etsi commotus contra aliquem pro negligentia fuit, ita protinus emendatum recepit, tanquam si non fuisset offensus. Erat enim castigatorem delinquentium, pœnitentiumque remissor, elemosynarius atque strenuus in labore: ecclesias erigere, domos componere, serere agros, vineas pastinare diligentissime studebat. Sed non eum hæc res ab oratione turbabant. Hic viginti duobus annis sacerdotio ministrato migravit ad Dominum, qui nunc magna B miracula ad suum tumulum exorantibus præstat. Nam de oleo cicindeli, qui ad ipsum sepulcrum quotidie accenditur, cæcorum oculis lumen reddidit, dæmones de obsessis corporibus fugat, contractis membris restituit sanitatem, et omnibus infirmis magnum in hoc tempore habetur præsidium. Igitur Priscus episcopus, qui ei successerat, cum conjuge sua Susanna cœpit persequi ac interficere multos de his, quos vir Dei familiares habuerat, non culpa aliqua victos, non in crimine comprobatos, non furto deprehensos, tantum inflammante malitia invidus, cur ei fideles fuissent. Declamabat multa blasphemia ipse cum conjuge de sancto Dei, et cum diu multoque tempore observatum fuisset ab anterioribus pontificibus, ut C mulier domum non ingrederetur ecclesiæ, hæc cum puellis etiã in cellula, in qua viri beati quieverant, introibat. Sed pro his commota tandem divina majestas ulta est in familia Prisci episcopi. Nam conjux ejus dæmone arrepta, dimissis crinibus per totam urbem insana vexabatur, et sanctum 178 Dei, quem sana negaverat, amicum Christi confessa, ut sibi parceret declamabat. Episcopus ille a typo quartanæ correptus tremorem incurrit. Nam cum typus ille recessisset, hic semper tremens habebatur ac stupidus. Filius quoque, omnisque familiã decolor esse videbatur ac stupida: ut nulli sit dubium, eos a sancti viri virtute percussos. Semper enim Priscus episcopus, ejusque familia, contra sanctum Dei nefariis vocibus oblatrabant, ipsumque sibi amicum D esse dicentes, quicumque de eo impropria evomisset. Jusserat enim in primordio episcopatus sui ædificium domus ecclesiasticæ exaltari; et diaconus

dum esset in corpore, non solum a communione removerat, sed etiam sæpius cædi præceperat, et nunquam ei ad emendationem ducere potuit, hic ascendens super tectum domus illius, cum detegere cœpisset, ait: Gratias tibi ago, Jesu Christe, quod post mortem iniquissimi Niceti super hunc tectum calcare promerui. Adhuc verba in ore pendebant, et statim subductus a pedibus ejus robur in quo stabat, cecidit ad terram, crepuitque et mortuus est. Cum autem episcopus vel conjux ejus multa contra rationem agerent, apparuit cuidam sanctus per somnium, dicens: Vade, et dic Prisco ut emendetur ab operibus malis, et fiant opera ejus bona. Martino quoque presbytero dices: Quia consentis his operibus, castigandus eris; et si emendare perversitatem tuam nolueris, morieris. At ille evigilans, locutus est diacono cuidam, dicens: Vade, quæso, eo quod sis amicus in domo episcopi, et hæc loquere sive episcopo, sive Martino presbytero. Promisit se diaconus elocuturum, sed retractatus noluit ea fari. Nocte autem cum se sopori dedisset, apparuit ei sanctus, dicens: Cur non dixisti quæ tibi abbas locutus est? et clausis pugnibus cœpit guttur ejus cædere. Mane autem facto, inflatis faucibus cum magno dolore, accessit ad viros, et omnia quæ audierat intimavit. At illi parvipendentes ea quæ audierant, phantasiam somniorum esse dixerunt. Martinus vero presbyter statim in febre et ægrotans convaleuit; sed cum 179 semper ^b adulatorio episcopo loqueretur, et consentiret et in malis actibus ac blasphemis quæ in sanctum evomebant, iterum in febre redactus spiritum exhalavit.

* XXXVII. Sanctus vero Friardus hoc nihilominus tempore, quo sanctus Nicetius obiit plenus dierum, sanctitate egregius, actione sublimis, vita nobilis; de cujus miraculis quædam in libro, quem de Vita ejus scripsimus ^c memoravimus. In cujus transitu adveniente Felice episcopo, cellula tota contremuit, unde non ambigo aliquid ibidem fuisse angelicum, quod sic locus ille ipso transeunte tremuerit, quem episcopus abluens, atque dignis vestimentis involvens, sepulturæ mandavit.

XXXVIII [*Al. xxxii*]. Ergo, ut ad historiam recurramus ^d, mortuo apud Hispaniam Athanagildo rege, Leuva cum Leuvieldo fratre regnum accepit. Defuncto igitur Leuvane, Leuvieldus frater ejus totum regnum occupavit. Qui uxore mortua, Gunth-

^a In libro de Vitis Patrum, cap. 8, quod cum isto loco confer.

^b Sic forte legendum, *in febrem incidit, et ægrotans convaleuit: sed cum semper adulatoria... consentiret ei in, etc.*

^c In libro de Vitis Patrum, cap. 10.

^d Capitulum numero ob- addita ex cod. Cassin. acreto, Chesnianos numeros e regione ad marginem


usque ad libri finem apponemus, ob citationum commoda. Cæterum omnes mss. præter Bec. habent, *Ergo ut ad historiam recurramus*, aut, *redeamus*. Editi vero ut plurimum, *Eo autem tempore mortuo*. Et infra Corb., *Athaniello... Leuveldo*. Editi aliquot, *Athanoldo*. Leuvigildi sincerum nomen, et regni tempus discimus ex antiqua inscriptione sepulcro cujusdam Gothi apposita, quæ hodieque in ecclesia vici *Truillas* dicti, duabus leucis a Narbonensi urbe dissiti, visitur. Quo in loco antiqua ædificiorum rudera, et aquæ-

suentham a reginæ Brunichildis matrem accepit, A duos filios de prima uxore habens, quorum b unus Sigiberti, alius Chilperici filiam desponsavit. Ille quoque inter eos regnum æqualiter divisit, interficiens omnes illos qui reges interimere consueverant, non relinquens ex eis mingentem ad parietem.

XXXIX [Al. xxxiii]. Defuncto c igitur apud urbem Constantinopolitanam Justiniano imperatore, Justinus ambivit imperium, vir nimie avaritiæ deditus, contemptor pauperum, senatorum exspoliator : cui tanta fuit cupiditas, ut arcas juberet fieri ferreas, in quas numismatis aurei talenta d congereret ; quem etiam ferunt in læresim Pelagianam dilapsam. Nam non post multum tempus exsensus e effectus, Tiberium Cæsarem sibi ascivit ad defensandas 180 provincias suas, hominem justum, eleemosynarium, æquum, discernentem, obtinentemque victorias : et, quod omnibus supereminet bonis, etiam verissimum B Christianum. Denique Sigibertus rex legatos ad Justinum f imperatorem misit, pacem petens, id est

luctus primorum temporum reliquiæ supersunt. In criptionem vero huc integram proferimus :

HIC REQUIESCIT
 CE. BONÆ MEMORIOSUS
 ANS. QUI VIXIT PRVS
 MENVS ANOSXXXV OBIET
 SVB DIE KAKAGVSTAS
 INDICTIONE XV ANNO
 XIII REGNO DOMNI
 NOSTRI KEOVINDI
 REGIS



a Editi cum Bec., *Gunsventham* ; al., *Grandiswintam*.

b Hermenegildus Ingundem duxit uxorem, Reccaredus vero Rignunthem Chilperici filiam desponsavit, sed nunquam duxit, ut dicitur inferius.

c Hoc caput in Corb., Bellov. et Colb. habetur post caput sequens. Editorum tamen ordinem retinimus.

d Sic Edit. ; Colb. et Corb., *numismata auri*.

e Sic Corb., Bec. et Bell. ; quæ vox familiaris est Gregorio. Editi et Paul. Diac. l. III, cap. 11, habent *amens*.

D f Sic Corb. et Bell. Editi vero cum Colb. et Bec., *ad Justinianum*.

g Corb. et Bell., *In alium annum*.

h Sic Colb. ; at Corb., *Persiani*. Bec., *ad Justinianum... Persesiri Armeni*. Cæteri ed., *ad Justinianum autem imp... cum magno auri pondere*. Persarmenios memorat Procopius lib. IV de bello Gotthico. Armeniam majorem appellatam fuisse Persarmeniam dicit Valesius, quo. I Persis esset subjecta. j

i Alii, *at ubi erit neglectus*.

j Cod. Bellov., *Britanni* ; alii *Britanni*. Editi veteres *Briciam*. Porro caput istud deest in Bec. et Bad., licet ibidem in capitulum indiculo memoretur.

k Editi plerique mendose, *Galliana* ; Colb., *Callitana* ; sed hic Gabalis urbs indicatur, hodie vicus *Javoulz*, sede episcopali apud Mimatem stabilita.

l Sic mss. et infra, pro *contentione*, quod habent editi.

Uvarinarium Francum, et Firminum Arvernum. Qui eunte eVectu navali, Constantinopolitanam sunt urbem ingressi, locutique cum imperatore, quæ petierunt obtinuerunt. Ad sequentem tamen annum s in Galliam sunt regressi. Posthæc autem Antiochia Egypti, et Appamia Syriæ, maximæ civitates, a Persis captæ sunt, et populus captivus abductus. Basilica tunc sancti Juliani Antiöchensis martyris gravi incendio concremata est. Ad Justinum autem h imperatorem Persæ-Armeni cum magno serici intexti pondere venerunt, petentes amicitias ejus, atque narrantes se imperatori Persarum esse infensos. Venerant enim ad eos legati ejus, dicentes : Sollicitudo imperialis sciscitatur, si foedus in initum cum eo custodiatis intactum. Respondentibus illis, omnia ab his pollicita illibata servari, dixerunt legati : In hoc apparebit vos ejus amicitias custodire, si ignem, ut ille veneratur, et vos veneremini. Respondente populo nequaquam se hæc facturum, ai tepiscopus qui coram erat : Quæ est in igne deitas, ut venerari queat ? quem Deus ad usus hominum procreavit, qui fomentis accenditur, aqua restinguitur, adhibitus urit, neglectus i tepescit. Hæc et his similia episcopo prosequente, legati furore succensi, actum conviciis fustibus cædunt. Cernens autem populus sacerdotem suum sanguine cruentatum, super legatos irruunt, manus injiciunt, interimuntque : et, sicut diximus, hujus imperatoris amicitias petierunt.

XL [Al. xxxiv]. Palladius autem Brittiani j 181 quondam comitis ac Cæsariæ filius, comitatum in urbe Gaballitana k, Sigiberto rege impertiente, promeruit, sed orta intentio l inter ipsum et Parthenium episcopum, valde populum collidebat. Nam plerumque conviciis, ac diversis opprobriis, ac criminibus obruebat episcopum, pervadens res ecclesiæ, spoliansque homines ejus. Unde factum est ut, hac intentione crescente, cum ad præsentiam jam dicti principis properassent, et diversa sibi invicem objectarent, mollem episcopum, effeminatum Palladius vocitaret : Ubi sunt mariti tui, cum quibus stuprose

ac turpiter vivis? Sed hæc in sacerdotem verba pro-
lata, divina confestim ultio subsequens abolevit. Nam
anno sequenti semotus a comitatu Palladius Arvern-
num regressus est: Romanus vero comitatum ambi-
vit. Factum est autem, ut quadam die in urbe Ar-
verna uterque conjungeretur, et altercantibus inter
se pro hac actione comitatus, audivit Palladius se a
Sigiberto rege debere interfici: sed falsa hæc et
maxime a Romano emissa deprehensa sunt. Tunc
ille timore perterritus, ita in angustiam gravem re-
ductus est, ut minaretur se propria dextera perimere;
cumque a matre vel a cognato suo Firmino intente
attenderetur, ne perficeret quod mente amara con-
ceperat, per intervalla horarum elapsus a matris
aspectu, ingressusque cubiculum, accepto spatio soli-
tudinis, evaginato gladio, cornuaque ensis pedibus
calcans, acumen ad pectus erexit, impressusque de-
super, gladius ab una ingressus mamilla in spatulam
dorsi regressus est: erectusque iterum, similiter al-
tera mamilla perfossus cecidit, et mortuus est: quod
non sine diaboli opere perfectum scelus mirati su-
mus. Nam prima **182** eum plaga interficere potuit,
si non diabolus sustentaculum præbuisset, quo hæc
nefanda perageret. Currit mater exanimis, et supra filii
corpuseculum orbata collabitur, atque omnis familia
voces planctus emittit. Verumtamen ad monasterium
Chrononensem^a delatus sepulturæ mandatur, sed non
juxta Christianorum cadavera positus, sed nec Mis-
sarum solemnitas meruit^b. Quod non ob aliam causam
nisi ob injuriam episcopi, hæc ei evenisse probatur.

XLI [Al. xxxv]. Alboinus vero Langobardorum
rex, qui Chlothosindam regis Chlothacharii filiam
habebat, relicta regione sua, Italiam cum omni illa
Langobardorum^c gente petiit. Nam commoto exer-
citu, cum uxoribus et liberis abiire, illuc comman-
nere deliberantes. Quam regionem ingressi, maxime
per septem annos pervagantes, spoliatis ecclesiis,
sacerdotibus interfectis, in suam redigunt potesta-
tem. Mortua autem Chlothosinda uxore Alboini, aliam
duxit conjugem, cujus patrem ante paucum tempus
interfecerat. Qua de causa mulier in odio semper
virum habens, locum opperiebatur, in quo posset

^a Sic appellatur in Bellov. et Corb. In Colb. et apud Chesn., *Chronensium*; plerique alii editi, *Dironensium*. Huc S. Gallus, postea Arvern. episc. secessit, ut in ejus Vita dicitur, inter Vitas Patrum, cap. 6. Hodie vulgo *Cornon*, seu *Cournon* appellatur, D ubi Collegium canonicorum sub S. Martini titulo.

^b Observa hic missas pro defunctis olim dici solitas, si id ipsis utile fore speraretur. Vide Mabillonium lib. II Liturgiæ Gallic., num. 70.

^c Editi complures, cum quatuor millium Langobardorum. Marius in Chronico Alboini in Italiam migrationem revocat ad an. 569; ejus vero necem ad 572.

^d Hæc erat Rosemunda, Cunimundi Gepidarum regis filia, quæ primo Alboinum maritum necari procuravit, tum Helmigisum adulterum veneno interficere conata, reliquum veneni ab ipso jam media parte ebibitum libere coacta, simul periire. Vide Pauli Historiam Langobardorum, lib. I, c. 27, et lib. II, cap. 28 et 29.

^e Editi aliquot. *Ponio*. Colb., *Ponio*.

^f Id est ut comitiva sibi prorogaretur. Solebant enim tunc reges nostri iudices seu præfectos, qui

injurias patris ulcisci. Unde factum est ut unum ex
famulis concupiscens, virum veneno necaret^d:
quo defuncto, cum famulo abiit; sed apprehensi, pa-
riter interfecti sunt. Langobardi deinceps alium su-
per se regem statuunt.

XLII [Al. xxxvi]. Eunius quoque, cognomento
Mummolus, a rege Guntchramno patriciatum pro-
meruit: de cujus militiæ origine, altius quædam re-
petenda putavi. Hic etenim Peonio^e patre ortus
Antissiodorensis urbis incola fuit. Peonius vero
hujus municipii comitatum regebat. Cumque ad
renovandam actionem^f, munera regi per filium
183 transmisit, ille datis rebus paternis, comi-
tatum patris^g ambivit, supplantavitque genitorem
quem sublevare debuerat. Ex hoc vero gradatim
proficiens, ad majus culmen evehctus est. Igitur pro-
rumpentibus Langobardis in Gallias, Amatus patri-
cius, qui nuper Celsi successor exstiterat, contra ec-
abiit, commissoque bello terga vertit, ceciditque
ibi. Tantamque tunc stragem Langobardi feruntur
cisse de Burgundionibus, ut non possit colligi num-
rus occisorum: oneratique præda discesserunt ite-
rum in Italiam. Quibus discedentibus, Eunius, q
et Mummolus, arcessitus a rege, patriciatu culme-
meruit. Irruentibus iterum Langobardis in Galli-
et usque Mutias-Calmes^h accedentibus, quod adjac-
civitati Ebredonensi, Mummolus exercitum movet,
cum Burgundionibus illuc proficiscitur. Circumd-
tisque Langobardis cum exercitu, factis etiam con-
dibus, per devia silvarum irruiit super eos: multi-
inerefecit, nonnullos cepit, et regi direxit. Quos i-
per loca dispersos custodire præcepit, paucis qu-
dam modo per fugam elapsis, qui patriæ nuntiare

XLIII [Al. xxxvii]. Fueruntque in hoc prælio Sa-
niusⁱ et Sagittarius fratres atque episcopi, qui n-
cruce cælesti muniti, sed galea aut lorica sæcul-
armati, multos manibus propriis, quod pejus c-
interfecisse referuntur. Hæc prima Mummoli in c-
tamine victoria fuit. Posthæc Saxones, qui cum L-
gobardis in Italiam venerant, iterum prorumpunt
Gallias, et infra territorium Regense, id est ap-
Stablonem villam castra ponunt, discurrentes

comites dicebantur, civitatibus seu oppidis in cert-
tempus præponere: quibus munera præstantibus,
de iis nemo querebatur, facile in idem temporis s-
tium magistratus concedebatur. Hæc etiam c-
quandoque ad superiores dignitates pertingendi via
Mummolo contigit. *Actionis* autem nomine sæp-
officium signatur. V. Bignon. in lib. I Marc-
form. II.

^g Editi plerique, *Armatus Pericius, qui nuper C-
successor. Concurruntque ibi*. Sed apud Paulum I
conum lib. III, cap. 3, dicitur quoque *Amatus Patri-*

^h Sic Bellov. At Corb., *Musciascalmes*; Bec.,
tias-calmes. Editi nonnulli, *Musciascalmes*. Nost-
lectionem habet Paulus lib. III Histor. Langob., c. 4,
et hanc Langobardorum incursionem describit.

ⁱ Editi aliquot, *Salvinus*, quod sic legerent
Salvinus, ut in Colb. Salonius Ebredunensis, Sagi-
rius Vapincensis episcopi fuere.

^j S.c. veteres mss.; Chesn., *Staplonem*. Hic I
hodie dicitur vulgo *Stoblon*, vel *Establon*, in dia-
Regiensi, de *Riez*, in Provincia.

villas urbium vicinarum, diripientes prædas, captivos abducentes, vel etiam cuncta vastantes. Quod cum Mummolus comperisset, exercitum movet, irruensque super eos, multa ex his millia interfecit, et usque **184** ad vesperam cædere non destitit, donec nox finem faceret. Ignaros enim repererat homines, et nihil de his quæ accesserant autumantes. Mane autem facto statuunt Saxones exercitum, præparantes se ad bellum. Sed intercurrentibus nuntiis pacem fecerunt, datisque muneribus Mummolo, relicta universa regionis præda cum captivis, discesserunt^a: jurantes prius quod ad subjectionem regum, solatiumque [*It. auxilium*] Francorum redire deberent in Gallias. Igitur regressi Saxones in Italiam, assumptis secum uxoribus et parvulis, vel omni supellectile facultatis, redire in Gallias destinantes, scilicet ut a **B** Sigiberto rege collecti, in loco unde egressi fuerant, stabilirentur. Feceruntque ex se duos, ut aiunt, cunctos: et unus quidem per Niceam urbem, alius vero per Ebredunensem venit, illam revera tenentes viam, quam anno superiore tenuerant: conjunctique sunt in Avennico^b territorio. Erat enim tunc tempus messium, et locus ille maxime fructus terræ sub divo [*Ed. dio*] habebat, nec quidquam ex his domicolæ recondiderant. Denique accedentes in areas, segetes inter se dividunt; colligentesque ac triturantes, frumenta comedebant, nihil ex his, eis qui laboraverant, relinquentes. Verum postquam expensis fructibus ad littus Rhodani amnis accesserunt, ut transacto torrente, regno se regis Sigiberti conferrent, occurrit eis Mummolus, dicens: Non transibitis torrentem hunc. Ecce regiones domini mei regis depopulastis, collegistis segetes, pecora devastastis^c, tradidistis domus incendiis, oliveta ac vineta succidistis. Non ascendetis, nisi satisfaciatis prius his quos exiguos reliquistis. Alioquin non effugietis manus meas, nisi ponam gladium super vos, et uxores et parvulos vestros, et ulciscar injuriam domini mei Guntchramni regis. Tunc illi timentes valde, **185** dantes multa numismatis^d aurei millia pro redemptione sua transire permissi sunt: et sic Arvernus pervenerunt. Erat tunc vernum tempus, proferebant ibi regulas^e æris incisas pro auro, quas quisque videns, non dubitabat aliud, nisi quod aurum probatum atque examinatum esset. Sic enim coloratum

ingenio nescio quo fuit: unde nonnulli hoc dolo seducti, aurum dantes et æs accipientes, pauperes facti sunt. Hi vero ad Sigibertum regem transeuntes, in locum undè prius egressi fuerant, stabiliti sunt.

XLIV [*Al. xxxviii*]. In^f regno autem Sigiberti regis, remoto ab honore Jovino rectore Provinciæ, Albinus in loco ejus subrogatur. Magnam inter eos inimicitiam hæc causa gessit. Igitur advenientibus ad cataplum Massiliensium navibus transmarinis^g, Vigillii archidiaconi homines septuaginta vasa, quæ vulgo orcas^h vocant, olei liquaminisque furati sunt, nesciente domino. Negotiator autem cum cognovisset sibi rem furto ablatam fuisse, inquirere diligenter cœpit, quò furtum in loco fuisset reconditum. Hæc inquirens, audiit a quodam, quod homines Vigillii archidiaconi perpetrassent. Perveniunt hæc ad archidiaconem, qui inquirens et inveniens, nequaquam publicare, sed excusare suos cœpit, dicens: Nunquam de domo mea egressus est, qui tale auderet admittere. Taliter, inquam, excusante archidiacono, negotiator ad Albinum pergit: causam exserit, et archidiaconem in crimine fraudis hujus mistum accusat. Die autem sancto Natalis dominici, episcopo in ecclesia adveniente, archidiaconus indutus alba adest, episcopum, **186** ut mos estⁱ, invitans ad altare debere procedere, ac solemnitatem diei sancti opportuno debere tempore celebrare. Nec mora, Albinus de sede exsiliens, apprehensum archidiaconem detrahit, pugnis calcibusque cædit, et custodia carcerali coarctat^j. Pro quo nunquam obtinere poterunt, nec episcopus, nec cives, nec ullus major natus, nec ipsa vox totius populi acclamantis, ut datis fidejussoribus, diem sanctum archidiacono liceat cum reliquis celebrare, atque accusatio ejus in posterum debere audiri: sed nec ob ipsa sacrosancta solemnia metum habuit, ut ministrum dominici altaris tali in die non auderet arripere. Quid plura? Quatuor millibus solidorum archidiaconem condemnavit: qui in præsentia regis Sigiberti veniens, quadrupla satisfactione, insequente Jovino, composuit.

XLV [*Al. xxxix*]. Posthæc tres Langobardorum duces^k, id est Amo, Zaban, ac Rhodanus, Gallias irrupere. Et Amo quidem Ebredunensem carpens viam usque Machovillam^l Avennici territorii, quam Mummolus munere meruerat regio, accessit: ibique

^a Editi ita comma apponunt, ut Saxones cum captivis discessisse videantur; at ex Paulo Diacono lib. III, cap. 5, patet has voces *cum captivis* esse præcedentibus conjungendas, cum ipse habeat, *relictis captivis et universa præda in Italiam revertuntur*. Vide et ejusdem Pauli cap. 6 et 8.

^b Sic mss. Editi vero cum Bec. habent *Arvernico*. At prælerenda mss. lectio; nam infra a Mummolo intercepti sunt in Rhodani transitu: quod fieri non potuisset, si jam in Arvernico territorio fuissent, longe a Rhodani ripis posito. Designatur itaque hoc in loco Avenionense territorium. Nobis favet Fredergarius, c. 68.

^c Plerique editi addunt *trucidastis*.

^d Cod. Corb., *numismata*.

^e Alii habent, *tegulas*.

^f Hoc caput deest in Corb. et Bellov.

^g In plerisque editis, *Advenientibus transmarinis*. Cætera ommissa sunt. Hæc porro apud Massiliam con-

tigisse patet ex capitis titulo, quod de archidiacono Massiliensi inscribitur. *Calaplus* autem pro portu frequenti sumitur apud Sidonium. Vide Amaltheon Josephi Laurentii.

^h Colb., *arcas*; sed retinenda nostra lectio. Orca quippe vasis est species usitata.

ⁱ Mos erat ut episcopo celebraturo ad ecclesiam accedenti archidiaconus cum reliquo clero in albis, thuribus fuliginibus occurreret. Vide Paulum Emeritensem, etc., apud Mabillon. lib. I de Liturgia Gallic., cap. 7.

^j Plerique editi, *archidiaconum coarctat*, cæteris omissis.

^k Ex iis erant ducibus, qui post Clebi regis necem, anno 574, Langobardis præfuerunt.

^l Sic duo mss. veteres Corb. et Bellov.; cæteri cum editis *Machovillam*, præter Colb. in quo vox *villam* desideratur. Paulus Diac. l. III, c. 8, habet sicut veteres mss., *Machovillam*.

fixit tentoria. Zaban vero per Diensem ^a descendens A sit, in quibus victor exstitit. Nam post mortem Chariberti, cum Chilpericus Turonis ac Pictavis pervasisset, quæ Sigiberto regi per pactum in partem venerant, conjunctus rex **188** ipse cum Guntchramno fratre suo, Mummolum eligunt, qui has urbes ad eorum [Al. verum] dominum revocare deberet. Qui Turonis veniens, fugato exinde Chlodovecho Chilperici filio, exactis a populo ad partem regis Sigiberti sacramentis, Pictavos accessit. Sed Basilius ac Sigiharius ^f Pictavi cives, collecta multitudine, resistere voluerunt: quos de diversis partibus circumdatos oppressit, obruit, interemil; et sic Pictavos accedens, sacramenta exegit. Hæc interim de Mummolo dictu sufficient ^g: reliqua in posterum sunt dirigenda.

B XLVII [Al. XLI]. De Andarchii ^h vero interitu locuturus, prius genus ordiri placet, et patriam. Hic igitur, ut asserunt ⁱ, Felicis senatoris servus fuit, qui ad obsequium domini deputatus, ad studia litterarum cum eo positus, bene institutus emicuit. Nam de operibus Virgilii, legis Theodosianæ libris, arteque calculi adplene eruditus est. Hac igitur scientia tumens, despiciere dominos cœpit: et se patrocinio Lupi ducis ^j, cum ad urbem Massiliensem ex jussu regis Sigiberti accederet, commendavit. De qua regressus, hunc secum abire ^k præcepit, insinuavitque eum diligenter Sigiberto regi, atque ad seryiendum tradidit: quem ille per loca diversa dirigens, locum præbuit militandi. Ex hoc quasi Honoratus ^l habitus, Arvernum venit: ibique cum Urso cive urbis ejus amicitias illigat. Interim, ut erat acris ingenii, filiam ejus desponsare desiderans, loriam, ut ferunt, in libellari quo chartæ abdi solitæ sunt, recondit, dicens mulieri, conjugii utique Ursi: quia multitudinem aureorum meorum amplius quam sexdecim milia in hoc libellari reconditam tibi commendo, quod tuum esse poterit, si mihi filiam tuam præstiteris desponsari. Sed

C Quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames? (Virg. *Æneid.* lib. III.)

XLVI [Al. XL]. Multa enim Mummolus bella ges-

* Alii editi, *Deensem*, quod perinde est. Est namque Dia seu Dea Vocontiorum civitas episcopalis, etiam nunc celebris. Tamen Bell. habet *Verdunensem*, et Corb. *Viridunensem*, quanquam prima manu scriptum fuisset *Vinunensem*. Sed correctio ejusdem est ævi ac codex ms. Et quidem Freherus in margine monet, in ms. scilicet Palatino, haberi *Viridunensem*. Unde Valesius existimat duo hanc urbem nomina habuisse, Latinum unum, Deam scilicet, alterum Gallicum, quod est *Viridunum*. Idem auctor alio in loco observat in Provincia fluvium esse, nomine Verdunum, vulgo *Verdon*, ex quo forte locus aliquis hic designatus nomen habuerit. Paulus Diac., qui lib. III has omnes Langobardorum et Saxonum expeditiones narrat iisdem ferme verbis ac Gregorius, cap. 8, ubi de hac ipsa irruptione loquitur, habet *Diensem*.

^b Vulgo, *la Crau*, ut Cointius monet.

^c Bell., *accipiens tam*.

^d Sic Corb. et Bellov.; alii, *Eseram* aut *Isaram*, vel cum aspiratione *Heseram*, *Hiseram*: quæ variæ lectiones in aliis quoque scriptoribus occurrunt, sed eundem fluvium designant, vulgo *l'Isère*, qui in Sa-

baudia ortus, Rhodano paulo supra Valentiam miscetur.

^e Alii, *Siosium*; hodieque nomen Segusii retinet, vulgo *Suze*, ad Duriam amnem.

^f Ed. al., *Siagrius*. Regm., *Pasilius ac Siagrius*. Fortunati carmen 18 libri IV, epitaphium est Basilii eujusdam illustris viri Pictaviensis, qui forte idem est de quo hic loquitur Gregorius.

^g *Reliqua*, etc., ad finem capituli desunt in omnibus fere mss.

^h Corb. et Bell., *Andarici*, sed eum infra *Andarchium* appellant. Colb., *Anparchi*.

ⁱ Colb. cum plerisque editis, *Facilis*.

^j Is fuit Campaniæ Rhemensis dux, de quo Gregorius infra non semel. Ejus laudes prosequitur Fortunatus lib. VII, carm. 7, 8 et 9.

^k Bell., *habere*.

^l Id est, quasi unus ex iis qui res civiles et publicas nomine principis gerebant, quibus Honorati titulus concedebatur. De hoc titulo plura habes apud Vales. in notis ad Ammian. Marcell., et Cangium in Glossario.

absente viro, huic desponsari puellam. At ille regres-
sus ad regem, præceptionem ad iudicem loci exhibuit,
ut puellam hanc suo matrimonio sociaret, dicens :
Quia dedi arrham in desponsatione ejus. Negavit au-
tem vir ille, dicens : Quia neque te novi unde sis,
neque aliquid de rebus tuis habeo. Quia intentione
pullulante, ac vehementius crescente, Andarchius
expetiit Ursurum regis præsentia arcessiri. Cumque
venisset apud villam Brennacum ^a, requirit hominem
alium, Ursurum nomine, quem ad altarium clam ad-
ductum jurare fecit, ac dicere : Per hunc locum
sanctum et reliquias martyrum beatorum, quia si
filiam meam tibi in matrimonio non tradidero, sex-
decim millia solidorum tibi satisfacere non morabor.
Stabant enim testes in sacrario, auscultantes occulte
verba loquentis, sed personam quæ loqueretur peni-
tus non videntes. Tunc Andarchius demulsit verbis
lenibus Ursurum, fecitque eum sine regis præsentia
reverti ad patriam. Factoque ex hoc juramento,
breve sacramentorum regi illo protulit discedente,
dicens ^b : Hæc et hæc mihi Ursus scripsit ; et ideo
gloriæ vestræ præceptionem depono, ut filiam suam
mihi tradat in matrimonio. Alioquin mihi liceat res
ejus possidere, donec sexdecim millibus solidorum
acceptis, me ab hac causa removeam. Tunc adeptis
præceptionibus, Arvernum rediit : ostendit iudici
jussionem regis. Ursus autem se in Vellavum ^c terri-
torium contulit. Cumque res ejus huic consignaren-
tur, et hic in Vellavum accessit. Ingressusque unam
Ursi domum, cœnam sibi præcepit præparari, atque
aquas quibus ablueretur calefieri jubet. Sed cum servi
domus minime rudi domino parerent, alios fustibus,
alios virgis cædit, nonnullis capita percutiens san-
guinem elicuit. Turbata ergo familia, præparatur
190 cœna, abluitur hic aquis calidis, inebriatur
vino, et se collocat super stratum. Erant autem cum
eo septem pueri tantum. Cumque non minus somno
quam vino sepulti altius obdormissent, Ursus con-
gregata familia, ostia domus, quæ erat ex ligneis
fabricata tabulis, claudit : acceptisque clavibus, me-
tas ^d annonæ quæ aderant, elidit ; ac circa domum et
supra domum aggregatis his acervis annonæ, quæ
tunc in manipulis erat, ita ut operata ex his domus
cerneretur omnino. Tunc immisso per partes diversas
igne, cum jam super hos infelices materia ædificii

exusta dirueret, excitantur, emittunt voces ^e : sed
non fuit qui exaudiret, donec tota domo adusta ipsos
pariter ignis absorberet. Ursus vero metuens, basili-
cam sancti Juliani expetiit, datisque regis muneribus,
res suas in solidum recepit.

XLVIII [Al. XLII]. Chlodovechus vero Chilperici
filius, de Turonico ejectus, Burdegalam abiit. Denique
cum apud Burdegalensem civitatem nullo prorsus
inquietante resideret, Sigulfus quidam a parte Sigi-
berti se super eum objecit : quem fugientem cum
tubis et buccinis, quasi labentem cervum fugans,
insequebatur, qui vix ad patrem regrediendi liberum
habuit aditum. Tamen per Andegavis regressus, ad
eum rediit. Cum autem intentio inter Guntchram-
num ^f et Sigibertum reges verteretur, Guntchramnus
rex apud Parisios omnes episcopos regni sui congregat,
ut inter utrosque quid veritas haberet, edicerent.
Sed ut bellum civile in majore pernicitate cresceret,
eos audire peccatis facientibus distulerunt. Chilpericus
autem rex in ira commotus, per Theodobertum filium
suum seniore, qui a Sigiberto aliquando apprehensus
sacramentum dederat ^g ut ei fidelis esset, civitates
ejus pervadit, id est Turonis et Pictavis, et reliquas
citra Ligerim sitas. Qui Pictavis veniens, contra
Gundobaldum ^h **191** ducem pugnavit. Terga autem
vertente exercitu partis Gundobaldi, magnam ibi
stragem de populo illo fecit ; sed et de Turonica
regione maximam partem ⁱ incendit, et nisi ad tempus
manus dedissent, totam continuo debellasset. Commoto
autem exercitu, Lemovicinum, Cadurcinum, vel reliquas
illorum provincias ^j pervadit, vastat, evertit ; ecclesias
incendit, ministeria detrahit, clericos interficit, monasteria
virorum dejicit, puellarum deludit ^k, et cuncta
devastat : fuitque illo in tempore pejor in ecclesiis
gemitus, quam tempore persecutionis Diocletiani.

XLIX [Al. XLIII]. Et ^l adhuc obstupescimus et admiramur,
cur tantæ super eos plagæ irruerant : sed recurramus
ad illud quod parentes eorum egerunt, et isti perpetrant.
Illi post prædicationem sacerdotum, de fanis ad ecclesias
sunt conversi ; isti quotidie de ecclesiis prædas detrahunt.
Illi sacerdotes Domini ex toto corde venerati sunt,
et audierunt ; isti non solum non audiunt, sed etiam
persequuntur. Illi monasteria et ecclesias ditaverunt ;
isti eas diruunt ac subver-

^a Colb., *Brinna*.

^b Sic Colb., *Bec.* et *Regm.* At *Chesn.*, *illi protulit* ; alii editi, *illo protulit discedenti*. *Bellov.* brevius, *illo protulit, dicens*.

^c Editi plerique cum *Bec.* et *Colb.*, *Villavum*. *Regm.* et *Bad.*, *Villanum* ; sic et *infra*. At *Vellavum* designari certum est, hodieque vulgo *le Velay*. Vide notas ad cap. 25, lib. x.

^d Metæ vocabulum pro frugum acervo usurpari multis exemplis probat *Alteserra* in hunc locum. V. *Hincmarum* in *Vita S. Remigii*.

^e Alii, *excitantur ad emissas voces*.

^f Valesius, et post cum *Cointius*, legendum esse *Chilpericum*. Nam *Gregorius* ibi et capitibus sequentibus de bello inter *Chilpericum* et *Sigibertum* moto loquitur : ad quos in pacem revocandos *Guntchramnus* episcopus suæ ditionis *Parisios* convenire

D procuravit. Religio tamen fuit id mutare, cum *Guntchramnum* omnes editi simul et mss. habeant. Hic *synodum Paris.* iv laudari censet *Cointius*, quæ anno 573 habita fuit.

^g *Supra* cap. 23. Cæterum plerique editi cum aliquot mss. habent *quondam apprehensus*, etc.

^h *Bel.* et *Corb.*, *Gundvaldum* ; *Regm.*, *Gundobaldum* ; *Al.* *Guntwaldum*.

ⁱ Alii, *Turonicam regionem maxima ex parte*. Quæ sequuntur sic refert *Regm.*, *Et nisi se ad tempus dedissent... devastasset*.

^j *Corb.* et *Bell.*, *illarum propinquas*. *Bad.*, *reliquas provincias*. *Regm.*, *reliquas illarum partium civitates*. *Bec.*, *illarum urbium provincias*.

^k Sic mss., at editi plerique, *puellas* : *Freh.*, al. *puellam*, et *infra* cum *Bec.*, *persecutoris*.

^l Hoc caput dcest in *Bell.* et *Corb.*

tunt. Quid de Latta ^a monasterio referam, in quo beati Martini habentur reliquiæ? Cum ad eum unuscuneus hostium adventaret, et fluvium, qui propinquus est, transire disponderet ut monasterium exspoliaret, clamaverunt monachi, dicentes: Nolite, o barbari, nolite huc transire: beati enim Martini istud est monasterium. Hæc audientes, eorum multi compuncti a Dei timore regressi sunt. Viginti tamen ex ipsis, qui non metuebant Deum, neque beatum confessorem honorabant, ascendentes navem illuc transgrediuntur, et inimico stimulantè, monachos cædunt, monasterium evertunt, resque diripiunt, de quibus **192** facientes sarcinas, navi imponunt. Ingressique fluvium, protius vibrante carina huc illucque feruntur. Cumque amisso solatio remorum, hastilibus lancearum in fundum alvei defixis remeare conarentur, navis sub pedibus eorum dehiscit, et uniuscujusque ferrum, quod contra se tenebat, pectori defigitur, transverberatique cuncti a propriis jaculis interimuunt. Unus tantum ex ipsis, qui eos increpabat, ne ista committerent, remansit illæsus. Quod si hoc quis fortuito evenisse judicat, cernat unum insontem plurimis evasisse de noxiis. Quibus interceptis, monachi ipsos et res suas ex alveo detrahentes, illos sepelientes, res suas domui restituunt.

L [Al. XLIV]. Dum hæc agerentur, Sigibertus rex gentes illas ^b, quæ ultra Rhenum habentur, commovet, et bellum civile ordiens, contra fratrem suum Chilpericum ire destinat. Quod audiens Chilpericus, ad fratrem suum Guntchramnum legatos mittit. Qui conjuncti pariter fœdus ineunt, ut nullus fratrem suum perire sineret. Sed cum Sigibertus gentes illas adducens venisset, et Chilpericus de alia parte cum suo exercitu resideret, nec haberet rex Sigibertus super fratrem suum iturus, ubi Sequanam ^c fluvium transiret, fratri suo Guntchramno mandatum mittit, dicens: Nisi ne permiseris per tuam sortem hunc fluvium transire, cum omni exercitu meo super te pergam. Quod ille timens, fœdus cum eodem iniit, eumque transire permisit. Denique sentiens Chilpericus, quod Guntchramnus, scilicet relicto eo ad Sigibertum transisset, castra movit, et usque Avallocium ^d Carnotensem vicum abiit. Quem Sigibertus insecutus, campum sibi præparari petiit ^e. Ille vero

^a Colb., *Lata*. Bec., *de Lettat*. Erat fortasse monasterium hic memoratum in vico, qui etiam nunc *Sidvan la Late* seu *la Latte* appellatur, haud procul a Severiaco, *Sivré*, Bellismo et Noviliaco, *Neuilli*, sito.

^b Chol., *Sigibertus tres gentes*, etc.

^c Sic mss. omnes. præter Colb. et Chesn. qui habent *Segonam*, quasi hic Sagona sive Arar, vulgo *la Saône*, designaretur. Editi vet. habent quoque *Sequanam*. Et quidem ex Gregorii lib. II de Mirac. S. Martini, cap. 7, patet hic legendum esse *Sequanam*. De hac re vide etiam lib. I de Gloria martyr., cap. 72.

^d Hic vicus est ad flumen Lidericum, qui postea Allocium seu Alogium, vulgo *Alluye*, dictus est. In plerisque mss. et editis scribitur *Alocium*. Bec., *ad Valocium*.

^e Tunc temporis scripsit ad Brunehildem Sigiberti uxorem beatus Germanus Parisiorum antistes, ut excidium, quod toti regioni imminabat, averteret.

timens, ne colliso **193** utroque exercitu, etiam regnum eorum corrueret, pacem petiit, civitatesque ejus, quas Theodobertus male pervaserat, reddidit deprecans, ut nullo casu culparentur earum habitatores, quos ille injuste igni ferroque opprimens acquisierat. Vicos quoque, qui circa Parisios erant maxime tunc flamma consumpsit; et tam domum quam res reliquæ ab hoste direptæ sunt, ut etiam et captivi ducerentur. Obtestabatur enim rex, ne hæc fierent: sed furorem gentium, quæ de ulteriore Rheni amnis parte venerant, superare non poterat sed omnia patienter ferebat, donec redire posset ad patriam. Tunc ex gentilibus illis contra eum quidam murmuraverunt, cur se a certamine subtraxisset. Sed ille, ut erat intrepidus, ascenso equo, ad eos dirigit, eosque verbis lenibus demulsit, multos ex eis postea lapidibus obrui præcipiens. Sed nec hoc sine beati Martini fuisse virtute ambigitur, ut hi sine bello pacificarentur. Nam in ipsa die qua hi pacem fecerunt, tres paralytici ad beati basilicam sunt directi ^f, quod in sequentibus libris, Domino juvante, disserimus.

LI [Al. XLV]. Dolorem enim ingerit animo ista civilia bella referre. Nam post annum iterum Chilpericus ad Guntchramnum fratrem suum legatos mittit, dicens: Veniat frater mecum [Al. meus], et videamus nos, et pacificati persequamur Sigibertum inimicum nostrum. Quod cum fuisset factum, seque vidissent, ac muneribus honorassent, commoto Chilpericus exercitu usque Rhemis accessit, cuncta incendens atque debellans. Quod audiens Sigibertus, iterum convocatis gentibus illis, quarum supra memoriam fecimus, Parisios venit, et contra fratrem suum ire disponit, mittens nuntios Dunensibus et Turonicis, ut contra Theodobertum ire deberent. Quod illi dissimulantes, rex Godegiselum et Guntchramnum **194** duces in capite dirigit. Qui commoventes exercitum, adversus eum pergunt. At ille derelictus a suis, cum paucis remansit: sed tamen ad bellum exire non dubitat. Incuntes autem prælium, Theodobertus evictus in campo prosternitur, et ab hostibus exanime corpus, quod dici dolor est, spoliatur. Tunc ab Arnulfo ^g quodam collectus, ablutusque, ac dignis vestibus est indutus, et ad Eco-

Superest hæc epistola tanto pontifice ad pacem principes Christianos adhortante digna, quam in Appendice referemus.

^f Horum trium paralyticorum curationem refert Gregor. lib. II Mirac. S. Martini, cap. 5, 6 et 7.

^g Colb. et Bec. cum Chesn., *Arunlfo*. De more abluendorum defunctorum apud gentiles et Christianos plura habet V. Cl. Ant. Dadinus Alteserra in cap. 5 lib. II Hist. Gregorii nostri, ubi ex Aimoino in Vita S. Abbonis, cap. 20, observat interemptorum corpora illota sepeliri solita fuisse. Abbo quippe *cum ipsis quibus indutus erat vestimentis, uti mos est sepeliri interemptos, illotus etiam lapideo tumulatus sarcophago* fuit. Forte Theodobertus lotus fuit ac aliis vestibus indutus ob regiam dignitatem, vel quod nondum mos ille inolevisset. Reges autem, episcopos et abbates, *dignis*, id est, ut puto, suæ dignitati competentibus indutos vestibus, sepeliri solitos fuisse probant complures Gregorii loci.

sem a civitatem sepultus, Chilpericus vero A
gens, magnus per adulationes cum rege effectus est;
cens quod iterum se Guntchramnus cum Si-
competitor rerum alienarum, testamentorumque ef-
pacificasset, se infra Tornacenses muros cum
fractor; cui talis fuit vitæ exitus, ut non mereretur
et filiis suis communivit.
voluntatem propriam morte imminente complere,
qui aliorum voluntates sæpe destruxerat. Chilperi-
[AL. XLVI]. In eo anno fulgor per cælum dis-
e visus est ^b, sicut quondam ante mortem
acharii factum vidimus. Sigibertus vero ob-
bat, an evaderet, an periret, donec ad eum missi
civitatis illis, quæ citra Parisios sunt positæ,
veniunt de fratris obitu nuntiantes. Tunc egressus a
Rothomagensem urbem accessit, volens
Tornaco cum uxore et filiis, eum vestitum apud
in urbes hostibus cedere. Quod ne faceret, a
Lambros ^b vicum sepelivit. Unde postea Suessionas
prohibitus est. Regressus inde, Parisios est in-
in basilica sancti Medardi, quam ipse ædificaverat,
s: ibique ad eum Brunichildis cum filiis venit.
translatus, secus Chlothacharium patrem suum se-
Franci, qui quandam ad Childebertum aspexe-
pultus est. Obiit autem quarto decimo regni sui anno,
niorem, ad Sigibertum legationem mittunt,
ætate quadragenaria. 196 A transitu ergo Theude-
os veniens, derelicto Chilperico, super se ip-
berti senioris usque ad exitum Sigiberti, supputan-
sorem stabilirent. Ille vero hæc audiens, misit B
trem suum in supra memorata civitate ^c obsi-
etur anni viginti novem ⁱ. Inter exitum vero Sigiberti
ipse illuc properare deliberans. Cui sanctus
et nepotis sui Theodoberti, fuere dies decem et octo.
nus episcopus dixit: Si abieris, et fratrem
Mortuo autem Sigiberto, regnavit Childebertus filius
nterficere nolueris, vivus et victor redibis: sin-
ejus pro eo.

A principio usque ad diluvium, anni bis mille du-
centi quadraginta duo. A diluvio autem usque ad
Abraham, anni nonaginta quadraginta duo. Ab
Abraham vero usque ad egressum filiorum Israel ex
Ægypto, anni quadringenti sexaginta duo ^j. Ab
egressu filiorum Israel ex Ægypto usque ad ædifica-
tionem templi Salomonis, anni quadringenti octo-
ginta. Ab ædificatione ergo templi usque ad deso-
lationem ejus, et transmigrationem in Babyloniam,
anni trecenti nonaginta ^k. A transmigratione igitur
usque ad passionem Domini, anni sexcenti sexaginta
octo ^l. A passione Domini usque ad transitum sancti
Martini, anni quadringenti et duodecim. A transitu
sancti Martini usque ad transitum Chlodovechi regis,
anni centum duodecim. A transitu Chlodovechi re-
gis usque ad transitum Theudeberti, anni triginta
septem ^m. A transitu Theudeberti usque ad exitum
Sigiberti, anni viginti novem. Qui sunt simul anni
quinquies mille septingenti septuaginta quatuor ⁿ.

^b, Bell. et Freh., *Colosinensem*. Colb., *Eco-*
m. Bec. et Mor. 5., Ecolinensem.

^c Corb.; alii cum editis, *fulgur... visum est.*

^d Tornacensi scilicet, ex cap. præcedenti.

^e is est, ut monet Miræus, inter Duacum et
as ad Scarpam fluvium, vulgo *Vilry* hodie-
tus, quem Hariulfus in Chronico Centulensi
publicam in suburbano Atrebatensis urbis si-
bellat.

^f *scrumasaxos*. Regm., *scramaxos*. Colb.,
saxos. Vox est barbara quæ significat cultel-
nificos, seu gladiolos breves, a Saxonico *sax*
chs. Adi Vossius de Vit. Latin. sermon. I. II,

^g, Mor. s., etc., *suggestere*. Sigiberti necem
designat Marius, quam tamen anno præ-
contigisse volunt viri eruditi.

^g Corb., *separatis*.

^h Vicus est ad Scarpam fluvium inter Camaracum
et Atrebatas situs. Cognatus in Historia Tornacensi
hunc prope Duacum, qua iter est Atrebatum, locat.
De hac Chilperici sortis mutatione Fortunatus lib. IX,
carm. I.

ⁱ Corb. et Colb. cum Bad., 28.

^j Colb. 452. Bec., 442.

^k Sic Cod. Bell. et Corb., quem numerum ita scri-
bunt ccclxl. Regm., Bec. et Bad. habent 340. Colb.
et Chesn., 36t. Alii editi, 360.

^l Colb., Chesn. et Bad., 648. Nullus est numerus
in cod. Regm.

^m Cod. Colb., 34.

ⁿ Sic mss. cum Bad., qui computus congruit sin-
gulis articulis, ut habentur in nostro textu. Cæteri ta-
men editi habent *quadraginta quatuor*.

197-198 INCIPIUNT CAPITULA LIBRI QUINTI.

Childeberti junioris regno, et de matre ejus.

Merovechus Brunichildem accepit uxorem.

Childebertus contra Chilpericum, et de malitia Rauchingi.

Childebertus et Rocolenus Turonis venit.

V. De episcopis Lingonicis, et Namnetico.

VI. De Leonaste archidiacono Biturigo.

VII. De Senoch reclauso.

VIII. De sancto Germano Parisiorum episcopo.

- IX. De Catuppane recluso.
 X. De Patrocto recluso.
 XI. De Judæis conversis per Avitum episcopum.
 XII. De Brachione abbate.
 XIII. Quod Mummolus Lemovicus vastavit.
 XIV. Quod Merovechus tonsoralus ad basilicam sancti Martini confugit.
 XV. Bellum inter Saxones et Suevos.
 XVI. De interitu Macliavi.
 XVII. Quod Guntchramnus rex filios Magnacharii interfecit, suosque perdidit; et de dubietate Paschæ.
 XVIII. De ecclesia Cainonensi; et quod Guntchramnus rex cum Childeberto conjunctus est.
 XIX. De Prætextato episcopo, et interitu Merovechi.
 XX. De eleemosynis Tiberii.
 XXI. De Salonio et Sagittario episcopis.
 XXII. De Winnoco Brittone.
 XXIII. De obitu Samsonis filii Chilperici.
 XXIV. De prodigiis ostensis.
 XXV. Quod Guntchramnus Boso filias suas de basilica sancti Martini abstulit, et Ghilpericus Pictavis invasit.
 XXVI. De interitu Daconis et Dracoleni (Cod. Corb., Dacoleni et Dratgleni ducis).
 XXVII. Quod exercitus in Britannias abiit.
 XXVIII. De ejectione Salonii et Sagittarii.
 XXIX. De descriptionibus a Chilperico impositis.
 XXX. De vastatione Britannorum.
 XXXI. De imperio Tiberii.
 XXXII. De insidiis Britannorum.
 XXXIII. De Basilica sancti Dionysii injuri mulierem.
 XXXIV. De prodigiis.
 XXXV. De dysenteria morbo et filiis Chilperici.
 XXXVI. De Austrechilde regina.
 XXXVII. De Heraclio episcopo, et Nantino comite.
 XXXVIII. De Martino Galliciensi episcopo.
 XXXIX. De persecutione Christianorum in Hispania.
 XL. De interitu Chlodovechi.
 XLI. De Elasio et Eunio episcopis.
 XLII. De legatis Galliciensibus, ac prodigiis.
 XLIII. De Mauritione Cadurcorum episcopo.
 XLIV. De altercatione cum hæretico.
 XLV. De his quæ Chilpericus scripsit.
 XLVI. De obitu Agræculæ episcopi.
 XLVII. De obitu Dalmatii episcopi.
 XLVIII. De comitatu Eunonii.
 XLIX. De malitia Leudastis.
 L. De insidiis quas nobis fecit, et qualiter ipse peritus est.
 LI. Quæ beatus Salvius de Chilperico prædixit.

LIBER QUINTUS.

Prologus.

199 Tædet me bellorum civilium diversitates. A Scrutamini diligenter veterum scripta, et vultus quæ Francorum gentem et regnum valde proterunt, quæ Francorum gentem et regnum valde proterunt, memore: in quo, quod pejus est, tempus illud, quod Dominus de dolorum prædixit initio, jam videmus. Consurgit pater in filium, filius in patrem, frater in fratrem, proximus in propinquum (Matth. x, 21). Debebant enim eos exempla anteriorum regum terrere, qui ut divisi, statim ab inimicis sunt interempti. Quoties et ipsa Urbs urbium, et totius mundi caput, iniens bella civilia, ruit! quo cessante, rursus quasi ex humo surrexit. Utinam et vos, o reges, in his præliis, in quibus parentes vestri desudaverunt, exerceremini, ut gentes vestra pace conterritæ, vestris viribus premerentur! Recordamini quid caput victoriarum vestrarum Chlodovechus fecerit, qui adversos a reges interfecit, noxias gentes elisit, patrias gentes subjugavit: quarum regnum vobis 200 integrum illæsumque reliquit. Et cum hoc faceret, neque aurum^b, neque argentum, sicut nunc est in thesauris vestris, habebat. Quid agitis? quid quæritis? quid non abundatis? In domibus deliciæ^c supercrescunt; in promptuariis vinum, triticum, oleumque redundat; in thesauris aurum atque argentum coacervatur. Unum vobis deest, quod pacem non habentes, Dei gratia indigetis. Cur unus tollit alteri suum? cur alter^d concupiscit alienum? Cavete illud, quæso, Apostoli: *Si invicem mordetis et comeditis, videte ne ab invicem consumamini* (Gal. v, 15).

quid civilia bella parturiant. Requirit quid thaginiensibus scribat Orosius^e: qui cum pertingentos annos subversam dicat civitatem et nem eorum, addidit: « Quæ res eam tandiu se concordia. Quæ res eam post tanta destruxerunt? discordia. » Cavete discordiam, cavete civilia, quæ vos populumque 201 vestrum gnant. Quid aliud sperandum erit, nisi cum vester vester ceciderit, vos sine solatio relictis, a gentibus adversis oppressi protinus corrumpite, o rex, bellum civile delectat, illud quod Augustus (Gal. v, 17) in hominem agi meminit, ut spiritus concupiscat adversus carnem, et virtutibus cedant, et tu liber capiti tuo, id est isto, servias, qui quondam radici malorum succo compeditus.

I. Igitur interempto Sigiberto rege apud Villam cum villam, Brunichildis regina cum filiis suis residebat. Quod factum cum ad eam perlatum et conturbata dolore ac luctu, quid ageret igitur Gundobaldus^f dux apprehensum Childebertum ejus parvulum furtim abstulit, ereptumque ab eam morti, collectisque gentibus super quibus ejus regnum tenuerat, regem instituit, vix lustis uno jam peracto: qui die dominici Natalis in Gallias cœpit. Anno igitur primo regni ejus, Chilpericus Parisios venit, apprehensamque Brunichildem

^a Alii, diversos.

^b Hinc patet Chlodoveum filiosque ejus non multum argenti coacervasse. Unde supra lib. III, cap. 7, Theodoricus adeo ægre ferebat disci argentei privationem.

^c Corb. et Bell., In domibus militia.

^d Alii, alteri suum, cum alter concupiscit alienum.

^e Liber quartus, potissimum a cap. 6, pene est de Carthaginiensibus.

^f Sic editi cum Regm.; mss. plerique, Gundobaldus. Corb. Gundobaldus rex.

ingensem civitatem in exsilium trusit, thesau-
 ejus quos Parisios detulerat, abstulit: filias
 s Meldis a urbe teneri præcepit. Tunc Roc-
 b cum Cenomannicis Turonis venit, et præ-
 et multa scelera fecit: quod in sequenti qua-
 irtute beati Martini pro tantis malis quæ
 ercussus interiit, memorabimus c.

lpericus vero filium suum Merovechum cum
 Pictavis dirigit. At ille relicta ordinatione
 uronis venit, ibique et dies sanctos Paschæ
 ultum enim regionem illam exercitus ejus
 Ipse vero simulans ad matrem suam ire velle,
 gum petiit, et ibi Brunichildi reginæ con-
 eamque sibi in matrimonio sociavit. Hæc
 diens Chilpericus, quod scilicet contra fas
 e canonicam uxorem patruï accepisset, valde B
 dicto citius ad supra memoratum oppidum
 t illi cum hæc cognovissent, quod eodem
 decerneret, ad basilicam sancti Martini,
 er muros civitatis ligneis tabulis fabricata est,
 m faciunt. Rex vero adveniens, cum in mul-
 tiis eos exinde auferre niteretur, et illi dolose
 antes facere, non crederent, juravit eis di-
 , inquit, voluntas Dei fuerit a, ipse hos sepa-
 conaretur. Hæc illi sacramenta audientes e,
 ca egressi sunt, exosculatisque et dignanter
 epulavit cum eis. Post dies vero paucos,
 o secum rex Merovecho, Suessionas f rediit.
 m autem ibidem commorarentur, collecti
 Campania, Suessionas urbem aggrediuntur,
 e ex ea Fredegunde regina, atque Chlodo- C
 o Chilperici, volebant sibi subdere civitatem.
 Chilpericus rex comperit e, cum exercitu
 xit, mittens nuntios ne sibi injuriam face-
 xcidium de utroque eveniret exercitu. Illi
 æc negligentes, præparantur ad bellum:
 que prælio invaluit pars Chilperici, atque
 artem sibi adversam, multos ex ea strenuos
 files viros prosternens, fugatisque reliquis
 us ingreditur. Quæ postquam acta sunt, rex
 onjugationem Brunichildis, suspectum ha-
 it Merovechum filium suum, dicens, hoc
 ejus nequitia surrexisse: spoliatumque ab
 ntis custodibus libere h custodiri præcepit,
 quid de eo in posterum ordinaret. Godinus

A autem, qui a sorte Sigiberti se ad Chilpericum trans-
 tulerat, et multis ab eo muneribus locupletatus est,
 caput belli istius fuit; sed in campo victus, primus
 fuga dilabitur: villas vero quas ei rex a fisco 203
 in territorio Suessionico indulserat, abstulit, et basili-
 cæ contulit beati Medardi. Ipse quoque Godinus non
 post multum tempus repentina morte præventus,
 interiit. Cujus conjugem Rauchingus i accepit, vir
 omni vanitate repletus, superbia tumidus, elatione
 protervus; qui se ita cum subjectis agebat, ut non
 cognosceret in se aliquid humanitatis habere, sed
 ultra modum humanæ malitiæ atque stultitiæ i in
 suos desæviens, nefanda mala gerebat. Nam si ante
 eum, ut assolet k, convivio urentem puer cereum te-
 nuisset, nudari ejus tibias faciebat, atque tandiu in
 his cereum comprimi, donec lumine privaretur: ite-
 rum cum illuminatus fuisset, similiter faciebat, usque-
 dum totæ tibiæ famuli tenentis exurerentur. Quod
 si vocem emittere, aut se de loco illo alia in parte
 movere conatus fuisset, nudus illico gladius immine-
 bat; fiebatque ut hoc flente, iste magna lætitia ex-
 sultaret. Aiebant enim quidam, eo tempore duos de
 famulis ejus, ut sæpe contingit, mutuo se amore di-
 lexisse, virum scilicet et puellam. Cumque hæc di-
 lectio per duorum annorum aut eo amplius spatia
 traheretur, conjuncti pariter ecclesiam petierunt.
 Quod cum Rauchingus comperisset, accedit ad sacer-
 dotem loci; rogat sibi protinus reddi suos famulos
 excusatos. Tunc sacerdos ait ad eum: Nosti enim
 quæ veneratio debeat impendi ecclesiis Dei. Non enim
 poteris eos accipere, nisi ut fidem facias de perma-
 nente eorum conjunctione; similiter et ut de omni
 pœna corporali liberi maneant, repromittas l. At ille,
 cum diu ambiguus cogitatione siluisset, tandem con-
 versus ad sacerdotem, posuit manus suas super altari
 cum juramento, dicens: Quia nunquam erunt a me
 separandi, sed potius ego faciam, ut in hac conjun-
 ctione permaneant: quia quanquam mihi molestum
 fuerit, quod absque mei consilii conniventia m talia
 204 sint gesta, illud tamen libens amplector, quod
 nec hic ancillam alterius, neque hæc extranei ser-
 vum acceperit. Credidit sacerdos ille simpliciter
 promissioni hominis callidi, reddiditque homines ex-
 cusatos. Quibus ille acceptis, et gratias agens, abs-
 cessit ad domum suam, et statim jussit elidi arbo-

D

Regm. et Bad.; Bec., *Meledum*. Alii tres
Meledis. Editi plerique, *Meledis*, vulgo *Meaux*.
Rucculenus. Regm., *Rotolenus*. Bec., *Ruc-*
colenus. infra, cap. 4, *Ruccolinus*, seu *Rutulenus*.
 cap. 4, et in lib. II de Miraculis sancti Mar-
 7.

ne editi cum Bec., *foret*. Bad., *foret*, *ipse*
non conarer.

accipientes. Et infra Colb., *epulatus est cum*

essiones, et inferius. Regm. vero et Bec.,

Valesius hic sibi ipsi contrarium esse Gre-
 gori Chilpericum Suessionibus commorantem
 tamen de eo sic loquitur, quasi ibi non ad-

lustres honestorum semper hominum cu-

stodiæ committebantur, ut notat Hieronymus in lib. II
 advers. Vigilantium. Vide lib. I de Gloria Mart.,
 cap. 45. *Delicatam custodiam* appellat Pontius in Vita
 sancti Cypriani, num. 15.

i Alii, *Rauchinchus*.

j Corb. et Bell., *ultra modum atque stultitiam*.

k Sic in libro II Dialog. S. Gregorii, cap. 20, mc-
 nachus quidam S. P. Benedicto ad mensam sedenti
 lucernam tenebat.

l Exstat ea de re formula apud Bignonium, inter
 veteres incerti auctoris num. 22. Vide et ejusdem
 viri cl. notas.

m Colb. cum aliquot editis, *convenientia*. Bec., *con-*
hibentia.

rem, truncatamque columnam ejus per capita cuneo^a scissam^a præcepit excavari, effossaque in altitudine trium aut quatuor pedum humo, deponi vas jubet in foveam. Ibi que puellam ut mortuam componens, puerum desuper jactari præcepit: positoque opertorio, fossam humo replevit, sepelivitque eos viventes, dicens: Quia non frustravi juramentum meum, ut non separarentur hi in sempiternum. Quæ cum sacerdoti nuntiata fuissent, illuc cucurrit velociter, et increpans hominem, vix obtinuit ut detegerentur. Verum tamen puerum vivum extraxit, puellam vero reperit suffocatam. In talibus enim operibus valde nequissimus erat, nullam aliam habens potius^b utilitatem, nisi in cachinnis ac dolis, omnibusque perversis rebus. Unde non immerito taliter excessit a vita, qui talia gessit cum frueretur hac vita, quod in posterum digesturi sumus (*lib. ix, cap. 9*). Siggo quoque referendarius^c, qui annulum regis Sigiberti tenuerat et ab Chilperico rege provocatus erat, ut servitium quod tempore fratris sui habuerat, obtineret, ad Childebertum regem Sigiberti filium relicto Chilperico transivit, resque ejus quas in Suessionico habuerat, Ansoaldus^d obtinuit. Multi autem et alii de his qui se de regno Sigiberti ad Chilpericum tradiderant, recesserunt. Uxor quoque Siggonis non post multo temporis spatio^e obiit: sed ille aliam rursus accepit.

IV. His diebus Roccolenus, ab Chilperico missus, Turonis advenit cum magna jactantia, et ultra Ligerim castra ponens, nuntios ad nos direxit, ut scilicet Guntchramnum, qui **205** tunc de morte Theodoberti impetebatur, a basilica sancta deberemus extrahere. Quod si non faceremus, et civitatem, et omnia suburbana ejus juberet incendio concremari: Quo audito mittimus ad eum legationem, dicentes: Hæc ab antiquo facta non fuisse, quæ hic fieri deposcebat; sed nec modo permitti posse, ut basilica sancta violaretur. Quod si fieret, nec sibi fore prosperum, nec regi qui hæc jussa mandasset; metueretque magis sanctitatem antistitis, cujus virtus hesternæ die paralyticam^f direxisset. Nihil ex his ille formidans, cum in domo ecclesiæ ultra Ligerim resideret, domum ipsam, quæ clavis affixa erat, disfixit^g. Ipsos

^a Corb., *Ejus per capita cuneos*. Chesn., *ejus pro capita cuneo*. Bec., *columplam... effossamque*, etc.

^b Regm., *nullam prorsus aliam habens*. At in Corb. et Bell. desunt hæc, *valde nequissimus*, etc., usque ad *perversis rebus*.

^c Referendarius tunc dicebatur, qui hodie cancellarius. De ejus officio et prærogativis vide Mabillon, de Re Diplom. lib. II, cap. 11, et Bignonium in formulam 25 lib. I Marculli. Infra *provocatus*, id est promotus.

^d Sic mss.; at plerique editi, *Ansoaldus*. Bec., *Ansoaldus*.

^e Regm., *non post multum temporis spatium*.

^f Colb. cum Chesn., *paralytica membra*; sed mulier paralytica dicitur in lib. II de Miraculis S. Martini, cap. 27, ubi hæc eadem historia narratur.

^g Sic Corb.; alii, *dissecat*.

^b Folles sunt sacculi scortei, seu ex corio facti. V. Juvenal, sat. 13.

ⁱ Sic Corb., Bell. et Bec.; alii cum Chesn., *devalabo*.

quoque clavos Cenomannici, qui tunc cum e venerant, impletis follibus^b portant, annuntunt, et cuncta devastant. Sed dum hæc Reg agit, a Deo percutitur, morboque regio crefectus, mandata aspera remittit, dicens: Noprojeceritis Guntchramnum ducem de bas cuncta virentia quæ sunt circa urbem atter dignus fiat aratro locus ille. Interim adventus Epiphaniæ, et hic magis ac magis torp pit. Tunc accepto a suis consilio, amne tran civitatem accedit. Denique cum psallentes sia^j egressi ad sanctam basilicam propera post crucem præcedentibus signis, equo sup ferebatur. Verum ubi basilicam sanctam mox furor minantis intepuit^k: regressusq eclesia, nihil cibi ea die accipere potuit. Exi valde anhelus esset, Pictavis abiit. Erant e sanctæ Quadragesimæ, in qua fetus cuiculor comedit. Dispositis vero actionibus, quibus dis Martiis cives Pictavos vel affligeret, vel d **206** pridie animam reddidit: et sic super morque quievit.

V. Eo^l tempore Felix Namneticæ urbis e litteras mihi scripsit plenas opprobriis, etiam fratrem meum ob hoc interfectum, ipse cupidus episcopatus, episcopum inte Sed ut hæc scriberet, villam ecclesiæ co Quam cum dare nollem, evomuit in me, ut nus furore, opprobria mille. Cui aliquando pondi: « Memento dicti prophetici: *Væ hi gunt domum ad domum, et agrum ad agrum Nunquid soli inhabitabunt terram* (Isai. v, 8 habuisset Massilia sacerdotem! nunquam nav aut reliquas species detulissent, nisi tantumel quo majorem opportunitatem scribendi a infandos haberes. Sed paupertas char imponit verbositati. » Immensæ enim erat c atque jactantiæ. Sed ego ista postponens, milis appaream, illud explicabo qualiter g meusⁿ ab hac luce migraverit, et quam v percussorem ejus Dominus præstiterit ultion senescente beato Tetrico ecclesiæ Lingoni

^j Ex institutione Perpetni infra lib. x, Epiphaniæ vigiliæ agebantur in ecclesia, id thedrali: exinde autem, uti ex præsentī lo mus, processio fiebat ad basilicam sancti M ea primo signa seu vexilla deferbantur, t quandoque etiam sacræ reliquiæ, etc., quod Gregorii locis patet; qui mos hodieque in catholica in processionibus perseverat.

^k Colb., *increpuit*. Bell. et Corb., *intrepuit*.

^l Deest hoc caput in Corb., Bell. et Coll tur autem in Casin., Bec., Regm., etc. I passim agit Gregorius; sicut et Fortunatus, laudes pluribus celebravit, potissimum lib. 3, 4 et seqq. subscripsit conc. Turon. II, et Paris. IV, an. 573.

^m Ex Ægypto scilicet allatam. V. notas cap. 6.

ⁿ Petrus vocabatur, diaconus ut ex se De quo vide lib. II de Gloria Mart., cap. 24.

im Lampadium diaconum, quem creditorem A dejecisset, et frater meus, dum pauperibus, e male spoliaverat, opitulari cupiens, consensu ejus humiliationem, odium ex hoc incurrit. beatus Tetricus a sanguine sauciatur^a: cui illa medicorum fomenta valerent, conturbati et a pastore ut pote destituti, Mondericum^b exiit: qui a rege indultus, ac tonsuratus, episcopus ordinatur, sub ea quidem specie, ut dum beatus Tetricus viveret, hic Ternodorese castrum^c ut presbyter regeret, atque in eo commoraretur: ante 207 vero decessore, iste succederet. In castrum dum habitaret, iram regis incurrit. Assensum enim contra eum, quod ipse Sigiberto regi, fratrem suum Guntchramnum venienti, munera et munera præbuisset. Igitur extractus a B, in exsilium super ripam Rhodani in turri quadrata atque detecta retruditur: in qua per duos annos cum grandi cruciatu commoratur. Obiit beato Nicetio episcopo, Lugdunum regreditur, vitæque cum eo per duos menses. Sed cum obire non posset a rege, ut in locum unde dejectus, restitueretur, nocte per fugam lapsus ad Simum regem^d transiit, et apud Arisitensem^e vicum episcopus instituitur, habens sub se plus minus vices^f quindecim, quas primum Gotthi quidam præbuerant, nunc vero Dalmatius^g Ruthenensis episcopus vindicabat. Quo abeunte iterum Lingonici castrum propinquum, vel [I. et] nostrum, vel beati Nicetii, episcopum^h expetunt. Sed tamen ut eum in locum, fratris mei hoc instinctu fecerunt. Interea beato Tetrico, hic tonso capite presbyter instituitur, accepta omni potestate de rebus ecclesiæ: ut vero ut benedictionem episcopalem Lugduni acciperet, iter parat. Quæ dum aguntur, ipse quia jam epilepticus erat; ab hoc morbo correptus, asper extra sensum factus, et per dies duos assidue vomitum, tertia die spiritum exhalavit. Quibus actis, Lampadius, ut superius diximus, ab honore cultate privatus, in odium [Ed. odio] Petri dia-

coni cum filio Silvestri conjungitur, machinans atque confirmans patrem suum ab ipso fuisse maleficiis interfectum. At ille ætate juvenis, sensu levis, contra eum 208 commovetur, ipsum impetens publice paricidam. Porro ille hæc audiens, facto placito in præsentia sancti Nicetii episcopi, avunculi matris mæe, Lugdunum dirigitur; et ibi Siagrius episcopusⁱ coram astante, et aliis sacerdotibus multis, cum sæcularium principibus, se sacramento exiit, nunquam se in mortem Silvestri mistum fuisse. Post duos vero annos instigatus iterum a Lampadio filius Silvestri, assecutus in via Petrum diaconum, lancea sauciatum interfecit. Quod cum factum fuisset, de eo loco elevatus, et ad Divionense delatus castrum, secus sanctum Gregorium proavum nostrum sepelitur; Iste vero homicida fugam iniens, ad Chilpericum regem transiit, facultatibus suis fisco^k regis Guntchramni dimissis. Cumque per diversa vagaretur pro commisso scelere, nec ei esset locus firmus ad commorandum; tandem, ut credo, contra eum sanguine insonte ad divinam potentiam proclamante, in quodam loco dum iter ageret, innocentem hominem evaginato gladio^l interemit. Cujus parentes condolentes propinqui exitum, commota seditione, extractis gladiis, eum in frustra concidunt, membratimque dispergunt. Talem justo judicio Dei^m exitum miser accepit, ut qui propinquum innocentem interemerat, ipse nocens diutius non maneret: nam tertio hæc ei evenerunt anno. Denique post transitum Silvestri, Lingonici iterum episcopum flagitantes, Pappolum, qui quondam archidiaconus Augustodunensis fuerat, accipiunt: qui multa, ut asserunt multi, egit iniqua, quæ a nobis prætermittuntur, ne detractores fratrum esse videamur: tamen qualem is habuerit exitum, non omittam. Anno octavo 209 episcopatus sui, dum dioceses ac villas Ecclesiæ circumiretⁿ, quadam nocte dormienti apparuit illi beatus Tetricus vultu minaci; cui ita dicit: Quid tu, inquit, hic, Pappole? Ut quid sedem meam polluis? ut quid ecclesiam pervadis? ut quid oves mihi creditas sic di-

id est apoplexi, quæ ex sanguinis effusione oritur correptus est.

Fuit, ut notant Bollandiani ad 18 Martii, Mundesis, seu, ut alii scribunt, Modericus, Ansberti famosissimi senatoris filius, S. Arnulfi episcopi Mettensis prætor, qui clarus miraculis obiisse dicitur.

Tornodorum oppidum, vulgo *Tonnerre*, comitatibus dignitate illustre. Haud dubium quin ejusmodi virorum episcopi, qui archipresbyterorum vicibus præbebantur, apud plerosque auctores chorepiscopi^o appellati.

Sic Casin.; alii, ad *Sigiberti regnum*. Nondum Sigibertus erat occisus, cum hæc contigere.

Regm., *Aritensem*, sed mendose. Nam aliquoties Arisitenses episcopos ex variis auctoribus restituit Valesius in Notitia Galliarum. Haud diu tamen illi illa sedes. Incertum porro est quis fuerit locus, quem ex hoc Gregorii loco intra Ruthenicæ dioceseos fines contineri discimus. Est namque vicus *Ariat* dictus, qui Latine *Arisitum* dici potuisset.

etiam vicus montanus nomine *Aire*. Plerique tamen existimant *Arisitensis* nomine designari pagum et territorium, longum circiter sex leucas, quod nunc appellatur *l'Arsat*.

ⁱ Id est parochias, qui loquendi modus aliis etiam auctoribus familiaris fuit, ut observat Savaro in epist. 16 libri IX Apollinaris Sidonii. Hæc autem parochiæ cum Septimania fuerant sub dominio Wisigothorum, qui ibi instituerant episcopum.

^g Regm., *sanctus Martinus episcopus*. Bad., *Matus episcopus*. Cæterum pro *Nunc vero*, legendum esset *tunc vero*, aut certe *vindicat*, pro *vindicabat*. Valesius in Notitia sua legit *tum*.

^h Regm., *Tetrici episcopi*. De quo supra ad cap. 16 lib. IV.

^l Is est episcopus Augustodunensis apud S. Gregorium celebris, qui sedi suæ pallii honorem, et sedendi primo loco prærogativam obtinuit ab eodem S. pontifice.

^j In basilica S. Joannis, hodie parochiæ titulo insignita.

^k Regm., *suis, quæ erant ex fisco regio dimissis*.

^l Idem codex, *hominem forte gladio interemit*.

^m Editi, *juxta judicium Dei*.

ⁿ Visitandæ dioceseos *solemnem consuetudinem, ut episcopis mos est*, appellat Severus Sulpicus epist. 1 ad Euseb. De hac passim Gregorius et alii auctores antiqui.

spergis? Cede loco, relinque sedem, abscede longius a regione. Et hæc dicens, virgam quam habebat in manu, pectori ejus cum ictu valido impulit. In quo ille evigilans, dum cogitat quid hoc esset, fixa^a in loco illo defigitur, ac dolore maximo cruciatur. In hoc igitur angore manens, abhorret cibum potumque, et mortem jam sibi proximam præstolatur. Quid plura? Tertia die cum sanguinem ore projiceret, exspiravit; exinde elatus Lingonas, est sepultus. In cujus locum Mummolus abbas^b, quem Bonum cognomento vocant, episcopus substituitur: quem multi magnis laudibus prosequuntur: dicentes eum esse castum, sobrium, moderatum, ac in omni bonitate promptissimum, amantem justitiam, charitatem omni intentione diligentem. Qui accepto episcopatu, cognoscens quod Lampadius multum de rebus fraudasset ecclesiæ, ac de spoliis pauperum agros, vineasque, vel mancipia congregasset, eum ab omni re nudatum a præsentia sua jussit abigi. Qui nunc in maxima paupertate degens, manibus propriis victum quærit. Hæc de his sufficiant.

VI. Anno vero^c quo supra, id est quo mortuo Sigiberto Childebertus filius ejus regnare cœpit, multæ virtutes ad sepulcrum beati Martini apparuerunt, quas in illis libellis scripsi, quos de ipsius miraculis componere tentavi. Et licet sermone rustico, tamen celare passus non sum, quæ aut ipse vidi, aut a fidelibus relata cognovi. Hic tantum quid negligentibus evenerit, qui post virtutem cœlestem terrena medicamenta quæsierunt, exsolvam: quia sicut per gratiam **210** sanitatum, ita et per castigationem stultorum virtus ejus ostenditur. Leonastes Biturigis^d archidiaconus, decidentibus cataractis, lumine caruit oculorum. Qui cum per multos medicos ambulans, nihil omnino visionis recipere posset, accessit ad basilicam beati Martini: ubi per duos aut tres menses consistens, et jejunans assidue, lumen ut reciperet flagitabat. Adveniente autem festivitate, clarificatis oculis cernere cœpit; regressus quoque domum, vocato quodam Judæo, ventosas quarum beneficio oculis lumen auget, humeris superponit. Decidente quoque sanguine, rursus in recidivam cæcitatem redigitur. Quod cum factum fuisset, rursus ad templum sanctum regressus est. Ibi quoque iterum longo spatio commoratus, lumen recipere non meruit. Quod ei ob peccatum non præstitum reor, juxta illud dominicum oraculum: *Qui habet, dabitur ei, et abund-*

^a Sic Regm. Editi vero cum Bec., *facta*, qua voce utitur item Gregorius lib. III de Mirac. S. Martini, cap. 10. Est autem *facta*, ut putat Alteserra, dolor subitaneus, quasi clavus infixus, sicut medici *πλευρίτιν*, telum appellant. Nostra lectio rem magis exprimit.

^b Is fuit abbas S. Joannis Reomaensis in agro Tornodorensi, qui sancto Silvestro successerat; ipsi vero substitutus est Leopardinus. Mummolus jam episcopus subscripsit concil. Matic. I et II.

^c Hoc caput deest in Corb. et Bellov.

^d Bec. et Colb., *Leonastis*. Regm., *Leonastis Bituricensis*. Freh., *Leuvasis*. Editi præter Chesn., *Leonastes Biturigis*.

^e Regm., *Luci ad tenebras... ad Belial*.

^f Idem, *dicit Dominus*.

dabit: et qui non habet, ipsum quod habet ab eo (Matth. XIII, 12). Et illud: *Ecce sanctus, jam noli peccare, ne quid tibi deterius* (Joan. V, 14). Nam perstitisset hic in sanitate, dum non induxisset super divinam virtutem, enim admonet et arguit Apostolus, dicens: *enim jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas cum tenebris? Quæ autem communicatio Christi cum Belial? Aut quæ pars fidei cum infidei? Qui consensus templo Dei cum idolis? Vos estis enim templum Dei vivi. Propterea exite de medio eorum, paramini ab his, ait Dominus* (II Cor. VI, 17). Ideo doceat unumquemque Christianum hæc ut quando cœlestem accipere meruerit medicina terrena non requirat studia.

VII. Sed^g et illud commemorare libet, quales viri hoc anno a Domino sunt vocati. magnum cum et Deo^h acceptabilem ego censeo talis de nostra terra suo paradiso collocatur. benedictus Senoch presbyter, qui apud Turonum **211** morabatur, sic migravit a sæculo. Fuit in genere Theifalus, et in Turonico clericus factus, in cellulam quam ipse inter parietes antiquos excavaverat, se removit: collectisque monachis, cœlestem vitam, quod multo tempore dirutum fuerat, revocavit. Idem super infirmos multas virtutes fecit, in libro Vitæ ejus scripsimusⁱ.

VIII. Eo anno^j et beatus Germanus Parisiensis episcopus transiit: in cujus exsequiis, multis virtutibus quas in corpore gesserat, hoc miraculum confirmationem fecit. Nam carcerariis acclamantibus corpus in platea aggravatum est, solutisque eis rursus sine labore levatur: ipsi quoque qui se circumfuerant, in obsequium funeris usque ad basilicam qua sepultus est, liberi pervenerunt. Ad sepulcrum autem ejus multas virtutes, Domino tribuente, prodigiosas experiantur: ita ut quisque, si justa petitione velociter exoptata reportet. Si quis tamen strenue virtutes illius, quas in corpore fecit, sollicite vult inquirere, librum Vitæ illius, qui a Fortunato presbytero compositus est, legens cuncta reperiet^k.

IX. Eodem^m quoque anno et Caluppa reclusa obiit. Hic autem ab infantia sua semper religiosus fuit, et apud monasterium Melitenseⁿ termini Avenionensis verni conversus, in magna se humilitate fratribus præbuit, sicut in libro Vitæ^o ejus scripsimus.

^g Hoc caput deest in Corb., Bellov. et Colb.

^h Regm., *et ideo*. Et infra alii, *qui tales... collocavit*.

ⁱ Inter Vitas Patrum cap. 15. De Teifalorum genere vide supra lib. IV, cap. 19.

^j Corb. et Bellov., *Eo tempore beatus*.

^k Id est basilicam S. Crucis et S. Vincentii, quæ compluribus sæculis sancti confessoris nomine vulgo designatur. Obiit die 28 Maii quo celebratur ejus festivitas.

^l Exstat apud Surium et Bollandum 28 Maii, et in sæculo I Actorum SS. Ord. Benedictini.

^m Deest hoc caput in Corb., Bellov. et Colb.

ⁿ Regm. et Bad., *Melitense*.

^o Est inter Vitas Patrum, cap. 11.

Fuit autem in Biturico termino reclusus A synagogam Judæorum multitudo tota sequentium, in Patroclus, presbyterii honore præditus, sanctitatis ac religionis vir, magnæ abstinentiæ qui plerumque ab inedia diversis incommodis abstinere solent. Vinum, siceram, vel omne quod inebriare potest, non bibebat præter aquam parumper solummodo: sed nec pulmento aliquo utebatur. Sicut victus erat panis in aquam infusus, atque sale respersus: hujus oculi nunquam caligaverunt. Erat autem in oratione assiduus, quam si prætermisisset, aut legebat aliquid, aut scripsit. Frigoriticis^b, pustulis laborantibus, vel reliquorum morbis, sæpe per orationem remedia conferebat. Sed et alia signa multa fecit, quæ per ordinem non potest enarrare. Cilicium semper puro adhibebat corpori. Qui octogenaria ætate abscedens a sæculo migravit ad Christum. Scripsimus et de hujus libellum^c.

Et quia semper Deus noster sacerdotes suos honorare dignatur, quid Arverno de Judæis hoc accidit contigerit, pandam. Cum eosdem plerumque Avitus^a episcopus commoveret, ut relicto Mosaicæ legis, spiritualiter lecta intelligeret Christum Filium viventis Dei, prophetica et apostolica auctoritate promissum, corde purissimo in litteris contemplarentur; manebat in pectoribus, jam non dicam, velamen illud, quo factus loysi obumbrabatur, sed paries, sacerdote quorante, ut conversi ad Dominum, velamen abstergeretur^f, quidam ex his ad sanctum locum, ut baptizaretur expetiit, renatusque Deo per Christi sacramentum, cum albatis reliquis in albis vestibus procedit. Ingredientibus autem populis porritivitatibus, unus Judæorum super caput conversi oleum fetidum, diabolo instigante, diffudit. cum cunctus abhorrens populus voluisset eum lapidibus, pontifex ut fieret non permisit. Die beato, quo Dominus ad cælos post redemptum mundum ascendit gloriosus, cum sacerdos de ecclesiæ basilicam^g psallendo procederet, irrui super

destructamque a fundamentis, campi 213 planities assimilata^b. Alia autem die sacerdos eis legatos mittit, dicens: Vi ego vos confiteri Dei Filium non impello, sed tamen prædico, et salem scientiæⁱ vestris pectoribus trado. Pastor sum enim dominicis ovibus superpositus, et de vobis ille verus Pastor, qui pro nobis passus est, dixit habere se alias oves quæ non sunt ex ovili suo, quæ eum oporteat adducere, ut fiat unus grex et unus pastor (Joan. x, 16). Ideoque si vultis credere ut ego, estote unus grex, custode meposito; sin vero aliud, abscedite a loco. Illi autem diu æstuantes atque dubitantes, tertia die, ut credo, obtentu pontificis, conjuncti in unum ad eum mandata remittunt, dicentes: Credimus Jesum Filium Dei vivi, nobis prophetarum vocibus repromissum; et ideo petimus ut abluamur baptismo, ne in hoc delicto permaneamus. Gavisus autem nuntio pontifex, nocte sancta Pentecostes, vigiliis celebratis, ad baptisterium foras muraneum egressus est: ibique omnis multitudo coram eo prostrata, baptismum flagitavit. At ille præ gaudio lacrymans, cunctos aqua abluens, chrismate liniens, in sinu matris Ecclesiæ congregavit. Flagrabant cerei, lampades refulgebant, albicabat tota civitas de grege candido: nec minus fuit urbi gaudium, quam quondam Spiritu sancto descendente super apostolos, Jerusalem videre promeruit. Fuerunt autem qui baptizati sunt, amplius quingenti. Hi vero qui baptismum percipere^k noluerunt, discedentes ab illa urbe, Massiliæ redditi sunt.

XII. Transiit^l posthæc et Brachio abbas cellulæ Manatensis. Fuit autem genere Thoringus, in servitium Sigivaldi quondam ducis venationem exercens, sicut alibi scripsimus^m.

214 XIII. Ergo ut ad propositum revertamur, Chilpericus rex Chlodovechum filium suum Turonis transmisit. Qui congregato exercitu, in terminumⁿ Turonicum, et Andegavum usque Santonas transiit, eamque pervasit. Mummolus^o vero patricius Guntchramni regis, cum magno exercitu usque Lemovi-

est et hoc caput in iisdem 3 mss.

frigoriticis passim memorat Gregorius, id est laborantes, quod accessio febris a frigore incipit. Pustulas ut plurimum habent editi, pusulas vero editi. Pustulæ tamen proprie sunt tumores seu vesiculæ in cute; pusulæ vero morbi genus, vulgo sanis, aut ignis S. Antonii, dictum.

ter Vitas Patrum, cap. 9.

Regm., *Adjulus*. Eum laudat Fortunatus lib. iii, cap. 24. Vide supra lib. iv, cap. 35. Hanc Judæo-Ab Avito episcopo procuratam conversionem Avitus descripsit Fortunatus lib. v carm. 4, adverte ipso Gregorio nostro, cui carmen cum præfata epistola nuncupatum est. Sic autem gratiam Domini commendans incipit:

venerabilibus famulis, operator opime,
Condecet, ut semper laus tua, Christe, sonet,
aspirans animum, votum effectumque ministrans,
Et sine quo nullum prævalet esse bonum.

Corb. et Bell., qui locus sic expressus deest intelligitur. Cæteri tamen editi et scripti leguntur; et sic idem locus legem et prophetas præteret.

^f In die Parasceves, qua publice in Ecclesia pro Judæis oratur, ut velamen ab eorum oculis tollatur. Vide Mabillonii notam in Missale Gothic., num. 29 Liturgiæ Gallic., lib. iii.

^g Vigiliæ apud Turonos ex Perpetui institutione eo die fiebant in basilica sancti Martini.

^h Sic Corb. Alii, *destruensque... locus assimilatur*. Regm., *destructamque redegit in campi planitiem*.

ⁱ Cod. Regm., *justitiæ solem*.

^j Hæc verba, *et ideo, usque ad permaneamus, desunt in Corb. et Bellov.*

^k In Corb. et Bell. deest *percipere*. Et infra, pro *redditi sunt*, Colb. habet *redierunt*. Porro Judæi postea etiam Massiliæ ad baptismum suscipiendum adacti fuisse videntur, ex S. Gregorii M. epist. 45 lib. i, Virgilio Arelat. et Theodoro Massiliensi episcopis inscripta.

^l Deest hoc caput in Corb., Bell. et Colb.

^m In cap. 12 libri de Vitis Patrum. In Regm. dicitur *Braco*. Menatense monasterium etiam nunc exstat in diocesi Claromontensi Ord. S. Benedicti.

ⁿ Sic Corb. et Bell. Cæteri autem, *inter terminum*.

^o In capitulum indiculo cod. Colb. dicitur *Momolenus*.

cinum transiit, et contra Desiderium ducem Chilperici regis bellum gessit. In quo praelio cecidere de exercitu ejus quinque millia; de Desiderii vero viginti quatuor millia. Ipse quoque Desiderius fugiens vix evasit. Mummolus vero patricius per Arvernum rediit, eamque [AL. eaque] per loca exercitus ejus devastavit, et sic in Burgundiam peraccessit.

XIV. Posthæc Merovechus cum in custodia a patre retineretur, tonsuratus est, mutataque veste, qua clericis uti mos est, presbyter ordinatur, et ad monasterium Cenomanicum, quod vocatur Aninsula^b, dirigitur, ut ibi sacerdotali erudiretur regula. Hæc audiens Guntchramnus Boso, qui tunc in basilica sancti Martini, ut diximus, residebat, misit Riculfum [AL. Rigulfum] subdiaconum, ut ei consilium occulte præberet expetendi basilicam sancti Martini. Qui cum abiisset, ab alia parte Gailenus^c puer ejus advenit. Cumque parvum solatium qui cum ducebant haberent, ab ipso Gaileno in itinere excussus est, operoque capite, indutusque veste sæculari, beati Martini templum expetiit. Nobis autem Missas celebrantibus, in sanctam basilicam, aperta reperiens ostia, ingressus est. Post Missas autem petiit, ut ei eulogias^d dare deberemus. Erat autem tunc nobiscum Ragnemodus Parisiacæ sedis episcopus, qui sancto Germano successerat. Quod cum refutarem, **215** ipse clamare cœpit et dicere, quod non recte cum a communione sine fratrum conniventia suspenderemus. Illo autem hæc dicente, cum consensu fratris qui præsens erat, contestata causa canonica^e, eulogias a nobis accepit. Veritus autem sum, ne dum unum a communione suspendebam, in multos existentem homicida. Minabatur enim aliquos de populo nostro interficere, si communionem nostram non meruisset. Multas tamen pro hac causa Turonica regio sustinuit clades. His diebus Nicetius vir neptis meæ, propriam habens causam, ad Chilpericum regem abiit cum diacono nostro, qui regi fugam Merovechi narraret. Quibus visis, Fredegundis regina ait: Exploratores sunt, et ad sciscitandum quid agat rex advenerunt, ut sciant quid Merovecho renuntient. Et statim exspoliatos in exsilium retrudi præcepit, de quo mense septimo expleto relaxati sunt. Igitur Chilpericus nuntios ad nos direxit, dicens: Ejicite apostatam illum de basilica: sin autem aliud, totam regionem illam igni succendam. Cumque nos rescripsissemus, impossibile esse quod temporibus hære-

ticorum non fuerat, Christianorum nunc tem fieri, ipse exercitum commovet, et illuc dirigitur. Anno autem secundo Childeberti regis, eum ret Merovechus patrem suum in hac delibententum, assumpto secum Guntchramno d Brunichildem pergere cogitat, dicens: A propter meam personam basilica domni Martientiam perferat, aut [AL. et] regio ejus perptivitati subdatur. Et ingressus basilicam, gilias ageret, res quas secum habebat, ad sep beati Martini exhibuit, orans ut sibi sanctus s reret, atque ei concederet gratiam suam, ut r accipere posset. Leudastes tunc comes cum ei in amore Fredegundis insidias tenderet, ad mum pueros ejus, qui in pago egressi **216** f circumventos dolis gladio trucidavit, ipsumque mere cupiens, si reperire loco opportuno pot Sed ille consilio usus Guntchramni, et se ulci siderans, redeunte Marileifo^f archiatro de pra regis, comprehendi præcepit: cæsumque gravi ablato auro argentoque ejus, et reliquis rebu secum exhibebat, nudum reliquit. Et inter utique, si non inter manus cædentium elapsus, siam expetisset: quem nos postea indutum ves tis, obtenta vita Pictavum remisimus. Merovecho vero de patre atque noverca multa crimina loc tur: quæ cum ex parte vera essent, credo acc non fuisse Deo, ut hæc per filium vulgarentur in sequentibus cognovi. Quadam enim die ad vium ejus ascitus^g, dum pariter sederemus, s citer petiit aliqua ad instructionem animæ leg vero reserato Salomonis libro, versiculum qu mus occurrit arripui, qui hæc continebat: *O qui adversus aspexerit^h patrem, effodiant eum de convallibus*-(Prov. III, 17). Illo quoque non ligente, consideravi hunc versiculum a Domino paratum. Tunc direxit Guntchramnusⁱ puerum mulierem quamdam, sibi jam cognitam a ten Chariberti regis, habentem spiritum pythonis, quæ erant eventura narraret. Asserebat præ ipsam sibi ante hoc tempus, non solum annum et diem et horam, in qua rex Charibertus obir nuntiasset. Quæ hæc ei per pueros mandata ren Futurum est enim ut rex Chilpericus hoc anno ciat, et Merovechus rex exclusis fratribus^j capiat regnum. Tu vero ducatum totius regni annis quinque tenebis. Sexto vero anno in una

^a Hæc verba, de Desiderii vero viginti quatuor millia, desunt in Bellov.

^b Colb. in *Cenoniacum, qui vocatur Annisola*. Adhuc subsistit a conditoris et primi abbatis sancti Carilefi nomine, vulgo *Saint-Catais* dictum, sub ordine S. Benedicti et Congregatione S. Mauri. Observa hic Meroveum in monasterio versatum fuisse ut clericilibus munitis erudiretur, et vestem clericalem a sæculari fuisse dissimilem. Et quidem Gregorius Magnus jussit epist. 10 lib. v, ut pueri Angli in Galliæ monasteriis in fide erudiretur.

^c Sic Corb., Belt. et Regm.; cæteri *Gaulenus*.

^d Nota est eulogiarum acceptio pro quolibet munusculo, maxime a viris piis misso, cum alias in re sacra panem benedictum significet. Hincmarus in

Capitulis anni 852, num. 7: *Ut de oblatiis quaruntur a populo, et consecrationi supersunt, vel deibus, etc., post Missarum solemniam, qui commun non fuerunt parati, omni die dominico et diebus exinde accipiant, etc.*

^e Regm., *contestatus causam canonicam*.

^f Alii, *Mareleifo*. Regm., *Marileifo*.

^g Colb., *accessi*.

^h Corb., *exasperat*. Colb., *qui aversus dispexerit*.

ⁱ Sic Corb., Belt., Colb. et Becc. cum Bad. *Guntchramnum*, quæ unius litterulæ mutatio docet puerum a Guntramno, non a Meroveo Guntram: ad pythionissam consulendam missum fuisse.

^j Sic Corb., Belt. et Colb.; cæteri cum eo *Merovechus inclusis fratribus*. Vox *rex* est in solo

tatum^a, quæ super Ligeris alveum sita est in dextra ejus parte, favente populo, episcopatus gratiam adipisceris, ac senex et plenus dierum ab hoc mundo migrabis. Cumque hæc pueri redeuntes domino nuntiassent, statim ille vanitate elatus, tanquam **217** si jam in cathedra Turonicæ ecclesiæ resideret, ad me hæc detulit verba. Cujus ego irridens stultitiam, dixi: A D o hæc poscenda sunt: nam credi non debent quæ diabolus repromittit. *Ille^b autem ab initio mendax est, et in veritate nunquam stetit* (Joan. viii, 44). Illo quoque cum confusione discedente, valde irridebam hominem, qui talia credi putabat. Denique quadam nocte vigiliis in basilica sancti antistitis celebratis, dum lectulo decubans obdormissem, vidi angelum per aera volantem. Cumque super sanctam basilicam præteriret, voce magna ait: Heu heu! percussit Deus Chilpericum, et omnes filios ejus; nec superabit de his qui processerunt ex lumbis ejus, qui regat regnum illius in æternum. Erant ei eo tempore de diversis uxoribus filii quatuor, exceptis filiabus. Cum autem hæc in posterum impleta fuissent, tunc ad liquidum cognovi falsa esse quæ promiserant harioli. Igitur commorantibus his apud basilicam sancti Martini, misit ad Guntchramnum Bosonem Fredegundi regina, quæque ei jam pro morte Theodoberti patrocinabatur occulte, dicens: Si Merovechum ejicere poteris de basilica ut interficiatur, magnum de me munus accipies. At ille præsto putans esse interfectores, ait ad Merovechum: Ut quid hic quasi segnes et timidi residemus, et ut hebetes circa basilicam hæc oculimur? Veniant enim equi nostri, et acceptis accipitribus, cum canibus exerceamur venatione, spectaculisque patulis jœmudemur. Hoc enim agebat^c callide, ut eum a sancta basilica separaret. Guntchramnus vero alias sane bonus. Nam ad perjuriam nimium præparatus erat, verumtamen nulli amicorum sacramentum dedit, quod non protinus omisisset. Egressi itaque, ut diximus, de basilica, ad Jocundiacensem domum^d civitati proximam progressi sunt: sed **218** a nemine Merovechus nocitus est^e. Et quia impetebatur tunc Guntchramnus de interitu, ut diximus, Theodoberti, misit Chilpericus rex nuntios et epistolam scriptam ad sepulcrum sancti Martini, quæ habebat insertum,

A ut ei beatus Martinus rescriberet, utrum liceret extrahi Guntchramnum de basilica ejus, an non. Sed Baudigilus^f diaconus, qui hæc epistolam exhibuit, chartam puram cum eadem quam detulerat, ad sanctum tumulum misit. Cumque per triduum expectasset, et nihil rescripti reciperet, rediit ad Chilpericum. Ille vero misit alios, qui a Guntchramno sacramenta exigent, ut sine ejus scientia^h basilicam non relinquere. Qui ambienter jurans pallam altaris fidejussorem deditⁱ, nunquam se exinde sine jussione regia egressurum. Merovechus vero non credens pythoniæ, tres libros super sancti sepulcrum posuit, id est Psalterii, Regum, Evangeliorum: et vigilans tota nocte, petiit ut sibi beatus confessor quid eveniret ostenderet, et utrum possit regnum B accipere, an non, ut Domino indicante cognosceret^j. Post hæc continuato triduo in jejuniis, vigiliis, atque orationibus, ad beatum tumulum iterum accedens, revolvit librum, qui erat Regum: versus autem primus paginæ quam reseravit, hic erat: *Pro eo quod dereliquistis Dominum Deum vestrum, et ambulastis post deos alienos, nec fecistis rectum ante conspectum ejus: ideo tradidit vos Dominus Deus vester in manibus inimicorum vestrorum* (III Reg. ix, 9). Psalterii autem versus hic est inventus: *Verumtamen propter dolositatem posuisti eis mala: dejecisti eos, dum alleverentur. Quomodo facti sunt in desolationem? subito defecerunt: perierunt propter iniquitates suas* (Psalm. lxxii, 8. 19). In Evangeliiis autem hoc est repertum: *Scitis quia post biduum Pascha fiet, et Filius hominis tradetur ut crucifigatur* (Matth. xxvi, 2). In his responsionibus ille confusus, fletus diutissime **219** ad sepulcrum beati antistitis, assumpto secum Guntchramno duce, cum quingentis aut eo amplius viris discessit. Egressus autem basilicam sanctam, eum iter ageret per Antissiodorensis territorium, ab Erpône^k duce Guntchramni regis comprehensus est. Cumque ab eo detineretur, easu necio quo dilapsus, basilicam sancti Germani^l ingressus est. Audiens hæc Guntchramnus rex, in ira commotus Erponem septingentis^m aureis damnat, et ab honore removet, dicens: Retinuisti, ut ait frater meus, inimicum suum. Quod si hoc facere cogitabas, ad me eum debuisti prius adducere; sin autem aliud,

^a Id de Thronensi episcopatu intellexit Valesius; at Turonensis urbs ad levam Ligeris sita est. Ad dexteram Ligeris sunt Nivernum, Aurelia, Namnetæ; de postrema hæc id potius intelligendum Cointius censet, nec repugnat Gregorii textus.

^b Quæ sequuntur usque ad stetit, desunt in Corb. et Bell.

^c Editi cum Bec., aiebat.

^d Locus est ad Carum fluvium contra Turonos, vulgo Jouay, dictus.

^e Sic Corb. et Bec.; alii noscitus est. Casin., noscitur est.

^f Sic Corb. et Bell.; at Regim. et Bad., Baudigilus. Colb., Baudigilus. Bec., Baudigilus. Editi autem quot, Baudinus.

^g Corb. et Bell., rescribere cœperit.

^h Regim., consensu.

ⁱ Eam scilicet tangendo.

^j Hæc consuetudo, potissimum ubi agebatur de

rebus sæcularibus, valde S. Angustino displicebat, ex epist. 55, alias 119. *Sortes sanctorum*, et alias ejusmodi divinationes damnarunt Concilia Gallicæ. Agath., can. 42, April. 1, can. 33, etc.; quæ tandem penitus abrogatæ sunt in tertio Capitulari an. 789, ubi cap. 4 legitur: *Ut nullus in Psalterio, vel in Evangelio, vel in aliis rebus sortire præsumat, nec divinationes aliquas obseret a e.* Quo autem ritu fieret id per sacros libros sortilegium, discit ex V. Cl. Stephani Baluzii notis in eundem locum. Vide supra not. in lib. ii, cap. 37. Mos ille etiam apud gentiles invaluerat. Sic Hadrianus apud Spartianum ex sortito versu, qui primus in Virgilio occurrisset, futurum augurabatur.

^k Regim., Herpone; Bec., Herbonam.

^l Juxta urbem Antissiodorum, ubi etiam nunc subsistit, sed in orbe, cum per celebri monasterio Ordinis Benedictini, sub sancti Mauri Congregatione.

^m Corb., septuaginta.

nec tangere debueras quem tenere dissimulabas. A Exercitus autem Chilperici regis usque Turonis accedens, regionem illam in prædas mittit, succendit, atque devastat: nec rebus sancti Martini pepercit, sed quod manu tetigit, sine ullo Dei intuitu, aut timore diripuit. Merovechus prope duos menses ad antedietam basilicam residens, fugam inquit, et ad Brunehildem reginam usque pervenit: sed ab Austrasiis non est collectus. Pater vero ejus exercitum contra Campanenses commovit, putans eum ibidem occultari: sed nihil nocuit, nec eum potuit reperire.

XV. Et quia tempore illo, quo Alboinus in Italiam ingressus est, Chlothacharius et Sigibertus Suavos et alias gentes in loco illo posuerunt^a; hi qui tempore Sigiberti regressi sunt, id est qui cum Alboino fuerant, contra hos consurgunt, volentes eos a regione illa extrudere ac delere. At illi obtulerunt eis tertiam partem terræ, dicentes: Simul vivere sine collisione possumus. Sed illi contra eos irati, eo quod ipsi hoc ante ea tenuissent, nullatenus pacificare voluerunt. De fine 220 obtulerunt eis iterum isti medietatem: posthæc quas partes, sibi tertiam relinquentes. Nolitibus autem illis, obtulerunt cum terra omnia peora, tantum ut a bello cessarent. Sed nec hoc illi acquiescentes, certamen expetunt. Et inter se ante certamen, qualiter uxores Suavorum dividerent, et qui quam post eorum exitum acciperet, tractant, putantes eos jam quasi interfectos habere. Sed Domini miseratio, quæ justitiam facit, in aliam partem voluntatem eorum retorsit. Nam confligentibus illis: erant autem viginti sex millia Saxonum, ex quibus viginti millia ceciderunt; Suavorum quoque sex millia quadringenti, et octoginta^b tantum prostrati sunt: reliqui vero victoriam obtinuerunt. Illi quoque qui ex Saxonibus remanserant, detestati sunt, nullum se eorum barbati, neque capillos incisurum, nisi prius se de adversariis ulciscerentur. Quibus iterum decertantibus, in majore excidio corruerunt, et sic a bello cessatum est^c.

^a Confer caput hoc eum 43, libri iv. Cæterum, ut monent Valesius et Coitius, Sigibertus solus Suevis locum inhabitandi dederat, nam tunc jam defunctus erat Chlotarius. Emendandus quoque Paulus Diaconus, qui Gregorium incaute secutus, in hunc errorem iniegit.

^b Sic Corb. et Bellov.; Colb. idem etiam habebat; sed postea addita sunt post *millia*, hæc verba *ex quibus*, ut conliceretur *sex millia, ex quibus quadringenti et octoginta*, etc.; quam lectionem Bee. et editi habent, quibus favet Paul. Diacon. lib. iii, cap 7.

^c Wittehindus monachus Corbeiensis in Saxonia, qui sub Othone M. floruit, observat Suavos Transalbanenses regionem quam incolabant occupavisse Saxonibus in hac am migrantibus; ideoque sua adhuc ætate eosdem aliis quam Saxonis legibus usos esse, quamvis in Saxonia sedes haberent.

^d Regni, *duces, comitesque*. Maclivus ordinatus fuerat episcopus Venetensis, supra lib. iv, cap. 4, et licet apostata, nunquam tamen passus est se v. v. ente alium ordinari.

^e Editi, *qui tandem miserante Deo*.

^f Bell., *Varocus*.

^g Colb., *Magnari*. Colb. et aliquot editi, *Maginha-*

XVI. In Britannis hæc acta sunt. Maclivus quondam et Bodieus Britannorum comites^d, sacramentum inter se dederant, ut qui ex eis superviveret, filios partis alterius tanquam proprios defensaret. Mortuus autem Bodieus reliquit filium, Theodericum nomine. Quo, Maclivus oblitus sacramenti, expulso a patria, regnum patris ejus accepit. Ille vero multo tempore profugus vagusque fuit: cui tandem misertus Deus^e collectis secum a Britannia viris, se super Maclivum objecit, cumque cum filio ejus Jaco^f gladio interemit, partemque regni, quam quondam pater ejus tenuerat, in sua potestate restituit; partem vero aliam Warochus^f Maclivi filius vindicavit sibi.

XVII. Guntchramnus vero rex duos Magnacharii^g quondam filios 221 gladio interemit, pro eo quod in Austrechildem^h reginam, ejusque soboles multa detestabilia atque execranda proferrent; facultatesque eorum fisco suo redegit. Ipse quoque duos filios suos subito morbo oppressos perdiditⁱ, de quorum funere valde contristatus est, eo quod orbatus absque liberis remansisset. Eo anno dubietas Paschæ fuit. In Galliis vero nos cum multis civitatibus quarto decimo Kalendas Maias^j sanctum Pascha celebravimus. Alii vero cum Hispanis, duodecimo Kalendas Aprilis solemnitatem hanc tenuerunt: tamen ut ferunt, fontes illi, qui in Hispaniis nutu Dei complentur^k, in nostro Pascha repleti sunt.

XVIII. Cainone vero^l Turonico vico, dum ipso glorioso Resurrectionis Dominicæ die Missæ celebrarentur, ecclesia contremuit, populusque conterritus a pavore, unam vocem dedit, dicens quod ecclesia eaderet: cunctique ab ea, etiam perefractis ostiis per fugam lapsi sunt. Magna posthæc lues populum devastavit. Posthæc Guntchramnus rex ad Childebertum nepotem suum legatos mittit, pacem petens, ac deprecans eum videre. Tunc ille eum proceribus suis ad eum venit: qui ad pontem, quem Petreum^m vocitant, conjuncti sunt, consalutantes atque invicem osculantes se. Guntchramnus rex ait: Evenit impul-

rii. Guntramnus Maveatridem Magnacharii ducis filiam duxerat, qua ob Gnodobadum privignum, quem Guntramnus ex veneranda habnerat, veneno sublitum dimissa, Austrigildem ejus ancillam duxit. Quod Guntio et Wioliens Magnacharii filii ferre non valebant, idque tandem exitii causa eis fuit. Magnacharii mortem anno 566 consignat Marius Aventicensis.

^h Abi, *Austrigildem*.

ⁱ Chlotomerem scilicet et Chlotarium, quorum epitaphia refert Chesnius tomo I Histor. Franc., pag. 512. Eosdem *Regios ac egregios adolescentes* vocat Marius ad an. 577.

^j Colb., *Martias*, sed mendose.

^k De his fontibus vide Coitium ad annum 497, num. 3. Dubietas hæc orta ex eo quod Franci Victorii latereulum sequebantur, ut in concilio Aurelian. iv, can. 1, an. 541, statutum fuerat; Hispani vero antiquum Latinorum canonem. Adi Coitium ad annum 539, num. 15.

^l Castrum est ad Vingennam positum, quod vulgo *Chinon* appellatur, unde recentiores *Chinonium* corrupte esformant.

^m Complures sunt hujus nominis vici in Galliis, vulgo *Pierre-Pont* dicti, qui autem hic memoratur,

su peccatorum meorum, ut absque liberis ^a remane-
rem : et ideo peto, ut hic nepos meus mihi sit filius.
Et imponens eum super cathedram suam, cunctum ei
regnum tradidit, dicens : Una nos parma protegat,
unaque hasta defendat. Quod si filios habuero, te
nihilominus tanquam unum ex his reputabo, ut illa
cura eis, tecumque permaneat charitas, **222** quam
tibi hodie ego polliceor, teste Deo. Proceres vero
Childeberti similiter pro eodem polliciti sunt. Et
manducantes simul atque bibentes, dignisque se
muneribus honorantes, pacifici discesserunt. Tunc
ad Chilpericum regem legationem mittentes, ut red-
deret quod de eorum regno minuerat : quod si dif-
ferret, campum præpararet ad bellum. Quod ille de-
spiciens, apud Suessionas atque Parisios circos ædi-
ficare præcepit, eosque populis spectaculum præ-
bens ^b.

XIX. His ita gestis, audiens Chilpericus, quod
Prætextatus Rothomagensis episcopus contra utilita-
tem suam populis munera daret, eum ad se accessiri
præcepit. Quo discusso ^c, reperit cum eodem res
Brunichildis reginæ commendatas : ipsisque ablatis,
cum in exsilio usque ad sacerdotalem audientiam re-
tineri præcepit. Coniuncto autem Concilio, exhibitus
est. Erant autem episcopi ^d qui advenerant apud
Parisios, in basilica sancti Petri apostoli. Cui rex
ait : Quid tibi visum est, o episcope, ut inimicum
meum Merovechum, qui filius esse debuerat, cum
uxore sua, id est patris sui uxore, conjuges? An
vigilans eras, quæ pro hac causa Canonum statuta
transgressus? Etiam non hic solum excessisse probaris,
sed etiam cum illo egisti, datis muneribus, ut ego
interficerer. Hostem autem filium patri fecisti, se-
questrasti pecuniam plebem, ut nullus mecum fidem ha-
bitam custodiret; voluisti que regnum meum in ma-
nus alterius tradere. Hæc eo dicente, infremuit
multitudo Francorum, voluitque ostia basilicæ rum-
ere, quasi ut extractum sacerdotem lapidibus urge-
ret : sed rex prohibuit fieri. Cumque Prætextatus
episcopus ea quæ rex dixerat, facta negaret,
223 advenerunt falsi testes, qui ostendebant spe-
ces aliquas, dicens : Hæc et hæc nobis dedisti, ut
Merovecho fidem promittere deberemus. Ad hæc ille
rebat : Verum enim dicitis, vos a me sæpius mu-
neratos, sed non hæc causa existit, ut rex ejiceret
eum a regno. Nam et cum vos mihi et equos optinos, ^d

et equos præberetis, nunquid poteram aliud fa-

ciuntur Pont-Pierre, situs in silva Vosago ad Mosam
vium, inter Motam et Novum-castellum, vix hodie
notus.

^a Habebat filias duas Gnutramnus, Chlodebergem
nupte et Chlotildem; sed id pro nihilo ducunt,
quod regno capessendo inhables essent juxta legem
sacram, quæ semper in omnibus regni divisionibus
observata habuerat, et exinde habuit. Nunquam enim,
quam Francorum imperium subsistit, mulieres ad-
mittendum in regia dignitate admittæ fuerunt.

^b Regni., eosque spectandos populis præbuit. Bad.,
eis populo spectaculum præbiturus. Porro hic de-
scriptura cod. Bellov., usque ad hæc verba
regni capitis, et ora digito, etc.

^c Corb., Bec., etc., quem discussum, casuum mu-

A cere, nisi et ego vos simili sorte remunerarem. Re-
cedente vero rege ad metatum ^e suum, nos collecti
in unum sedebamus in secretario basilicæ beati Pe-
tri. Confabulantibusque nobis, subito advenit Actius
archidiaconus Parisiacæ Ecclesiæ, salutatisque nobis,
ait : Audite me, o sacerdotes Domini, qui in unum
collecti estis. Aut enim hoc tempore exaltabitis
nomen vestrum, et bonæ famæ gratia refulge-
bitis; aut certe nullus vos amodo pro Dei sacerdoti-
bus est habiturus, si personas vestras sagaciter
non erigitis, aut fratrem perire permittitis. Hæc eo
dicente, nullus sacerdotum ei quidquam respondit;
timebant enim reginæ furorem, cujus instinctu hæc
agebantur. Quibus intentis, et ora digito comprimen-
tibus, ego aio : Attenti estote, quæso, sermonibus
meis, o sanctissimi sacerdotes Dei, et præsertim vos,
qui familiariores esse regi videmini : adhibete ei
consilium sanctum atque sacerdotale, ne exardescens
in ministrum Dei, pereat ab ira ejus, et regnum
perdat, et gloriam. Hæc me dicente, silebant omnes.
Illis vero silentibus adjeci : Mementote, domini mei sa-
cerdotes, verbi prophetici quod ait : Si viderit specu-
lator iniquitatem hominis, et non dixerit, reus erit ani-
mæ pereuntis (Ezech. xxxiii, 6). Ergo nolite silere,
sed prædicate, et ponite ante oculos regis peccata
ejus, ne forte ei aliquid mali contingat, et vos rei si-
tis pro anima ejus. An ignoratis quid novo gestum
fuerit tempore? quomodo apprehensum Siginundum
Chlodomeris retrusit in carcerem? dixitque ei Avi-
tus ^f Dei sacerdos : Ne injicias manum in eum, et
cum Burgundiam petieris, **224** victoriam obtinebis.
Ille vero abiit, ipsaque cum uxore et filiis interemti; petiit-
que Burgundiam, ibique oppressus ab exercitu, inter-
emptus est. Quid Maximus imperator? Nonne cum
beatum Martinum ^g compulisset communicare eundem
homicidæ episcopo, et ille, quo facilius a dictos
morte liberaret, regi impio consensisset, prosequente
Regis æterni iudicio, ab imperio depulsus Maximus,
morte pessima condemnatus est? Hæc me dicente,
non respondit ullus quidquam, sed erant omnes in-
tenti et stupentes. Duo tamen adulatores ex ipsis,
quod de episcopis dici dolendum est, nuntiaverunt
regi dicentes, quia nullum majorem inimicum in suis
causis quam me haberet. Illico unus ex aulicis cursu
rapido ad me repræsentandum dirigitur. Cumque
venissem, stabat rex juxta tabernaculum ex ramis

tatione, quam sibi familiarem fuisse fatetur non se-
mel Gregorinus.

^d Erant numero 45, ex libro vii infra, cap. 46.

^e Veteres metatum pro solo hospitium vel militum
hospitio adhibebant : sequioris ævi scriptores pro
quolibet domicilio.

^f Regni., ut semper alias, *Adjutus*. Vide supra
lib. iii. cap. 6. Porro hic *sacerdotis* nomine episco-
pum non intelligit Gregorinus, ut sæpe alias. Nam
sanctus Avitus erat solimmo lo abbas Miciacensis.

^g Corb., Bell. et Colli. habent *Germanum*. Vulga-
tam tamen cæterorum lectionem retinimus; quod
hoc ipsum sancto Martino contigisse referat Sulpicius
Severus in Dialogo 3, ubi sanctus Martinus Felicis
ordinationi interfuisse narratur.

factum, et ad dexteram ejus Berthramnus episcopus, ad levam vero Ragnemodus ^a stabat : et erat ante eos scamnum ^b pane desuper plenum cum diversis ferulis. Visoque me rex ait : O episcope, justitiam cunctis largiri debes, et ecce ego justitiam a te non accipio; sed, ut video, consentis iniquitati, et impletur in te proverbium illud, quod eorvus oculum corvi non eruit. Ad hæc ego : Si quis de nobis, o rex, justitiæ tramitem transcendere voluerit, a te corrigi potest : si vero tu excesseris, quis te corripit? Loquimur enim tibi, sed si volueris audis; si autem nolueris, quis te condemnabit, nisi is qui se pronuntiavit esse Justitiam? Ad hæc ille, ut erat ab adulatoribus contra me accensus, ait : Cum omnibus enim inveni justitiam, et tecum invenire non possim. Sed scio quid faciam, ut noteris in populis, et injustum te esse omnibus perpatescat. Convocabo enim populum Turonicum, et dicam eis : Vociferamini contra Gregorium, quod sit injustus, et nulli hominum justitiam præstet. Illis quoque hæc clamantibus respondebo, **225** Ego qui rex sum, justitiam enim eodem invenire non possum, et vos qui minores estis invenietis? Ad hæc ego : Quid sim injustus, tu nescis. Scit enim ille conscientiam meam, cui occulta cordis sunt manifesta. Quod vero falso clamore populus te insultante vociferatur, nihil est, quia sciunt omnes a te hæc emissa. Ideoque non ego, sed potius tu in acclamatione notaberis. Sed quid plura? Habes legem et Canones. Hæc te diligenter rimari oportet : et tunc quæ præeeperint, si non observaveris ^c, noveris tibi Dei judicium imminere. At ille quasi me demulcens, quod dolose faciens putabat me non intelligere, conversus ad juscellum quod coram erat positum, ait : Propter te hæc juscella paravi, in quibus nihil aliud præter volatilia, et parumper ciceris continetur. Ad hæc ego, cognoscens adulationes ejus, dixi : Noster cibus esse debet facere voluntatem Dei, et non his deliciis delectari, ut ea quæ præcepit, nullo easu prætermittamus. Tu vero qui alios de justitia culpas, pollicere prius quod legem et Canones non omittas : et tunc credimus quod justitiam prosequaris. Ille vero porrecta dextera, juravit per omnipotentem Deum, quod ea quæ lex et Canones edocebant, nullo prætermitteret pacto. Posthæc accepto pane, hausto etiam vino discessi ^d. Ea vero nocte, decantatis nocturnalibus hymnis, ostium mansionis nostræ gravibus audio cogi verberibus : missoque puero, nuntios Fredegundis reginæ astare cognosco. Quibus introductis, salutationem reginæ suscipio. Deinde precantur pueri, ut in ejus causis contrarius non existam, simulque ducentas argenti promittunt libras ^e, si Prætex-

tatus me impugnantem opprimeretur. Dicebant enim : Jam omnium episcoporum promissionem habemus : tantum tu adversus non incedas. Quibus ego respondi : Si mihi mille libras auri argentique donetis, nonquid aliud facere possum, nisi quod Dominus agere præcipit? Unum tantum polliceor, quod ea quæ ceteri secundum Canonum statuta consenserint, sequar. At illi non **226** intelligentes quæ diebam, gratias agentes discesserunt. Mane autem facto, aliqui de episcopis ad me venerunt, simile mandatum ferentes : quibus ego similia respondi.

Convenientibus autem nobis in basilica sancti Petri, mane rex adfuit, dixitque : Episcopus enim in furto deprehensus, ab episcopali officio ut avelatur Canonum auctoritas sanxit. Nobis quoque respondentibus : Quis ille sacerdos esset, cui furti crimen irrogaretur? respondit rex : Vidistis enim species, quas nobis furto abstulit. Ostenderat enim nobis antedictam tertiam rex duo volucla ^f, speciebus et diversis ornamentis referta : quæ appretiabantur amplius quam tria millia solidorum. Sed et sacculum cum numismatis ^g auri pondere tenentem quasi millia duo. Hæc enim dicebat rex, sibi ab episcopo fuisse furata. Qui respondit : Recolere vos credo, discedente a Rothomagensi urbe Brunichilde regina, quod venim ad vos, dixique vobis, quia res ejus, id est quinque sarcinas, commendatas haberem : et frequentius advenire pueros ejus ad me, ut ea redderem, et nolui sine consilio vestro. Tu autem dixisti mihi, o rex : Ejice hæc a te, et revertantur ad mulierem res suæ, ne inimicitia inter me et Childebertum nepotem meum pro his rebus debeat pullulare. Reversus ergo ego ad urbem, unum voluclum tradidi pueris : non enim valebant amplius ferre. Reversus iterum requirebant alia : iterum consului ^h magnificentiam vestram. Tu autem præcepisti, dicens Ejice, ejice hæc a te, o sacerdos, ne faciat scandalum hæc causa. Iterum tradidi eis duo ex his : duo autem alia remanserunt mecum. Tu autem, qui nunc calumniaris, et me furti arguis, cum hæc causam non ad furtum, sed ad custodiam debeat deputari. Ad hæc rex : Si hoc depositum penes te habebatur ad eustodiendum, cur solvisti unum ex his, et limbum aureis contextum filis in partes dissecasti, et dedisti per viros, qui me a regno dejicerent? Prætextatus episcopus respondit : Jam dixi tibi superius quia munera eorum **227** acceperam, ideoque cum non haberem de præsentibus quod darem, hæc præsumpsi, et eis vicissitudinem munerum tribui. Proprium mihi esse videbatur, quod filio meo Merovech erat, quem de lavacro regenerationis excepi. Vident autem rex Chilpericus, quod cum his calumniis su-

^a Berthramnus erat episcopus Burdegaleusis, Ragnemodus vero Parisiensis; uterque a Fortunato pressim laudatus, de quibus sæpius infra.

^b Id est mensa humilis, Gallice dicitur *un banc*, ex quo derivavit vox *banquet*, ad designandum convivium.

^c Regm., *observare volueris*.

^d Regm., *disces it*.

^e Cod. Regm., *marchas*.

^f Sic Corb., Bell. et Calb., quam vocem alias *involutis* in his mss. positam jam animadvertimus. Sic et pro *speciebus*, habent *species*, mutato cast-

^g Colb., *numismate*. Sed Gregorius ponit h c, sicut jam alii, *numismatis*, pro *numismatibus*.

^h Alii mss. et editi, *consiliatus sup*.

perare nequiret, attonitus valde, a [Al. ac] conscientia confusus, discessit a nobis; vocavitque quosdam de adulatoribus suis, et ait: Victum me verbis episcopi fateor, et vera esse quæ dicit scio. Quid nunc faciam, ut reginæ de eo voluntas adimpleatur? Et ait: Ite, et accedentes ad eum dicite, quasi consilium ex vobismetipsis dantes: Nosti quod sit rex Chilpericus pius atque compunctus, et eito flectatur ad misericordiam: humiliare sub eo, et dieito ab eo objecta a te perpetrata fuisse. Tunc nos prostrati omnes coram pedibus ejus, dari tibi veniam imperamus. His seductus Prætextatus episcopus, pollicitus est se ita facturum. Mane autem facto, convenimus ad consuetum locum: adveniensque et rex, ait ad episcopum: Si munera pro muneribus his hominibus es largitus, cur sacramenta postulasti, ut idem Merovecho servarent? Respondit episcopus: Petii, fateor, amicitias eorum haberi cum eo: et non solum hominem, sed, si fas fuisset, angelum de cælo evocassem, qui esset adjutor ejus. Filius enim mihi erat, ut sæpe dixi, spiritalis ex lavacro. Cumque hæc altercatio altius tolleretur, Prætextatus episcopus prostratus solo, ait: Peccavi in cælum et coram te, o rex misericordissime, ego sum homicida nefandus: ego te interficere volui, et filium tuum in solo tuo erigere. Hæc eo dicente, prosternitur rex coram pedibus sacerdotum, dicens: Audite, o piissimi sacerdotes, rem erimen execrabile confitentem. Cumque nos flentes regem elevassemus a solo, jussit cum basilicam egredi. Ipse vero ad metatum discessit, transmittens librum Canonum, in 223 quo erat quaternio novus annexus, habens canones quasi apostolicos^a, continentes hæc: « Episcopus in homicidio, adulterio, et perjurio deprehensus, a sacerdotio divellatur. » His ita lectis, cum Prætextatus staret stupens, Bertchramnus episcopus ait: Audi, o frater et coepiscope, quia regis gratiam non habes, ideoque nec nostra charitate uti poteris, priusquam regis indulgentiam meraris. His ita gestis, petit rex, ut aut tunica ejus scinderetur, aut centesimus psalmus, qui maledictiones Isebariothicas continet^b, super caput ejus recitaretur; aut certe

A judicium contra eum scriberetur, ne in perpetuum communicaret. Quibus conditionibus ego restiti, juxta promissum regis, ut nihil extra Canones gereretur. Tunc Prætextatus a nostris raptus oculis, in custodiam positus est. De qua lugere tentans [Al. eum fugere] nocte, gravissime cæsus, in insulam maris, quod adjacet civitati Constantinæ^c, in exsilium est detrusus.

Posthæc sonit, quod Merovechus iterum basilicam S. Martini conaretur expetere. Chilpericus vero custodiri basilicam jubet, et omnes claudi aditus. Custodes autem unum ostium, per quod pauci clerici ad officium ingrederentur, relinquentes, reliqua ostia clausa tenebant: quod non sine tædio populi fuit. Cum autem apud Parisios moraremur, signa in cælo B apparuerunt, id est viginti radii a parte Aquilonis, qui ab Oriente surgentes ad Occidentem properabant: ex quibus unus prolixior et aliis supereminens, ut est in sublime elatus, mox defecit; et sic reliqui qui secuti fuerant, evanuerunt. Credo interitum Merovechi pronuntiasse. Merovechus vero dum in Rhemensi Campania latitaret, nec palam se Austrasiis crederet, a Tarabannensibus^d circumventus est, dicentibus, quod relicto patre ejus Chilperico, ei se subjugarent, si ad eos accederet. Qui velociter assumptis secum viris fortissimis, 229 ad eos venit. Hi preparatos detegentes dolos, in villam eam quamdam concludunt, et circumseptum cum armatis nuntios patri dirigunt. Quod ille audiens, illuc properare destinat. Sed hic eum in hospitio quodam retineretur, timens ne ad vindictam inimicorum multas læret pœnas, vocato ad se Gaileno familiari suo, ait: Una nobis usque nunc et anima et consilium fuit: rogo ne patiaris me manibus inimicorum tradi; sed accepto gladio irruas in me: quod ille nec dubitans, enim entro confodit. Adveniente autem rege, mortuus est repertus^e. Existerent tunc qui assererent verba Merovechi, quæ superius diximus, a regina fuisse conficta; Merovechum vero ejus fuisse jussu clam interceptum. Gailenus vero apprehensum, abscissis manibus et pedibus, auribus, et narium summitatibus, et aliis multis cruciatibus

^a Si sunt, qui etiam nunc vulgo canones apostolici appellantur, quorum auctoritas in ecclesia Gallicana nulla tunc erat. De his Minemarius loquitur opusc. 24. Qui autem hic laudatur, num. 21 est; sed non sine Prætextati adversariis relatus est. Nihil quippe in eo habetur de homicidio, pro qua voce legitur in ipsa canone furto. De canonum Collectione, quam Gregorius laudat, et de canonibus apostolicis vide notitium ad annum 577 de iis fusius disserentem. Ex hoc autem loco V. Cl. Paschasius Quesnelius, in dissertatione xvi ad opera S. Leonis papæ, probat Dionysii Exigui collectionem nondum tunc temporis in Galliis fuisse receptam. Dionysius quippe ceteris canones apostolicos præmittit, quos in codice Gallicano tunc non existisse indicant verba Gregorii reprehendentis Regem, quod novum quaternionem canones quasi Apostolicos continenter inseruisset. Et titulum habemus præ manibus vetustissimum eadem canonum Ecclesie Gallicanæ, ex Ms. Carbecusi tempore Vigili papæ conscripto, in quo et isti canones desiderantur, et ceterorum Canonum Gregoriorum

versio alia est ab ea quam Dionysius Exiguus exornavit. Lege viri eruditi dissertationem supra laudatam de antiquo Ecclesie Gallicanæ codice.

^b Quod psalmi hujus verba, *Et episcopatum ejus accipiat alter*, contra Judam Isebariotem laudaverit Petrus Actuum iii, ut ostenderet ipsam ab apostolatu dedidisse.

^c Urbs est episcopalis Normanniæ, vulgo *Contances*, nemini ignota, a qua haud procul distita est Cæsarea insula, vulgo *Jersey*, olim ad Normanniam spectans, sed quæ nunc est Suthamptoniæ Angliæ provinciæ; sola enim Garnseia sibi vicina, Angliis superest ex avita Normanniæ hæreditate.

^d Tarvenna Morinorum urbis sæculo proximo etiam diruta, cujus sedes episcopalis in tres episcopatus divisa fuit, Bononiensem, Audomaropolitanam et Ipreensem.

^e Mortem ejus refert Marius ad an. 578. Eius corpus Parisios postea delatum est, ut habetur infra lib. viii, cap. 10.

affectum, infeliciter necaverunt. Grindionem quoque, A
intextum rotæ, in sublime sustulerunt; Gucilionem ^a,
qui quondam comes palatii Sigiberti regis fuerat,
abscisso capite interfecerunt. Sed et alios multos qui
cum eodem venerant, crudeli nece diversis mortibus
affecerunt. Loquebantur etiam tunc homines, in hac
circumventione Egidium ^b episcopum et Guntelram-
num Bosonem fuisse maxima caput, eo quod Gunt-
elramnus Fredegundis reginæ occultis amicitias pot-
taretur pro interfectione Theodoberti; Egidius vero,
quod ei jam longo tempore esset carus.

XX. Cum autem Justinus imperator ^c, amisso
sensu, amens effectus esset, et per solam Sophiam
augustam ejus imperium regeretur, populi, ut in su-
periore libro jam diximus (*Lib. iv, cap. 35*), Tiberium
Cæsarem elegerunt, utilem, strenuum, atque sapien- B
tem, eleemosynarium, inopumque optimum defensor-
rem. Qui cum multa de thesauris quos **230** Justinus
aggregavit, pauperibus erogaret, et Augusta illa enim
frequentius increparet, quod rempublicam redigisset
in paupertatem, diceretque: Quod ego multis annis
aggregavi, tu infra paucum tempus prodige dispergis,
niebat ille: Non deerit fisco nostro, tantam pauperes
eleemosynam accipiant, aut captivi redimantur. Ille
est enim magnus thesaurus, dicente Domino: *The-
saurizate vobis thesauros in cælo, ubi neque ærugo,
neque timea corrumpit; et ubi fures non effodiunt,
nec furantur* (*Matth. vi, 20*). Ergo de hoc quod
Deus dedit, congregemus per pauperes in cælo, ut
Dominus nobis augere dignetur in sæculo. Et quia,
ut diximus, magnus et verus Christianus erat, dum
hilari distributione pauperibus opem præstat, magis
ac magis ei Dominus subministrat. Nam deambulans
per palatium, vidit in pavimento domus tabulam
marmoream, in qua crux Dominica erat sculpta, et
ait: Cruce tua, Domine, frontem nostram munimus
et pectora, et ecce crucem sub pedibus conculcamus ^d.
Et dieto citius jussit eam auferri, defossaque tabula
atque erecta, inveniunt subter et aliam hoc signum
habentem. Nuntiantesque, jussit et illam auferre. Qua

^a Corb., *Gucilonem*; Bell., *Cincilonem*, qui quon-
dam palatii Sigiberti. Comes palatii præpositus erat
reginæ, juri dicundo præerat, ac res majoris momenti
referabat ad principem; et ut archicapellanus de
ecclesiasticis rebus, quæ ad palatium deferebantur,
sic iste de sæcularibus judicabat. Vide Bignonii notas
in lib. 1 Marcullii, formula 25.

^b Egidius seu Ægidius, episc. Rhemensis, ob sua
tam bona quam mala facinora notissimus. Ejus laudes
prosequitur Fortunatus lib. iii, carm. 18. Plura de eo
Frodoardus lib. ii Hist. Rhemensis, et passim noster
Gregorius.

^c Vide cap. 51 inferius. Hæc autem omnia exseripsit
Paulus Diac. lib. iii de Gestis Langob., cap. 11 et 12.

^d Theodosius et Valentinianus veterant ne signum
crucis inculperetur in solo, vel lapide, vel marmore
humo posito. L. unie., Cod. *Neminem lic. sign.* Vide
et can. 6 Cone. Trullani.

^e Sic. Corb. et Bell.; Bee., *faciet*; alii, *permitterat*.

^f Eunuchus famosi-simus Belisario substitutus, qui
Ostrogothos in Italia punitus delevit, sed ab Augusta
male habitus Langobardos in eandem regionem ad-
vocavit; quod tamen gratis fictum existimat Valesius,
lib. ix rer. Francie.

amota, reperiunt et tertiam: jussuque ejus et hæc
aufertur. Qua ablata, inveniunt magnum thesaurum
habentem supra mille auri centenaria. Sublatumque
aurum, pauperibus adhuc abundantius, ut consueve-
rat, subministrat: nec ei Dominus aliquid deficere
fecit * pro bona voluntate sua. Quid ei in posterum
Dominus transmiserit, non omittam. Narses ille dux
Italiæ ^f, cum in quadam civitate domum magnam
haberet, in Italiam cum multis thesauris egressus ^g,
ad supra memoratam urbem advenit: ibique in domo
sua occulte cisternam magnam fodit, in qua multa
millia centenariorum auri **231** argenti que reposuit:
ibique interfectis consciis, uni tantummodo seni per
juramentum condita commendavit. Defunctoque Nar-
sete hæc sub terra latebant. Cumque supradictus
senex hujus elemosynas assidue eerneret, pergit ad
eum, dicens: Si, inquit, mihi aliquid prodest, ma-
gnam rem tibi, Cæsar, edicam. Cui ille: Die, ait,
quod volueris. Proderit enim tibi, si quiddam nobis
profuturum esse narraveris. Thesaurum, inquit, Nar-
setis reconditum habeo, quod in extremo vitæ positus
celare non possum. Tunc Cæsar Tiberius gavisus
mittit usque ad locum pueros suos: præcedente vero
sene, hi sequuntur attoniti. Pervenientes tunc ad ei-
sternam, deopertamque ingrediuntur, in qua tantum
aurum argentumque reperiunt, ut per multos dies vix
evacuaretur a deportantibus. Et ex hoc ille amplius
hilari erogatione dispensavit egenis.

XXI. Igitur ^h contra Salonium Sagittariumque epi-
scopos tumultus exoritur. Hi enim a Sancto Nicetio
Lugdunensi episcopo educati, diaconatus officium
sunt sortiti: hujusque tempore Salonius Ebredunen-
sis ⁱ urbis, Sagittariusque Vapigensis Ecclesiæ sacer-
dotes statuuntur. Sed assumpto episcopatu, in pro-
prium relati arbitrium, cœperunt in pervasionibus,
cædibus, homicidiis, adulteriis, diversisque in scele-
ribus, insano furore grassari; ita ut quodam tempore,
celebrante Victore Tricastinorum ^j episcopo solemnita-
tatem natalitii sui, emissa cohorte, cum gladiis et
sagittis irruerent super eum. Venientesque sciderunt

* Sic veteres mss. et edit. Chesn. vero, *ingressus*.
Colb., *regressus*.

^a Hoc caput deest in Corb., Bell. et Colb. Exstat
in Casin. et aliis. Confer. cap. 28 infra. Refert autem
in hoc Gregorius, quæ saltem a decennio his duobus
episcopis, Sagittario scilicet et Salonio, contigerant.

ⁱ Ebredonum, *Embrun*, et Vapingum seu Vapincum,
gap, civitates in Delphinatu parum a sese iuicem
distant, diversæ tamen provinciæ ecclesiasticæ. Prior
nempe metropolis est Alpium Maritimarum, altera
vero sub Narhonenſi Il archiepiscopo Aqueusi parat.

^j Editi plerique cum Regm. et Bee., *Tricastinorum*.
Retinenda tamen nostra lectio. Nam Tricastina urbs
est in Campania, vulgo *Troyes*. At hic designatur urbs
Tricastinorum in Delphinatu, vulgo *Saint-Paul de
Trois-Châteaux*. Et quidem Eusebii presbyter, Victo-
ris hic memorati nomine, Concilio Lugdun. ii inter-
fuit, et ipsemet Concilio Matisconensi i subscripsit.
Natalitii autem sui solemnitas quam celebrabat, erat
anniversaria consecrationis suæ dies in episcopum.
Et quidem hodieque in Pontificali Romano inter festa
solemniora computatur consecrationis episcoporum
dies, qui mos est antiquus, ut patet ex vet. sacra-
mentaris.

vestimenta ejus, ministros cæciderunt, vasa et omnem apparatus^a prandii auferentes, relinquentes episcopum in gaudio contumelia. Quod cum rex Guntchramnus **232** cõniperisset, congregari synodum apud urbem Lugduuensem jussit. Coniunctique episcopi cum patriarcha^b Nicetio beato, discussis causis, invenerunt eos de his sceleribus, quibus accusabantur, valde convictos; præceperuntque ut qui talia commiserant, episcopatus honore privarentur. At illi cum adhuc propitium sibi regem esse nossent, ad eum accedunt, implorantes se injuste remotos: sibi que tribui licentiam, ut ad papam urbis Romanæ accedere debeant. Rex vero annuens petitionibus eorum, datis epistolis eos abire permisit. Qui accedentes coram papa Joanne^c, exponunt se nullius rationis existentibus causis dimotos^d. Ille vero epistolas ad regem dirigit, in quibus locis suis eosdem restitui jubet. Quod rex sine mora, castigatis prius illis verbis multis, implevit. Sed nulla, quod pejus est, fuit emendatio subsequuta: tamen Victoris episcopi pacem petierunt, traditis hominibus, quos in seditionem direxerant. Sed ille recordatus præcepti Dominici, non debere reddi inimicis mala pro malis (*Rom. xii, 17*), nihil his mali faciens, liberos abire permisit. Unde in posterum a communione suspensus est, pro eo quod publice accusans, clam inimicis pepercisset, absque consilio fratrum, quos accusaverat. Sed per favorem regis iterum in communionem revocatus est. Illi vero in majoribus sceleribus quotidie miscerantur: et in præliis illis, sicut jam supra meminimus (*Lib. iv, cap. 37*), quæ Mummolus cum Langobardis percussit, tanquam unus ex laicis, accincti arma, plurimos propriis manibus interfecerunt. In cives vero nonnullos commoti felle, verberantes fustibusque ad effusionem sanguinis, sæviebant. Unde factum est, ut clamor **233** populi ad regem denovo procederet; eosdemque rex accessiri præcepit. Quibus advenientibus, noluit suis obtutibus præsentari: illicet ut prius habita audientia, si idonei^e invenirentur, sic regis præsentiam mererentur. Sed Sagittarius felle commotus, hanc rationem dure suscipiens, ut erat levis ac vanus, et in sermonibus irrationabilibus profluus, declamare plurima de rege cepit, ac dicere, quod filii ejus regnum capere non possent, eo quod mater eorum ex familia^f Magnacharii quondam ascita, regis torum adiisset: igno-

^a Regm. non habet prandii.

^b Patriarchæ titulum hic Nicetio datum objicit antius, ut probet ea quæ hic de Sagittario et Saloreferuntur, ab aliquo interpolatore Gregorii Historiæ addita fuisse. Sed idem titulus Prisco Nicetii cessori datur in Concilio Matiscon. ii. Sulpicius sc. Bituric. dicitur patriarcha in epist. Desiderii Turcensis. Chesii. tom. 1, pag. 880, nec alteri usum metropolitanæ concessus legitur in aliis illorum scriptis Galliarum synodis. Concilium autem Lugdunense, de quo hic agitur, ut vulgo dicitur, habitum anno 567.

Joannes III, cognomento Catellinus, ad quem missu regis, ut observat Gregorius, accesserant.

^c Regm., remotos a suis honoribus.

^d Id est, absque crimine, ut passim loquitur Gre-

gorius; inde in Capitularibus *se idoneare*. Vide Alteserræ notas.

^e Id est, quæ fuerat ancilla in domo Magnacharii. Vide supra not. in cap. 17.

^f Sic vocabantur horæ canonicæ. Hodie dicemus: Nulla eis erat cura recitandi Breviarii. Quam vero religiosi essent istis temporibus clerici, etiam episcopi, in hoc persolvendo penso, ex compluribus aliis Gregorii locis patet. Vide Mabillonii disquisitionem de cursu Gallicano, par. 6.

^g Sic Cod. Casin.; at Regm., *relucente*. Editi, *renidente*.

^h Colb., *Wanochus*. Bad., *Munochus*. De ejus morte lib. viii, cap. 31.

ⁱ Colb., *Wanochus*. Bad., *Munochus*. De ejus morte lib. viii, cap. 31.

^k Sic Cod. Casin.; at Regm., *relucente*. Editi, *renidente*.

^l Colb., *Wanochus*. Bad., *Munochus*. De ejus morte lib. viii, cap. 31.

batur, presbyterii gratia honoravimus ^a. Ingitru^dis autem religiosam consuetudinem habebat, aquam de sepulcro sancti Martini colligere : qua aqua deficiente, rogat vas cum vino ad beati tumulum deportari. Transacta autem nocte, id exinde hoc presbytero presente assumi mandavit, et ad se delato, ait presbytero : Aufer hinc vinum, et unam tantum guttam de aqua benedicta, unde parum superest, effunde ^b. Quod cum fecisset, mirum di tu, vasculum quod semiplenum erat, ad minus guttæ descensum impletum est. Idem bis aut ter ita vacuatum, per unam tantum guttam est impletum : **235** quod non ambigitur et in hoc beati Martini fuisse virtutem.

XXIII. His ita gestis, Samson filius Chilperici regis junior, a dysenteria et febre comprehensus, e rebus humanis excessit. Hic vero, cum Chilpericus rex Tornaci a fratre obsideretur (*Lib. iv, cap. 52*), natus est : quem mater ob metum mortis a se abiecit, et perdere voluit. Sed cum non potuisset, objugata a rege, eum baptizari præcepit. Qui baptizatus, et ab ipso episcopo ^c susceptus, lustrò uno nec perfecto defunctus est. Nam et mater ejus Fredegundis in his diebus graviter ægrotavit, sed convaluit.

XXIV. Posthæc in nocte, quæ erat tertio Idus Novembris, apparuit nobis beati Martini vigiliis celebrantibus magnum prodigium ; nam in medio lunæ stella fulgens visa est elucere, et super ac subter lunam aliæ stelle propinquæ apparuerunt. Sed et circulus ille, qui pluviam plerumque significat, circa eam apparuit. Sed quæ hæc figuraverint, ignoramus. Nam et lunam hoc anno sæpe in nigredinem versam vidimus, et ante Natalem Domini gravia luere tonitrua. Sed et splendores illi circa solem, sicut jam ante cladem Arvernam fuisse commemoravimus (*Lib. iv, cap. 51*), quos rustici soles vocant, apparuerunt ^d ; et mare ultra modum egressum asserunt, et multa alia signa apparuerunt.

XXV. Guntchramnus Boso Turonis cum paucis armatis veniens, filias suas, quas in basilica sancta reliquerat, vi abstulit, et eas usque Pictavis civitatem, quæ erat Childeberti regis, perduxit. Chilpericus quoque rex Pictavum pervasit, atque nepotis sui homines ab ejus sunt hominibus effugati. Eunnodium ex comitatu ad regis præsentiam perduxerunt. Quo exsilio damnato, facultates ejus fisco subdiderunt.

^a Colb. et Regm., *oneravimus*. Ingitru^dis vero in editis plerisque dicitur *Ingetrudis*. Regm., *Inglitru^dis autem religiosam consuetudinem*, etc. De Ingitru^dis infra lib. ix, cap. 55, et lib. x, c. 42.

^b Regm., *inde parum supereffundé*. Cæterum ex hoc similibusque miracolis consuetudinem manasse testat Coinius sancti Martini nomen super vinum invocandi, illudque postea a convivis potandi in mutua charitatis symbolum, quem morem postea pravus usus corripuit. At crediderim potius fideles olim in testis S. Martini, sicut et in aliis celebrioribus, parare convivia consuevisse ; idque, etsi in aliis festivitibus abrogatum, in hac una perseverasse ob sancti viri cælebritatem. Hic autem de ista consuetudine non agit Gregorius, sed de aqua illa, qua beati viri sepulcrum ablui solebat, ex qua ægri potati sæpius curabantur.

A Sed post annum, et patriæ et facultatibus redditis est (*Lib. viii, cap. 26*). Guntchramnus Boso relictis filiabus suis in basilica beati Hilarii ad Childebertum regem transiit.

XXVI. Anno quoque tertio **236** Childeberti regis, qui erat Chilperici et Guntchramni septimus decimus annus, cum Daceo ^e Dagarici quondam filius, relicto rege Chilperico, hoc illucque vagaretur, a Dracoleno ^f dace, qui dicebatur Industrius, fraudulenter apprehensus est : quem vincitum ad Chilpericum regem Brannacum deduxit, dato ei sacramento, quod vitam illius cum rege ^g obtineret. Sed oblitus sacramenti, egit cum principe, nefarias res asserens, ut moreretur. Ille quoque cum vincetus detineretur, et cerneret se penitus non evasurum, a presbytero, rege nesciente, pœnitentiam petiit ^h. Qua accepta, interfectus est. Cum autem idem Dracolenus velociter reverteretur in patriam, his diebus Guntchramnus Boso filias suas a Pictavo auferre conabatur. Quod anticus Dracolenus, se super eum objecit ; sed illi, sicut erant parati, resistentes, se defensare nitentur. Guntchramnus vero misit unum de amicis suis ad eum, dicens : Vade et dic ei : Scis enim quod fœdus inter nos initum habemus, rogo ut te de meis removeas insidiis. Quantum vis de rebus tollere non prohibeo ; tantum mihi, etsi nudo, liceat eum filiabus meis accellere quo vulnere. At ille, ut erat vanus ac levis : Ecce, inquit, funiculum, in quo alii culpabiles ligati ad regem, me ducente, directi sunt : in quo et hic hodie ligandus, illuc deducetur vincetus. Et hæc cum dixisset, calcaneorum ictibus urgens equum, ad illum veloci cursu dirigit ; et casso eum verberans ictu, hastili diviso, ensis ad terram ruit. Guntchramnus vero cum super se mortem cerneret imminere, invocato nomine Domini, et virtute magna beati Martini, elevatoque conto, Dracolenum arectat in faucibus, suspensumque de equo sursum ⁱ, unus de amicis suis eum lancea latere verberatum finivit, fugatisque sociis, ipsoque spoliato, Guntchramnus eum filiabus fiber absecessit. Posthæc Severus socius ejus a filiis apud regem graviter accusatur. Hæc illi audiens, eum magnis muneribus ad regem petit **237** qui in via apprehensus et exspoliatus, atque in exsiliium deductus, morte pessima vitam finivit. Sed e duo filii ejus, Bursolenus et Dodo, ob erimen majes

D

^e Is fuisse videtur Chrasmarus Tornacensium simul et Noviomagensium seu Viromandensium episcopus. Hic desinit codex Bellovacensis, cætera sunt avulsa.

^d Ille desinit caput in Corb.

^e Corb., *Dacolenus* ; Colb., *Tacco Tagarici* ; Bad. *Dargo Godarici* ; Regm., *Dago Gadarici* ; Bec., *Dace Gadarici*.

^f Corb., *Dragoleno*, qui in indiculo capitem dicitur *Dratglennus*.

^g Alii, *apud regem*.

^h Nota huminum in periculo positum clam a presbytero pœnitentiam petisse, quod ea ante Carolum VI in Francia reis ante mortem denegaretur. Vid. Mabillon. *Præf. in Sæc. in Benedictin.*, p. 1, n. 24

ⁱ Regm., *equo, rursus*.

tatis læsæ iudicio mortis suscepto, unus ab exercitu A vi oppressus est; alius in fuga apprehensus; truncatis manibus et pedibus interit; resque omnes tam eorum, quam patris, lisco collatae sunt. Erant enim eis magis thesauri.

XXVII. Dehinc Turonici, Pictavi, Baiocassini, Cennoannici, Andegavi, cum aliis multis in Britanniam ex jussu Chilperici regis abierunt: et contra Warochum^a, filium quondam Maclavi, ad Vicinoniam^b fluvium resident. Sed ille dolose per noctem super Saxones Baiocassinos^c ruens, maximam exinde partem interfecit. Post die autem tertia, eum ducibus regis Chilperici pacem faciens, et filium suum in obsidatum donans, sacramento se constrinxit, quod fidelis regi Chilperico esse deberet. Venetos quoque civitatem refudit, sub ea conditione, ut si mereretur B eam per jussionem regis regere, tributa vel omnia, quæ exinde debebantur, annis singulis nullo admonente dissolveret. Quod cum factum fuisset, exercitus ab eo loco remotus est. Posthæc Chilpericus rex de pauperibus et junioribus^d ecclesiæ vel basilicæ bannos jussit exigi, pro eo quod in exercitu non ambulassent. Non enim erat consuetudo, ut hi ullam exolverent publicam functionem. Posthæc Warochus obliviscens promissionis suæ, volens irrumperere quod fecerat, Eunium episcopum Veneticæ urbis ad Chilpericum regem dirigit. At ille ira commotus, 238 objurgatum eum exsilio damnari præcepit.

XXVIII. Anno quoque quarto Childeberti, qui fuit decimus octavus Guntelramni et Chilperici regum, C apud Cavillonum civitatem synodus facta est, ex jussu principis Guntelramni; discussisque diversis causis, contra Salonium et Sagittarium episcopos iteratur illa antiqua calamitas^e. Objiciuntur eis crimina: et non solum de adulteriis, verum etiam de homicidiis acculantur. Sed hæc per pœnitentiam purgari cen-

^a Colb., Voracium, et infra, Varadium.

^b Cervicem Britannicæ peninsulæ secat, atque inter Venetos et Namnetem urbes in Oceanum Britannicum immergitur. Vulgari idiomate dicitur *la Vilaine*.

^c Cod. Regn., *Saxones atque Bajocassinos*. Ast alia lectio potior. He quippe designantur Saxones e Germania oriundi, qui inclinatæ imperii Romani viribus in Britanniam majorem et in Gallias irrupere, atque ex iis nonnulli in tractu Aremorico, ac finibus Bajocassium et Namnetensium consistentes, eum veteribus incolis permisti, nomen etiam utrique genti commune habuerunt. Hinc Fortmanns lib. iii, caput. 8, laudat Felicem episc. Namneticum ob *Saxones* ab eo sub jugo Christi mansuetos. Eorum regionem Carolus Calvus in legibus apud Sylvacum appellat *Lingvam Saxoniam*.

^d Juniores hic sunt ecclesiæ servitores, ut vult Cointius, ad annum 586; alias sic appellantur Clerici subdiaconis inferiores. Vide Concil. Masticeum. 1, can. 8, et Bignonii Notas in Marculfi formulam 5 lib. 1. Bannum autem he usurpat pro multa indicta iis qui ad bannum, id est ad placitum, milidiam seu delectum non accesserant.

^e Jam quippe accusati fuerant et condemnati in concilio Lugdun. ii, ut dictum est supra cap. 20, sed Joannis papæ decreto restituti, Concilio Parisiensi 17, anno 575, cum aliis episcopis interfue-

rentes episcopi, illud est adlitum^f, quod essent rei majestatis, et patriæ proditores. Qua de causa ab episcopatu discincti [*Al. dejecti*], in basilicam beati Marcelli sub custodia detruduntur. Ex qua per fugam lapsi, discesserunt per diversa vagantes, donec in civitatibus eorum alii subregati sunt^g.

XXIX. Chilpericus vero rex descriptiones novas et graves in omni regno suo fieri jussit. Qua de causa multi relinquentes civitates illas [*Al. suas*], vel possessiones proprias, alia regna petierunt, satius ducentes alibi peregrinari, quam tali periculo subjacere. Statutum enim fuerat, ut possessor de propria terra unam amphoram vini per aripennem^h redderet. Sed et altæ functiones infligebantur multæ, tam de reliquis terris, quam de mancipiis: quod impleri non poterat. Lemovicinus quoque populus eum seerneret tali fæce gravari, congregatus in calendis Martii, Marcum referendarium, qui hæc agere jussus fuerat, interficere voluit: et fecisset utique, nisi eum episcopus Ferreolusⁱ ab imminenti discrimine liberasset. Arreptis quoque libris descriptionum, 239 incendio multitudo conjuncti coneremavit: unde multum molestus rex, dirigens de latere suo personas, immensis damnis populum afflixit, supplicisque conterruit^j, morte multavit. Ferunt etiam tunc abbates atque presbyteros ad stipites extensos diversis subjacuisse tormentis, calumniantibus regalibus missis, quod in seditione populi ad incendendos libros satellites [*I. adjuutores*] adfuisent, acerbiora quoque deinceps infligentes tributa.

XXX. Britanni quoque graviter regionem Rhedonicam vastaverunt, incendio, præda, captivitate. qui usque Cornutium vicum^k debellando progressi sunt. Eunius [*Al. Eonius*] vero episcopus de exsilio reductus, Andegavo ad pascendum delegatur, nec ad civitatem suam Veneticam redire permittitur. Bippolenus^l vero dux contra Britanos dirigitur, et loca

rant. Caterum ex hoc capite, quod omnes mss. exhibent, certum est etiam caput 20 hujus libri, licet in aliquot codd. desideretur, verum esse Gregorii factum. De eorundem dejectione agit Marius ad hunc ipsum annum.

^f Colb., *attulatum*.

^g Aridius scilicet Sagittario Vapincensi, et Emeritus Salonio Ebredunensi. Uterque interfuit concilio Matisc. ii, anno 585, et Aridius Valentino ii, an. 584. Eidem scripsit tres epistolas S. Gregorius M. in quibus *Aregius* dicitur, sicut et in ejus Vita ab auctore cœtaneo scripta, apud Labbeum tomo i Biblioth. novæ. Ipsius festum in propria ecclesia celebratur die i Maii.

^h Aripennem appellabant veteres Galli, ut monet Valesius, sentijugerem continentem 120 pedes.

ⁱ De hoc infra lib. vii, cap. 10.

^j Regn. et Bec., *contrivit*. Hanc esse primam Missorum regionum mentionem apud nostros Historicos observat Valesius libro x Regn. Francie. Postmodum sub Missorum dominicorum nomine celebres fuerunt.

^k Hunc locum Cointius appellat *Cornuz*. Valesius vero ait vulgo putari esse *Saint-Aubin le Cormier*. Cod. Regn., *Tornuntium*.

^l Cod. Regn. cum aliquot editis, *Bypolenus*; alii *Dipolenus*, *Beppolenus*.

aliqua Britanniae ferro incendioque opprimit : quae res majorem insaniam excitavit.

XXXI. Dum haec agerentur in Gallis ^a, Justinus impleto imperii octavo decimo anno, amentiam quam incurrerat, cum vita finivit. Quo sepulto, Tiberius Caesar arripuit jam olim aggressum imperium ^b. Sed cum eum secundum consuetudinem loci ad spectaculum circi praestolaretur populus processurum, parare ei cogitans pro parte Justiniani insidias, qui tunc nepos Justiniani habebatur, ille per loca sancta processit. Completaque oratione, vocato ad se urbis papa, cum consulibus ac praefectis palatini est ingressus. Dehinc indutus purpura, diademate coronatus, throno imperiali impositus, cum immensis laudibus ^c imperium confirmavit. Factionarii quoque opperieutes ad circum, cum cognovissent quae acta fuerant, pudore confusi sine effectu regressi sunt, nihil homini qui in Deo spem **240** posuerat adversari valentes ^d. Transactis igitur paucis diebus, adveniens Justinianus, pedibus se projecit imperatoris, quindecim ei centenaria auri deferens ob meritum gratiae. Quem ille secundum patientiae suae ritum colligans, in palatium jussit assistere. Sophia vero Augusta inmemor promissionis, quam quondam in Tiberium habuerat, insidias ei tentavit intendere. Procedente autem eo ad villam, ut juxta ritum imperialem triginta diebus ad vindemiam jocundaretur ^e, vocato clam Justiniano, Sophia voluit eum erigere in imperium. Quo comperto, Tiberius cursu veloci ad Constantinopolitanam civitatem regreditur, apprehensamque Augustam, ab omnibus thesauris ^c spoliavit, solum ei victus quotidiani alimentum relinquens. Segregatisque pueris ejus ab ea, alios posuit de fidelibus suis, mandans prorsus ut nullus de anterioribus ad eam haberet accessum. Justinianum vero objurgatum tanto in posterum amore dilexit, ut filio ejus filiam suam promitteret, rursumque filio suo filiam ejus expeteret : sed non est res sortita effectum. Exercitus ejus Persas debellavit, victorque regressus, tantam molem praedae detulit, ut crederetur cupiditati humanae posse sufficere. Viginti elephantum capti ad imperatorem deducti sunt ^f.

XXXII. Britanni eo anno valde infesti circa urbem suere Nanneticam ^g atque Rhedonicam : qui innumen-

^a Nulla hic est capitum distinctio in Colb., ubi, *excitavit, qui cum reverterentur in Gallis*, etc.

^b Reipsa Gregorius supra cap. 20 refert Justinum in Caesarem assumptum fuisse an. 577. Vide Chronicon Joannis de Biellaro. Gregorium exscripsit Paul. Diacon. l. iii, cap. 12. Marius scribit an. 579 Justinum defuncto Tiberium successisse. Alii denique volunt Tiberium, mense Septembri anno 578, Augustum renuntiatum fuisse a Justino, qui, ut aiunt, mense sequenti extinctus est, anno 12 imperii fere expleto.

^c Id est acclamationibus, quae regibus fieri solent.

^d Corb., *nihilominus qui in Deum spem posuerat adversarios non metuit*.

^e Feriae Vindemiales celebres sunt apud veteres scriptores, sacros et profanos. Ab imp. observatas fuisse tradunt Capitolinus in Antonino, Lamprid. in Heliogabalo, etc.

^f Haec vivente adhuc Justino contigisse scribit Joannes Biellar. in Chronico, et Evagr. lib. v Hist.

sam auferentes praedam, agros pervadunt, vineas a fructibus vacuant, et captivos abducunt. Ad quos cum Felix episcopus legationem misisset, emendare promittentes, nihil de promissis implere voluerunt.

XXXIII. Apud ^h autem Parisios mulier quaedam ruit in crimen, asserentibus **241** multis, quasi quod relicto viro cum alio misceretur. Igitur parentes illius accesserunt ad patrem, dicentes : Aut idoneam redde filiam tuam, aut certe moriatur, ne stuprum hoc generi nostro notam infligat. Novi, inquit pater, ego filiam meam bene idoneam, nec est verum verbum hoc, quod mali homines proloquuntur. Tamen ne crimen consurgat ulterius, innocentem eam faciam sacramento. Et illi : Si, inquit, est innoxia, super tumulum hoc beati Dionysii martyris sacramentis affirma. Faciam, inquit pater. Tunc inito placito ad basilicam martyris sancti conveniunt, elevatisque pater manibus super altarium, juravit filiam non esse culpabilem. Econtrario vero perjurasse eum alii a parte ⁱ viri pronuntiant. His ergo altercantibus, evaginatibus gladiis in se invicem prouunt, atque ante ipsum altarium se trucidant. Erant autem majores natu et primi apud Chilpericum regem. Sauciantur multi gladiis, respargitur saucta humano cruore basilica, ostia jaculis fodiuntur et ensibus, atque usque ad ipsum sepulcrum tela iniqua deserviunt. Quod dum vix mitigatur, locus officium perdidit ^j, donec ista omnia ad regis notitiam pervenirent. Illi vero properantes ad praesentiam principis, non recipiuntur in gratiam; sed ad episcopum loci illius ^k remitti eos jussum est; ut si de hoc facinore culpabiles invenirentur, non convenienter sociarentur ^l communioni. Tunc ab episcopo Raguemodo ^l, qui Parisiacae Ecclesiae praerat, componentes qui [*Al. quae*] male gesserant, in communionem ecclesiasticam sunt recepti. Mulier vero non post multis diebus cum ad judicium vocaretur, laqueo vitam finivit.

XXXIV. Anno quinto Childeberti regis Arvernorum regionem diluvia magna presserunt, ita ut per dies duodecim non cessaret a pluvia : tantaque inundatione Limane ^m est infusum, ut multos ne semetipsum jaerent prohiberet. Flumina quoque Liger **242** Flavarisque, quem Elacrem ⁿ vocitant, vel reliqui torrentes percurrentes in eum, ita intumuerunt, ut

^g Colb., *Venticam*. Nostra tamen lectio melior censeri debet, tum ob mss. et editos, tum quia Felix episcopus erat Nannetensis.

^h Deest hoc caput in Corb. et Colb.

ⁱ Regm., *aperte*.

^j Ecclesia interdicta ob sanguinis effusionem. Vide Audoenum lib. ii de Vita S. Eligii, cap. 20.

^k Sic Regm.; at alii, *non invenirentur, sociarentur*.

^l *Al., Reginmodo; Bad., Raimundo; aliquot, Raguemodo.*

^m Sic jam supra lib. iii, cap. 9, appellavit eam Arvernicae partem, quam *Limanium* etiam nunc appellamus; a limo ob saecunditatem sic dictam putat Alteserra. De ea Sidonius lib. iii, epist. i, *cujus meriti sit, vel Gotthis credite, qui etiam Septimaniam suam fastidiunt, modo invidiosi hujus anguli etiam desolata proprietate potiantur*.

ⁿ Sic mss. et editi, praeter Colb. qui habet *Elacrem*, et Chesn., *Elavrem*. Codd. laudat Alteserra, ubi

terminos, quos nunquam exceſſerant, præterirent. Quæ grande de pecoribus excidium, de culturis detrimentum, de ædificiis fecere naufragium. Pari modo Rhodanus cum Arari conjunctus, ripas excedens, grave damnum populis intulit, muros Lugdunensis civitatis aliqua ex parte subvertit. Quiescentibus vero pluviis, arbores denuo floruerunt: erat enim mensis September ^a. In Turonico vero eo anno mane priusquam dies illucesceret, fulgor per cœlum ecurrisse visus est, et ad Orientis plagam decidisse. Sed et sonitus, tanquam diruentis arboris, per totam terram illam auditus est: quod ideo non est de aëre æstimandum, quia in quinquaginta aut amplius miliaria est auditum. Ipso anno graviter urbs Burdegalensis a terræmotu concussa est, mœniæque civitatis in discrimine eversionis exstiterunt; atque ita omnis populus meta mortis exterritus est, ut si non fugeret, putaret se cum urbe deliscere. Unde et multi ad civitates alias transierunt. Qui tremor [Al. timor] ad vicinas civitates porrectus est, et usque Hispaniam attigit, sed non tam valide. Tamen de Pyrenæis montibus immensi lapides sunt commoti, qui pecora hominesque prostraverunt. Nam et vicus Burdegalenses incendium divinitus ortum exussit, ita ut subito comprehensi igne, tam domus quam aræ cum annonis incendio cremarentur; nullum penitus incitamentum habens ignis alieni, nisi forsitan jussione divina. Nam et Aurelianensis civitas gravi incendio conflagravit, in tantum ut ditioribus nihil penitus remaneret: et si aliquis ab igne quidquam eriguit, ab insistentibus furibus est direptum. Apud terminum Carnotenum verus ^b de effraeto pane sanguis effluxit. Graviter tunc et Biturica civitas a grande verberata est.

XXXV. Sed hæc prodigia gravissima ²⁴³ lues est subsequuta. Nam discordantibus regibus, et iterum bellum civile parantibus, dysentericus morbus pene Gallias totas præoccupavit. Erat enim his qui patientur valida cum vomitu febris, renuque nimius dolor, caput grave vel cervix. Ea vero quæ ex ore ^c projiciebantur, colore croceo, aut certe viridia erant; a multis autem asserebatur venenum occultum esse. Rusticiores vero corales hoc pusulas ^d nominabant: quod non est incredibile, quia missæ in scapulis sive cruribus ventosæ, procedentibus erumpentibusque vesicis, decursa sanie multi liberabantur; sed et herbæ, quæ venenis medentur, potui sumptæ, plerisque præsidia contulerunt. Et quidem primum hæc infirmitas a mense Augusto initiata, parvulos adolescentes arripuit, lethoque subegit.

Elaverque, quem Melacrem. Is est Elaver fluvius, vulgo *l'Allier*, qui ortus in Cebennis, et lustratis Arvernens, infra Nivernum urbem in Ligerium labitur.

^a Mense Octobri hæc contagisse scribit Marius ad an. 580.

^b Corb., *urbis de.*

^c In Corb. deest *ex ore.*

^d Colb., *Coriales hoc pusulas.* Bad., *Corales, hoc est, pustulas.* Erant, ni fallor, pustulæ in corde ortæ, et ideo corales dictæ; vel quod sputa essent purpurei coloris, coralio similis.

A Perdidiſimus dulces et charos nobis infantulos, quos aut gremiis fovimus, aut ulnis bajulavimus, aut propria manu ministratis cibis ipsos studio sagaciore nutritivimus; sed abstersis lacrymis cum beato Job, diximus: *Dominus dedit, Dominus abstulit: quomodo Domino placuit, ita factum est. Sit nomen ejus benedictum in sæcula* (Job. 1, 21). Igitur in his diebus Chilpericus rex graviter ægrotavit: quo convalescente, filius ejus junior, necdum ex aqua et Spiritu sancto renatus, ægrotare cœpit. Quem in extremis videntes, baptismo abluerunt. Quo parumper melius agente, frater ejus senior, nomine Chlodobertus, ab hoc morbo corripitur, ipsumque in discrimine mortis Fredegundis mater cernens, sero pœnitens, ait ad regem: *Diu nos male agentes pietas divina sustentat; nam sæpe nos febribus et aliis malis corripuit, et emendatio non successit. Ecce jam perdimus filios; ecce jam eos lacrymæ pauperum, lamenta viduarum, suspiria orphanorum interimunt; nec spes remanet cui aliquid congregemus. Thesaurizamus, nescientes cui congregemus ea. Ecce thesauri remanent a possessore vacui, rapinis ac maledictionibus pleni. Nunquid non exundabant ²⁴⁴ præptuaria vino? nunquid non horrea replebantur frumento? nunquid non erant thesauri referti auro, argento, lapidibus pretiosis, monilibus, vel reliquis imperialibus ornamentis? Ecce quod pulchrius habebamus, perdimus. Nunc, si placet, veni [Al. venite], et incendamus omnes descriptiones iniquas; sufficiatque fisco nostro, quod sufficit patri regique Chlothachario. Hæc effata regina, pugnis verberans pectus, jussit libros exhiberi, qui de civitatibus suis per Marcum venerant; projectisque in ignem, iterum ad regem conversa: Quid tu, inquit, moraris? Fac quod vides a me fieri, ut et si dulces natos perdimus, vel pœnam perpetuam evadamus. Tunc rex compunctus corde tradidit omnes libros descriptionum igni, conflagratisque illis, misit qui futuras prohiberent descriptiones. Posthæc infantulus junior dum nimio labore tabescit, exstinguitur; quem cum maximo mœrore deducentes a villa Brennacensi Parisios, ad basilicam sancti Dionysii sepelire mandaverunt ^e. Chlodobertum vero componentes in ferebro, Suessionas ad basilicam sancti Medardi duxerunt, projicientesque eum ad sanctum sepulcrum, ^d voterunt vota pro eo; sed media nocte, anhelus jam et tenuis, spiritum exhalavit: quem in basilica sanctorum Crispini atque Crispiniani ^f martyrum sepelierunt. Magnus quoque hic ^g planetus omni populo fuit; nam viri lugentes, mulieresque lugubribus ve-*

^e Hic a Fortunato appellatur Dagobertus, ejus, et Chlodoberti fratris epitaphia scripsit lib. 1x, carm. 4 et 5. Obiere post synodum Brennacensem, ut ex cap. ultimo hujus libri patet.

^f Est nunc monasterium ordinis S. Benedicti sub S. Mauri congregatione, cum Basilica insigni, cujus navim Calvinistæ sæculo superiori everterunt. Nonnulli existimant ibi olim exstitisse sedem episcopalem.

^g Sic Colb. et Chesn.; plerique editi, *Magnus usque hic.*

stimentis indutæ, ut solet in conjugum exsequiis fieri, ita hoc funus sunt prosecutæ. Multa postea Chilpericus rex ecclesiis, sive basilicis, vel pauperibus est largitus.

XXXVI. His diebus Anstrehildis, Guntelramni principis regina, ab hoc morbo consumpta est: sed priusquam nequam spiritum exhalaret, cernens quod evadere non posset, alta trahens suspiria, voluit leti sui habere participes, agens ut in exsequiis ejus aliorum funera plangerentur. Fertur enim Herodiano a more regem petiisse, dicens: Adhuc spes vivendi fuerat, 245 si non inter iniquorum medicorum manus interissem; nam potiones ab illis acceptæ, mihi vi abstulerunt vitam, et fecerunt me hanc lucem velociter perdere: et ideo, ne multa mors mea prætereat, quæso, et cum sacramenti interpositione conjuro, ut, cum ab hac luce discessero, statim ipsi gladio trucidentur, ut sicut ego amplius vivere non queo, ita nec illi post meum obitum glorientur, sed sit unus dolor nostris pariter ac eorum amicis. Hæc effata infelicem animam tradidit. Rex vero peracto ex more exsequio b, oppressus iniquæ conjugis juramento, implevit præceptum iniquitatis; nam duos medicos c, qui ei studium adhibuerant, gladio feriri præcepit: quod non sine peccato factum fuisse multorum censet d prudentia.

XXXVII. Hac e itaque ægritudine et Nantinus Ecolismensis comes exanimatus interiit; sed quæ contra sacerdotes vel ecclesias Dei egerit, altius repetenda sunt. Denique Maracharius avunculus ejus, diu in ipsa urbe usus est comitatu. Quo officio expleto, Ecclesiæ sociatur, clericusque factus, ordinatur episcopus. Qui multum vigilanter vel ecclesias, vel ecclesiæ domos et erigens, et componens, septimo sacerdotii anno, injecto ab inimicis in caput piscis veneno, simpliciter accipiens crudeliter enecatur. Sed non diu inultam ejus mortem pertulit divina clementia; nam Frontinus f, ejus consilio hoc scelus est perpetratum, assumpto confestim episcopatu, mox in eo degens anno, præcurrente judicio Dei, interiit. Cujus post obitum Heraclius g Burdegalensis presbyter, qui quondam legatus Childeberti senioris fuerat, episcopus ordinatur. Nantinus vero ob requirendam avunculi sui mortem, comitatum in ipsa urbe expetiit. Quo accepto, multas episcopo injurias irrogavit. Aiebat enim episcopo: Homiteidas D

illos, qui avunculum meum interfecerunt, 246 tecum retines; sed et presbyteros huic noxæ admistos, ad convivium recipis. Deinde inimicitia incremente, paulatim coepit villas ecclesiæ, quas Maracharius testamento scripto reliquerat, violenter invadere, asserens non debere ecclesiam ejus facultatem adipisci, a cujus clericis testator fuerat interceptus. Post ista vero, jam aliquibus ex laicis interceptis, addidit ut apprehensum presbyterum alligaret, ac conto perfoderet. Cui adhuc viventi, retortis post tergum manibus, appenso ad stipitem, elicere quærebant si in hac causa fuisset admistus. Quod cum ille negaret, proficiente cruore de vulnere, reddidit spiritum. Qua de causa commotus episcopus, jussit eum ab ecclesiæ foribus prohiberi. Convenientibus autem apud civitatem Santonas sacerdotibus h, deprecabatur Nantinus ut pacem episcopi mereretur, promittens se omnes Ecclesiæ res, quas sine ratione abstulerat, redditurum, atque humilem exhibere se sacerdoti. At ille fratrum jussioni obaudire procurans, cuncta quæ petebantur indulsit; causam tamen presbyteri omnipotenti Deo commendans, comitem in charitate recepit. Qui post ista regressus urbem, domos illas quas male pervaserat, spoliat, elidit, ac disjicit, dicens: Et si hoc ab ecclesia recipitur, vel desertum inveniatur, qua de causa iterum motus episcopus, eum a communione suspendit. Quæ dum aguntur, impleto beatus pontifex vitæ cursu, migravit ad Dominum. Nantinus quoque ab aliquibus episcopis, intercedentibus præmiis atque adulationibus, communicatur. Post paucos vero menses a supradieto morbo corripitur, qui nimia exustus febre, clamavit, dicens: Heu, heu! ab Heraclio antistite exuror, ab illo crucior, ab illo ad judicium vocor. Cognosco facinus, reminiscor me injuste injurias intulisse pontifici; mortem deprecor, ne diutius crucier hoc tormento. Hæc cum maxima in febre 247 clamaret, deficiente robore corporis, infelicem animam fudit, indubia relinquens vestigia, hoc ei ad ultionem beati antistitis evenisse. Nam exanimatum corpus ita nigredinem duxit, ut putares cum prunis superpositum fuisse combustum. Ergo i omnes hæc obstupescant, admittentur, et metuant ne inferant injurias sacerdotibus: quia ultor est Dominus servorum suorum sperantium in se.

XXXVIII. Hoc i tempore et beatus Martinus Gal-

a Herodes Ascalonita, morti proximus, petierat ut statim post ipsius mortem nobilissimum Judæorum occiderentur. Vide Josephi lib. 1 de Bell. Judaico, cap. 21.

b Sic Corb.; alii *justitio*, præter Casin, qui habet, *funeris officio*. Anstregildis epitaphium profert Chesnius tom. 1 scriptorum Histor. Franc., pag. 517; vixit annos 52.

c Hos Nicolann et Donatum appellat Marius in Chronico, ubi Anstregildem obiisse ait anno 581, mense Septembri.

d Regn., *quod non sine præcepto... novit prudentia*

e Hoc caput deest in Corb. et Colb.; sic habet Regn., *hac itaque pestilentia*, etc. In Bec., Nantinus dicitur comes *Ecolismensis*. Varie quippe scribitur

Injus urbis nomen *Ecolesina*, *Egolisma*, hodie *Inculisma*: quod semel et iterum notasse satis sit. Maracharius interfuit dedicationi ecclesiæ Nannetiæ per Felicem episcopum, ut refert Fortunatus lib. III, carm. 4.

f Bec., *Frontimius*.

g In Regn., hic dicitur *Eradius*, infra *Erachus*. Sic et comes dicitur aliquando *Nantinus*, alias ut edui, *Nantinus*.

h Illic Synodum an. 579 consignat Sirmondus tom. I Concil. Galliæ.

i Hæc ad finem capituli desunt in col. Regn.

j Hoc caput deest in Corb. et Colb. Porro Regn. habet *Calliciensis*. Et quidem veteres scribebant *Callicia* pro Gallicia.

licensis episcopus obiit, magnum populo illi faciente planctum ^a. Nam hic Pannonia ortus fuit, et exinde ad visitanda loca sancta in Orientem properans, in tantum se literis inuit, ut nulli secundus suis temporibus haberetur. Exinde Galliciam venit, ubi, cum beati Martini reliquiæ portarentur, episcopus ordinatur : in quo sacerdotio impletis plus minus triginta annis, plenus virtutibus migravit ad Dominum ^b. Versiculos qui super ostium sunt a parte meridiana in basilica sancti Martini, ipse composuit.

XXXIX. Magna eo anno in Hispaniis Christianis persecutio fuit, multique exiliis dati, facultatibus privati, fame decocti, carcere macerati, verberibus affecti, ac diversis suppliciis trucidati sunt. Caput quoque hujus sceleris Goisvintha ^c fuit, quam post Athanichildi ^d regis connubium rex Leuvichildus accepit; sed quæ Dei servis notam ^e humilitatis inflixerat, prosequente ultione divina, ipsa quoque est omnibus populis facta notabilis. Nam unum oculum nubes ²⁴⁸ alba contegens, lumen quod mens non habebat, pepulit a palpebris. Erant autem Leuvichildo regi ex alia uxore duo filii, quorum senior Sigiberti, junior Chilperici regis filiam desponsaverat. Sed Ingundis Sigiberti regis filia cum magno apparatu in Hispanias directa, ab avia Goisvintha cum gaudio magnum suscipitur; quam nec passa est in religione catholica diu commorari, sed ut rebaptizaretur in Ariana hæresi blandis cœpit sermonibus illucere. Sed illa viriliter relictans, cœpit dicere : Sufficit satis me ab originali peccato baptismo salutari semel ablutam fuisse, et sanctam Trinitatem in una æqualitate esse confessam. Hæc me credere ex toto corde confiteor, nec unquam ab hac fide ibo retrorsum. Hæc illa audiens, iracundiæ furore succensa apprehensam per comam capitis puellam in terr. m. colidit, et diu calcibus verberatam ac sanguine cruentatam, jussit expoliari et piscine im-

mergi : ^f sed ut asserunt multi, nunquam animum suum a fide nostra relexit. Leuvichildus autem de his eis unam ^g de civitatibus, in qua residentes regnarent. Ad quam cum abiissent, cœpit Ingundis prædicare viro suo, ut relicta hæresis fallacia, catholice legis veritatem agnosceret. Quod ille diu resutans, tandem commotus ad ejus prædicationem, conversus est ad legem catholicam : ac dum elrismaretur, Joannes est vocitatus. Quod cum Leuvichildus audisset, cœpit causas præerere qualiter eum perderet. Ille vero hæc intelligens, ad partem se imperatoris junxit, ligans eum præfecto ²⁴⁹ ejus amicitias, qui tunc Hispaniam impugnabat. Leuvichildus autem direxit ad eum nuntios, dicens : Veni ad me, quia exsta et causæ quas conferamus simul. Et ille : Non ibo, quia iafensus es [*Cas'n.* est] mihi, pro eo quod sim catholicus. At ille datis præfecto imperatoris triginta millibus solidorum, ut se ab ejus solatio [*U. auxilio*] revocaret commoto exercitu, contra eum venit. Hermenegildus ^h vero vocatis Græcis, contra patrem egreditur, relicta in urbe conjuge sua. Cumque Leuvichildus ex adverso veniret, relictus a solatio, cum videret nihil se prevalere posse, ecclesiam quæ erat propinqua, expetit, dicens : Non veniat super me pater meus; nefas est enim aut patrem a filio, aut filium a patre interfici. Hæc audiens Leuvichildus, misit ad eum fratrem ⁱ ejus, qui dato sacramento ne humiliaretur, ait : Tu ipse accede, et prosternere pedibus patris nostri, et omnia indulget tibi. At ille poposeit vocari patrem suum; quo ingrediente, ^C prostravit se ad pedes illius. Ille vero apprehensum osculatus est eum, et blandis sermonibus delinitum duxit ad castra; obliisque sacramenti innuit suis, et apprehensum spoliavit eum indumentis suis, induitque illum veste vili, regressusque ad urbem Toletum, ablatis pueris ejus, misit eum in exilium ^j cum uno tantum puerulo.

viheldis : quæ lectiones variæ in variis codd. occurrunt, quoties fere hæc nomina repetantur.

^e Casin., sed quæ diversis notam.

^f Hæc, uti videtur, occasione Leuvigildus synodum episcoporum Ariavorum Toleti coegit, ubi statutum est, ut qui de Romana religione ad eorum partes accederet, non deberet rebaptizari, sed solum impositione manus, communionis perceptione, et gloriam Patri per Filium in Spiritu sancto dando, aggregaretur. Hæc ex Joan. Bicl. ad an. 581.

^g Hispalim scilicet, Bæticæ caput, in qua postea a patre obsessus est. Captus est Cordubæ, indeque Valentiam in exilium nussus, et denique Tarracone occisus, ut refert Joan. Bicl. aut certe Hispali, ut plerisque auctoribus placet. De his infra Gregorius passim loquitur.

^h Sic Corb. et Joan. Bicl. Alii, *Hermenichildis*, *Hermenchildis*, *Ermenjildus*, e. c. S. Leandrum ea occasione Constantinopolim prefectum misse, ut auxilium a Tiberio imp. sollicitaret, discimus ex S. Gregorii papæ præf. in libro. Moral. in Job.

ⁱ Reccaredum, ut supra notavimus.

^j A patre in-sus est interfici, quod die sancto Paschæ communionem ab episcopo Ariano sibi porrectam sumere recusasset, ut fusus narra. S. Gregorius M. lib. in Dialog., cap. 51, et Paulus diae. lib. in Hist. Langob., cap. 24, quod contigit Tarracone an. 585, ex Joan. Bicl. in Chronico, ubi ejus interfectorem,

^a Regim., magnum plebi suæ relinquens de se planctum.

^b Fuit episcopus primo Dumiensis monasterii, tum Bracarensis; qua dignitate non 30, sed 20 circiter annis potitus est. Festivitas ejus recolitur die 20 Martii. Vide ejus Elogium in Actis SS. Ord. Benelicini tomo I, pag. 257. Ad eundem exstat Formicatus episcopi cum carnine libri v. Confer lib. 1 de Mirac. S. Martini, cap. 11. Versus autem hic laudatos edidit Sirmendus, qui habentur etiam in tomo xv Biblioth. Patrum, edit. Colon., etc.

^c Goisvintha erat Bruenchidis reginæ, uxoris Sigiberti, mater, quam nempe ex Athanagildo rege priore suo marito habuerat, proindeque Ingundis avia. Hanc porro Leuvigildus duxerat post obitum prioris suæ conjugis, Theodosiæ scilicet filię Severiani ducis Carthaginensis, ex qua duos filios suscepit, Hermenegildum Ingundis maritum, et Reccaredum, cui desponsata fuit Rigunthis Chilperici filia. Reccaredus demque post fratris necem et patris obitum, adepto regno, ex Ariano catholicus factus totam Wisigothorum gentem ad fidem recem adduxit. Quæ omnia observare visum est ad totius hujus capitis et eorum, quæ inferius ea de re habentur, noticiam. De persecutione vero hæc memorata, videndas quoque Isidorus in Chronico ad aram 606.

^d Alii codd., *Athanagildus*, *Atanachildis*. Sic et *Leuvigildus*, *Leuvitildus*, *Leuvichildis*, *Levioldus*, *Le-*

XL. Igitur ^a post mortem filiorum Chilperici, rex A mense Octobri in Cotia silva plenus luctu eum conjuge residebat. Tunc Chlodovechum filium suum Brenna-cum, faciente regina, transmisit, ut scilicet et ipse ab hoc interitu deperiret. Graviter ibi his diebus morbus ille, qui fratres interfecerat, sæviebat; sed nihil ibidem incommodi **250** pertulit. Ipse enim rex Calani ^b Parisiæ civitatis villam advenit. Post pau-cos vero dies Chlodovechum ad se venire præcepit: cui qualis interitus fuerit, dicere non pigebit. Igitur cum in supradicta villa apud patrem habitaret, cœpit immature jactare, vel dicere: Ecce mortuis fratribus meis ad me restitit omne regnum: mihi universæ Galliæ subjiciantur, imperiumque universum mihi fata largita sunt. Ecce inimicis in manu positis infe-ram quæcumque placuerit. Sed et de novæ sua Fredegunde regina non condecibilia detrectabat. Quæ illa audiens, pavore nimio terrebatur. Post dies vero aliquot, adveniens quidam ait reginæ: Ut orbata filii; sedeas, dolus id Chlodovechi est operatus. Nam ipse concupiscens unius ancillarum tuarum filiam, maleficiis tuos per matrem ejus filios interfecit: ideoque moneo ne speres de te melius, cum tibi spes per quam regnare debueras sit ablata. Tunc regina timore perterrita, et furore succensa, nova orbitate compuncta, apprehensa puella in quam oculos inje-cerat Chlodovechus, et graviter verberata, inedi-comam capitis ^c ejus jussit, ac seissæ sudi impositam deligi ante metatum Chlodovechi præcepit. Matre quoque puellæ religata, et tormentis diu cruciata, elenit ab ea professionem, quæ hos sermones veros esse firmaret. Rēgi ^d exinde hæc et alia hujusemodi iasinans, vindictam de Chlodovecho poposeit. Tunc rex in venationem directus, eum præcepit accessiri

Sisbertum, biennio postea morte turpi punitum fuisse scribit. Hermenegildi sub martyris titulo festum die 13 Aprilis celebratur. Ingundis uxor ejus, fugiens intercepta, in Siciliam perducta est, ubi exspirasse dicitur. Infra tamen Gregorius lib. viii, cap. 28, ipsam in Africa obiisse scribit, eum Constantiopolim a Grecis perducere. Eorum filius Athanagildus CP. vixit in aula Mauricii imp. Aliquot epistolas ad ipsum, aut ejus occasione ad alios a Childeberto rege, et a Brunichilde regina scriptas, in Appendice dabi-mus.

^a Hoc caput in Regn. loco suo motum, exstat num. 42. De Cotia silva, supra lib. iv, cap. 22.

^b Ibi S. Bathildis Chlodovei II uxor parthenonem celeberrimum extruxit, ubi cum aliquandiu sancti-menialis vixisset, pie obiit. Locus prisentis nomen retinet, vulgo *Chelles*, quatuor leucis ab urbe distans, ad Matronam fluvium. De hoc Beda lib. iii Hist., cap. 8.

^c Sic Bad.; at Corb. et Chesn., *abscissam sudi*. Colb., *abscisso sude*. Bee., *scissa sudi*.

^d Regn., *firmaret Regi. Tunc Rex*, cæteris omis-sis.

^e Is est qui, referente Gregorio lib. ix, cap. 55, Tetradiam, marito ejus Eulatio adhuc superstite, uxorem duxit. De quo non semel alibi, potissimum lib. x, cap. 8. Bobo autem filius erat Mummolini ducis, de quo lit. vi, cap. 45.

^f In Corb. deest *vinctus*.

^g Sic scribendum censet Valesius in Notitia Gallia-num: consentit Corb. At Colb. habet *Nocito*; alii vero

secretius. Quo adveniente, ex jussu regis apprehensus in manibus a Desiderio ^e atque Bobone ducibus, m-datur arinis et vestibus, ac vili indumento contactus **251** reginæ vinctus ^f adducitur. At illa in custodia eum retineri præcepit, elicere ab eo cupiens, si hæc ita ut audierat se haberent, vel ejus consilio usus fuerit, aut ejus hæc instinctu fecisset, vel eum qui-bus maxime amicitias colligasset. At ille reliqua de-negans, amicitias multorum detexit. Denique post triduum, regina vinctum jussit eum transire Matro-nam fluvium, et in villa, cui Nuceto ^g nomen est, custodiri. In qua custodia eultra percussus, interit, ipsoque in loco sepultus est ^h. Interea advenerunt nuntii ad regem, qui dicerent, quod ipse se ietu proprio perfodisset; et adhuc ipsum eultrum de quo se pereulit, in loco stare vulneris affirmabant. Quibus verbis rex Chilpericus illusus, nec flevit, quem ipse, ut ita dicam, morti tradiderat, instigante regina. Servientes quoque illius per diversa dispersi sunt. Mater autem ejus crudeli morte necata ⁱ; soror illius in monasterium, delusa ^j a pueris reginæ, transmit-titur, in quo nunc veste nuntata consistit; opesque eorum omnes reginæ delatæ sunt. Mulier quæ super Chlodovechum locuta fuerat, dijudicatur incendio coneremari. Quæ cum dueretur, reclamare cœpit misera, se mendacia protulisse: sed nihil proficien-tibus verbis, ligata ad stilitem, vivens exuritur flammis. Thesaurarius Chlodovechi a Cuppane ^k sta-buli comite de Biturico retractus, vinctus reginæ transmissus est, diversis cruciatibus exponendus; sed eum regina et a suppliciis, et vinculis jussit absolvi; liberumque nobis obtinentibus abire permisit.

XLI. Post hæc ^l Elafus Catalaunensis episcopus, propter causas **252** Brunichildis reginæ, in Hispa-

Noceto, vulgo *Noisi*, haud procul a Cala, sed ad alteram Matronæ ripam.

^h Inde corpus ejus eum solempni pompa translatum est Parisios in basilicam sancti Vincentii, infra lib. viii, cap. 40.

ⁱ Andovera scilicet, quam Chilpericus dimiserat, quod suam ipsius filiam e fonte sacro suscepisset, si credamus Anonymo qui Gesta Francorum scripsit. Id quippe fabulosum esse existimat Cointius ad an. 565, n. 4. Soror vero ejus, scilicet Chlodovei, Basina, quæ in monasterio sanctæ Crucis Pietaviensi turbas postea excitavit.

^j Sic Corb. et Colb. Editi vero, *reclusa in mona-sterio*. Mss. lectionem habet Aimoinus lib. iii, c. 43.

^k Hujus facinora narrat Gregorius lib. x, c. 5.

^l Hoc caput deest in Corb. et Colb. Legimus instru-mentum beati Elafii episcopi de villis, quas S. Ste-phano dedit eum fratre suo Leodoniro diacono, *actum in Catalauni civitate, in ecclesia præfati martyris, pu-blice sub die v Id. Junii, anno quarto Sigeberto rege Francorum*, cui instrumento post donatores Egidius Rhemensis metropolitanus, et Beatus, cujus sedes non exprimitur, subscribere. Beatus, ut existimo, is ipse est Beatus episcopus Ambianensis, qui Con-cilio Aurel. an. v interfuit an. 549. Quo pacto S. Ho-noratus, quem Cointius Beato circa an. 554 succes-sisse scribit, ante an. 565 Sigiberti regis IV Ecclesiæ Ambianensi præfectus fuisse dicendus non est. Elafus, Badio *Elaphius*, plerique ed. *Elafius*, colitur Catalauni die xiv Kal. Sept. Saerum vero illius cor-pus asservatur in monasterio S. Petri in eadem urbe,

mas in legationem directus, correptus a febre nimia, spiritum exhalavit, et exinde delatus mortuus, ad civitatem suam sepultus est. Eonius quoque episcopus, quem legatum Britannorum supra mentionis, ad civitatem suam regredi non permissus, ut Andegavis pasceret de publico a rege præceptum est. Qui Parisios adveniens, dum die Dominica sacrosancta solemniter celebraret, emissa cum hinc voce terræ corruit. Erumpente vero ab ore ejus et naribus sanguine, inter manus deportatus est, sed convaleuit. Nimum enim vino deditus erat, et plerumque ita deformiter inebriabatur, ut gressum facere non valeret.

XLII. Mirus rex Galliciensis legatos ad Gunthramnum regem direxit. Cumque per Pictavum terminum præterirent, quem tunc Chilpericus rex tenebat, nuntiata sunt ei. At ille sub custodia sibi eos exhiberi præcepit, et Parisios custodiri. Eo tempore apud Pictavensem civitatem lupus ex silvis veniens, per portam ingressus est, clausisque portis infra muros ipsius urbis oppressus, occisus est. Asserebant enim quidam et cælum ardens se vidisse. Liger fluvius major ab anno superiore fuit, postquam ei Caris torrens se adjuvit. Ventus auster nimium violenter cucurrit, ita ut silvas prosterneret, domos erueret, sepes efferret, ipsosque homines ad internecionem usque volutaret. Erat enim spatium ejus in latitudinem quasi jugera septem; longitudo autem non potuit æstimari. Nam et galli plausum cantus in initio noctis sæpe dederunt. Luna contenebricata est, et cometes **253** stella apparuit. Gravis autem pluvia in populo subsecuta est. Legati autem Suevorum post annum dimissi, ad propria redierunt.

XLIII. Maurilio ^d Cadurensis urbis episcopus graviter ægrotabat ab humore podagrico, sed super hos dolores, quos ipse humor commovit, magnos sibi cruciatus addebat; nam sæpe candens ferrum tibiis in pedibus defigebat, quo facilius cruciatum sibi amplius adderet. Sed cum episcopatum ejus multi existerent, ipse Ursicinum ^e, qui quondam referendarius Ultrogotthæ regionis fuerat, elegit. Quem dum adhuc viveret, benedici deprecans, migravit a sæculo. Fuit autem valde elemosynarius, in Scrip-

ordinis S. Bened. sub. Cong. S. Vitoni. Instrumentum quo Elafius bona quædam ecclesiæ S. Stephani, ^d est cathedrali, legavit, firmatur ex ejusdem Vita, ^e in ms. breviario abbatiæ omnium sanctorum Catalauni, sic habet: *Cum itaque Catalaunensis ecclesiæ pastore orbata foret, Sigibertus Chlotarii filius, magni Chlodovei nepos, Elafium Lemovicibus evocatum in eam sedem vehendum curavit. Ægre tandem suscepto episcopali munere, totum se convertit Elafius ad Dominum, largas elemosynas faciens, orationibus insistens, nihil prætermittens quod ad boni pastoris officium pertineret. Tanti fratris amore et desiderio ductus, eodem miris, relicta patria Catalaunum perrexit. Multum autem eorum fraternalis concordia Catalaunensi ecclesiæ profuit, cui etiam hæreditaria prædia sua urbi Lemovicæ vicina donarunt, etc.* De eo in Necrologio ^{iv} Kal. Sept. Catalauni natalis gloriosissimi præsulis Claphii fratris B. Leudomiri. Porro Beatus qui instrumentum S. Elafii conscripsit, episcopus non erat, ut ex ejus verbis apparet: *Ego quamvis indignus, tamen*

A turis ecclesiasticis valde instructus, ita ut seriem diversarum generationum, quæ in libris veteris Testamenti describitur, quod a multis difficile retinetur, hic plerumque memoria recenseret. Fuit etiam et in judiciis justus, ac defendens pauperes ecclesiæ suæ de manu malorum iudicum, juxta illud Job: *Conseravi egenum de manu potentis; et inopi cui non erat adjutor, auxiliatus suum. Os viduæ benedixit me, cum essem oculus cæcorum, pes claudorum, et invalidorum pater* (Job. xxix, 12-16).

XLIV. Leuvichildus vero rex Agilanem legatum ad Chilpericum mittit, virum nullius ingenii aut dispositionis ratione peritum, sed tantum voluntate in catholica lege perversum: quem cum via Turonis detulisset, lassare nos de fide, et impugnare ecclesiastica dogmata cœpit. Iniqua enim, inquit, fuit antiquorum episcoporum latæ sententia, quæ æqualem asseruit Filium Patri. Nam qualiter, inquit, poterit esse Patri æqualis in potestate, qui ait: *Pater major me est* (Joan. xiv, 28)? Non est ergo æquum ut ei similis æstimetur quo se minorem dicit, cui tristitiam mortis ingemit, cui postremo moriens spiritum, quasi nulla præditus potestate, commendat. Unde patet eum et ætate et potestate paterna minore. Ad hæc ego interrogo, si crederet Jesum Christum Filium Dei esse, si eundemque esse Dei sapientiam, si lumen, **254** si veritatem, si vitam, si justitiam fateretur. Qui ait: Credo hæc omnia esse Filium Dei. Et ego: Dic ergo mihi, quando Pater sine sapientia? quando sine lumine? quando sine vita? quando sine veritate? quando sine justitia fuerit? Sicut enim Pater sine istis esse non potuit, ita et sine Filio esse non potuit: quæ maxime ad Dominici nominis ^f mysterium coaptantur. Sed nec Pater esset utique, si Filium non haberet. Quod autem eum dixisse ais, *Pater major me est* (Joan. xiv, 28), scias eum hoc ex assumptæ carnis humilitate dixisse, ut cognoscas non potestate, sed humilitate te fuisse redemptum. Nam tu qui dicis, *Pater major me est*, oportet te meminisse quod alibi ait: *Ego et Pater unum sumus* (Joan. x, 30). Nam et mortis timor, et commendatio spiritus ad inlirmitatem corporis est referenda, ut sicut verus Deus, ita et ve-

^d *Beatus vocor, hanc auctoritatem jubente Elasio venerabili episcopo una cum consensu Leudomeri diaconi conscripsi, ad vicem Ernoldi notarii. Unde ruit quod in notis dixi de Beato, quem episcopum Ambianensem fuisse suspicabar.*

^a Supra cap. 30, ubi dicitur Eunius Venetensis episcopus.

^b Corb., *estoreus*. Colb., *ei Duricarus torrens*. Editi cum Bec., *Caris*, aut *Cares*. Cod. Regm., *major ab amne... cares*. Hic, ut puto, designatur Iluvius *Caris*, vulgo *le Cher*, qui in Ligecim delabitur.

^c Qui supra scilicet a Miroue directi dicuntur, hic nempe Suevis in Gallia degentibus imperabat. Hinc in indice capitum eod. Regm. dicuntur *legati Callicienses*.

^d Hoc caput deest in Colb. et Corb. Bad. vero, *Maurilius*, et in indice capit., *De Maurilio*. Bec., *Marilius*.

^e De hoc infra. Subscripsit Concl. Matise. II.

^f Regm., *Dominicis verbis*.

rus homo credatur. Fille : Cujus quis implet voluntatem, eo et minor est ^a ; semper Filius minor est Patre, quia ille facit voluntatem Patris, nec Pater illius voluntatem facere comprobatur. Ad hæc ego : Intellige quia Pater in Filio, et Filius in Patre, in una semper deitate subsistit. Nam ut cognoscas Patrem Filii facere voluntatem, si in te fides evangelica manet, audi quid ipse Jesus Deus noster, cum ad re-
 nescitandum venit Lazarum, ait : *Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me : et ego sciebam quia semper me audis. Sed propter turbam quæ circumstat, dixi, ut credant quia tu me misisti (Joan. xi. 41, 42).* Sed et enim ad passionem venit, ait : *Pater, clarifica me claritate quam habui apud te ipsum, priusquam mundus fieret (Joan. xvii, 5).* Cui Pater de cælo respondit : *Et clarificavi, et iterum clarificabo (Joan. xii, 28).* Æqualis est ergo Filius in deitate, non minor, sed neque aliquid minus habens. Nam si Deum confiteris, necesse est integrum fatearis, et nihil egentem ; si vero integrum esse negas, Deum esse non credis. Et ille : Ex assumpto homine cœpit Dei Filius vocitari ; nam erat quando non erat. Et ego : Audi David dicentem ex persona Patris : *Ex utero ante luciferum genui te (Psal. cix, 5).* Et Joannes evangelista ait : *In principio erat Verbum, et Verbum 255 erat apud Deum, et Deus erat Verbum (Joan. i, 1).* Hoc ergo Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, per quem facta sunt omnia (Joan. i, 14, 5). Nam vos carenti veneno persuasionis, nihil dignum de Deo sentitis. Et ille : Numquid et Spiritum sanctum Deum dicitis, aut æqualem Patri Filioque decernitis ? Cui ego : Una in tribus est voluntas, potestas, operatio : unus Deus in trinitate, et trinus in unitate. Tres personæ, sed unum regnum, una majestas, una potentia omnipotentis aequæ. Et ille : Spiritus sanctus, inquit, quem æqualem Patri prefertis ac Filio, utrisque minor accipitur, quia et a Filio promissus, et a Patre legitur missus. Nemo enim promittit, nisi quod suæ dominationi subsistit ; et nemo mittit, nisi inferiorem se, sicut ipse ait in Evangelio : *Nisi ego abiero, Paraclitus ille non ^b veniet : si autem abiero, mit-
 tam illum ad vos (Joan. xvi, 7).* Ad hæc ego respondi : Bene Filius ante passionem ait, quia nisi ille ad Patrem victor remeaverit, ac proprio sanguine redempto mundo, dignum Deo ex homine prepararet habitaculum, non potest sanctus Spiritus, idem Deus, **D** in pectore fanatico et originalis criminis labe infecto descendere. *Spiritus enim sanctus, ait Salomon, effugiet ^c fictum (Sap. i, 5).* Tu autem si spem aliquam resurrectionis habes, noli loqui adversus Spiritum sanctum, quia, juxta sententiam Domini, *In Spiritu sancto ^d blasphemanti non remittetur, neque in hoc sæculo, neque in futuro (Mat. h. xii, 32).* Et ille : Deus

A est qui mittit, non est Deus qui mittitur. Ad hæc ego interrogo, si crederet doctrinam Petri Paulique apostolorum. Respondente autem eo : Credo, adjeci : Cum argueret Petrus apostolus Ananiam pro fraude fundi, vide quid dicat : *Quid tibi visum est mentiri Spiritui sancto ? Non es enim mentitus hominibus, sed Deo (Act. v, 3, 4).* Et Paulus, cum gratiarum spiritualium distingneret gradus : *Hæc omnia, inquit, operatur unus atque idem Spiritus, dividens unicuique prout vult (I Cor. xii, 41).* Qui enim quod voluerit facit, in nullius redigitur potestatem. Nam vos, ut superius dixi, nihil recte de Trinitate sancta sentitis, et quam iniqua **256** sit hujus sectæ perversitas, ipsius auctoris vestri, id est Arii, expressit interitus. Ad hæc ille respondit : Legem quam non colis, blasphemare noli ; nos vero quæ creditis, etsi non credimus, non tamen blasphemamus, quia non deputatur crimini, si et illa et illa colantur. Sic enim vulgato sermone dicimus : Non esse noxium si inter gentilium aras et Dei ecclesiam quis transiens, utraque veneretur ^e. Cujus ego stultitiam cernens, aio : Ut video, et gentilium defensorem, et hæreticorum assertorem te esse manifestas, cum et ecclesiastica dogmata maculas, et paganorum spureitias prædicæ adorari. Satius, inquit, faceres, si ea te armaret fides, quam Abraham ad ilicem, Isaac in ariete, Jacob in lapide, Moyses vidit in sente ; quam Aaron portavit in logio ^f, David exsultavit in tympano, Salomon prædicavit in intellectu ; quam omnes patriarchæ, prophætæ, sive Lex ipsa vel oraculis cecinit, vel sacrificiis figuravit ; quam et nunc præsens suffragator Martinus noster, vel possedit in pectore, vel ostendit in opere, ut et tu conversus crederes inseparabilem Trinitatem, et accepta a nobis benedictione, purgatoque a malæ credulitatis veneno pectore, deleterentur iniquitates tuæ. At ille furore commotus, et nescio quid quasi insanus fremdens, ait : Ante anima ab hujus corporis vinculis emicet ^g, quam ab ullo religionis vestræ sacerdote benedictionem accipiam. Et ego : Nec nostram Dominus religionem sive fidem ita tepere ^h faciat, ut distribuamus Sanctum ejus canibus, ac pretiosarum margaritarum sacra porcis squalentibus exponamus. Ad hæc ille relicta altercatione surrexit, et abiit. Sed posthæc cum in Hispanias reversus fuisset, infirmitate debilitatus, ad nostram religionem necessitate cogente conversus est.

XLV. Per idem tempus Gollipriensis rex scripsit indiculum, ut sancta Trinitas non in personarum distinctione, sed tantum Deus nominaretur : asserens indignum esse, ut Deus persona, sicut homo carnis, nominaretur ; **257** affirmans etiam ipsum esse Patrem, qui est Filius ; idemque ipsum esse

religionem, dimissa Ecclesiæ catholicæ fide, ut hic Arius, qui omnes bonas agnoscens, nullam se habuisse manifestabat.

¹ Id est in rationali Pontificali, ubi λόγος, seu Dei nomen legebatur.

^g Regim., *separetur.*

^h Idem et Colb., *tabescere.*

^a Corb., Bec. et Colb. c., *ejus et junior est.*

^b Regim., *Paraclitus non.*

^c Sic Corb., et Regim. Fedit enim Bec. et Colb. e., *fugiet.*

^d Sic Corb., Regim., Bec. et Colb. c., pro *in Spiritum sanctum.* Fedit, *Spiritum sanctum blasphemanti.*

^e Observandum ex hoc loco nullam haberi veram

Spiritum sanctum, qui Pater et Filius. Sic, inquit, prophetis ac patriarchis apparuit, sic cum ipsa Lex annuntiavit. Cumque hæc mihi recitari jussisset, ait: Sic, inquit, volo ut tu et reliqui doctores Ecclesiarum credatis. Cui ego respondi: Hæc credulitate relicta, pie rex, hoc te oportet sequi quod nobis, post apostolos, alii doctores Ecclesiæ reliquerunt; quod Hilarius Eusebiusque^a docuerunt, quod et in baptismo es confessus. Tunc iratus rex ait: Manifestum est mihi in hæc causa Hilarium Eusebiumque validos inimicos haberi. Cui ego respondi: Observare te convenit, neque Deum, neque sanctos ejus habere offensos. Nam scias, quia in persona aliter Pater, aliter Filius, aliter^b Spiritus sanctus. Non Pater assumpsit carnem, neque Spiritus sanctus, sed Filius; ut qui erat Dei Filius, ipse ad redemptionem hominis filius haberetur et virginis. Non Pater passus, neque Spiritus sanctus, sed Filius; ut qui carnem assumpserat in mundo, ipse offerretur pro mundo. De personis vero quod ais, non corporaliter, sed spiritualiter sentiendum est. In his ergo tribus personis una gloria, una æternitas, una potestas. At ille commotus ait: Sapientioribus te hæc pandam^c, qui mihi consentiant. Et ego: Nunquam erit sapiens, sed stultus, qui hæc quæ proponis sequi voluerit. Ad hæc ille frendens, 253 siluit. Non post multos vero dies adveniente Salvio Albigeni episcopo, hæc ei præcepit recenseri, deprecans ut sibi consentaneus fieret. Quod ille audiens, ita respuit, ut si chartam, in qua hæc scripta tenebantur, potuisset attingere, in frustra discerneret. Et sic rex ab hac intentione quievit. Scripsit alios libros idem rex versibus, quasi Sedulium secutus; sed versiculi illi

A nulli penitus metricæ conveniunt rationi^d. Addidit autem et litteras litteris nostris, id est ω, sicut Græci habent, æ, the, uui, quarum characteres subscripsimus. Hi sunt ω ψ Z Δ ε. Et misit epistolas in universas civitates regni sui, ut sic pueri docerentur, ac libri antiquitus scripti, planati publice rescriberentur.

XLVI. Agræcula^f autem Cabillonensis episcopus hoc obiit tempore; fuitque homo valde elegans ac prudens, genere senatorio. Multa in civitate illa ædificia fecit, domos composuit, ecclesiam fabricavit, quam^g columnis fulcivit, variavit marmore, musivo depinxit. Magnæ autem abstinentiæ fuit, nam nunquam prandio usus est, nisi tantum cæna: ad quam sic temporivie residebat, ut sole stante consurgeret. B Humanitatis [I. staturæ] exiguæ, facundiæ vero magnæ erat. Obiit autem episcopatus anno quadragesimo octavo, ævi autem octogesimo tertio^h: cui Flavius referendarius Guntelramni regis successit.

XLVII. Eoⁱ tempore et Dalmatius 259 Ruthenæ civitatis episcopus, migravit a sæculo, vir in omni sanctitate præcelsus abstinens vel [I. et] a cibus, vel a concupiscentiis carnis; valde eleemosynarius, et cunctis humanis, in oratione et vigiliis satis stabilis. Ecclesiam construxit, sed dum eam ad emendationem sæpius destruxit, incompositam dereliquit. Post ejus obitum multi, ut fit, episcopatum expetunt. Transobadus^j vero presbyter, qui quondam archidiaconus ejus fuerat, maxime in hoc intendebat, lidus quod filium suum cum Gogone, qui tunc regis erat nutritius, commendaverat. Condiderat autem episcopus testamentum, in quo regis exenium^k, qui post ejus obitum acciperet, indicabat, adjurans ter-

eamdem fortunam expertæ sunt, atque illic, quæ olim a Claudio imp. adinventæ fuerant, id est simul cum suo auctore perierunt.

^f Hoc caput deest in Corb. et Colb.

^g Regm., quam vario ornatu decoravit. Hic magnæ fuit abstinentiæ, ita ut nunquam in die ederet, nisi semel, et hoc cæna vocabatur, in qua sic tempore veris sedebat, etc. Forte pro temporivie, legendum est temporius, ut habent codd. scripti in Regula S. Benedicti, cap. 11. Musivum autem, de quo hic et passim Gregorius, est op. s tessellis in contextum, ut varias figuras representet, quod apud veteres in magno fuit pretio, nostris dicitur *ouvrage à la mosaïque*. De his egregium volumen Romæ edidit vir illust. Joannes Ciampinus. Vide et Bergerium lib. II de Viis publicis imperii.

^h Ejus festum celebrat martyrol. Rom. die 17 Martii. Interfuit concil. Aurelian. III, IV et V, Arvernensi II, Paris. II et Lugdun. III. Vide lib. de Glor. Conf. cap. 85 et 86, et Bolland. ad 17 Mart. Agricola laudat Fortunat. lib. III, cæm. 22, quod tamen de Agricola Nivernensi episcopo intelligit Coitius.

ⁱ Hoc caput deest in Corb. et Colb. Dalmatius subscripsit concil. Arvern. an. 555, et Aurelian. IV, an. 541, memoratur in Martyrol. Gallicano 13 Novembris.

^j Regm. et Bec., Transobaldus. *sisus*. cum Gogone. De Gogone vide lib. VI, cap. 1.

^k Sic iidem codd. cum Bad., et quidem recte; cæteri vero regi *Sexenium*. Non enim episcopus Sexenim sibi successorem delegerat, sed indicavit conditiones, quibus ille episcopatus, quem *exenium*, seu *xenium regis* appellat, conferri deberet.

^a Scilicet Verecellensis episcopus, qui cum Hilario Pictavensi egregie contra hæreticos sanctæ Trinitatis impugnatores decertavit. Porro hic Chilpericus Sabellii falsa dogmata renovabat.

^b Sic Corb., Bec., Colb. c. et vet. ed. Ita et Colb. a. habebat, sed aliquid subter litteram i apicem apposuit, ut conficeret, alter Pater, alter Filius, alter Spiritus sanctus. Quæ lectio est Regm. et Chesnii.

^c Regm., hæc pandere decrevi.

^d Corb., nulla penitus metricæ conveniunt ratione. Chilperici eloquentiam et in litteras propensionem laudat Fortunatus lib. IX, cæm. 1. Nihil de ejus operibus superest, præter aliquot versus in honorem sancti Germani Parisiensis episcopi, quos Aimoinus refert. Eos tamen a Fortunato compositos putat Brouverus, nec alii tantæ antiquitatis esse putant. Sedulium sub Theodosio Romæ claruit, quem poctæ Christiani imitari studuerunt. Vide Bedam lib. V Hist., cap. 19.

^e Hos characteres, prout in cod. Corb. omnium antiquissimo habentur, representavimus. In Colb., ω o. ψ æ. y, quæ per medium lineola transversa secatur, z. Δ uui. Regm., o u. y the. z. y uui. Bec., Θ ecc. ψ æ. z the, et post litteras incognitas vui. Idem Gregarii caput in veteri canonum et professionum fidei collectione, ex cod. Colbertino ab annis circiter 800 scripto, habetur, ubi eadem litteræ eodem fere modo ac in cod. Corb. exaratae sunt, nisi quod ultima littera sit a, uui. Hos characteres plerique editi per litteras græcas expresserunt ω, seu O ψ Z II. In Aimoini edit. in lib. III, cap. 41, χ ch. θ th. φ ph.; ubi codex S. Germani a Pratis ab ann. circiter 400 scriptus habet ψ æ. T the. am u. Cæteri hæc litteræ

ribilibus sacramentis, ut in ecclesia illa non ordinaretur extraneus, non cupidus, non conjugali vinculo nexus, sed ab his omnibus expeditus, qui in solis tantum dominicis laudibus degebat, substitueretur. Transobadus autem presbyter epulum in ipsa urbe clericis præparat. Residentibus autem illis, unus presbyterorum cœpit antistitem memoratum impudicis blasphemare^a sermonibus; et usque ad hoc erupit, ut cum delirum et fatuum nominaret. Hæc eo dicente, pincerna poculum oblaturus advenit. At ille acceptum dum ori proximat, tremere cœpit, laxatoque de manu calice, super illum [Al. alium], qui sibi erat proximus, caput reclinans, reddidit spiritum, ablatumque ab epulo ad sepulcrum, humo contextus est. Posthæc relecto testamento antistitis in præsentia Childeberti regis ac procerum ejus, Theodosius^b, B qui tunc archidiaconatu urbis illius potiebatur, episcopus ordinatus est.

XLVIII. Audiens^c autem Chilpericus omnia mala quæ faciebat Leudastes ecclesiis Turonicis, et omni 260 populo, Ansoaldum^d illuc dirigit: qui veniens ad festivitatem sancti Martini, data nobis et populo optione, Eunomius in comitatum erigitur. Denique Leudastes cernens se remotum, ad Chilpericum dirigit, dicens: Usque nunc, o piissime rex, custodivi civitatem Turonicam; nunc autem me ab actione remoto, vide qualiter custodiatur. Nam noveris quia Gregorius episcopus eam ad filium Sigiberti tradere destinat. Quod audiens rex, ait: Nequaquam, sed quia remotus es, ideo hæc apponis. Et ille: Majora, inquit, de te ait episcopus. Dicit enim reginam tuam in adulterio cum episcopo Berthramno misceri. Tunc iratus rex, cæsum pugnis et calcibus, oneratum ferro recludi præcepit in carcere.

XLIX. Sed^e quia liber finem postulat, narrare aliqua de ejus actionibus libet; sed prius videtur genus ac patriam, moresque ordiri. Cracina^f Pictavensis insula vocitatur, in qua a fiscalis vinitoris^g servo, Leocadio nomine, nascitur. Exinde ad servitium accessit, culinæ regiæ deputatur. Sed quia lippis erat in adolescentia oculis, quibus fumi acerbitas non congruebat, amotus a pistillo promovetur ad coplinum^h. Sed dum inter fermentatas massas se delectari consimulat, servitium lugam iniens dereliquit. Cumque bis aut tertio reductus a fugæ lapsu teneri non posset, auris unius incisione mulcatur. Dehinc cum notam inflictam corpori oculere nulla

^a Hinc nata vox nostra Gallica *blâmer*, quæ hic est et sæpe alias, apud Gregorium, hujus vocis significatio.

^b Regm., *Theodus*. De hoc et aliis hic memoratis lib. vi, cap. 38.

^c Deest hoc caput in Corb.

^d Regm., *Ansoaldum*.

^e Hoc caput, quod in plerisque codd. a præcedente non distinguitur, deest in Corb. et Colb.

^f Regm. et Bad., *Gracina*. Alteserra legendum esse censet *Eracina*, quo nomine designaretur Radina insula, *île de Ré* ut scripsit Papius Massonus in descriptione fluviorum. Hinc Valesius vult legi *Cra-*

auctoritate valeret, ad Marcovefam reginam, quam Charibertus rex nimium diligens in loco sororis torquasciverat, fugit. Quæ libenter eum colligens, provocatⁱ, equorumque meliorum deputat esse custodem. Hinc jam obsessus vanitate, ac superbiam deditus, comitatum ambit stabulorum^j. Quo accepto, cunctos despicit ac postponit; inllatur 261 vanitate, luxuria dissolvitur, cupiditate succenditur, et in causis patronæ alumnus proprius huc illucque deferunt. Cujus post obitum refertus prædis, locum ipsum cum rege Chariberto oblati muneribus tenere cœpit. Posthæc, peccatis populi ingruentibus, comes Turonis destinatur, ibique se amplius honoris glorios supercilio jactat; ibi se exhibet rapacem prædis turgidum rixis, adulteriis lutulentum: ubi seminando discordias, et inferendo calumnias, non modico thesauros aggregavit. Post obitum vero Chariberti cum in Sigiberti sortem civitas illa venisset, transente eo ad Chilpericum, omnia quæ inique aggregaverat, a fidelibus nominati regis direpta sunt. Per vadente igitur Chilperico rege per Theodobertum filium urbem Turonicam, cum jam ego Turonis advenissem, mihi a Theodoberto strenue commendatur, ut scilicet comitatu quem prius habuerat potiretur. Multum se nobis humilem subditumque reddebat, jurans sæpius super sepulcrum sancti antistitis, nunquam se contra rationis ordinem esse venturum. Neque mihi, tam in causis propriis, quam in Ecclesia necessitatibus, in omnibus esse fidelem. Timebam enim, quod postea evenit, ne urbem illam iterum revocaret. Quo defuncto, succedente iterum Chilperico in regnum, iste in comitatum accedit. Adveniente autem Turonis Merovecho, omnes res ejus usquequaque diripuit. Sed dum Sigibertus duos annos Turonis tenuit, hic in Britannis latuit. Qui assumpto, ut diximus, comitatu, in tali levitate elatus est, ut in domo ecclesiæ cum thoracibus atque loriceis, præcinctus pharetra et contum manu gerens, capite galeato ingrederetur, de nullo securus, quia omnibus erat adversus^k. Jam si in judicio cum senioribus, vel laicis, vel clericis resedisset, et vidisset hominem justitiam prosequentem, protinus agebatur in furias, ructabat convicia in cives; presbyteros manicis jubebat extrahi, milites fustibus verberari; tantaque utebatur crudelitate, ut vix referri^l possit. Discedente 262 autem Merovecho, qui res ejus diripuerat, nobis calumniator existit, asserens fallaciter Merovechum nostro usum

tina aut *Ratina*. Olim dicebatur *Herus* seu *Herio* insula, quæ oræ Pictavensi adjacet.

^g Bad., a *fiscalis multoris*. Regm., *fiscalis vinoto servo*.

^h Id est, e coquo fit pistor.

ⁱ Id est, promovet, ut ex aliis Gregorii locis patet.

^j Comes stabuli equorum principis curam habebat, quæ dignitas postea militaris facta, multum accrevit. Ejus munia et incrementa fuse exponit Cangius in Glossario, quod consulere neminem unquam pœnitebit.

^k Regm., *contrarius*. Nam.

^l Idem codex, *vix ferre possit*.

consilio, ut res ejus auferret. Sed post illata damna, iterat iterum sacramenta, pallamque ^a sepulcri beati Martini fidejussorem donat, se nobis nunquam adversaturum.

L. Sed ^b quoniam longum est per ordinem prosequi perjuriam vel reliqua mala ejus, veniamus ad illud, qualiter me voluit iniquis ac nefariis calumniis supplantare, vel qualiter in eum ultio divina descendit, ut illud adimpleretur: *Omnis supplantans supplantabitur (Jerem. ix, 4)*; et iterum, *Qui fodit foveam, incidet in eam (Prov. xxvi, 27)*. Igitur post multa mala quæ in me meosque intulit, post multas direptiones rerum ecclesiasticarum, adjuncto sibi Rieulfo presbytero, simili malitia perverso, ad hoc erupit ut diceret me erimen in Fredegundem reginam dixisse: asserens si archidiaconus meus Plato, aut Gallienus ^c amicus noster, subderentur pœnæ, convincerent me utique hæc locutum. Tunc rex iratus, ut supra diximus (*cap. 48*), jussit eum pugnis calcibusque cæsum, oneratum eatenis recludi in carcerem. Nam Rieulfum clericum ^d se habere dicebat, per quem hæc locutus fuisset. Hic vero Rieulfus subdiaconus, simili levitate perfacilis, ante hunc annum ^e consilio eum Leudaste de hæc causa habito, causas offensionis requirit, quibus scilicet me offenso ad Leudastem transiret; nactusque tandem ipsum adivit, ac per menses quatuor dolis omnibus ac discipulis preparatis, ad me eum ipso Leudaste revertitur, deprecans ut eum debeam recipere exensatum. Feci, fateor, et occultum hostem publice in domum suscepit. Discedente vero Leudaste, ipse se pedibus meis sternit, dicens: Nisi succurras velocius, periturus sum. Ecce, instigante Leudaste, locutus sum quod loqui non debui. Nunc vero aliis me regnis emitte; quod nisi feceris, a regalibus comprehensus, mortales pœnas sum luiturus. Cui ego dico: Si quid incongruum rationi effatus es, sermo tuus in caput tuum erit; nam ego alteri **263** te repro non mittam, ne suspectus habear eorum rege. Post ista Leudastes exstitit accusator ejus, dicens se sermones jam dictos a Rieulfo audisse subdiacono. Et ille iterum vinctus, relaxato Leudaste, eustodiæ deputatur, dicens Gallienum eadem die et Platonem archidiaconem ^f fuisse presentes, eum hæc est episcopus eloquutus. Sed Rieulfus presbyter, qui jam remissionem de episcopatu a Leudaste habebat, in intum elatus fuerat, ut Magi Simonis superbiæ æquaretur. Qui tertio aut eo amplius mihi sacramentum pro sepulchro sancti Martini dederat, in die sexta

A Paschæ in tantum me conviciis et sputis egit, ut vix manibus temperaret, fidus scilicet doli quem præparaverat. In crastina autem die, id est sabbati in ipso Pascha, venit Leudastes in urbem Turonicam, assimulansque aliud negotium agere, apprehensos Platonem archidiaconem et Gallienum in vincula connectit; eatenatosque ac exutos veste jubet eos ad reginam deduci. Hæc ego audiens, dum in domo ecclesiæ residerem mœstus, turbatusque ingressus oratorium, Davidici carminis sumo librum, ut scilicet apertus aliquem consolationis versiculum daret. In quo ita repertum est: *Eduxit eos in spe, et non timuerunt: et inimicos eorum operuit mare (Psalm. lxxvii, 53)*. Interea ingressi in fluvium super pontem qui duabus litribus tenebatur, navis illa, quæ Leudastem vehebat, demergitur, et nisi nandi fuisset adminiculo liberatus, eum sociis forsitan interisset. Navis vero alia, quæ huic innexa erat, quæ et vinctos vehebat, super aquas, Dei auxilio, elevatur. Igitur deducti ad regem qui vincti fuerant, incusantur instanter, ut capitali sententia finirentur. Sed rex recogitans, absolutos a vinculo in libera custodia ^g reservat illatos. Ad civitatem vero Turonicam Berulfus dux ^h cum Eunomio comite fabulam fingit, quod Gimtehrannus rex capere vellet Turonicam civitatem; et ideo ne aliqua negligentia accederet: **264** Oportet, ait, urbem custodia consiguari. Potuit portis dolose eustodes, qui civitatem tueri assimulantes, me utique custodirent. Mittunt etiam qui mihi consilium ministrarent, ut occulte assumptis melioribus rebus ecclesiæ, Arvernum fuga secederem: sed non acquievi. Igitur rex accessit regni sui episcopis, causam diligenter jussit exquiri. Cumque Rieulfus clericus sæpius discuteretur occulte, et contra me vel meos multas fallacias promulgaret, Modestus quidam faber lignarius ait ad eum: O infelix, qui contra episcopum tuum tam contumaciter ista meditaris! Satius tibi erat silere, et petita veniam episcopi gratiam impetrare. Ad hæc ille clamare cepit voce magna, ac dicere: En ipsum, qui mihi silentium indicit, ne prosequar veritatem; en reginæ inimicum, qui causam eriminis ejus non sinit inquiri. Nuntiantur protinus hæc reginæ. Apprehenditur Modestus, torquetur, flagellatur; et in vincula compactus eustodiæ deputatur. Cunque inter duos eustodes eatenis et in cippo teneretur vinctus, media nocte dormientibus custodibus, orationem fudit ad Dominum, ut dignaretur ejus potentia miserum visitare; et qui innocens colligatus fuerat, visitatione

^a Id est tapetem, quo beati antistitis sepulchrum gebatur, quæ vox frequenter apud Gregorium occurrat.

^b Hoc caput deest in Corb. et Colb.

^c Cod. Regm., *Ioislennus*; infra tamen in eod. coe dicitur *Gallienus*.

^d Regm., *presbyterum*.

^e Bad., *ante hoc anno*, mutatione casuum Gregorio familiari.

^f Sic Regm.; Bad., *archidiaconum*; cæteri eum *archidiaconos*. Gallienus tamen supra non dicitur

archidiaconus; unde ex hoc loco inferre non licet plures in ecclesia Turonensi archidiaconos tunc existisse. Archidiaconos memorat S. Remigius in epist. ad Falconem. Plato postea fuit episcopus Pietavensis, de quo ad lib. iv de Mirac. S. Martini, cap. 52.

^g Libera custodia diei solebat, cum reus non in carcere, sed magistratui custodiendus committeretur, aut certe quando mitius agebatur cum eo.

^h De Berulfo adhuc comite Fortunatus lib. vii, capm. 13.

Martini præsulis ac Medardi absolveretur. Mox disruptis vinctis, confracta cippo, reserato ostio, sancti Medardi basilicam nocte nobis vigilantibus introivit. Congregati igitur apud Brennacum villam episcopi, in suam domum residere jussi sunt. Delinē adveniente rege, data omnibus salutatione, ac benedictione accepta, resedit. Tunc Bertchramnus Burdegalensis civitatis episcopus, cui hoc eum regina crimen impactum fuerat, causam proponit, meque interpellat, dicens a me sibi a reginæ crimen objectum. Negavi ego in veritate me hæc locutum; et audisse quidem hæc alios, me non excogitasse. Nam extra domum rumor in populo magnus erat, dicentium: Cur hæc super sacerdotem Dei objicimur? cur talia rex **265** prosequitur? nunquid potuit episcopus talia dicere vel de servo? Heu, heu! Domine Deus, largire auxilium servo tuo! Rex autem dicebat: Crimen uxoris meæ, meam habetur opprobrium. Si ergo censetis, ut super episcopum testes adhibeantur, ecce adsunt. Certe si videtur in hæc non liant, et in fidem episcopi committantur, dicite: libenter audiam que jubetis. Mirati sunt omnes regis prudentiam vel patientiam simul. Tunc cunctis dicentibus: Non potest persona inferior super sacerdotem credi, restitit ad hoc causa, ut dictis Missis, in tribus altaribus me de his verbis exuerem sacramento ^b. Et licet canonibus essent contraria, pro causa tamen regis impleta sunt. Sed nec hoc sileo, quod Rignuthis ^c regina condolens doloribus meis, jejunium cum omni domo sua celebravit, quousque puer mutiaret me omnia sic implere, in fuerant instituta. Igitur regressi sacerdotes ad regem, aiunt: Impleta sunt omnia ab episcopo que imperata sunt, o rex. Quid nunc ad te, nisi ut eum Bertchramno accusatore fratris, communionē priveris? Et ille: Non, inquit, ego nisi audita narravi. Querentibus illis, quis hæc dixerit? respondit se hæc a Leudaste audisse. Ille autem secundum iuramentum vel consilium, vel propositionis suæ, jam fugam inierat. Tunc placuit omnibus sacerdotibus, ut sator scandali, inficiator reginæ, accusator episcopi, ab omnibus arceretur ecclesiis, eo quod se ab audientia subtraxisset. Unde et epistolam subscriptam aliis episcopis qui non adfuerant transmiserunt. Et sic unusquisque in locum suum regressus est. Leudastes vero hæc audiens, basilicam sancti Petri Parisios

A expetiit. Sed cum audisset edictum regis, ut in suo regno a nullo colligeretur; et præsertim quod bliscus, quem domi reliquerat, obiisset, Turonis occulte **266** veniens, quæ optima habuit in Biturico transposuit. Prosequentibus vero regalibus pueris, ipse per fugam labitur. Capta quoque uxor ejus in pagum Tornacensem exsilia retrahitur. At Riculfus clericus ad interficiendum deputatur, pro cuius vita vix obtinui: tamen de tormentis excusare non potui. Nam nulla res, nullum metallum tanta verbera potuit sustinere, sicut hic miserimus. Ab hora tertia diei, revinctis post terguum manibus, suspensus ad arborem dependebat; ad horam vero nonam depositus, extensus ad trocleas cadebatur fustibus, virgis, ac loris duplicibus, et non ab uno vel duobus, sed quot ^B accedere circa miseros potuissent artus, tot cæsores erant. Cum autem jam in discrimine esset, tunc aperuit veritatem, et arena doli publicæ patefecit. Dicebat enim ob hoc reginæ crimen objectum, ut ejecta de regno, interfectis fratribus, a patre ^d Chlodovechus regnum acciperet, Leudastes ducatum, Riculfus vero presbyter, qui jam a tempore beati Enfronii episcopi amicus erat Chlodovechi, episcopatum Turonicum ambiret, hinc Riculfo clerico archidiaconatu promisso. Nos vero, cum Dei gratia Turonis reversi, invenimus ecclesiam conturbatam per Riculfum presbyterum; nam hic sub Enfronio episcopo de pauperibus provocatus, archidiaconus ordinatus est. Exinde ad presbyterium adnotus, recessit ad propria, semper elatus, inflatus, præsumptuosus ^e: ^C nam me adhuc commorante eum rege, hic, quas jam esset episcopus, in domum ecclesiæ ingreditur impudenter, argentum describit ecclesiæ, reliquasque res suæ redigit potestatem. Majores clericos numeribus ditat, largitur vineas, prata distribuit; minores vero fustibus, plagisque multis, etiam manu propria affecit, dicens: Recognoscite dominum vestrum, qui victoriam **267** de inimicis obtinuit, cujus ingenium Turonicam urbem ab Arvernensibus populis emundavit ^f; ignorans miser, quod præter quinque episcopos, reliqui omnes qui sacerdotum Turonicorum susceperunt, parentum nostrorum prosapia sua conjuncti. Illud sæpe suis familiaribus dicere erat solitus, quod hominem prudentem non aliter, nisi in perjuriis, quis decipere possit. Sed cum me reversum

^a Id itaque apud Suessionas contigit, a qua urbe Brennacum milibus circiter leucis distat. Fortunatus carmen 4 libri ix eccinit in Chilperici laudem, eo ipso tempore quo habitata fuit hæc synodus Brennacensis.

^b Ex hoc loco nonnulli colligunt Gregorium ter missam una die celebrasse, quem tamen alii ita interpretantur, ut Gregorius sese post celebratam missam, sacramento ad tria altaria de sua innocentia præstito, a crimine impuncto exuerit. Id autem fecit Gregorius, quod non deceret subdiaconum, seu minorem clericum adversus episcopum in testem recipi. Laici vero ad accusandos episcopos nequaquam admittuntur ex Canonum præscripto.

^c Hæc erat Rignuthis Chilperici et Fredegundis filia, de qua Gregorius passim agit. Dicitur regina pro illorum temporum more, quibus filia regum

^D reginæ appellabantur. Quin et vetus poeta sub Alemb nomine notus, Caroli M. venationem describens, ejusdem regis filias coronas in capite gestasse scribit.

^d Sic Regm. Nec aliud volebat Chlodoveus, quam Fredegundem moveream et regno pellere: siquidem jam interfectis fratribus suis, Thodeberto et Meroveo, regnum inisset adeptus. Editi vero eum Bece habent *interfectis fratribus et patre*, quasi patrem suum interficere cogitasset, quod parum verisimile est. Si enim Chilpericus fuisset interemptus, Chlodoveus tra-tra de Fredegunde pellenda deliberasset cum jam ipse fuisset omnium dominus, eamque pro libito pepulisset.

^e Regm., *semper idem in superbia, plenus omni nequitiâ. Nam.*

^f Ed. Chesn., *emendavit. Gregorius quippe erat Arvernus.*

adhuc despiceret, nec ad salutationem meam, sicut reliqui cives fecerant, adveniret, sed magis me interficere nuntaretur, cum consilio comprovincialium eum in monasterium removeri precipio. Cumque ibidem aretins distringeretur, intercedentibus Felicis episcopi missis, qui memoratae causae fautor existerat, circumvento perjuriis abbate, fuga elabitur, et usque ad Felicem accedit episcopum eumque ille ambienter colligit, quem execrari debuerat. Leudastes vero in Bituricum pergens, omnes thesauros quos de spoliis pauperum detraxerat, secum tulit. Nec multo post irruentibus Bituricis eum iudice loci super eum, omne aurum argentumque, vel quod secum detulerat, abstrahunt, nihil ei nisi quod super se habuit relinquentes, ipsamque abstulissent vitam, nisi fuga fuisset elapsus. Resumptis dehinc viribus, cum aliquibus Turonicis iterum irruit super praedones suos: interfectoque uno, aliqua de rebus ipsis recepit, et in Turonicum revertitur. Audiens haec Berulfus dux, misit pueros suos cum armorum apparatu ad comprehendendum eum. Ille vero cernens se jam jamque capi, relictis rebus, basilicam sancti Hilarii Pictavensis expetiit. Berulfus vero dux res captas regi transmisit. Leudastes enim egrediebatur **268** de basilica, et irruens in domos diversorum, praedas publicas exercebat. Sed et in adulteriis saepe infra ipsam sanctam porticum ^a deprehensus est. Com-

Amota autem regina, quod scilicet locus Deo sacratus taliter pollueretur, jussit eum a basilica sancti ejici. Qui ejectus, ad hospites suos iterum in Bituricum expetit, deprecans se oculi ab eis ^b.

LI. Et licet de beati Salvii episcopi colloentione superius (Cap. 45) memorare debueram, sed quia mente excessit, esse sacrilegum non arbitror, si in posterum scribatur. Igitur cum vale post synodum memoratam regi jam dicto, ad propria redire vellemus, non ante discedere placuit, nisi hunc virum libatis oculis liqueremus. Quem quaesitum in atrio Brinnacensis domus reperi. Cui dixi, quia jam eram ad propria rediturus. Tunc remoti paululum, dum hinc inde sermocinaremur, ait mihi: Videsne super hoc tectum quae ego suspicio? Cui ego: Video enim **B** supertegulum, quod nuper rex poni praecipit. Et ille: Aliud, inquit, non aspicias? Cui ego: Nihil aliud, inquam, video. Suspicabar enim quod aliquid joculariter loqueretur. Et adjei: Si tu aliquid magis cernis, enarra. At ille alta trahens suspiria, ait: Video ego evaginatum irae divinae gladium super domum hanc dependentem. Veruntamen non sefellit dictio sacerdotem; nam post dies viginti, duo filii regis, quos superius (Cap. 55) mortuos scripsimus, obierunt.

Explicitus est liber quintus, finitus in anno quinto Childeberti regis.

269-270. INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SEXTI.

Incipit liber sextus, inchoatus ab anno sexto ejusdem Childeberti.

- . Quod Childebertus ad Chilpericum transit; et de fuga Mummoli.
- I. De legatis Chilperici ab Oriente reversis.
- II. De legatis Childeberti ad Chilpericum.
- V. Quod Lupus a regno Childeberti fugatus est.
- V. Altercatio eum Judwo.
- VI. De sancto Hospitio reclauso, et abstinentia vel miraculis ejus.
- VII. De transitu Ferreoli Uccensis episcopi.
- VIII. De Eparchio reclauso Ecolismensis urbis.
- X. De Dominolo Cenomannorum episcopo.
- . De basilica sancti Martini effracta.
- I. De Theodoro episcopo, et Dyanio.
- II. De exercitu contra Bituricas commoto.
- III. de Lupo et Ambrosio Turonicis civibus interfectis.
- IV. De portentis quae apparuerunt.
- V. De obitu Felicis episcopi.
- VI. Quod Pappolenus uxorem suam recepit.
- VII. De Judæis per Chilpericum regem conversis.
- VIII. De legatis Chilperici ab Hispania reversis.
- IX. De hominibus Chilperici apud Urbiam fluvium.
- X. De obitu Chrodini ducis.
- XI. De signis ostensis.
- XII. De Cartherio episcopo.
- XIII. Quod Chilperico regi filius natus est.
- XIV. De insidiis Theodori episcopi, et de Gundovaldo.
- XV. De signis et prodigiis circa ea tempora visis.
- XVI. De Gunthramno duce, et Mummolo.
- XVII. Quod Chilpericus rex est Parisios ingressus.
- XVIII. De Marco referendario.
- XIX. De puellis monasterii Pictavensis, seu, De virtutibus quae in monasterio dominae Radeguntis factae sunt.
- XX. De obitu Tiberii imperatoris.
- XXI. De multis malis, quae Chilpericus rex in civitatibus fratris sui fieri jussit, vel ipse fecit.
- XXII. De interitu Leudastis.
- XXIII. De locustis, morbis, prodigiisque.

^a Regm., in ipsa basilica ante porticum.

^b Qua tandem ratione misere perierit, vide libro seq., cap. 52.

- XXXIV. De obitu filii Chilperici, quem Theodoricum vocavit.
 XXXV. De interitu Mummoli præfecti, et mulieribus intersectis.
 XXXVI. De Ætherio episcopo, et de clerici cujusdam libidine.
 XXXVII. De nece Lupentii abbatis Gaballitani.
 XXXVIII. De obitu Theodosii episcopi, et successore ejus.
 XXXIX. De obitu Remigii Biturigum episcopi; et de incendio urbis, et successione Sulpicii.
 XL. De altercatione nostra cum hæretico.
 XLI. Quod Chilpericus rex cum thesauris suis in Camaracensem abiit.
 XLII. Quod Childebertus in Italiam abiit.
 XLIII. De Galliciensibus regibus.
 XLIV. De diversis signis.
 XLV. De nuptiis Rigunthæ filiae Chilperici.
 XLVI. De interitu Chilperici regis.

LIBER SEXTUS.

271 I. Anno igitur sexto regni sui, Childebertus A rex, rejecta pace Gunthramni regis, cum Chilperico conjunctus est. Non post multum tempus Gogomoritur ^a, in ejus locum Wandelinus subrogatur. Mummolus a regno Gunthramni fuga dilabitur, et se infra murorum Avennicorum munitiorem concludit. Apud Lugdunum synodus episcoporum conjungitur ^b, diversarum causarum alterationes incidens, negligentioresque judicio damnans. Synodus ad regem revertitur, nulla de fuga Mummoli ducis, commissa de discordiis tractans.

II. Intra legati Chilperici regis, qui ante triennium ad Tiberium imperatorem abierant, regressi sunt non sine gravi damno atque labore. **272** Nam cum Massiliensem portum propter regum discordias adire ausi non essent, Agathæ ^c urbem, quæ in Gotthorum B regno sita est, advenerunt. Sed priusquam litus attingerent, navis acta vento, impulsæ terris in frustra minuitur. Legati vero eum pueris se in periculo cernentes, arreptis tabulis vix ripæ relati sunt, multis puerorum amissis; sed plerimi evaserunt. Res autem quas undæ littori invexerant, incolæ rapuerunt, ex quibus quod melius fuit recipientes, ad Chilpericum regem retulerunt. Multa tamen ex his Agathenses secum retinuerunt. Tunc ego Novigentum villam ^d ad occursum regis abieram; ibique nobis rex missorum ^e magnum, quod ex auro gemmisque fabricaverat in quinquaginta librarum pondere, ostendit, dicens: Ego hæc ad exornandam atque

^a Is est qui lib. v, cap. 47, dicitur nutritus regis. Et quidem lib. viii, cap. 22, *Vandelinus nutritor regis* obisse memoratur. Vide et epistolam Chamingi ducis ad eundem Gogonem a Frehero editam. Litterarum studiis fuisse deditum patet ex ipsiusmet epistola ad Trasericum, qui et alias scripsit ab eodem Frehero et Chesno editas. Brunehildem in Gallias adduxit, ut ex Fortunato patet, qui de ejusdem laudibus quatuor pr ora libri vii carmina edidit.

^b Ea est Lugdunensis in, ut videtur, licet anno Guotramni 22 congregata dicatur in inscriptione, id est anno 583, Childeberti octavo. In ea conditi sunt canonici sex, qui in collectionibus Concil. habentur. Mummoli fugam hoc ipso anno 581 memorat Marius.

^c Sic Corb. et Colb. Alii vero *Agathen*. Urbs est episcopalis notissima, vulgo *Agde*, sub Narbone metropoli, in Septimania.

^d Complures sunt hujus nominis villæ regie, quæ vulgo *Novent* appellantur. Ex cap. 5 patet hic Gre-

273 Francorum gentem feci. Sed e plurima adhuc, si vita comes fuerit, faciam. Aurea etiam singularum librarum pondere, quos imperator misit, ostendit, habentes ab una parte iconem imperatoris pictam, et scriptum in circulo: TIBERIUS CONSTANTINI. PERPETUI. AUGUSTI. Ab alia vero parte habentes quadrigam et ascensorem, continentesque scriptum: GLORIA. ROMANORUM. Multa autem et alia ornamenta, quæ a legatis sunt exhibita, ostendit.

III. Denique eum apud eandem villam commoratur, Egidius Rhemensis episcopus cum primis Childeberti proceribus in legationem ad Chilpericum regem venit, ibique colloquutione facta, ut ablato Gunthramni regis regno, hi se conjungere debeant in pace, ait Chilpericus rex: Filii mihi, peccatis inerecentibus, non remanserunt, nec mihi nunc alius superest hæres, nisi fratris mei Sigiberti filius, id est Childebertus rex: ideoque in omnibus quæ laborare poterit, hic hæres existat. Tantam dum advixero, liceat mihi sine scrupulo aut disceptatione euncta tenere. At illi gratias agentes, pactionibus subscriptis, ea quæ locuti fuerant firmaverunt, et ad Childebertum eum magnis muneribus sunt regressi. Quibus discedentibus, Chilpericus rex Leudovaldum episcopum eum primis regni sui direxit. Qui dat susceptoque sacramento ^h, pactionibusque firmatis munerati regressi sunt.

IV. Lupus vero dux Campanensis ⁱ, cum jamdiu ab adversis fatigaretur et spoliaretur assidue,

gorium loqui de una quæ in agro Parisiensi erat proindeque, aut de illa quæ ad Sequanam sita est infra Parisios, hodie *Saint-Cloud*, aut de ea quæ supra eandem urbem prope confluentes Matronæ in Sequanam, Vicennis vicina, hodieque *Novent* dicta.

^e Missorium vocabant pelvium seu discum. Aliquo nomine concham designatam voluit, nonnulli abacum cum omni suppellectile.

^f Vide Paul. Diacon. lib. iii Hist. Lang., cap. 15.

^g Corb., *Leodoaldum*, Bajocensem, ut videtur, quæ infra lib. ix, cap. 13, aut Abrincensem, qui tunc quoque vivebat.

^h Alii eod., excepto Corb., habent susceptoque *pace sacramento*.

ⁱ Regni, *Campaniensis*, et *Bad*, *Campaniæ*, quæ omnia eandem provinciam designant notissimam. Infra pro *adversis*, quæ lectio est Corb. et Colb., habent *diversis*.

præsertim ab Ursione et Bertefredo ^a, ad extremum A conventionione facta ut occideretur, commoverunt exercitum contra eum. Quod cernens Brunichildis regina, condolens fidelis sui insecutiones injustas, præcinctens se viriliter, irrupit medios hostium cunctos, dicens: Nolite, o viri, nolite malum hoc facere, **274** nolite persequi innocentem; nolite pro uno homine committere prælium, quo solatium regionis intereat. Hæc illa loquente, respondit Ursio: Recede a nobis, mulier. Sufficiat tibi sub viro tenuisse regnum. Hunc autem filius tuus regnat, regnumque ejus non tua, sed nostra tuitione salvatur. Tu vero recede a nobis, ne te ungulæ equorum nostrorum cum terra confodiant. Hæc et alia cum dintissime inter se prodississent, obtinuit reginæ industria ne pugnarent. Amen ab illo loco discedentes, irrucunt in domos Lupi et direpto omni præsidio ^b, fingentes se illud thesauro regis recondere, suis eum domibus inturunt, intendentes Lupo minas, atque dicentes: Vis virtutem nostram non evadet. At ille cernens se discrimine, tutata infra urbis Lugduni Clavati ^c viros conjuge sua, ad Guntchramnum regem conggit. A quo benigne susceptus cum eo latuit, expectans ut Childebertus ad legitimam perveniret atem.

V. Igitur Chilpericus rex, cum adhuc apud supradictam villam moraretur, impedimenta moveri præcians, Parisios venire disponit. Ad quem cum jam edicturus accederem, Judæus quidam, Priscus nunc, qui ei ad species coemendas familiaris erat, venit. Cujus cæsarie rex blande apprehensa manu, ad me, dicens: Veni, sacerdos Dei, et impone num super eum. Illo autem renitente, ait rex: Mens dura, et generatio semper incredula, quæ non intelligit Dei Filium ^d sibi prophetarum vocibus promissum; non intelligit ecclesiastica mysteria in sacrificiis figurata. Hæc eo dicente, Judæus ait: Vis non eget conjugio, neque prole ditatur, neque in consortem regni habere patitur, qui per Moyse ait: *Videte, videte quia ego sum Dominus, et que me non est deus* ^e. *Ego occidam, et ego vivere am; percutiam, et ego sanabo* (Deut. xxxii, 59). Hæc rex **275** ait: Deus ab spiritali utero Filium genuit sempiternum, non ætate juniorem, non ætate minorem, de quo ipse ait: *Ex utero antequam fierem genui te* (Psal. cix, 3). Hunc ergo ante

Colb., *Berahtfrido*.

Præsidium est pecunia, quæ auxilii causa seponitur; vel locus secretior, ubi ejusmodi pecunia servatur. Ex *L. si chorus*, § 1, *de legat.* 5. Præsidium semel Plautus usurpat pro pecunia.

Hodie Landunum appellatur, vulgo *Laon*, quæ in spercilio montis editissimi posita, diu inex-habibilis fuit, illustrata est episcopali sede a sancto Eligio.

In Corb. desunt hæc verba *Dei Filium*, et infra *et vox conjugio*. Bec. pro *ecclesiastica mysteria*, *et divina mysteria*.

Casin., *non est alius*.

Corb., *quod interpretatum, Nobiscum est Deus*.

l., *accipiet*, pro *conci-piet*.

A sanatorein, sicut ait propheta tuus: *Misit Verbum suum, et sanavit eos* (Psal. cvi, 20). Quod autem ais, quia ipse non generet, audi prophetam tuum dicentem ex voce dominica: *Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam* (Isai. Lxvi, 9)? hæc enim de populo, qui in eum per fidem renascitur, ait. Ad hæc Judæus respondit: Nunquid Deus homo fieri potuit, aut de muliere nasci, verberibus subdi, morte damnari? Ad hæc rege tacente, in medium me ingerens dixi: Ut Deus Dei Filius homo fieret, non suæ, sed nostræ necessitatis exstitit causa. Nam captivum peccato hominem, et diaboli servituti subiectum redimere non potuerat, nisi hominem assumpsisset. Ego vero non de Evangeliiis et Apostolo, quæ non credis, sed de tuis libris testimoniis præbens, proprio te mucrone confodiam, sicut quondam David Goliath legitur trucidasse. Igitur quod Deus homo futurus esset, audi prophetam tuum: *Et Deus, inquit, et homo, et quis cognovit eum?* Et alibi: *Hic est Deus noster, et non reputabitur alius præter eum; qui invenit omnem viam scientiæ, et dedit illam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Posthæc in terris visus est et cum hominibus conversatus est* (Baruch. iii, 56, 57, 58). Quod autem de Virgine nascitur, audi similiter prophetam tuum dicentem: *Ecce Virgo in utero concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus* ^f (Isai. vii, 14; Matth. i, 23). Quod verberibus subdi, quod clavis affigi deberet, et aliis quoque injuriis subjacere, vel affici, alius propheta ait: *Poderunt manus meas et pedes meos: diviserunt sibi vestimenta mea* (Psal. xxi, 17, 19). Et iterum: *Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto* (Psal. lxxviii, 22). Et quod per ipsum crucis patibulum labentem mundum, et diaboli ditioni subiectum restitueret in regno suo, idem David **276** ait, *Dominus regnabit a ligno* ^g (Psal. xcvi, 10). Non quod antea non regnaverit apud Patrem, sed super populam quæ a diaboli servitute liberaverat, rude regnum ^h accepit. Judæus ad hæc respondit: Quæ Deo fuit necessitas, ut ista pateretur? Cui ego: Jam dixi tibi, Deus hominem creavit innoxium, sed astu serpentis circumventus, prævaricator præcepti factus est: et ideo a sede paradisi ejectus, mundanis laboribus deputatus est; qui per mortem Unigeniti Dei Christi Deo reconciliatus est Patri. Judæus dixit: Non poterat Deus mittere prophetas aut apostolos, qui eum ad viam

^f In eodem cod. deest *et in siti mea*.

^g Has voculas *a ligno* a rabbinis abrasas nonnulli conquesti sunt, et quidem non habeantur in Vulgata. Eas tamen LXX interpretum auctoritas, et plerique antiqui Patres retinent. Certe in Gallicanis ecclesiis antiquitus receptas fuisse probatur non solum ex hoc Gregorii textu, et ex hymno Fortunati de sancta Cruce, sed etiam ex Psalterio in purpureis membranis, litteris argenteis aureisque exarato, quod olim usum fuit beato Germano Parisiensi episcopo, ac in nostro monasterio S. Germani a Pratis inter pretiosa antiquitatis cœmelia asservatur, in quo hæc eadem verba leguntur.

^h Regm., *liberaverat rudem, regno*.

revocarent salutis, nisi ipse humiliatus fuisset in carne? Ad hæc ego: A princepsio genus semper deliquit humanum, quem nunquam terruit nec submersio diluvii, nec incendium Sodomæ, nec plagæ Ægypti, nec miraculum maris, Jordanisque divisio: qui semper Legi Dei restitit, prophetis non credidit; et non solum non credidit, verum etiam ipsos prædicatores penitentiae interemit. Ideo nisi ipse ad eum descendisset redimere, hæc explere non poterat alter. Cujus nos nativitate renati, baptismo ablatis, vulnere curati, resurrectione erecti, ascensione glorificati sumus. Quod autem morbis nostris mederi venturus erat, propheta tuus ait: *Livore ejus sanati sumus* (Isa. LIII, 5). Et alibi, *Ipse peccata nostra portabit, et orabit pro transgressoribus* (Ibid. 42). Et iterum, *Sicut ovis ad occisionem ductus est: et quasi agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. In humiliatione judicium ejus sublatum est. Generationem ejus quis enarrabit* (Ibid. 7, 8)? *Dominus exercituum nomen ejus* (Isa. LIV, 5). De hoc et Jacob ille, de ejus te jaetas venisse generatione, in illa filii sui Judæ benedictione, quasi ad ipsum Christum Filium Dei loquens, ait: *Adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Juda. De gremine, fili mi, ascendisti, recubans dormisti quasi leo, quasi catulus leonis. Quis suscitabit eum* (Gen. XLIX, 8, 9)? *Pulchriores oculi ejus vino, et dentes ejus lacte candidiores* (Ibid. 12). *Quis, inquit, suscitabit eum?* Et licet ipse dixerit: **277** *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam* (Joan. x, 18), tamen Paulus apostolus ait: *Qui non crediderit quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus esse non poterit* (Rom. x, 9). Ille et alia nobis dicentibus, nunquam compunctus est miser ad credendum. Tunc rex silente illo, eum videret eum his sermonibus non compungi, ad me conversus, postulat ut accepta benedictione discederet. Ait enim: *Dicam, inquit, tibi, o sacerdos, quod Jacob dixit ad angelum qui ei loquebatur: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi* (Gen. xxxii, 26). Et hæc dicens, aquam manibus porrigit; quibus ablatis, facta oratione, accepto pane gratias Deo agentes, et ipsi accepimus, et regi porreximus, haustoque mero, valedicentes discessimus. Rex vero ascenso equite [I. equo] Parisius est regressus, cum conjuge et filia, et omni familia sua.

^a Reges ab episcopis benedicebantur, ut passim Greg. memorat. Hinc S. Hilarius contra Constantium scribens, ei exprobrat: *Osculo sacerdotes excipis, caput benedictionis mittis, ut fidem calces.*

^b Hieronymus ad Eustochium: *Nec cibi sumantur nisi oratione præmissa; nec recedatur a mensa, nisi referatur Creatori gratia.* Singula fercula signabantur, ex lib. 1 de Glor. Mart., cap. 80, infra. Et quadam Dei famula apud Gregor. M. lib. 1 Dialog., cap. 4, ut lacteam oblita signo crucis benedicere momordit, a demone correpta est.

^c Ex hoc loco negotiatores Ægyptios Gallias frequentasse colligitur, qui non solum herbas, sed et chartam illam papyraceam adeo celebrem afferebant. Unde Gregorius supra lib. v, cap. 5, Felici Namnetensi, qui eum conviciis impetierat, rescribens, cum-

VI. Fuit autem apud urbem Niensem eo tempore Hospitius reclausus magnæ abstinentiæ, qui constructus eatenis ad purum corpus ferreis, induto desuper cilicio, nihil aliud quam purum panem cum paucis dactylis comedeat. In diebus autem Quadragesimæ de radicebus herbarum Ægyptiarum, quibus eremitiæ utuntur, exhibentibus sibi negotiatoribus aliebat. Et primum quidem jus in quo coxerant haerens, ipse sumebat in posterum. Magnas enim peccatum Dominus virtutes dignatus est operari. Narquodam tempore, revelante sibi Spiritu sancto adventum Langobardorum in Gallias hoc modo prædixit: *Venient, inquit, Langobardi in Gallias, et devastabunt civitates septem, eo quod increverit malitia eorum in conspectu Domini, quia nullus est intelligens, nullus est requirens Deum, nullus est qui faciat bonum, quo ira Dei placeatur. Est enim omnis populus infidelis* **278** *perjuriis deditus, furtis obnoxius, in homicidio promptus, a quibus nullus justitiæ fructus ullatenus erescit; non decimæ dantur, non pauperes aluntur, non teguntur nudis, non peregrini hospitii recipiuntur, aut cibo sufficienter satiantur: ideo hæc plaga supervenit. Nunc autem dico vobis: Consergite omnem substantiam vestram infra murorum septa, ne a Langobardis diripiatur; et vos ipsos in locis firmissimis committite. Hæc eo loquente, omnes obstupescerunt et valedicentes eum magna admiratione ad propria sunt regressi. Monachis quoque dixit: Abscedite et vos a loco, auferentes vobiscum quæ habetis; ecce enim appropinquat gens quam prædixi. Dicentibus autem illis: Non relinquitur sanctissime pater, ait: Nolite timere pro me; futurum est enim ut inferant mihi injurias, sed non morientur usque ad mortem. Discedentibus autem monachis, venit gens illa; et dum cuncta quæ repererat vastat, pervenit ad locum ubi sanctus Dei reclausus erat. At ille per fenestram turris ostendit se eis. Illi vero circumvenientes turrem, aditum per quem ingrederentur ad eum, invenire non poterant. Tunc duo ascendentes detexerunt lectum, et vident eum cinctum catenis, indutumque cilicio, dicunt: Hic malefactor es, et homicidium fecit: ideo in ligaminibus vincetus tenetur. Vocatoque interprete sciscitantur ab eo quid mali fecerit, ut tali supplicaretur. At ille fatetur se homicidam esse, om-*

felitem futurum fuisse dicit, si ipsum Massilia habuisset episcopum, quod eo pacto satis chartæ habuisset pro describendis conviciis; enim scilicet eo frequenter advenit Ægyptii mercatores, qui ejusmodi chartas in Gallias advexerant. Vide Mabillon. lib. de Re Diplomat., cap. 8, et Alieserran in cap. lib. v hujus Historiæ.

^d Sic Corb.; alii vero, *gliscit... pauper alitur*, cætera in singulari numero; et sic habentur apud Paulum Diaconum lib. III Histor. Langobard., cap. ubi Hospitii laudes ex Gregorio describit. De decimæ solvendis cone. Matis. II, an. 585, can. 5. Fideles decimarum solutionem hortantur patres cone. Turon. II, an. 567, ad cladem advertendam, quæ minimebat.

nisque eriminis reum. Tunc unus, extracto gladio ut in caput ejus libraret, dextera in ipso ietu suspensa dirigit, nec eam ad se potuit revocare. Tunc gladium laxans, terræ dejecit. Hæc videntes socii ejus, clamorem in cœlum dederunt, flagitantes a sancto, ut quid agi oporteret clementer insinuaret. Ipse vero imposito **279** salutis signo, brachium sanitati restituit. Ille autem in eodem loco conversus, tonsurato capite fidelissimus monachus nunc habetur. Duo vero duces ^a qui eum audierunt, incolumes patriæ redditi sunt; qui vero contempserunt præceptum ejus, miserabiliter in ipsa Provincia sunt defuncti. Multi autem ex ipsis a dæmoniis correpti, clamabant: Cur nos, sancte et beatissime, sic crucias et incendis? sed imposita eis manu, mundabat eos. Posthæc homo erat Andegavensis incolæ, qui per nimiam febrem eloquium pariter auditumque perdidit; et cum de febre convalesceret, surdus permanebat ac mutus. Igitur diaconus ex provincia illa Romam directus est, ut beatorum apostolorum pignora, vel reliquorum sanctorum qui urbem illam muniant, exhiberet. Qui cum ad parentes infirmi illius pervenisset, rogavit ut eum sibi comitem itineris sumere dignaretur, confisi quod si beatissimorum apostolorum adiret sepulera, protinus posset assequi medicinam. Euntibus autem illis, venerunt ad locum ubi beatus Hospitius habitabat. Quo salutato ac deosculato, causas itineris diaconus perdit, ac proficisci se Romam indicat, seseque his qui sancto viro de naucleis amici essent, commendari deposit. Cumque ibi adhuc moraretur, sensit vir beatus per Spiritum Domini adesse virtutem. Et ait diacono: Infirmum qui comes tui nunc est itineris, rogo ut meis conspectibus representes. At ille nihil moratus, velociter ad meatum vadit, invenitque infirmum febre plenum, qui per nutum aures suas dare timidum indicabat; apprehensumque ducit ad sanctum Dei. At ille apprehensa manu cæsarie, attraxit caput illius in fenestram, assumptoque oleo benedictione sanctificato, tenens manu sinistra linguam ejus, ori verticique capitis infudit, dicens: In nomine Domini mei Jesu Christi aperiatur aures tuæ, reseretque os tuum virtus illa, quæ quondam ab homine surdo et muto voxinm eiecit dæmonium. Et hæc dicens, interrogat nomen. Ille vero clara voce ait: Sic dicor^b. Cum hæc vidisset diaconus, ait: Gratias tibi immensas refero, Jesu Christe, qui talia per servum **280** tuum dignaris ostendere. Quærebam Petrum, quærebam Paulum Laurentiumque, vel reliquos qui Romam proprio cruore illustrant: hic omnes reperi, hic cunctos inveni. Hæc eo cum maximo fletu et

A admiratione dicente, vir Dei omni intentione vanam vitans gloriam, ait: Sile, sile, dilectissime frater, non hæc ego facio, sed ille qui mundum ex nihilo condidit, qui pro nobis hominem suscipiens, cæcis visum, surdis auditum, mutis præstat eloquium, qui leprosis cutem pristinam, mortuis vitam, et omnibus infirmis affluentem medicinam indulget. Tunc diaconus gaudens et valedicens, absecessit cum comitibus suis. Quibus discedentibus, homo quidam. Dominicus, sic enim erat viro nomen, a nativitate cæcus, advenit ad istius miraculi virtutem probandam. Qui dum in monasterio duobus aut tribus mensibus resideret, orationi ac jejuniis vacans, tandem vocat eum ad se vir Dei, et ait: Vis recipere visum? Cui ille ait: Voluntas, inquit, mea erat ignota cognoscere ^c. Nam quæ sit lux ignoro. Unum tantum scio, quod ab omnibus collaudatur ^d; ego autem ab initio ætatis meæ usque nunc videre non merui. Tunc cum oleo benedicto super oculos ejus crucem sanctam faciens, ait: In nomine Jesu Christi redemptoris nostri aperiatur oculi tui. Et statim aperti sunt oculi ejus; et erat admirans, cernensque magnalia Dei, quæ in hoc mundo videbat. Dehinc mulier quædam, quæ, ut ipsa declamabat, tria habens dæmonia, ad eum adducta est; quam cum tactu sacro benedixisset, atque ex oleo sancto crucem fronti ejus imposuisset, ejectis dæmonibus purgata discessit. Sed et aliam puellam, ab spiritu immundo vexatam, benedictione sanavit. Cum autem jam dies obitus ejus appropinquaret, vocavit ad se præpositum monasterii, dicens: Exhibe ferramentum, et irrumpe parietem, et mitte nuntios ad episcopum civitatis, ut veniat ad me sepeliendum. Die enim tertia ab hoc egredior mundo, et vado in requiem destinatam, quam mihi Dominus repromisit. Hæc eo dicente, misit præpositus monasterii ad episcopum civitatis Nicensis, qui ei hæc nuntiarent. **281** Posthæc Crescens quidam venit ad fenestram, et videns eum catenis vinctum, vermibus plenum, ait: O domine mi, qualiter tam valida tormenta tolerare tam fortiter potes? Cui ille ait: Confortat me ille pro cujus nomine hæc patior. Dico autem tibi, quia jam absolvor ab his vinculis, et vado in requiem meam. Adveniente autem die tertia, deposuit catenas quibus vinctus erat, prostravitque se in orationem; et cum duntissime cum lacrymis orasset, collocans se super scammum, extensis pedibus, elevatisque ad cœlum manibus ^e, gratias agens Deo, tradidit spiritum. Et statim omnes vermes illi, qui sanctos artus perforabant, evanuerunt. Adveniens autem Anastasius ^f episcopus beatum corpus studio-

lam-liberam visitur. Peninsula est, ut scribit Petrus Joffredi, tribus circiter passuum millibus a Nicea urbe dissita, prope Herenteli seu Villæ-liberæ portus lauces versus orientem; ex corrupto S. Hospitii nomine dicitur vulgæ, *San-Sospir*, ubi exstabant adhuc ejus auctoris temporis monasterii rudera; turris vero et templi ipsius nomine dicati reliquæ destructæ sunt ab annis circ. 60, cum a ibidem, jubente Victore Amedeo Sabaudia duce, constructa fuit Ec-

^a In Regm., *Duo vero qui eum adierunt*. Paulus tamen libro laudato, cap. 2, habet *duo duces*.

^b Colb. et Chesn., *Pir dicor*

^c Regm., *ignota conspicere*.

^d Corb., *ab hominibus laudatur*.

^e Regm., *pedibus ac manibus, elevatisque ad cœlum oculis*.

^f Mirum est Anastadium in episcoporum Nicensium catalogo emitti. Locus ubi vixit Hospitius prope Vil-

sisissime sepulturæ mandavit ^a. Hæc omnia ab ipsius ore cognovi, quem superius mutum et surdum ab eo sanatum exposui, qui multa mihi et alia de ejus virtutibus narravit : sed prohibuit me res illa loqui, quia audiivi Vitam ipsius a multis fuisse conscriptam.

VII. Eo ^b tempore Ferreolus Uccensis episcopus, magnæ vir sanctitatis, obiit, plenus sapientia et intellectu; qui libros aliquos epistolarum, quasi Sidonium secutus, composuit. Post ejus obitum Albinius ex præfecto per Dynamium ^c rectorem Provinciæ extra regis consilium suscepit episcopatum; quo non amplius quam tribus utens mensibus, cum ad hoc causa restitisset ut removeretur, defunctus est. Jovinus iterum qui quondam Provinciæ rector fuerat, regium de episcopatu præceptum accipit. Sed prævenit eum Marcellus diaconus, Felicis senatoris filius. Qui convocatis comprovincialibus, per consilium Dynamii episcopus **282** ordinatus est. Sed et ipse vi pulsatus deinceps a Jovina, ut removeretur, conclusus in civitate, virtute se defensare nitetur, sed cum non valeret, muneribus vicit.

VIII. Obiit ^d et Eparchius reclausus Egolismensis, vir magnificæ sanctitatis, per quem Deus multa miracula ostendit, de quibus, relictis plurimis, pauca perstringam. Petrogoricæ urbis incolâ fuit, sed post conversionem clericus factus, Egolismam veniens, cellulam sibi edificavit. In qua collectis paucis monachis, in oratione morabatur assidue; et si ei aliquid auri argentique offerebatur, aut in necessitatibus pauperum, aut in redemptione captivorum distribuere solent. Paris in cellula illa eo vivente coctus nunquam fuit, sed a devotis cum necessitas exegisset, inferre solent. Magnam enim catervam populorum de oblationibus devotorum redemit; pusularum ^e malarum venenum crucis signo sæpe compressit, dæmones de obsessis corporibus oratione abegit, et iudicibus plerumque ut culpabilibus ignoscerent, dulcedine profusa imperavit, potius quam rogavit. Nam ita erat dulcis alloquio, ut ei negare non possent, cum fuisset

eclesia S. Joannis illidem structa, monachis deficientibus Ebrardo abbati et monachis S. Pontii subjecta fuit ab Archimbaldo episc. Niciensi, sæculo XI labente.

^a Corpus ejus in ipsa ecclesia cathedrali Niciensi etiam nunc asservari dicitur, ubi colitur die 15 Octob. Memoratur autem in martyrologio Romano die 24 Maii. De hoc iterum Gregorius lib. de Gloria Confess., cap. 97.

^b Hoc caput deest in Corb. et Colb. Ferreolum uti martyrem plerique colunt. Ejus vitam ex ms. Tolosano edidit Mare. Ant. Dominici, ubi festum ipsius in nonas Januarii celebrari dicitur. Monasterium condidit, regulamque scripsit, non semel editam, quæ habetur in Codice regularum et in Concordia Benedicti Anianæ abbatis.

^c De Dynamio non semel infra Gregorius. Is ipse est qui scripsit Vitam S. Marii abbatis Bodanensis in diocesi Sistaricensi. Vitam S. Maximi Reorum episcopi, etc.; litteras vero a Gregorio Magno cum aliquot nunusculis recepit. Ejusdem laudes cecinit Fortunatus lib. vi, carm. 11 et 12, ubi etiam de Albino, Jovino et Theodoro, de quibus hic Gregorius et infra cap. 11.

A indulgentiam deprecatus. Quodam vero tempore dum pro furto quis ad pendendum deduceretur, quod et in aliis multis sceleribus, tam in furtis, quam in homicidiis accusabatur ab incolis criminosius, et hæc ei nuntiata fuissent, misit monachum suum ad deprecandum judicem ^f, ut scilicet culpabilis ille vitæ concederetur. Sed insultante vulgo atque vociferante, quod si hic dimitteretur, neque regioni, neque judicibus possit esse consultum, dimitti non potuit. Interea extenditur ad trocleas, **283** virgis ac fustibus caeditur, et patibulo condemnatur. Cumque mortuus monachus abbati renuntiasset : Vade, inquit, attende a longe, quia scito quod quem homo reddere noluit, Dominus suo munere donabit. Tu vero cum eum cadere videris, protinus apprehensum adducito in B monasterium. Monacho vero jussa complente, ille prosternitur in oratione, et tam diu in lacrymis ad Dominum fudit preces, quoadusque disrupto obice eum catenis terræ restitueretur appensus. Tunc monachus apprehensum eum, abbatis conspectibus incolumem repræsentat. At ille gratias Deo agens, comitem accessiri jubet, dicens : Semper me benigno animo solitus eras audire, fili dilectissime; et cur hodie induratus hominem, pro cuius vita rogaveram, non laxasti? At ille : Libenter te, inquit, audio, sancte sacerdos; sed insurgente vulgo aliud facere non potui, timens super me seditionem moveri. Et ille : Tu, inquit, **284** me non audisti, Deus autem audire dignatus est, et quem tu tradidisti morti, ille vitæ restituit. En, inquit, coram te astat sanus. Hæc eo dicente, prosternitur ad pedes ejus comes stupens, ^h quod videbat vivere quem in mortis interitu reliquisset. Hæc ego ab ipsius comitis ore cognovi; sed et alia multa fecit, quæ insequi longum putavi. Post quadraginta quatuor vero annos reclusionis suæ parumper febre pulsatus, tradidit spiritum, protractusque a cellula, sepulturæ mandatus est. Magnus autem conventus, ut diximus, de redemptis in ejus processit exsequiis ⁱ.

IX. Domnolus ^j vero Cenomannorum episcopus

^a Hoc caput, quod deest in Corb. et Colb., laudatur in libro de Miraculis sancti Eparchii, cujus verba dedimus inter Elogia a variis auctoribus nostro Gregorio data.

^e Regm., *pustularum*.

D ^f Eum infra comitem appellat. Et revera comites ad dicendum jus in civitatibus erant instituti.

^g Sic Casin. et Bec.; alii, *In terra extenditur, ad*.

^h Sic cod. Regm.; alii, *ad pedes comitis stupentis*.

ⁱ Obiit anno 581, die 1 Julii, quo ejus festivitas recolitur. Ejus Vitam habes inter Acta SS. Ord. S. Benedicti Sæc. I, p. 267. Item apud Gononum, et simul cum libro de ejus virtutibus in tomo I Bibliothecæ novæ Labbei; ex qua patet Eparchium triginta solummodo et novem annos reclusum vixisse. Sed fortasse Gregorius totum tempus designare voluit, ex quo Eparchius monasticam vestem suscepit a Martino Sedaciani monasterii abbate. De eo iterum Gregorius lib. de Glor. Confess., cap. 101. Vulgo dicitur *saint Cybar*, sub cuius nomine exstat monasterium Ordinis nostri prope urbem Inenlismam; sed ejus reliquæ a Calvinistis combustæ sunt anno 1558.

Hoc caput deest in Colb. et Corb. At Regm. ha-

ægrotare cœpit. Tempore eum Chlothacharii regis apud Parisios ad basilicam sancti Laurentii a gregi monasteriali præluerat; sed quoniam, Chlilberto seniore vivente, semper Chlothachario regi fidelis exstitit, et nuntios illius ad speculandum missos crebrius occulebat, præstolabatur **285** rex locum in quo pontificatus honorem acciperet. Migrante autem Avenniensis civitatis pontifice, istum illuc dare deliberaverat. Sed beatus Domnolus hæc audiens, ad basilicam sancti Martini antistitis, quo tunc Chlothacharius rex ad orationem venerat, accessit, et nocte tota in vigiliis excubans, per priores qui aderant, regi suggestionem intulit ut non quasi captivus ab ejus elongaretur aspectu, nec permetteret simplicitatem illius inter senatores sophisticos ac iudices philosophicos fatigari, asserens hunc locum humilitatis sibi esse potius, quam honoris. Ad hæc rex annuens, migrante Innocentio Cenomannorum episcopo, ipsum Ecclesiæ illi antistitem destinavit. Jam assumpto episcopatu, talem se tantumque præbuit, ut in summæ sanctitatis culmen evectus, debili usum

bet hic *Mummolus*, sed infra, ut cæteri, *Domnolus*. Subscripsit conc. Turon. II, an. 567.

^a Hæc basilica etiam nunc perstat, parochiali titulo insignita, ubi paucis ab hinc annis reperta sunt antiqua sarcophaga gypsea, quæ nongentos circiter annos præferebant, quibus apertis nigræ vestes, et monachorum effigies visæ sunt, sed quæ ut primum puriori aere afflatæ fuerunt, in pulverem sunt redactæ, quod sæpe nobis testatus est V. Cl. Nicolaus Gobillon, doctor Sorbonicus, ejusdem ecclesiæ pastor, et illustriss. archiepiscopi Paris. vicarius generalis. Basilica sancti Martini, hic quoque memorata, haud procal a Laurentiana dissita est, hodie sub sancti Martini a Campis nomine celebris, de qua lib. I de Mirac. S. Martini, cap. 19. Porro Cointius ad annum 655 indicatur Domnolum unquam abbatem S. Laurentii fuisse, totumque hoc Gregorianæ historiæ caput rejicit, tanquam ab imperito interpolatore additum; idque ob duas potissimum rationes: 1^o quod a codd. Corb. et Colb. absit; 2^o quod multa in eo habeantur Vitæ S. Domnoli, ab auctore gravi et æquali scriptæ, omnino contraria. Verum quod caput istud in aliquot scriptis desideretur, non inus inficiat; sed cum in aliis, et quidem vetustis et optimæ notæ codd., scilicet Beccensi, Casin., etc., habeatur, nihilque in eo occurrit quod a Gregorii genio aut stylo abhorreat, ipsum Gregorio abjudicari non debere ob hanc rationem contendimus. Quod vero ad Vitæ S. Domnoli scriptorem attinet, animus non est hic de ejus auctoritate disceptare, an tanta censeri debeat, quæ Gregorii textum, qualis nunc exstat, possit elevare. Id unum dicimus, diversa ab his auctoribus de Domnolo enarrari, sed non contraria. Et quidem quæ de Domnolo jam episcopo, aut de ejus morte narrat noster Gregorius, a vero non abhorrent, nec sunt Vitæ auctori opposita, ut ipse Cointius fatetur. Equidem duos solummodo supra viginti annos episcopatus Domnolo tribuit Gregorius, quod Cointii calculo non quadrat; at id Vitæ auctori, quod unum inquirimus, non adversatur, qui nec tempus initæ sedis, nec Domnoli obitus annum designavit. Non etiam refragantur vetera instrumenta; immo Papebrochius qui ad diem 16 Maii Bollandiani eandem vitam refert, et Gregorium interpolatum fuisse suspicatur ob mss. codd. Attamen Domnolum post 22 annos episcopatus successorem impetrare potuisse fatetur, eo quod nulla mentio Domnoli episcopi Cenomannensis in actis publicis occurrit ante concilium Turon. II, anno 597, et certum sit Cenomannensem ecclesiam

A gressum, cæco ^b restitueret visum. Qui post viginti duos episcopatus annos, dum se cerneret morbo regio calculoque gravissime fatigari, Theodulfum abbatem in locum suum prælegit, cujus assensui rex præbuit voluntatem: sed non multum post tempus, mutata sententia, in Badochisilum ^c domus regie majorem transfertur electio. Qui tonsuratus gradus, quos clerici sortiuntur, ascendens, post quadraginta dies, migrante sacerdote, successit.

X. His ^d diebus basilica sancti Martini a furibus effraeta fuit. Qui ponentes ad fenestram absidæ cancellum, qui super tumulum ejusdam defuncti erat, ascendentes per eum, effraeta vitrea sunt ingressi, auferentesque multum auri argentique, et palliorum holosericornum, abierunt, non metuentes sanctum sepulcrum pedem ponere, ubi vix vel os applicare præsumimus. Sed virtus sancti voluit hanc temeritatem etiam cum iudicio manifestare terribili. Nam hi perpetrato scelere ad Burdegalensem civitatem venientes, orto scandalo, unus alterum interemit; sicque patefacto opere, furtum repertum est, ac

post Innocentii obitum vacasse diu, immo et aliquot annis ab Scienfredo pseudoepiscopo fuisse occupatam. Jam vero noster Gregorius scripsit Domnolum, antequam esset episcopus, abbatem S. Laurentii Parisiis, Chlotario regi acceptissimum, ab eoque Avenionensi sedi destinatum, quam ille respuens, postea Cenomannensis episcopus factus sit. De his nihil omnino Vitæ auctor, sed contraria apud eum non invenias: immo vero ipse testatur se Vitam beati viri scripturam ab eo solummodo tempore, quo sedi Cenomannensi præfuisse cœpit: *Ab illo, inquit, tempore, aspiciamur, quo nos glorioso suo adventu illustrare, nobiscumque manere ex Dei providentia jussus est.* Eum itaque post multas peregrinationes, et quidem jam episcopum consecratum, Cenomannos advenisse narrat, statimque a clero et populo electum fuisse. Sed nihil prorsus habet de anterioribus gestis, quæ ex Gregorii textu repetere nihil vetat. Immo maxima inter sanctum Germanum Parisiensem, et ipsum Domnolum familiaritas, quæ semper, ipso etiam auctore Vitæ attestante, viguit, Gregorio nostro lavet, qui Domnolum in ipsa Parisiensi civitate abbatem fuisse scripsit, eo sane tempore quo beatus Germanus eidem urbi episcopus præerat. Hæc paulo fusius necessitate eogente tractavimus ad vindicandum Gregorii textum.— S. Domnolus celebre monasterium in suburbio Cenomannensi condidit in honorem S. Vincentii, ubi sepultus est. Quod etiam nunc perseverat sub Ordine sancti Benedicti et Cong. S. Mauri, abbatis regularis privilegio gaudens. Corpus S. antistitis e terra levatum fuit anno 1124, ab Hildeberto episc. Cenomannensi, præsentate Fulcone juniore Andecavorum eomite, ut ex charta ejusdem monasterii didicimus. Hodie servatur in theca argentea auro limata, operis exquisitissimi, quam cardinalis Luxemburgius fieri curavit.

^b Claudus appellabatur Rainarius, et hic cæcus Stagrius, ex Vitæ auctore.

^c Regni, *Baldechilum*. Is est Badochisilus, ut habet Chesn., de quo non semel infra Gregorius. Subscripsit conc. Matis. II, an. 585. Mirum est autem de eo nihil prorsus haberi in actis episcoporum Cenomann., quæ tomo III Analect. Mabilon. edita sunt. Vide lib. III Mirac. S. Martini, cap. 35. Hæc prima est, ni fallor, mentio majoris domus apud Gregorium.

^d Hoc cap. deest in Corb. et Colb.; exstat tamen apud Frædeg., cap. 87.

de hospitali eorum **286** argentum eorum tantum ^a et pallia sunt extracta. Quod cum regi Chilperico ^b nuntiatum fuisset, jussit eos alligari vinculis, et suo conspectui presentari. Tunc ego metuens, ne ob illius causam homines morerentur, qui vivens in corpore pro perditorum vita sæpius deprecatus est, epistolam regi preceationis transmisi, ne nostris ^c non accusantibus, ad quos prosecutio pertinebat, hi interficerentur. Quod ille benigne suscipiens, vitæ restituit. Species vero quæ dissipatæ fuerant, studiosissime componens, loco sancto reddi præcepit.

XI. Apud ^d Massiliensem vero urbem Dynamius rector Provinciæ graviter insidiari Theodoro episcopo cœpit. At ille ad regem properare disponens, comprehensus ab eo in medio civitatis tenetur, et graviter injuriatus, tandem laxatus est. Clerici autem Massilienses dolum cum Dynamio moliebantur, ut ab episcopatu ejiceretur. Sed dum ad regem Childebertum ambularet, cum Jovino ex præfecto a Guntchramno rege detineri jubetur. Quod audientes Massilienses clerici, gaudio magno repleti quod jam teneretur, jam deputaretur exsilio, quod jam in hoc res perstitisset, ut nunquam Massiliam reverteretur, domos ecclesiæ apprehendunt, ministeria ^e describant, registoria reserant, promptuaria exspoliant, omnesque res ecclesiæ, tanquam si jam mortuus esset episcopus, pervadunt, diversa crimina de pontifice proloquentes, quæ falsa, Christo auspice, deprehenduntur [*Al. deprehendit*]. Childebertus vero postquam cum Chilperico pacificatus est, legatos ad Guntchramnum regem mittit, ut medietatem Massiliæ, quam ei post obitum patris sui dederat, reddere deberet. Quod si nollet, noverit se multa perditorum pro partis istius retentione. Sed ille cum hæc reddere nollet, vias claudi præcepit, ut nulli per regnum ejus transeundi aditus panderetur. Hæc cernens Childebertus, Gundulfum ex domestico ^f **287** ducem factum, de genere senatorio, Massiliam dirigit. Qui cum non auderet ambulare jam per Guntchramni regnum, Turonis venit. Quem benigne susceptum, recognosco matris meæ avunculum ^g esse, retentumque mecum quinque diebus, impositisque necessariis, abire permisi. Ille vero progressus, Mas-

siliam ingredi, obsistente Dynamio, non valebat. Sed nec episcopus, qui jam tunc cum Gundulfo venerat, in ecclesia sua recipiebatur. Dynamius autem una cum clericis portas obserat urbis, insulians pariter ac utrumque despiciens, episcopum, scilicet et Gundulfum. Tandem ad colloquium duceis ascitus, in basilicam beati Stephani, quæ urbi est proxima, venit. Ostiarii enim custodiebant ædis ingressum, ut introeunte Dynamio valvæ protinus clauderentur. Quo facto exclusæ armatorum turbæ post Dynamium ingredi nequiverunt. Quo non intelligente, dum diversa inter se super altarium conferunt, recedentes ab altario, saluatorium ingrediuntur. Introentem cum his Dynamium, undatumque jam a suorum solatio [*I. auxilio*], terribiliter increpant. Fugatisque satellitibus, qui cum armis eo abducto ^h circumstrepabant, seniores civium ad se dux una cum episcopo collegit, ut civitatem ingrederetur. Tunc Dynamius hæc omnia cernens, veniam petens, datis duci multis muneribus, reddito etiam sacramento se fidelem episcopo deinceps regique futurum, suis induit indumentis. Tunc reseratis tam portarum quam sacrarum ædium valvis, ingrediuntur utrique civitatem, dux scilicet et episcopus, cum signis et laudibus, diversisque honorum vexillis. Clerici autem qui sceleri huic misti fuerant quorum caput Anastasius abbas et Proculus presbyter ⁱ erant, **288** intra Dynamii tecta confugiunt, petentes ab eo opem refugii, a quo fuerant incitati. Multi tamen eorum per idoneos fidejussores dimissi, ad regem jussi sunt ambulare. Interea Gundulfus subjugata civitate in Childeberti regis ditionem, restitutoque in locum suum antistite, ad regem Childebertum regressus est. Sed Dynamius inmemor fidei quam Childeberto regi promiserat, ad Guntchramnum regem nuntios dirigit, dicens quod partem sibi debitam civitatis per episcopum perderet, nec unquam Massiliensem urbem suo potiretur dominio, nisi hic revelatur ab ea. At ille ira commotus, jubet, contra fas religionis, ut pontifex summi Dei arcatus vinculis sibi exhiberetur, dicens: Trudatur exsilio inimicus regni nostri, ne nobis nocere amplius valeat. Sed cum episcopus de his suspectus esset, nec facile pos-

^a Sic Regm. et Bad.; alii, *communitum*.

^b Regm., *Chlotario*.

^c Sic Casin. et Regm. Editi vero cum Bec., *ne nobis*.

^d Deest in Corb. et Colb.; non tamen ab interpolatore additum est. Vide notas in cap. seq. et in cap. 24 hujus libri.

^e Id est vasa sacra, ubi observandum jam consuetudinem tunc invaluisse, ut defuncto episcopo, clerici quæcumque poterant diriperent.

^f Domestici erant, qui excubabant in palatio principis, eorumque præpositus appellabatur comes domesticorum. Sub regibus nostris præfecti fuerunt villis regis, ut patet ex l. b. n. Marculfi formula 52, quæ domesticis, qui supra regis villas erant, directa est, ut occasione filii regis reventis nati servos aliquot libertate donarent. Eosdem regi ad placita properanti expeusas parasse innuit noster Gregorius lib. x, cap. 28. Domestici inter regni optimates recensentur in præf. legum Burgund. et leg. Ripuariorum cap. 90: regi assidebant ex Marculfi formulis. Videsis placit-

tum Chlodovei III, lib. vi de re Diplomati., n. 19, et Childeberti III, n. 24. Generis autem senatorii nomine, de quo hic et passim Gregorius, familiæ designantur, quæ tempore Romanorum in senatum admissæ fuerant. Multi enim provinciales, maxime e Gallia, civitate donati fuerant, aliquot etiam in senatum allecati. Ejusmodi dicebantur senatores peregrini, qui ut plurimum ne facie quidem Romam noverant. Nolum tamen iustificari Gregorium quandoque *senatores* nonnullos appellare, quod illi ex suæ urbis primoribus essent. Vide Cangii Glossarium.

^g Fratrem scilicet S. Nicetii episc. Lugdun., ut observat Cointius.

^h Sic Regm. et Bec., alii, *adducto*.

ⁱ Regm., et *Proculus abba*. Bad., *Proculi presbyteri*. Porro Anastasius abbas erat sancti Victoris, monasterii etiam nunc apud Massiliam celeberrimi, Ord. S. Benedicti, quod a Joanne Cassiano sæculo quinto conditum fuit.

set ab urbe erui, advenit festivitas dedicationis oratorii ruris suburbanii. Cumque ad hæc festa egressus civitatem properaret, subito armati cum magno fremitu ab oculis insidiis scatescentes, sanctum valant antistitem, dejectumque ab equo fugant omnes comites ejus, servientes alligant, clericos cædunt, ipsumque super miserabilem imponentes caballum, nullum de suis sequi permittentes, ad regis deducunt præsentiam. Cumque per Aquensem præterirent urbem, Pientius^a episcopus loci, comitens fratri, datis clericis ad solatium, impositisque necessariis, abire permisit. Dum hæc agerentur, clerici iterum Massilienses domos ecclesiæ reserant, arcana rimantur, et alia describunt, alia suis domibus inferunt. Episcopus vero ad regem deductus, nec culpabilis inventus, ad civitatem suam redire permissus, cum grandi est a civibus laude susceptus. Ex hoc autem **239** gravis inimicitia inter Guntchrannum regem et Childebertum nepotem suum exoritur, disruptoque fœdere sibi invicem insidiabantur.

XII. Igitur Chilpericus rex cervens has discordias^b inter fratrem ac nepotem suum pullulare, Desiderium ducem evocat, jubetque ut aliquid nequitia inferat fratri. At ille, commoto exercitu, Ragnovaldo^c duce fugato, Petrogoricum pervadit, exactoque sacramento Aginnum pergit. Hæc audiens uxor Ragnovaldi, quod scilicet, fugato viro suo, hæc et civitas in potestatem regis Chilperici redigeretur^d, basilicam sancti martyris Caprasii expetiit. Sed extracta exiit, et spoliata facultate ac solatio famularum, datis lidejussoribus Tolosam dirigitur: ibi que iterum in basilica sancti Saturnii ingressa residebat. Desiderius vero cunctas civitates, quæ in parte illa ad regem Guntchrannum aspicebant, abstulit, et ditioribus regis Chilperici subegit. Berullus vero dux, cum Bituriges^e crussitare, quod Turonicum terminum ingrederentur, audisset, exercitum commovet, et se in ipsos fines statuit. Graviter tunc pagi

A Isiodorensis¹ ac Berravensis urbis Turonicæ devastati sunt. Sed et postea crudeliter qui in hac obsidione adesse non poterant, sunt damnati. Bladastes⁶ vero dux in Vasconiam abiit, maximamque partem exercitus sui amisit.

XIII. Lupus^h vero urbis Turonicæ civis, cum, uxore perilita ac liberis, clericatum expeteret, a fratre Ambrosio prohibitus est, timens ne hæredem institueret Dei ecclesiam, si ei conjungeretur; rursumque illi uxorem providit, et diem in quo ad sponsalia donanda conjungerentur, male suavis **290** frater indicit. Dehinc ad Caisionense castrum, ubi hospitium habebant, pariter advenerunt. Sed uxor Ambrosii cum esset adultera, et alium amore lupanario, exoso marito, diligeret, insidias viro tetendit. Cumque hi germani pariter epularentur, et nocte usque ad ebrietatem vino maduissent, in uno strato pariter quieverunt. Tunc mœchus uxoris Ambrosii, nocte veniens, quiescentibus cunctis et vino depressis, accensis igne paleis, ut videret quid agerent [*Al. ageret*], extracto gladio, Ambrosium in capite librat, ita ut descendens per oculos gladius cervical capitis amputaret; in quo ictu expergefactus Lupus, et se in sanguinem volutari decernens, exclamat voce magna, dicens: Heu, heu! succurrite, frater meus interfectus est. Mœchus vero, qui jam perpetrato scelere discedebat, hæc audiens, regressus ad lectum, Lupum adit. Quo repugnante, multis plagis laeratum oppressit, et mortali ictu sauciatum, semivivum reliquit; sed nullus de familia sensit. Mane autem facto, stupebant omnes de tanto scelere. Lupus tamen adhuc vivens inventus, sicut actum fuerat referens, spiritum exhalavit. Sed nec longum meretrix lugendi sumpsit spatium: sed paucis diebus interpositis conjuncta mœcho discessitⁱ.

XIV. Anno igitur septimo Childeberti regis, qui erat Chilperici et Guntchranini vicesimus et primus, mense Januario, pluviae, coruscationes atque toni-

celebratur die 20 Octobris. Basilica S. Saturnii apud Tolosam, quo postea confugit hæc mulier, insigne est hodie canonicorum sæcularium collegium.

^e Corb. et Regm., *Bituricos*; Bad., *Biturigos*; et quidem hic designantur homines regionis Bituricensis.

^f Corb., *pagus Siodunensis*. Regm. mendose, *Autisiodorensis aut*. Sed retinenda vulgata lectio; nam Isiodorum seu Isidorium est vicus ad Crosam fluvium, vulgo *Iserre* aut *Isure* dictus, qui confinis est Biturigibus Cubis. Berravensis vero vicus est *Barou* prope eundem fluvium, haud præcise ab Isiodoro, ut observat Valesius in Notitia Galliarum. In utroque loco ecclesiam fuisse edificatam notat Gregorius lib. x, cap. ultimo.

^g Alii, *Bladastes*, aut *Bladastis*. Corb., *Baudastis*. Vasconiam hic intellige veterum Vasconum sedem in Pyrenæis jugis, qua dimissa postea Novempopulaniam occupaverunt.

^h Deest hoc caput in Corb. et Colb.

ⁱ Ipse mœchus, nomine Vedastes Avo, male perit ex libro vii, cap. 5.

^j Hoc caput integrum refert Fulbertus in epistola 97, quæ est ad Robertum regem, ubi habet, *Anno sexto, etc*

^a Sic Bec. et Regm. cum Bad. Alii, *Pientus*. Picuttii episc. Aquensis, id est Aquarum Sextiarum, *Aix en Provence*, nomen subscripsit concilio Matiscon. ii, anno 585.

^b Quæ scilicet capite præcedenti memorantur, ut fatetur Coitius. Et tamen caput istud 42 rejicere non potest, quod in omnibus codd. habetur; admittat itaque et præcedens necesse est, licet in duobus scriptis desideretur; nec inferat eo ipso aliquod caput esse interpolatum, quod in codd. Corb. et Colb. desint. Et quidem utriusque capitis epitome fecit Fredegarus cap. 87.

^c Sic Corb., Bec. et Regm. cum aliquot editis. Colb. vero et Chesn., *Regnovaldo*, et *Regnovaldo*.

^d Sic Corb.; alii vero, *hæc civitates in... rediguntur*. Corb. lectionem prætulimus. Nam tunc capto Agieno, uxor Ragnovaldi, quæ ad basilicam S. Caprasii, in hac urbe sitam, confugerat, in hostium manus devenit. S. Caprasius Aginni episcopus cum Fide virgine martyrium pertulit sub Maximiano. Caprasium diximus episcopum ex hodierna et quidem recentiori Aginnensis traditione, cui neque Acta neque alia monumenta antiqua favent. Superest hodieque basilica sub ejusdem sancti nomine, quæ canonicorum collegio nobilitatur, ibique sacrum ipsius caput asservatur. Ejus vero festivitas in tota diocesi

trua gravia fuerunt, flores in arboribus ostensi sunt; stella, quam cometem superius nominavi, apparuit, ita ut in circuito ejus magna nigredo esset. Et illa tanquam in foramine aliquo posita, ita inter tenebras **291** relucebat, scintillans, spargensque comas. Prodebat autem ex ea radius miræ magnitudinis, qui tanquam funus magni incendii apparebat a longe. Visâ est autem ad partem occidentis in hora noctis prima. In die autem sancto Paschæ apud Snesionas civitatem cælum ardere visum est, ita ut duo apparerent incendia: et unum erat majus, aliud verò minus. Post duarum vero horarum spatium conjuncta sunt simul; factaque pharo [Al. igni] magna, evanuerunt. In Parisiaco vero termino verus sanguis ex nube defluxit, et super vestimenta multorum hominum cecidit, et ita tabe maculavit, ut ipsi propria indumenta horrentes abjicerent. Tribus enim locis in termino civitatis illius hoc prodigium apparuit. In Silvanectensi vero territorio hominis cujusdam demus, cum ille mane surgeret, sanguine respersus ab intus apparuit. Magna igitur eo anno lues in populo fuit: valetudines variæ, malignæ ^a, cum puulis et vesicis, quæ multum populorum affecerunt morte. Multi tamen adhibente studio, evaserunt. Andivimus enim eo anno in Narbonensem urbem inguinarium morbum graviter deservire, ita ut nullum esset spatium, cum homo correptus fuisset ab eo.

XV. Felix ^b vero episcopus Namneticæ civitatis, in hanc valetudinem corruens, graviter ægrotare cœpit. Tunc vocatis ad se episcopis, qui propinqui erant, supplicat ut consensum, quem in Burgundionem nepotem suum fecerat, suis subscriptionibus roborarent. Quod cum factum fuisset, cum ad me dirigunt. Erat tunc temporis Burgundio, quasi annorum viginti quinque. Qui veniens, rogat ut accedens usque Namnetas, episcopum eum in locum avunculi, qui adhuc superstes erat, tonsoratum consecrare deberem. Quod ego abnui, quia canonibus non **292** convenire cognovi ^c. Consilium tamen præbui, dicens: Habemus scripturam in canonibus, filii, non posse quemquam ad episcopatum accedere, nisi prius ecclesiasticos gradus regulariter sortia-

^a Bad., *variæ, morbivæ*; alii ed. cum Fulberto, *milinæ*.

^b Hoc caput deest in Corb. et Colb.

^c Hoc vetitum can. 8 conc. Nicæni, quod postea aliis compluribus confirmatum fuit.

^d Sic statuit concil. Sardicense, can. 15, in Græco 10, quod summi pontifices deinceps et alii patres variis in synodis confirmarunt. Vide Gratian. dist. 52 et 59.

^e Id est, ex cantharide animali venenoso confectum, quemadmodum ex viperis aliisque similibus remedia adhiberi solent ad morborum curationem.

^f Obiit viii id. Januarii; colitur uti sanctus apud Namnetenses. De eo supra lib. v, cap. 5.

^g Hoc caput, quod cum præcedenti necessario conjungitur, exstat totidem verbis in mss. Corb. et Colb.; unde inferendum utrumque esse Gregorii factum. Et tamen Cointius utrumque insitutum dixit; sed cum cod. Corbeiensis paulo post Gregorii aetatem sit scriptus, fateri igitur debet interpolatorem Gregorio fere æqualem fuisse.

^h Civitas Novempopulaniæ sive hodiernæ Vasco-

tur ^d. Tu ergo, dilectissime, revertere illuc, et pete, ut ipse te qui elegit debeat tonsorare. Cumque presbyterii honorem acceperis, ad ecclesiam assiduus esto; et cum enim Deus migrare voluerit, tunc facile episcopalem gradum ascendes. At ille regressus, consilium acceptum adimplere dissimulavit, eo quod Felix episcopus ab incommodo levius agere videretur. Sed postquam febris discessit, tibiæ ejus ab humore pusulas emiserunt. Tunc cantharidarum cataplasmam ^e nimium validam ponens, computrescentibus tibiis, anno episcopatus sui tricesimo tertio, ætate septuagenaria, vitam finivit ^f. Cui Nonnichius consobrinus ejus, rege ordinante ^g, successit.

XVI. Audiens ^g autem Pappolenus ejus obitum, neptem illius de qua separatus fuerat, recepit. Ante hoc autem tempus desponsatam eam habnerat; sed dissimulante de nuptiis Felice episcopo, hic cum magna cohorte veniens, ab oratorio puellam abstraxit, et in basilicam beati Albini confugit. Tunc Felix episcopus ira commotus, circumventam puellam dolis a marito separavit. Mutataque veste apud Vasatensem urbem ^h in monasterio posuit: sed illa occultos pueros ⁱ munitos dirigit, ut scilicet eam ereptam a loco in quo posita erat, acciperet. Quod ille non abnuens, assumptam de monasterio puellam suo conjugio copulavit, regalibusque munitis præceptionibus, timere parentum distulit minas.

XVII. Rex vero Chilpericus multos Judæorum eo anno baptizari præcepit, ex quibus plures excepit e sancto lavaero. Nonnulli tamen eorum corpore tantum, non corde ablati ^j, **293** ad ipsam quam prius perfidiam habuerant, Deo mentiti regressi sunt, ita ut et sabbatum observare, et diem dominicum honorare viderentur. Priscus (*sup. cap. 5*) vero ad cognoscendam veritatem nulla penitus patuit ratione deflecti. Tunc iratus rex, jussit eum custodiæ mancipari, scilicet ut, quem credere voluntarie non poterat, saltem credere faceret vel invitum. Sed ille datis quibusdam muneribus, spatium postulat, donec filius ejus Massiliensem Hebræam accipiat; pollicetur dolose se deinceps quæ rex jusserat impleturum. Interea oritur intentio inter illum et Phatirem ^k, ex

næ, vulgo *Bazas*. Patria fuit Ausonii nobilis poetæ, qui post adeptas complures imperii dignitates, factus est consul a Gratiano imp. suo ipsius discipulo.

ⁱ Sic Corb. et Colb. Editi cum Bec., *puero*. In Regim. hæc vox deest. Utraque lectio bona. Raro tamen *puer* pro viro usurpatur, sæpius pro servo, etiam provecæ ætatis, *non aetatem*, ut loquitur Hieronymus, *sed conditionem* exprimendo.

^j Mos fuisse videtur tunc in Gallis Judæos ad fidem cogendi, quod improbat Gregor. Magn. lib. 1, epist. 45. Ad Cointium ea de re disserentem ad annum 591, num. 12 et seqq., et Launoium in lib. hac de re singulari.

^k Sic Corb. et Colb. cum Chesn.; Bec. vero, *Phathiren*; aliquot ed., *Pathirem*. Regim., Colb. alter et Bad., *Patrem*, et infra *Pater*. Porro alter eod. Colbertinus, qui caret initio, incipit ab his verbis, *Priscus præcunctus oratio*, etc., quem eodidem sub S. Michaelis nomine laudat Cointius: nos verò ut duos hosce eod. Colbertinos a sese invicem distinguamus, priorem qui fuit S. Arnulphi Mettensis, Colb. a., hunc vero Colb. m. appellabimus.

Judæo conversum, qui jam regis filius erat ex lava-
 ero. Cumque die sabbati Priscus præcinctus orario,
 nullum in manns ferens ferramentum, Mosaicas le-
 ges quasi impleturus, secretiora competeret, subito
 Phatir adveniens, ipsum gladio cum sociis qui ade-
 rant jugulavit. Quibus interfectis, ad basilicam sancti
 Juliani ^a cum pneris suis, qui ad propinquam
 plateam erant, confugit. Cumque ibidem residerent,
 audiunt quod rex, dominum vita excessum ^b, famu-
 los tanquam malefactores a basilica tractos, juberet
 interfici. Tunc unus ex his evaginato gladio, domino
 suo ^c jam fugato, socios suos interfecit, ipse postmo-
 dum eum gladio de basilica egressus; sed irruente
 super se populo, crudeliter interfectus est. Phatir ^d
 autem accepta licentia, ad regnum Guntchramni,
 unde venerat, est regressus: sed non post multos
 dies a parentibus Prisci interfectus est.

XVIII. Igitur legati Chilperici regis, id est An-
 soualdus et Domegiselus ^e, qui ad conspiciendam do-
 tem in Hispanias fuerant missi, regressi sunt. **294**
 Illis diebus Leuvichildus rex in exercitu contra Her-
 menegildum filium suum residebat, cui et Emeritam ci-
 vitem abstulit. Nam hic qualiter cum ducibus impera-
 toris Tiberii fuerit conjunctus, jam superius exposui-
 mus. (*Lib. v, cap. 39*) Nam et legatis hæc causa innoxuit
 moras, ut tardius regrederentur. Quibus visis, ego sol-
 licitus eram, qualiter in ipsis Christianis, qui pauci
 in eo loco remanserant, fides Christi ferveret. Tunc

mihî hæc Ansoaldus respondit: Christiani qui nunc
 apud Hispanias commorantur, catholicam fidem in-
 tegre servant. Sed rex novo nunc ingenio eam nititur
 exturbare, dum dolose et ad sepulera martyrum
 et in ecclesiis religionis nostræ orare confingit. Di-
 cit enim: Manifeste cognovi esse Christum Filium
 Dei æqualem Patri; sed Spiritum sanctum, Deum
 penitus esse non credo, eo quod in nullis legatur
 codicibus Deus esse. Heu! heu! quam iniquam sen-
 tentiam, quam venenosum sensum, quam pravam
 mentem! Et ubi est illud quod Dominus ait, *Spiritus*
Deus est (*Joan. iv, 24*). Et illud Petri, quod ad Ana-
 niam ait: *Quid tibi visum est tentare Spiritum sanc-*

^a Ea est quæ nunc dicitur ecclesia S. Juliani Pau-
 peris seu Veteris, de qua infra lib. ix, cap. 6; quod
 cum in dubium revocasset Launois, dicens Grego-
 rium forte locum de altera S. Juliani ecclesia,
 quæ dicitur Mimorum seu Fideium, via Martiniana
 sitam, a Valesio inscitæ redargutus est, quod nes-
 cisset hanc postremam ecclesiam a duobus cantoribus
 anno 1530 fuisse exædificatam. Vide Brolii nostri
 Antiquitates Paris., libro iii.

^b Sic Corb. et Bec., pro *domino vita excessu*. Colb.
 habet *dominum vitæ cæsum*, et altera manu, *domi-
 num illorum præcipiebat cædi, famulos vero*, etc.; alii
domino vitæ cæso. Cointius, qui hoc caput refert,
dominum interfectum, pro, inquit, *domino interfecto*.
 At ex ipsa narratione certum est Priscum, qui hic
 dominus appellatur, incolumem evasisse.

^c Corb., Bec. et alii not editi non habent suo.

^d Quæ sequuntur ad finem capitis desunt in Colb.
 ms.

^e Alii Ansoaldus et Donichisilus. Hic porro vete-
 rem Francorum in Gallia et Gothorum in Hispania
 morem, qui est antiquorum Germanorum, cum Valesio
 et alius observa, ut non uxor viro, sed vii uxori

Act. v, 5)? Non es hominibus mentitus, sed Deo
(Act. v, 4). Ubi est et illud, quod Paulus mystica
 dona commemorans, ait: *Hæc enim operatur unus*
atque idem Spiritus, dividens unicuique prout vult
(I Cor. xii, 11). Qui enim operatur quod vult,
 nulli cognoscitur esse subjectus. Accedente autem
 Ansoaldo ad Chilpericum regem, legatio ^f Hispano-
 rum est subsecuta; quæ de Chilperico ad Childe-
 bertum accedens, in Hispanias est regressa.

XIX. Apud Pontem vero Urbensem ^g civitatis Pa-
 risiacæ, Chilpericus rex custodes po uerat, ut insi-
 diatores **295** de regno fratris sui ne nocerent ali-
 quid, arcerentur. Quo ^h Asclepius ex duce præco-
 gnito, nocte irruens, interfecit omnes, pagumque
 ponti proximum graviter depopulatus est. Cumque
 hæc regi Chilperico nuntiata fuissent, mittit nuntios
 comitibus, ducibusque, et reliquis agentibus ⁱ, ut
 collecto exercitu in regnum germani sui irroerent.
 Sed prohibitus est consilio bonorum hominum, ne
 faceret, dicentium sibi: Illi perverse cgerunt, tu vero
 sapienter age. Mitte fratri nuntios, et si injuriam
 tuam emendare voluerit, nihil mali quæras ^j: si vero
 noluerit, tractabis deinceps quid sequaris. Et sic ra-
 tione accepta, prohibito exercitu legationem fratri
 dirigit. Sed ille cuncta emendans, fratris quæsivit
 integre charitatem.

XX. Eo anno Chrolinus obiit, vir magnificæ bo-
 nitatis et pietatis, elemosynarius valde, pauperum-
 que refector, proflus ditator ecclesiarum, clericor-
 umque nutritor. Nam sæpe a novo fundans villas,
 ponens vineas, ædificans domos, culturas erigens,
 vocatis episcopis quorum erat parva facultas, dato
 epulo, ipsas domos cum cultoribus et culturis, cum
 argento, peristromatibus, utensilibus, ministris et
 famulis benigne distribuebat, dicens: Sint hæc Ec-
 clesiæ data, ut dum de his pauperes reficiuntur,
 mihi veniam obtineant apud Deum. Multa autem et
 alia bona de hoc viro audivimus, quæ insequi lon-
 gum est. Transiit autem ætate septuagenaria ^k.

XXI. Hæc in hoc anno iterato signa apparuerunt.
 Luna eclipsim passa est; infra Turonicum territo-
 dotem offerat. Hunc morem laudat Cornelius Tacitus
 in libro de Moribus Germanorum, cap. 6, ubi ex-
 ponit quo id ritu fieret, quasve res ab uxore maritus
 recipere soleret.

^l Hæc legatione, ut Cointio videtur, facti sunt
 Florentinus et Exsuperius, de quibus in lib. iii Mi-
 rac. S. Martini, cap. 8.

^m Id est qui Urbis fluvio positus erat; hinc in In-
 dice sic caput istud exprimitur, *De hominibus... apud*
Urbiam fluvium, qui nimirum separabat regnum
 Chilperici a regno Guntramni. Urbiam vero hunc
 esse amnem, qui hodie Ordea seu Orgia, vulgo *l'Orge*,
 dicitur, censet Valesius. Illic complures pagi Parti-
 siensis vicos alluit, et prope Gevisiacum mergitur in
 Sequanam.

ⁿ Corb. et Bec., *Quod Asclepius*. Bad., *Quo... ex*
duce cognito.

^o Id est officialibus regis. Apud Romanos frumen-
 tariis successerant. Vide Gothofred. in cod. Theodog.

^p Corb., *nihil male geris*.

^q Colb. a. et Chesn.: al., *octuagenaria*. Chrolini
 ducis laudes celebravit Fortunatus lib. ix, carm. 16.

rium verus de effracto pane sanguis effluxit; muri A urbis Suessionicæ cernerunt; apud Andegavam urbem terra tremuit; infra muros vero Burdegalensis oppidi ingressi lupi canes devoraverunt, nequaquam homines metuentes; per cœlum ignis discurrere visus est. Sed et Vasatensis civitas incendio concremata 296 est, ita ut ecclesiæ vel domus ecclesiasticæ vastarentur. Ministerium tamen omne creptum fuisse cognovimus.

XXII. Rex a igitur Chilpericus pervasis civitatibus fratris sui, novos comites ordinat, et cuncta jubet sibi urbium tributa deferri: quod ita impletum fuisse cognovimus. His diebus apprehensi sunt duo homines a Nonnichio b Lemovicinæ urbis comite, deferentes ex nomine Charterii Petrogoricæ urbis episcopi litteras, quæ multa impropria loquebantur B in regem: in quibus inter reliqua erat insertum, quasi quereretur sacerdos se a paradiso ad inferos descendisse; scilicet quod a regno Guntchramni in Chilperiei fuerit ditioes commutatus. Has litteras cum his hominibus jam dictus comes sub ardua custodia regi direxit. Rex vero patienter propter episcopum mittit, qui eum suo conspectui præsentarent, discussurus utique si vera essent quæ ei opponebantur, an non. Adveniente vero episcopo, rex homines illos cum litteris representat; interrogat sacerdotem, si ab eo directæ fuerint. Negat ille a se directas. Interrogantur vero homines a quo eas acceperint. Frontonium c diaconum proferunt. Interrogatur sacerdos de diacono. Respondit sibi enim esse precipuum inimicum, nec dubitari debere ipsius esse nequitias, qui contra eum sapiens causas commovisset C iniquas. Adducitur diaconus sine mora; interrogatur a rege, conficitur super episcopum, dicens: Ego hanc epistolam episcopo jubente dictavi d. Proclamante vero episcopo, et dicente quod sapius hic ingenia e quæreret, qualiter eum ab episcopatu deieceret, rex misericordia motus, commendans Deo causam suam, cessit utrisque, deprecans elementer episcopum pro diacono, et supplicans ut pro se sacerdos oraret: et sic eum honore urbi remissus est.

a Hoc caput deest in Corb. et Colb. a.

b Colb. m. *Nonnichiolemo*; infra tamen habet *Nonnichius*. Carterius autem subscripsit conc. Matisic. II, an. 185.

c Editi et Bee., *Frontonium*.

d Id est scripsi. Vide Mabillon. notas in epist. 504 sancti Bernardi.

e Ea voce dolus seu quælibet ars ad alterum circumveniendum designatur apud Gregorium et veteres gentis nostræ auctores. Vide Bignon. in lib. II Marculli ad cap. 56, et Alteserram in cap. 28, lib. IV hujus Historiæ.

f Legendum puto *dolorem*. Vide infra cap. 54 et 55; *dolum* tamen hinc exponit Valesius de morte Mummoli, quam hujus filii obitus occasione Fredegundis ipsi in eusa proeravit, infra cap. 55. Carterum exstat in Marculli lib. I formula, quæ est 39, *Ut pro nativitate regis, sicut ipso ortu regum nostrorum filii reges appellabantur, ingenui relaxentur*. De ejus baptismo infra cap. 27.

g Quod plura de his quæ pertulerat a Dynamio in cap. 14 supra retulerit. Unde hec in cod. Corb. et Colb. undecimum non habeatur, ex hoc tamen 12

Post duos vero menses Nonnichius comes, qui hoc scandalum seminaverat, 297 sanguine percussus interit; resque ejus, quia absque liberis erat, diversis a rege concessæ sunt.

XXIII. Deline Chilperico regi, post multa funera filiorum, filius nascitur. Ex hoc jubet rex omnes custodias relaxari, vinctos absolvi, compositionesque negligentium lisco debitas præcepit omnino non exigi. Sed f magnum deinceps dolorem hic intulit infans.

XXIV. Nova g iterum contra Theodorum episcopum bella consurgunt. Nam Gundovaldus, qui se filium Chlothacharii regis esse dicebat, de Constantinopoli veniens, Massiliam est advectus: de ejus origine quædam strictim libuit memorare. Hic cum natus esset in Galliis, et diligenti cura nutritus, ut regum istorum mos est h, erinium flagellis per terga demissis, litteris eruditus, Childéberto regi i a matre representatur, dicente ea: Ecce, inquit, nepotem tuum, Chlothacharii regis filium. Et quia invisus habetur patri, suscipe eum, quia caro tua est. Quem ille, eo quod ei filii non essent, accipiens, retinebat secum. Nuntiantur hæc regi Chlothachario, misitque fratri nuntios, dicens: Dimitte puerum ut veniat ad me. Nec moratus ille juvenem fratri direxit. Quo viso, Chlothacharius jussit tonderi comam capitis ejus, dicens: Hanc ego non generavi. Igitur post Chlothacharii regis obitum, a Chariberto rege susceptus est: quem Sigibertus accessitum, iterum amputavit comam capitis ejus, et misit eum in Agrippinensem civitatem, quæ nunc Colonia j dicitur. Ille quoque ab eo loco delapsus, dimissis iterum capillis, ad Narsestem abiit, qui 298 tunc Italiæ præerat ibique uxore accepta, filios procreavit, et ad Constantinopolim accessit. Inde, ut ferunt, post multa tempora, a quodam invitatus ut veniret in Gallias, Massiliam appulsus, a Theodoro episcopo susceptus est. Et k ab eodem etiam acceptis equitibus [I. equis], Mummolo duci conjunctus est. Erat autem tunc Mummolus in civitate Avennica, sicut supra jam diximus (Cap. 1). Guntchramnus vero dux apprehensum Theodorum

capite, quod in utroque codice exstat, patet ab interpolatore non fuisse additum. Porro *Gundovaldum* semper scripsimus, quæ lectio est codd. mss., licet in editis *Gundobaldus* dicatur.

h Vide infra lib. VIII, cap. 10, et passim.

i Seniori scilicet, Childéberti tunc regnantis patruo.

j Coloniam a Francis sic appellatam voluit Rorico Hincmarus, aliique etiam vetustiores scriptores, quod forte eam simpliciter Coloniam primi appellaverint, omisso Agrippinæ vocabulo, proprio ejus, ut videtur, nomine; cum solummodo quasi per modum adjuncti antea Colonia diceretur, ut Colonia Trajana, Colonia Augusta, aliæque urbes, in quas Romani colonias deduxerant. Ea autem fuit urbs Ubiorum, in qua nata est Julia Agrippina Neronis mater, quæ cum Claudio imp. nupsisset, coloniam Romanorum illuc deduci imperavit, indeque ab ejus nomine Colonia Agrippina dicta est, ut narrat Tacitus lib. XII Annales.

k Et ab, etc., usque ad *conjunctus est*, desunt in Corb.

copum in custodiam pro hac causa detronis, re-
 ans cur hominem extraneum intromisisset in Gal-
 , voluissetque Francorum regnum imperialibus
 hæc subdere ditionibus ^a. At ille epistolam, ut
 ut, manu majorum Childeberti regis subscriptam,
 tulit, dicens: Nihil per me feci, nisi quæ mihi a
 iunioribus nostris et senioribus imperata sunt. Custodi-
 batur igitur sacerdos in cellula, nec permissus
 ecclesiæ propinquare. Quadam vero nocte, dum
 entius oraret ad Dominum, refulsit cellula nimio
 candore, ita ut comes qui erat custos ejus, ingenti
 ore terreretur; visusque est super eum lucis im-
 mensæ globus per duarum horarum spatium. Mane
 em facto, narrabat hæc comes ille ceteris qui cum
 erant. Posthæc autem ductus est ad Gunthram-
 n regem cum Epiphanio episcopo ^b, qui tunc
 egobardos fugiens, Ma sitæ morabatur, scilicet
 od et ipse conscius hujus causæ fuisset. Discussi
 ur a rege, in nullo inventi sunt criminæ. Rex ta-
 n jussit eos sub custodia degere, in qua post multa
 plicia, Epiphanius episcopus obiit ^c. Gundovaldus
 o in insulam maris secessit, exspectans ²⁹⁹
 entum rei. Gunthramnus vero dux cum duce
 ntelramni regis res Gundovaldi divisit, et secum
 Arvernum detulit inmensum, ut ferunt, argenti
 ndus, et auri, et reliquarum rerum.

XXV. Anno octavo Childeberti regis, pridie Kalen-
 ; Februaris, eum die Dominico apud urbem Tu-
 nicam ad matutinas signum commotum fuisset, et
 pulus surgens ad ecclesiam conveniret ^d, cælo
 bilo, cum pluvia globus magnus ignis [*At. igneus*]
 cælo dilapsus, in spatio multo cucurrit in aera;
 i tantam lucem dedit, ut tanquam media die om-
 a ceruerentur: quo iterum in nubem suscepto, nox
 ecessit. Aquæ vero extra solitum invaluerunt, nam
 utam inundationem Sequana ^e Matronaque circa
 arisios intulerunt, ut inter civitatem et basilicam
 octi Laurentii ^f naufragia sæpe contingerent.

XXVI. Gunthramnus quoque dux Arvernum cum
 apud dictis thesauris reversus, ad Childebertum re-
 em abiit. Cumque exinde regrederetur cum uxore
 illius, a Gunthramno rege comprehensus retine-
 ntr, dicente sibi rege: Tua invitatio Gundovaldum
 duxit in Gallias, et ob hoc ante hos annos abisti

^a Et tamen is ipse Gundobaldum accersiverat, in-
 a cap. 26, sed homo erat nullius fidei.

^b Illic Forojuliensem ecclesiam vixisse conjicit
 ointius, qui Expectati decessoris sui nomine adhuc
 resbyter subscripsit Concilio Aurelianensi v. Epi-
 phanium Gradensem patriarcham, a Paulo Dia. lib.
 , cap. 54, memoratum, interpretatur Alteserra. Sed
 epugnat temporum ratio.

^c Quid vero Theodoro contigerit, discas ex lib. viii,
 pp. 12.

^d Ex hoc aliisque compluribus Gregorii nostri locis,
 ui et alii auctores consentiunt, discimus olim om-
 em populum simul cum Clero diebus saltem Domi-
 nicis et festivis in ecclesiam ad matutinas persolven-
 as convenire solitum fuisse.

^e Corb., *Sigona*, quo nunc Sequanam in vet.
 scriptis quandoque exprimitur ex aliis etiam locis constat.

^f De hæc basilica jam diximus ad cap. 9 hujus li-
 bri, quam quidam recentiores ab hodierna parochiali

A Constantinopolim. Cui ille: Mummolus, inquit, dux
 tuis ipse suscepit eum, et in Avenione secum reti-
 nuit. Nunc autem permittite me, et adducam ipsum
 tibi, et tunc immunis ero ab his quæ imputantur
 mihi. Cui rex ait: Non permittam te abire, nisi di-
 gnas has pœnas pro his quæ commisisti. At ille
 cernens se morti propinquum, ait: Ecce sum in meum,
 suscipe illum, et sit obses pro his quæ promitto do-
 mino meo regi; et nisi Mummolum adducam tibi,
 perdam parvulum meum. Tunc rex permisit eum
 abire, retento secum ejus infante. At ille, a-
 sumptis secum Arvernensibus atque Vellavis, Avenionem abiit. Sed
 astu Mummoli, ³⁰⁰ naves in Rhodano infirmae præ-
 paratae sunt, ascendentesque simpliciter, ut in me-
 do annis venerunt, impletis navibus uergebantur.

B Tunc in periculo positi, alii nando evaserunt, non-
 nulli vero arreptis ipsarum navium tabulis attigerunt
 litus. Plerique autem, quorum minor fuit astutia, in
 anne demersi sunt. Gunthramnus vero dux adve-
 nit Avenionem. Providerat enim Mummolus, post-
 quam infra muros urbis illius est ingressus, ut quia
 pars parva residebat, quæ non vallabatur a Rhodano,
 educta ex eo parte, locus ille totus hoc alluvio ^s um-
 niretur: in quo loco fossas magnæ profunditatis
 fodit, præparatosque dolos aqua decurrens operuit.
 Tunc adveniente Gunthramno, ait ex muro Mum-
 molus: Si fides est integra, veniat ille ab una parte
 ripæ, et ego ex alia, et quod voluerit eloquatur. Quæ
 eum convenissent, ait Gunthramnus e contra, hoc
 enim brachium fluminis inter utrumque erat positum:

C Si licet, inquit, vadam; quia sunt aliqua quæ inter
 nos secretius conferantur. Cui ille: Veni, ait, ne
 timeas. Ingressus enim uno amicorum suorum ut
 erat loriceæ pondere aggravatus, illico amicus ille,
 ut foveam amnis attigit, sub aquis demersus nusquam
 comparuit. Gunthramnus vero eum demergeretur
 atque portaretur ab unda veloci, unus de astantibus,
 porrecta manû ejus hasta, eum littori reddidit. Et
 tunc illatis sibi conviciis, ipse et Mummolus discesse-
 runt. Obsidente quoque Gunthramno ipsam urbem
 cum exercitu Gunthramni ^h regis, nuntiata sunt
 hæc Childeberto. At ille ira commotus, cur hæc non
 jussus ageret, Gundultum superius (*Cap. 11*) dictum
 illum direxit. Qui, amota obsidione, Mummolum Ar-

ecclesia sancti Laurentii gratis distinguere voluerunt,
 ut inviete probatur lib. iv de re Diplomatica, num.
 110, adversus eos qui basilicam sancti Laurentii a
 Gregorio memoratam existisse putant prope mino-
 rem pontem hand procul a Sequana. Certe etsi nulla
 alia nobis suppeterent argumenta præter placitum
 Childeberti III, ed. tum lib. vi de re Diplom., num.
 28, nulla superesset hæc in re difficultas; siquidem
 ibi situs basilicarum S. Laurentii et sancti Martini
 evidenter declaratur. Quin et eum ex eodem diplo-
 mate constat basilicam sancti Dionysii, ubi sacrum
 ejus corpus quiescebat, tunc temporis in vico extra
 urbem Parisiensem existisse, hoc ipsum in loca ubi
 etiam nunc perstat, quod aliqui recentiores inficiantur,
 ipsum integrum ex autographo Dionysiano referre
 visum est in Appendice.

^s Cod. Corb., *ex hoc alveo*.

^h Valesius legendum censet *Childeberti*. Et quidem
 Arverni et Vellavi Childeberto prebant.

vernīs adduxit : sed post paucos dies Avenionem regressus est.

XXVII. Chilpericus rex **301** pridie quam Pascha celebraretur, Parisios abiit. Et ut maledicto, quod in pactione sua et fratrum suorum conscriptum erat, ut nullus eorum Parisios sine alterius voluntate ingrederetur (*V. lib. vii, c. 6*), carere posset, reliquiis sanctorum multorum præcedentibus, urbem ingressus est; diesque Paschæ cum multa jocunditate tenuit, filiumque suum baptismo tradidit, quem Raguemodus ipsius urbis sacerdos de lavaero sancto suscepit, ipsumque Theodoricum vocitari præcepit.

XXVIII. Marcus quoque referendarius, cuius supra mentionis (*lib. v, cap. 29*), post congregatos de iniquis descriptionibus thesauros, subito lateris dolore detentus, caput totondit, atque pœnitentiam accipiens ^a spiritum exhalavit, resque ejus fisco collatæ sunt; nam magni ibidem thesauri ex auro argentoque, et multarum specierum reperti sunt, nihil exinde secum aliud portans, nisi animæ detrimentum.

XXIX. Legati de Hispaniis reversi nihil certi revertiaverunt, eo quod Leuvichildus contra filium suum seniore in exercitu resideret. In monasterio ^b autem beatæ Radegundis, puella quædam, nomine Disciola ^c, quæ beati Salvii Albigensis episcopi neptis erat, obiit hoc modo. Cum ægrotare cœpisset, et ei assidue sorores aliæ deservirent, venit dies ille quo migraret a corpore; et circa horam nonam ait sororibus: Ecce jam leviolem me sentio; ecce nihil doleo. Nunc autem non est necesse sollicitudini vestræ, ut mihi curæ aliquid impendatis, sed potius discedite a me, quo facilius sopori relaxer. Hæc audientes sorores ejus, recesserunt parumper a cellula, et post paululum advenerunt. Denique stantibus illis coram ea, exspectabant quid ab illa elocutionis audirent. Ipsa autem expansis manibus benedictionem a nescio quo efflagitans, ait: Benedic, inquit, mihi, sancte ac famule Dei excelsi. Ecce enim jam tertio fatigaris hodie mei causa. Et cur, sancte, pro infirma muliercula crebras injurias sustines? **302** Interrogantibus vero illis, ad quem hæc verba proferret, penitus non est effata. Tunc facto modico intervallo, emisit vocem magnam cum risu, et sic tradidit spiritum. Et ecce quidam energumenus, ^d qui tunc ad beatæ Crucis gloriam mundandus advenerat, arrepta manibus cæsarie, collisit se in terram, dicens: Heu! heu! heu nobis, qui tale damnum perpassi sumus! vel licuisset prius causas inquirere, et sic de potestate nostra fuisset ablata hæc anima! Inquirentibus vero his qui aderant, quod esset hoc verbum quod loquebatur, respondit: Ecce animum

^a Hi monastica veste donati in extremis appellabantur monachi ad succurrendum. Pœnitentes olim in Gallia tonsos fuisse patet ex can. 42 concil. Agathensis, etc. Vide Sirmond. in lib. iv Apollinaris, epist. 27.

^b Apud Pictavos sanctæ Crucis sacratum, quod nunc etiam perstat sub Regula S. Benedicti, de quo inferius plura.

^c Colb., *Discila*; uti sancta colitur cum Agnete abbatissa III Idus Maias. Habetur in Letaniis Picto-

puellæ Michael angelus suscepit, et ipse eam ad los evellit. Princeps vero noster, quem vos di. nominatis nihil in ea participatur. Post hæc aquis ablutum ita ^d candore niveo refulgebat nullum linteam reperire abbatissa potuisse promptu, quod corpore candidius cerneretur, im tamen linteis mundis, sepulturæ mandata est. et alia puella hujus monasterii visum vidit, quæ sororibus retulit. Putabat, inquit, se iter aliquod conficere, et erat ei votum ut ad fontem vivum diens perveniret. Cumque viam nesciret, vir qui se obviam obtulit, dicens: Si, inquit, vis ad fontem vivum accedere, ego ero prævius itineris tui. At gratias agens, sequebatur præcedentem. Quibus bulantibus, pervenerunt ad fontem magnum, cuius aquæ tanquam aurum splendebant ^e, herbæ vermodum divesarum gemmarum vernantibus luce radiabant. Et ait vir ad eam: Ecce fontem vivum, quod multo labore quæstisti. Satiare nunc ab ejus flumine ut fiat tibi fons aquæ vivæ salientis in vitam æternam. Cumque illa avide ex his aquis hauriret, e ab alia parte veniebat abbatissa, et denudatam pulchram induit eam veste regia; quæ tanta luce, auroque et monilibus refulgebat, ut vix posset intendi, dicens sibi abbatissa: Sponsus enim tuus mittit tibi hanc munera. Hæc cum puella vidisset, compuncta corde, et **303** post dies paucos rogavit abbatissam ut sibi in qua includeretur cellulam præpararet. At illa velociter perfecta, ait: Ecce, inquit, cellulam quid nunc desideras? Puella vero petiit, ut reclusa permitteretur. Quod cum ei præstitum fuisset, congregatis virginibus cum magno psallentia, accensis lampadibus, tenente sibi beata Radegunde manu ad locum usque perducitur. Et sic vale faciens oculis, et osculans singulas quasque, reclusa es. Obstructoque aditu per quem ingressa fuerat, in nunc orationi ac lectioni vacat.

XXX. Hoc anno Tiberius imperator migravit sæculo, magnum luctum relinquens populo de obitu suo. Erat enim summæ bonitatis, in elemosinis promptus, in judiciis justus, in judicando cautissimus, nullum despiciens, sed omnes in bona voluntate complectens; omnes diligens, ipse quoque diligebatur ab omnibus. Hic cum ægrotare cœpisset, et se jam vivere desperaret, vocavit Sophiam augustam dicens: Ecce jam impletum sentio tempus vite mee; nunc cum consilio tuo eligam, qui reipublicæ præses debeat. Oportet enim strenuum eligi, qui pro me sit huic potestati ^e. At illa Mauricium quemdam elegit, dicens: Valde strenuus et sagax est vir iste nam et sæpius contra inimicos reipublicæ dimicavit

nicis, quæ ab Henrico Ludovico Castaneo episcopo Nicetavensi sunt vulgata.

^d Corb., *corpus a quibus ablutum est, aiebant, ita candore, etc.*

^e Idem., *aqua... splendebat.*

^f Regm., *At illa ut rogaverat, cellulam præparavit, eique tunc dixit: Ecce, etc.*

^g Sic Corb. et Colb. m.; at Regm., *Nos enim oportet providere, qui tantæ sublimitati adjungi dignus sit.* Cæteri omittunt hunc versum.

victorias obtinuit. Hæc enim dicebat, ut, isto transeunte, hujus conjugio neceretur. Sed Tiberius postquam consensum cognovit Augustæ de hujus electione, jussit exornari filiam suam ornamentis imperialibus, et vocato Mauricio, ait: Eccc enim consensu Sophiæ Augustæ ad imperium eligeris: in quo ut firmior sis, filiam meam tradam tibi. Et accedente puella, tradidit eam pater Mauricio, dicens: Sit tibi imperium meum cum hac puella concessum. Utere eo [Al. ea] felix, memorque semper esto ut æquitate et justitia delecteris. **304** At ille accepta puella, duxit eam ad domum suam, et transacta solemnitate nuptiarum, Tiberius obiit. Igitur celebrato justitia, Mauricius indutus diademate et purpura, ad circum processit; acclamatisque sibi laudibus, largitis populo muneribus, in imperio confirmatur.

XXXI. Denique Chilpericus rex legatos nepotis sui Childeberti susecepit, inter quos primus erat Egidius Ehemensis episcopus; quibus intromissis ad regem, data suggestione, dixerunt: Pacem quam cum domino nostro nepote tuo fecisti, petit a te omnimodis conservari; eum fratre vero tuo pacem habere non potest, quia partem Massilie ei post mortem abstulit patris, fugacesque suos retinet, nec eos vult ei remittere; ideo Childebertus nepos tuus claritatem, quam nunc tecum retinet, integre vult servare. Et ille: In multis, inquit, frater meus accessit culpabilis. Nam si ordinem rationis filius meus Childebertus inquirat, cognoscat protinus, quod hujus colludio pater ejus est interfectus. Hæc eo dicente, Egidius episcopus ait: Si cum nepote tuo conjungaris, et ipse conjungitur tibi; commoto exercitu, ultio quæ debetur super eum velocius inferetur. Quod eum iuramento firmassent, obsidesque inter se dedissent, discesserunt. Igitur fidens in promissis eorum Chilpericus, commoto regni sui exercitu, Parisios venit: ubi eum resedisset, magnum dispendium rerum incolis intulit. Berulfus vero dux eum Turonicis, Pictavis, Andegavisque, atque Namneticis, ad terminum Bituricum venit. Desiderius vero et Bladastes, cum omni exercitu Provinciæ sibi commissæ, ab alia parte Bituricum vallant, multum obstantes per quas venerunt regiones. Chilpericus vero jussit exercitum, qui ad eum accessit, per Pa-

risios transire. Quo transeunte et ipse transiit, atque ad Miglidunense **305** castrum abiit, cuncta incendio tradens atque devastans. Et licet exercitus nepotis sui ad eum non venisset, tamen duces et legati ejus cum ipso erant. Tunc misit nuntios ad supradictos duces, dicens: Ingreimini Bituricum, et accedentes usque ad civitatem, sacramenta fidelitatis exigite de nomine nostro. Biturici vero cum quindecim millibus ad Mediolanense ^d castrum confluent, ibique contra Desiderium ducem colligunt; factaque est ibi strages magna, ita ut de utroque exercitu amplius quam septem millia cecidissent. Duces quoque cum reliqua parte populi, ad civitatem pervenerunt, cuncta diripientes vel devastantes; talisque diripulatio inibi acta est, qualis nec antiquitus est **B** audita fuisse, ut nec domus remaneret, nec vineæ, nec arbores, sed cuncta succiderent, incenderent, debellarent. Nam et ab ecclesiis auferentes sacra ministeria, ipsas incendio concremabant. Gunthramnus vero rex cum exercitu contra fratrem suum adventum ^e, totam spem in Dei judicio collocans. Qui die una jam vespere, misso exercitu, maximam partem de germani sui exercitu interfecit. Mane autem concurrentibus legatis, pacem fecerunt, pollicentes alter alteri, ut quidquid sacerdotes vel seniores populi judicarent, pars parti componeret, quæ terminum legis excesserat: et sic pacis sui discesserunt. Chilpericus vero rex eum exercitum suum a prædis arceri non posset, Rhotomagensem ^f comitem gladio trucidavit; et sic Parisios rediit, omnem relinquens prædam, captivosque relaxans. At isti qui Biturigas obsidebant, accepto mandato ut revertentur ad propria tantas prædas secum sustulerunt, ut omnis regio illa, unde egressi sunt, valde putaretur evacuatata, vel [I. et] de hominibus, vel de ipsius pecoribus. Ingressus quoque exercitus Desiderii atque Bladastis per Turonicum, incendia, prædas et homicidia tanta fecerunt, sicut solet contra inimicos fieri; nam et captivos abduxerunt, de quibus **306** spoliatos plurimos postea dimiserunt. Subsecutus est morbus pecorum hanc cladem, ita ut vix unicuique remaneret; novumque esset si aliquis aut jumentum ^g videret, aut cerueret buculam. Sed dum hæc agerentur, Childebertus rex eum exercitu suo mo in loco re-

^a Justitium ad luctum designandum adhibent alii nomine auctores, quod in publicis luctibus justitium, id est juris dicendi intermissio, quasi juris status diceretur. Addit Paulus Diaconus lib. iii Hist. Lang., cap. 17, Mauricium primum ex Græcorum genere in imperio confirmatum fuisse.

^b Cod. Colb. m., *commissum pro commisso*. Corb. vero, *communi exercitu Provincia sibi commisso*.

^c Sic Corb. hic et cap. sequenti. Variant etiam alii codices scripti. Aliquot enim habent *Mededonense* cum plerisque editis, pro quo in Colb. a., et vident antiqua manu, positum est, *Medolonense*. Ecce et Regm., *Mededonense*. Sed iis omnibus designatur Medolanum Senonum oppidum, in insula equantæ positum, vulgo *Melun*, quod tempore Julii Cæsaris jam celebre erat; inique Childebertus rex, hlotlovei Magni filius, episcopalem sedem instituit, ni obstisset Leo Senonensis metropolitani, ad

D cuius urbis dioccesim locus ille etiam hodie pertinet. Habemus ea de re Leonis epistolam, ubi istud oppidum *Mededonense* et *Medeclone* in sexto casu dicitur.

^d Ita eodd. Corb., Bec. et Colb. m., quamvis in editis *Mededonense* habeatur. Hic enim designatur Mediolanum, quod hodie Magdunum ad Averam fluvium in finibus Biturigum, vulgo *Mehun-sur-Yèvre* appellatur, ut observant viri eruditi Valesius et Goultius. Jam utrumque non feu habebat tempore Amoini, ut ipse monet lib. iii, cap. 59.

^e Scilicet prope Medolanum, ubi Gunthramnus Chilperici exercitum profligavit. Duces vero eorum apud Bituriges decertabant, prope Medolanum, seu Magdunum, quod a Magduo ad Angerem et a Magduo ad Ligernum distinguendum est.

^f Editi aliquot, *Rhotongensem*.

^g Colb. a., *juvencum*.

sidebat ^a. Nocte autem quadam commoto exercitu, A magnum murmur contra Egidium episcopum et duces regis minor populus elevavit, ac vociferari cepit, et publice proclamare: Tollantur a facie regis qui regnum ejus venundant, civitates illius dominationi alterius subdunt, populum ipsius principis alterius ditionibus tradunt. Dum hæc et his similia vociferando proferrent, facto mane, apprehenso armorum apparatu, ad tentorium regis properant, scilicet ut apprehensis episcopo et senioribus, vi opprimerent, verberibus afficerent, gladiis lacerarent. Quo comperto, sacerdos lugam iniit, ascensoque equite [I. equo] ad urbem propriam tendit. At populus ille eum clamore sequebatur, projiciens post eum lapides, evomensque convicia. Fuit tunc ei hæc causa præsidium, quod hi paratos equites [Al. equos] non habebant. Attamen lassatis sociorum equis, solus pertendit episcopus, tanto timore perterritus, ut unam caligam de pede elapam colligere non curaret: et sic usque civitatem veniens, se infra murrum Remensium septa conclusit.

XXXII. Ante paucos autem menses Leudastes ^b in Turoniam eum præcepto regis advenit, ut uxorem reciperet, ibique commoraretur. Sed et vobis epistolam sacerdotum manu subscriptam detulit, ut in communionem reciperetur. Sed quoniam litteras reginæ non vidimus, ejus causa maxime a communionem remotus fuerat, ipsum recipere distuli, dicens: Cum reginæ mandatum suscepero, tunc eum recipere non morabor. Interea ad eam dirigo; quæ mihi scripta remisit, dicens: Compressa a multis aliud facere non potui, nisi ut eum **307** abire permitterem: nunc autem rogo, ut pacem tuam non mereatur, neque enologias de manu tua suscipiat, donec a nobis quid agi debeat, plenius pertractetur. At ego hæc scripta relegens, timui ne interficeretur; accersitoque socero ejus hæc ei innotui, obsecrans ut se eantum redderet, donec reginæ animus leniretur. Sed ille consilium meum, quod pro Dei intuitu simpliciter insinnavi, dolose suscipiens, cum adhuc nobis esset inimicus, noluit agere quæ mandavi: impletumque est illud proverbium, quod quemdam senem narrautem audivi: « Amico inimicoque bonum semper præbe consilium, quia amicus accipit, inimicus spernit. » Spreto ergo hoc consilio, ad regem dirigit, qui tunc cum exercitu in pago Miglidunensi ^c degebat: D depreceatusque est populum, ut regi preces funderet, ut ejus præsentiam mereretur. Depreceante igitur omni populo, rex se videndum ei præbuit. Prostra-

tusque pedibus ejus veniam flagitavit, cui rex: Cantam, inquit, te redde pauli-per, donec visa regina conveniat qualiter ad ejus gratiam revertaris, cui multum inveniris esse culpabilis. At ille, ut erat incantus ac levis, in hoc lidens, quod regis præsentiam meruisset, rege Parisios revertente, de Dominico in ecclesia sancta reginæ pedibus provolvitur, veniam deprecaus. At illa infrendens et exsecrans aspectum ejus, a se repulit, fisisque lacrymis, ait: Et quia non exstat de filiis, qui criminis mei causas inquirat, tibi eas, Jesu Domine, inquirendas committo. Prostrataque pedibus regis, adjeit: Væ mihi, quæ video inimicum meum, et nihil ei prævaleo! Tunc repulso eo a loco sancto, Missarum solemnia celebrata sunt. Igitur egresso rege enim regina de ecclesia sancta, Leudastes ^b usque ad plateam est prosecutus, inopinaus quid ei accideret; domosque negotiantum circumvicius, species rimatur, argentum pensat, atque diversa ornamenta prospicit, dicens: Hæc et hæc **308** comparabo, quia multum mihi aurum argentumque resedit. Ista illo dicente, subito advenientes reginæ pueri, voluerunt eum vincire catenis. Ille vero evaginato gladio, unum verberat; reliqui exinde successi felle, apprehensis parvis et gladiis super eum irruerunt. Ex quibus unus librans ietum, maximam partem capitis ejus a capillis et ente detexit. Cumque per pontem urbis fugeret, elapso inter duos axes, qui pontem faciunt, pede, effracta oppressus est tibia, ligatisque post tergum manibus, custodiæ mane partur; jusitque rex ut sustentaretur ^d a medicis, quoad usque ab his ietibus sanatus, diuturno supplicio cruciaretur. Sed eum ad villam fiscalem ductus fuisset, et computrescentibus plagis extremam ageret vitam, jussu reginæ in terram projicitur resupinus, positoque ad cervicem ejus vecte immens, ab aliis ei gulam verberant ^e, sicque semper perlidam ageas vitam, justa morte finivit.

XXXIII. Anno nono Childeberti regis partem Massiliæ Gunthebrannus rex ipsi nepoti suo refudit. Legati principis Chilperici de Hispaniis regressi, vuntia verunt provinciam Carpitaniam ^f graviter a locustis fuisse vastatam, ita ut non arbor, non vinea, non silva, non fructus aliquis, aut quidquam viride remaneret, quod non a locustis everteretur. Aiebant enim inimicitias illas, quæ inter Lenvietildum et filium suum pullulaverant, vehementer augeri. Lues quoque magis in illis partibus sæviens multa loca devastabat ^g, sed maxime apud urbem Narbonensem ^h validius desæviebat, et jam tertio anno, quod ibidem

^a Haud procul, uti videtur, a suis fratribus, ut Chilperico juxta pactum suppetias ferret, aut certe ut belli eventum specularetur.

^b Qui supra lib. v, cap. 49 et 50, multa adversus Gregorium maeliatus fuerat, eum accusans quod reginam adulterio pollutam esse dixisset.

^c Coll. a., *Melodonnense*; Bee., *Megledunense*. Vide eap. præced.

^d Sic Corb.; Coll., *sanaretur*; plerique editi eum *Bez.*, *studeretur*, id est curaretur.

^e Regn., *immenso*, *gladio ejus gulam transverberant...* *perfidam ducens quoad vixit vitam, eam sic finivit.*

rant... perfidam ducens quoad vixit vitam, eam sic finivit.

^f Carpitania pars erat veteris provincie Tarracensis, in eo tractu Castellæ novæ, ubi nunc pars est Algarriæ et regionis *la Manche*, versus Tagam et Anam, cujus caput erat Toletum, urbs vel suo nomine celebris.

^g Sic Regm. Alii, *per loca enim ejus lues vastabat, sed.*

^h Narbo aliæque urbes Septimaniæ tunc temporis Hispaniæ tribuebantur, quod Wisigothis parerent.

apprehenderat ^a et requieverat, populi que revertentes a fuga, iterum morbo consumpti sunt. Nam et Albigensis civitas maxime ab hoc incommodo laborabat. His diebus apparuerunt a parte Aquilonis nocte media radii multi, fulgore nimio relucentes, qui ad se venientes iterum separabantur, usquequo evanuerunt. Sed et cælum **309** ab ipsa septentrionali plaga ita resplenduit, ut putaretur auroram producere.

XXXIV. Legati ^b iterum ab Hispania venerunt, deferentes munera, et placitum accipientes cum Chilperico rege, ut filiam suam, secundum conventionem anteriorem, filio ^c regis Leuviehildi tradere deberet in matrimonium: denique dato placito, et omnibus contractatis, legatus ille reversus est. Sed Chilperico regi egresso de Parisiis, ut in pagum Suessionieum recederet, novus luctus advenit. Filius ^d enim ejus, quem anno superiore sacro baptismate abluerat, a dysenteria correptus, spiritum exhalavit. Hoc enim ulgor ille, quem superius ex nube dilapsus memoravimus, figuravit. Tunc cum immenso metu regressi Parisios, sepeierunt puerum, mittentes post legatum, ut revertretur, scilicet ut placitum quod posuerat prolongaret, dicente rege: Ecce planetum in domo sustineo, et qualiter nuptias filiae celebrabo? Voluit tunc aliam filiam ^e illuc dirigere, quam de Auverna habebat, et eam in monasterio Pictavensi posuerat. Sed illa distulit, resistens precipue beata Adegunde, et dicente: Non est enim dignum, ut uella Christo dicata iterum ad sæculi voluptates revertatur.

XXXV. Dum autem hæc agerentur, nuntiatur rege ^f puerum qui mortuus fuerat, maleficiis et incantationibus fuisse subductum, ibique Mummolum præfectum ^g, quem jam diu regina invisum habebat, nascium esse. Unde factum est, ut epulante eo in domo sua, quidam de aulae regis puerum dilectum suum, qui a dysenteria correptus fuerat, lamentaretur. Mummolus respondit: Habetur mihi herba in campis, de qua si dysentericus **310** hauriat, quamvis desperatus sit, mox sanatur. Nuntiatis his rebus, majore furore succenditur. Interea apprehen-

^a Colb. a., *desaverat*. Regm., *advenerat*.

^b Deest hoc caput in Vat., Corb. et Colb. a., licet habeant si quis, quod isti necessario conjunctum est. Pro placitum, de quo hic, dies erat indirta ad audiendos legatos. Et quidem placita generaliter dicuntur conventus, in quibus publice negotia, sive publici, sive etiam privatorum, discutiebantur. Sicut enim erant placita regis, sic erant placita comitum, vicariorum, etc. Parlamenta postmodum dicta fuerunt, instrumenta publica, quæ finitis in ejusmodi conventionibus negotiis reddebantur, appellata etiam fuerunt placita seu iudicia. Vide Bignon. in lib. 1. Marculfi, titula 37, et Mabillon. de re Diplomatica.

^c Recrearedo scilicet, Hermenegildi fratri, cui ipsa, tempore Rigunthis, jam dudum promissa fuerat. Theodericus, de quo supra cap. 25 et 27, et infra cap. seq.

^d Basinam, quæ postea in illo monasterio cum Chrodegundo multas turbas excitavit, de quibus fuse Gregorius infra.

^e Inquirunt Valesius, cur hic Mummolus præfectus dicitur. Nam etsi certum sit Provincie Massiliensis

as mulieres urbis Parisiæ tormentis applicat, ac verberibus cogit lateri quæ noverant. At illæ confidentur se maleficas esse, et multos occumbere letho se fecisse testatæ sunt, addentes illud, quod nulla ratione credi potior: Filium, aiunt, tuum, o regina, pro Mummoli præfecti vita devotissimus. Tunc regina tormentis gravioribus mulieribus affectis, alias excusat, alias incendio tradit, alias rotis ossibus confractis iniecit. Et sic Compendinum villam una cum rege recessit, ibique universa regi quæ de præfecto audierat revelavit. Rex vero missis pueris jussit eum arcessiri, discessumque eatenus operant, et suppliciiis subdunt. Trabi post tergum revinctis manibus appenditur, et ibi quid maleficii noverit, interrogatur. Sed nihil de his quæ superius memoravimus, confitetur.

B Hoc tamen protulit sapius se inunctiones et potiones, quæ ei regis reginæque gratiam præberent, ab his mulieribus suscepisse. Depositus igitur de pœna, vocat ad se lietorem, dicens: Nuntia domino meo regi, quia nihil mali sentio de his quæ illata sunt. His auditis rex: Verumne ^h est, inquit, hunc esse maleficum, si de his nihil est læsus pœnis? Tunc extensus ad trochleas, tandiu loris triplicibus cæsus est, quoadusque ipsi lassarentur tortores: post hæc sudas unguis manuum pedumque defigunt. Cumque in hoc causa ageretur, ut ad decidendam cervicem ejus gladius immineret, a regina vitam obtinuit, sed non fuit minor morte humilitas subsecuta. Nam impositus plaustro, ad Burdegalensem urbem, in qua ortus fuerat, ablata **311** omni facultate, transmittitur; in via vero ictuatus ⁱ sanguine, vix accedere quo jussus est valuit. Sed non post multum tempus spiritum exhalavit. Post hæc regina apprehenso pueruli thesauro, tam vestimenta quam reliquas species, vel ex serico, aut quocumque vellere invenire potuit, igne consumpsit; quod ferunt quatuor plaustra levasse: aurum vero et argentum fornace conflatum reposuit, ne aliquid integrum remaneret, quod ei planetum filii in memoriam revocaret.

XXXVI. Ætherius ^j vero Luxoensis episcopus, eujus supra meminimus, hoc ordine a civitate sua vel

rectores tunc temporis præfecti nomine fuisse donatos, inde tamen præfecti titulum Mummolo tributum dici non posse observat, quod Chilperiens, in ejus ditione vivebat Mummolos, nihil unquam ea in provincia possederit. Tum rejecta Falseti opinione, qui sui avi mores antiquis temporibus incaute applicando, scripsit Mummolum sic fuisse appellatum, quod Parisiorum urbis præfectus esset, concludit tandem Mummolum a Gregorio præfectum dictum fuisse, quod reipsa ante præfectus, seu regie domus major exstiterit.

^g Regm., ait, *Putasne verum est quia hic maleficus est, et istis non læsus est pœnis; extendatur igitur ad trochleas et tandiu loribus triplicibus cadatur, quoadusque ipsi lassentur tortores.*

^h Bad., *ictus*. Colb. m., *ictu actus*.

ⁱ Hoc caput deest in Vat., Colb. a. et Corb. Regm. habet Æthericus vero Luxoviensis. Editi, *Lyxoensis*, seu *Lixoensis*, vulgo *Lisieux* in Normannia. Porro locus in quo supra Gregorius Ætherii meminert, non exstat. Unde Gointius infert hoc caput ex alio auctore Gregorii historiae assumptum fuisse. Sed ipse Gregorius lib. iv, cap. 16, quod in mss. Corb., Bellov. et cæ-

expulsus est, vel receptus. Clericus quidam existit ex Cenomannica urbe, luxuriosus nimis, amatorque mulierum, et gulæ ac fornicationis, omnique immunditiæ valde deditus. Hic mulieri [Al. mulieris] eujusdam sæpius scorto commixtus, comam capitis totondit, mutatoque virili habitu ^a, secum in aliam civitatem deduxit, ut suspicio adulterii auferretur, cum inter incognitos devenisset. Erat enim mulier ingenua genere, et de bonis orta parentibus. Comperto autem post dies multos propinqui ejus quæ acta fuerant, ad ulciscendam humilitatem generis sui velocius properant, repertumque clericum vincetum custodiæ mancipant; mulierem vero igni consumunt. Et, sicut cogit auri sacra fames, clericum sub pretio venundari procurant, ea videlicet ratione, ut aut esset qui redimeret, aut certe mori addiceretur obnoxius. Cumque hæc Ætherio episcopo delata fuissent, misericordia motus, datis viginti aureis ^b, cum ab imminente exemit interitu. Igitur postquam vitæ donatus est, profert se litterarum esse doctorem, promittens sacerdoti, quod si ei pueros delegaret, perfectos eos in litteris redderet. Gavisus auditu sacerdos, pueros civitatis collegit, ipsique delegat ad docendum. Denique cum jam honoraretur a civibus, et pontifex ei aliquid terræ vinearumque largitus fuisset, ac per domos parentum **312** eorum quos erudiebat, invitaretur, reversus ad vomitum, unius pueruli matrem, immemor anterioris injuriæ, concupiscit. Quod cum pudica viro mulier declarasset, conjuncti parentes ejus gravissimis clericum tormentis subdentes, interimere voluerunt. Quem sacerdos iterum misericordia motus, castigatum verbis lenibus liberavit, honorique restituit. Sed mens leva nunquam ad bonitatem potuit inclinari, sed potius factus est ejus inimicus, a quo sæpius fuerat de morte redemptus. Conjunctus est enim archidiacono civitatis, et se episcopatu dignum proferens, episcopum molitur occidere. Locatoque clerico, qui eum bipenne percuteret, ipse ubique discurrunt, mussitant, amicitias clam illigant, proferunt præmia, ut si sacerdos obiret, ipse succederet. Sed misericordia Domini anticipavit eorum perfidiam, crudelitatemque iniquorum hominum veloci pietate repressit. Die vero quo sacerdos operarios in agro aggregaverat ad sulcandum, clericus antedictus cum securi prosequitur sacerdotem nihil de his penitus scientem. Tandem igitur hæc advertens: Quid tu, inquit, me attentius cum hac bipenne prosequeris? At ille timore perterritus, ad genua viri provolvitur, dicens: Fortis esto, sacerdos Dei. Nam scias me emissum ab archidiacono ac præceptere, ut te securi percuterem. Quod cum sæpius facere voluissem, et ictum dextra suspensa librarem, tegebantur tenebris oculi mei, et aures obscurabantur,

teris omnibus habetur, dicit pariter de S. Tetrico episc. Lingonensi, *cujus.... memoriam fecimus*; de quo tamen apud eum nihil invenitur.

^a Regn., *mutatoque femineo habitu in virile n.*

^b Idem codex, *argenteis*.

^c Juxta canonum præscriptum, qui volunt epi co-

totumque corpus tremore quatiebatur; sed et moralisque virtute erant, et quæ optabam implere poteram: cum vero manus deposuissem, nihil sentiebam omnino. Cognovi enim quoniam tecum Dominus, eo quod non potui aliquid tibi nocere. I eo dicente, flevit sacerdos, imponens silentium amico, reversusque domum cœna: discebat. Quæ ceta, in strato suo quievit, habens circa lectum suos multos lectulos clericorum ^c. Denique diffusi hinc **313** clerico, per se nefas perficere cogitantes, non argumenta machinantur, per quæ, aut eum vi exstinguerent, aut certe erimen, quo a sacerdotio diceretur, imponerent. Interea quiescentibus emet media fere nocte cubiculum sacerdotis irrupit exclamantes voce magna, atque dicentes vidisse mulierem a cubiculo egredi, ipsamque ob hoc discessisse, dum ad episcopum festinasset. Et sane per hæc ^d et consilium diaboli fuit, ut in tali ætate erimen imponerent sacerdoti, qui erat fere septuagennarius. Nec mora, conjuncto secum iterum amicum clerico, alligatur sacerdos catenis ab ejus manibus, de cujus collo sæpius vincula discusserat arduæ custodiæ mancipatur ab eo, quem de cœna carceribus præterquam liberaverat. At ille cognoscens inimicos sibi vehementer invaluisse, Domini misericordiam cum lacrymis in vincula compactus exornat. Mox opprimuntur somno custodes, solutisque divinitus vinculis, de custodia procedit innoxius, noxiorum frequentissimus liberator: deinde dilapsus, ad regem Gunthramni regis transit. Quo discedente, liberum jam conjuncti satellites ad regem Chilpericum properant pro episcopatu petendo, multa crimina episcopo proloquentes, addentes ista: In hoc cognosce, rex gloriosissime, vera esse hæc quæ dicitur, quia mortem pro sceleribus vivens ad fratrem transit regnum. Quod ille non credens, hos civitatem redire jubet. Dum hæc agerentur, mox cives de pastoris absentia, cognoscentes omnia quæ de eo acta fuerant per invidiam et avaritiam pertrata, apprehensum eum satellite archidiaconum injuriæ subdentes, ad regem petierunt, ut reciperent sacerdotem suum. At rex legatos fratri suo dirigerens nihil se criminis in episcopo reperisse. Tandem Gunthramnus rex, ut erat benignus et proliuus miserandum, multa ei munera contulit, datus et epistolas per omnes episcopos regni sui, ut peregrinum aliquo ^e pro Dei intuitu consolarentur. **3** Tunc circumiens civitates, tanta ei a sacerdotibus Dei collata sunt, tam in vestibus quam in auro vix civitati quæ meruerat posset inferri; impletumque est illud quod ait Apostolus: *Quia diligentius Deum omnia concurrant in bonum* (Rom. viii, 28). Nam tuic peregrinatio divitias attulit, et exsili-

pos semper habere secum testes private sue conversationis, can. *Cum pastoris*, 2, qu. 7. Ad Greg. M. lib. iv, epist. 44. Concillaneos appellat synodus in causa Symmachi, Græci synodus.

^d i. e. a. i. c., *Et insanie pars hæc.*

^e Ecce, *aliquid.*

res multas invexit. Posthæc regrediens a civibus in tali honore susceptus est, ut præ gaudio flerent, benedicerent Deum, qui tandem ecclesiæ tantum stituit sacerdotem:

XXXVII. Lupentius ^a vero abbas basilicæ sancti privati martyris urbis Galitanæ, a Brunichilde regina accessitus, advenit. Incensatus enim, ut ferunt, erat ab Innocentio supradictæ urbis comite, quod ofanum aliquid effatus de regina fuisset. Sed discussis, cum nihil de crimine majestatis consensu esset inventus, discedere jussus est. Verum ubi viam rperere cœpit, iterum ab antedicto comite captus, et Ponticonem villam deductus, multis suppliciis est lectus; dimissusque iterum ut rediret, cum super onam fluvium tentorium tetendisset, iterum irruit per eum inimicus ejus. Cujus vi oppressi anputa- a caput in cœnum oneratum lapidibus posuit, et nini dedit; reliquum vero corpus vinetum cum o immersit gurgiti. Post dies vero paucos appa- t quibusdam pastoribus, et sic extractum a flu- e sepulchræ mandatam est. Sed dum necessitates eris pararentur, et ignoraretur quis esset e popu- presertim eum caput truncati non inveniretur, to adveniens aquila levavit euleum a fundo flu- is, et ripæ deposuit: admirantesque qui aderant, rehensu euleo, dum sollicitè quid contineret in- unt, caput truncati reperiunt, et sic cum reliquis bus est sepultum. Nam ferunt nunc et lumen ibi ritus apparere: et si infirmus ad hunc tumulum ter deprecatus fuerit, accepta sospitate reedit.

XXXVIII. Theodosius ^b Rutenorum episcopus, qui c Dalmatio **315** successerat, diem obiit: in ecclesia intantum pro episcopatu intentiones et adala orta convaluerunt, ut pene sacris ministe- m vasis et omni facultate meliori nudaretur: antamen Transobadus presbyter rejicitur, et In- ontius ^c Galitanorum comes eligitur ad episco- m, opitulante Brunichilde regina. Sed assumpto opatu, confestini Ursicinum Cadurcine urbis opnm lacessere cœpit, dicens, quia diœceses unæ Ecclesiæ debitas retineret. Unde factum est; uturna intentione gliscente, post aliquot annos metus metropolis ^d eum suis provincialibus apud

hoc caput deest in Vat. Corb. et Colb. a. S. Lu- ri corpus Catalannum allatum, in ecclesia eathe- D servatum est usque ad annum 1867, quo eccle- a Juliane die 19 Januarii icta conflavit, simulque e reliquæ, quæ ibi servabantur, consumptæ sunt. u vero superfluerunt, ossa scilicet seminista, et ci- ri, simul congesta in theca asservantur retro ma- s. Festum beati Lupentii ibidem die xi Kal. mbris colitur, diciturque vulgo *saint Louvent*.

Neque hoc caput exstat in Corb., Vat. et Colb. a. e. Dalmatio, Theodo ii et etione et Transobado, supra lib. v, cap. 47. Transobadus dicitur in m. *Trusobaldus*; in Regn., *Teusobaldus*; in *Trasobadus*.

ipse, de quo eap. præced. et lib. x, cap. 8. die Colb. m. et Regn., quæ est sincera lectio. nim Gregorius et alii auctores ejus avi habent *metropolitanus*. Vide Conc. Paris. iii, ean. 8, et illi formulas. Unde male apud Chesu. et aliquot *metropolitans*; melius quoniam, *metro-*

urbem Arvernâ residentem, judicium emanaret, scilicet ut parochias, quas nunquam Rutena Ecclesia tenuisse recolebatur, reciperet: quod ita factum est.

XXXIX. Remigius ^e Biturigum episcopus obiit: cujus post transitum gravi incendio pars maxima civitatis eremata est, ibique ^f illa quæ hostilitati resederant, perierunt. Posthæc Sulpicius in ipsa urbe ad sacerdotium, Guntchramno rege favente, præligitur. Nam eum multi munera offerrent, hæc rex episcopatum quærentibus respondisse fertur: Non est principatus nostri consuetudo, sacerdotium vendicare sub pretio, sed nec vestrum eum præmiis comparare: ne et nos turpis lueri infamia notemur, et vos Mago Simoni comparemini. Sed juxta Dei præscientiam Sulpicius vobis erit episcopus. Et sic ad clericatum deductus, episcopatum ecclesiæ supradictæ suscepit. Est enim vir valde nobilis, et de primis senatoribus Galliarum, in litteris bene eruditus rhetoricis, in metricis vero artibus nulli secundus. Hic synodum illam, cujus supra meminimus, pro parochiis Cadurcenis fieri commouit.

XL. Legatus vero, Oppila nomine, de Hispaniis advenit, multa munera **316** Chilperico regi deferens. Timebat enim rex Hispanorum, ne Childebertus exercitum ad ulciscendam sororis suæ injuriam commoveret: quia Leuvichildus apprehensum filium suum Hermenegildum, qui sororem^g Childeberti acceperat, retruserat in custodiam, ipsa muliere eum Græcis relicta. Igitur eum die sancto Paschæ hic legatus Turonis advenisset, seiscitati sumus, utrum nostræ religionis esset. Respondit ipse se hoc credere quod catholici credunt. Exinde procedens nobiscum ad ecclesiam, Missarum solemniam tenuit; sed neque pacem eum nostris fecit, neque de sacrificiis communicavit ^h. Cognitumque est mendacium esse quod dixerat se esse catholicum. Nihilominus ad convivium invitatus adfuit. Cumque ego sollicitus requirerem quid crederet, respondit: Credo Patrem et Filium et Spiritum sanctum unius esse virtutis. Cui ego respondi: Si hæc, ut asseris, credis, quæ obstitit causa ut de sacrificiis, quæ Deo offerimus, communicare differres? Et ille: Quia, inquit, Gloriam non recte respondetis; nam juxta Paulum

politanus. Is erat Sulpicius Severus, ex cap. sequenti, de quo lib. x, cap. 26. Parochiæ vero, de quibus hic movebatur, illæ erant, ut suspicatur Valesius, quæ Arisitensi episcopatu attributæ fuerant, de quibus supra lib. v, cap. 5.

^e Deest etiam hoc caput in Corb., Vat. et Colb. a. Idem antistes sub *Remedii* nomine subscripsit Concilio Matise. 1, anno 581. Ejus et successoris sui Vita habetur in Patriarchio Bituricensi, cap. 26 et 27, tomo II Biblioth. novæ Labbei.

^f *Ibique*, etc., usque ad *perierunt*, desunt in Colb. m. At Cas. habet *hostilitati restiterant*.

^g Ingundem Sigiberti filiam.

^h Observa notatum hominem, qui cum sacris interfuisset, iis non participaverat, nec pacem ab aliis fidelibus acceperat. Missas autem tenere, idem est ac ipsi interesse, ex ean. 47 Concilii Agathensis, aut certe, si de sacerdote habeatur sermo, eas celebrare, ut in Regula S. P. Benedicti, cap. 69. Vide Card. Bona, lib. 1 Ber. Liturgic., cap. 2, n. 6.

apostolum nos dicimus : Gloria Deo Patri per Filium ; A Spiritu sancto, sub Joannis manu baptizaretur. *Hic est, ait, Filius meus dilectus, in quo bene complacui* (Matth. xvii, 5). Certe si oppilatas habes aures, ista non audias, crede apostolis quid **318** in monte audierint, cum transfiguratus Jesus in gloria loqueretur eum Moyse et Helia. Nempe de nube splendidus Pater ait : *Hic est Filius meus charissimus, ipsum audite* (II Pet. i, 17). Ad hæc hæreticus respondit : *Nihil in his testimoniis Pater de gloria loquitur Filium nisi tantum ipsum Filium monstrat. Et ego : Si enim ista sic recipis, proferam tibi aliud testimonium, quo Pater reddidit Filium gloriosum. Veniente autem Domino ad passionem, cum ille diu eret : Pater glorifica Filium tuum, ut Filius tuus glorificet te* (Joan. xvii, 1), quid ei Pater respondit de cælo? Nonne ait : *Et glorificavi, et iterum glorificabo* (Joan. xii, 2) ? Ecce enim Pater glorificat eum propria voce, et tu gloriam conaris adimere? Voluntatem quidem ostendis, sed potestas nulla suppetit. Nam qui Paulus apostoli accusator existis, audi ipsum iuno Christum in ipso loquentem : *Omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris* (Philipp. ii, 11). Quod si nunc communis est eum Patre gloria et in ipsa qua nunc Pater est gloria commemoratur qualiter eum tu quasi ingloriosum exhonoras? Aut enim non erit ei reddenda gloria inter homines, qui pariter gloria cum Patre regnat in cælis? Confitemur ergo Christum Filium Dei Deum verum. Ideoque quia deitas una, una erit et gloria. Posthæc dato silentio, altereatione cessatum est. Ille quoque ad Chilpericum regem accedens, oblatis muneribus quæ rex Hispanorum miserat, in Hispaniam est recessus.

XLI. Comperto autem Chilpericus rex quod Gunthramnus frater ejus cum Childeberto nepote suum pacem fecerat, et civitates, quas violenter invaserat ei simul vellent auferre, cum omnibus thesauris suis in Cameracensem urbem discessit, et omnia quæ melius habere potuerat, secum tulit. Misitque ad duces et comites civitatum multos, ut muros componerent urbium, resque suas cum uxoribus et filiis infra murorum munimenta concluderent, atque ipsi si necessitas exigeret, repugnarent viriliter, ne ea pars adversa noceret, illud addens : *Et si aliquid perdidideritis, cum de inimicis **319** ulciscemur, majora conquiretis*; nesciens patrationem victoriarum in manu Dei consistere. Deinde sæpius exercitum commovit, et iterum infra terminum requiescere jubet. His diebus ei filius natus est, quem in villa Victoriacensi e nutrire præcepit, dicens : *Ne forte dum publice videtur, aliquid mali incurrat et moriatur*.

XLII. Childebertus vero rex in Italiam abiit. Quo cum audissent Langobardi ^f, timentes ne ab eju exercitu cæderentur, subdiderunt se ditioni ejus

^a Sic Corb., Bee., Colb. a., Com. c. et Regm.; alii non habent sua. Et infra. Corb. et Regm., *quotquot enim*, etc.

^b Hæc verba, usque ad *nihil vobis*, desunt in Corb., quæ est scriptoris omissio.

^c Editi, *Jesum Christum*.

^d Regm., *clarificet*. Et infra, *clarificavi,.... clarifi-*

cabo.

^e In Belgio, ubi occisus fuerat Sigibertus ex lib. iv cap. ult. Filius autem Chilperici hic memoratus postmodum Chlotarius dictus est, et patri in regno successit.

^f De variis Childeberti in Italiam expeditionibus Paulus Diaconus lib. iii, cap. 17 et seqq. Exstant ea d

multa ei dantes munera, ac promittentes se parti ejus esse fideles atque subjectos; patrique cum his omnibus quæ voluit rex, in Gallias est regressus, atque exercitum commoveri præcepit, quem in Hispaniam dirigi jussit, sed quievit ^a. Ab imperatore autem Mauricio ante hos annos quinquaginta millia solidorum acceperat, ut Langobardos de Italia extruderet. Audito autem imperator, quod cum his in pace conjunctus est, pecuniam repetebat: sed hic, fidus a solatiis, ne responsum quidem pro hac re voluit reddere.

XLIII. In Galicia ^b quoque novæ res actæ sunt, quæ desuperius ^c memorabuntur. Igitur cum Hermenegildus, sicut supra diximus ^d, patri infensus esset, et in civitate quadam Hispaniæ cum conjugate residente, solatio fletus imperatoris, atque Mironis ^e Galliciensis regis, patrem ad se cum exercitu venire cognovit, consiliumque iussit qualiter venientem aut repelleret, aut necaret: nesciens miser iudicium sibi imminere divinum, qui contra genitorem, quamlibet hæreticum, talia cogitaret. Habito ergo tractatu, de multis virorum millibus trecentos viros elegit armatos, et infra castrum Oser ^f, 320 in cuius ecclesia fontes divinitus complentur, includit: ut scilicet primo impetu ab his pater teritus ac lassatus, facilius ab inferiori manu, quæ erat plurima, vinceretur. Denique his dolis Leuvigildus rex cognitis, cogitatione maxima fatigatur. Si, inquit, illic cum omni exercitu abiero, conglobatus in unum exercitus adversariorum jaculis crudelissime sauciatur. Si vero cum paucis vadam, virorum fortium manuum nequeo superare; tamen cum omnibus ibo ^g. Et accedens ad locum viros prostravit, castrumque combussit, sicut jam superius memofatum est. Patrata quoque victoria, cognovit Mironem regem contra se cum exercitu residere. Quo circumdato, sacramenta exigit sibi in posterum fore fidelem. Et sic datis sibi invicem muneribus, unusquisque ad propria est regressus. Sed Miro postquam in patriam rediit, non multos post dies conversus ad lectulum, obiit: infirmatus enim ab aquis Hispaniæ fuerat ma-

re aliquot epistolæ, quæ editæ sunt a Chesu, et Frehero, in quibus Mauricius et ejus præfecti de Francis, quasi de violatæ fidei reis conqueruntur. Autharius Clepi filius tunc apud Langobardos regnabat, qui *Flavius ob dignitatem* appellatus est; istudque prænomen subsequentibus regibus gentis suæ transmisit, ut refert Paulus Diaconus lib. III, cap. 46.

^a Regni, sed nescio qua de causa remansit. Nam ab.

^b Corb., Colb. et Freh., Gallia. Bad. melius, Callectia.

^c Galliee, dessous; unde Colb. s. habet inferius.

^d Lib. v, cap. 39, quod vide. Urbs hic memorata est Hispalis, cui tunc præerat episcopus S. Leander, ad Tiberium imp. legatus, ut opem adversus Leuvigildum imploraret.

• Is erat catholicus, patre ipsius cum tota Suevorum gente, cui imperabat, per Martinum Damieensem ad idem rectam adducto. Joannes Biclarenus, et Isidorus vulgatus in Chronico scribunt Mironem in Leuvigildi auxilium accessisse, vitamque finisse apud Hispalim.

lis, acribusque incommotis. Quo defuncto, filius ejus Eurichus Leuvigildi regis amicitias expetit; datoque, ut pater fecerat, sacramento, regnum Galliciense suscepit. Hoc vero anno cognatus ejus Andica ^h, qui sororem illius desponsatam habebat, cum exercitu venit, apprehensumque clericum ⁱ facit, ac diaconatus sive presbyterii ei imponi honorem jubet: ipse vero accepta soceri sui uxore J, Galliciense regnum obtinuit. Leuvigildus vero filium suum Hermenegildum cepit, et secum usque Toletum adduxit, condemnans eum exilio; uxorem tamen ejus a Grecis eripere non potuit.

XLIV. Loenstæ quoque de Carpitanâ provincia, quam per quinque vastaverant annos, hoc anno 321 progressæ, aggeremque publicum tenentes, ad aliam se provinciam, quæ huic vicina erat provinciæ, contulerunt. Quare spatium in centum ^k quinquaginta extenditur millia longitudo; latitudo vero in centum millibus terminatur. Hoc anno multa prodigia apparuerunt in Galliis, vastationesque multæ fuerunt in populo. Nam mense Januario rosæ visæ sunt; circa solem quoque circulus magnus apparuit, diversis coloribus mistus, ut solet in illo cælestis iris ambitu pluvia discedente ^l monstrari. Pruina graviter vineas exussit; tempestas etiam subsecuta vineas segetesque per plurima loca vastavit, residuum quoque grandinis siccitas immensa consumpsit. Exiguusque fructus in aliquibus vineis visus, in aliis vero nullus, ita ut irati contra Deum homines, patefactis aditibus vinearum, pecora vel jumenta, intromitterent, noxias sibi immiscentes miseri preces, atque dicentes: Nunquam in his vineis palme nascatur in sempiternum. Arborea vero, quæ mense Julio poma protulerant, mense Septembri fructus alios ediderunt. Morbus pecorum iteratus invaluit, ita ut vix quidquam remaneret.

XLV. Interim advenientibus Kalendis Septembribus, Gothorum magna legatio ad regem Chilpericum accedit. Ipse vero jam regressus Parisios, familias multas de domibus fiscalibus ^m auferri præcepit, et in plaustris componi; multos quoque illesos et

^f Alii *Oset*, seu *Oser*; castrum erat ex adverso Hispalis, olim a Romanis *Julia Constantia* dictum.

^g Corb., *ibit*, pro *ivit*.

^h Edit., *Aduca*. Regni. nomen non exprimit.

ⁱ Isidorus in Chronico, Eboriceno monachum factum in monasterio damnatum ab Andica fuisse scribit. Idem refert Leuvigildum Suevis bellum intulisse, in quo victus Andica, presbyterii officio mancipatus est, quo pacto Suevorum imperium in Hispaniis deletum fuit. Vide Joan. Biclari. Chronicum.

^j Siseguntia nimirum Mironis uxore, ex Joan. Biclari. Chronico.

^k In Cod. Corb. deest *centum*.

^l Cod. Colb., *descendente*.

^m Hujus loci occasione de domibus fiscalibus agitur Valerius lib. XI. Rerum Francic., aitque veteres Germanos non urbes, sed villas et vicos habitare consuevisse, in quibus suam quisque familiam, et pecus quamplurimum poterat, alebat. Nosri autem reges, more hoc retento, complures ejusmodi villas habuerunt, per totum regnum sparsas, ita ut nunquam fere extra suas domos, etiam in numeribus,

nolentes abire, in custodiam retrudi jussit, ut eos A
facilius cum filia transmittere posset. Nam ferunt
multos sibi ob hanc amaritudinem vitam laqueo ex-
torsisse, dum de parentibus propriis auferri metue-
bant. Separabatur autem filius a patre, mater a filia,
et cum gravi gemitu ac maledictionibus discedebant;
tantusque planctus in urbe **322** Parisiaca erat, ut
planctui compararetur Ægyptio. Multi vero meliores
nati^a, qui vi compellebantur abire, testamenta con-
diderunt, resque suas ecclesiis deputantes, atque
petentes, ut eum in Hispanias puella introisset, sta-
tim testamenta illa, tanquam si jam essent sepulti,
reserarentur. Interea legati regis Childebiti Pari-
sios advenerunt, contestantes Chilperico regi, ut
nihil de civitatibus, quas de regno patris sui tenebat,
auferret, aut de thesauris ejus in aliquo filiam mu-
neraret, ac non mancipia, non equites [Al. equos],
non juga boum, neque aliquid hujuscemodi de his
auderet attingere. De quibus legatis unum ferunt
clam interemptum, sed nescitur a quo. Suspicio tam-
en vertebatur ad regem. Promittens vero Chilperi-
cus rex nihil de his contingere, convocatis meliori-
bus Francis, reliquisque fidelibus, nuptias celebravit
filie suæ^b. Traditaque legatis Gotthorum, magnos
ei thesauros dedit; sed et mater ejus immensum
pondus auri argentique, sive vestimentorum protulit,
ita ut videns hæc rex, nihil sibi remansisse putare.
Quem cernens regina commotum, conversa ad Fran-
cos, ita ait: Ne putetis, o viri, quidquam hic de
thesauris anteriorum regum haberi. Omnia enim
quæcernitis, de mea proprietate oblata sunt, quia
C
est per Joel prophetam: *Residuum locustæ comedit
eruca¹, et residuum erucæ comedit bruchus, et resi-
dum bruchi comedit rubigo (Joel 1, 4)*. Ita et hoc
actum est tempore, **324** ut residuum pruinae pro-
tereret tempestas, et residuum tempestatis exureret
siccitas, et residuum siccitatis auferret hostilitas.

mas et osona, eum de porta egrederetur, uno ear-
rucæ effracto axe, omnes Mala-hora dixerunt: quod
a quibusdam pro auspicio susceptum est. Denique
hæc de Parisiis progressa, octavo ab urbe milliario
tentoria figi præcepit. Surgentes enim quinquaginta
viri de nocte, apprehensis centum equitibus [Al.
equis] optimis, totidemque frenis aureis, ac duabus
catenis magnis, ad Childebertum regem fuga dilapsi
abierunt. Sed et per totum iter eum labi quis po-
tuisset, effugiebat, ferens secum quæ arripere po-
tuisset. Apparatus quoque magnus expensæ^d de di-
versis civitatibus in itinere congregatus est, in quo
nihil de fisco sua rex dari præcepit, nisi omnia de
pauperum conjecturis^e. Sed quoniam suspicio erat
regi, ne frater aut nepos aliquas insidias puellæ in
via pararent, vallatam ab exercitu pergere jussit.
Erant autem cum ea viri magnifici: Bobo dux, fi-
lius Mummoleni, cum uxore, quasi paranymphus;
Domegiselus, et Ansoualdus; major domus autem
Waddo^f, qui olim Santonicum rexerat comitatum:
reliquum vero vulgus super quatuor millia erat. Cæ-
teri autem duces et camerarii^g, qui cum ea prope-
raverant, de Pictavo regressi sunt; isti vero iter
conficientes, pergebant ut poterant. Per quam viam
tanta spolia, tantæque prædæ factæ sunt, ut vix va-
leant enarrari; nam hospitola pauperum expoliam-
bant, vineas devastabant, ita ut incisus caudicibus
cum uvis^h auferrent, levantes pecora, vel quidquid
invenire potuissent, nihilque per viam qua gradie-
bantur relinquentes; impletumque est quod dictum
est per Joel prophetam: *Residuum locustæ comedit
eruca¹, et residuum erucæ comedit bruchus, et resi-
dum bruchi comedit rubigo (Joel 1, 4)*. Ita et hoc
actum est tempore, **324** ut residuum pruinae pro-
tereret tempestas, et residuum tempestatis exureret
siccitas, et residuum siccitatis auferret hostilitas.

XLVI. His itaque eum hac præda pergentibus,
Chilpericus, Nero nostri temporis et Herodes, ad
villam Calensem, quæ distat ab urbe Parisiaca
quasi centum stadiis, accedit, ibique venationes
exercet. Quadam vero die regressus de venatione,
jam subobscura nocte, dum de equo susciperetur, et
unam manum super scapulam pueri retineret, adve-
niens quidam cum cultro percudit sub ascellam, ite-

commanerent; ex quibus sibi suisque omnia ferme
suppeditabantur. Ibi enim erant agricultores, vinito-
res, pastores, coqui, pistores, etc., qui suum quique
opus exercebant, illique servi si cales sive regales
dicebantur; quos alii familiam dominicam, alii mini-
steriales regios appellabant. Iis tam villis, quam
fronibus præerant domestici regis nonnunquam
etiam majores domus dicti, qui eo potentiores erant,
quo pluribus villis prædicabantur; unicuique autem
villæ suus erat procurator, actor dominicæ dietæ,
qui domestico subjectus, ipsi rationem reddere tene-
batur. Tales erant regum nostrorum familie, ex qui-
bus Chilpericus jure suo utens, multos etiam invitos
in Hispaniam abire coegit.

^a Sic dicebantur, qui dignitate aliqua aut opibus
pollebant; nonnunquam etiam *majores natu*, aut *se-
niores* appellabantur; et econtrario *minores natu*
qui nihil supra plebeios habebant. Vide Glossar.
Gangu.

^b Vide cap. 9 libri sequentis.

^c In Corb. deest *labore*.

^d Regm. et Chesn., *et expensæ... congregatæ
sunt*.

^e Id est contributionibus seu collectis, potissimum
que extra ordinem fiebant: alias *conjecta* diceban-
tur, ut observat Bignonius ad lib. 1. Marculli, cap. 3.

^f Colb. m. et Ch. al., *Waddo*; Regm., *Wardo*; Bec.
Waldo. In indice capitum Colb. 2., *Walado*.

^g Camerarios eodem ac cubicularios fuisse cen-
set Bignonius in formol. 25 lib. 1. Marculli. Eorum
officia Hincmarus exposuit his verbis: *De honestate
vero palatii, seu specialiter ornamento regali, nec non
et de donis annuis militum, absque cibo et potu vel
equis, ad reginam præcipuo, et sub ipsa ad camera-
rium pertinebat*, etc. Vide Tilium, Falectum Orig.
lib. 1. cap. 11, et Cangium in Glo-sario.

^h Corb., *cotiticibus cunctis*.

¹ Corb., *crugo*.

ratoque etu ventrem ejus perforat; statimque profluente copia sanguinis tam per os quam per aditum vulneris, iniquum fudit spiritum. Quam vero malitiam gesserit, superior lectio docet. Nam regiones plurimas sæpius devastavit atque succendit; de quibus nihil doloris, sed lætitiã magis habebat, sicut quondam Nero, cum inter incendia palatii tragœdias decantaret ^a. Persæpe homines pro facultatibus eorum injuste punivit; in cujus tempore pauci quodammodo episcopatum clerici meruerunt. Erat enim gula deditus, ejus deus venter fuit, nullumque se asserebat esse prudentiorem; confecitque duos libros, quasi Sedulium meditatus, quorum versiculi debiles nullis pedibus subsistere possunt, in quibus, dum non intelligebat, pro longis syllabas breves posuit, et pro brevibus longas statuebat; et alia opuscula, vel hymnos, sive missas ^b, quæ nulla ratione suscipi possunt. Causas pauperum exosas habebat, sacerdotes Domini assidue blasphemabat; nec aliunde magis dum secretus esset, exercebat ridicula vel jocosa, quam de ecclesiarum episcopis. Illum ferebat levem, alium superbum; illum abundantem, istum luxuriosum; illum asserebat elatum, hunc tumidum: nullum plus ^c odio habens quam ecclesias. Dicebat enim plerumque: Ecce pauper remansit fiseus noster, ecce **325** divitiarum nostrarum ad ecclesias

sunt translatae. Nulli penitus, nisi soli episcopi, reſtant; perit honor noster, et translatus est ad episcopos civitatum. Hæc aiens [*Al. agens*] assidue, testamenta quæ in ecclesias conscripta erant, plerumque dirupit, ipsasque patris sui præceptiones, putans quod non remaneret qui voluntatem ejus servaret, sæpe calcavit. Jam de libidine atque luxuria non potest reperiri in cogitatione, quod non perpetrasset in opere, novaque semper ad lædendum populum ingenia perquirebat; nam si quos hoc tempore culpabiles reperisset, oculos eis jubebat erui. Et in præceptionibus, quas ad iudices pro suis utilitatibus dirigebat, hæc addebat: « Si quis præcepta nostra contempserit, oculorum avulsione **326** multetur. » Nullum unquam pure dilexit, a nullo dilectus est; ideoque cum spiritum exhalasset, omnes cum reliquerunt sui ^d. Mallulfus autem Silvanectensis episcopus, qui jam tertia die in tentorio residebat, et ipsum videre non poterat, ut eum interemptum audivit, advenit; ablutumque vestimentis melioribus induit, noctem in hymnis deductam, in navim levavit, et in basilica sancti Viucentii quæ est Parisiis, sepelivit ^e, Fredegunde regina in ecclesia derelicta ^f.

Explicit liber sextus Georgii Florentis, sive Gregorii Turonensis episcopi. Deo gratias.

327 328 INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SEPTIMI

- I. De obitu sancti Salvii episcopi.
- II. De collisione Carnotenorum et Aurelianensium.
- III. De incerto Vedasti cognomento Avi.
- IV. Quod Fredegundis in ecclesiam confugit; et de thesauris ad Childebertum ductis.
- V. Quod Guntchramnus rex Parisios venit.
- VI. Quod idem rex ea, quæ de regno Chariberti erant, sibi subegit.
- VII. Quod legati Childeberti Fredegundem requirunt.
- VIII. Quod rex populum petiit, ne, ut fratres ejus, interimatur.
- IX. Quod Rignunthis a Desiderio thesauris ablatiis retenta est.
- X. Quod Gundovaldus in regno elevatus est; et de Rignunthe filia regis Chilperici.
- XI. De signis quæ apparuerunt.
- XII. De incendio regionis Thronicæ, et virtute sancti Martini.
- XIII. De incendio et prædis Pictavæ urbis.
- XIV. De legatis Childeberti regis ad Guntchramnum regem missis.
- XV. De malitia Fredegundis.
- XVI. De repressu Prætextati episcopi.
- XVII. De Promoto episcopo.
- XVIII. De eo quod regi dictum est, ut se tantum redderet, ne occideretur.
- XIX. Quod regina in vitam ab re jussa est.
- XX. Quod eadem evasit qui Brunichildem necaret.
- XXI. De fuga et custodia Eberulfi [Mss. al. Berulfi.]
- XXII. De malitia ejus.
- XXIII. De Judro interfecto cum suis.
- XXIV. De præda urbis Pictavæ.

^a Apud Sueton. lib. vi, cap. 58.

^b Id est collectas seu orationes, uti viri docti interpretantur; quam varias autem significationes patitur vox *Missæ*, nemo nescit.

^c Sic Corb. et Bee.; alii, *nullam rem plus*.

^d Corb. non habet *sui*. Porro Mallulfus, aliis *Mallulfus*, in Colb. m. et Regm. *Madulfus*, Aimoino *Madalulfus*, colitur uti sanctus apud Silvanectenses in Nonas Maii, qui dies est Translationis ejus.

^e Visitur etiam nunc in S. Germani a Pratis basilica monumentum Chilperici regis, sed quod non videtur esse tante antiquitatis. Quæ autem inscriptiones a Valesio circa finem libri XI rer. Franc. referuntur, ad aliam quempiam Chilpericum, regis, uti

C ex nomine conjicere licet, prosapie principem, revocanda sunt. Certum est enim vel ex ipso Gregorio, non solum reges, sed etiam alios Francorum principes in ea basilica sepeliri solitos fuisse, quoniam de novo Chilpericus ædificasse dicitur in Testamento Bertranni episcopi. Genomanni, ubi idem rex *incolytas* appellatur et *bonæ recordationis*. De ejus nece vitæ notas in cap. ult. Fredegarii, qui reliquos Gregorii libros non attigit in Epitome.

^f Hic desinit cod. Corbeiensis, nisi quod sub lib. iv linem, tam in illo cõd. quam in Bellovaceusi, referuntur fragmentum ex capp. 7 et 8 libri vii. Hæc verba *Explicit*, etc., ex Corb. descripsimus.

- XXV. De spaliis Marilevisi.
 XXVI. Quod Gundovaldus civitates circumit.
 XXVII. De injuria Magnulfi [Mss. al. Agimulfi] episcopi.
 XXVIII. Quod exercitus inante accessit.
 XXIX. De interitu Eberulfi.
 XXX. De legatis Gundovaldi.
 XXXI. De reliquiis sancti Sergii martyris.
 XXXII. De aliis Gundovaldi legatis.
 XXXIII. Quod Childebertus ad Guntehrannum patrum suum venit.
 XXXIV. Quod Gundovaldus Convenas abiit.
 XXXV. De basilica sancti Vincentii martyris Agennensis vastata.
 XXXVI. De colloctione Gundovaldi cum exercitu.
 XXXVII. De bello contra urbem.
 XXXVIII. De interitu Gundovaldi.
 XXXIX. De interitu Sagittarii episcopi et Mummoli.
 XL. De thesauris Mummoli.
 XLI. De gigante.
 XLII. De virtute sancti Martini.
 XLIII. De Desiderio et de Wadone.
 XLIV. De muliere pythouissa.
 XLV. De fame anni presentis.
 XLVI. De interitu Christophori.
 XLVII. De bello civili inter cives Turonicos.

LIBER SEPTIMUS.

329 I. Licet ^a sit studium historiam prosequi, A quam priorum librorum ordo reliquit, tamen prius aliqua de beati Salvii episcopi obitu exposcit loqui devotio, qui hoc anno obiisse probatur ^b. Ille enim, ut ipse referre erat solitus, diu in habitu seculari commoratus, cum iudicibus sæculi mundiales causas est exsecutus: nunquam tamen se in his concupiscentiis obligans, quibus adolescentum animus solitus est implicari. Jam cum divini spiramenti odor interna viscerum attingisset, relicta sæculari militia monasterium expetivit, intellexitque vir jam tunc divinitati deditus, melius esse uti paupertate cum Dei timore, quam sæculi pereuntis lucra sectari: in quo monasterio diu sub regula a patribus instituta versatus est. Jam vero cum in robore majori tam intellectus quam ætatis evectus esset, defuncto abbate, B qui huic monasterio præerat, alendi gregis suseipit officium; et qui se magis fratribus publicum pro **330** correctione reddere debuerat, sit assumpto honore remotior. Illico sibi secretiorem cellulam quaerit. Nam in priore, ut ipse asserebat, amplius quam novem vicibus nimia exesus abstinentia, pellem corporis demutavit. Denique acceperat honore, cum in hæc contentius parcimonia orationi et lectioni vacaret, illud plerumque revolvebat, melius sibi fieri, si esset inter monachos occultus, quam nomen acceperit abbatis in populos. Quid plura? Includitur valedicens fratribus, sibi que ipsis valedicentibus. In qua inclusione in omni abstinentia, magis quam prius egerat, commoratur: studens pro charitatis obsequio, ut cum quisque venisset extraneus, C et orationem tribueret, et eulogias gratia plenissima ministraret: quæ multis infirmis plerumque salutem

integram detulerunt. Quodam autem tempore, felix nimia exhaustus, anhelus jacebat in lectulo; et ecce subito magna huius cellula clarificata contremuit. At ille extensis ad cælum manibus cum gratiarum actione, spiritum exhalavit. Misto quoque **331** ululatu monachi cum ipsius genitricis corpus defuncti extrahunt, aqua diluunt, vestimentis induunt, et retro superponunt, atque in psallenti fletuque labentem exigunt noctem. Mane autem facto, fimeris officio præparato, corpus moveri cœpit in feretro. Et ecce malis rubescentibus, vir quasi de gravi somno suscitatus, exentitur, apertisque oculis, et manibus elevatis, ait: O Domine misericors, quid fecisti mihi, ut me in hunc tenebrosam mundanæ habitationis locum redire permitteres, cum mihi melior esset in cælo tua misericordia, quam istius mundi vita nequissima? Stupentibus autem suis, et interrogantibus, quid fuerit tale prodigium, nihil interrogantibus ille respondit. Surgens autem de feretro, nihil mali sentiens de incommodo quo laboraverat, triduo absque cibi ac poculi perstitit alimento. Die autem tertio, convocatis monachis et matre, ait: Audite, o dilectissimi, et intelligite, quia nihil est quod cernitis in hoc mundo; sed sunt, juxta id quod Salomon propheta cecinit, *Omnia vanitas (Eccle. 1, 2)*. Felix est enim, qui ea agere potest in sæculo, ut gloriam Dei cernere mereatur in cælo. Et eum hæc diceret, dubitare cœpit utrum loqueretur amplius, an sileret. Quo tacente, implicitus fratrum precibus ut quid vidisset exponeret, ait: Cum me ante hos quatuor dies contremiscente cellula exanimem vidistis, C apprehensus a duobus angelis in cælorum excelsa sublatus sum, ita ut non solum hoc squalidum sæculum,

^a Decet hoc caput in Colb. a et Vat.

^b Colitur die 10 Septembris. Gregorinus infra lib. viii, cap. 22, habet: *Post obitum sancti Salvii, hoc anno (scilicet 582), Desideratus Albigensibus episco-*

pus datus est. Hinc aliquot saltem mensibus sedes vacasse dicenda est. Inter utranque nonnulli scribunt Theoligium sedisse.

verum etiam solem ac lucam, nubes et sidera sub pedibus habere putarem: deinde per portam luce ista clariorem introductus sum in illud habitaculum, in quo omne pavementum erat quasi aurum argentumque renitens, lux ineffabilis, amplitudo inenarrabilis; quam ita multitudo promisseni sexus obtexerat, ut longitudo ac latitudo catervæ prorsus pervideri non possit. Cumque nobis via inter comprimentes, ab his qui præcedebant angelis, pararetur, pervenimus ad locum, quem jam de longinquo contemplabamur: in quo superpendebat urbes omni luce lucidior, in quo non sol, non luna, non astrum cerni poterat, sed super his omnibus naturali luce splendidius effolgebat, et vox procedebat de nube tanquam **332** vox aquarum multarum. Ibi etiam me peccatorem humiliter salutabant viri in veste sacerdotali ac sæculari, quos mihi qui præcedebant, enarraverunt esse martyres ac confessores, quos hic summo excellentius famulatu. Stans igitur in loco in quo jussus sum, operuit me odor nimis suavitatis, ita ut ab hac suavitate reffectus, nullum adhuc cibum potumque desiderem. Et audivi vocem dicentem: Revertatur hic in sæculum, quoniam necessarius est ecclesiis nostris. Vox enim audiebatur, nam qui loqueretur penitus cerni non poterat. Et ego prostratus super pavementum, cum fletu dicebam: Heu! heu! Domine! cur mihi hæc ostendisti, si ab his frustrandus eram! Ecce hodie ejicis me a facie tua, ut revertar ad sæculum fragile, et huc ultra redire non valeam. Ne, quæso, Domine, auferas misericordiam tuam a me, sed deprecor ut permittas me hic habitare, ne illuc decidens peream. Et ait vox quæ loquebatur mihi: Vade in pacem. Ego enim sum custos tuus, donec reducam te in hunc locum. Tunc relictus a comitibus meis, descendens cum fletu, per portam qua ingressus fueram, huc sum regressus. Hæc eo loquente, stupentibus eunctis qui aderant, cœpit iterum sanetus Dei cum lacrymis dicere: Væ mihi qui tale mysterium ausus sum revelare. Ecce enim odor suavitatis, quem de loco saucto hauseram, et in quo per hoc triduum sine ullo cibo potuque sustentatus sum, recessit a me. Sed et lingua mea gravibus est operta vulneribus, et ita tumefacta, ut omne os meum videatur implere. Et scio quia non fuit beneplacitum Domino Deo meo, ut hæc arcana vulgarentur. Sed tu nosti, Domine, quia in simplicitate cordis hæc feci, non in jactantia mentis. Sed quæso ut indulgeas, et non me derelinquas, juxta pollicitationem tuam. Et hæc dicens siluit, et accepit cibum potumque. Ego vero hæc scribens, vereor ne alieni legenti sit incredibile, juxta id quod Sallustius histo-

riam scribens ait ^b, ubi de virtute atque gloria bonorum memor est: « Quæ sibi quisque facilia facta putat, a quo animo accipit: supra ea, veluti ficta pro falsis ducit. » Nam testor Deum omnipotentem, quia ab ipsius ore **333** omnia quæ retuli, audita cognovi. Post multum vero tempus ipse vir beatus cellula sua extractus, ad episcopatum electus, invitatus est ordinatus: in quo, ut opinor, decimum annum cum ageret, invalescente apud Albigensem urbem inguinario morbo, et maxima jam parte de populo illo defuncta, cum jam pauci de civibus remanerent, vir beatus, tanquam bonus pastor, nunquam ab illo loco recedere voluit, sed semper hortabatur eos qui relictis erant, orationi incumbere, ac vigiliis instanter insistere, et bona semper tam in operibus quam in cogitatione versare, dicens: Hæc agite, ut, si vos Deus de hoc mundo migrare voluerit, non in judicium, sed in requiem introire possitis. Cum autem, ut credo, jam revelante Domino, tempus suæ vocationis agnosceret, ipse sibi sarcophagum composuit, corpus abluit, vestem induit, et sic intentum semper cœlo beatum spiritum exhalavit. Fuit autem magnæ sanctitatis, minimeque cupiditatis, aurum nunquam habere volens. Nam si coactus accepisset, protinus pauperibus erogabat. Cujus tempore cum Mummolus patricius multos captivos ab ea urbe duxisset, prosecutus ille omnes redemit. Tantumque ei Dominus gratiam cum populo illo tribuit, ut ipsi etiam qui captivos duxerant, et de pretio ei concederent, et in reliquo numerarent: et sic patriæ suæ captivos libertati pristinae restauravit. Multaque de hoc viro bona audivi: sed dum ad historiam ceptam non reverti cupio, plurima prætermitto.

II. Defuncto igitur Chilperico, inventaque ^d quam diu quaesierat morte, Aurelianensis cum Blesensibus ^e juncti super Dunenses irruunt, eosque inopinantes proterunt; domos annonasque, vel quæ movere facile ^f non poterant, incendio tradunt; pecora diripiunt, **334** atque res quas levare poterant, sustulerunt. Quibus discedentibus conjuncti Dunenses cum reliquis Caruotensis, de vestigio subsequuntur, simili sorte eos afficientes qua ipsi affecti fuerant, nihil in domibus, vel extra domos, vel de domibus relinquentes. Cumque adhuc inter se jurgia commoventes desævirent, et Aurelianenses contra hos arma concuterent, intercedentibus comitibus, pax usque in audientiam data est, scilicet ut in die quo judicium erat futurum, pars quæ contra partem injuste exarserat, justitia mediante componeret, et sic a bello cessatum est.

Ægidio Rheinorum episcopo institutus fuerat, loco suo excedit, ut infra dicitur cap. 17; sed feliciores fuere hoc sæculo Blesenses, quibus, agente Ludovico Magno, episcopalem cathedram concessit Innocentius XII, pontifex Romæ, Carnotena diocesi in duas divisa; indeque primus hujus sedis episcopus hoc anno 1697 quo scribimus, die 15 Septembris, illustriss. dominus David Nicolaus de Bertier consecratus est.

^f Bee. et Colb. duo, *movere habile non*,

^a Maj. m., Colb. m. et Regm., *splendidus*.

^b Initio libri de bello Catilinario.

^c Maj. m., *et honore condigno munerarent*.

^d Hæc verba *inventaque*, etc., *morte*, desunt in Regm.

^e Hæc est prima Blesensium apud veteres auctores mentio, ut monet Valesius in Notitia. Erant sicut et Dunenses sub Carnotena diocesi, a qua Dunenses sub Sigiberto rege sese subtrahere frustra tentaverunt. Nam Promotus, qui Dunensis episcopus ab

III. Vedastes ^a cognomento Avo, qui ante hos annos Lupum Ambrosiumque pro amore uxoris Ambrosii interfecerat, et ipsam sibi, quæ consobrina sua esse dicebatur, in matrimonium acceperat, dum multa scelera infra Pietavum terminum perpetraret, ipodami loco cum Childerico Saxone conjunctus, dum se invicem conviciis lacessirent, unus ex pueris Childerici ^b Avonem hasta transfixit. Qui ad terram ruens, plerisque adhuc ictibus sanciatu, inquam animam sanguine defluente refudit; fuitque ultrix divina majestas sanguinis innocentis, quem propria effuderat manu. Multa enim furta, homicidia, adulteriaque miserrimis saepe commiserat, quæ silere melius puto. Composuit tamen filiis Saxo ille mortem ejus.

IV. Interea Fredegundis regina jam viduata Parisios advenit, et eum thesauris, quos infra murorum septa concluserat, ad ecclesiam confugit ^c, atque a Ragnemodo fovetur episcopo: reliquos vero thesauros, qui apud villam Calam remanserant, in quibus erat missorium illud aureum, quod nuper fecerat (*lib. vi, cap. 2*), thesaurarii levaverunt, et ad Childebertum regem, qui tunc apud Meldensem ^d commorabatur **335** urbem, velociter transierunt.

V. Fredegundis igitur regina accepto consilio, legatos ad Guntelramnum regem mittit, dicens: Veniat dominus meus, et suscipiat regnum fratris sui. Est, inquit, mihi infans parvulus, quem in ejus ulnis ponere desiderans, me autem ipsam ejus humilio ditioni. Comperto autem Guntelramnus rex de fratris excessu, amarissime flevit. Moderato quoque ^e planetu, commoto exercitu Parisios dirigit. Cumque ille infra muros susceptus fuisset, Childebertus rex nepos ejus ab alia advenit parte.

VI. Sed cum eum Parisiaci recipere nollent, legatos ad Guntelramnum regem dirigit, dicens: Scio, piissime pater, non latere pietatem tuam, qualiter utranque usque præsens tempus pars oppresserit minime, ut nullus de rebus sibi debitis possit invenire justitiam. Hinc itaque supplex nunc deprecor, ut placita, quæ inter nos post patris mei obitum sunt innexa, custodiantur. Tunc Guntelramnus rex legatis illius ait: O miseri et semper perfidi, nihil in vobis verum habentes, neque in promissis permanentes, ecce omnibus quæ mihi polliciti estis relictis, cum Chilperico rege novam pactionem scripsistis, ut me a regno depulso, civitates meas inter se dividerent. Ecce pactiones ipsas, ecce manus vestræ

A subscriptiones, quibus hanc conventionem confirmastis ^e: et qua nunc fronte quaritis, ut nepotum meum Childebertum suscipere debeat, quem mihi vestra perversitate voluistis fore inimicum? Cui legati dixerunt: Si tantum mentem iracundia cepit, ut nihil nepoti tuo de his quæ pollicitus es indulgeas, vel illa, quæ de regno Chariberti debentur, aulerre desiste. Quibus ille ait: Ecce pactiones quæ inter nos factæ sunt, ut quisquis sine fratris voluntate Parisios urbem ingrederetur, amitteret partem suam, esseque Polioctus martyr ^f, cum Hilario atque Martino confessoribus, iudex ac retributor ejus. Posthæ ingressus est in eam germanus **336** meus Sigibertus, qui iudicio Dei interiens, amisit partem suam. Similiter et Chilpericus gessit. Per has ergo transgressiones amiserunt partes suas: ideoque quia illi juxta Dei iudicium et maledictiones pactionum defecerunt, omne regnum Chariberti cum thesauris ejus, meis ditionibus, lege opitulante, subiciam: nec exinde alicui quidquam nisi spontanea voluntate indulgeam. Absistite igitur vos semper mendaces ac perfidi, et hæc regi vestro referte.

VII. Quibus discedentibus, legati iterum Childeberti ad auctorem regem veniunt, Fredegundem reginam requirentes, atque dicentes: Redde homicidam, quæ vitam meam suggillavit, quæ patrem interfecit, et patrum: quæ ipsos quoque consobrinus meus gladio interemit ^g. At ille: In placito, inquit, quod habemus, cuncta decernimus, tractantes quid oporteat fieri. Nam Fredegundem patrocinio suo fovebat, ipsamque sæpius ad convivium evocans, promittens ^h se ei fieri maximum defensorem. Quadam vero die dum pariter ad mensam epularentur, regina consurgens, et valedicens, a rege detinebatur, dicente sibi: Adhuc aliquid tibi sume. Cui illa: Indulge, inquit, deprecor, domine mi, quia juxta consuetudinem mulierum contigit mihi, ut pro conceptu consurgam. Hæc ille audiens, obstupuit, sciens quantum esse mensem, ex quo alium ediderat filium: tamen permisit eam consurgere. Priores quoque de regno Chilperici, ut erat Ansonaldus et reliqui, ad filium ejus qui erat, ut superius diximus, quatuor mensium, se collegerunt, quem Chlotharium ⁱ vocitaverunt, exigentes sacramenta per civitates, quæ ad Chilpericum prius aspexerant, ut scilicet fideles esse debeant Guntelramno regi, ac nepoti suo Chlothario. Guntelramnus vero rex omnia, quæ fideles regis Chilperici non recte diversis abstu-

^a Hoc caput deest in Colb. a. et Vat.; al., *Vedastus*, Bec., Colb. m. et Regm., *cognomento avus*. Confer caput 13 libri præcedentis.

^b Colb. m., *Chilperici*.

^c Ex hoc loco Valesius, in lib. de basilicis Parisiæ cap. 1, probat adv. Launoium, majorem seu cathedralem Parisiorum ecclesiam intra urbem sub prima regum nostrorum stirpe existisse. Et quidem certum est *ecclesie* nomine passim apud Gregorium cathedralem ecclesiam designari.

^d Bec., *apud Meldesim*.

^e Confer cap. 5 lib. vi, ubi de Guntelramno pelendo actum fuerat, qui conventiones illas ex Chilperici scribis tunc in sua potestate habebat.

^f Ille præ ceteris electus fuerat, quod in perjuriis puniendis celebris esset, ut testatur ipse Gregorius lib. 1 de Gloria Mart., cap. 105.

^g Fredegundis accensabatur strangulari fecisset, ac Sigibertum ejusdem patrem, Chilpericum patrum, et Chlodoveum ac Meroveum fratres ejus patruales, interim procurasset.

^h Chesu. et Colb. a. alia manu, *promittebat*. Regm., *se fieri illius maximum*, etc.

ⁱ Idem ac patrius nomen habebat; priorem Chlothacharium ex vetustissimis codicibus scripsimus: istum vero *Chlotharium*, seu *Chloterium*, aut *Ulotharium* scripti nostri vulgo appellant, quos sequimur.

lerant, justitia intercedente, restituit. Multa et ipse ecclesiis conferens, testamenta quoque **337** defunctorum, qui ecclesias hæredes instituerant, et ab Chilperico compressa fuerant, restauravit: multaque a se benignum exhibens, ac multa pauperibus tribuens.

VIII. Sed quia non erat fidus ab hominibus ^b inter quos venerat, armis se innovit, nec unquam ad ecclesiam aut reliqua loca que ire delectabat, sine grandi pergebat custodia. Unde factum est, ut quadam die Dominica, postquam diaconus silentium ^c populis ut Missæ auscultarentur, iudixit, rex conversus ad populum diceret: Adjuro vos, o viri cum mulieribus qui adestis, ut mihi fidem inviolatam servare dignemini, nee me, ut fratres meos nuper fecistis, interimatis; liceatque mihi vel tribus annis ^d nepotes meos, qui mihi adoptivi facti sunt filii, enutrire: ne forte contingat, quod divinitas æterna non patiatur, ut cum illis parvulis, me defuncto, simul pereatis; cum de genere nostro robustus non fuerit qui defendet. Hæc eo dicente, omnis populus orationem pro rege fudit ad Dominum.

IX. Dum hæc agerentur, Rigunthis Chilperici regis filia, cum thesanis supra scriptis, usque Tolosam accessit; et cernens se jam ad terminum Gothorum esse propinquam, moras innectere cœpit, dicentibus sibi tum præterea suis, oportere eam ibidem commorari, eum ipsi fatigati de itinere, vestimenta haberent inculta, calceamenta scissa, ipsosque equorum atque carrucarum apparatus adhuc, sicut plaustri evecti erant, seorsum esse disjunctos. Oportere potius omnia hæc prius diligenter stabiliri, et sic in itinere proficisci, ac suscipi eum omni elegantia ab sponso: ne forte si inculti inter Gotthos apparent, irriderentur ab ipsis. Dum ergo his retardarentur ex causis, mors Chilperici regis in aures **338** Desiderii ducis illabitur. Ipse quoque collectis secum viris fortissimis, Tolosam urbem ingreditur, repertesque thesauros abstulit de potestate reginæ (Rigunthis), et in domum quamdam sub sigillorum munitione ac virorum fortium custodia mancipat, de-

^a Colb. aliamanv, *cunctisque*. Regm., *atque in multis*.

^b Sic Corb., Bellovac., Bec. et Colb. a; cæteri, *ab omnibus*.

^c Silentium indicabatur a diacono ante Evangelii lectionem ex libro Beati abbatis. In Mazarabum Missa, que nostræ conformis erat, silentium quoque imperabatur ante Epistolam. Vide Mabilon. Liturg. Gallic. lib. 1, cap. 5. Silentium autem quod hic diaconus iudixisse dicitur, fiebat post Evangelii lectionem, quando celebrans populo paucis verbis exponebat quo de mysterio, aut de cuius sancti memoria celebranda esset solemnitas; quam præfationem oratio seu collecta sequebatur, ut diximus in præfatione et in Appendice infra col. 4559.

^d Post tres annos Childebertus attingisset annum ætatis 18, proindeque seipsum et parvulum Chlotarium hinc tueri potuisset.

^e Sic dicitur est viens ille a ponte supra Curretiam fluvium imposito. Briva enim antiqua lingua Gallica pontem significat. Nunc oppidum est satis elegans in Lemovicibus, Briva Hilaris dictum, vulgo *Brive-la-Gaillarde*, prope Curretiam, *la Corrèze*, et Viseræ, *la Vézère*, confluentes, in hodierno episcopatu Lute-

putans reginæ victum arcem, donec ad urbem redegrederetur.

X. Ipse vero ad Mummolinum, cum quo fœdus ante duos annos inierat, properavit. Morabatur tunc Mummolinus infra muros Avennicæ urbis cum Gundovaldo, ejus in libro superiore meminimus (*cap. 24*). Qui conjunctus cum supradictis ducibus Lemovicinum accedens, Brivam Curretiam ^e vicum, in quo sanctus Martinus nostri, ut aiunt, Martini discipulus, requiescit, advenit: ibique parmæ superpositus, rex est levatus. Sed cum tertio cum eodem gyrarent, cecidisse fertur, ita ut vix manibus circumstantium sustentari potuisset. Deinde ibat per civitates in circuitu positas. Rigunthis vero in basilica sanctæ Mariæ Tolosæ, in quam Ragnoualdi uxor, ejus supra meminimus ^f, Chilpericum metuens confugerat, residebat. Ragnoualdus vero de Hispaniis rediens, uxori facultati-que restituit. Legationis enim causa Hispaniam petierat a rege Guntchramno directus. Magno ea tempestate incendio basilica antedicti Martini beati apud Brivam vicum ab imminente hoste cremata est, ita ut tam altarium quam columnæ, quæ de diversis marmorum generibus aptatæ erant, ab igne dissolverentur. Sed ita hæc ædes in posterum a Ferreo episcopo ^g reparata est, tanquam si nihil mali pertulerit. Vehementer enim admirantur veneranturque hinc sanctum incolæ, eo quod plerumque virtutes ejus experiantur.

XI. Erat enim cum hæc agebantur, **339** mensis decimus. Tunc apparuerunt in caudicibus vinearum palmites novi cum ovis deformatis, in arboribus flores; pharus magna per cœlum discurrens, quæ priusquam lux in die fieret, late mundum illuminavit. Apparuerunt etiam in cœlo et radii. A parte septentrionali columna ignea, quasi de cœlo pendens, per duarum horarum spatium visa est, cui stella magna superposita erat. In Audegavo autem terra tremuit, et multa alia signa apparuerunt, quæ, ut opinor, ipsius Gundovaldi interitum nuntiaverunt.

XII. Igitur Guntchramnus rex comites suos ad comprehendendas civitates, quas quondam Sigiber-

ensi. Martius, quem hic Gregorius laudat, colitur apud Lemovices die xiv Kalend. Octobris.

^f Dicitur in libro præced., cap. 12, in basilica sancti Saturnini resedisse. Forte post aliquam moram in basilica sancti Saturnini ad S. Mariam transierat. Basilica sanctæ Mariæ hic laudata, hodieque celebris est sub titulo beatæ Mariæ Deamater, vulgo *N.-Dame de la Dorade*, Ordini Benedictino, et congregationi S. Mauri subjecta, ubi reliquiæ supersunt vetustissimæ imaginis B. Mariæ ex opere musivo, quæ loco nomen tribuit. Nonnulli existimant *Deauratæ* titulum non ita pridem basilicæ S. Mariæ fuisse inditum, sed ab eo solummodo tempore quo altera apud Tolosam ecclesia in honorem beatæ Mariæ ædificata fuit, quæ *Dealbata*, *Notre-Dame de la Dalbade*, cognominata est. Ad ejus distinctionem vetus B. Mariæ basilica *Deauratæ* nomen ferre cœperit, occasione operis musivi sive tessellati diversas sanctorum imagines representantis, quo obducti sunt hujus ecclesiæ parietes.

^g Is episcopus fuit Lemovicensis, de quo supra lib. v, cap. 29. Interfuit Concilio Matis. II, anno 535. S. Aridius sepelivit ex ejus Vita.

tus de regno Chariberti fratris sui acceperat, direxit; ut exigentes sacramenta, suis eas ditionibus subjungant. Turonici vero atque Pictavi ad Childebertum, Sigiberti filium, transire voluerunt: sed commoti Biturici contra eos venire disponunt, atque infra terminum Turonicum incendia facere cœperunt. Tunc Marojalensem^a ecclesiam termini Turonici, in qua sancti Martini reliquæ habebantur, incendio concremarunt: sed virtus beati adfuit, ut in tam valido incendio pallulæ, quæ super altarium fuerant positæ, non consumerentur ab igne. Et non solum ipsæ, sed etiam herbulæ olim collectæ, altarioque locatæ, nequaquam exstæ sunt^b. Quæ incendia videntes Turonici, legationem mittunt, dicentes melius sibi esse ad tempus Guntchramno regi subdi, quam cuncta incendio aut ferro vastari.

XIII. Confestim autem post mortem Chilperici, Gararicus dux Lemovicæ accesserat, et sacramenta ex nomine Childeberti susceperat; exinde Pictavis veniens, ab ipsis receptus est, et ibi morabatur. Audiens autem quæ Turonici patiebantur, mittit legationem, obtestans ne nos ad partem Guntchramni regis tradere deberemus, si nobis vellemus esse consultum: sed meminerimus potius Sigiberti, qui quondam genitor Childeberti **340** fuit. Nos vero hæc rursum episcopo et civibus mandata remisimus, quod nisi se ad tempus Guntchramno regi subderent, similia paterentur, asserentes hunc esse nunc patrem super duos filios, Sigiberti scilicet et Chilperici, qui ei fuerant adoptati: et sic tenere regni principatum, ut quondam Chlothacharius rex fecerat pater ejus. His quoque non acquiescentibus, Gararicus de civitate egreditur, quasi exercitum adducturus, in urbe vero Eberanem cubicularium Childeberti regis relinquens. Sicharius vero cum Willachario^c Aurelianensi comite, qui nunc Turonis acceperat^d, exercitum contra Pictavos commovit, ut scilicet ab una parte Turonici, ab alia Biturici commoti cuncta vastarent. Qui cum ad terminum propinquassent, ac domos cremare cœpissent, miserunt ad eos Pictavi legatos, dicentes: Petimus ut usque in placito, quod inter se Guntchramnus et Childebertus reges habent, sustineatis. Quod si convenit ut pagos hos bonus^e rex Guntchramnus accipiat, non resistimus; sin aliud, dominum nostrum recognoscimus, cui servire plenius debeamus. Ad hæc illi responderunt: Nihil ad nos^f de hac causa pertinet,

A nisi tantum jussa principis adimplere. Nam si nolueritis, cuncta ut cœpimus devastamus. Cumque in hoc res ageretur, ut universa incendio, prædæ, atque captivitati traderentur, ejectis de civitate hominibus Childeberti, sacramenta Guntchramno regi dederunt, non longo tempore ea custodientes.

XIV. Igitur adveniente placito, directi sunt a Childeberto rege Egidius episcopus, Guntchramnus Boso, Sigivaldus, et alii multi ad Guntchramnum regem, ingressisque ad eum, ait episcopus: Gratias agimus Deo omnipotenti, o piissime rex, quod te post multos labores regionibus tuis regnoque restituit. Cui rex ait: Illi enim dignæ sunt gratiæ referendæ, qui est Rex regum, et Dominus dominorum, qui hæc sua miseratione operari dignatus est. Nam non tibi, cujus **B** consilio **341** doloso ac perjuriis regiones meæ anno superiore incensæ sunt, qui nunquam fidem integram cum nullo homine habuisti, cujus dolositas ubique dispergitur, qui non sacerdotem, sed inimicum regni nostri te esse declaras. Ad hæc verba episcopus iracundia commotus siluit. Unus autem ex legatis dixit: Supplicat nepos tuus Childebertus, ut civitates quas pater ejus tenuit, reddi jubeas. Ad hæc ille respondit: Jam dixi vobis prius, quia pactiones nostræ mihi hæc conferunt; ideoque eas reddere nolo. Alius quoque legatorum ait: Rogat nepos tuus, ut Fredegundem maleficam, per quam multi reges interfecit sunt, reddi jubeas, ad ulciscendam mortem patris, patrui et consobrinorum suorum. At ille: Tradi ei, inquit, in potestatem non poterit, quia filium regem **C** habet. Sed et ea quæ contra illam assertis, vera esse non credo. Post hos Guntchramnus Boso quasi aliquid suggesturus, ad regem accedit. Et quia sonnerat Gundovaldum manifeste regem levatum, anticipans rex verba ejus, ait: O inimice regionis regni-que nostri, qui propterea ante hos annos Orientem aggressus es, ut Ballomerem^g quemdam (sic enim vocabat rex Gundovaldum), super regnum nostrum adduceres, semper perfide, et nunquam custodiens quæ promittis. Cui ille: Tu, inquit, dominus et rex regali in solio resides, et nullus tibi ad ea quæ loqueris ausus est respondere. Insontem enim me de hac causa proleitor. At si aliquis est similis mihi, qui hoc erimen impingat occulte, veniat nunc palam et loquatur. Tu, o rex piissime, ponens hoc in Dei **D** judicio^h, ut ille discernat cum nos in unius campi plantitie viderit dimicare. Ad hæc cunctis silentibus

^a Marojalun vicus est ripæ Cari adjacens in Turonum, Biturigum et Blesensium conlino, hodie *Marreuil-sur-Cher* vulgo dictus. Ecclesia hujus vici hodieque sancto Martino sacraest, ac præter parochiæ titulum prioratu decoratur Ordinis Benedictini a Villalupensi abbatia pendente, ut monet Marollinus.

^b Ejusmodi herbulas altaribus aut sanctorum tumulis aliquandiu impositas colligebant postea fideles, ad medelam morborum.

^c Cod. Regm. *Willachario*; Colb. a. *Willario*.

^d Colb. a. altera manu, *Turonis residebat*.

^e Variant fere omnes codices. Colb. a., Regm., Chesn. et Fréh. habent, *ut pagos hos rex*. Colb. m., Bec. et Illyr., *ut pacis bonus rex*. Col. et Bign., *ut*

pacis symbolum rex. Bad., *ut pacifica nos rex*.

^f Alii habent, *Nihil vobis*; Bec., *Nihil nobis*.

^g Il est falsum dominum, seu pseudo-principem.

^h Bec., *Tunc, o rex, ... judicium*. Colb. a., altera manu, *Ego, o rex, ... ponam hoc*, etc. Et infra eadem manu, *pro animos*, ap. osit. in est *fideles hujus regni*. Dum perseveravit pessima illa consuetudo lites dubias dnello dirimendi, quæ etiam in controversiis circa res ecclesiarum frequenter locum habebat. Vide Ansegisi Collectionem lib. iv, cap. 25. Numquam tamen ejusmodi pugnas approbavit Ecclesia, licet auctoritate publica sæpius facta fuerint. Caterum omne genus duelli Ludovici Magni edictis compressum et penitus nunc in Gallis abrogatum est.

addidit tax : Omnibus autem hæc causa animos accendere debet, ut repellatur a finibus nostris advena, ejus pater molendina gubernavit; et, ut vere dicam, pater ejus pectinibus insedit, lanasque composuit. Et quanquam possit fieri, ut 342 unus homo utriusque artificii magisterio subleretur, ad increpationem tamen regis quidam ex ipsis respondit : Ergo duos, ut asseris, patres hic homo habuit, lanarium simul molendinariumque. Absit a te, o rex, ut tam inerte loquaris. Non enim auditum est unum hominem, præter spiritalem causam, duos habere posse pariter genitores ^a. Delinc cum multi solverentur in risu, respondit alius legatorum, dicens : Valde tibi, o rex; nam quia reddere noluisti civitates nepotis tui, scimus salvam esse securim, quæ fratrum tuorum capitibus est defixa; celerius tuum librabit defixa cerebrum. Et sic cum scandalo discesserunt. Tunc rex his verbis succensus, jussit super capita euntium projici equorum stercorea, putrefactas hastulas, palcas, ac fœcum putredine dissolutum, ipsumque fœtidum urbis lutum. Quibus de rebus maculati graviter, non sine immensa injuria atque contumella abierunt.

XV. Residente vero Fredegunde regina in ecclesia parisiaca, Leonardus ex domestico, qui tunc ab urbe Tolosa advenerat ingressus ad eam, causas contumeliarum injuriasque filiae ejus narrare coepit, dicens : Quia juxta imperium tuum accessi eum regina Rigunthe, ac vidi humilitatem ejus, et qualiter exspoliata est a thesauris et omnibus rebus; ego vero per fugam dilapsus, veni nuntiare domine meae quæ gesta sunt. Hæc illa audiens, furore commota, jussit eum in ipsa ecclesia spoliari, nudatumque vestimentis ac balteo, quod ex munere Chilperici regis habebat, discedere a sua jubet præsentia. Coquos quoque sive pistores, vel quoscunque de hoc itinere regressos esse cognovit, cæcos, spoliatosque, ac demanicos reliquit. Nectarium autem, Baudegisili ^b episcopi fratrem nefandis accusationibus cum rege *Pro* apud regem tentavit obruere, asserens eum de besauro regis mortui multa portasse. Sed et de promptuariis tam tergora quam vina multa eum absulisse 343 dicebat, petens ut vinculis carceralibus enebri truderetur. Sed patientia regis, fratrisque auxilium fieri non permisit. Multa quidem ibi vana exercens, non metuebat Deum, in cujus ecclesia peccabat auxilium. Habebat tunc temporis secum Aulionem ^c judicem, qui ei tempore regis in multis con-

A senserat malis. Ipse enim cum Mummolo præfecto multos de Francis, qui tempore Childeberti regis senioris ingenii fuerant, publico tributo subegit. Qui post mortem regis ab ipsis spoliatus ac deudatus est, ut nihil ei præter quod super se auferre potuit, remaneret. Domos enim ejus incendio subdiderunt; abstulissent utique et ipsam vitam, ni cum regina ecclesiam expetisset.

XVI. Prætextatum vero episcopum ægre suscipit, quem cives Rothomagenses post excessum regis de exilio expetentes, cum grandi lætitia et laude civitati suæ restituerunt. Post reditum vero suum ad urbem Parisiacam adventit, ac se Gunthramno regi repræsentavit, exorans ut causam suam diligenter exquireret. Asserebat enim regina eum non debere recipi, qui fuisset per judicium quadraginta quinque episcoporum a sacerdotali officio segregatus ^e. Cumque rex pro hæc causa synodum excitare vellet, Raguemodus hujus urbis episcopus, pro omnibus responsum reddidit, dicens : Scitote ei poenitentiam indiciam a sacerdotibus, non tamen eum prorsus ab episcopatu remotum. Et sic a rege susceptus, atque convivio ejus ascitus, ad urbem suam regressus est.

XVII. Promotus ^d vero qui in Danensi castro, ordinante Sigiberto rege, episcopus fuerat institutus, et post mortem regis amotus fuerat, eo quod castrum illud esset diocesis Carnotensæ, contra quem ita judicium latum fuerat ^e, ut presbyterii tantum officio fungeretur, accessit ad regem, deprecans 344 ut ordinationem episcopatus in antedicto castro reciperet. Sed obstistente Pappolo Carnotensæ urbis episcopo, ac dicente quia diocesis nec est, ostendente præsertim judicio episcoporum, nihil aliud potuit obtinere cum rege, nisi ea quæ sub ipsius castri termino propria habebat, reciperet, in quo cum genitrice adhuc superstite moraretur ^f.

XVIII. Commorante vero rege apud urbem Parisiacam, venit quidam pauper, dicens : Audi, rex, verba oris mei. Noveris enim quia Faraulfus, cubicularius quondam fratris tui, querit te interficere. Audivi enim consilium ejus, ut euntem te matutina oratione ad ecclesiam, aut cultro appeteret, aut hasta transfoderet. Obstupefactus autem rex, misit vocari eum. Quo negante, de his rex metuens armis se valde munivit. Nec penitus ad loca sancta, vel ^d alio, nisi vallatus armatis atque custodibus procedebat. Faraulfus autem non post multum tempus mortuus est.

^a Unum scilicet naturalem, et alterum spirituales in baptismo.

^b Is fuit episcopus Cenomaniensis, de quo supra lib. vi, cap. 9. Nectarium viri magnifici mentio habetur in Miraculis S. Aridii.

^c Vide supra lib. v, cap. 49, ubi de Concilio Parisiensi hæc de causa congregato, ibi Prætextatus sacerdotio quidem summotus non fuerat, resistente Gregorio nostro Turonensi : at eum nonnullorum factione Melanius in ejus locum fuisset subrogatus, cum sacerdotio privatum dixit Fredegundis. Et quidem canonibus veterum semper fuit duos episcopos simul eidem ecclesie præesse.

^d Hoc caput dicit in Regum. Danense castrum, vulgo *Châteaudun*, oppidum est ad flumen Lidercum, *le Loir*, ubi ante Promotum aliquandiu sedisse dicitur Aventinus S. Solemnis pater, interque Carnotensium episcopus. Vide Bolland ad diem 4 Februarii.

^e In Concilio Parisiensi anno 575 habito, cujus litteræ ea de re ad Sigibertum regem, tum ad Ægidium Rheimensem metropolitanum, qui manus Promoto imposuerat, habentur.

^f Subscripsit tamen anno sequenti, eum episcopus qui sedem non habebat, Conc. Matise. ii.

XIX. Cum autem clamor fieret magnus adversus eos, qui potentes eum rege fuerant Chilperico, scilicet quod abstulissent vel villas, vel res reliquas de rebus alienis, omnia quæ injuste ablata fuerant rex reddi præcepit, sicut jam superius indicatum est (Cap. 7). Fredegundem quoque reginam ad villam Rothomagensis^a, quæ in Rothomagensi termino sita est, abire præcepit, secutique sunt eam omnes^b meliores natu regni Chilperici regis; ibique relinquentes eam cum Melanio episcopo^c, qui de Rothomago submotus fuerat, ad filium ejus se transtulerunt, promittentes quod ab eis studiosissime nutrireretur.

XX. Postquam autem Fredegundis regina ad prædictam villam abiit, eum esset valde mœsta, quod ei potestas ex parte fuisset ablata, meliorem^d 345 se existimans Brunichildem, misit occulte clericum sibi familiarem, qui eam circumventam dolis interimere posset, videlicet ut eum se subtiliter in ejus subderet famulatum, ab ea credi posset, et sic clam percelleretur. Veniens igitur clericus, cum diversis ingeniis se eidem commendavit, dicens: A facie Fredegundis reginæ fugio, deposcens auxilium tuum. Cœpit se etiam omnibus reddere humilem, charum, obedientem, ac reginæ privatum. Sed non longo tempore interposito, intellexerunt eum dolose transmissum; vincetusque ac cæsus, eum rem patefecisset occultam, reare permissus est ad patronam: reseransque quæ acta fuerant, effatus quod jussa patrare non potuisset, manuum ac pedum abscissione mulctatur.

XXI. His ita gestis, cum rex Guntchramnus Cabiloniam regressus mortem fratris conaretur inquirere, et regina erimen super Eberulfum^e cubicularium imposuisset (rogatus enim fuerat ab ea, ut post mortem regis eum ipsa resideret: sed obtinere non potuit); hæc ergo inimicitia pullulante, asseruit regina ab eodem principem fuisse interfectum, ipsumque multa de thesauris abstulisse, et sic in Turonicum abcessisse [At. transisse]; ideoque si rex mortem fratris desideraret ulcisci, noverit hujus causæ hunc esse signiferum. Tunc rex juravit omnibus optimatibus, quod non modo ipsum, verum etiam progeniem ejus in nonam generationem deleteret, ut per horum necem consuetudo auferretur iniqua, ne reges amplius interficerentur. Quod cum Eberulfus comperisset, basilicam sancti Martini, ejus res sæpe pervaserat, expectavit. Tunc data occasione ut custodiretur, Aurelianenses atque Blesenses vicissim ad has excubias veniebant, impletisque quindecim diebus, cum multa

præda revertentibus, adducentes jumenta, pecora, vel quodeunque diripere potuissent. Illi vero qui beati Martini jumenta abduxerant, commota altercatione, se invicem lanceis transfixerunt. Duo 346 qui mulas diripiiebant, in domum vicini cujusdam accedentes, potum rogare cœperunt. Cuique ille se habere negaret, elevatis lanceis ut eum transfoderent, hic extracto gladio utrumque perfolit, occideruntque ambo, et mortui sunt: jumenta tamen sancti Martini reddita sunt. Tantaque ibi tunc mala per hos Aurelianenses gesta sunt, ut nequeant explicari.

XXII. Dum autem hæc agerentur, res ipsius Eberulfi diversis conceduntur, aurum, argentumque, vel alias meliores species, quas secum retinebat, in medio expositæ sunt^f. Quod vero commendatum habuit, publicatum est: greges etiam equorum, porcorum, jumentorumque diripiuntur. Domus vero inframuranea, quam de dominatione ecclesiæ abstulerat, referta annonis, vino atque tergoribus, rebusque aliis multis, ad plene spoliata est; nec ibi aliud quam parietes vacui remanserunt. Ex hoc nos maxime suspectos habebat, qui in causis ejus fideliter currebamus, promittens plerumque, quod si unquam ad regis gratiam perveniret, in nobis hæc quæ perferebat ulcisceretur. Deus enim novit, cui arcana pectoris revelantur, quia de puro corde, in quantum potuimus, solatium ministravimus; et quanquam multas nobis insidias prius de rebus sancti Martini fecisset, exstabat tamen causa ut easdem oblivisceretur, eo quod filium ejus de sacro lavacro suscepissem. Sed, credo, infelici illi ea res maximum fuit impedimentum, quod nullam reverentiam sancto præstabat antistiti. Nam sæpe cædes infra ipsum atrium, quod ad pedes beati exstat, exegit, exerecens assidue ebrietates ac vanitates. Presbyterum quoque unum, pro eo quod ei vinum dare differret, cum jam crapulatus aspiceret, elisum super scaninum pugnis ac diversis ictibus verberavit, ut pene animam reddere videretur; et fecisset forsitan, si ei medicorum ventosæ^g non subvenissent. Habebat enim pro timore regis in ipso salutorio^h beatæ 347 basilicæ mansionem. Cum autem presbyter, qui claves ostii retinebat, clausis reliquis recessisset, per illud salutorii ostium introeuntes puellæ, cum reliquis pueris ejus suspiciebant picturas parietum, rimabanturque ornamenta beati sepulcri: quod valde facinorosum religiosus erat. Quod cum presbyter cognovisset, defixis clavibus super ostium, intrinsecus seras aptavit. Hæc ille cum post cœnam vino madidus advertisset, et nos in

^a Vicus haud procul a confluentibus Anturæ et Sequanæ, vulgo *Rucil* seu *Rueuil* dicitur. Ejus nomen non exprimit Colb. m. et Regm. Bec. vero, *Rethomagensis*.

^b Regm., *secutæ sunt... omnes mulieres meliores natu*, etc.

^c Is Prætextato in exilium detruso fuerat subrogatus.

^d Sic Colb. duo eum Bec. Id est, existimans Brunichildi meliorem quam sibi sortem obtigisse, ut animadvertit Vale-ins, quamvis in Colb. m. lectionem altera manus vitaverit, reponendo ut in editis, *me-*

liorem se existimans Brunichilde.

^e Mss., excepto Bec., in capitum indicæ habent. *Berulfus*. Cubicularii eum aliis palatii proceribus regi in placitis assidebant, ut patet ex lib. 1 Marculli formula 25. Alii domesticos appellant.

^f Sic Colb. a. altera manu. Cæteri habent, *exposuit*. Infra, *commendatum*, id est, apud alios depositum.

^g Colb. duo, *solatia*.

^h Colb. m., *salutario*, et infra, *salutarii*, et Casin., *sacrario... sacrarii*. Sed retinenda vox salutorii, de qua vide supra ad cap. 21 libri. II.

basilica in initio noctis orationis gratia psalleremus, furibundus ingreditur, meque conviciis ac maledictionibus urgere cœpit, illud inter jurgia exprobrans, quod ego cum velim a sancti antistitis fimbriis separare. Sed ego stupens quæ virum cepisset insaniam, blandis eum sermonibus mulcere conatus sum. Sed cum ejus furias verbis lenitus superare non possem, silere decrevi. Ille vero me tacitum intendens, ad presbyterum ^a convertitur, evomitque in eum multa convicia; nam et illum verbis proecacibus, et me diversis opprobriis impugnabat. Nos vero cum vidissemus eum, ut ita dicam, agi a dæmone, egressi a basilica sancta scandalum vigiliisque finivimus, illud maxime indignum ferentes, quod hoc ^b jurgium absque reverentia sancti, ante ipsum sepulcrum antistitis excitaverat. His diebus vidi somnium, quod ipsi in sancta basilica retuli, dicens: Putabam me quasi in hac basilica sacrosancta Missarum solemniam celebrare. Cumque jam altarium cum oblationibus pallio ^c serico coopertum esset, subito ingredientem Guntchramnum regem conspicio, qui voce magna clamabat: Extrahite inimicum generationis nostræ, evellite homicidam a sacro Dei altario. At ego cum hæc audirem, ad te conversus dixi: Apprehende pallium altaris, infelix, quo sacra munera conteguntur, ne hinc abjiciaris. Cumque apprehenderes, laxabas eum manu, et non viriliter detinebas. Ego vero expansis manibus, contra pectus regis meum pectus aptabam, dicens: Noli ejicere hunc hominem de basilica sancta, ne vitæ periculum patiaris, ne te sanctus antistes **348** sua virtute confodiat. Noli te proprio jaculo interimere: quia hoc si feceris, presenti vitæ æternæque carebis. Sed cum rex mihi resisteret, tu laxabas pallium, et post me veniebas. Ego vero valde tibi molestus eram. Cumque reverteres ad altarium, apprehendebas pallium, sed rursus relinquebas. Dum hoc tu tepide retineres, et ego viriliter regi resisterem, evigilavi pavore conterritus, ignarus quid somnium indicaret. Igitur cum ei ista narrassem, ait: Verum est somnium quod vidisti, quod valde cogitationi meæ concordat. Cui ego: Ecquid providit cogitatio tua? Et ille: Deliberatum, inquit, habui, ut si me rex ab hoc loco juberet extrahi, ab una manu pallas altaris tenerem, ab alia vero, evaginato gladio, te prius interfecto, quantoseunque deinceps clericos reperissem, in mortem prosternerem. Nec mihi posthæc erat injuria letho succumbere, si de hujus sancti clericis acciperem ultionem. Hæc ego audiens et stupens, admirabar quod erat, quia per os ejus Diabolus loquebatur; nunquam enim in Deum ullum

A timorem habuit. Nam dum esset in libertate, equi ejus ac pecora per segetes pauperum vineasque dimittebantur. Quod si expellebantur ab his quorum evertebant labores, statim a suis percellabantur. Nam in hac angustia qua erat, sæpe commemorabat, quod res beati antistitis abstulisset injuste. Denique anno superiore commotum ^d quemdam levem e civibus ecclesiæ aetores fecit interpellare. Tunc postposita justitia, res, quas olim ecclesia possidebat, sub specie emptionis abstraxit, data ipsi homini parte aurea baltei sui. Sed [Al. hæc] et talia multa perverse egit usque ad finem vitæ suæ, quem ^e in posterum explanabimus.

XXIII. Præsenti ^f quoque anno Armentarius Judæus cum uno sectæ suæ satellite et duobus Christianis, ad exigendas cautiones, quas ei propter tributa publica Injurius ex vicario, ex comite vero Eunomius deposuerant, Turenis adventit: interpellatisque viris, promissionem accepit de **349** reddendo pecuniæ fœnore cum usuris, dicentibus sibi præterea ipsis: Si ad domum nostram veneris, et quæ debentur exsolvimus, et aliis te muneribus, sicut dignum est, honoramus. Eo quoque emte, ab Injurius suscipitur, et convivio collocatur; expletoque epulo, appropinquante nocte, commoti ab eodem loco ad alium transeunt. Tunc, ut ferunt, Judæi cum duobus Christianis ab Injurius hominibus interfecti, in puteum, qui propinquus erat domui ejus, projecti sunt. Auditis his parentes eorum quæ gesta fuerant, Turenis advenerunt, datoque quibusdam hominibus indicio puteum reperiunt, virosque extrahunt, multum negante Injurius, quod in hac causa non fuerat inquinatus. Posthæc in judicium venit; sed cum fortiter ^g, ut diximus, denegaret, et hi non haberent qualiter cum convincere possent, judicatum est ut se insontem redderet sacramento. Sed nec hoc hinc acquiescentibus, placitum in regis Childeberti præsentia posuerunt. Verumtamen neque pecunia, neque cautiones Judæi defuncti repertæ sunt. Loquebantur tunc multi hominum Medardum tribunum ^h in hoc scelere mistum fuisse, eo quod et ipse a Judæo pecuniam mutuasset. Injurius tamen ad placitum in conspectu regis Childeberti adventit, et per triduum usque ad occasum solis ⁱ observavit. Sed cum hi non venissent, neque de causa hac ab ullo interpellatus fuisset, ad propria rediit.

XXIV. Anno igitur decimo Childeberti regis rex Guntchramnus commotis gentibus regni sui magnum junxit exercitum. Sed pars major cum Aurelianensibus atque Bitunicis Pictavum petiit; excesserant

Alteserra.

^e Editi ut plurimum, *qua in*. Vide cap. 29.

^f Deest hoc caput in Colb. a. et Vat.

^g Vide Marcultum libri 1 formula 38.

^h Id est tributorum exactorem, ut interpretatur Alteserra.

ⁱ Mos erat ut sole occidente placita finirentur, quod etiam aliis nationibus solenne fuisse observat Bignonius in lib. 1 Marculli, form. 37. De placito, *les plaids, ou assises*, vide Cangii Glossarium, et supra not. ad cap. 54 lib. vi.

^a Bec., *presbyterium*, qua voce omnes presbyteri qui aderant designarentur; sed nostra lectio melior est.

^b Sic Bad.; Colb. m., *quod ab hoc*; Ch., *ad hoc*; cæteri cum Bec., *quo ad nos*.

^c Facta oblatione in Missa presbyter ex oblati, quantum satis erat ad sacrificium fideliumque communionem, assumebat, quod contegebat palla seu pallio altaris. Vide lib. 1 de Liturg. Gallic., cap. 3, num. 10.

^d Commotum viri nomen proprium fuisse putat

enim de fide quam regi promiserant. Miseruntque prius legationem, ut scirent utrum susciperentur ab his, an non. Sed episcopus loci, Marovens^a, dure suscepit hos nuntios. At illi infra terminum ingressi, prædas, incendia, atque homicidia faciebant. Hi vero qui cum præda revertebantur, **350** per Turonicum transeuntes, similiter illis qui jam sacramenta dederant, faciebant: ita ut ipsæ quoque ecclesiæ incenderentur, et quæcunque invenire potuissent, diriperentur; quod sæpius actum est, dum illi ad regem ægre converterentur. Sed eum exercitus propius ad urbem accederet, et jam pars maxima regionis devastata cerneretur, tunc miserunt nuntios, fideles se regi Guntchramno fatentes. At illi infra muros urbis recepti, super episcopum irruerunt, dicentes eum infidelem esse. Ille vero cum se ab his cerneret coarctatum, effracto uno de saceris ministeriis calice aureo, et in numismata redacto, se populumque redemit^b.

XXV. Marileifum^c vero, qui primus medicorum in domo Chilperici regis habitus fuerat, ardentissime vallant; et qui jam a Gararico duce valde spoliatus fuerat, ab his iterum denudatur, ita ut nulla ei substantia remaneret. Equos quoque ejus, aurum argentumque, sive species quas meliores habebat, pariter auferentes, ipsi ditioni ecclesiasticæ subdiderunt. Servitium enim patris ejus tale fuerat, ut molendina ecclesiastica studeret, fratresque ac consobrini, vel reliqui parentes culinæ^d dominiis atque pistrino subjecti erant.

XXVI. Gundovaldus vero Pictavum accedere voluit, sed timuit. Audierat enim jam contra se exercitum commoveri. In civitatibus enim quæ Sigiberti regis fuerant, ex nomine regis Childeberti sacramenta suscipiebat: in reliquis vero quæ aut Guntchramni, aut Chilperici fuerant, nomine suo, quod fidem servarent, jurabant. Posthæc Egolismam accessit, susceperatque sacramentis, munerisque prioribus, Petrogoricum aggreditur, graviter episcopum^e tunc injuriam reliquit, pro eo quod susceptus ab eodem non fuisset.

XXVII. Exinde Tolosam digressus, emisit nuntios ad Magnulfum^f **351** episcopum civitatis, ut ab eo susciperetur. Sed ille non immemor prioris injuriæ, quam per Sigulfum^g quondam, qui se in regnum elevare voluit, pertulerat, dixit civibus suis: Seimus enim regem esse Guntchramnum ac nepotem ejus Childebertum: hunc autem nescimus unde sit. Esto-

^a Regni., *Meroveus*.

^b Ejus rei exempla laudantur lib. 1 Liturg. Gallic., cap. 7.

^c Dæst hoc caput in Vat. et Colb. a. Confer illud cum lib. v cap. 14. Colb. m. et Alex. habent, *Maleficum vero... jam a Garico*, etc.

^d Casin. et Regm., *colonis*. Colb. m., *colinis*.

^e Is erat Carterius, de quo supra lib. vi, cap. 22. Hoc ipso anno subscripsit Conc. Matise. ii, sicut et Niciasius Inculismensis.

^f Colb. a., *Maginulfum*. Colb. m. et Regm., *Magnulfum*. In capitulum indice in mss. dicitur *Aginulfus*. Magnulfus dicitur in Conc. Matise. cui per legatum subscripsit.

^g An is Sigulfus, qui stans pro Sigiberto paulo au-

te ergo parati, et si volnerit Desiderius dux hanc calamitatem inducere super nos, simili ut Sigulfus sorte depereat; sitque omnibus exemplum, ne quis extraneorum, Francorum regnum audeat violare. His ita resistentibus et bellum parantibus, adveniente Gundovaldo cum magno exercitu, cum vidissent quod sustinere non possent, susceperunt eum. Posthæc cum ad convivium in domo ecclesiæ episcopus una cum Gundovaldo resideret, ait: Filium te Chlothacharii regis asseris, sed utrum sit verum, an non, ignoramus. Et si possis vindicare cœpta, incredibile habetur apud animos nostros. At ille ait: Ego regis Chlothacharii sum filius, et partem regni de præsentibus percipiturus, et usque Parisios velociter accedam, et ibi sedem regni statuam. Cui episcopus ait: Verumne est ergo, quod nullus de stirpe Francorum remansit, si tu quæ dicis impleveris? Inter has altercationes, cum hæc Mummolus exaudisset, elevata manu alapis cecidit episcopum, dicens: Non pudet ut tam degener et stultus ita magno regi respondeas? Verum ubi et Desiderius de consilio episcopi comperit quæ fuerant dicta, ira commotus manus in eum injecit, cæsumque communiter hastis, pugnis, et calcibus, ac fune revinetum, exilio damnaverunt, res ejus, tam proprias quam ecclesiæ, integre auferentes. Waddo autem, qui erat major domus reginæ Rigunthis, se eisdem copulavit; reliqui vero qui eum eo abierant, per fugam dilapsi sunt.

XXVIII. Posthæc exercitus ab urbe Pictava remotus, inantea^h post Gundovaldum proficiscitur. Secuti que sunt eum de Turonicis multi lucri causa; sed Pictavis super eum irruentibus **352**, nonnulli interempti, plurimi vero spoliati redierunt. Hi autem qui de his ad exercitum prius junxerantⁱ, pariter abierunt. Itaque exercitus ad Doroniam^j fluvium accedens, præstolari cœpit, quid de Gundovaldo cognosceret. Cui jam, ut supra dictum est, adhæserant dux Desiderius et Bladastes cum Waddone majore domus Rigunthis reginæ. Erant enim primi cum eo Sagittarius episcopus et Mummolus. Sagittarius enim jam promissionem de episcopatu Tolosano acceperat.

XXIX. Dum autem hæc agerentur, misit rex Guntchramnus Claudium quemdam, dicens: Si abieris, inquit, et ejectum de basilica^k Eberulfum aut gladio interemeris, aut catenis vinxeris, magnis te muneribus locupletabo; verumtamen ne sanctæ basilicæ injuriam inferas omnino commoneo. Ille vero, ut erat

tequam occideretur, Chlodoveum Chilperici filium Burdegala eiecit, ac fugientem insecutus est, ut narrat Gregorius lib. iv, cap. 48, alias 42? Sigulfus dux infra memoratur lib. viii, cap. 48, sed alius ab isto, si res suo tempore narrantur.

^h Id est ulterius; Regm. habet *a Pictavo remotus in antea*, etc.

ⁱ Bad., *se junxerant*, et Colb. a. altera manu, *uncti erant*. Sed Gregorius et alii ejus ævi auctores sæpius verbo *jungo* utuntur passive seu neutraliter.

^j Sen Duranium, vulgo *la Dordogne*, nobilis fluvius, qui in Arvernibus ortus, lustratis multis urbibus, Garunnæ jungitur paulo antequam sese in mare exoneret. Colb. m. et Regm. habent, *Doroniam*,

^k Sancti Martini scilicet; confer capp. 21 et 22.

vanitati atque avaritiæ deditus, velociter Parisios ad-
volavit: nxor enim ei ex Meldensi territorio erat.
Volvere animo cœpit utrum Fredegundem reginam
videret, dicens: Si eam videro, elicere ab ea aliquid
muneris possum. Scio enim eam esse homini, ad quem
directus sum, inimicam. Tunc accedens ad eam, de
præsenti munera magna capiens, promissiones mul-
tas elicit, ut aut extractum a basilica Eberulfum oc-
cideret, aut circumventum dolis catenis vinciret, aut
certe in ipso eum atrio trucidaret. Regressus autem
ad Dunense castrum, comitem commonet, ut ei tre-
centos viros, quasi ad custodiendas Turonicæ urbis
portas, adjungeret: scilicet ut cum venisset, per eo-
rum solatium Eberulfum posset opprimere. Cumque
comes loci viros istos commoveret, Claudius Turonis
accessit. Et cum iter ageret, ut consuetudo est barba-
rorum, auspicia intendere cœpit, ac dicere sibi esse
contraria, simulque interrogare multos, si virtus beati
Martini de præsenti manifestaretur in perfidis? aut
certe, si aliquis injuriam in eum sperantibus intulis-
set, si protinus ultio sequeretur? Igitur postpositis,
ut diximus, viris qui **353** ad solatium ejus venire
debuerant, ipse ad basilicam sanctam accessit. Sta-
timque infelici Eberulfo conjunctus, sacramenta dare
cœpit, ac jurare per omnia sacrosancta, vel virtutem
præsantis antistitis, nullum in causis ejus fore fide-
liorem, qui ita cum rege causas ejus possit exercere.
Hoc enim apud se consilium habuerat miserimus:
Nisi eum pejerando decepero, non vincam. Verum
ubi vidit Eberulfus, quod ei talia cum sacramento in
ipsa basilica ac per porticus, et singula loca atrii ve-
neranda promitteret, credidit miser homini pejeranti.
Die autem altero cum nos in villa quasi millia tri-
ginta ab urbe commoraremur, ad convivium basilicæ
sanctæ cum eodem et reliquis civibus est ascitus; ibi-
que eum Claudius gladio ferire voluit si pueri ejus
longius astitissent. Verumtamen nunquam hæc Ebe-
rulfus, ut erat vanus, advertit. Postquam autem con-
vivium est finitum, ipse simul ac Claudius per atrium
domus basilicæ deambulare cœperunt, sibi invicem
fidem ac charitatem sacramentis intercurrentibus pro-
mittentes. His ita loquentibus, ait Claudius Eberulfo:
Delectat animum ad metatum tuum haurire potum, si
vina odoramentis essent immista, aut certe potentio-
ris vini libationem strenuitas tua requireret. Hæc eo

* Regm. et Chesn. al., *exercere*.

Legendum forte *Latina*, id est Falerna, ut supra
lib. iii. cap. 49, sic dicta a Falerno monte in Cam-
pania Felice. Laticina tamen Alteserra putat dicta
fuisse vina alba, quod aquæ colorum repræsenterent;
hinc Virgilius *Æneid.* lib. i *Laticæum Lyæum* regali-
bus ferculis adjungit. Gazitina autem vina tunc tem-
poris celebria erant, ut ex hoc aliisque Gregorii locis
patet. Eadem laudat Sidonius carm. 17, Cassiodor.
lib. xii. epist. 12, et alii. Sic dicta fuisse docet
Isidorus lib. xxiii, quod e Gaza Palestinæ urbe
adveherentur. Vide lib. de Gloria Conf., cap. 65.

^c Colb. a. alt. manu, *in cujus Patriis atrio*. Abbas
vero monasterio S. Martini tunc præerat Eustachius,
seu Eustochius, ut observat Cointius, de quo infra
in Vitis Patrum, cap. 20. Male hunc locum de Ma-
jori Monasterio intelligit Alteserra, quod a sancti
Martini, hodie insigni collegiata, monasterio non

A dicente, gavisus Eberulfus, respondit habere se, di-
cens: Et omnia quæ volueris ad metatum meum repe-
ries: tantum ut dignetur dominus meus tugurium
ingredi mansionis meæ. Misitque pueros, unum post
alium, ad requirenda potentiora vina, Laticina^b vi-
delicet, atque Gazitina. Cumque illum a pueris reli-
ctum solum Claudius conspexisset, elevata contra
basilicam manū, ait: Martine beatissime, fac
me uxorem **354** cum parentibus cito videre. Infelix
enim in discrimine positus, et hunc interficere in atrio
cogitabat, et virtutem sancti antistitis metuebat. Tunc
unus e pueris Claudii qui erat robustior, apprehen-
sum Eberulfum a tergo validioribus lacertis astringit,
resupinatumque pectus ejus ad jugulandum parat. At
Claudius, extracto a balteo gladio, ad eum dirigit.

B Sed et ille prolatum a cingulo ferrum se ad percucien-
dum dum teneretur adaptat. Cumque Claudius ele-
vata dextera cultrum ejus pectori injecisset, et ille
non segniter sub ascella illius pugionem defixisset,
retractoque ad se, librato ictu pollicem Claudii inter-
cidit. Ex hoc convenientes pueri ejus cum gladiis,
Eberulfum diversis ictibus sauciant. Quorum de manu
dilapsus, dum fugere jam exanimis videretur, extra-
cto gladio caput ejus gravissime verberant, effusoque
cerebro cecidit, et mortuus est; nec promeruit ab eo
salvari, quem fideliter nunquam intellexit exposcere.
Igitur Claudius timore perterritus cellulam abbatis
expetiit, ab eo tutari se cupiens, in cujus patronum^e
reverentiam habere non sapuit. Illo quoque residente,
ait: Perpetratum est scelus inmensum, et nisi tu
subveneris, peribimus. Hæc eo loquente, irruerunt
pueri Eberulli cum gladiis ac lanceis: obseratumque
reperientes ostium, effractis cellulæ vitreis, hastas
per parietis fenestras injiciunt, Claudiumque jam se-
nivivum ictu transfigunt. Satellites autem ejus post
ostia et sublectis abduuntur. Abbas apprehensus a duobus
clericis, inter gladiatorum acies vix vivus eripitur; re-
seratisque ostiis turba gladiatorum ingreditur. Non-
nulli etiam matriculariorum^d et reliquorum **355**
pauperum, pro scelere commisso tectum cellulæ co-
nantur evertere. Sed et energumem ac diversi egeni
cum petris et fustibus ad ulciscendam basilicæ vio-
lentiam proficiscuntur, indigne ferentes, cur talia
quæ nunquam facta fuerant, essent ibidem perpe-
trata. Quid plura? Extrahuntur fugaces ex abditiis, et

D^d distinguit.

^d Matricularii dicebantur pauperes qui ecclesia
facultatibus alebantur, quod in catalogo seu matri-
cula eorum nomina descripta essent, ut videre est
apud Frodoardum lib. ii Hist. Rhemensis, cap. 5,
Hincmar., etc. Eo etiam nomine donati sunt qui
ejusmodi pauperum, et domus in qua hospitabantur,
quæ *matricula* etiam dicebatur, curam habebant, ut
patet ex formula 11 ex lege Romana apud Bignonium,
cujus etiam V. Cl. notæ in hunc locum legendæ
sunt. Ex hoc translatum est etiam istud nomen ad
eos, qui cujuslibet ecclesiæ curam habebant, qui
custodes seu matricularii ecclesiarum dicti fuerunt;
quod nomen retinent etiam nunc, qui ecclesiarum
parochialium bona administrant, vulgo *les marguilliers*
dicti. Immo etiam Alcuinus se beati Martini matri-
cularium, id est alumnum, passim dicit. Vide Cangii
Glossarium.

erudeliter trucidantur, pavementum cellulæ tabo maculatur. Postquam vero interempti sunt, extrahuntur foras, et nudi super humum frigidam relinquuntur. Percussores vero nocte sequenti apprehensis spoliis fuga dilabuntur. Adfuit autem Dei ultio de presenti super eos, qui beatum atrium humano sanguine polluerunt. Sed nec ejus facinus parvum esse censetur, quem talia beatus antistes perferre permisit. Magnam ex hoc rex iracundiam habuit, sed cognita ratione quievit. Res tamen ipsius infelicis, tam mobiles quam immobiles, quæ ei de propriis rebus relicte fuerant^a, suis fidelibus condonavit, qui uxorem ejus valde spoliatam in sancta basilica reliquerunt. Corpus vero Claudii et reliquorum, parentes proximi auferentes in suam regionem, sepeliverunt.

XXX. Igitur Gundovaldus duos ad amicos suos legatos direxit, clericos utique: ex quibus unus abbas Cadurcinae urbis, litteras quas acceperat, cavata codicis tabula sub cera recondidit. Sed apprehensus ab hominibus regis Gunthebramni, repertis litteris, in regis presentiam est deductus: qui cæsus gravissime, in custodiam est retrusus.

XXXI. Erat tunc temporis Gundovaldus in urbe Burdegalensi a Bertehramno episcopo valde dilectus. Inquirens autem quæ ei causæ solatium præbere possent, narravit quidam, quod aliquis in partibus Orientis rex, ablato sancti Sergii^b martyris pollice, in dextro brachio corporis sui scrasset. Cumque ei necessitas ad depellendum inimicos obvenisset, in hoc **356** confisus auxilio, ubi dextri lacerti crexisset ulnam, protinus multitudo hostium, quasi martyris oppressa virtute, lahebatur in fugam. Hæc audiens Gundovaldus, inquirere diligentius cœpit, quisnam esset in eo loco, qui reliquias sancti Sergii martyris meruisset accipere. Interea proditus ab episcopo Bertehramno Eufronius [*Al.* Eufron] negotiator per inimicitiam, quia invitum aliquando eum totonderat, inhians facultati ejus^c. Quod ille dispiciens, ad aliam urbem transiens, cæsarie crescente regreditur. Ait ergo episcopus: Est hic quidam Syrus, Eufronius nomine, qui de domo sua ecclesiam faciens, hujus sancti reliquias collocavit; et plurima ex his signa, virtute martyris opitulante, conspexit. Nam cum tempore quodam Burdegalensis civitas

A maximo flagraret incendio, hæc domus circumdata flammis, nullatenus est adusta. Ista eo dicente, statim Mummolus cursu rapido cum episcopo Bertehramno ad domum Syri accedit: vallatoque homine, pignora sibi sancta præcepit ostendi. Negat ille. Tamen cogitans, quod pro malitia aliqua ei hæc pararentur insidiæ, ait: Noli fatigare senem, nec sancto inferre injuriam, sed acceptis a me centum aureis abscede. Illo quoque insistente, ut sanctas videret reliquias, ducentos aureos obtulit; et nec sic obtinuit eum recedere, nisi ipsa pignora viderentur. Tunc Mummolus elevari ad parietem scalam jubet (erant enim in sublimi parietis contra altarium in capsula reconditæ), diaconum suum scandere præcepit. Qui per gradus scandens scalæ, apprehendens

B capsam, ita tremore concussus est, ut nec vivens putaretur ad terram reverti. Attamen accepta, ut diximus, capsula, quæ de pariete pendebat, detulit. Qua percrutata, Mummolus os de sancti digito reperit, quod cultro ferire non metuit. Posito enim desuper cultro, et sic de alio percutiebat. Cunque post **357** multos ictus vix frangi potuisset, divisum in tres partes ossiculum diversas in partes dilabatur. Credo non erat acceptum martyri, ut hæc ille contingeret. Tunc llente vehementius Eufronio, prosteruntur omnes in orationem, deprecantes ut Deus dignaretur ostendere, quæ ab oculis fuerant humanis ablata. Post orationem autem repertæ sunt particule, ex quibus una Mummolus assumpta, abcessit, sed non, ut credo, cum gratia martyris, sicut in sequenti declaratum est. Dum autem in hac urbe morarentur, Faustianum^d presbyterum Aquensi urbi episcopum ordinari præcipiunt. Nuper enim in Aquensi urbe episcopus obierat, et Nicetius comes loci illius, germanus Rustici Vici Juliensis episcopi, præceptionem ab Chilperico elieuerat, ut tonsoratus civitati illi sacerdos daretur. Sed Gundovaldus destruere nitens ejus decreta, convocatis Episcopis, jussit eum benedici. Bertehramnus autem episcopus, qui erat metropolis, cavens futura, Palladium Santonienum injungit qui eum benediceret. Nam et oculi ei eo tempore a lippitudine gravabantur. Fuit autem ad hanc ordinationem et Orestes Vasatensis episcopus: sed negavit hoc eoram rege.

^a Sic Colb. a. alt. manu. Cæteri vero, *quod a prioribus relictum fuerat*. Bad., *et quiddid a prioribus*, etc. Freb. al., *quod a proprio rebus relictum*, etc. Idem Colb. alt. manu infra, *uxorem ejus omnibus rebus spoliatam*.

^b Celebris fuit in Oriente S. Sergius, qui sub Maximiano imperatore martyrio consummatus dicitur cum Baccho, apud Rosapham Cumagensis, seu Enlirate-sis Augustæ orbem, que ex ejus nomine postea Sergiopolis dicta est. Hanc urbem frustra expugnare tentavit Choroës Persarum rex, Justiniano imperante. Eundem martyrem veluti specialem patronum habuit Choroës alter, sub Mauricii principatu, cujus basilicam cruce aurea, variisque donis locupletavit, ut narrant Evagrius lib. iv, cap. 28, et lib. vi, cap. 21; Theophylactus Simocatta lib. v, cap. 13; Nicephorus, etc. Vide Baronium ad an. 55. Hinc Sergii nomen apud Christianos pariter et barbaros

^d celebre fuisse patet. Justinianus unam ei basilicam dicavit CP. alteram Ptolemaide ex Procopio. Peregrinationes ad S. Sergium in Araphas seu Saraphas laudantur in synodo Nicæna II, ex Joanne Moscho in Prato spirit. cap. 180. Vide et infra nostrum Greg. de Glor. Mart. lib. i, cap. 97.

^c Forte quod tunc episcopi clericorum, saltem defunctorum, bona sibi arrogarent: quod vetitum postea fuit an. 615, in Concil. Paris. v, can. 8.

^d Colb. a. et Regni., *Faustianum*. Civitas autem Aquensis hic memorata, a ias Aquæ Tarbellicæ, vulgo *Aqcs*, seu *Dax*, et Vicus Julii, seu *Adura*, vulgo *Aire*, Novempopulanae urbes, fuisse semper sub metropoli Elusana sive Anseïensi, sicut et Vasate. Earum tamen episcopi, perurbatis tunc rebus, Burdigalensi episcopo, qui vicinæ provinciæ, id est Aquitanicæ II, metropolitaneus erat, parate cogebantur.

XXXII. Posthæc misit iterum Gundovaldus duos legatos, Zotanum, necnon et Zabulfum, ad regem cum virgis consecratis ^a, juxta ritum Francorum, ut scilicet, non contingerentur ab ullo, sed exposita legatione cum responso revertentur. Sed hi incauti, priusquam regis præsentiam cernerent, multis quæ petebant explanaverunt. Extemplo sermo cucurrit ad regem; itaque vincti catenis in regis præsentiam deducuntur. Tunc illi quid quærent, ad quem directi, vel a quo fuerint missi negare non ausi, aiunt: Gundovaldus, qui nuper ab Oriente veniens, dicit se filium esse patris vestri regis Chlothacharii, misit nos ut **358** debitam portionem regni sui recipiat: sin autem a vobis non redditur, noveitis eum in has partes cum exercitu esse venturum. Omnes enim viri fortissimi regionis illius, quæ ultra Doroniam sita ad Gallias pertinet, ei conjuncti sunt; et ita infit: Judicabit tunc Deus, cum in unius campi planitie junxerimus, utrum sim Chlothacharii filius, an non. Tunc rex furore succensus jussit eos ad trochleas extendi et fortissime cædi, ut si vera essent quæ dicerent, evidentius approbarent; et si aliquid doli adhuc intra pectorum arcana retinerent, vis tormentorum extorqueret invitis. Deinde incrementibus supplicii, aiunt neptem illius, id est regis Chilperici filiam ^b, eum Magnulfo Tolosanorum episcopo exsilio deputatam, thesauros omnes ab ipso Gundovaldo sublato ^c; ipsum quoque regem ab omnibus majoribus natu Childeberti regis expetitur esse: sed præsertim cum Guntchramnus Boso ante hos annos Constantinopolim abiisset, ipsumque in Gallias invitasset.

XXXIII. Quibus cæsis, et in carcerem retrusis, rex accessiri nepotem suum Childebertum jubet, ut scilicet conjuncti pariter homines istos audire deberent. Denique cum simul conjuncti viros interrogarent, iteraverunt ea regibus simul astantibus, quæ prius solus rex Guntchramnus audivit. Asserebant etiam constanter hanc causam, sicut jam supra diximus, omnibus senioribus in regno Childeberti regis esse cognitam. Et ob hoc nonnulli de prioribus regis Childeberti in hoc placitum abire timuerunt, qui in

^a Græci legati caduceum deferrebant ex *L. Sanctum ff. de rerum divisi ne*. Hinc Mercurius deorum iunctus manu gestabat caduceum, quem Virgilius lib. iv *Æneid.* virgam appellat. Cæterum solus cod. Colb. a. legatorum nomina exprimit.

^b Rigunthem Reccaredo desponsatam.

^c Editi, *sublato reddidisse*.

^d Hastam regium insigne apud Francos exstitisse patet ex annulo Childerici I regis, qui in ejus sepulchro cum aliis cimeliis inventus est. Ibi enim rex representatur, promissis in humeros capillis, hastam in ceptri modum manu gestans. Vide Chiffletium pag. 96, in libro ea de re edito sub Anastasis Childerici nomine.

^e Erat tamen insuper Chlotarius parvulus Chilperici filius, qui apud Victoriacum nutriebatur: sed cum nondum a Guntramno visus fuisset, ut ipse conqueritur lib. viii, cap. 9, vix ipsum habebat pro filio regis.

^f Sic Colb. a. alt. manu; alii, *aut haberet*. Regm., *consiliarium haberet*.

^g Childebertus annuæ ætatis 14 egressus, et maritus, uti nunc loquimur, declaratus, regnum seorsum

A hac causa putabantur esse participes. Posthæc rex Guntchramnus data in manu regis Childeberti hasta, ait: Hoc est indicium quod tibi omne regnum meum tradidi ^d. Ex hoc nunc vade, et omnes civitates meas, tanquam tuas proprias, sub tui juris dominationem subjice. Nihil enim, facientibus **359** peccatis, de stipe mea remansit, nisi tu tantum ^e, qui mei fratris es filius. Tu enim hæres in omni regno meo succede, cæteris exhæredibus factis. Tunc relictis omnibus, assumpto seorsum puero clam locutus est, prius obtestans diligentissime, ne secreta collocutio ulli hominum panderetur. Tunc indicavit ei quos in consilio haberet, aut sperneret a colloquio; quibus se crederet, quos ultaret, quos honoraret muneribus, quos ab honore depelleret. Interca interdicens, ut Egidium episcopum Rhemensem, qui ei semper inimicus extiterat, nullo modo aut crederet, aut secum haberet ^f, quia et ipsi et patri suo sæpius peccasset. Deinde cum ad convivium convenissent, cohortabatur Guntchramnus rex omnem exercitum, dicens: Videte, o viri, quia filius meus Childebertus jam vir magnus effectus est. Videte, et cavete, ne eum pro parvulo habeatis ^g. Relinquit nunc perversitates, atque præsumptiones quas exercetis: quia rex est, cui vos nunc deservire debetis. Hæc et his similia locutus, per triduum epulantes atque jocundantes, multisque muneribus locupletantes, cum pace discesserunt. Tunc ei reddidit rex Guntchramnus omnia, quæ pater ejus Sigibertus habuerat, obtestans ne ad matrem accederet, ne forte aliquis daretur aditus, qualiter ad Gundovaldum scriberet, aut ab eo scripta susceperet.

XXXIV. Igitur Gundovaldus cum audisset sibi exercitum propinquare, relictus a Desiderio duce, Garoumam cum Sagittario episcopo, Mummolo et Bladaste ducebus, atque Waddone transivit, Convenas ^h petentes. Est enim urbs in cacumine montis sita, nullique monti contigua. Fons magnus ad radicem montis erumpens, circumdatus turre tutissima; ad quem **360** per cuniculum descendentes ex urbe, latenter latices hauriunt. Hanc enim ingressus ur-

ipse administrare cœpit. Sic et postea Balthildis Chlotario filio suo pubertatem ingresso regni curam dimisit. Videsis Vales. lib. xii rer. Francic.

ⁱ Lugdunum Convenarum apud veteres dicitur, tum a situ, Dunum quippe apud veteres Gallos mons est, tum ab occasione qua conditum fuit, quod scilicet multi in eum locum convenerint. Rem explicat Hieronymus adversus Vigilantium in ea urbe natum: *Respondet, inquit, generi suo, ut qui de latronum et Convenarum natus est semine, quos Cn. Pompeius edomita Hispania in Pyrenæi jugis deposuit, et in unum oppidum congregavit, unde et Convenarum urbs*. Ii erant Vascones, qui tunc Pyrenæorum juga incolebant. Lege Valesium in Notitia Galliarum. Cæterum hæc urbs anno 685 a Guntramno diruta, ut inferius narrat Gregorius. diu jaeuit, sede episcopali alio translata; sed a Bertrando, qui anno 1120 vivere desiit, utcumque reparata, coli ac inhabitari cœpit. Unde nomen restitutoris accipiens, nunc vulgo sancti Bertrandi Convenensis urbs, *Saint-Bertrand de Comminges*, dicitur, sub metropoli Ausciensi in Vasconia.

hem in initio Quadragesimæ locutus est civibus, dice-
 ens: Noveritis me cum omnibus, qui in regno
 Childeberti habentur, electum esse regem, atque
 haberi mecum non modicum solatium. Sed quoniam
 frater meus Gunthramnus rex immensum adversus
 me movet exercitum, oportet vos alimenta atque
 cunctam suppellectilem infra murorum munitionem
 concludere, ut scilicet dum nobis illa pietas divina
 anget solatium, non pereatis inopia. Hæc illis cre-
 dentibus, quænamque habere poterunt collocantes
 in urbe præparabant se ad resistendum. Eo tempore
 Gunthramnus rex misit litteras ad Gundovaldum,
 ex nomine Brunichildis reginæ in quibus erat scri-
 ptum, ut relicto exercitu et in loca sua abire jussu,
 ipse remotior apud Burdegalensem urbem hiberna
 deduceret. Scripserat enim hæc dolose, ut de eo ple-
 nius quid ageret, posset agnoscere. Igitur commo-
 rante eo apud urbem Convenas, locutus est incolis,
 diceus: Ecce jam exercitus appropinquat, egredi-
 mini ad resistendum. Quibus egredientibus, hi oc-
 cupantes portas atque claudentes, excluso foris po-
 pulo, cum episcopo loci ^a, cuncta quæ in urbe
 invenire poterant, suis ditioibus subdiderunt.
 Tantaque ibi multitudo annonæ atque vini reperta
 est, ut si viriliter stetissent, per multorum annorum
 spatia victus alimentis non egerent.

XXXV. Andierant enim eo tempore duces Gun-
 thramni regis, Gundovaldum ultra Garonnam in lit-
 tore residere cum ingenti hostium multitudine; ip-
 sosque thesauros, quos Rignnthi tulerat, secum
 retinere. Tunc impetu facto cum equitibus [*Ed. equis*]
 Garonnam **361** natando transiere, nonnullis de
 exercitu in amne demersis. Reliqui in litus egressi,
 requærentes Gundovaldum, invenerunt camelos cum
 ingenti pondere auri atque argenti, sive equites [*Pro*
 equos] quos fessos per vias reliquerat. Audientes
 deinceps eos infra muros urbis Conveniæ commo-
 rari, relictis plaustis ac diversis impedimentis cum
 populo minore, robustiores viri ipsum, sicut jam
 Garonnam transierant, insequi destinant. Quibus
 properantibus, venerunt ad basilicam sancti Vincen-
 tii, quæ est juxta terminum Agennensis urbis, ubi
 ipse martyr pro Christi nomine agonem dicitur con-
 summasse; inveneruntque eam refertam diversis
 thesauris incolarum. Erat enim spes incolis non

A esse a Christianis tanti martyris basilicam violan-
 dam, cujus ostia summo studio obscurata erant. Nec
 mora appropinquans exercitus cum reserare tempus
 valvas non valeret, ignem accendit; consumptisque
 ostiis, omnem substantiam cunctamque supellecti-
 lem, quam in ea invenire potuerunt, cum sacris mi-
 nisteriis abstulerunt. Sed multos ibi ultio divini
 conterruit ^b. Nam plerisque manus divinitus ureban-
 tur, emittentes fumum magnum, sicut ex incendio
 surgere solet. Nonnulli arrepti a dæmone, per ener-
 giam debacchantes martyrem declamabant. Plurimi
 vero semoti a sociis ^c propriis se jaculis sauciabant.
 Reliquum vero vulgus inante non sine grandi metu
 progressum est. Quid plura? Convenitur ad Conve-
 nas (sic enim diximus nomen urbis) omnisque pha-
 B lingua in suburbana urbis campania castrametata est,
 ibique extensis tentoriis re-idebat. Vastabatur in
 circuitu tota regio: nonnulli autem ab exercitu,
 quos fortior avaritiæ aculeus terehrabat, longius a
 suis evagantes, perimebantur ab incolis.

362 XXXVI. Ascendebant enim ^d multi per col-
 lem, et cum Gundovaldo sæpius loquebantur, infe-
 rentes ei convicia, ac dicentes: Tunc es pictor illè,
 qui tempore Chlothacharii regis per oratoria parie-
 tes atque cameras charaxabas ^e? Tunc es ille, quem
 Ballomerem nomine sæpius Galliarum incolæ voci-
 tabant? Tunc es ille, qui plerumque a regibus Fran-
 corum propter has præsumptiones quas profers, ton-
 soratus et exilio datus es? Vel quis te, infelicis-
 sime hominum, in hæc loca adduxit, edicito. Quis
 tibi tantam audaciam præstitit, ut dominorum ac re-
 gum nostrorum fines auderes attingere? Certe si a
 quoquam es evocatus; clara voce testare. En tibi
 ante oculos mortem expositam; en ipsam quam diu
 quæstisti exitii foveam, in quam præceps dejiciaris.
 Dic satellites viritum, vel a quibus inviteris enuntia.
 At ille cum hæc audiret, propius super portam æs-
 tans dicebat: Quod me Chlothacharius pater meus
 exosum habuerit, habetur incognitum nulli; quod
 autem ab eo, vel deinceps a fratribus sine tonsora-
 tus, manifestum est omnibus. Et hæc me causa
 Narseti præfecto Italiæ junxit, ibique uxorem acci-
 piens, duos filios generavi. Qua mortua, assumptis
 mecum liberis, Constantinopolim abii. Ab imperato-
 ribus vero susceptus benignissime, usque ad hoc tem-

^a Is erat Rufinus, qui hoc ipso anno Concilio Ma-
 tiseon. II subscripsit.

^b Hanc basilicam in valle Capraria prope Lugdu-
 num Convenarum sitam fuisse contendit Joseph Sea-
 liger lib. VI de Emendatione temp. Unde allucinatum
 fuisse patat Gregorium, qui ipsam prope Aginnum
 stetisse scripserit, confundens locum, in quo beatus
 martyr passus est, cum basilica ipsius memoriæ con-
 secrata. At fallitur ipsemet Sealiger. Hanc quippe
 basilicam; quam Gunthramni milites violantur, prope
 Aginnum erat, et quidem in loco Pompejæ, ubi S.
 Vincentius passus est. Nec repugnat rei gestæ series.
 Gundobaldo quippe Burdigalæ existente, Gunthramni
 exercitus ex Pictavo ad Dordoniam flumen accessit.
 Quo nuntio territus Gundobaldus, apud Convenas se
 recepit, quo cum pergeret, Gunthramni exercitus ut
 hostem insequeretur, per Aginnum em terminum

D transit, ilque itineris ratio postulabat, atque ea
 occasione milites ecclesiam S. Vincentii diriperunt.
 Tum prosequentes coeptum iter ad montem, cui im-
 positum erat Lugdunum Convenarum, radices per-
 venere, ut narrat Gregorius. Vide lib. de Gloria
 Mart. cap. 105. De hac basilica, et altera eidem
 sancto dicata, quas exstruxerat aut adornarat Leon-
 tium episc. Burdigalæ, Fortunatus lib. I, eam. 8 et
 9. Festum hujus sancti colitur die 9 Junii.

^c Sic Colb. a. alt. manu. Cæteri, *semoti a seditione.*

^d Sic Colb. a. Regm., *Sed et plurimi eorum age-
 bant occulte, et loquebantur cum Gundobaldo.* Cæteri
 cum Bec., *Abcondebant enim se multi, etc.*

^e Hinc charaxaturæ dictæ sunt deletiones seu can-
 cellationes scripturæ, et maenke ab atramento. Vide
 testamentum S. Remigii, et Marculf. lib. II, for-
 mula 17.

pus vixi. Ante hos enim annos cum Gunthramnus Boso Constantinopolim abiisset, et ego sollicitus causas fratrum meorum diligenter rimarer, cognovi generationem nostram valde attenuatam, nec superesse de stirpe nostra, nisi Childebertum et Gunthramnum, fratrem scilicet, et fratris mei filium. Filii enim Chilperiei regis eum ipso interierant, uno tantum parvulo derelicto ^a. Gunthramnus **363** frater meus filios non habebat; Childebertus nepos noster, minime fortis erat. Tunc Gunthramnus Boso his mihi diligenter expositis, invitavit me, dicens: Veni, quia ab omnibus regni regis Childeberti principibus invitaris, nec quisquam contra te mutire ausus est. Scimus enim omnes te filium esse Chlothacharii; nec remansit in Gallis qui regnum illud regere possit, nisi tu advenias. At ego datis ei multis muneribus, per duodecim loca sancta ab eo suscipio sacramenta, ut securus in hoc regnum accederem. Veni enim Massiliam, ibique me episcopus summa benignitate suscepit: habebat enim scripta seniorum regni nepotis mei. Ex hoc enim Avinionem accessi juxta placita patricii Mummoli. Gunthramnus vero in memoriam sacramenti ac promissionis suae, thesauros meos abstulit, et in suam ditionem subegit. Nunc autem recognoscite quia ego sum rex, sicut et frater meus Gunthramnus. Tamen si tanto odio mens vestra grassatur, vel ad regem vestrum deducar, et si me cognoscit fratrem, quod voluerit faciat. Certe si nec hoc volueritis, vel liceat mihi regredi, unde prius egressus sum. Abibo enim, et nulli quidquam injuriam inferam. Tamen ut sciatis vera esse quae dico, Radegundem Pictavam, et Ingetrudem ^b Turonicam interrogate: ipsae enim vobis affirmabunt certa esse quae loquor. Haec eo dicente, multi cum conviciis et impropriis haec verba prosequabantur.

XXXVII. Quintus et decimus in hac obsidione effulserat dies, et Leudegisilus novas ad destruendam urbem machinas praeparabat: plastra enim cum arietibus, elitellis et axibus erant texta ^c, sub quibus exercitus properaret ad destruendos muros. Sed cum appropinquassent, ita lapidibus obruebantur, ut omnes appropinquantes muro corruerent. Cuppas cum picis et adipe accensas supra eos projicientes, alias vero lapidibus plenas super eos dejiciebant. Sed cum nox certamina prohiberet, hostes ad castra regressi sunt. Erat autem cum Gundovaldo **364** et Chariulfus ^d, valde dives ac praepotens, cujus apothecis ac promptuariis urbs valde referta erat: de ejus substantia hi maxime alebantur. Bladastes autem haec cernens quae gerebantur, metuens ne Leudegisilus obtenta victoria eos morti traderet, im-

Aposito igne in ecclesiae domo, concurrentibus ad incendium mitigandum inclusis ^e, ille fuga dilapsus accessit. Mane autem facto, exercitus iterum ad bella consurgit, ac ex virgis fascies faciunt, quasi ad compleendam vallem profundam, quae a parte Orientis sita erat: sed nocere haec machina nihil potuit. Sagittarius vero episcopus frequentius muros cum armis circumibat, et saepius lapides contra hostem manu propria jecit e muro.

XXXVIII. Denique ii qui urbem impugnabant, eum viderent quod nihil proficere possent, nuntios occultos ad Mummolium dirigunt, dicentes: Recognosce dominum tuum, et a perversitate ista tandem aliquando desiste. Quae enim te amentia vallat, ut ignoto homini subjungaris? Uxor enim tua jam cum filiis captivata est; filii tui ut pote ^f jam interfecti sunt. Quo ruis? quidve praestolaris, nisi uti corruas? Haec ille mandata accipiens dixit: Jam, ut video, regnum nostrum finem accipit, et potentia cadit. Unum superest, si securitatem vitae me habere cognoscerem. de multo vos labore poteram remove. Discedentibus nuntiis, Sagittarius episcopus cum Mummolo, Chariulfo atque Waddone ad ecclesiam pergit ibique sibi invicem sacramenta dederunt, ut si de vitae promissione certiores fierent, relicta amicitia Gundovaldi, ipsum hostibus traderent. Reversi iterum nuntii, promiscrunt eis vitae securitatem. Mummolus vero dixit: Hoc tantum fiat, ego hunc in manu vestra tradam, et ego recognosce dominum meum regem, ad ejus praesentiam properabo. Tunc illi promittunt, quod si haec impleat, ipsum in charitate susciperent, et si eum regi excusare non possent, in ecclesiam ponerent, ne vitae amissione multaretur. Haec cum sacramenti **365** interpositione polliciti, discesserunt. Mummolus vero cum Sagittario episcopo et Waddone ad Gundovaldum pergentes, dixerunt: Sacramenta fidelitatis qualia tibi dedimus, ipse qui praesens es nosti. Nunc autem accipe salubre consilium: discede ab hac urbe, et repraesentare fratri tuo, sicut saepe quaesisti. Jam enim cum his hominibus colloenti sumus, et ipsi dixerunt, quia non vult rex perdere solatium tuum, eo quod parum de generatione vestra remanserit. At ille intelligens dolum eorum, lacrymis perfusus, ait: Invitatione vestra in has Gallias sum delatus; thesaurorum vero meorum, in quibus immensum pondus argenti continetur et auri, ac diversarum specierum, aliquid in Avennica urbe retinetur, aliquid Gunthramnus Boso diripuit. Ego vero juxta Dei auxilium, spe omni in vobis posita, vobis consilium meum eredidi, per vos regnare semper optavi. Nunc cum Deo vobis sit actio, si quid mihi mendacii dimam, tecta erant.

^a Colb. m. et Chesn. al., *Ariulfus*; infra *Hariulfus*; Bee., *Mariulfus*, sed infra, *Cariulfus*.

^e Colb. a., *inclusus ille*, et post *concurrentibus*, alt. *mann* additum est *omnibus*.

^f Colb. a., *ut puto*. Regm., *et, ut credo, filii tui jam, etc.*

^a Et tamen ex libro vi, cap. 24, Gundobaldus in Gallias accesserat ante Chilperiei interitum. Vide supra cap. 52.

^b Colb. a. et Bee., *Ingotrudem*. Colb. m., *Introgundam*. Regm., *Intragundam*. Haec est Ingetrudis, quae monasterium in atrio basilicae sancti Martini condiderat: de qua saepius loquitur Gregorius.

^c Sic Bee. cum editis; alii, *tecta*; Colb. a. alt.

xeritis : ipse enim iudicet causam meam. Hæc eo dicente, respondit Mummolus : Nihil tibi fallaciter loquimur, sed ecce viros fortissimos stantes ad portam tuam operientes adventum. Nunc autem depone baltheum meum aureum quo cingaris, ne videaris in jactantia procedere, et tunc accinge gladium, meumque restitue. Et ille : Non simpliciter, inquit, hæc verba suscipio, ut ea quæ de tuis usque nunc in charitate a usus sum, a me auferantur. Mummolus vero asserebat cum juramento, nihil ei moleste fieri. Egressi igitur portam, ab Ollone Biturigum comite et Bosone susceptus est. Mummolus autem cum satellitibus in urbem regressus, portam firmissime obseravit. Ille autem cum se in manibus inimicorum cerneret traditum, elevatis ad cælum manibus et oculis, ait : Iudex æterne, et ultio vera innocentium, Deus, a quo omnis justitia procedit, cui mendacium non placet, in quo nullus dolus neque versutia malitiæ continetur, tibi commendo causam meam, deprecans ut sis velociter ultor super eos, qui me insontem manibus tradiderunt inimicorum. Hæc cum dixisset, consignans se cruce Dominica, abire cœpit cum hominibus supradictis. Cumque a porta se **366** elongassent, sicut est circa urbem vallis tota in præcipitium, impulsis ab Ollone cecidit, illo quoque clamante : En vobis Ballomerem vestrum, qui se regis et fratrem dicit et filium. Et immissa lancea, voluit eum transligere, sed repulsa a circulis lorice nihil nocuit. Denique cum elevatus ad montem regredi niteretur, Boso emisso lapide caput ejus libravit, qui cecidit, et mortuus est. Venitque omne vulgus, et defixis in eum lanceis, pedes ejus fune ligantes, per omnia exercituum castra traxerunt; evellentesque cæsariem ac barbam ejus, insepultum ipso in loco quo interfectus fuerat, reliquerunt. Nocte vero sequenti, ii qui primi erant ^b, omnes thesauros quos in urbe reperire potuerunt, cum ministeriis ecclesiæ clam abstulerunt. Mane vero reseratis portarum valvis, immisso exercitu, omne vulgus inclusum in ore gladii tradiderunt, sacerdotes quoque Domini cum ministris ad ipsa ecclesiarum altaria trucidantes. Postquam autem cunctos interfecerunt, ut non remaneret mingens ad parietem, omnem urbem cum ecclesiis reliquisque ædificiis succenderunt, nihil ibi præter humum vacuum relinquentes.

XXXIX. Igitur Leudegisilus rediens ad castra cum Mummolo et Sagittario, Chariulfo et Waddone, nuntios occulte ad regem dirigit, quid de his fieri velit. At ille capitali eos jussit finire sententia. Waddo tunc cum Chariulfo, relictis filiis obsidibus, discesserunt ab eis. Delato quoque nuntio de horum interitu, cum hoc Mummolus advertisset, accinctus armis turgurium Leudegisili petit. At ille videns eum, ait : Quid sic, inquit, quasi fugiens venis? Cui ille : Nihil,

^a Cod. Casin., in civitate.

^b Casin., ii qui missi erant.

^c Numquam enim Reccaredo nupsit, sicut, ut videtur, nec Chlodosvinda Sigiberti filia. Vide infra notas

A ut video, de fide promissa servatur, nam cerno me in mortis exitio positum. Cui ille : Ego egrediar foras, et omnia mitigabo. Quo egrediente, confestim ex jussu ejus vallata est domus, ut hic interficeretur. Sed et ille cum dintissime contra bellantes restitisset, venit ad ostium. Cumque egrederetur, duo cum lanceis utraque ei latera feriunt, sicque cecidit et mortuus est. Quo viso Episcopus (Sagittarius), dum timore consternatus paveret, ait ad eum quidam de astantibus : Inspice propriis oculis, episcôpe, quæ geruntur, et tecto **367** capite ne agnoscaris, silvam pete, ut abscondaris paululum, atque ira labento possis evadere. At ille accepto consilio, dum oblecto capite fugere niteretur, extracto quidam gladio caput ejus cum cucullo decidit. Deinde unusquisque ad propria rediens, magnas per viam prædas et homicidia fecit. Fredegundis autem his diebus Cuppauem in Tolosatum direxit, ut scilicet liliam suam exinde quocumque modo posset, erueret. Ferebant enim plerique ob hoc cum transmissum, ut si Gundovaldum reperisset vivum, multis illectum promissionibus ad eam transduceret. Sed cum hæc facere nequivisset, acceptam Rigunthem a loco illo reduxit, non sine grandi humilitate atque contumelia ^c.

XL. Igitur Leudegisilus dux cum thesauris omnibus, quos superius nominavimus, ad regem venit; quos postea rex pauperibus et ecclesiis erogavit. Apprehensa vero uxore Mummoli, inquirere rex cœpit, quid thesauri quos ii congregaverant, devenissent. Sed illa cognoscens virum suum interfectum fuisse, et omnem jactantiam eorum prorsus in terram corruisse, omnia pandit, dixitque multum adhuc apud urbem Avennicam auri atque argenti esse, quæ ad regis notitiam non venissent. Statinque misit rex viros qui hæc deferre deberent cum uno puero, quem valde creditum Mummolus habens, hæc ei commendaverat. Abscentes autem acceperunt omnia, quæ in urbe relicta fuerant. Ferunt autem ducenta et quinquaginta talenta argenti fuisse, auri vero amplius quam triginta. Sed hæc, ut ferunt, de reperto antiquo thesauro abstulit. Quod rex divisum cum Childberto rege nepote suo, partem suam maxime pauperibus est largitus; mulieri autem nihil amplius, quam ea quæ de parentibus habuerat, relinquens.

De Mummoli familiaribus adductus est, ita magno corpore elatus, ut duos aut tres pedes super longissimos homines putaretur magnus, lignarius faber, qui non multo post obiit.

368 XLII. Posthæc edictum a iudicibus datum est, ut qui in hac expeditione tardi fuerant, damnarentur. Biturigum quoque comes misit pueros suos, ut in domo beati Martini, quæ in hoc termino sita est. hujusmodi homines spoliare deberent. Sed agens domus illius resistere fortiter cœpit, dicens : Sancti

ad cap. 25 lib. ix. Unde tot morarum procul dubio pertasus Reccaredus, Baddonem popularem suam sibi tandem conjugio copulavit.

mini homines ii sunt. Nihil eis quidquam inferatis a
 triæ, quia non habuerunt consuetudinem in tali-
 causis abire. At illi dixerunt : Nihil nobis et Mar-
 tuo, quem semper in causis inaniter profers :
 et tu et ipsi, pretia dissolvitis, pro eo quod re-
 imperium neglexistis. Et hæc dicens ingressus
 atrium domus. Protinus dolore percussus cecidit,
 graviter agere cœpit. Conversusque ad agentem
 flebili ait : Rogo ut facias super me cruce[m]
 mini, et invoces nomen beati Martini. Nunc autem
 novi, quod magna est virtus ejus ; nam ingre-
 nte me atrium domus, vidi virum senem exhiben-
 arborem in manu sua, quæ mox extensis ramis
 me atrium texit. Ex ea enim unus me attigit ra-
 s, de cujus ictu turbans corruui. Et innuens suis
 abbat, ut ejiceretur de atrio. Egressus autem in-
 care nomen beati Martini attentius cœpit. Ex hoc
 m commodius agens, sanatus est.

XLIII. Desiderius vero infra castrorum munitio-
 n se resque suas tutavit. Waddo major domus
 gunthis ad Brunichildem reginam transiit, et ab ea
 ceptus, cum muneribus et gratia est dimissus ;
 riuifus basilicam sancti Martini expetiit ^a.

XLIV. Fuit ^b tunc temporis mulier, quæ spiritum
 honis [*Al. et infra*, phytonis] habens, multum
 estabat dominis divinando quæstum ; eoque in gra-
 profecit, ut ab his libera facta, suis voluntatibus
 aretur. Si quis enim aut furtum, aut aliquid mali
 ferret, statim hæc quo fur abiit, cui tradidit, vel
 d ex hoc fecerit, edicebat. Congregabat quotidie
 rum argentumque, procedens in ornamentis, ita ut
 aretur aliquid esse divinum in populis. Sed cum
 erico Viridunensi episcopo hæc nuntiata fuissent,
 sit **369** ad comprehendendum eam. Qua appre-
 hsa et ad se adducta, juxta id quod in Actibus le-
 tus apostolicis (*Act. xvi, 16*), cognovit in ea im-
 ndum spiritum esse pythons. Denique cum exor-
 num super eam diceret, ac frontem illius oleo
 cto perungeret, exclamavit demoniam, et quid
 set prodidit sacerdoti. Sed cum per eum a puella
 n extruderetur, abire permissa est. Cernens vero
 ella, quod in loco illo habitare non posset, ad Fre-
 gundem reginam abiit, ibique et latuit.

XLV. Magna hæc anno fames pene Gallias totas
 pressit ; nam plurimi uvarum semina, flores avel-
 narum, nonnulli radices herbæ filicis arefactas, re-
 ctasque in pulverem, admiscentes parum farinæ,
 nem conficiebant ; multi etiam herbam segetum
 cidentes, similiter faciebant. Fuerunt etiam multi,
 ibus non erat aliquid farinæ, qui diversas colligen-
 s herbas, et comedentes tumefacti deficiebant. Plu-
 ni enim tunc ex inedia tabescentes, mortui sunt.

A Graviter tunc negotiatores populum spoliaverunt, ita
 ut vix vel modicum ^e annonæ, aut semimodium vini
 mo triante venundarent. Subdebant se pauperes
 servitio, ut quantulumcumque de alimento porrige-
 rent ^d.

XLVI. His diebus Christophorus negotiator ad Au-
 relianensem urbem abiit. Audierat enim, quod eo
 multum vini delatum fuisset. Abiens ergo, comparato
 vino, et lintribus inveceto, accepta a socero pecunia
 multa, cum duobus pueris Saxonibus viam equitando
 terebat. Pueri vero diu dominum exosum habebant,
 et plerumque fugerant illum, eo quod crebrius gra-
 vissime verberarentur. Cum venissent in quamdam
 silvam, præcedente domino, puer unus jaculata va-
 lide lancea, dominum summ transfixit. Quo ruente,
 B alius cum framea eaput ejus dilaceravit, et sic ab
 utroque in frustra decisus, exanimis est relictus. Hi
 vero accipientes pecuniam, fuga dilapsi sunt. Frater
 vero Christophori, sepulto corpuseulo, homines suos
 post pueros dirigit : qui juniorem comprehensum li-
 gant, seniore eum pecunia fugiente. **370** Quibus
 redeuntibus, cum vincum laxius reliquissent, accepta
 lancea unum ex his a quibus adducebatur, inter-
 emit. Sed deductus ab aliis usque Turonis, diversis
 suppliciiis affectus, detruncatusque, patibulo valde
 exanimis ^e est appensus.

XLVII. Gravia tunc inter Turonicos cives bella ci-
 vilia surrexerunt. Nam Sicharius, Joannis quondam
 filius, dum natalis Dominici solemnia apud Montalo-
 magensem ^f vicum cum Austregisilo reliquisque pa-
 gensibus celebraret, presbyter loci misit puerum ad
 aliquorum hominum invitationem, ut ad domum ejus
 bibendi gratia venire deberent. Veniente vero puero,
 unus ex his qui invitabantur, extracto gladio eum
 ferire non metuit : qui statim cecidit et mortuus est.
 C Quod cum Sicharius audisset, qui amicitias cum
 presbytero retinebat, quod scilicet puer ejus fuerit
 interfectus, arreptis armis ecclesiam petiit, Austre-
 gisilum operiens. Ille autem hæc audiens, appre-
 henso armorum apparatu, contra eum dirigit ; mis-
 tisque omnibus, cum se pars utraque collideret, Si-
 charius inter clericos ereptus, ad villam suam effu-
 git, relictis in domo presbyteri, cum argento et ves-
 timentis, quatuor pueris sanciat. Quo fugiente,
 Austregisilus iterum irruens, interfectis pueris, aurum
 D argentumque enim reliquis rebus abstulit. Dehinc eum
 in judicio civium convenissent, et præceptum esset
 ut Austregisilus, qui homicida erat, et interfectis
 pueris res sine audientia ^g diriperat, eensura legali
 condemnaretur. Inuito placito paneis infra diebus,
 Sicharius audiens quod res quas Austregisilus diri-
 perat, cum Aunone et filio atque ejus fratre Ebe-

^a Illic designari volunt ecclesiam sancti Martini de
 eriaeo, hodieque collegio canonicorum insignitam
 ond Bituriges, sub jurisdictione sancti Martini Tu-
 rensis.

^b Hoc caput deest in Colb. a. et Vat.

^c Colb. a., vel modicum.

^d Illic desinit liber vii in Vat. et Colb. a., et in iis
 esunt duo capita sequentia.

^e Regm., patibulo est appensus.

^f Loens apud Turones satis celebris, vulgo *Man-
 telan*. Ibi Perpetuus ecclesiam edificavit, ut dicitur
 infra lib. x cap. ultimo.

^g Apud Mareuil. lib. 1, cap. 28, exstat *Formula au-
 dientialis*, qua quis ad principis presentiam accedere
 cogebatur, ad quodvis factum discutendum.

rulfo retinerentur, postposito placito, conjunctus A Audino, mota seditione, cum armatis viris irruit super eos nocte, elisoque hospitio in quo dormiebant, patrem cum fratre et filio interemit, resque eorum cum pecoribus, interlectisque servis, abduxit. Quod nos audientes, vehementer ex hoc molesti, adjuncto iudice, mittimus ad eos legationem, ut in nostri presentiam venientes, accepta ratione cum pace 371 discederent, ne jurgium in amplius pollularet. Quibus venientibus, conjunctisque civibus, ego aio: Nolite, o viri, in sceleribus proficere, ne malum in longius extendatur. Perdidimus enim ecclesie filios: metuimus nunc, ne et aliis in hac intentione careamus. Estote, quaeso, pacifici, et qui malum gessit stante charitate componat, ut sitis filii pacifici, qui digni sitis regnum Dei, ipso Domino tribuente, percipere. Sic enim ipse ait: *Beati pacifici, quoniam ipsorum est regnum caelorum (Math. v, 9)*. Eccc enim, etsi illi qui noxae subditur, minor est facultas, argento ecclesie redimetur: interim anima viri non percat. Et haec dicens, obtuli argentum ecclesie; sed pars Chramnisindi, quae mortem patris fratrisque et patrui requirebat, accipere noluit^a. His discedentibus, Sicharius iter ut ad regem ambularet praeparat, et ob hoc Pietavum ad uxorem eernendam proficiscitur.

Cumque servum, ut exerecet operam eommon elevataque virga ietibus verberaret, ille extracto tei gladio dominum sauciare non metuit. Quam terram ruente, currentes amici apprehensum 3 servum crudeliter caesum, trunecatis manibus et pedibus, patibulo damnaverunt. Interim soubus in Tarnieum exiit Sicharium fuisse defunctum. Cum haec Chramnisindus audisset, eommonitis parentibus et amicis, ad domum ejus properat. Quibus spoliis interemptis nonnullis servorum, domus omnes, Sicharii quam reliquorum, qui participes hujus fuerant, incendio coneremavit, abducens secum pecunia et quaecunque movere potuit. Tunc partes a judice ad civitatem deductae causas proprias proloquum inventumque est a iudicibus, ut qui nolens accipere prius compositionem domos incendiis tradidit, medietatem pretii, quod ei fuerat iudicatum, amitteret. Et hoc contra leges actum, ut tantum pacifici redderentur, aliam vero medietatem compositionis Sicharius redderet. Tunc dato ab ecclesia argento, iudicaverant accepta securitate^b componunt, et sibi partes invicem sacramentis, ut nullo unquam tempore contra alteram pars altera mussitaretur, sic altercatio terminum fecit.

373-374 INCIPIUNT CAPITULA LIBRI OCTAVI.

- I. De eo quod rex Aurelianus venit.
- II. Qualiter ei episcopi presentati; et qualiter ipse convivium praeparavit.
- III. De cantoribus, et argento Mummoli.
- IV. Lans Childeberti regis.
- V. De visionibus quas rex, vel nos de Chilperico vidimus.
- VI. De his quos presentavimus.
- VII. De Palladio episcopo, qualiter Missas dixit.
- VIII. De signis ostensis.
- IX. De sacramento pro filio Chilperici dato.
- X. De corporibus Merovechi et Chlodovechi.
- XI. De ostiariis et interitu Boanti.
- XII. De Theodoro episcopo, et plaga super Ratharum.
- XIII. De legatione Gunthramni ad Childebertum directa.
- XIV. De periculo in flumine.
- XV. De conversione Ulfaici aiaeoni.
- XVI. Quae de virtutibus sancti Martini retulit.
- XVII. De signis quae apparuerunt.
- XVIII. Quod Childebertus in Italiam direxit exercitum, et qui duces vel comites aut instituti sunt, aut reventur.
- XIX. De interitu Dagulfi abbatis.
- XX. Quae in synodo Maticensi acta sunt.
- XXI. De placito in Belsonnaco; et de sepulcro violato.
- XXII. De obitu episcoporum, et Wandelini.
- XXIII. De diluviis.
- XXIV. De insulis maris.
- XXV. De insula in qua sanguis apparuit.
- XXVI. De Eberulfo qui dux fuit.
- XXVII. Quod Desiderius ad regem abiit.
- XXVIII. De Hermenigildo et de Ingunde, vel de legatis Hispanorum clam ad Fredegundem missis.
- XXIX. Quod Fredegundis misit, qui Childebertum interficeret.
- XXX. Quod exercitus in Septimaniam abiit.
- XXXI. De interfectione Protextati episcopi.
- XXXII. De interitu Domnolae uxoris Nectarii.

^a In hoc capite et in aliis variis Gregorii locis exempla habentur pessimae consuetudinis iniunctas privatas armis persequendi, quae principis imperio, aut legitimi auctoritate omnino non prohibebatur apud Francos, quamvis certis finibus coercita esset. Si itaque quisvis aut vulneratus, aut certe occisus fuisset, tunc propinqui illius et affi-

nes, seu et amici in unum conveniebant, injuncti vi et armis ulturi. Vide formulam 18 lib. 1 Marculfi et Bignonii notas. Haec prava consuetudo, *Faida*, saepius in capitularibus regum postmodum vetita fuit.

^b Ejusmodi securitatis formula exstat apud Marculf. lib. II, cap. 18.

- III. De incendio urbis Parisiacæ.
 IV. De reclausis tentatis.
 V. De legatis Hispanorum.
 VI. De interitu Magnovaldi.
 VII. Quod Childeberto filius natus est.
 VIII. Quod Hispani in Gallias proruperunt.
 IX. De obitu episcoporum.
 De Pelagio Taronico.
 De iis qui Prætextatum episcopum interfecerunt.
 X. Quod Bippolenus dux datus est.
 XI. Quod Nicetus rector Provinciæ ordinatur, et de iis quæ Antistius gessit.
 XII. De eo qui regem Guntchramnum interficere voluit.
 De interitu Desiderii ducis.
 I. De obitu Leuvichildi regis.

LIBER OCTAVUS.

75 I. Igitur Guntchramnus rex anno vigesimo A
 to regni sui de Cabillono progressus, Nivernen-
 urbem aggreditur. Invitatus enim Parisios ve-
 at ut Chilperici filium, quem jam Chlotharium vo-
 bat, a sacro regenerationis fonte deberet excipere.
 ressus vero a Niverno ad Aurelianensem urbem
 it magnum se tunc civibus suis præbens. Nam
 domos eorum invitatus adibat, et prandia data
 bat: multum ab his muneratus, muneraque ipsis
 sua benignitate largitus est. Sed cum ad urbem
 relianensem venisset, erat ea die solemnitas beati
 martini, id est quarto Nonas mensis quinti^a. Pro-
 sitque in obviam ejus immensa populi turba cum
 vixis atque vexillis, canentes laudes. Et hinc lingua
 fororum, hinc Latinorum, hinc etiam ipsorum Ju-
 rorum, in diversis laudibus varie concrepabat, di-
 s: Vivat rex, regnumque ejus in diversis populis
 his innumeris dilatetur. Judæi vero, qui in his
 dibus videbantur esse participes, dicebant: Omnes
 tes te adorent **376** tibi que genu flectant, atque
 i sint subditæ. Unde factum est, ut celebratis Mis-
 s, cum rex ad convivium resideret, diceret: Væ
 ti Judaicæ, malæ et perfidæ, ac subdolo semper
 usu viventi. Ob hoc enim mihi, inquit, hodie lau-
 s adulatorias acclamabat, ut me cunctæ gentes
 asi dominum adorarent, ut synagogam eorum,
 æ dudum a Christianis diruta est, juberem ope
 blica sublevari: quod inhibente Domino nunquam
 o facturus. O regem admirabili prudentia clarum!
 e intellexit dolositatem hæreticorum, ut ei penitus
 n valerent subripere, quæ erant postmodum sug-
 sturi. Jam enim mediante epulo rex locutus est
 cerdotibus qui aderant, dicens: Rogo ut in domo
 ea crastina die vestram promerear benedictionem,
 tque mihi salus in ingressu vestro, ut ex hoc sal-
 is flammam, cum super me humilem vestrarum benedi-
 tionum verba defluerint. Hæc eo dicente, omnes
 tias agentes epulo expleto surreximus.
 II. Mane autem facto, dum rex loca sanctorum ora-

tionis gratia visitaret, ad metatum nostrum adventit.
 Erat enim ibi basilica sancti Aviti abbatis, **377** cu-
 jus in libro Miraculorum meminimus^b. Surrexi
 gavisus, fatcor, ad occursum ejus, et data oratione
 deprecor, ut in mansione mea eulogias beati Martini
 dignaretur accipere. Quod ille non respiciens, benigno
 animo ingressus, hausto poculo, admonitis nobis ad
 convivium, lætus abscessit. Tunc Bertchramnus Bur-
 degalensis episcopus cum Palladio Santonico valde
 regi infensus erat, pro susceptione Gundovaldi, cu-
 jus supra meminimus (*Lib. vii, cap. 31*); sed et Pal-
 ladius episcopus ob hoc maxime regis iram incurre-
 rat, quod ei sæpius fallacias intulisset. Discussi enim
 ante paululum fuerant ab reliquis episcopis et opti-
 matibus regis, cur Gundovaldum suscepissent, cur
 Faustianum^c Aquis episcopum ad præceptionem ejus
 levissimam ordinassent. Sed hanc causam ordinatio-
 nis Palladius episcopus a Bertchramno metropole suo
 auferens, super se devolvit, dicens: Oculi metropolis
 mei valde doloribus ardebant, et ego spoliatus et
 contemptus, invitatus ab eo in eo loco adductus sum.
 Non potui aliud facere, nisi quæ ille, qui omnem
 principatum Galliarum se testabatur accipere, impe-
 rabat. Cum hæc regi nuntiata fuissent, valde com-
 motus est, ita ut vix obtineri posset, ut eos ad con-
 vivium advocaret, quos antea non viderat. Introente
 itaque Bertchramno, interrogat rex: Quis, ait, est
 iste? Diu enim erat quod ab eo visus non fuerat.
 Dixeruntque: Ille est Bertchramnus Burdegalensis ur-
 bis episcopus. Cui ille: Gratias, inquit, agimus, quod
 sic custodisti fidem generationi tuæ. Scire enim te
 oportuerat, dilectissime pater, quod parens eras no-
 bis ex matre nostra, et super gentem tuam non de-
 bueras inducere pestem extraneam [Gundoval-
 dum]. Cumque talia, et his similia Bertchramnus
 audisset, conversus ad Palladium rex, ait: Nec tibi,
 o Palladi episcope, nimium sunt gratiæ referendæ.
 Tertio enim mihi, quod de episcopo dici iniquum
 est, pejerasti, mittens **378** indiculos dolositate

^a Festum Translationis ejus, quæ etiam nunc ce-
 lebratur hæc ipsa die quarta Julii.

^b In libro de Gloria Confessorum, cap. 99. Basilica
 Aviti hodieque perstat cum collegio canonicorum,

cui adjunctum est seminarium ad juniorum clerico-
 rum institutionem nuper erectum.

^c Colb. a. et Regm., *Faustinianum*. Confer cum
 lib. vii, cap. 31.

plenos; a me excusabaris ^a per epistolas, et germanum meum cum scriptis aliis invitabas. Judicavit enim Deus causam meam, cum ego provocare vos semper tanquam ecclesie patres stultui, et vos circa me semper egistis dolose. Nicasio autem et Antidio episcopis ^b dixit: Quid vos, o sanctissimi patres, pro regionis utilitate, vel regni nostri sospitate tractastis, edicite? Illis quoque tacentibus, ablatis rex manibus, accepta a sacerdotibus benedictione, ad mensam resedit, læto vultu et hilari facie, quasi nihil de contemptu suo fuisset effatus.

III. Interea jam medio prandii peracto, jubet rex ut diaconum nostrum, qui ante diem ad Missas psalmm responsorium ^c dixerat, canere juberem. Quo canente, jubet iterum mihi, ut omnes sacerdotes, qui aderant, per meam commonitionem, datis ex officio suo singulis clericis, coram rege juberentur cantare. Per me enim secundum regis imperium admoniti, quisque ut potuit in regis præsentia psalmm responsorium decantavit ^d. Cum autem ferula profferrentur, dixit rex: Argentum omne quod cernitis, Mummoli illius perjuri fuit (*V. lib. vii, cap. 40*). Sed tunc, gratia Domini tribuente, in nostram dominationem translatus est; nam quindecim ex eo catinos, ut istum majorem cernitis, jam concidi, et non exinde amplius quam hunc, et alium de centum septuaginta libris reservavi. Et quid amplius quam ad opus quotidianum necesse est me retinere? Non ego, quod pejus est, alium filium præter Chilbertum habeo, cui satis sit de thesauris quos ei pater reliquit: et quæ jam de hujus miserissimi rebus, quæ Avinione inventæ sunt, transmittere curavi. Reliqua vero pauperum et ecclesiarum erunt necessitatibus tribuenda.

IV. Unum vos tantummodo, sacerdotes Domini, deprecor, ut pro lilio meo Chilberto Domini misericordiam **379** exoretis. Est enim vir sapiens atque utilis, ut de multorum annorum ævo vix ita cautus homo reperiri possit ac strenuus. Quia si hunc Deus his Gallis concedere dignabitur, fortassis spes erit de eodem gentem nostram, quæ valde exinanita est, posse consurgere. Quod fieri juxta ejus misericordiam non diffido, eo quod tale fuerit pueri natalitatis præsagium. Nam in die sancto Paschæ, stante fratre meo Sigiberto in ecclesia, procedente diacono cum sancto Evangeliorum libro, nuntius regi advenit, unaque vox fuit pronuntiantis lectionem evangelicam, ac nuntii dicentis: Filius natus est tibi, unde factum est, ut omnis populus in utraque annuntiatione proclamaret pariter: Gloria Deo omnipotenti. Sed baptismum in die sancto Pentecostes accepit. et

^a Colo. a., et te excusabas per litteras.

^b Nicasius Inenlismensis, de quo lib. ix, cap. 41. Antidius vero Aginensis erat episcopus. Uterque subscripsit Cone. Matis. ii.

^c Hodierno Gradnali seu Gradali respondet. Psalmi, qui post Epistolam cantabatur, meminit passim Augustinus. Vide Menardum in sacrament. Gregorianum, pag. 368.

^d Colb. iii, prima manu, cantavit. Clericus post dictum ab episcopo versum psalmi, antiphonam seu

A rex nihilominus in die sancto Dominicæ nativus est elevatus. Unde si oratio vestra prosequitur, terit hic, Domino annuente, regnare. Hæc regente, omnes orationem fuderunt ad Dominum utrumque regem ejus misericordia conservaret. jecitque rex: Verum quia mater ejus Brunichme minatur interimere, sed nihil mihi ex hoc fatidinis est. Dominus enim qui me eripuit de manibus inimicorum meorum, et de hujus insidiis liberavit me.

V. Multa tunc et in Theodorum ^e adversa latus est, protestans, quod si ad synodum venisset iterum exilio truderetur, dicens: Scio enim quod horum causa germanum meum Chilpericum interfecit. Denique nec nos pro viris haberi debemus. **B** ejus necem ulcisci non valemus hoc anno. Cui respondi: Et quis Chilpericum interemit, nisi nuntia sua tuaque oratio? Multas enim tibi contra justitiam tetendit insidias, quæ ei mortis exitium intulerunt. Quod, ut dicam, valde hoc per visionem sibi inspexi, cum viderem eum a te tonsorato quasi episcopum ordinari, deinde super cathedram puram sola fulgine ^f tectam impo-itionum ferri, pulchrentibus coram eo lychnis ac cereis. Me hæc rante, rex ait: Vidi et ego **380** aliam visionem quæ hujus interitum nuntiavit. Adducebatur enim conspectu meo a tribus episcopis vincetus catechizatorum unus Tetricus, alius Agricola ^g, tertius Nicetius Lugdunensis erat, e quibus dicebant de Solvite, quæsumus, eum, et castigatum abire. **C** mittite. Quibus econtrario cum amaritudine Tetricus episcopus respondebat: Non fiet ita, sed igni committitur pro sceleribus suis. Et cum diu multumque quasi altercantes hæc inter se verba proferrere conspicio eminus æneum super ignem positum vere vehementer. Tunc me flente, apprehensum felicem Chilpericum contractis membris projecit in æneum. Nec mora, inter undarum vapores ita solutus ac liquefactus est, ut nullum ex eo per indicium remaneret. Hæc rege dicente, admirantibus nobis, epulo expleto surreximus.

VI. Rex igitur in crasinum in venationem ingressus est; quo redeunte, Garacharius comes Lugdunensis atque Bladastes a nobis representati sunt, qui, ut superius diximus, in basilica sancti Martini confugium fecerant, pro eo quod Gindovaldo **D** conjuncti fuissent. Nam cum prius pro hic deprecari nihil obtinere potuissem, hæc in sequenti locutus sum: Audi, o rex, potestas tua. Ecce a Domino meo legatione ad te directus sum: sed quid renuntiabam qui me misit, cum nihil mihi responsi reddere

responsum subjungebat, eo modo quo in Missis temporum hodieque canticum trium Puerorum cantamus.

^e Is erat Massiliensis episcopus, de quo plurimum in libro superiori.

^f Fræh. al., nullis palleis tectam.

^g Tetricus Lingonensis, Agricola vero Cabillonensis. Pro Tetricus Colb. a. alt. manu habet Teodocus, et sic infra.

ls? A: ille obstupefactus ait: Et quis est dominus tuus, qui te misit? Cui ego subridens: Beatus Martinus, inquit, misit me. Tunc ille iussit sibi repræsentari viros. Sed cum in ejus conspectu venissent, multas eis perfidias ac perjuriam exprobravit, vocans eos sæpius vulpes ingeniosas: sed restituit eos gratiæ suæ, reddens quæ illis ablata fuerant.

VII. Adveniente quoque die Dominico, rex ecclesiam ad spectanda ^a Missarum solemnia petit; fratres [episcopi] vero consacerdotesque qui aderant, locum Palladio episcopo ad agenda festa præbuerunt. Quo incipiente prophetiam, **381** Rex interrogat, quis esset. Cumque Palladium episcopum initiasset pronuntiassent, statim commotus rex ait: Qui mihi semper infidelis et perfidus fuit, ille nunc sacrata verba prædicabit? Egrediar prorsus ab hæc ecclesia, ne inimicum meum audiam prædicantem. Et hæc dicens, egredi cœpit ecclesiam. Tunc conturbati sacerdotes de fratris humilitate, dixerunt regi: Vidimus enim eum convivio tuo adesse, ac de ejus manu benedictionem accipere; et cur eum nunc rex spernatur? Si enim scissemus tibi exosum, declinasset utique ad alium, qui hæc agere debuisset. Tunc, si permittis, celebret quæ cœpit: in posterum autem si aliquid opposueris, canonicæ sanctionis censura finiatur. Jam enim Palladius episcopus interrarum cum grandi humilitate discesserat. Tunc rex iussit eum revocari, et sic quæ agere cœperat, expedivit. Nam cum iterato ad convivium regis Palladius atque Bertchramnus asciti fuissent, commoti vicem multa sibi de adulteriis ac fornicatione exprobrarunt, nonnulla etiam de perjuriis. Quibus de rebus multi ridebant; nonnulli vero, qui acrioris scientiæ, lamentabantur, cur inter sacerdotes hominitaliter zizaniam diaboli pullularent. Discedentes a regis præsentia, cautiones et fidejussores dederunt, ut decimo Kalendas mensis noni ad synon convenirent.

VIII. Tunc apparuerunt signa, id est, radii a parte quilonis, sicut sæpius apparere solent. Fulgor per celum occurrisse visus est, floresque in arboribus ostensi sunt. Erat enim mensis quintus.

IX. Posthæc rex Parisios venit, et coram omnibus qui cœpit, dicens: Germanus meus Chilpericus oriens dicitur filium reliquisse, cujus nutritores, matre deprecante, petierunt, ut eum de sancto latro in Domini Natalis solemnitate deberem excipere, et non venerunt. Rogaverunt deinceps ut ad festum Pascha baptizaretur, sed nec tunc allatus est infans. Deprecati sunt autem tertio, ut ad festi-

^a Missas spectare dicebantur, qui sacris quidem mysteriis intererant, sed non communicabant, ut colligit noster Mabillon. in Liturg. Gallic. ex cap. 8. p. x hujus historiæ. Can. 29 Conc. in Aurelian., p. 538, vetitum est, ne quis cum armis bellicis sacrificia matutina Missarum sive vespertina spectet.

^b Non solum in natali Domini et S. Joannis, sed et in natalibus Martyrum baptismus conferebatur in aliis ecclesiis. Quem morem veteribus canonibus assistentes abrogare conati sunt patres Concilii natiensis, hoc anno 585 habiti.

A vitatem **382** sancti Joannis ^b exhiberetur, sed nec tunc venit. Moverunt itaque me per tempus sterile de loco ubi habitabam: veni igitur, et ecce absconditur, nec ostenditur mihi puer. Unde, quantum intelligo, nihil est quod promittitur, sed, ut credo, alienjus ex lendibus nostris sit filius; nam si de stirpe nostra fuisset, ad me utique fuisset deportatus. Ideoque noveritis, quia a me non suscipitur, nisi certa de eo cognoscam iudicia. Hæc audiens Fredegundis regina, conjunctis prioribus regni sui, id est tribus episcopis et trecentis viris optimis, sacramenta dederunt hunc a Chilperico rege generatum fuisse: et sic suspicio ab animo regis ^c ablata est.

X. Denique cum interitum Merovechi atque Chlodovechi sæpius lamentaretur, nesciretque ubi eos postquam interfecerant, projecissent, venit ad regem homo qui diceret: Si mihi contrarium in posterum non habetur, indicabo in quo loco Chlodovechi cadaver sit positum. Juravit rex nihil ei molestum fieri, sed potius numeribus ampliari. Tunc ille: Veritatem, inquit, me loqui, o rex, ipsa ratio quæ acta est comprobabit. Nam quando Chlodovechus interfectus est, ac sub stillicidio oratorii ejusdam sepultus, metuens regina ne aliquando inventus cum honore sepeliretur, iussit eum in alveum Matronæ fluminis projici. Tunc intra lapsum ^d, quod opere meo ad capiendorum piscium necessitatem præparaveram, reperi. Sed cum ignorarem quisnam esset, a cæsare prolixa cognovi Chlodovechum esse: apprehensumque in humeris ad littus detuli, ibique eum cæspite superposito tumulavi. Ecce salvatis artibus quod volueris effice. Quod cum rex comperisset, confingens se ad venationem procedere, de ectoque tumulo, reperit corpusculum integrum et illæsum. Una tantum pars capillorum, quæ subter fuerat, jam defluserat; alia vero cum ipsis crimium flagellis intacta durabat. Cognitumque est hunc esse quem rex intento animo requirebat. Convocato **383** igitur episcopo civitatis, cum clero et populo, ac cereorum innumerabili ornato, ad basilicam sancti Vincentii detulit tumulandum, non minus plangens nepotes mortuos, quam cum vidit filios proprios jam sepultos. Posthæc misit Pappolum Carnotensæ urbis episcopum, qui Merovechi cadaver requirens, juxta Chlodovechi tumulum sepelivit.

D XI. Ostiarius ^e vero quidam de alio ostiario dixit Domine rex, hic accepto præmio consentit ut tu interficiaris. Apprehensusque ostiarius, de quo dixerat, cæsus, supplicis que multis affectus, nihil de causa qua interrogabatur aperuit. Loquebantur enim

^c Omnes præter Bad., ab animis regis.

^d Sæc Colb. m. cum Bec. et recte, ea enim voce designatur rete. Et in Colb. a., ubi *lampsum* altera manu appositum est, *rete*. Regm. vero habet *lacum*. Editi, *capsum*. De Chlodovei morte vide supra lib. v, cap. 40. De Merovei morte cap. 19 ejusdem libri. Uterque relatus Parisios, in basilica sancti Vincentii quæ hodie sancti Germani a Pratis dicitur, sepultus est.

^e Hoc caput deest in Vat. et Colb. a. Bec., *Posta-rius... de alio hostario*.

tunc multi hoc insidiis et invidia factum, quod ostiarius ille, cui hoc crimen impactum fuerat, plurimum a rege diligeretur. Ansoaldus autem nescio qua suspitione tactus, nec valedicens, a rege discessit. Rex vero Cabillonum regressus, iussit Boantum, qui sibi semper fuerat infidelis, gladio percuti. Qui vallatus in domo sua, ab hominibus regis peremptus interiit, resque suæ fisci ditionibus subjugatæ sunt.

XII. Denique cum rex maxima intentione Theodorum episcopum iterum persequi conaretur, et Massilia jam in Childeberti regis dominationem revocata fuisset, ad discutendas causas Ratharius illuc quasi dux ^a a parte regis Childeberti dirigitur. Sed postposita actione, quæ ei a rege injuncta fuerat, episcopum vallat, fidejussores requirit, et ad præsentiam regis Guntchramni direxit, ut scilicet ad synodum, quæ Matiscone futura erat, quasi ab episcopis damnandus adesset. Nec defuit ultio divina, quæ servos suos ab ore eorum rabidorum defendere consuevit. Nam egrediente episcopo a civitate, statim res ecclesiæ diripit, et alia quidem sibi vindicat, alia sub sigillorum munitione concludit. Cumque hoc fecisset, protinus famulos ejus sævissimus invadit morbus, exhaustosque febre peremit; filius ejus ab hoc incommodo defecit, quem in suburbano Massiliæ ipsius **384** cum gravi gemitu sepelivit; fuitque talis domui ejus plaga, ut cum ab urbe illa est digressus, vix ad patriam suam regredi putaretur. Theodorus vero episcopus a Guntchramno rege detentus est. Sed nihil ei rex nocuit. Est enim vir egregiæ sanctitatis ^b, et in oratione assiduus, de quo mihi Magnericus Treverensis episcopus hæc retulit. Ante hos annos cum ad præsentiam Childeberti regis ita sub ardua custodia duceretur, ut quandoeunque ad urbem aliquam venisset, neque episcopum, neque quemquam de civibus videre permitteretur, adveniente Treveros, nuntiatum est episcopo, hunc jam in navi positum clam abduci; surrexitque sacerdos tristis, ac velociter prosecutus, reperit eum ad litus, causatusque eum custodibus, cur tanta esset impietas ut non liceret fratri fratrem aspicere: visoque tandem, osculatus eum, indulgens aliquid vestimenti, discessit. Veniens itaque ad basilicam sancti Maximi ^c prosternitur sepulcro, illud apostoli Jacobi retineus: *Orate pro invicem ut salvemini* (Jac. v, 16). Fusaque diu oratione eum lacrymis, ut fratrem dignaretur Dominus adjuvare, egressus est foras. Et ecce mulier quam spiritus erroris agitabat, clamare sacerdoti cœpit, ac dicere: O sceleste et inveterate dierum, qui pro inimico nostro Theodoro orationem fundis ad Dominum. Ecce nos quotidie quæ-

^a Regm., *dux quasi a parte*. Colb. m., *duxit quasi*, forte pro *dux*.

^b Colitur uti sanctus in Martyrol. Gallicano die 2 Januarii. Vide supra lib. vi, cap. 24.

^c Colb. m. et Regm., *Martini*. At licet Treviris sit quoque basilica S. Martini, ab ipso Magnerico eondata, nunquam tamen ibi S. Martini sepulcrum existit. S. Maximinus vero in ecclesia suburbana sepultus est, quæ hodieque ipsius nomen retinet, estque, sicut etiam basilica S. Martini, celeberrima abbatia or-

rimus, qualiter ab his Gallis extrudatur, qui nos quotidianis incendiis conflant, et tu pro eo rogare non desinis? Satius enim tibi erat res ecclesiæ tuæ diligenter inquirere, ne pauperibus aliquid deperiret, quam pro hoc tam intente deprecere. Et aiebat: Vae vobis qui eum non possumus expugnare. Et licet dæmoniis credi non debeat, tamen qualis esset sacerdos, de quo hæc dæmon condolens declamabat, apparuit. Sed ad cœpta redcamus.

XIII. Igitur legatos ad nepotem suum Childebertum rex dirigit, qui morabatur tunc ad castrum Confluentis ^d, quod ob hoc nomen acceperat, pro eo quod Mosella Rhenusque **385** omnes pariter confluentes in eodem loco jungantur. Et quia placitum fuerat, ut Treas Campaniæ urbem de utroque regno conjungerent, sacerdotibusque de regno Childeberti congruum non fuit; Felix legatus, salutatione præmissa, ostensis litteris, ait: Patruus tuus, o rex, diligenter interrogat, quis te ab hac promissione retraxit, ut sacerdotes regni vestri ad Concilium quod simul deereveratis, venire differrent. An forsitan mali homines aliquam inter vos discordiæ radicem faciant pullulare? Tunc ego, rege tacente, respondi: Nil mirum, si zizania seratur inter populos; nam inter hos quo radicem obliget ^e, protinus non potest reperire. Nullum enim latet, quod Childebertus rex alium patrem nisi patruum non habet. Neque ille alium filium nisi hunc habere disponit, juxta id quod cum anno præsentis audivimus loqui ^f. Absit ergo ut inter eos radix discordiæ germinet, cum se pariter et tueri debeant, et amare. Tunc vocato secretius Felice legato, Childebertus rex rogavit, dicens: Deprecor dominum et patrem meum, ut Theodoro episcopo nihil injuriæ inferat: quod si fecerit, eonfestim inter nos scandalum germinabit, erimusque discordia impediende disjuncti, qui debemus amorem tuendo esse pacifici. Acceptoque et de aliis causis responso, legatus discessit ^g.

XIV. Nobis itaque in amedicto castro cum rege commorantibus, dum ad convivium principis usque obscura nocte retineremur, epulo expleto surreximus, venientesque ad fluvium, offendimus navem in littore, quæ nobis fuerat præparata; ascendentibusque nobis irruit turba hominum diversorum, inpletaque est navis tam hominibus quam aquis: sed virtus Domini adfuit, non sine grandi miraculo, ut cum usque labium inpleta fuisset, mergi non posset. Habebamus enim nobiscum beati Martini reliquias cum **386** aliorum sanctorum, quorum virtute nos credimus fuisse salvatos. At vero nave ad litus unde egressi fuimus redeunte, evacuata ab hominibus et dinis Benedictini.

^d Celebre etiam nunc et munitione validissimum sub diocesi et ditione archiepiscopi Treverensis, vulgo *Coblentz* dictum.

^e Col. et Bigu., *qui radicem*. Col. m. alt. man., *quo duos*. Regm., *quos radix obligat... reperiri*.

^f Vide supra cap. 4, et lib. vii, cap. 35.

^g Post hæc Vat. et Colb. a., omissis capitibus quatuordecim, transeunt ad caput 28, quod est de Hermenegildo et Ingunde.

a lymphis, repulsisque extraneis, sine impedimento transivimus. In crastino autem vale regi dicentes, abscessimus.

XV. Profecti igitur in itinere, ad Eposium^a castrum accessimus, ibique ab Ulfilaico diacono nacti, et ad monasterium ejus deducti, benignissime suscepti sumus. Est enim hoc monasterium quasi milibus octo ab antedicto castro, in montis cacumine locatum: in quo monte magnam basilicam ædificavit, quam beati Martini vel reliquorum sanctorum reliquiis illustravit. Commorantes autem ibi, petere ab eo cœpimus, ut nobis aliqua de conversionis suæ bono narraret, vel qualiter ad clericatus officium advenisset, quia erat genere Langobardus. Sed nequibat exponere, vanam tota intentione cupiens gloriam evitare. Quem ego terribilibus sacramentis conjurans, pollicitus primo, ut nulli quæ referebat expendere, rogare cœpi, ut nihil mihi de his quæ interrogabam occuleret. Cumque diutissime reluctatus fuisset, victus tandem tam precibus quam obsecrationibus meis, hæc effatus est. Dum essem, inquit, puer parvulus, audito beati Martini nomine, nesciens adhuc utrum martyr an confessor esset, vel quid boni in mundo gessisset, vel quæ regio beatos artus tumulo meruisset accipere, jam in ejus honorem vigiliis celebrabam, ac, si aliquid inter manus numismatis advenisset, eleemosynas faciebam. Jamque in majoriæate proficiens, litteras discere studui: ex quibus prius scribere potui, quam ordinem scriptarum litterarum scirem. Deinde Aredio abbati conjunctus, ab eoque edoctus, beati Martini basilicam adii. Revertensque eum ro, ille parumper pulveris beati sepulcri pro benedictione sustulit. Quem in capsula positum^b, ad collum **387** meum dependit: devecitque^c ad monasterium^e ejus Lemovicino in termino, accepta capsula, ut eam in oratorio suo locaret, in tantum pulvis accrevit, ut non solum totam capsam repletet, verum etiam foris inter juncturas, ubi aditum reperire po-

uit, scateret. Ex hoc mihi miraculi lumine animus magis accendit totam spem meam in ejus virtute defigere. Deinde territorium Trevericæ urbis expellii, et in quo nunc estis monte, habitaculum quod cernitis, proprio labore construxi. Reperi tamen hic Dianæ simulacrum, quod dicitur populus hic incredulus quasi deum adorabat. Columnam etiam statui, in qua cum grandi cruciatus sine ullo pedum stabam tegmine. Itaque cum hyemis tempus solite^d advenisset, ita rigore glaciali urebar, ut unguis pedum meorum sæpius vis rigoris excuteret, et in barbis meis aqua gelu comexa candellarum more dependeret. Magnam enim hyemem regio illa persæpe dicitur sustinere. Sed cum nos sollicite interrogarem, quis ei cibus aut potus esset, vel qualiter simulacra montis illius subvertisset, ait: Potus, cibusque meus erat parum panis et oleris, ac modicum aquæ. Verum ubi ad me multitudo vicinarum villarum confluere cœpit, prædicabam jugiter nihil esse Dianam, nihil simulacra, nihilque quæ eis videbatur exerceri cultura; indigna etiam esse ipsa, quæ inter pocula luxuriasque profluas cantica proferebant: sed potius Deo omnipotenti, qui cælum fecit ac terram, dignum sit sacrificium laudis impendere. Orabam etiam sæpius, ut simulacro Dominus diruto dignaretur populum ab hoc errore discutere. Flexit Domini misericordia mentem rusticam, ut inclinaret aurem suam in verba oris mei, ut scilicet relictis idolis Dominum sequeretur. Tunc convocatis quibusdam ex eis, simulacrum hoc immensum, quod elidere propria virtute non poteram, cum eorum adjutorio postea merui^e eruere: jam enim reliqua sigillorum^f quæ faciliora fuerant, ipse confregeram. Convenientibus autem multis ad hanc Dianæ **388** statuam, missis funibus trahere cœperunt: sed nihil labor eorum proficere poterat. Tunc ego ad basilicam propero, prostratusque solo, divinam misericordiam cum lacrymis flagitabam, ut quia id humana industria evertere non

ipsam, quæ probat Dianæ cultum in Arduenna silva fuisse celebrem, huc proferre visum est.

D. M.

Q. CÆSIVS. Q. FILIVS. CLAVD.

ATILIANVS. SACERDOS

DIANÆ. ARDVINNÆ

FECIT. SIBI. ET. SVIS. HERED.

IN. FR. P. XII. IN. AGR. P. XV.

III. IDVS. OCTOB.

IMP. CÆS. FL. DOMITIANO. VIII.

ET. C. VALERIO. MESSALINO. COS.

Ex eodem Browero discimus infra nemus, quod in eadem regione habetur prope Epterniacum, oppidum ob monasterium Ord. Benedictini insigne, haberi vetus Dianæ monumentum, vario cultu in rupe solida sculptum, sed pene atritum, cum hac inscriptione:

DEÆ. DIANÆ

Q. POSTHVMVS. POTENS

V. S.

An inde Diana Ardoinnæ nomen habuerit? certe apud Gruterum, cap. 49, vetus habetur inscriptio quinque diis sacra: Ardoinnæ, Camulo, Jovi, Mercurio, Herculi. Quæ vero inscribitur *Ardoinna*, sub Dianæ specie representatur.

^a Alii, *Epusum*; Antonino, *Epoisum*, nunc vulgo Ivodium, oppidum ditionis Luxemburgicæ in finibus Trevirorum, ad Charem seu Cherrenum fluviolum, nostris *Ivois*, Germanis *Ipsch*, quod ab aliquot annis Carinianum etiam, *Carigtan*, appellari voluerunt. Monasterium autem S. Martini, quod hic Gregorius laudat, in monte vicino olim situm, plane dirutum est, e quo, uti narrat Browerus in Annalibus Trevir. lib. x. anno circ. 979, Egbertus archiepiscopus Trevir. B. Vulfilaici ossa in oppidum transtulit. Idem sanctus in Fastis Benedictinis sub S. *Vulphi conversi* nomine co'itur xii Kal. Novembris, diviso perperam in duas partes Vulphilaici nomine, ut laicus dicatur, cum vel ex hoc Gregorii loco certum sit ipsum diaconum fuisse.

^b Col. m. et Bec., quod in capsula depositum... dependi.

^c Monasterium Athanense, quod hodie conditoris sui sancti Aridii nomine insignitur.

^d Sic Colb. m. et Bec.. id est *solito*, ut habet Bad.; cæteri, *soliæ*, referentes ad vocem *hyemis*.

^e Sic Bad.; cæteri, *possem eruere*.

^f Id est alia signa, seu simulacra. Jam tempore Domitiani imp. celebris erat Dianæ cultus in his partibus, ita ut *Diana Arduinna*, ex silvæ celebris nomine, diceretur, ut patet ex veteri inscriptione apud Browerum in antiquit. Trevirensibus. Inscriptionem

valebat, virtus illud divina destrueret. Egressusque post orationem, ad operarios veni, apprehensumque funeam, ut primo ictu trahere cœpimus, protinus simulacrum ruit in terram, contractumque cum malleis ferreis in pulverem redegit. Ipsa quoque hora, cum ad cibum capiendum venissem, ita omne corpus meum a vertice usque ad plantam pedis pusulis malis repletum est, ut locus quem unus digitus tegeret, vacuus inveniri non posset: ingressusque basilicam solus, denudavi me coram sancto altario. Habebam enim ibi ampullam cum oleo plenam, quam de sancti Martini basilica detuleram: ex qua propriis manibus omnes artus perunxi, moxque sopori locatus sum. Expergefactus vero circa medium noctis, cum ad cursum reddendum ^a surgerem, ita corpus totum incolome reperi, ac si nullum super me ulcus apparuisset. Quæ vulnera non aliter nisi per invidiam inimici emissa cognovi. Et quia semper ipse invidus Deum quærentibus nocere conatur, adventibus episcopis, qui me magis ad hoc cohortari debuerant, ut cœptum opus sagaciter explicare deberem, dixerunt mihi: Non est æqua hæc via quam sequeris, nec tu ignobilis Simeoni ^b Antiocheno, qui columnæ insedit, poteris comparari. Sed nec cruciatum hunc te sustinere patitur loci positio: descende potius, et cum fratribus, quos aggregasti tecum, inhabita. Ad quorum verba, quia sacerdotes non obaudire ascribitur crimini, descendebam, fateor, et ambulabam cum eisdem, ac cibum pariter capiebam. Quadam vero die provocans me episcopus, longius ad villam emisit operarios cum scutis et malleis ac securibus, et eliserunt columnam in qua stare solitus eram. In crastino autem veniens, inveni **389** omnia dissipata, flevisque vehementer; sed erigere nequivi quæ destruxerant, ne dicerer contrarius jussionibus sacerdotum, et ex hoc, sicut nunc habito, cum fratribus habitare contentus sum.

XVI. Cui cum de virtutibus beati Martini quas in eo loco operatus est, aliqua ut declararet exposcerem, hæc retulit. Franci cujusdam, et nobilissimi in gente sua viri, filius mutus surdusque erat: adductusque a parentibus ad hanc basilicam, jussi eum cum diacono meo et alio ministro, intra ipsum templum sanctum in lectulo requiescere; et per diem quidem orationi vacabat: nocte autem in ipsa, ut diximus, æde dormiebat. Quandoque miserante Deo apparuit mihi in visione beatus Martinus, dicens: Ejice agnum de basilica, quia jam sanus factus est. Mane autem facto, cogitante me quod esset hoc somnium, venit ad me puer, et emittens vocem, gratias agere Deo cœpit, conversusque ad me, ait: Gratias ago Deo omnipotenti, qui mihi et eloquium reddidit, et auditum. Ex hoc sanus redditus, ad domum rediit. Alius vero qui plerumque in furtis diversisque sceleribus commistis pejerare consueverat,

A cum aliquando a quibusdam pro furto argueretur, ait: Ibo ad basilicam beati Martini, et sacramentis me exuens, innocens reddar. Quo ingrediente, elapsa securi de manu ejus, ad ostium ruit, gravi cordis dolore percussus, confessusque est miser verbis propriis, quæ venerat excusare perjuriis. Alius simili modo cum de incendiis domus vicini sui argueretur, ait: Vadam ad templum sancti Martini, et fide data insons redditurus ^c ero ab hoc crimine. Manifestum erat enim hunc domum illam incendio concremasse. Abiens autem ad sacramenta danda, conversus ad eum, dixi ei: Quantum vicinorum tuorum dicat assertio, non eris innocens ab hoc scelere; sed tamen Deus ubique est, et virtus ejus ipsa est forinsecus, quæ habetur intrinsecus. Tamen si **B** ita te vana fiducia cepit, quod Deus vel sancti ejus in perjuriis non ulciscantur, ecce templum sanctum, econtra jura ut libet; **390** nam calcare lineam sacerum non permitteris. At ille elevatis manibus, ait: Per omnipotentem Deum et virtutem beati Martini antistitis ejus, quia hoc incendium non admisi. Datis itaque sacramentis, dum recederet, visum est ei quasi ab igne circumdari; et statim ruens in terram, clamare cœpit se a beato antistite vehementer exuri. Aiebat enim miser: Testor Deum, quia ego vidi ignem de cœlo cadere, qui me circumdans validis vaporibus conflavit. Et dum hæc diceret, spiritum exhalavit. Multis hæc causa documentum fuit, ne in hoc loco auderent ulterius pejerare. Plurima quidem de his virtutibus hic diaconus retulit, quæ sequi longum putavi.

XVII. Cum autem in loco illo commemorarem, vidimus per duas noctes signa in cœlo, id est radios a parte Aquilonis tam clare splendidos, ut prius sic apparuisse non fuerint visi, et ab utraque quidem parte, id est ab Euro, et Zephyro, nubes sanguineæ; tertia vero nocte quasi hora secunda apparuerunt hi radii. Et ecce dum hos miraremur attoniti, surrexerunt a quatuor plagis mundi alii horum similes, vidimusque totum cœlum ab his operiri. Et erat nubes in medio cœli splendida, ad quam se hi radii colligebant in modum tentorii, quod ab imo ex amplioribus inceptum fasciis angustatis in altum, in unum cuculli caput sæpe colligitur. Erantque in medio radiorum et aliæ nubes cum coruscum valide **D** fulgurantes. Quod signum magnum nobis ingessit metum (*V. supra cap. 24*). Opprobriabamur enim super nos aliquam plagam de cœlo transmitti.

XVIII. Childebertus vero rex compellentibus missis imperialibus, qui aurum quod anno superiore datum fuerat, requirebat, exercitum in Italiam dirigit. Sonus enim erat sororem suam Ingundem jam Constantinopolim fuisse translata. Sed cum duces inter se altercarentur, regressi sunt sine ullius laici conquisitione ^d; nam Wintrio dux a pagensibus

^a Id est, ad recitandum officium divinum.

^b Celebris sanctus Simeon Stylites, de quo ipse Gregorius in libro de Gloria Confess., cap. 26.

^c Sic Colb. m. et Bad.; alii vero, *rediturus*.

^d Vide Paul. Diac. lib. in Hist. Langob., cap. 22, et Chronicum Joan. Bictar. de Wintrione infra lib. x, cap. 5. In Fredegarii Chronico, cap. 14, dicitur *Quinrio dux Campaniæ*. Is ex Gudila: filiam habuit

suis depulsus, ducatu caruit. Anissetque vitam, nisi A fuga auxilium præbisset; sed postea, pacato populo, ducatum recepit. Itaque **391** Nicetius per emissionem Eulalii a comitatu Arverno submotus, ducatum a rege expetiit, datus pro eo immensis muneribus. Et sic in urbe Arverna, Ruthena atque Uectica dux^a ordinatus est, vir valde ætate juvenis, sed acutus in sensu; fecitque pacem in regione Arverna, et in reliquis ordinationis suæ locis. Childericus vero Saxo in offensam regis Gunthramni incidens, pro causa ob quam superius diximus alios confugisse, beati Martini basilicam expetiit, uxorem in regno regis antedicti relinquens. Cui obtestatus fuerat, rex, ne virum videre præsumeret, nisi prius ille regali gratiæ reconciliaretur. Ad quem cum pro eo sæpius legationem misissemus, tandem obtinimus ut uxorem reciperet, et citra^b Ligerim fluvium commoraretur, non tamen ad regem Childebertum transire præsumeret. Sed ille accepta libertate recipiendæ uxoris, clam ad eum transit; adeptaque ordinatione ducatus in civitatibus ultra Garonnam, quæ in potestate supradicti regis habebantur, accessit. Gunthramnus vero rex volens regnum nepotis sui Chlotharii, filii scilicet Chilperici, regere, Theodulfum Andegavis comitem esse decrevit; introductusque in urbem, a civibus, et præsertim a Domigiselo cum humilitate repulsus est. Recurrensque ad regem, iterum præceptam accipiens, a Sigulfo duce intronissus, comitatum urbis illius rexit. Gundobaldus autem comitatum Meldensem, super Gnerpinum accipiens^c, ingressusque urbem, causarum actionem agere cœpit. Exinde dum pagum urbis in hoc officio circumiret, in quadam villa ab Guerpino interficitur. Cujus parentes congregati super hunc irruunt, inclusumque in pessilem domus^d interimunt: sicque uterque a comitatu morte imminente discessit.

XIX. Cum autem sæpius Dagulfus **392** abbas^e pro sceleribus suis argueretur, quia furta et homicidia plerumque faciebat, sed et in adulteriis nimium dissolutus erat, quodam tempore cum uxorem vicini sui concupiscens, misceretur cum ea, requirens occasiones diversas, qualiter virum adulteræ intra monasteriū hujus septa deberet opprimere^f, contestatus est ei dicens, quod si ad uxorem suam acce-

deret, puniretur. Illo quoque discedente ab hospitio suo, hic Dagulfus nocte cum uno clerico veniens, domum meretricis ingreditur. Postquam autem diutissime bibentes inebriati sunt, in uno strato locantur. Quibus dormientibus, adveniens vir ille, accenso stramine, elevata bipenne utrumque peremit. Ideoque documentum sit hæc causa clericis, ne contra canonum statuta extranearum mulierum consortio potiantur, cum hæc et ipsa lex canonica et omnes Scripturæ sanctæ prohibeant: præter has feminas, de quibus crimen non potest aestimari.

XX. Interim dies placiti advenit, et episcopi ex jussu regis Gunthramni apud Maticensem urbem collecti sunt^g. Faustianus^h autem, qui ex jussu Gundovaldi Aquensis urbis episcopus ordinatus fuerat, eâ conditione removetur, ut eum Bertehramnus, Orestesque, sive Palladius, qui eum benedixerant, vicibus pascere, centenosque ei aureos annis singulis ministrarent. Nicetius tamen ex laico, qui prius ab Chilperico rege præceptum elicuerat, in ipsa urbe episcopatum adeptus est. Ursicinus Cadurensis episcopus excommunicatur, pro eo quod Gundovaldum excepisse publice est confessus: accepto hujus modi placito, ut pœnitentiam tribus annis agens, neque capillum, neque barbam tonderet, viuo et carnibus abstinere, missas celebrare, clericos ordinare, ecclesiasque et chrisma benedicere, eulogias dare penitus non auderet; utilitas **393** tamen ecclesiæⁱ per ejus ordinationem, sicut solita erat, omnino exercebatur. Exstitit enim in hac synodo quidam ex episcopis, qui dicebat mulierem, hominem non posse vocitari. Sed tamen ab episcopis ratione accepta quievit: eo quod sacer veteris Testamenti liber edoceat, quod in principio Deo hominem creavit, ait, *Masculum et feminam creavit eos: vocavitque nomen eorum, Adam* (Gen. v, 2), quod est [exponitur] homo terrenus; sic utique vocans mulierem, cum virum: utrumque enim hominem dixit. Sed et Dominus Jesus Christus ob hoc vocatur filius hominis, quod sit filius Virginis, id est mulieris. Ad quam cum aquas in vina transferre pararet, ait: *Quid mihi et tibi est, mulier* (Joan. ii, 4)? et reliqua. Multisque et aliis testimoniis hæc causa convicta quievit. Prætextatus vero Rothomagensis episcopus, orationes

S. Glodesindem abbatissam, quæ Parthenonem hodieque sub ipsius nomine Mettis celebrem condidit; D cujus habes Vitam Sæc. ii Benedictino, pag. 1087.

^a Ex hoc aliisque similibus locis probat Bignonius duces comitibus potestate superiores fuisse, nec requisitum fuisse ut duodecim comitatus duci subicerentur. Vide infra lib. ix, cap. 7, et lege ipsius Cl. viri notas in lib. i Marculfi form. 8, ubi plura et scitu digna, pro more suo, habet de ducibus et comitibus. Videsis et Alteserræ librum ea de re singularem, et Cangii Glossarium.

^b Colb. m. et Regm., circa.

^c Sic Bec.: alii, *Guerpinum* (ant *Vuerpinum*), ingressusque, etc.; inde Bignonius ex conjectura addiderat *invasit*; Ches., *competit*.

^d Editi, *pensilem domum*; Bec., *pensilem domus*. At læctionem nostram, quæ est Colb. m., cæteris meliorem putat Valesius; quamvis ejus sensum se non

assequi fateatur, nisi pessile sit aliqua domi pars, D cujus vocis significatio nobis hodie ignota est.

^e In Bec. deest vox *abbas*. In indice tamen cap. habet, *De Dagulfo abbate*.

^f Idem cod., *virum adulterum, qui in terra hujus monasterii deberet opprimere*.

^g Hujus synodi canones, et eorum nomina, qui ipsi interfuerunt, vide apud Sirmondum tom. I, p. 381.

^h Alii, *Faustianus*, ut supra lib. vii, cap. 31, ubi ejus ordinatio describitur, et de Nicetio agitur.

ⁱ Id est rerum temporalium ac possessionum ecclesiæ suæ curam haberet. Ipse tamen inter alios antistites Concilio subscripsit, immo et ipse Faustianus, sed qui ibi dicitur sedem non habere. At Nicetius nec subscripsit, nec inter alios patres recensitus est, quod forte nondum ordinatus esset, factus ex comite episcopus.

quas in exsilio positus scalpsit, coram episcopis recitavit. Quæ quibusdam quidem placuerant, a quibusdam vero, quia artem secutus minime fuerat, reprehendebantur. Stylus tamen per loca ecclesiasticus et rationalis erat. Cædes autem magna tunc inter famulos Prisci ^a episcopi et Leudegisili ducis fuit. Priscus tamen episcopus ad comendam pacem multum pecuniæ obtulit. His etiam diebus Guntchramnus rex graviter ægrotavit, ita ut putaretur a quibusdam non posse prorsus evadere: quod credo providentia Dei misisset [It. fuit]. Cogitabat enim multos episcoporum exsilio detrudere. Theodorus itaque episcopus, ad urbem suam regressus, favente omni populo cum laude susceptus est.

XXI. Itaque cum hæc synodus ageretur, Childebertus rex apud Belsonancum villam ^b, quæ in medio Ardoennensis silvæ sita est, cum suis conjungitur. Ibiane Brunichildis regina pro Ingunde filia, quæ adhuc in Africa tenebatur, **394** omnibus prioribus quæstæ est: sed parum consolationis emeruit. Tunc contra Bosonem Guntchramnum causa exoritur. Ante paucos autem dies mortua propinqua uxoris ejus sine filiis, in basilica urbis Mettensis sepulta est cum grandibus ornamentis et multo auro. Factum est autem, ut post dies paucos adesset festivitas beati Remigii ^c, quæ in initio mensis Octobris celebratur. Discedentibus ^d autem multis e civitate cum episcopo, et præsertim senioribus urbis cum duce, venerunt pueri Bosonis Guntchramni ad basilicam, in qua mulier erat sepulta. Ingressi, conclusis super eos ostiis, detexerunt sepulcrum, tollentes et auferentes omnia ornamenta corporis defuncti, quæ reperire potuerunt. Sentientes autem hæc monachi basilicæ illius, venerunt ad ostium; sed ingredi non sunt permisi. Quod videntes, nuntiaverunt hæc episcopo suo ac duci. Interea pueri, acceptis rebus, ascensisque equis, fugere cœperunt; sed timentes ne apprehensi in via diversis subigerentur pœnis, regressi sunt ad basilicam. Posueruntque quidem res super altarium, sed foras egredi non sunt ausi, clamantes atque dicentes, quia a Guntchramno Bosone transmissi sumus. Sed cum ad placitum in villam quam diximus, Childebertus cum proceribus suis convenisset, et Guntchramnus de his interpellatus nullum responsum dedisset, clam aufugit: ablata-

que sunt ei deinceps omnes res, quas in Arverno de fisci munere promeruerat. Sed et diversorum res quas male pervaserat, cum confusione reliquit.

XXII. Laban Helosensis episcopus ^e hoc anno obiit. Cui Desiderius ex laico successit. Cum iurejurando enim rex pollicitus fuerat, se nunquam ex laicis episcopum ordinaturum. Sed quid pectora humana **395** non cogat auri sacra fames? Bertchramnus vero regressus ex synodo, a febre corripitur; accessitque Waldone diacono, qui et ipse in baptismo Bertchramnus vocatus est, summam ei sacerdotii deputat, omnesque conditiones, tam testamenti quam benemeritorum suorum, ipsi committit. Quo discedente, hic spiritum exhalavit ^f. Regressus diaconus cum muneribus et consensu civium ad regem properat, sed nihil obtinuit. Tunc rex, data præceptione, jussit Gundegisilum Santonicum comitem, cognomento Dodonem, episcopum ordinari: gestumque est ita. Et quia multi clericorum Santonicorum ante synodum consentientes Bertchramno episcopo, in Palladium sacerdotem suum aliqua adversa conscripserant, quæ ei humilitatem ingerebant, post ejus obitum apprehensi a sacerdote, graviter cæsi atque expoliati sunt. Hoc tempore et Wandelinus, nutritor Childeberti regis, obiit; sed in locum ejus nullus est subrogatus, eo quod regina mater curam velit propriam habere de filio. Quæcumque de fisco meruit, fisci juribus sunt relata. Obiit his diebus Bodegisilus ^g dux plenus dierum, sed nihil de facultate ejus filiis minutum est. In locum ^h Fausti Auseensis episcopi, Fabius ⁱ episcopus est subrogatus. Post obitum sancti Salvii, hoc anno Desideratus Albigensibus episcopus datus est ⁱ.

XXIII. Magnæ hoc anno pluvix fuerunt, amnesque in tantum convaluerunt, ut plerumque naufragia evenirent. Ipsique littora excedentes, propinquas segetes ac prata operientes, graviter eliserunt: fueruntque vernaes æstivique menses tam irrigui, ut hyems magis putaretur esse quam æstas.

XXIV. Duæ hoc anno insulæ in mari divinitus incendio concrematae sunt: quæ per dies septem cum hominibus pecoribusque consumptæ subvertebantur. Nam qui in mare confugerant, et se in profundum præcipitabant, in ipsa qua mergebantur aqua **396** consumebantur, graviorique supplicio, qui non con-

^a Is erat episcopus Lugdunensis, qui primum locum in synodo obtinebat. De hoc supra lib. iv, cap. 36, et in Vitis Patrum, cap. 8.

^b Suspicatur Ortelius hic designari oppidum Bastonacum, quod incolæ vulgo *Bastogne* appellant. Et quidem Gesta episcoporum Antissiodorensium, ipso Valesio testante, *Bastoniæ villam sitam in saltu Arduennæ* memorant, quæ hodie haud procul ab Urta Sarvio et Arduenna silva posita est, in ducatu Luxemburgensi.

^c Coll. m. et Regni., *Remedii*.

^d Editi et Bec., *Descendentibus*. Et quidem fortasse descendendum erat ad eandem basilicam extramuranam, in qua sancti Remigii festivitas celebrabatur. Nam et ecclesia cathedralis etiam nunc supra montem sita est.

^e Id est Elusanus. Elusa, vulgo *Eause*, olim No-

^D vempopulanæ metropolis erat, qua excisa hæc dignitas in Ausciensem urbem translata est. Laban subscripsit Concil. Paris, iv, an. 575, et Matise. n per suum missum, an. 585.

^f Bertrami hujus Burdegalensis episcopi, poetarum more, laudes prosequitur Fortunatus lib. iii, carm. 20 et 21.

^g Hujus encomium scripsit Fortunat. lib. vii, carm. 5.

^h In Coll. m. et Regni., *Sabius*. Bec., *Saius bn. subrogatur*. Faustus interfuit Concil. Matise. n, an. 585.

ⁱ Inter utrumque aliqui locant Theofridum, qui forte aliquandiu sedem occupaverit. Hinc Gregorius Salvii mortem anno præcedenti consignat lib. vii, cap. 1.

festum emittebant spiritum, urebantur. Redactisque omnibus a favillam, cuncta mare operuit. Ferebant etiam multi signa, quæ superius nos vidisse octavo mense narravimus (*Cap. 8 et 17*), quasi arderet cœlum, ex hujus incendii splendore fuisse.

XXV. In alia vero insula, quæ est proxima civitati Veneticæ, erat stagnum validum, piscibusque refertum, quod in unius ulnæ altitudinem conversum est in cruorem: ita per dies multos congregata canum atque avium incæstimabilis multitudo, sanguinem hunc lambens, satiata redibat in vesperum.

XXVI. Turonicis vero atque Pictavis Ennodius dux latus est. Berulfus ^a autem qui his civitatibus ante præfuerat, pro thesauris Sigiberti regis quos clam abstulerat, cum Arnegisilo socio suspectus habebatur. Qui cum hunc ducatum in supradictis urbibus expeteret, a Rauchingo ^b duce facto ingenio cum satellite alligatur. Nec mora, missi ad domos eorum pueri expilant omnia, multa ibi de proprio, nonnulla de antedictis thesauris sunt reperta: quæ omnia ad Childebertum regem delata sunt. Cumque in hoc res ageretur, ut gladius eervicem decideret, interventu episcoporum obtenta vita laxati sunt: nihil tamen de his quæ eis ablata fuerant recipientes.

XXVII. Desiderius vero dux cum aliquibus episcopis, et Aredio abbate vel Antestio, ad regem Gunthramnum properavit. Sed cum eum rex ægre vellet accipere, victus precibus sacerdotum in gratiam suam recepit. Tunc ibi Eulalius adfuit quasi pro conjugè, quæ eum spreverat, et ad Desiderium transierat, causaturus: sed in ridiculum et humilitatem redactus, siluit. Desiderius vero remuneratus a rege, cum gratia est reversus.

XXVIII. Igitur, ut superius diximus, Inguendis a viro cum imperatoris exercitum derelicta, dum ad ipsum **397** principem cum filio parvulo duceretur, in Africa defuncta est et sepulta. Leuvichildus vero Hermenegildum filium suum, quem antedieta mulier habuit, morti tradidit ^d. Quibus de causis commotus Gunthramnus rex, exercitum in Hispanias destinavit, scilicet, ut prius Septimaniam, quæ adhuc infra Galliarum terminum habetur, ejus dominationi subderent, et sic inantea proficiscerentur. Dum autem hic exercitus moveretur, indiculum cum nescio ^e quibusdam hominibus rusticis est repertum. Quod et Gunthramno regi legendum miserunt, hoc modo quasi Leuvichildus ad Fredegundem scriberet, ut quocumque ingenio exercitum illud prohiberet ire, dicens: Inimicos nostros, id est Childebertum ^f et

A matrem ejus, velociter interimite, et eum rege Gunthramno pacem inite, quam præmiis multis coenite. Et si vobis minus est fortassis pecuniæ, nos clam mittimus; tantum ut quod petimus impleatis. Cum autem de inimicis nostris ulti fuerimus, tunc Amelio episcopo ac Leubæ matronæ bona tribuite ^g, per quos missis nostris ad vos accedendi aditus reseratur. Leuba enim est soerus Bladastis ducis.

XXIX. Et licet hæc ad Gunthramnum regem perlata, et nepoti ejus Childeberto in notitiam data fuissent, tamen Fredegundis duos cultros ferreos fieri præcepit: quos etiam charaxari profundius, et veneno indici jusserat, scilicet si mortalis assultus vitales non dissolveret fibras, vel ipsa veneni infectio vitam posset velociter extorquere. Quos cultros duobus clericis cum his mandatis tradidit, dicens: Accipite hos gladios, et quantocius pergite ad Childebertum regem, assimulantes vos esse mendicos. Cumque pedibus ejus fueritis strati, quasi stipem postulantes, latera ejus utraque perfodite, ut tandem Brunichildis, quæ ab illo arrogantiam sumit, eo cadente corruat, mihi que subdatur. Quod si tanta est custodia circa puerum, ut accedere nequeatis, vel ipsam interimite inimicam. **398** Merces quoque operis vestri hæc erit, ut si mortui in hoc opere fueritis, parentibus vestris bona tribuam, ipsosque numeribus ditans, primos in regno meo constituam. Interim vos timorem omnem omittite, nec sit trepidatio mortis in pectore. Noveritis enim, quod cunctos homines hæc causa continet. Armate virilitate animos, et considerate sæpius fortes viros in bello corruere. Unde nunc parentes eorum nobiles effecti, opibus immensis cunctis supercminent, eunctosque præcellunt. Cumque hæc mulier loqueretur, clerici tremere cœperunt, difficile putantes hæc jussa posse complere. At illa dubios cernens, medicatos potionem direxit quo ire præcepit; statimque robur animorum accrevit, promiseruntque se omnia quæ præceperat impleturos. Nihilominus vasculum hac potionem repletum, ipsos levare jubet, dicens: In die illa cum hæc quæ præcipio facitis, mane priusquam opus incipiatis, hunc ^h potum sumite: erit vobis magna constantia ad hæc peragenda. His ita instructis, dimisit eos. Qui pergentes et ad urbem Suessionas accedentes, a Rauchingo duce capti, discussique omnia reserant, et sic in carcerem religati sunt. Post dies vero paucos Fredegundis, incerta [*Al. certa*] jam quod fuissent impleta quæ fuerant imperata, misit puerum inquirere,

^f Bellum tamen indixerat Gunthramnus: sed forte existimabat Leuvigildus, id instigante Childeberto Inguendis fratre, aut eorum matre Brunichilde, ab eo susceptum fuisse; aut certe etiam ipse Childebertus in Hispaniam moverat, ut testatur Paulus Diaconus lib. in Hist. Lang., cap. 21, ubi habet Hispanos ea occasione a Childeberto superatos fuisse. Quæ autem hic Gregorius variis capitibus narrat, Joan. Biclarensis in unum congerit ad an. 586.

^g Colb. in. alt. manu, *retribuente*. Amelius erat episcopus Bigorritanus, qui synodo Matic. n. interluit.

^h Editi, *incipiatur, hinc potum sumite*.

^a Supra dicitur *Eberulfus*, sicut et Ch. al. hic, et alii in titulo hujus capituli,

^b Aliqui editi, *Rochingo*, et pro *ingenio* habent *instrumento*, quasi nescio qua machina arte fabricata fuisset eum alio alligatus; sed lectio nostra, quæ est ms. Colb., melior est. Ingenium enim appellabant technam, qua aliquem incaute agentem decipiebant.

^c Vide de ea infra cap. 45, et lib. x, cap. 8.

^d Die 13 Aprilis, quo festum ejus uti martyris in Ecclesia celebratur. De eo vide supra lib. v, cap. 59, et notas.

^e Editi, *a nescio quibusdam*. Bec., *cum nescio quibus hominibus*. Regm., *Breviculum a*, etc.

quod aut rumor populi ferret, aut si aliquem inveniret indicantem qui diceret Childebertum jam interceptum fuisse. Egressus igitur puer ab ea, Suessionas urbem venit. Audiens denique hos in carcerem retineri, ad ostium appropinquat; sed cum loqui satellitibus cœpisset, et ipse captus custodiæ mancipatur. Tunc omnes simul ad Childebertum regem directi sunt, discussique veritatem aperiunt, indicantes se a Fredegunde missos ad eum interimendum, dicentes: Jussa reginæ suscepimus, ut nos egenos assimilaremus; cuique pedibus tuis provoluti aliquid stipendii quæreremus, ab his te gladiis transfodere volumus. Quod si assultu signiore **399** gladius defixus esset, ipsum venenum, quo ferrum erat infectum, animam velocius penetraret. Hæc his dicentibus, diversis suppliciis affecti, truncatis manibus auribusque et naribus, variis sunt mortibus interempti.

XXX. Igitur Guntchrammus rex commoveri exercitum in Hispanias præcepit ^a, dicens: Prius Septimaniam provinciam ditioni nostræ subdite, quæ Gallis est propinqua. Indignum est, ut horrendorum Gothorum terminus usque in Gallias sit extensus. Tunc commoto omni exercitu regni sui, illuc dirigit. Gentes vero quæ ultra Ararim, Rhodanumque et Sequanam ^b commanebant, cum Burgundionibus junctæ, Ararica Rhodanicaque littora tam de fructibus, quam de pecoribus valde depopulatæ sunt. Multa homicidia, incendia, prædasque in regione propria facientes, sed et ecclesias denudantes, clericos ipsos cum sacerdotibus ac reliquo populo ad ipsas sacras Deo aras interimentes, usque ad urbem Nemausum processerunt. Similiter et Biturici, Sautonici cum Petragoricis, Egolismensibus, et reliquarum urbium populo, qui tunc ad antedicti regis imperium pertinebant, usque ad Carcassonam urbem devecti, similia mala gesserunt. Sed cum ad urbem accessissent, reseratis sponte ab habitatoribus portis, nullo resistente ingressi, nescio quo cum Carcassonensibus scandalo commoti, urbem egressi sunt. Tunc Terentius, comes quondam urbis Lemovicinæ, lapide de muro projecto percussus, occubuit: cuius caput truncatum est ad vindictam adversariorum, et urbi delatum est. Ex hoc omnis populus timore perterritus, ad propria regredi destinans, universa reliquit, quæ vel per viam ceperat, vel quæ secum adduxerat. Sed et Gotthi per occultas insidias multos de his spoliatos interemerunt; exinde in Tolosanorum manus incidentes, quibus dum pergerent, multa intolerant mala, spoliati ac cæsi vix propria contingere potuerunt. Illi vero qui Nemausum **400** aggressi fuerant, devastantes universa regionis, succensis domibus, incensis segetibus, discissis olivetis, vinetisque succisis, nihil inclinis

Hanc expeditionem anno 585, ante synodum Matiscone habitam, confectam fuisse putat Valesius lib. xiii rer. Franc.; sed cum occasione necis Hermenegildi suscepta dicatur supra cap. 28, consentiatque Joan. Bielar. in Chronico, potius, ut quidem existimo, anno seq., id est 586, consignanda est, quo sanctus Hermenegildus patris jussu occisus fuit. Valesii error inde profluxit, quod Leuvigildi annum 17 quem Joan-

A nocere potentes, ad alias urbes progressi sunt. Erant enim valde munitæ, et de cibis ac reliquis necessariis ad plene refertæ, et horum urbana depopulantes, urbes minus irrumperere valuerunt. Tunc et Nicetius dux cum Arvernus in hac expeditione commotus, cum reliquis urbes assedit. Sed cum minus vaicret, ad castrum quoddam pervenit, dataque fide, sponte inclusi reserantes portas, eos creduli tanquam pacificos susceperunt. Illi vero ingressi, postposito sacramento, præsidia cuncta diripiunt, animas in captivitatem subdentes. Tunc accepto consilio unusquisque ad propria est regressus. Tantaque per viam scelera, homicidia, prædas, direptiones per regionem propriam gesserunt, ut ea usquequaque memorari perlongum sit. Verumtamen quia segetes Provinciæ igni ab hisdem succensas dicimus, fame atque inedia pereuntes, per viam relinquebantur exanimis; nonnulli in fluminibus demersi, plerique in seditionibus interempti sunt. Ferebant enim amplius quam quinque millia in his stragibus fuisse peremptos. Sed non eos qui remanserant, coerebat aliorum interitus. Tunc et Arvernæ regionis ecclesiæ, quæ viæ publicæ propinquæ erant, a ministeriis denudatæ sunt. Nec fuit terminus male faciendi, nisi cum ad propria singuli pervenerunt. Quibus reversis, magna Guntchrammum regem amaritudo cordis obsedit. Duces vero supradicti exercitus ad basilicam sancti Symphoriani martyris expectaverunt. Veniente itaque rege ad ejus solemnitatem, repræsentati sunt sub conditione audientiae in postmodum futuræ. Postea vero quatuor convocatis episcopis ^c, necnon et majoribus natu laicorum, duces discutere cœpit, dicens: Qualiter nos hoc tempore victoriam obtinere possumus, qui ea quæ patres nostri concesserunt, non custodimus? **401** Illi vero ecclesias ædificantes, in Deum spem omnem ponentes, martyres honorantes, sacerdotes venerantes, victorias obtinuerunt, gentesque adversas, divino opitulante adiutorio, in ense et parma sæpius subdiderunt. Nos vero non solum Deum non metimus, verum etiam sacra ejus vastamus, ministros interficimus, ipsa quoque sanctorum pignera in ridiculo discerpimus ac vastamus. Non enim potest obtineri victoria, ubi talia perpetrantur. Ideo manus nostræ sunt invalidæ, ensis tepescit, nec clypeus nos, ut erat solitus, defendit ac protegit. Ergo si hoc meæ culpæ ascribitur, jam id Deus capiti meo restituat. Certe si vos regalia jussa contempnitis, et ea quæ præcipio implere differtis, jam debet securis capiti vestro submergi. Erit enim documentum omni exercitui, cum unus de prioribus fuerit interfectus. Verumtamen jam experiri debemus quid agi oporteat. Si quis justitiam sequi destinat, jam sequatur; si quis contemnit, jam

nes Bielar. Mauricii tertium appellat, an. 585 illigaverit, cum tamen is ipse sit annus 586, ex Bielar. calculo.

^b Colb. a., *Segonam*.

^c Sic Bec. cum editis plerisque. Colb. a., *Post dies vero quatuor conjunctis*. Colb. m., *Post tres vero quatuor*, etc. Regm., *Post tres vero dies quatuor conjunctis*. Bad., *Post tres vel quatuor dies conjunctis*, etc.

ultio publica cervici ejus immineat. Satius est enim ut pauci contumaces pereant, quam ira Dei super omnem regionem dependat innoxiam. Hæc rege dicente, responderunt duces: Bonitatis tuæ magnanimitas, rex optime, enarrari facile non potest; qui timor tibi in Deum sit, qui amor in ecclesias, quæ reverentia in sacerdotes, quæ pietas in pauperes, quæ dispensatio in egenos. Sed quia omnia quæ gloria vestra profert, recta veraque esse censentur; quid faciemus quod populus omnis in vitium est dilapsus, omnemque hominem agere quæ sunt iniqua delectat? Nullus regem metuit, nullus ducem, nullus comitem reveretur: et si fortassis alicui ista displicent, et ea pro longævitate vitæ vestræ emendare conatur, statim seditio in populo, statim tumultus exoritur, et intantum unusquisque contra **402** Seniores sæva intentione grassatur, ut vix se credat evadere, si tandem silere nequiverit. Ad hæc rex ait: Si quis sequitur justitiam, vivat; si quis legem mandatumque nostrum respuit, jam pereat, ne nos diutius hoc blasphemium (*Gallice blâme*) prosequatur. Hæc eo dicente, advenit nuntius, dicens: Richaredus filius Leuvichildi de Hispaniis egressus, Caput Arietis a castra obtinuit, et ex pago Tolosano maximam partem depopulatus est, hominesque captivos abduxit. Ugernum ^b Arelatense castrum irrupit, resque cunctas cum hominibus abstulit; et sic se infra muros Nemausensis urbis inclusit. Hæc audiens rex, Leudegisilum in locum Calumniosi, cognomento Ægilanis ^c, ducem delicens, omnem ei Provinciam Arelatensem commisit, custodesque per terminos super quatuor ^C virorum millia collocavit. Sed et Nicetius Arvernorum dux similiter cum custodibus perrexit, et fines regionis ambivit.

XXXI. Dum hæc agerentur, et Fredegundis apud Rothomagensem urbem commoraretur, verba amaritudinis cum Prætextato pontifice habuit, dicens venturum esse tempus, quando exsilia in quibus detentus fuerat, reviseret. Et ille: Ego semper et in exsilio, et extra exsiliū episcopus fui, sum, et ero; nam tu non semper regali potentia perfrueris. Nos ab exsilio provehimur, tribuente Deo, in regnum: tu vero ab hoc regno demergeris in abyssum. Rectius enim erat tibi, ut relicta stultitia atque malitia, jam te ad meliora converteres, et ab hac jac-

^a Vulgo dicitur *Cabarat*. Alteserræ est *Castelnaudary*, quod ait a Petro Vallis Cernaii in Historia Albigensium appellari Castrum novum Aarii, in agro Lauracensi, *le Lauraguais*.

^b Celebre est apud veteres auctores hujus castri nomen, ubi, testante Sardonio, Avitus salutatus est imperator. Hodie tamen mutato nomine, hanc certo constat an sit Bellum Quadrum, vulgo *Beaucaire*, an in insula Guernica, vulgo *la Vergne*, quæ vox satis Ugerno competit. Uterque vero locus, interposito tamen Rhodano, propinquus est Tarasconi, a quo vetus Ugernum parum distitisse certum est, sicut et ab Arelate ex Vita S. Cæsarii. *Hodiernum* appellat Bielar, in Chronica.

^c Colb. m., Regm. et Chesn. al., *Aglanis*.

^d Id est, die Dominica (quæ in sequoris ævi auctoribus passim dies resurrectionis Dominicæ dicitur), si verum sit Prætextatum vi Kal. Martias an. 586

A tantia, qua semper ferves, abstraheris: ut et tu vitam adipisceris æternam, et parvulum quem genuisti adducere ad legitimam posses ætatem. Hæc effatus, cum verba illius mulier graviter acciperet, se a conspectu ejus felle fervens abstraxit. Adveniente autem Dominicæ Resurrectionis die ^d, cum sacerdos **403** ad implenda ecclesiastica officia ad ecclesiam maturius properasset, antiphonas juxta consuetudinem incipere per ordinem cœpit: cumque inter psallendum formulæ decumberet, crudelis adfuit homicida, qui episcopum super formulam quiescentem, extracto baltei cultro, sub ascella percussit. Ille vero vocem emittens, ut clerici qui aderant adjuvarent, nullius auxilio de tantis adstantibus est adjutus. At ille plenas sanguine manus super altarium extendens ^e, orationem fundens, et Deo gratias agens, in cubiculum suum inter manus fidelium deportatus, et in suum lectulum collocatus est. Statimque Fredegundis cum Beppoleno duce et Ansonaldo adfuit, dicens: Non oportuerat hæc nobis ac reliquæ plebi tuæ, o sancte sacerdos, ut ista tuo cultui evenirent. Sed utinam indicaretur qui talia ausus est perpetrare, ut digna pro hoc scelere supplicia sustineret. Sciens autem eam sacerdos hæc dolose proferre, ait: Et quis hæc fecit, nisi is qui reges interemit, qui sæpius sanguinem innocentem effudit, qui diversa in hoc regno mala commisit? Respondit mulier: Sunt apud nos peritissimi medici, qui huic vulnere mederi possunt. Permite ut accedant ad te. Et ille: Jam, inquit, me Deus præcipit de hoc mundo vocari. Nam tu quæ his sceleribus princeps inventa es, eris maledicta in sæculo, et erit Deus ultor sanguinis mei de capite tuo. Cumque illa discederet, pontifex ordinata domo sua, spiritum exhalavit. Ad quem sepeliendum Romacharius Constantiæ urbis episcopus advenit. Magnus tunc omnes Rothomagenses cives, et præsertim seniores loci illius Francos, mæror obsedit. Ex quibus unus senior ad Fredegundem veniens, ait: Multa enim mala in hoc sæculo perpetrasti, sed adhuc pejus non feceras, quam ut sacerdotem Dei juberet interfici. Sit Deus ultor sanguinis innocentis velociter; **404** nam et omnes erimus inquisitores mali hujus, ut tibi diutius non liceat tam crudelia exercere. Cum autem hæc dicens discederet a conspectu reginæ, misit illa

^D obiisse, quo die in Martyrol. Romano memoratur, die vero sequenti in apographo Usuardi ecclesiæ Rothomagensis recenter scripto. Hunc tamen locum de Paschali festivitate intelligit Henschenius ad diem 24 Febr. Bolland., cui favet Anonymus infra laudatus. Ideoque Prætextati mortem 14 Aprilis contigisse scribit, quo die an. 586 Pascha celebratum est. Subscripsit Prætextatus Concil. Paris. m., Turon. n., et demum Matis. n., an. 585, unde patet ejus necem ad an. 586, sicut et ea quæ his capitibus narrat Gregorius, esse referendam.

^e Anonymus qui sæculo undecimo Acta archiepiscoporum Rothomagensium scripsit, edita tom. II Analect. Mabillon., sic habet: *Qui mox ut vulnera sensit, ad altare cucurrit, et illud amplexatus, vincto Dominici corporis et sanguinis se muniens, arinam Deo reddidit.*

qui enim ad convivium provocaret. Quo renuente, rogat ut si convivio ejus uti non velit, saltem vel poculum hauriat, ne jejuna a regali dono discedat. Quo exspectante, accepto poculo, bibit absynthium cum vino et melle mixtum, ut mos barbarorum^a habet: sed hic potus veneno imbutus erat. Statim autem ut bibit, sensit pectori suo dolorem validum imminere, et quasi si incideretur intrinsecus, exclamat suis, dicens: Fugite, o miseri, fugite malum hoc, ne mecum pariter perimamini. Illis quoque non bibentibus, sed festinantibus abire, ille protinus excæcatus, ascensoque equo, in tertio ab hoc loco stadio cecidit, et mortuus est. Posthæc Leudovaldus episcopus^b epistolas per omnes sacerdotes direxit, et accepto consilio ecclesias Rothomagensis clausit, ut in his populus solemnia divina non spectaret, donec indagazione communi reperiretur hujus auctor sceleris. Sed et aliquos apprehendit, quibus supplicio subditis, veritatem extorsit, qualiter per consilium Fredegundis hæc acta fuerant: sed ea deficiente, ulcisci non potuit. Ferebant etiam ad ipsum percussores venisse, pro eo quod hæc inquirere sagaciter destinaret; sed custodia vallato suorum, nihil ei nocere poterunt. Itaque cum hæc ad Gunthramnum regem perlata fuissent, et crimen super mulierem jaceretur, misit tres episcopos ad filium, qui esse dicitur Chilperici, quem superius Clotharium scripsimus (*Lib. vii, cap. 6*) vocitatum, id est Arthemium Senonicum, Veranum Cavellionensem^c, et Agreциum Tricassinum, ut scilicet cum his qui parvulum nutriebant, perquirerent hujus sceleris personam, et in conspectu ejus exhiberent. Quod cum sacerdotes locuti fuissent, responderunt seniores: **405** Nobis prorsus hæc facta displicent, et magis ac magis ea cupimus ulcisci. Nam non potest fieri, ut si quis inter nos culpabilis invenitur, in conspectum regis vestri deducatur, cum non possimus nostrorum facinora regali sanctione comprimere^d. Tunc sacerdotes dixerunt: Noveritis enim, quia si persona quæ hæc perpetravit, in medio posita non fuerit, rex noster cum exercitu huc veniens, omnem hanc regionem gladio incendioque vastabit: quia manifestum est hanc interfecisse gladio episcopum, quæ

^a Sic Francos passim appellat Gregorius. Vino autem absynthiaco, non barbari solum, sed et Romani utebantur in conviviiis, ut ex Capitolino in Gordiano, et Lampridio in Heliogabalo, S. Ambrosio libro de Tobia, et aliis auctoribus patet. De hoc et Jonas in Vita sancti Columbani.

^b Is erat episc. Bajocassinus ex lib. ix, cap. 15, cujus sedes est prima in Lugdun. Il post metropolim; unde viduatæ Rothomagensis Ecclesiæ curam tunc suscepit.

^c Sic mss. et recte; nam Cabillonensem Ecclesiam tunc Flavins, Cavellionensem vero, sen Cavellicensem, *Cavillon*, Veranus, regebant. Uterque Conc. Matis. an. 585 subscripsit. Editi male *Cabillonensem*. Hujus Verani Vita exstat tomo II Biblioth. novæ Labbei, pag. 69; obiit in Idus Novembris, sed ipso die Iduum ejus festum celebratur in sua urbe. Artemius autem Senonicus subscripsit Conc. Matis. I et II. Colitur apud Senones die 25 Aprilis. Agreциus denique Tricassinus Conc. Matis. II subscripsit per mis-

A maleficiis Francum jussit interfici. Et his dictis discesserunt, nullum rationabile responsum accipientes; obstantes omnino ut nunquam in ecclesia illa Melantius, qui prius in loco Prætextati subrogatus fuerat, sacerdotis fungeretur officio.

XXXII. Multa enim hoc tempore mala gesta sunt. Nam Domnola relicta quondam Burgoleni, quæ fuit filia Victorii Rhedonensis episcopi^e, quam Nectarius matrimonio copulaverat, intentionem de vineis cum Boboleno^f referendario Fredegundis habebat. Audiens eam in has vineas advenisse, misit nuntios obstantes ne ingredi penitus in hanc possessionem præsumeret. Quod illa despiciens, et res patris sui fuisse proclamans, ingressa est. Tunc ille commota seditione, super eam cum armatis viris irruit: qua interfecta, vineas vindemiavit, resque diripuit, et tam viros quam mulieres, qui cum ea erant, interfecit gladio, nec remansit ex his, nisi qui fuga labi potuit.

XXXIII. Exstitit autem in his diebus apud urbem Parisiacam mulier, **406** quæ diceret incolis: Fugite ab urbe, et scitote eam incendio concremandam. Quæ cum a multis irrideretur, quod hæc aut sortium præsigio diceret, aut vana aliqua somniasset, aut certe dæmonii meridiani (*V. lib. IV de Mir. S. Martini, cap. 36*) hæc instinctu proferret, respondit: Nequaquam est ita ut dicitis. Nam in veritate loquor, quia vidi per somnium a basilica sancti Vincentii venientem virum illuminatum, tenentem manu cereum, et domos negotiantum ex ordine succedentem. Denique post tertiam noctem quod hæc mulier est effata, inchoante crepusculo, quidam e civibus accenso lumine, in promptuarium est ingressus, assumptoque oleo^g ac cæteris quæ necessaria erant, abscessit, lumine secus cupellam olei derelicto. Erat enim domus hæc prima secus portam, quæ ad meridiem pandit egressum. Ex quo lumine apprehensa domus incendio concrematur, de qua et aliæ apprehendi cœperunt. Tunc diruente igne super vincos carceris, apparuit eis beatus Germanus, et comminuens trabem atque catenas, quibus vinciti tenebantur, reserato carceris ostio, vincos abire permisit incolumes. Illi vero egressi se ad basilicam sancti

D sum suum: quod hic observare visum est, eo quod hujus antistitis, et Felicis Bellicensis nomina, nescio quo casu in subscriptionibus Concilii Matis. suo loco desiderentur, ut monet Sirmondus in erratis.

^d Quod nempe alium, præter Clotharium juniorem, regem non agnoscerent, cujus regni ipsi optimates erant et consiliarii, penes quos, ob regis infantiam, rerum administratio erat; proindeque nullum jus in eos ipsos Guntramnus haberet. Unde Melantius sedem Rothomagensem, favente Fredegunde, rursus obtinuit, cui Gregorius M. Augustinum aliosque monachos in Angliam proficiscentes commendavit lib. IX, epist. 52.

^e Subscripsit Conc. Turon. II, an. 567, et laudatur a Fortunato lib. III, carm. 4.

^f Regm., *Bodoleno*. Cap. præc., et infra cap. 42, dicitur *Beppolenus*. V. cap. 43. Intentio hie, sicut et passim apud Greg., contentionem seu litem designat.

^g Sic Casin.; cæteri, *assumptoque eo, aut ab eo*.

Vincentii, in qua sepulcrum habetur beati Antistitis, contulerunt. Igitur cum per totam civitatem huc atque illuc flante vento flamma ferretur, totisque viribus regnaret incendium, appropinquare ad aliam portam cœpit, in qua beati Martini oratorium habebatur: quod ob hoc aliquando factum fuerat, eo quod ibi lepram maculosi hominis osculo depulisset^a. Vir autem qui eum intextis virgultis in sublime construxerat, confisus in **407** Domino, nec de beati Martini virtute diffusus, se resque suas intra ejus parietes ambivit, dicens: Credo enim, et fides mea est, quod repellat ab hoc loco incendium, qui sæpius incendiis imperavit, et in hoc loco leprosi hominis cutem osculo medente purgavit. Appropinquante enim illuc incendio, ferebantur validi globi flammaram, qui percutientes parietem oratorii, protinus tepescebant. Clamabat autem populus viro ac mulieri: Fugite, o miseri, ut evadere possitis. Ecce jam ignium pondus super vos deruit; ecce favillæ incendii cum carbonibus, tanquam validus imber, ad vos usque distenditur. Egredimini ab oratorio, ne eum eodem incendio concrememini. At illi orationem fundentes, nunquam ab his vocibus movebantur. Sed nec mulier se unquam a fenestra, per quam interdum flammæ ingrediebantur, amovit; quæ erat spe firmissima de virtute beati antistitis præmunita. Tantaque fuit virtus beati pontificis, ut non solum hoc oratorium cum alumni proprii domo salvaret, verum etiam nec aliis domibus quæ in circuitu erant, nocere flammis dominantibus permisisset: ibique cecidit incendium, quod ab una parte pontis cœperat desævire. Ab alia vero parte tam valide cuncta conflagravit, ut amnis finem imponeret. Verumtamen ecclesiæ non sunt adustæ cum domibus suis. Aiebant enim hanc urbem quasi consecratam fuisse antiquitus, ut non ibi incendium prævaleret, non serpens, non glis apparuisset. Nuper autem cum cuniculus pontis emundaretur, et cœnum de quo repletum fuerat, auferretur, serpentem gliremque æreum repererunt. Quibus ablatis, et glires ibi deinceps extra numerum, et serpentes apparuerunt; et postea incendia perferre cœpit.

XXXIV. Et quia princeps tenebrarum mille habet artes nocendi; quid de reclusis ac Deo devotis nuper gestum fuerit, pandam. Vennocus Britto, presbyterii honore præditus, cujus in alio libro meminimus^b, tantæ se abstinentiæ dedicavit, ut indu-

^a Hoc miraculum refert Sulpicius Sever. in Vita S. Martini. Oratorium vero, quod hic memoratur, in ipsa Sequanæ insula ad septentrionalem urbis portam positum fuisse existimat Valesius in disceptatione de basilicis cap. 2, procul ab eo loco, in quo nunc visitur ecclesia sancti Martini a Campis vulgo dicta, quam a patre suo Henrico rege constructam Philippus I Francorum rex Chinnacensibus Benedictinis monachis sæculo xi labente attribuit. Persuasum tamen habebat Henricus, seibi ecclesiam construere, ubi vetus illud oratorium steterat: sed fallebatur, inquit Valesius, nec mirum esse dicit, cum nullum tunc superesset prioris illius ædificii vestigium. Certum

mento de pellibus tantum uteretur, cibum de herbis agrestibus incoctis sumeret; vini vero tantum vas ad os poneret, quod magis putaretur libare osculo quam haurire. Sed cum eidem **408** devotorum largitas frequenter exhiberet vasa hoc plena liquore, didicit, quod pejus est, extra modum haurire, et in tantum dissolvi potione, ut plerumque ebrius cerneretur: unde factum est, ut invalescente tenuentia, tempore procedente, a dæmonio correptus, per energiam vexaretur, in tantum ut accepto cultro, vel quodcumque genus teli, vel lapidem, aut fustem potuisset arripere, post homines insano furore discurreret; unde necessitas exegit, ut catenis vincus custodiretur in cellula. In hac quoque damnatione per duorum annorum spatia debacchans, spiritum exhalavit. Alius quoque Anatolius Burdegalensis, puer, ut ferunt, annorum duodecim, cum esset famulus cujusdam negotiatoris, petiit sibi ad reclamationem licentiam tribui. Sed resistente diu domino, putans eum in hoc tepescere, atque implere non posse in hac ætate, quod nitebatur appetere, tandem victus precibus famuli facultatem tribuit, ut id quod flagitabat impleret. Erat autem ibi crypta ab antiquis transvoluto (*Gallice* *voûté*) elegantique opere exposita, in cujus angulo erat cellula parva de quadratis lapidibus clausa, in quam vix unus stans homo recipi posset. In hanc cellulam puer ingreditur; in hac per octo aut eo amplius annos commoratus, tenui cibo potuque contentus, vigiliis orationibusque vacabat. Posthæc pavorem validum perpessus, clamare cœpit, intrinsecus se torqueri. Unde factum est, ut adjuvante eum, ut credo, diabolicæ partis militia, amotis quadris quibus conclusus tenebatur, elideret parietem in terram, collidens palmas, et clamans se a sanctis Dei peruri. Cumque diutissime in hac insania teneretur, et sancti Martini crebrius confiteretur nomen, ac diceret se potius ab eo quam a sanctis aliis cruciari, Turonis adducitur. Sed malus spiritus, credo, ob virtutem atque magnitudinem sancti compressus, nequaquam hominem mutilavit. Nam in loco ipso per anni eurriculum degens, cum nihil mali pateretur, regressus est: sed rursus quibus caruerat, incurrit.

XXXV. Legati de Hispaniis ad regem Guntelramnum venerunt cum multis muneribus, pacem petentes, sed nihil certi accipiunt in responsis. Nam **409** anno præterito, cum exercitus Septimaniam debellasset, naves quæ de Galliis in Galliciam abierant^c, ex

est tamen ex Childeberti III charta, quam in Appendice proferemus, sub prima regum nostrorum stirpe basilicam sancti Martini eo loco exstitisse, quo nunc ecclesia sancti Martini a Campis perstat: an vero ea ipsa sit quam hic Gregorius laudat, aliis inquirendum relinquimus.

^b Supra lib. v, cap. 22, ubi dicitur *Vuinnochus* seu *Vinnochus*.

^c Id ipsum designare voluit Joan. Bielar. in Chronico, ubi ad Leuvigildi annum 17 refert provinciam *Gallatiæ* (legendum est ex hoc Gregorii loco, *Galliciæ*, seu *Callaciæ*) a Francorum infestatione fuisse liberatam.

jussu Leuvichildi regis vastatæ sunt, res ablatae, homines caesi atque interfecti, nonnulli captivi abducti sunt. Ex quibus pauci quodammodo scaphis erepti, patriæ quæ acta fuerant nuntiaverunt.

XXXVI. Igitur apud Childebertum regem Magnovaldus causis occultis ex jussu regis interficitur hoc modo. Stante infra Mettensis urbis palatium rege, et ludum spectante, qualiter animal caterva canum circumdatum fatigabatur, Magnovaldus accessit. Qui veniens, et nesciens quæ agenda erant, cum reliquis dissolutus risu, prospicere pecudem coepit. At is cui jussum fuerat, cum videret eum spectaculo intentum, librata securi, caput ejus illisit; qui cecidit et mortuus est, ac per fenestram domus projectus, a suis sepultus est, resque ejus protinus direptæ, et ærario publico, quantum repertum est, sunt illatæ. Autumabant tamen quidam, eo quod post mortem fratris diversis plagis conjugem affectam interfecisset. et uxorem fratris ascisset toro, exstitisse causam qua interimeretur.

XXXVII. Posthæc Childeberto regi filius natus est, qui a Magnerico Treverorum episcopo ^a de sacro fonte susceptus, Theodobertus est vocitatus: de quo tantum gaudium Gunthramnus rex habuit, ut statim legatos dirigens, multa ei munera transmitteret, dicens: Per hunc enim Deus erigere Francorum regnum propria majestatis suæ pietate dignabitur, si huic pater, aut ipse vixerit patri.

XXXVIII. Anno denique undecimo regni Childeberti regis, legati iterum de Hispaniis venerunt, pacem petentes: sed nihil certi obtinentes, regressi sunt. Richaredus autem, filius Leuvichildi, usque Narbonam **410** venit, et intra terminum Galliarum prædas egit, et clam regressus est.

XXXIX. Eo ^b anno multi episcoporum obierunt. Badegisilus vero Cenomannorum episcopus, vir valde sævus in populo, auferens sive diripiens injuste res diversorum: ad ejus animum acerbum atque immitem conjux accesserat sævior, quæ illum in committendis sceleribus, nequissimis consilii stimulis perurgebat. Nec præteribat dies, aut momentum ullum, in quo non aut in spoliis civium, aut in diversis altercationibus grassaretur. Quotidie autem cum iudicibus causas discutere, militias sæculares exercere, sævire in alios, alios cædibus agere non cessabat,

^a Colitur die 25 Julii; sepultus est in monasterio sancti Martini, a seipso condito, quod etiam nunc exstat sub ordine Benedictino. Ejus vitam scripsit Ebervinus abbas, laudatur a Fortunato lib. iii, carm. 41, et passim a nostro Gregorio.

^b Hoc caput cum quatuor sequentibus deest in Colb. a. et Vat. De Badegisilo supra lib. vi, cap. 9; subscripsit Concilio Matisconensi ii, anno 585. Conjux ejus Magnarudis appellatur infra, lib. x, cap. 5. Distinguendus est a Bertegisilo, qui eandem sedem bis invasit, ut in Testamento suo conqueritur sanctus Bertramnus.

^c Ejus Acta habentur tomo III Analect. Mabillon., ubi ipsius Testamentum, quo inter alia multa quæ variis ecclesiis donavit, basilicæ beati Vincentii, ubi corpus beati Germani, a quo eunivritus fuerat, requiescit, villam Bobanc in territorio Stampensi su-

A manibus etiam propriis verberare progrediebatur multos, ac dicere: Num ideo quia clericus factus sum, ultor injuriarum mearum non ero? Sed quæ dicam de cæteris, cum nec ipsis quoque germanis parceret, sed ipsos magis exspoliaret? Cum quo inquam justitiam de rebus paternis maternisve assequi potuerunt. Quinto autem anno episcopatus sui completo, cum jam sextum ingrediens, epulum civitatis cum immensa lætitia præparasset: a febre correptus annum quem coeperat protinus morte imminente finivit. In ejus locum Bertelramnus Parisiacus ^e archidiaconus subrogatus est. Qui multas altercationes cum relictis illius defuncti habuisse probatur, eo quod res, quæ tempore Badegisili episcopi ecclesiæ datae fuerant, tanquam proprias retinebat, dicens: Mili ^B hæc fuit viri mei, et licet invita, tamen cuncta restituit. Erat enim ineffabili malitia; nam sæpius videlicet omnia pudenda cum ipsis ventris pellibus incidit feminis secretiora corporis loca laminis candentibus perussit, sed et multa alia inique gessit, quæ tace melius putavi. Obiit et Sabaudus ^d Arelatensis episcopus, in ejus locum **411** Licerius regis Gunthramni referendarius est ascitus. Gravis tunc Provinciam ipsam lues depopulata est. Obiit et Evantius Viennensis episcopus ^e, in ejus sedem Virus presbyter de senatoribus rege eligente substituitur. Multi quoque eo anno sacerdotum ex hoc mundo migraverunt quod præterire volui ^f, eo quod unusquisque in urbe sua sui reliquerit monumenta.

XL. Fuit autem et in urbe Turonica Pelagius quidam, in omni malitia exercitatus, nullum iudicium metuens, pro eo quod jumentorum fiscalium custodes sub ejus potestate consisterent. Ob hoc furta, stupra, perventia ^g, perversiones, cædes, diversaque scelera tam in fluminibus quam in terris, agere non cessabat. Nam plerumque accessit, et minacibus lenibusque verbis, ut ab hac malitia desisteret, prohibere volui: sed magis odia quam aliquem fructum justitiæ ab eo recepi, juxta illud Salomoniacæ Sapientiae proverbium: *Argue stultum, adjiciet odire tibi* (Prov. ix, 8). Nam tantum in me odium miser habebat, ut sæpius spoliatis cæsisque hominibus sanctæ ecclesiæ, exanimis reliquerit, causas qualiter ecclesiæ vel basilicæ sancti Martini damna intenderet inquirens. Unde factum est, ut quadam vice venien-

^D per fluvio Cala dimisit, rogans abbatem *illustris loci illius*, ut nomen ejus in libro vitæ recitetur. Variis conciliis interfuit. Festum ejus celebratur in Martyrol. Gallicano die III Non. Februarii. De eo Papebrochius ad diem 6 Junii Bollandianum.

^a De hoc supra lib. iv, cap. 30; dicitur vulgo *Sabaudus*. Variis Conciliis interfuit, et vicariatum in Galliis a Pelagio papa obtinuit. De Licerio infra lib. ix, cap. 25.

^e Evantius subscripsit Conc. Matic. i, an. 581; Lugd. iii, an. 585; Valent. ii, an. 584, et Matic. ii, an. 585. Festum ejus nonnulli die 13 Januarii, alii 3 Febr., recolunt.

^f Regm., *nolui*.

^g Id est, rapinas, seu violentias repentinas et imprævisas.

homines nostros, atque echinum in vasis delerens cæderet, protereret, ipsaque vasa caperet. Quod cum comperissem, eum a communionem suscipiendi non quasi ultor injuriæ meæ, sed ut facilius ab hac insaniam redderem emendatum. At ille cæcis duodecim viris, ut hoc scelus pejeraret, admittit. Sed cum ego nullum vellem sacramentum suscipere, compulsus ab eo, vel a civibus nostris, amonitis reliquis, ipsius tantum juramentum suscipi, assidue cum recipi in communionem. Erat autem tempore mensis primus. Adveniente autem mense Junio, quo prata secari solent, pratium sanctimoniam, quod termino prati sui adhærebat, pervadit. In die statim ut faucem misit, febre correptus, die tertio spiritum exhalavit. Deposuerat enim sibi sepulchrum in basilica sancti Martini vici Condatis, **B** **12** quod detectum sui et effractum in frusta periit. Sic postea in porticu ipsius basilicæ est pultus; vasa quoque echini, quæ pejeraverat, postea illius ab ejus promptuario sunt delata. Manifestata est autem virtus beatæ Mariæ **b**, in cujus basilica miser sacramentum protulit mendax.

XXI. Cum autem per totam terram sonus ille percurreret Prætextatum episcopum a Fredegunde luisse interceptum, illa quoque quo facilius detergeretur a crimine, apprehensum puerum cædi jussit vehementer, dicens: Tu hoc blasphemium super me intulisti, Prætextatum urbis Rothomagensis episcopum gladio appeteres. Et tradidit eum nepoti ipsius sacerdoti. Qui cum eum in supplicio posuisset, omnem rem miserenter aperuit, dixitque: A regina enim Fredegunde centum solidos accepi, ut hoc facerem; a Metastio vero episcopo, quinquaginta; et ab archidiacono civitatis, alios quinquaginta; insuper et promissum habui, ut ingenuus fierem, sicut et uxor mea. hac voce illius, evaginato homo ille gladio prætextatum reum in frusta concidit. Fredegundis vero prætextatum, quem prius episcopum posuerat, ecclesie instituit.

XXII. Dum a Fredegunde Bappolenus dux valde diligebatur, nec juxta personam suam ei honor debitus impenderetur, cernens se despici, ad Guntchramnum regem abiit. A quo accepta potestate ducatus per civitates illas, quæ ad Chlotharium Chilperici regis filium pertinebant, cum magna potentia pergit; sed a Rhedonicis non est receptus. Andegavis vero **D** **13** abiens, multa mala ibidem gessit, ita ut annonas, vinum, et quidquid reperire potuisset in domibus civium ad quas accesserat, nec expectatis civibus, disruptis ostiis devastaret; multosque de habitatoribus loci cædibus affecit protrivitque; Do-

^a Regm., *detectum, sive effractum.*

^b Bad., *sancti Martini.*

^c Colb. m. et Regm., *tristico.* Bec. nihil habet. *tristega* sunt ædificia in tres contignationes distincta; pulpitum vero est culmen tecti.

^d Sub Chlotharii I filius Provincia in duas partes divisa est. Una Arelatensis Provincia dicta, sub qua Arelatum, Reii, etc., Guntramno cessit; alteram, quæ Massiliensis Provincia dicebatur, Massiliam, Avenionem, Aquas Sextias et alia oppida sub se habentem,

A migisilo quoque metum intulit, sed pacificatus est eum eo. Accedens autem ad urbem, dum epularetur cum diversis in tristega ^e, subito effracto pulpito domus, vix semivivus evasit, multis **413** debilitatis, in eisdem tamen malis perdurans quæ prius gesserat. Multa tunc et Fredegundis in regno filii sui de rebus ejus evertit. Ipse quoque ad Rhedonicos rediens, et eos regi Guntchramno subdere cupiens, filium suum in hoc loco reliquit. Qui non multo intercedente tempore, irruentibus Rhedonicis interemptus est cum multis honoratis viris. Hoc anno multa signa apparuerunt: nam mense septimo arbores visæ sunt floruisse, sed et multæ quæ prius poma habuerant, nova dederunt, quæ usque ad Natalis Dominici tempora in ipsis arboribus habitæ sunt. Fulgor per cælum in modum serpentis cucurrisse visus est.

XLIII. Anno quoque duodecimo Childeberti regis, Nicetius Arvernus rector Massiliensis Provinciæ ^d et reliquarum urbium, quæ in illis partibus ad regnum regis ipsius pertinebant, est ordinatus. Antestius vero in Andegavo a rege Guntchramno dirigitur, multis ibidem damnis affligens eos, qui in morte Dominicæ uxoris Nectarii misti fuerunt: resque Bepoleni ^e, eo quod fuerit hujus caput sceleris, in liscum redigens, Namnetas accessit, ac laessere Nonnichium episcopum cœpit, dicens: Quia filius tuus in hoc facinore est admistus, ut dignas pro commissis suis pœnas luat meritum exigit. Sed puer conscientia accusante territus, ad Chlotharium filium Chilperici aufugit. Antestius vero acceptis fidejussoribus ab episcopo, ut in præsentia regis adesset, Santonas **C** venit. Sonus autem his diebus exierat, quod Fredegundis occultos in Hispanias nuntios dirigeret, eosdem a Palladio Santonicæ urbis episcopo clam susceptos, et mantea transmissos fuisse. Erant autem eo tempore dies Quadragesimæ sanctæ, et episcopus in insulam **414** maris, orationis causa secesserat ^f. Secundum consuetudinem autem, dum ad Dominicæ Cœnæ festa ad ecclesiam suam populo expectante rediret, ab Antestio in via vallatur. Qui [*Fortè cui*] nec discussa rei veritate dicebat: Non ingredieris urbem, sed exilio condemnaberis, quia suscepisti nuntios inimicæ domini nostri regis. At ille: Nescio, ait, quid loquaris. Tamen quia dies sancti imminet, accedamus ad urbem, decursisque solemnitatibus sanctarum festis, postea quæcunque volueris opponere, rationem a me accipies: quia quod reputas nihil est. At ille: Nequaquam, inquit, sed non attinges limina ecclesie tuæ, quia infidelis apparuisti domino nostro regi. Quid plura? tenetur in via episcopus, domus ecclesie describitur, resque diripiuntur. Cives cum

Sigibertus obtinuit. Prioris rectores sæpius apud veteres historicos patricii appellantur, aliquando etiam duces. Posterioris vero præfecti nonnunquam patricii dicti sunt; hic Nicetius *rector* appellatur.

^e Ed. aliquot, ut supra cap. 32, *Boboleni.* Regm., *Bobelleni.*

^f Hæc erat sanctorum virorum consuetudo, ut diebus Quadragesimæ in eremum secederent. Vide Præf. sæculi I Benedictini, num. 111.

homine ^a obtinere non quænt, ut saltem vel celebrata solemnitate paschali discutatur. Hisque supplicatibus, et illo renitente, tandem patefacit vulnus quod latebat in pectore. Si, inquit, donum quam intra territorii Biturici terminum habere dignoscitur, meæ ditioni facta venditione subdiderit, quæ flagitatis facio : alioquin non effugiet manus meas, nisi tradatur in exsilium. Metuit negare episcopus : scripsit, subscripsitque, ac tradidit agrum; et sic datis fidejussoribus de præsentia sua ante regem, in civitatem ingredi permissus est. Transactis igitur diebus sanctis, ad regem pergit : adfuit et Antestius, sed nihil de his quæ opponebat episcopo, potuit approbare. Episcopus autem ad urbem redire jubetur, et usque ad synodum futuram dilatatur, si forte aliqua de his quæ opponebantur, evidentius possint agnoscī ^b. Adfuit et Nonnichius episcopus, qui datis multis muneribus abscessit ^c.

XLIV. Fredegundis vero quasi **415** ex nomine filii sui, legatos ad Guntchramnum regem dirigit. Qui reserata petitione, accepto responso, valedicentes abscedunt; sed nescio quibus causis paululum apud metatum suum remorati sunt. Mane autem facto, procedente rege ad matutinas, ac præeunte cereo, visus est homo quasi ebrius in angulo oratorii dormire, accinctus gladio, ejus hasta pariete sustentabatur. Hoc viso rex exclamavit, dicens non esse simpliciter, hominem sub hoc horrore noctis tali in loco quiescere. Oppressus autem, et loris revinctus, interrogabatur quid sibi hæc vellent quæ ageret. Nec mora supplicio subditus, dicit se a legatis qui advenerant emissum fuisse, ut rex deberet interfici. Denique apprehensi legati Fredegundis, nihil de his quæ interrogati sunt confitentur, dicentes : Nos nihil ad aliud missi, nisi ut legationem quam suggessimus deferremus. Tunc hominem illum diversis plagis affectum, et carceri mancipatum, legatos per diversa loca exsilio condemnari præcipit. Manifestissime enim patuit sub hoc dolo a Fredegunde fuisse directos, ut regem interficere deberent.

A Quod misericordia Domini non permisit : inter quod Baddo ^d senior habebatur.

XLV. Cum autem legati de Hispaniis crebro regem Guntchramnum venirent, et nullius pacis gratiam obtinere potuissent, sed magis inimicitia pulset, rex Guntchramnus Albigeusem urbem neque suo Childeberto reddidit. Quod cernens Desiderius, qui maxime in ejusdem urbis territorio melioris facultatis suæ condiderat; **416** timens ne ultio peteretur ab eo propter antiquam inimicitiam, quæ aliquando in eadem civitate exercitum gloriosæ memorie Sigiberti regis graviter affecisset, cum Teodora uxore sua, quam Eulalio tunc Arverno comite abstulerat, in termino Tolosano eum rebus omnibus transiens exercitum commovet, et contra Gottfridum abire disponit, divisus prius, ut ferunt, rebus in filios et conjugem : assumptoque secum Austrovald comite, Carcassonam petiit. Præparaverant enim hoc audito urbis illius cives, quasi resistere volentes audierant autem de his prins. Denique invito beato fugere Gottfri cœperunt, et Desiderius cum Austrovaldo a tergo cedere hostem. Illis quoque fugientibus, hic cum paucis ad urbem accessit : lassati fuerant equites [*Al. equi*] sociorum. Tunc ad portam urbis accedens, vallatus a civibus qui intra muros erant, interfectus est cum his omnibus qui eum fuerant persecuti : ita ut vix pauci exinde quodammodo evaderent, qui rem, ut gesta fuerat, nuntiarent. Austrovaldus vero audiens Desiderium mortuum, via regressus ad regem perrexit, qui mox in ejus locum dux statuitur.

XLVI. Posthæc ^e Leuvichildus rex Hispanorum egrotare cœpit, sed, ut quidam asserunt, poenitentiam pro errore hæretico agens, et obstans ne huiusmodi hæresi quisquam reperiretur consentaneus, in lege catholicam transiit; ac per septem dies in se ipso perdurans pro his quæ contra Deum inique molitus est ^f, spiritum exhalavit : regnavitque Richardus filius ejus pro eo.

417-418 INCIPIUNT CAPITULA LIBRI NONI.

- I. De Richardo et legatis ejus.
- II. De obitu beatæ Radegundis.
- III. De eo qui cum cultro ad Guntchramnum regem venit.
- IV. Quod Childeberto alius natus est filius.
- V. De prodigiis.

^a Id est ab homine, scilicet Antestio.

^b Laudatur a Fortunato lib. 1, cap. 3, ob ædificatam sancto Stephano ecclesiam. Alteram in honorem sanctorum Petri, Pauli, Laurentii et Pancratii ædificarat, in qua tredecim erant altaria, sed quatuor ex his consecrata non fuerant, quod reliquias in eis reponendas nullas haberet, ut patet ex sancti Gregorii M. epist. 50, lib. v, ubi reliquias quas ab eo Palladius efflagitavit, se ipsi transmittere beatus testatur pontifex, qui et epist. 52 ejusdem libri eidem Palladio Augustinum aliosque monachos in Angliam euntes comitatus. Nomen ejus in fastis Ecclesie legitur, ac ut sanctus in propria ecclesia honoratur. Subscripsit Conc. Paris. iv, an. 573, et Matis. ii, anno 585.

^c Ille erat episcopus Nannetensis Felicis successor,

^d ut dicitur supra lib. vi, cap. 15; laudatur item lib. iv de Mirac. sancti Martini, cap. 26. Alius fuit ejusdem sedis episcopus Nonnichius seu Nunichius, qui sæculi superiori Conc. Venetensi subscripsit; cuius Apollinaris Sidonius scripsit epist. 13 lib. viii.

^e Cod. Colb. a., *Batto*.

^f Hoc caput deest in Colb. a. et Vat.

^g Agnovit quidem veritatem ex Gregorio M. lib. iii Dialog., cap. 31 : *Sed gentis suæ timore perturbatus ad fidem catholicam pervenire non meruit*. De Leuvichildi conversione nihil scribit Joannes Bielarensis abbas, aut Isidorus ad æram 606, licet plura habeat de illo. Eum ad poenas perpetuas ex hac vita demigrasse ait Paulus Emeritensis, cap. 46 de Vitis patrum Emerit.

- VI. De seductoribus et ariolis.
 VII. De remotione Ennodii ducis; et de Wasconibus.
 VIII. De presentia Guntchramni Bosonis.
 IX. De interitu Rauhingi.
 X. De interitu Guntchramni Bosonis.
 XI. Quod se reges viderunt.
 XII. De interitu Ursionis ac Berthefredi.
 XIII. De Baddone, qui in legationem abiens, detentus, et postmodum [Ed. post diu] dimissus est; et de morbo dysenterico.
 XIV. De pace Egidii episcopi et Lupi ducis.
 XV. De conversione Richaredi.
 XVI. De legatione ipsius ad reges nostros.
 XVII. De exiguitate anni hujus, seu, De sterilitate anni et charitate annonæ.
 XVIII. De Britannis, et obitu Namatii episcopi.
 XIX. De interitu Sicharii civis Turonici.
 XX. De eo quod ad Guntchramnum regem in legationem pro custodienda pace directi sumus. — *Exemplar Pacationis apud Andelaum.*
 XXI. De eleemosynis et bonitate ipsius regis.
 XXII. De lue Massiliensis urbis.
 XXIII. De obitu Agerici episcopi, et de successore ejus.
 XXIV. De episcopatu Fronimi.
 XXV. Quod exercitus Childeberti in Italiam abiit.
 XXVI. De obitu Ingobergæ reginæ.
 XXVII. De obitu Analonis.
 XXVIII. De speciebus quas Brunichildis regina transmisit.
 XXIX. Quod Langobardi pacem ad Childebertum regem petierunt.
 XXX. De descriptoribus urbis Pictavæ atque Turonicæ.
 XXXI. Quod Guntchramnus rex exercitum in Septimaniam direxit.
 XXXII. De inimicitiiis inter Childebertum et Guntchramnum.
 XXXIII. Quod Ingeltrudis religiosa ad Childebertum abiit, contra filium suggestura.
 XXXIV. De inimicitiiis Fredegundis cum filia sua.
 XXXV. De interitu Waddonis.
 XXXVI. Quod Childebertus rex Theodobertum filium suum Suessionus direxit.
 XXXVII. De Droctigisilo episcopo.
 XXXVIII. De eo quod aliqui contra Brunichildem reginam agere voluerunt.
 XXXIX. De scandalo in monasterio Pictavensi orto per Chrodieldem et Basinam. — *Epistola episcoporum ad S. Radegundem.*
 XL. De fomite primo scandali.
 XLI. De cade in basilica sancti Hilarii. — *Rescriptum episcoporum.*
 XLII. Exemplaria epistolæ quam sancta Radegundis episcopis direxit.
 XLIII. Quod Theutarius presbyter ad hoc scandalum mitigandum advenit.
 XLIV. De intemperie anni.

LIBER NONUS.

419 I. Igitur ^a post mortem Leuvichildi Hispano-um regis, Richaredus filius ejus fœdus iniiit cum Goisvintha relicta patris sui, eamque ut matrem suscepit ^b. Hæc enim erat mater Brunichildis reginæ, matris Childeberti junioris. Richaredus vero de a iaxore erat filius Leuvichildi. Denique cum noverca hantato consilio, legatos ad Guntchramnum regem, atque Childebertum dirigit, dicens: Pacem habete nobisum, et ineamus fœdus, ut adjuti præsidio vêtro, um necessitas poposcerit, simili nos conditione, ntercedente charitate, muniamus ^c. Venientes vero egati, qui ad Guntchramnum regem directi erant, upud Matascense ^d oppidum jussi sunt residere: ibi-ue transmissis viris rex causas cognovit, sed reci-

A pere noluit verba eorum. Unde talis postmodum iater eos inimicitia pullulavit, **420** ut ad civitates Septimaniæ nullum de regno ejus transire permitte-rent. Hi vero qui ad Childebertum regem vene-unt cum charitate recepti sunt: datisque numeribus, accepta pace, cum muneribus sunt regressi.

II. Eo anno beatissima Radegundis ab hoc mundo migravit. Quæ magnum planctum in monasterio quod constituerat dereliquit. Fuique et ego præsens ad eam scelerendam. Obiit autem mense sexto, tertia decima die mensis, sepulta post triduum. Quæ au-tem ibi ipsa die virtutes apparuerunt, et qualiter fuerit funerata, in libro Miraculorum ^e plenius scribere studui.

^a Decet hoc caput in Colb. a. et cum seq. in Vat. B pro *Matisconem*.

^b Hæc tamen postea cum Uldila episcopo Ariano uncta, Reccaredo insidias paravit, ut narrat Joan. Siclar. ad annum 3 Reccaredi.

^c Sic omnes omnino editi et scripti. Tamen le-gendum est, nisi fallor, *Simili vos conditione*, aut sa-*ne, simili nos conditione... vos muniamus*.

^d Sic omnes mss. et ed. plerique. Col. et Bign., *Matascense*. Utrouque *Matisco* intelligi debet. Certe Fortunat., in Vita S. Germani, *Matascouem* habet

^e Lib. de Gloria Confess. cap. 106. Agit item de ea lib. 1 de Gloria Mart., cap. 5. Obiit porro die 13 Augusti, et quidem anno 587, ex hoc Gregorii loco. Sepulta est in basilica S. Mariæ, ubi tunc erat sanc-timonialium cœmeterium, hodie a canonicis sæcu-laribus occupata. Ejus sacræ reliquiæ magna ex parte cum beati Hilarii exuviis a Calvinistis combustæ sunt anno 1562. Vide not. in lib. III, cap. 7.

III. Interea ^a adventit festivitas sancti Marcelli, quæ apud urbem Cabillonensem mense septimo celebratur, et Guntchramnus rex adfuit. Verum nbi peractis solemnibus ^b, ad sacrosanctum altarium communicandi gratia accessisset, venit quidam quasi aliquid suggesturus. Qui dum properat **421** contra regem, culter ei de manu dilabitur, apprehensoque repente, alium cultrum evaginatum in manu ejus reperiunt. Nec mora, eductus a basilica sancta, vinetus, et tormentis addictus, confitetur se emissum ad interficiendum regem, dicens: Sic enim tractavit qui me misit. Quia cognovit rex multorum in se odia aggregata, et suspectus ne percutiatur, omnino se a suis vallari præcipit: nec reperitur editus qualiter ad eum eum gladiis possit accedere, nisi in ecclesia, in qua securus et nihil metuens stare dignoscitur, transverberetur. Sed et his de quibus locutus fuit apprehensus, multis interemptis, hunc verberatum plagis dimisit vivum, quia nefas putavit ^c, si is qui ab ecclesia eductus fuerat, truncaretur.

IV. ^d Eo anno Childeberto regi alius filius natus est, quem Veranus Cavillonensis ^e episcopus suscipiens a lavaero, Theodorici nomen posuit. Erat enim eo tempore ipse pontifex magnis virtutibus præditus, ita ut plerumque infirmis signum crucis imponens, statim sanitati, tribuente Domino, restauraret.

V. Prodigia ^f quoque multa dehinc apparuerunt. Nam vasa per domos diversorum, signis nescio quibus charaxata sunt, quæ res nullo unquam modo, aut eradi ponit, aut deleri. Incœptum est autem hoc prodigium ab urbis Carnotensæ territorio, et veniens per Aurelianensem, usque Burdegalensem terminum peraccessit, non prætermittens ullam urbem quæ fuit in medio. In vineis vero mense octavo transacta vindemia, palmites novos cum nvis deformatis aspeximus. In aliis arboribus frondes novæ, et nova visa sunt poma. Radii a parte Aquilonis apparuerunt. Asserebant nonnulli vidisse se serpentes ex nube delapsos. Alii affirmabant villam eum easis et hominibus subitanea internecone evanuisse; et multa alia signa apparuerunt, quæ aut regis obitum annuntiare solent, aut regionis excidium. **422** Vindemia eo anno tenuis, aquæ validæ, pluviam immensæ, flumina quoque granditer adaucta fuerunt.

VI. Fuit eo anno in urbe Turonica Desiderius nomine, qui se magnum quendam esse dicebat, asserens se multa posse facere signa. Nam et nuntios inter se, atque Petrum Paulumque apostolos discurrere

^a Deest hoc caput in Colb. a.

^b Observanda hic vetus Gallicanæ ecclesiæ consuetudo, sacram communionem non nisi post peractam missam administrandi. V. Liturg. Gallic. lib. 1, cap. 5.

^c Jus asyli a primis Ecclesiæ sæculis, ex quo principes Christiani fuere, concessum ecclesiis assernere Patres Conc. Aurelian. 1, sub Chlodoveo Magno, an. 511, quod postea tum variis conciliorum canonibus, tum regum nostrorum edictis sæpius confirmatum fuit.

^d Hoc caput deest in eod. Colb. m. et Regm., quamvis in iis recenseatur in hujus libri capitulum indiculo.

A jactitabat: ad quem, quia præsens non eram, rus citas populi multa confluerat, deferentes secum cæcos et debiles, quos non sanctitate sanare, s errore necromantici ingenii quærebat illudere. Nahos qui erant paralytici, aut alia impediti debilitat jubebat valide extendi, ut quos virtutis divinæ largitione dirigere non poterat, quasi per industriam retanraret. Denique apprehendebant pueri ejus manus hominum, alii vero pedes, tractosque diversas in partes, ita ut nervi putarentur abrumpi: cum non sanarentur, dimittebantur exanimis. Unde factum est ut in hoc supplicio multi spiritum exhalarent; tantumque miser elatus erat, ut minorem se beatum Martinum esse diceret, se vero apostolis coæquare.

B ille auctor nequitie, a quo ista procedunt, Christus se in fine sæculi fassurus sit. Nam de hoc animadvertum est, ut superius diximus, errore necromantici artis fuisse imbutum. Quia, ut asserunt qui viderunt, enim quisque de eo procul et abdite quicquam locutus fuisset mali, coram populo astant improperabat, dicens: Quia hoc et illud de me efflatum est, quæ sanctitate mea erant indigna. Et quo alii nisi nuntiantibus dæmoniis id cognosebat? Habelis autem cucillum ac tunicam de pilis caprarum, et in præsentem quidem abstinens erat a cibis et potu; clarum autem cum in diversorium venisset, ita infarcibat in ore, ut minister non occurreret tantum poscenti porrigere. Sed detecta dolositate ejus, et a nostris deprehensa, ejectus est extra urbis terminum. Nec cognovimus deinceps quo abisset; dicebat **423** tamen civem se esse Burdegalensem. Nam et ante hoc septem annos fuit et alius magnus valde seductor, qui multos decepit dolositate sua. Hic enim colobium indutus erat, amictus desuper sindone, crucem ferens, de qua dependebant anpullula, quas dicebat oleum sanctum habere. Aiebat enim se de Hispaniis adventare, ac reliquias beatissimorum martyrum Vincentii levitar, Feliceisque martyris ⁱ exhibere. Sed cum jam vespere ad basilicam sancti Martini Turonis advenisset, et nos in convivio resideremus, mandatum misit, dicens: Occurram reliquiis sanctis. Cui nos, quia hora jam præterierat, diximus: Requiescant beatæ reliquiæ super altarium, donec mane procedamus ad occursum earum. Sed hic primo diluculo consurgens, nec exspectatis nobis, adventum cum cruce sua, et in cellula nostra adfuit. Stupefactus ego, et admirans levitatem, interrogavi, quid

^e Sic pro *Cavellionensis* cum Chesn. al. habent Bce. et Colb. a., et quidem recte, ut jam supra observavimus ad cap. 51 lib. viii. Editi, *Cabillonensis*. Theodorici nativitate Fredgarini anno sequenti consignat.

^f Deest istud caput eum tribus sequentibus in Colb. a. et Vat.

^g Bce. et Casin., *junioem*.

^h Colobium vestis erat absque manicis, quibus uti solebant Ægyptii monachi apud Cassian. lib. 1 Institut. cap. 5.

ⁱ Qui Gerundæ passus est, de quo lib. 1 de Gloria Mart., rap. 92.

hæc sibi velint. Respondit quasi superbus et inflata voce : Meliorem, inquit, occursum nobis exhibere debueras. Sec hæc ego in aures Chilperici a regis ingeram : ille autem ulescetur despectionem meam. Et ingressus in oratorium, me postposito, ipse capitellum unum, atque alterum, ac tertium dicit; ipse orationem profert, et ipse consummat, elevataque iterum cruce abiit. Erat enim ei et sermo rusticus, et ipsius linguæ latitudo turpis atque obscœna; sed nec de eo sermo rationalis procedebat : qui usque Parisios accessit. His enim diebus Rogationes publicæ celebrabantur, quæ ante sanctum Dominicæ Ascensionis diem agi solent. Factum est autem, ut procedente Ragnemodo pontifice cum populo suo, et loca sancta circumcurrente, ut et hic eum cruce sua adveniens, inusitatum populis exhibens indumentum, adjunctisque publicanis ac rusticis mulieribus, et istechorum suum faceret, et quasi cum sua multitudine loca sancta circumire tentat. Hæc cernens episcopus, misit archidiaconum suum, dicens : Si reliquias sanctorum exhibes, pone eas paululum 424 in basilica, et nobiscum celebra dies sanctos; decursa autem solemnitate, proficisceris in viam tuam. At ille parvipendens quæ ab archidiacono dicebantur, cœpit episcopum conviciis ac maledictionibus prosequi. Sacerdos vero intelligens eum esse seductorem, jussit eum recludi in cellulam. Perscrutatisque cunctis quæ habebat, invenit cum eo sacculum magnum plenum de radicibus diversarum herbarum; ibique et dentes talpæ, et ossa murium, et ungues atque adipos ursinos. Vidensque hæc maleficia esse, cuncta jussit in flumen projici, ablataque ei cruce, jussit eum a termino Parisiæ urbis excludi. Sed hic iterum facta altera cruce, cœpit quæ gesserat exercere; captusque ab archidiacono, et catenis vinctus, jussus est custodiri. His diebus Parisios adveneram, et ad basilicam beati Juliani martyris b metatum habebam. Nocte igitur insequenti erumpens miser iste de custodia, cum ipsis quibus erat nexus catenis ad antedictam basilicam sancti Juliani properat : atque in pavimento in loco quo ego stare eram solitus, ruit, ac sopore vinoque oppressus obdormivit. Nos vero ignari facti, media surgentes nocte ad reddendas Domino gratias, invenimus eum dormientem : de quo tantus fœtor [Al. pædor] egrediebatur, ut omnium cloacarum atque secessuum fœtores fœtor ille devi-

cerit. Sed nec nos præ hoc fœtore in basilicam sanctam ingredi poteramus. Accedens vero unus clericorum, clausis naribus eum excitare nititur, nec potuit, ita enim erat miser madefactus vino. Tunc quatuor accedentes clerici, levantes eum inter manus, in unum angulum basilicæ projecerunt; et exhibentes aquas, abluto pavimento, resperso etiam herbulis odoratis, sic ingressi sumus explorare cursum : nunquam tamen nobis psallentibus potuit excitari, donec dato terris die altius solis lampas ascenderet : dehinc exensatum reddidi sacerdoti. Convenientibus autem episcopis apud urbem Parisiæ, dum hæc in convivio narrarem, 425 ipsum pro castigationis gratia adesse præcipimus. Quo astante, elevatis Amelius Beorretanæ urbis d episcopus oculis, cognoscit eum suum esse famulum, sibi que per fugam dilapsam, et sic exensatum receptum reduxit in patriam. Multi enim sunt qui has seductiones exercentes populum rusticum in errorem ponere non desistant : de quibus, ut opinor, et Dominus in Evangelio ait, *Consurgere e in novissimis temporibus pseudochristos, et pseudopphetas, qui dantes signa et prodigia, etiam electos in errorem inducant* (Matth. xxiv, 24). De his ista sufficiant : nos potius ad propositum redeamus.

VII. Eumodius cum ducatum urbium Turonicæ atque Pictavæ administraret, adhuc et Vici Julensis atque Bernaræ f urbium principatum accipit. Sed euntibus comitibus Turonicæ atque Pictavæ urbis ad regem Childebertum, obtinuerunt eum a se removeri g. Ille vero ubi se remotum de his sen sit, ad civitates superius memoratas properat; sed dum in illis commoraretur, mandatam accepit, ut se ab eisdem removeret, et sic accepto otio, ad domum suam reversus, privati operis curam gerit. Vascones vero de montibus prœimpentes h in plana descendunt, vineas, agrosque depopulantes, domos tradentes incendio, nonnullos abducentes captivos cum pecoribus, contra quos sæpius Austroualdus dux processit i, sed parvam ultionem exegit [Al. exerent] ab eis. Gotthi vero propter superioris anni devastationem, quam in Septimania regis Guntelramni exercitus fecit, in Arelatensem Provinciam proruperunt, egeruntque prædas, et captivos abduxerunt usque ad decimum ab urbe milliarium. Unum etiam eastrum, Ugernum

a Regm., *Childeberti*. Uterque rex tunc erat.

b De hac basilica vide supra lib. vi, cap. 17.

c Observanda majorum nostrorum religio in reddendis Deo laudibus debitis, statis horis, ut etiam episcopi nocte ad persolvendum solitum pensum surgerent. Sanctus Germanus Paris. epis. in itineribus capite nudo, etsi nix aut imber urgeret, *cursum dicebat*, ex Fortunato. Plura de hac re Malillonius habet in *Disquisit. de Cursu Gallicano*, § 6.

d Varie apud varios scribitur hujus castri nomen. Bigerrones appellat Cæsar libro in Belli Gallici. Urbs gentis caput Turba, seu Travia, olim dicebatur, hodie *Tarbes*. In veteribus Notitiis, *civitas Turba, ubi castrum Bigorra*, decimum obtinet locum in Novempopulania. Amelius subscripsit *Conc. Matise. n.*

an. 585.

e Regm., *Consurgeut pseudochristi, etc., inducent.*

f Regm., *Bernane*, Colb. m. et Bec., *Bernaræ*. In veteribus notitiis locum septimum occupat inter civitates Novempopulaniæ. Hodie Bernarni nomine regioni relicto, vocatur *Lascara*, vulgo *Lescar*.

g Comites in singulis erant civitatibus, duces vero pluribus præcerant. Vide supra notas ad lib. viii, cap. 18.

h Vascones in Pyrenæis Alpibus habitantes post varias incursiones, inclinato Francorum regno, Novempopulaniam tandem obtinere, a quibus et Vasconia dicta est. Vide *Alteserram* lib. i rerum Aquitan., cap. 16.

i Supra lib. viii, cap. 45, dicitur comes.

j Regm., *Rigernum*. Vide supra lib. viii, cap. 30.

nomine, cum rebus atque habitatoribus desolantes, A nullo resistente regressi sunt.

VIII. Gunthebramius vero Boso cum exosus reginæ haberetur, cœpit per episcopos ac proceres discurre, **426** et veniam misero precari ^a quam ante despexerat. Nam cum rex Childebertus esset junior, Brunichildem reginam sæpe conviciis atque improperiis lacessibat, sed et injuriis quæ ei ab adversis inferebantur, fautor exstiterat. Sed et rex ad ulciscendam injuriam genitricis, jussit eum persequi, atque interfici: ille vero cum se cerneret positum in discrimine, Viridunensem ecclesiam petiit, per Agericum prorsus episcopum, qui erat regis pater ex lavacro, veniam impetrare confidens. Tunc pontifex ad regem properat, deprecaturque pro eo: cui Rex cum negare nequiret quæ petebat, ait: Veniat coram nobis, et datis fidejussoribus in præsentia patris ^b mei, quidquid illius judicium decreverit, exsequamur. Tunc adductus ad locum ubi rex morabatur, nudatus armis, ac per manicas tentus, ab episcopo representatur regi. Ad cujus provolutus pedes, ait: Peccavi tibi ac genitrici tuæ, non obediendo præceptionibus vestris, sed agendo contra voluntatem vestram atque utilitatem publicam; nunc autem rogo, ut indulgeatis malis meis, quæ contra vos gessi. Rex autem jussit eum elevari a terra, et posuit in manu episcopi, dicens: Sit penes te, sancte sacerdos, donec in præsentiam Gunthebramii regis adveniat. Et jussit eum discedere.

IX. Posthæc Rauchingus conjunctus cum prioribus regni Chlotharii filii Chilperici, confingens se ^C quasi tractaturum de pace, ut inter terminum utriusque regni nulla intentio aut direptio gereretur, consilium habuerunt, ut scilicet interfecto Childeberto rege, Rauchingus cum Theodoberto seniore ejus filio regnum Campaniæ teneret; Ursio vero ac Berthefredus ^e, juniore filio nuper genito, qui Theodoricus cognominabatur, ad se suscepto, et excluso Gunthebramo rege, reliquum regni tenerent. Multa etiam contra Brunichildem reginam **427** frementes, ut eam in contumeliam redigerent, sicut prius fecerant in viduitate sua. Rauchingus ergo summa elatus potentia, et ut ita dicam, ad ipsius regalis sceptri se jactans gloriam pervenire, iter præparat ad Childebertum regem accedendi, ut consilium quod inierat posset explere. Sed pietas Domini hæc verba ^D in aures Gunthebramii regis prius imposuit. Qui missis nuntiis clam ad Childebertum regem, omnes ei molitiones has in notitiam posuit, dicens: Accelera velociter, ut videamur a nobis; sunt enim causæ quæ agi debeant. At ille diligenter inquirens quæ ei nuntiata fuerant, veraque esse cognoscens, accessi

^a Sic habent scripti et editi. Legendum tamen esse videtur, *veniam miser ab ea precari*, seu, *veniam pro misero precari ab ea quam*, aut saltem, *veniam miser precari quam*.

^b Freh. al., *patrini*; sed nusquam hac voce utitur Gregorius ad designandum susceptorem ex baptismo.

^c Colb. a., *Berthefredus*; et sic infra.

^d De his Bignon. ad forin. 14 lib. 1 Marculli, et Altessera in huic locum; sed fusius Cujacius ad leg. 5

A Rauchingum jussit. Qui cum adfuisset, priusquam enim rex suo jussisset astare conspectui, datis litteris, et pueris destinatis cum evectioe publica ^d, quæ res ejus per loca singula deberent capere, jussit eum in cubiculum intromitti; locutusque cum eo alia ex aliis, egredi iterum de cubiculo jubet. Cumque egredederetur, a duobus ostiariis pedibus apprehensus rui in gradibus ostii, ita ut pars corporis ejus esset intrinsecus, pars vero extrinsecus extenderetur. Turrii qui jussi ad hæc explenda parati erant, cum gladiis super eum ruunt, atque ita minutatim caput ejus colliserunt, ut simile totum cerebro putaretur: statimque mortuus est. Tunc denudatus, et per fenestram ejectus, sepulturæ mandatus est. Erat autem levis in moribus, ultra humanum genus cupiditatis ac facultatibus inhians alienis, et ex ipsis divitiis valde superbus; intantum ut jam in ipso interitu sui tempore Chlothacharii regis filium se fateretur. Multum tamen cum eo auri repertum est. Quo interfecto, protinus unus puerorum ejus cursu veloci evolvans, nuntiavit conjugi ejus quæ acta erant. Hæc vero per plateam Suessionicæ civitatis compluribus grandibus ornamentis ac gemmarum pretiositatibus et auri fulgore oblecta, ascenso **428** equo, præcedentibus pueris aliisque sequentibus ferebatur; atque ad basilicam sancti Crispini Crispinianique properabat, quasi spectatura Missas: erat enim eo die passio martyrum beatorum ^e. Sed videns nuntium per aliam plateam gressum retorquens, projectis in terram ornamentis, in basilicam sancti Medardi antistitis confugit, ibi se tutari confessoris præsidio putans. Pueri vero qui missi a rege fuerant ad requirendas res ejus, tanta in thesauris illius reperiant quanta nec in ipso ærarii publici regesto poterant inveniri, quod totum regis conspectibus præsentarunt. Nam eo die, quo hic interfectus est, erant enim rege multi Turonorum atque Pictavorum, de quibus tale fuit consilium, ut si malum hoc perficere potuissent, his subditis supplicio, dicerent quia ex vobis fuit qui regem nostrum interemit, eisque diversis suppliciis trucidatis, ultores se mortis regis essent jactarent. Sed Deus omnipotens consilia eorum quia iniqua erant, dissipavit, implevitque illud quod scriptum est: *Quia foveam quam fratri parabis, incidet in eam* (Eccli. xxvii, 29). In locum tamen Rauchingi Magnoualdus dirigitur dux. Jam enim Ursio atque Berthefredus certi quod Rauchingus quæ collocuti fuerant, posset explere, collecto exercitu veniebant. Sed audientes quod scilicet tali fuisset affectus interitu, adducta adhuc secum multitudinem hominum, quæ ad eos pertinere videbatur, infra castrum Vabrense ^f, quod villæ Ursionis propin-

de cursu publico, lib. xii Cod.

^e Celebratur viii Kal. Novemb. Horum martyrum memoria insigni ornamento decorata fuit a beato Eligio, ut tradit S. Audoenus lib. ii Vitæ ejus cap. 7. Rauchingi uxor prius Godino nupta fuerat, ex lib. v, cap. 5.

^f Ed., *potuerant*; Casin., *ipso ærario publico regis tanta potuerint inveniri*.

^g Castrum istud pago nomen dederat Mosam inter

quum erat, cum rebus omnibus se muniunt consilii sui, tractantes ut si rex Childebertus aliquid contra eos agere voluisset, virtute se ab ejus exercitu defensarent. Caput enim horum et causa malorum Ursio erat. Sed Brunichildis regina mandata misit Berthefredo, dicens: Disjunge te ab homine inimico^a, et habebis vitam: alioquin cum eodem interibis. Filiam enim ejus ex lavacro regina suscepit, et ob hoc **429** misericordiam de eo habere voluit. Qui ait: Nisi morte divellar ab eo, nunquam a me relinquetur^b.

X. Dum hæc agerentur, iterum misit Guntchramnus rex ad nepotem suum Childebertum, dicens: Moræ omnes abscedant, et veni ut te videam. Est enim certæ necessitatis causa, tam pro vitæ nostræ commodo, quam pro utilitatibus publicis, ut videamur a nobis. Hæc ille audiens, assumpta matre cum sorore et conjuge, ad occursum patris destinavit. Aduit autem et Magnericus episcopus Trevericæ urbis. Venit etiam Guntchramnus Boso, quem Agericus Viridunensis episcopus sua in fide susceperat: sed pontifex ille, qui pro eo fidem fecerat, non adfuit, quia convenerat ut absque ullius defensione regi præsentaretur, scilicet ut si ipse decerneret eum mori debere, non excusaretur a sacerdote; sin autem ille vitam concederet, liber abiret. Sed conjunctis regibus, pro diversis facilitatibus^d culpabilis judicatus, jussum est ut interficeretur. Quod cum ille emperisset, ad mansionem Magnerici episcopi convolvit, et elausis ostiis, segregatis ab eo clericis ac famulis, ait: Scio te, beatissime sacerdos, magnum cum regibus honorem habere, et nunc ad te confugio ut evadam. Ecce percussores ad ostium: unde manifeste scias, quod si a te non eruor, interfecto te, egrediar foras, et moriar. Manifestissime enim noveris, quia aut mors una nos occupat, aut par vita defensus. O sancte sacerdos, scio enim te patrem communem cum rege esse filio ejus, et novi quoniam quæcunque petieris ab eo, obtinebis; nec negare omnino poterit sanctitati tuæ quæcunque poposceris. Ideoque aut impetra veniam, aut moriamur simul. Hæc autem evaginato aiebat gladio. Turbatus hoc episcopus audito, ait: Et quid faciam, si hic a te tenor? dimitte me, ut eam et deprecem misericordiam regis, et fortassis miserebitur tui. Et ille: Nequaquam, sed trans mitte abbates et creditos^e tuos, ut hæc quæ loquor exponant. Verumtamen non hæc regi, ut erant, nuntiata sunt, sed dixerunt quod hic ab episcopo defensaretur. Unde factum est ut com-

A motus rex **430** diceret: Si episcopus exinde egredi noluerit, pariter cum illo auctore perfidiæ pereat. Hæc audiens episcopus, direxit nuntios ad regem. Qui cum ista narrassent, ait rex Guntchramnus: Injicite ignem in domum, et si exire nequiverit episcopus, pariter concrementur. Hæc audientes clerici, effracto vi ostio sacerdotem ejiciunt foras. Tunc miserimus cum videret se flammis validis ab utraque parte vallari, accinctus gladio accedit ad ostium. Verum ubi primum limen domus egrediens gressum foris fixit, statim unus e populo ejecta lancca, frontem ejus illisit. At ille hoc ictu turbatus, quasi amens, gladium ejicere tentans, ab astantibus ita lancearum multitudine sauciatur, ut defixis in lateribus ejus spiculis, et sustentantibus hastilibus, ad terram nec non posset. Interfecti sunt et pauci qui cum eo erant, expositique in campo simul. Pro quibus vix obtentum fuit cum principibus, ut terræ reconderentur. Fuit autem hic in actu levis, avaritiæ inhians, rerum alienarum ultra modum cupidus, omnibus jurans, et nulli promissa adimplens. Uxor autem ejus cum filis exsilio data est, resque illius fisco collatæ sunt. Multitudo autem auri argentique ac diversarum specierum in ejus regestis reperta est. Sed et quæ sub terra absconderat, stimulante conscientia iniquitatis suæ non latuerunt. Ariolis ac sortibus sæpius utebatur, ex quibus futura cognoscere cupiens, remansit illusus.

XI. Rex vero Guntchramnus cum nepote suo ac reginis pacem firmavit, datis sibi in viis muneribus, ac stabilitis causis publicis, epulati sunt pariter. Laudabat enim Dominum [*Al. Deum*] Guntchramnus rex, dicens: Refero tibi maximas gratias, omnipotens Deus, qui mihi præstitisti ut videre merear filios de filio meo Childeberto. Unde non me puto usquequaque a tua Majestate relictum, qui mihi hæc præstitisti, ut videam filios filii mei. Tunc Dynamium et Lupum ducem redditos rex Childebertus recepit, Cadurcum Brunichildi reginæ refudit. Et sic cum pace et gaudio iterum atque iterum Deo gratias agentes, conscriptis pactionibus^f, **431** se remunerantes et osculantes, regressus est unusquisque ad civitatem suam.

XII. Childebertus vero rex, collecto exercitu, ad locum dirigi jubet in quo Ursio ac Berthefredus inclusi morabantur. Erat enim villa in pago Vabrensi, cui imminebat mons arduus. In hujus cacumine basilicam in honore sancti ac beatissimi Martini construxit^h. Ferebant enim ibi castrum antiquitus fuisse;

et Mosellam sito, ad ripas Alisontæ, Ornæ et Cari fluminum, qui pagus duos aut tres comitatus complectebatur, Scarponensem scilicet, Viridunensem et Castereiensensem. Vocatur etiam nunc *le pays de Vaire*. Vide lib. iv de re Diplomatica, num. 128. Cave etiam ne confundas hunc locum simul cum Vabrensi castro, vulgo *Vabres en Rouergue*, ubi monasterium sede episcopali auxit Joannes XXII, distractis ex Ruthenensibus diocæsi aliquot parochiis.

^a Regni., ab homine iniquo.

^b Colb. a., nunquam ab eo recedam.

^c Apud Andelaum. Vide infra, cap. 20

^d Sic Bee. et Mor. s.; editi, falsitatibus.

^e Id est fidos clericos, seu alios familiares quibus fideret.

^f Referuntur infra cap. 20.

^g Hoc caput et duo seqq. desunt in Vat. et Colb. a.

^h Regni., basilica... constructa habetur. Hanc basilicam putat eam esse Valesius, quam Ulfilaicus supra lib. viii, cap. 15, memoratus construxisse dicitur prope Eposium, quod oppidum erat in comitatu Vabrensi.

sed nunc [*Forte tunc*] non cura ^a, sed natura tantum monitum erat. In hac ergo basilica cum rebus atque uxoribus et familia se antedicti concluserant. Commoto ergo exercitu, sicut diximus, Childebertus rex illuc dirigi jubet. Verumtamen commoti homines, antequam ad eos accederent, ubicunque aut villas, aut res eorum reperire potuerunt, omnia incendio ac prædæ tradiderunt. Accedentes autem ad hunc locum, ad montem se proripiunt, et basilicam cum armis vallant. Habebant autem quasi ^b duces tunc Godegisilum, Lupi ducis generum. Cumque eos extrahere de basilica non valerent, ignem applicare nituntur. Quod cernens Ursio, accinctus gladio, foras egressus est. Tantaque exade hos qui obsidebant mactavit, ut quotenuque in ejus contemplationem advenissent, nullus vivens remanere possit. Ibi et Trudulfus ^c palatii regalis comes cecidit, et multi de hoc exercitu prostrati sunt. Cumque jam nullus de exade Ursionis erueretur ^d, subito percussus a quodam in femore, debilitatusque ad terram ruit, et sic super eum ruentibus aliis vitam finivit. Quod cernens Godegisilus, clamare cœpit ac dicere: Fiat nunc pax, ecce maximus inimicus dominorum nostrorum ruit: hic vero Berthefredus vitam habeat. Hæc eo dicente, cum omnis populus ad direptionem rerum, quæ in basilica adunatæ fuerant, inhiaret, Berthefredus ascenso equite ad Viridunensem urbem dirigit, ibique in oratorio quod in domo ecclesiastica erat, se tutari putans, præsertim cum et ipse pontifex Agericus in hac domo resideret. **432** Sed cum Childeberto regi nuntiatum fuisset, effugisse scilicet Berthefredum, percussus cordis dolore, ait: Si hic mortem evaserit, non evadet Godegisilus ^e manus meas. Nesciebat tamen rex eum in domum ecclesiæ ingressum fuisse, sed quasi in regionem aliam confugisse. Tunc timens Godegisilus, commoto iterum exercitu, domum ecclesiæ armatis vallat. Sed eum eum pontifex reddere nequiret, sed defensare conaretur, ascendentes supra lectum, eum ab ipsis tegulis ac maceris [*At. materiis*], quibus oratorium opertum erat, illidentes, interfecerunt: ibique eum tribus famulis mortuus est. Multum ex hoc episcopus dolens, quod eum non solum defensare non potuit, verum etiam locum in quo orare consueverat, et in quo sanctorum pignora aggregata fuerant, sanguine humano pollui vidit. Misit autem Childebertus rex eum muneribus, ut a mœrore revocaretur: sed noluit consolari. Multi

^a Idem cod. Regm., *sed non structura, sed natura.*

^b Chesn. non habet *quasi*. Godegisilum duces laudat Fortunatus lib. 1, carm. 6, sed is Gallimagni filiam duxerat. Duas forte, si idem sit, uxores habuit.

^c Regm., *Tridulfus*. Bee., *Tridulfus*.

^d Sic Bad., alii, *cerneretur*. Regm. autem, *cumque Ursio a nullo casus cerneretur*.

^e In Coll. m. et Regm. deest *Godegisilus*.

^f Alias Rotoialum, aut Ruolium, vulgo *Ruel*, villa regia, quam Carolus Calvus monasterio S. Dionysii contulit. Ibi hodieque villa Richeliana visitur, præclarissimis fontibus insignis, distinguenda a villa cognomine in Normannia, *Rueil*, de qua supra lib. vii, cap. 19.

^g Regm. et Coll. m., *sancti Remedii*. Hæc basilica,

^h Vide supra notam quam paginæ 225 subjecimus. Edit.

A autem his diebus pertinescentes regem, in alias regiones abcesserunt. Nonnulli etiam a primatu ducatus remoti sunt, in quorum ordinem alii successerunt.

XIII. Gunthebrannus vero Baddonem, quem proximè majestatis superius vinetum diximus (*Lib. vii, cap. 44*), in præsentiam suam venire jussit; et transmittens usque Parisios, ait: Si eum cum idoneis hominibus Fredegundis ab hac actione qua impetitur, immunes fecerit, abscedat liber, et quo voluerit eat. Sed veniens Parisios, nullus de parte memoratæ mulieris adfuit, qui eum idoneum reddere posset. Tunc vinetus et catenis oneratus, sub ardua custodia ad urbem Cabillonensem reductus est. Sed postea intercurrentibus nuntiis, et præsertim Lendovaldo Bajocassino pontifice, dimissus ad propria rediit. Graviter tunc morbus dysentericus apud Mettensem sæviebat urbem. His diebus nos dum ad occursum regis properaremus, Wiliulfum civem Pictavum, pleuum febre, hæc morbo laborantem in via offendimus, id est ad Rhemensem urbem: de qua profectus valde exinanitus, cum ad **433** urbem Parisiacam cum filio uxoris suæ venisset, apud villam Rigoialensem ^f facto testamento defunctus est; puer vero, qui et ipse ab hoc languore tenebatur, obiit; et sic pariter in urbis Pictavæ delati terminum, tumulati sunt. Uxor quoque ipsius Wiliulfi tertio copulatur viro, filio scilicet Bep, olei ducis, qui et ipse duas jam, ut celebre fertur, uxores vivas reliquerat. Erat enim levis atque luxuriosus, et dum nimio ardore fornicationis arctaretur, ac relicta ^g conjugæ cum famulabus acubaret, exhorrens legitimum connubium, aliud expetebat: sic et secundæ fecit et huic, cui tertio copulatus est, ignorans quod *corruptio incorruptionem non possidebit* (*1 Cor. xv, 50*).

XIV. Posthæc cum Egidius Rhemensis urbis episcopus, de illo crimine majestatis quo superius (*Cap. 12*) memorati perempti sunt, suspectus haberetur, cum magnis muneribus ad Childebertum accedens, veniam deprecatur: prius tamen sacramenta suscipiens in basilica sancti Remigii ^h, ne aliquid mali in itinere pateretur; susceptusque a rege cum pace discessit. Pacem etiam eum Lupo duce obtinuit quem instinctu ejus de Campaniæ ducatu supra memoravimus (*Lib. vi, cap. 4*) fuisse depulsum. Unde ⁱ rex Gunthebrannus valde in amaritudinem excitatus est, eo quod ei promiserat Lupus, nunquam se cum

quæ antea sancti Christophori dicebatur, ex Frodoardo, tumulo et crebris miraculis beatissimi Remigi Francorum apostoli illustrata et celebris facta est. Ibi sacrum Chrisma asservatur ad regum nostrorum consecrationem ^k; et quidem ex his nonnulli, sicut et aliquot reginæ, ibidem inaugurati solemniter fuerunt. In ea vero basilica non solum plerique Rhemorum archiepiscopi, aut alii viri nobiles et principes, sed etiam Carolomanus Caroli M. frater, nonnullique alii Francorum reges et reginæ sepulti sunt. Ob eum jus celebritatem et prærogativas, ab annis circ. 600 archimonsasterii titulo gaudet; hodieque perseverans sub ordine sancti Benedicti et Congreg. sancti Mauri Plura si cupis, adi Frodoardum, aut Marlot. tomo Metropolis Rhemensis, lib. iii, cap. 2 et seqq.

eodem pacem facturum, quia fuisset regis cognitus inimicus.

XV. Igitur eo tempore in Hispania Richaredus rex, compunctus miseratione divina, convocatis episcopis religionis suæ, ait: Cur inter vos et sacerdotibus illos, qui se catholicos dicunt, jugiter scandalum propagatur: et cum illi per fidem suam signa multa ostendant, vos nihil tale agere potestis? Qua de re convenite, quæso, **434** simul, et discussis utriusque partis credulitatibus, quæ vera sunt cognoscamus; et tunc aut accepta illi a vobis ratione ea credant quæ dicitis, aut certe vos ab illis veritatem agnoscentes, quæ prædicaverint vos credatis. Quod enim factum fuisset, congregatis utriusque partis episcopis, proposuerunt hæretici illa quæ sæpius ab ipsis dicta jam scripsimus. Similiter responderunt episcopi nostræ religionis ea de quibus hæreticorum partem plerumque vietam libris superioribus demonstravimus; et præsertim cum rex diceret quod nullum signum sanitatis super infirmos ab hæreticorum ostenderetur episcopis, ac in memoria replicaret qualiter, tempore genitoris sui, episcopus qui se jaetabat per fidem non rectam cæcis restituere lumen, tacto cæco et cæcitati perpetuæ damnato discessisset confusus, quod nos in libro Miraculorum plenius declaravimus^b, vocavit ad se seorsum sacerdotes Dei. Quibus per scrutatis, cognovit unum Deum sub distinctione colli personarum trium, id est Patris et Filii et Spiritus sancti; nec minorem Filium Patre Spirituque sancto, neque Spiritum sanctum minorem Patre vel Filio, sed in una æqualitate atque omnipotentia hanc Trinitatem verum Deum fateri. Tunc intelligens veritatem Richaredus, postposita altercatione, se catholicæ legi subdidit, et accepto signaculo beatæ crucis cum chrismatis unctioe, credidit Dominum Jesum Christum Filium Dei æqualem Patri cum Spiritu sancto, regnantem in sæcula sæcularum. Amen. Deinde nuntios mittit ad provinciam Narbonensem, quibus narrantibus ea quæ ille gesserat, simili credulitate populus ille connecteretur^c. Erat enim tunc temporis Arianae sectæ episcopus Athalocus, qui ita per **435** propositiones vanas ac interpretationes falsas Scripturarum, Ecclesias Dei conturbabat, ut putaretur quod ipse esset Arius, quem projecisse in

secessum exta historiographus narravit Eusebius^d. Sed cum hæc populo sectæ suæ credere non sineret, et ad consentiendum ei paucorum faveret adulatio, commotus felle, ingressus in cellulam suam, inclinato super lectulum capite, nequam spiritum exhalavit. Sicque hæreticorum populus, in ipsa consistens provincia, inseparabilem Trinitatem confessus, ab errore discessit.

XVI. Posthæc Richaredus legationem ad Guntchramnum atque ad Childebertum direxit pacis gratia, ut scilicet, sicut in fide se assererat unum, ita et charitate se præstaret unitum. Sed a Guntchramno rege repulsi sunt, dicente: Qualem mihi fidem promittere possunt, aut quemadmodum a me credi debent, qui neptem meam Inguinem in captivitatem tradiderunt; et per eorum insidias, et vir ejus interfectus est, et ipsa in peregrinatione defuncta? Non recipio ergo legationem Richaredi, donec me Deus ulcisci jubeat de his inimicis. Hæc legati audientes, ad Childebertum proficiscuntur, a quo et in pace excepti sunt, dicentes: Vult se dominus noster, frater tuus Richaredus, de hoc crimine exuere quod ei imponitur, quasi in mortem sororis vestre fuisset conscius; de quo, sacramento, si vultis, aut qualibet alia conditione idoneus reddi potest. Deinde datis gratiæ vestræ decem millibus solidorum, charitatem vestram habere desiderat; et ut ille vestro utatur solatio, et vos ejus, ubi necesse fuerit, beneficiis partiamini. Hæc illis dicentibus, promiserunt Childebertus rex et mater ejus pacem et charitatem cum ipso se integre custodituros. Acceptisque ac datis muneribus, **436** addiderunt legati: Jussit etiam dominus noster ponere verbum in auribus vestris de filia sive sorore vestra Chlodosinda^e, ut ei tradatur in matrimonium, quo facilius pax quæ inter vos promittitur, confirmetur. Qui dixerunt: Promissio vestra ex hoc habilis dabitur, sed sine patris nostri Guntchramni regis consilio hæc facere non audeamus: promissum enim habemus de majoribus causis nihil sine ejus consilio agere. Accepto itaque responso redierunt.

XVII. Eo 8 anno verno tempore pluvie validæ fuerunt, et cum jam vel arbores vel vineæ frondissent, nix decidua emeta aperuit. Subsequenti quoque

^a Hæc fuit omni tempore catholicos inter et hæreticos distinctio, ut primum miraculis fidem suam approbarent, quod alii præstare non poterant, ut ex Irenæo, Tertulliano, Eusebio, Cypriano, aliisque observavimus in notis ad Acta martyrum pag. 431, quo argumento utebatur Nicetius Trevirensis in epistola ad Chlodoswindam contra Arianos.

^b Videlicet in libro de Gloria Confess. cap. 15. Vide et supra lib. II, cap. 3. De hoc colloquio Joau. Belar. ad an. 588.

^c Colb. a., *Qui narrantes ea... connectitur.*

^d Rufinus Eusebii libris Historiæ ecclesiast. duos adjecit, sed cum Gregorius aliique similes auctores Eusebii Historiam aliunde non noverant quam ex Rufini versione, totum ejus opus sub Eusebii nomine laudabant. Arii autem interitus describitur lib. X, cap. 14.

^e Regni., *Sed cum hic populus sectam illius sequi nol-*

let, etc. Tradit Paulus Diaconus Emeritensis in Vitæ PP. Emerit., cap. 19. Athalocum episcopi Ariani cum 12 comitibus apud Narbonam seditionem adversus Reccaredum commovisse, eorumque conatus fuisse irritos, quanquam in sui subsidium Francos advocassent. Joau. Biclari anno 1 Reccaredi meminit victoriæ adversus Francos ab ipsius ducibus relatæ, in qua Desiderium ducem cum multis Francis interiisse memorat. Alia est, ni fallor, conjuratio Sunnæ episcopi Ariani et aliorum adversus Reccaredum, quam idem Biclari ad an. sequentem refert. Item anno Reccaredi tertio deprehensi sunt Uidila episcopus cum Gosuinta, qui eidem regi insidias tendebant, ut diximus ad cap. 1 hujus libri.

^f Infra cap. 20 dicitur *Chlodosinda*. Vide notas in cap. 25.

^g Caput istud cum seq. deest in Colb.

gelu, tam palmites vinearum quam reliqui ostensi fructus incensi sunt. Tantusque rigor fuisse visus est, ut etiam hirundines et alites, quæ de externis regionibus venerant, vi aliorum exstinguerentur. Illud etiam admirabile fuit, quod tibi nunquam gelu nocuit, tunc omnia abstulit, et eo ubi consueverat lædere non accessit.

XVIII. Britanni quoque irruentes in terminum Namneticum, prædas egerunt, pervadentes villas, et captivos abducentes. Quod cum Guntchramno regi perlatum fuisset, jussit commoveri exercitum, dirigens illuc nuntium qui eis loqueretur, ut componerent euncta quæ male gesserant, aut certe noverint se gladio casuros ab exercitu ejus. At illi timentes, promittunt se omnia quæ male gesserant, emendare. His auditis, rex dirigit illuc legationem, id est Namatiun Aurelianensem et Bertchramnum Cenomannensem episcopum, cum comitibus et aliis viris magnificis. Adfuerunt etiam et de regno Chlotharii Chilperici regis filii, viri magnifici : qui euntes in terminum Namneticum locuti sunt eum Warocho et Vidinaelo omnia quæ rex præceperat. At **437** illi dixerunt : Scimus et nos civitates istas Chlotharii regis filiis reddiberi, et nos ipsis debere esse subjectos : tamen quæ contra rationem gessimus, euncta componere non moramur. Et datis fidejussoribus atque subscriptis cautionibus, promiserunt se singula millia solidorum Guntchramno regi et Chlothario in compositionem daturis, promittentes nunquam terminum civitatum illarum ultra se aggressuros. His ita compositis, regressi sunt reliqui, et narraverunt regi quæ gesserant. Namatus vero episcopus, dum receptis villis infra terminum Namnetice urbis, quas olim parentes ejus perdididerant, ibidem moraretur, pusula malæ ei tres oritur in capite. Ex hoc valde confectus tædio, dum ad civitatem suam reverti enperet, infra Andegavensis territorii terminum, spiritum exhalavit. Corpusculum ejus ad urbem suam delatum, in basilica sancti Aniani confessoris sepultum est in ejus cathedram Austrinus, Pastoris quondam filius, subrogatur. Warochus vero, oblitus sacramenti et cautionis suæ, omnia postposuit quæ promisit. Vineas Namneticorum abstulit, et vindemiam colligens, vinum in Venetium transtulit. Et ex hoc iterum rex Guntchramnus valde furens, exercitum commoveri jussit, sed quie-

XIX. Bellum vero illud quod inter eives Turoni-

^a Hoc caput et duo seqq. desunt in Vat.

^b Interfuit Conc. Matisse. 1, an. 581, et n, an. 585.

^c Regim., *Indimacte*. Colb. m., *Vidimacte*. Cód. Bec. *Vidimacte*.

^d Exstat hodieque canonicorum collegio nobilitata, de ejus antiquitate et prærogativis V. Cl. Hubertus ejusdem eccles. cantor tractatum singularem edidit.

^e Pastor etiam Aunaclarii episc. Autissiodorensis, et Austregildis matris sancti Lupi episc. Senonum, pater fuit, ut ex ejusdem Lupi Vita discimus.

^f Alii, *Chramisindi*, et sic infra.

^g Regm., *Vosagensis territorii pagum*. Colb. m., *territorii Bituri pagum*. Vosagum hunc esse locum qui

cos superius diximus (*Lib. vii, cap. 47*) terminatum, in redivivam rursu insaniam surgit. Nam Sicarius, eum post interfectionem parentum Chramisindi magnam eum eo amicitiam patravisset et in tantum se charitate mutua diligere, ut plerumque simul cibum caperent ac in uno pariter strato recumberent, quadam die eorundem sub nocturno tempore præparat Chramisindus, invitans Sicarium ad epulum suum : quo veniente, resident pariter ad convivium. Cumque Sicarius, erapalatus a vino, multa jactaret in Chramisindum, ad extremum **438** dixisse fertur : Magnas mihi debes referre grates, o dulcissime frater, eo quod interfecerim parentes tuos, de quibus accepta compositione aurum argentumque superabundant in domo tua, et nudus nunc esses et egenus, nisi hæc te causa paululum roborasset. Hæc ille audiens, amaro suscepto animo dicta Sicarii, dixitque in corde suo : Nisi hinc sear interitum parentum meorum, amittere nomen viri debeo, et mulier infamia vocari. Et statim extinctis luminaribus, caput Sicarii sica dividit, qui parvulam in ipso vite termino vocem emittens, cecidit et mortuus est. Pueri vero qui cum eo venerant dilabuntur. Chramisindus exanimatum corpus, nudatum vestimentis, appendit in sepis stipite, ascensisque equitibus ejus ad regem pergit, ingressusque ecclesiam ad pedes prosternitur regis, dicens : Vitam peto, o gloriose rex, eo quod occiderim homines qui, parentibus meis clam interfecis, res omnes diripuerunt. Cuiusque expositis per ordinem causis, et regina Brunchildis graviter accepisset, eo quod in ejus verbo *[id est fide data]* Sicarius positus taliter fuerit interfectus, frendere in eum coepit. At ille cum vidisset eam adversam sibi, Vosagensis territorii Biturici pagum expetiit, in quo ejus parentes debebant, eo quod in regno Guntchramni regis invisus haberetur. Tranquilla quoque conjux Sicarii, relictis filiis et rebus viri sui in Turonico, sive in Pictavo, ad parentes suos Mauriopes vicum expetiit, ibique et matrimonio copulata est. Obiit autem Sicarius quasi annorum quadraginta. Fuit autem in vita sua levis, ebriosus, homicida, qui nonnullis per ebrietatem injuriam intulit. Chramisindus vero iterum ad regem abiit, judicatumque est ei ut convinceret super se eum interfecisse : quod ita fecit. Sed quoniam, ut diximus, regina Brunchildis in verbo suo posuerat Sicarium, ideo res hujus confiscari præcepit ; **439** sed in posterum a Flaviano domestico redditæ sunt.

Gallice *Besage* dicitur p[ro]ut Marollus apud Valesium ; exstat in finibus Biturigum. Si sincera sit codicis Regiomontensis lectio, Vosagi nomine poterit hic intelligi silva Vosagi notissima inter Alsatiam et Lotharingiam, vulgo *la Vosge*, ejus saltém maxima pars ad Childeberti regnum pertinebat. Sed ex consequentibus colligi posse videtur hic de Bituricensi aliquo pagò agi.

^b Est pagus Mauripensis, vulgò *le Hurepoix*, qui inter Sequanam, Icanam et Lupam, *le Loing*, jacet, hanc proenit a Parisiis incipiens, sed ad quem, uti videtur, vicus hic memoratus non potest revocari.

^c Colb. m. et Regm., *viginti*.

Sed et ad Aginnum properans, epistolam ejus elicuit, A ut a nullo contingeretur. Ipsi enim res ejus a regina concessæ fuerant ^a.

XX. Eo anno quoque decimo tertio regis Childeberti, cum ad occursum ejus usque Mettensem urbem properassemus, jussi sumus ad Guntchramnum regem in legationem accedere; quem apud urbem Cabillonensem reperimus, dicentes: Salutem uberrimam mittit tibi gloriosissimus nepos tuus Childebertus, o inelyte rex, immensas referens gratias pietati tuæ, quod a te jugiter comonetur, ut ea agat quæ et Deo placeant, et tibi sint accepta, et populo congrua. De his vero quæ locuti simul fuistis omnia implere promittit, nec quidquam se de pactionibus quæ inter vos conscriptæ sunt, irrumperere pollicetur. Et rex ad hæc ait: Non similiter ego gratias ago, quod taliter irrumperitur quod mihi promissum est. Pars mea de urbe Silvanectensi non redditur ^b; homines quos pro utilitate mea, quia mihi infensi erant, migrare volui, non permiserunt. Et quomodo dicitis quod nihil de pactionibus scriptis transcendere vult dulcissimus nepos meus? Et nos ad hæc: Nihil vult contra pactiones agere illas, sed omnia implere promittit, ita ut de præsentibus, si ad divisionem Silvanectensem vis mittere, nec tardetur: statim enim recipies tuum. De hominibus vero quos dicis, nomina scripta tradentur, et omnia quæ promissa sunt implebuntur. Hæc nobis loquentibus, pactionem ipsam relegi rex coram astantibus jubet.

EXEMPLAR PACTIONIS.

Cum in Christi nomine præcellentissimi **440** C domni Guntchramnus et Childebertus reges, et gloriosissima domna Brunichildis regina, Andelann ^c et charitatis studio convenissent, ut omnia quæ undecunque inter ipsos scandalum poterant generare, pleniori consilio definirent; id inter eos, mediantibus sacerdotibus atque proceribus, Deo medio, charitatis studio sedit, complacuit atque convenit. Ut quoad eos Deus omnipotens in præsentibus sæculo superesse voluerit, fidem et charitatem puram et simplicem sibi debeant conservare. Similiter quia domnus

^a Colb. m. et Bad., concessæ sunt.

^b Aut certe pars Rossontensis in compensationem, ut infra in pactione habetur.

^c Castrum Lingonensis diocesis, vulgo *Andelot* dictum, inter ipsam urbem Lingonensium et Nasim Leucorum castrum. Distinguendum ab alio ejusdem nominis castro et monasterio Vosagi salutis versus Alsatiam, vulgo *Andelaw*; item et ab Andelaw, seu Andeleis et Andilegio, vulgo *Andelys*, diocesis Rothomagensis oppido, parthenone antiquo ord. sancti Benedicti, et collegiata insignito.

^d Id est, qui pro Childeberto loquebantur: qui loquendi modus hodieque in foro usurpatur.

^e Nota sunt hæc loca Dunum, de qua supra ad cap. 17, lib. vii, vulgo *Châteaudun*, ad Lidericum fluvium, sicut et Vindocinum, *Vendôme*, ubi celebris abbatia ord. sancti Benedicti; pagus Stampensis sic dictus est a Stampis, *Etampes*, Senonum oppido ad Junnam annem, quod fere medium est inter Parisios, Ambranos, Senonas et Carnutas. Vide lib. iv de re Diplomatica.

^f Ed. quidam, *Meldouenses*. Chesn. al., *Medus*, *Turonis*, *Pictavis*. Urbes hic enumeratæ notæ sunt,

quæ hodieque cathedra episcopali pollent. Meldæ, *Meaux*, in Briegio seu Bria hodierna; Silvanectum, *Sentis*; Alrineatæ, *Avranches* in Normannia; Vicus-Julii, hodie *Adura*, *Aire* in Vasconia; Consoranorum pagus urbem habet ad Salatam fluvium, *la Sate*, a sancto Licerio, *saint Lizier*, dictam. Is est Glicerius epi-e. Consoranensis, qui concilio Agathensi subscripsit. Lapurdum, seu civitas Boatium, hodie *Baiona*, vulgo *Bayonne*, appellatur, ut probat Valeus in Notitiâ Galliarum; Albige, *Alby*, quæ, detractis a Bituricensi provincia sex civitatibus, in metropolim ab Innocentia XI erecta est. Pontificium diploma ea de re datum est an. 1678, die 5 Nonas Octobris.

^g Casin., *permiserit*. Bec., *voluerit*.

^h Simul cum sorore sua Chlodeberge, quæ jam defuncta erat, memoratur in Concilio Valentino ii, anno 584, ubi *puella Deo sacrata* appellantur.

ⁱ Præsidium, ut jam diximus, appellabant hujus ævi auctores pecuniam pro necessariis ex industria reservatam. Vide Conc. Paris. v, can. 8. Præsidium interpretatur Hugo Menardus in Notis ad Sacrament. sancti Gregorii bona mobilia.

rex, ut si, ut habet humana fragilitas, quod divina pietas non permittat, nec ille videre desiderat, contigerit dominum Childebertum, eo superstite de hac luce migrare, filios suos Theodobertum et Theodorium reges, vel si adhuc alios ipsi Deus dare voluerit, ut pius pater sub sua tuitione et defensione recipiat, ita ut regnum patris eorum sub omni soliditate possideant; et genitricem domni Childeberti, domnam Brunichildem reginam, vel filiam ejus Chlodouindam, germanam domni Childeberti regis, quaudiu infra regionem Francorum fuerit, vel ejus reginam Faileubam ^a, tanquam sororem bonam, et filias in sua tuitione et defensione, spiritali dilectione, recipiat, et sub omni honore et dignitate cum omnibus rebus earum, cum civitatibus, agris, redditibus vel cunctis titulis, et omni corpore facultatis, tam **442** quod præsentibus videntur tempore possidere, quam quod adhuc, Christo præse, juste potuerint augmentare, sub omni securitate et quiete possideant: ut si quid de agris fiscalibus, vel speciebus, atque præsidio, pro arbitrii sui voluntate facere, aut cuiquam conferre voluerint, fixa stabilitate in perpetuo conservetur, nec a quibuscumque voluntas illarum ullo tempore convellatur. De civitatibus vero, hoc est Burdegala, Lemovica, Cadurco, Benarno et Begorra, quas Galesuindam ^b germanam domnæ Brunichildis, tam in dote quam in morganegeba ^c, hoc est, matutinali dono, in Franciam venientem certum est acquisisse. Quas etiam per iudicium gloriosissimi domni Guntchramni regis vel Francorum, superstites Chilperico et Sigiberto regibus, domna Brunichildis noscitur acquisisse, ita convenit, scilicet ut Cadureum civitatem, cum terminis et cuncto populo suo domna Brunichildis de præsentibus in sua proprietate percipiat. Reliquas vero civitates, ex hac conditione superius nominatas, domnus Guntchramnus dum advivit possideat, ita ut quandoque post ejus transitum in dominationem domnæ Brunichildis herediturque suorum cum omni soliditate, Deo propitio, revertantur; nec superstite domino Guntchramno, neque a domna Brunichilde, neque a filio suo Childeberto rege, filiisque suis, quolibet ingenio, vel tempore repetantur. Simili modo convenit, ut Silvanectis domus Childebertus in integritate teneat; et quantum tertia domni Guntchramni exinde debita competit, de tertia domni Childeberti, quæ est in Rossontensi ^d, domni Guntchramni partibus compensetur. Similiter convenit, ut secundum pactiones inter dominum Guntchramnum et bonæ memoriæ dominum Sigibertum initas, leudes illi, qui domno

A Guntchramno post transitum domni **443** Chlothacharii sacramenta primitus præbuerunt; et si postea convincuntur in parte alia tradidisse, de locis ubi commanere videntur, convenit ut debeant removeri. Similiter et qui post transitum domni Chlothacharii convincuntur domino Sigiberto sacramenta primitus præbuisse, et se in aliam partem transtulerunt, modo simili removeantur. Similiter quidquid antefati reges ecclesiis aut fidelibus suis contulerunt, aut adhuc conferre cum justitia, Deo propitio, voluerint, stabiliter conserventur; et quidquid unicuique fidelium in utriusque regno per legem et justitiam redhibetur, nullum ei præjudicium pariat, sed liceat res debitas possidere atque recipere. Et si aliquid cuicumque per interregna sine culpa sublatum est, audientia habita restauretur. Et de eo quod per munificentias præcedentium regum unusquisque usque ad transitum gloriosæ memoriæ domni Chlothacharii regis possedit, eum securitate possideat, et quod exinde fidelibus personis ablatum est, de præsentibus recipiat. Et quia inter præfatos reges pura et simplex est in Dei nomine concordia illigata, convenit ut in utroque regno utriusque fidelibus, tam pro causis publicis quam privatis, quicumque voluerit ambulare, pervium nullis temporibus denegetur. Similiter convenit, ut nullus alterius leudes nec sollicitet, nec venientes excepiat. Quod si forsitan pro aliqua amissione partem alteram crediderit expectandam, juxta qualitatem culpæ excusati reddantur. Hoc etiam huic addi placuit pactioni, ut si qua pars præsentibus statuta sub quacumque calliditate, tempore quocumque transcenderit, omnia beneficia, tam repromissa quam in præsentibus collata, amittat, et illi proficiat qui inviolabiliter omnia supra-cripta servaverit, **444** et sit de sacramentorum obligatione in omnibus absoluta. His itaque omnibus definitis, jurant partes per Dei omnipotentis nomen et inseparabilem Trinitatem, vel divina omnia ac tremendum diem iudicii, se omnia, quæ superius scripta sunt, absque ullo dolo malo vel fraudis ingenio inviolabiliter servaturos. Facta pactio sub die quarto ^f kalendis Decembris, anno vicesimo sexto [I. anno 587] regni domni Guntchramni regis ^g, domni Childeberti vero duodecimo anno.

D Lectis igitur pactionibus, ait rex: Iudicio Dei ferriar, si de his quidquam transcendero quæ hic continentur. Et conversus ad Felieem, qui tunc nobiscum legatus advenerat, ait: Dic, o Felix, jam enim plenissime connexuisti amicitias inter sororem meam Brunichildem, et inimicam Dei et hominum Frede-

^a Colb., *Fagileibam*.

^b Uxor Chilperici, quæ strangulata fuit, supra lib. IV, cap. 28, ubi dicitur *Galsuintha*.

^c Cui ignota esset hæc vox exscriptoribus, eam varii varie scripserunt. Regm. et Colb. ni., *Morganeliba*; Colb. a., *Morgungeba*; Freh. al. et Chesn. al., *Morgangeba*. Donum erat quod die nuptiarum sponsus inane sponsæ conferebat. Ejus etymon et varias significationes ex compluribus auctoribus fusius exponit Cangius in Glossario.

^d Colb. m. et Chesn. al., *Rosoutisse*; Bec., *Ros-*

soutisse. Forte hic designatur Ressonum Longum, *Rosson-le-Long*, vicus inter Snessionas et Vicum ad Axonam, *Vic-sur-Aisne*. Alii tamen eussent hic memorari *Rossonum* in pago Bellovacensi situm, vulgo *Resson*, quod uni e novem ecclesiæ Bellovacensis archidiaconis nomine tribuit.

^e Sic mss. omnes; editi vero, *contulerunt*.

^f Colb. m. et Regm. eum Bad., *die tercio*.

^g Quæ sequuntur usque ad finem capitis non habentur in Colb. a. et Vat.

gandem. Quo negante, ego dixi: Non dubitet rex A qua illæ amicitia inter easdem custodiuntur, quæ ante hos annos plurimos sunt ligatæ. Nam certe scias quia odium, quod inter illas olim statutum est, adhuc pullulat, non arescit. Utinam tu, o rex gloriosissime, minus cum ea charitatem haberes. Nam, ut sæpe cognovimus, dignius ejus legationem quam nostram exceipis. Et ille: Scias, inquit, sacerdos Dei, quia sic ejus legationem suscipio, ut charitatem nepotis mei Childeberti regis non omittam. Nam ibi [Al. illi] amicitias ligare non possum, de qua sæpius processerunt, qui mihi vitam præsentem auferrent. Hæc eo dicente, Felix ait: Pervenisse ad gloriam vestram credo, quod Richaredus legationem ad nepotent vestrum direxit (V. sup. cap. 16), quæ neptem vestram Chlodosuindam, filiam fratris vestri, ei in B matrimonio postularet. Sed ille absque vestro consilio nihil exinde promittere voluit. Rex ait^a: Non est optimum enim, ut illic neptis 445 mea ambulet, ubi soror sua est interfecta; sed nec illud rationabiliter complacet, ut non ulciscatur mors neptis meæ Ingundis. Felix respondet: Multum se exinde evensare volunt, aut sacramentis, aut quibuslibet aliis conditionibus jusseritis; tantum vos consensum præbete, ut ei Chlodosuinda, sicut postulat, desponsetur. Rex ait: Si enim nepos meus implet quæ in pactionibus conscribi voluit, et ego de his facio voluntatem ejus. Promittentibus nobis cum omnia impleturum, adjeit Felix: Deprecatur etiam pietatem vestram, ut ei solatium contra Langobardos tribuatis, qualiter expulsis de Italia, pars illa quam genitor C suis vindicavit vivens, ad eum revertatur; reliqua vero pars per vestrum suumque solatium imperatoris ditionibus restituatur. Respondit rex: Non, inquit, possum in Italiam exercitum meum dirigere, ut ult o eos morti tradam: gravissima enim lues Italiam nunc devastat. Et ego: Indicastis enim nepoti vestro, ut omnes regni sui episcopi in unum convenirent, quia multa sunt quæ debeant indagari: sed juxta consuetudinem canonum, placebat gloriosissimo nepoti vestro, ut unusquisque metropolis cum provincialibus [Ch. comprovincialibus] suis conjungeretur: et tunc quæ irrationabiliter in regione propria fiebant, sanctione sacerdotali emendarentur. Quæ enim causa exstat, ut in unum tanta multitudo conveniat?

^a Editio Badii sic habet: *Ad quod rex cognoscens et animo reprensus quæ de perfidia illius audierat, maturo consilio respondit: Non est visum prudenter a me fieri si consentirem, ut illic neptis mea, quam singulariter diligere debeo, mittatur, ubi soror ejus innocentula turpissima fraude vulgo prædicatur interfecta. Sed nec illud regiam decet majestatem, aut nostro generi honestum duco, ut de morte nefanda neptis meæ charissimæ Ingundis nullam suam vindictam aut ultionem. Felix autem lætatus ad hoc respondit: Multa, rex acquisimè, malivolorum hominum lingue asserere solent, quæ procul sunt a veritate. Ideoque illis priusquam justa facta sit inquisitio, nullam decet adhibere fidem. Richaredus autem se omni via, qua decet, purgare paratus est, sive sacramentis, sive quibuscumque aliis conditionibus jusseritis, se immunem esse ab iis quæ obijciuntur a perditis hominibus, quibus doleret, si veram ac sinceram, ut decet, inter vos viderent cha-*

ritatem. Quapropter placeat purgationem ejus legitimam admittere, et si talis comperta fuerit, id tandem permittite, ut ei Chlodosuinda, sicut postulat, desponsetur. Rex itaque audiens tam constantem oblationem de purgatione Richaredi faciendam, consideransque si innocens esset eorum, quæ ipsi tunc obijciuntur, quæ a Richaredo postulabantur, essent regno utilia, nepti honorifica, et ita nequaquam respicienda, cepit animum flectere ac dixit: Si modo vera sunt quæ dicis, et Richaredus [legendum puto, Childebertus] nepos meus implet quæ in pactionibus conscribi voluit, etc. b Nulla usquam synodi hujus mentio occurrat; hinc dubitare licet an fuerit unquam coacta. c In Bad., omissis intermediis, hæc eum media parte capitis sequentis sic junguntur: Solemnitas, ob quam omnia devotius, et cum majore charitate transacta sunt; et quasi religione feret quidquid a rege fiebat, eodem tempore ita gestum est. Per triduum, etc.

XXI. Ipse autem rex, ut sæpe diximus, in elemosynis magnus, in vigiliis atque jejuniis promptus erat. Nam tunc ferebatur Massiliam a lue inguinaria valde vastari, et hunc morbum usque ad Lugdunensem vicum, Octavum nomine, fuisse eceleriter prolatum. Sed rex, ac si bonus sacerdos, providens remedia, quibus cicatrices peccatoris vulgi mederentur, jussit omnem populum ad ecclesiam convenire, et Rogationes summa cum devotione celebrari, et nihil

^b Editio Badii sic habet: *Ad quod rex cognoscens et animo reprensus quæ de perfidia illius audierat, maturo consilio respondit: Non est visum prudenter a me fieri si consentirem, ut illic neptis mea, quam singulariter diligere debeo, mittatur, ubi soror ejus innocentula turpissima fraude vulgo prædicatur interfecta. Sed nec illud regiam decet majestatem, aut nostro generi honestum duco, ut de morte nefanda neptis meæ charissimæ Ingundis nullam suam vindictam aut ultionem. Felix autem lætatus ad hoc respondit: Multa, rex acquisimè, malivolorum hominum lingue asserere solent, quæ procul sunt a veritate. Ideoque illis priusquam justa facta sit inquisitio, nullam decet adhibere fidem. Richaredus autem se omni via, qua decet, purgare paratus est, sive sacramentis, sive quibuscumque aliis conditionibus jusseritis, se immunem esse ab iis quæ obijciuntur a perditis hominibus, quibus doleret, si veram ac sinceram, ut decet, inter vos viderent cha-*

^c In Bad., omissis intermediis, hæc eum media parte capitis sequentis sic junguntur: Solemnitas, ob quam omnia devotius, et cum majore charitate transacta sunt; et quasi religione feret quidquid a rege fiebat, eodem tempore ita gestum est. Per triduum, etc.

aliud in usu vescendi, nisi panem hordeaceum cum aqua munda assumi, vigiliisque adesse instanter omnes jubet : quod eo tempore ita gestum est. Per triduum enim; ipsius eleemosynis largius solito præcurrentibus, ita de cuncto populo formidabat, ut jam hinc non rex tantum, sed etiam sacerdos Domini putaretur, totam spem suam in Domini miserationem transfundens, et in ipso jactans cogitationes, quæ ei superveniebant, **447** a quo eas effectui tradi tota fidei integritate putabat. Nam celebre tunc a fidelibus ferebatur, quod mulier quædam, cujus filius quartano typo gravabatur et in strato anxius decubabat, accessit inter turbas populi usque ad tergum regis, abruptisque clam regalis indumenti simbriis in aquam posuit filioque bibendum dedit, statimque restincta febre sanatus est. Quod non habetur a me dubium, cum ego ipse sæpius larvas ^a ene già famulante nomen ejus invocantes audierim, ac criminum propriorum gesta, virtute ipsius discernente, fateri.

XXII. Nam ^b sicut superius diximus, Massiliensis urbs contagio pessimo ægrota, quanta sustinuerit, altius replicare placuit. His enim diebus Theodorus episcopus ^c ad regem abierat, quasi aliquid contra Nectinum patricium suggesturus. Sed cum a rege Childeberto minime de hac causa fuisset auditus, ad propria redire disposuit. Interea navis ab Hispania una cum negotio solito ad portum ejus appulsa est, quæ hujus morbi fomitem secum nequiter deferebat : de qua cum multi civium diversa mercarentur, una confestim domus, in qua octo animæ erant, hoc contagio interfectis habitatoribus, relicta est vacua. Nec statim hoc incendium suis per domos spargitur totas : sed interrupto certi temporis spatio, ac velut in segetem flamma accensa, urbem totam morbi incendio conflagravit. Episcopus tamen urbis accessit ad locum, et se infra basilicæ sancti Victoris ^d septa continuit cum paucis qui tunc cum ipso remanserant, ibique per totam urbis stragem orationibus ac vigiliis vacans Domini misericordiam exorabat, ut tandem, cessante interitu, populo liceret in pace quiescere. **448** Cessante vero hac plaga mensibus duobus, cum jam populus securus redisset ad urbem, iterum succedente morbo, qui redierant sunt de-

A functi : sed et multis vicibus deinceps ab hoc interitu gravata est.

XXIII. Agericus vero Viridunensis episcopus, cum ex illo diurnæ amaritudinis felle graviter ægrotaret, pro eo quod Guntchramnus Boso, pro quo fidejussor extiterat, interfectus esset; vel etiam abdita amaritudine, quod Berthefredus infra oratorium domus ecclesiasticæ fuerat interfectus, et præsertim cum ipsos Guntchramni filios secum retinens quotidie fleret, dicens : In meo vos odio orphani relictis; his accensus, ut diximus, causis, felle amaritudine aggravatus, et maxime forti inedia consumptus, diem obiit ^e, appositusque est in sepulcro. Buciovaldus quoque abbas ejus pro episcopatu cucurrit, sed nihil obtinuit. Charimerem enim referendarium cum consensu civium regalis decrevit auctoritas fieri sacerdotem, Buciovaldo abbate postposito. Ferebant enim hunc esse superbum, et ob hoc a nonnullis Buccusvalidus vocitabatur. Obiit autem et Licerius Arelatensis episcopus, in cujus ecclesiam Virgilius abbas Augustodunensis, opitulante Syagrio episcopo, substitutus est ^f.

XXIV. Obiit autem et Deutherius ^g Vinciensis episcopus, in cujus locum Fronimius subrogatus est. Ille autem Fronimius Bituricæ urbis incolæ fuit, sed causa nescio qua in Septimaniam abiit; ac post mortem Athanagildi regis a Leuvane successore ejus magnifice est receptus, atque in urbe Agathensi episcopus ordinatus est. Sed post mortem Leuvaniscum Leuvichildus **449** in illa hæreticæ pravitatis perfidia grassaretur, et Ingundis filia Sigiberti regis, cujus supra meminimus (*Lib. v, cap. 39, etc.*), in Hispaniam ad matrimonium duceretur, audivit Leuvichildus, quasi hic episcopus ei consilium dedisset, ut nunquam se veneno hæreticæ credulitatis deberet admiscere; et ob hoc semper ei molestus injuriarum laqueos intendebat, quousque eum ab episcopatu dejiceret. Cumque non inveniret quibus eum municipulis posset innectere, ad extremum emisit qui eum gladio deberet appetere. Quod ille per inter-nuntios cognoscens, relicta urbe Agathensi, in Gallias advenit, ibique a multis episcopis receptus ac muneratus, ad Childebertum regem pertransiit. Sicque

^a Id est energumenos sive dæmoniacos. Narrat Paulus Diaconus lib. iv Hist. Langob., cap. 33, ejusdem regis visionem, qua thesaurum invenit, quo postea ad exornandum sancti Marcelli sepulcrum usus est. Vide et Aimoin. lib. iii, cap. 3.

^b Hoc caput et quatuor subsequencia desunt in Colb. a. In Vat. autem cum 3 seqq.

^c Mss. duo, *Theodorus ad regem*, ommissa hac voce episcopus.

^d De sancto Victore Massiliensi mart. agit item Gregorius lib. i de Glor. Mart., cap. 77.

^e Sancti Agerici festum celebratur die 1 Decembris. Laudatur a Fortunato lib. iii, carm. 27 et 28. Sepultus est Veroduni in oratorio sancti Martini a se extracto, quod nunc ab ipso sancti Agerici appellatur, cum monasterio ei adjuncto, ordinis sancti Benedicti, quod abbate regulari gaudet, ex congreg. sancti Vitoni.

^f Inter utrumque Saxius Paschasium locat, qui brevissimo temporis intervallo sedit; et quidem in

D veteribus Pontyeliis Arelatensis ecclesiæ a nostro Mabillonio ^g t. III Analect. Paschasius eodem ordine recensetur. Virgilium autem ex abbate Lirinensi episcopum fuisse creatum idem auctor contendit, ex ipsiusmet Virgilii Vita. Sed potior videtur Gregorii auctoritas, qui Virgilio synchronus fuit: unde Barralis, qui ejus vitam edidit in Chronologia Lirinensi, ipsum ex monacho Lirinensi abbatem Augustodunensem, ex abbate vero Arelatensem episcopum fuisse memorat. Virgilio complures epistolas scripsit Gregorius Magnus. De eo Bollandiani die 5 Martii, quo apud Lirinensibus festum ejus celebratur, Arelate vero die 7 Octobris.

^g Bec., *Deotherius*; Colb. m. et Regm., *Deotherius*. Interfuit Concilio Aurelian. iv, an. 544, aliisque intermediis, ad an. 585, quo ipsius missus Matisco, et interfuit cum Fronimio ipsius successore, qui subscripsit inter episcopos, qui sedem non habebant.

patefacto loco, apud supradictam urbem, potestatem A pontificalem nono dejectionis suæ anno, rege largiente, suscepit.

Britanni eo anno graviter territorium Namneticum Rhedonicumque prædæ subjecerunt, vindemiantes vineas, culturas devastantes, ac populum villarum abducentes captivum, nihilque de promissis superioribus custodientes, et non solum non custodientes promissa, verum etiam detrahentes regibus nostris.

XXV. Igitur Childebertus rex cum petentibus Langobardis sororem suam regi^a eorum esse conjugem, acceptis muneribus, promississet; advenientibus Gothorum legatis ipsam, eo quod gentem illam ad fidem catholicam conversam fuisse cognosceret, repromisit^b, ac legationem ad imperatorem direxit, ut quod prius non fecerat^c, nunc contra Langobardorum gentem debellans cum ejus consilio eos ab Italia removeret; nihilominus et exercitum suum ad regionem ipsam capessendam direxit. Commonis ducebibus cum exercitu illuc abeuntibus, 450 confligunt pariter: sed nostris valde cæsis, multi prostrati, nonnulli capti, plurimi etiam per fogam lapsi vix in patriam redierunt. Tantaque ibi fuit strages de Francorum exercitu, ut olim similis non recolatur.

XXVI. Anno quoque quarto decimo Childeberti regis Ingoberga regina, Chariberti quondam relicta, migravit a sæculo, mulier valde cauta^d ac vita religiosa prædita, vigiliis et orationibus atque elemosynis non ignava: quæ, credo, per providentiam Dei commonita, ad me usque nuntios dirigens, ut in his quæ de voluntate sua, id est pro animæ remedio cogitabat, adjutor existerem; sic tamen ut ad ipsam accedens, quæ consilio habito fieri decernebat, scriptura connecteret. Accessi, fatcor, vidi hominem timentem Deum: quæ eum me benigne exceperat, notarium vocat, et habito, ut dixi, mecum consilio, quædam ecclesiæ Turonicæ et basilicæ sancti Martini, quædam Cenomanicæ ecclesiæ delegavit; ac post paucos menses^e, subitanea ægritudine fatigata, migravit a sæculo, multos per chartulas^f liberos derelinquens, septuagesimo, ut arbitror, vitæ anno, relinquens filiam unicam, quam in Cantia regis cujusdam filius^g matrimonio copulavit.

^a Is erat Antharius, Gregorio nostro infra lib. x, cap. 3, *Aptacharius*, qui postea duxit uxorem Theodelindam, Garibaldi Bajoariorum ducis seu regis filiam, ut pluribus prosequitur Paulus Diaconus lib. iii de Gestis Langob., cap. 31. Ad eam complures existant Gregorii M. epistolæ.

^b Hæc fuit Chlodosvinda, quæ neutri regi nupsit, uti videtur; aut saltem paulo post nuptias cum Reccaredo contractas obiisse dicenda est. Etenim Reccaredus cum Baddone regina uxore sua, æra 627, anno regni sui 4, subscripsit professioni fidei catholice. Hinc conjicere licet Reccaredum pertasum, quod toties a Francis repulsam passus fuisset, aliquam e suis popularibus uxorem accepisse. Et quidem Liuba ejus filius et successor *ignobili matre genitus* dicitur in Isidori Chronico æra 659.

^c Iluc revocandum quod Gregorius ea de re scripsit supra lib. vi, cap. 42. De hac vero legatione ægetur fœsus lib. x, cap. 2 et seqq. Confer et cap.

XXVII. Amalo quoque dux dum conjugem in aliam villam pro exercenda utilitate dirigit, in amorem puellulæ cujusdam ingenuæ ruit. Et facta nocte crapulatus a vino misit pueros, ut detrahentes puellulam, eam toro ejus ascirent. Illa quoque repugnante, et violenter in ejus mansionem deducta, dum eam alapis cædunt, sanguinis unda ex narium meatibus decurrente perfunditur. Unde factum est ut ipse quoque stratus ducis antedicti hoc rivo cruentaretur, 451 quam et ipse pugnis, colaphis, aliisque ictibus verberatam in ulnam suscepit, et statim oppressus somno dormire cœpit. At illa extensa manu trans caput viri gladium reperit: quo evaginato, caput ducis, velut Judith Holofernis, ictu virili libavit. Illo quoque voces emittente, concurrunt famuli.

Quam cum interficere vellent, exclamavit ille, dicens: Ne faciatis, quæso. Ego enim peccavi, qui vim castitati inferre conatus sum. Nam hæc quæ pudicitiam studuit conservare, omnino non pereat. Hæc dicens, spiritum exhalavit. Cumque super eum familia conjuncta lamentaretur, adjutorio Dei eruta puella domum egreditur, et per noctem Cabillonensem urbem adiit, quæ est sita ab eo loco quasi millia^h triginta quinque: ibique basilicam sancti Marcelli ingressa, regis prostrata pedibus, cuncta quæ pertulerat pandit. Tunc rex misericordissimus non solum ei vitam donavit, verum etiam præceptionem tribui jussit, ut in verbo suo positâ, a nullo unquam parentum defuncti illius in aliqua molestiam pateretur. Verumtamen hoc Deo præstante cognovimus, quod puellæ castitas non est ab ereptore sævo [Al. suo] ullatenus violata.

XXVIII. Brunichildisⁱ quoque regina jussit fabricari ex auro ac gemmis miræ magnitudinis clypeum, ipsamque cum duabus pateris ligneis, quas vulgo *baechinon*^j vocant, eisdemque similiter ex gemmis fabricatis et auro, in Hispaniam regi mittit: in qua Ebregeisilum, qui sæpe ad ipsam regionem legationis gratia accesserat, direxit. Quo abeunte, nuntiatum est regi Guntchramno, dicente quodam, quia Brunichildis regina ad filios Gundovaldi^k munera dirigit. Quod rex audiens, jussit custodias arduas per vias regni sui fieri, ita ut nullus penitus præterire possit, qui non discuteretur. Inquirebant etiam in hominum

⁵⁰ lib. iii Hist. Lang. Pauli Diaconus, ubi Francorum stragem iisdem pene verbis ac Gregorius noster exprimit, ejus verba laudans sub nomine *Historiæ Francorum*.

^d Regm. cum ed., *cordata*.

^e Colb. m., *paucos dies*. Ingobergam aliquid ecclesiæ sanctæ Mariæ Cenomannensi dimisisse testis est Bertramus ejusdem urbis episcopus in suo testamento, tom. III Analect., pag. 114.

^f Ejus rei formulam habes apud Marculf. lib. ii, cap. 33.

^g Ethelbertus scilicet, vide supra lib. iv, cap. 26.

^h Colb. a., *millia quindecim*.

ⁱ In Vat. et Colb. a. caput istud et sequens desunt.

^j Colb. m., *baechinon*; Regm., *baethinon*. Teutonice *becken*, Gallice vero dicimus *bassin*.

^k Ejus scilicet, qui sese filium Chlotharii dicens, occisus est, supra lib. vii, cap. 38.

vel vestimentis, vel calceamentis, **452** aut in reliquis rebus, si occulte litteræ portarentur. Ebreghisilus vero Parisios accedens cum his speciebus, ab Ebrachario duce comprehensus, ad Guntelramnum deducitur. Dixitque ei rex: Non sufficit, o infelicissime hominum, quod impudico consilio Ballouerent illum, quem Gundovaldum vocitatis, ad conjugium areessistis, quem manus mea subegit, qui voluit ditioni suæ regni nostri superare^a potentiam; et nunc filiis ejus munera mittitis, ut ipsos iterum in Gallias provocetis ad me jugulandum? Ideoque non accedes quo volueris, sed morte morieris, quia contraria est legatio tua genti nostræ. Illo quoque recusante, non se his verbis esse communem, sed potius ad Richaredum, qui Chlodosuindam sororem Childeberti regis sponsare debuerat, hæc munera mitti, **B** credit rex loquenti, et dimisit eum; abiitque in itinere quo directus fuit cum ipsis muneribus.

XXIX. Igitur Childebertus rex invitante Sigiberto^b Momociacensis oppidi sacerdote, dies Paschæ ad supradictam celebrari statuit urbem. Graviter tunc Theodobertus filius ejus senior, gulæ afflictus timore laboravit, sed convaluit. Interea Childebertus rex exercitum commovet, et in Italiam ad debellandam Langobardorum gentem, cum eisdem pergere parat. Sed Langobardi his auditis, legatos cum muneribus mittunt, dicentes: Sit amicitia inter nos, et non pereamus, ac dissolvamus certum ditioni tuæ tributum. Ac ubicunque necessarium contra inimicos fuerit, ferre auxilium non pigebit. Hæc Childebertus rex audiens, ad Guntelramnum regem legatos dirigit, qui ea quæ ab his offerebantur, in ejus auribus intimarent. Sed ille non obvius de hac conniventia^c, consilium ad confirmandam pacem præbuit. Childebertus vero rex jussit exercitum in loco residere: misitque legatos ad Langobardos, **453** ut si hæc quæ promiserant confirmarent, exercitus revertetur ad propria; sed minime est impletum.

XXX. Childebertus vero rex describentes in Pictavos, invitante Marveo episcopo, jussit abire, id est Florentianum majorem domus regis^d, et Romulfum palatii sui comitem, ut scilicet populus censum, quem tempore patris reddiderat, facta ratione innovaturæ^e, reddere deberet. Multi enim ex his defuncti fuerant et ob hoc viduis, orphanisque ac debilibus tributum pondus insederat: quod hi dicentibus per ordinem, relaxantes pauperes ac infirmos illos,

^a Regni., *subjugare potentiam*.

^b Sic mss. præter Bec. qui cum editis ante Chesn. habet *Sigimundo*. Chesnus utramque lectioem exhibet. Non minor est de sedis ejus nomine difficultas. Bad. habet *Noviociacensis*; Regni., *Noviomensis*: quæ lectio si sincera sit, nulla superest difficultas. Valesius et Cointius legendum esse existimant *Moguntiacensis*. Nihil lucis huic difficultati affulget ex vulgatis episcoporum Moguntinorum seu Noviomensium catalogis. Sidonius circa illa tempora ecclesiam Moguntinam regebat ex Fortunato lib. ix, carm. 9, sed jam tunc forte obierat, ut censet Cointius, qui ipsi Gregorii nostri Sigimundum, seu Sigibertum, sive etiam, uti eum appellat Serarius, Willi-

quos justitiæ conditio tributarios dabat. censu publico subdiderunt, et sic Turonis sunt delati. Sed cum populis tributariam functionem infligere vellent, dicentes quia librum præ manibus haberent, qualiter sub anteriorum regum tempore dissolvissent, respondimus nos, dicentes: Descriptam urbem Turonicam Chlothacharii regis tempore manifestum est, librique illi ad regis præsentiam abierunt; sed compuncto per timorem sancti Martini antistitis rege, incensi sunt. Post mortem vero Chlothacharii regis, Chariberto regi populus hic sacramentum dedit; similiter etiam et ille eum juramento promisit, ut leges consuetudinesque novas populo non infligeret, sed in illo quod quondam sub patris dominatione statu vixerant, in ipso hic eos deinceps retineret; neque ullam novam ordinationem se inflicturum super eos, quod pertineret ad spoliū, spondit. Gaiso vero comes ejusdem temporis accepto capitulario, quod anteriores scriptores fecisse commemoravimus, tributa cœpit exigere: sed ab Eufronio episcopo prohibitus, cum exacta pravitate ad regis direxit præsentiam, ostendens capitularium in quo tributa continebantur. Sed rex ingemiscens, ac metuens virtutem sancti Martini, ipsum incendio tradidit: aureos exactos basilicæ sancti Martini remisit, obtestans ut nullus de populo **454** Turonico ullum tributum publico redderet. Post ejus obitum Sigibertus rex hanc urbem tenuit, nec ullius tributum pondus invexit. Sic et nunc quarto decimo anno Childebertus post patris obitum regnans, nihil exegit, nec ullo tributum onere hæc urbs aggravata congemuit. Nunc autem potestatis vestræ est, utrum censeatis tributum, an non: sed videte ne aliquid noceatis, si contra ejus sacramentum ambulare disponitis. Hæc me dicente responderunt: Ecce librum præ manibus habemus, in quo census huic populo est inflictus. Et ego aio: Liber hic a regis thesauro delatus non est, nec unquam per tot convaluit annos. Non est mirum enim si pro inimicitiiis horum civium, in ejuscunquē domo reservatus est. Judicabit enim Deus super eos, qui pro spoliis civium nostrorum hunc post tanti temporis transactum spatium protulerunt. Dum autem hæc agerentur, Audini filius, qui librum ipsum protulerat, ipsa die a febre correptus, die tertia exspiravit. Posthæc nos transmisimus nuntios ad regem, ut quid de hæc causa **D** juberet, mandata remitteret. Sed protinus epistolam cum auctoritate^f miserunt, ne populus Turonicus pro reverentia sancti Martini describeretur. Quibus

bertum successisse scribit. Thanmastus seu Theomastus *Momociacensis* item episcopus laudatur in lib. de Glor. Confess., cap. 53.

^c Casin., *convenientia*.

^d Colb. a. *Domus Reginæ*. Regni. vero Romulfum palatii *vicecomitem*, appellat. De his vide lib. iv Mirac. sancti Martini cap. 6, et Fortunat. lib. x, carm. 17 et 18.

^e Editi aliquot cum Bec. *innovata re*.

^f Auctoritas diploma, seu præceptum regium erat, quod ceteris præstabat, ideoque, uti videtur, manu regis subscriptum, ac insinsumulo sigillatum, uti colligitur ex epist. S. Radegundis infra cap. 42. Vide Bignonii notas in lib. i Marculfi Form. 4.

relectis, statim viri qui ad hæc missi fuerant, ad patriam sunt regressi.

XXXI. Guntchramnus ^a vero rex exercitum commovit in Septimaniam ^b; Austroualdus autem dux prius Carcassonam accedens sacramenta suscepit, ipsosque populos ditioni subegerat regiæ. Rex autem ad reliquas civitates capiendas Bosonem cum Antestio destinavit. Qui accedens cum superbia, despecto Austroualdo duce, atque condemnato, cur absque eo Carcassonam ingredi præsumpsisset, ipse cum Santoniciis, Petragoricis, Burdegalensibusque, Agennensibus etiam ac Tolosanis illuc direxit [perrexit]. Cumque in hac jactantia ferretur, et Gotthis hæc nuntiata fuissent, paraverunt se in insidiis. Hic vero super fluvium parvulum **455** propinquum urbi castra ponit, epulis insedit, ebrietatibus incumbit, conviciis et blasphemis Gotthos exaggerans. Illique irruentes super ipsos, reperiunt epulantes inopinantesque. Tunc hi dantes voces, exurgunt contra eos. At illi paululum resistentes, fugam simulant, prosequentibusque istis consurgunt qui præparati erant de insidiis, concludentesque eos in medio, usque ad internecionem ceciderunt. Qui autem evadere potuerunt, vix equite [Al. equo] ascenso ^c per fugam dilapsi sunt, omnem supellectilem relinquentes in campi planitie, nihilque secum de rebus propriis auferentes, hoc pro magno ducentes si vel vita donarentur. Insequentes autem Gotthi res eorum omnes reperiunt, diripiuntque, pedestres omnes captivos abducentes: cecideruntque ibi quasi quinque millia virorum; captivi autem amplius quam duo millia abierunt. Multi tamen ab his laxati, redierunt in patriam.

XXXII. Commotus autem rex vias claudi per regnum suum præcepit, ne ullus de Childeberti regno per ejus regni territorium pervium posset habere, dicens: Quia per nequitiam ejus, qui cum rege Hispaniæ fœdus iussit, exercitus corruit meus, et ut se non subdant urbes illæ ditioni meæ, ejus hoc immisio facit. Additum est etiam huic causæ aliud amaritudinis incendium, quod Childebertus rex filium suum seniores, Theodobertum nomine, Suessionas dirigere cogitabat: quæ res suspicionem fecerat Guntchramno regi, dicente eo: Quia in hoc filium suum nepos meus Suessionas dirigit, ut Parisios ingredi faciat, regnumque meum auferre cupiat: quod nunquam Childebertus vel in cogitatione, si dici fas est, habere potuit. Multa autem et in Brunichildem

reginam opprobria jactabat, dicens ejus consilio hæc a filio fieri, addens etiam quod Gundovaldi quondam filium invitatum conjugio copulare vellet. Unde etiam synodum **456** episcoporum in kalendis Novembribus congregari præcepit. Multique de extremis partibus Galliarum ad hunc conventum properantes, de via regressi sunt, pro eo quod Brunichildis regina se ab hoc crimine exuit sacramentis: et sic viis iterum reseratis, pervium patefecit volentibus ad regem Childebertum accedere.

XXXIII. His diebus Ingeltrudis, quæ monasterium in atrio sancti Martini statuerat ^d, ad regem quasi filiam accusatura processit: in quo monasterio Bertheledis, filia quondam Chariberti regis, residebat. Sed ista egrediente, hæc in Cenomannicum ^e est ingressa. Erat enim gulæ et somno dedita, et nullam de officio Dei curam habens. Negotium vero Ingeltrudis et filię ejus altius repetendum puto. Igitur ante hos annos cum Ingeltrudis monasterium puellarum infra atrium sancti Martini, ut diximus, collocare cœpisset, filię suæ mandata mittit, dicens: Relinque virum tuum, et veni ut faciam te abbatissam gregi huic quem congregavi. At illa, audito levitatis consilio, cum viro Turonis advenit; ingressaque monasterium matris, dicebat viro: Regredere hinc, et gubernare res liberosque nostros, nam ego non revertar tecum. Non enim videbit regnum Dei conjugio copulatus. Ille vero ad me veniens, nuntiavit mihi omnia quæ a conjugio audierat. Tunc ego accedens ad monasterium, canonum Nicænorum decreta relegi, in quibus continetur: *Quia si quæ reliquerit virum, et torum in quo bene vixit spreverit, dicens: Quia non sit ei portio in illa cœlestis regni gloria qui fuerit conjugio copulatus, anathema sit.* Quibus auditis Bertheleundis memens ne a sacerdotibus Dei communione privaretur, egressa monasterium, rediit cum viro suo. Interpositis autem tribus vel quatuor annis, iterum mandata mittit ad eam mater, deprecans eam ad se accedere. At illa oneratis navibus **457** tam de rebus propriis, quam viri sui, assumpto secum uno filio, viro absente, Turonis est appulsa. Sed cum a matre propter improbitatem viri retineri non posset, scilicet ne calumniam quæ ejus dolo fabricata fuerat exciperet, ad Bertheleam germanum ejus, filium videlicet suum, Burdegalensis urbis episcopum, eam direxit. Prosequente igitur eam viro ejus dicebat: Quia sine consilio parentum eam con-

Emeritensium.

^d Hoc monasterium intra sancti Martini septa die stetit, sanctæ Mariæ de Scrinio dictum; at circa sæculi undecimi initium ab Herveo thesaurario translatum est in vicinum collem, qui ob situs amœnitatem, gratumque prospectum Bellusmous appellatur, ubi hodieque visitur, sancti Benedicti Regulæ addictum.

^e Regm., *Cenomannicum monasterium*; aliquot editi cum Bec., *regressa*.

^f Regm., *Si quæ mulier uxorata reliquerit.* Videtur esse canon 14 conc. Gangrēnsis, quod concilium veteres Nicæno subjungere solebant; idque indicat titulus in veteribus scriptis.

^a In Vat. et Colb. a. desideratur hoc caput simul cum duobus sequentibus.

^b Regm. *Hispaniam*. At cum Septimania Wisigothorum regibus in Hispania pareret, non semel alias a Gregorio dicitur *Hispania*.

^c Regm., *equitibus ascensis*. Ed., *equo ascenso*. Hoc in prælio Francos ad sexaginta millia profligatos fuisse affirmat Isidorus in Chronico, æra 624, ubi ait nullam unquam ista majorem victoriam a Gotthis reportatam fuisse. Idem habet Joannes Biclarensis in Chronico. Reccardi exercitus ductor erat Claudius dux Lusitaniæ, cui sanctus Gregorius M. Cyriacum monachum commendavit. Eundem, ejusque in Septimania, primum, et exinde in Franciam expeditionem laudat Paulus Diaconus in lib. de Vitis Patrum

jugio copulasti, non erit uxor tua. Erant enim jam A fere triginta anni, ex quo conjuncti pariter fuerant. Adiit enim vir ejus plerumque urbem Burdegalensem; sed noluit eam episcopus restituere. Cum autem rex Gunthramnus ad Aurelianensem urbem, sicut in superiore libro memoravimus ^a, advenisset, ibi cum acrius hic vir impugnare verbis cœpit, dicens: Abstulisti uxorem meam cum famulis ejus. Et ecce, quod sacerdotem non deceat, tu cum ancillis meis, et illa cum famulis tuis dedecus adulterii perpetratis. Tunc furore commotus rex, astrinxit episcopum, ut polliceretur eam reddere viro, dicens: Quia parens mea hæc est: si quidquam mali exercuit in domo viri sui, ego ulciscar; sin aliud, cur sub omni deformitate redactus vir ^b conjux ejus auferatur? Tunc Berthramnus episcopus pollicitus est, dicens: Venit ad me, fateor, soror mea post multorum annorum curricula, quam pro charitatis ac desiderii studio tenui mecum ut libuit. Nunc autem recessit a me; requirat nunc eam, revocetque quo voluerit; me obvium non habebit. Et hæc dicens, misit clam nuntios ad eam, mandans ut, veste mutata ac pœnitentia accepta, basilicam sancti Martini expecteret: quod facere illa non distulit. Venitque vir ejus cum multis insequentibus viris, ut eam ex ipso loco sancto ejiceret. Erat enim in veste religiosa, asserens se accepisse pœnitentiam^c. Sed virum sequi despexit. Interea defuncto apud Burdegalensem urbem Berthramno episcopo, hæc ad se reversa ait: Væ mihi quæ audivi consilium matris iniquæ! Ecce frater meus obiit, **458** ecce a viro derelicta sum, a C filiis separata: et quo ibo infelix, vel quid faciam? Tunc habito consilio Pictavum pergit, voluitque eam mater retinere secum, sed penitus non potuit. Ex hoc inimicitia orta, dum sæpius regis præsentiam adeunt, et hæc res patris defensare cupiens, hæc viri, Berthegundis donationem Berthramni germani sui ostendit, dicens: Quia hæc et hæc mihi germanus meus contulit. Sed mater ejus non admittens donationem, omnia sibi vindicare cupiens, misit qui effracta domo ejus omnes res illius cum hac donatione diriperet: unde seipsam genitrix reddidit comprobatam, cum de rebus ipsis insequenti filia quædam repetenti stricta restituit. Sed cum sæpius ego, vel frater noster Maroveus episcopus, acceptis regalibus epistolis, ut eas pacificare deberemus, Berthegundis advenit D Turonis; in judicium quoque accedentem cogimus eam, in quantum potuimus, rationem sequi, mater vero ejus flecti non potuit. Tunc accensa felle, ad

regem abiit, quasi filiam ex hæredem datura de facultate paterna. Ac in præsentia regis exponens causas, filia absente, judicatum est ei ut quarta pars filia restituta, tres cum nepotibus suis, quos de filio uno habebat, reciperet: in qua causa Theutharius presbyter, qui nuper ex referendario Sigiberti regi conversus, presbyterii honorem accepit, accessit, et hanc divisionem juxta regis imperium celebravit. Sed resistente filia, nec divisio facta, nec scandalum resedatum est ^d.

XXXIV. Rigunthis autem filia Chilperici, cum sæpius matri calumnias inferret, diceretque se esse dominam, genitricemque suam servitio redhiberi et multis eam et crebro conviciis lacessiret, ac interdum pugnis se alapisque caderent, ait ad eam B mater: Quid mihi molesta es, filia? Ecce res patri tui, quæ penes me habentur, accipe, et utere eis ut libet. Et ingressa in regestum reseravit arcam wonilibus ornamentisque pretiosis repletam: de qua cum diutissime res diversas extrahens **459** filia astanti porrigeret, ait ad eam: Jam enim lassatus sum. Inmitte tu, inquit, manum, et ejice quod inveneris. Cumque illa immisso brachio res de arca abstraheret, apprehenso mater opertorio arcæ super cervicem ejus illisit. Quod cum in fortitudine premeret, atque gulam ejus axis inferior ita attereret, ut etiam oculi ad crepandum parati essent, exclamavit una puellarum quæ erat intrinsecus voce magna, dicens: Currite, quæso, currite: ecce dominus mea a genitrice sua graviter saggillatur. Et irrupentes cellulam, qui coram foribus eorum præstolabantur adventum, erant ^e ab imminente interitu puellam eduxerunt foras. Post ista vero inter easdem inimicitia vehementius pullulantes, et non de aliqua causa maxime, nisi quia Rigunthis adulteria sequebatur, semper cum eisdem rixæ et cædes erant.

XXXV. Beretrudis ^f vero moriens filiam suam hæredem instituit, relinquens quæpiam vel monasteriis puellarum quæ ipsa instituerat, vel ecclesiis sive basilicis confessorum sanctorum. Sed Waddo cuius in superiore libro meminimus ^g, querebatur: genero ejus equos suos fuisse direptos: cogitavitque accedere ad villam ejus unam, quam reliquerat filia, quæ infra Pictavum terminum erat, dicens: Hic a regno alterius veniens diripuit equos meos et ego auferam villam ejus. Interea mandatum mittit agenti ^h, ut se adveniente omnia quæ erant ad expensam ejus necessaria, præpararet. Quod illa audiens, conjunctis secum hominibus ex domo illa

^a Lib. vii, cap. 1 et 2, ubi Guntramnus Bertramnum sibi ex matre parentem agnoscit, quod Ingeltrudis, ut ceuset Valesius, quæ Bertramni mater erat, soror fuerit Ingundis et Aregundis Chlotarii I uxorum, proindeque Guntramni matertera.

^b Sic Colb. m. et Bee. Edii, *redacta viro*. Regm., *redactus vir conjux ei auferatur?*

^c Post susceptam quippe pœnitentiam ad sæculi illecebras, ut loquuntur Patres conc. Turon. 1, can. 8, redire non licebat. Hinc in conc. Aurelian. iii, vetitum est can. 24, ne quis conjugatis, nisi ex consensu partium, pœnitentiam dare præsumat.

^d Vide librum seq., cap. 42.

^e Cod. Regm., *Irrumpentes autem cum festinatione, hi qui foris erant cellulam, erutam, etc.*

^f Decet hoc caput in Vat. et Colb. a. Parro Beretrudis uxor erat Lauebodi ducis, quem Fortunatus laudat ob constructam Tolosæ sancti Saturnini ecclesiam, libro ii, cœrn. 9, ubi Beretrudis quoque pietatem multis extollit.

^g De Waddone jam sæpius egit Gregorius. De filiis autem ejus vide lib. seq., cap. 21.

^h Agens, qui et infra actor, dicebatur ille qui villæ ac bonorum ab ea pendentium curam gerebat.

se ad bellum præparat, dicens: Nisi moriar, non ingredietur Wadto in domum domini mei. Audiens autem uxor Waddonis apparatus scilicet belli instaurari contra virum suum, ait ad eum: Ne accesseris illuc, chare conjux: morieris enim si abieris; et ego cum filiis misera ero. Et injecta manu, voluit eum retinere, dicente præterea tum filio: Si abieris **460** pariter moriemur, et relinques genitricem meam viduam, orphanosque germanos meos. Sed cum eum hæc verba penitus retinere non possent, furore accensus contra filium, et timidum eum mollemque exclamans, projecta secure pene cerebrum ejus illisit. Sed ille in parte excussus, ictum ferientis evasit. Ascensis denique equitibus abierunt, mandans iterum actori, ut domo scopis mundata stragulis scamina operiret. Sed ille parvipendens mandatum ejus, cum turbis, sicut diximus, virorum ac mulierum ante fores domini sui stetit, operiens adventum hujus. Qui veniens, statim ingressus domum, ait: Cur non sunt scamna hæc operata stragulis, aut domus scopis mundata? Et elevans manum cum sica, caput hominis libravit; ceciditque et mortuus est. Quod cernens filius hominis mortui, emissâ ex adverso lancea, contra Waddonem dirigit: ejus mediam alvum ictu penetravit a tergo egressâ fataliâ ^a, et rēns ad terram, adveniente multitudinē quæ collectâ fuerat, lapidibus obrui cepit. Tunc quidam de his qui venerant cum eo, inter imbres saxeos accedentes, coopertum sago, ac populo mitigato, ejulante filio ejus, eumque super equum elevans, adhuc viventem domum reduxit. Sed protinus sub lacrymâ uxoris ac filiorum spiritum exhalavit. Explicita igitur tam infeliciter vita, filius ejus ad regem abiit, resque ejus obtinuit.

XXXVI. Igitur anno quo supra regni sui, Childebertus rex morabatur cum conjuge et matre sua infra terminum urbis, quam Strataburgum ^b vocant. Tunc viri fortiores, qui in urbe erant Suessionica sive Meldensi ^c, venerunt ad eum dicentes: Da nobis unum de filiis tuis, ut serviamus ei, scilicet ut re progentie tua pignus retinentes nobiscum, facilius resistentes inimicis, terminos urbis tuæ ^d defensare studeamus. At ille gavisus nuntio, Theodobertum filium suum seniores **461** illuc dirigendum destinavit; cui comitibus, domesticis, majoribus atque nutritiis, et omnibus qui ad exercendum servitium regale erant necessarij delegatis, mense sexto hujus anni direxit eum juxta voluntatem virorum, qui eum a rege flagitaverant transmittendum: suscepitque

^a Phalarica, seu Falarica, proprie est telum missile quo turrim propignatores uti solebant, sic dictum a phala, quod turrim ligneam designat.

^b Primum omnium, ut putat Valesius, Argentoratum Gregorius noster appellavit Strataburgum. Unde infra lib. x., cap. 19, ait *Argentora'ensem urbem, quam nunc Strateburgum vocant*. Sic dictum est, quod forte nunc via publica sive militaris ibi esset multum frequentata. Etenim vox Strateburgum, oppidum in strata, id est in via positum sonat.

^c Regm., *Qui in urbe Meldensi*.

^d Colb. a., *terminos orbis tui*.

^e In Vat. et Colb. a. reliqua hujus libri cum capite

A eum populus gaudens ac deprecans, ut vitam ejus patrisque sui ævo prolixiore pietas divina concederet.

XXXVII. Erat ^e autem apud urbem Suessionas his diebus Droctigisilus ^f, qui propter nimiam, ut ferunt, potationem, quarto instante anno sensum perdidit. Asserebant enim multi civium, quod hoc ei maleficiis accessisset, per emissionem archidiaconi quem ab honore repulerat, intantum ut infra muros urbis hanc amentiam magis haberet; si vero de civitate fuisset egressus, agebat commodius. Cumque rex supradictus ad urbem venisset, et hic melius ageret, non permittebatur ^g ingredi urbem propter regem qui advenerat. Et licet esset vorax cibi ac potator vini extramodum, et ultra quam sacerdotalem cautelam decet, **B** tamen nullum de eo adulterium quispiam est locutus. Verumtamen in sequenti eum apud Sauriciacum villam ^h episcoporum synodus aggregata fuisset, jussum est ut liceret ei ingredi urbem suam.

XXXVIII. Cum autem Faileuba regina Childeberti regis, partu edito mox extincto, ægrotaret, attigit aures ejus sermo, quod quidam vel contra eam, vel contra Brunichildem reginam agere conarentur. Cumque confortata ab incommodo, ad regis præsentiam accessisset, omnia tam ei quam matri ejus quæ audierat reseravit. Verba autem hujuscemodi erant, quod scilicet Septimina ⁱ nutrix infantum ejus, consilio suadere vellet regi, ut ejecta matre, conjugeque relicta, aliam sortiretur uxorem, et sic eum eodem quæcumque vellent, vel actu agerent, vel precibus obtinerent. **462** Quod si his rex nollet acquiescere quæ suadebat, ipso maleficiis interempto, elevatis filiis ejus in regnum, repulsa nihilominus matre eorum et avia, ipsi regerent regnum. Hujus enim consilii socios pronuntiat esse Sunnegisilum ^j comitem stabuli, et Gallomagnum referendarium, atque Droctulfum, qui ad solatium Septiminæ ad nutriendum regis parvulos fuerat datus. Denique corripuntur hi duo, Septimina videlicet et Droctulfus. Nec mora, extensi inter stipites cum vehementius cæderentur, proficitur Septimina se virum suum Jovium maleficiis interfecisse ob amorem Droctulfi, ipsumque secum scorto misceri. De his quæ supra diximus causis pariter confitentur, et memoratos viros in hoc consilio habitos indicant. Nec mora, inquiruntur et ipsi: sed conscientia terrente, latebram infra ecclesiarum septa petiere. Ad quos rex ipse procedens, ait: Egredimini in iudicium, ut cognoscamus de his quæ vobis obijciuntur, si vera sint an falsa. Nam ego, ut opinor, in hanc primo sequentis libri desunt.

^f Regm., *Doctigisilus*.

^g Sic Bec. et Regm.; cæteri vero econtrario, *permittebatur ingredi*.

^h Vulgo *Saurci*, seu *Saurci*, vicus hanc procul ab Axona fluvio positus.

ⁱ Regm. et Colb. m., *Septimana*; semel tamen *Septimaniam* et *Septiminam* appellant.

^j Colb. m., *Domnigisilum et Gallomanum*. Regm., *Domnigisilum... Gallomagnum*; et sic inferius. Gallomagnus pater fuit Palatinæ, quæ Godegisilo nupsit, ut refert Fortunatus lib. vii., cap. 6.

ecclesiam fuga dilapsi non fuisset, nisi vos conscientia terrisset. Verumtamen promissionem habete de vita, etiamsi culpabiles inveniamini. Christiani enim sumus; nefas est enim vel eriminosos ab ecclesia eductos punire. Tunc educti foras, cum rege venerunt ad iudicium: discussique reclamant, dicentes: Quia Septimina cum Droctulfo hoc nobis consilium patefecit. Sed nos execrantes ac fugientes, nunquam consentire volumus hoc scelus. Et rex: Si, inquit, vos nullam coniventiam præbuissetis, nostris auribus utique intulissetis. Verumne ergo est, vos in hac causa præbuisse consensum, cum hoc nostræ scientiæ oculi vovistis? Et statim eieci foras, iterum ecclesiam petierunt. Septimina vero cum Droctulfo vehementer cæsa, ac cauteriis accensis in facie vulnerata, ablatis omnibus quæ habebat, in Marilegium ^a villam deducitur, ut scilicet **463** trahens molam, his quæ in gyrocio erant positæ, per dies singulos farinas ad victus necessarias præpararet. Droctulfum autem in eisis capillis et auribus, ad vineam excolendam delegaverunt, sed post dies paucos fuga dilabitur, inquisitusque ab actore ^b iterum ad regem deducitur, ibique multum cæsus iterum ad vineam quam reliquerat destinatur. At vero Sunnegisilus et Gallo-magnus privati a rebus quas a fisco meruerant, in exsilium retruduntur. Sed venientibus legatis, inter quos episcopi erant, a rege Guntchramno, et petentibus pro his, ab exilio revocantur: quibus nihil aliud est relictum, nisi quod habere proprium videbantur.

XXXIX. In monasterio vero Pictavensi, insidiante diabolo in corde Chrodieldis, quæ se Chariberti quondam regis filiam asserebat, orto scandalo, ipsa quoque quasi de parentibus confisa regibus, exactis sacramentis a sanctimonialibus, ut injectis in abbatissam Leuboveram criminibus, ea monasterio dejecta, ipsam substituerunt principalem. Egressaque est cum quadraginta aut eo amplius puellis, et consobrina sua Basina filia Chilperici, dicens: Quia vado ad parentes meos reges, ut eis contumeliam nostram innotescere valeam: quia non ut filiæ regum, sed ut malarum ancillarum genitæ in hoc loco humiliamur. Infelix ac facilis ^c non recordans, in qua se humilitate beata Radegundis, quæ hoc instituit monasterium, exhibebat. Egressa ergo ab eo Turonis advenit, dataque nobis salutatione, ait: Deprecor, sanete sacerdos, ut has puellas, quæ in magnam humilitatem ab abbatisa Pictavensi redactæ sunt, custodire digneris, ac cibum præbere, donec ego eam ad reges parentes nostros, exponamque eis quæ patimur, et revertar. Quibus ego aio: Si abbatisa deliquit, aut canonicam regulam in aliquo prætermisit, accedamus ad fratrem

^a Vulgo *Marleim* hodie dicitur in Alsatia, media fere via inter Molsheim, *Molsheim*, et Tabernas, *Saverne*, ubi visuntur etiam nunc villæ regie ruderæ inter oppidum ejusdem nominis et vicum *Kirkem*, qui etiam olim summi habebat palatium regium. De utroque in lib. iv de re Diplomatica.

^b Id est procuratore domus regiæ illius.

^c Sic codd. russ. At editi, *fatua*, quod idem est apud Gregorium.

A nostrum Maroveum episcopum, et conjuncti arguimus eam: emendatisque negotiis restituamini in monasterium vestrum, ne dispergatur luxuria, **464** quod sancta Radegundis jejuniis et orationibus crebris, eleemosynisque frequentibus aggregavit. Et illa respondit: Nequaquam, sed ad reges ibimus. Et ego: Quare rationi ^d resistitis? ob quam rem sacerdotale monitum non auditis? Vereor ne conjuncti sacerdotes Ecclesiarum vos a communione removeant. Sic enim et ab antecessoribus in epistola quam ad beatam Radegundem in initio hujus congregationis scripserunt, habetur insertum: ejus exemplaria huic lectioni inserere placuit.

EXEMPLAR EPISTOLÆ.

B ^e Domine beatissimæ et in Christo Ecclesiæ filiæ Radegundi, Eufronius, Prætextatus, Germanus, Felix, Domitianus, Victorius, et Domnolus episcopi ^e. Sollicita sunt jugiter circa genus humanum immensæ divinitatis provisura remedia, nec ab assiduitate beneficiorum suorum quocunque loco vel tempore videntur aliquando sejuncta, cum pius rerum Arbiter tales in hæreditate culturæ ecclesiasticæ personas ubique disseminat, quibus agrum ejus intenta operatione fidei rastro colentibus, ad felicem centeni numeri reditum divina temperie Christi seges valeat pervenire. Tantum igitur benignitatis ejus se passim dispensatio profutura diffundit, ut illud nusquam denegat quod prodesse multis agnoscit. Quarum personarum exemplo sanctissimo cum judicaturus advenerit, habeat in plurimis quod coronet. Itaque cum ipso catholice religionis exortu cœpissent Gallieanis in finibus venerandæ fidei primordia ^f respirare, et adhuc ad paucorum notitiam tunc ineffabilia pervenissent Trinitatis Dominiæ sacramenta; ne quid hic minus acquireret, quam in orbis circulo prædicantibus apostolis obtineret, beatum Martinum peregrina de stirpe ad illuminationem patriæ dignatus est dirigere, misericordia consulente. Qui licet apostolorum tempore non fuerit, tamen apostolicam gratiam non effugit. Nam quod defuit in ordine, suppletum est in mercede: quoniam **465** sequens gradus illi nihil subrahit, qui meritis antecellit. Hujus quoque, reverentissima filia, in vobis congratulamur rediviva surgere supernæ dilectionis exempla, propitiatione divina. D Nam declinante tempore sæculi vetustate, vestri sensus certamine fides revirescit in flore: et [*Fortè ut*] quod veterno tepuerat algore senectæ, tandem fervens animi rursus incalescat ardore. Sed eum pene eadem veneris ex parte, qua beatum Martinum huc didicimus accessisse ^g, non est mirum si illum imitari videaris in opere, quem tibi ducem credimus itineris

^d Editi, *responsioni*. Regn. infra, *monitum contemnit*.

^e Eufronius Turonensis, Prætextatus Rothomagensis, Germanus Parisiensis, Felix Namnetensis, Domitianus Andegavensis, Victorius Rhedonensis, et Domnolus Cenomannensis episcopi fuere.

^f Mirum hic primordia fidei Christianæ in Galliis ad tempora sancti Martini revocari.

^g Radegundis filia erat Bertharii Thoringorum ro-

existisse : ut cuius es secuta vestigia, felici voto compleas et exempla, et beatissimum virum in tanto tibi facias esse socium, in quantum partem refugii habere de mundo. Cujus opinionis radio præmicante, ita reddis audientium pectora coelesti fulgore suffusa, ut passim provocati puellarum animi, divini ignis sciintilla succensi, raptim festinent avide in charitate Christi fonte vestri pectoris irrigari, et relictis parentibus te sibi magis eligant, quam matrem. Facit hoc gratia, non natura. Igitur ^a hujus studii vota videntes, gratias clementiæ supernæ referimus, quæ voluntates hominum suæ facit voluntati connecti : quoniam confidimus quas apud vos jubet colligi, suo vult amplexu servari. Et quia quasdam comperimus, divinitate propitia, de nostris territoriis ad institutionem vestræ regulæ desiderabiliter convolasse, insipientes etiam vestræ petitionis epistolam, libenter a nobis exceptam, hoc Christo auctore et remediatore firmamus : ut licet omnes æqualiter quæ ibi conveniunt, in Domini charitate mansuræ debeant inviolabiliter custodire, quod videntur libentissimo animo suscepisse, quoniam contaminari non debet Christo fides cælo teste promissa, ubi non leve scelus est templum Dei, quod absit, pollui, ut ab eo possit ira succedente disperdi. Tamen specialiter definimus, si qua, sicut dictum est, de locis sacerdotaliter nostræ gubernationi, Domino providente, commissis, in Pictava ^b civitate vestro monasterio **466** meruerit sociari, secundum beatæ memoriæ domni Cæsarii Arelatensis episcopi Constituta, nulli sit ulterius discedendi licentia, quæ, sicut continet regula, voluntate ^c propria videtur ingressa : ne minus turpi dedecore ducatur in crimen [*Al. crimine*], quod apud omnes emicat in honore. Et ideo si, quod avertat Deus, aliqua insanæ mentis illicitatione succensa, ad tanti opprobrii maculam præcipitare suam voluerit disciplinam, gloriam et coronam, ut inimici consilio, sicut Eva ejecta de paradiso, per qualemcunque de claustris ipsius monasterii, immo de cæli regno exire pertulerit, mergenda et concutanda vili platearum in luto, separata a communione nostra, diri anathematis vulnere feriatur. Ita ut si fortassis Christo relicto homini voluerit nubere, diabolo captivante, non solum ipsa quæ refugit, sed etiam ille qui ei conjunctus est, turpis adulter, et potius sacrilegus quam maritus : vel quisquis ut hoc fieret, venenum magis quam consilium ministravit, simili ultione, sicut de illa di-

gis, ex ipso Gregorio supra lib. III, cap. 4. Martinus autem natus est Sabariæ in Pannonia, ut omnes norunt.

^a Regm., *Igitur in tali studio manens, et hoc nos comperientes.*

^b Bec. Colb. m. et Chesn., *Pictavina.*

^c Sic Casin.; alii, *proditæ*. Locus vero qui hic laudatur, habetur cap. 1 Regulæ sancti Cæsarii pro monialibus.

^d Edati, *duraturum.*

^e His verbis innuitur Maroveum acceptis a Sigiberto litteris in Orientem misisse ad habendas reliquias, ut sanctæ Radegundis devotioni sati faceret. Tamen certum est illos clericos ab ipsa Radegunde missos fuisse : quare sic censeo restituendum : *Radegundis*

A etum est, cœlesti judicio, nobis optantibus, percellatur, donec separatione facta, per competentem exsecrandi criminis pœnitentiam, a loco quo egressa fuerat, recipi meruerit et adnecti. Adjicientes etiam, ut eorum qui nobis quandoque successuri sunt sacerdotes, similis condemnationis teneantur astrictæ reatu ; et si, quod non crelimus, aliquid ipsi voluerint aliter quam nostra deliberatio continet, relaxare, noverint se nobiscum æterno Judice deficiente causaturos : quia communis est salutis instructio, si quod Christo promittitur inviolabiliter observetur. Quod nostræ determinationis decretum, pro firmitatis intuitu, propriæ manus subscriptione credimus roborandum, perpetualiter a nobis Christo auspice servaturum ^d.

B Lecta igitur hæc epistola, Chrodioldis dixit : Nunquam nos ulla retinebit mora, nisi ad reges, quos parentes nostros esse novimus, accedamus. Venerant enim pedestri itinere a Pictavo, nec ullius equitis [*I. equi*] beneficium **467** habuerant : unde anhelæ et satis exiguæ erant. Sed nec victus alimoniam ullam eis in via quisquam præbuerat. Accesserunt enim ad urbem nostram die prima mensis primæ ; erant enim pluvix magnæ, sed et viæ dissolutæ erant a nimia immensitate aquarum.

XL. Detrahebant autem et de episcopo, dicentes, quia illius dolo et hæc turbatæ, et monasterium e ad derelictum ; sed materiam hujus scandali altius placuit memorari. Tempore Chlothacharii regis, cum beatæ Radegundis hoc monasterium instituisset, semper subjecta et obediens cum omni congregatione sua anterioribus fuit episcopis. Tempore vero Sigiberti, postquam Maroveus episcopatum urbis adeptus est, acceptis epistolis Sigiberti regis pro fide ac devotione Radegundis beatæ, in partes Orientis ^e clericos destinat, pro Dominicæ crucis ligno, ac sanctorum apostolorum cæterorumque martyrum reliquiis. Qui euntes detulerunt hæc pignora : quibus delatis, petit regina episcopum, ut cum honore debito grandique psallentio in monasterio locarentur ^f. Sed ille despiciens suggestionem ejus, ascensis equitibus, villæ se contulit. Tunc regina iterato ad regem Sigibertum direxit, deprecans ut injunctione sua quicumque ex episcopis hæc pignora, cum illo quo decebat honore, votumque ejus exposecebat, in monasterio collocaret. Ad hoc enim opus beatus **D** Eufronius urbis Turonicæ episcopus injungitur. Qui cum clericis suis Pictavum accedens, cum grandi

beata in partes Orientis clericos destinat, e.c. De hoc videsis Vitam beatæ Radegundis a Baudonivia scriptam num. 18 et seqq. Idem versibus expressit Fortunatus in supplemento carm. 2, quod est ad Jo. unum imp. et Sophiam augustam ; hymnos vero et alia carmina quæ hac occasione cecinit, habentur libro II.

^f Reliquiæ illæ Turonos delatæ, aliquandiu in monasterio virorum a B. Radegunde ibi instituto jacuerunt, donec tandem Pictavos delatæ sunt. Hæc fuit occasio Gregorio, nondum tunc episcopo, eondendi oratorij Sanctæ Crucis, de quo Fortunatus lib. II, carm. 5. Vide notas Brouveri in hoc carmen, et vitam sanctæ Radegundis a Baudonivia scriptam, n. 19.

psallentio, et cereorum incantum ac thymiamatis apparatus, sancta pignora, absente loci episcopo, in monasterium detulit. Posthæc cum pontificis sui sæpius gratiam quæreret, nec posset adipisci, necessitate commota cum abbatissa sua quam instituerat, Arêlatensê urbem expetuit: de qua regula sancti Cæsarii atque Cæsariæ beatæ suscepta, régis se tuitione munierunt, **468** scilicet quia in illum, qui pastor esse debuerat, nullam curam defensionis suæ poterant reperire. Ex hœ scandalo de die in diem propagato, tempus migrationis beatæ Radegundis advenit: quâ migrante, iterum petiit abbatissa, se sub sacerdotis sui potestate degere. Quod ille cum primum respuere voluisset, consilio suorum promisit se patrem earum, sicut dignum erat, fieri, et ubi necessitas fuisset, suam præbere defensionem. Unde factum est ut abiens ad Childebertum regem præceptionem eliceret, ut ei hoc monasterium, sicut reliquas parochias, regulariter liceat gubernare ^a. Sed nescio quid, credo, adhuc in ejus animis residebat, ut hæ puellæ asserunt, quod moveret scandalum. His vero intendentibus, ut ad régis, sicut diximus, præsentiam properarent, dedimus eis consilium, dicentes: Intenditis contra rationem, et nullo modo vobis ea series inseri potest, quæ blasphemium arceat. Sed si, ut diximus, rationem prætermittitis, nec salubre consilium vultis accipere, vel hoc conjicite in animis vestris, ut præterito hiberni hujus tempore, quod in hoc verno accessit, eum auræ commodiores fuerint, quò ducit voluntas, pergere valeatis. Quod consilium aptum suscipientes, subsequente æstate, relictis Turonis, cæteris sanctimonialibus commendatis consobrinæ suæ, Chrodielidis ^b ad regem Guntelramnum accessit. A quo suscepta ac muneribus honorata, Turonis est regressa, Constantina filia Burgolini in monasterio Augustidunensi relicta, exspectans episcopos qui a rege fuerant jussi advenire, et causam ipsarum cum abbatissa discutere. Multæ tamen ex his a diversis circumventæ matrimonio eopulatæ sunt, priusquam hæc a rege regrederetur. Cumquæ præstolantes adventum, nullum episcopum advenire sensissent, Pietavum regressæ sunt, et se infra basilicam sancti Hilarii tutaverunt, congregatis **469** secum furibus, homicidis, adulteris, omniumque criminum reis, stabilientes se ad bellum, atque dicentes: Quia reginæ sumus, nec prius in monasterium nostrum ingredimur, nisi abbatissa ejiciatur foras. Erat ibi tunc reclusa quadam, quæ tunc paucos autos per murum se dejiciens, ad basilicam sancti Hilarii confugit, multa in abbatissam crimina evincens, quæ tamen falsa cognovi-

^a Specialem hujus insignis loci curam reges nostri semper habuere, ut patet ex capitulari Ludovici Pii circa annum 822 apud Baluzium, quod totum est de hoc monasterio. Locum habebat inter monasteria, quæ ab omni militia et dono libera, solas orationes imperatori debebant, ut patet ex Notitia ea de re facta in conventu Aquisgranensi, an. 817.

^b Editi, cæteris accommodatis consobrinæ suæ Chrodielidis sanctimonialibus, ad regem, etc.

^c Al., *Ecolesinensi*. Subscripsit conc. Matisco-

mus. Sed postquam in monasterium per eum locum unde se præcipitaverat funibus est attracta, petiit ut se in cellulam secretam recluderet, dicens: Quia multum peccavi in Dominum et dominam meam Radegundem, quæ illis diebus superstes erat; volo me, ait, ab hæc frequentia congregationis totius amovere, et pœnitentiam pro neglectis meis agere. Scio enim quia misericors est Dominus, et remittit confitentibus se peccata. Et ingressa est in cellulam. Cum autem hoc scandalum commotum fuisset, et Chrodielidis a Guntelramno rege regressa esset, hæc disrupto nocturnis horis cellulæ ostio egressa est a monasterio, et ad Chrodielidem abiit, multa, sicut prius fecerat, crimina de abbatissa prorumpens.

XLI. Dum autem hæc agerentur, Gundegisilus Burdegalensis, adjunctis secum Nicasio Egolismensi et Saffario Petragorico, ac ipso Maroveo Pietavensi episcopis, eo quod hujus urbis metropolis esset, ad basilicam sancti Hilarii advenit, arguens has puellæ, et in monasterium reducere cupiens. Sed cum illæ obstinatius reluctarentur, et hic cum reliquis juxta epistolam superius nominatam eis excommunicationem indiceret, exurgens turba murionum præfactorum, tanta eos in ipsa sancti Hilarii basilica cædemactavit, ut corruentibus in pavimento episcopis, vix consurgere possent; sed et diaconi et reliqui clerici sanguine perfusi, cum effractis capitibus **470** basilicam sunt egressi. Tam immensus enim eos, et, ut credo, diabolo cooperante, pavor obsederat, ut egredientes a loco sancto, nec sibi valedicentes, unusquisque per viam quam arripere potuit, repedaret. Adfuit huic calamitati et Desiderius diaconus Syagrii Augustidunensis episcopi, qui non inquisito Clenni fluminis vado, quo primum littus attigit est ingressus, ac natante equo ripæ ulterioris campo evectus est. Ex hoc Chrodielidis ordinatorum eligi, villas monasterii pervadit, et quoscunque de monasterio arripere potuisset, plagis ac cædibus affectos suo servitio subjugabat, minans nisi monasterium posset ingredi abbatissam de muro projectam terræ deiceret. Quod eum Childeberto regi nuntiatum fuisset, statim directa auctoritate præcepit Macconi comiti ut hæc reprimere omni intentione deberet. Gundegisilus autem cum has a communione suspensas cum cæteris, ut diximus, reliquisset episcopis, epistolam de suo fratrumque præsentium nomine conscripsit ad sacerdotes illos, qui tunc cum rege Guntelramno fuerant aggregati ^d: a quibus hæc rescripta suscepit.

EXEMPLAR RESCRIPTI.

« Domnis semper suis ^e, atque apostolica sede dignensi n, ubi dicitur *Nicasius Aquiliniensis*. Gundegisilus autem Burdegalensis laudatur a Fortunato, lib. vii, cap. 51.

^d Muriones, seu, ut habet sanctus Augustinus epist. 145 ad Marcellinum, moriones, id est fatui, sic dicti a Græca voce *μωρός*.

^e Editi cum Bec., *Clem*, vulgo *e Clain*, fluvius in Vigennam influens.

^f Augustoduni, ut existimat Valesius.

^g Regm., *Domnis suis*, atque. Legendum forte

missimis, Gundegisilc, Nicasio et Saffario^a, Ætherius, Syagrius, Aunacharius, Hesyehius, Agricola, Urbicus, Felix, Veranus, item Felix, et Bertrammus episcopi. Litteras vestrae beatitudinis, quantum rescrante nuntia de vestra sospitate gavisi, exceptimus, tantum de Æthria quam vos pertulisse signastis, non modico mœrore astringimur; dum et regula transcenditur, et nulla reverentia religioni servatur. Sed quia indicastis monachas, quæ de monasterio bonæ memoriæ Radegundis, instigante diabolo, fuerunt digressæ, quod nullam a vobis acieverint correctionem audire, **471** nec infra monasterii sui septa, de quo egressæ fuerant, voluissent reverti: insuper basilicæ domni Hilarii per eades vestras vestrorumque injuriam intulisse. Quapropter ipsas a communionis gratia visi fueritis suspendere, ac per hoc nostram exinde mediocritatem elegistis consulere. Igitur quia optime vos novimus statuta canonum percurrisse^b, ac regulæ plenitudinem continere, ut qui in talibus excessibus videntur deprehendi, non solum excommunicatione, verum etiam pœnitentiæ satisfactione debeant coerceri: ea de re addentes enim venerationis cultu summæ aviditatis dilectionis instinctum, iudicamus ea quæ definistis nos concordanter vestrae sententiæ consentire, quoadusque in synodali concilio Kalendis Novembribus pariter positi, debeamus consilio pari narrare, qualiter talium temeritas frenum districtionis possit accipere, ut deinceps nulli liceat sub hunc lapsum faciente jactantia similia perpetrare. Attamen quia nos sua dictione dominus Paulus apostolus **(II Tim. iv, 2)** indesinenter videtur monere, ut opportune inopportuneque debeamus quoscunque excedentes sedula prædicatione corrigere, et pietatem protestatur ad omnia utilem esse, ideo suggerimus adhuc, ut oratione assidua Domini misericordiam deprecemini **(I Tim. iv, 8)**, ut ipse spiritus compunctionis ipsas inflammare dignetur, ut in quod per delictum visæ sunt contraxisse, digna satisfactione pœniteant; ut in monasterio suo vestra prædicatione animæ, quæ quodammodo perierunt, proptio Christo revertantur; ut ille qui unam humeris illatam errantem ovem ad ovile reduxit, et de istarum transgressione, quasi acquisito gregi congaudere dignetur. Hoc specialius postulantes, ut pro nobis intercessionum vestrarum suffragia indesinenter, ut confidimus, tribuatis. Peculiaris vester Ætherius peccator salutare præsumo. Clientis vester Hesyehius reverenter audeo salutare. Amator vester Syagrius reverenter saluto. Cultor vester Urbicus peccator famulante saluto. Venerator vester Veranus episco-

pus reverenter saluto. Famulus vester Felix salutare præsumo. Humilis vester atque **472** amator Felix audeo salutare. Humilis atque obediens vester Bertrammus episcopus salutare præsumo.

XLII. Sed et abbatissa recitavit epistolam quam beata Radegundis episcopis, qui suo tempore erant, dirigi voluit. Cujus nunc iterum ipsa abbatissa exemplaria ad vicinarum urbium sacerdotes direxit; cuius hoc est exemplar.

EXEMPLAR EPISTOLÆ.

« Domnis sanctis et apostolica sede dignissimis, in Christo patribus, omnibus episcopis, Radegundis peccatrix. Congruæ provisionis tunc roborabiliter ad effectum tendit exordium, cum generalibus patribus, medicis ac pastoribus, ovilis sibi commissi causa acribus traditur, cuius sensibus commendatur: quorum participatio de charitate, consilium de potestate, suffragium de oratione ministrare poterit interventum. Et quoniam olim vinculis laicalibus absoluta, divina providente et inspirante elementa, ad religionis normam visa sum voluntarie, illic Christo, translata, hæc promæ mentis studio cogitans etiam de aliarum profectibus, ut, annuntiante Domino, mea desideria efficerentur reliquis profutura, instituente atque remunerante præcellentissimo domino rege Chlothario, monasterium puellarum Pictava urbe constitui, conditumque, quantum mihi munificentia regalis est largita, facta donatione dotavi: insuper congregationi per me Christo præstante collectæ, regulam sub qua sancta Cæsaria deguit^c: quam sollicitudo beati Cæsarii antistitis Arelatensis ex institutione sanctorum Patrum convenienter collegit, ascivi. Cui consentientibus beatissimis vel hujus civitatis, vel reliquis pontificibus, electione etiam nostræ congregationis domnam et sororem meam Agnetem, quam ab ineunte ætate loco filiæ colui et educavi^d, abbatissam institui, ac me post Deum ejus ordinationi regulariter obedituram commisi. Cuique, formam apostolicam observantes, tam ego quam sorores de substantia terrena quæ possidere videbamus, factis chartis tradidimus, metu Ananiæ et Saphiræ, **473** in monasterio posita nihil proprium reservantes. Sed quoniam incerta sunt humanæ conditionis momenta vel tempora, quippe inundo in finem currente, cum aliqui magis propriæ quam divinæ cupiant voluntati servire, zelo ducta Dei hanc suggestionis meæ paginam, apostolatus vestri in Christi nomine supersces porro vel devota. Et quia præsens non valui, quasi vestris provoluta vestigiis, epistolæ vicarietate prosternor, conjurans per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, ac diem tre-

Domnis sanctis atque, etc. Hæc enim est communis formula.

^a Lalandus in Supplem. Concil. Galliæ addit *et Maroveo*. Infra autem in Colb. m. et Regm. deest *Aunacharius*; et quidem inter eas qui subscripserunt non occurrit, sicut nec *Agræcula*. Cæteri vero non eo ordine subscripserunt, quo hic eorum nomina recensentur. Episcopi autem illi fuerunt Ætherius Lugdunensis, Syagrius Augustodunensis, Annacha-

rius Antissiodorensis, Hesyehius Gratianopolitanus, Agricola Nivernensis, Urbicus Regiensis, Felix Belicciensis, Veranus Cavellicensis, Felix Catalaunensis, Bertrammus Cenomanensis.

^b Exinde patet, verbum *percurrere* non assumi pro lectione præcipitante facta. Vide Mabillon. in Defensione studiorum monasticorum, art. 19.

^c Sic mss. Et titi vero plerique, *d'g't*.

^d Sic Bad. alii, *educi*.

mendii iudicii, sic representatos vos non tyrannus oppugnet, sed legitimus rex coronet: ut si casu post meum obitum quæcunque persona, vel loci ejusdem pontifex, seu potestas principis, vel alius aliquis, quod nec fieri credimus, congregationem, vel suasu malivolo, vel impulsu judiciario perturbare tentaverit, aut regulam frangere, seu abbatissam alteram quam sororem meam Agnetem, quam beatissimi Germani presentibus suis fratribus benedictio consecravit; aut ipsa congregatio, quod fieri non potest, habita murmuratione mutare contenderit, vel quasdam dominationes in monasterio, vel rebus monasterii, quæcunque persona vel pontifex loci, præter quas antecessores episcopi, aut alii me superstite habuerunt, novo privilegio quicunque affectare voluerit, aut extra regulam exinde egredi quis tentaverit, seu de rebus, quas in me præcellentissimus dominus Chlotharius, vel præcellentissimi domini reges [Al. regis] filii sui contulerunt: et ego ex ejus præceptionis permissu, monasterio tradidi possidendum, et per auctoritates præcellentissimorum domitorum regum, Chariberti, Gunthramni, Chilperici et Sigiberti, cum sacramenti interpositione, et suarum manuum subscriptionibus obtinui confirmari: aut ex his quæ alii pro animarum suarum remedio, vel sorores ibidem de rebus propriis contulerunt, aliquis princeps, aut pontifex, aut potens, aut de sororibus cujuslibet personæ ausu viminere, aut sibiimet ad proprietatem revocare sacrilego voto contenderit, ita vestram sanctitatem b successorumque 474 vestrorum post Deum, pro mea supplicatione et Christi voluntate, incurrat: ut sicut prædones et spoliatores pauperum extra gratiam vestram habeantur, nunquam de nostra regula, vel de rebus monasterii, obsistentibus vobis, imminuere valeat aliquid aut mutare. Hoc etiam deprecans ut cum Deus prædictam domnam sororem nostram Agnetem de sæculo migrare voluerit, illa in loco ejus abbatissa de nostra congregatione debeat ordinari, quæ Deo et ipsi placuerit, custodiens regulam, et nihil de proposito sanctitatis imminuat. Nam c nunquam propria aut cujuscunque voluntas præcipitet. Quod si, quod absit, contra Dei mandatum et auctoritatem regum aliquis de suprascriptis conditionibus coram Domino et sanctis ejus precabiliter commendatis agere, aut de persona aut substantia minuenda voluerit, aut memoratæ sorori meæ Agneti abbatissæ molestias aliquas inferre tentaverit, Dei, et sanctæ crucis, et beatæ Mariæ incurrat iudicium, et beatos confessores Hilarium et Martinum, quibus post Deum sorores meas tradidi defendendas, ipsos habeat contradictores et persecutores. Te quoque, beate pontifex, successoresque vestros,

^a Regm., aut aliqua de sororibus hæc imminuere, et in sua propria tradere quavis machinatione tentaverit, anathematis jugi gladio feriatur.

^b Legendum, ut puto, iram vestræ sanctitatis, etc.

A quos patronos in causa Dei diligenter ascisco, si, quod absit, extiterit qui contra hæc aliquid moliri tentaverit, pro repellendo et confutando Dei hoste, non pigeat ad regem, quem eo tempore locus iste respexerit, vel ad Pictavam civitatem, pro re vobis ante Domium commendata percurrere, et contra aliorum injustitiam executores et defensores justitiæ laborare; ut tale nefas nullo modo suis admitti temporibus rex patiatúr catholicus, nec convelli permittat quod Dei, et mea, et regum ipsorum voluntate firmatum est. Simul etiam principes, quos Deus pro gubernatione populi post decessum meum superesse præceperit, conjuro per regem cujus regni non erit finis, et ad ejus nutum regna consistunt, qui eis donavit ipsum vivere vel regnare, ut monasterium quod ex permissu et solatio domnorum regum, patris vel avi eorum construxisse visa sum, et ordinasse regulariter, vel dotasse, 475 sub sua tuitione et sermone, una cum Agnete abbatissa jubeant gubernare, et a nullo neque sæpe dictam abbatissam nostram, neque aliquid ad nostrum monasterium pertinens molestari, aut inquietari, vel exinde imminui, aut aliquid mutari permittant; sed magis pro Dei intuitu una cum domnis episcopis, ipsi, me supplicante coram redemptore gentium, sicut eis commendo, defensari jubeant et muniri, ut in cujus honore Dei famulas protegent, cum defensore pauperum et Sponso Virginum perpetualiter æterni socientur in regno. Illud d quoque vos sanctos pontifices, et præcellentissimos domnos reges, et universum populum Christianum, conjuro per fidem catholicam in qua baptizati estis, et Ecclesias quas conservatis, ut in basilica quam in sanctæ Mariæ Dominicæ genitricis honorem cæpinus ædificare, ubi etiam multæ sorores nostræ conditæ sunt in requie, sive perfecta, sive imperfecta, cum me Deus de hac luce migrare præceperit, corpusculum meum ibi debeat sepeliri. Quod si quis aliud inde voluerit aut fieri tentaverit, obtinente cruce Christi et beatæ Mariæ, divinam ultionem incurrat, et vobis intercurrentibus, in loco ipsius basilicæ merear cum sororum congregatione obtinere loculum sepulturæ. Et ut hæc supplicatio mea, quam manu propria descripsi, in universalis Ecclesiæ archivo servetur, effusis cum lacrymis deprecor: quatenus si contra improbos aliquos necessitas exegerit, ut vestra defensione soror mea Agnes abbatissa, vel congregatio ejus, quo* succurri sibi poposcerint, vestræ misericordiæ pia consolatio opem pastorali sollicitudine subministret; nec de me destitutas se proclamant quibus Deus præsidium vestræ gratiæ præparavit. Illud vobis in omnibus ante oculos revocantes, per ipsum, qui de cruce gloriosa Virginem suam genui

^c Regm., nam nonnunquam propria... præcipitat.

^d Quæ sequuntur ad finem capituli contracta sunt in Regum.

tricem beato Joanni apostolo commendavit, ut qualiter ab illo completum est Domini mandatum, sic sit apud vos quod indigna et humilis dominis meis Ecclesie patribus **476** et viris apostolicis commendo: quod cum dignanter servaveritis depositum, meritis participes cujus impletis mandatum apostolicum, digne reparetis exemplum ^a.

XLIII. Posthac Marovens episcopus cum diversa impropria ab his audiret, Porcarium abbatem basilicæ beati Hilarii, ad Gmdegilum episcopum, et reliquos comprovinciales ejus destinavit, ut data communione puellis, ad audientiam veniendi licentiam indulgere dignarentur; sed nequaquam potuit obtinere. Childebertus autem rex, cum assiduas de utraque parte, monasterii scilicet, vel puellarum quæ egressæ fuerant, molestias pateretur, Theutharum presbyterum ad dirimendas querimonias quæ inter easdem agebantur, destinavit. Qui provocatis Chrodielde cum reliquis puellis ad audientiam, dixerunt: Non venimus, quia a communione suspensæ sumus. Si reconciliari meremur, tunc ad audientiam venire

A non differimus. Hæc audiens ille, ad episcopos abiit; cujusque cum his de hac causa locutus fuisset, nullum effectum obtinere potuit de communione earum, et sic ad urbem Pictavam regressus est. Puellæ vero separatæ ab invicem, aliæ ad parentes, aliæ ad domos proprias, nonnullæ in hæc monasteria, in quibus prius fuerant, sunt regressæ; quia hiemem validam simul positæ propter penuriam ligni tolerare non poterant. Paucæ tamen cum Chrodielde et Basina remanserunt. Erat enim tunc et inter eas magna discordia, pro eo quod altera alteri se præponere cupiebat.

XLIV. Eo anno post clausum Pascha ^c, tantum imensa eum grandine pluvia fuit, ut infra duarum aut trium horarum spatium, etiam per minores vallium meatus, ingentia currere flumina viderentur; arbores **B** in autumno floruerunt, et poma, sicut prius dederant, ediderunt. Mense nono rosæ apparuerunt. Flumina vero ultra modum excreverunt, ita ut excedentia littora loca, quæ nunquam contingere consueverant, operirent, non minimum rationibus inferentia damnum.

^c Dominica in albis, seu prima post Pascha, dicitur passim in veteri lectionario et Missalibus Gallicis a Mabillonio nostro editis, *Clausum Pascha*. Sic etiam a popularibus nostris vulgo appellatur *Pâque close*.

^a Ad calcem Historiæ Aquitanicæ editum est istud beate Radegundis testamentum cum aliquot episcoporum subscriptionibus, sed quæ videntur ab aliquo alio superadditæ.

^b Sic Bec.; alii, qui provocatæ Chrodielidis.

477-478 INCIPIUNT CAPITULA LIBRI DECIMI.

- I. De Gregorio papa Romano. Oratio S. Gregorii ad plebem.
- II. De reditu Gripponis legati ab imperatore Mauricio.
- III. Quod exercitus Childeberti regis in Italiam ab it.
- IV. Quod Mauricius imperator legatorum interfectores in Gallias direxit.
- V. Quod Cuppa [M. Chuppa] limitem Turonicum irrupit.
- VI. De carcerariis Arvenis.
- VII. Quod in ipsa urbe rex Childebertus clericis, ne tributum redderent, præstitit.
- VIII. De Eulatio et Tevradia, quæ uxor ejus fuit.
- IX. De exercitu Guntchramni regis, qui in Beldamiam abiit.
- X. De interitu Chundonis culticularii ejus.
- XI. De infirmitate Chlotharii junioris.
- XII. De malitia Berthegundis.
- XIII. Altercatio de resurrectione.
- XIV. De interitu Theodulphi ^a diaconi.
- XV. De scandalo monasterii Pictaviensis.
- XVI. De judicio contra Chrodielidem et Basinam lato. Exemplar judicii.
- XVII. De excommunicatione earum.
- XVIII. De percussoribus ad Childebertum regem missis.
- XIX. De expulsionem Egidii Rhemensis episcopi.
- XX. De puellis supra memoratis in hac reconciatatis synodo.
- XXI. De interitu filiorum Waddonis.
- XXII. De interitu Childerici ^b Saxonis.
- XXIII. De signis, et dubietate Pasche.
- XXIV. De destructione urbis Antiochena.
- XXV. De interitu ejus qui se Christum dicebat.
- XXVI. De obitu Ragnemodi ac Sulpicii episcoporum.
- XXVII. De his quos Fredegundis interfici jussit.
- XXVIII. De baptismo Chlotharii filii ejus.
- XXIX. De conversione ac miraculis, vel obitu Aredii abbatis Lemovicini.
- XXX. De temperie anni præsentis, et de diei Dominicæ celebratione.
- XXXI. Recapitulatio de episcopis Turonicis.

^a Colb. m. et Regm., Gundonis. Agunt tamen in ipso capite de Theodulfo, ut in editis.

^b Colb. m. et Regm., Chilperici, et in capite ipso Chuldericum appellant, aut Childericum.

LIBER DECIMUS.

479 I. Anno igitur quintodecimo Childeberti regis, diaconus noster ab urbe Roma cum sanctorum pignoribus veniens ^a, sic retulit, quod anno superiore mense nono tanta inundatione Tiberis fluvius ^b urbem Romam obtexerit, ut aedes antiquæ diruerentur; hœrrea etiam ecclesiæ subversa sint, in quibus nonnulla millia modiorum tritici periere. Multitudo enim serpentium cum magno dracone in modum trabis validæ, per hujus fluvii alveum in mare descendit; sed suffocata bestię in er salsos maris turbidi fluctus, littori ejectæ sunt. Subsecuta est de vestigio clades, quam inguinariam vocant. Nam medio mense undecimo adveniens, primum omnium, juxta illud quod in Ezechiele propheta legitur, *A sanctuario meo incipite* (Ezech. ix, 6), Pelagium papam percussit, et sine mora exstinxit: quo defuncto, magna strages populi de hoc morbo facta est. **480** Sed quia Ecclesia Dei absque rectore esse non poterat, Gregorium diaconum plebs omnis elegit. Hic enim de senatoribus primis, ab adolescentia devotus Deo, in rebus propriis sex in Sicilia monasteria congregavit; septimanam infra Urbis Romæ muros instituit: quibus tantam delegans terrarum copiam, quanta ad victum quotidianum præhendendum sufficeret, reliqua vendidit cum omni præsidio domus, ac pauperibus erogavit; et qui ante serico contextus, ac gemmis micantibus solitus erat per urbem procedere trabeatus, nunc vili contextus vestitu ^c, ad altaris Dominici ministerium consecratur; septimusque levita ^d ad adiutorium papæ asciscitur. Tantaque ei abstinence in cibis, vigilantia in orationibus, strenuitas in jeuniis erat, ut infirmato stomacho vix consistere posset. Literis grammaticis, dialecticisque ac rhetoricis ita erat institutus, ut nulli in urbe ipsa putaretur esse secundus. Hunc ^e apicem attentius **481** fugere tentans, ne quod prius abjecerat, rursus ei in sæculo de ad pto honore jactantia quædam subreperet: unde factum est ut epistolam ad imperatorem Mauricium dirigeret, cujus filium ex lavaero sancto susceperat, conjurans et multa prece poscens ne unquam consensum præberet populis, ut hunc hujus honoris gloria sublimaret. Sed præfectus urbis Romæ Germanus ejus ^f anticipavit nuntium, et comprehenso, disruptis epistolis, consensu quem populus fecerat imperatori direxit. At ille gratias Deo agens pro amicitia diaconi, quod reperisset locum honoris ejus ^g, data præceptione ipsum jussit institui. Cumque in hoc restaret ut benediceretur, et lues populam devastaret, verbum ad plebem pro agenda

^a Confer lib. i de Gloria Mart., cap. 83.

^b Hanc Tiberis inundationem memorat ipse Gregorius M. lib. iii Dialog., cap. 19, et Paulus Diaconus lib. iii de Gestis Langobard., cap. 24 et seqq., qui et in Vita sancti Gregorii, edita Sæculo i Benedictino inter acta SS. Ord. nostri, integrum fere hoc caput Gregorii nostri descripsit.

^c Monastico scilicet, quem omnibus abdicatis in monasterio sancti Andrea a se condito Romæ suscepit, ubi Benedictinæ Regula vigeat. Qua de re dissertationem edidit Mabillonius tomo ii vet. Analect.

A pœnitentia in hunc modum exorsus est.

ORATIO GREGORII AD PLEBEM.

« Oportet, fratres dilectissimi, ut flagella Dei quæ metuere ventura debnuimus, saltem præsentia et experta timeamus. Conversionis vobis aditum dolor aperiat, et cordis nostri duritiam ipsa, quam patimur, pœna dissolvat: ut enim propheta teste prædictum est, *Pervenit gladius usque ad animam* (Jerem. iv, 10). Ecce etenim cuncta plebs cœlestis iræ mucrone percutitur, et repentinâ singuli cæde vastantur: nec languor mortem prævenit, sed languoris moras, ut cernitis, mors præcurrit. Percussus quisque ante rapitur, quam ad laudentis pœnitentiæ convertatur. Pensate ergo, qualis ad conspectum districti Judicis pervenit, cui non vacat flere quod fecit. Habitatores quoque non ex parte subtrahuntur, sed pariter corruunt: domus vacuæ relinquuntur, filiorum funera parentes aspiciunt, et sui eos ad interitum hæredes præcedunt. Unusquisque ergo nostrum ad pœnitentiæ lamenta confugiat, dum fleret ante percussorem vacat. Revocemus ante oculos mentis quicquid errantulo commisimus, et quod iniquiter egimus flendo puniamus. *Præveniamus faciem ejus in confessione* (Psal. xciv, 2), et sicut propheta admonet, *Levemus corda nostra cum manibus ad Dominum* (Thren. iii, 41). Ad Deum qui prope corda cum manibus levare est, **482** orationis nostræ studium merito bonæ operationis erigere. Dat profecto, dat tremori nostro fiduciam, qui per prophetam clamat: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat* (Ezech. xxxiii, 11). Nullus autem de iniquitatum suarum inmanitate desperet: veterinosas namque Niniuitarum culpas tridua pœnitentia abstersit (Jon. iii, 10); et conversus latro vitæ præmia, etiam in ipsa sententia suæ mortis emeruit (Luc. xxiii, 47). Mutemus [At. levemus] igitur corda, et præsumamus nos jam percepisse quod petimus. Citius ad precem Judex flectitur, si a pravitate sua petitor corrigatur. Inminente ergo tantæ animadversionis gladio, nos importunis fletibus insistamus. Ea namque, quæ ingrata esse hominibus importunitas solet, judicio Veritatis placet: quia pius ac misericors Deus vult a se precibus veniam exigi, qui quantum meremur non vult irasci; hic etenim per psalmistam dicit: *Invoca me in die tribulationis tuæ, et eripiam te: et magnificabis me* (Psal. xlix, 15). Ipse ergo sibi testis est, quia invocantibus misereri desiderat, qui admonet ut invocetur. Proinde, fratres charissimi, contrito corde, et correctis operibus, ab ipso feriæ quartæ primo die

^d Diu mos ille Romæ vixit, ut non nisi septem diaconi, scilicet regionarii, haberentur in memoriam septem diaconorum ab apostolis Jerosolymis institutorum. De his vide Mabillon. Comment. in Ordinem Rom., cap. 5.

^e Quæ sequuntur ad finem cap. contracta sunt in Regim., in quo nec sancti Gregorii oratio habetur.

^f Aliquot ed., *germanus ejus*, quasi præfectus sancti Gregorii frater fuerit.

^g Paulus diaconus in Vita sancti Gregorii, eo quod locum deferendi ei honoris reperisset.

lucio, septiformem Letaniam juxta distributionem A inferius designatam, devota ad lacrymas a mente veniamus, ut districtus Judex cum culpas nostras nos punire considerat, ipse a sententia propositæ [Al. proposita] damnationis pareat. Clerus igitur egrediatur ab ecclesia sanctorum martyrum Cosmæ et Damiani, cum presbyteris regionis sextæ. Omnes vero abbates cum monachis suis, ab ecclesia sanctorum martyrum Gervasii et Protasii, cum presbyteris regionis quartæ. Omnes abbatissæ cum congregationibus suis, egrediantur ab ecclesia sanctorum martyrum Marcellini et Petri, cum presbyteris regionis primæ. Omnes infantes, ab ecclesia sanctorum martyrum Joannis et Pauli cum presbyteris regionis secundæ. Omnes vero laici, ab ecclesia sancti protomartyris Stephani, cum presbyteris regionis septimæ. Omnes mulieres viduæ, ab ecclesia sanctæ Enfirmiæ cum presbyteris regionis quintæ. Omnes autem mulieres conjugatæ egrediantur ab ecclesia sancti 483 martyris Clementis, cum presbyteris regionis tertie b. Ut de singulis ecclesiis exeuntes cum precibus ac lacrymis, ad beatæ Mariæ semper virginis genitricis Domini Dei nostri Jesu Christi basilicam congregemur, ut ibi diutius enim fletu ac gemitu Domino supplicantes, peccatorum nostrorum veniam promereri valeamus. »

Hæc eo dicente, congregatis clericorum catervis, psallere jussit per triduum, ac deprecari Domini misericordiam. De hora quoque tertia veniebant utriusque chori psallentium ad ecclesiam, clamantes per plateas urbis, Kyrie eleison. Asserebat autem diaconus noster qui aderat, in unius horæ spatio, dum voces plebs ad Dominum supplicationis emisit, octoginta homines ad terram corruisse, et spiritum exhalasse. Sed non destitit sacerdos tantus prædicare populo, ne ab oratione cessarent. Ab hoc etiam diaconus noster reliquias sanctorum, ut diximus, sumpsit, dum adhuc in diaconatu degeret. Cumque latibula fugæ præpararet, capitur, trahitur, et ad beati apostoli Petri basilicam deducitur, ibique ad pontificalis gratiæ officium consecratus papa urbi datus est. Sed nec destitit diaconus noster, nisi ad episcopatum ejus de Porto c rediret, et qualiter ordinatus fuerit, præsentem contemplatione suspiceret.

H. Grippio d autem ab imperatore Mauricio rediens, hæc nuntiavit, quod anno superiore cum ad pto navigio cum sociis suis Africae portum attingisset, Carthaginem magnam ingressi sunt. Ubi dum morarentur, jussionem opperientes præfecti qui aderat e,

a Al., mente cum lacrymis.

b Personarum locorumque ordinem paulo aliter exprimit ipse Gregorius lib. II, epist. 2, et Joannes diaconus, lib. I Vitæ sancti Gregorii num. 42, quod forte complices ejusmodi fuerint litaniæ, uti censet Baronius. Paulus vero diaconus lib. III de Gestis Langobard. nostro Gregorio conformis est.

c Bee., de Porto. Ed., de porta. An hic indicatur locus in quo Gregorius pontificatum fugiens latebras quaesierat? aut de ipso Gregorio Tur. diacono, qui ad portum usque deductus dicitur lib. I de Glor. Mart., cap. 83.

qualiter imperatoris præsentiam adire deberent, unus puerorum, Evantii scilicet, qui cum eodem abierat, directam speciem de manu cujusdam negotiatoris ad metatum detulit. Quem ille persecutus ejus res erant, reddi sibi rem propriam flagitabat; sed isto differente, cum de die in diem hoc 484 jurgium in majus propagaretur, quadam die negotiator puerum illum in platea reperit, apprehensoque vestimento ejus, tenere cœpit dicens: Quia non a me laxaberis, priusquam res quas violenter diripuisti, meæ ditioni restituas. At ille exentere se de ejus manibus conatus, non dubitavit erepto gladio hominem trucidare, et statim ad metatum regressus est, nec aperuit sociis quæ gesta fuerant. Erant enim ibi tunc, ut diximus, legati, Bodegisilus filius Mummoleni f Suessionici, et Evantius filius Dynamii Arclatensis, et hic Grippio genere Francus, qui elevantes de epulo, sopori se dederunt pro quiete. Quare cum seniori urbis nuntiata fuissent quæ puer horum gesserat, collectis militibus, vel omni populo armis circumdato, ad metatum eorum dirigit. At illi inopuantes expergefacti, obstupescunt, cernentes hæc quæ gerebantur. Tunc ille qui prior erat, exclamabat dicens: Arma deponite, et ad nos egredimini, ut cognoscamus pacifice qualiter homicidium factum est. Hæc illi audientes, timore perterriti, adhuc ignorantes quæ gesta fuerant, fidem expetunt, ut securi sine armis egrederebantur. Juraverunt homines illi, quod custodire impatientia non permisit. Sed mox egredientem Bodegisilum gladio percussit, similiter et Evantium. Quibus ante ostium metatus prostratis, Grippio arreptis armis cum pueris qui secum erant, processit ad eos, dicens: Quæ gesta fuerunt non ignoramus, et ecce socii itineris mei, qui ad imperatorem directi fuerant, gladio sunt prostrati. Judicabit Deus injuriam nostram, et mortem illorum de interitu vestro, quia nos innocentes et in pace venientes taliter trucidatis: nec ultra erit pax inter reges nostros imperatoremque vestrum. Nos enim pro pace venimus, et pro adjutorio reipublicæ impertiemus. Testem hodie invoco Deum, quia vestra excitavit noxa, ut non 485 custodiat inter principes pax promissa. Hæc et hujusmodi Grippione verba proferente, soluto Carthaginensis g belli pro-cinctu, regressus est unusquisque ad propria. Præfectus vero ad Gripponem accedens, mulcere cœpit animos ejus de iis quæ gesta fuerant, ordinans qualiter ad præsentiam imperatoris accederet. Qui veniens narrata lègatione pro qua directus fuerat, exi-

d Colb. a., Grippho, et sic infra. Hoc caput in eodem cod. immediate subjungitur capiti 36 præcedentis libri, omissis intermediis, ita in nulla sit in isto codice librorum IX et X distinctio: quod et am fit in Vat., in quo tamen hic et in capitulorum indice novus habetur numerorum ordo, ita ut hoc caput, nulla licet libri X facta mentione, dicatur caput I, et sic deinceps. In utroque post hunc librum habentur Fredegarii Chronicon sub titulo libri X Historiæ Gregorii.

e Sic Colb.; ceteri, qui adrant.

f Mummolenum laudat Fortunatus, l. I, v. 1, carm. 14 g Bad., Carthaginenses.

Uam sociorum exposuit. Qua de causa imperator A
va'de molestus, pollicitus est ulcisci mortem eorum,
juxta id quod Childeberti regis iudicium promulga-
ret. Tunc ab imperatore muneratus, cum pæce re-
gressus est ^a.

III. His ^b a Grippone Childeberto regi relatis, con-
fatum exercitum in Italiam commoveri jubet ac vi-
ginti duces ad Langobardorum gentem debellandam
dirigit. Quorum nomina non putavi lectioni ex ordine
necessario inserenda. Audoualdus ^c vero dux cum
Viathrone commoto Campaniæ populo, cum ad Met-
ten-em urbem, quæ ei in itinere sita erat, accessisset,
tantas prædas tantaque homicidia ac cædes perpe-
travit, ut hostem propriæ regioni putaretur inferre.
Sed et alii quoque duces similiter cum phalangis suis
fecere, ita ut prius regionem propriam aut populum B
commanentem afficerent, quam quiddam victoriæ de
inimica gente patrarent. Appropinquantes autem ad
terminum Italiæ, Audoualdus cum sex duabus dexte-
ram petiit, atque ad Mediolanensem urbem advenit,
ibique eminens in campestris castra posuerunt. Olo
au em dux ad Bilitionem hujus urbis castrum, 486
in campis situm Caninis ^d, importune accedens, ja-
culo sub papilla ^e sauciatus, cecidit et mortuus est.
Hi autem cum egressi fuissent in prædam, ut aliquid
victus acquirerent, a Langobardis irruentibus pas-
sim per loca pro-ternebantur. Erat autem stagnum
quoddam in ipso Mediolanensis urbis territorio, quod
Coresium ^f vocitant, ex quo parvus quidam fluvius,
sed profundus egreditur; super hujus lacus litus Lan-
gobardos residere audierant. Ad quem enim appro- C
pinquassent, priusquam flumen, quod diximus, trans-
irent, a litore illo unus Langobardorum stans lorica
protectus et galea, eorum manu gestans, vocem de-
dit contra Francorum exercitum, dicens: Hodie ap-
parebit cui divinitas obtinere victoriam præset. Unde

^a De hac legatione egit Gregorius supra lib. ix, cap. 25; multum vero illustratur ex variis epistolis Childeberti et Brunehildis a Frehero et Chesnio tom. I editis, quas Grippo Constantinopolim detulerat. In his etiam, quas non solum imperatori et Anastasiæ Augustæ, sed etiam patriarchæ aliisque imperii optimatibus Childebertus rex, materque ejus Brunehildis seorsim scripserunt, testantur se nihil omnino omisuros, ut pax inter Romanos et Francos firma semper et inconcussa permeneat. Actum est etiam in hac legatione de auxilio Romanis adversus Langobardos in Italiam ferendo, quod a Childeberto præstitum esse ex Gregorio et Paulo Diae. discimus; sed, ni fallor, hoc potissimum agebat Childebertus, ut Athanagildum ex sorore sua lugunde nepotem, qui post Hermenegildi necem Constantinopolim abductus fuerat, ex imperatoris manu eriperet, quod ex laudatis litteris patet. An vero id unquam obtinuerit, incertum nobis est.

^b Vat., *Hæc a Grippone regi Childeberto relata*. Confer hoc caput cum cap. 52 libri in Hist. Lang. Pauli Diae.

^c Paulus *Audoualdus* appellat. Et infra Colb. m., Regm. et Chesn. al. *Victrione*, de quo vide supra lib. viii, cap. 48.

^d Campos Caninos laudant Ammianus Marcellinus lib. xv, et Apollinaris Sidonius carm. 5, versu 177; sed in Rhætia, eo quod reipsa sint inter Rhædam et Liguriam, ubi hodieque visitur Bilatio, ut cum Gre-

intelligi datur, hoc signum sibi Langobardos præpara-
vissent. Tunc pauci transeuntes, contra Langobardum
hunc decertantes, prostraverunt enim; et ecce omnis
exercitus Langobardorum in fugam versus præterit.
Hi quoque transeuntes flumen, nullum de iis reperiunt,
nisi tantum recognoscentes apparatus castrorum,
ubi vel foecos habuerant, vel tentoria fixerant.
Cuniquè nullum de iis deprehendissent, ad estra sua
regressi sunt, ibique ad eos imperatoris legati vene-
runt ^g, nuntiantes adesse exercitum in solatium eorum,
dicentesque: Quia post triduum cum eisdem
veniemus, et hoc vobis erit signum: Cum videritis
villæ hujus, quæ in monte sita est, domus [*Pro domos*]
incendio concremari, et fumum incendii ad cælos
usque sustolli, noveritis 487 nos eum exercitum quem
pollicemur adesse. Sed expectantes juxta placitum
dies sex, nullum ex iis venisse contemplantur.
Cedinus ^h autem cum tredecim ducibus lævam
Italiæ ingressus, quinque castella cepit, a quibus
etiam sacramenta exegit. Morbus etiam dysen-
tericæ graviter exercitum afficiebat, eo quod acres
incongrui insuetique iis hominibus essent, ex quo
plerique interierunt. Commoto autem vento et data
pluvia, cum paulisper refrigescere aer cœpit, in in-
firmitate salubritatem contulit. Quid plura? per tres
fere menses Italiam pervagantes, cum nihil proficerent,
neque se de inimicis ulcisci possent, eo quod
se in locis communissent firmissimis; neque regem
capere, de quo ultio fieret, qui se infra Ticienses
munierat muros; infirmatus, ut diximus, aerum in-
temperantia exercitus, ac fame attritus, redire ad
propria destinavit. Sublens etiam illud, acceptis sa-
cramentis, regis ditionibus quod pater ejus ⁱ prius
habuerat, de quibus locis et captivos, et alias ab-
duxere prædas. Et sic regredientes ita lame conficie-
bantur, ut prius et arma et vestimenta ad cocumen-

gorio habet Paulus, seu Bellincio aut Berinzona, quod est castrum Lombardiæ Transpadanæ, vulgo *Belinzona* dictum. Colb. m. habet, *in campis situm communis*.

^e Alii eum Paulo, *mamilla*.

^f Regm. et Colb. m., *Ceresium*; Bec., *Cerasium*.

^g Paulus ait eos ad Audoualdum venisse enim esset prope Mediolanum. Edidit Freherus epistolam ducis exercitus Romanorum ad Childebertum, in qua hujus expeditionis rationem reddit, accusatque *Chenum*, quem Cedinus infra memoratum esse existimo, paucis imite enim rege Langobardorum. In alia vero Childeberto exponit quantum profecerit adversus Langobardos. Childebertus tamen nullam expeditionem postea in Italiam suscepisse traditur, quod ei exprobrare videtur Manicis in epistola ad eum scripta. Quæ ex his epistolis ad Gregorium nostrum illustrandum conducunt in Appendice proferuntur.

^h Sic Bec. cum Paulo. Colb. a., *Chedinus*, Regm., *Cedinus*; editi, *Chedinus*. Ea occasione, ut narrat Paulus, Franci Veronam usque pertigerunt, qui et castrorum ab ipsis dirutorum in territorio Tridentino nomina recenset.

ⁱ Ex hoc etiam loco inferre licet, Si bertum aliquam Italiæ partem possedisse, id est loca Rhætiæ proxima, ut censet Valesius lib. xv rerum Francic., circa agrum Tridentinum et Athesiam fluvium in Venetia.

dum victum demerent, quam locum genitalem contingerent. At Aptacharius a Langobardorum rex, legationem ad Guntelramnum regem eum hujusmodi verbis direxit: Nos, piissime rex, subjecti atque fideles vobis gentique vestræ, sicut patribus vestris fuimus, et esse desideramus; nec discedimus a sacramento quod prædecessores nostri vestris prædecessoribus juraverunt. Nunc autem desistite a persecutione nostra, et sit pax nobis et concordia, ut ubi necessarium fuerit contra inimicos auxilium præbeamus, ut vestra selet nostraque gente salvata, ac vobis pacificos cognoscentes, terreantur magis adverteri qui in circuitu obstrepunt de amicitia, quam de nostra discordia gratulentur. Pacificæ hæc **488** Guntelramnus rex verba suscepit, misitque eos ad nepotem suum Childebertum regem. Dum autem his narratis in loco comorarentur, venerunt alii qui mortuum Aptacharium regem nuntiantes, Paulumque in loco ejus substitutum, ejusmodi verba quæ supra diximus defecentes. Sed Childebertus rex placatum cum eisdem ponens, ut quid ei in posterum eveniret, enuntiaret, eos abscedere jussit.

IV. Mauricius autem Carthaginenses illos, qui lætatos Childeberti regis anno superiore (*Sup. cap. 2*) detemerant, vinctos manibus, catenisque operatos, ad eum direxit præsentiam, duodecim scilicet numeros, sub ea videlicet conditione, ut si eos interficere vellet, haberet licentiam, sin autem ad redimendum vellet, trecentis pro uno quoque acceptis anreis desiceret, sique ut quod vellet eligeret: quo factus sopito scandalo, nulla occasio inter ipsos inimicitia oriretur. Sed rex Childebertus differens homines vinctos accipere, ait: Incertum apud nos habetur, anrum si sint homicidæ illi quos adducitis, an alii, vel fortassis servi ejuscuque habentur, cum nostri bene ingenui generatione fuerint, qui apud vos fuerint interempti. Præsertim et Grippa astabat, qui eo tempore legatus cum eisdem fuerat missus, qui interfecit sunt, ac dicebat: Quia præfectus urbis illius cum collectis duobus aut tribus hominum millibus ruit super nos, interemitque socios meos: in quo scidlo et ego ipse interissem; si me viriliter defendere nequivissem. Accedens autem ad locum homines

A agnoscere potero; de quibus si imperator vester, ut dicitis, nostro enim domino pacem custodire deliberat, ultionem exigere debet: et sic dato rex placito, ut post eos ad imperatorem dirigeret, ipsos abscedere jubet.

489 V. His e autem diebus Cuppa, qui quondam comes stabuli Chilperiei regis fuerat, irrupto Turonicæ urbis termino, pecora reliquasque res, quasi prædam exercens, diciere voluit. Sed cum hæc incolæ præsensissent, collecta multitudinæ eum sequi cœperunt. Exeussaque præda, duobus ex pueris ejus interfectis, hic modus aufugit, aliis duobus pueris captis, quos vinctos ad Childebertum regem transmiserunt; quos ille in carcerem conjici jubens, interrogare præcepit, ejus auxilio Cuppa fuisset ereptus, ut ab iis non comprehenderetur qui sequebantur. Responderunt hoc Animodi vicarii dolo, qui pagum illum judicaria regabat potestate, factum fuisse. Protinusque directus rex litteris ad comitem urbis, jubet ut cum vinctum in præsentiam regis dirigeret: quod si resistere conaretur, vi oppressum etiam interficeret, si principis gratiam cupiebat acquirere. Sed ille non resistens, datis fidjussoribus, quo jussus est abire, repetamque Flavianum domesticum e, causatus cum socio, nec noxialis inventus, pacificatus cum eodem, redire ad propria jussus est, datis tamen domestico illi muneribus prius. Ipse quoque Cuppa iterum commotis quibusdam de suis, filiam Badegisili, quondam Cæromaneensis episcopi, diripere sibi in matrimonium voluit; irruens autem nocte cum cuneo sociorum in villa Marogalensi f, ut voluntatem suam expleret, præsensit eum dolamque ejus Magnatrudis materfamilias, genitrix scilicet puellæ: egressaque cum famulis contra eum vi repulit, cæsis plerisque ex illis, unde non sine dolore discessum est.

VI. Apud Arvernos vero vincti carceris, nocte metu Dei disruptis vinculis, reseratisque aditibus custodiae egressi, ecclesiam ingressi sunt. Quibus cum Eulalius comes onera cateparum **490** addi jussisset, ut super eos posita, extemplo ceu vitrum fragile comminuta sunt: et sic obtinente Avito g pontifice eruti, propriæ sunt redditu libertati.

VII. In supradicta vero urbe Childebertus rex

^a Antharis dicitur a Paulo Diae. qui de hac legatione agit lib. iii Hist. Lang. cap. 55.

^b Pauli hujus non meminit Paulus Diae., sed ut se narrat lib. iii, cap. 56, Agilulfus, seu Ago dux auribatium Autharic substitutus est ab ipsa Theodinda Autharii relicta, quæ ipsum in regni et torietatem ascivit, quod anno sequenti mense Maio generali totius gentis conventu ab omnibus Langobardis apud Mediolanum approbatum fuit. Utrique Gregorius M. varias epistolas scripsit, et Theodindæ scripsit libros Dialogorum. Agilulfus tandem ad catholicam fidem conversus est, pacemque cum Francis movit, Athanagildō fortas e tunc temporis e vivis exopto, aut certe cum nulla spes superesset Childeberto eum recipiendi. Nusquam postea ejus mentio currit. Vide Paul. Diae. lib. iv hist. Langobard., p. 1.

^c Hoc caput et sequens desunt in Vat. et Colb. m.; put tamen 7 habent, quod ibi est 5 et ab his verbis

D incipit: *In supradicta vero urbe Arvernica, etc.*, que supponunt caput præcedens. De Cuppane jam diximus supra lib. v, cap. 40; in plerisque editis dicitur *Chuppa*.

^d Vicarii isti hodieque vulgo *Viquiers* dicuntur, qui comitum nomine certis territoriis præfiebantur, ut jus plebi infimæ dederent, quod comitum in civitatibus officium erat. Alii erant majores vicarii, qui post modum vicecomites appellati fuerunt. Vide Bignon. in notis ad vet. formulas incerti auctoris, num. 1.

^e Hæc est, *reperio Flaviano domestico*.

^f Aliqui edit., *Marogalensi*. De hac supra lib. vii, cap. 12. Est et alia villa ipsius cognominis, ut observat Valesius, prope Aurelianens, vulgo *Marolle* dicta.

^g Cum de beati Aviti morte nihil habeat Gregorius, conjicit Cointius ipsam post an. 591, qui Gregorianæ Historiæ ultimus est, obiisse; anno scilicet 594, et quidem xii Kal. Octob., quo die festum ejus

omne tributum tam ecclesiis quam monasteriis, vel reliquis clericis, qui ad Ecclesiam pertinere videbantur, aut quicumque Ecclesiae officium exercebant, larga pietate concessit. Multum enim jam exactores hujus tributii exspoliati erant, eo quod per longum tempus et succedentium generationes, ac divisim in multas partes ipsis possessionibus, colligi vix poterat hoc tributum. Quod hic, Deo inspirante, i^a praecepit emendari, ut quod super hac fisco deberetur, nec exactorem damna percuterent, nec Ecclesiae cultorem tarditas de officio aliqua revocaret.

VIII. In a confinio vero termini Arverni, Gabalitanique atque Rutheni, synodus episcoporum facta est contra Tetradiam, relictam quondam Desiderii, eo quod repeteret ab ea Eulalius comes res b quas ab eo fugiens secum tulisset. Sed hanc causam, vel qualiter Eulaliam reliquerit, vel quemadmodum ad Desiderium confugerit altius memorandum putavi. Eulalius autem, ut juvenilis aetas habet, agebat quae aetiam irrationabiliter: unde factum est, ut a matre saepius increpitus, haberet in eam odium quam amare debuerat. Denique cum in oratorio domus suae hae in oratione frequenter incamberet, et nocturnas vigiliis saepe dormientibus famulis, in oratione cum lacrymis explet, in officio quo orabat suggillata reperitur. Sed nescientibus cunctis quis haec fecisset, crimen tamen parricidii refertur ad filium. Haec cum Cantinus episcopus Arvernae urbis comperisset, eum a communione submovit. Convenientibus autem civibus 491 cum sacerdote ad festivitatem beati martyris Juliani, ad pedes episcopi Eulalius ille prostratur, querens se inauditum a communione remotum. Tunc episcopus permisit eum cum ceteris Missarum spectare c solemnia. Verum ubi ad communicandum ventum est, et Eulalius ad altarium accessisset, ait episcopus: Rumor populi parricidam te proclamat esse. Ego vero utrum perpetraveris hoc scelus, an non, ignoro: idcirco in Dei hoc et beati martyris Juliani statim iudicio. Tu vero, si idoneus es, ut asseri, accede propius, et sume tibi Eucharistiae particulam, atque impone ori tuo d. Erit enim Deus respector conscientiae tuae. At ille accepta Eucharistia, communicans abscessit. Habebat enim uxorem Tetradiam nobilem ex matre, patre inferiori. Sed cum in domo sua vir ancillarum concubitu misceretur, conjugem negligere cepit, et cum ab

scorto reverteretur, gravissimis eam plagis saepius afflicerat. Sed et pro multis sceleribus debita nonnulla contraxerat, in quibus ornamenta et aurum uxoris saepissime evertebat. Denique inter has angustias mulier collocata, cum honorem omnem, quem in domo viri habuerat perdidisset, et ille abisset ad regem, haec a Viro [Al. Vero], sic enim erat nomen hominis, mariti sui nepote concupiscitur scilicet ut quia ille perdidit conjugem, hujus matrimonio jungeretur. Virus autem timens inimicitias avunculi, mulierem Desiderio duci transmisit, videlicet ut succedente tempore copularetur ei: quae omnem substantiam viri sui, tam in auro quam in argento, et vestimentis, et quae moveri poterant, cum seniore filio secum sustulit, relicto in domo alio juniore. Rediens vero Eulalius ex itinere, comperit quae acciderant. Sed cum mitigato dolore paululum quievisset, super Virum nepotem suum irruit, eumque inter arcta vallium Arvernarum interemit. Audiens autem 492 Desiderius, qui et ipse uxorem nuper perdidit, quod scilicet Virus interfectus fuisset, conjugio suo Tetradiam sociavit. Eulalius vero puellam de monasterio Lugdunensi diripuit, cum qua a cepit. Sed concubinae ejus, instigante, ut quidam asserunt, invidia, maleficiis sensum ejus oppilaverunt. Post multum vero temporis, Eulalius Emerivum hujus puellae consobrinum clam appetiit, occiditque. Similiter Socratium fratrem sororis suae e quem pater ex concubina habuerat, interemit. Et alia multa mala fecit, quae enarrare perlongum est. Joannes tilius ejus, qui cum sua discesserat genitrice, a domo Desiderii dilapsus, Arvernum venit. Cumque jam Innocentius episcopatum Ruthenae urbis ambisset, mandatum ei mittit Eulalius, ut res quae ipsi in hujus civitatis territorio debebantur, per hujus auxilium recipere posset. Sed Innocentius ait: Si de filiis tuis unum accipio, quem clericum factum in solatio meo retineam, faciam quae precaris. At ille transmisit puerum, Joannem nomine, recepitque res suas. Susceptoque Innocentius episcopus puero, totum caput eius, deditque eum archidiacono ecclesiae suae; qui in tanta se abstinence subdidit, ut protritico hordeum sumeret, pro vino aquam hauriret, et pro equo asino uteretur, vestimenta vilissima habens. Ig^{itur} conjunctis, ut diximus, sacerdotibus et viris magnificis in confinio supradictarum urbium.

celebratur: sepultus est in ecclesia beatae Mariae Principalis, ut habetur in libro de eccles. Claromont. cap. 2, quae dicitur beatae Mariae de Portu in ejusdem sancti viri Vita, quam ecclesiam a cathedrali distinguendam esse monet Savaro. Alius est Avitus, qui in ecclesia sancti Venerandi quiescit, in lib. laudato cap. 13, sancti Boniti frater.

a Hoc caput deest in utroque cod. Colb. et Vat.

b Regim., *repeteret eam Eulalius comes et res.*

c Haec voce uti ut saepius Gregorius, quae etiam habetur in can. 2^o concilii in Anselm. Sed ex isto Gregorii loco suspicatur noster Mabillonius lib. 1 de Liturg. Gallic., c. p. 6, ubi plura haec et ea de re, et missas spectasse, qui quidem praesentes aderant, sed non communicabant.

d Quae ex hoc Gregorii loco collegit noster Mabillonius l. 1 de Liturg. Gal. c. 5: 1^o Eucharistiae nomine solam panis speciem designari; 2^o ex portione, non ex integra formula communionem datam; 3^o communionem sub sola panis specie; 4^o antiquum morem usque ad Gregorii tempora perseverasse, ut vini accepta in manibus iⁿ eucharistia, ipsam sibi in ore imponerent. Mulieres tamen, ut ex canone 42 Antissiod. e nulli patet, non unda manum, sed in linteis Dominicali eam recipiebant. Ex eodem textu discimus laicis ad altare permissum fuisse accessum pro sacra communione. De modo recipiendi sacrae communionis primis Ecclesiae saeculis usitat^o pluribus disserit noster Hugo Menardus in rotis ad Sacramentarium Gregorianum, pag. 578, 579, 581.

e Aliquot editi cum Bee., *socerae suae*

Tetrada ab Agino representatur, atque Eulalius A contra eam causaturus accessit. Cumque res quas de ejus, abiens ad Desiderium, domo abstulerat, inquireret, judicatum est Tetrada^a, ut quadrupla satisfactione ablata restitueret, filiosque quos de Desiderio conceperat, incertos^b haberi: illud etiam ordinantes, ut si hæc quæ Eulalio est jussa dissolveret, accedendi in Arvernium licentia præberetur, rebusque suis, quæ ei ex paterna successione **493** obveniant absque calumnia frueretur: quod ita factum est.

IX. Cum hæc agerentur, et Britanni circa urbes, Namneticam utique et Rhedonicam, valde sævirent, Gunthebrannus rex exercitum contra eos commoveri jussit; in quorum capite Beppolenum et Ebracharium duces delegit. Sed Ebracharius suspectus, quod B si victoria cum Beppoleno patraretur, ipse ducatum ejus acquireret, inimicitias cum eodem concecit; et per viam totam se blasphemis, conviciis atque maledictionibus lacessunt. Verum per viam qua abierunt, incendia, homicidia, spolia ac multa scelestia egerrunt. Interea venerunt ad Vicinoniam amnem, quam transmissi, ad Uldam fluvium^c pervenerunt; ibique dissipatis vicinuitatis casis, pontes desuper statuerunt, sicque exercitus omnis transivit. Coniunctus enim fuerat eo tempore Beppoleno presbyter quidam, dicens: Si secutus me fueris, ego te usque Warochum ducam, ac Britannos tibi in unum collectos ostendam. Fredegundis enim cum audisset, quod in hoc prociectu Beppolenus abiret, qui a ei jam ex anteriore tempore inuisus erat, Bajocasinos Saxones, C juxta ritum Britannorum tonsos^d, atque cultu vestimenti compositos, in solatium Warochi abire præcepit. Adveniente autem Beppoleno cum iis qui eum sequi voluerunt, certamen iniit, multosque per biduum de Britannis ac Saxonibus superscriptis interemit. Recesserat enim ab eo Ebracharius cum majori manu, nec ad eum accedere voluit, donec inemptum audiret. Die autem tertio cum jam qui cum eo erant interficerentur, atque ipse sauciatus lancea repugnaret, irruentibus super eum Warocho cum supradictis, interfecerunt eum: incluserat enim eos inter angustias viarum atque paludes, in quibus magis luto necti, quam gladio trucidati sunt. Ebracharius vero usque Venetos urbem accessit: miserat enim ad eum obviam episcopus regalis clericos suos cum **494** crucibus et psalterio, qui eos usque ad urbem deduxerunt. Ferebant etiam quidam eo tempore, quod Warochus in insulas fugere cupiens cum

navibus oneratis auro, argentoque et reliquis rebus ejus, cum alta maris cepisset, commoto vento, demersis navibus, res quas imposuerat, perdidisset: tamen ad Ebracharium veniens, pacem petiit, obsidesque cum multis muneribus tradidit, promittens se nunquam contra utilitatem Gunthebranni regis esse venturum. Quo recedente, et regalis episcopus cum clericis et pagensibus urbis suæ, similia sacramenta dedit, dicens: Quia nihil nos dominis nostris regibus culpabiles sumus, nec iniquam contra utilitatem eorum superbi existimus, sed in captivitate Britannorum positi, gravi jugo subditi sumus. Pace igitur celebrata inter Warochum atque Ebracharium, dixit Warochus: Discedite nunc et renuntiate, quia omnia quæ jusserit rex, sponte implere curabo: quod ut plenius credere debeatis, nepotem meum obsidem tribuam. Et ita fecit, cessatumque est a bello^e. Verumtamen multitudo magna, sicut de regali exercitu, ita et de Britannis caesa est. Egrediente autem exercitu a Britannis, ac transeuntibus amnem robustioribus, inferiores et pauperes qui cum his erant simul transire non potuerunt. Cumque in litus illud Vicinoniæ amnis restitissent, Warochus oblitus sacramenti atque obsidum quos dederat, misit Canaonem filium suum cum exercitu, apprehensisque viris quos in litore illo reperit, vinculis alligat, resistentes interficit, nonnullis qui cum caballis torrentem transire voluerunt, ab ipsius torrentis impetu in mare dejectis. Dimissi sunt postea multi^f a conjuge Warochi cum cereis et tabulis quasi liberi, et ad propria sunt regressi. Exercitus vero ipsius qui prius transierat, metuens per viam illam qua venerat regredi, ne forte mala quæ fecerat pateretur, ad Andegavam urbem dirigit, Meduanae torrentis^g expectans **495** pontem: sed parva quæ prius transitu mansus, ad ipsum quem præfati sumus pontem, spoliati, cæsi et ad omne dedecus sunt redacti. Per Turonicum vero transeuntes, prædas ageutes multos expoliaverunt; inopinantes enim repererant incolas loci. Multi tamen de hoc exercitu ad Gunthebrannum regem accesserunt, dicentes quia Ebracharius dux ac Uviliacharius comes, accepta pecunia ab Warocho, exercitum perire fecissent. Qua de causa Ebracharius presentatus, multum conviciis actus a rege, a presentia ejus discedere jussus est, Uviliachario comite per fugas latitante.

X. Anno^h igitur decimo quinto Childeberti regis, qui est Gunthebranni nonus atque vicesimus, dum ipse Gunthebrannus rex per Vosagum silvam ven-

^a Bec., *judicatum est Tetradiæ.*

^b Bec. et Regm., *incertos.* Colb. m., *inesti.* Incertus, id est spurios.

^c Oritur prope Rohanniam in Venetensi diœcesi, atque in Vicinoniam, seu, ut hodie dicitur, Vegellanium, hanc procipta Ponte Corbino defluit, et vulgo dicitur *l'August.* Unde nonnulli recentiores antiquum nomen mutaverunt, hunc fluvium *Augustum* vocitantes.

^d Quod scilicet primo in Britanniam majorem, inde hunc morem mutuati fuerant irrupissent. Quin et Saxones, ut patet ex epist. 9 lib. viii Apollinaris

Sidonii, more Brittonum tonsi erant. De Brittonum tonsura ad Mabillon. in præf. s.æc. iii Act. SS. ord. nostri, part. 1, ca de re fusius disserentem.

^e Sic Casin.; cæteri, *cessatumque est ab illo.* Bec., *ab eo.*

^f In Regm. dicitur, *multi*

^g Meduana, *la Mayenne*, fluvius est, quem ob rapiditatem Gregorius torrentem appellat. Oritur in Cenomanis, et aliquot aliis fluviiis auctus, infra Andegavam Ligeri miscetur.

^h Is est an. 590. Decet hoc caput in Colb. a. et Vat.

tionem exercebat, vestigia occisi bubali deprehendit. Cumque custodem silvæ arcibus distringeret, quis hæc in regali silva gerere præsumpisset, Chundo- nem cubicularium regis prodidit. Quo hæc loquente, jussit eum apprehendi, et Cabillonum compactum in vitulis duci. Cumque uterque in præsentia regis intenderent^a, et Chundo diceret, nunquam a se hæc præsumpta quæ obijciuntur, rex campum^b adjudicat. Tunc cubicularius ille dato nepote pro se, qui hoc certamen adiret, in campo uterque steterunt; jactaque puer ille lancea super custodem silvæ, pedem ejus transigit, moxque resu ians ruit. Puer vero extracto cultro qui de cingulo dependebat, dum collum ruentis invidere tentat, cultro sauciati ventre transfoditur: cecideruntque ambo, et mortui sunt. Quod videns Chundo, ad basilicam sancti Marcelli fugam inivit. Acclamante vero rege ut comprehenderetur, priusquam limen sanctum attingeret, comprehensus est, vinetusque ad stipitem lapidibus est obrutus. Multum se ex hoc deinceps rex penitens, ut sic enim ira præcipitem reddidisset, ut pro parvulæ causæ noxa, fidelem sibi necessarium virum tam ce-riter interemisset.

XI. Chlotharius vero Chilperici quondam regis filius graviter 496 ægrotavit, et intantum desperatus est habitus, ut regi Gunthramno obitus ejus fuisset nuntiatus: unde factum est, ut egrediens de Cabillono, quasi Parisios accedere cupiens, usque ad terminos Senonicæ nrbis accederet. Sed cum audisset convaluisse puerum, de itinere est regressus. Sed cum eum Fredegundis mater ejus desperatum vidisset, multam pecuniæ ad basilicam sancti Martini vovit, et sic puer melius agere visus est. Sed et ad Warochum nuntios dirigit, ut qui adhuc in Britanniis de exercitu Gunthramni regis retinebantur, pro hujus vita absolventur, quod ita Warochus implevit: unde manifestatum est, hujus mulieris colludio, et Beppolenum interfectum esse, et exercitum fuisse collisum.

XII. Ingeltrudis^c vero religiosa, quæ, ut in superioribus libris exposuimus, in atrio sancti Martini, puellarum monasterium collocavit, cum ægrotate cœpisset, neptem suam abbatissam instituit: unde reliqua congregatio maxime murmuravit, sed nobis increpantibus cessavit a jurgio. Hæc vero cum filia discordiam tenens, pro eo quod res suas ei abstulerat, obsecravit ut neque in monasterio quod instituit, neque super sepulcrum ejus permitteretur orare. Quæ octuagesimo, ut opinor, anno vite obiit, sepultaque est septimo Idus mensis primi [Martii]. Sed veniens filia ejus Berthe Gundis Turonis, cum non fuisset excepta, ad Childebertum regem abiit, postu-

lans ut ei liceret in locum matris suæ monasterium regere. Rex vero oblitus judicii quod matri ejus fecerat, huic aliam præceptionem manus suæ roboratam subscriptione largitus est, hæc continentem ut res omnes quas mater vel pater ejus habuerant, suo dominio subugaret, et quidquid monasterio Ingeltrudis reliquerat auferretur. Cum quo præcepto veniens, ita cunctam suppellectilem monasterii abstulit, ut nihil infra præter vacuos reliqueret parietes, colligens secum diversorum criminum reos, atque in seditionibus præparatos: qui si quid erat de villis^d reliquis quod devotio dederat, fructum auferrent. Tantaque ibi 497 mala gessit, quæ vix ex ordine possent narrari. Hæc vero, acceptis his rebus quas diximus, in Pictavum rediit, multa in abbatissam criminina vomens falsa, quæ parens ejus proxima habebatur.

XIII. His autem diebus existit quidam de presbyteris nostris, Sadducææ malignitatis infectus veneno, dicens non esse futuram resurrectionem^e. Cuique nos eam sacris litteris predictam, et apostolicæ traditionis auctoritate monstratam affirmarem, respondit: Manifestum est hoc celebre ferri, sed certum non sumus utrum sit, an non, præsertim cum Dominus iratus primo homini quem manu sacra plasmaserat, dixerit: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec revertaris in terram de qua sumptus es: quia pulvis es, et in pulverem reverteris* (Gen. iii, 19) Quid ad hæc respondebitis, qui resurrectionem futuram prædicatis; cum in pulverem redactum hominem resurgere ulterius divinitas non promittat? Cui ego: Quid de hac causa, vel ipsius Domini et Redemptoris nostri, vel patrum prædecessorum verba loquuntur, nullum catholicorum nescire reor. Nam in Genesi cum patres obirent, dicebat Dominus: *Tu autem congregaberis ad populum tuum. Sepultus in senectute bona* (Gen. xxv, 8). Et ad Cain dicitur: *Quia vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra* (Gen. iv, 10). Unde liquido apparet, vivere animas post egressum corporis, atque resurrectionem futuram intentis vultibus præstolari. Sed et de Job scriptum est, quia *resurrecturus est in resurrectione mortuorum*. Et propheta David, licet ex persona Domini, tamen resurrectionem prævidens, ait: *Nunquid qui dormit non adjacet ut resurgat* (Psal. xl, 9)? hoc est, Qui mortis somno opprimitur, non est venturus ad resurrectionem? Et Isaias (Isai. 66.), quod de sepulcris resurrexerunt mortui, docet. Sed et Ezechiel propheta (Ezech. 37), cum ossa arida oblecta ente, nervis solidata, venis infecta, flante spiritu animata, reformatum hominem enarraret, manifestissime resurrectionem futuram edocuit. Sed et illud manife-

^a Ita est *contenderent*, ut habet Regm.

^b Ejusmodi certamina in campo fiebant, hinc pugiles dicti sunt campioni. De duellis vide supra notis in cap. 14 lib. vii.

^c Hoc caput et quinque sequentia non exstant in Colb. a. et Val. De Ingeltrude actum est supra fuse lib. ix, cap. 73.

^d Colb. m. *de villabus reliquis quod devoti dede-*

rant. Bad., *villarum reliquis*.

^e Resurrectionem carnis futuram in dubium revocaverat paulo antea Eutychius episc. CP. a sancto Gregorio tunc ibi degente refutatus. Eandem hæresim alii quoque in variis regionibus sequebantur. De qua videsis præfationem in versionem Gallicam Dialogorum sancti Gregorii ab uno e nostra sancti Mauri congregatione, anno 1689 editam.

tum fuit resurrectionis iudicium, quod Elisæi (IV A Reg. xiii, 31) ossa tangens exstinctum eadaver, virtutis effectu revixerit : quod ipsius Domini, **498** qui est primogenitus mortuorum, resurrectio manifestavit : qui morti mortem intulit, et de sepulcro vitam mortuis reformavit (Apoc. i, 5). Ad hæc presbyter : Quod Dominus in assumpto homine mortuus fuerit ac resurrexerit, non ambigo : illud tamen, quod reliqui resurgant mortui, non admitto. Et ego : Et quæ fuit necessitas Filio Dei de cælo descendere, carnem assumere, mortem adire, inferna penetrare, nisi ut hominem quem p'asmaverat, non permetteret in morte perpetua derelinqui? Sed et iustorum animæ, quæ usque passionem ejus infernali ergastulo tenebantur inclu-æ, eo veniente laxatæ sunt. Nam descens ad inferos, dum tenebras nova luce perfudit, B animas eorum secum, ne hoc exitu amplius cruciarentur, ed exit, juxta illud, *Et in sepulcro ejus resurgent mortui*. Et presbyter ait : Nunquid possunt ossa in favillam redacta iterum animari, et hominem viventem proferre? Et ego respondi : Nos credimus quia quamlibet in pulverem redigatur homo, et aquis, ac terræ venti violenti impetu dispergatur, non sit difficile Deo hæc ad vitam resuscitari. Presbyter respondit : Illic maxime vos errare puto, ut asserere verbis lenibus tentetis acerrimam seductionem, ut dicatis a bestiis raptum, aquis immersum, piscium faucibus devoratum, in stercus redactum, et per secretum digestionis ejectum, aut aquis labentibus [AL. latentibus] dejectum, aut terra computrescente abolitum, ad resurrectionem venturum. Ad hæc ego respondi : C Oblivioni apud te traditum est, ut opinor, quid Joannes evangelista super pectus Dominicum recumbens, ac divini mysterii arcana rimans, in Apocalypsi dicat : *Tunc, inquit, reddet mare mortuos suos* (Apoc. xx, 13). Unde manifestum est, quia quidquid humani corporis piscis absorbit, ales rapuit, bestia deglutivit, a Domino conjunctum in resurrectionem reparandum erit : quia non erit ei difficile perdita reparare, qui ex nihilo non nata creavit : sed ita hæc in integritatem solida, sicut prius fuerant, reparabit, ut corpus quod fuit in mundo, aut poenam juxta meritum ferat, aut gloriam. Sic enim ipse Dominus in Evangelio ait : **499** *Quia Filius hominis veniet in gloria Patris sui cum angelis suis, ut reddat unicuique secundum opera sua* (Matth. xvi, 27). Sed et Martha cum de resurrectione præsentis fratris Lazari dubitaret, ait : *Scio quia resurget in resurrectione in novissima die* (Joan. xi, 24). Cui Dominus ait : *Ego sum resurrectio, via, veritas et vita* (Ibid. xi, 25). Ad hæc presbyter : Quomodo autem in psalmo dicitur, *Quia non resurgunt impii in iudicio* (Psal. i, 5)? Et ego respondi : Non resurgunt ut iudicent, sed resurgunt ut iudicentur. Nec enim sedere cum impiis iudex potest, causas suorum redditurus actuum. Et ille : Dominus, inquit, in Evangelio dixit, *Qui non crediderit, jam iudicatus est* (Joan. iii, 18) : utique quia peribit resurrectioni. Et ego respondi : Iudicatus est enim et ad supplicium æternum perveniat, quia non credi-

dit Unigenitum Filium Dei, tamen resurrecturus in corpore, ut ipsum supplicium, in quo peccavit corpore, patiat. Næc enim potest iudicium fieri, nisi prius resurgant mortui : quia sicut illos qui defuncti sunt sancti, cælum, ut credimus, retinet, de quorum sepulcris sæpius virtus illa procedit, ut de his cæci illeminentur, elaudi gressum recipiant, leprosi mundentur, et alia sanitarum beneficia infirmis petentibus tribuantur, ita credimus et peccatores in illo infernali carcere usque ad iudicium retineri. Et presbyter ait : In psalmo autem legimus : *Spiritus pertransiit ab homine, et non erit; et non cognosceat amplius locum suum* (Psal. cii, 16). Ego dixi : Hoc est quod ipse Dominus per parabolam ad divitem, qui flammis tartareis eruciabatur, dicebat : *Recepisti tu bona in vita tua, similiter et Lazarus mala* (Luc. xvi, 25) : Non autem cognovit dives ille purpuras suas et byssum, nec delicias convivii, quas ei vel aer, vel terra, vel mare protulerat; sicut nec Lazarus vulnera, aut putredines quas jacens ante ejus januas perfererat, cum hic in sinu Abrahæ requiesceret, ille autem eruciaretur in flammis. Presbyter dixit : In alio psalmo legimus, *Quia exiit spiritus eorum, et revertetur in terram suam; in illa die peribunt omnes cogitationes eorum* (Psal. cxlv, 4). Ad hæc ego : Bene ais. Quia cum egressus fuerit ab homine spiritus, et jacuerit corpus mortuum, non cogitat de his quæ in mundo reliquit, ac si verbi causa dicas : Non cogitat ædificare, plantare, agrum excolere; **500** non cogitat congregare aurum, argentum, vel reliquas divitias mundi. Perit enim hæc cogitatio a corpore mortuo, quia non est spiritus in eo. Sed quid tu de resurrectione dubitas, quam Paulus apostolus in quo ipse, ut ait, Christus loquebatur, evidenter exprimit dicens : *Consepulti enim sumus Christo per baptismum in mortem : ut sicut ille mortuus est, et resurrexit, ita et nos in novitate vite ambulemus* (Rom. vi, 4). Et iterum : *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Sancti enim tuba, et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur* (I Cor. xv, 51). Et iterum : *Stella autem differt a stella in claritate, sic et resurrectio mortuorum* (Ibid. xv, 41). Item illic, *Seminatur in corruptione, surget in incorruptione* (Ibid. xv, 42), et reliqua. Item illic, *Omnes nos repræsentari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis sui, prout gessit, sive bonum sive malum* (II Cor. v, 10). Ad Thessalonicenses autem, evidentissime futuram resurrectionem designat dicens : *Nolo vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut et cæteri qui spem non habent. Si enim credimus, quod Jesus mortuus est et resurrexit, ita Deus eos qui dormierunt per Jesum ad lucet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus, qui residui sumus, in adventu Domini non præveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in jussu et in voce archangeli, et in tuba Dci descendet de cælo, et mortui qui in Christo sunt resurgent primi : deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Domino in aera, et sic semper cum Do-*

mino erunt. Itaque consolamini invicem in verbis istis (I Thess. iv, 12 et seqq.). Plurima sunt enim de his testimonia quæ hanc causam confirmant. Sed tu ignoro quid ambigas de resurrectione, quam sancti expectant pro merito, quam peccatores metuent pro reatu. Hanc enim resurrectionem, et illa quæ certissimum elementa demonstrant, id est dum arbores in æstate foliis tectæ, hieme veniente nudantur; succedente vero verno tempore quasi resurgentes, in illud quod prius fuerant foliorum tegmine vestiuntur. Hæc ostendunt et illa quæ jaciuntur semina terris, quæ commendata siccis, si fuerint mortua, cum multiplici fructu resurgunt, sicut ait Paulus apostolus: *Stulte tu, quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur* (I Cor. xv, 36). **501** Quæ omnia ad fidem resurrectionis mundo manifestata sunt. Si enim resurrectio futura non est, quid pruderit justis bene agere, quid nocebit peccatoribus male? Decidant ergo emeti in voluntatibus suis ^a, et faciat unusquisque quæ placuerit, si judicium futurum non erit. Vel illud, improbe, non formidas, quod ipse Dominus beatis apostolis ait: *Cum venerit, inquit, Filius hominis in sede majestatis suæ, congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat agnos ab hædis: et statuet oves quidem ad dexteram, hædos autem ad sinistram. Et his dicet: Venite, benedicti, percipite regnum; illis autem: Discedite a me, operarii iniquitatis* (Matth. xxv, 31 et seqq.). Atque ut ipsa Scriptura docet, *Iturum hi in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam* (Ibid. xxv, 46). Putasne erit resurrectio mortuorum, aut judicium operum, quando ista faciet Dominus? Respondeat ergo tibi Paulus apostolus, sicut aliis incredulis dicens: *Si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis et fides vestra* (I Cor. xv, 14). Ad hæc contristatus presbyter, a conspectu nostro discedens, pollicitus est credere in resurrectionem, juxta seriem Scripturarum sanctarum, quam supra memoravimus.

XIV. Erat autem tunc temporis Theodulfus diaconus urbis Parisiæ, qui sibi videbatur in aliquo scilicet ^b, qui sæpius de hac causa altercationes movebat. Ille autem de Parisiis urbe abscedens, Andegavis venit, et se Andoveo ^c episcopo subdidit, propter antiquam amicitiam, quam simul Parisios commemorantes habuerant: unde et a Raguemodo Parisiæ urbis episcopo, sæpius excommunicatus est, quod ad ecclesiam suam in qua diaconus ordinatus fuerat, redire differret. Hic in tanta familiaritate cum præfato Andegavæ urbis episcopo adhæserat, ut non se posset ab ejus importunitate discutere, pro eo quod bonis moribus et affectu pio erat. Factum est autem ut

^a Sic Colb. m.; Regm., *voluntates suas*. Editi cum Bec., *voluptatibus suis*.

^b Regm., *qui sic videbatur solus in altario, ut sæpius ad idem accedens altercationes moveret*. Bad., *qui sæpius in eadem ecclesia altercationes, etc.*, ut Regm. Sic fere habet quoque Colb. m., nisi quod pro *in eadem ecclesia* habet *idem accessu*, mendose.

^c Regm. et Colb. m., *Andveno*, qui sic quoque appellatur in Chartario sancti Sergii Andeg., ut movent

ædificaret super muros urbis solarium, de quo epulo perfuncto descendens, manum super diaconum **502** sustentabat, qui intantum erat crapula saviato, ut vix vel figere gressum valeret, pueroque præibat eum lumine, nescio quid commotus, per cervicem ferit. Quo impulso [*Al. impulsu*] hinc se continere non potuisset, cum ipso impetu de præcipitatur, sudarium episcopi quod balteo debebat arripiens, cum quo pene dilapsus fuerat, pedes episcopi abbas velociter amplexus esset, ruens super lapidem, contractis ossibus, et pectoris, sanguinem cum felle disrupto evomens, spiritum exhalavit. Erat enim et vino deditus, in adulterio dissolutus.

XV. Cum autem scandalum quod, serente die, in monasterio Pictavensi ortum, in ampliore cotidie iniquitatem ^d consurgeret, et Chrofieldis ageratis sibi, ut supra diximus, homicidis, male adulteris, fugitivis et reliquorum criminum rei in seditione parata resideret, jussit eis ut irrudente in monasterium abbatissam foras extraherent illa tumultum sentiens venientium, ad sanctæ Crucis arcam se deportari poposcit: gravabatur enim de humoris podagrici, scilicet ut vel ejus foveretur a filio. Sed ubi ingressi viri, cereo accenso, cum a huc illucque vagarentur per monasterium inquirentes eam, introeuntes in oratorium, repererunt jacentem super humum ante arcam sanctæ Crucis. Tunc acerbior cæteris, qui ad hoc scelus patrandum gressus fuerat, ut abbatissam gladio divideret, ab ut crelo, divina providentia cooperante, cultro cutitur. Profluente vero sanguine solo decubans, tum quod levi conceperat animo, non explevit. terea Justina ^e præposita cum aliis sororibus pal aris, quod erat ante Crucem dominicam, exstercero, abbatissam operit. Sed venientes cum evnatis gladiis ac lanceis, scissa veste, et pene sanomonalium manibus laniatis, apprehensam præpetam pro abbatissa, qua tenebræ erant, excussit lin eam inibus, a capite soluta cæsarie, **503** detulunt, et usque basilicam sancti Hilarii inter manus deferunt custodiæ mancipandam. Appropinquantes basilicæ, caelo modicum albescente, ubi cognoverunt non esse abbatissam, mox ad monasterium redpuellam præcipiunt; revertentesque, abbatissam apprehendunt, extrahunt, et in custodia, juxta sancti Hilarii basilicam, in loco ubi Basina metatum habebat, retrudunt, positos ad ostium custodibus, ne quillum captivæ præberet auxilium. Exinde nocte subobscura aggressi monasterium, cum nullo fulgore accensi luminis potirentur, extracta promptuar

Sammarthani in Gallia Christ.

^d Bec., Colb. m. et aliquot editi, *in ampliori quotidie iniquitate*.

^e Pro ea ad Gregorium scripsit Fortunatus lib. vii. carm. 15, et epistolam eidem carmini præfixam. Eandem Gregorii nostri neptem appellat libro i. carm. 7. Unde conjicio eam filiam fuisse dicitur libro ii. de Martialis sancti Martini, capite 2.

ppa, quæ olim pice linita sicca remanserat, ignem accendunt, factaque pharo magna de hujus incendio, nectant monasterii supellectilem rapuerunt, hoc tantum quod ferre non poterant relinquentes. Hæc autem gesta sunt ante septem dies Paschæ. Cumque archiepiscopus hæc omnia graviter ferret, nec valeret seditionem diabolicam mitigare, misit ad Chrodielidem, dicens: Relinque abbatissam, ut in his diebus in hoc loco recreari non retineatur: alioqui non celebrabo Pascha tibi, neque baptismum in hac urbe ullus catechumenus obtinebit, nisi abbatissa a vinculo quo tenetur liberetur absolvi. Quod si nec sic volueritis absolvi, illis civibus auferam eam. Hæc eo dicente, statim Chrodielidis percussores deputat, dicens: Si non violenter quis auferre tentaverit, statim a me gladio percussus erit. Aduit autem diebus illis Chrodielidis nuper domesticus ordinatus, cujus ope abbatissa sancti Hilarii ingressa basilicam abscondit [Sic Bec.; al. absolvitur]. Inter hæc ad sepulchrum sanctæ Radegundis homicidia perpetrantur, et ante ipsam beatæ Crucis arcam quidam per seditionem truncati sunt. Cumque hic furor superveniente per Chrodielidis superbiam augetur, et assidue sedes et reliquæ plagæ, quas supra memoravimus, aditionariis perpetrarentur, atque ita hæc jactantia crevisset ut consobrinam suam Basinam altiori eorum despiceret, illa poenitentiam agere cepit, dicens: Erravi sequendo Chrodielidis jactantiam; et ecce despectui habeor ab eadem, et abbatissæ meæ inimicissimam existo. Et **504** conversa, humiliavit se coram abbatissa, expetens pacem ejus; fueruntque inter utramque animo eademque voluntate. Denique orto scandalo, pueri qui cum abbatissa erant, dum seditioni quam Chrodielidis schola [cœtus] commovit, resistere, puerum Basinæ percutiunt, qui cecidit et mortuus est. At illi post abbatissam ad basilicam confessoris confugiunt, et ob hoc Basina relicta abbatissa discessit; sed pueris iterum per fugam lapsis, in pace quam prius habuerant redierunt. Postea vero rursus inter has scholas inimicitia ortæ sunt. Quis nunquam tantas plagas tantasque strages, vel tanta mala verbis poterit explicare, ubi vix præterit dies sine homicidio, hora sine jurgio, vel momentum sine fletu! Hæc autem Childebertus rex audiens, legationem ad Guitchramnum regem direxit, ut scilicet episcopi conjuncti de utroque regno, hæc ut crederentur sanctione canonica emendarent. Ob hæc causam Childebertus rex mediocritatis nostræ personam, cum Ebregeisilo^a Agrippinensi et ipsa archiepiscopi Pictavæ Maroveo episcopo jussit adesse; Guitchramnum vero rex Gundegisilum Burdegalensem cum provincialibus suis, eo quod ipse metropolis^b huic urbi esset. Sed nos resultare cepimus, dicentes quod non accederemus ad hunc locum, nisi sæva seditio, quæ per Chrodielidem surrexit, iudicis distri-

ctione prematur. Pro hac causa Maccioni, tunc temporis comiti, prolata præceptio est, in qua jubebatur ut hanc seditionem, si resisterent, vi opprimeret. Hæc audiens Chrodielidis, sicarios istos cum armis ante ostium oratorii astare jubet, ut scilicet repugnantes contra iudicem, si vim vellet inferre, periter resultarent. Unde necessarium fuit huic comiti illuc cum armis procedere, et quosdam cæcos ve tibus, nonnullos telis transfixos, et acrius resultantes gladiorum ictibus affectos opprimere. Quod cum Chrodielidis cerneret, accepta cruce Dominica, cujus prius virtutem desperaverat, in obviam egreditur dicens: Nolite super me, quæso, vim inferre, quæ sum regina, filia regis, regisque alterius consobrina; nolite facere, ne quando veniat **505** tempus, ut ulciscar ex vobis. Sed vulgus parvipendens quæ ab ea dicebantur, irruens, ut diximus, supra hos res altantes, vinctos monasterio extraxerunt, ac ad stripes extensos, gravissime cæcos, aliis cæsarie, aliis manibus, nonnullis auribus naribusque decisis, seditio depressa quievit. Tunc residentibus sacerdotibus qui aderant super tribuna! Ecclesiæ, adfuit Chrodielidis multa in abbatissam jactans convicia eum criminibus, asserens eam virum habere in monasterio, qui indutus vestimenta muliebria, pro femina haberetur, eum esset vir manifestissime declaratus, atque ipsi abbatissæ famularetur assidue, indicans eum digit: En ipsum. Qui cum in veste, ut diximus, muliebri eorum omnibus astitisset, dixit se nullum opus posse virile agere, ideoque sibi hoc indumentum aptasse; abbatissam vero non nisi tantum nomine nosse, seque eam nunquam vidisse, neque cum eadem colloquium habuisse professus est, præsertim cum hic amplius quam quadraginta ab urbe Pictava milibus degeret. Igitur abbatissam de isto crimine non convincens, adjecit: Quæ enim sanctitas in hac abbatissa versatur, quæ viros eunuchos facit, et secum habitare imperiali^c ordine præcipit? Interrogata abbatissa, se de hac ratione nihil scire respondit. Interea cum hæc nomen pueri eunuchi protulisset, adfuit Reovalis archiater, dicens: Puer iste parvulus cum esset et infirmaretur in femore, desperatus cepit haberi; mater quoque ejus sanctam Radegundem adivit, ut eam aliquod studium juberet impendi. At illa, me vocato, jussit ut si possim aliquid, adjuvarem. Tunc ego, sicut quondam apud urbem Constantinopolitanam medicos agere conspexerant, incisis testiculis puerum sanum genitrici mæstæ restitui. Nam nihil de hac causa abbatissam scire cognovi. Sed cum nec de hac re abbatissa potuisset culpabilis reperiri, alias cepit Chrodielidis calumnias sævas inferre: quarum assertiones **506** responsionesque, quia in iudicio, quod contra easdem scriptum est, habentur insertæ, ipsius magis exemplaria lectioni libuit indere.

^a Regm., *Ebregeisilo*. Sic dicitur in lib. 1 de Gloria Mart., cap. 65. Successit Charentino, ut ex Fortunato Joitius probat, licet in catalogis vulgatis Ebregeisilus Charentino præponatur.

^b Ed. *Merique et Casin.*, *metropolitanus*; perinde est.

^c Regm., *nuptiali ordm.* Melior est nostra lectio. Alludebat quippe ad morem antiquum, quo eunuchi imperatriciibus ministrare solebant.

EXEMPLAR JUDICII EARUMDEM.

XVI. c. **D**ominis gloriosissimis regibus, episcopi qui adfuerunt. Propitia divinitate, piis atque catholicis populo datis principibus, quibus concessa est regio, rectissime suas causas patefacit religio: intelligens, sacrosancto participante Spiritu, eorum qui dominantur se sociari et constabiliri decreto. Et quia ex jussione potestatis vestræ, eum ad Pictavam civitatem pro conditionibus monasterii sanctæ recordationis Radegundis convenimus, ut alterationes inter abbatissam ejusdem monasterii, vel monachas, quæ de ipso grege non salubri deliberatione progressæ sunt, ipsis disceptantibus agnoscere deberemus. Evocatis partibus, interrogata Chrodiildi vel Basina ^a, quare tam audacter contra suam regulam, foribus monasterii contractis, discesserant, et hac occasione congregatio adunata discissa sit. Quæ respondentes, professæ sunt famis, nuditatis, insuper et cædis se jam non ferre periculum; adjicientes etiam, eo quod diversi ^b earum in balneo lavarentur incongrue, ad tabulam ipsa luserit, atque sæculares cum abbatissa reficerent, etiam sponsalia in monasterio facta sunt; de palla holoserica vestimenta nepti ^c suæ temerarie fecerit; foliola anrea, quæ fuerant in gyro pallæ, inconsulte sustulerit et ad collum neptis suæ lacinorose suspenderit; vittam de auro exornatam, eidem nepti suæ superflue fecerit; barbatorias ^d intus eo quod celebravit. Interrogantes abbatissam, quid ad hæc responderet, dixit: De fame quod conqueruntur, secundum quod temporis penuria permetteret, nunquam ipsæ nimiam egestatem pertulerunt. De vestimento vero dixit: Si quis earum arcellulas scrutaretur, amplius eas habere quam necessitas indigeret. De balneo vero, **507** quod appneretur, retulit hoc factum diebus Quadragesimæ ^e, et pro calcis amaritudine, ne lavantibus noceret novitas ipsius fabricæ, jussisse dominam Radegundem, ut servientes monasterii, publice hoc visitarent, donec omnis odor nocendi discederet. Quod per Quadragesimam usque ad Pentecostem in usu famulis fuerit. Ad hæc Chrodiildi respondit: Et postea similiter multi per tempora laverunt. Retulit abbatissa se nec probare quod dicerent, et se nescire an factum sit. Sed adhuc inculpans easdem, quod si ipsæ vidissent, cur abbatissæ non proderent. De tabula vero respondit: Et si lussisset vivente **D**onna Radegunde, se minus culpa respiceret; tamen nec in regula per scripturam prohiberi, nec in

^a Regm. et Culb. m., *Sábina*.

^b R gm. et Bad., *diversæ*, et sic infra quæ ad id revocantur, femineo genere exprimuntur. *Bec., diversi eorum.*

^c Omnes præter *Bec.* et Regm., *neptis*.

^d Mss. 2, *barbaturias*, et Regm., *inique*, pro *intus eo quod*. Barbatorias celebrare, id est larvas seu personas agere, barbas sibi aptando: quo in sensu, ut observat Alieserra, Petronius in Fragmento: *Hodie servus meus barbatorium facit*. Hinc ludj satyriæ, quod actores barbas, more satyrorum et launorum, ut vulgo a pictoribus finguntur, deferrent; quos abusus sacri canones passim proscripserunt. Cointins

A canonibus retulit, sed ad jussionem episcoporum promisit, cervice se inflexa per pœnitentiam, quidquid juberetur implere. De conviviis etiam ait, se nullam novam fecisse consuetudinem, nisi sicut actum est sub domina Radegunde; se Christianis fidelibus eulogias obtulisse, nec sibi comprobari cum illis ullatenus convivasse. De sponsalibus quoque ait, eorum pontifice, clero vel senioribus, pro nepte sua orphamla arthias accepisse: et tamen si hæc culpa sit, veniam se eorum cunctis petere professus est; tamen nec tunc convivium in monasterio fecerit. De palla quod reputarent, protulit monacham nobilem quæ ei mafortem (holosericum, quem de parentibus detulit, muneris causa concessit, et inde partem abscidisset, unde quod vellet et faceret; **B** de reliquo vero quantum opportunum fuit, ad ornamentum altaris pallam condigne condiderit; et de illa incisura quæ pallæ superflua, purpuram nepti suæ in tunica posuerit, quam ibi dedisse dixit, quo monasterio profuit, quæ per omnia donatrix Ddimia confirmavit. De foliolis aureis et vitta auro exornata ^g, Maceonem famulum vestrum præsentem vestem adhibuit, eo quod per manum ejus ab sponsa puellæ prædictæ neptis suæ viginti solidos accepit, unde hoc publice fecerit, nec de re monasterii **508** quidquam ibi permistum sit. Interrogata Chrodiildi eum Basina, si forsitan aliquid abbatissæ, quod absit, adulteri reputarent, sive quid homicidii vel maleficii ei fecerit, aut crimen capitale quo periretetur, edicerent, respondentes protulerunt non habere se aliquid, nisi per hæc quæ dixerant eam ista fecisse **C** contra regulam proclamarent. Ad extremum, pro peccatis quia claustra disrupta sunt et miseris licuit sine disciplina abbatissæ suæ quod vellent committere per tot mensium spatia, quas credebamus innocentes monachas, nobis pretulerunt prægnantes. Quibus per ordinem discussis, nec invento crimine quod abbatissam dejiceret, de levioribus causis paterna commonitione contestati sumus, ut hæc nullatenus deinceps pro reprehensione repeteret ^h. Tunc nobis percontantibus causam adversæ partis, quæ majora crimina commiserunt, id est quæ prædicationem sui sacerdotis infra monasterium ne foras procederent, despexerunt, pontifice conculcato, et in summo contemptu in monasterio relicto, contractis setis et jannis, irrito facto discesserunt, et ad summum peccatum aliæ tractæ transgressæ sunt. insuper et Gundegisilus pontifex, eum suis provincialibus pro

tamen hanc vocem exponit de arte tonsoria.

^e Quo tempore mos erat non lavandi ob pœnitentiæ incertum.

^f Mafors vestimenti amplioris generis erat mulieribus proprium, quod caput et humeros tegebat. De hoc Fortunatus in Vita sanctæ Radegundis, tum in Vita sancti Hilarii. Eadem voce, uti Cassianus lib. 1 institut., cap. 7, testatur, veteres pallium monasticum designabant.

^g Quæ in modum eorum næ disposita deferri solebat a sponsa: qui mos hodieque in nonnullis regionibus perseverat.

^h Alii habent *cognosceret*.

ip a causa communitus, per præceptionem regum Pictavis accessissent, et ad audientiam eas ad monasterium convocarent, despecta commotione, ipsis occurrentibus ad beati Hilarii confessoris basilicam, ubi ipsæ commorabantur accedentes, ut condecet pastorum sollicitudinem, dum commonerentur, facta seditione, fustibus tam pontifices quam ministros^a affecerunt, et intra basilicam fuderunt sanguinem levitarum. Dehinc ex jussione domnorum principum, cum vir venerabilis Theutharius presbyter in eausa directus fuerit, et statutum fui set quando iudicium fieret, non expectato tempore, monasterium seditiosissime, accensis in corte cuppis, vectibus ac securibus contractis posticis, igne accenso, intra septa cæsis et vulneratis monachabus in ipsis oratoriis, spoliato monasterio, denudata et **503** disseissa capillis abbatisa, graviter ad ridiculum ducta et tracta per compita, et in locum retrusa, etsi non ligata, nec libera: superveniente diei Paschæ festo per sæculum^b, offerente pontifice pro condemnata pretium, ut spectaret vel baptismum, nec ulla suasionem hoc impetrasset vox supplum, atque respondente Chrodiede, eo quod tale facinus nec scissent, nec jusserint, adhuc Chrodiede asserente ad intersignum suum, ne a suis interficeretur, obtentum sit: unde certum est tractari quid ex hoc datur intelligi, quod additur crudelitati, ad sepulcrum beatæ Radegundi, fugientem servum monasterii sui occiderent, et scelere crescente nihil petendum sanaverint; sed per se post intrantes monasterium ceperint, et ad domnorum jussione, ut seditiosos illos in publico repræsentarent, nolentes acquiescere, et contra regum præcepta magis arma tenerent, et se sagittis vel lanceis contra eomitem et plebem indignanter erigerent. Hinc denno egresæ ad audientiam publicam, extrahunt Crucem^c sanctam saeratissimamque occulte, et ad injuriam, indecenter, ad culpam, quæ postea restituere coactæ sunt in ecclesia. Quibus tot capitalibus agitis lacerationibus, nec refrenatis, sed jugiter magis ancis criminibus, nobis eisdem dicentibus, ut abbatisæ pro culpa veniam peterent, aut quod male directum fuerat emendarent: et nolentes hoc facere, sed magis de ejus interfectione tractarent, quod publice sunt professæ; reseratis a nobis et recensitis canonibus, visum est æquissimum cas, usque quo dignam agerent pœnitentiam, a communione privari, et abbatisam suo loco permanuram restitui. Hæc nos pro vestra jussione, quod ad ecclesiasticum pertinet ordinem, circumspectis^e canonibus, absque

A personarum aliqua acceptione suggerimus peregrisse. De cætero quod de rebus monasterii, vel instrumentis chartarum domnorum regum parentum vestrorum de loco subreptum est, **510** quæ se habere professæ sunt, sed nobis inobedientes nullatenus erunt voluntarie reddituræ, qualiter vestra, vel anteriorum principum merces æterna permaneat, ad loci instaurationem, vestra pietatis atque potestatis est auctoritate regia cogere reformari; neque ipsas ad locum, quem tam impie ac profanissime destruxerunt, ne pejora procedant, vel redire concedite, vel permittatis iterum aspirare: quatenus his in integrum, præstante Domino, restituis, sub catholicis regibus totum acquiratur Deo, nihil perdat religio: ut status conservatus tam patrum quam canonum nobis proficiat ad cultum, vobis propagetur ad fructum. Christus vos Dominus aliat regatque, regnum tribuens prolixius, vitamque conse at beatam.

XVII. Po thæc cum emisso iudicio a communione fuissent suspensæ, abbatisa etiam in monasterium restituta, hæc ad Childebertum regem petierunt, adjectives malum supra malum, denominantes scilicet regi personas quasdam, quæ non solum cum ipsa abbatisa adulteria excreerent, verum etiam ad inimicam ejus Fredegundem quotidie nuntia deportarent. Quod audiens rex, misit qui eos vinctos adducerent: sed cum discussi nihil criminis inventum in eis fuisset, abscedere jussi sunt.

XVIII. Ante hos vero dies cum rex in oratorium domus Marilgensis ingrederetur, viderunt pueri ejus hominem ignotum eminus astantem, dixeruntque ad eum: Qui es tu, et unde venis, aut quod est opus tuum? non enim a nobis agnosceris. Illo quoque respondente: Quia de vobis sum, dicto citius ejectus extra oratorium, interrogatur. Nec mora confitetur, dicens a Fredegunde regina se transmissam ad interficiendum regem, dixitque: Duodecim viri manus ab ea transmissi, sex huc venimus, alii vero sex Suesionibus remanserunt ad decipendam filium regis. Et ego cum **511** locum præstolans, ut regem Childebertum in oratorio percutere destinarem, timore perterritus, non deliberavi implere quod volui. Hæc cum dixisset, confestim sævis datus suppliciis, diversos nominat socios; quibus per loca singula inquisitis, alios carceribus mancipant, alios manibus incisus relinquunt, nonnullos auribus naribusque amputatis ad ridiculum laxaverunt. Plerique tamen ex vinctis, suppliciorum genera metuentes, propriis se confodere mucronibus; nonnulli etiam inter supplicia detecerunt, ut regis ultio patraretur.

quidquid male egerant. Et hæc tertio simulantes, et pœnitentiam fugientes, magis de ipsius abbatisæ interfectione tractabant, quod publice sunt confessæ. Reseratis itaque, etc.

^d Editi cum Colb. m., *directum.*

^e Sic Bec. et Regm., alii, *circumscriptis.*

^f Regm., *Hoc autem vestrae pietatis erit confirmari stabili iudicio, ne autem ipsas ad locum quem tam impie destruxerunt sinatis redire, nec ulterius concedatis aspirare, quatenus*

^a Id est diaconos.

^b Regm., *festivo scilicet per omne sæculum.*

^c Eam scilicet quam sancta Radegundis tanta cum pompa ad monasterium asserri curaverat, quæ et ipsi nomen tribuit. Cæterum eod. Regm. paulo prolixius habet: *Extrahunt, easdemque ad injuriam indecenter trahentes, et merito. Violenter enim et contra pudorem suum egerant in ecclesia sua contra ministros Ecclesiarum. Sed dum sic injuriose, ut quidem merito erant traherentur, pœnitentia ductæ pro facinoribus, petebant veniam sibi dari ab abbatisa, vollicentes se emendaturas*

XIX. Sanctigilvus ^a vero iterum tormentis addicitur, ac quotidie virgis lorisque caeditur; et comptrescentibus vulneribus, cum primum decurreat pure cœpissent ipsa vulnera claudi, iterum renovantur ad pœnam. In his tormentis, non solum de morte Chilperici ^b regis, verum etiam diversa scelera se admisisse confessus est: inter quas confessiones addidit etiam Egidium Rheimensem episcopum socium fuisse in illo Rauchingi ^c, Ursionis ac Berthefredi consilio ad interficiendum Childebertum regem. Nec mora rapitur episcopus, et ad Mettensem urbem, cum esset valde ab aegrotatione longinqua defessus, adducitur; ibique sub custodia degens, rex episcopos accessiri ad ejus examinationem præcepit, scilicet ut in initio mensis octavi apud Viridunensem urbem adesse deberent. Tunc ab aliis sacerdotibus interceptus, cur hominem absque audientia ab urbe rapi et in custodiam retrudi præcepisset, permisit eum ad urbem suam redire, dirigens epistolas, ut supra diximus, ad omnes regni sui pontifices, ut in diebus nono ad discedendum in urbe supradicta adesse deberent. Erant autem in pluvia valida, aquæ immensæ, rigor intolerabilis, dissolutæ luto viae, annes littora excedentes: sed præceptioni regiae obistere nequiverunt. Denique **512** convenientes, peracti sunt usque Mettensem urbem: ibique et præfatus Egidius adfuit. Tunc rex inimicum enim sibi regionisque proditorem esse pronuntians, Enoadum ex duce ad negotium delegit prosequendum, cujus propositio prima hæc fuit: Dic mihi, o episcope, quid tibi visum fuit, ut relicto rege, in cujus urbe episcopus honore fruebaris, te Chilperici regis amicitias subdereris, qui semper inimicus domino nostro regi fuisse probatur, qui patrem ejus interfecit, matrem exilio ^d condemnavit, regnumque pervasit, et in his urbibus quas, ut diximus, iniquo pervasionis ordine, suo dominio subjugavit, tu ab eodem possessiomm fiscalium prælia meruisti? Ad hæc ille respondit: Quod fuerim amicus regis Chilperici negare non potero, non tamen contra utilitatem regis Childeberti hæc amicitia pullulavit. Villas vero quas memoras, per istius regis chartas emerui. Tunc proferente easdem in publico, negat rex se largitum fuisse; requisitusque Otho [*Ed. Otho*], qui tunc referendarius fuerat, cujus ibi subscriptio meditata tenebatur, adfuit, negat se subscripsisse: conficta enim erat manus ejus in hujus præceptionis scripto. In hac igitur

^a Regm., ut libro præcedenti, cap. 38, *Domnigilvus*.

^b Sic mss. omnes et editi; Valesius tamen legendum censet *Childeberti*. Idque, ut putat erratum, Gregorii memoriæ lapsui attribuit, cum haud possibile ipsi videatur, virum uobilem ex Austrasia, atque in Childeberti palatio honoratum a Fredegunde, quæ Chilperici interitus auctor esse putatur, delectum fuisse ad inferendam ipsi Chilperico necem, maxime cum ipsa in Neustria habuerit complures sicarios, qui scelerum ipsius fidissimi erant ministri. Nondum tamen obierat Childebertus, quando hæc Gregorius scriberet. Unde si vera sit Valesii opinio, hic locus intelligendus de morte quam Rauchingus et alii hic memorati Childeberto meditati fuerant i. ferre

A causa primum episcopus fallax repertus est. Post hæc epistolæ prolatae sunt, in quibus multa de inopropriis Brunichildis tenebantur, quæ ad Chilpericum scriptæ fuerant, similiter et Chilperici ad episcopum delatæ, in quibus inter reliqua habebatur insertum: « Quia si ratiocinatio cuiuslibet rei incisa non fuerit, cum quis qui terris est editus non arescet. » Unde pronus manifestum est, ideo hæc scripta, ut superat Brunichilde, filius ejus opprimeretur. Negavit episcopus has epistolas vel nisi se suo nomine, vel suscepisse a rescripto Chilperici. Sed puer ejus familiaris adfuit, qui hæc notarum titulis per tomarchartarum comprehensa tenebat: unde non dubitavit residentibus, hæc ab eod. in **513** directa. Deinde prolatae sunt pactiones quasi ex nomine Childeberti ac Chilperici regis, in quibus tenebatur insertum, et ejecto Gunttramno rege, hi duo reges inter se ejus regnum urbesque dividerent: sed negavit hæc re eum suo factum consilio, dicens: Quid tu commisi patros meos, ut inter illos bellum civile consurgeret? Unde factum est ut commotus exercitus Bituricorum urbem, pagumque Stampensem, vel Medioanensem castrum attereret atque depopularentur: in quo bello multi interempti sunt, quorum, ut puto, animæ erunt Dei judicio de tuis manibus requirendæ? Hæc episcopus negare non potuit. Scripta enim ista in re est Chilperici regis in uno scriuorum pariter sunt recepta: ac tunc ad eum pervenerunt, quando intercepto Chilperico, thesauri ejus de Calensi Parisiacæ urbis villa ablati ad eundem delati sunt. Cuiusmodi hujuscemodi causis altercatio diu in urbe tenebatur adfuit et abbas Epiphanius basilicæ sancti Remigii dicens quod duo nullia aureorum speciesque multas pro conservanda regis Chilperici amicitia accepissent. Astiteruntque etiam et legati, qui cum eodem amemoratam regem fuerant, dicentes: Quia non relictis diutius cum eodem solus colloentis est: de quibus verbis nihil intelleximus, nisi supradicti excidii prosecutionem in posterum cognoscentes. Hæc eo negante, abbas qui fuerat semper in iis consiliis arcans particeps, locum hominemque denominavit ubi, et qui amicus, quos diximus, detulisset; et quod liter de excidio regionis ac regis Gunttramni conventum fuerat, ut gestum est ex ordine denarraret. Quæ et ille convictus, deinceps est confessus. Hæc audientes episcopi qui advocati fuerant, et in tantum malis sacerdotem Domini contentes fuisse satelitem

^c Alii, *Ravingus*, seu *Ravincus*. Is ipse est Rauchingus, de quo supra lib. viii, cap. 29, et lib. ix, cap. 9 ubi conjuratio hic memorata describitur.

^d Regm., *equileo*; sed altera lectio melior. Nam reipsa Chilpericus, ut uarrat ipse Gregorius lib. v, cap. 1, post Sigiberti necem Brunichildem in exilium deportari jussit.

^e Sic habent Bec. et Colb. m. Corb. a, *Mediolanensem*; editi, *Miliodunense*. Hi, ut puto, Mediolanum seu Mogduuo Bituricorum potius designatur, quam Melodunum, quod est oppidum Septemvallonum. Utrouque bello isto laesum est. Vide supra lib. vi, cap. 31.

aspirantes, de iis triduum temporis spatium depre-
cantur tractandi, scilicet ut forsitan respiciens Egi-
lius illum modum reperire posset, per quem se ab
his noxis **514** quæ ei objiciebantur, excusare vale-
ret : sed illucescente die tertia, convenientes in ec-
clesiam, interrogant episcopum, si aliquid excusatio-
nis haberet, ediceret. At ille confusus ait : Ad sen-
tentiam dandam super culpabilem ne moremini.
Nam ego novi me ob crimen majestatis reum esse
mortis, qui semper contra utilitatem hujus regis
patrisque ejus abii; ac per meum consilium multa
vixisse gesta certamina novi, quibus nonnulla Gallia-
rum loca depopulata sunt. Hæc episcopi audientes,
et lancutantes fratris opprobrium, obtenta vita, ip-
sum ab ordine sacerdotali, lectis canonum sanctioni-
bus, removerunt : qui statim ad Argentoratensem
urbem, quam nunc Strateburgum * vocant, deductus,
exilio condemnatus est. In ejus locum Romulus a
lius Lupi ducis, jam presbyterii honore præditus,
episcopus subrogatus est, Epiphano abbatis officio,
qui basilicæ sancti Remigii præerat, remoto. Multa
nim auri argentique in hujus episcopi regesto pon-
era sunt reperta. Quæ autem de illa iniquitatis ni-
tia ^b erant, regalibus thesauris sunt illata; quæ
autem de tributis, aut reliqua ratione Ecclesiæ in-
venta sunt, inibi relicta.

XX. In ^c hac synodo Basina Chilperici regis filia,
nam supra eum Chrodielda a communione remotam
viximus, coram episcopis solo prostrata, veniam pe-
tit, promittens se cum charitate abbatisse monaste-
rium ingredi, ac de regula nihil transcendere. Chro-
dieldis autem obtestata est, quod Leobovera abbatis-
sa in hoc monasterio commorante, ibidem nunquam in-
rederetur. Sed utrisque rex veniam impertiri depre-
catus est, et sic in communionem receptæ, Pictavo
egredi jussæ sunt : scilicet ut Basina in monasterium,
et præfati sumus, regrederetur, Chrodieldis vero in
illa, quæ quondam Waddonis superius memorati fue-
rat, sibi a rege concessa resideret.

XXI. Filii autem Waddonis **515** ipsius per Picta-
rum vagantes, diversa committebant scelera, homi-
dia furtaque nonnulla. Nam irruentes ante hoc tem-
pus super negotiatores, sub noctis obscuritate eos
radio trucidant, abstuleruntque res eorum : sed et
illum tribunitiæ potestatis virum circumventum do-

^a Hunc laudat Frodoardus lib. II, cap. 4, ubi enim
atrem Joannis Campaniæ ducis, qui Lupo patri suc-
cesserat, fuisse tradit. Ejus pietatem testantur dona-
ones pie, quas, ex eodem auctore, Rhemensi Ec-
clesiæ aliisque fecit.

^b Bad. et Colb. m., *malitia*; sic et Colb. a. Sed al-
tra manu postea scriptum est *militia*, qua voce alias
dicitur Gregorius.

^c Deest hoc caput cum tribus sequentibus in Vat.
Colb. a.

^d Ex hoc et aliis Gregorii aliorumque auctorum
eis infert Bignonius in notis ad lib. I Marculfi cap.
ad Comites curam pertinuisse tributa ærario dele-
ndi.

^e Waddo major domus Rigunthis sese Gundoval-
do Ballomeri adjunxerat, de quo supra passim egit
Gregorius.

* Vide supra not. ^b, col. 515.

EDIT.

A His, interfecerunt, diripientes res ejus. Quod cum
Macco comes reprimere niteretur, ii præsentiam ex-
petunt regis. Eunte autem comite, ut debitum fisco
servitium solite deberet inferre^d, adfuerunt et ii co-
ram rege, offerentes balteum magnum ex auro lapidi-
busque pretiosis ornatum, gladumque mirabilem,
cujus capulum ex gemmis Hispanicis auroque dispo-
situm erat. Cumque rex hæc scelestia quæ audierat ab
iis cognovisset manifestissime perpetrata, vinciri eos
catenis præcepit, ac tormentis subdi. Qui dum tor-
querentur, thesauros patris absconditos, quos de re-
bus Gundovaldi superius memorati pater ^e diripnerat,
revelare cœperunt. Nec mora, directi viri ad inqui-
rendum, inmensam multitudinem auri argentique,
ac diversarum specierum, et auro gemmisque exor-
natarum repererunt, quod thesauris regalibus intule-
runt. Posthæc seniore capite plexo, juniorem exilio
damnaverunt.

XXII. Childericus ^f vero Saxo post diversa sce-
lera, homicidia, seditiones, multaque alia improba
quæ gessit, ad Ausciensem urbem, in qua possessio
uxoris erat, abiit. Cumque rex auditis ejus improbi-
tatibus jussisset eum interfici, quadam nocte ita era-
pulus est vino, ut ab eo suffocatus, mortuus in strato
suo reperiretur. Asserebant enim ad illud superius
scelus nominatum, quo sacerdotes Domini in basilica
sancti Hilarii per Chrodieldem cæsi sunt ^g, hunc fuisse
signiferum : ultusque est Deus, si ita est, injuriam
servorum suorum.

516 XXIII. In hoc autem anno tantus terris ne-
cerno tempore splendor illuxit, ut mediam putares
diem; sed et globi similiter ignei per noctis tempora
sæpius per cælum cucurrisse, mundumque illumi-
nasse visi sunt. Dubietas Paschæ fuit ob hoc, quod
in cyclo Victor luna decima quinta ^h Pascha scripsit
fieri. Sed ne Christiani, ut Judæi, sub hac luna hæc
solemnia celebrarent, addidit, Latini autem luna vi-
gesima secunda. Ob hoc multi in Galliis decima
quinta luna celebraverunt. Nos autem vigesima se-
cunda ⁱ. Inquisivimus tamen studiose; sed fontes His-
paniæ, qui divinitus implentur, in nostrum Pascha
repleti sunt. Terræmotus factus est magnus decimo
octavo Kalendas mensis quinti, die quarto ^j primo
mae, cum lux redire cœpisset. Sol eclipsim pertulit
mense octavo mediante, et ita lumen ejus minuit, ut

^f Bec., Colb. m. et aliquot ed. *Chuldericus*.

^g Vide supra lib. IX, cap. 41.

^h Casin., *duodecima*.

ⁱ Colb. m., Regm. et Bad., *vigesima prima*. Cæte-
rum prævaluit in Ecclesia catholica mos celebrandi
Pascha in plenilunio, seu luna xv, eum die Dominica
contingit. Quod tempore Gregorii aliquibus displice-
bat, ne sic, ut ipsis videbatur, aliquam Paschalis fe-
stivitatis partem Christiani simul et Judæi celebra-
rent; quas querelas enim tempore Gregorianæ refor-
mationis Calendarii sæculo proxime elapso nonnulli
renovare conarentur, eos refutavit Clavius in apolo-
gia ejusdem Calendarii; eum ob id solum Pascha luna
xiv celebrari vetitum esset, ne Christiani hanc festi-
vitatem eo die celebrarent quo Judæi agnum immo-
labant.

^j Regm., *quinta die*.

vix quantum quintæ lunæ cornua retinent, ad lucendum haberet. Pluviæ validæ, tonitrua in autumno gravia, aquæ autem nimium invaluerunt. Vivariensem^a Avennicamque urbem graviter lues inguinaria devastavit.

XXIV. Anno igitur decimo sexto Childeberti, Guntelramni autem trigesimo regum, quidam episcopus de transmarinis partibus ad Turonicam urbem advenit, nomine Simon. Ille nobis eversionem Antiochiæ urbis enuntiavit, asserens se de Armenia in Perside captivatum fuisse. Rex enim Persarum, irrupto Armeniorum termino, prædas egit, ecclesiasque igni succendit, et hunc sacerdotem eum populo suo, ut diximus, captivum abduxit. Tunc etiam basilicam sanctorum quadraginta octo martyrum, de quibus in libro Miraculorum meminimus^b, qui in illa regione passi sunt, oppleta ligni congerie, pice, tergoribusque suillinis immistis, suppositis ardentibus⁵¹⁷ facibus, succendere nisi sunt^c: sed nequaquam ignis apparatus incendii comprehendit, sicque videntes magna Dei, recesserunt ab ea. Audita autem quidam episcopus istius memorati sacerdotis abductione, direxit pretium per homines suos ad regem Persarum. Quo ille suscepto, relaxavit a servitutis vinculo episcopum istum. Ex iis ergo discedens regionibus, Gallias est aggressus, ut aliquid consolationis a devotis acciperet: qui nobis, ut præfati sumus superius, hæc retulit. Homo erat in Antiochia valde devotus in elemosinis, conjugem ac liberos habens; nec unquam ei in omni vita sua dies præterit, postquam quiddam proprium habere cœpit, quod sine paupere epulum prælibasset. Ille una die cum circumisset urbem usque ad vesperum, et reperire non potuisset egenum, cum quo cibum capere posset, egressus extra portam, cum nox irrueret, reperit virum in veste alba cum duobus aliis stantem, quem aspiciens, quasi Loth ille antiqua memoratus historia^d, territus ait: Et forsitan peregrinus est dominus meus, dignetur accedere ad domum servi sui; et sumpto epulo, quiescite in strato, mane autem proficiscimini in viam quam volueritis. Cui ille qui erat senior tenens sudarium in manu sua, ait: Non poteris, o homo Dei, eum Sinicone vestro hanc urbem salvare, ne subverteretur? Et elevans manum exussit sudarium quod tenebat super medietatem urbis, et statim corruerunt omnia ædificia, et quodeunque ibi structum fuit; ibique oppressi sunt senes cum infantibus, viri cum mulieribus, atque uterque sexus interiit^e. Quod ille eernens, tam de persona viri, quam de sonitu ruinæ hebes effectus, ruit in terram et factus est velut mortuus. Elevansque iterum vir ille manum eum sudario,

^a Alban Helviorum hanc urbem veteres frequentius appellabant, hodie Vivarium sen Vivaria dicitur, vulgo *Viviers*, ubi sedes episcopalis sub metropoli Viennensi.

^b In lib. 1 de Gloria Mart., cap. 96.

^c Ille desinit codex Regim., cæteris avulsis. Nihil autem deerrat, ut ex capitum indice colligitur, præter forte ultimum caput de episcopis Turonicis, quod in indice non memoratur.

A quasi super aliam medietatem urbis, apprehensus est a duobus sociis qui eum eo erant, atque obsecratus terribilibus sacramentis: ut indulgeret medietati urbis, ne rueret, mitigatoque furere sustulit manum suam, atque elevans hominem⁵¹⁸ qui corruerat in terram, ait: Vade ad domum tuam ne timeas: filii enim tui cum uxore et omni domus tua salvi sunt, nec quisquam ex eis periit. Custodi enim te oratio assidua et elemosynæ quas quotidie exeres in pauperes. Et hæc dicens, discesserunt ab oculis ejus, nec ei apparuerunt ultra. Ille autem regressus in urbem, reperit in urbis medietate ditam atque subversam eum hominibus peioribusque ex quibus nonnulli a ruinis deinceps extracti sunt mortui, pauci debilitati reperti sunt vivi. Verumtamen nec illa cassata sunt, quæ viro huic ab ipso, ita dieam, angelo Domini sunt effata. Nam veniens omnem domum suam incolumem reperit, tantum fraterna propinquorum, quæ in aliis domibus effectuerant, lamentabatur, protexitque eum in medietate dextera Domini cum domo sua, salvatusque est a periculis mortis, ac velut memoratus Loth quondam in Sodomis (*Gen. xix*).

XXV. At in Galliis Massiliensem Provinciam moribus sæpe nominatus invasit: Andegavos, Namnetios atque Cenomanicos valida fames oppressit. Initi sunt enim hæc dolorum, juxta illud quod Dominus ait in Evangelio: *Erunt pestilentia et fames, et terra motus per loca* (*Matth. xxiv, 7*); *et exsurgent pseudochristi, et pseudoprophetae* (*Ibid. xxiv, 11*); *et dabunt signa et prodigia in caelo, ita ut electos in errorem mittant* (*Marc. xiii, 22*). Sicut præsentibus gestum est tempore. Quidam enim ex Biturico, ut ipse postmodum confessus, dum saltus silvarum ingressus, ligna cæderet ad explendam operis cujusdam necessitatem muscarum eum circumscedit examen, qua de causa per biennium aeneus est habitus: unde intelligi datur diabolicæ emissionis fuisse nequitiam. Post hæc transactis urbibus propinquis, Arelatensem Provinciam adiit, ibique indutus pellibus, quasi religiosus orabat: ad quem illudendum pars adversa, divinandum ei tribuit facultatem. Ex hoc ut in majori proficere scelere, commotus a loco, Provinciam memoratam deserens, Galatitanæ^f regionis terminum est ingressus, proferens⁵¹⁹ se magnum, ac profiteri se non metuens Christum, assumpta secum muliere quadam pro sorore, quam Mariam vocitari fecit. Confluebat ad eum multitudo populi, exhibens infirmos, quos contingens sanitati reddebat. Conferebant enim ei aurum argentumque, ac vestimenta, illi quoque ad eum conveniebant. Quod ille, quo facilius sedu-

^d In Historia sacra, scilicet Geneseos, cap. 19.

^e Cladem hanc Antiochenam fuisse descripsit Evangelicus lib. vi, cap. 8, quam anno 589 contingisse probat Henr. Valesius in Annotationibus.

^f Hodie *le Gerandon*, cujus nomen præcipua olim Anderitum, sed a compluribus sæculis Minate *Mende*, hodieque episcopi sedes principem locum obinet.

ceret, pauperibus erogabat, prosternens se solo, effundens orationem cum muliere memorata, et surgens se iterum a circumstantibus adorari jubebat. Prædicebat enim futura, et quibusdam morbos, quibusdam damna provenire denuntiabat, paucis salutem futuram. Sed hæc omnia diabolicis artibus, et præstigiis aescio quibus agebat. Seducta est autem per eum multitudo immensa populi, et non solum rusticiore, verum etiam sacerdotes ecclesiastici. Sequebantur autem eum amplius quam tria millia populi. Interea cœpit quosdam spoliare ac prædari, quos in itinere reperisset: spolia tamen non habentibus largiebatur. Episcopis ac civibus minas mortis intentabat, eo quod ab iis adorari despiceretur. Ingressus autem Vellavæ urbis terminum, ad locum quem Anicium^a vocitant accedit, et ad basilicas propinquas cum omni exercitu restitit, instruens aciem, qualiter Aurelio^b ibidem tunc consistenti episcopo bellum inferret, mittens etiam ante se nuntios, homines nudo corpore, saltantes atque ludentes, qui adventum ejus annuntiarent. Quod stupens episcopus, direxit ad eum viros strenuos, inquirentes quid sibi vellent ista quæ gereret. Unus autem ex iis qui erat senior, cum se inclinasset quasi osculaturus genua ejus ac discussurus viam illius, jussit eum apprehensum spoliari: nec mora, ille evaginato gladio in frustra concidit, ceciditque Christus ille, qui magis Antichristus nominari **520** debet, et mortuus est, dispe sique sunt omnes qui cum eo erant. Maria autem illa, supplicii dedita, omnia phantasmata ejus ac præstigias publicavit. Nam homines illi quos ad se credendum diabolica circumventionem turbaverat, nunquam ad sensum integrum sunt regressi, sed hunc semper quasi Christum, Mariam autem illam partem deitatis habere profitebantur. Sed et per totas Gallias emergerunt plerique, qui per has præstigias adjuvantes sibi muliereulas quasdam, quæ debacchantes sanctos eos confiterentur, magnos se in populis præferebant: ex quibus nos plerosque vidimus, quos objurgantes revocare ab errore nisi sumus.

^a Hic evidenter urbs Vellava ab Anicio distinguitur. Anicium quod hodie episcopi sedes est, vulgo Podium, *le Puy*, appellatur a situ. Podium quippe *un puy*, seu *Pey*, aut *lo puech*, non solum antiquitas, sed etiam nunc in illis regionibus montem designat. Celebris est ille locus ob ecclesiam cathedrali, sitam in edito monte, beatæ Mariæ sacram, cujus antistes se episcopum Romani pontificis suffraganeum immediatum inscribit, ac fuit aliquando pallii privilegio donatus. De antiquæ urbis Vellavæ situ dicemus in Appendice.

Antiquam Vellavorum urbem, ex qua hodieque regio nomen *Velay* retinet, a nonnullis *Reversionem* dictam, ibi sitam fuisse ubi hodie visitur S. Pauliani oppidum multis argumentis probat Mabillonius in appendice ad partem I sæc. IV Act. SS. Ord. Benedictini, pag. 758, ubi et aliquot inscriptiones hanc in rem profert. Ex his unicam huc proferre satis sit, erantam in antiqua via quæ ex illo oppido Gergobiam ducit.

CAES. PRINCEPS
- IVVENT. VIAS
ET. PONTIS. VETVSTAT.

A XXVI. Ragnemodus^c quoque Parisiæ urbis episcopus obiit. Cuius germanus ejus Faramodus presbyter pro episcopatu concurreret, Eusebius qui dam negotiator, genere Syrus, datis multis muneribus, in locum ejus subrogatus est: isque accepto episcopatu omnem scholam^d decessoris sui abiciens, Syros de genere suo ecclesiasticæ domui ministros statuit. Obiit et Sulpicius Bituricæ urbis pontifex, cathedraque ejus Eustasius^e Augustidunensis diaconus est sortitus.

XXVII. Inter Tornacenses quoque Francos non medioeris disceptatio orta est, pro eo quod unius filius, alterius filium, qui sororem ejus in matrimonio acceperat, cum ira sæpius objurgabat, cur eonjuge relicta scortum adiret: quæ iracundia, cum emendatio criminis non succederet, usque adeo elata est, ut irruens puer super cognatum suum, cum eum suis interficeret, atque ipse ab iis eum quibus venerat ille prosterneretur, nec remaneret quisquam ex utrisque, nisi unus tantum cui percussor defuit. Ex hoc parentes utriusque inter se savientes, a Fredegunde regina plerumque arguebantur, **521** ut relicta inimicitia concordēs fierent, ne pertinacia litis in majus subveleretur scandalum. Sed eum eosdem verbis lenibus placare nequiret, utrumque bipenne compecent. Invitatis enim ad epulum multis, hos tres in uno fecit sedere subsellio: eumque in eo prandium elongatum fuisset spatio, ut nox mundum obrueret, ablata mensa^f, sicut mos Francorum est, illi in subsellia sua sicut locati fuerant, residebant. **C** Potatoque vino multo, in tantum erapulati sunt, ut pueri eorum madefacti per angulos domus, ubi quisque corruerat, obdormirent. Tunc ordinati a muliere viri cum tribus securibus, a tergo horum trium astiterunt, illisque colloquentibus, in uno, ut ita dicamus, assultu puerorum manus libratae, hominibus perentis, ab epulo est discessum. Nomina quoque virorum, Charivaldus, Leodoualdus, atque Waldinus. Quod eum parentibus perlatum fuisset, eustodire arctius Fredegundem cœperunt, dirigentes nuntios ad Childebertum regem, ut comprehensa interficeret-

CONLAPSAS
RESTITVI. F.

^b Aurelius nti sanctus colitur apud Podienses.

^c Hoc cap. et seq. desunt in Vat. et Colb. a. Faramodus qui Eusebio locum cessit, post ejusdem obitum factus est ejus successor, ut ex vulgatis catalogis discimus.

^d Id est lectores, cantores, etc. qui sub archidiaconi erant disciplina.

^e Colb. m., Bad. et Ches., al., *Eustachius*. Sic quoque dicitur in patriarchio Bituricensi, cap. 28, ubi sancti titulo donatur. Porro Sulpicius ejus decessor, hic memoratus, Severus cognominatus est, ut ab altero Sulpicio episcopo Bituricensi, qui *Pius* appellatus est, distingueretur. Severi festum die IV Kalend. Februarii colitur. Sepultus fuerat in ecclesia sancti Juliani, unde ad sanctum Ursinum translatus est, ubi hodie quiescit. Ipsi nuncupatus circumfertur liber de septem Dormientibus, Gregorio nostro tributus. Vide supra lib. VI, cap. 39, et diem 29 Januarii Bollandiani.

^f Casin., *illata mensa*.

inr. Commotus autem pro hac causa Campanensis^a A populus, dum moras innecteret, hæc suorum crepta auxilio, ad locum alium properavit.

XXVIII. Posthæc autem legatos ad Gunthramnum regem mittit, dicens: Proficiscatur dominus meus rex usque Parisios, et accessito filio meo nepote suo, jubeat eum baptismatis gratia consecrari, ipsumque de sancto lavacro exceptum, tanquam alumnum proprium habere dignetur. Hæc audiens rex, commotis episcopis, id est Ætherio Lugdunensi, Syagrio Augustidunensi, Flavioque Cabillonensi^b, et reliquis quos voluit, Parisios accedere jubet, indicans se postmodum secuturum. Fuerunt etiam ad hoc placitum multi de regno ejus, tam domestici quam comites, ad præparanda regalis expensæ necessaria. Rex autem deliberatione acta, ut ad hæc deberet accedere, pedum est dolore prohibitus. Postquam autem convaluit, **522** accessit Parisios: exinde ad Rotojensem villam ipsius urbis properans, evocato puero jussit baptisterium præparari in vico Nemptodoro^c. Dum autem hæc agerentur, legati Childeberti regis accesserunt ad eum, dicentes: Non enim ista nuper nepoti tuo Childeberto pollicitus eras, ut cum inimicis ejus amicitias colligares? Sed in quantum cernimus, nihil de promissione tua custodis, sed potius quæ promiseras prætermittis: et puerum istum in urbis Parisiacæ cathedra regem statuis. Judicabit enim Deus, quia non reminisceris quæ ultro pollicitus es. Hæc iis dicentibus, rex ait: Promissionem quam in nepotem meum Childebertum regem statutam habeo, non omitto. Nam illum non oportet scandalizari, si consobrinum ejus filium fratris mei, de sancto suscipiam lavacro: quia hanc petitionem nullus Christianorum debet abnuere. Eamque ego, ut Deus manifestissime novit, non calliditate aliqua, sed in simplicitate puri cordis agere cupio, quia offensam divinitatis incurrere formido. Non est enim humilitas genti nostræ, si hic a me excipiat. Si enim domini proprios famulos de sacro fonte suscipiunt, cur et mihi non liceat proinquinum parentem excipere, ac filium facere per baptismi gratiam spiritalem? Abscedi e nunc, et nuntiate domino vestro: Pactionem quam tecum pepigi, custodire cupio illibatam, quam si tuæ conditionis noxa non oiserit, a me prorsus omitti nequibit. Et hæc dicens, legatis discedentibus, rex accedens ad lavaerum sanctum, obtulit puerum ad baptizandum. Quem excipiens, Chlotharium vocitari voluit, dicens: Crescat puer, et hujus sit nominis exsecutor, ac tali potentia polleat, sicut ille^d quondam, ejus nomen indeptus est. Quo mysterio eele-

brato, invitatum ad epulum parvulum multis muneribus oacravit. Similiter et rex ab eodem invitatus, plerisque donis refertus abscessit, et ad Cabillonensem urbem redire statuit^e.

523 XXIX. Aredius quoque hoc anno terras relinquens, vocante Domino, migravit ad cælum. Lemovicinæ urbis incolæ fuit, non mediocribus regionis suæ ortus parentibus, sed valde ingenuus. Hic Theodoberto regi traditus, aulicis palatinis adjungitur. Erat enim tunc temporis apud urbem Trevericam vir eximiæ sanctitatis Nicetius episcopus, non solum in prædicatione admirabilis faciendæ, verum etiam in operibus bonis ac mirabilibus celeberrimus habebatur in plebe. Qui intuens puerum in regis palatio, nescio quid in vultu ejus cernens divinum, præcepit ei se sequi. At ille relicto regis palatio, secutus est eum. Cumque ingressi in cellulam, de iis quæ ad Deum pertinent confabularentur, expetiit adolescens a beato sacerdote se corrigi, ab eo edoceri, ab eo imbui, ac in divinis voluminibus ab eodem exerceri. Cumque in hujus studii flagrantia eum antistite memorato degeret, tonsurato jam capite, quadam die psallentibus clericis in ecclesia, descendit columba e camera, quæ leviter volitans circa eum, resedit super caput ejus, illud indicans, ut opinor, eum Spiritus sancti gratia jam repletum. Quam eum ille non sine pudore conaretur abigere, hæc paululum circumvolans, iterum super caput ejus, aut super scapulam residebat: quæ non modo ibi, sed etiam cum in cellulam episcopi ingrederetur, jugiter comitabatur eum eo. Quod per dies plurimos factum, non sine admiratione episcopus intendebat. Exinde vir Dei Spiritu, ut diximus, sancto repletus, ad patriam, genitore ac germano defunctis, regreditur, consolaturus Pelagiam genitricem, quæ nullum parentem præter hanc sobolem spectabat. Deinde cum jejuniis atque orationibus vacaret, deprecatur eam, ut omnis cura domus, id est, sive correctio familiæ, sive exercitium agrorum, sive cultus vinearum ad eam aspiceret: ne huic viro aliquod accideret impedimentum, quo ab oratione ce saret; unum sibi tantum privilegium vindicans, ut ad ecclesias ædificandas ipse præsesset. Quid plura? construxit templa Dei in honore **524** sanctorum, expetiitque eorum pigiora, ac ex familia propria tonsuratos instituit monachos, cœnobiumque^f fundavit, in quo non modo Cassiani, verum etiam Basilii et reliquorum abbatum, qui monasterialium vitam instituerunt, celebrantur regulæ, beata muliere victum atque vestitum singulis ministrante. Nec minus hæc tamen impedita hoc onere in narchiam obtinuit.

^e In Vat. et Colb. a huic capiti subjungitur Fredegarii Chronicon sub titulo libri x Historiæ Gregorii.

^f Monasterium scilicet Atanense, quod postquam diu regulæ Benedictinæ fuisset subjectum, ad sæculares canonicos transiit, qui sancti Martini Turonensi capitulo subjecti sunt. Oppido circumposito nomen et originem tribuit, quod hodieque sancti Aredii vulgo *Saint-Yrieix*, in Lemovicibus appellatur.

^a Editi enim Bec., *Campanensis*.

^b Ætherius, qui et inferius laudatur, et Syagrius celebres sunt ex sancti Gregorii papæ epistolis; de Flavio Gregorius supra lib. v, cap. 46; qui tres variis conciliis interfuerunt.

^c Nemptodorum vicus Rotojolo vicinus, vulgo *Nanterre*, beatæ Genovefæ urbis patronæ natalibus celebris.

^d Chlotharius ipsius Guntramni pater, quem Chlothacharium, veteres scriptas secuti, in Gregoriano textu scripsimus. Uterque Chlotharius Francorum mo-

Dei laudibus perstrepebat; sed assidue, etsi quiddam A operis exerceret, semper orationem Domino, tanquam odorem incensi acceptabilis offerebat. Interea ad sanctum Aredium cœperunt infirmi confluere, quos, manus singulis cum vexillo erucis imponens, sanitati reddebat; quorum, si singillatim nomina scribere velim, nec numerum percurrere valeam, nec vocabula memorare: unum tamen novi, quod quicumque ad eum ager advenit, sospes abscessit. De majoribus quoque miraculis parva proponimus. Iter quodam tempore cum genitrice dum ageret, et sancti Juliani martyris ad basilicam properaret, venerunt vespere in quodam loco. Erat autem locus ille aridus, et absque fluentis currentibus infecundus. Dixitque ad eum mater ejus: Fili, aquam non habemus, et qualiter hic nocte præsentis quiescere possumus? At ille prostratus in orationem, et diutissime preces fudit ad Dominum, et erigens se defixit virgum in terra quam manu gerebat, eamque cum bis aut tertio in gyrum vertisset, ad se lætus extraxit: moxque unda aquæ secuta est tam valida, ut non solum ipsis de præsentis, sed etiam pecoribus affatim deinceps pocula ministraret. Nuperrimo autem tempore iter carpens, nimbus ad eum pluvix advenire cœpit: quem ille cernens, paululum super equum in quo sedebat caput inclinans, manus extendit ad Dominum. Consummata vero oratione, divisa est nubes in duabus partibus, ac in circuitu eorum immanis descendit pluvia; super eos tamen, nulla, si dici fas est, gutta descendit. Wistrimundo quoque, cognomento Tattonis, civi Turonico, dentes gravem inferbant dolorem, ex quo etiam maxilla intumescerat: quod cum beato viro **525** questus fuisset, manum super locum doloris imposuit, statimque dolor fugatus, nusquam deinceps ad injuriam hominis excitatus est. Hæc ipse qui passus est retulit. De his vero signis quæ per virtutem sancti Juliani martyris Martinique confessoris beati, in ejus manibus Dominus operatus est, pleraque in libris Miraculorum, sicut ipse effatus est, scripsimus. Post has vero et multas alias virtutes, quas Christo cooperante complevit, advenit Turonis post festivitatem sancti Martini, ibique paululum commoratus, dixit nobis se haud longævo tempore adhuc in hoc mundo retineri, aut certe velocius dissolvi; et valedicens abscessit, gratias agens Deo, quod priusquam obiret sepulcrum beati antistitis osculari promeruisset. Cumque ad cellulam suam accessisset, testamento ^b condito, ordinatis omnibus, ac sancto Martino Hilarioque antistitibus hæredibus constitutis, ægrotare cœpit ac dysenterix morbo gravari. Sexta quoque ægrotatio-

nis ejus die, mulier quæ ab spiritu inmundato sævis vexata, a sancto emundari non poterat, ligatis per se a tergo manibus, clamare cœpit ac dicere: Currite cives, exsilite populi, exite obviam martyribus confessoribusque, qui ad exsequium beati Aredii conveniunt. Ecce adest Julianus a Brivate, Privatus ex Mimate, Martinus a Turonis, Martialisque ab urbe propria ^c. Adest Saturninus a Tolosa, Dionysius ab urbe Parisiaca, nonnulli et alii, quos cœlum retinet, quos vos ut confessores et Dei martyres adoratis. Hæc cum in exordio noctis clamare cœpisset, a domino suo revincta est. Sed nequaquam potuit contineri: quæ rumpens vincula, ad monasterium cum his vocibus properare cœpit. Moxque beatus vir spiritum tradidit, non sine testimonio veritatis, quod sit susceptus ab angelis. Mulierem quoque in exsequiis suis cum alia muliere nequiori spiritu vexata, ut est ^d sepulcro tectus, a nequitia infesti dæmonii emundavit. Et credo, ob hoc Dei nutu easdem in corpore positus non potuit **526** emundare, ut exsequiæ illius hac virtute glorificarentur. Post celebratum vero funus, mulier quædam rictu patulo, sine vocis officio, ad ejus accessit tumulum: quo osculis delibato, elocutionis meruit recipere beneficium.

XXX. Hoc anno mense secundo, tam in Turonico quam in Namnetico gravis populum lues attrivit, ita ut modico quisquis ægrotus capitis dolore pulsatus, animam funderet. Sed factis rogationibus cum grandi abstinentia et jejuniis, sociatis etiam elemosynis, adversus divini furoris impetus mitigatus est. Apud Lemovicinam vero urbem ob Dominicæ diei injuriam, pro eo quod in eo operam publicam exercerent, plerique igne cœlesti consumpti sunt. Sanctus est enim hic dies, qui in principio lucem conditam primus vidit, ac Dominicæ resurrectionis testis factus emicuit: ideoque omni fide a Christianis observari debet, ne fiat in eo omne opus publicum. In Turonico vero nonnulli ab hoc igne, sed non die Dominico sunt adusti. Siccitas immensa fuit, quæ omne pabulum herbarum avertit: unde factum est, ut gravis morbus in pecoribus ac jumentis invalescens, parum unde sumeretur origo relinqueret; sicut Habacuc propheta vaticinatus est: *Deficient ab esca oves, et non erunt in præsepibus boves (Habac. III, 17)*. Non modo enim in domesticis, verum etiam in ipsis ferarum immitium generibus hæc lues grassata est. Nam per saltus silvarum multitudo cervorum et reliquorum animantium prostrata per invia nacta est. Fenum ^e ab infusione pluviarum et inundatione annuum periiit, segetes exiguæ, vineæ vero profusæ fuerunt; quercuum fructus ostensi effectum non obtinuerunt.

cam quæ inter Acta SS. Ordinis nostri edita est Sæculo i. Benedictino, pag. 349. Ei scripsit Fortunatus carni. 20 lib. v.

^c Lemovicibus scilicet, ejus populi apostolus Martialis fuit.

^d Casinens, vexata. Post celebrato vero funere est, etc.

^e Bad., ut nacta est fenum, ab, etc.

^a Sic Bec. Alii, se aut longævi. Porro festivitatem sancti Martini hic memoratam intellige Translationem, quæ iv Non. Julii celebratur, si quidem Aredius die viii Kal. Septemb. obiit.

^b Ipsum in Appendice dabimus ex tomo II Analect. Mabillon. De Aredio Gregorius scripsit in libro ii de Mirac. sancti Martini, cap. 59, et lib. ii de Gloria Mart., cap. 40. Ejus vitam infra dabimus, præter

XXXI. De ^a episcopis Turonicis licet in superioribus libris quædam scripsisse visus sim, tamen propter ordinationem eorum et supputationem, quo tempore primum prædicator ad Turonicam accessit urbem, reciprocare placuit.

1. Primus Gatianus ^b episcopus, 527 anno imperii Decii primo, a Romanæ sedis papa transmissus est: in qua urbe multitudo paganorum idololatriis dedita commorabatur; de quibus nonnullos prædicatione sua converti fecit ad Dominum. Sed interdum occulebat se ob impugnationem potentum, eo quod sæpius cum injuriis et contumeliis eum repererant affecissent, ac per cryptas et latibula cum paucis Christianis, ut diximus, per eundem conversis, mysterium solemnitatis diei Dominicæ clanculo celebrabat. Erat autem valde religiosus et timens Deum: ut nisi fuisset talis, non utique domos, parentes et patriam ob Dominicæ amoris diligentiam reliquisset. In hac urbe sub tali conditione, ut ferunt, annos quinquaginta commoratus, obiit in pace, et sepultus est in ipsius vici cœmeterio, quod erat Christianorum; et cessavit episcopatus triginta septem annis ^c.

2. Secundus, anno imperii Constantis primo, Litorius ^d ordinatur episcopus: fuit autem de civibus Turonicis, et hic valde religiosus. Hic ædificavit ecclesiam primam infra urbem Turonicam, cum jam multi Christiani essent; primaque ab eo ex domo ejusdem senatoris, basilica facta est. Hujus tempore sanctus Martinus in Galii's prædicare exorsus est. Sedit autem annos triginta tres ^e, et obiit in pace, sepultusque est in suprascripta basilica, quæ hodieque ejus nomine vocitur.

3. Tertius, sanctus Martinus, anno octavo Valentis et Valentiniani ^f, episcopus ordinatur. Fuit autem

^a Hoc caput deest in Alex.

^b Ed. plerique, *Gratianus*; Colb. m., *Catianus*.

^c Casin., xxxviii sicut et Bec.; sed hiesupra viii habet tē; unde conjicio legi debere *septem*, atque ultimum i incante ab amantensi fuisse additum. Sancti Gatiani festum celebratur xv Kal. Januar. Ejus vero sacrum corpus cum aliis sanctorum reliquiis a Calvinianis hæreticis an. 1562 combustum est. — Sanctus Gatianus in cœmeterio vici sepultus dicitur, quod olim existisse eo loco putatur, ubi postea ecclesia in beatæ Mariæ honorem exstructa fuit, quæ hodieque perstat parochiali titulo illustrata sub nomine sanctæ Mariæ Divitis. Nullum tamen ibi superest sepulturæ beati Gatiani vestigium, quod ille forte paulo postea, uti infra nun. 3 dicitur, in ecclesiam sancti Lidorii, fuerit a sancto Martino translatus, atque ibi prope ipsum Litorium depositus. Hinc illa ecclesia, quæ omnium nrbs antiquissima esse creditur, et cathedralis titulo gaudet, licet alios agnoscat patronos, præcipue sanctum Mauricium, hodieque tamen sub sancti Gatiani nomine notior est.

^d Colb. m. et Bad., *Litorius*. Bec., etc., *Lidorius*. Colitur die 15 Septemb. Vide not. in lib. 1, cap. ult.

^e Casin., *triginta octo*.

^f Colb. m. et Reg., *anno nono Valentis episcopus*. Annus octavus Valentiniani incæpit mense Febr. anni 571, ad quem ex hoc loco revocanda est sancti Martini ordinatio, siquidem ejus celebritas jam sub Perpetuo die 5 Julii recolatur.

^g Id ipsum narrat Severus in ejus Vita.

A de regione Pannoniæ, civitate Sabariæ: qui ob amorem Dei apud urbem Mediolanensem Italiæ, primo monasterium 528 constituit; sed ab hæreticis, eo quod sanctam Trinitatem intrepidus prædicaret, virgis cæsus et atque expulsus de Italia, in Gallias accessit; multos paganorum converti fecit, templa eorum statuasque confregit, fecitque multa signa in populos, ita ut ante episcopatum duos suscitare mortuos, post episcopatum autem, unum tantummodo suscitavit. Hic transtulit corpus beati Gatiani, sepelivitque ipsum juxta sepulcrum sancti Litorii, in illa nominis sui præfata basilica. Hic prohibuit Maximum, ne gladium in Hispaniam ad interficiendos destinaret hæreticos ^h: quibus sufficere statuit, quod a catholicorum ecclesiis essent vel communione remoti. Consummato ergo præsentis vitæ cursu, obiit apud Condatensem vicum urbis suæ, anno octogesimo primo ætatis. De quo vico navigio sublatus, Turonis est sepultus, in loco quo nunc adoratur [*Bec.*, adornatur] sepulcrum ejus: de cujus vita tres a Severo Sulpicio libros conscriptos legimus. Sed et præsentis tempore multis se virtutibus declarat. In monasterio vero quod nunc Major ⁱ dicitur, basilicam in honorem sanctorum apostolorum Petri et Pauli ædificavit: in vicis quoque, id est A'ingaviensi ^j, Solonacensi, Ambaciensi, Cison'gensi, Tornomagensi, Condatensi, destructis delubris, baptizatisque gentilibus, ecclesias ædificavit. Sedit autem annos viginti sex, menses quatuor ^k, dies viginti septem, et cessavit episcopatus dies viginti.

C 4. Quartus, Briccius ordinatur episcopus, anno Arcadii et Honorii secundo, cum pariter regnarent. Fuit autem civis Turonicus, cui trigésimo tertio 529 episcopatus anno, crimen adulterii est imputatum a civibus Turonicis: exputsoque eo, Justinia-

^h Priscillianistas, scilicet, quos Maximus, instigante Ithacio episcopo, jusserat gladio animadverti: quæ res maxime in Ecclesia urbis excitavit. Vide Dialogum 3 Severi Sulpicii, qui et ejusdem hæreseos ortum et progressum fusius descripsit sub finem libri ii Historiæ sacræ.

ⁱ De Majoris Monasterii origine, et monachorum ibi degentium sanctissima vita, plura habet Severus Sulpicius in Vita sancti Martini. Superest etiam nunc celebre ordini Benedictino addictum sub sancti Mauri coaggregatione.

D ^j A'ingavia, vicus nunc intra urbis muros inclusus ad Ligerim, dicitur etiam Langeais, vulgo *Langeais*, ubi habitum est concilium anno 1270, sub Joanne de *Monsonau*. Salouacum est, ut putat Valeus, *Sonnay* sen *Sonné*, inter fluvios Andriam et Clasiam pariter et silvas duas, non procul ab Insula-Savarici et Castellione ad Andriam. Est tamen alius huic vico cognominis inter silvam et Castellum Reginaldi situs. Marollus Villalupensis abbas in editione Gallie putat esse *Sully*, aut *Songé*. De Ambaciaco dictum est supra lib. ii, cap. 55. Cisonagnu Marollo est *Charnisay* inter silvam et Clasiam amnem, aut certe *Cicongué*. At melius, ut quidem Valesio videtur, Maurus in Historia metrop. Turonensis, putat esse *Chisseau*, vicum ad Garem fluvium, haud procul a Monte Tricardi. Tornomagus vulgo *Tournon* ad Crosam fluvium. De Condate lib. i, cap. 45.

^k Cod. Reg., *menses tres, dies septemdecim*. Bec., Colb. m. et Bad., *menses quatuor, dies septemdecim*.

num episcopum ordinarunt: Briccius vero episcopus^a ad papam Urbis dirigit. Justinianus autem post eum abiens, apud urbem Vercellensem obiit. Turonici verum iterum malignantes, Armentium statuerunt. Briccius vero septem apud papam Urbis annis degens, idoneus inventus a crimine, ad urbem suam redire iussus est. Illic ædificavit basilicam parvulam super corpus beati Martini, in qua et ipse sepultus est. Cumque poram ingrederetur, Armentius per aliam portam mortuus efferebatur, quo sepulto, cathedram suam recepit. Hunc ferunt instituisse ecclesias per vicos, id est, Catalonnum^b, Briccam, Rotomagam, Briotreidem, Cainonem; fueruntque omnes anni episcopatus ejus quadraginta septem. Obiitque, et sepultus est in basilica, quam super sanctum Martinum ædificavit.

5. Quintus Eustochius ordinatur episcopus, vir sanctus et timens Deum, ex genere senatorio. Hunc ferunt instituisse ecclesias per vicos, Brixis^c, Iciodorum, Luccas, Dolus. Ædificavit etiam ecclesiam infra muros civitatis, in qua reliquias sanctorum Gervasii et Protasii martyris condidit, quæ sancto Martino^d de Italia sunt delatæ, sicut sanctus Paulinus in epistola sua meminit. Sedit autem annos septemdecim. Et sepultus est in basilica, quam Briccius episcopus super sanctum Martinum struxerat^e.

530 6. Sextus ordinatur Perpetuus, de genere et ipse, ut aiunt, senatorio, et propinquus decessoris sui, dives valde, et per multas civitates habens possessiones. Illic, submoto basilica quam prius Briccius

^a Sic cod. Regins; alii *Briccius vero se ad papam*. Vide notas in lib. II, cap. I. Festum ejus celebratur die 15 Novembris.

^b Catalonnum, Colb. m. et Ch. al., *Catolonnium*. Illic locum esse Calvum-Montem, vulgo *Chaumont*, in finibus Turonum et Blesensium, existimat Marollinus, quod a Valesio improbat, qui potius esse putat *Clion*, ad Andriam inter Paludellum, *Paluan*, et Gastellionem. Bricca an *Bray* aut *Bré* ad Angerem seu Andriam fluvium? Est quoque locus in confinio Turonum et Andegavorum, dictus vulgo *Brèche*. Rothomagum Marollus putavit esse vicum, cui nomen *la Rouë*, aut *Saint-Antoine-du-Rocher*. At Maanus navult interpretari de *Ruam*, qui locus est haud procul a Monte-Basonis situs, vulgo dictus *le Pont de Ruam*, a ponte qui ibi Andriæ (*l'Indre*) fluvio impositus est. Briotreidis Marollus est *Autrière*, tribus leucis ad Ambacia distans. Maanus putat esse *Bresis*, castrum in gestis dominorum Ambacensium memoratum, vulgo *Brisay*. At Valesius contendit esse *le Bridoré* ad Andriam. Caino, vulgo *Chinon* ad Vingennam, de quo iam diximus alias.

^c Brixis Valesio est *Brisay*, de quo in nota precedenti. Iciodorum, ut jam diximus libro VI, cap. 12, est *Iseure*, in finibus Turonum et Pictonum. Luccæ, sen, ut habent Colb. m. et Bec., *Lucæ*, aut ut alias habet Gregorius. Locia, vulgo *Loches*, ab Andriam seu Angerem (*l'Indre*) locus celebris, ubi beatus Senoch monasterium excitavit. Dolus nomen est vici haud procul ab Andria fluvio siti.

^d Sic Bec. Alii a *S. Marino*, sed mendose. Confer caput 47 lib. I de Gloria Mart. Et quidem sanctorum Gervasii et Protasii reliquias invenit sanctus Ambrosius an. 386, quo jam erat episcopus sanctus Martinus. Epistola sancti Paulini hie laudata non exstat. Hodieque visitur juxta ecclesiam beatæ Mariæ Divitis oratorium parvo nosocomio, S. Gervasio et Protasio sanctorum, sed in suburbio. At ecclesia SS. Gervasii et

A episcopus ædificaverat super sanctum Martinum, ædificavit aliam ampliolem miro opere^f. In cujus absida beatum corpus ipsius venerabilis sancti transtulit. Illic instituit jejunia, vigiliisque, qualiter per circumlum anni observarentur, quod hodieque apud nos tenetur scriptum, quorum ordo hic est.

De jejunis.

Post Quinquagesimam^g quarta et sexta feria usque natale sancti Joannis. De kalendis Septembris usque kalendas Octobris bina in septimana jejunia. De kalendis Octobris usque depositionem domni Martini bina in septimana jejunia. A^b depositione domni Martini usque Natale Domini terna in septimana jejunia. De natali sancti Hilarii usque medium Februarium bina in septimana jejunia.

De vigiliis.

Natali Domini in ecclesia^h. Epiphania, in ecclesia. Natali sancti Joannis, ad basilicam domni Martini. Natali sancti Petri episcopatusⁱ, ad 531 ipsius basilicam. Sexto [al. quinto] kalendas Aprilis Resurrectione Domini nostri Jesu Christi, ad basilicam domni Martini. Pascha, in^k ecclesia. Die Ascensionis, in basilica domni Martini. Die quinquagesimo^l, in ecclesia. Passione sancti Joannis^m, ad basilicam, in baptisterio. Natali sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ad ipsorum basilicam. Natali sancti Martini, ad ejus basilicam. Natali sancti Symphoriani, ad basilicam domni Martini. Natali sancti Litorii, ad ejus basilicam. Itemⁿ Natale sancti Martini, ad ejus basilicam. Natali sancti

C Protasii infra muros urbis existisse dicitur inferius num. 12.

^e Festum Eustochii colitur in Martyrologio Romano die 19 Septembris. Is interfuit concilio Andegav. anno 455. Scripsit cum Leone et Victorio epistolam contra clericos qui ad tribunalia sæcularia recurrebant.

^f Hujus ecclesiæ descriptionem accuratam habes supra lib. II, cap. 14. Vide et lib. I Mirac. sancti Martini, cap. 6.

^g Id est a Pentecoste. Quinquagesimam enim appellabant veteres tempus illud quod inter Pascha et Pentecosten intercedit, quo tempore jejunare non licebat.

^h Iste articulus non habetur in cod. Regio.

ⁱ Id est in ecclesia cathedrali.

^j Id est festum Cathedralis sancti Petri, ut appellatur in conc. Turonensi II, quod alicubi celebre erat in Gallis, ut exinde ad Quadragesimam dominicæ primæ, *secunda*, etc., *post Cathedralis sancti Petri* dicebantur. Vide Mabillonii observationes in num. 24 libri II de Liturgia Gallicana. In Ch. deest *episcopatus*.

^k Festum Paschatis a festo Resurrectionis distinguitur in vetustioribus Kalendaris: ubi Resurrectionis festum die 27 Martii recolitur, Pascha autem, ut omnes norunt, variis diebus pro varietate lunæ semper celebratum in Ecclesia fuit.

^l Id est Pentecostes. Sic quoque appellatur in concil. Aurelian. I, can. 25.

^m In Sacramentario Gallicano, quod e vetusto cod. noster Mabillonius edidit tomo I Musei Italici, inter Nativitatem sancti Joannis et festum sanctorum Petri et Pauli habetur *Missa in sancti Joannis passione*.

ⁿ Hoc festum in solo cod. Regio habetur. Et quidem certum est ex ipso Gregorio festum sancti Martini jam his temporibus duplex fuisse, nunc mense Julio, alterum vero mense Novembri, hic expressum.

Briecti, ad domni Martini basilicam. Natali sancti Martini, ad domni Martini basilicam.

Hic ædificavit basilicam sancti Petri, in qua cameram basilicæ prioris posuit, quæ usque ad nostra tempora perseverat. Basilicam quoque sancti Laurentii in monte Laudiac^a ipse construxit. Hujus tempore ædificatæ sunt **532** ecclesiæ in vicis, id est Evena^b, Medicomno, Berrao, Balatedine, Vernado. Condiditque testamentum^c, et deputavit per singulas civitates quod possidebat, in eis ipsis scilicet ecclesiis, non modicam et Turonicæ tribuens facultatem. Sedit autem annos triginta, et sepultus est in basilica sancti Martini.

7. Septimus vero Volusianus ordinatur episcopus, ex genere senatorio, vir sanctus, valde dives, propinquus et ipse Perpetui episcopi decessoris sui. Hujus **B** tempore jun Chodovechus regnabat in aliquibus urbibus in Galliis. Et ob hanc causam hic pontifex suspectus habitus a Gothis, quod se Francorum ditionibus subdere vellet, apud urbem Tolosam exilio condemnatus, in eo obiit^d. Hujus tempore vicus Mantolomagus^e ædificatus est, et basilica sancti Joannis in majori monasterio^f. Sedit autem annos septem, menses duos.

^a Supra, libro II, cap. 2. Dicitur *Laudiacum*, sexto ab urbe milliario. Perstat adhuc ille locus, vulgo *Mont-Lois*, distans tribus circiter leucis supra Turonos ad sinistram Ligeris ripam impositus.

^b Evena, in Reg. *Enevoc*, hodie *Avoine*, inter Ligerim et Vingennam, ut Maanus et Valesius existimant, qui Marollio non assentiuntur, putanti esse *Eve le Montier*. De hoc in *Vitis Patrum*, cap. 19. Medicomnu, Marollio *Metray*; Maano *Monnoye*, cui non refragatur Valesius, qui et putat esse posse *Mosne*, ad Ligerim, prope Ambaciam. Berrao nomen tribuit pago Berravensi, de quo supra lib. VI, cap. 12, ubi diximus esse *Barou* locum inter Crosam (*la Creuse*) et Clasiam fluvios. Marollius hoc loco hæsitans alios tres vicos proponit, scilicet *Bourray* ad Carim fluvium, prope montem Tricardi; *Berray* haud procul a Lausduno; et *Bretenay* ad Ligerim infra Turonos. Cæterum pro *Berrao* Reg. habet *Herrardum*. Balatedine, seu, ut habet Reg., *Balacedina*, a *Balatedo*, *Balatedinis*, declinari vult Valesius, qui post Maanum putat esse *Balan*, haud procul a fluvio Cari. Marollius vertit *Vaune*, qui locus alias *Rupes Corbonis* appellatur. Vernadum denique, seu *Vernao*, ut habent Ch. al., Bee. et Coll. III, cum Bad., aut *Ernaldum* ex Reg. nomen hodieque servat, ut ait Valesius, nempe *Vernou*, castellum ad archiepiscopum pertinens, titulo baroniæ clarum, ad Siceram fluvium (*la Cisse*).

^c Perpetui testamentum simul cum ejus epitaphio ex tomo V Spicilegii dabimus in appendice. Duobus conciliis præfuit, scilicet Turonico I anno 461, et Venetico an. 465. Eidem Apollinaris Sidonius scripsit epist. 9 libri VII, ubi concionem quam apud Biturigas pro electione Simplicii episc. habuerat, integram refert. De hoc et epist. 18 libri IV. Vide supra in not. ad cap. 14 lib. II. Ipsi etiam Paulinus nuncupavit librum de Vita sancti Martini. Ejus festum celebratur die 8 April., in vestis autem kalendariis 20 Decembris.

^d Sancti Volusiani memoria apud Fuxenses potissimum celebris est, ubi sub martyris titulo, sicut et in Martyrologio Romano die XV kalend. Febr. colitur. Ferunt enim a Wisigothis capite minutum fuisse in loco qui dicitur Petrosa, et ab incolis vulgo Corona, in comitatu Fuxensi. Sacrum ejus corpus Fuxum delatum, diu servatum est in ecclesia sancti Nazarii, vulgo nunc sancti Volusiani dicta, donec a Calvinia-

8. Octavus ordinatur episcopus Verus^g, et ipse promemoratae causæ zelo suspectus habitus a Gothis, in exilium deductus, vitam finivit: facultates suas ecclesiis et bene meritis dereliquit. Sedit autem **533** annos undecim, dies octo^h.

9. Nonus Licinius, civis Andegavus, qui ob amorem Dei in Orientem abiit, sanctaque loca revisit: exinde digressus, in possessione sua monasterium collocavit infra terminum Andegavum, et postea abbas officio in monasterioⁱ, ubi sanctus Venantius abbas sepultus est, functus, ad episcopatum eligitur. Hujus tempore Chodovechus rex victor de eade Gothorum, Turonis rediit. Sedit autem annos duodecim, menses duos, dies viginti quinque, et sepultus est in basilica sancti Martini.

10. Decimo loco Theodorus et Proculus I, jubente beata Chrothilde regina, subrogantur, eo quod de Burgundia jam episcopi ordinati, ipsam secuti fuissent, et ab hostilitate de urbibus suis expulsi fuerant. Erant autem ambo senes valde: rexeruntque ecclesiam Turonicam simul annis duobus, et sepulti sunt in basilica sancti Martini^k.

11. Undecimus Dinisus episcopus, et ipse ex Buronis furentibus in favillas redactum est, cum ipsa basilica, quæ utenque postmodum restaurata est. Hunc locum, quem canonici regulares Augustiniani possident, variis donis ditaverunt comites Fuxenses, ut in eorum Historia fusius refertur. Volusiani preibus versus edidit Apollinaris Sidonius ecclesiæ sancti Martini insculpendos, qui habentur lib. IV, epist. 18. **C** Eidem scripsit epist. 17 libri VII, et Ruricius Lemovicensis epist. ult. lib. II.

^e Is ipse locus supra lib. VII, cap. 47, dicitur Mantelomagus vicus, vulgo *Mantelan*.

^f Supererant adhuc ejus rudera, quæ nova ædificia aliquot abhinc annis stricta penitus deleverant.

^g Plerique *Virus*. Concilio Agathensi an. 503 per Leonem diaconum subscripsit.

^h Sic mss. et ed. Lointius tamen et alii viri docti qui sancti Martini mortem anno 397 consignant, hic legendum putant *annos octo, menses undecim*. Nam alias juxta eorum computum Veri mors ultra annum 508 differenda esset, quod fieri non potest: nam Gregorius, cap. seq., ait, Clodoveum victis Gothis Turonos accessisse, cum ibi Licinius esset episcopus. At Clodovei reditus ex ista expeditione ultra annum 508 differri nequit. Vide Lointium ad annum 507, n. 10.

ⁱ Monasterium sancti Venantii in collegium canonicorum conversum etiam nunc superest, ecclesiæ sancti Martini subjectum. Porro Licinius subscripsit conc. Aurelian. I, anno 511.

^j Supra, lib. III, cap. 17, Leoni mortuo successit fuisse dicuntur. Canones verabant ne duo episcopi simul in una ecclesia sederent. Unde hi potius administratores viduatae Ecclesiæ quam episcopi Turonenses censeri debent. Langobardis sub ejusdem sæculi linem Italian vastantibus, complures episcopi e suis sedibus pulsati, aliis Ecclesiis, accedente etiam imperatoris auctoritate, deputati sunt, sed solummodo, ut *alimenta susceperent*, inquit Gregorius Magnus, si jam proprium haberent episcopum, non vero ut *per communionem episcopalis throni dignitas dividatur*. Vide ipsius lib. I, ep. 43, etc.

^k His successus dicitur Arnulfus sancti Remigii discipulus, ex thimorum comite, ut aiunt, exorcista ordinatus, qui post varias peregrinationes, Rheinis a famulis Scarberge ejus sponsæ quam Deo consecra-

gundia veniens : qui per electionem præfati regis ^a A rat. Sedit autem annos sexdecim, menses undecim, dies viginti sex ; obiitque, et sepultus est in basilica sancti Martini.

12. Duodecimus Ommatius ^b de senatoribus civibusque Arvernus, valde **534** dives in prædiis, qui condito testamento per ecclesias urbium, in quibus possidebat, facultates suas distribuit. Ipse exaltavit ecclesiam infra muros urbis Turonicæ, sanctorum Gervasii atque Protasii reliquiis consecratam, quæ muro conjuncta est. Hic cœpit ædificare basilicam sanctæ Mariæ infra muros urbis, quam imperfectam reliquit. Sedit annos quatuor ^c, menses quinque : **B** obiitque et sepultus est in basilica sancti Martini.

13. Tertius decimus Leo ex abbate basilicæ sancti Martini ordinatur episcopus. Fuit autem faber lignarius, faciens etiam turres holochryso tectas, ex quibus quædam apud nos retinentur : in aliis etiam operibus elegans fuit. Sedit autem menses sex, et sepultus est in basilica sancti Martini.

14. Quartus decimus Francilio ex senatoribus ordinatur episcopus, civis Pictavus, habens conjugem, Clafam nomine, sed filios non habens : fueruntque ambo divites valde in agris, quos maxime sancti Martini basilicæ contulerunt, reliqueruntque quædam et proximis suis. Sedit autem annos duos, menses sex ^d ; obiitque et sepultus est in basilica sancti Martini.

15. Quintus decimus Injurius, civis Turonicus, ^C de inferioribus quidem populi, ingenuus tamen. Hujus tempore Chrotechildis regina transiit. Hic perædificavit ecclesiam sanctæ Mariæ infra muros urbis Turonicæ. Hujus tempore et basilica sancti Germani ^e ædificata est. Vici etiam, Noviliacus ^f et **535** Luciliacus, fundati sunt. Hic instituit tertiam et sextam in ecclesia dici, quod modo in Dei nomine perseverat, occisus est, atque uti martyr colitur die 13 Kal. Augusti. Ejus vitam habes in Bibliotheca Floriacensi a Boscio edita. De eo Frodoardus et Marlotus in Hist. Rhemensi. Crux erecta eo loco ubi passus est, etiam nunc visitur Rhemis via Cæsarea. Ejus reliquiæ in Carnotensem diocesim delatæ, in silva Aquilina oppido nomen dederunt, ubi exstat prioratus monasterio Fossatensi subjectus. Alius est ejusdem nominis Ord. Cluniacensis apud Crespeium oppidum celebris, ubi ejusdem habentur reliquiæ. Maanus ^D sanctum Arnulfum inter Ommatium et Leonem locat ; a Gregorio omissus videtur quod sedem dies solunnmodo 17 obtinuerit.

^a Chlodomeris scilicet. Colb. m. habet, *electione fratrum ad*, etc. Hic in Bec. dicitur *Dinysius*, in aliquot editiis *Dionysius*. De eo lib. m, cap. 2 et 17.

^b Reg., *Ommarius*. Filius fuit sancti Ruricii senioris Lemovic. episcopi, ex Iberia Ommati filia, quorum epithalamium cecinit Sidonius carm. 2. Ommatorum et Ruriciorum nobilitatem passim commendat idem auctor. Ruricios ex Anciorum gente ortos laudat Fortunatus lib. iv, carm. 5. Ejusdem Ruricii epistolam edidit Canis us.

^c Colb. m., *annos tres*.

^d Reg., *menses quinque*. Vide lib. m, cap. 17.

^e Vulgo dicitur *Saint-Germain sur Loire*.

^f *Noviliacus*, seu *Nobiliacum*, nomen est compluribus locis commune. Ex iis apud Turones Noviliacus

erat. Sedit autem annos sexdecim, menses undecim, dies viginti sex ; obiitque, et sepultus est in basilica sancti Martini.

16. Sextus decimus Baudinus, ex referendario Chlothacharii regis ordinatur episcopus, habens et filium ^g, multis eleemosynis præditus. Aurum etiam quod decessor ejus reliquerat, amplius quam viginti millia solidorum, pauperibus erogavit. Hujus tempore alter vicus Noviliacus ædificatus est. Hic instituit mensam canonicorum. Sedit autem annos quinque ^h, menses decem ; obiitque, et sepultus est in basilica sancti Martini.

17. Decimus septimus Guntharius, ex abbate monasterii sancti Venantii ⁱ ordinatur episcopus, vir valde prudens dum abbatis fungeretur officio, et sæpius legationes inter reges Francorum faciens. Postquam autem episcopus ordinatus est, vino deditus, pene stolidus apparuit : quæ res eum in tantum amentem faciebat, ut convivas, quos bene noverat, nequiret agnoscere ; sapius tamen eos conviciis agebat et impropriis. Sedit autem annos duos, menses decem, dies viginti duos. Obiit autem, et sepultus est in basilica sancti Martini, cessavitque episcopatus anno uno ^j.

18. Octavus decimus Enfronius presbyter ordinatur episcopus, ex genere illo, quod superius senatorium nuncupavimus, vir egregiæ sanctitatis, ab ineunte ætate clericus. Hujus tempore civitas Turonica cum omnibus ecclesiis magno incendio concremata est. de quibus ipse postea duas reparavit, tertiam vestustissimam ^k relinquens desertam. Postea vero basilica sancti Martini **536** et ipsa incendio est adusta per Wiliacharium, cum ibi confugium pro Chramni quondam circumventione fecisset (*Vid. lib. iv, cap. 20*), quam postea idem pontifex textit stanno, opitulante rege Chlothachario. Hujus tempore basilica sancti Vincentii ædificata est. Tauriaco ^l, Cerate, et Orbigniaco vicis ecclesiæ ædificatæ sunt. Senobilis (*Neuilly le Noble*), et Noviliacus ad Eideram (*Neuilly le Lierre*), ad Braenam amnem (*la Brante*). Est etiam Noviliacus ad Pontem Petrem (*Neuilly Pont-Pierre*), in confinio Turorum et Andegavorum situs. Luciliacus, vulgo *Lusillé*, vicus inter Carem et Angerem fluvios, satis notus. Injurius zelum laudat Gregorius supra, lib. iv, cap. 2. Interfuit concil. Aurelian. ii, anno 535, et iv, an. 541 ; in vero Campanus presb. ipsius nomine subscripsit anno 538.

^g Colb. m., *filios*.

^h Idem, *annos decem*. De hoc vide lib. i Mirac. sancti Martini, cap. 9, ubi dicitur sanctus. Ejus corpus, ut scribit Maanus, hodie in castro Lucacensi (*Loches*) asservatur.

ⁱ Colb. m. cum ed. Bad., *sancti Evantii*. De Gunthario vide lib. de Gloria Confess. cap. 8.

^j Vide supra, lib. iv, cap. 11.

^k Reg., Bec. et Colb. m., *tertiam seniore*.

^l Hæret Marollius, an Tauriacum sit *Turé*, aut *Truye*, inter Carem et Andriam. Maanus nihil habet de hoc loco, nec plura profert Valesius. Cerate, Bec., *Cerente*, item vicus est inter Andesium (*Andriens*) et Curm situs, *Céré* vulgo dicitur. Eodem in tractu est Orbiniacum, vulgo *Orbigny*. Cæterum Colb. m. et Bad. habent *Tausire*, *Uscerat* et *Orbaniaco*. Orbaniacum legitur in libro de Gloria Martyrum.

Nota sancti Vincentii basilicam etiam nunc in Turonum urbe subsistere, quæ parochia titulo gaudet.

dit autem annos septemdecim, obiitque ætate septuagenaria, et sepultus est in basilica sancti Martini ^a. Cessavitque episcopatus dies novemdecim.

19. Nonus decimus Gregorius ego indignus ecclesiam urbis Turonicæ, in qua beatus Martinus et cæteri sacerdotes Domini ad pontificatus officium consecrati sunt, ab incendio dissolutam diruptamque nactus sum, quam reedificatam in ampliori altiorique fastigio septimo decimo ordinationis meæ anno dedicavi, in qua, sicut a longævis presbyteris comperi, beatorum ibidem reliquæ Agauensium ^c ab antiquis fuerant collocatæ. Ipsam etiam capsulam in thesauro basilicæ sancti Martini reperi, in qua valde putredine erat pignus dissolutum, quod pro eorum religionis est virtute delatum ^d. Ac dum vigiliæ in eorum honore celebrarentur, libuit animo hæc iterum prælucescente cæco visitare: quæ dum a nobis attente rimantur, dixit ædis æditus: Est hic, inquit, lapis opertorio tectus, in quo quid habeatur prorsus ignoro, sed nec prædecessores ministros hujus custodiæ seire comperi. Deferam eum, et scrutamini diligenter quid contineatur infra conclusum. Quem delatum reseravi, fateor, et inveni in hoc capsulam argenteam, in qua non modo beatæ Legionis testium, verum etiam multorum sanctorum tam martyrum quam confessorum reliquæ **537** tenebantur. Naeti etiam sumus et alios lapides, ita ut hic erat, conevos, in quibus sanctorum apostolorum cum reliquorum martyrum pignora continebantur. Quod nudus ego divinitus indultum admirans et gratias agens, celebratis vigiliis, dictis etiam Missis ^e, hæc in ecclesia collocavi. In cellula sancti Martini ecclesiæ ipsi contigua, sanctorum Cosmæ et Damiani martyrum reliquias posui. Basilicæ sancti Perpetui adustas incendio reperi, quas in illo nitore vel pingi, vel exornari, ut prius fuerant, artificum nostrorum opere imperavi. Baptisterium ad ipsam basilicam ædificari præcepi, in quo sancti Joannis, cum Sergii martyris, reliquias posui, et in illo priore baptisterio sancti Benigni martyris pignora collocavi. In multis vero locis infra Turonicum terminum, et ecclesias, et oratoria dedicavi, sanctorumque reliquiis illustravi, quæ memorare ex ordine prolixum censui.

Decem libros Historiarum, septem Miraculorum,

Explicit Historia Ecclesiastica Francorum Gregorii episcopi Turonici.

^a Ejus festum colitur die 4 Augusti; interfuit concilio Paris. in an. 537, et præfuit Turon. in an. 567. Laudatur a Fortunato lib. iii, carm. 4.

^b Idem testatur Fortunatus lib. x, carm. 2, quod est totum de hæc ecclesia a nostro Gregorio restaurata.

^c Sanctorum scilicet Mauricii et sociorum, quos infra beatæ legionis testes appellat. De his fuse actum est in Actis Martyrum sinceris ad annum 286. Ecclesiam hanc a Gregorio renovatam pluribus laudat Fortunatus lib. x, carm. 2.

^d Cod. Colb. m. et editio Bad., in qua valde putredinis erat pietate virtutum pro eorum virtute delatum.

^e Colb. m. et Bad., et hymnis etiam missis.

^f Hic desinit eod. Colb. m., nec quidquam est avulsim. Unde Coitius ea quæ sequuntur a quopiam Neoterico addita fuisse censet.

^g Cod. Reg., *Martina ius*. Sed hic alludit ad Martinum Cavellam auctorem celeberrimam, quamvis æta-

Annua de Vitis Patrum scripsi, in Psalterii tractatum librum unum commentatus sum; de Cursibus etiam ecclesiasticis unum librum condidi. Quos libros licet stylo rusticiore conscripserim, tamen conjuro omnes sacerdotes Domini, qui post me humilem ecclesiam Turonicam sunt recturi, per adventum Domini nostri Jesu Christi, ac terribilem reis omnibus judicii diem, si nunquam confusi de ipso judicio discedentes cum diabolo condemnandi estis, ut nunquam libros hos abolere faciatis, aut rescribi, quasi quædam legentes, et quasi quædam præmittentes: sed ita omnia vobiscum integra illibataque permaneant ^f, sicut a nobis relieta sunt. Quod si te sacerdos Dei, quicumque es, Martianus ^g noster septem disciplinis **538** erudit, id est, si te in grammaticis docuit legere, in dialecticis altercationum propositiones advertere, in rhetoricis genera metrorum agnoscere, in geometricis terrarum linearumque mensuras colligere, in astrologicis cursus siderum contemplari, in arithmeticis numerorum partes colligere, in harmoniis sonorum modulationes suavium accentuum carminibus conrepare: si in his omnibus ita fueris exercitatus, ut tibi stylus noster sit rusticus, nec sic quoque deprecor ut avellas quæ scripsi. Sed si tibi in his quiddam placuerit, salvo opere nostro te scribere versu non abnuo. Hos autem libros in anno vicesimo primo ordinationis nostræ præscripsimus: et licet [*Al. scilicet*] in superioribus de episcopis Turonicis scripserimus [*al. scripsimus*], annotantes annos eorum, non tamen sequitur ac supputatur numerus chronicalis ^h, quia intervalla ordinationum integre non potuimus reperire. Est ergo omnis summa annorum mundialis talis: A principio usque ad diluvium anni mcccxxii; a diluvio usque ad transitum filiorum Israel per mare Rubrum anni mccciv; ab hoc maris transitu usque ad resurrectionem Dominicam, anni mxxxviii, a resurrectione Dominica usque ad transitum sancti Martini, anni cccxii; a transitu sancti Martini usque ad memoratum superius annum, id est, ordinationis nostræ primum et vicesimum, qui fuit Gregorii papæ Romani quintus, Gunthrauni regis trigesimus primus, Childeberti junioris decimus nonus, anni i clxviii. Quorum omnis summa est annorum mmmmdccciv j.

tis incertæ, de quo Vossius lib. iii de Historicis Latinis, parte ii.

^h Bec., *chronicorum*. Casin., *annotantes annos, quorum non tamen sequitur hæc supputatio numerum chronicalem*.

ⁱ Sic Reg. et Chesn., qui al. habet, clxxviii. Editi alii, cxxviii. Bec., cxviii, forte pro cxcviii, qui numerus cum fine libri iv concordaret.

^j Sic idem Reg. et Ch. At alii editi, dcccclxiv. Noster numerus eum singulis partibus collectis concordat. Sed nostrum est sinceræ mss. cod. lectiones representare: quoniam autem modo hæc annorum series eum antiquis auctoribus aut etiam cum ipso nec Gregorio componenda sit, fusius inquisiere viri docti, Scaliger, Petavius, Menander, Manns, Valsius, etc.; sed cum non eandem viam inierint, in varias abiire sententias. Coitius vero has supputationes, sicut et eas quæ supra habentur, supposititias esse contendit.

RUINARTII NOTATIO

DE CODICE PITHŒANO QUEM ABSOLUTA EDITIONE, IN MANUS HABUIT.

Jam finem appendici nostræ imponeramus, cum illustrissimi viri Caudii Peleterii, regni administri, beneficio evolvere licuit codices mss. Bibliothecæ *Pithœanae*; atque inter alios nobis unus occurrit, in quo præter Gregorii loem de obitu sancti Martini, sub titulo: *Serm. domini Gregorii episcopi de transitu sancti Martini*, relatum, habetur catalogus episcoporum Turonensium, id est caput ultimum Historiæ Gregorianæ, cum variis annorum computationibus quæ ibidem referuntur. At in illo codice anni a transitu sancti Martini ita numerantur, ut exceptis Guntramni annis, quos mendose singuli scripti et editi exhibent, omnes computationes probent annum cccxcvii fuisse sancti antistitis extremum. Sic quippe ibi legitur: *A transitu sancti Martini usque ad memoratum superius annum, id est ordinationis nostræ primum et vigesimum, qui fuit Gregorii papæ Romani v, Guntramni regis xxxi, Childeberti Junioris xix, anni clxlvii (id est 197). Quorum omnis summa est mmmmdcclxlvii*. Sic enim omnes annorum numeri in annum dxciv conveniunt, a quo si subtrahantur anni cxcvii, habebitur annus cccxcvii, quo Martinum e vivis excessisse putamus, et auctoritate Gregorii probavimus in nostra præfatione. Hunc forte annum dxciv currentem assignavit Gregorius, quod Roman profectus epilogum Historiæ suæ addiderit. Eo enim anno Romanum iter suscepisse creditur; æ sequenti obiit, uti probat Cointius. Cæterum Gregoriano Turonensium episcoporum catalogo subjunguntur nomina sequentium ad Lantrammum, cujus tempore, sæculo scilicet nono, codex scriptus est. Hi autem recensentur hæc ordine: *Latianus episcopus, Charegisclus episcopus, Medegesilus episcopus, Sigilaicus episcopus, Rigobertus episcopus, Chrodobertus episcopus, Bertus episcopus, Guntramnus episcopus, Ibbo episcopus, Gausbertus episcopus, Dido episcopus, Rangabertus episcopus, Austaldus episcopus, Eusebius episcopus, Herbernus episcopus, Joseph episcopus, Landrannus episcopus*.

SANCTI GEORGII FLORENTII GREGORII

EPISCOPI TURONENSIS

HISTORIA FRANCORUM EPITOMATA PER FREDEGARIUM SCHOLASTICUM.

INCIPIT PRÆFATIO GREGORII.

541-542 *Decedente atque imo potius pereunte ab urbibus Gallicanis, etc.*, ut supra coll. I et 2. Sic omnino habet codex Claromontanus. At Boherianus, et Ambracianus, apud Cambecium, tomo II: *Incipit præfatio Græca. Decedente, etc.* Hunc porro epitomatores Fredegarium appello, viros doctos imitatus, qui ipsum hoc nomine designarunt. Quamvis nullum unquam codicem scriptum viderim, in quo hoc nomine fuerit appellatus. Quod idem de se ipsis testantur viri eruditi qui de rebus Francicis hoc sæculo scripsere, hunc auctorem Fredegarium Scholasticum appellantes, Jos. Scaligerum, et Freherum secuti, qui primi eum sic nuncupaverunt, ex aliquo codice ms., ut credere par est. Porro sequentem titulum *Capitolares, etc.*, ex eodem cod. Claromontano descripsimus, qui sic in Boheriano habetur: *Incipiunt capitula libri, quod est excarpsum de Chronicis Græc. episc. Thoronacis*. Et ex simili, ut quidem conjicio, codice Canisius, tomo II Lect. antiquæ *Thoronacum episcopum* censet esse hujus operis auctorem, qui *Græce* scripserit. Dicitur autem liber quartus, quod inter varia chronica, quæ ille auctor in unum corpus collegit, Gregorii epitome quarto loco habeatur. De his plura in præfatione generali ad hunc tomum diximus.

543-544 CAPITOLARES LIBRI QUARTI.

QUOD EST SCARPSUM DE CHRONICA GREGORII EPISCOPI TORONACI, IN CHRISTI NOMINE FIAT.

- | | | | |
|-----|--|------|--|
| I. | De Chunis, et Agecio Patricio. | III. | De ducibus Francorum tribus, et pugnis cum re- |
| II. | De Francorum origine et eorum regibus. | | publica. |

- IV. De Francs, et Valentiano imperatore.
V. De regibus denuo in Francis creatis.
VI. De Ioviniano et Constantino, vel Honorio, imperatoribus.
VII. De eversione urbis Trevericæ, quæ a Francis facta est per Lucium.
VIII. De Castini domesticorum comitis pugna cum Francis.
IX. De initio regis dinuo [*Ch.*, criniti] Francorum.
X. De Ayto imperatore.
XI. De Childerico rege Francorum, et Wiomado Franco.
XII. De Basina regina et Childerico.
XIII. De Eorico rege Gotthorum, et basilica sancti Juliani martyris.
XIV. De *Ædecio* [*Al. Ædecio*] eleemosynam tribuente.
XV. De initio regni Chlodovei, et Syagrio patricio.
XVI. De Chlodoveo, et sancto Remedio urbis Remensis.
XVII. De Gundiocho rege Burgundionum et filijs ejus.
XVIII. De Chlodoveo rege, et Chrotechilde regina, et Auriliano qui sollem perdidit.
XIX. De Aridio sapiente, et ejus consilio.
XX. De conjunctione Chrotechildæ et Chlodovei.
XXI. De interitu christianitatis Chlodovei per beatum Remedium, qui eum baptizavit.
XXII. De Godegisilo, et Gundobado, et Chlodoveo rege.
XXIII. De consilio Aridii sapientis.
XXIV. De Aridio, Gundobado, et Chlodoveo rege.
XXV. De Alarico rege Gotthorum, et Chlodoveo rege.
XXVI. De interitu Childerici filii Sigiberti regis.
XXVII. De interitu Chararici regis.
XXVIII. De interitu Ragnacharii regis.
XXIX. De interitu Chlodovei regis.
XXX. De divisione regni inter filios quatuor Chlodovei regis.
XXXI. De Amalrico filio Alarici regis.
XXXII. De Alanis [*Ch. al. et Boh.*, Alamannis], qualiter in regno Francorum interfecti sunt.
XXXIII. De Regibus Toringorum; et Toringia ditioni Francorum subjicitur.
XXXIV. De Gundobado et filio ejus Sigimundo.
XXXV. De transitu Sigimundi.
XXXVI. De obitu Chlodomeris.
XXXVII. De eo quod regnum Burgundiæ Francorum ditioni subjicitur.
XXXVIII. De pace falsa inter Childebertum et Theudericum.
XXXIX. De Chrotechilde regina et nepotibus suis, qui a Chlotario sunt interfecti.
XL. De obitu Theuderici.
XLI. De Childeberto et Theudeberto contra Chlotarium agentibus.
XLII. De Childeberto et Chlotario in Spania cum exercitu aggressis.
XLIII. De Theuthachado [*Al. Theudehado*] rege Spaniæ interfecto.
XLIV. De uxore et filia Theuderici regis Italiæ interfectis, et compositione.
XLV. De Theudeberto in Italiam ingresso, et Italia recepta.
XLVI. De Verdunensibus a Theudeberto recuperatis.
XLVII. De morte Chrotechildæ reginæ.
XLVIII. De Agyliane rege Spaniæ.
XLIX. De Athanagildo rege Spaniæ.
- A L. De Theudebodo filio Theudeberti, Bucceleno duce, Belesario et Narsete patriciis.
545-546 LI. De regno Chlotarii et pugna cum Saxonibus.
LII. De Childeberto et Chramno filio Chlotarii.
LIII. De morte Childeberti.
LIV. De exsilio Walderadæ relictæ Childeberti et interitu Chramni.
LV. De obitu Chlotarii et divisione regni inter filios ejus quatuor.
LVI. De Guntramno et regina Marchetrude, et ancilla Bobilane.
LVII. De Sigiberto et Brunichilde regina.
LVIII. De Chrodino duce et bonitate ejus.
LIX. De Gogone effecto majore domus.
LX. De Chilperico quod Gaillesindam [*Al. Gachilindam*] sororem Brunecchildis accepit.
LXI. De Chunis et Sigiberto rege.
LXII. De Arvernais et Celso patricio.
LXIII. De Athanagildo, Leuvane et Leuvildo regibus Spaniæ.
LXIV. De obitu Justiniani et imperio Justiniani.
LXV. De Langobardorum gente, et eorum origine et nomine.
LXVI. De obitu Alboini Italiæ regis.
LXVII. De Langobardis in Franciam pronumpentibus.
LXVIII. De Mummolo Patricio et Langobardis, vel Saxonibus.
LXIX. De Chlodoveo filio Chilperici.
LXX. Quod Chilpericus civitates de regno Sigiberti pervasit.
LXXI. De interitu Sigiberti et pace Guntramni.
LXXII. De exsilio Brunichildæ et rege Childeberto.
LXXIII. De supputatione annorum ab Adam usque ad transitum Sigiberti.
LXXIV. De Merveo filio Chilperici, et Brunichilda.
LXXV. De Chlodoveo filio Chilperici, et pugna Mummoli patricii et Desiderii ducis.
LXXVI. De pugna inter Suevos et Saxones.
LXXVII. De comitibus Brittonorum.
LXXVIII. De Guntramno et Childeberto adoptato in filium.
LXXIX. De Justiniani imperatoris amentia, et uxore ejus Sophia.
LXXX. De thesauris Narsedjs patricii.
LXXXI. De largissimis eleemosynis Tiberii imperatoris, et Sophia Augusta.
LXXXII. De regimine Childeberti, et inundatione aquarum, et igne de cælo civitates et vicus urente.
LXXXIII. De filia Sigiberti, nomine Sidegun le, uxore Ermengildi.
LXXXIV. De morte hiorum Chilperici trium.
LXXXV. De fuga Mummoli.
LXXXVI. De pace Chilperici et Childeberti falsa.
LXXXVII. De recluso, nomine Hospitio.
LXXXVIII. De morte Chrodini [*Al. Rodini*] ducis.
LXXXIX. De Gundobaldo filio Chlotharii, qui regnare cœperat, et interfectione Mummoli.
XC. De eo quod Chilpericus Parisios invadit.
XCI. De timore Chilperici, ut cum thesauris aufugit [*Clar.*, ut Eternoacum fugit].
XCII. De Childeberto, quomodo in Italiam fuerit aggressus.
XCIII. De Chilperico, quod filiam suam in Spaniam cum thesauris direxit, et in continuo ad Calam villam mortuus est.
- B
C
D

HISTORIA FRANCORUM EPITOMATA.

547 I. Cumque Vandali præterissent a Galliis, nec multo post tempore Chuni Gallias ingredi disponebant (*Greg. Tur. lib. II, cap. 2, 5*). Quod cum beatus Arvatus a episcopus Tungrorum civitatis audis-

set, Romam pergit ad limina sancti Petri apostoli. Ibi quædam jejuniis et vigiliis assidue faciens, in visione somni ab apostolo responsum accipiens decretum ab Altissimo Chunos ingredi Gallias,

* Sic *Clar.* et codex Ambracianus, tomo II Bibliothecæ Cæsareæ Lambecianæ laudatus. At editi, Ser-

vatus. Boh., Cumque beatus Arvatus episcopus Theuacronum. Vide notas in lib. II Gregorii cap. 5.

protinus ad civitatem suam rediit, prædicens ejus **A** obitum, ut hoc malum non videret. Aiecium ^a patricium hujus Chronici gesta laudant. Virilis habitu formatus, animo alacer, membris vegetus, equis promptissimus, sagittarum peritus, conti impiger, bellis aptissimus, pacis captator celebris, nullius avaritiæ sectator, bonis animæ præditus, injuriarum patientissimus, laboris appetens, impavidus periculorum; famis, sitis, vigiliarum tolerantissimus; **548** cui incunte ætate prædictum liquet quantæ potentiae fati [Al. factis] destinaretur, temporibus suis futurisque celebrandus (Cap. 6). Hæc supradictus historiographus de Aiecio narrat. Cum inisset certamen cum Chunis, quæ gesserit Idacius suæ historiæ hujus volumine narrat ^b (Cap. 7). Nam his diebus oratione uxoris suæ ad limina beatissimorum apostolorum Petri **B** et Pauli jejuniis et vigiliis discurrere, intercedentibus apostolis, Aiecius a periculis liberatur. Revelatum est cuidam pauperi, nuntianti uxoris Aiecii orationibus fuisse salvatum. Quod cum a paupere proditum fuisset, pauper cæcitate percutitur.

II. De Francorum vero regibus beatus Hieronymus, qui jam olim fuerant, scripsit ^c. Quod prius Virgilii poetæ narrat Historia, Priamum primum habuisse regem, cum Troja fraude Ulixis caperetur, exindeque fuisse egressos. Postea Frigam habuisse **549** regem, bifaria divisione partem eorum Macedoniam fuisse aggressam; alios cum Friga vocatos Frigios, Asiam pervagantes, in litore Danuvii fluminis et maris Oceani consedissee. Denuo bifaria divisione Europam media ex ipsis pars cum Francione eorum **C** rege ingressa fuit. Qui Europam pervagantes, cum uxoribus et Iberis Rheni ripam occuparunt, nec procul a Rheno civitatem ad instar Trojæ nominis ædificare conati sunt. Cœptum quidem est, sed imperfectum opus remansit. Residua eorum pars, que super litore Danuvii remanserat, electum a se Turchet ^d nomine regem, per quem vocati sunt Turchi, et per Francionem alii vocati sunt Franci, multis post temporibus cum ducibus externas dominationes semper negantes [Ch., regentes].

III. Francos transegisse comperimus usque ad Marcomerem, Sonnonem et Genebandum duces (cap. 9). Cum quibus temporibus imperatoris Theodosii in Germaniam prorumpentes, pagos depopulantes, etiam Coloniam metum incusserunt. Quod cum Tre-

veris perlatum fuisset, Nanninus [Al. Nannius] et Quintinus Magister ^e militum collecto exercitu Francos de Germania ejecerunt. Apud Carbonariam de Francis strages fitur. Post Heraclio et Joviano ^f cum exercitu ultra Rhenum transeuntibus, disponentes Francos ad internecionem perducere, tantæ strages ex militibus a Francis factæ sunt, ut Heraclius et Jovianus vix de eodem prælio potuissent evadere. Nec ulterius adversus Francos præsumperunt arma arripere. Post paucum temporis Arbogastes superbia elatus adversus Francos arma commovit, cum eisdem dimicans victus effugit.

IV. Franci Treveris hiemando residere præsumunt (*Ibid.*). Valentiniano imperatore infra privati modum redacto, militaris rei cura Francis satellitibus tradita. Civilia quoque officia transgressi, **550** in conjurationem Arbogastis sacramentis obstricti sunt. Arbogastes Marcomerem et Sonnonem duces odiis insectans, exercitus fraude Francos deceptos, urendosque cum decens-is foliis, nudæ atque arentes silvæ insidiantes aggredere, transgresso Rheno pagum quem Chamavi ^g incolunt, depopulatus est.

V. Dehinc extinctis ducibus in Francis denuo reges creantur ex eadem stirpe qua prius fuerant (*Ibid.*).

VI. Eodem tempore Jovianus ornatus regios assumpsit. Constantinus fugam vertens Italiam dirigit, missis a Joviano ^h principe obviam percussoribus, super Mentio ⁱ flumine capite trunecatur. Multi nobilium jussu Joviani apud Arvernus capti, et a ducibus Honorii crudeliter interempti sunt (*Ibid.*).

VII. Treverorum civitas factione unius ex senatoribus, cui nomen Lucius, a Francis capta et incensa est. Cum Avitus imperator esset luxuriæ deditus, et iste Lucius haberet mulierem pulcherrimam cunctarum, fingens Avitus ob infirmitatem corporis lecto se deprimere, jussit ad omnes senatrices, ut eum requirerent ^j. Cumque uxor venisset Lucii, vique ab Avito oppressa fuisset, in crastino surgens de strata Avitus dixit ad Lucium: Pulchras therinas habes, et frigida lavas ^k. Ilæc indignante Lucio, sua factione direpta est civitas, et incensa a Francis.

VIII. Castinus domesticorum comes expeditionem **D** accepit contra Francos, eosque proterit, Rhenum

^a Sic Clar., Boh. et Freher. Chesn. vero, *Agetium*. Can., *Aetium*, quod est vulgare nomen.

^b Fredegarius, ut in præfatione dictum est, Collectionem Chronicorum in quinque aut sex libros divisam edidit. Liber tertius est ex Idatio excerptus, qui hic laudatur, ibique Aetius dicitur primo Attilam, tum Thorismundum, accepta ab utroque pecunia, fefellisse.

^c Hieronymus in vita sancti Hilarionis: *Inter Saxones quippe et Alemannos gens est, non tam lata quam valida, apud Historicos Germania, nunc vero Francia vocatur*. Procopius etiam Germanorum nomine Francos passim designat.

^d Ainoin. lib. II, cap. 2, cum Boh., *Torchot.... Torchi*. Rorico, lib. I, *Torcat*.

^e Boh. et Can., *magistri militum*.

^f Editi, *Joviniano*; et infra Clar., in indice capit., *Joviniano*. Boh., infra, *Eraclio et Joviniano cum patricis*. Is est Jovinus, ut habet Ch. al., unus ex his qui temporibus Honorii tyrannidem assumpserunt. Falsum est autem a Jovini missis Constantinum occisum fuisse. De Arbogaste, qui genere erat Francus, v. de Vita sancti Ambrosii.

^g Clar., *Amavi*. Boh., *Amogi*.

^h Incaute Fredegarius hic quæ de Honorio Frigidus scripsit, tribuit Jovino.

ⁱ Boh., *Mentia*. Appellatur Mincius, vulgo *Mencio*, seu *Menzo*, Italiæ fluvius, qui Mantuam urbem aluit, et in Padum labitur.

^j Ch. marg., *jussa ad omnes senatrices ut eum visarent, misit*.

^k Clar. et Boh., *Nam frigido lavas*. Freh., *frigide*.

transit, Gallias pervagatur, usque ad Pyrenæos montes pervenit ^a.

IX. Franci electum a se regem, sicut prius fuerat, erintum inquirentes diligenter ex genere Priami, Frigi, et Francionis, super se creant, nomine Thendemerem [*Al. Theodomirum*] filium Richemerris, qui in hoc prælio, quod supra memini, a Romanis interfectus est (*Ibid.*, et *cap. 10*). Substituitur filius ejus Chlodeo ^b in regnum, **551** utilissimus vir in gente sua, qui apud Esbargem castrum ^c residebat, quod est in termino Thoringorum. Burgundiones quoque Arianorum secta utebantur, sedentes in Cisalpinis. Chlodeo missis exploratoribus ad urbem Camaracum, perlustrans omnia, ipse sequitur, Romanos proterit, civitatem capit; et inde usque Summam fluvium occupavit. Hæc generatio fanaticis usibus culta est. Fertur super littore maris æstatis tempore Chlodeone [*Boh.*, Chlodevei] cum uxore recedente meridie, uxor ad mare lavatum vadens, terretur a bestia ^d Neptuni, qui Minotauro similitudinem appetisset. Cumque in continuo aut a bestia aut a viro fuisset ^e, concepit, ac peperit filium, Meroveum nomine, a quo reges Francorum postea Merovingii vocantur.

X. Avitus imperator luxuriosus apud Placentiam urbem episcopus ordinatur, et post ad ecclesiam ^f sancti Juliani fugiens vitam amisit (*Cap. 11*).

XI. Childericus vero filius Merovei cum successisset patri in regno, nimia luxuria dissolutus, filias Francorum stupro tradidit (*Cap. 12*). Illi vero ob hoc indignantes, eum de regno eieciunt. Wiomadus Francus fidelissimus cæteris Childerico, qui cum, cum a Chunis cum matre captivus duceretur, fugaciter liberaverat. Illic inventum unum aureum cum Childerico dividens, dum cerneret quod cum Franci interficere conarentur, dixit ei: Fuge in Thoringiam, latita aliquantulum ibi. Si tibi potuero Francos placare, istum aureum medium tibi ad signum dirigam; et si non potuero, ubicunque aggressus fueris, mihi notam facias viam tuam. Quando quidem potuero, et istam partem tibi direxero, partesque [*Ch.*

^a Hæc de Stilicone Gregorius lib. ix, cap. 2, ex Orosio commemorat, quæ incaute Castino, *Ch.*, *Gastino*, de quo paulo superius dixerat Gregorius, Fredegarus attribuit.

^b Sic *Clar.*, alia tamen manu, et quidem antiqua, aliquis scripsit *Clodoveus*. Sic et habet *Can. At. Boh.* et *filus Chlovens*. Alii, *Chlogio*. Gregorius, cap. 9, de Theodemere et Chlodione agit, sed nusquam scripsit Chlodionem fuisse Theodemerris filium. Aimoinus et Roricus Marcomerem Priami filium fuisse aiunt, et ex Marcomere Pharamundum prodisse, cui in regem electo, et postea defuncto, Chlodio ipsius filius successit.

^c *Ed.*, *Hespergem*. Alii cum Anonymo, Roricone, et Aimoino *Dispargun*.... Omnes habent infra *Thoringorum*.

^d *Clar.*, *Lavandum vadens bestia Neptuni quino-tauri similis*.

^e *Boh.*, *concepta, peperit*. *Chesn.*, *continuo a bestia tacta fuisset*. Hanc porro narrationem ab interpolatore additam fuisse censet Coitinus ad annum 426, idque sub Carolinis principibus, ut Merovingici principes, inquit ille, qui e regno exciderant, in viliori

A pariterque] conjunctæ unum effecerint solidum, tunc securus patriam **552** repedabis. Childericus habitans in Thoringia apud regem Bisinum, uxoremque ejus Basinam ^f lauit. Franci tunc Ægidium ^h unanimiter regem adsciscunt. Wiomadus amicus Childerici subregulus ab Ægidio Francis instituitur ⁱ, ejusque consilio omnes Francos singulis aureis tributavit. Illi acquiescentes impleverunt. Dixitque iterum ad Ægidium Wiomadus: Gens hæc durissima, quæ mihi ad agendum jussisti, parum attributata sunt. Superbia sæviunt; jube ut ternos solidos tributentur. Quod cum factum fuisset, acquiescentes Franci dixerunt: Melius nobis est ternos solidos tributa solvere, quam cum Childerico gravissimam vitam ducere. Wiomadus iterum ad Ægidium dicit:

B Rebelles existunt tibi Franci; nisi præceperis ex eis plurimos jugulari, eorum superbiam non mitigas. Electos a Wiomado centum inutiles et in necessitatibus incongruos ^j ad Ægidium direxit, quos Ægidius consilio Wiomadi usus interficere jussit. Wiomadus dixit secretius ad Francos: Non sufficiunt tributa quæ solvitis? Quandiu hoc malum sustinere vultis, ut parentes vestri sicut pecora jugulentur? Tunc Franci unanimiter dixerunt: Si Childericum ubicunque potuissemus reperire, libenter eum super nos reciperemus ad regem, forsitan per ipsum de his afflictionibus eriperemur. Tunc Wiomadus protinus ad Ægidium vadens, dixit: Modo est gens Francorum tuæ disciplinæ perdomita. Dausque eidem ^k consilium legatos ad Mauricium imperatorem dirigere, gentesque vicinas, si posset, attrahere, ut vel quinquaginta millia solidorum ab imperatore ^l dirigerentur, quo potius gentes accepto in munere se imperio subjicerent. Addensque dixit ad **553** eum: Aliquantulos solidos tuæ instantiæ locum accipiens militavi, parum servus tuus argentum habeo. Volebam cum tuis legatis puerum dirigere, ut melius Constantinopoli mihi argentum mercaret. Tunc acceptis ab Ægidio quingentis in munere aureis, quos ad hoc opus emendum transmitteret, misit puerum creditarium sibi cum media parte aurei quem cum

haberentur apud populos pretio. At falsam esse hanc viri eruditi conjecturam ex eo patet, quod hic locus integre habeatur in cod. Claromontano, qui ab annis mille sub prima regum nostrorum stirpe descriptus est.

^f *Boh.*, *Basilicam*, et sic eam inferius appellat.

^g *Clar.*, *Bysinum*, et infra semel *Bysinam*. *Boh.*, *lauit Francis*. *Tunc*.

^h *Clar.*, *Ejeium*, et infra semper *Ejegius* dicitur.

ⁱ *Boh.*, ut plurimum, *Eicius*.

^j Sic *Clar.*, et *Boh.* Editi vero, *utiles... congruos*.

^k *Clar.* et *Freh.*, *dans idemque*. *Ches.*, *dansque eisdem*. Canisii lectionem sequimur. Marcianus tunc, aut certe Leo ejus successor CP. regnabat; in Occidente vero Majorianus. Alterutrum hic Mauricium appellat Fredegarus. Nam Mauricius imp. sub sæculi seqq. finem vixit.

^l *Freh.*, *ad imperatorem*.

Childerica diviserat, sacellum p eum pumbeis, A de stratu dixit Basina ad Childericum : Quæ visibiliter vidisti, veritate subsistunt. Hæc interpretationem habent. Nascetur nob s filius fortitudine leonis signum et instar tenens ; lili vero ejus leopardi et unicornis fortitudine signum tenent. Deinde generantur ex illis qui ursis et lupis fortitudinem et voracitatem eorum simulant. Et tertio quæ vidisti ad discessum, columnæ regni hujus erunt, qui regnabunt ad instar canum, et minoribus bestiis eorum consimilis erit fortitudo. Pluritas autem minorum bestiarum, quæ ab invicem detrahentes volutabant, populos sine timore principum ab invicem vastandos significat. Concepit Basina, et peperit filium, nomine Chlodevum. Ille fuit magnus et pugnator egregius, ad instar leonis fortissimus cæteris regibus. Childericus cum

Odouacro rege Saxonorum Amelianis pugnans, Andegabum victor perrexit. Mortuo Ægidio, reliquit filium, Syagrium nomine (Cap. 18). Eodem tempore Brittones de Betorica [Al. Biturica] a 555 Gothis expulsi, multi apud Dorenses e precepti sunt. Paulus comes cum Romanis et Francis bellum Gothis intulit, et prædas egit. Childericus Odouacro superato Paulum comitem interfecit, Andegavis obtinuit (Cap. 19). Ilis actis, inter Saxones et Romanos bellum gestum est. Saxones terga vertentes, multis ex eis extinctis, insulæ d eorum, cum multo populo interempto, a Francis captæ atque subversæ sunt.

XII. Basina quæ Bisinum regem in Thoringia jugalem habebat, cum audisset Childericum a Francis in regno sublimatum, cursu veloci relinquens Bisiniam ad Childericum transit (Cap. 12). Qui cum eam sollicite interrogasset qua de causa ad eum de tam longe venisset, respondisse fertur : Novi, inquit, utilitatem tuam, quod sis valde strenuus ; 554 ideoque veni ut habitem tecum. Si utiliorem sub cælo scissem, C ad eundem expetissem. Quam Childericus gaudens, et diligens ejusdem pulchritudinem, in conjugio copulavit. Cum prima nocte jugiter stratu junxissent, dicit ad eum mulier : Hæc nocte a coitu virili abstinebimus. Surge secretius, et quod videris ante aulas palatii, dices ancillæ tuæ. Cumque surrexisset, vidit similitudinem bestiarum b leonis, unicornis et leopardi deambulantium. Reversusque dixit mulieri quæ viderat. Dicit ad eum mulier : Domine mi, vade denuo, et quod videris narra ancillæ tuæ. Ille vero cum foris abisset, vidit bestias similitudine ursi et lupi deambulantes. Narrans et hæc mulieri, compellit cum tertio ut iret, et quod videbat nuntiaret. Cumque tertio exisset, vidit bestias minores similitudine canis et minorum bestiarum ab invicem detrahentium et volutantium. Cumque Basinæ hæc universa narrasset, abstinentes se caste usque in crastinum, surgentes

XIII. Ipso anno terræmotus fuit. Eoricens Gotthorum rex decimo quarto regni sui anno ecclesiam sancti Juliani Brivate columnis ornatam mirifice construxit e. Regnans Eoricus annos viginti (Cap. 20).

XIV. In Burgundia nimia famis oppressio advenit (Cap. 24). Cumque populus a fame diversis regionibus dispergeretur, nec esset qui alimoniam præberet ; Ædicus f quidam ex senatoribus magnam tunc rem in Deo fecisse perhibetur. Misit pueros suos cum equitibus [id est equis] et plaustris per vicinas sibi civitates ; ut eos qui inopia vexabantur sibi adducerent. Cunctos pauperes quos invenire potuerunt, adduxerunt ad domum ejus, ibique eos tempore sterilitatis pascens a fame liberavit. Fueruntque plusquam quatuor millia, quos aluit usque tempore ubertatis. post quorum discessum vox e cælis lapsa pervenit, dicens Ædicio : Quia fecisti hanc rem, tibi et semini tuo panis non indigebit in sempiternum. Ædicus miræ velocitatis fuit, pluribus vicibus multitudinem Gotthorum cum paucis in fugam convertit. Evatrix s

Cointius. At, prout jam observavimus ad caput 9, refragatur eod. Claromontani auctoritas.

e Editi aliquot, al. Tolosam, falso. Est enim vicus Bituricum. Vide notas ad Gregorii lib. II, cap. 18.

d Editio Freh., in solo. Boh., in solo... capti atque subversi.

e Fallitur Fredegarius ; nam, ut jam observavimus, non Eoricus, sed Victorius ab Eurico Arvernus præpositus basilicam sancti Juliani, non quidem Brivate, sed in ipsa urbe Arverna, quam hodie Claromontem appellamus, columnis adornavit, non exstruxit.

f Al., Eeditus, seu Ædecus.

s Ed., Evarix. Boh. et Ch. al., Evagrus.

* Non unum est hujus nominis castrum, vulgo Bar, de quo hic locus intelligi possit. Tam enim Barro ad Alban, quam Barro ad Sequanam competere potest. Barrum Ducis, quod nunc videtur cæteris celebris, tunc temporis nondum constructum fuisse Valesius putat. At cum pagi Barrensis mentio sit ab annis tere mille in testamento Wolfandi comitis pro conditu monasterii sancti Michaelis in agro Virdunensi, et in aliis ejus ævi monumentis, locum hunc jam tunc celebrem fuisse oportuit, ut pago cognomini nomen indiderit, qui proinde hic ponitur designari, licet serius Barrum Ducis cognominatus.

b Istas visiones ab intergola ore additas putat

rex Gotthorum excedens Spanum limitem, gravem in Galliis intulit persecutionem (*Cap.* 25).

XV. Defuncto Childerico, Chlodoveus ejusdem filius regnavit pro eo (*Cap.* 27). Anno autem quinto regni ejus Syagrius Romanorum patricius apud civitatem Sexonas ^a, quam quondam pater suus tenerat, sedem habebat : super quem Chlodoveus cum Ragnachario irruens, Syagrius illisum cernens **556** exercitum terga vertit, et ad Alaricum regem Tholosam cursu veloci perrexit. Chlodoveus legatos ad Alaricum mittit, ut eum redderet, alioquin noverit sibi bellum inferri. At ille metuens, ut Gotthorum pavere mos est, Syagrium vinctum legatis tradidit. Quem Chlodoveus custodiæ mancipavit, regnoque ejus accepto, eum gladio trucidare [*Boh.*, trucidare] præcepit. Chlodoveus, eo quod esset fanaticus, ecclesias deprædari permisit.

XVI. Igitur de ecclesia Remicianæ urbis urceum magnum hostis abstulit cum reliquis ministeriis (*Ibid.*). Sanctus ac apostolicus Remedius pontifex ejusdem urbis ad Chlodoveum veniens postulans, si aliud de sacris vasis recipere non mereretur, saltem vel urceum illum reciperet. Audiens rex dixit : Mitte nuntium usque Suessionas, ibi quæ acquisita sunt dividenda erunt. Si mihi illud sors dederit, petitionem tuam implebo. Cum præda in medio dividenda poneretur, ait rex : Rogo ut saltem mihi vas istud extra partem concedatis. Hæc rege dicente, respondent Franci : Gloriose rex, quæ cernimus tua sunt; sed et nos tui sumus, domine, quod tibi placet, fac. Tunc unus levis, invidus et facilis, voce magna urceum impulit, dicens : Nihil hinc accipies, nisi quod tibi sors vera largitur. Rex injuriam hanc patientia lenivit. Sorte posita, acceptum urceum beato Remedio transmisit, servans abdita sub pectore vulnus. Kalendas Martias jussit omnes armatorum phalanges se ostensuros venire. Ubi cunctos circumibat venit ad urcei percussorem, dicens ad eum : Inculta est armatura tua, neque securis est utilis. Apprehensamque securem ejus terræ dejecit. Et ille cum paululum inclinatus fuisset, rex elevatis manibus secure caput ejus defixit : Sic, inquit, et tu Suessionis urceo fecisti, magnum sibi per hanc causam timorem statuens ^b.

XVII. Fuit igitur Gundiochus rex Burgundionum ex genere Athanarici **557** regis persecutoris (*Cap.* 28). Huic fuerunt quatuor filii, Gundobadus, ^c Godegiselus, Chilpericus et Godemar. Gundobadus Chilpericum fratrem suum interfecit gladio; uxorem ejus

^a Canis., *Santonas*. Sed constat Suessionas urbem hic designari, quæ in veteribus scriptis *Sessonas*, *Sexonas*, aut *Saxonas* vulgo scribitur.

^b Chesn. et Freh., *timorem fecit*. Canis., *causam Franci timorem statuerunt*.

^c Alii, *Gundebadus*, *Gunthegiselus*, *Gotemarus*. Mss. Clar. et Boh. lectionem retinimus, et sic semper infra.

^d Ches. al., *Chrona*, et infra *Chrothildis*. Boh., *Chrotechildis*. Vide notas in Gregorium.

^e Aurelianus Patricius memoratur a Gregorio lib. 1 de Gloria mart. cap. 77. Sed hanc de eo mendicium sinulante narrationem inter fabulas computant cum Valesio viri eruditi; quam tamen habent Ronic, Anonymus, Aimoinus, auctor Vitæ sanctæ Chlothil-

A ligato ad collum lapido aquis immersit; duos filios eorum gladio trucidavit; duas filias exsilio eundemnavit, quarum senior nomine Saedeleuba ^d, mutata veste, se Deo devovit, junior Chrotechildis vocabatur.

XVIII. Porro Chlodoveus legationem in Burgundiam sæpius mittens ambiebat Chrotechildem (*Ibid.*). Et cum non esset licitum eam videre, Chlodoveus Aureliannum ^e quemdam ex Romanis, ingenio quo poterat, ad Chrotechildem prævidendam direxit. At ille nisi singulus, ad instar mendici peram ad dorsum ferens veste deformi, illis perrexit partibus, anulum Chlodovei, quo ei potius crederetur, secum portans. Cumque ad Januam civitatem ^f ubi Chrotechildis cum germana Saedeleuba sedebat, venisset, et illæ hospitalitate peregrinos sectantes eum causa mercedis suscepissent, et pedes ejus Chrotechildis lavaret, Aurelianus verbo secreto inclinans ad eam, dixit : Domina mi, grande verbum tibi nuntiaturus sum, si locum dare dignaris, ubi secretius suggeram. Illa annuens, inquit : Loquere ^g. Dixitque Aurelianus : Chlodoveus rex Francorum me direxit ad te; si voluntas Dei fuerit, te vult ad culminis sui sociare conjugium. Ut certa fias, hunc anulum tibi direxit. Quem illa accipiens, gavisus est gaudio magno. Dixitque ad eum : Accipe centum solidos pro laboris tui munere, et anulum hunc meum. Festinans revertere ^h ad dominum tuum, et dic ei : Si me vult matrimonio sociare, protinus per legatos a patruo meo Gundobado postuletur. Legati **558** qui venient, obtenta ad præsens firmitate ⁱ, placitum sub celeritate instituant. Nisi ad perficiendum festinent, Aridii ^j cuiusdam sapientis de Constantinopoli adventum vereor, ejus consilio, si prius venerit, hæc omnia dissipabuntur. Aurelianus eodem habitu quo venerat, rediit ad propria. Cum jam prope Aurelianense territorium, nec procul a domo prope accessisset, quemdam pauperem mendicum in via secum itineris socium habebat ^k, cum jam securus Aurelianus sopore depressus esset, a collega suo pera cum solidis ejusdem furatur. Cumque a somno expergefactus fuisset, mœrore plenus cursu veloci perrexit ad propria, dirigensque pueros ad inquirendum mendicum qui peram ejus portabat. Quem apprehensum Aureliano præsentant, eumque fortiter triduo cæsum permisit ire mendicum. Protinus Aurelianus Chlodoveo regi per singula narraus successionem, suggestiones nuntiat ^k. Quod cum Chlodoveo utilitas et consilium

dis, et alii passim. Gregorius vero, lib. 11 Hist. cap. 28, legationem a Chlodoveo missam memorat : sed nihil de hac re habet.

^f Sic Clar., non vero *januam civitatis*, ut Boh., Cau. et Freh.; est quippe *Geneva*, quam veteres *Januba* scribebant. Ches., *Genovam*.

^g Clar. Boh., et Can., *annuens verbo secreto audiens, dixitque*.

^h Boh., *obtata ad præsens firmit*.

ⁱ Editi, *Aredii*. De hoc vide Gregor. lib. 11 cap. 52, etc.

^j Can., *habuit*. Ch sn., *quidam pauper mendicus quem in via... habuerat... collegæ suo peram furatus est*.

^k Apud Freh. deest *successionem*. Clar., *narrat*

Chrotechildis placuisset, legatos ad Gundobadum di-
rigit, petens ut Chrotechildem neptem suam ei in con-
jugium sociandam traderet. Quod ille denegare me-
tuens, et sperans amicitiam cum Chlodoveo inire,
eam se daturum spondit. Legati offerentes solidum
et denarium, ut mos erat Francorum, eam partibus
Chlodovei sponsant ^a, placitum ad præsens petentes,
ut ipsam ad conjugium traderet Chlodoveo. Nulla
stante mora, inuito placito Cabillono ^b, nuptiæ præpar-
antur. Venientes cum celeritate Franci Chrotechildem
a Gundobado acceptam levantes in basternam ^c,
cum multis thesauris ad Chlodoveum dirigunt. Chro-
techildis cum jam comperisset adventum Aridii
revertentis ab imperio, dixit ad seniores **559** Fran-
cos: Si vultis me domino vestro præsentare, remo-
vete me de basterna, et supra equum levate, et quan-
tum protinus potueritis, illis partibus accelerate. In
hac basterna ad suam non possum venire præsen-
tiam. Franci levata Chrotechilde super equum, festini
ad Chlodoveum pergunt.

XIX. Cumque Aridius a Massilia velocissimo cursu
hæc audiens ad Gundobadum venisset, dixitque ei
Gundobadus: Audisti quod amicitiam cum Francis
inivimus, neptemque meam Chlodoveo tradidi uxorem?
respondens Aridius dixit: Non est hoc amicitiae cultus,
sed initium discordiæ perpetuæ. Reminiscere debueras,
domine mi, quod genitorem Chrotechildæ germanum
tuum Chilpericum gladio trucidasti, matrem ejus lapide
ad collum ligato necare jussisti, duos ejusdem ger-
manos capite truncatos in puteum fecisti projicere.
Si prævaluerit, injuriam parentum vindicabit.
Dirige protinus exercitum post eam, ut revertatur.
Facilius unius feres jurgium, quam omni tempore
tu et tui scandalizemini ^d a Francis. Hæc audiens
Gundobadus, exercitum post tergum Chrotechildæ
retentandum ^e dirigit, qui consequentes thesauros
et basternam cuncta retentent. Chrotechildis vero
cum appropinquasset Villariaco ^f, in qua Chlodoveus
residebat, in territorio Trecassino, adhuc antequam
terminos Burgundiæ Chrotechildis præteriret,
rogans eos a quibus ducebatur, ut duodecim leuvas
^g in utrasque partes de Burgundia prædarent
et incenderent. Quod cum permittente Chlodoveo
fuisset impletum, dixit Chrotechildis: Gratias tibi
ago, Deus omnipotens, quod initium vindictæ de
genitoribus vel fratribus meis video.

XX. Tunc ad præsens Chlodoveo ^h perducitur,

Suissionas nunliat. Boh., narrans fuisse bonelas (al. m., honestas) su gestiones nunliat.

^a Boh., Can. et Ches., *desponsant*. Hic Francorum mos dicitur: *secundum legem Salicam* in formula veteri apud Bignonum, post Marculfi formulas, p. 219. Vide et ejus notas in varias formulas, II 5, p. 364.

^b Can. et Chesn. al., *Cavallono. Boh., Cavillonno.*

^c Basterna v. h. c. u. l. i. genus erat mat. on. s. proprium quod tectum erat, ut ex Hieronymo in cap. LXVI Isaïæ colligit Altaserra, *cum umbraculis, quæ nos dormitoria interpretari possumus vel basternas.*

^d Clar. et Boh., *scandalizeris*. Can. et Freh. et Ch. al., *vexentur*.

^e Can., *præsentandam*, Boh., *retentanda... retentant*.

^f Duo supersunt apud Tricassinos loca, quæ huc

ipsamque in matrimonium Chlodoveus accepit, quam cultu regali perfecto dilexit amore (*Ibid.*, cap. 29). Habebat jam tunc Chlodoveus filium de concubina, nomine Theudericum. Chrotechildis cum primo genitum filium habuisset, **560** quem baptismo consecrare vellet, virum assidue suadens christianum efficere ⁱ nullatenus ad consiliandum regis animus movebatur, dicens: Deorum nostrorum jussione cuncta creantur. Deus vester nihil posse manifestatur. Regina filium ad Baptismum exhibet. Baptizatus autem puer, quem Ingomerem [*Al. Ingomerum*] vocitabant, in albis obiit. Qua de causa permotus felle rex, increpabat reginam, dicens: Si in nomine deorum meorum puer fuisset baptizatus ^j, vixisset. Regina vero Deo omnipotenti gratias agens, ut de utero suo primogenitum in regno suo acceperit. Post hunc genuit filium, quem Chlodomerem vocitavit; qui cum baptizatus ægrotare cœpisset, dicebat rex: Et iste, sicut frater, moritur. Orante matre, Domino adjuvante, convaluit. Regina tamen assidue regem verbis blanditis ^k ad Christi cultum suadebat (*Cap. 30*).

XXI. Cumque bellum contra Alamannos Chlodoveus rex moveret, suadente regina, vovit, si victoriam obtineret, efficeretur christianus (*Ibid.*). Cumque utræque phalanges certamina jungerent, et strages ingentes essent, dixit Chlodoveus: Deum invoco, quem Chrotechildis regina colit: si me juvaret in hoc prælio, ut vincam hos adversarios meos, ero illi fidelis. Alamanni terga vertentes in fugam lapsi sunt. Cumque regem suum cernerent interemptum, novem annis ^l exsules a sedibus eorum, nec ullam potuerunt gentem comperire, quæ eis contra Francos auxiliaret, tandem se in ditionem Chlodoveo tradunt. Nam cum de prælio memorato superius Chlodoveus Remis ^m fuisset reversus, clam a sancto Remedio Rhemensis urbis episcopo (*Cap. 31*), attrahente etiam Chrotechilde regina, baptismi gratia cum sex millibus Francorum in Pascha ⁿ Domini consecratus est. Cum a sancto Remedio in Albis Evangelii lectio Chlodoveo annuntiaretur, qualiter Dominus noster Jesus Christus ad passionem venerat, dixit Chlodoveus: Si ego ibidem cum Francis meis fuisset, injuriam **561** ejus vindicasset. Jam fidem his verbis ostendens, christianum se verum esse affirmat.

XXII. Godegiselus frater Gundobadi solatium per legatos Chlodoveo postulat, cum eum comperisset fortissimum in præliis; promittens, ^o si ejecerit Gun-

revocari possunt, *Villers* scilicet haud procul ab Arciaco et insis Treceis et *Villori*, vicus paulo Treceis remotior, Barro ad Albam propinquus. An *villa Riaco*? ^g Can., *leucas*. Clar. altera manu exponit, *leugas*.

^h Ed. ti. *ad præsentiam Chlodovei*.

ⁱ Ed., *ut christianus efficeretur*.

^j Freh., *nominalus*. In cod. Clar. hæc vox omittitur.

^k Can., *blandis*. Clar. et Boh., *blandiciis*.

^l Freh. et Ch. al., *centum quatuor annis*. Locus obscurus, quem alii auc. ores non exponunt.

^m Clar., *Remus*. Boh., *Remus... ingressus*.

ⁿ Hunc secuti sunt Hinemarus, Flodoardus, etc. Alii tamen ex sancti Aviti epistola Chlodoveum in Nativitate Domini baptizatum fuisse volunt.

^o Boh., *promittens se si... dissolvere*.

dobadum cum suo solatio a regno, tributum partibus A
Chlodovei dissolveret (*Cap.* 32). Gundobadus igno-
rans dolum fratris Godegiseli, ad eum misit dicens :
Veni ut resistamus Francis unanimiter, ut quod aliæ
gentes passæ sunt, non perferamus nos. At ille :
Vadam, inquit, et præbeam tibi auxilium. Chlodoveus
cum Francis adversus hos duos reges castra
Divionensi campania ^a direxit ad prælium. Godegiselus
Chlodoveo conjungitur, ac uterque exercitus
Gundobadi populum atterit. At ille dolum fratris
cognoscens terga vertit, Rhodani ripam percurrens
Avenionem urbem ingreditur. Godegiselus, obtenta
victoria, promissa Chlodoveo ex parte implens,
Viennamque triumphans ^b. Chlodoveus rex post Gundobadum
dirigit, eumque de civitate extrahi præcepit.

XXIII. Aridius prudentissimus vir cum Gundobado
intra castra sedens, ad Gundobadum ait :
"Oportet te lenire hujus hominis feritatem (*Ibid.*). Ego
simulans a te fugere, ad eum transibo, ut faciam
quod neque te, neque hanc noceat regionem. Quodcumque
tibi per meum injunget consilium, faciendum promitte,
donec causam tuam Dominus prosperet.

XXIV. Aridius valedicens Gundobado ad Chlodoveum
perrexit, dicens : Illum perfidum Gundobadum relinquens,
tuæ gloriæ me offero ^c (*Ibid.*). Benigniter a Chlodoveo
recipitur. Eratque jucundus in fabulis, strenuus in
consiliis, justus in judicio, et in commisso ^d fidelis.
Dixit ad Chlodoveum : Tua est hæc regio, quare eam
vastare permittis? Jube Gundobadum tibi tributa
solvendum, et ipsum et regionem dominabis. Quod si
noluerit, perforce quod cœpisti. Hæc ^e injuncta a
Chlodoveo **562** Gundobadus implere promittens,
Chlodoveus rediit in Franciam, relictis cum Godegiselo
quinque millibus Francorum. Exiens Gundobadus de
Avinione, resumptis viribus, Godegiselum in Vienna
circumdat, per aquæductum in civitatem ingrediens
Godegiselum interfecit. Francos aggregatos in unam
turrem ferro trucidavit, nihilque postea Chlodoveo
reddere disponens (*Cap.* 33).

XXV. Igitur Alaricus rex Gotthorum cum amicitias
fraudulenter cum Chlodoveo inisset, quod Chlodoveus
discurrere Paterno legatario suo cernens, adversus
Alaricum arma commovet, et in campania Voglavensi,
decimo ab urbe Pictava milliario, Alaricum interfecit,
et plurima manu Gotthorum trucidata, regnum ejus
a mare Tyrrheno, Ligere fluvio, et montibus Pyrenæis,
usque Oceanum mare a Chlodoveo occupatum est
(*Capp.* 35, 37). Thesaurus Alarici a Tolosa auferens
secum Parisius duxit, et

^a Sic Clar, id est, ni fallor, castra per campos Divionenses direxit, etc., vel in campania Divionensi; sic cap. 25 dicitur campania Voglavensis. Editi habent, *castro Divionense Campaniam direxit*, etc.

^b Freh., *triumphat*. Can. et Ches. al., *Avenionemque triumphans, Chlodoveus... dirigit, qui eum de civitate extrahere possent*.

^c Clar, Boh. et Freh., *expeli*, pro *gloriam tuam expeli*. Frequenter enim casus sextus pro quarto in isto auctore habetur in mss., quod semel monuisse satis sit.

^d Ch. al., *commissionibus*.

^e Can., *levis*. Ch. et Freh. al., *lenibus, levibus*.

multis muneribus ecclesiam sancti Martini, et sancti Hilarii ditavit, quorum fultus auxilio hæc cernitur implese. Cumque Parisius perrexisset, ibi cathedram regni sui constituit (*Cap.* 38).

XXVI. Theudericus ejusdem filius, civitatibus captis circa maritima, jussu patris filius ad eum revertitur (*Ibid.*). Filius Sigiberti regis, nomine Chlodericus [*Al.*, Chlodoveus], quem cum exercitu in ejus solatio contra Gotthos Chlodoveus [*Al.* Theodericus] habuerat, liciniis ^e verbis, dum per Scaldern fluvium navigaret, attractus. Ipse vero patrem suum Sigibertum in Bochonia ^f interfecit dolose, et ipse a percussoribus Chlodovei interfectus est. Regnum Sigiberti absque ullo prælio cum thesauris Chlodoveus assumpsit.

XXVII. Chararicum regem parentem suum Chlodoveus interfecit, et regnum suum sibi subdidit (*Cap.* 41).

XXVIII. Ragnacharium regem, atque suum parentem, Chlodoveus dolis interfecit manu propria, et fratrem suum Richarium similiter manu propria **563** jugulavit (*Cap.* 42). Regnum Ragnacharii, qui apud Camaracum sedem habebat, suæ ditioni subjecit. Regnum Chlodovei maxime per totas Gallias dilatatur. Studiose tractavit, ut nullus de suis parentibus superesset, nisi de suo semine, qui regnaret.

XXIX. Mortuo Chlodoveo, sepultus est in ecclesia sancti Petri apostoli, quam suo opere construxerat (*Cap.* 43). Obiit post Voglense ^g bellum anno quinto. Regnum tenuit annis triginta. A transitu sancti Martini usque ad transitum Chlodovei fiunt anni centum duodecim. Chrotechildis regina ad limina sancti Martini Turonis orationibus et vigiliis pervacabat.

XXX. Quatuor filii Chlodovei, id est Theudericus, Chlodomerus, Childebertus et Chlotarius, regnum ejus æquo ordine inter se diviserunt (*Lib.* III, *cap.* 1). Sortitus est sedem Theudericus Mettis, Chlodomerus Aurelianis, Childebertus Parisius, et Chlotarius Suessionis. Theudericus habebat jam filium, nomine Theudebertum, utilem et strenuum.

XXXI. Amalricus filius Alarici sororem eorum in matrimonium accepit, per quam Barcennona [*Leg.*, propter... Barcinonæ] a Childerico ^h et Francis occisus est (*Ibid.*, *capp.* 2, 3).

XXXII. Dani evectu navali Gallias petunt, in regno Theudericus irruunt, a Theudeberto ⁱ filio Theudericus superantur, omnemque prædam et vitam amiserunt.

XXXIII. Thoringorum tres fratres regnabant, Baldericus [*Al.*, Baldericus], Ermenfridus et Bertharius

Boh., *infra, navigaret ad tractum*.

^f Editi, *Burconia*; al., *Burgundia, Burgunia, Burconia silva*.

^g Boh., *Voglavense*; al., *Vogladense*.

^h Legendum *Childeberto*. Barcino urbs episcopalis provinciæ Tarraconensis, hodiernæ Catalauniæ caput. Vide Gregorii locum.

ⁱ Sic Clar., Boh. et Can. At Freh. et Ches. hic caput 32 sic inchoant: *Alani a Theudeberto*, etc. Certe in capitulum indice, etiam in Clar. habetur: *De Alanis qualiter in regno*, etc. Nihil vero de Danis, qui forte iidem sunt, nam solos Danos memorat Gregorius. Boh., pro *Dani evectu*, habet *Alamanni evectu*, etc.

(*Cap.* 4). Ermenfridus Bertharium interfecit, instigante uxore Ermenfridi nequissima, nomine Amalberga, et Badericum germanum suum cum solatio^a Theudericus interfecit. Ipse vero a Theudeberto filio Theudericus interfectus est. Regnum Thoringorum Francorum ditioni subactum est.

XXXIV. Gundobadi filius Sigimundus apud Genavensem^b urbem, villa Quatruvio, jussu patris sublimatur **564** in regnum, habens uxorem filiam Theudericus regis Italiae, unde habebat filium, nomine Sigiricum (*Cap.* 5). Eadem mortua, aliam duxit uxorem. Filium suum Sigiricum novercae insidiis jussit interfici. Unde postea fortem poenitentiam agens, monasterium sanctorum Agaunensium miri operis construxit^c, et alia plura monasteria aedificavit. Chrotechildis assidue filios admonebat mortem patris matrisque, vel germanorum suorum ulcisci (*Cap.* 6). Quam ob causam illi Burgundias appetunt, Sigimundum et Godemarem^d in praelio vincunt.

XXXV. Chlodomerus Sigimundum, dum ad monasterium sanctorum Agaunensium fugeret, captum cum uxore et liberis, Aurelianis adducit (*Ibid.*). Godemaris terga vertens latuit. Godemaris resumptis viribus regnum Burgundiae tenet. Chlodomerus iterum adversus Godemarem exercitum movet, interfecto Sigimundo cum uxore et liberis.

XXXVI. Praedictum est Chlodomeri ab Avito abate, quod fecerat Sigimundo, ipso itinere [*Al.*, ipsum item] passurum (*Ibid.*). Cumque Vesperonia^e Franci cum Burgundionibus bellum inissent, Chlodomerus capite truncatur, deceptus ab auxiliis Theudericus, qui filiam Sigimundi habebat uxorem.

XXXVII. Franci vero in ipso praelio resumptis viribus, Burgundionibus Vesperontiae superatis, et ad internecionem perductis, patriam eorum ditioni subjiciunt (*Ibid.*). Chlotarius uxorem Chlodomeris, nomine Guntiucham, uxorem duxit, filiosque ejus tres, his nominibus, Theudoaldum, Gunthacharium [*Al.* Guntharium] et Chlodoaldum Chrotechildis alebat. Childebertus dolose Arvernos contra Theudericum invasit. Chlotarius et Childebertus Burgundias appetunt: sed Theudericus cum eis aggredi noluit. Childebertus et Chlotarius fugato Godemare Burgundias occupant. Theudericus cum exercitu Arvernos vastat (*Cap.* 9, 11, 12). Mundericus qui se parentem regi asserebat, regnumque **565** ei debere dixit, a satellitibus Theudericus occiditur fraude deceptus (*Cap.* 14). Res ejus fisco subjiciuntur.

^a Boh., Ch. al., Freh. al. et Can., *suum consilio*.

^b Can. et Ch. al., *Ardegavensem*. Item. Ch. al., *Agaunensem*.

^c Imo jam antea constructum fuerat, sed illud adauxit, ibique psallentium continuum instituit. Vide Gregorium et notas.

^d Supra dicitur *Gotemarus*; hic in Boh., *Godemarus*.

^e Ches. et Freh., *Vesontiae*, et sic infra, locus est prope Viennam Allobrogum, ex Gregorio.

^f Primo apud Romanos, si fides frangeretur, obsides capite damnabantur, ex Tito Livio; satis fuit postea eos in servitutum redigere.

^g Clar. cum. Can. et Freh., *Theudericus filium suum Theudebertum ubi Wisigardem*; et infra, *Roma-*

XXXVIII. Inita pace inter Childebertum et Theudericum cum sacramento, datis obsidibus (*Cap.* 15). Sed celerius rumpitur, multique filii senatorum ob hoc^f servitio subjiciuntur. Nepos beati Gregorii Lingonicæ urbis episcopi, Treveris cuidam barbaro serviens, ingenio Leonis cujusdam ex cocis ipsius episcopi, liberatur et reducitur.

XXXIX. Chrotechildis regina cum filiis Chlodomeris, quos alebat, Parisius resedens, eosque unico amore diligens, Childebertus invidia de eis ductus Chlotarium suadet, ut interficerentur (*Cap.* 18). Ex quibus duo, Theodoaldus et Guntharius, Chlotarii manu propria interficiuntur. Chlodoaldus ad clericatum tondetur, dignamque vitam gerens transit; ad cujus sepulcrum Dominus virtutes dignatur ostendere. Theudericus filio suo Theudeberto^g Wisigardem cujusdam regis filiam desponsavit (*Cap.* 20). Theudebertus relinquens Wisigardem, Theotheriam^h genere Romanam duxit uxorem (*Cap.* 22).

XL. Theudericus vigesimo tertioⁱ anno regni sui moritur, regnumque ejus Theudebertus assumpsit, qui magnum se atque in omni bonitate praecipuum ostendit (*Cap.* 23). Theotheria zelans a Theudeberto filiam suam dolo interfecit. Theudebertus, relicta Theotheria, Wisigardem duxit uxorem. (*Cap.* 25, 26, 27).

XLI. Childebertus et Theudebertus, foedere inito inter se, contra Chlotarium movent exercitum (*Cap.* 28). Sed orationibus Chrotechildis ad limina sancti Martini, et divino nutu, grandine et infestatione tonitruum et fulguris veniente, separati sunt. Pacem ineuntes ad proprias sedes sunt reversi.

566 XLII. Post hæc Childebertus et Chlotarius Spanias appetunt, easque parte maxima depopulati sunt (*Cap.* 29). Amalricum regem Barcenona interficiunt (*Cap.* 10). Caesaraugusta civitas orationibus et jejuniis liberatur^j (*Cap.* 29).

XLIII. Post Amalricum Theudo^k regnat in Spaniis (*Cap.* 30). Quo interfecto Theudegiselus regnum assumit, qui dum ad cenam lætus sederet, extinctis cereis, a suis occiditur. Cui Agila succedit in regno. Gotthi vero jam olim habent hoc vitium, cum rex eis non placet, ab ipsis interficitur.

XLIV. Et quia Theudericus rex Italiae sororem Chlodovei in matrimonium habuit, ex qua parvulam filiam cum uxore reliquit, cum mater ei regis filium sociandum provideret, a servo, nomine Tranquillane^l, accipitur (*Cap.* 31). Tranquilla cum exercitu

nam duxit. Inter duas tamen has voces aliquid erat scriptum in Clar., quod detritum est ex industria.

^h Ches. al. et Boh., *Deotheriam*.

ⁱ Sic Clar. et Boh. cum anonymo auctore de Gestis Franc. et editis, præter Chesn., qui cum Aimoino habet *vigesimo quarto*.

^j Bellum quod contra Wisigothos suscepit Childebertus, simul et aliud, quod post annos undecim adversus eosdem Childebertus una et Clotharius gesserunt, in unum permiscet epitomator. De priori Gregorius lib. III, cap. 10; de altero ejusdem libri cap. 29.

^k In indice Clar., et Boh. hic et in indice, habent, *Theuthacodus*; Chesn., *Theudahadus*.

^l Chesn. et Freh., *Tranquillianos*. Can. et Boh.,

a matre puellæ capitur, et capite truncatur. Acce-
pta filia mater disciplinam ingerens secum duxit. Fi-
lia matrem veneno interfecit. Theodatus ^a regnum
Theoderici ambivit, et filiam, quæ matri exstiterat
parricida, in balneo vehementer succenso jussit in-
cludi, ut ibi combureretur. Unde causa compositio-
nis quinquaginta millia solidorum Childeberto, Chlo-
tario et Theudeberto transmissi sunt. Quod Childe-
bertus et Theudebertus inter se dividentes, nihil
exinde Chlotario dederunt. Theodato defuncto, Totila
successit in regnum, quem Narsis patricius interfecit,
regnumque Gotthorum in Italia destructum est ^b.

XLV. Post Theudebertus cum exercitu Italiam in-
greditur, eamque per maritimos terminos cunctam
depopulatur (*Cap.* 32). Narsis patricius in fugam ver-
sus. Postea Buccellinus dux, jussu Theudeberti, Si-
ciliam occupat, totamque **567** Italiam dominans,
magna ei felicitas ^c in his conditionibus fuit.

XLVI. Petitione Desiderati Verdunensis urbis epi-
scopi Theudebertus clementer octo millia solidos ci-
vibus Verdunensibus ad recuperandum dedit (*Capp.*
34, 36). Theudebertus vexatus a febre moritur de-
cimo quarto regni sui anno.

XLVII. Chrotechildis regina plena dierum et bonis
operibus moritur; et in sacrario ^d basilicæ sancti
Petri sepelitur (*Lib.* IV, *cap.* 1). Chlotarius jubet ad
omnes ecclesias tertiam partem fructuum fisco dis-
solvere; sed resistente Injurioso pontifice hoc malum
destruitur (*Capp.* 2, 3). Chlotarius de Iugunde Gun-
tharium, Childericum, Aribertum, Guntramnum,
Sigibertum, et Chlodesindam filiam habuit. De Are-
gunde ^e sorore Ingundis Chilpericum, et de Unsiña
habuit Chramnum.

XLVIII. Angilane in Spania regnante, cum esset
iniquus suis, exercitus imperii Spanias ingreditur.
Agila interficitur (*Cap.* 8).

XLIX. Athanagildus succedit in regno, qui ab
Spania exercitum imperii expulit (*Ibid.*).

L. Theudebaldus filius Theudeberti Waldetradam ^f
duxit uxorem (*Cap.* 9). Erat valde iniquus suis,
cujus tempore uvæ in cauco ^g natæ sunt. Stella ex
adverso veniens in lunam ingressa est. Buccellinus
in Italia apud Belisarium et Narsidem patricios sæ-

*Traquillane. Vales., Trauvillane, qui c. nset eum
esse Triquillam præpositum domus regis, de quo
Boethius lib. 1 de Consolatione. Plerique enim tunc
nomina in a profucebant in anis, ut Attilanis, Melanis,
etc. Tribva præpositus cubiculi dicitur in Excerptis
Historiæ ab Henrico Valesio editæ, ad calcem Am-
miani Marcellini.*

^a Clar. et Boh., *Theothadus*; et infra, *Theuthado*.
Ch. al., *Thehadus*. De his vide notas in Gregor.,
quibus ea iunge quæ de Amalasanthæ cæde habet
Procopius in Historia arcana, ubi fatetur se Theodoræ
Augustæ metu rem in Historia Gotthorum dissimulasse.
Hic autem scribit Theodoram veritam ne si
Amalasantha, ut ipsa constituerat, Byzantium veni-
ret, Justinianus imp. se ipsa neglecta illius amore ca-
peretur, Petro legato demandasse ut eam per Theo-
datum interficere curaret, quod paulo post factum fuit.

^b Alia, sed antiqua manu, Clar., *translatum est*.

^c Ch. al., *infelicitas*. Boh., *magna infelicitas*. Buc-
cellini in Campaniam adventus meminit Gregor. M.
lib. 1 Dialog. cap. 2.

pius fortiter dimicans eos in fugam vertit eorumque
exercitus proterit. Tandem infirmatus a profluvio ven-
tris, et exercitussuuseadem infirmitate attritus [*Al.* in-
terit], Belisario jam interfecto, a Narside superatur, et
interficitur. Ipsoque anno Theudebaldus obiit, regnum-
que ejus Chlotarius accepit, copulans Waldetradam
sibi uxorem.

LI. Eo anno rebellantibus Saxonibus, Chlotarius,
commoto exercitu, maximam eorum partem delevit,
Thoringiam vastans, quia eis auxiliare **568** præ-
sumpserant (*Cap.* 10) ^h. Nec multo post tempore de-
nuo Saxonibus rebellantibus, Chlotarius movit adver-
sus eos exercitum (*Cap.* 14). Saxones offerentes
cuncta emendare quæ male gesserant, et dimidiam
partem de omnibus rebus eorum, exceptis uxoribus
et liberis, in compositione offerunt. Quod Franci ac-
cipere despicientes, eos interficere conantur, Chlota-
rio dicentes: Non pacificabis cum eis, sed surge,
præliemur et ulciscamur in illis. Cum ille nollet,
Franci Chlotarium volentes occidere, invitus perrexit
ad prælium, ibique tanta strages a Saxonibus de
Francis facta est, ut mirum fuisset.

LII. Childebertus cum Chramno insidias Chlotario
parat (*Cap.* 16). Aribertus ⁱ et Guntramnus. jussu
patris cum exercitu contra Chramnum dirigunt, sed
divino nutu temperante ^j, cum gravi coruscatione
exorta a prælio separantur. Chramnus cum Childe-
berto pertendit (*Ibid.*). Saxones factione Childeberti
in Francia venientes, usque Diviciam ^k civitatem
prædas egerunt. Chramnus cum Childeberto se for-
titer constringit. Childebertus Rhemensem Campaniam
depopulatus est (*Cap.* 17). Austrapius dux in basili-
cam sancti Martini Chramnum metuens fugit (*Cap.* 18).

LIII. Childebertus rex apud Parisios obiit, et in
basilica sancti Vincentii, quam ipse construxerat,
sepultus est, cujus thesauros et regnum Chlotarius
assumpsit (*Cap.* 20).

LIV. Waldetradam et filias ejus duas in exsilio po-
suit (*Ibid.*) ^l. Chramnus in Britanniam fugit ad Cono-
brem ^m comitem Britannorum. Willacharius socer
ejus ad ecclesiam sancti Martini confugit. Per ipsum
hæc basilica [*Al.*, ecclesia] incendio concrematur.
Postea a Chlotario condigne recuperatur, et stanno

^d In Clar. al. man. additæ sunt litteræ *at*, ut fiat
sacratario.

^e Ch. al. et Freh. al., *Radegunde*; et infra, *Gun-
sina*. Cap. seq., *Aquilane, Hispania*.

^f Ed. et infra, *Valderadam*; al. *Vuldodradam, Vul-
dodradam*.

^g Freh., *Cauro*. Can. et Ch. al., *Sambuco*. Clar.,
in pauco. Sed prima littera fere detrata est; et infra,
pro luna, Boh. limina.

^h Boh., *Qui eorum auxilia præsumpserant*.

ⁱ Infra dicitur *Chairibertus*. Clar. habet *Airibertus*;
al., *Chairibertus*.

^j Sic editi. Clar., *temperate*, pro *tempestate*, ni fallor.

^k Can. et Ch. al., *Duuciam*; al., *Deviciam*.

^l Can. et Boh. hæc præcedenti capitulo jungunt, et
melius quid m. Legendum porro *Ultrogottam*, quæ
fuerat Childeberti uxor. Vide Gregor.

^m Ch. al. et Freh., *Cunobertum regem*; et infra,
pro *Williacharius*, Clar. et Boh., *Quillacharius*, quod
nomen incaute dividitur in Can. *Quia Lacharius*. Et
infra Ches. et Freh., *propter ipsum*.

cooperitur. Chramnus a Chlotario patre suo captus, A cum uxore et liberis in Britannia igne concrematur, Conober comes Britannorum interfectus ^a.

569 LV. Chlotarius pro suis peccatis quæ gesserat, aut negligenter egerat, exorandum ad limina beati Martini Confessoris properat (*Cap. 21*). Exinde Compendio villa veniens, quinquagesimo primo regni sui anno vexatus a febre obiit. Chilpericus occupatis thesauris Chlotarii in villa Brenuaco, sedem Childeberti Parisius occupat; sed mox exinde repellitur (*Cap. 22*). Charibertus, Guntramnus, Chilpericus et Sigibertus regnum patris dividunt. Dedit sors Chariberto regnum Childeberti, Parisius sedem habens, Guntramno vero regnum Chlodomeris, sedem habens Aurelianis; Chilperico regnum Chlotarii patris ejus, cathedram habens Suessiones; Sigiberto quoque regnum Theudericum, sedem habens Mettis ^b. Eodem tempore Chuni Gallias appetunt, contra quos Sigibertus movit exercitum, eosque vicit [*Al.*, interfecit] atque fugavit (*Cap. 23*). Postea cum iis pacem inivit. Chilpericus Rhemos invadit, et alias civitates quæ ad Sigibertum pertinebant abstulit, unde inter ipsos bellum civile surrexit. Sigibertus Suessiones occupat; Theudobertum filium Chilperici apprehensum in exsilium transmittit: Chilperico victo atque fugato, civitates in suam dominationem revocat. Post annum [*Boh.*, annos] Theudobertum filium Chilperici reddidit, datis in invicem de pace sacramentis ^c. Guntramnus in Burgundia regnans, in locum Agricolanis patricii Celsum instituit, virum in verbis paratum, et in cupiditate promptissimum (*Cap. 24*) ^d.

LVI. Guntramnus fuit rex bonus, timens Deum (*Cap. 25*). Accepit primum concubinam, nomine Venerandam, de qua habuit filium, nomine Gundebadum. Post accepit Marchitrudem filiam Magnacharii ^e, quæ postquam de Guntramno habuisset filium, **570** veneno Gundebadum dolose interfecit. Ipsa iudicio Dei filium quem habebat perdidit, et odium regis per saginam incurrit. Eadem dimissa, Austrechildem ejusdem ancillam, cognomento Bobilanem, Guntramnus accepit uxorem, de qua duos filios habuit, his nominibus, Chlotarium et Chlodomerem.

^a Sic Editi, præter Ches., qui cum Boh. habet *interficitur*; Clar., *interfecto*.

^b Gregorius, *Remis*.

^c Cau. et Ches., *invicem pace et obsidibus cum sacramentis*.

^d Can. et Ch. al., *civitate prudentissimum*.

^e Clar., *Magnicharii*. Boh., *Magnichari*.

^f Clar., *Cincione et Wioico*. Can., *Cumtione et Vivolico*; al., *Conventione*. Ch. al., *Uncione et Vivolico*. Boh., *Quintione et Vinotico*.

^g Clar. et Can., *clamantes filii negligenter*. Freh., *clamantibus filiis negligenter*. Herbaria dicitur, quæ ex herbis seu potionibus maleficia conficit.

^h Clar. et alii, præter Ches., *Anagildum*; et sic infra. At cap. 63 legitur *Athanagildo*.

ⁱ Cod. Clar. et Boh., *ornandum, est auctum ut vocaretur*. Boh., *Brunechildes*.

^j De Chrodino vite Gregor. lib. vi, cap. 20.

^k Cum hæ voces *Auster*, *Neuster*, etc., frequenter in Fredegario ejusque continuatoribus occurrant, observare convenit Francorum imperium sub Chlo-

Ut Marchitrudis dimitteretur, hæc fuit occasio. Mater ejus, post mortem Magnacharii, de vilibus hominibus unum ex nutritis Magnacharii acceperat maritum, quæ, instigantibus Guntione et Wiotico ^f filiis, ab eodem mater jussu Guntramni separatur, et ipse puer occiditur. Clamant et filii, negligentes ^g matrem herbariam et meretricem. Hæc occasio filiam ejecit de regno. Charibertus rex Ingobergam accepit uxorem. Qua relicta, Merofledem Ianarii filiam accepit, et aliam pastoris ovium filiam, nomine Theudechildem, duxit uxorem, ex qua habuit filium, sed protinus moritur (*Cap. 26*).

LVII. Porro Sigibertus cum videret fratres suos uxores viles accipere, Gogonein causa legationis ad Athanagildum ^h regem direxit, petens ut ei filiam suam, Brunam nomine, conjugio traderet, quam Athanagildus cum multis thesauris Sigiberto ad matrimonium transmisit (*Cap. 27*). Ad nomen ejus ornandum et augendum est determinatum ⁱ ut vocaretur Brunehildis, quam cum multa lætitia atque jucunditate Sigibertus accepit uxorem.

LVIII. Ante hæc in infantia Sigiberti omnes Austrasii, cum eligerent Chrodinum ^j majorem domus, eo quod esset in cunctis strenuus, et timens Deum, patientia imbutus, nec quidquam aliud, nisi quod Deo et hominibus placeret, in eo inveniretur; ille hunc honorem respuens, dicebat: Pacem ego in Auster ^k facere non valeo, **571** maxime cum omnes primates cum liberis in toto Auster mihi consanguinei sint; non possum ex eis facere disciplinam, nec quemquam interficere. Ipsi vero per me insurgunt, ut agant superstitiose. Eorum acta non permittat Deus, ut me in inferni claustra tradant. Eligite alium quem vultis ex vobis.

LIX. At illi cum non invenirent, tunc, Chrodini consilio, nutritum suum, memoratum superius, Gogonem majorem domus eligunt. In crastino primus ad ejus mansionem perrexit Chrodinus ad misterium, brabile ^l Gogoni in collo tenens. Quod reliqui cernentes, ejusdem sequuntur exemplum. Prosperum hoc Gogoni ad gubernandum fuit, quoadusque Brunichildem de Spania adduxit. Quem Brunichildis continuo apud Sigibertum fecit odiosum, ipsumque, suo

dovei filiis et nepotibus in diversas partes seu regna sæpius divisum fuisse. Celebrior divisio, quæ usque ad primæ stirpis finem perseveravit, tria in regna Franciam partiebatur: in Burgundiam scilicet, sic dictam quod eam Galliarum partem quæ Burgundionibus paruerat sub se integram complecteretur; Franciam orientalem, et Franciam occidentalem, quas idiomate Theutonico *Ooster riich* et *Wester riich*, id est orientale regnum et occidentale regnum appellabant. Francia orientalis postea *Auster* seu *Austria*, ac demum *Austrasia*; occidentalis vero *Wester*, tum nescio qua occasione, *Neuwester*, id est *Nova Vestria*, *Neptricum*, *Neptria*, *Neustria*, ac tandem *Neustrasia* dicta fuit. Porro licet aliquot Franciæ urbes et regiones constanter in Austrasia, aliquot aliæ in Neustria semper fuerint, nonnullæ tamen fuerunt quæ variis temporibus ad varia regna pertinere, quod maxime observandum est in legendis istorum temporum monumentis.

^l Can. al., *Bracibe*. Aimoin., lib. III, cap. 4, *brachium ejus collo superponens suo, signum futuræ dominationis dedit*.

instigante consilio, Sigibertus interfecit ^a. Tanta mala et effusiones sanguinum a Brunichildis consilio in Francia facta sunt, ut propheta Sibyllæ impleretur, dicens: Veniet Bruna ^b de partibus Spaniæ, ante cujus conspectum multæ gentes peribunt. Hæc vero equitum [*Id est*, equorum] calcibus dirumpitur ^c.

LX. Chilpericus Gachilosoindam ^d sororem Brunichildis habuit uxorem, relinquens Fredegundem et alias, quas habebat uxores (*Cap.* 28). Postea transcendens sacramentum quod Gotthorum legatis dederat, ne unquam Gachilosoindam de culmine regni degradaret, ipsamque suggillare fecit. Post cuius transitum Fredegundem denuo accepit uxorem. Reputantes ei fratres ejus quod suo ingenio Gachilosoinda fuerit interempta, eum de regno ejiciunt. Habebat Chilpericus de priore regina Audovera tres ^B filios, Theudobertum, Meroveum et Chlodoveum.

LXI. Chuni [*Al.*, Huni] in Gallias venire conantur, adversus quos Sigibertus ⁵⁷² cum magno aggreditur exercitu (*Cap.* 29). Chuni magicis artibus instructi, multis phantasiis ostensis, exercitui Sigiberti metum concutiunt; terga vertunt. Sigibertus a Chunis circumdatur, sed sua prudentia dona offerens liberatur, nec ei quidquam hæc conditio fecit opprobrium. Pacem sempiternam cum Chunis firmavit, et a rege Chunorum condignis muneribus honoratur.

LXII. Sigibertus præcepit Arvernensibus Arelatem occupare (*Cap.* 30). Jubente Guntramno a Celso patricio Arverni Arelate trucidati sunt.

LXIII. Athanagildo rege in Spania defuncto, Leuva cum Leuvildo fratre regnum assumunt (*Cap.* 32; *al.*, 38). Moritur Leuva. Tum Leuvildus in integrum Spaniæ regnum tenet, habens Gadsuindam ^e matrem Brunechildis uxorem.

LXIV. Eodem tempore, defuncto Constantinopoli Justiniano imperatore, Justinus ambivit ^f imperium, vir iniquus et cupidus (*Cap.* 33; *al.*, 39). Ad quem Sigibertus legatos, Warmacharium [*Al.*, Warmarium], Francum et Firminum comitem direxit, qui pace cum imperatore firmata ^g. Qua facta, secundo anno sunt reversi.

LXV. Langobardorum gens, priusquam hoc nomen assumeret, exientes de Schatanavia ^h, quæ est inter Danubium et mare Oceanum, cum uxoribus et

liberis Danubium transmeant. Cum a Chunis Danubium transeuntes fuissent comperti, eis bellum conati sunt ⁱ inferre, interrogati a Chunis, quare gentium terminos introire præsumeret. At illi mulieribus suis præcipiunt comam capitis ad maxillas et mentum ligare, quo potius virorum habitum simulantur plurimam multitudinem hostium ostenderent, eo quod erant mulierum comæ circa maxillas et mentum ad instar barbæ valde longæ. Fertur desuper utraque phalangæ vox dixisse: Hi sunt Langobardi, quod ab his gentibus fertur ⁵⁷³ eorum deum fuisse locutum, quem fanatici nominant Wodanum ^j. Tunc Langobardi cum clamassent: Qui instituerat nomen, concederet victoriam; in hoc prælio Chunos superant, partem Pannoniæ invadunt. Nec multo post tempore Narsis patricius, minis Justiniani imperatoris ejusque Augustæ Sophiæ perterritus, eo quod Augusta ei apparatus ex auro factum muliebre, eo quod eunuchus erat, cum quo filaret, direxit, et pensilarios ^k regeret non populos. At ille respondet: Filum filabo, de quo Justinus imperator, nec Augusta ad caput venire non possent. Tunc Langobardos a Pannoniis invitans, cum Albocono rege Italiam introduxit. Alboenus Chlodesindam Chlotarii regis filiam habuit uxorem; qua defuncta, aliam duxit conjugem, cujus patrem interfecerat (*Cap.* 33; *al.*, 41).

LXVI. Ipse vero ejusdem mulieris fraude veneno periit (*Cap.* 35; *al.*, 41). Ipsaque postea cum aliquo Langobardo, apud quem Ravennam fugaciter decivitate Verona, ubi virum occiderat, aggrediebat, pariter in itinere apprehensi ^l et interfecti sunt.

LXVII. Langobardi regem, nomine Clip [*Al.* Calip], super se eligunt (*Cap.* 36; *al.*, 42). Prorumpentibus Langobardis in Gallias, Amatus patricius ab ipsis interficitur; et a [*Id est*, ex] Burgundionibus multæ ibidem strages factæ sunt. Post Amatam Mummolus patriciatum assumpsit.

LXVIII. Irruentibus iterum Langobardis in Gallias, cum quibus Mummolus fortiter dimicavit, et usque ad interneccionem oppressit, pauci ex eisdem Italiam repedantur (*Ibid.*). Saxones, quos Theudobertus in Italiam miserat, in Gallias prorumpunt, apud Stuplonem ^m castra ponentes, multæ strages per vicina loca ab ipsis perpetrantur; qui a Mummolo superan-

^a Idem scribit Aimoinus, lib. III, cap. 4, quod tamen falsum videtur ex Gregorii lib. VI, cap. 1.

^b Sigibertus in Chronico legit, *Veniet Bruma*, etc., quæ fortasse lectio cæteris est præferenda, licet nulum Fredegarii codicem invenerimus qui eam habeat.

^c De hujus supplicio vide Chronici cap. 4t, infra, et appendicem a Marii Chronicon. Locum in nostra appendice infra integrum dabimus.

^d Ed., *Gachilisoindam*; *al.*, *Galsontam*, seu *Valsoniam*.

^e Boh., sicut et infra, cap. 83, *Geresvindam*; alii, *Gaisuindam*.

^f *Al.*, *habuit*. Et infra, *Warmarium*, seu, *Warmacharium*.

^g Editi, *pacem firmarent*.

^h Can., *Schandavia*; *al.*, *Schatanagia*. Paulus Diacon., lib. I de Gestis Langob., Scandinaviam appellat, cap. 2, ubi dicitur insula non tam in mari posita quam marinis fluctibus ob marginum plani-

tiem terras ambientibus circumfusa. Dicta est etiam ^D Baltia, ubi hodie sunt regna Sueciæ et Norvegiæ. Vide Ortelium.

ⁱ Can., *conantur*. Clar. et Freh., *conarint*. Boh., *conarunt*, pro *conarentur*.

^j Can. *al.*, *Wisodano*. Is est Romanorum Mercurius, teste Paulo Diacono, qui plura de his et Langobardorum origine et progressu habet lib. I, cap. 8 et sequentibus, quem si lubet consule.

^k *Id est* effeminatos, qui ut mulieres nendo occupantur. Pensum quippe est manipulus lanæ aut cannabis, qui ex colo pendet et fuso trahitur. Ex hac item voce dicitur aliquis pensum suum absolvisse, qui rem sibi commissam confecit. De hoc Narselis facinore vide Paulum Diacon., lib. II de Gestis Langob. cap. 5; quod fabulosum arbitratur Valesius, lib. IX Rerum Franc., tomo II, p. 36.

^l Chesn. et Freh., *pariter interiit*. Nam ibi apprehensi.

^m Alii, *Stipholonem*. Boh., *Staplonem*. Vide Gregor.

tur, et in Italiam fugaciter revertuntur, amissis omnibus quæ prædaverant (*Cap. 37; al., 43*). Saxones iterum cum uxoribus et liberis in Gallias **574** destinant, ut a Sigiberto rege recepti, in locum unde exierunt redirent. Venientes in territorium Avennicum, Mummolus protinus obviam veniens eis, Rhodanum transire non permittebat. Postea, acceptis muneribus, transire eos permisit. Ad Sigibertum [*Al., a Sigiberto*] pergentes in loco unde prius egressi fuerant, sunt stabiliti. Postea, defuncto Clip, Langobardorum duces Chamo, Zaban et Rodanus Gallias irruerunt [*Cap. 39; al., 45*]. Quibus obviam Mummolus cum exercitu venit, et hos tres duces cum eorum exercitu usque ad internecionem delevit. In alio anno Mummolus cum exercitu Turonus ac Pictavis, jubente Guntramno, de potestate Chilperici abstulit, et ad partem Sigiberti restituit (*Cap. 40; al., 46*). Multi ibidem de exercitu Chilperici et ipsis Pictavensibus ^a sunt gladio trucidati. Taloardus et Nuccio ^b duces Langobardorum per ostiola in Sidonense ^c territorium cum exercitu sunt ingressi, ad monasterium sanctorum Agaunensium nimiam facientes stragem. Baccis villa ^d, nec procul ab ipso monasterio, duces et eorum exercitus a Wiolico et Theodofredo ducibus Guntramni sunt interfecti. Quadraginta ^e tantum ex illis fugaciter in Italiam remeant.

LXIX. Chlodoveus filius Chilperici Burdegalem pervadit. A Sigulfo duce superatus, fugaciter ^f ad patrem redit (*Cap. 42; al., 48*).

LXX. Chilpericus Pictavos et Turonos de regno Sigiberti pervasit; et Sigulfum ducem fuga vertit, suumque exercitum prostravit (*Ibid.*). Chilpericus civitates eas quas pervaserat Sigiberto reddidit. Post annum Chilpericus cum multo exercitu regnum Sigiberti ingreditur; sed intercurrentibus legatis pacificati sunt.

LXXI. Postea una inientes consilium, ambo moverunt exercitum, volentes Guntramnum interficere, regnumque ejus assumere (*Cap. 44; al., 50*). Sigibertus **575** cum exercitu Arciaca ^g resedens, Chilpericus Duodecim Pontes. Audiens hæc Guntramnus, exercitum velociter movet, veniensque villa Veriaco ^h, intercurrentibus legatis, hi tres germani Sigibertus, Guntramnus et Chilpericus Treca junxerunt, et in ecclesia sancti Lupi sacramenta contra Guntramnum, ut pacem servarent, dederunt. Guntramnus idemque cum eis pacem sacramentis firmavit.

A Redientes ad castra Austrasii, adversus Sigibertum rumorem levant, dicentes: Sicut promisisti da nobis ubi rebus ditemur, aut præliemur, alioquin ad patriam non revertimur, Ille volens ⁱ, compulsus a suis, super Guntramnum ire, Austrasii valde consiliose ^j dicunt ad eum: Sacramentis pacem cum Guntramno firmasti, quo pacto possumus super eum irruere? Unanimiter exclamantes se super Chilpericum velle ire, protinus moventes irruunt super Chilpericum. Jam ejus exercitus ad propria festinans longe aberat. Cum hæc cognovisset Chilpericus, terga vertens Thornua ^k pervenit (*Cap. 45; al., 51*). Sigibertus post tergum ejus Parisius venit, ibique sanctissimum ac beatissimum Germanum Parisiorum urbis episcopum cum Sigibertus vidisset, hæc ab eodem verba prophetiæ ^l audit: Si germanum tuum ita perseguere cogitas, ut eum interficere disponas, et regnum suum auferre, scriptum est: *Foveam quam fratri tuo parabis, in eam cadebis* (*Prov. xxvi, 27*). Cujus castigationi nolens annuere, cogitabat optata perficere (*Cap. 46; al., 52*). Cumque Victoriaco accessisset, omnes Neustrasiæ ^m ad eum venientes se suæ ditioni subjecerunt. Ansoaldus tantum cum Chilperico remansit. Fredegundis duobus pueris dolo transmissis, Sigibertum interficiunt, et ipsi interfecti sunt. Resumptis viribus Chilpericus suumque regnum recepit.

LXXII. Brunecildis cum filio suo Childeberto Parisius sub custodia tenebatur; sed factione Gundoldi ducis **576** Childebertus in pera [*Al., sporta*] positus, per fenestram a puero acceptus est, et ipse puer singulus eum Mettis exhibuit, ibique a Gundoldo vel Austrasiis in regno patris sublimatur (*Lib. v, c. 1*). Brunecildis jussu Chilperici exsilio Rothomo ⁿ retruditur. In eo anno per cælum fulgor discurrisset visus est. Sigibertus in ecclesia sancti Medardi sepultus est, ætate quadragenarius, decimo quarto regni sui anno (*Cap. 46; al., 52*).

LXXIII. A transitu Theudeberti senioris usque ad exitum Sigiberti, anni **xxix** (*Ibid.*) ^o; a principio usque ad diluvium, anni duo millia **ccxlii**; a diluvio usque ad Abraham, anni **dccccxlii**; ab Abraham usque ad egressum filiorum Israel ex Ægypto, anni **cccclxii**; ab egressu filiorum Israel ex Ægypto ad ædificationem templi Salomonis, anni **cccclxxx** ^p; ab ædificatione vero templi usque ad dissolutionem ^q ejus, et transmigrationem Babylonis, anni **ccclxx** ^r. a transmigratione Babylonis usque ad passionem

^a Alii, et ipsi Pictavenses.

^b Editi, Nuntio. Ches., Thaloardus.

^c Id est Sedunense. Sedunum urbs est episcopalis illarum partium suo episcopo, Rhætis confœderato, subjecta, vulgo *Sion* dicta.

^d Locus vulgo *Bex* dictus, haud procul ab Agauno monasterio positus. Hanc cladem refert Marius ad an. 574.

^e Freh. et Can. al. mendose, *quadraginta millia*.

^f Alii, *superatus et fugatus*.

^g Vicus est quinque leucis ab urbe Treca versus Boream distans, Albæ fluvio impositus, inde dictus, *Arcis-sur-Aube*. Duodecim Pontes oppidulum olim a pontium numero sic dictum, nunc Pontes Sequanæ (*Pons-sur-Seine*) simpliciter appellatur. De hoc loco vide Vales. in Notitia Galliarum.

^h An Villariacum, de quo supra cap. 19.

ⁱ Freh. et Chesn., *Ille nolens*.

^j Canis., *insidiosæ*.

^k Canis., *Turonos*. Sed legendum est *Tornacum*, quo se Chilpericus recepit, ex Gregorio.

^l Chesn. et Freh., *Neustrasii*.

^m Chesn. et Freh., *Rothomerem*. Canis., *Rotomagi*, et Ch. al., *Ratomum*. Lectio Clar. et Boh. quam sequimur, optima, veteres quippe *Rodomum* aut *Rotomum*, *Rouen* dicebant.

ⁿ Can. al., **xix**.

^o Nullus hic est numerus in Canis.

^p Boh. et Can., *desolationem*; Freh., *dissolationem*.

^q Chesn., **ccclxx**; Canis., **cccl**. Clar. et Freh., **ccclxl**, id est, **cccxc**.

Domini, anni DCXLVIII ^a; a passione Domini usque ad transitum sancti Martini, anni CCCXXII; a transitu sancti Martini usque ad transitum Chlodovei regis, anni CXII; a transitu Chlodovei regis usque ad transitum Theudeberti, anni XXXVII ^b; a transitu Theudeberti usque ad exitum Sigiberti, anni XXIX; quod sunt simul anni quinque millia DCCLXXIV.

LXXIV. Chilpericus filium suum Meroveum Pictavis cum exercitu direxit, et exinde revertens Rothomum accessit, et Brunichildem in conjugium accepit (*Lib. v, cap. 2*). Protinus Chilpericus ipsum de ea separavit. Campanenses Sexsionas ^c pervaserunt. Chilpericus cum exercitu contra eos invaluit, Sexsionas recepit (*Cap. 3*). Filium suum Meroveum onus in 577 clericatui tonsurare fecit, et presbyter ordinatur (*Cap. 14*) ^d. Roccolenum ducem, Guntramnum B itemque ducem persequendum Toronos transmisit (*Cap. 4*). Roccolenus ab infirmitate vexatus nihil ibidem prævaluit.

LXXV. Eo tempore sanctus Germanus Parisiorum episcopus transmigravit ad Dominum (*Cap. 8*). Chilpericus filium suum Chlodoveum Toronus [*Id est, Turonos*] transmisit, qui et ultra Ligerem civitates Childeberti pervaderet (*Cap. 13*). Mummolus patricius Guntramni contra Chlodoveum et Desiderium ducem Chilperici bellum gessit, eosque superavit. Cæsa a [*Id est, ex*] Mummoli exercitu quinque millia, a Desiderio vero viginti millia.

LXXVI. Inter Suevos et Saxones bellum surrexit (*Cap. 15*). Cæsi sunt a Saxonibus viginti millia, et sex millia tantum ex eis remanserunt. Suevorum quoque sex ^e millia quadringenti octoginta et octo prostrati sunt. Reliqui vero victoriam obtinuerunt. Saxones devoverunt, ut nec pilum, nec barbam inciderent, priusquam hanc injuriam ulciscerentur, sed mentita est eorum iracundia.

LXXVII. Britannis Magliavus et Bodecus illo tempore comites erant, amicitiam cum sacramentis invicem inientes (*Cap. 16*). Mortuo Bodico Magliavus filium ejus, nomine Theudericum, de regno expulit. Sed tandem resumptis viribus Theudericus Magliavum cum filio Jacob interfecit, regnumque patris recepit. Warochus Magliavi filius in patris loco comes efficitur (*Cap. 17*). Guntramnus rex duos Magnacharii filios gladio interemit, instigante Austreilde regina, facultates eorum fisco redegit. Filii ^d Guntramni duo continuo mortui sunt.

LXXVIII. Guntramnus Childebertum filium Sigiberti adoptavit in filium (*Cap. 18*). Chilpericus Prætextatum Rothomensem episcopum in exilium trudit, reputans ei quod consilio Brunehildis usus contra

Chilpericum tractarit, quod veritate subsistebat (*Cap. 19*). Meroveus iterum laicus efficitur, de Thoroous [*Id. est, Turonis*] fugiens per Autisiodoro Divionem venit, in Rhemensem campaniam peraccessit, 578 a Taravannensibus circumventus est, et in quadam villa concluditur a Gaileno [*Al., Gauleno*] familiare suo (*Cap. 14*). Ipsoque rogante, Meroveus cultro interfectus est. Gailenus manibus et pedibus, naribus et auribus truncatus, turpiter vitam finivit.

LXXIX. Eodem tempore Justinus imperator amens effectus est (*Cap. 20*). Sophia ejus Augusta cum Tiberio Cæsare regebat imperium. Tiberius largissimus in eleemosynis fuit. Sed cum a Sophia argueretur ut thesaurum non vastaret, in medio Palatii cruce in lapide reperta, jubet Tiberius ipsum lapidem levare. Desubter ^f in alio lapide duæ cruces repertæ sunt, levatoque et ipso inventa sunt subter ipsum mille centenaria ^g auri, quod largiter divino amore Tiberius pauperibus erogavit.

LXXX. Defuncto Narside, prodente aliquo seneca ^h, cui Narsis crediderat, thesaurum ejus Tiberius absconditum sub terra invenit, nimiam multitudinem ponderum auri et argenti, seu et lapides pretiosos (*Ibid.*). Quod idemque largiter Tiberius in alimoniis distribuit pauperum. Samson filius Chilperici moritur, quem Chilpericus nimium luxit (*Cap. 23*). Eo anno stella in medio lunæ fulgens visa est (*Cap. 24*). Gunthramnus Boso, relictis filiabus suis in ecclesia sancti Hilarii, ad Childebertum transiit (*Cap. 25*).

Anno quoque tertio Childeberti regis, qui erat Chilperici et Gunthramni septimus decimus ⁱ, Gunthramnus Boso filias suas a Pectavo auferre vellens, Dracolenus super eum irruiit (*Cap. 26*). Multa munera a Gunthramno Dracoleni offeruntur; sed Dracolenus, ut erat elatus, dicit: Funiculum, unde alios ligare soleo, paratum habeo, ubi et Gunthramnus hodie ligatur. Cumque fuisset prælium cœptum, Gunthramnus, invocato nomine Domini, et virtute sancti Martini, levato conto, Dracolenum mactat in faucibus, suspensumque de equo, mortuum in terram projecit; feliciter postea quod cœpit explevit. Post hæc Pectavi, Bagassini ^j, Cenomani, et Andegavi cum aliis multis in Britanniam contra Warocum exercitum ^k 579 movent; super quos Warocus per noctem ruens, nimiam stragem de Saxonibus Bagassinis fecit (*Cap. 27*).

Anno quarto Childeberti, qui fuit decimus octavus Guntramni et Chilperici, Salonius et Sagittarius episcopi Cabilonno in synodo ab episcopatu degradantur (*Cap. 28*). Chilpericus descriptiones gravissimas in omni populo regni sui fieri jussit (*Cap. 29*).

^a Chesn., DCXLVII.

^b Chesn., XXVII.

^c *Id est, Suessionas.*

^d Chesn., *Meroveum in clericum tondere fecit et presbyterum ordinari.*

^e Chesn., *f* *eh., quinque.*

^f *Editi, desuper.*

^g Can. et Ch. al., *centenarii.* Chesn., *centum ta-*
lenta.

^h Sic clar., ubi ex nomine senex sextus casus efficitur *seneca*, pro *sene*, Boh. *senice*. Editi mendose habent *prudente alloquio Senecæ*, vel *Senicæ*.

ⁱ Chesn. et Freh., *decimus sextus*, me: *dosc.*

^j Can. et Freh., *Bagassinitæ*, et infra *Baigassini*, ut et Clar. sed legendum *Bjocassini*, ex Gregorio, quem vide. *Iidem edii, Romani.* Car., *Teromanni.* Boh., *Bagassinitæ, Rotmanni.* Infra, Ch., *Baicassinis*; al. *Bagasinis.*

us referendarius, qui hanc descriptionem facie-
secum omnes polepticos ferens, kalendas Mar-
Limodicinis interfectus est ^a, et omnes poleptici
ndiis sunt concremati. Dum hæc agerentur, Jus-
imperator decimo octavo anno regni sui cum
tia, quam incurrerat, vitam finivit (*Cap.* 31).

LXXI. Tiberius arripuit imperium (*Ibid.*). So-
Augusta, immemor promissionis suæ, adversus
rium insidias moliebatur; Justinianum nepotem
ni in imperium voluit sublimare. Quod Tiberius
ens, apprehensam Sophiam, exspoliata thesau-
regatis ab ea pueris, in custodiam jussit re-
Justinianum objurgatum tanto in posterum
e dilexit, ut filio ejus filiam suam promitteret,
nque suum filiæ suæ expeteret ^b; sed non est
a effectum res. Exercitus ejus Persas debellavit,
rque regressus tanta mole prædam detulit, ut
eretur cupiditati humanæ posse sufficere. Viginti
anti exinde adducti sunt.

LXXII. Eodem tempore anno quinto Childeberti
tantæ lues per universam regionem factæ sunt,
imium mirum fuisset (*Cap.* 34). Universa flu-
terminos, quos nunquam excesserant, præ-
runt; de pecoribus excidium, grande ædificiis
ragium. Sed cessantibus pluviis arbores denuo
erunt. Erat mensis September. Fulgor per cœ-
cucurrisse visus est. Sonus quasi deruentium
rum in totam terram auditus est. Urbs Burdegas

580 terræmotu concussa est. De Pyrenæis
ibus immensi lapides sunt evulsi, qui pecora et
nes prostraverunt. Vicus Burdegalensis, incen-
livinitus exorto, multos exussit subito compre-
ens, domus et aræ ^c cum annonis incendio
remantur, nulla incitamenta habens ignis; sed
tan jussio divina fuit. Aureliana civitas ab hoc
adio vastata est (*Cap.* 35). Apud terminum Car-
num de effracto pane sanguis fluxit. Sed hæc
gia gravissima lues est subsecuta, et discordia
n. Iterum bellum civile parantibus, dysentericus ^d
us totas Gallias præoccupavit. His diebus Au-
hildis Guntramni principis regina ab hoc morbo
impta est, medicos ad Guntramnum accusans ^e,
Guntramni medici diversis pœnis affecti mi-
ta sæculo (*Cap.* 36). Eo anno magna in Spaniis
stianorum persecutio fuit instigante Goaesinda,
post Athanagildum regem rex Leubildus ^f ac-

ortem evasit ex Greg., qui de eo ad an. 580. et
mortem refert ad an. 9 Childeberti. lib. vi, c. 28.

an. et Chesn., *ejusque filium suæ filiæ.* Freh.,
ue filio suo filiam suam. Legendum ut apud Gre-
ejusque filiam, suo filio expeteret.

an., *horrea.* Chesn. et Frher., *orto flammatus*
os... et areas cum annonis incendiis concrema-
Boh., *domos et arvis, incendio concremantur.*

lar. et Can., *besentericus,* et sic infra.

Chesn. *medicis ad Guntramnum accusatis.* Can.,
ci... accusati. Can. et Freh. laudant aliam le-
em ubi, *medicus Guntramni Christianos in hoc*
sans, jussu, etc. Editi omnes infra habent *migrant*
elum.

ic semper Clar. Alii, *Leuvildus, Leupildus.* Idem
qui avias Leuvildus, seu Leuvigildus, appellatur.
et ejus filius alius est *Ermenchildus,* ut sæpius
Hermenegildus, etc.

ceperat, de alia uxore duos filios habens (*Cap.* 39).
Ex quibus unus Ehermengildus nomine, filiam Si-
giberti, nomine Sedegundem ^g, accepit uxorem.

LXXXIII. Quæ cum magnis thesauris et apparati-
bus in Spaniam est directa, et ab avia Goaesinda
benigniter recepta, quæ postea a Goaesinda afficitur
(*Ibid.*). Sed cum nullatenus aviæ iniquo consilio
consensisset, in una civitatum ^h cum viro habitan-
dum constituitur. Protinus maritum prædicans, ad
Christi cultum convertit, baptizatusque effectus ⁱ est
christianus. Quem pater Leubildus insequens, et vel-
lens occidere, tandem ejus insecutione filius est inter-
fectus, per quem data est occasio. Post mortem Mirio-
nis regis Gallicie, filio ejus Eurico et genero, nomine
Audegane, de regno certantibus, a Leubildo Suevi et
omnes Gallicie ^j potestati Gotthorum subjiciuntur.

581 LXXXIV. Igitur Chilpericus tres filios suos,
jam adultos, ab infirmitate dysenterie uno anno
perdidit, quos de Fredegunde ^k habebat (*Cap.* 35).
Restiterat adhuc Chlodoveus filius ejus, quem postea,
instigante Fredegunde, vinctum in custodiam re-
trusit, ibique factione Fredegundæ cultro percussus
obiit (*Cap.* 40).

LXXXV. Post hæc Mummolus patricius regno
Guntramni fuga dilabitur: Avennionem ^l castrum
suæ defensionis expetiit (*Lib.* VI, *cap.* 1). Legati Chil-
perici, qui ad Tiberium imperatorem accesserant,
ab eodem illo tempore revertuntur [*Al.*, *reventur*]
continuo (*Cap.* 2).

LXXXVI. Childebertus, relicta Guntramni pace,
se cum Chilperico, ut regnum ejus pariter auferrent,
conjunxit, promittens Chilpericus, dum sine filiis
erat, ut Childebertum regni sui relinqueret hæredem
(*Cap.* 1, 3). Sed more solito mendax apparuit.
Lupus dux Campanensis ab Ursione et Bertefredo
ab exercitu internecione persequitur; sed Brune-
childe intercedente liberatur, præsidiumque ejus a
supra scriptis tratatum est (*Cap.* 4) ^m.

LXXXVII. Fuit illo tempore reclausus Hospicius
apud Nicensem urbem, qui constrictus catenis ad pu-
rum corpus ferreis, desuper cilicio, nihil aliud quam
pulum panem et paucos dactylos comedebat, in Qua-
dragesima radices herbarum (*Cap.* 6). Qui dum conver-
saretur in corpore, multæ virtutes, præstante Domi-
no, per eundem ostensæ sunt (*Cap.* 12). Chilpericus
Desiderium ducem ad pervadendum Petrocoregum et

^g Sic mss. et editi, unde apparet has voces *sed*
Ingundis ex Greg. ab epitomatore pro unica fuisse
assumptas.

^h Ch sn. et Freh., *in unam civitatem.* Can., *in*
una civitate.

ⁱ Si: Can. Alii vero, *cultum baptizatus, effectus.*

^j Ch sn. et Can., *Suavia et.* Freh., *Gatitii.* No-
stra lectio, Clarom. melior., indicat quippe Suevos
et Galliciam omnem quam occupabant, deinceps
Leuvigildo obtemperasse.

^k Observat Valesius, libro x, Fredegarium hic er-
rasse, qui scripsit tres ex Fredegunde Chilperici filios
jam adultos uno anno dysenteria obiisse. Duo enim
solummodo decesserunt: unus exactis tribus lustris,
alter vero infans statim post acceptum baptismum,
ex Fortunato.

^l Sic Clar. et Boh. Editi, mendose, *Avencionem.*

^m Clar. et Can., *a supra scriptis talatus est, al. scalatus.*

Agennum cum exercitu dirigit; qui, fugato Ragnoaldo A peratore direxit (*Cap.* 26). Cum exinde fuisset re-
duce, has civitates pervasit, ejusque uxorem cunctis sus, a Mummolo patricio fuit susceptus factione
rebus expoliavit. Baudastis ^a dux in Wasconia obiit, grii et Flavii episcoporum ^g, ut Guntramnum de-
maximamque partem exercitus sui amisit (*Ibid.*). darent a regno, et sublimarent Gundoaldum (*Lib.*
cap. 36). Ob hanc causam Mummolus interfe-

Anno igitur septimo Childeberti regis, qui erat rest. Gundoaldus a Bosone duce factione Conben-
Chilperici et Guntramni vigesimus primus ^b, stella sis urbis de cacumine rupis impingitur; ibique
cometes apparuit in die sanctæ Paschæ (*Cap.* 14). ruptus moritur (*Cap.* 38). Cariatto, spatarius G
Apud Sexsionas civitatem cælum ardere visum est. tramni, qui hanc rem prodidit, hujus vicissitu-
In Parisiaco vero sanguis denuo fluxit, et super repensionis episcopatum Gennavensem ^h assum-
vestimenta multorum hominum 582 cecidit. Valitu- 583 XC. Illo tempore Chilpericus Parisius, co-
dines variæ, et mortalitas magna eo anno in populo pactum quod cum Francis inierat, ingreditur, obq-
fuit (*Cap.* 18). Igitur legati Chilperici, Ansoaldus rem portionem suam exinde juste amisit (*Lib.* vi,
et Domegiselus, qui ad conspiciendam dotem in 27). Guntramnus ⁱ partem Childeberti de Massilia
Spaniam fuerant missi, sunt regressi his diebus. didit (*Cap.* 33). Mummolum factione Fredegundæ
Leubildus rex contra Ermenchildum filium suum in B reputabant filium suum per incantationem interfecit
exercitu resedebat: tunc filium suum interfecit, jussit rex suggillare, multæque mulieres pro
ejusque mulierem a Græcis liberare non potuit, sed mendacio a Fredegunde sunt interfectæ (*Cap.* 35)

LXXXVIII. Eo anno Rodinus ^c dux moritur, vir XCI. Chilpericus timens Guntramnum et Chi-
eleemosynarius, et bonitate plenissimus, justus in bertum in Camaracensem cum thesauris omni-
cunctis, piissimus in pauperibus: qui dum quadam præsidio est aggressus (*Cap.* 41). Per ipsum timo-
vice, ut consueverat, mortuum sepelire præcepisset, sæpe exercitum movebat, et resedere faciebat.
et ad quoddam monumentum cum cultris pueri fos- XCII. Childebertus in Italiam abiit, et Langob-
sam facerent, levato lapide invenit miræ magnitudi- se suæ ditioni commendant (*Cap.* 42). Gloriose exi-
nis thesaurum, et solidorum multitudinem (*Cap.* 20). Childebertus 584 revertitur. Acceperat priu-
Hunc sibi proprium verum censuit ^d, quem sine Mauricio imperatore quinquaginta millia auri,
intermissione fideliter pauperibus erogavit. Æquani- Langobardos de Italia expugnaret. Sed non solum
miter ea fide reddidit hunc ei thesaurum, a quo non nocuit, sed etiam amicitias cum ipsis ini-
acceperat. Multa signa et prodigia eo anno in cælo Leubildus rex, ut supra fecimus mentionem, fili-
sunt visa (*Cap.* 21). Chilperico filius denuo nascitur, suum Ermenchildum interfecit.

LXXXIX. Gundoaldus, qui se filium Chlotarii esse C XCIII. Chilpericus, et Fredegundis filiam eor-
dicebat, de Constantinopoli revertitur, et Chlotario cum magnis [*Al.*, multis] thesauris et multitudine
a Childeberto patruo directus est ^e (*Cap.* 24). Quem milia in ejus ministerium direxit in Spaniam, qu-
Chlotarius videns, comam capitis tondere jussit. filius Leubildi accipit uxorem (*Cap.* 46). Nec
Quem Sigibertus accessitum misit in Agrippinensem mora exstante Chilpericus ad Calam villam,
civitatem, quæ nunc Colonia dicitur. Exinde lapsus procul a Parisius, ab homine, nomine Falcone,
ad Narsidem dirigit ^f, et Narsis eum Mauricio im-

missus a Brunehilde fuerat, est interfectus ^g. sic crudelissimam vitam digna morte finivit (*Cap.*

EXPLICIT LIBER EXCERPTÆ CHRONICÆ.

^a Chesn. *Blaudastis*. Et tamen Gregorius plura nar-
rat de eodem Bladaste infra, nam et biennio post *Bi-*
turicum vallavit, et postea Gundovaldo conjunctus est. D

^b Sic Clar. Editi vero, *vigesimus*. Infra Ch. al.,
stella comata.

^c Chesn. al., *Chrodinus*, de quo supra cap. 59.
Boh., *bonitate lenissimus*.

^d Sic Boh. et Clar. Can., *jure censuit*. Freh., *vir*
censuit. Chesn., *censivil*.

^e Fredegarius existimasse videtur Childebertum I,
qui, ex Gregorio, Gundovaldum Chlotario transmisit,
ipsius Chlotarii fuisse patrum, quod falsum est: erant
enim fratres. Aut certe Childeb. Gundovaldi patrum
appellat, et tunc ejus verba sic exponenda essent:
A Childeberto directus est ad patrem suum Chlotarium,
quod a veritate alienum non est. Nam Gundovaldus
primum Childeberto I præsentatus est, cum ad Chlo-
tarium directus fuit. Confer cap. 24 lib. vi Gregorii.

^f Can. et Ch., *dirigilur*. Nostra lectio melior, id
est vadit. -

^g Syagrius erat Augustodunensis, et Flavius Ca-

billonensis episcopi, quos fideles semper Guntra-
existisse existimat Valesius, proditionisque accu-
tos a Mummolo invidiose, quod eorum potentia
ægre ferret.

^h Ch. al., *Variatus*. Subscripsit Conc. Valentini
an. 584, et Matisconensi item II, anno sequenti.

ⁱ Sic Clar. Editi, male, *Guntramno*. Vide Greg
locum.

^j Chilperici necem Fredegundi tribuit auctor
torum Francorum, et post eum Aimoinus, ve-
scilicet ne ejus impuros amores, quos cum Lande
habebat, ipse rex puniret. Sunnigisilus tamen,
ex Hist. Greg. lib. x, cap. 19, fassus est se r-
esse Chilperici mortis, crimen in Fredegundem
rejecit. Fredegundem ejus rei accusare videtur C
debertus, cum ipsam a Guntramno repetens a
Greg., lib. vii, cap. 7, eam suum patrem ac patr-
interfecisse dicebat. Hoc crimen ipsa Fredegu-
rejecit in Eberulfum Chilperici cubicularium, lib.
cap. 21.

MONITUM IN SEQUENS CHRONICUM.

icum, quod in collectione Fredegario attributa quartum aut sextum locum obtinet, Gregorii nostri subjungimus, quod sit ejus veluti continuatio. Hinc nonnulli codices scripti, in quibus nonus Historianæ liber et decimus in unum conflantur, quem appellant nonum, hoc ipsum Chronicum sub Historiæ Gregorii Turonensis libri titulo repræsentant; quod in plerisque editis sub *Appendicis* aut *Historiæ libri undecimi* titulo vulgatum est. Ejus auctorem sub Pippini regis aut certe Caroli Magni principatu scripsisse, ut plurimum viri eruditi existimaverunt, quod in vulgatis editis omnibusque manuscriptis res ad horum principum usque tempora gestæ describantur; at illi non satis continuato Chronici auctore distinxerunt. Quod postea re accuratius attendita, et veterum codicum ope præst a viris doctis, existimantibus primi auctoris opus ultra annum quartum Chlodovei II, æræ vulgæ non pertigisse; ea vero quæ sequuntur a variis auctoribus fuisse adjecta, quæ omnia suis locis in tra editione distinguuntur. Plura si quis de his rebus scire cupit, legat, si lubet, præfationem hujus volumini præfiximus.

FREDEGARII SCHOLASTICI CHRONICUM CUM SUIS CONTINUATORIBUS, SIVE APPENDIX AD SANCTI GREGORII EPISCOPI TURONENSIS HISTORIAM FRANCORUM.

Prologus.

586 Cum aliquid unius verbi proprietate ^a non habeo quod proferam, nisi præstitum ab Altissimo et dum quæro implere sententiam, longo ambitu vix brevis viæ spatium consummo, vernaculum linguæ hujus verbi interpretator absurde resonat ^b; si ob necessitatem aliquid in ordine sermonum mutavero, interpretis videor officio recessisse. Itaque beati Hieronymi, Ydicii, et cujusdam Sapientis, seu et Isidori et Gregorii chronicas a mundi origine diligentissime percurrens, usque decedente regno Guntharici quinque chronicis hujus libelli, nec plurima prætermissa ^c singillatim congruentia stylo inserui, quæ illi solertissime absque reprehensione condiderunt. Cum hæc ita se habeant, necessarium mihi videtur diligentius insequi, et ob id in prioribus his ^d chronicis, quasi quodam futuro opere, omnium temporum et tempora prænotavi ^e. In præsentem autem stylo ea tempora ponens, et singularum gentium cum quo ordine quæ gesserunt coaptavi; quod prudentissimi **587-588** viri, quos supra meminimus, hisce chronicis (verbum hoc est nomen Græcum, quod latine interpretatur, gesta temporum) severissime ^f di-

^a Cum ad liquidum jussus [al., jussio; Boh. verbi proprietatem. Freh., Cum ad liquidam non habeam, etc. sn. et Freh., Vernacula linguæ hujus verba latine interpretatur absurde. e pro sexto casu, plurimis prætermissis.

^d Boh., et obediendum. In his.

^e Ches., quasi quamdam futuri operis miniam omnium mihi rerum [al., regum] et temporum per... notavi. Freh., et temporum ponens, etc.

^f Boher., se verissimum.

ctantes condiderunt, velut purissimus fons largiter fluente manantes. Optaveram et ego ut mihi succ-
 talis dicendi facundia, ut vel paululum esset ad instar. Sed carius hauritur, ubi non est certa pe-
 aquæ. Mundus jam senescit, ideoque prudentiæ acumen in nobis tepescit, nec quisquam potest hu-
 poris, nec præsumit oratoribus præcedentibus [Al, prudentibus] esse consimilis. Ego tamen, ut
 et extremitas ^a sensus mei valuit, studiosissime de hisdem libris, brevitate quantum plus potui, ap-
 sumpsi. Ne quisquam legens hic quidquam dubitet uniuscujusque libri nomen redeat, ad auctorem
 reperiet subsistere veritate. Transacto ^b namque Gregorii libri volumine, temporum gesta, quæ und-
 scripta potui reperire, et quæ mihi postea fuerunt cognita, acta regum, et bella gentium quæ ge-
 legendo simul et audiendo, aut etiam videndo, cuncta quæ certificatus cognovi, in hujus libelli volum-
 bere non silui, sed curiosissime, quantum potui, omnia inseri studui, de eodem incipiens tempore
 dum, quo ^c Gregorii finis, gestaque cessavit et tacuit, cum Chilperici vitam finisse scripsit ^d.

^a Ch sn. et Freh. al., *externitas*. Can. al., *tenuitas*. A sortita est. Vat., *finis cessavit et tacuit*. Et si
 Boh., *strenuitas*. prologus desinit. Freh. vero et Che., *fine*
^b Hic in plerisque editis, sicut et in Vat. et Colb., *cessavit et tacuit*; et Boh., *vita finisset, scripsi*.

^c Hic in plerisque editis, sicut et in Vat. et Colb., *cessavit et tacuit*; et Boh., *vita finisset, scripsi*.
^d Chesn. et Freh. addunt: *In præsentibus aute-
 ea tempora.... sed hæc verba suo loco supe-
 stituimus, quæ ommissa scriptor in fine pagi
 scripserat.*

^e Aliquot editi, quo *Historia Gregorii finem suum*

INCIPIUNT CAPITULA.

- | | | | |
|----------|--|----------|--|
| I. | De bonitate Guntchramni et ecclesia sancti Marcelli. | B XXXIX. | De obitu Theuderici. |
| II. | De Gundoaldo, quod contra Guntchramnum factione Mummoli regnum arripere voluit. | XL. | De Chlothario, quomodo in Auster cœpit. |
| III. | Qualiter Guntchramnus Chlotharium in regno sublimavit. | XLI. | De consilio inito super perditione filii derici. |
| IV. | De interfectione Mummoli. | XLII. | De eo quod Chlotharius regum Bur- et Auster recepit, et filios Theuderici dit. |
| V. | De exercitu Guntchramni in Spaniam aggresso. | XLIII. | De internecone Herponis ducis. |
| VI. | De inundatione aquarum, patriciato Siagrii, signo in cælo, morte Leupildi, et Richario sublimato in regno. | XLIV. | De Leudemondo episcopo, et Berethrugina. |
| VII. | De pace inter Guntchramnum et Childebertum firmata. | XLV. | De tributis Langobardorum cassatis. |
| VIII. | De ducibus jussu Childeberti interfectis. | XLVI. | De morte Berethrudis reginæ. |
| IX. | De uxore Aunulfii regis Persarum, nomine Cassara. | XLVII. | De initio regni Dagoberti. |
| X. | De exercitu Guntchramni in Spaniam aggresso. | XLVIII. | De initio regni Sannonis in Winidis. |
| XI. | De tunica Domini inventa. | XLIX. | De Adaloaldo rege Langobardorum. |
| XII. | De Bepelino et Ebrehario ducibus. | L. | De Charoaldo sublimato in regno super gobardos. |
| XIII. | De Agone sublimato in regno Italiæ super Langobardis, et de defectione solis. | LI. | De Gundeberga regina, ejusque injuriam exsilio. |
| XIV. | De obitu Guntchramni. | LII. | De interitu Chrodoaldi. |
| XV. | De regno Childeberti in Burgundia. | LIII. | De Dagoberto, quod reginam accepit, et regnum augetur. |
| XVI. | De obitu Childeberti. | LIV. | De interitu Warnacharii majoris domus interitu Godini filii sui. |
| XVII. | De Fredegunde, quod Parisius invasit, et pugnavit contra Theudebertum. | LV. | De intentione inter Charibertum et Agnecm. |
| 589-590 | XVIII. De morte Quintrionis. | LVI. | De obitu Chlotharii, et quomodo regnum Dagobertus assumpsit. |
| XIX. | De Brunichilde, qualiter de Auster ejecta est. | LVII. | De regno Chariberti filii Chlotharii. |
| XX. | De pugna quam Theudebertus et Theudericus contra Chlotharium fecerunt, ipsumque vicerunt. | LVIII. | De introitu Dagoberti in Burgundia, et in pace ejus. |
| XXI. | De filio Theuderici nato, et de Agilane patri- cio interfecto. | LIX. | De nativitate Sigiberti filii Dagoberti. |
| XXII. | De corpore sancti Victoris invento. | LX. | De mutatione Dagoberti, et suasionem Neustrasiorum. |
| XXIII. | De Foca qualiter Mauricium imperatorem interfecit, et imperium assumpsit. | LXI. | De bonitate et continentia Pippini. |
| XXIV. | De exsilio sancti Desiderii episcopi. | LXII. | De Chariberto rege, cum Sigiberto in regnum suum accepit. |
| XXV. | De Bertoaldo majore domus. | LXIII. | De imperio Heraclii. |
| XXVI. | De victoria Theuderici contra Chlotharium. | LXIV. | De victoria Heraclii super Persas. |
| XXVII. | De Prothadio majore domus ejusque interitu. | LXV. | De pulchritudine et utilitate Heraclii. |
| XXVIII. | De bonitate Claudii majoris domus. | LXVI. | De initio infestationis Saracenorum contra imperium. |
| XXIX. | De interitu Vulfi patricii. | LXVII. | De obitu Chariberti et filii sui; et quomodo regnum ejus Dagobertus accepit. |
| XXX. | De Ermenberga, quæ de Spania ad Theude- ricum venit. | LXVIII. | De scandalo et strage Francorum cum Visigothis. |
| XXXI. | De legatis Berterici ad reges transmissis. | LXIX. | De Charoaldo rege Langobardorum, quod regnum occidit, et ipse rex moritur. |
| XXXII. | De martyrio sancti Desiderii. | LXX. | De Chrotario rege Langobardorum sublimato in regnum suum. |
| XXXIII. | Quod Sisebodus rex in Spania sublimatur. | 591-592 | LXXI. De Auredone ad Chrotarium in regnum suum assumptum. |
| XXXIV. | De Agone rege et ejus regina Theudelinda. | LXXII. | De Hunis in Bajoaria occisis. |
| XXXV. | De Brunichilde et Belichilde reginis. | LXXIII. | De Sisenando per solatium Dagoberti in regnum Spaniæ. |
| XXXVI. | De vita sancti Columbani. | LXXIV. | De eo quod Dagobertus Magontiacum in regnum suum accepit. |
| XXXVII. | De injuria Theuderici regis, quam habuit apud Alsatias. | | |
| XXXVIII. | De pugna Theuderici et Theudeberti, et Auster recepto. | | |

- exercitu contra Winidos ambulando aeces- A
sit.
De regno Sigiberti in Auster.
De nativitate Chlodovei, et pactione de regno cum Austrasiis.
De Radulfo duce rebelle.
De exercitu jussu Dagoberti de Burgundia in Wasconiam misso.
De obitu Dagoberti, et initio regni Chlodovei.
De Ægane majore domus, et bonitate ejus.
De imperio Constantis, et vastatione Saracenorum.
Qualiter degradatus est Tolga rex Spaniæ, et Chindas inde sublimatus.
De morte Æganis, et interfectione Aginulfi comitis.
De Erchenaldo majore domus.
De Austrasiis, quomodo thesaurum Sigiberto debitum receperunt.
De Grimoaldo, et Ottone filio Beronis.
De pugna Sigiberti cum Radulfo in Thoringia.
De interitu Ottonis.
De Flaocado, qualiter major domus efficitur.
De Willibadi interitu, et Flaocadi obitu.

RONICI FREDEGARIi CONTINUATIO.

PARS PRIMA.

- De Baldichilde regina Chlodovei, et ejus filiis, Chlothario, Childerico, et Theodorico, et de obitu Chlodovei.
Quod Chlotharius ejus filius elevatur in regno, et de Ebroino majore domus.
De obitu Chlotharii, et quod Theodoricus frater successit in regno, et Childebertus in Austria regnum accepit.
Quod Theodoricum a regno dejiciunt, et crines tondunt, et Ebroinum in Luxovium monasterium dirigunt, et Childericum in cuncto regno suscipiunt.
De obitu Childerici et Bilichilde regina, et quod Leudesius filius Erchenaldi major domus efficitur.
Quod Ebroinus a Luxovio exiens Leudesium interfecit, et sanctum Leudegarium gladio perimi jussit.

RONICI FREDEGARIi CONTINUATIO.

PARS SECUNDA.

- Quod Martinus dux et Pippinus filius Ansegisili contra Ebroinum ad Locoficum pugnam inierunt.
De obitu Ebroini, et quod Franci Waradonem majorem domus efficiunt, et Ghislemarus filius ejus ipsum supplantavit.
De obitu sancti Audoini, et obitu Waradonis; et qualiter Bertharius major domus efficitur.
Qualiter Pippinus cum Austrasiis in oppido Virmandensi, cui nomen Textricum, contra Theudericum et Bertharium dimicavit.
De obitu Theuderici, et de Chlodoveo filio ejus elevato in regno; et quod, eo mortuo, Childebertus frater ejus resedit in regno, et de Grimoaldo filio Pippini majore domus, et bonitate ejus.
Quod Pippinus contra Radbodum pugnavit et vicit.
Quod Pippinus Halpaidam duxit uxorem, et habuit ex ea filium nomine Carolum.
De obitu Childeberti et Grimoaldi; et quod Dagobertus filius Childeberti successit in regnum, et de obitu Pippini, et Theudoaldo

- 593 594 CV. De Raganfrido majore domus; et qualiter Carolus de custodia Pliethrudis, auxilio Dei, liberatus est.
CVI. De obitu Dagoberti regis, et quod Chilpericus successit in regno; et qualiter dux Carolus contra Raganfridum pugnavit, et victor exstitit.
CVII. Qualiter Carolus dux Chlotharium sublimavit in regno, quo mortuo Chilpericum, qui fuga lapsus apud Raganfridum fuerat, ab Eudone duce Aquitaniæ recepit, et eo mortuo Theudericum regem statuit.
CVIII. Qualiter Carolus cum [Id est, contra] Saxonibus, Bajoariis, et cum Eudone duce adversus Abdirama regem Saracenorum pugnavit et vicit.
CIX. Qualiter Burgundiam ipse dux subjugavit, et Saracenos, qui in Avennione erant prostravit; quomodo Narbonam venit, et Saracenos cum rege eorum in ore gladii interfecit, et cum Fresonibus ultra mare pugnavit.

CHRONICI FREDEGARIi CONTINUATIO.

PARS TERTIA.

- Varia Caroli expeditiones.
CX. De legatione papæ Gregorii urbis Romæ cum clavibus sancti Petri ad Carolum, et divisione regni inter filios suos, seu de obitu ipsius.
CXI. Chiltrudis nuptiæ, bellum contra Wascones, tum adversus Alamannos.
CXII. Bellum in Bajoarios.
CXIII. Bellum adversus Saxones, tum in Suevos.
CXIV. Wasconum cothurnus repressus.
CXV. Alamanni a Carlomanno superati.
CXVI. Carlomannus monasticam vitam amplectitur.
CXVII. Saxones, tum Bajoarii a Pippino superati. Pippinus in regem sublimatur.

CHRONICI FREDEGARIi CONTINUATIO.

PARS QUARTA.

- CXVIII. Saxones debellati. Griphonis interitus.
CXIX. Stephanus in Gallias advenit, a rege suscipitur.
CXX. Expeditio adversus Langobardos, qui a Pippino superantur.
CXXI. Altera in Langobardos expeditio.
CXXII. Aistulfi Langobardorum regis interitus.
CXXIII. Pippinus et Constantinus imp. amicitias jungunt, tum violantur.
CXXIV. Expeditio adversus Waifarum Aquitaniæ ducem.
CXXV. Altera in Waifarum expeditio.
CXXVI. Urbs Biturigum a Pippino expugnatur.
CXXVII. Bellum inter Pippinum et Waifarum continuatum.
CXXVIII. Franci Wascones fugant.
CXXIX. Waifarum Aquitaniæ urbes muris nudat, quos refici curat Pippinus.
CXXX. Waifarum iterum atque iterum victus pacem obtinere nequit.
CXXXI. Pippinus Aquitaniam devastat.
CXXXII. Pippinus in Aquitania Waifarum insequitur.
CXXXIII. Remistanus ad Waifarum partes transit.
CXXXIV. Remistanus captus morte punitur. Legatio Saracenorum ad Pippinum.
CXXXV. Waifarum interfecto, Aquitania Pippino subicitur.
CXXXVI. Pippinus morbo vexatus regnum inter filios dividit, et moritur.
CXXXVII. Carolus et Carlomannus reges inaugurantur.

Chronicum.

ANNO DLXXXIII. — I. Guntchramnus rex Francum jam annos [AL., anno] 23 Burgundiæ reinitate plenus, feliciter regeret, cum sacerdote sacertique sacerdotis ad instar se ostendebat, et

cum leudis erat aptissimus, eleemosynam pauperibus large tribuens, tantæ prosperitatis regnum tenuit, ut omnes etiam vicinæ gentes amplissimas de ispo laudes canerent.

DLXXXVIII. — Anno 28 regni domni Gunt-
 ni alius filius Childeberti, nomine Theuderici
 nuntiatur.

Guntchramnus se cum Childeberto, pacem
 s Andelao, conjunxit. Inibi mater, et soror, et
 Childeberti regis pariterque fuerunt; ibique
 convenientia inter domnum Guntchramnum
 debertum fuit conventum, ut regnum Gunt-
 ni post ejus discessum Childebertus assu-

Ipsoque tempore Rauchingus, et Boso Gunt-
 nus, Ursio, et Bertefridus optimates Childe-
 regis, eo quod eum tractaverint interficere,
 ge ordinante interfecti sunt. Sed et Leude-
 Alamannorum dux in offensam antedicti regis
 etiam et latebram dedit. Ordinatus est loco
 Jncilenus dux. Eo anno Richaridus rex Got-
 divino amplectens Christianam religionem
 prius ipse a baptizatur. Post hæc omnes Got-
 tum Arianam sectam tenebant, Toletum b
 præcepit, et omnes libros Arianos præcepit
 presententur: quos in una domo collocatos
 concremare jussit, et ad Christianam legem
 omnes Gotthos fecit.

Eo anno uxor Anaulfi c imperatoris 599
 m, nomine Cæsara, virum relinquens, cum
 pueris, totidemque puellis ad beatum Johan-
 scopum Constantinopolim veniens, se unam
 populo dixit, et baptismi gratiam ab ante-
 eato Johanne expetiit. Cumque ab ipso Pon-
 sset baptizata, Augusta Mauricii imperatoris
 sancto suscepit lavacro; quam cum vir suus
 Persarum per legationes sæpius repeteret,
 cius imperator uxorem ipsius esse nesciret,
 gusta videns eam pulcherrimam, suspicatur
 esset quam legati quærebant, dicensque eis:
 quædam de Persis huc venit, dixitque se
 esse de populo; videte eam, forsitan ipsa est
 æritis. Quam legati videntes, proni in terram
 runt, dicentes ipsam esse eorum dominam,
 ærebant. Dicit ad eam Augusta: Redde illis
 am. Tunc illa respondit: Ego cum istis non

c. et alii, prius secretius baptizatur.

is vide concilium Toletanum III, Concil.
 mo V, ad an. 589, cui rex ipse interfuit, ac
 fessione, quam eo ipso agente Gotthi suscep-
 tum uxore sua subscripsit.

Anaulfi, Arnulfi, Monaulfi. Hanc historiam
 elii tempora revocat Paulus Diacon., lib. IV
 s Langob. cap. 52. Johannes Biclari. in chro-
 ninit imperatoris Persarum, qui, pace cum
 firmata, Christi fidem suscepit: quæ omnia
 roe juniore interpretantur viri eruditi, qui
 ricii imp. Baramum tyrannum oppressit, re-
 ceperit, ex quo pulsus fuerat. Hunc Chri-
 fuisse Fredegarius, Biclarensis, imo et Theo-
 arbitrati sunt, quod Syram Christianam
 duxerit, palamque professus fuerit se sancti
 artyris ope in regno restitutum fuisse, cus-
 siæ præclara dona obtulit. Vide Evagrium,
 Hist. cap. 19 et 20. Ipsum tamen Christianum
 egant viri eruditi. Et quidem Domitianum
 episc. laudat Gregorius Magnus lib. II, ind.
 3, quod ad imp. Persarum conversionem,

loquor, vita illorum ad instar canum est; si conversi,
 Christiani, sicut et ego sum, efficiuntur, tunc eis
 respondebo. Legati vero animo libenti baptismi gra-
 tiam accipiunt. Postea dicit ad eos Cæsara: Si vir
 meus voluerit Christianus fieri, et baptismi gratiam
 accipere, libenter ad eum revertar. Nam penitus
 aliter ad ipsum non repedabo. Legati id imperatori
 Persarum nuntiantes, statim ille legationem ad Mau-
 ricium imperatorem misit, ut sanctus Johannes ve-
 niret Antiochiam, ipso tradente baptismum vellet
 accipere. Tunc Mauricius imperator infinitissimum
 apparatus Antiochiæ fieri jussit: ibi imperator Per-
 sarum cum sexaginta millibus Persarum baptizatus
 est, et per duas hebdomadas a Johanne et reliquis
 episcopis Persæ ad plenitudinem supra scripti nu-
 meri baptizantur. Imperatorem illum Gregorius An-
 tiochiæ a episcopus suscepit de lavacro. Anaulfus
 imperator 600 a Mauricio imperatore petens ut
 sibi episcopos cum clero sufficiente e daret, quos in
 Persia stabiliret, ut universi Persidæ baptismi gra-
 tiam adliberent. Quod Mauricius libenti animo præ-
 stitit, summaque celeritate omnes Persidæ ad Christi-
 cultum baptizantur.

AN. DLXXXIX. — X. Anno 29 Guntchramni exerci-
 tus in Spaniam f ejusdem jussu dirigitur; sed negli-
 gentia Bosonis, qui caput exercitus fuit, graviter a
 Gotthis exercitus ille trucidatur.

AN. DXC. — XI. Anno 30 regni suprascripti prin-
 cipis, tunica Domini nostri Jesu Christi, quæ eidem
 in passione sublata est, et a militibus qui eum custo-
 diebant, est sortita, de qua David propheta dicit:
 Et super vestimenta mea posuerunt sortem (Joan. XIX,
 24; Ps. XXI, 19), inventa est prodente Simone filio
 Jacob, qui per duas hebdomadas multis cruciatibus
 affectus, tandem profitetur ipsam tunicam in civitate
 Zafad g procul a Hierosolyma in arca marmorea po-
 sitam esse. Quam Gregorius Antiochenus et Tho-
 mas h Hierosolymorum, et Johannes Constantinopo-
 litanus episcopi cum aliis multis episcopis, triduanum
 facientes jejunium, exinde condigne cum arca mar-
 morea, levi effecta, quasi ex ligno fuisset, ordine
 pedestri Hierosolymam cum devotione sanctissima

licet frustra, laboraverit. Johannes vero Jejunator
 dictus, CP. episc., de quo hic Fredeg., Eutychio
 successit, an. 582. Famosus fuit ob *universalis* seu
œcumenici titulum, quem sibi resistente Gregorio Ma-
 gno arrogabat.

d Successit sancto Anastasio in exilium pulso,
 an. 571. Eum laudant Evagrius, lib. VI, passim;
 Theophanes, et Joan. Moschus, Prati spirit. cap.
 140. Obiit an. 592; quo defuncto, Anastasius sedem
 suam recepit.

e Boher., cum clericis ei daret... *universa Per-
 sida.*

f Id est, Septimaniam, ut evidenter patet ex lib. IX
 cap. 31 Historiæ Gregorii.

g Ea est, ut vulgo putant, *Joppe*, urbs in Pa-
 læstina celebris, olim sede episcopali ornata, quæ
 etiam nunc vulgo *Jafa* appellatur, Italis *Jaffo*, vel
Zaffo. De tunica hac vide lib. I de Gloria Mart.
 cap. 8.

h Fredegario Thomæ nomen obrepisse putat Pa-
 pephrochius, pro *Amos*, quem ex Græcis catalogis
 tunc Jerosolymitanæ Ecclesiæ præfuisse existimat.

perdixerunt, eamque in loco ubi crux Domini adoratur cum triumpho posuerunt. Eo anno luna obscurata est. Eo anno inter Francos et Britannos super fluvium Vicinonia bellum est ortum.

XII. Beppelenus dux Francorum facione Hebracharii, itemque ducis, a Britannis interficitur. Unde post Hebracharius ad summam paupertatem de rebus suis spoliatus pervenit.

AN. DXCI. — XIII. Anno 31 regni Guntchramni Theudfredus dux Ultra Juranus^b moritur, cui successit Wandalmarus in honore ducatus. Ipsoque anno 601 Ago dux in Italia super Langobardos in regno sublimatur.

AN. DXCII. — Anno 32 regni Guntchramni, ita a mane usque ad mediam diem sol minoratus est, ut tertia pars ex ipso vix appareret.

AN. DXCIII. — XIV. Anno 33 regni Guntchramni. Eo anno, v Kalendas Aprilis, ipse rex moritur^c, sepultus est in ecclesia sancti Marcelli, in monasterio quod ipse construxerat. Regnum ejusdem Childebertus assumpsit. Eodem anno Quintrio^d dux Campanensis cum exercitu in regnum Chlotharii ingreditur. Chlotharius cum suis obviam pergens hostiliter Quintrionem in fugam vertit, sed utrinque exercitus nimium trucidatus est.

AN. DXCIV. — XV. Anno 2 cum Childebertus regnum accepisset Burgundiæ, exercitus Francorum et Britannorum invicem præliantes, uterque nimium gladio trucidantur.

AN. DXCV. — Anno 3 Childeberto in Burgundia regnante, multa signa in cælo ostensa sunt, apparuit stella cometes. Eo anno exercitus Childeberti cum Warnis^e, qui rebellare conati fuerant, fortiter di-

Sed et hic *Amos*, seu, ut a Nicephoro Callisto appellatur, *Neamus*, in aliquot catalogis desideratur. Thomas dicitur ab Aimoino, lib. iii Hist. cap. 78. De Gregorio et Johanne actum est supra.

^a Hæc usque ad finem cap. desunt in Colb. et plerisque editis.

^b Ultrajurana regio sic dicta a Jura monte, inter Helvetios et Sequanos, qui vulgo Sancti Claudii appellatur, a celebri monasterio ordinis Benedictini. Dicitur quoque Burgundia Transjurana, quæ aliquot reges habuit sub finem sæculi ix et sequenti.

^c Contendit Valesius, lib. xv Rer. Francic., Guntchramnum e vivis excessisse an. 562, unde ubi infra legitur anno 2 Childeberti, legendum esse censet anno 1, et sic deinceps. Guntchramni nomen Martyrologia vetera et recentia habent v Kal. Aprilis, quæ die festum ejus memoratur in vetustissimo Kalendario Murbacensi ab annis 800 conscripto.

^d Infra, cap. 18, in Car. dicitur Wintrio, de quo vide notas in lib. viii Hist. Gregorii cap. 18. De hoc bello Paulus Diac. lib. iv Hist. Langob. cap. 4. Quintrionem a Wintrione patre sanctæ Gtodesindis distinguit Cointius ad an. 749, num. 25 et seqq.

^e Hos suspicamus esse Werinos, quorum leges sub hoc titulo habentur, *Leges Anglorum et Wirinorum, hoc est Thuringorum*. Warnos memorat Procopius, quorum rex Radiger Chlodovei Magni filiam duxerat uxorem. Vide Cointium, ad an. 564, etc.

^f Cum uxore, si Paulus Diac., lib. iv, cap. 12, cre-

amicavit, et ita Warni trucidati victi sunt, ex cis remansisset.

AN. DXCVI. — XVI. Anno 4 postquam Chlotharum regnum acceperat Guntchramni, defunctumque ejus filii sui Theudebertus et Theudebertus accipiant. Theudebertus sortitus est Austrasiam habens Mettensem, 602 Theudericus austrasiam regnum Guntchramni in Burgundia, sedem hanc relians.

XVII. Eo anno Fredegundis cum filio rege Parisius vel reliquas civitates ritu bacupavit, et contra filios Childeberti regis Theudeberti et Theudericum movit exercitum loco Latofao^h. Castra uterque ex adverso Chlotharii cum suis super Theudebertum et Theudericum irruens, eorum exercitum graviter vit.

AN. DXCVII. — Anno 2 regni Theudericus I Austrasiam moriturⁱ.

AN. DXCVIII. — XVIII. Anno 3 regni Theudericus I Wintrio^j dux, instigante Brunichilde, inter-

AN. DXCIX. — Anno 4 regni Theudericus I [Al., Colenus], genere Francus, patricius Austrasie. Eo anno clades glandolaria^k Massiliam et Provincie civitates graviter vastavit. Eo anno calidissima in lacu Dunensi, quem Arulonis dicitur, influit, sic valide ebullivit, ut multitudinem coxisset. Eo anno Warnacharius^m major Theudericus transit, qui omnem facultatem alimoniis pauperum distribuit.

XIX. Eo anno Brunichildis ab Austrasiam est, et in Arciacensi campaniaⁿ a quodam paupere singula reperitur. Secundum ejus-

damus, veneno extinctus est, quod silentio auctores.

^g Id est, per irruptionem, bellum inferendum quæ fuisset indictum, ut facere solent barbari.

^h Hunc locum in Senonensi diocesi situm quidam existimant.

ⁱ Sepulta est juxta virum suum in basilica Vincentii seu sancti Germani a Pratis, ubi ejus lapis etiam nunc visitur, quo fortasse regum nostrorum sepulture monumentum, Christiani facti sunt, nusquam exstat. Ejusdem canit Fortunatus lib. ix carm. 1 et seqq. Ceteri auctores execrantur.

^j Sic Car. et Ches. al.; cæteri, Quintrio pra.

^k Colb., *Grandoraria*; aliquot editi, *glandis*; Ches. al. *glandis*, vel *inguinis*.

^l Chesn. et Freh., *Arola*, vulgo *l'Aigre*, pro *Dulium* (*Château-dun*) iere simul cum lacu in Ledum (*le Loir*) i fluit. Hunc tamen Flodunense locum de Duno Carnutum intelligi non potest, teudit Valesius cum Labbeo et cæteris designari putant lacum qui exstat prope Dunense (*Iverdun*), et hodie Ebrodunensis, seu Helvetiorum (*Neuschâtel en Suisse*) burgensis dicitur, qui lacus simul cum Urbsese in Arolam (*l'Ar*) exonerat.

^m Alii, *Warnacharius*, aut *Warnacharius*.

ⁿ Sic dicta ab Arciaco oppido ab Albano de quo in Epitome. Hanc narrationem f-

nem ipsam ad Theudericum perducit. Theudericus A
viam suam Brunichildem libenter recipiens, glo-
riose **603** honorat. Hujus vicissitudine meriti epi-
scopatum Antissiodorensis, faciente Brunichilde,
assumpsit.

AN. DC. — XX. Anno 5 regni Theuderici, iterum
signa quæ anno superiore visa fuerant, globi ignei
per cælum currentes, et ad instar multitudinis ha-
starum ignearum ad occidentem apparuerunt. Ipso-
que anno Theudebertus et Theudericus reges contra
Chlotharium regem movent exercitum, et super flu-
vium Aroannam ^a, nec procul a Doromello vico,
prælium confligentes junxerunt. Ibiq; exercitus
Chlotharii gravissime trucidatus est. Ipsoque cum
his qui remanserunt in fugam verso, pagos et civi-
tates ripæ Sigonæ ^b, qui se ad Chlotharium tradide-
rant, depopulantur et vastant. Civitates ruptæ, nimis
pluritas captivorum ab exercitu Theuderici et Theu-
deberti exinde ducitur. Chlotharius oppressus, vellet
nollet, per pactionis vinculum firmavit, ut inter Si-
gonam et Ligerem usque mare Oceanum et Britan-
norum limitem pars Theuderici haberet; et per Si-
gonam et Isaram Ducatum integrum Dentelini ^c usque
Oceanum mare Theudebertus reciperet. Duodecim
tantum pagi inter Isaram et Sigonam et mare littoris
Oceanii Chlothario remanserunt.

AN. DCI. — Anno 6 regni Theuderici Cautinus dux
Theudeberti interficitur.

AN. DCII. — XXI. Anno 7^a regni Theuderici de
concupina filius nascitur, nomine Sigibertus; et
Ægila ^e patricius, nullis culpis exstantibus, insti-
gante Brunichilde, ligatus interficitur, nisi tantum
cupiditatis instinctu, ut facultates ejus fiscus assu-
meret. Eo anno Theudebertus et Theudericus exer-
citus contra Wascones dirigunt, ipsosque, **604** Deo
auxiliante, dejectos suæ dominationi redigunt, et
tributarios faciunt. Ducem super ipsos, nomine Ge-
mialem ^f, instituunt, qui eos feliciter dominavit.

XXII. Eo anno corpus sancti Victoris qui Salo-
esse contendit Cointius ad an. 599, quod Antissiodo-
rensis Ecclesia tunc non vacaret, quodque Desiderius,
qui aliquot postea annis Aunachario successit, pau-
per non fuerit, nec talis qui hic describitur, imo
nobilissimus dicitur in Hist. episcoporum Antissiod.
cap. 19 et 20, et regum nostrorum *propinquus*. Obiit
anno 625, et sepultus est in basilica sancti Germani
cum suis præcessoribus. Colitur uti sanctus vi Kal. D
Novembris

^a Vix incolis notus, vulgo *Ouaine*. Lustrat Senonum
fines, et in Lupam (*le Loin*) immergitur prope Murit-
tum. Doromellum, vulgo *Dorneille*, appellatur. Aro-
annam tamen Cointius ex Faucheto ait oriri prope
Trecas, ac prope Senonum urbem in leaunam labi.
In Testamento sancti Bertiehranni episc. Cenomanni.
memoratur *Aroena fluviohis*, in cujus ripa situm est
oppidum Diablintis apud Cenomannos.

^b Ch. al., *Sequanæ*; quam *Sigonam* seu *Segonam*,
ille auctor ut plurimum appellat.

^c Infra, cap. 37. Freh. et Ch. al., *Denzelini*, et
cap. 76, *Danzilini*. Complectebatur regionem, quæ
jacet in er Sequanam, Isaram, seu Oesiam, vulgo
Oise, et Ligerem. Unde vero istud nomen habuerit,
ignotum mihi est.

^d Cod. Colb. et Freh., Anno vi, et sic uno semper

doro cum sancto Urso ^g passus fuerat, a beato Æco-
nio pontifice Mauriennense ^h invenitur. Quadam no-
cte in sua civitate ei revelatur per somnium, ut sur-
gens protinus iret ad ecclesiam, quam Sedeleuba ^t
regina in suburbano Genavensi construxerat, in me-
dio ecclesiæ designato loco, ubi sanctum corpus ad-
esset. Cumque Genavam festinus perrexisset, cum
beatis Rusticio et Patricio ⁱ episcopis, triduanum
jejunium facientes, lumen per noctem, ubi illud glo-
riosum et splendidum corpus erat, apparuit, quod
cum silentio hi tres pontifices cum lacrymis et ora-
tionibus elevato lapide in arca argentea invenerunt
sepultum, cujus faciem rubentem quasi vivi reper-
runt. Ibiq; princeps Theudericus præsens aderat,
multisque rebus hujus ecclesiæ tribuens, maximam
partem facultatis Warnacharii ibidem confirmavit.
Ad sepulcrum illud sanctum miræ virtutes ex ipsa
die, qua repertum est, præstante Domino, integra
assiduitate ostenduntur. Eo anno Ætherius episcopus
Lugdunensis obiit: ordinatur loco ipsius Secundinus
episcopus.

XXIII. Eo anno Focas ^k dux et patricius reipubli-
cæ, victor a Persis rediens, Mauricium imperatorem
interfecit, et loco ipsius imperium assumpsit.

AN. DCIII. — XXIV. Anno 8 regni Theuderici de
concupina nascitur ei filius, nomine Childebertus, et
synodus Cabillono **605** colligitur. Desiderium Vien-
nensem episcopum dejiciunt, et instigante Aridio,
Lugdunensi episcopo, et Brunichilde, subrogatus est
loco ipsius sacerdotali officio Domnolus; Desiderius
vero in insulam quamdam exsilio retruditur. Eo anno
sol obscuratus est. Eo quoque tempore Berthoaldus,
genere Francus, major domus palatii erat Theude-
rici, moribus mensuratus, sapiens et cautus, in
prælio fortis, fidem cum omnibus servans.

AN. DCIV. — Anno 9 regni Theuderici nascitur ei
filius de concubina, nomine Corbus. Cum jam Pro-
tadius genere Romanus vehementer ab omnibus in
palatio veneraretur, et Brunichildis stupri gratia eum

minus ad annum 9. lidem cum Boh. filium hunc ap-
pellant Sigobertum.

^e Colb. cum plerisque editis, *Agila*.

^f Colb., *Gelianem*; plerique ed., *Gemialem*.

^g Boh. et aliquot ed., *Ursione*. Hi erant ex perce-
lebri Thebæorum legione, quæ in istis partibus sub
Maximiano Herculio martyrium consummavit. Vide
Acta Martyrum sincera, pag. 295, et Surium, ad
diem 30 Septemb. Solodorum urbs, vulgo *Soleure*,
caput est pagi cognominis Helvetiorum catholico-
rum.

^h Mallet Valesius legere *Æonio*. Ipse vero sese
Hiconium appellat in conc. Matise. i et ii, quibus in-
terfuit. Primus fuit hujus sedis episcopus.

ⁱ Hæc fuit soror Calotildis uxoris Chlodovei Magni.
Vide Gregor. Hist. lib. ii, cap. 28.

^j Alii, *Rustico et Patricio*; melius forte Rustico et
Patricio. Utriusque nudum nomen exstat in catalogo
episc. Genavensium; alteruter tamen fuisse videtur
episcopus Octodurensis seu Sedunensis.

^k Hoc ipso anno Phocæ imperii initium habetur in
instrumento publico, quod Romæ a sancto Gregorio
promulgatum est; unde firmatur chronologia quam
hic sequimur. Exstat initio libri xi epistolarum ejus-
dem pontificis.

vellet honoribus exaltare; defuncto Wandalmaro duce, in pago Ultra-Jurano et Scotingorum^a Protadius patricius ordinatur instigatione Brunichildis. Ut Bertoldus potius interiret, eum in ripam Sigonam usque Oceanum mare per pagos et civitates sicum inquirendum dirigit.

XXV. Bertoldus a Theuderico [Al., ad Theudericum] directus, cum trecentis tantum viris illis partibus properavit; cumque ad Arelaio^b villam venisset, et venationem inibi exercebat, hæc comperiens Chlotharius, filium suum Meroveum et Landericum^c majorem domus cum exercitu ad Bertoldum premendum direxit; et maximam partem inter Sigonam et Ligerem pagos et civitates de regno Theuderici præsumpsit contra pactum pervadere. Bertoldus hæc audiens, cum sustinere non prævaleret, terga vertens, Aurelianis ingreditur, ibique a viro beatissimo Austrino episcopo suscipitur. Landericus cum exercitu Aurelianis circumdans vocabat Bertoldum, ut exiret ad prælium. Bertoldus de muro respondens: **606** Nos duo singulare certamen, si me expectare deliberas, reliqua multitudine procul suspensa, jungamus ad prælium. A Domino judicemur. Sed hæc Landericus facere distulit, Addens Bertoldus dixit: Dum facere non audes, proximo tempore, Domini nostri pro iis quæ facitis jungent ad prælium. Induamur uterque, ego et tu, vestibis vermiceis^d, præcedamus cæteros ubi congressus erit certaminis; ibique, et mea et tua apparebit utilitas, promittentes ante Deum ab invicem promissionis hujus veritatem subsistere.

XXVI. Cumque hoc in die festi sancti Martini antistitis actum fuisset, Theudericusque hæc comperisset, quod a Chlothario pars regni sui contra pactum fuerat pervasa, nativitate Domini protinus cum exercitu Stampas^e per fluvium Loa pervenit, ibique obviam Meroveus filius Chlotharii regis, cum Landericus et magno exercitu venit. Cum esset aretus pervius^f ille, ubi Loa fluvius transmeatur, vix tertia

^a Scotingorum seu Scutingorum pagi situm discimus ex Vita sancti Anatolii episcopi, Salinarum patroni, quæ habet Scodinga in Sequanis, ubi nunc Salinarum locus. Salinæ vero, vulgo Salins, oppidum est ad Foricam amnem in Burgundiæ comitatu Dolam inter et Vesontionem, quod archidiaconatus cognominis est caput. Vide notitiam Valesii ad verbum Scutingi.

^b Editi plerique, Arelaun, Boh. et Chesn. cum Aimoio, Arelaunum, quod nomen erat silvæ et villæ regie haud procul a Fontanellensi monasterio per celebri diocesis Rothomagensis, in peninsula quam Sequana efformat. Vide lib. iv de Re diplomatica. At aliis fortasse videbitur majorem esse inter hunc locum et Gennabum distantiam, ut exinde Bertoldus fugiens sese intra Aurelianenses muros receperit.

^c Colb.; Landricum; alii, Landericum.

^d Sic mss. et editi, præter Chesn. et Freh., vermiceis. Quam vocem Aimoio habet. Illic tamen vermicealatum colorem designari putant viri eruditi, quæ vox passim apud auctores occurrit. Hinc vernacula vox vermeil: vestes autem vermiceæ, id est purpureæ, aut scarlateæ (d'écarterlate) sic dicuntur quasi coloris vermiceuli. Et quidem in Vita Caroli Magni ubi describitur antiquorum Francorum ornatus vel para-

A pars exercitus Theuderici transierat, initum est prælium; ibique Bertoldus secundum placitum aggredditur, vocitans Landericum. Sed Landericus non ausus, ut promiserat, tantam hujus certaminis congressionem adire. Ibi Bertoldus cum nimis cæteros præcessisset, ab exercitu Chlotharii cum interficitur: nec vellens exinde evadere dum sererat se de sui gradus honore a Protadio degradandum. Ibi Meroveus filius Chlotharii capitur, Landericus in fugam versus est, nimia multitudo exercitus Chlotharii in eo prælio gladio trucidata est. Theudericus victor Parisius ingreditur, Theudebertus pacem cum Chlothario Compendio villa inivit; uterque exercitus eorum **607** illæsus rediit ad propria.

B AN. DCV. — XXVII. Anno 40 regni Theuderici Protadius, instigante Brunichilde, Theuderico jubente major domus substituitur. Qui cum esset nimium argutus-imus, et strenuus in cunctis, sed sæva illi fuit contra personas iniquitas, fisco nimium tribuens^g, de rebus personarum ingeniose fisco velens implere, et seipsum ditare. Quoscumque generos nobiles reperiret, totos humiliare conabatur, ut nullus reperiretur qui gradum quem arripuerat potuisset assumere. His et aliis nimia sagacitate vexatis maxime cunctos in regno Burgundiæ fecit sibi inimicos. Cum Brunichildis nepotem suum Theudericum integra assiduitate muneret, ut contra Theudebertum moveret exercitum, dicens: Quasi Theudebertus non esset filius Childeberti^h, nisi ejusdam hortolani, et Protadius ipsi quoque consilio assistens tandem jussu Theuderici movetur exercitus. Quo loco, nomine Caraciacoⁱ, Theudericus cum exercitu castra metasset, hortabatur a leudibus suis, ut eum Theudeberto pacem iniret. Protadius singulus hortabatur^j, ut prælium committeretur. Theudebertus nec-procul cum exercitu exinde residebat. Tunc omnis exercitus Theuderici inventa occasione supra Protadium irruunt, dicentes melius

tura, inter cæteras vestes recensentur fasciolarum cruales vermicealata.

^e Ch., super fluvium Loa. At Stampæ oppidum situm est ad Junnam fluvium (la Juine), qui paulo inferius Loa majori ac minori fluviiis (le Loe et le Loet) augetur.

^f Sic Clar. et Boh. At Colb., cumque esset arctus pervius ille locus. In Freh. deest vox locus. Alii vero, cum esset autem pervius. Chronica sancti Benigni et Besuense, cum esset arduus, etc.

^g Colb. et aliquot editi, nimium stringens, et de rebus, etc.

^h Hoc falsum esse existimant viri eruditi, quod ex Gregorii Historia, lib. vii, cap. 57, et lib. iv, cap. 4, constare videtur. Uterque ex Faileu: a legitima Childeberti uxore natus erat. Quæ si aliquando concubina apud nonnullos auctores dicta legatur, meminisse debemus ea voce legitimas uxores frequenter designatas fuisse, quæ ex infimo genere nate erant.

ⁱ Est Carisiacum, quod postea adeo celebre fuit inter palatia regia. Boh. habet, Caraciate.

^j Mss. et aliquot ed., singulos hortabatur.

esse unum hominem moriturum ^a, quam totum exercitum in periculum mitti. Protadius in tentorio Theuderici regis cum Petro archiatro ad tabulam ludens sedebat, quem undique cum jam exercitus circumdasset, et Theudericum lentes sui tenebant, ne illue graderetur, misit Uncilenum, ut suæ jussionis verbum nuntiaret exercitui, ut se de insidiis Protadii removerent. Uncilenus protinus **608** ad exercitum nuntians, dixit: Sic jubet dominus Theudericus, ut interficiatur Protadius. Irruentes super eum, tentorium regis gladio undique incidentes, Protadium interficiunt. Theudericus confusus et coactus cum fratre Theudeberto pacem inivit, et illæsus uterque exercitus revertitur ad proprias sedes post decessum [Al., eadem] Protadii.

AN. DCVI. — XXVIII. Anno 11 regni Theuderici subrogatur major domus Claudius, genere Romanus ^b, homo prudens, jucundus in fabulis, strenuus in cunctis, patientiæ deditus, plenitudine consilii abundans, litterarum studiis eruditus, fide plenus, amicitiam cum omnibus sectans. Priorum exempla metuens, lenem se et patientem hujus gradus ascensus [Al., ascensu] ostendit. Sed hoc tantum impedimentum habebat, quod sagina esset corporis aggravatus.

AN. DCVII. — Anno 12 regni Theuderici Uncilenus, qui ad mortem Protadii insidiosè fuerat locutus, instigante Brunichilde, pede truncato, de rebus exspoliatus ad debilitatem ^c perductus est.

XXIX. Vulfus patricius, idemque, Brunichilde instigante consilio, qui in mortem Protadii consenserat, Fauriniaco ^d villa, jubente Theuderico occiditur; et in patriciatum ejus Richomeris, Romanus genere, subrogatur. Eodem anno natus est de concubina Theuderici filius, nomine Meroveus, quem Chlotharius de sancto lavacro suscepit.

XXX. Eodem anno Theudericus Aridium episcopum Lugdunensem, Roconem ^e et Epporinum comestabulum ad Bettericum ^f regem Spaniæ direxit,

^a Alii, mortuum; al., mori quam tantum.

^b Alii, Docudius. Romanos etiam iste auctor appellat, eos qui genere Franci non erant, sed ex antiquis Galliarum familiis, quæ ante Francorum stabilitum in Gallis imperium Romanis erant subjectæ.

^c Chesn. et alii, brevitatem. Boh., vilitatem.

^d Locus ob monasterium ordinis Benedictini, primam virginum, tum virorum, celeberrimus, vulgo Favernay, ad Lantanam fluviolum in Burgundiæ comitatu diocesisque Vesontionensi. In statuto Ludovici Pii dicitur Fariniacum, ut hic in Ch. et Freh. Nunc vero a tempore sancti Bernardi, cujus ille meminit epistola 347, Faberniacum, aut Faverniacum. Est et Favernay prope Friburgum in Brisgoia, et Favernay vicus inter Divionem et Ausunam in Burgundia.

^e Editi plerique, Rogonem et Eborinum. Colb., Rocconem et Eborinum, et idem altera manu comites stabuli; cui Aimoinus consentit, qui habet præfectos equorum.

^f Colb. et al. edit., Bettericum. Is est Wittericus, qui, oeso Liuba II, regnum Wisigothorum invasit anno 605.

^g Sic Clar., Boh. et cæteri; at Colb. eum plerisque ed., Theodelinda. De hac, infra, cap. 42.

^h Ex his verbis nonnulli inferunt ea quæ sequuntur ad an. 15 Theuderici esse revocanda.

ⁱ Is est Agilulfus Langobardum rex qui et Ago

A qui exinde Ermenbergam filiam ejus Theuderico matrimonio sociandam adducerent. Ibiq; datis sacramentis, ut a Theuderico ne **609** unquam a regno degradaretur, ipsamque acciperent, et Theuderico Cabillono præsentant, quam ille gaudens diligenter suscepit. Eadem, factione aviæ suæ Brunichildæ, virilem coitum non cognovit. Instigantibus verhis Brunichildæ aviæ et Theudilanæ ^g germanæ efficitur odiosa. Post anni circulan ^h Theudericus Ermenbergam exspoliata a thesauris in Spaniam retransmisit.

XXXI. Bettericus hæc indignans legationem ad Chlotharium direxit: legatus Chlotharii cum Betterici legato ad Theudebertum perrexit. Iterum Theudeberti legati cum Chlotharii et Betterici legatariis ad Agonem ⁱ regem Italiæ accesserunt, et unanimiter hi quatuor reges cum exercitu undique super Theudericum irruerunt, ut regnum ejus auferrent, et eum morte damnarent, eo quod tantam de ipso reverentiam ducebant. Legatus vero Gotthorum eveetu navali de Italia per mare in Spaniam revertitur. Sed hoc consilium divino nutu non sortitur effectum, quod cum Theuderico compertum fuisset, fortissimè ab eodem despicitur.

XXXII. Eo anno Theudericus, consilio Aridii episcopi Lugdunensis perfidi utens, et persuasû aviæ suæ Brunichildæ sanctum Desiderium de exilio regressum lapidare præcepit ^j: ad ejus sepulcrum miræ virtutes a die transitus sui Dominus integra assiduitate ostendere dignatur. Per quod credendum est, pro hoc malo gesto regnum Theuderici et filiorum suorum **610** hisse destructum.

XXXIII. Eo ^k anno, mortuo Betterico, Sisebodus successit in Spaniæ regnum, vir sapiens et per totam Spaniam laudabilis valde, pietate plenissimus. Nam et adversus manum publicam ^l fortiter dimicavit. Provinciam Cantabriam ^m Gotthorum regno subegit, quam aliquando Franci possederant. Dux, Francio

dictus est, ut monet Paulus Diae. lib. IV cap. 4 et 43, de quo vide, supra, notas ad lib. X Hist. Greg. cap. 5.

^j Passus est sanctus Desiderius Viennensis episcopus anno 607 die X Kalendas Junias, in territorio Lugdunensi ad Calaronam fluvium (la Chalaronne). In ipso loco, ubi passus est, nunc exstat vicus suo ipsius nomine donatus. De eo Coitius tomo II ad hunc annum fusius disserit, ubi Aridium a sceleribus quæ hic et superioribus capitibus ipsi tribuantur pluribus vindicare conatur. De sancti Desiderii martyrio legenda est epistola Adonis ad ecclesiam Viennensem, cui ipse sæculo IX præfuit.

^k Hoc caput deest in cod. Colb. quem Mettensem appellat Coitius. Interpolatum tamen dici non potest, quippe quod habetur in veteri exemplari Collegii Claromont., quod sane haud diu post auctoris ætatem descriptum est. Eadem ferme habet auctor appendix ad Marii Chronicum. Cæterum Sisebodus, seu ut editi habent, Sisebntus Gundemaro Witterici successoris substitutus est anno 612: quare emendandus est Fredegarii calculus. Sisebuti laudes vide apud Isidorum, in Chronico, ad æram 650.

^l Id est adversus Romanos, seu imperatorem. Alias sæpius rempublicam appellat, et infra imperii partem.

^m Ad Hispaniam Tarraconensem pertinebat, ho-

nomine, qui Cantabriam tempore Francorum sub-
 exerat ^a, tribus Francorum regibus multo tempore
 impleverat. Sed cum a parte imperii fuerat Canta-
 bria revocata ^b, a Gotthis, ut supra legitur, præoc-
 cupatur, et plures civitates ab imperio Romano Si-
 sebodus in littore maris abstulit, et usque fundamen-
 tum destruxit. Cumque Romani ab exercitu Sisebodi
 trucidarentur, Sisebodus dicebat pietate plenus: Heu
 me miserum, ejus tempore tanta sanguinis humani
 effusio fitur! Cuiusque poterat occurrere de morte
 liberabat. Confirmatum est regnum Gotthorum in
 Spania per maris littora usque montes Pyrenæos.

XXXIV. Ago rex Langobardorum accepit uxorem,
 Grimoaldi et Gundoaldi germanam, nomine Theu-
 delindam, ex genere Francorum ^c, quam Childeber-
 tus habuerat desponsatam. Cum eam consilio Brun-
 nichildæ postposuisset, Gundoaldus cum omnibus
 rebus secum germanam Theudelindam in Italiam
 transtulit, et in matrimonium Agoni tradidit. Gun-
 doaldus de gente nobili Langobardorum accepit uxo-
 rem, de qua duos **611** filios accepit, his nomini-
 bus, Gundebertum et Charibertum ^d. Ago rex, filius
 Autharii regis, de Theudelinda habuit filium, no-
 mine Adoaldum [*Al. Odoaldum*], et filiam, nomine
 Gundobergam. Deum Gundoaldus a Langobardis ni-
 mium diligenter, factione Agonis regis et Theude-
 lindæ, cum ipsum jam zelo [*Al. in zelum*] tenerent,
 ubi ad ventrem purgandum in faldeone ^e sedebat,
 sagitta saucius moritur.

AN. DCXVIII. — XXXV. Anno 13 regni Theuderici,
 cum Theudebertus Bilichildem ^f habebat uxorem, **C**
 quam Brunichildis a negotiatoribus mereaverat, et
 esset Bilichildis utilis, et a cunctis Austrasiis vehe-

die vulgo Biscaya (*la Biscaye*) dicitur, ejus incolæ
 nonnulli etiam antiqui auctores Basculos seu Baselos
 appellant.

^a Id est, *subegerat*. Editi, *rexerat*. Boh., *egerat*;
 quare Cointius putat hunc Francionem a Childeberto
 et Clotario præfectum fuisse Cantabriæ, quam sube-
 gerant, ut colligit ex lib. III Hist. Greg. cap. 29.

^b Aliquot ed., *revocatus*. Porro a parte imperii, id
 est, ab exercitu imperatoris; aut certe legendum ad
 partem, etc., id est, imperio restituta.

^c Colb. alt. manu, et Ch. al., *Bajuvariorum*. Theu-
 delinda primum Authario, Agonis seu Agilulfi de-
 cessori, nupsit. Vide Paulum Diaconum, lib. III cap.
 51, et lib. IV cap. 5 et seqq. Dicitur ex genere Fran-
 corum, non solum quod Bajoaria esset tunc sub
 Francorum ditione, verum etiam quod aviam habue-
 rit, ut multi volunt, Ragintrudem, Theodeber-
 tū filiam. Adde quod matrem habuerit, uti videtur,
 Ultradam relictam Theodebaldi regis.

^d Alii: *Haribertum*, quod perinde est.

^e Hinc dictum faldistorium, vulgo *un falcuil*,
 quam vocem e Saxonico vocabulo *fald* derivatam
 volunt. Vide Cangii Glossarium.

^f Alii, *Belichildis*; et infra, *cerneret*: sed sapiens
 legatos Brunichildæ.

^g Ch. et Freh., *placitus*. Ch. al., *Colcunse et Soi-
 tense*, vel *Segintense*. Col., Bign., Bar., III. et Boeh.,
placitum est in Colecensi et Sobitcnzi fieri. Boh. et
 Colb., in *Colerense et Sogintense*. Hi pagi contermini
 erant, prior in Austria, alter in Burgundia, in quo-
 rum finibus habitum est placitum. Sogintensis no-
 mine designari videtur *le Sontgaw*, in provincia Ma-
 xima Sequanorum versus Elisatiam, quem pagana

menter diligenter, simplicitatem Theudeberti ho-
 neste comportans, nihil se minorem a Brun-
 nichilde esse censeret, sed sæpius per legatos Brun-
 nichildem despiceret, dum ab ipsa increpabatur,
 quod ancilla Brunichildæ fuisset, tandem his et
 aliis verbis, legatis discurrentibus, ab invicem
 vexarentur, placitum inter Colerensem et Suen-
 tensem ^g fitur, ut has duas reginas pro pace inter
 Theudericum et Theudebertum conjungerent ad
 colloquendum. Sed Bilichildis consiliis Austrasiorum
 inibi venire distulit.

AN. DCXIX. — XXXVI. Anno 14 regni Theuderici,
 beati Columbani ^h creverat jam passim fama in ei-
 vitatibus sive ⁱ in universas Gallias et Germaniam
 provincias: eratque omnium rumore laudabilis, om-
 nium cultu venerabilis, in tantum, ut Theudericus
 rex ad eum sæpe Lussovium ^j veniret, et orationum
 suarum suffragia omni eum humilitate deposceret.
 Ad quem sæpissime **612** eum veniret, cœpit vir
 Dei eum increpare, eum concubinarum adulteriis
 misceretur, et non potius legitimi conjugii solami-
 nibus frueretur; ut regalis proles ex honorabili
 regina procederet, et non potius ex lupanaribus vi-
 deretur emergere. Cumque jam ad viri Dei imperium
 regis sermo obtemperaret, et se ab omnibus illicitis
 segregare sponderet, mentem Brunichildis avixæ,
 secunda ut erat Jezabelis ^k, antiquus anguis adit,
 eaque contra virum Dei stimulatam superbia
 aculeo excitat, quia cerneret viro Dei Theudericum
 obedire. Verebatur enim ne, si abjectis concubinis
 reginam aulæ præfecisset, dignitatis atque honoris
 sui modum amptasset. Evenit ergo ut quadam die
 beatus Columbanus ad Brunichildem veniret. Erat

nonnulli superiori Elisatiæ attribuunt. Alter igno-
 tus est.

^h Quæ hic habentur usque ad hujus capituli finem,
 iisdem omnino verbis leguntur in Vita sancti Colum-
 bani per Jonam scripta, num. 51 et seqq., in Actis
 sanctorum ord. Benedictini, sæc. II, pag. 17.

ⁱ Sic antiquissima manu emendatum in cod. Cla-
 rom., qui alias ut editi, habebat: *Beatus Columbanus
 creverat jam passim fama civitatis suæ in, etc.*
 Colb., *fama invitæ suæ*; et altera manu, *invitante*.

^j Editi enim Colb., *Lussovium*, et sic infra. Ibi Co-
 lombanus monasterium condiderat, quod ex tunc et
 sanctitate et monachorum numero percelebre fuit.
 Superest nunc eum oppido cognomini, in Burgundia
 comitato, vulgo *Luxeuil* dictum, congregationi sancti
 Vitoni ord. sancti Benedicti subjectum.

^k Colb. et Clar., *Jezabelis*; Ch. al., *diabolica*. Vet.
 ed. Boeh. et cæteri, *secundum vetera et detestabilia*.
 III., *detestabilis*. Inficiatur Cointius a Theodorico rege
 injustas uxores ductas fuisse, nullamque hujus odi
 causam exstitisse arbitratur, nisi quod Columbanus a
 sui monasterii ingressu sæculares viros, etiam prin-
 cipes, ipsamque Brunichildem arevisset, quam sa-
 lam causam memorat auctor cœtaneus Vitæ sancti
 Agili abbatis Resbacensis. Forte hæc prima fuit ju-
 rgiorum occasio, ex qua, uti fieri solet, aliæ postea
 exortæ fuerunt. Hinc vero mirari subit Patrum no-
 strorum religionem in fugiendo sæcularium consortio.
 Quantum vero diligentiam in servanda hæc ar-
 cendorum sæcularium a monasterio disciplina adhi-
 berent, videsis apud Mabillon. in præf. sæculi I
 Bened. num. 55.

enim tunc apud Brucarnacum ^a villam. Cumque illa eum in aulam venire cerneret, filios Theuderici, quos de adulterinis permixtionibus habebat, ad virum Dei adducit; quos eum vidisset, sciscitatur quid sibi vellent. Cui Bruniehildis ait: Regis sunt filii, tu eos benedictione roboras. At ille: Nequaquam, inquit, istos regalia sceptras suscepuros scias; de lupanaribus emergerunt. Illa furens parvulos abire jubet. Egrediens vir Dei regiam aulam ^b, dum limitem transiliret, fragor ex terrore incussit, nec tamen miseræ feminæ furorem compeseuit, paratque deinde insidias moliri. Vicinis monasterii per nuntios imperat ut nulli eorum extra monasterii terminos iter pandatur, neque receptacula monachis ejus vel quælibet ^c subsidia tribuantur. Cernens **613** beatus Columbanus regios animos adversum se permotos, ad eos properat, ut suis monitis miseram pertinaciæ incentivam frangant ^d. Erant enim tunc temporis apud Spinsiam ^e villam publicam. Quo cum jam sole occumbente venisset, regi nuntiant virum Dei inibi esse, nec regis domibus metare velle. Tunc Theudericus ait, melius esse virum Dei opportunis subsidiis honorare, quam Dominum ex servorum ejus offensa ad iracundiam provocare. Jubeat ergo regio cultu opportune [Al. opportuna] parare, Dei famulo dirigere. Itaque venerunt, et juxta imperium regis oblata [Al. oblatam] offerunt. Qui cum vidisset dapes, et pocula cultu regio administrata, inquit quid sibi ista vellent. Dicunt illi: Tibi a rege fore directa. Abominatus ea ait: Scriptum est: *Munera impiorum reprobat Altissimus* (Prov. xv, 8). Non enim dignum est ut famulorum Dei ora cibis ejus polluantur ^f, qui non solum suis [Al. sua], verum etiam aliorum habitaculis [Al. habitacula] famulis Dei aditum denegat. His dictis, vascula omnia in frusta disrupta sunt, vinaque ac sicera solo diffusa, cæteraque separatim dispersa. Pavefacti ministri, rei gestæ casum [Al. causam] regi nuntiant. Ille pavore percussus eum avia diticulo ad virum Dei properant. Precantur de commissis veniam, se in posterum emendare pollicentur. His pæcatis promissionibus monasterium rediit, sed polliciti vadimonii jura non diu servata violantur ^g: exercentur miseriarum incrementa, solitoque a Rege adulteria patrantur. Quibus auditis, beatus Columbanus litteras ad eum verberibus ^h plenas direxit, comminaturque excommunicationem, si emendari dilataudo non vellet. Ad hæc rursus permota Bruniehildis, regis animum

A adversus sanctum Columbanum excitat, omnique eonatu perturbare intendit; oratque proceres aulicos, optimates omnes, ut regis animum contra virum Dei perturbarent: episcoposque sollicitare aggressa, ut de ⁱ ejus religione detrahendo, statum regulæ, quam suis custodiendam **614** monachis indiderat, macularent. Obtemperantes igitur aulici regii persuasionibus miseræ reginæ, animum regis contra virum Dei perturbant, cogentes ut accederet ac religionem probaret abactus ^j. Itaque rex ad virum Dei Lussovium venit, conquestusque cum eo, cur a comprovincialibus moribus descisceret, et intra septa secretiora omnibus Christianis aditus non pateret. Beatus itaque Columbanus, ut erat audax atque animo vicens, talibus objicienti regi respondit: Se consuetudinem non habere ut sæcularibus hominibus et religione alienis famulorum Dei habitationis pandat introitum. Sed opportuna aptaque loca ad hoc habere parata, quo omnium hospitem adventus suscipiatur. Ad hæc rex: Si, inquit, largitatis nostræ munera et solaminis supplementum capere cupis, omnibus in locis omnium patebit introitus. Vir Dei respondit: Si quod nunc usque sub regularis disciplinæ habenis constrictum [Al. constructum] fuit violare conaris, nec tuis muneribus, nec quibuscunque subsidiis me fore a te sustentaturum. Et si hanc ob causam tu hoc in loco venisti, ut servorum Dei cœnobia destruas, et regularem disciplinam macules, scito tuum regnum funditus ruiturum, et cum omni propagine regia periturum [Al. demersurum]. Quod ^C postea rei probavit eventus. Jam enim temerario conatu rex refectorium ingressus fuerat. His ergo territis dietis foras celer repedit. Duris post hæc viri Dei increpationibus ^k rex urgetur. Contra quem Theudericus ait: Martyrii coronam me tibi illaturum speras: non esse me tantæ dementiæ scias, ut hoc tantum patrarem scelus, sed potioris consilii tibi scias utilia paraturum, ut qui ab omnium sæcularium moribus disciscit ^l, qua venerit, ea via repedare studeat. Aulici simul consoua voce vota prorumpunt, se habere in his locis non velle, qui omnibus non societur. Ad hæc beatus Columbanus se dicit de cœnobii septis non egressurum, nisi violenter abstrahatur. Discessit **615** ergo rex, relinquens virum quemdam procerum, nomine Baudulfum ^m. Is ergo ^D cum remansisset, virum Dei a monasterio petuit, et penes Vesontionem oppidum ad exsulandum perducit, quoadusque ex eo regalis sententia quod voluis-

diu servatur. Violenter.

^h Editi vel., *objurgationibus.*

ⁱ Alii, *et de ejus... et statum.* Colb. altera manu, sicut et Jonas in Vita sancti Columbani, *et ut ejus religioni detrahentes statum*, etc. Clarom., *infra, macularet.*

^j Chesn., *adactus.* Jonas, *coactus itaque rex.*

^k Quæ sequuntur ad hæc verba, *qua venerit*, ope mss. et Jonæ restituimus, quæ in editis mendosa sunt.

^l Alii, *recesserat*, aut *disciscat.*

^m Colb., Boh. et plerique ed., *Audulfum*, aut *Adulfum*. Cl. al. et Freh. al., *procerem*, nomine *Audulfum*.

^a In Vita sancti Columbani *Brocarica* dicitur. Viens est inter Cabilonum et Augustodunum positus, dictus vulgo *Bourcheresse*.

^b Alii, *reginæ aulam.* Infra, *parat quidem inde.*

^c Colb. et ed., *vel quilibet.*

^d Sic Boh.; alii, *miseræ... intentum fragat.*

^e Alias, *Spissia*, vulgo *Esposse*, inter Sinemurum et Montem regalem sita in Burgundiæ ducatu haud procul a Sereno fluvio, qui post emensum pagum Antisiodorensium leauuæ jungitur.

^f Boh., *est famulorum Dei orationibus, ut his polluantur*, Freh., *dignus est... is polleatur.* Aliquot ed. vet., *ut famuli Dei muneribus ejus polluantur.*

^g Freh., *sed pollicitum vi dæmonii iurantium non*

set decerneret. Post hæc vir Dei cernens, quod nullis custodiis angeretur, a nulloque molestiam ferret; videbant enim omnes in eo Dei virtutem flagrare, ideoque omnes ab ejus injuriis segregabantur, ne socii culparum forent; ascendit ergo Dominica die in verticem ardui cacuminis montis illius, ita enim sinus urbis habetur, cum domorum densitas in defuso [Al. diffuso] latere proclivi montis sita sit, prorumpens ^a a rdua in sublimibus cacuminibus, qui, undique ei abscissi fluminis Dovæ ^b alveo vallante, nullatenus commeantibus viam pandit, ibique usque ad mediam diem exspectat, si aliquis iter ad monasterium revertendi prohibeat. Et cum nullus contrarius existeret, ipse per mediam urbem cum suis ad monasterium regreditur. Quo audito, Brunichildis ac Theudericus, quod scilicet ab exilio revertisset, atrocioribus iræ aculeis stimulantur, jubentes Berthario comiti attentius perquirendum virorum ^c cum præsidio, simulque et Baudulfum, quem superius dixeram, destinant. Quo cum venissent, beatum Columbanum in ecclesia positum, psallentio ^d ac orationi deditum cum omni congregatione fratrum, reperiunt; sicque virum Dei alloquuntur: Precamur ut ^e tam regis quam etiam nostris obedias præceptis, egressusque eo itinere quo primum his adventasti in **616** locis. At ille: Non enim, inquit, reor placere Conditori ad semel natale solum ob Christi timorem relictum denuo repedare. Cumque nullatenus cernerent sibi virum Dei obaudire, relictis quibusdam, quibus ferocitas animi fortior inerat, Bertharius abscessit. Hi vero qui remanserant virum Dei hortantur ut illis misereatur, qui ad tale opus patrandum infeliciter fuerant relictis, eorumque periculo consuleret; qui si cum violenter non abstraherent

^a Chesn. et cæteri, *prorumpunt*.

^b Editi plerique cum Colb., *Deme. Boh., Devæ, Freh., Denæ, Ch. al., Duvi*. Est Dubis fluvius (le Doubs) qui Vesontionem Sequanorum metropolim aluit.

^c Colb. et plerique ed., *virum... superius direxerat*.

^d *Psallentio*, id est, ut hodie loquimur, psalmodiæ. Unde non recte emendarunt qui posuere *psallentem*.

^e Editi plerique, *ut non tam regis*.

^f In Vita sancti Columbani, *Ragamundus*. Freh., *Râgumundus*.

^g Colb. alt. manu sic habet: *Sed admonitus per spiritum quod semel reliquerat ne iterum repeteret, gressum retro retorquens Italiam expetit*.

^h Situm est Bobium in valle profundissima in Alpibus Cottis ad fluxivolum cognominem, haud procul a flumine Trebia et Apennino. Crevit in urbem, episcopali sede donatam anno 1014. Superest tamen adhuc monasterium, licet exiguum, sub congreg. Casinensi. De quo plura videsis in Itinere Italico Mayilloniano, pag. 245. Obiit sanctus Columbanus an. 615, cujus festum Beda et Wandelbertus xi, alii ix kal. Decembris consignant. Eum Paulus Diaconus in Gest. Langob., Aimoinus et cæteri laudant.

ⁱ In Colb. altera, sed antiqua manu, hæc ad marginem addita sunt, quæ videntur ex anonymo qui Gesta Francorum scripsit sub Theoderico rege desumpta ex cap. 58: *Brunichildis vero regina non cessabat quotidie Theudericum monere dicens: Quare negligis, et quare non requiris thesaurum patris tui ac regnum ejus de manu Theudeberti, cum scias eum non esse fratrem tuum. In adulterio enim de concubina pa-*

A mortis eos periculum incurrere. At ille se ait jam sæpius testatum esse, nisi vi abstraheretur, non discessurum. Illi gemino vallati periculo, undique urgente formidine, pallium quo indutus erat attingunt; alii genibus provoluti cum lacrymis precantur, ut pro tanti sceleris culpa illis ignosceret, qui non suis desideris, sed regis obtemperarent præceptis. Videns itaque vir Dei periculum fore, si suæ severitati satisfaceret, cum omni ejulatu atque mœrore egreditur, deputatis custodibus, qui quousque ditiois suæ regno pelleretur, non eum relinquerent. Inter quos primus Ragumundus ^f erat, qui eum Namnetis usque perduxit. Sicque a regno Theoderici expulsus, iterum Hiberniam insulam repedare disposuit. Sed ut ^g nulli penitus iter gradiendum sit pontificium, nisi B permissu Altissimi; ipse vero sanctus Italiam expectens, monasterium in loco, nomine Bobio ^h, illic construens sanctæ conversationis, plenus dierum migrat ad Christum ⁱ.

AN. DCX. — XXXVII. Anno 15 i regni Theoderici, cum Alasaciones ^k, ubi fuerat nutritus, præcepto patris sui Childeherthi tenebat, a Theudeberto ritu barbaro **617** pervaditur. Unde placitum inter hos duos reges, ut Francorum judicio finiretur, Saloissa ^l castro instituunt. Ibique Theudericus cum scaritis ^m tantum decem millibus accessit. Theudebertus vero cum magno exercitu Austrasiorum inibi prælium velens committere aggreditur, quod cum undique Theudericus ab exercitu Theudeberti circumdaretur, coactus atque compulsus Theudericus, timore perterritus, per pactionis vinculum Alsacios ad partem Theudeberti firmavit; etiam et Suggentenses et Turenenses et Campanenses ⁿ, quos sæpius repetebat, idemque amisi-se visus est. Regressus uterque ad sedes pro-

tris tui procreatus est. His itaque ac talibus incitationibus utcumque percitus, cæpit alter in alterum consurgere. Vide, supra, cap. 27.

^l Sic mss. et Freh.; at Col., Bign., Bar. et Boch., mendose, anno 12. Ch. annum non exprimit.

^k Id est Elisatiam, seu Alsatiam, provinciam notissimam, ubi apud Marilegium nutritus fuerat Theudericus, uti refert Gregorius Turonensis. Ex hoc autem loco vir cl. Obrechtus in Prodomo rerum Alsaticarum merito eorum opinionem rejicit, qui scripsere Alisatiæ nomen ante sæculum viii nusquam apud auctores reperiri.

^l Mirum est quam variis modis scriptum fuerit hujus loci nomen, qui situs est ad Rhenum inter Tabernas et Brocomagnum, dictus vulgo *Seltz*. Vide Notitiam Valesii ad vocem *Saletio*.

^m Mss., *utrumque*. Porro scaritorum nomine milites designari puto, sic a *scara* dictos, qua voce militum cuneus, sive bellatorum acies exprimitur. Hinc vox nostra gallica *escarmouche* profluxit. Vide Altesserran in luac locum, et Cangii Glossarium.

ⁿ Jam supra diximus, ad caput 55, de comitatu Suggintensi, vulgo *Suntgaw*. Turenensis vero, quem incante Aimoinus Turonensem appellat, videtur esse *le Turgaw*, pagus Helvetiorum inter pagum Tigurinum et lacum Constantiensem. Campanensis nomine hic designari putat Cointius eam Campaniæ partem quæ est circa Sequanæ ripas, supra infraque Tre-carum urbem, quam antea Gimbrannus tenebat. Verum pagus hic memoratus haud procul a Suggintensi et Turenensi videtur abfuisse. Ch. al. et Freh. al. habent *Campianenses*.

prias. His diebus et Alamanni in pago Auenticensi ^a Ultra-Jurano hostiliter ingressi sunt, ipsumque pagum prædantes, Abbelinus et Herpinus ^b comites cum cæteris de ipso pago comitibus cum exercitu pergunt obviam Alamannis. Uterque phalangæ waggas ^c jungunt ad prælium; Alamanni Trans-Jurano superant, plurimam eorum gladio trucidant, et prosternunt; maximam partem territorii Auenticensis incendio coneremant; plurimorum nimium hominum multitudinem exinde in captivitatem duxerunt; reversique eum præda pergunt ad propria. Theudericus ob has injurias deinceps integra assiduitate consilium iniebat, quo pacto Theudebertum potuisset opprimere. Eo anno Bilichildis ^d a Theudeberto interficitur. Theudebertus puellam, nomine Theudichildem, accipit uxorem.

AN. DCXI. — Anno 16^o Theuderici, Theudericus legationem ad Chlotharium direxit, **618** indicans se contra Theudebertum, eo quod frater suus non esset, hostiliter velle aggredere, si Chlotharius in solatio Theudeberti non esset; ducatum Dentelini ^e, quem contra Theudebertum cassaverat, si Theudericus Theudebertum superaret, Chlotharius supra memoratum Dentelini ducatum in suam ditionem recipe-ret. Hæc convenientia a Theuderico et Chlothario, legatis intercurrentibus, firmata, Theudericus movet exercitum.

AN. DCXII. — XXXVIII. Anno 17 Theuderici regis, Lingonas de universis regni sui provinciis mense Madio exercitus adunatur, dirigensque per Andelaum ^e, Nasio castro capto, Tullum civitatem perrexit. Ibi Theudebertus cum Austrasiorum exercitu obviam pergens, in Tullensi campania configunt certamine. Theudericus superat Theudebertum, eoque exercitum prosternit. Cæsa est de exercitu eodem prælio nimia multitudo virorum fortium. Theudebertus terga vertens per territorium Mettense veniens, transitu Vosago, Coloniam fugaciter pervenit. Theudericus post tergum eum exercitu insequens, beatus et apostolicus vir Leonisius ^h, Maganeensis urbis episcopus, diligens utilitatem Theuderici, et odiens stultitiam Theudeberti, ad Theudericum veniens dixit: Quod cœpisti perficito, satis te utiliter

^a Auentium, urbs olim celebris et Helvetiorum caput, hodie ad vicum redacta, episcopum habuit Marium Chronici scriptorem, qui subscripsit conc. Matis. n an. 585, nunc vero sedes ejus episcopalis Lausannam translata est. A nobis *Avenche*, ab incolis *Uwflisburg* appellatur.

^b Aliquot editi, *Appellinus et Erpinus*; al., *Abbelinus*.

^c Sic mss. Editi aliquot, *ordines*. Et infra, *plurimi eorum*; Colb., *plures tunc*.

^d Alii, *Belichildis*. Erat ipsius Theodeberti uxor, ex cap. 35, supra.

^e Clar. et aliquot Editi, anno 15.

^f Alii, *Denzelini*, et infra.

^g Hic locus, ut jam alias monuimus, priscum nomen retinet, vulgo *Andelot* in Lingonum diœcesi versus Nasium castrum Leuœorum, quod nunc in ducatu Barrensi situm ad Ornam flumen, *Naz* vulgo appellatur. Nasium olim celebre fuit, uti patet ex vetustis auctoribus et ex nummis antiquis, qui ibi frequenter

oportet hujus rei causam expetere. Rustica fabula dicitur, quod cum lupus ascendisset in montem, et cum filii sui jam venare cœpissent, eos ad se in monte vocat, dicens: « Quam longe oculi vestri in quamquamque partem **619** videre prævalent, non habetis amicos, nisi paucos qui de vestro genere sunt. Perficite igitur quod cœpistis. » Theudericus cum exercitu Ardennam transiens Tolbiaeum pervenit. Theudebertus eum Saxonibus, Thuringis et cæteris gentibus, quos de ultra Rhenum, vel undique potuerat adunare, contra Theudericum Tolbiaeum perrexit, ibique denuo commissum est prælium. Fertur a Franciis cæterisque gentibus ab antiquis ⁱ sic forte nec aliquando fuisse prælium conceptum.

Ibi cum tanta strages ab utroque exercitu facta est, **B** ut phalanges in ingressu certaminis contra se præliantes ^j, cadavera virorum occisorum undique non haberent ubi inclinata jacerent, sed stabant mortui inter cæterorum cadavera stricti quasi viventes. Sed Domino præcedente iterum Theudericus Theudebertum superat, et a Tolbiaeo usque Coloniam exercitus Theudeberti gladio trucidatur. Per loca oram terræ cooperuit, ipsoque die Coloniam perrexit, omnesque thesauros Theudeberti inibi recepit. Dirigensque Theudericus ultra Rhenum post tergum Theudeberti Bertharium cubicularium, qui diligenter Theudebertum insequens, cum jam eum paucis fugeret, ipsum captum Bertharius Coloniam conspectui Theuderici præsentat, exutum vestibus regalibus ^k. Theudebertus exspoliatus, equusque ejus eum stratura regia, hoc totumque Berthario a Theuderico conceditur. Theudebertus vinetus Cabillono destinatur; filius ejus, nomine Meroveus, parvulus, jussu Theuderici apprehensus a quodam per pedem ad petram percutitur, cerebrum ejus capite eruptum amisit spiritum. Chlotharius ducatum Dentelini secundum convenientiam Theuderici integrum suæ ditioni redigit. Ob quam rem Theudericus cum jam toti Austro ^l **620** dominaretur, nimia indignatione commotus, contra Chlotharium exercitum movet.

AN. DCXIII. — Anno 18 regni sui de Auster et Burgundia movere præcepit, legationem prius dirigens, ut se Chlotharius de jam dicto ducatu Dentelini omni

inveniuntur. Certe enim in ea regione versaremur an. 1696, detecta est camera, cujus muri musivo incrustati erant, ex quibus lapilli quadrati inde eruti ad nos delati fuerunt. Hunc autem locum male nonnulli Nanceium Lotharingiæ caput esse scripserunt.

^h In Clar. et Ch. al., *Lesio*. Fuit Moguntinus episcopus, quem alio nomine Lindegasium, seu Ludegastum appellatum fuisse Cointius dicit. Sanctus Lindegasius dicitur a Bruscho in catalogo episc. Moguntinorum.

ⁱ Alii, *ab antiquo tam nunquam fuisse prælium factum*.

^j Cod. Clar., *ubi phalanges... præliantur, ut cadavera*.

^k Chesn., *præsentat exhibitum veste regali*, etc. Colb. utramque lectionem habet, et infra aliquot, *cum ferratura*.

^l Sic Clar. semper Austriam designat, Editi variant

modo removeret; alioquin noverit se exercitu Theoderici undique regnum Chlotharii impleturum. Quod verbum, quemadmodum legati nuntiarant, probavit eventus.

XXXIX. Ipso quoque anno jam exercitus contra Chlotharium aggrediebat, cum Theudericus Mettis profluvio ventris moritur. Exercitus protinus rediit ad proprias sedes. Brunichildis cum filiis Theoderici quatuor, Sigiberto ^a, Childeberto, Corbo, et Meroveo Mettis residens, Sigibertum in regno patris instituere nititur.

XL. Chlotharius, factione Arnulfi et Pippini ^b, vel cæterorum procerum Auster ingreditur. Cumque Antonnacum ^c accessisset, et Brunichildis cum filiis Theoderici Warmaciæ ^d resideret, legatos, his nominibus, Chadoinum et Herponem ^e, ad Chlotharium direxit, contestans ei ut se de regno Theoderici, quod filiis reliquerat, removeret. Chlotharius respondebat, et per suos legatos Brunichildi mandabat, iudicio Francorum electorum ^f, quidquid præcedente Domino a Francis inter eosdem iudicabitur, pollicetur sese implere. Brunichildis Sigibertum seniore filium Theoderici in Thoringiam direxit, cum quo ^g Warnacharium majorem domus et Alboenum cum cæteris proceribus destinavit, ut gentes quæ ultra Rhenum sunt attraherent, qualiter Chlothario potuissent resistere. Post tergum indiculum direxit, ut Alboenus cum cæteris Warnacharium interficeret, eo quod se in regnum Chlotharii vellet transferre.

621 Quem indiculum relectum Alboenus disruptum projecit in terram. Inventus est a puero Warnacharii: super tabula cera linita denuo ipse solidatur ^h. Quo indiculo relecto, Warnacharius cernens se vitæ periculum habere, deinceps cogitare cœpit quo pacto filii Theoderici opprimerentur, et in regnum Chlo-

^a Sic Clar. Ed. cum Boh. et Colb., *Sigoberto*, et sic semper.

^b Arnulfus episc. Mettensis, de quo et Pippino infra.

^c Colb. et Bohier. cum Ed. plerisque, *Captonacum*. At hic Antonnacum designatur, vulgo *Adrenach*, oppidulum inter Bonnam et Confluentes sub ditione archiepiscopi Coloniensis. Captonacum vero palatium fuit haud procul Lutetia dissitum, cuius situs incertus est, nisi sit vicus *Chatou*, prope Sanctum Germanum in Laia. Vide lib. iv de Re Diplomatica num. 29.

^d Urbs notissima, vulgo *Worms*.

^e Ed. aliquot et Colb., *Erbone*; Boh., *Caduno*.

^f Alii, *electo*. Res majoris momenti iudicio Francorum, id est ordinum seu statuum regni fiebantur. Eo capitali sententia damnatus fuit Bernardus Italiae rex, qui adversus Ludovicum Pium patrum suum conjuraverat, quam poenam temperavit Ludovicus, oculorum orbitate contentus. Huic successit duodecim Parium Franciæ, tum parlamentorum, institutio.

^g Ch., Freh. et cæteri, *direxit, apud quem Warnacharium*, al., *Warnarium, Alboinum*.

^h Al., *linitus denuo solidatur*. Hinc Chiffletius in Anastasi Childerici infert reges nostros pugillaribus ceratis usos fuisse, quibus mandata sua (indiculi hic dicuntur) committebant.

ⁱ Colb., *Brunichildis missis. nitebatur*.

^j Colb. et aliquot Editi, *barones*, quæ vox postea maxime in usu fuit ad designandos regni optimates. Barones autem dicti sunt quod e nobili *fara* editi sint.

A tharius eligeretur. Gentes quæ illie attraetæ iurant consilio secreto de solatio Brunichildis et filiorum Theoderici procul fecit abesse: exinde regressi cum Brunichilde et filiis Theoderici, Burgundias appetunt, missis ⁱ per universum Auster discurrantibus, exercitum movere nitentur.

XLI. Burgundiæ farones ^j vero, tam episcopi quam cæteri leudes, timentes Brunichildem, et odium in eam habentes, cum Warnachario consilium inientes tractabant, ut neque unus ex filiis Theoderici evaderet, sed, eis omnibus oppressis, et Brunichildem dederent, et regnum Chlotharii [Al. Chlothario] expeterent, quod probavit eventus. Cumque jussu Brunichildæ et Sigiberti filii Theoderici exercitus de Burgundia et Auster contra Chlotharium aggrediretur.

XLII. Veniensque Sigibertus in Campaniam territorii Catalaunensis ^k super fluvium Axonam ^l, ibique Chlotharius obviam cum exercitu venit, multos jam de Austrasiis secum habens factione Warnacharii majoris domus, sicut jam olim tractaverat, **622** consentientibus Aletheo patricio, Roccone, Sigaldo et Eudelane ducibus. Cumque in congressu certaminis debuissent cum exercitu configere, priusquam præliari cœpissent, signa dantes, exercitus Sigiberti terga vertens redit ad proprias sedes. Chlotharius paulatim, ut convenerat, post tergum cum exercitu sequens, usque Ararim Saogonnam ^m fluvium pervenit. Captis filiis Theoderici tribus, Sigiberto, Corbo et Meroveo, quem ipse de fonte excepit, Childebertus fugaciter ascendens ⁿ, nec unquam postea fuit reversus. Austrasiorum exercitus illæsus revertitur ad proprias sedes. Factione Warnacharii majoris domus, cum reliquis maxime totis proceribus de regno Burgundiæ, Brunichildis ab Herpone comestabulo de

Faræ enim generationes sunt, seu lineæ, ut habet lex Langob. lib. iii tit. 14, et monet Paulus Diaconus lib. ii Hist. Langobard. cap. 9. Unico verbo legendam esset Burgundofarones, ut infra cap. 44, et hic Boher., *burgundofarones*. Etenim sanctus Faro, episcopus Meldensis, Burgundofarus appellabatur, ejusque soror Burgundofara, ut ex eorum Vitis patet in sancto Benedictino.

^k Ch., *Campaniæ territorium Catalaunense*; alii, *Campaniam Catalaunensem*.

^l Editi aliquot cum Boh. et Colb., *Coxoniam*. Item aliquot Ed., mendose, *fluvium Coxoma*. Sed hic designatur Axona (*l'Aisne*), Campaniæ fluvius, qui Suesionibus irrigatis Isaræ permiscetur prope Compendium.

^m Clar., *Sauconnam*. Colb., *Sagonnam*, quæ omnia eundem fluvium (*la Saône*) designant. Unde Freh. et Chesn. habent *id est Saogonnam*.

ⁿ Colb., secunda manu, *fugam iniens ascenso equo nunquam postea visus est*. Iluc porro revocandum est id quod narrat Florentius presbyter Tricastinus in Vita sanctæ Rusticulæ abbatissæ Arelatensis, apud Chesnium, tomo i, pag. 565, ubi accusata fuisse dicitur apud Chlotharium, *quod illa occulte regem nutret*. Non enim alius est iste rex quam Childebertus hic memoratus. Unde hac accusatione recepta, Chlotharius, irata commotus, diligentissime rei veritatem indagari mandavit; veritus quippe ne ille in patris sui regnum reditum meditaretur.

pago Ultra-Jurano ex villa Urba^a una cum Theudelauc germana Theuderici producitur, et Chlothario Rionava vico^b super Vincenna fluvio præsentatur. Sigibertus et Corbus filii Theuderici jussu Chlotharii interfecti sunt. Meroveus secretius jussu Chlotharii in Neprico^c perducitur, eundem amplectens amore, quod ipsum de sancto excepisset lavacro. Ingobodo Graffioni^d commendatur, ubi plures post annos vixit. Chlotharius, cum Brunichildis suo conspectui præsentaretur, et odium contra ipsam nimium haberet, reputans ei eo quod decem reges Francorum per ipsam interfecti fuissent, id est, Sigibertus, et Meroveus, **623** et genitor suus Chilpericus, Theudbertus et filius suus Chlotharius, item Meroveus filius Chlotharii, Theudericus, ejusdemque filii tres, qui ad præsens extincti fuerant, per triduum eam, **B** ut thesauros, quantum poterat, secretissime ad Sedunis suam civitatem transferret, eo quod esset locus tutissimus, et Aletheus esset paratus^m, suam relinquens uxorem, Bertethrudem reginam accipere eo quod esset regio genere de Burgundionibus, ipse post Chlothariumⁿ posset regnum assumere. Regina Bertethrudis cum hæc audisset, verita ne veritas subsisteret, in lacrymas prorumpens abiit in cubiculum. Leudemundus cernens se hujusmodi verbis habere periculum, fugaciter per noctem Sedunis perrexit. Exinde latenter fuga Lassoivium ad domnum Austasium abbatem^o pervenit. Post hæc ab ipso abbate cum domno Chlothario his culpis excusatur, et ad suam reversus est civitatem. Chlotharius Massolaco^p villa cum proceribus residens, Aletheum ad se venire **C** præcepit: hujus consilio iniquissimo comperto, gladio trucidare jussit.

AN. DCXVI. — Anno 55^q regni Chlotharii Warnacharium majorem domus cum universis pontificibus, sed et Burgundæfarones^r Bonogelo villa ad se venire præcepit, ibique cunctis illorum **625** justis petitionibus annuens, præceptionibus roborat.

XLIII. Cum anno 30 regni sui Burgundiæ et Au-

^a Plerique Editi, *Urbana cum*. Clar. et Ch. al., *Orba*. Utrumque nomen *Urba* et *Orba*, apud auctores occurrit, vulgo dicitur *Orbe*, seu *Orbach*, castrum cognomini fluvio impositum in Burgundiæ libero comitatu.

^b Colb. cum plerisque Editis, in *Novo vico*. Rionavam Cointius interpretatur *Rionne*. Vincenna (*la Vicenne*, seu *Vigenne*) in Ararim influit prope Pontem Arleium.

^c Sic semper Clar. At Boh., Ch. et Freh., *Neptriam*, al. *Neptrico*, Col., Bign., Bar., Boch. et Ill., *Neustriam*, quibus omnibus eadem Neustria designatur.

^d Graffiones iidem erant ac comites seu iudices pagorum, ut ex variis auctoribus antiquis patet, quos videsis in Cangii Glossario. Eos autem sic dictos putat Chiffletius in Anastasi Childerici, quod graphiarum regis custodirent. Graviones passim scribuntur, et hodieque Lantgravi apud Germanos nobilissimi habentur.

^e Al., *ferocissimi*, et infra, *comam*.

^f Brunichildem falso a Jona et Fredegario multorum criminum accusatam fuisse pluribus contendit Cointius, quem, si lubet, consule, potissimum ad annum 613, ubi ejus apologiam scribit, ac laudes ejusdem ex variis monumentis congerit. Ejus supplicium describitur quoque in Marii appendice; locum intergrum habes in appendice hujus voluminis.

^g Clotarius I, filius Chlodovei, defunctis fratribus et nepotibus suis, monarchiam obtinuerat.

ster regnum arripuisset, Herponem [*Al. Herpinum*] ducem, genere Francum, loco Eudelani in pago Ultra-Jurano instituit: qui dum pacem in ipso pago vehementer arripuisset sectari, malorum nugacitatem reprimens, ab ipsis pageusibus, instigante parte adversa, consilio **624** Alethei patricii et Lendemundi episcopi et Herponis comitis, per rebellionis audaciam Herpo dux interficitur. Chlotharius cum in Alsatia villam, Marolegiam^k cognomento, cum Bertethrude [*Al. Bertrude*] regina accessisset, pacem sectatus, multos inique agentes gladio trucidavit.

XLIV. Leudemundus quidem episcopus Sedunensis^l ad Bertethrudem reginam veniens secretius, consilio Alethei verba ignominiosa dixit, quod Chlotharius eodem anno omnimodis migraret de sæculo, **B** ut thesauros, quantum poterat, secretissime ad Sedunis suam civitatem transferret, eo quod esset locus tutissimus, et Aletheus esset paratus^m, suam relinquens uxorem, Bertethrudem reginam accipere eo quod esset regio genere de Burgundionibus, ipse post Chlothariumⁿ posset regnum assumere. Regina Bertethrudis cum hæc audisset, verita ne veritas subsisteret, in lacrymas prorumpens abiit in cubiculum. Leudemundus cernens se hujusmodi verbis habere periculum, fugaciter per noctem Sedunis perrexit. Exinde latenter fuga Lassoivium ad domnum Austasium abbatem^o pervenit. Post hæc ab ipso abbate cum domno Chlothario his culpis excusatur, et ad suam reversus est civitatem. Chlotharius Massolaco^p villa cum proceribus residens, Aletheum ad se venire **C** præcepit: hujus consilio iniquissimo comperto, gladio trucidare jussit.

AN. DCXVI. — Anno 55^q regni Chlotharii Warnacharium majorem domus cum universis pontificibus, sed et Burgundæfarones^r Bonogelo villa ad se venire præcepit, ibique cunctis illorum **625** justis petitionibus annuens, præceptionibus roborat.

^h Boh., *per sexdecim annos*. Freh., *post quindecim annos*.

ⁱ Id est, vituperatur, gallice *blâmé*, ut jam observavimus.

^j Chesn. et Freh., *Theudelanis* Ch. al., *Eudelanis*.

^k Sic Clarom., optime. Colb. et Cnesn., *Marolegiam*; Ch. al., *Maurolegico*. Editi plerique, *villam Aurolegiam*. De hac supra diximus.

^l Sic Clarom., at Colb. et Boh. cum Editis plerisque, *Sidonensis*. Et sic inferius. Sedunum, vulgo *Sion*, in Valesia, de qua urbe jam diximus.

^m Freh. et Ch., *patricius qui acciperet*. Ed. nonnulli, et sic semper, *Bertrudem*, al., *Bertrudem* appellant.

ⁿ Colb. et alii Editi, *sub Chlotario*. Freh. *ipsa sub Chlotario*.

^o Editi plerique, *ad domum Austasii abbatis*. Sic et Colb., qui cum Freh. et Ch. al. habet *Austrasii*. Is est sanctus Eustasius beati Columbani successor, ejus vita ex Jona habetur sæculo n. Bened. inter Acta Sanctorum, ad annum 625.

^p Clar., *Masolacum*. Hujus villæ situs ignotus est. Vide lib. iv de Re Diplomati.

^q Sic Clar. Cæteri omnes cum Aimoino, *anno 24*, id est, 617.

^r Sic Clar.; at Colb. cum Edit., *pontificibus Burgundiæ et faronibus*. Boh., *Burgundiæ faronis*. Canonnes decem ex eod. ms. Rhemensis Ecclesiæ refert Pe-

XLV. Langobardorum gens quemadmodum tributa a duodecim millia solidorum ditioni Francorum annis singulis dissolvebant, referam; vel quo ordine duas civitates, Augustam et Siusium ^a cum territoriis a parte Francorum cassaverant, non abscondam. Defuncto Clep ipsorum ^b principe, duodecim duces ^c Langobardorum duodecim annis sine regibus transigerunt. Ipsaque tempore, sicut supra scriptum legitur, per loca in regnum Francorum proruperunt; pro ea præsumptione in compositione Augustam et Siusium civitates cum integro illorum territorio et populo, partibus Guntchramni tradiderunt. Post hæc legationem ad Mauricium imperatorem dirigunt; ii duodecim duces singulos legatarios destinant, pacem et patrocinium imperii petentes. Idemque et alios legatarios duodecim ad Guntchramnum et Childebertum destinant, ut patrocinium et defensionem Francorum habentes, duodecim millia solidorum annis singulis his duobus regibus in tributa implerent, vallem cognomento Anctegis partibus Guntchramni cassantes, ut his legatis, ubi plus congruebat, patrocinium sibi firmarent. Post hæc integra devotione patrocinium eligunt Francorum. Nec mora, post permissu Guntchramni et Childeberti Autharium ^d ducem super se Langobardi sublimant in regno. Alius Autharius idemque dux, cum integro suo ducatu se ditioni tradidit imperii, ibique permansit, et Autharius **626** rex tributa quæ Langobardi ad partem Francorum sponderant, annis singulis reddidit. Post ejus discessum filius ejus Ago ^e, in regnum sublimatus, similiter implese dignoscitur.

AN. DCXVII. — Anno 34 ^f regni Chlotharii, legati tres nobiles ex gente Langobardorum Agiulfus, Pom-

trus Delalande in Supplemento antiquorum Conciliorum Galliæ, pag. 62, ad an. 618, quos in hac synodo conditos existimat. Complures sub nomine Bonegesili villæ faciunt situm incertum, quæ regia fuit; vulgo dicuntur *Boneil*. Hic Cointius designari vult eam quæ in Briegio prope Matronam sita est haud procul a Calensi monasterio; alii alteram in agro Parisiensi positam. Vide lib. iv de Re Diplomat.

^a Ea est Augusta Prætoria Salassorum, vulgo *Aoust*; Suisium vero, seu Segusium, *Suze*; quæ antea ex Italia Transpadana, tum in Liguria censebantur, post hanc cessionem ad Burgundiam pertinere. Vide Valesii notitiam. Ed., infra, ad partem.

^b Freh., *Clepioso summo*. Ch., *Clepeo summo*. Al. Ed., *Clepioso principe*.

^c Paulus Diac. triginta quinque duces fuisse scribit lib. ii cap. 52.

^d Colb. et aliquot Ed., *Chlotharium*. Alii, cum *Chlothario*. Vide lib. iii Hist. Lang. Paul. Diac.

^e Ago seu Agilulfus Antharii filius non fuit. Unde hæc ad Adoloaldum Agonis filium revocanda esse conjicit Valesius. Sed Fredegarius putavit Agonem Antharii fuisse filium, quod ei in regno successisset.

^f Sic Clarom. Cæteri, anno 35, qui est 618.

^g Alii, *Agiulfus*, *Pompeius*, *Guto*. Ago autem, secundum Cointii calculum, tunc defunctus erat. Si tamen, ut aliis placet, an. 592 thronum subiit ad annos 25, ut scribit Paulus Diac., ad hunc annum 617 pervenit, indeque firmabitur cod. Clarom. lectio.

^h Alii, *Hunus*, seu cum Colb., *Chunus*. Porro Warnacharius erat major domus in Burgundia, Gunt-

pegius, et Gauto, ab Agone ^g rege ad Chlotharium regem destinantur, petentes ut illa duodecim millia solidorum, quæ annis singulis Francorum ærari dissolvebant, debuissent cassari, exhibentes ingeniose secretius tria millia solidos, ex quibus Warnacharius mille, Gundelandus mille, et Chucens ^h mille acceperunt: Chlothario vero triginta sex ⁱ millia solidorum insimul exhibebant. Quare consilio supra scriptorum, qui occulte xeniati fuerant, Chlotharius ipsa tributa a parte Langobardorum cassavit et amicitiam perpetuam cum Langobardis sacramentis et pactis firmavit.

AN. DCXVIII. — XLVI. Anno 35 ^j regni Chlotharii Bertethrudis regina moritur, quam unico amore dilexerat Chlotharius, et omnes leudes bonitatem ejus videntes vehementer amaverant.

AN. DCXXII. — XLVII. Anno 39 ^k regni Chlotharii Dagobertum filium suum consortem regni faciendumque super Austrasios regem instituit, retinens sibi quod Ardenna et Vosagus ^l versus Neuster Burgundiam excluderent.

AN. DCXXXIII. — XLVIII. Anno 40 regni Chlotharii, homo quidam, nomine Samo, natione Francus de pago Sennonago ^m plures secum negotiantes asseruit, ad **627** exercendum negotium in Sclavos cognomento Winidos, perrexit. Sclavi jam contra Avares, cognomento Chunos ^o, et regem eorum Gaganum cœperant rebellare. Winidi Befulci ^p Chuni fuerant jam ab antiquis, ut cum Chuni in exercitu contra gentem quamlibet aggrediebant, Chuni per castris adunato illorum exercitu stabant, Winidi vespugnabant; si vero ad vincendum prævalebant, tum Chuni prædâs capiendum aggrediebant; sin autem Winidi superabantur, Chunorum auxilio fulti vi-

landus in Neustria et forte Chucus in Austria Raden supra memorato successerat.

ⁱ Freh. et Chesn., *triginta quinque*.

^j Sic Clar., at Colb. habet 58. Boh., Ches. et Fredegarus Anonymo et Aimoino, 36; alii Ed., 39. Berethrudem nonnulli volunt in ecclesia sancti Petri, non sancti Audeeni, Rothomagi, sepultam fuisse, ubi jam Aldetrudis altera ejusdem regis uxor. Sed Berethrudem apud sanctum Germanum a Pratis sepultam fuisse non solum probat aliorum scriptorum auctoritas, sed evincit ejus sepulcrum, quod aliquot ab annis erutum, cum cæteris regum tumulis in ejusdem ecclesiæ presbyterio collocatum est, cum lapide ejus effigiem recenter sculptam repræsentat.

^k Ita Clar., Colb. et Alex. cum Aimoino, anonymo Valesio et cæteris. Editi tamen, anno 38.

^l Silvæ novissimæ, *les bois d'Ardennes et de Vesges*.

^m Ed. plerique in margine habent *Sennonico*, quod forte Senones (*Sens*) celebrem in Gallia populam hic designari putarent. At alii malunt hanc locum interpretari de pago Sennonago (*Sengaw*), in Haunonia, ubi Sonegia, nostris *Soignies*, habetur.

ⁿ Eorum provinciæ, hodieque Marchia Winidum, Sclavonia, et Carinthia dicuntur. De Winidibus et ejusmodi gentibus barbaris, eorumque originem legenda Hugonis Grotii prolegomena in Historiâ Gothorum, etc.

^o Alii, *Hunnos*, et sic semper.

^p Freh. al., *Bifulci*, sic dicti sunt, quod bis pugnant; et infra sicut Ches. al., *Præfulci*.

sumebant. Ideo Befulci vocabantur a Chunis, eo quod duplci in congressione certaminis vestita præa facientes ante Chunos præcederent^a. Chuni ad remandandum annis singulis in Sclavos veniebant; uxores Selavorum et filias eorum stratu sumebant; tributa super alias oppressiones Sclavi Chunis solvebant. Filii Chunorum, quos in uxores Winidorum et filias generaverant^b, tandem non sufferentes hanc avaritiam terre et oppressionem, Chunorum dominationem negantes, ut supra meminimus, cœperant rebel-
re. Cum in exercitu Winidi contra Chunos fuissent aggressi, Samo negotians, de quo memoravi superius, cum ipsis in exercitu perrexit, ibique tanta ejus fuit utilitas, ut mirum fuisset, et nimia multitudo de Chunis gladio Winidorum trucidata fuisset. Winidi cernentes utilitatem Samonis, eum super se eligunt regem, ubi triginta quinque annos regnavit feliciter. Tunc prælia contra Chunos suo regimine Winidi cœperunt, suo consilio et utilitate Winidi semper prosperarunt. Samo duodecim uxores ex genere Winidorum habebat, de quibus viginti duos filios et undecim filias habuit.

XLIX. Ipsoque anno 40 Chlotharii, Adaloaldus rex Langobardorum filius Agonis regis, cum patri suo successisset 628 in regno, legatum Mauricii imperatoris, nomine Eusebium, ingeniose ad se venientem benigne suscepit. Inunctus in balneo nescio quis unguentis ab ipso Eusebio persuadebatur; et est hanc unctionem nequidquam aliud, nisi quod Eusebio hortabatur, facere poterat. Persuasus ab eo ut primates et nobiliores cunctos in regno Langobardorum interficere ordinaret, eisdem extinctis, cum omni gente Langobardorum imperio Mauritaderet. Quod cum jam duodecim ex eis, nullis ipsis exstantibus, gladio trucidasset, reliqui cernentes eorum esse vitæ periculum, L. Charoaldum ducem Taurinensem, qui germanam Adaloaldi regis habebat uxorem, nomine Gundebergam, omnes sequebres et nobilissimi Langobardorum gentis uno aspirantes consilio, in regnum eligunt sublimant. Adaloaldus, veneno hansto^c, interiit. Charoaldus statim regnum arripuit. Taso unus ex ducibus Langobardorum cum ageret Tuscanam^d provin-

ciam, superbia elatus, adversus Charoaldum regem cœperat rebellare.

LI. Gundeberga regina eum esset pulchra aspectu, benigna in cunctis, et pietate plenissima, Christiana, elemosynis larga, præcellente bonitate ejus, diligebatur a cunctis. Homo quidam, nomine Adalulfus, ex genere Langobardorum, cum in aula palatii assidue ad obsequium regis conversaretur, quadam vice ad reginam veniens, cum in ejus staret conspectu, Gundeberga regina enim sicut et cæteros diligens, dixit honestæ staturæ Adalulfum fuisse formatum. Ille hæc audiens ad Gundebergam secretius ait, dicens: Formam status mei^e laudare dignata es, stratui tuo jube me subjungere. Illa fortiter denegans, enimque despiciens in faciem expulit. Adalulfus cernens 629 se vitæ periculum habere, ad Charoaldum regem protinus cucurrit, petens ut secretius quod ad suggerendum habebat, exponeret. Loco accepto, dixit ad regem: Domina mea regina tua Gundeberga apud Tasonem duces secretius tribus diebus locuta est, ut te veneno interficeret, ipsamque sibi conjugatum sublimaret in regnum. Charoaldus rex his mendaciis auditis credens, Gundebergam in Caumello^f castro in unam terram exsilio trudit. Chlotharius legatos dirigens ad Charoaldum regem, inquirens qua de re Gundebergam reginam parentem Francorum^g humiliasset, ut exsilio retrudisset. Charoaldus his verbis mendacibus quasi veritate subsisterent, respondit. Tunc unus ex legatariis, nomine Ansoaldus, non quasi injunctum habuisset, sed ex se ad Charoaldum dixit: Liberare poteris de blasphemia [*Id est*, blâme] hanc causam; juba illum hominem qui hujuscemodi verba tibi nuntiavit armari, et procedat alius de parte reginæ Gundebergæ; quique armatus ad singulare certamen, ut judicio Dei^h, his duobus confligentibus, cognoscatur utrum hujus culpæ reprobationis Gundeberga sit innocua, an fortasse culpabilis. Cumque hæc Charoaldo regi et omnibus primatibus palatii sui placuissent, jubet Adalulfum armatum conflictum adire certaminis, et de parte Gundebergæ procurentibus consobrinis Gundebergæ et Aribertoⁱ, homo, nomine Pitto, contra Adalulfum armatus aggreditur.

^a Editi ut plurimum, *certamine utebantur. Chuni*, 2.

^b Alii, *in uxoribus.... et filiabus generabant.*

^c Sic Ch. et Freh.; alii Ed., *veneno infectus. Clar. Freh. al., auctus. Item et Freh. al., unctus. Et fra Taso apud Ches. al. dicitur Taro et Aso, et sic fra.*

^d Sic Clar. Freh. al. et Ches. al., id est, *Tuscanam. Alii in Tussicana. Al., teneret. De Tasonis nece, infra, num. 69. Charoaldus a Paulo Diacon. lib. iv appellatur Rodoaldus, et sic Ch. al.; sed veteres præmittunt litteram H, et Chroaldum pronuntiabant. Si tamen recta temporum series observetur, hic Aricoaldus fuit, cui Rotharis, quem infra noster anctor Chroaldum appellat, successit, et huic Rodoaldus. Sed hæc hic de Charoaldo dicuntur, tribuuntur infra, p. 70 et 71, Chrotario. Et quidem Fredegarius Langobardorum historiam omnino perturbat. De eadem genti Pauli Diaconi sex libri.*

^e Alii, *stature meæ.*

^f Alii, *Camello. Est Laumellum, hodie vicus exiguus in Insubria, Lumello dictus.*

^g Erat Agilulfi regis et Theodelindæ filia, ex Paulo Diacon. lib. iv cap. 49. Theodelinda vero filia erat Garibaldi Bajoariorum ducis et Waldradæ, Theobaldi Francorum regis relicte. Vide supra, cap. 54.

^h Judicium Dei appellabant singularia certamina, examina per ignem aut aquam, etc., quibus ad detegendam veritatem occultam tunc utebantur, quod persuasum haberent ejusmodi probationibus Deum rei veritatem etiam miraculo, si opus esset, certo manifestaturum. De ejus generibus variisque ritibus quibus fieri solebat, quando etiam permissum aut vetitum fuerit, fuse disserit Cangius in Glossario, quem consule.

ⁱ Colb., Ch. et Freh., *Hariberto*, unde editi, *Chariberto*. Paulus loco laudato scribit injuriam hanc a Carello ipsius reginæ servo fuisse vindicatum.

Eumque conflixissent certamine, Adalmsus a Pittone interlicitur. **630** Gundeberga statim de exilio post annos tres regressa sublimatur in regnum.

AN. DCXXIV. — LII. Anno 41^a Chlotharii regis, cum Dagobertus jam utiliter regnaret in Auster, quidam ex proceribus de gente nobili Aygloltinga^b, nomine Chrodoaldus, in offensam Dagoberti eadens, instigantibus beatissimo viro atque pontifice Arnulfo, et Pippino majore domus^c, seu et cæteris prioribus [Al., primoribus] sublimatis in Auster, eo quod esset ipse Chrodoaldus rebus plurimis ditatus, cæterorum facultatum cupiditate pervasor, superbix deditus, elatione plenus, nec quidquam boni in ipso reperiebatur. Cumque Dagobertus ipsum jam vellet pro suis facinoribus interficere, Chrodoaldus ad Chlotharium terga vertit, ut suam eum filio vitam obtinere dignaretur. Chlotharius cum Dagobertum vidisset, inter cæteras collocutiones Chrodoaldo vitam precatur. Dagobertus promittens, si id quod male gesserat emendaret, Chrodoaldus vitæ periculum non haberet; sed nulla exstante mora, eum Chrodoaldus cum Dagoberto Treveris [Al., reversus] accessisset, jussu Dagoberti interfectus est: quem Bertharius homo Scarponensis^d evaginato gladio ad ostium [Al., postitium] cubienti capite truneavit.

AN. DCXXV. — LIII. Anno 42 regni Chlotharii, Dagobertus eultu regio, ex [Al., et] jussu patris honeste eum lendibus in Clippiaco non^e procul Parisius venit, ibique germanam Sichildæ reginæ^f, nomine Gomatrudem, in conjugium accepit. Transactis nuptiis, die tertia inter Chlotharium et Dagobertum filium suum **631** gravis orta fuit intentio. Petebat enim Dagobertus cuncta quæ ad regnum Austrasiorum pertinebant suæ ditioni velle recipere, quod Chlotharius vehementer denegabat eidem ex hoc nihil velle concedere. Electis ab his duobus regibus duodecim Francorum proceribus, ut eorum disceptatione hæc finiretur intentio, inter quos et dominus Arnulfus pontifex Mettensis cum reliquis episcopis eligitur, qui benignissime, ut sua erat sanctitas, inter patrem et filium pro pacis loquebatur concordia,

^a Bollandus monet in Comment. ad Vitam sancti Pippini, die 21 Febr., hoc caput in aliquot scriptis deesse, exstat tamen in nostris.

^b Ed. plerique, *Anglolfinga*, nomine *Rodoaldus*, seu *Charoaldus*. Bollandus, loco laud., habet *Agilolfinga*, sive, ut ipse exponit, *Boica*. Historiam Agilolfingicæ familiæ, ex qua Guelforum aliarumque nobiliorum Germaniæ familiarum originem repeti debere censet, fuse descripsit Bucelinus monachus Weingartensis tomo II Germaniæ sacræ.

^c Ex his duobus viris sanctissimis, de quibus infra passim agitur, prior fuit episcopus Mettensis, alter laicus, e quibus prodiit secunda regum nostrorum stirps. Ansegisus quippe sancti Arnulfi filius uxorem duxit Beggan Pippini filiam, ex qua suscepti Pippinum Heristallensem, qui pater fuit Caroli Martelli, ex quo ortus est Pippinus Brevis, Caroli Magni pater.

^d Scarpona vetus est Lotharingiæ castrum, nunc in vicum redactum et vix notum, ad Mosellam, sesquileuca distans a Ponte Montionis, versus Nanceium, vulgo *Sarpeigne* dictum, haud procul a Custodia Dei

tandem a pontificibus, vel sapientissimis viris proceribus, pater pacificatur eum filio; reddensque ei solidatum quod aspexerat ad regnum Austrasiorum, hoc tantum exinde quod citra Ligerem vel in Provincia partibus situm erat, suæ ditioni retinuit.

AN. DCXXVI. — LIV. Anno 43 regni Chlotharii Warnacharius major domus moritur^g. Filius ejus Godinus animi levitate imbutus novercam suam Bertanem eo anno accepit uxorem: inde Chlotharius rex adversus eum nimio furore permotus, jubet Arneberto duci, qui Godini germanam uxorem habebat, cum eum exercitu interficere. Godinus cernens suæ vitæ periculum, terga vertens eum uxore ad Dagobertum regem perrexit in Auster, et in ecclesia sancti Apri^h regio timore perterritus, fecit confugium.

Dagobertus per legatos pro ejus vita sæpius Chlotharium regem deprecabatur: tandem a Chlothario promittitur Godini vita concessa, tamen [Al. tantum] ut Bertanem, quam contra canonum instituta uxorem acceperat, relinqueret. Cumque ipse reliquisset, et reversus esset in regnum Burgundiæ, Berta continuo ad Chlotharium perrexit, dicens: Si Godinus conspectui Chlotharii præsentatur, ipsum regem vellet interficere. Godinus jussu Chlotharii per præcipua loca sanctorum, domni **632** Medardi Suesionas et domni Dionysii Parisius ea præventionem sacramenta daturus addueitur, ut semper Chlothario deberet esse fidelis, ut congrue locus esset repertus, quo pacto separatus a suis interliceretur. Chramnulfusⁱ, unus ex proceribus, et Waldebertus domesticus dicentes ad Godinum ut Aurelianis in ecclesia sancti Aniani, et Turonis ad limina sancti Martini ipsum sacramentum adhuc impleturus adiret. Quod cum in suburbano Carnotis, Chramnulfo indicante et transmittente, hora prandii in quamdam villulam venisset, ibique Chramnulfo et Waldebertus super ipsum cum exercitu irruunt, eumque interficiunt; et eos qui cum ipso adhuc restiterant, quosdam interficiunt, aliosque exspoliatos in fugam vertentes relinquunt. Eo anno Palladius ejusque filius Sidocus, episcopus Aelosani^j, incusante Aighynane duee, quod

(*Doulewart*) situm.

^g Mss., *Clippiaco procul*. In Clar. tres litteræ ex industria detractæ sunt. Superest, *leudibus nec... Clippiaco procul*. Vet. Ed., præter Freh., de *Piato procul*. Clippiacum, vulgo *Clichy*, situm est in agro Parisiensi prope Sequanam; ubi defunctus est sanctus Audoenus. Vide lib. iv de Re Diplomatica num. 36. Cæterum id apud Romiliacum contigisse, infra, cap. 58, dicitur.

^h Hæc fuit ipsius Chlotharii uxor.

ⁱ Hinc collige alium esse ab isto Warnachario illum qui, partes Agrestii contra sanctum Eustasium Luxoviensem abbatem tueri volens, in conc. Matiseon. an. 622 repentina morte interiit.

^j In suburbio Tullensi, *Saint-Evre*, cujus urbis fuerat episcopus, ubi exstat abbatia ordinis Benedictini sub congregatione sancti Vitoni.

^k Colb., *Ramnulfus*.

^l Boh. et Colb. cum aliquot Ed., *Seducus episc. Tolosanus*; al., et *Sedocus*. Aimoinus, lib. iv cap. 14, *Sedocus Tholosatum episcopus*. Chesu. et Coingt., *Senocus evisc. Elosanus*. Is est qui anno præcedenti

rebellionis Wasconorum fuissent conscii, exilio re-
truduntur. Boso filius Audoleni, de pago Stampinsi,
jussu Chlotharii ab Arneberto duce interficitur, re-
putans ei stuprum cum Sighilde regina. Eo anno
Chlotharius cum proceribus et leudibus Burgundiæ
Trecassis ^a conjungitur, cum eos sollicitasset, si vel-
lent mortuo jam Warnachario alium in ejus honoris
gradum sublimare. Sed omnes unanimiter denegan-
tes se nequaquam velle majorem domus eligere, re-
gis gratiam obnixè petentes eum rege transigere.

AN. DCCXXVII. — LV. Anno 44 regni Chlotharii,
cum pontifices et universi proceres regni sui, tam
de-Neuster quam de Burgundia, Clippiaco ad Chlo-
tharium pro utilitate regia et salute patriæ conjun-
xissent, ibique homo, nomine Ermenharius ^b, qui
gubernator palatii Chariberti filii Chlotharii erat, a
pueris Ægynanis genere Saxonorum optimatis inter-
ficitur, pene fuerat exinde nimia multorum strages
secuta, nisi, **633** patientia ^c Chlotharii interve-
niente simul et hæc curante, fuisset repressum.
Ægyna jubente Chlothario in Monte-Mercori ^d rese-
dit, plurimam secum habens multitudinem pugnato-
rum. Brodulfus ^e avunculus Chariberti exercitum
undique colligens, super ipsum cum Chariberto vo-
lebat irruere. Chlotharius ad Burgundefarones ^f spe-
cialius jubet, ut ejus pars suum volebat defugere
judicium, eorum instantia et viribus opprimeretur.
Ea pactione uterque jussione regia pacantur.

AN. DCCXXVIII. — LVI. Anno 45 ^g regni sui Chlotharius
moritur, et in suburbano Parisius in ecclesia sancti
Vincentii sepelitur ^h. Dagobertus cernens genitorem
suum fuisse defunctum, universos leudes, quos regebat
in Auster, jubet in exercitu promovere: missos in
Burgundia et Auster ⁱ direxit, ut suum deberent
regimen eligere. Cumque Rhemis venisset, Suessionas
peraceedens ^j omnes pontifices et leudes de regno

Rhemensi concilio sub Sonnatio præsule interfuerat.
In cod. Clarom. ubi prima manu *Ætosani*, secunda
manu et quidem antiqua positum est *To* supra diph-
thongum *Æ*. Senoecus ultimum locum in catalogo
Elusæ episcoporum occupat. Hæc tamen sedes stetit
usque ad sæculum IX, quo Elusa a Nortmannis ex-
cisa, ejus diocesis cura Ansciensi episcopo com-
missa est, qui exinde Novempopulaniæ metropoli-
tani dignitatem obtinuit.

^a Ches., *Trecassinis*; al., *Trecas suis*. Trecæ,
vulgo *Troyes*, in Campania, quæ etiam urbs Tricas-
sum dicitur. Ex hoc loco patet jam tunc a regni
proceribus Majores domus fuisse electos.

^b Cod. Clar., *Ermarius... Gariberto*, pro *Char-
iberti*. Boh.; *Gariberto et filio Chlotharii... obtimate*.

^c Editi, *presentia*.

^d Sic Clar., Boh., *Mercoris*; at Colb. habet *Monte
Lori*. Freh. et Ch., *Monte Mercomire*; cæteri, *Monte
Mercurii*. Hunc, qui etiam alias dicitur *Montis Martis*,
juxta Parisios situm, hodie a sanctis Dionysio et so-
ciis martyribus Montem Martyrum (*Montmartre*) ap-
pellamus.

^e Sic Clar. et Freh. Tot diversis fere modis
scriptum reperitur hujus viri nomen, quot habentur
codd. scripti et Ed. *Brunulfus*, *Produlfus*, *Rudulfus*,
Hradulfus. Et infra Clar., *Airiberti*; Colb., *Hariberti*;
Boh., *Ariberti*. Et sic infra cap. sequenti.

^f Editi, ut supra, *Burgundiæ barones*.

^g Sic Colb., Boh., *Chronic. sancti Benigni et om-*

A Burgundiæ inibi se tradidisse noscuntur. Sed et Neu-
strasii ^k pontifices et proceres plurima pars regnum
Dagoberti visi sunt expulsi. Charibertus frater suus
nitebatur, si potui-set regnum assumere, sed ejus
voluntas pro simplicitate parum sortitur effectum.
Brodulfus volens nepotem stabilire in regnum, adver-
sus Dagobertum musculare cœperat, sed hujus rei
vicissitudinem probavit eventus.

LVII. Cumque regnum Chlotharii tam Neprico ^l
quam Burgundiæ a Dagoberto fuisset præoccupatum,
captis thesauris et suæ ditioni redactis, tandem mi-
sericordia motus, consilio sapientium usus, citra Li-
gerem et litem **634** Spaniæ, qui ponitur partibus
Wasconia, seu et montis Pyrenæi ^m pagos, et civita-
tes, quod fratri suo Chariberto ad transigendum ⁿ, ad
B instar privato habitu, ad vivendum potuisset sufficere,
noscitur concessisse Pagum Tholosanum, Catorci-
num, Agennensem, Petrocoreum et Santonieum, vel
quod ab his versus montes Pyrenæos excluditur, hoc
tantum Chariberto regendum concessit, quod et per
pactionis vinculum strinxit, ut amplius Charibertus
nullo tempore adversus Dagobertum de regno patris
repetere præsumeret. Charibertus sedem Tholosæ
eligens, regnat in parte provinciæ Aquitanicæ ^o. Post
annos tres ^p postquam regnare cœpisset, totam Was-
coniam cum exercitu superans, suæ ditioni redigit,
aliquantulum largius fecit regni sui spatium.

AN. DCCXXVIII. — LVIII. Dagobertus cum jam annos
7 regnaret, maximam partem patris regni, ut supra
memini, assumpsit, Burgundias ingreditur. Tanto ti-
more pontifices et proceres in regno Burgundiæ con-
sistentes, seu et cæteros leudes adventus Dagoberti
concesserat, ut a cunctis esset admirandum. Paupe-
ribus justitiam habentibus gaudium vehementer irro-
gaverat. Cumque Lingonas civitatem venisset, tanta
in universis leudibus suis, tam sublimibus quam pau-

nes Editi. Clar. tamen habet 46.

^h Corpus ejus in tumulo lapideo inclusum jacet
nunc prope majus altare eum aliis regibus in eadem
basilica sepultis.

ⁱ Legendum haud dubie *Neuster*.

^j Sic mss., præter Boh. qui habet *Remus venisset
suggestiones peraccedens*. Ch. et Freh., *venisset per
suggestiones accedens*. Anonymus, qui gesta Dagoberti
scripsit, habet *cumque Remis venisset, suggestio per-
accedens*. Et isto modo hic legi debere contendit
D Cointius. Nostram lectionem habet *Chronicum sancti
Benigni*.

^k Nonnulli Ed., *sed et Austrasii*.

^l Ch. al., *Nepricum*. Boh., *Neprico.... ad Da-
gobertum*.

^m Alii, *et montes Pyrenæos*. Citra Ligerim appellat
Fredegarius quod nos Parisiis *ultra* dicemus. Cæ-
terum prima hac vice natu minor a paterno regno
exclusus fuit, quæ consuetudo sensim invalescens
in legem tandem transiit. Vide Vales. lib. XIX *Rer.
Francie*.

ⁿ Boh. habet, *Chariberto ad transigendum potuisset
sufficere, concessit*, cæteris omissis.

^o Chesn. et Freh. al., *Equitanicæ*; at alii Ed., *Aqui-
tanie*.

^p Anno 5 regni obiit. Confer eap. 67.

peribus ^a iudicabat justitia, ut crederetur omnino fuisse Deo placibile: ubi nullum intercedebat præmium, nec personarum acceptio, nisi sola dominabatur justitia, quam diligebat Altissimus. Deinde aggressus Divionem, imoque et Latona ^b residens aliquantulis diebus, tanta intentione **635** ad universum regni sui populum justitiam iudicandi ^c posuerat. Hujus benignitatis desiderio plenus nec somnum capiebat oculis, nec cibis satiabatur, intentissime cogitans ut omnes cum justitia recepta de conspectu suo læti remearent. Eodem die quo de Latona ad Cabillonum deliberat properare, priusquam lucesceret balneum ingrediens, Brodulfum avunculum fratris Chariberti interficere jussit, qui ab Amalgario ^d et Arneberto ducibus, et Willibado patricio interfectus est. Cumque Cabillono, ubi justitiæ amore qua cœperat perficiendæ Dagobertus dirigit intentione, post per Augustodunum, Antissioderum pergens, per civitatem Senonas Parisius venit, ibique Gomatrudem reginam Romiliaco ^e villa, ubi ipsam in matrimonium acceperat, relinquens ^f, Nantechildem, unam ex puellis de ministerio ^g accipiens, reginam sublimavit. Usque eodem tempore ab initio quo regnare cœperat, consilio primitus beatissimi Arnulfi, Mettensis urbis pontificis, et Pippini majoris domus usus, tanta prosperitate regale regimen in Auster rogebat, ut a cunctis gentibus immenso ordine laudem haberet. Timorem vero sic fortem sua concusserat utilitas, ut jam devotione arriperent suæ se tradere ditioni, ut etiam

^a Ex hoc loco infert Cointius vocem *leudes* nunquam subditos omnes designasse, quæ alias laicos, prout sacerdotibus opponuntur, significat, ut patet ex cap. 1 Chronici Fredeg. Ut plurimum tamen vassallus regis specialiter designat, qui postea *barones* appellati fuerunt, ut jam observavimus. Vide Henrici Spelmanii et Cangii Glossaria.

^b Ab ecclesiæ suæ patrono nomen habet *Saint-Jean de Laône*, supra fluvium Ararim.

^c Ed. aliquot, *justitia iudicandum*.

^d Is fuit dux Burgundiæ Cisjuraniæ, monasterii Besuensis prope Divionem fundator, cui filium suum Waldalenum, Luxoviensem monachum, abbatem præfici curavit; et Donatiaci prope Vesontionem, pro monialibus, cujus Adalfinda ipsius filia prima abbatissa fuit. De his Chronic. Besueuse tomo I Spicil. Acheriani.

^e Nunc suburbio parisiensi sancti Antonii contigua est, vulgo *Reuilly*. Confer cap. 53, supra, ubi rex Gomatrudem apud Clippiacum accepisse dicitur.

^f Addidit Chesnius, *eo quod sterilis esset, cum consilio Francorum*, ut habet Anonymus qui Gesta Dagoberti scripsit; sed id potius regis incontinentiæ tribuendum est. Invaluerat autem tunc pessima consuetudo legi Christianæ contraria uxorem repudiandi, ac post divortium alteram assumendi, ut patet ex lib. II Marculfi form. 50, quæ pestis postea sacris canonibus et regia auctoritate extirpata fuit.

^g Sic omnino legendum, non vero *de monasterio*, ut habent Excusi cum Aimoino. Nemo hactenus eodidem ms. vidit ubi non legeretur *ministerio*. Ita enim habent Claromontensis, Colbertinus seu Mettensis, Boherianus, Thuaneus, teste Vatesio, et unus Christina: Sueciæ reginæ, qui tnerat Goldasi apud Bollandum, quibus consentiant Chronica Bezue monasterii et sancti Benigni. Et quidem Dagobertus monialem cum regni procerum consilio uxorem non duxisset; sensusque hic exigit ut puella e ministerio sublevata in reginam dicatur. Sic quippe Balthildis pariter e mi-

A gentes, quæ circa **636** limitem Avarorum et Slavorum consistunt, cum prompte expeterent, ut ille post tergum eorum iret feliciter, et Avaros et Slavos cæterasque gentium nationes usque manum publicam ^h suæ ditioni subjiendum fiducialiter spondebat. Post discessum beati Arnulfi ⁱ, adhuc consilio Pippini majoris domus et Chuniherti ^j pontificis urbis Coloniae utens, et ab ipso fortiter admonitus, tantæ prosperitatis et justitiæ amore complexus universas sibi subditas gentes, usque dum ad Parisius, ut supra memini, pervenit, rogebat, ut nullus de Francorum regibus præcedentibus sua laude fuisset præcellentior.

AN. DCXXIX. — LIX. Anno 8^k regni sui cum Auster regio cultu circuiret, quamdam puellam, nomine **B** Ragnetrudam ^l stratui ascivit suo, de qua eo anno habuit filium, nomine Sigibertum.

LX. Revertens in Neptricium, sedem patris sui Chlotharii diligens, assidue residere disposuit. Cum omnis justitiæ quam prius dilexerat esset oblitus, cupiditatis instinctu super rebus Ecclesiarum et leudibus, sagaci desiderio, vellet omnibus undique spoliis novos implere thesauros. Luxuriæ supra modum deditus tres habebat ad instar Salomonis ^m reginas, maxime et plurimas concubinas. Reginæ vero hæ **637** erant, Nantechildis, Wilsegundis et Berchildis ⁿ. Nomina concubinarum eo quod plures fuissent, increvit hinc Chronicæ inseri. Quod cum aversum plurimum fuisset cor ejus, sicut supra meminimus, et a Deo **C** ministerio in Chlodovei II thorum ascita est, ex ejus Vita.

^h Manus publicæ nomine intelligere solet hic auctor Romanum imperium. Vide, infra, cap. 69. Hinc usque manum publicam potest intelligi usque ad regiones quæ erant de Imperio. Ed. aliquot, *usque manu publica*.

ⁱ Sanctus Arnulfus, relicta sede sua, in solitudinem Vosagi accessit, ubi a sancto Romarico, qui in castro Habendensi monasterium virginum et alterum pro monachis construxerat, susceptus, in vicino monte habitavit, ubi hodie sacellum visitur cum exigua eremitarum casa. Monasterium Habendense, quod a situ et conditoris nomine Romarici Mons (*Remiremont*) postea dictum est, in vallem subjectam postea translatum, ubi etiam nunc exstat cum oppido cognomine juxta Mosellam, a canonissis sæcularibus inhabitatum, quæ regulæ Benedictinæ jugum exusserunt. Montem vero ipsum qui hodie Mons Sanctus dicitur, incolunt Benedictini congr. sancti Vitoni, ubi præter majorem ecclesiam hinc et inde aliquot sacella visuntur, cum antiquis sanctorum, qui ibi depositi fuerunt, sepulcris. Quæ omnia anno 1696 lustravimus. Vitam sancti Arnulfi habes in sæc. II Bened., ad an. 640. Corpus ejus Mettas translatum asservatur in basilica insigni ipsius nomini sacra, quam possident Benedictini monachi cong. sancti Vitoni.

^j Al., *Humiberti*. Interfuit conc. Rhemensi an. 650. Ejus Vita habetur apud Surium die 12 Novembris, quo ipsius festum celebratur.

^k Alii 7, alii vero 9, quod verum est de his verbis, *eo anno habuit*. Nam Sigibertus ortus est an. 650, si annum incipias a Januario.

^l Colb. et Editi nonnulli, *Regintrudam*; et infra Editi complures, *Syggobertum*.

^m Hæc vox *Salomonis* est in solo cod. Colb. et quidem altera manu, sed antiqua.

ⁿ Alii, *Nauthildis, Ulfingundis, Berthildis*.

gatio ejus recessisset, tamen postea, atque utinam illi ad mercedem veram lucri fuisset, nam eleemosynam pauperibus supra modum largiter erogabat, si hujus rei sagacitas cupiditatis instinctu non præpedisset, regnum ut creditur meruisset æternum.

LXI. Cum leudes sui ejus nequitiam gement, hæc cernens Pippinus, cum esset cautior eunetis, et consilio-us valde, plenissimus fide, ab omnibus dilectus, pro justitiæ amore qua Dagobertum consilioso instruxerat, dum suo usus fuerat consilio, sibi tamen nec quidquam oblitus justitiæ, neque recedens a via bonitatis, cum ad Dagobertum accederet, prudenter agebat in eunetis, et eantum se in omnibus ostendebat; zelum [Ch., zelus] Austrasiorum adversus eundem vehementer suggerebat, ut etiam ipsum cum Dagoberto couarentur facere odiosum, ut potius interficeretur. Sed justitiæ amor et Dei timor, quem diligenter amplexus fuerat, ipsum liberavit a malis. Ipse vero eo anno cum Sigiberto filio Dagoberti ad Charibertum regem accessit.

LXII. Charibertus, Aurelianis veniens, Sigibertum de sancto lavaero excepit^a. Æga vero a cæteris Neptasiis^b consilio Dagoberti erat assiduus. Eo anno legati Dagoberti, quos ad Heraclium imperatorem direxerat, his nominibus Servatus [Al., Servatius] et Paternus, ad eundem revertuntur, nuntiantes pacem perpetuam cum Heraclio firmasse. Acta vero miraculi quæ ab Heraclio facta sunt non prætermittam.

LXIII. Heraclius cum esset patricius [Ch. ad. super] universas Africæ provincias, et Focas, qui tyrannico ordine Mauricium imperatorem interfecerat, imperiumque 638 rapuerat, nequissime regeret, et modo amentia thesauros in mare projiceret, dicens quod Neptimo munera daret, senatores cernentes quod vellet imperium per stultitiam destruere, factione Heraclii Focatem apprehensum senatus manibus et pedibus truncatis lapide ad collum ligato in mare projiciunt. Heraclius consensu senatus in imperium sublimatur^c, cum infestatione Persarum imperium temporibus Mauricii et Focatis imperatorum multæ provinciæ fuissent vastatæ.

LXIV. More solito denuo contra Heraclium imperator Persarum cum exercitu surgens, Chæcedonam civitatem nec procul a Constantinopoli, vastantes Persæ provinciæ [Forsan, provincias] reipublicæ, pervenissent, eamque erumpentes incendio concre-

A maverunt. Post hæc Constantinopolim sedem imperii propinquantes destruere conabantur. Egrediens cum exercitu Heraclius obviam, legatis discurrentibus, Heraclius imperatorem Persarum, nomine Cosdroe^d, petit ut hi duo imperatores singulari certamine conjungerentur, suspensa procul utriusque exercitus multitudine; et cui victoria præstaretur ab Altissimo, imperium ejus qui vinceretur et populum illæsum reciperet. Imperator Persarum hæc convenientia se egressurum ad prælium singulari certamine spondit. Heraclius imperator arma sumens telam prælii^e et phalangem a suis post tergum præparatam relinquens, singulari certamine, ut novus David, procedit ad bellum. Imperator Persarum Cosdroes patricium quemdam ex suis, quem fortissimum in B prælio cernere poterat, hujus convenientiæ ad instar pro se contra Heraclium ad præliandum direxit. Cumque uterque cum equis, hi duo congressione prælii in invicem propinquarent, Heraclius ait ad patricium, quem imperatorem Persarum Cosdroem æstimabat, dicens: Sic convenerat ut singulare certamen 639 præliandum debuissimus configere, quare post tergum tuum alii sequuntur? Patricius ille gyrans caput, ut conspiceret qui post tergum ejus venirent, Heraclius equum calcaneo vehementer urgens, extrahens uxum^f caput patricii Persarum truceavit. Cosdroes imperator cum Persis devietus et confusus, terga vertens a suis propriis tyrannico ordine interficitur. Persæ terga vertentes ad sedes remeant proprias. Heraclius evectu navali cum exercitu Persas ingreditur, totamque Persidam suæ ditioni redigit, captis exinde multis thesauris, et septem Æthiarnitis^g: tribus annis circiter Persida vastata ejus ditioni subjicitur. Post hæc denuo Persæ imperatorem super se creant^h.

LXV. Heraclius imperator erat speciosus conspectu, pulchra facie, status forma dignæ mensuræ, fortissimus cæteris, pugnator egregius. Nam et sæpe leones in arena, et inermis plures singulus interfecit. Cum esset litteris nimium eruditus, astrologus efficitur, per quod cernens a circumcensis gentibus divino nutu imperium esse vastandum, ad Dagobertum regem Francorum dirigens, petit ut omnes Judæos regni sui ad fidem catholicam baptizandos præcipere, quod protinus Dagobertus implevitⁱ. Heraclius per omnes provinciæ imperii talem idemque facere

^a Narrat Bandemundus in Vita sancti Amandi episcopi Trajectensis, cujus discipulus fuit, Sigibertum ab eo baptizatum fuisse, eaque occasione miraculum insignem contigisse. Nam cum vir sanctus puerulum catechumenum faceret, et nemo responderet orationi, puerulus clara voce respondit Amen, quod apud Clippiacum acridisse idem auctor innuit.

^b Ed. aliquot, ac cæteris Austrasiis. Et infra, erat ad insidias; Boher., ad insidiis.

^c Heraclius creatus est imperator an. 610. Chosdroes an. 614 Jerosolymam cepit, et Saes ipsius exercituum ductor Chæcedonem, Alexandriam et totam Ægyptum an. 615 aut sequenti. An. vero 623, Heraclius in ipsos exercitum movit, et Chosdroe an. 628 fugato, tum pace cum Sisroe illius filio iuncta, crucem sanctam, quæ in Persidem delata fuerat, re-

cepit, ac solenni pompa Jerosolymis restituit. De his fuse Theophanes, Cedrenus et alii auctores Græci.

^d Edit. vet. et Ches. al., Construes, seu Costrues, et Costrus. Boh., Construe, et sic infra.

^e Colb., sumens tela et; al. Ed., et phalangis.

^f Sic Clar., Pal. et Fréh. In Colb. detrito priori vocabulo scriptum est ense. Ch. al. et alii Ed., gladium.

^g Sic Clar. et Col., Ches. al. et cæteri. Veteres Ed. incaute litteras numerales vii nomini proprio jungentes, Walthiarnitis; Pal., iv Æthiarnitis; Ch. et Fréh., septem Arnitis; al., Æltis. Boh., Celtiarnitis.

^h Editi cum Colb., denuo Persas imperator superat.

ⁱ Idem fecerat Chilpericus ex Gregor. lib. vi, cap.

decrevit; ignorabat enim unde hæc calamitas contra imperium surgeret.

LXVI. Agareni, qui et Sarraceni, sicut Orosii [Boh. Eorosii] liber testatur, gens circumcisa a latere montis Caucasi, super mare Caspium, terram, Ercolix^a cognomento, jam olim consedentes, cum in nimia multitudine crevissent, tandem arma sumentes, provincias Heraclii imperatoris ad vastandum irruunt: contra quos Heraclius milites **640** ad resistendum direxit. Cumque præliari cœpissent, Sarraceni milites superant, eosque gladio graviter trucidant. Fertur in eo prælio centum quinquaginta millia militum a Sarracenis fuisse interfecta. Spolia eorum Sarraceni per legatos Heraclio recipienda offerunt. Heraclius cupiens super Sarracenos vindictam, nihil ab his recipere voluit. Congregata undique de universis provinciis imperii nimia multitudine militum, transmittens Heraclius legationem ad portas Caspias^b, quas Alexander Magnus Macedo super mare Caspium æreas fieri et serrare jusserat, propter inundationem gentium sævissimarum, quæ ultra montem Caucasi culminis habitabant, easdem portas Heraclius aperire præcepit, indeque centum quinquaginta millia pugnatorum auroque locatorum auxilio suo contra Sarracenos ad præliandum mittit. Sarraceni duos habentes principes, ducenta fere millia erant. Cumque castra nec procul inter se exercitus uterque posuissent, ita ut in crastinum bellum inirent, confligentes, eadem nocte gladio Dei Heraclii exercitus percutitur. In castris quinquaginta et duo^c millia ex militibus Heraclii in stratu mortui sunt: cumque in crastino deberent ad prælium egredi, cernentes eorum exercitus milites partem maximam divino iudicio interfectam, adversus Sarracenos nec ausi sunt inire prælium. Regressus omnis exercitus Heraclii ad proprias sedes, Sarraceni more quo cœperant, provincias Heraclii imperatoris assidue vastare pergebant. Cum jam Hierosolimam propinquassent, Heraclius videns quod eorum violentiæ non potuisset resistere, nimia amaritudine et mœrore arreptus, infelix Eutyctianam hæresim jam sectans^d, Christi cultum relinquens, habens uxorem filiam sororis suæ, **641** a febre vexatus crudeliter vitam

17. De hac re plura in utramque partem scripsere D Joh. Lunois et P. Joh. Nicolai Dominicanus.

^a Colb. et Editi aliquot, *Ercolixæ*. Alii, *Hercolixæ*. Inferiores Caucasi partes *Colice regionem* dictas fuisse legitur apud Ortelium.

^b Codd. Clar. et Colb., *Cispas*; Freh. al., *Cispium*. Mavult Plinius Caucasi portas appellari: quæ et Pylæ Iberiæ dicuntur, non quod ibi portæ re ipsa fuerint, quoniam et ab incolis dicantur Porta ferrea, sed quod locus adeo sit angustus, ut quivis hostium impetus facile retrundi possit. Aditus nempe non nisi trecentorum passuum spatio inter Caucasum montem et mare Hircanum patet, imminetque valli castellum in rupe Cumana positum. Ibi urbs est, Harmastis nomine, quam *Derbent*, id est Angustias appellant, Turcis *Demir*, seu *Temir capi*.

^c Ches., Freh., *quinquaginta quinque millia*. Chesn. al., L et LI.

^d Monothelitarum hæresim tuebatur Heraclius, quæ Eutyctianæ scholes erat. Hæc nempe e duabus

A finivit. Cui successit in imperii gradum Constantinus filius ejus, cujus tempore pars publica a Sarracenis nimium vastatur.

AN. DCXXX. — LXVII. Anno 9^o Dagoberti, Charibertus rex moritur, relinquens filium parvulum, nomine Chilpericum, qui nec post moram defunctus est: fertur factione Dagoberti fuisse interfectus. Omne regnum Chariberti, una cum Wasconia, Dagobertus protinus suæ ditioni redigit: thesauros quoque Chariberti Baronto duci^f adducendum et sibi præsentandum direxit. Unde Barontus, grave dispendium fecisse dignoscitur, una cum thesaurariis [Al., thesauris] faciens, nimium exinde fraudulenter subtraxit.

LXVIII. Eo anno Sclavi, cognomento Winidi, in B regno Samonis negotiantes, Francorum cum plurimam multitudinem interfecissent et rebus exspoliassent, hoc fuit initium scandali inter Dagobertum et Samonem regem Sclavinorum^g. Dirigens Dagobertus Sicharium legatarium ad Samonem, petens ut negotiantes quos sui interfecerant, et res quas illi cite usurpaverant cum justitia faceret emendare. Samo nolens Sicharium videre, nec ad se eum venire permitteret; Sicharius vestes indutus ad instar Sclavinorum^h cum suis ad conspectum pervenit, Samoni universa quæ injuncta habebat nuntiavit. Sed ut habet gentilitas et superbia pravorum, nihil a Samone quæ sui admiserant est emendatum, nisi tantum placita vellens instituere, ut de his et aliis intentionibus, quæ inter has partes ortæ fuerant, C justitia redderetur in vicem. Sicharius, sicut stultus legatus, verba improprietatis quæ injuncta non habuerat, et minas adversus Samonem loquitur, eo quod Samo et populus regni sui Dagoberto deberent servitium. Samo respondens jam saueius [Clar., eaucius] dixit: **642** Et terram quam habemus Dagoberti est, et nos sui sumus, si tamen nobiscum disposuerit amicitias conservare. Sicharius dicens: Non est possibile, ut Christiani Dei servi cum canibus amicitias collocare possint, Samo e contrario dixit: Si vos estis Dei servi, et nos sumus Dei canes, dum vos assidue contra ipsum agitis, nos permissum accepimus vos morsibus laerare. Ejectus est Sicha-

unam conflata naturam admittebat, illa unicam voluntatem. Hanc publico edicto *Ecthesim* appellant, omnibus tenendam proponere veritus non est. Heraclio patri successit Constantinus catholicus an. 641. De cladibus vero per Sarracenos illatis, qui Muhamedis seu Mahometis, an. 631, regni sui super aliquot Arabes nono defuncti, discipulis juncti non minus Deo quam hominibus bellum indixerunt, plura videsis apud Theophanem, Nicephorum et cæteros. Nemo nescit quantum illi barbari per universum orbem postea propagati sint.

^e Freh., *anno octavo*.

^f Alii, *Barontum ducem*; alii, *Baronto duce sibi*.

^g Sic Clar., quod et cæteri habent frequentius infra; hic vero, *Sclavorum*.

^h Hinc forte Sclavinia dictum est vestimenti genus, quo sæculo XII peregrini utebantur, ex Casarii libro de Mirac., capp. 40 et 42, ut observat Alteserra, qui et Saxoniam, ex Augustini cap. 127 Quæst. utriusque Test., landat

rius de conspectu Samonis. Cum hæc Dagoberto A
mittisset. Dagobertus superlittere jubet de universo
regno Austrasiorum contra Samonem et Winidos
movere exercitum : ubi tribus turmis phalangæ super
Winidos exercitus ingreditur, etiam et Langobardi
solatione ^a Dagoberti idemque hostiliter in Selavos
perrexerunt. Selavi hiis et aliis locis e contrario præ-
parantes, Alamannorum exercitus cum Chrodoberto
duce in parte qua ingressus est victoriam obtinuit.
Langobardi itidemque victoriam obtinuerunt ; et plu-
rimum numerum captivorum de Selavis Alamanni et
Langobardi secum duxerunt. Austrasii vero cum ad
castrum Wogastishure ^b, ubi plurima manus fortium
Winidorum immoraverant, circumdantes, triduo
præliantes, plures ibidem de exercitu Dagoberti gra-
dio trucidantur, et exinde fugaciter omnes tentoria
et res quas habuerunt relinquentes, ad proprias sedes
revertuntur. Multis post hæc vicibus Winidi in Tho-
ringiam et reliquos vastando pagos in Francorum
regnum irruunt. Etiam et Deruanus dux gentis Ur-
biorum ^c, qui ex genere Selavinorum erant, et ad
regnum Francorum jam olim aspexerant, se ad [Al.,
se et] regnum Samoni cum suis tradidit. Istamque
victoriam quam Winidi contra Francos meruerunt,
non tantum Selavinorum fortitudo obtinuit, quantum
dementatio Austrasiorum, dum se cernebant cum
Dagoberto odium incurrisse, et assidue exspolia-
rentur.

643 LXIX. Eo anno Charoaldus ^d rex Langobardorum legatos ad Hisacium patricium secretius mittens, rogat ut Tasonem, ducem provincie Tuscanæ, quo poterat ingenio interficeret. Huius beneficii vicissitudine tributa, quæ Langobardi de manu publica [Id est, imperio] recipiebant, tria centenaria auri annis singulis, unde unum centenarium auri Charoaldus rex partibus imperii de præsentibus cassaret. Hisacius patricius hæc audiens, tractabat quibus ingenii hæc potuisset implere, Tasoni ingeniose mandans, dum in offensa Charoaldi erat, cum ipso amicitias obligaret, ipse vero contra Charoaldum regem ei auxiliaretur. Tali præventus est fraude : Ravennam pergit. Hisacius ei obviam mandans, præ timore imperatoris, Tasonem cum suis infra muros Ravennæ urbis armatum non audebat recipere. Cumque Taso credens, arma suorum foris urbem relinqueus, in Ravennam fuisset ingres-

sus, statim qui fuerant præparati super Tasonem irruunt, et ipsum, et suos totos, qui cum eo venerant. [Al., erant] interfecerunt. Charoaldus rex unum centenarium auri, sicut promiserat, partibus Hisacii et imperii cassavit. Duo tantum centenaria auri deinceps ad partem Langobardorum a patricio Romanorum annis singulis implentur. Unus centenarius centum libras auri capit. Post hæc continuo Charoaldus rex moritur.

LXX. Gundeberga regina, eo quod omnes Langobardi eidem fidem cum sacramentis firmaverant, Chrotharium ^e quemdam, unum ex ducibus de territorio, Brixie ad se venire præcipit, cum compellens ut uxorem quam habebat relinqueret, et eam matrimonio acciperet : per ipsam omnes Langobardi eum sublimabant in regno. Quod Chrotharius libenter consentiens, sacramentis per loca sanctorum firmans ne unquam Gundebergam postponeret, nec de honore gradus aliquid minueret, ipsamque unico **644** amore diligens in omnibus honorem præstaret condigne, Gundeberga attrahente, omnes Langobardorum primates Chrotharium sublimant in regno. Chrotharius cum regnare cœpisset, multos nobilium Langobardorum, quos sibi senserat contumaces, interfecit. Chrotharius fortissimam disciplinam et timorem in omne regnum Langobardorum pacem sectans fecit. Chrotharius oblitus sacramenti quod Gundebergæ dederat, eamque in unum cubiculum Ticini in aula palatii retrudit, eamque ad privatam habitum vivere fecit ; quinque annos sub ea retrusione teneatur. Chrotharius per concubinas debacchabatur assidue. Gundeberga, eo quod esset Christiana, in hac tribulatione benedicebat Deum omnipotentem, jejuniis et orationibus assidue pervacabat.

LXXI. Quando Deo complacuit, Aubedo ^f legatarius directus a Chlodoveo rege ^g, causa legationis usque Chrotharium regem Langobardorum Papiam, cognomento Ticino ^h, civitatem Italie pervenisset, cerneus reginam, quam sæpius in legatione veniens viderat, et ab ipsa benigne semper susceptus fuerat, fuisse retransam quasi inunctum habens, exinde inter cætera Chrothario regi suggessit, quod illam parentem Francorum quam reginam habuerat, per quam etiam regnum assumpserat, non debuisset humiliare. Exinde reges Francorum et Franci essent ingrati, quam Chrotharius de præsentibus reverentiam

Chrotacharium. Vulgo appellatur Rotharis.

^f Is est Audobaldus palatii comes, ut censet Peraldus, qui memoratur in charta Clotarii III, pro monasterio sancti Benigni Divionensis, data an. 664. Idem Audebedo seu Audebellus dicitur in Chronico ejusdem monasterii, tomo I Spicil. Acheriani.

^g Confer caput 50, supra, ubi eadem historia narratur. Editi plerique, *Chlotario rege. Colb., Chlodovio. Hic in Chronicis, sancti Benigni et Besuensi, Chlotarius et Chlodoveus appellatus fuisse dicitur.*

^h Pavia, vulgo *Pavie*, urbs Langobardorum regia, Flavia etiam dicta, et Ticinum a Ticino fluvio (*Tessin*), qui eam alluit ; seque episcopali nulli archiepiscopo subjecta, ducatus titulo, et academia nobilitatur.

^a Editi, *sollicitatione. Boh., solutione. Et infra al., reparantes.*

^b Sic Clarom. Colb. vero et Boher. cum Palat., *Vocastense* ; alii, *Vogastense, Vocatense*

^c Colb., Boher. et aliquot Editi, *Urbium*. Hos Surbios, Sorbos seu Sorabos esse ait Coitius, Thuringis finitimos, qui Anstrasiis parebant.

^d Chesn. al., *Chrodoaldus*. Et, infra, Clar., *Hysacius*. Ed. aliquot, *Isacius*, qui et infra habent *Asonem* cum Colb. Porro rerum Langobardicarum notitia ex Paulo Diac. potissimum repetenda est, quas passim Fredegarius perturbat. Observa Hisacium, qui Italiani imperatoris nomine, regebat, *patricium Romanorum* hic a Fredegario appellari. quo nomine Carolus Magnus summam postea in Italia potestatem habuit.

^e Colb., *Rotharium*. Chesn. al. semel, et Boh.,

Francorum habens, jubet egredi foras, et post quinque circiter annos, per totam civitatem et foris Gundeberga regali ordine per loca sanctorum ad orationem aggreditur. De villis et opibus fisci quod habuerat, Clothariusei restaurari præcepit, quod usque diem obitus sui, et gradum dignitatis, et opibus pluribus ditata, regio cultu post feliciter tenuit. Abedo vero a Gundeberga regina fortiter remuneratur.

645 Clotharius cum exercitu Genavam maritimam, Albingannam, Varicottim, Saonam, Ulitergiam, et Lunam^a civitates littoris maris de imperio auferens vastat, rumpit, incendio concremans, populum diripit, spoliat et captivitate condemnat; murosque earum usque ad fundamentum destruens, vicus has civitates dominare præcepit.

LXXII. Eo anno in Abarorum^b, cognomento Chunorum, regno in Pannonia^c surrexit vehemens intentio, eo quod de regno certarent, cui deberetur ad succedendum, unus ex Abaris et alius ex Bulgaris; collecta multitudine uterque in invicem pugnarunt. Tandem Abari Bulgarios superant. Bulgaris superatis, novem millia virorum cum uxoribus et liberis de Pannonia expulsi, ad Dagobertum expetunt, petentes ut eos in terra Francorum ad manendum reciperet. Dagobertus jubet eos ad hiemandum Bajoarios recipere, dummodo pectoretur eum Francis quid exinde fieret. Cumque dispersi per domos Bajoariorum ad hiemandum fuissent, consilio Francorum Dagobertus Bajoariis jubet ut Bulgarios illos cum uxoribus et liberis unusquisque in domo sua in una nocte Bajoarii interficerent, quod protinus a Bajoariis est impletum. Nec quisquam ex illis remansit Bulgaris, nisi tantum Alticeus^d cum septingentis viris, et uxoribus cum liberis, qui in marca Winidorum^e salvatus est. Post hæc cum Walluco^f duce Winidorum annis plurimis vixit cum suis.

LXXIII. Eo anno quid partibus Spaniæ, vel eorum regibus contigerit, non prætermittam. Defuncto Sisibudo^g, rege elementissimo, cui Sintela ante annum circiter successerat in regnum, **646** eum esset Sintela nimium in suis iniquis, et eum omnibus regni sui primatibus odium incurreret, cum consilio

^a In editis corrupta sunt omnino hæc nomina. Lectio autem Clarom., Chesn. et Freh. retinendus. Colb. habet, *Albingam, Novariam, Cottisam, Omavibitergio, Luna*. Editi alii, *Albinga, Novaria, Cottisaonia ubi Tergio et Luna*. Urbes istæ quas recensimus notissimæ sunt, præter *Varicottim*, nomen corruptum, quod divinare non licuit. Genava maritima (*Gènes*) sic dicitur, ut ab Allohrogum Geneva distinguatur. Albingannam vetus nomen retinet *Albenga*, sede episcopali ab Alexandro III donata. Sanna est *Savona* sub Genuensium ditione, Opiterginum, vulgo *Oderzo*. Lunæ veteri urbi successit *Sarzana*. Hanc expeditionem memorat Paulus Diaconus lib. iv cap. 47, ubi ait a Rothari captas fuisse Romanorum civitates omnes in litore maris ab urbe Tusciæ Lunensi ad Francorum fines, et Opitergium ab eo fuisse dirutum.

^b Alias *Avarorum*. Aliquot eum aspiratione *Habarorum*. Sic et *Hunnorum* pro *Chunorum*, ut sæpe nominimus.

^c Colb. et Boher. eum plerisque Editis, *Hispania*.

^d Sic Clarom. Apud Colb., *Alticeus*; Chesn. et Freh., *Altiaus*; alii, *Alticeus*, eum cod. Palat.

A cæterorum Sisenandus quidam ex proceribus ad Dagobertum expetit ut ei cum exercitu auxiliaretur, qualiter Sintellanem degradaret a regno: in hujus beneficii repetitionem missorium aureum nobilissimum ex thesauris Gotthorum, quem Thursem dux rex ab Ætia^h patricio acceperat, Dagoberto dare promisit, pensantem auri pondusⁱ quingentos. Quo audito, Dagobertus, ut erat cupidus, exercitum in auxilium Sisenandi de toto regno Burgundiæ banire præcepit. Cumque in Spania divulgatum fuisset exercitum Francorum in auxilium Sisenando aggredere, omnis Gotthorum exercitus se ditioni Sisenandi subegit. Abundantius et Venerandus cum exercitu Tholosano tantum usque Cæsaraugustam civitatem cum Sisenando accesserunt, ibique omnes Gotthi de regno Spaniæ Sisenandum sublimant in regnum. Abundantius^j et Venerandus cum exercitu Tholosano muneribus honorati revertuntur ad proprias sedes. Dagobertus legationem ad Sisenandum regem, Amalgarium ducem et Venerandum dirigit, ut missorium illum quem promiserat eidem dirigeret: cumque a Sisenando rege missorius ille legatariis fuisset traditus, a Gotthis per vim^k tollitur, nec eum exinde exhibere permisit. Postea discurrentibus legatis ducenta millia soldorum missorii hujus pretii Dagobertus a Sisenando accipiens, ipsumque pensavit.

AN. DCXXXI. — LXXIV. Anno 10 regni Dagoberti, cum ei nuntiatum fuisset exercitum Winidormi Thoringiam fuisse **647** ingressum, cum exercitu de regno Austrasiorum de Mettis^l mibe promovens, transita Ardenna, Magantiam magno cum exercitu aggreditur^l, disponens Rhenum transire, searam^m de electis viris fortibus de Neuster et Burgundia cum ducibus et grafionibus secum habens. Saxones missos ad Dagobertum dirigit, petentes ut eis tributa quæ fisci ditionibus dissolvebant indulgeret: ipsi vero eorum studio et utilitate Winidis resistere spondent, et Francorum litem de illis partibus custodire promittunt. Quod Dagobertus, consilio Neustrasiorum adeptus, præstitit Saxoibus qui hisⁿ petitionibus suggerendum venerant. Sacramentum, ut eorum

^e Hodie, ut monet Freherus, *Windischemarck*.

^f Sic Clar., Freh. et Chesn., *Wallaco*; al., *Walduco*.

^g Sisebuto anno 624 successit Reccaredus II, ejus filius, et isti post tres menses *Suintilla*, sive qui hic *Sintela, Sintilla*, et in eod. quibusdam *Senzila* appellatur, atque in eo desinit Isidori Chronicon. Sisenandus anno 631 Suintillanem e solio exturbavit.

^h Illyr., quæ erat etiam lectio Colb., sed detrita, *Ægidio*. At Clar. habet *Agecio*, cæteri, *Ejcio*, quo modo in istis eod. Egidii nomen scribi solet. Vide fragmentum⁴ ex aliis Fredegarii libris quod infra proferemus.

ⁱ Boh., *auri solidos*.

^j Colb. et Ed., *Abundantius*. Hanc capituli 73 partem ad annum seq. revocat Cointans.

^k Ed. et Colb. cum Boh., *per viam*. Et infra al., *exinde abstrahere*.

^l Boh., *Magantia... egreditur*.

^m Seara est turma militum, ut jam observavimus. Infra, pro *Neuster*, vet. Ed. habent *Austria*.

ⁿ Boh., *hujus*. Ches. et cæteri, *hujus petitionis*.

mos erat ^a, super arma placata [*Al.* placita] pro A universis Saxonibus firmant. Sed parum hæc promissio sortitur effectum, tamen tributum Saxones, quod reddere consueverant, præceptione Dagoberti habent iudultum. Quingentas vaccas inferendales ^b annis singulis a Chlothario seniore censiti reddebant, quod a Dagoberto cassatum est.

AN. DCXXXII. — LXXV. Anno 11^e regni Dagoberti, cum Winidi jussu Samonis fortiter sævirent, et sæpe transceso eorum limite regnum Francorum vastandum, Thoringiam et reliquos pagos ingrederentur, Dagobertus Mettis urbem veniens, cum consilio pontificum seu et procerum, omnibusque primatibus regni sui consentientibus, Sigibertum filium suum in Austeris regem sublimavit, sedemque Mettis civitatem habere permisit. Chunibertum ^d Coloniae urbis pontificem, et Adalgiselum ducem palatii et regnum ^e gubernandum instituit. Thesaurum quod sufficeret lilio tradens, condigne, ut decuit, eum hujus culmine sublimavit, et quodeunque eidem largitus fuerat, singillatim præceptionibus roborandum decrevit. Deinceps Austrasii eorum studio limitem et regnum ⁶⁴⁸ Francorum contra Winidos utiliter defensasse noscuntur.

AN. DCXXXIII. — LXXVI. Cumque anno 12 regis Dagoberti eidem filius, nomine Chlodoveus, de Nantechilde regina natus fuisset, consilio Neustrasiorum ^f, eorumque admonitione, per pactionis vinculum cum Sigiberto filio suo firmasse dinoscitur. Et Austrasiorum omnes primates pontifices, cæterique teudes Sigiberti, manus eorum ponentes insuper, C sacramentis firmaverunt ut Neptrium et Burgundia solidato ordine ad regnum Chlodovei post Dagoberti discessum aspicerent: Auster vero, idemque ordine solidato, eo quod et de populo et de spatio terræ esset coæquans, ad regnum Sigiberti idemque in integritate deberet aspiciere; et quidquid ad regnum Austrasiorum jam olim pertinuerat, hoc Sigibertus rex suæ ditioni gerendum reciperet, et perpetuo dominandum haberet, excepto ducatu Dentelini ^g, quod [*id est*, qui] ab Austrasiis iniquiter abtultus fuerat, iterum ad Neustrasios subjungeretur, et Chlodovei regimini subjiceretur. Sed has pactiones Austrasii terrore Dagoberti coacti vellent nollent firmasse visi sunt. Quod postea temporibus Sigiberti et Chlodovei regum conservatum fuisse constat.

^a Hunc morem omnibus populis Septentrionalibus familiarem fuisse observat Gangius in Glossario, quem consulte.

^b Sic Aimoinus, lib. iv cap. 26, dictas fuisse advertit, quod annis singulis inferrentur.

^c Coitius legendum hic esse censet an. 12, et cap. seq. *vn.* 15, sed nihil absque codicis alicujus auctoritate immutare licet.

^d Colb. et alii, *Hunbertum*, quod perinde est.

^e Sic legendum esse monet Valeus ex cod. Clarom., cui Chronica Besuetense et sancti Benigni, Annales Mettenses cum B. Pippini Vita et ceteri consentiunt, cum Boher. et Erel. qui habet *ducem, palatium*, etc.; sicut et Ill., licet habeat *palatii*. At Chesn. et alii Ed. cum Colb.: *Adalgiselum ducem palatii ad regnum gubernandum*, etc. Unde aliqui intulere novam a Dagoberto dignitatem ducis palatii

LXXVII. Radulfus dux tunc Chamari, quem Dagobertus Thoringiæ ducem instituit, pluribus vicibus cum exercitu Winidorum dimicans, eosque victos vertit in fugam. Hujus victoriae superbia elatus, et contra Adalgiselum ducem diversis occasionibus inimicitias tendens, paulatim contra Sigibertum jam tunc cœperat rebellare. Sed, ut dictum est, sic agebat: Qui diligit rixas, meditatur discordias.

AN. DCXXXV. — LXXVIII. Anno 14 regni Dagoberti, cum Wascones fortiter rebellarent, et multas prædas in reyno ⁶⁴⁹ Francorum, quod Charibertus tenuerat, facerent, Dagobertus de universo regno Burgundiæ exercitum promovere jubet, statuens eis caput exercitus, nomine Chadoindum, referendum, qui temporibus Theuderici quondam regis B multis præliis probabatur strenuus; qui cum decem ducibus cum exercitibus, id est, Arimbertus ^h, Amalgarius, Lendebertus, Wandalmarus, Waldericus, Ermenus, Baroutus, Chairardus ex genere Francorum, Chramnelenus ex genere Romano, Willibadus patricius ex genere Burgundionum, Aigyna ex genere Saxonum, exceptis comitibus plurimis, qui ducem super se non habebant ⁱ, in Wasconia cum exercitu perrexissent, et tota Wasconia patria ab exercitu Burgundiæ fuisset repleta, Wascones de inter montium rupibus egressi ad bellum properant. Cumque præliari cœpissent, ut eorum mos est, terga vertentes, dum cernerent se esse superandos, in fauces vallium, et montes Pyrenæos latebram dantes, se locis tutis imis per rupes eorumdem montium collocantes latitarunt. Exercitus post tergum eorum cum ducibus insequens, plurimo numero captivorum Wascones superatos, seu et ex his magna multitudo interfectos, omnes domus eorum incensas, pecuniis [*Al.* pecuniis] et rebus exspoliant. Tandem Wascones oppressi seu perdomiti veniam et pacem a superscriptis ducibus petentes, promittunt se gloriae et conspectui Dagoberti regis præsentaturos, et suæ ditioni traditos, cuncta ab eodem injuncta impleturos. Feliciter hic exercitus absque ulla latione ad patriam fuerint repediti, si Arimbertus dux maxime cum senioribus et uobilioribus exercitus sui per negligentiam a Wasconibus in valle Subola ^j non fuisset interfectus. Exercitus vero Francorum, qui de Burgundia in Wasconia ⁶⁵⁰ accesserat, partem ^D tratta [*Al.* parta] victor a redit ad proprias sedes.

tunc fuisse apud Francos institutam. Boh., *Adalgisum*; alii, *Adagysilum*.

^f Aliquot Ed., *Austrasiorum*, quod forte eorum auctores in codd. incidere qui habent *Neuster*, *Neustrasii*.

^g Boh., *ducato Dentelino*, al., *Danzileni*.

^h Clar. cod. lectionem secuti fuimus. Alii: *Almagarius*, *Haribertus*, *Ermenicus*, *Barantus*, *Arialdus*, seu *Hariardus*, *Ramelenus*, seu *Rantenus*, *Willibaldus*, *Aghyno*, seu *Agino*.

ⁱ Hinc postea totidem ex ejusmodi comitibus inter Pares Franciæ affecti sunt, quot duces.

^j Vallis Subola pagus est ad Pyrenæi radices situs, diocesis olim Aquensis (*d'Acqs*), nunc vero Eleronensis (*d'Oléron*). Caput habet oppidum Mallconem (*Mauléon*), Sasone fluvio irrigatum. Hodie contractius dicitur Sola, seu Scula, vulgo *la Souls*.

Dagobertus ad Clippiaco residens mittit nuntios in Britanniam, quod Brittones male admisserant velociter emendarent, et ditioni suæ se traderent; aliaquin exercitus Burgundiæ, qui in Wasconiam fuerant, de præsentem in Britannias debuissent irruere. Quod audiens Judacaille ^a, rex Britannorum, cursu veloci Clippiacum cum multis muneribus ad Dagobertum perrexit, ibique veniam petens, eum cuncta quæ sui regni Britannicæ pertinentes leudibus Francorum illicite perpetraverant, emendandum spondidit; et semper se, et regnum quod regebat Britannicæ, subiectum ditioni Dagoberti et Francorum regibus esse promisit. Sed tamen cum Dagoberto ad mensam vel ad prandium discumbere noluit, eo quod esset Judacaille religiosus et timens Deum valde. Cumque Dagobertus resedisset ad prandium, Judacaille egrediens de palatio ad mansionem Dadonis ^b referendarii, quem cognoverat sanctam religionem sectantem, accessit ad prandium, indeque in crastino Judacaille rex Britannorum Dagoberto valedicens in Britanniam repedavit. Condigne tamen a Dagoberto muneribus honoratur.

AN. DCXXXVI. — Anno 15 regni Dagoberti, Wascones omnes seniores terræ illius cum Aiginane ^c duce ad Dagobertum Clippiacum venerunt, ibique in ecclesia domni Dionysii regio timore perterriti confugium fecerunt. Clementia Dagoberti vitam habent indulgam: ibique sacramentis Wascones firmantes, simul et promittentes se omni tempore Dagoberto et filiis suis, regnoque Francorum fideles fore, quod more solito, sicut sæpe fecerant ^d, posthac probavit

^a Boh., *Judacaulle*. Vulgo dicitur Judacael, qui postea dimisso regno vestem monasticam suscepit in monasterio sancti Johannis de Gaelo, hodie sancti Mevermii, in diocesi Alethensi, seu sancti Mælovii. Memoratur in Martyrologio Benedictino die 17 Kal. Januarii.

^b Is est sanctus Audoenus, postea Rothomagensis episcopus, vel suo nomine celebris, de qua infra

^c Ed. cum Colb.; *Ainundo*; al., *Amando*.

^d Ches. addit *sefellerunt, ut probavit*.

^e In illis annis sexdecim computandi sunt ii quos simul cum patre regnavit, atque ita Dagobertus obisse dicendus est anno 638, die xv Kal. Febr., qui annus 657 dici potest, si annus a Paschate inchoatur, ut fit apud Fredegarium. Hanc sententiam post Valesium et Cointium multis argumentis confirmat noster Mabillonius eum in præfatione sac. n. Benedictini, tum in dissertatione singulari ea de re edita tomo III vet. Analect. contra eos qui Dagobertum annos sexdecim post patris mortem regnasse censentes, ejus obitum ad an. 644 differunt. Spinogilum vero vicus ubi Dagobertus ægrotavit, situs est supra Sequanam, a S. Dionysii oppido una circiter leuca dissitus, vulgo *Espinay*, quanquam, ut monet Valesius, *Espinuit* dici et scribi deberet. Sepultus est autem in basilica Dionysiana, quam eo in loco tunc existisse cum sanctorum Martyrum sepulcro ubi nunc etiam visitur, duabus circiter leucis ab urbe, compluribus argumentis viri eruditi jam evicerunt, et ex multis chartis autographis primæ regum nostrorum stirpis, quæ lib. vi de Re Diplomatica habentur, confirmari potest. Quin et cum vir cl. Sebastianus le Nain de Tillemont, non minus pietate quam eruditione illustris, tomo IV Historiæ eccles. ea de re quasi dubitando scripsit et, re postea, ab amicis monitis, attentius explorata, agnovit nullis ceris rationibus approbari posse eo-

rum sententiam, qui contendunt basilicam in qua sepulti martyres fuerunt, et in qua Dagobertus fuit depositus, in ipsa urbe olim existisse; cum e contrario altera sententia validissimis argumentis demonstratur; idque prima data occasione sese in scriptis emendaturum pollicitus est; quod hic testari visum est, quod ipse die 10 Januarii hujus anni 1698 pie lato functus, promissum exsequi non potuerit. Cæterum hodieque apud sanctum Dionysium Dagoberti tumulus ad dexteram majoris altaris visitur, sed qui tantæ antiquitatis esse viri eruditi non videntur. De nobilissimi hujus monasterii, quod exinde regum nostrorum, tertiæ potissimum stirpis, commune conditorium est, prærogativis, sacris cimeliis, plurimis possessionibus, jurisdictionibus, etc., plura proferre supervacaneum esset.

AN. DCXXXVII. LXXIX. — Anno 16 regni sui ⁶⁵¹ Dagobertus profluvio ventris in Spinogelo villa super Sigona fluvio, nec procul a Parisius ægrotare cœpit: exinde ad basilicam sancti Dionysii a suis defertur. Post paucos dies cum vitæ suæ sentiret periculum, Æganem sub celeritate ad se venire præcepit, reginam Nantechildem, et filium suum Chlodoveum eidem in manu commendans: se jam discessurum sentiens, consilium Æganæ pergratum habens, quod cum ejus instantia regnum strenue gubernare possit. His gestis, post paucos dies Dagobertus emisit spiritum, sepultusque est in ecclesia sancti Dionysii, quam ipse prius condigne ex auro et gemmis, et multis pretiosissimis speciebus ornaverant, et condigne in circuito fabricari præceperat, patrocinium ipsius pretiosum expetens. Tantæ opes ab eodem, et villæ et possessiones multæ per plurima loca ibi sunt collatæ, ut miraretur a plurimis. Psallentium ibidem ad instar monasterii sanctorum Agaunensium instituire jusserat; sed facilitas abbatis Aigulfi eandem institutionem noscitur refragasse ^f. Post Dagoberti discessum filius suus Chlodoveus sub tenera ætate regnum patris ascivit. Omnesque leudes de Neuster et Burgundia eum Massolæo villa sublimant in regnum. Æga vero eum reginam Nantechildem, quam Dagobertus ⁶⁵² reliquerat, regebat palatium.

AN. DCXXXVIII. et XXXIX. — LXXX. Anno primo regni Chlodovei, secundo, et imminente tertio ejusdem regni anno ^g, condigne palatium gubernat et regnum.

rum sententiam, qui contendunt basilicam in qua sepulti martyres fuerunt, et in qua Dagobertus fuit depositus, in ipsa urbe olim existisse; cum e contrario altera sententia validissimis argumentis demonstratur; idque prima data occasione sese in scriptis emendaturum pollicitus est; quod hic testari visum est, quod ipse die 10 Januarii hujus anni 1698 pie lato functus, promissum exsequi non potuerit. Cæterum hodieque apud sanctum Dionysium Dagoberti tumulus ad dexteram majoris altaris visitur, sed qui tantæ antiquitatis esse viri eruditi non videntur. De nobilissimi hujus monasterii, quod exinde regum nostrorum, tertiæ potissimum stirpis, commune conditorium est, prærogativis, sacris cimeliis, plurimis possessionibus, jurisdictionibus, etc., plura proferre supervacaneum esset.

^f Frelh. al., *suffragasse*. Favet Chronic. sancti Benigni, ubi legitur, *jusserat, quod studio et industria abbatis Aigulfi est adimpletum*. Hunc postea Valentia episcopum fuisse censet Johannes Columbus; at refragatur Aimoinus, qui lib. iv cap. 40, *Aigulfum* Valentia episcopum laudat, et seq. *Aigulfum* abbatem sancti Dionysii. Psallentii Agaunensis nomen hic intellige jugem psalmodiam diu noctuque perseverantem, qualis erat apud Græcos monachos, qui Accometæ dicebantur, quasi nunquam dormirent. id per plures turmas distributi præstabant, quem morem ab Aigullo neglectum restituit Chlodoveus II, ut ex ejus charta patet, quam in appendice dabimus. Idem firmarunt Theodoricus IV et Pippinus.

^g Sic Clar. et cæteri scripti. Consentiant Illyr., Col., Big., Boch. et Bar. At Chesn. et Frelh.: *Æga vero anno I Chlodovei, imminente secundo ejusdem regni anno, condigne, etc.*, quam lectionem cæteris præferendam esse censet Cointius. At Fredegarus non hic tres annos laudat, quasi quæ in his capitibus

Æga vero inter cæteros primates Neptrici prudentius A agens, et plenitudine patientiæ [Al. sapientiæ] imbutus, cunctis erat præcellentior. Eratque genere nobilis, opibus abundans, justitiam sectans, eruditus in verbis, paratus in responsis: tantummodo a plurimis blasphemabatur, eo quod esset avaritiæ deditus. Facultates plurimorum, quæ jussu Dagoberti in regno Burgundiæ et Neptrico illicite fuerant usurpatæ, et fisci ditionibus contra modum justitiæ redactæ, consilio Æganis [Al. Æginanæ] omnibus restaurantur.

LXXXI. Eo anno Constantinus imperator moritur a. Constans filius ejus sub tenera ætate consilio senatus in imperio sublimatur. Idem ejus tempore gravissime a Sarracenis vastatur imperium. Hierosolyma a Sarracenis capta, cæteræque civitates eversæ, Ægyptus superior et inferior a Sarracenis pervaditur. B Alexandria capitur et prædatur. Africa tota vastatur, et a Sarracenis possidetur. Paululum, ibique Gregorius patricius a Sarracenis est interfectus. Constantinopolis tantum cum Thraciana 653 provincia et paucis insulis, etiam et Romana b provincia imperii ditioni remanserat. Nam maxime totum imperium a Sarracenis graviter fuit attritum: etiam et in postremo imperator Constans constrictus atque compulsus, effectus est Sarracenorum tributarius, ut vel Constantinopolis cum paucis provinciis et insulis suæ ditioni re erveretur. Tribus annis circiter, et fertur adhuc amplius, per unumquemque diem c mille solidos auri ærariis Sarracenorum Constans implebat. Tandem resumptis viribus Constans imperium aliquantisper recuperans, tributa Sarracenis implenda refutat. C Quemadmodum hoc factum fuisset eventum, anno in quo expletum est, in ordine debito referam, et scribere non silebo, donec de his et aliis optata, si permiserit Deus, perficiam, huic libello cuncta mihi ex veritate cognita inseram.

LXXXII. Eo anno Sintela d rex Spaniæ, qui Sisenando in regno successerat, defunctus est. Hujus lilius, nomine Tulga, sub tenera ætate Spaniis petitione patris sublimatur in regno. Gothorum gens impatiens est, quando super se forte jugum non habuerit. Hujus Tulganis adolescentia omnis Spania more solito vitiatur, diversa committens insolentia. Tandem

narrat tribus his annis consignanda sint; sed vult solummodo Ægam seu Æganem palatum primo et secundo anno gubernasse, ac tertio imminente defunctum, ut dicit infra, cap. 85. Consentit Chroni- D cum sancti Benigui.

a Constantinus Heraclio patri successit an. 641, quo paulo post a Martina noverca, ut fertur, veneni potione necato, Heraclionas, ex ipsa alter Heraclii filius, successit. Sed ipsi post sex menses edicto senatus naribus præcisus, et lingua matri abscissa, substitutus est Constans, Constantini lilius, Monothelitarum defensor.

b Hodie Romania dicitur, quæ Thraciam proprie dictam et alias vicinas regiones comprehendit. Boh. et vet. Ed., *Thraciana provincia imperii*, cæteris omis-

c Co'b., alia manu, *annum*.

d Alii, *Seutela*, sen *Sintilla*. Vulgo dicitur *Cinthila*, aut *Suinthila II*, cui successit Tulca, qui in edit. plerisque *Tolga*, in Boh. *Tholga* appellatur; at-

unus ex primatibus, nomine Chintasindus, coilectis plurimis senatoribus Gotthorum, cæteroque populo, in regnum Spaniæ sublimatur, qui Tulganem degradatum ad onus e clericatus tonsorari fecit: cumque omne regnum Spaniæ suæ ditioni firmasset, cognito morbo [Al. more] Gotthorum, quem de regibus degradandis habebant, unde sæpius cum ipsis in consilio fuerat, quoscunque ex eis hujus vitii promptum contra reges, qui a regno expulsi fuerant, cognoverat fuisse noxios, totos singillatim jubet interfici f, aliosque exsilio condemnari, eorumque uxores et filias suis fidelibus cum facultatibus 654 tradit. Fertur de primatibus Gotthorum hoc vitio reprimendo ducentos fuisse interfectos: de mediocribus quingentos interficere jussit. Quordusque hunc morbum Gotthorum Chintasindus cognovisset perdomitum, non cessavit quos in suspicione habebat gladio trucidare. Gotthi vero a Chintasindo perdomiti, nihil adversus eundem ausi sunt, ut de regibus consueverant inire consilium. Chintasindus cum esset plenus dierum, filium suum nomine Richysindum in omni regno Spaniæ regem stabilivit. Chintasindus poenitentiam agens, elemosynam multam de rebus propriis faciens, plenus senectute fertur monagari- rius mortuus esse.

AN. DCXL. — LXXXIII. Anno 5 regni Chlodovei regis, Æga in Clippiaco villa vexata a febre moritur. Ante paucos dies Ermenfredus, qui filiam Æganis uxorem acceperat, Ænulsum e comitem in Albioldero vico in mallo h interfecit. Ob hanc rem gravissima strages de suis rebus, jussione et permissu Nantehilda, a parentibus Ænuli et populo plurimum fitur. Ermenfredus in Auster Rennus ad basilicam sancti Remedii fecit confugium, ibique diebus plurimis hanc infestationem devitando et regio timore resedit.

LXXXIV. Post discessum Æganis Erchinoaldus major domus, qui eo sanguineus fuerat de genitrice i Dagoberti, major domus palatii Chlodovei efficitur. Eratque homo patiens, bonitate plenus, cum esset patiens et cautus, humilitate et benigna voluntate circa sacerdotes, omnibusque patienter et benigne respondens, nullaque tumens superbia, neque cupi-

que eum an. 642 exturbavit Chindaswindus, qui an. 649 Receswinthum filium suum monarcham reliquit.

e Alii, *honus*, pro *honorem*, ut vet. Editi.

f Idem fecerat Leuvigildus. Vide Gregor. lib. III Hist. cap. 50, et nota Alteserræ in idem caput.

g Clar., semel, *Chainulfum*; alias, *Aimulfum* appellat. Colb., *Anulfum*, seu *Aginulfum* in indice Boh., *Agnulfo*.

h Mallus dicebatur conventus totius regionis, seu placium majus, in quo res majoris momenti a comite finiebantur. Vide Glossarium Caugii.

i Alii, *genere*; plerique *genetrice*, seu *genere Dagoberto*. Erchinoaldus Balthildem postea reginam e captivitate redemit, sanctum Furseum excepit, eique Latiniacum pro construendo monasterio donavit, ecclesiamque sub ipsius nomine apud Perouam construxit. Obiit paulo ante sanctum Eligium ex ipsius sancti Eligii Vitæ lib. II, cap. 25, id est circa annum 659.

dirate sciebat : tantum in suo tempore pacem sectans fuit, ut Deo esset placibile. Erat sapiens, sed in primis maxima cum simplicitate, rebus mensuratum ditatus, ab omnibus erat dilectus. Igitur post discessum Dagoberti **655** regis, quo ordine ejusdem thesauri inter filios divisi fuerint, non omitam : sed dilucidato ordine huic volumini inseri procurabo.

LXXXV. Cum Pippinus major domus, post Dagoberti obitum, et cæteri duces Anstrasiarum, qui usque in transitu Dagoberti suæ fuerant ditioni retenti, Sigibertum unanimi conspiratione expetiissent, Pippinus cum Chumberto, sicut et prius amicitiae cultu in invicem collocati fuerant, et nuper sicut et prius amicitia vehementer se firmiter perpetuo conservanda obligant, omnesque leudes Austrasiarum se cum uterque prudenter, et cum dulcedine attrahentes, eos benigne gubernantes, eorum amicitiam constringunt, semperque servant. Igitur discurrentibus legatis, partem Sigiberto debitam de thesauris Dagoberti Nantechildæ reginæ et Chlodoveo regi a Sigiberto requiritur, ad quod reddendum placitum instituitur. Chumbertus pontifex nrbis Coloniae, et Pippinus major domus cum aliquibus primatibus Anster a Sigiberto directi villam Compen sium^a usque perveniunt, ibique thesaurus Dagoberti, jubente Nantechilde et Chlodoveo, instantia Æganis majoris domus presentatur, et æqua lance dividitur : tertiam tamen partem, de qua Dagobertus acquisierat, Nantechildis regina percepit. Chumbertus et Pippinus hunc thesaurum, quæ pars fuit Sigiberti, Mettin laiciunt perducere; Sigiberto presentatur et describitur. Post vero^b anni circulum Pippinus moritur, nec parvum dolorem ejusdem transitus cunctis generavit in Auster, ex eo quod **656** ab ipsis pro justitiae cultu et bonitate ejusdem dilectus fuisset. Grimoaldus filius ejus, cum esset strenuus, ad instar patris diligitur a plurimis.

LXXXVI. Otto quidam filius Urouis^c domestici, qui bajulus Sigiberti ab adolescentia fuerat, contra

^a Nullus fortasse locus exstat in Franconia, quem Reges frequentius excolerint. Vulgo dicitur *Compiègne*, situs paulo infra confluentes Axonæ in Isaram. Vide lib. iv de Re Diplomatica. Hodieque celebre est oppidum, ubi insignis abbatia ordinis Benedictini et congr. sancti Mauri, quæ natales suos Carolo Calvo debet.

^b Colb. et Frelh. : *Post fertur anni circulum*. Boh., *circulus*. Circulus ille anni post thesauri divisionem interpretandus est, non vero post Æganis mortem, interque enim anno 640 obiit Pippinus sepultus est Landis ad Getam amnem in Hasbanicæ et Brabantie confinia, nunc exiguo oppido, haud procul a monasterio sancti Trudonis. Vide lib. iv de Re Diplomatica. Ab eo loco Pippinus *Landinensis* cognomen accepit. Corpus ejus, postea Nivigellam translatum, juxta sanctam Gertrudem suam ipsius filiam depositum est; quod monasterium Ista ejus uxor cum sancta Gertrude construxerat. Sancti Pippini vitam Chesnus tomo I, et Bollandus die 21 Februarii, quo ipsius festum colitur, exhibent.

^c Ches., *Beronis*; al., *Vrouis*, *Vironis*, *Eronis*, *Aronis*. Boh., *Vrones*. Bajulus regis dicitur, qui ejus educationis curam habebat; unde vulgus eos *monitores* appellabat, ut patet ex Empi Ferrariensis abbatis epist. 64, ad Carolum regem : *Non admitten-*

A Grimoaldum superbia tumens, et zelum ducens, eumque despiciere conaretur. Grimoaldus cum Chumberto pontifice se in amicitiam constringens, cooperat cogitare quo ordine Otto de palatio eiceretur, et gradum patris Grimoaldus assumeret.

AN. DCXL. — LXXXVII. Cumque anno 8^d Sigibertus regnaret, et Radulfus dux Thoringie vehementer Sigiberto rebellare disposuisset, jussu Sigiberti omnes leudes Austrasiarum in exercitu gradiendum baniti sunt.^e Sigibertus Rhenum cum exercitu transiens, gentes undique de universis regni sui pagis ultra Rhenum cum ipso adunatæ sunt. Primo in loco filium Chrodoaldi, nomine Farum^f, qui cum Radulfo unitum habebat consilium, exercitus Sigiberti trucidans rupit, ipsumque iaterfecit : omnem populum hujus^g Fari qui gladum evasit, captivitati deputant. Omnesque primati et exercitus dextras invicem dantes, ut nullus Radulfo vitam concederet, sed hæc promissio non sortitur effectum. Sigibertus deinde Buchoniam cum exercitu transiens, Thoringiam properans. Radulfus hæc cernens castrum lignis munitum in quodam monte super Unestrude fluvio in Thoringia construens, exercitum undique, quantum plus potuit, colligens, cum uxore et liberis in hoc castro, ad se defendendum stabilivit : **657** ibique Sigibertus cum exercitu regni sui veniens, castrum undique circumdat exercitus; Radulfus vero intrinsecus ad prælium fortiter præparatus sedebat. Sed hoc prælium sine consilio initum est. Hoc adolescentia Sigiberti regis patravit, cum alii eodem die vellent procedere ad bellum, et alii in crastino, nec unitum habentes consilium. Grimoaldus et Adalegiselus duces hæc cernentes, Sigiberti periculum zelantes, cum undique sine intermissione custodiunt. Bobo dux Arvernus cum parte exercitus Adalegiseli, et Ænovalans^h comes Sogiontensis cum pagensibus suis, et cætera exercitus manus plurima, contra Radulfum ad portam castrum protinus pugnandum perrexerunt. Radulfus cum aliquibus ducibus exercitus Sigiberti fidu-

tur a vobis monitores, quos bajulos vulgus appellat, ne gloriam vestram inter se ipsi partiantur. Hinc magna auctoritate pollebant, quod ut plurimum omnia eorum unitu fierent. De his fuse et erudite disserit Cangius in Glossario.

^d Colb. : *Cumque anno 9*. Sic legit Sigibertus Gemblacensis in Chronico Frelh., an. 7.

^e Jam de hac voce aliquid observavimus in notis ad Gregorium. Bonum est edictum seu denuntiatio alicujus rei. Quandoque etiam sumebatur pro pœnitiis qui non obtemperaverant iustitiæ; sicut et heribannum (*l'arrière-ban*) nunc assignabat eorum qui ad exercitum ire neglexerant. Non plane exolevit harum vocum usus. Etenim hodie dicimus *convoquer le ban de l'arrière-ban*, et *être mis au ban de l'empire*. Quin et nuptiarum proclamationes in ecclesiis fieri solitas *banno* dicimus.

^f Editi plerique, *Farum filium Chroaldi nomine cum*. Mss. cum Frelh., *Farum*; et infra, *Faræ*; Clar., *Farum filio Chroaldo*, etc. Colb. et Editi complures, *exercitum Sigiberti trucidans*, quod est mendosum.

^g Boh., *Sogiontensis*. Colb. et editi plerique, *Ænovalans Sigiontensis (le Suintgaw)*. Chesn. et Frelh., *Nauvalans*; al. *Inovalans*, *Ænovalatus*, et sic infra.

ciam haberet, quod super ipsum non voluissent viribus irruere, de castro per portam prorumpens, super exercitum Sigiberti cum suis irruens, tanta strages a Radulfo cum suis de exercitu Sigiberti fitur, ut mirum fuisset. Magancenses in hoc prælio non fuerunt fideles. Ferturque ibi plurima milia hominum fuisse trucidata gladio. Radulfus patrata victoria in eastrum ingreditur. Sigibertus cum suis fidelibus gravi amaritudinis mœrore arieptus, super equum sedens, lacrymas oculis prorumpens, plangebat quos perdidit: et Bobo [Al., Bodo] dux, et Ænovallans comes, et cæteri nobilium fortissimi pugnatores, seu et plurima manus exercitus Sigiberti regis, qui cum ipsis in congressione certaminis essent aggressi, conspiciente Sigiberto, hoc prælio fuerunt truci lati. Nam et Fredulfus^a domesticus, qui et amicus Radulfi fuisse dicebatur, hoc prælio occubuit. Sigibertus eadem nocte nec procul ab ipso castro in tentoriis cum suo remansit exercitu. In crastinum videntes quod Radulfo nihil prævaluissent, missis disemrentibus ut Rhenum pacifice **658** iterum transirent, cum Radulfi convenientia Sigibertus et ejusdem exercitus ad proprias sedes remeant. Radulfus superbia elatus ad modum regis in Thoringia se esse censebat, amicitias cum Winidis firmans, cæterasque gentes, quas vicinas habebat, cultu amicitiae obligabat. In verbis tamen Sigiberto regimen non denegabat, sed in factis fortiter ejusdem resistebat dominationi.

AN. DCXLI. — LXXXVIII. Anno 10 regni Sigiberti, Otto, qui adversus Grimoaldum inimicitia per superbiam timebat, factione Grimoaldi, a Lenthario duce Alamannorum interficitur. Gradus honoris majoris domus in palatio Sigiberti, et omni regno Austrasiæ in manu Grimoaldi confirmatus est vehementer^b.

AN. DCXLII. — LXXXIX. Anno 4 regni Chlodovei, cumque Nantechildis regina cum filio suo Chlodoveo rege, post discessum Æganæ, Aurelianis in Burgundiæ regnum venisset, ibique omnes seniores, pontifices, duces et primates de regno Burgundiæ ad se venire præcepit: ibique cunctos Nantechildis singulatim attrahens, Flaochatus^c, genere Francus, major domus in regnum Burgundiæ, electione pontificum et cunctorum ducum, a Nantechilde regina in hunc gradum honoris nobiliter stabilitur, neptemque suam, nomine Ragnobertam^d Flaochato desponsavit: sponsalia hæc nescio qua factione fiunt. Nam aliud **D** consilium secreta Flaochatus et Nantechildis regina machinantur, quod creditur Deo non fuisse placibile,

^a Ches. et Freh., *Fredulfus*.

^b Postea ea in oleum devenit, ut defuncto Sigiberto, ejusque filio Dagoberto in Scotiam amandato, Childebertum filium suum Austrasiæ regem salutari jusserit. Quod facinus regni optimates detestati, tyranno exturbato, Grimoaldum Parisiis in vincula conjecere, ubi defunctus est. Tuncque Dagobertus, a proceribus regni revocatus, patrum Austrasiæ regnum accepit. Quæ de re Valesius lib. xx et xxii Rem Francie.; Heuschenius in Vitam sancti Sigiberti, die 1 Febr.; Bollandiani et Mabillon. in præf. tom. II Actor. sanctorum ord. Benedictini. Sigibertus sepultus est in monasterio sancti Martini quod prope Mettas construxerat ad ripam Mosellæ, ubi sacræ

A ideoque non mancipavit effectum. Cumque Erchinoaldus et Flaochatus majores domus inter se quasi unum inissent consilium, consentientes ad invicem, hunc gradum honoris, alterutrum solatium præbentes, disponunt habere feliciter. Flaochatus cunctis ducibus de regno **659** Burgundiæ, seu et pontificibus per epistolam, etiam et sacramentis firmavit, unicuique gradum honoris et dignitatem, seu et amicitiam perpetuo conservare. Hæc dignitate sublimatus Flaochatus regnum Burgundiæ pervagatur, consilium assidue iniens, priorem inimicitiam, qua cordis arcana delineaverat, memorans, Willebadum patricium interficere disponebat.

XC. Willebadus cum esset opibus abundans, et plurimorum facultates ingenii diversis abstollens, ditatus inelyte fuisset, et inter patriciatus gradum, et nimirum facultatum elevationem superbiæ esset deditus, adversus Flaochatum timebat, eumque despiciere conabatur. Flaochatus collectis secum pontificibus et ducibus de regno Burgundiæ, Cabillono pro utilitate patriæ tractandum mense Madio placitum instituit. Ibi et Willebadus multitudinem secum habens advenit. Flaochatus ibidem Willebadum interficere nitentur. Hæc cernens Willebadus palatium noluit introire. Flaochatus foris contra Willebadum præliandum aggreditur. Amalbertus vero germanus Flaochati ad pacandum intercurrentis, ubi jam in congressione certaminis configere debuerant, Willebadus Amalbertum secum retinens de hoc evasit periculo. Intereurrentibus et cæteris personis separantur illæsi. Flaochatus deinceps vehementem inibat **C** consilium de interitu Willebadi. Eo anno Nantechildis regina moritur f. Ipso anno mense Septembri Flaochatus cum Chlodoveo rege, et Erchinoaldo, itidemque majore domus, et aliquibus primatibus Neustrasiis, de Parisiaco promovens per Senonas et Autissiodorum, Augustudunum accesserunt; ibique Chlodoveus Willebadum patricium ad se venire præcepit. Willebadus cernens iniquum consilium Flaochati, et germani sui Amalberti, Amalgarii et Chramneleni^g ducum, de suo interitu fuisse initum, colligans secum purissimam multitudinem de patriciatus sui termino, etiam et pontifices, seu nobiles, et fortes, quos congregare potuerat, Augustudunum gradiendum iter arripuit. Cui **660** obviam a Chlodoveo rege, Erchinoaldo majore domus, et Flaochato, Ermenricus domesticus dirigitur, eo quod Willebadus trepidabat, utrum accederet, an summ devitando pe-

eius reliquiæ ad an. 1552 servatæ fuerunt. Quo anno, destructa funditus sancti Martini abbata, delatæ sunt Nanceium, ubi in ecclesia quam appellant primatiale, ex ejusdem abbatiæ aliorumque sacrorum locorum spoliis et relictibus dotata, quiescunt. Festum ejus colitur die 1 Februarii.

^c Alii, *Flaucadus*, seu *Flaochadus*, et sic infra.

^d Colb. et Editi quidam, *Regimbertam*; al., *Ragnimbertam*; Ches., *Ragnobergam*.

^e Colb. et Editi aliquot, *vehementer minabat consilium*. Boh., *emine'at*; alii, *eliminabat*.

^f Sepulta est in basilica sancti Dionysii.

^g Colb., *Ranlen*. Editi aliquot, *Ramneleni*: al., *Chramneli*, *Chramleni*, et sic infra.

rienlum rep daret, ut ab Ermentici promissionibus præventus usque Augustudunum aggredederetur, quem ille credens condigne [Al., digni-] numeribus honoravit. Post tergum ejus Augustudunum accessit, ibique tentoria cum suis nec procul ab urbe posuit. Eodem die quo ibidem peraccesserat, Agilulfum a Valentia urbis episcopum, et Gysonem comitem ad prævidendum quæ agebantur Augustudunum direxerat, qui a Flaochato in urbe retenti sunt. In crastino Flaochatus, Amalgarius et Chramnelenus, qui consilium de interitu Willebadi unanimiter conspiraverant, de urbe Augustuduno maturius promoventes, cæterique duces de regno Burgundia cum exercitu eis subjunguntur. Erchinoaldus cum Neustrasiis quos secum habebat, idemque arma sumens ad hoc bellum aggreditur. Willebadus e contra t la prælii^b construens quoscunque potuit adunare, phalanges utræque in congressione certaminis junguntur ad prælium: in ea pugna Flaochatus, Amalgarius et Chramnelenus, itemque Wandelbertus duces cum suis in congressione certaminis contra Willebadum pugnandum configunt. Nam cæteri duces, vel Neustrasii, qui undique eosdem debuerant circumdare, se retinentes aspiciabant, expectantes eventum, noluerunt super Willebadum irruere; ibique Willebadus interficitur: plurimi cum ipso de suis gladio trucidantur. Eo certamine cæteris primus Bertharius comes palatii, Francus de pago Ultra-Jurano, contra Willebadum confligit. Adversus quem frendens Manaulfus Burgundio, exiens de inter cæteris cum suis adversus Bertharium præliandum; Bertharius eo quod prius illi amicus fuisset, dicens: Veni sub clypeo meo, de hoc periculo te liberabo. Cumque ad eum liberandum

A clypeum elevasset, Manaulfus cum conto Bertharium in pectore percutiens, cæteri qui cum eo venerant, ipsumque **661** circumdantes, eo quod Bertharius nimium reliquis præcessisset, vulneratur graviter. Tunc Aubedo^c, filius Bertharii, cernens patrem in periculo mortis, cursu velocissimo patri auxiliando perrexit. Manaulfo conto percusso in pectore, terra prostravit; cæteros qui patrem percusserant totosque interfecit. Sic Bertharium suum genitorem, ut fidelis filius, præstante Domino, liberavit a morte. Hi vero duces qui cum eorum exercitu super Willebadum irruere noluerant, tentoria Willebadi, episcoporum, vel cæterorum, qui cum eo venerant, deprædando, plurimum inibi auri et argenti capiunt: reliquisque^d rebus et equitibus [Al., equis] ab his qui præliare noluerant percepti sunt. Illis ita gestis, Flaochatus in crastino de Augustuduno promovens, Cabillonum perrexit. Ingressus in urbem, urbs **662** in crastino nescio quo casu maxime tota incendio concreniatur. Flaochatus judicio Dei percussus, vexatus a febre, collocatus in scapham, eventu navali per Ararim fluvium, qui cognominatur Saconna [Al., Sagonna], Latonam properans, in itinere, undecimo die post Willebadi interitum, emisit spiritum; sepultusque est in ecclesia sancti Benigni in suburbano Divionensi. Creditur a plurimis hi duo, Flaochatus et Willebadus, eo quod multa in invicem per loca Sanctorum de amicitia obliganda sacramenta dederant, et uterque populos sibi subjectos cupiditatis instinctu inique oppresserant, simul et a rebus nudaverant^e, quod C judicio Dei de eorum oppressione plurima multitudo liberata sit, et eorum perfidia et mendacia eos utrumque interire fecissent^f.

EXPLICIT FREDEGARI CHRONICUM.

^a Aliquot Editi, *Ailulfum*; Frch., *Aigulfum*.

^b Freherus suspicatur legendum esse *telam prælii*.

^c Clar. et Ch. al., *Chaubedo*.

^d Id est, *reliquisque res et equites, seu equos*.

^e Clar., Boh., Colb. et Palat., *in populis sibi subjectis... oppresserant simul letarebus*. Frch., *lateribus*. De utriusque morte vide sancti Eligii Vitam, quam scripsit sanctus Andoenus, et Vitam sancti Sigiranni sæc. II Benedictino.

^f Hic desinit Chronicon in codice Claromontensi, qui circa id tempus scriptus videtur, ut in præfatione diximus. Idem habet vetus codex qui olim fuit Melchioris Goldasti, ab Henschenio tomo I Februarii Bollandiani laudatus in observat. ad Vitam sancti Sigiberti. Quam codicem ne fortasse aliquis imperfectum dicat, vetat clausula *Explicit*, quæ in fine tantidicis quam ipsius Chronici apposita est. Is ipse

codex est, ni fallor, quem Valesius laudat lib. xx Rerum Francie. ex bibliotheca Christinae Suecorum reginae. Quin et in cod. Boheriano, in quo subsequentia Chronica omnesque additiones habentur, spatium hic relinquitur vacuum, tum per litteram majusculam habet *Igitur*, etc., et index capitulorum operi præfixus desinit in 89, *de Willibaldi et Flaoaldi interitu*. Unde patet hæc opuseula omnino esse diversa. Porro licet Fredegarius Chronicum anno 4 Chlodovei, qui vulgaris æræ fuit 641, aut 642, juxta Valesii computum, concluderit, eum tamen ultra hunc annum vitam produxisse patet ex cap. 48, ubi Samonem an. 40 Chlotarii regis, Christi 623, in regem a Winidis electum, et annis 35 regno positum fuisse scribit; Chindasvindi etiam regis Hispaniarum mortem et alia memorat, quæ post Chlodovei mortem contigerunt.

FREDEGARIJ SCHOLASTICI Chronicum continuatum.

PARS PRIMA, AUCTORE ANONYMO.

663 XCI. Igitur ^a Chlodoveus filius Dagoberti ex genere alienigenarum reginam accipiens, nomine Baldechildem ^b, prudentem atque elegantem, genuit ex ea filios tres, Chlotharium, Childericum et Theodoricum: habebatque majorem domus palatii virum strenuum atque sapientem, nomine Erchanwaldum ^c. Chlodoveus itaque in regno pacem habuit absque bello. In extremis vero vitæ annis amens effectus vita caruit, regnavitque annos decem et octo ^d.

ANNO DCLVI. — XCII. Franci quoque Chlotharium filium ejus majorem in regno statuunt, cum præfata regina matre. Eodem **664** quoque tempore mortuus est Erchanwaldus major domus palatii. Franci autem in incerto vacillantes, accepto consilio, Ebruinum in hujus honoris curam ac dignitatem statuunt.

AN. DCLX. — XCIII. Hiscæ diebus Chlotharius rex, a valida febre correptus, obiit in juventute, regnavitque annos quatuor ^e.

AN. DCLXIX. — Theodoricus vero frater ejus in regnum successit; Childericus enim frater ejus ^f in

^a Hujus appendicis auctor is ipse est, ut videtur, qui varia Chronica in unum corpus collegit. Hiatus annorum circiter 59 qui effluerunt a sine Chronici Fredegarii ad an. 680, quo incipit sequens Chronicum, infra, cap. 97, supplevit potissimum ex anonymo, qui *Gesta regum Francorum* scripsit sub Theodorico Calensi, et Monacho Dionysiano, Gestorum Dagoberti ejusque filii Chlodovei scriptore. Unde cum isti auctores compiures fabellas suis scriptis intersuerint, non magna est apud viros eruditos hujus continuatoris auctoritas.

^b Balthildis ex genere Saxonum, qui scilicet cum Anglis et Jutis in Britanniam Majorem sæculo v transierant, exorta, ex captiva in regium thalamum ascita est. Coniuge defuncto regnum administravit; et tandem in monasterium Calæ quod ædificaverat recessit, ibique monialis facta, obiit anno 680, die 30 Januarii, quo festum ejus recolitur. Vitam ejus habes sæculo II Benedictino, pag. 775. Visitur etiam nunc ibi ejus sepulcrum in crypta subterranea.

^c Sic Colb. et Pal. Boh., *Baldigilde.. Herchonsvaldo*. Cæteri, *Erchoaldum*. Is est Erchinoaldus supra laudatus.

^d Boher., *annos xvii*. Sepultus est in basilica sancti Dionysii. Eo regnante multum crevisse dicitur Majorum domus potentia, quæ eo demum devenit, ut illi, pulsus regibus, coronam sibi tandem imposue-

rit. Auster a Francis in regnum elevatus est, apud Wulfoaldum ducem.

XCIV. Eo tempore Franci adversus Ebruinum insidias præparant; contra Theodoricum insurgunt, eumque **665** a regno dejiciunt: crines capitis ejus abscondentes totonderunt, Ebruinumque et ipsum tondunt, et in Burgundiam Luxovium monasterium invitum dirigunt. Propter Childericum in Auster legationem mittunt; una cum Wulfoaldo duce venientem, eumque super cunctum regnum suscipiunt.

XCv. Erat enim ipse Childericus rex levis atque citatus nimis, gentem Francorum in seditionem mitteus, et in scandalum ac derisum; donec odium non modicum inter ipsos crevit usque ad scandalum et ruinam. Quo ingravescente mun Francum nobilem, nomine Bodilonem, ad stipitem tensum cædere contra legem præcepit. Videntes hæc Franci, in ira magna commoti, Ingolbertus videlicet et Amalbertus, vel reliqui majores natu Francorum, seditionem contra ipsum Childericum concitaverunt.

AN. DCLXXIII. — Memoratus Bodilo super eum cum

rint. Cæterum Cointius multum invehitur in eos qui subsequentes reges ignavos appellaverunt.

^e Legendum *quatuordecim*. Sed post annos quatuor regi Chlotarii, Childericus ipsius frater Austrasiæ rex factus est, anno scilicet 660. Anno vero 669, defuncto Chlotario, Theodoricus III, utriusque frater, in regnum Neustriæ et Burgundiæ elevatus, paulo post e throno dejicitur, Ebruinumque apud Luxovium relegato, Childericus monarchiam obtinuit, quod auctor noster hoc cap. et seq. exponit. Cæterum aliqui recentiores Chlotarium in basilica sancti Dionysii sepultum fuisse scribunt; sed verisimilius est eum in monasterio Calensi fuisse depositum, ubi etiam nunc ejus sepulcrum cum ipsius effigie lapidea ab annis circiter 700 sculpta ostenditur. Cæterum Chlotarii annum tertium in annum 659 incidisse fusius probat noster Mabillon. tom. III *Analect.* ex veteri inscriptione codicis Mus. Fossatensis, quæ sic habet: *Anno centesimo post explicationem numeri sancti Victorii episcopi ciclum recapitulantem, anno tertio domni Chlotarii regis indolis, ex jussu ipsius principes, vel genericiæ suæ præcelsæ domniæ Balthildæ reginæ, etc.*

^f Omissa una linea editi sic habent: *Theodoricus vero frater in Austria, quod a vero aberrat; nam jam tunc Childericus regnabat in Austria. Mendum hoc, quod viris eruditis negotium facessiverat, ope præsanavinus.*

reliquis quamplurimis surrexit insidiaturus, et regem in Lauchonia^a silva, una cum regina ejus prægnante, nomine Bilihilde, quod dici dolor^b est, interfecit. Vulfoaldus quoque per fugam lapsus evasit, et in Auster reversus est. Franci vero Lendesium filium Irehanwaldi nomen in majoris domatus dignitatem statuunt per consilium beati Leudegarii et sociorum ejus.

666 XCVI. Ebrunnus audiens has dissensiones, consilio accepto, Francos invicem discordantes, convocatis in auxilium sociis, personis quam plurimis, cum multo comitatu exercitum, a Luxovio cœnobio egressus in Franciam regreditur, usque Isram fluvium^c veniens peraccessit, custodes dormientes interfecit ad Sanctam Maxentiam, atque Isram fluvium transiens, quos ibi invenit de insidiatoribus suis occidit. Leudesius major domus una cum thesauris

^a Colb. et Boh., *insidiaturus in regem in Lauconis silva... Bilichilde*. Hanc silvam eam esse putant quæ inter Calant, villam tunc regiam, et Sancti Dionysii oppidum interjacet; hodie Liberiensis silva dicitur, vulgo *la forêt de Livri*, aut ecclæ Bungiacensis, *de Bondi*. Non enim audiendi sunt qui hoc contigisse putant prope Rotomagum, ubi aiunt Childericum cum uxore sua Bilechilde fuisse sepultum in ecclesia sancti Petri, quæ hodie protectoris sui nomine sancti Audoeni appellatur. Hoc nempe extra controversiam esse debet, ex quo eorum sepulcra detecta sunt in ecclesia sancti Germani a Pratis, cum ante annos circiter 40 restauraretur. Præter insignia regia in Childerici sepulcro, hæc inscriptio litteris majusculis exarata inventa fuit, CHILDR. REX. Vides Valesium ea de re disserentem lib. XXI Rerum Francic.

^b Alii, *dolus est*, quæ vox pro *dolor* non semel occurrat.

^c Editi, *Issam*; al., *Isaram*. Est Isara, vulgo *l'Oise*, ad quam etiam nunc hodie per-tet oppidum a ponte et Sancta Maxentia vulgo *le Pont-Sainte-Maxence* dictum. Porro hac occasione Chlodoveum quemdam parvulum Ebrunnus in regem extulit, quem Chlotarii filium esse mentiebatur. Dagobertus vero II in ea parte Austrasiæ quæ cis utraque Rhenum huic fluvio vicina erat, regnavit ad an. 680. De ejus in Gallias reditu, cæde et sepultura, fuse disserit Mabillonius in præfatione sæculi IV, Act. sanctorum ord. Bened. parte I, § 9, num. 198 et seqq. Is est *sanctus Dagobertus rex et martyr*, qui colitur Satanaci (*Ste-*

regis per fugam dilapsus evasit, a Bacivo^d villa evadens aufugit: ibique adveniente Ebruno, thesauros quos ibi reperit apprehendit. Inde egressus, Criseeum^e villam veniens in Pontio, Lendesio subdole fidem promittit, simulans fefellit, facto placito ut conjuratione facta cum pace discederet. Sed Ebrunnus fallaciter agens, ut solebat, compatri suo insidias præparans, ipsum Lendesium occidit, regem Theodericum in regnum restitutum, ipse^f suum principatum sagaciter restauravit. Sanctum Leudegarium episcopum, crudelissimis tormentis casum, gladio petiit jussit^g. Gerinum germanum ejus diverse tormento trucidavit. Reliqui viri Franci eorum socii, per fugam lapsi, Ligerem transgressi, usque Wascones confugerunt: quamplurimi vero in exilio damnati ultra non comparuerunt.

nay). Memoratur in calendario Ebnæ reginæ, quod Rheinis in bibliotheca Rheingiana servatur, die x Kal. Januarii, quo enim martyrium pertulisse dicit vetus auctor, idque, ut Mabillonius probat, an. 679.

^d Sic omnino legendum esse haud dubium est, quanquam vulgo *Abacivo* præferant codices, unde Samson Abbavillæus et Coitius hic Abbatisvillam, vulgo *Abbeville*, designari putaverunt. At Bacium villa est regia olim celebris, antequam a Nortmannis violeretur, prope Corbeiam sita, cujus rudera etiam nunc visuntur, vicusque nomen *Baisiu* retinet. Vide libr. IV de Re diplomat. num. 12.

^e Alias *Crecciacum*, eum silva cognomini in Pontivo (*Crécy en Ponthieu*), non ad Alteiam, ut Valesio visum est, sed ad Maïam fluvium. Vide lib. IV de Re diplomat. num. 46.

^f Boh., *in regno constituto, ipsi suam*.

^g Occisus est in pago Atrebatensi die v Nonas Octobris, anno 678, et sepultus apud Sarengam (*Sorcin*). Vide hujus Vitæ duplicem a cœqualibus auctoribus scriptam in sæculo II Benedictinæ. Gerinnus vero, seu Gvarinus, ejus frater, eadem die uti Martyr etiam colitur in Martyrologio Romano, qui lapidibus obrutus fuisse dicitur in secunda Vita sancti Leodegarii, num. 11. Rem fusius narrat ipse Leodegarius in epistola ad suam matrem data. In calendario veteri monasterii Murbacensis in Elisatia, ab annis circiter quingentis scripto, memoratur sanctus Gerinus martyr viii Kal. Septembris.

PARS SECUNDA,

AUCTORE ANONYMO AUSTRASIO.

667 ANNO DCLXXX.—XCVII. In Auster^a quoque, mortuo Ulfoaldo duce, Martinus^b dux, et Pippinus filius Ansegiseli quondam Franci nobilis, dominabantur. Defunctis regibus^c, commissis invicem princi-

^a Hic autem or priore multo est accuratior: ætatem suam prodit infra, cap. 109, ubi se anno 753 scribere indicat.

^b Martinus hic memoratus filius erat saceti Clodulfi, nepos sancti Arnulfi; et Pippinus frater eius erat patruelis, idemque ex Ansegisilo sancti Arno filii nepos.

^c Dagoberto scilicet II, et forte filio ejus Sigi-

pibus, Ebruno, Martino atque Pippino, adversus Theodericum regem excitantur ad bellum. Commoto exercitu ad locum cui vocabulum est Locofao^d, interim commissi prælium ineunt, ibique magno certa-

berto. Belli civilis inter Theodericum et Dagobertum moti meminit auctor cœvus Vitæ sanctæ Salaberge, sæc. II Benedictino. Al. Ed., *Decedentibus*.

^d Sic Boher. Editi, *Locofico*. Gesta Reg. Franc., cap. 46, habent *Lufao*; al., *Lucofao*, *Lucofago*, qui locus Valesio ignotus, videtur esse *Loici* in pago Laudunensi. Vide lib. IV de Re Diplomat. num. 57. Locum tamen, qui *Lufaus* dicitur in pago *Tullensi*.

mine dimicantes, plurima pars populi ex utrisque A partibus corruit. Devicti cum sociis Martinus atque Pippinus in fugam lapsi sunt; persecutusque eos Ebruinus, maximam partem de illa regione vastavit. Martinus ideoque Lugduno Clavato ^a ingressus, se infra muros ipsius urbis munivit. Persecutusque eum Ebruinus, veniens ^b Erchreco villa, ad Lugdunum Clavatum nuntios dirigit, Ægilbertum ac **668** Reulum ^c, Remensis urbis episcopum, ut lide promissa in incertum super vacuas capsas sacramenta falsa dederint. Qua in re ille credens eos, a Lugduno Clavato egressus, cum sodalibus ac sociis ad Erchrecum veniens, illuc cum suis omnibus interfectus est.

XCVIII. Ebruinus quoque magis atque profusius crudeliter Francos opprimebat, donec tandem aliquando Ermenfrido Franco minas ^d parat, resque proprias tollere disponit. Consilio cum suis patrato, nocte collecta manu sociorum, per noctem super eum consurgens, Ebruinum interfecit.

AN. DCLXXXI. — Quo perempto, ad Pippinum ducem in Auster cum muneribus suis pervenit. Quo facto, Franci, accepto consilio, Waradonem, illustrem virum, loco ejus in honorem majoris domus ^e constituerunt. Idcirco præfatus Warado obsides a Pippino duce accipiens, pacem in vicem **669** patraverunt.

AN. DCLXXXII. — Erat id temporis memorato Waradoni filius, valde efficax atque industrius, cruditus in consilio, qui vice patris curam palatii gerebat, nomine Gislemarus, qui ob nimiam calliditatem ac ^C sagacitatem patrem ab honore proprio supplantavit. Quem sanctus Audoenus ^f episcopus sæpius ob hoc increpabat, ac subinde ut ad pacem vel patris indulgentiam remearet. Qui audire renuit, et in duritia memorat Hericus in Historia episc. Antissiodorensium, quem hic designari fortasse verisimilius nonnulli videbitur.

^a Sic Boh., quod est antiquum hujus urbis nomen; hodie Landunum (*Laon*) dicitur.

^b Hic locus varie in variis eodd. scribitur. Colb. hic, *Extreco*, et infra *Erchreco*; Boh., *Erchreco*, *Herchreco*. Ed., *Erreco*, *Erereco*, *Ercheco*. In Gestis Reg. Franc., *Ercharo*, *Ergariaco*, *Ercherego*. Illic locum esse *Acheri*, vicum Ribodimontem inter et Faram, in pago Laudunensi situm, censet Valesius. Sed verisimilius est esse *Escheri-Launois* Lauduno proximior, ut dicitur lib. iv de Re diplomat. num. 57. Est etiam in Rh. morum diocesi haud procul a Castro Portiani locus ad Axonam, *Ecry* dictus, qui fortasse hic designatur.

^c Sic Boh. Ed., *Regulum*; Colb., *Aigilbertum ac Regulfum*. Prior, qui in Boh. dicitur *Aglibertus*, si Valesio credamus, fuit Agilbertus primus in Anglia, tum Parisiorum in Francia episcopus, ejus corpus in monasterio Jotrensi (*Jourve*) sepultum, an. 1051, pontificalibus ornamentis indutum, repertum est in ædifica sancti Pauli Eremitæ, ut testatur passim Andreas Saus-saius, qui huic inventioni interfuit. *Reulus* vero seu, ut a Frodoardo appellatur, sicut et in diptychis antiquis, et in litaniis Rhemensis Ecclesie, *Reolus*, Orbacense monasterium condidit, ubi sepultus hodieque colitur, in Nonas Septemb. Uterque in Fastis sacris locum habet. Eos vero a facinore quod illis hic impingitur vindicare conatur Cointius ad an. 689.

cordis permansit. Fuerunt igitur inter Pippinum et præfatum Gislemarum discordiæ multæ, bella civilia plurima. Nam ad castrum Namugo ^g contra hostem [*Id est, exercitum*] Pippini ducis Gislemarus consurgens, fraudulenter falso juramento dato, quamplurimos eorum nobiles viros occidit. Inde vero reversus ob supplantationem patris, vel aliam malitiam non modicam, quam fallaciter perpetraverat, a Deo percussus prædictus Gislemarus, ut dignus erat, iniquissimum fudit spiritum.

AN. DCLXXXIII. — Illoque mortuo, pater ejus Warado honorem pristinum majoris domus recepit.

AN. DCLXXXIV. — XCIX. Eo tempore beatus Audoenus episcopus plenus virtutibus migravit ad Dominum ^h. In illo itidem tempore Warado ⁱ præfatus major domus obiit. Eratque ei matrona nobilis et strenua, nomine Anslledis ^j, ejus gener, nomine Bercharius, honorem majoris domus palatii suscepit; eratque statura parvus, intellectu modicus, levis atque citatus, Francorum amicitiam atque consilia sæpe contemnens. Hæc indignantes Franci Auderaninus, Reulus et alii multi, relinquentes Bercharium **670** ad Pippinum per obsides conjunguntur, amicitias copulant, super Bercharium vel reliquam partem Francorum concitant.

AN. DCLXXXVII. — C. Pippinus commoto exercitu hostiliter ab Auster consurgens, contra Theodoricum regem et Bercharium properat ad bellum. Conjuuncti in oppido Vermandensi ^k, in loco qui dicitur *Textricio*, bellum mutuo gesserunt. Prævalente Pippino cum Austrasiis, Theodoricus rex cum Berchario fugam inivit, Pippinus vector exstitit, persecutusque eos, eam regionem sibi subjugavit. Sequenti tempore idem Bercharius ab adulatoribus falsis amicis inter-

^d Minas parare hic et passim est *negotia facessere*, seu insidias moliri, quæ vox hodieque gallice reddi potest, *des menées*.

^e Sic Colb. Editi, *majoris domus*, et sic infra. Warado in scriptis passim *Warato* appellatur.

^f Freh. Illyric. et cæteri, *Adoinus*; al., *Audoimus*. Gislemarus vero alias dicitur *Gislemaris*, *Gislemarus*. De his infra.

^g Sic Boher.; alii *castrum Manucum*. Illic autem designatur Nannicum, sive, ut hodie scribimus, Nannurcum, vulgo *Namur*, urbs Flandriæ vel suo nomine celebris, quæ episcopali sede sæculo proxime elapso donata est.

^h Obiit ix Kal. Septemb. an. 684. Sepultus est in monasterio sancti Petri in suburbio Rotomagensi, hodieque celebri in urbe sub ipsius sancti Audoeni (*Saint-Ouen*) nomine, ord. sancti Benedicti et congr. sancti Mauri. Ejusdem sancti reliquæ superiori sæculo a furentibus Calvinistis combustæ fuerunt.

ⁱ Alii, *Warato*. In charta Theodorici regis, lib. vi de Re diplomat., num. 13, legitur: *Waratone*, *Ebroino*, et *Gislemare quondam majoris domos*, et *Berchario majorem domus*, qui hic passim memorantur. Hæc varietates, excepto Berchario, etiam in nostris Chronicis scriptis occurrunt. In Ed., *Bertharius*.

^j Alii, *Anslledis*, *Ansfredis*.

^k Boh.: *Exerciu hostile... properans ad... Vermandisse*. Lis est inter auctores an Viroinanduorum urbs præcipua olim episcoporum qui Novionum (*Noyon*) transmigrarunt sedes, fuerit hodierna Au-

fectus est, instigante Ansflede matrona socerū suā. Post hæc autem Pippinus Theodoricum regem accipiens cum thesauris, et domum palatii omnia peragens, in Auster remeavit. Eratque ei uxor nobilis et prudentissima, nomine Plechtrudis ^a, genuitque ex ea filios duos: nomen senioris Drocus ^b, nomen vero junioris Grimoaldus.

AN. DCXC. — Cl. Mortuus est autem Theodoricus rex, regnavit autem annos septemdecim ^c, Chlodoveum filium ejus parvulum elegerunt in regnum. Non post multos vero annos prædictus rex Chlodoveus ægrotans mortuus est, regnavit autem annos quatuor.

AN. DCXCIV. — Childebertus frater ejus in regnum resedit ^d. Drocus vero a Pippino genitore eruditus, ducatum Campanensem accepit.

AN. DCXCV. — Grimoaldus junior cum Childeberto rege major domus palatii super Francos electus est: fuitque vir mitissimus, omni bonitate et mansuetudine repletus, largus **671** in elemosynis et in orationibus promptus.

CII. Pippinus contra Ratbodum ^e ducem gentilem Frisionum gentis adversus alterutrum bellum intulerunt, castro Dorestate ^f illic belligerantes invicem. Pippinus victor exstitit, fugatoque Ratbodo duce cum Frisionibus qui evaserant, idem Pippinus cum multis spoliis et præda reversus est. Posthæc Drocus filius Pippini a valida febre correptus mortuus est,

gusta Viromanduorum, quæ a celebri martyre urbis et regionis patrono, vulgo *Saint-Quentin* appellatur; an vero vicus hodieque prisca Veromandni (*Vermandis*) nomen retinens, abbatia ord. Præmonstratensis illustrata, a quo loco hanc multum distat Textricium ad Dalmanionem fluvium, vulgo *Terri*, seu *Testri-sur-Daunignou*, vicus inter Peronam et Sancti Quintini oppidum situs.

^a Sic Boh. Colb. *Blidrudis*, et infra, *Blictrudis*. Ed., *Plictrudis*, et sic infra. Hanc postea dimisit Pippinus, ut Alpaide assumeret; sed ab episcopis correptus, Alpaide in monasterium Orpii secedente, Plechtrudem recepit.

^b Sic Boh. Colb. vero cum Ed. plerisque *Drogo*, qui infra habent *Drocus* et *Drogo*.

^c Sic Boh., Colb. et cod. Christianæ reginæ. Editi, *quatuordecim*. Auctor Gestorum Reg. Franc. *novemdecim*, al. *octo decim*. Nostris mss. favent Chronica aliquot a Chesnio edita. Cointius ei annos novemdecim tribuit, et Clodoveo III. ejus successorī duos. Qui computus in summa a nostro auctore non dissidet, qui priori annos septemdecim, posteriori vero quatuor tribuit. Theodoricus sepultus est Atrabati in monasterio sancti Vedasti (*Saint-Vaast*), quod ab eo constructum aut saltem dotatum fuisse tradunt.

^d Ex inscriptione cod. ms. Jacobi Bonarsii patet annum 5 Childeberti III. cum anno æræ vulgaris 699, quo Pascha die 23 Martii celebratum fuit, convenuisse. Inscriptionem hic habes ex animadversionibus Scaligeri in chronologiam Eusebianam.

IN ANNUM V. CHILDEBERTI REGIS FRANCORUM PIPINO IVBENTE AB ADAM SVNT ANNI V. MILLIA DCCCC. FVIT PASCHA X. K. APRILIS. ASCENSIO DOMINI FVIT K. MARTIAS [Leg. MAIAS] PER CYCLORVM NVMERVM ANNO M. XCL. REPETITIO A CAPITE CYCLI.

^e Is est Ratbodus, qui agnita Christianæ religionis veritate, maluit cum superioribus regibus et principibus in infernum demergi, quam ab illis separatus ad cælum conscendere. Unde spreto baptismo gen-

A sepultus in basilica beati Arnulfi confessoris Mettis urbe. Grimoaldus quoque ex quadam concubina genuit filium, nomine Theudoaldum.

CIII. Igitur præfatus Pippinus aliam duxit uxorem, nobilem et elegantem, nomine Alpheidam, ex qua genuit filium, vocavitque nomen ejus lingua propria ^s Carlum, crevitque puer elegans, atque egregius effectus est.

CIV. Mortuus est his diebus Childebertus rex, et sepultus Cauciaci ^h in basilica sancti Stephani martyris. Regnavit autem annos sexdecim ⁱ.

AN. DCCX. — Dagobertus filius ejus sedem regni patris sui accepit. Igitur Grimoaldus filiam ^j Ratbodi ducis Frisionum duxit uxorem.

AN. DCCXIV. — Ægrotante quoque Pippino Iobii ^k villa super Mosam fluvium, cum ad eum visitandam idem Grimoaldus venisset, cum ad orationem in basilica sancti Lambertii martyris processisset, a crudelissimo viro impio, Rantgario nomine, interfectus est. Posthæc Theudoaldus filius ejus parvulus, in loco ipsius cum prædicto rege Dagoberto major domus palatii effectus est ^l. Insecuto quoque tempore idem **672** Pippinus dux ægrotans mortuus est ^m. Rexitque populum Francorum annos viginti septem. Reliquit superstitem Carlum filium. Post obitum quoque ejus Plechtrudis matrona præfata suo consilio atque regimine cuncta sese agebat. Demum Franci nutu in seditionem versi, consilio inutili accepto, commissa

Ctilis obiit, populis fidei suscipiendæ libertatem relinquens. Vide vitam sancti Ulframmi sæc. III. Benedictino ad an. 720. Frisiones, antiqua gens inferioris Germaniæ, in Bataviam effusi partem ejus non modicam occupaverunt, quæ ab iis Frisia dicta est. De iis vide Mabillonii observationes in vitam sancti Willibrordi, num. 7 sæc. III. Bened. ad an. 739.

^f Boh., *Duristate*, vulgo Durostadium, hodie Batavadarum dicitur (*Wich te Duersteden*), in Geldria ducatu ad Lieum Rheni fossam.

^g Id est patria, scilicet Theotisca *Karl*. Is postea celebris fuit Carolus Martellus, qui in codd. Boh. et Colb. semper dicitur *Carlus*. Editi, *Carolus*, et ejus mater in Boh. *Calpaïda*.

^h Villa olim regia in pago Noviomensi et diocesi Suessionensi sita haud procul a Compendio et Confluentibus Axonæ cum Isara, vulgo *Choisy*, ubi monasterium olim celebre, hodieque sancto Medardo Suessionensi subjectum. Vide lib. IV. de Re diplomat. et Valesium lib. XXIII. *Refr. Francicarum*.

ⁱ Sic Boh. et Colb. Editi, *tredecim*. Lectio mss. confirmat Labbei sententiam in *Miscellaneous histor.*, pag. 64, et Cointio favet, licet Childeberto annos septemdecim tribuat, nam biduo tantum ultimi anni ipsam vixisse scribit.

^j Nominè Teutsudam, ex *Gestis Regum Franc.* et lib. de Majoribus domus.

^k Boh., *Job villa*. Alias, *Jopila*, seu *Jopilum*, vulgo *Jupil*, sive *Jopil* appellatur; sita est e regione Heristalli prope Leodicium. Vide lib. IV. de Re diplomat. num. 71. Basilica sancti Lambertii hodie cathedralis est Leodicensis. Hic sanctus necatus fuerat anno æræ. 708. Ejus vita habetur inter Acta sanctorum Benedictin., sæc. III. partē I.

^l Colb. et Boh., *majorem domatu palatii accepit*.

^m Obiit an. 714, mense Decembri, paulo post filii sui necem. Dicitur est junior, quod avum maternum habuerit Pippinum Landinensem; senior vero ob nepotem, qui postea regnum obtinuit.

acie in Coatia^a silva, contra Theudoaldum, et lendes Pippini quondam, atque Grimmoaldum^b iniere certamen. Corruitque ibi immodicus exercitus. Theudoaldus itaque a sodalibus suis per fugam lapsus evasit. Magna et valida perturbatio et persecutio exstitit apud gentem Francorum.

CV. Eodem tempore tunc elegerunt in honorem majoris domatus quemdam Francum, nomine Raganfridum^c; commotoque exercitu hostili usque Mosam fluvium properant, cuncta vastantes. Cum Radbodo duce foedus inierunt. His diebus Carolus dux a praefata femina Plechtrude sub custodia detentus, Dei auxilio liberatus est.

AN. DCCXV. — CVI. Eodem tempore Dagobertus rex obiit, regnavitque annos quinque. Franci vero Danihelem quondam clericum, caesarie capitis crescente in regnum stabiliunt, atque Chilpericum nuncupant^d. Iterato quidem tempore commoto exercitu contra memoratum Carlum dirigunt. Ex alia parte iidem cum hoste [*Id est*, exercitu] Frisionum venturo Radbodem ducem invitant. Contra quem praedictus vir Carolus cum exercitu suo consurgens, certamen invicem inierunt: sed non modicum ibidem perpressus est damnus de viris strenuis atque nobilibus; cernensque laesum exercitum terga **673** vertit.

Chilpericus posthaec et Raganfridus, adunata hostili plebe, Arduennam silvam transcunt, ab alia parte praestolante Radbodo duce, cum exercitu suo hactenus Coloniam urbem super Rhenum fluvium pervenerunt, regiones illas pariter vastantes. Munera multa et thesauros a praefata Plechtrude accipientes reversi sunt^e. Sed in via, in loco, qui dicitur Amblava, ab exercitu Carli grande perpressi sunt damnus. Succedenti tempore, Carolus, commoto exercitu, contra Chilpericum et Raganfridum direxit.

AN. DCCXVII. — Bellum inierunt die Dominica in Quadragesima, duodecimo Kalendas Aprilis, in loco nuncupato Vinciaco^f, in pago Cameracensi, nimia caede invicem collisi sunt. Chilpericus et Raganfridus devicti, in fugam lapsi terga vertentes evaserunt, quos Carolus persecutus, usque Parisios civitatem properavit.

^a Chesn., *Cotia*; Colb., in indice, *Gotia*. Est Cocia silva cum vico cognominis prope Compendium (*la forêt de Cuise*), ex Gestis Franc.

^b Sic habent exemplaria, legendum tamen *Grimmoaldi*; nam Grimmoaldus tunc, sicut et ejus pater Pippinus, defuncti erant.

^c Cod. Colb., *Raginfridum*, et sic semper infra.

^d Sic Chesn. Alii Editi cum Boh. et Colb.: *Franci vero Chilpericum quemdam regem constituerunt. Iterato*.

^e Colb., *Blictrudæ*. Idem et Boh., *accepta reversus est... grande accepit damnus*. Porro inter villas regias Austrasiae Sigibertus junior Amblavam recenset, fluvio cognominis impositam. Amblava fluvius, vulgo *Amblef*, haud procul a Stabulensi et Malimundacio monasteriis fluit, proindeque circa fines Colonicensis et Leodiensis dioceseon.

^f Boh., *Vinceo*. Vinciaco hodie vicus est, qui, testante Miræo, appellatur *la Cense de Vinci*, haud procul a Crepardo oppido (*Crevecoeur*). De hac pugna Paulus Diac. lib. vi Hist. Lang. cap. 42.

^g Valesius his verbis permissum Eudoni fuisse

CVII. Deinde Coloniam urbem reversus, ipsam civitatem cepit reseratam: praefata Plechtrudis thesauros patris sui ei reddidit, et cuncta suo dominio restituit.

AN. DCCXVIII. — Regem sibi constituit, nomine Chlotharium. Chilpericus itaque et Raganfridus legationem ad Eudonem ducem dirigunt, ejus auxilium postulantes rogant, regnum^g et munera tradunt. Ille quoque hoste [*Id est*, exercitu] Wasconum commoto^h ad eos veniens, pariter adversus Carlum perrexerunt. At ille constanter et intrepidus eis occurrere properat. Eudo territus quod resistere non valeret, aufugit. Carolus insecutus eum usque Parisios, Segona fluvio transito, usque Aurelianensem urbem peraccessit, et vix evadens, terminos regionis suae penetravit.

AN. DCCXIX. — Chilpericum regem secum cum thesauris sublato evexit. Chlotharius itaque **674** rex eo anno obiitⁱ.

AN. DCCXX. — Anno insecuto Carolus per missos suos amicitias cum Eudone duce faciens, ab eo praedictum Chilpericum regem cum multis muneribus recepit. Veniensque urbem Noviomio^j, post non multum tempus cursum vitae et regnum amisit, et mortuus est, regnavitque annos sex.

AN. DCCXXI. — Quo mortuo, Theodoricum regem statuerunt in sedem regni, qui hunc locum solii regalis obtinet^k, annis vitae simul praestolatis.

AN. DCCXXIV. — His ita evulsis, Carolus princeps insecutus idem Raganfridum, Andegavis civitatem obsedit, vastata eadem regione, cum plurimis spoliis remeavit.

CVIII. Per idem tempus rebellantibus Saxonibus, Carolus princeps veniens eos praecipue ac debellavit, victorque revertitur.

AN. DCCXXV. — Succiduis diebus, evoluta anni circulo, coadunata agminum multitudine, Rhenum fluvium transit, Alamanosque et Suavos lustrat, usque Danubium peraccessit, illoque transiit, fines Baioarenses^l occupavit. Subacta regione illa,

censet ut summo et regio jure in Aquitania uteretur. Continuis vero nihil aliud ex hoc loco inferri posse contendit, quam coronam, quae passim apud mediæ ævi auctores *regnum* dicitur, honoris causa ad Eudonem transmissam fuisse.

^k Boh.: *Illi* (forte pro *Ille*) *quoque hostem commutant* (pro *commutans*) *ad eos veniens, pariter*. Editi: *Ille quoque... venientes*.

^l Sic Chesn. Cæteri cum Colb.: *Rex defunctus decessit. Carolus per missos suos ab Eudone duce idemque praedictum Chilpericum regem recipit*.

^j Urbs episcopalis notissima, vulgo *Noyon*, sub Rhemorum metropoli. Alii scribunt eum *Attiniaci* obiisse.

^k Sic Boh., alii vero, *nunc... obtinuit*. Nostra lectio melior est. Regnante enim Theodorico IV, Calensi dicto, hujus Chronici auctor vivebat, ut ipse testatur, infra, cap. 9. Infra, pro *praestolatis*, Labbeus legit *proletatis*.

^l Sic Boh. Colb. vero, *Baquarenses*, habet tamen in indice capp. *Bajoarenses*. Editi, *Bujorenses*.

thesauris multis cum matrona qua iam, nomine Bilitrude ^a, et nepte sua Sonichilde, regreditur.

AN. DCXXXI.— Per idem tempus Eudone duce a jure fœderis recedente, quo comperto per internuntios, Carlus princeps, commoto exercitu, Ligerem fluvium transiens, ipso duce Eudone lugato, præda multa sublata, bis eo anno ab his hostibus populata, iterum remeatur ad propria. Eudo namque dux cernens se superatum atque derisum, gentem perfidam Sarracenorum ad auxilium contra Carlum principem et gentem Francorum excitavit; egressisque cum rege suo, Abdirama nomine, Garonnam transeunt, Burdegalensem urbem pervenerunt, ecclesiis **675** igne concrematis, populis consumptis, usque Pictavis progressi sunt, ubi basilica sancti Hilarii igne concremata, quod dici dolor est, ad domum beatissimi Martini evertendam destinant.

AN. DCXXXII.— Contra quos Carlus princeps audacter aciem instruit, super eosque belligerator irruit, Christo auxiliante, tentoria eorum subvertit, ad prælium stragem conterendam accurrit, interfectoque rege eorum, Abdirama nomine, prostravit exercitum, proterens, dimicavit atque devicit; sicque victor de hostibus triu mphavit ^b.

AN. DCXXXIII.— CIX. Procedente alioquin anno sequente, egregius bellator Carlus princeps regionem Burgundiæ sagaciter penetravit, fines regni illius Leudibus suis probatissimis, viris industriis, ad resistendum gentibus rebellibus et infidelibus statuit, pace patrata, Lugdunum Galliæ suis fidelibus tradidit. Firmata fœdera induciaria [*Al.*, judiciaria], reversus est victor fiducialiter agens.

AN. DCXXXV.— In illis quippe diebus Eudo dux mortuus est. Hæc audiens præfatus princeps Carlus,

^a Boh., *Bilitrude*.... *Sonichilde*. Alii scriptores Pilitrudem appellant, quæ Grimoaldo, seu potius Theobaldo, Bajoriorum duci, nupta fuerat. Sonichildis postmodum Carolo Martello nupsit, ex quo filium habuit Grifonem. Eam Pippinus et Carlomanus post Caroli obitum apud Calani reclusere; ne turbas occasione Grifonis, qui a Majoratu exclusus fuerat, excitaret.

^b Eudo jam a Sarracenorum fœdere recesserat, et in hoc prælio Carolum egregie adjuvit. Vide Anastasium in Vita Gregorii II, et Paul. Diacon. lib. vi Hist. Lang. cap. 46.

^c Sic Colb. Editi, *Blavium*, utroque modo scriptum apud veteres invenitur. Castrum est, vulgo *Blaye*, monti impositum ad Garonnam, paulo infra confluentes ejus et Duranii.

^d Boh., ccccLXXVIII. Fréh., omissio hoc articulo, habet, a *Moyse ad reedificationem*, etc.

^e Boh. et Colb., mmmmeccxxviii. Certe hunc fere numerum, scilicet uno majorem, habet vetus cod. Wengartensis monasterii, in quo formulæ Andegavenses tomo IV Analect. Mabillon. editæ habentur, ad quarum calcem hæc addidit scriptor: *A principio mundi usque ad passionem Christi v. milia cccxxviii. anni fuerunt. Abinde peractis regnum Chlodoveo, Clotario, Theodorico, et Childerico, a mundi initio anni sunt v. milia dccclxxx in anno III. Theodorico regis. Hoc autem integrum exhibemus quod eodem*

initio consilio procerum suorum, denique Ligerem fluvium transiit, usque Garonnam vel urbem Burdegalensem, vel castrum Blaviam ^e veniens occupavit, illamque regionem cepit ac subjugavit cum urbibus ac suburbanis castrorum. Victor cum pace remeavit, opitulante Christo Rege regum, et Domino dominorum.

Curricula annorum hactenus reperiuntur.

Ab Adam, vel initio sæculi usque **676** diluvium anni mmeclii; a diluvio usque Abraham, anni dcccclxii; ab Abraham usque ad Moysen, anni dv; a Moyse ad Salomonem usque, anni ccccclxxxix ^d; a Salomone usque reedificationem templi, temporibus Darii regis Persarum, anni dxii; a restauratione templi usque adventum Domini nostri Jesu Christi, anni dxlviii.

Certe ab initio mundi usque ad passionem Domini nostri Jesu Christi, anni mmmmdxxxviii ^e. Et a passione Domini usque in istum annum præsentem, qui est in cyclo Victorii, anni clxxvii. Kal. Januar. die Dominica anni dcxxxv ^f. Et ut istud millenarium compleatur, restant anni cclxv ^g.

AN. DCXXXIII.— Itemque quod superius prætermisimus. In gentem dirissimam maritimam Frisionum nimis crudeliter rebellantem ^h, præfatus princeps audacter navali evectioe properat, certatim ad mare ingressus, navium copia adunata, Wistrachiam et Austrachiam ⁱ, insulas Frisionum penetravit, super Burdine i fluvium castra ponens; Poponem gentilem, ducem illorum, fraudulentum consiliarium interfecit, exercitum Frisionum prostravit; fana eorum idololatricæ contrivit, atque combussit igni. Cum magnis spoliis et prædis victor reversus est in regnum Francorum.

tempore, ac præsens Chronicon, scriptum fuerit.

^f Cum ille auctor annum a Paschate, nos vero a Kalendis Januarii inchoemus, hic annus 576 intelligendus est. Ex hoc autem loco intelligimus quo pacto Victorii cycelus eum æra vulgari sit componendus.

^g Boher., *miliarium impleatur, annu lxxv*. Colb., lxxliii, id est, xiiii. Chesn., marg., *al. cxiiii*. Quæ omnia etsi sibi invicem non coherant, repræsentant tamen et in eod. habentur.

^h Rebellare dicuntur non solum subditi qui principis sui jugum excutiunt, sed et ii qui post cladem acceptam fœdus initum frangunt, ut compluribus exemplis etiam ex T. Livio probat Cointius ad an. 595, num. 1^o. Hinc in nostro auctore Frisones, Sarraceni, etc., rebellasse dicuntur, quanquam Francorum ditioni subjecti nunquam fuerint.

ⁱ Sic ex ead. Boher. restitimus. Westrachia, hodie Westergoa, a Stavera (*Staveren*), olim Frisonum metropoli, initium ducit: octo præfecturas complectitur. Inter hujus regionis urbes celebris est Franekera (*Franeker*), ubi academia celebris. Austrachia vero, seu Ostergoa, præfecturas habet duodecim, vicus 127, ibi est Leowarda, vulgo *Leuwarden*, cæterarum urbium caput. De his vide Emmium, lib. i Rerum Frisicarum.

^j Boh., *Bordine*, et infra, sicut et alii, *Bobonem*.. *consularium*.

PARS TERTIA.

AUCTORE ANONYMO AUSTRASIO,

Qui jussu Childebrandi comitis scripsit.

677 ANNO DCCXXXIII. — Itaque a sagacissimus vir Carolus dux, commoto exercitu, ad partes Burgundiae dirigit, Lugdunum Galliae urbem, majores natu atque praefectos ejusdem provinciae suae ditioni reipublicae subjugavit; usque Massiliensem urbem, vel Arelatum suis iudiciis constituit; cum magnis thesauris et muneribus in Francorum regnum remeavit in sedem principatus sui.

AN. DCCXXXVIII. — Itemque rebellantibus Saxonibus paganissimis, qui ultra Rhenum fluvium consistunt, strenuus vir Carolus dux commoto exercitu Francorum in loco ubi Lippia b fluvius Rhenum amnem ingreditur, sagaci intentione transmeavit. Maxima ex parte regionem illam dirissimam stravit, gentemque illam savissimam ex parte tributarios esse praecipit, atque quamplures obsides ab eis accepit; sicque, opitulante Domino, victor remeavit ad propria.

AN. DCCXXXVI. — Denuo rebellante gente validissima Ismahelitarum, quos modo Sarracenos vocabulo corrupto nuncupant, irrupentesque Rhodanum fluvium, insidiantibus infidelibus hominibus sub dolo 678 et fraude Mauronto c quodam cum sociis suis, Avenionem urbem munitissimam ac montuosam, ipsi Sarraceni, collecto hostili agmine, ingrediuntur; illisque rebellantibus ea regio vastata.

AN. DCCXXXVII. — At contra vir egregius Carolus dux germaniam suam, virum industrium, Childebrandum d duceem, cum reliquis ducibus et comitibus,

a Hanc Chronici partem Childebrandi jussu scriptam fuisse dicimus, ob inscriptionem quam infra post num. 117 exhibebimus. Si quis vero contenderit etiam et praecedentem partem ejusdem comitis jussu fuisse exaratam, non refragabimur, modo fateatur eas vel a duobus diversis auctoribus scriptas fuisse, aut certe ejusdem auctoris duo esse diversa et diversis temporibus scripta opuscula. Boh. incipit: *Idcirco*, etc.; et infra, pro *exercitu*, habet *hoste*.

b Alio nomine Lupia seu Lupias dicitur, cum urbe cognomine in Westfalia, qui apud Wesaliam in Rhenum influit, vulgo adhibet *Lippe*. Lipiam tamen alii dicunt esse *Lhon*, Hassiae fluvium, qui inter Bodobrigam et Confluentes Rheno permiscetur.

c Alii, *Mauronte*; Boh., *Moronto*. Is infra *dux* appellatur. Fuerat, ut conjicimus, aliquibus provinciae civitatibus praefectus, qui rebellis, ex Chronico Fontanellensi, cap. 11, Sarracenus in sui praesidium acciverat.

d Nonnulli, *Hildebrandus*, et sic infra, quod perinde est. Hunc ex patre et matre Caroli fratrem fuisse contendit Cointius, quod hic ejus *germanus* appellatur, quam vocem hujus tertiae partis Chronici auctor nunquam alio sensu adhibet. Ipsum vero Chiffletius, in libro de Origine Childebrandi, confundit cum alio ejusdem nominis Langobardo, qui Liutprando regi successit: sed hanc opinionem confutat Cointius ad an. 757-

e Vulgo *l'Aude*. Ch. al., *Atace*, et quidem hic flu-

illis partibus cum apparatu hostili dirigit; quique praepropere ad eandem urbem pervenientes tentoria instruunt. Undique ipsum oppidum et suburbana praecipiant, munitissimam civitatem obsident, aciem instruunt, donec insectus vir belligerator Carolus praedictam urbem aggreditur, muros circumdat, castra ponit, obsidionem coacervat, in modum Hiericho cum strepitu hostium et sonitu tubarum, cum machinis et restium funibus super muros et aedium moenia irrumpit, urbem munitissimam ingredienti succedunt, hostes inimicos suos capiunt, interficientes trucidant atque prosternunt, et in suam ditionem efficaciter restitunt. Victor igitur atque bellator insignis intrepidus Carolus Rhodanum 679 fluvium cum exercitu suo transiit, Gotthorum fines penetravit, usque Narbonensem Galliam peraccessit, ipsam urbem celeberrimam, atque metropolim eorum obsedit: super Adice e fluvio munitionem in gyrum in modum arietum instruxit, regem Sarracenorum, nomine Athura, cum satellitibus suis ibidem reclusit, castraque metatus est undique. Haec audientes majores natu et principes Sarracenorum, qui commorabantur eo tempore in regione Hispaniarum, coadunato exercitu hostium cum alio rege, Amor f nomine, machinis adversus Carolum viriliter armati consurgunt, preparantur ad praelium: contra quos praefatus dux Carolus triumphator occurrit, super fluvio Birra g, et valle Corbaria Palatio; illisque

vius proprio nomine vocatur *Atax*, qui Narbonem ipsam alluit. Infra, Colb., *Athema*.

C f Boh., *Amormagna* nomine, adversus Carolum. Vet. Ed., *Machinis*, quasi proprium nomen fuerit, scribunt. Infra, cap. 154, memoratur Amormuni Sarracenorum rex.

g Ches. al. et Freh. al., *Birsa*, et valle *Corbaria praetiaturus*, illisque, etc. Birra, vulgo *Berre*, inter Narbonem et Leucatum fluit per vallem Corbariam, ac demum sese in maritimum stagnum exonerat. Oritur ex monte valli cognomine, *le mont de Corbère*, a quibus etiam archidiaconatus Corbariensis in Narbonensi diocesi dicitur est. Bandranus *Cervera* appellat. Quid vero his verbis *Corbaria palatio* designetur, nam haec est lectio tam Mss. quam Editorum, incertum est. Censet Valesius his indicari palatium in valle Corbaria existisse, proindeque inter villas regias recenseri debere; quo nomine locum habet in lib. iv de Re diplomatica. Favet noster auctor, qui, infra, *Carisiacum villam palatii appellat*. — Palatium in istis partibus adhaec saeculo xii sub *Palatii Gotthorum* nomine celebre agnoscit Otho Frisingensis, quod Athanllus primus in Septimania Gotthorum rex ibi consederit, uti observat Alteserra. At ipsum existitisse putant in oppido Sancti Aegidii, hodieque ob monasterium, quod in saecularium canonicorum collegium conversum est, celebri. Fuit et *Palatium Aemiliani* in Levitana, cui successit sancti Savini monasterium prope Baregium. Certe concilio Agathensi subscri-

mutuo confidentibus, Sarraceni devicti atque prostrati, cernentes regem eorum interfectum, in fugam lapsi terga verterunt. Qui evaserant cupientes navali evectioe evadere, in stagno maris natantes, namque sibimet mutuo conatu insilunt. Mox Franci cum navibus et jaculis armatoris super eos insiliunt, suffocantesque in aquis interimunt. Sicque Franci triumphantes de hostibus prædam magnam et spolia capiunt; capta multitudine captivorum, cum duce victore regionem Gothicam depopulantur ^a: urbes famosissimas **680** Nemausum, Agatem, ac Biterris ^b funditus muros et mœnia Carolus destruens, igne supposito, concremavit; suburbana et castra illius regionis vastavit. Devicto adversariorum agmine, Christo in omnibus præsule, et capite salutis victoriæ, salubriter remeavit in regionem suam, in terram Francorum ad solium principatus sui.

AN. DCCXXXIX.—Denno curriculo anni illius mense secundo ^c, prædictum germanum suum cum pluribus ducibus atque comitibus, commoto exercitu, ad partes Provinciæ dirigit; Avenionem urbem venientes, Carolus præproperans peraccessit, cunctamque regionem usque littus maris magni suæ dominationi

psit *Petrus episcopus de Palatio*, quem nonnulli antæ Alarici episcopi fuisse, pro illorum barbarorum more putant. At Petrus catholicus erat. Non etiam sic dictus est a Palo urbe *Pau*. Nam *Galactorius de Benarno et Gratus de civitate Olorone* eidem consilio subscripsere. Non denique episcopus Lemovicensis, quem sic nuncupatum fuisse suspicatur Valesius, quod in urbis suæ palatio habitaverit, aut certe ab aliquo suæ diocesis palatio.

^a Ches. et Freh., *cum duce, victor... depopulatur.*

^b Vulgo *Nîmes, Agde, Béziers*, urbes Occitanicæ episcopales notissimæ. Pro *ac Biterris*, aliquot Ed. habent *his in terris*; Colb., *hac in terris*. Ch. al., *Beteriis*. Boh., *infra, concremant... vastant... remearunt.*

^c Cointius hunc locum sic restituendum esse censet: *Denno curriculo anni secundo prædictum*, id est, anno post secundo. Nam alias hæc secunda expeditio, eodem anno 737, quo prior, et secundo quidem post mense, consignanda foret; quod Chronico Fontanelensi et aliis monumentis repugnat, ex quibus discimus priorem anno 737, alteram an. 739 susceptam fuisse. Paulus Diac., lib. vi Hist. Lang., Isidorus Paensis; Rodericus Toletanus; Anastasius, in Vita Gregorii III et alii passim auctores Caroli expeditiones in Sarracenos laudant.

^d Colb. et vet. Ed. *Vermbrea*. Freh. al., *Vermeria*, Ches. al. addit *super fluvium Iseram*. Vermeria proprium est hujus oppidi nomen, inter Compendium et Sylvaneetum siti, vulgo *Verberic*. Vide Valesii notitiam et lib. iv de Re diplomatica.

^e Is est Gregorius III qui epistolas duas eadem occasione Carolo scripsit, quæ ad nos usque pervenerunt. In iis varias calumnias, quas Ecclesia Romana a Langobardis patiebatur, Carolo, quem *subregulum* nuncupat, exponit; opemque ejus adversus illos implorat, mittens ei *claves confessionis beati Petri*. Quibus verbis Cointius et alii intelligi volunt *claves aureæ*, in quibus aliquid *de limatura* catenæ sancti Petri inclusum erat, quales Gregorius Magnus Childeberto olim transmiserat, lib. v epist. 6, *ut collo suspensa eum a malis omnibus tuerentur*, etc. Unde hæc verba, *quod antea nullis auditis aut visis temporibus fuit*, de ipsa legatione ad opem implorandam intelligunt. Lege notam sequentem.

^f Editi omnes, *ut ad partes imperatoris recedret*. Intricata est Aimoini lectio: *Ecclesiam a Langobardis*

restituunt. Fugato duce Mauronto impenetrabilibus, tutissimis rupibus, maritinis munitionibus, præfatus princeps Carolus cuncta sibimet acquisita regna victor regressus est, nullo contra eum rebellante; reversusque in regionem Francorum, ægrotare cœpit in villa Verimbrea ^d super Issara fluvio.

AN. DCCXLI. — CX. Eo etenim tempore, bis a Roma sede sancti Petri Apostoli beatus papa Gregorius ^e elaves venerandi sepulcri, cum vinculis sancti Petri et muneribus magnis et infinitis, legationem, quod antea nullis auditis aut visis temporibus fuit, memorato principi destinavit. Eo pacto patrato, ut a partibus ^f imperatoris recederet, et Romanum **681** consulatum ^g præfato principi Carolo sanciret. Ipse itaque princeps mirifico ac magnifico honore ipsam legationem recepit, munera pretiosa contulit, atque cum magnis præmiis cum suis sodalibus missis Grimonem, abbatem Corbiensis ^h monasterii, et Sigibertum, reclusum basilicæ sancti Dionysii martyris, Romam ad limina sancti Petri et sancti Pauli destinavit. Igitur memoratus princeps, consilio optimatum suorum expetito, filiis suis regna ⁱ dividit. Itaque primogenito suo, Carlomanno nomine. Auster,

dorum tyrannide liberaret... et a partibus Langobardorum recederet, ac Romanum consultum præfatus princeps Carolus sanciret. Unde Cointius sic restituendum censet auctoris nostri textum: *Ut ad partes Imperatoris accederet, et Romanum consultum, etc.*, contendens nihil aliud Gregorium voluisse, quam ut Carolus, rupta cum Langobardis pace, imperatoris paries susciperet. At, ni fallor, melior est nostra lectio, quæ est *niss.*, qua auctor innuit Gregorium Carolo pollicitum fuisse, ut si Romanos a Langobardorum tyrannide liberaret, posthabita imperatoris, qui Italiæ opem non serebat, dominatione, se Carolo Romanum consulatum collaturum. Quod quidem etsi, defuncto paulo post Carolo, imo et ipso Gregorio, tunc infectum fuerit, postea tamen evenit, ut omnes norunt. Unde conjicio elaves quas Gregorius Carolo transmisit, veras fuisse confessionis sancti Petri elaves, quas in pignus dominationis ei conferendæ traditas volebat, idque innuit hæc verba epistolæ pontificis ad Carolum: *Conjuro te... per ipsas sacratissimas claves confessionis sancti Petri, quas vobis ad regnum dimisimus.* Certe nostram lectionem disertis verbis firmant Annales Mettenses, in quibus legitur: *Epistolam quoque decreto Romanorum principum sibi prædictus præsul Gregorius miserat, quod sese populus Romanus, relicta imperatoris dominatione, ad suam defensionem et invictam clementiam committere voluisset.* Nec minori incentivo egebat Carolus, ut fœdus cum Langobardis frangeret, a quibus in expeditione Sarracenicæ egregie fuerat adjutus. Vide Paul. Diac. lib. v Hist. Langob. capp. 53 et 54.

^g Boh., *et Romano consulto.*

^h Freh., *Corvensis*; alii, *Corbensis*. Celebre monasterium Corbeicæ, vulgo *Corbie*, sic dictum a fluvio cognomine, qui ibi in Sinnenam influit, a sancto Bathilde ejusque filio Chlotario rege conditum est. Grimonem vero hic laudatum postea ad infulas Rotomagensis Ecclesiæ evertum fuisse putat Pomerayus in Historia Archiep. Rotomag. At refragator Cointius, qui Grimonem multo ante annum 741 Rotomagensi Ecclesiæ præfuisse contendit. Sigibertus vero, ut habent Editi et Boh., *Sigobertus*, alius non fuit, ut censet Dubletus, a Singiberto, qui Dionysianus abbas postea fuit.

ⁱ Ed., præter Ches., *regnum*. Francia in tria regna fuit olim divisa, Austrasiam, Neustrasiam, et Buc-

et Suaviam, quæ nunc Alamannia dicitur, atque Thoringiam tradidit ^a. Alterum vero secundum filium, Pippinum nomine, Burgundiam, Neuster et Provinciam præfecit.

¶ Eo anno Pippinus dux, commoto exercitu, cum avunculo suo Childebrando duce et multitudine primatum et agminum satellitum plurimorum ad Burgundiam dirigunt, fines regionum præoccupant. Interim, quod dici dolor et mœror, sollicitat [*Al.* suscitavit] ruinam. In sole et luna et stellis nova signa apparuerunt, seu et paschalis ordo sacratissimus **682** turbatus fuit. Carolus [*Vat.*, Karlus] nempe princeps Parisius basilicam sancti Dionysii martyris multis muneribus ditavit; veniensque Carisiacum ^b villam palatii super Issaram fluvium, valida febre correptus obiit in pæce, cunctis in gyro regnis acquisitis ^c. Rexit autem utraque regna annos quinque et viginti ^d, transiit itaque undecimo Kal. Novembris, sepultusque est Parisius in basilica sancti Dionysii martyris ^e.

AN. DCCXLII. — CXI. Chiltrudis ^f quoque filia ejus, faciente consilio nefario novercæ suæ, fraudulenter per manus sodalium suorum Rhenum transiit, et ad Odilonem ^g ducem Bagoariæ pervenit: ille vero eam ad conjugium copulavit contra voluntatem vel consilium fratrum suorum. Interea rebellantibus Wasconibus in regione Aquitaniam, cum Chunoaldo ^h duce, filio Eudone quondam, Carlomannus atque Pippinus principes germani, congregato exercitu, Ligeris alveum Aurilianis urbe transeunt, Romanos proterunt, usque Beturigas urbem accedunt, suburbana ipsius igne comburunt. Chunoaldum ducem persequentes ⁱ fugant, cuncta vastantes. **683** Lucca ⁱ castrum diruunt, atque funditus subvertunt, custodes illius castris capiunt, et inibi victores existunt. Prædam sibi dividentes, habitatores ejusdem loci ^j secum

gundiam, et unumquodque suum majorem palatii habebat, etiamsi duo aut tria illa regna quandoque unicum Regem haberent. Tum Burgundionibus Neustrasiæ unitis, duo solummodo fuere regna; et Carolus, devicto Raginfredo, unicus fuit in utroque illo regno major palatii. Hæc autem regna, sive tota Francia, octo regiones majores complectebantur, Austriam, Sueviam, Thuringiam, Bajoariam, Neustriam, Burgundiam, Provinciam, Aquitaniam; Septimania autem, quæ intra Gallias erat, parebat Gothis, sive Hispaniæ regibus. In divisione autem facta inter Caroli filios nulla mentio occurrit Bajoariæ et Aquitaniam, quod Hunoldus Aquitaniam dux seu præfectus, et Odilo Bajoariæ, auctoritatem nimiam, quam sibi sub Majoris domus titulo Carolus arrogabat, exosi, sese ipsi subdere noluerant.

^a Boh. et Colb., in *Thoringiam sublimavit*. Et infra Ch. et Boh., *Burgundiam et Neuster et Provinciam permisit*.

^b Boh., *Cariaco villa*. Celebris fuit hæc regia domus sub secunda regum stirpe, vulgo *Kiersi*, ut fuse probatur lib. iv de Re diplomat. num. 30.

^c *Vat.*, *cuncta in gyro acquisita regna*, additum al. *manni, relinquens*.

^d Id est a pugna Vinciæensi, in qua fugatus est Raginfridus; nam alias anno sui ducatus 26 aut 27 defunctus est, ut habent alii auctores. Nonnulli etiam eundem Idib. Octobris defunctum, ac xi Kal. Decembris sepultum volunt in basilica sancti Dionysii, quam hic Parisius existisse ait auctor, quamvis duabus leucis ab urbe distaret, ut observarunt viri eruditi.

PATR. LXXI

A captivos duxerunt. Inde reversi circa tempus autumnum, eodem anno iterum exercitum admovent ultra Rhenum contra Alamannos. Scleruntque castra metati super fluvium Danuvii, in loco nuncupato ^k *Usquequo*. Habitatores Alamanni se victos videntes, obsides donant, jura promittunt, munera offerunt, et pacem petentes eorum se ditioni submitunt.

AN. DCCXLIII. — CXII. Inde reversi anno secundo regni eorum, cognatus eorum Odilo dux Bagoariorum contra ipsos rebellionem excitat: compulsi sunt generalem cum Francis in Bagoaria admovent exercitum. Venientesque super fluvium qui dicitur Lech ^l, sederunt super ripam fluminis uterque exercitus, hincinde se mutuo videntes usque ad dies quindecim, qui tantumdem provocati irrisionibus gentis illius, indignatione commoti periculo se dederunt per loca deserta et palustria, ubi mos transeundi ^m nullatenus aderat: nocteque irruentes, divisis exercitibus, eos improvisos occupaverunt. Commissoque prælio, prædictus dux Odilo, cæso exercitu suo, vix cum paucis turpiter ultra Igne ⁿ fluvium fugiendo evasit. His triumphis peractis non sine dispendio multorum, tamen feliciter victores ad propria remeaverunt.

AN. DCCXLIV. — CXIII. Evoluta triennio iterum Carlomannus confinium Saxonorum, ipsis rebellantibus, cum exercitu irrupit; ibique captis habitatoribus, qui suo regno affines esse videbantur, absque belli discriminis feliciter acquisivit, et plurimi eorum, Christo duce, baptismi sacramento consecrati fuerunt. Per idem tempus rebellante **684** Theudebaldo ^o, filio Godfredi ducis, Pippinus cum virtute exercitus sui ab obsidione Alpium ^p turpiter expulit fugientem; revocatoque sibi ejusdem loci ducatu, victor ad propria reincavit.

AN. DCCXLV. — CXIV. Inde reversi prædicti ger-

Ch., al. *dno et viginti*.

^q Hic desunt codices scripti Colb. Vatic., et Nazarianus ex Bibliotheca archiepiscopalis apud Freher., sicut et editi Col., Bign., Bar., Illyr. et Boch. Unde quæ sequuntur alio titulo ab hac parte separavimus, nisi obstitisset inscriptio inferius referenda.

^r Alii, *Hiltrudis*. Numeros deinceps capitibus præfiximus ob citationis commodum, licet nulli antea in editis aut scriptis haberentur.

^s Boh. et alii mendose, *Dodilonem*, et infra *Hodilo* dicitur. Is est Odilo sub cujus regniue fides Christiana multum crevit in Bavaria.

^t Alii, *Hunaldum*, seu *Hunoldum*, appellant. Can. semel, *Chunobaldum*.

^u Vulgo *Loches*, apud Turones, de quo alias diximus.

^v Sic ex Boh. restituiimus, qui habet *ejusdem locis*; cæteri, *eisdem locis*.

^w Ches., *nuncupante*. Freh. vocem *Usquequo* pro adverbio sumit, monetque nomen loci proprium desesse.

^x Hodieque *Lech* seu *Lecx* nominatur, Latine *Lechus*, *Licus*, et *Lycias* dictus, inter Sueviam et Bavariam fluens; Danubio miscetur apud Werdam.

^y Editi, *ubi pons transeundo*.

^z Is est *Ænus*, seu *Œnus*, vulgo *In* seu *Im*, qui in Alpibus ortus, ut dicitur infra, labitur in Danubium.

^{aa} Sueviæ seu Alemanniæ duce.

^{ab} Alpes, ni fallor, appellat Vosagi montes, quos transmeato Rheno Theobaldus occupare conabatur:

mani, sequente anno, provocato eothurno Wasconorum, iterum^a usque ad Ligerim fluvium pariter adunati venerunt. Quod videntes Wascones, præocupaverunt, pacem petentes, et voluntatem Pippini in omnibus exsequentes, muneratum eum a finibus suis ut rediret precibus obtinuerunt.

AN. DCCXLVI. — CXV. His transactis, sequente anno, dum Alamanni contra Carlemannum eorum fidem fefellerissent, ipse cum magno furore eum exercitu in eorum patriam peraccessit, et plurimos eorum, qui contra ipsum rebelles existebant, gladio trucidavit.

AN. DCCXLVII. — CXVI. His ita gestis, sequenti curriculo annorum, Carlomannus devotionis causa inextinctu^b succensus, regnum una cum filio suo Drogone manibus germani sui Pippini committens, ad limina beatorum apostolorum Petri et Pauli Romam, in monachorum ordine perseveraturus^c advenit. Qua successione Pippinus roboratur in regnum.

CXVII. Eodem anno Saxones, more consueto, fidem quam germano suo promiserant mentiri conati sunt. Qua de causa adunato exercitu, eos prævenire^d compulsus est. Cui etiam reges Winidorum seu Frisionum ad auxiliandum uno animo convenerunt. Quod videntes Saxones, consueto timore compulsi, multis ex eis jam trucidatis, et in captivitate missis, regionibus eorum igneque conerematis, pacem petentes juri Francorum sese, ut antiquitus mos fuerat, subdiderunt: et ea tributa quæ Chlotario quondam præ-

stiterant^e, plenissima solutione ab **685** eo tempore deinceps esse se reddituros promiserunt. Ex quibus plurima multitudo videntes se contra impetum Francorum rebellare non posse, propriis viribus destituti, petierunt sibi Christianitatis sacramenta conferre. Quo peracto tempore Bagoarii consilio nefandorum^f, iterum eorum fidem fefellerunt, et contra præfatum principem eorum fidem mentiti sunt.

AN. DCCXLIX. — Qua de re commoto exercitu eum magno agmine apparato eorum patrias peraccessit. Ipsi vero terrore compulsi ultra fluvium Igni^g eum uxoribus ac liberis eorum fugientes, et memoratus princeps super ripam Igni castra metatus, navale prælium præparavit, qualiter eos ad internecionem persequeretur. Quod videntes **686** Bagoarii, eorum viribus se auxiliare non posse, legatos cum muneribus multis transmittunt, et in ejus ditione se subdunt, et sacramenta vel obsides donant, ut ne ulterius rebelles existant.

Ipsæ vero duce Christo cum magno triumpho in Franciam ad propriam sedem feliciter remeavit. Et quievit terra a præliis annis duobus.

AN. DCCCLI. Quo tempore una eum consilio et consensu omnium Francorum, missa relatione, a sede apostolica auctoritate percepta, præcelsus Pippinus electione totius Franciæ in sedem regni eum consecratione episcoporum, et subjectione principum, una cum regina Bertradane, ut antiquitus ordo deposcit, sublimatur in regno^h.

Usque nunc illuster vir Childebrandus comes, Avunculus prædicti regis Pippini, hanc historiam, vel Gesta Francorum, diligentissime scribi procuravit. Abhinc ab illustre viro Nibelungo, filio ipsius Childebrandi, itemque comite, succedat auctoritasⁱ.

^a Aquitani eum suo duce Hunoaldo.

^b Sic Boh.; alii, *inextincto*, id est *instinctu*; quæ mutatio prodiit ex more litterarum s, ac si fuerit *es* pronuntiandi.

^c Monasticam vestem Romæ induit, tum in montem Soractem ac postea Casinum secessit. Ejus elogium lege in sæc. III Benedictino, parte II, ad an. 755, quo Viennæ Allobrogum obiit. Zacharias ad Francorum episcopos de ejus in Gallias accessu ad pacem inter Pippinum et Grifonem componendam, tum pro restituendo Casinensibus corpore sancti patris Benedicti scripsit.

^d Ed., ad eos pervenire.

^e Quingentas vaccas singulis annis solvebant. Vide Fredeg., cap. 74.

^f Ilas turbas a Grippone, seu Grifone Pippini ex matre altera fratre, suscitatas fuisse tradunt veteres scriptores. Ille nempe e carcere solutus Saxones primo ad suas partes traxit; tum, mortuo Odilone, Bajoariorum ducatum invasit; sed victus a Pippino, et ducatu duodecim comitatum in Neustria donatus, in Aquitaniam secessit; exinde fugatus, tandem in Italiam transiens ad Aistulfum Langobardorum regem, in valle Mauriennensi interfectus est, ut dicitur cap. sequenti.

^g Id est *Œni*. Œnus quippe, vulgo *Inn*, ex monte Bernina in Alpibus versus septentrionem descendens, comitatum Tirolensem, ubi Œniponti (*Inspruc*) nomen tribuit, tum Bavariam alluit, ac demum aliis

C fluvii auctus Danubio miscetur.

^h His verbis aperte declarat hujus Chronici auctor, Romanum pontificem, qui tunc erat Zacharias, sese Pippini electioni immiscuisse, atque eundem principem pontificem consecratione in regem fuisse sublimatum. Cui consentiunt scriptores tam antiqui quam recentiores. Cointius tamen hunc locum interpolatum fuisse contendit, atque sic restitui debere: *Quievit terra a præliis annis duobus. Quo tempore præcelsus Pippinus electione totius Franciæ, in sedem regni una cum regina, etc.* Sed suæ conjectationis, quæ omnibus scriptis et editis contraria est, nullam rationem affert, nisi quod, ut quidem existimat, Franci pontificem de regis electione non consulerint, nec tunc consuetudo fuerit reges ungendi; utrumque vero refellitur ex clau-ula veteris codicis Dionysiani, ipso Pippino regnante scripti, quam infra post librum Gregorii de Gloria Confessorum proferemus.

D ⁱ Hanc inscriptionem, quam cæteri codices non habent, e Petaviano eddit Chesnius. Ille autem codex, qui e Petaviana bibliotheca ad Christinam Sueciæ reginam transiit, hodie Romæ asservatur in biblioth. eminentiss. card. Ottoboni: olim fuit monasterii Jurensis, ad sancti Augendi tumulum, sæculo IX labente, a Mannone oblatus, uti discimus ex inscriptione ipsi præfixa: *Voto bonæ memoriæ Mannonis liber ad sepulcrum sancti Augendi oblatus.*

PARS QUARTA,

AUCTORE ANONYMO

QUI JUSSU NIBELUNGI SCRIPSIT.

687 AN. DCCLIII.—CXVIII. His transactis, sequenti anno iterum Saxones contra eorum fidem, quam præfato regi dudum promiserant, solito more iterum rebelles contra ipsum existunt. Unde et Pippinus rex, ira commotus, commoto omni exercitu Francorum, iterum Rheno transjecto, in Saxoniam cum magno apparatu veniens, ibique eorum patriam maxime igne cremavit, captivos tam viros quam feminas secum duxit, cum multam prædam ibidem fecisset, et plurimos Saxones ibidem prostravisset. Quod videntes Saxones, pœnitentia commoti, cum solito timore elementiam regis petunt, ut pacem eis concederet, et sacramenta atque tributa, nullo majora quam ante promiserant, redderent, et nunquam ultra jam rebelles existerent. Rex Pippinus, Christo propitio, cum magno triumpho iterum ad Rhenum ad eastrum, cuius est nomen Bonna^b, veniens. Dum hæc ageret, nuntius veniens ad præfatum regem ex partibus Burgundiæ, quod germanus ipsius regis, nomine Grifo, qui dudum in Wasconiam^c ad Waifarium principem **688** confugium fecerat, a Theodone [Al. Theodone] comite Viennense, seu et Frederico Ultrajurano comite, dum partes Langobardiæ peteret, et insidias contra ipsum prædictum regem pararet, apud Mauriennam urbem super fluvium Arboris^d interfectus est. Nam et ipsi superscripti comites in eo prælio pariter interfecti sunt.

CXIX. Per Arduennam silvam cum ipse rex veniens, et Theodone villa^e publica super Mosella resedisset, nuntius ad eum veniens dixit, quod Stephanus papa de partibus Romæ cum magno apparatu et multis muneribus, jam monte Jovis^f transmeato, ad ejus properaret adventum. Hæc audiens rex, cum gaudio et lætitia et ingenti cura recipere eum præcepit, et filio suo Carolo ei obviam ire præcepit^g,

^a Editi, *convenientibus iis Saxones*. Locum in quo devicti fuerunt, *Rimi* supra Wiseram fluvium appellant Annales Lanreshamenses. Conditiones vero pacis, ut legitur in Annalibus Mettensibus, fuere, ut sacerdotes licentiam haberent Christi fidem prædicandi, ac baptizandi Saxones, utque regi singulis annis trecentos equos darent.

^b Hodie sedes est archiepiscopi electoris Colonien-sis, quod ipsa metropolis Colonia urbs sit anseatica et sui juris. Priscum nomen retinet, *Bonne* vulgo dicta.

^c Boh., Freh. et Can., *Gwasconiam*, et passim infra *Gwascones*. Walarium, ut plurimum *Waiofarium*, Can. nonnunquam *Gaiofarium* appellant.

^d Fluvius ille, vulgo *Arca* (*l'Arche*) appellatur, qui in Isaram (*l'Isère*) influit. De urbe Maurienna vide notas in lib. i de Glor. Mart. cap. 14.

^e Oppidum munitissimum in ducatu Luxemburgensi inter Mettas et Sircam; priscum nomen retinet, no tris *Thionville*, Germanis vero *Diedenhofen*.

^f Summus Penninus dicitur ab Æthico; vulgo di-

qui usque ad Pontem Ugone, villa publica^h, ad ejus præsentiam adducere deberet.

AN. DCCLIV. Ibique Stephanus papa Romensis ad præsentiam regis veniens, multis muneribus tam ipsi regi quam et Francis largitus est, auxilium petens contra gentem Langobardorum et eorum regem Aistulfum, ut per ejus adiutorium ab eorum oppressionibus **689** vel fraudulencia de manibus eorum liberaretur, et tributa et munera, quæ contra legis ordinem a Romanis requirebant facere, desisterent. Tunc Pippinus rex præfato Stephano papa apud Parisius civitatem in monasterio sancti Dionysii martyrisⁱ, cum ingenti cura et multa diligentia, hiemare præcepit. Legationem ad Aistulfum regem Langobardorum mittens, petens ut propter reverentiam beatissimorum apostolorum Petri et Pauli in partibus Romæ hostiliter non ambularet, et superstitiosas ac impias vel contra legis ordinem causas, quod antea Romani nunquam fecerant, propter ejus petitionem facere non deberet.

CXX. Cumque prædictus rex Pippinus quod per legatos suos petierat non impetrasset, et Aistulfus hoc facere contempsisset, evoluta anno i, præfatus rex ad Kalendas Martias omnes Francos, sicut mos Francorum est, Bernaco^k villa publica ad se venire præcepit. Imitoque consilio cum proceribus suis, eo tempore, quo solent reges ad bella procedere, cum Stephano papa^l, et reliquæ nationes, quæ in suo regno commorabantur, et Francorum agmina ad partes Langobardiæ cum omni multitudine per Lugdunum Galliæ et Vluennam pergentes, usque Mauriennam pervenerunt. Aistulfus rex Langobardorum, hæc audiens, commoto omni exercitu Langobardorum, usque ad Clusas^m, quæ cognominatur Valle Seusana, veniens, ibi cum omni exercitu suo castra citur *le grand Saint-Bernard*, ab aliis *Montjou*, seu *Montjeu*.

^g Hæc verba, *et filio*, etc., præcepit, desunt in cod. Boher.

^h Chesn., *Pontem Hugonis villam publicam*. Est Pontigo, seu Pontico, vulgo *Pontion*, de quo supra ad cap. 25 lib. iv Historiæ Gregorii. De Stephani III receptione, vide Anastasium in ejus Vita.

ⁱ Hiemavit pontifex in percelebri monasterio sancti Dionysii, gravique morbo afflictus, sancti martyris precibus sanitate recuperavit. Inde abiens loci monachis pallium suum pontificale in amoris pignus reliquit, quod etiam nunc religiose asservant. De Pippini mentione, aliisque rebus a Stephano in Gallia gestis, ejusque in Urbem reditu legendus Anastasius.

^j Cum tribus mensibus juxta nostrum calculum, hic quippe annum a Kalendis Martiis inchoat. Quare paulo superius apposuimus, *an. 554*.

^k Annales Mettenses habent *Brennachm*.

^l Sic Boh. Editi vero, *Stephanus papa*.

^m Ches., mendose, *Clusas*. Clusæ appellantur loci

metatus est, et cum telis et machinis et multo apparatu, quod nequiter contra Rempublicam [*Id est, imperatorem*] et sedem Romanam apostolicam admirerat, nefarie nitebatur defendere. Et cum supra scriptus rex Pippinus Mauriennam eum exercitu suo resedisset [*Ed., rediisset*], et propter angusta vallium, montes rupesque exercitus prædicti regis minime transire potuissent, pauci tamen montibus angustisque locis erumpentibus, usque in valle Seusana **690** pervenerunt. Hæc cernens Aistulfus rex Langobardorum, omnes Langobardos armare præcepit, et cum omni exercitu suo super eos audaciter venit. Hæc cernentes Franci, non suis auxiliis, nec suis viribus liberare se putabant, sed Deum invocant, et beatum Petrum apostolum adjutorem ^a rogant. Commissoque prælio fortiter inter se dimicantes, Aistulfus rex Langobardorum læsum cernens exercitum suum, terga vertit, et pene omnem exercitum suum, quem secum adduxerat, tam duces, comites, vel omnes majores natu gentis Langobardorum, in eo prælio omnes amisit; et ipse quodam monte rupis vix lapsus evasit, Ticinum urbem suam cum paucis venit. Igitur præcelsus rex Pippinus, patrata Deo adjuvante ^b victoria, cum omni exercitu, vel multitudine agminum Francorum, usque ad Ticinum peraccessit, castra metatus est, undique omnia quæ in gyro fuerunt vastans: partes Italiae maxime igne concremavit, totam regionem illam vastavit, eastram Langobardorum omnia diripuit [*Ed., dirupit*], et multos thesauros tam auri et argenti, vel alia ornamenta quam plurima, et eorum tentoria omnia rapuit et cepit. Hæc cernens Aistulfus rex Langobardorum, quod nullatenus se evadere potuisset, pacem per sacerdotes et optimates Francorum petens, ditiones supra dicto rege Pippino faciens, et [*Forsan, ut*] quidquid contra Romanam ecclesiam vel sedem Apostolicam contra legis ordinem fecerat, plenissima solutione emendaret. Sacramenta et obsides ibidem donat, ut nunquam a Francorum ditione se abstraheret, et ulterius ad sedem apostolicam Romanam et rempublicam hostiliter nunquam accederet. Præfatus rex Pippinus elemens ut erat, misericordia motus, vitam et regnum ei concessit, et multa mu-

ces et angustiae montium. Vallis autem Seusana, seu, ut Freh. et Can. hic habent, *Swesiana*, Ch., *Suesana*, vulgo dicitur Vallis Segusiana (*le Val de Saïze*).

^a Ed., *beati Petri apostoli adjutorium*.

^b Ches., *Dei adjutorio*.

^c Id est, *prædictum Stephanum papam*.

^d Ed., *finis Romanorum peragrans*.

^e Boh., *veniens*. Ecclesia sancti Petri in Vaticano olim extra Urbem, a Leone IV intra novam urbem, quæ ab eo *Leonina* dicta est, inclusa fuit. In his porro angustiis epistolam Stephanus Pippino et omnibus Francis nomine sancti Petri scripsit: *Petrus vocatus apostolus... Pippino, Carolo*, etc. Eam aliaque ad hanc historiam pertinentia instrumenta profert Continuus tomo v Anual.

^f Boh., *Cavillonno, Geneva*. Hæc urbes sunt, *Châlons-sur-Saône, Geneve, Saint-Jean de Maurienne*.

^g Vulgo *le mont Cénis*, in Alpibus Cottii.

^h Tassilo, ex Chiltrude seu Hiltrude, de qua superius, Pippini sorore natus erat.

A nera Aistulfus rex partibus prædicti regis donat. Nam et optimatibus Francorum multa munera largitus est. His itaque gestis, Pippinus rex **691** prædicto Stephano papa ^c cum optimatibus suis et multa munera partibus Romæ eum magno honore direxit, et in sedem apostolicam incolumem, ubi [*Ed., sicuti*] prius fuerat, restituit. His transactis, Pippinus rex eum exercitu suo vel multis thesauris ac multis muneribus Deo adjuvante reversus est ad propria.

AN. DCCLV. — CXXI. Sequenti anno Aistulfus rex Langobardorum fidem suam, quam regi Pippino promiserat, peccatis facientibus fefellit. Iterum ad Romanam cum exercitu suo veniens, finibus Romanorum pervagans ^d, atque regionem illam vastans, ad ecclesiam sancti Petri perveniens ^e, et domos quas ibidem reperit maxime igne concremavit. Hæc Pippinus rex eum per internuntios audisset, nimium furore et in ira motus, commoto iterum omni exercitu Francorum per Burgundiam, per Cavalonnum urbem, et inde per Januam ^f usque Mauriennam veniens. Rex Aistulfus cum hoc reperisset, iterum ad Clusas exercitum Langobardorum mittens, qui regi Pippino et Francis resisterent, et partibus Italiae intrare non sinerent. Rex Pippinus cum exercitu suo, monte Cenisio ^g transacto, usque ad Clusas, ubi Langobardi ei resistere nitebantur, perveniens, et statim Franci solito more, ut edocti erant, per montes et rupes erumpentes, in regnum Aistulfi cum multa ira et furore intrant, Langobardos quos ibi repererunt interficiunt. Reliqui qui remanserant vix fuga lapsi evaserunt. Rex Pippinus eum nepote suo Tassilone ^h, Bajoariorum duce, partibus Italiae usque ad Ticinum iterum accessit, et totam regionem illam fortiter devastans, circa muros Ticini utraque parte fixit tentoria, ita ut nullus exinde evadere potuisset ⁱ. Hæc Aistulfus rex Langobardorum cernens, et jam nullam spem **692** se evadendi speraret, iterum per supplicationem sacerdotum et optimatum Francorum veniens, et pacem prædicto regi supplicans, et sacramenta quæ præfato regi dudum dederat, ac quod [*Ed., ut qui*] contra sedem apostolicam rem nefariam fecerat, omnia per iudicium Francorum, vel sacerdotum plenissima solutione emendaret. Igitur

ⁱ Tunc, ut narrat Anastasius, imperatoris legatus Pippinum convenit, ut exarchatum imperio restitueret. At negavit ille se id præstiturum, quod bellum hoc solo pietatis intuitu, *pro amore sancti Petri et delictorum suorum venia* suscepisset, neque se commissurum, *ut quod semel beato Petro obtulerat auferret*. Hinc, uti prosequitur ille auctor, firmata pace, *de receptis civitatibus a B. Petro, atque a sancta Rom. Ecclesia, vel ab omnibus in perpetuum pontificibus apostolicæ sedis possidendis misit in scriptis donationem, quæ usque hodie, inquit, in archivo sanctæ nostræ ecclesiæ recondita tenetur*. — Ejusdem donationis authenticum monumentum superest apud Ravennam lapidi insculptum litteris Romanis, tametsi mutilum. Sed quæ desunt facile possunt suppleri. Sic autem habet:

PIPPINUS. PIUS. PRIMUS. AMPLIFICANDÆ. ECCLESIAE. NAM. APERUIT. ET EXARCHATUM. RAVENNÆ. CUM AMPLISSIMIS.....

rex Pippinus solito more iterum misericordia motus, **A** ad petitionem optimatum suorum vitam et regnum iterato concessit. Aistulfus rex per iudicium Francorum vel sacerdotum, thesaurum qui in Ticino erat, id est tertiam partem, prædicto regi tradidit, et alia multa munera majora quam antea dederat, partibus regis Pippini dedit. Sacramenta iterum et obsides donat, ut amplius nunquam contra regem Pippinum vel proceres Francorum rebellis et contumax esse debeat ^a, et tributa quæ Langobardi regi Francorum a longo tempore dederant, annis singulis per missos suos desolvere deberent. Præcelsus rex Pippinus victor cum magnis thesauris et multis muneribus, absque belli eventu, cum omni exercitu suo illæso ad propriam sedem regni sui remeavit incolumis, et quievit terra a præliis annis duobus.

AN. DCCCLVI.—CXXII. Post hæc Aistulfus rex Langobardorum, dum venationem in quadam silva exerceret, divino iudicio, de equo quo sedebat super quamdam arborem projectus, vitam et regnum crudeliter digna morte amisit. Langobardi una cum consensu prædicti regis Pippini, et consilio procerum suorum, Desiderium in sedem regni instituunt.

AN. DCCCLVII. — CXXIII. Dum hæc agerentur, rex Pippinus legationem Constantinopolim ad Constantinum ^b imperatorem pro amicitiae causa, et salute suæ **693** patriæ mittens, similiter et Constantinus imperator legationem præfato regi cum multis muneribus ^c mittens, et amicitias et fidem per legatos eorum vicissim inter se promittunt. Nescio quo faciente, postea amicitia, quam inter se mutuo promiserant, nullatenus sortita est effectum.

AN. DCCCLVIII—DCCCLX. — CXXIV. His itaque gestis, et duobus annis cum terra cessasset a præliis, prædictus rex Pippinus legationem ad Waifarium ^d Aquitanicum principem mittens, petens ei per legatos suos, ut res ecclesiarum de regno ipsius, quæ in Aquitania sitæ erant, redderet, et sub immunitatis nomine, sicut ab antea fuerant, conservatas esse deberent, et iudices ac exactores in supradictas res ecclesiarum, quod a longo tempore factum non fuerat, mittere non deberet, et Gothos prædicto regi,

^a Boh. et Can., *esse non debeat... ad regem... dissolvere.*

^b Is erat Constantinus Copronymus, sacrarum imaginum effractor.

^c Inter alia munera, quæ Pippinus accepit, erat organum, quod tunc primum in Galliis visum fuisse narrant veteres istorum temporum annualistæ.

^d Gau. et Freh. semper *Waiofarius*. Aimoinus, *Guaifarius*.

^e Sic Ches. Alii, *coactus undique*.

^f Hunc locum esse *Massavam* in tabulis Peutingerianis memoratam putat Valesius. Hodie dicitur *Mesve*. Infra Ches. habet mendose *Arutisiodorensi*.

^g Freh. *Riguernensi*, Can. *Riguernisi*, Ches. exponit *Ripuariensi*. Sunt autem Ripuarii populi Germaniæ inferioris, tribus fluvius, Rhepo, Mosella et Mosa inclusi. Dura vero, seu Duria, hodie vulgo *Dueren*, in ducatu Juliacensi ad fluvium Ruram (*Roer*), Marcomagus, seu Marcodurum Ubiorum ab antiquis dicebatur, ut observat Valesius in notitia Galliarum. Ibi villa publica, seu palatium celebre existit sub secunda regum nostrorum stirpe, de quo

quos dudum Waifarins contra regis orainem occiderat, ei solvere deberet; et nomines suos, qui de regno Francorum ad ipsum Waifarium principem confugium fecerant, reddere deberet. Hæc omnia Waifarins, quæ prædictus rex per legatos suos ei mandaverat, hoc totum facere contempsit. Igitur Pippinus rex invitus coarctatus ^e undique contraxit exercitum, et partibus Aquitaniæ per pagum Treccassinum usque Autisioderum urbem accessit. Inde ad Ligèrem fluvium cum omni exercitu Francorum, ad Masuam ^f vicum in pago Autisiodorensi Ligèrem fluvium transievit; per pagum Bitorinum usque Arvernico accessit, regionem illam pervagans, et maximam partem Aquitaniæ igne concremavit. Waifarins princeps Aquitaniæ per legatos suos pacem

B supplicans, sacramenta vel obsides ibidem **694** donat, ut omnes justitias, quas præfatus rex Pippinus per legatos suos ei mandaverat, in placito instituto facere deberet. Rex Pippinus cum omni exercitu suo illæso reversus est ad propria.

AN. DCCCLXI. — CXXV. Evoluto anno, id est, anno decimo regni ipsius, omnes optimates Francorum ad Dura in pago Riguernense ^g et ad Campo Madio, pro salute patriæ et utilitate Francorum tractanda, placito instituto ad se venire præcepit. Dum hæc agerentur, Waifarins invito iniquo consilio, contra Pippinum regem Francorum insidias parat, exercitum suum cum Uniberto ^h comite Bitorino et Blandino comite Arvernico, qui dudum ante annum superiorein ad prædictum regem Pippinum cum Bertellanno ⁱ episcopo Bitoricæ civitatis missus fuerat, et animus regis ad iracundiam nimium provocasset, cum reliquis comitibus clam hostiliter usque Cavillonum ^j, omnem exercitum suum transmisit, et totam regionem illam, id est Angustiduncensium usque ad Cavillonum igne cremavit, et suburbana Cavilloni urbis, quidquid ibidem reperierunt, omnia vastaverunt. Melciacum ^k villam publicam incendio cremaverunt, cum multis spoliis et præda nullo resistente remeaverunt ad propria. Cum hoc Pippino regi nuntiatum fuisset, quod Waifarins maximam partem regni sui vastasset, et sacramenta quæ ei dederat fefellisset, nimium lib. iv de Re diplomatica. De Campo Madio vide, infra, notas ad cap. 150.

^h Ches. marg., *Huniberto*, seu *Chuniberto*, ut infra cap. 154, et alii *Umberto*. Infra Boh., *Biturivo*; Can. et Freh., *Bitorvio*, pro Bitorino (*de Berry*); Blandinum vero cum Ches., *Blaudemum* appellant.

ⁱ Hinc emenda Patriarchii Bituricensis auctorem, qui hoc ipso anno Landrarium seu Laudrarium Bituricensem episcopum fuisse scribit, nulla Bertellani facta mentione; nisi is ipse sit Berlanus, quem ab anno 808 ad 820 sedisse memorat.

^j Sic Boh., ut supra cap. 121. Alii, *Cavallonum*, quod nomen Cabellionem (*Cavillon*), et Cabilonem indicare potest, quod vero Cabilo (*Châlons-sur-Saône*), hic designetur, dubitare non sinit aliorum Chroniceorum auctoritas. Annales quippe Laureshamenses habent *Cabilonem*, qui vero a Loiselio editi sunt *Cabilonum*, Fuldenses *Cavillonem*, Bertiniani *Cavillonum*. Idem suadet Cabilonensium et Angustoduncensium vicinia, quæ hic satis exprimitur.

^k Ches., marg., *Mellicium*.

in ira commotus jubet omnes Francos ut hostiliter, placito instituto, ad Ligerem venissent. Commotumque exercitu cum omni multitudine, iterum usque ad Treas accessit, inde per Antisioderum ad Novernum urbem veniens, Ligeris fluvio transmeato, ad eastrum, ejus nomen est **695** Burboue^a, in pagum Bitorinum pervenit. Cumque in gyro castra posuisset, subito a Francis captus atque succensus est, et homines Waifarii, quos ibidem invenit, secum duxit, maximam partem Aquitanie vastans, usque urbem Arverniam eum omni exercitu veniens, Claremontem^b eastrum captum atque succensum bellando cepit, et multitudinem hominum, tam virorum quam feminarum vel infantum plurimos in ipso incendio cremaverunt. Blandinum comitem ipsius urbis Arvernicae captum atque ligatum ad praesentiam regis adduxerunt, et multi Waseones in eo praelio capti atque interfecti sunt. Igitur rex Pippinus, urbe capta, ac regione illa tota vastata, eum praeda et spolia multa, Deo auxiliante, cum illaeso exercitu iterum remeavit ad propria. Factum est autem ut postquam Pippinus rex urbem Arverniam cepit, regionem illam totam vastavit.

AN. DEELXII. — CXXVI. Sequenti anno, id est anno undecimo regni ipsius, cum universa multitudine gentis Francorum Bitonicas venit, castra meta- tus est undique, et omnia que in gyro fuerunt vastavit. Circumsepsit urbem munitione fortissimam, ita ut nullus egredi ausus fuisset, aut ingredi potuisset. Cum machinis et omni genere armorum circumdedit eam vallo, multis vulneratis, plurimisque interfectis, fractisque muris cepit urbem, et restituit eam ditioni suae jure praelii, et homines illos, quos Waifarius ad defendendum ipsam civitatem dimiserat, clementia suae pietatis absolvit, dimissique reversi sunt ad propria. Unibertum [Al., Umbertum] comitem et reliquos Waseones, quos ibidem invenit, sacramentis datis secum adduxit, uxores eorum ac liberos in Franciam ambulare praecipit, muros ipsius Bitonicae civitatis restaurare jubet, comites suos **696** in ipsam civitatem ad custodiendum misit. Inde eum omni exercitu Francorum, usque ad castrum quod vocatur Toarcius^c veniens: eumque in gyro castra posuisset, ipse castrum^d mira celeritate captum atque succensum est. Waseones quos ibidem invenit, una eum ipso comite duxit in Franciam. **D**

^a Duplex est hujus nominis castrum, ob aquarum salubritatem celebre, 15 circiter leucis, intermediis tamen Ligeri et Elaveri fluvii, a se invicem distantum, scilicet Burbo Anseli (*Bourbon-Laney*), ad dexteram Ligeris ripam in Aduorum finibus, et Burbo Erchembaldi, seu ad Batnea dictus (*Bourbon-l'Archambaud*, seu *Bourbon-les-Bains*), in finibus Biturigum, hic memoratus; qui augustissimae Borboniorum familiae, nunc Francorum regiae, nomen dedit. Aliae urbes supra memoratae Trecae (*Troyes*), Antisiodorum (*Auxerre*), Nivernum (*Nevers*), notae sunt.

^b Observat Savaro in Originibus Clarom. hanc primam esse apud veteres auctores Clarimontis mentionem, quem aperte ab ipsa Arverna urbe, ab Antiquis Augustanometum appellata, distinguit. Unde conjicit castrum seu arcem in monte vicino ad urbis

A Pippinus rex, Christo duce, cum omni exercitu Francorum, eum multa praeda et spoliis, iterum reversus est ad sedem propriam.

AN. DCCLXIII, DCCLXIV. — CXXVII. Facta est autem longa altercatio inter Pippinum regem Francorum et Waifarium Aquitanie principem. Pippinus rex Deo auxiliante magis ac magis crescens, et semper in se ipso robustior factus est; pars autem Waifarii et ejus tyrannitas decrescens quotidie. Waifarius princeps semper contra praedictum regem Pippinum insidias parare dissimulat. Nam Mancionem comitem consobrinum suum partibus Narbonae cum reliquis comitibus transmisit, ut eustodias, quas praedictus rex Narbonam, propter gentem Sarracenorum ad eustodiendum miserat, ne aut intrarent, aut si quando iterum in patriam^e reverterentur, capere aut interficere eos potuissent. Factum est autem ut Australdus comes, et Galemanius itemque comes, eum paribus eorum ad propria reverterentur, hic Mancio una eum multitudine gentis Wasconum super eos irruit, fortiter inter se dimicantes, praedictus Galemanius et Australdus ibidem Mancionem et universos pares suos, Deo adjuvante, interliciunt. Haec cernentes Waseones terga verterunt, omnes equites [*Id est*, equos], quos ibidem adduxerant, amiserunt; montes vallesque pervagantes, pauci tamen vix fugaciter evaserunt. Ipsi vero cum multa praeda, vel equibus et spoliis, cum gaudio reversi sunt ad propria.

697 CXXVIII. Dum his et aliis modis Franci et Wascones semper inter se altercarent, Chilpingus comes Arvernorum, collecto undique exercitu, in pago Lugdunensi in regno Burgundiae ad praedandum [*Al. praeliandum*] ambulare nitabatur. Contra quem Adalardus comes Cavalonensis, et Australdus idemque comes, eum paribus eorum contra eum venientes, et super fluvium Ligeris fortiter inter se dimicantes, statim Chilpingus comes in eo praelio a supra scriptis comitibus occisus est, et multi qui eum eo venerant, ibidem interfecti sunt. Ille videntes Waseones terga vertunt; vix pauci silvis et paludibus ingressi evaserunt. Amanngus comes Pectavensis dum Turonicam infestam praedaret, et ab hominibus Wifardi abbatis monasterii beati Martini interfectus est, et plures qui eum eo ibidem venerant, eum ipso pariter occiderunt. Reliqui qui re-

eustodiam olim exstitisse, Clarum montem dictum; quod postea toti urbi nomen tribuit, cum nempe bellorum tumultibus non semel violata in montem translata fuisset. Id probat ex vulgi traditione, qua loci incolae vineta et terras urbi vicinas, vulgo *la Cita*, eam vero urbis partem quae montis cacumen occupat, *Clairmont* appellant.

^c Situm est in Pictorum finibus, vulgo *Thouars* dictum, hodieque celebre, ducatus titulo illustratum, quod a nobilissima Tremolliorum familia possidetur. Aimoius habet *Cadurcia*; an *Cahors* voluerit designare? Annales Mettenses habent, *Thoarcii castrum, quo in Aquitania firmius non erat.*

^d Sic Boh. pro ipsum castrum. Ed., ipse castrum.

^e Id est, in regionem, scilicet quae Pippino subiecta erat.

manserant terga vertentes, pauci vix evaserunt. Dum hæc agerentur, Remistanus avunculus Waifarîi ad prædictum regem veniens, sacramenta multa et fidem prædicto regi Pippino promisit, ut semper fidelis tam prædicto regi, quam et filiis suis omni tempore esse deberet. Rex vero Pippinus in suam ditionem eum recepit, et multa munera auri et argenti, et pretiosa vestimenta, equites [*Id est, equos*] et arma largiendo, eum ditavit.

CXXIX. Rex Pippinus castrum, cui nomen est Argentonus ^a in pago Bitorino, a fundamento miro opere in pristinum statum reparare jussit, comites suos ibidem ad custodiendum mittens, ipsum castrum Remistano ad Waifarîo resistendum, cum medieta-^bte pagi Bitorini usque ad Carum ^c, concessit. Videns prædictus Waifarîus, princeps Aquitanicus, quod castrum **698** Claremontis rex bellando ceperat, et Bitoricas caput Aquitanicæ, munitissimam urbem, cum machinis eepisset, et impetum ejus ferre non potuisset, omnes civitates quæ in Aquitania provincia ditionis suæ erant, id est Pectavis ^d, Lemodieas, Santonis, Petreors, Equolisma, et reliquas quamplures civitates et castella, omnes muros eorum in terram prostravit, quos postea præcelsus rex Pippinus reparare jubet, et homines suos ad ipsas civitates custodiendum dimisit. Iterum eo anno eum omni exercitu suo prædictus rex Pippinus ad sedem propriam reversus est.

AN. DCCLXV.—CXXX. Iterum sequenti anno, commoto omni exercitu Francorum, per Treas, inde Autisioderum, usque ad Nievernun ^e urbem cum omni exercitu veniens, ibique eum ^f Francis et proceribus suis placitum suum Campo Madio tenens. Postea Ligere transaeto, Aquitaniam pergens, usque ad Lemodicas accessit, totam regionem illam vastans, villas publicas, quæ ditionis Waifarîi erant, totas igne concremare præcepit. Tota regione illa pene vastata, monasteriis multis depopulatis, usque Hisandonem ^g veniens, unde maximam partem Aquitanicæ, ubi plurimum vinearum erat, cepit ac vasta-

^a Alias Argentomagus, vulgo *Argenton*, oppidum ad Crausiam (*la Creuse*), apud Bituriges, ubi Marcellus et Anastasius martyrium consummasse dicuntur apud Usuardum et in Martyrologio Romano, die 29 Junii.

^b Editi, *cum eis medietatem*.

^c Boh., *usque Care*. Carus seu Caris, vulgo *le Cher*, Biturigum provinciam duas in partes secat, qui multis auctus fluviolis tandem in Ligerim delabitur paulo infra Turones.

^d Boh., *Pictavis... Lemovicis, Petrecoris, Egolisma*. Hæc urbes sunt *Poitiers, Limoges, Saintes, Périgueux, Angoulême*, provinciarum quæ ab eis nomina habent capita.

^e Boh., *Nevernun*, Freh. et Can., *mendose, Avernun*.

^f Hæc verba, *ibique cum*, etc., usque *tenens*, expungenda censet Cointius, quod eo anno, uti ipsi videtur, Francorum conventus, seu Campus Madii, apud Attiniacum in Remensi Campania habitus fuerit. Habentur tamen in omnibus Editis et scriptis, quos videre licuit. Sed hic forte campi Madii nomine nihil aliud intelligitur quam conventus Francorum ad deliberandum de aliquot circa expeditionem difficultatibus coactus. Certe, ut ipse Cointius advertit

A vit. Unde pene omnis Aquitania, tam ecclesiæ quam monasteria, divites et pauperes vina habere consueverant, omnia vastavit et cepit. Dum hæc agerentur, Waifarîus cum exercitu magno et plurimorum Wasconorum, qui ultra Garonnam commorantur, qui antiquitus vocati sunt Vaceti ^h, super prædictum regem venit. Sed statim solito more omnes Wascones terga verterunt, plurimi ibidem a Francis intercepti sunt. Hæc cernens rex, persequi eum jubet, et usque ad noctem eum persequens, vix **699** Waifarîus cum paucis qui remanserant, fugiendo evasit. In eo prælio Blandinus comes Arvernorum, quem prædictus rex prius ceperat, et qui postea ad Waifarîum confugium fecerat, in eo prælio interceptus est. Rex Pippinus, opitulante Deo, victor exstitit.

B Patrata iterum victoria cum magno triumpho, iterum ad Denegontium ⁱ cum magno exercitu Francorum ad Ligerem veniens, inde per pagum Augustudinensem ad propriam sedem remeavit invictus J. Waifarîus legationem ad prædictum regem mittens, petens ei quod Bitoricas et reliquas civitates Aquitanicæ provincicæ, quas de manu ejus prædictus rex abstulerat, ei redderet, et postea ipsas Waifarîus ditionis suæ faceret; tributa vel munera, quæ antecessores sui reges Francorum de Aquitania provincia exigere consueverant, annis singulis partibus prædicto regi Pippino solvere deberet. Sed hoc rex per consilia Francorum ^k et procerum suorum facere contempsit.

AN. DCCLXVI.—CXXXI. Evoluta igitur anno, commoto omni exercitu Francorum, vel plurimum nationum, quæ in regno suo commorabantur, usque ad Aurelianis veniens, ibi placitum suum Campo Madio ^l pro utilitate Francorum instituit, tenens, multis muneribus a Francis et proceribus suis ditatus est. Iterum Ligere transaeto, totam Aquitaniam pergens, usque ad Aginnum veniens, totam regionem illam devastavit. Videntes tam Wascones quam majores natu Aquitanicæ, necessitate compulsi plurimi ad eum venerunt, sacramenta ad eum ibidem donant, et se ditionis suæ faciunt. Ita omni Aquitania

Annales Mettenses colloquium mense Augusto habitum an. 567 *Campum Magii* appellant, licet hoc ipso anno conventus solemnis re ipsa mense Maio habitus fuisset.

^g Boh., *Hisando*, alias *Issando* et *Exando*. Hoc oppidum appellatur vulgo *Issaudun*, ad Vigeram fluvium apud Lemoviees.

^h Boher., *Vacceti*. Can. et Freh., *Vacæci*. Ili forte sunt Vasei, seu Baschi, quos hodieque *Basques* appellamus.

ⁱ Boh., *ad Digontio*. Can. et Freh., *ad Degontum*. Vulgo appellatur *Digoins*, seu *Digoine*. Locus est baronatus titulo insignitus, in pago Cadrellensi (*le Charolais*), ad Aroni (*l'Aron*) et Ligeris confluentes.

^j Sic Boh. Ed. vero, *remeavit. Ibi victus*.

^k Freh. et Can. hic addunt *et plurimorum nationis qui in regno suo commorabantur*, quæ verba in iisdem desunt in cap. seq.

^l Jam supra, cap. 125, *Campum Madium* appellavit. Hanc vero imitationem anno 755 factam referunt Annales Petaviani. Binemarum in Vita sancti Remigii *Campum Martium* a Marte sic fuisse appellatum dicit, *quem posteriores Franci Madii Campum*, quando reges ad bella solent procedere, vocari instituerunt.

[*Al. Equitanæ*] provincia nimium vastata, cum multa præda ac spoliis, per pagum Petregoricum et Equolismam, jam pene omni Aquitania acquisita, cum omni exercitu Francorum iterum eo anno reversus est in Franciam cum suis omnibus.

700 AN. DCCLXVII.—CXXXII. Iterum denuo sequenti anno, commoto omni exercitu Francorum per pagum Treccasium, inde ad urbem Autisioderum veniens ad castrum quod vocatur Gordinis ^a, cum regina sua Bertradane, jam fiducialiter Ligere transacto, ad Betoricas accessit, palatium sibi ædificare jubet. Iterum Campo Madio, sicut mos erat, ibidem tenere jubet, initoque consilio cum proceribus suis, præfatam reginam Bertradanem ^b, cum reliquis Francis ac comitibus fidelibus suis, in prædicta Betorica dimisit. Ipse prædictus rex cum reliquis Francis et optimatibus suis ad persequendum Waifarium ire perrexit. Cumque prædictus rex ipsum Waifarium persequens non reperiret, jam tempus hiemis erat, cum omni exercitu ad Betoricas, ubi præfatam reginam Bertradanem dimiserat, reversus est.

CXXXIII. Dum hæc agerentur, Remistanus filius Eudone ^c quondam fidem suam, quam prædicto regi Pippino promiserat, fefellit; et ad Waifarium iterum veniens, ditionis suæ se faciens. Quod Waifarius cum magno gaudio eum recepit, et adiutorem sibi contra Franeos et prædictum regem eum instituit. Superscriptus Remistanus contra prædictum regem et Francos, seu custodias quas ipse rex in ipsius civitatibus dimiserat, nimium infestus accessit, et Betorinum, seu Linoticinum, quod ipse rex acquisierat, prædando nimium vastavit, ita ut nullus colonus terræ ad laborandum, tam agros quam vineas colere non audebat. Prædictus rex Pippinus in Betoricas per hiemem totam cum regina sua Bertradane in palatio resedit. Totum exercitum suum per Burgundiam ad hiemandum mittens, Natale Domini nostri Jesu Christi et sanctam Epiphaniam apud Betoricas urbem per consilium episcoporum vel sacerdotum venerabiliter celebravit.

AN. DCCLXVIII.—CXXXIV. Evoluta igitur eo anno **701** cum in Betoricas resideret, mediante Februario, omnem exercitum suum, quem in Burgundiam ad hiemandum miserat, ad se venire præcepit; initoque consilio contra Remistanum insidias parat, Hermenaldum, Beringarium, Childeradam et Unibertum ^d comitem Betorinum cum reliquis comitibus et Lendibus suis ad ipsum Remistanum capiendum clam ^e mittens, prædictus rex Pippinus cum omni exercitu Francorum iterum ad persequendum Wai-

A farium ire destinavit. Bertrada regina Aurelianis veniens, et inde navali evectioe per Ligerem fluvium usque ad Sellus ^f castrum super fluvium ipsius Ligeris pervenit [*Al. perveniens*]. His itaque gestis, nuntiatum est regi quod missi sui, quos dudum ad Amormuni ^g regem Sarracenorum miserat, post tres annos ad Massiliam reversi fuissent, legationem prædicti Amormuni regis Sarracenorum ad prædictum regem cum multis muneribus secum adduxerant. Quod cum compertum regi fuisset, missos suos ad eam direxit, qui ipsam legationem [*Ed.*, qui eos] venerabiliter recipere, et usque ad Mettis civitatem ad hiemandum ducerent. Igitur suprascripti comites, qui ad Remistanum capiendum missi fuerant, per divinum iudicium et fidem regis eum capiunt, et ligatum ad præsentiam regis cum uxore sua adduxerunt. Quem statim rex Uniberto et Ghiselario comitibus Betoricæ civitatis ipsum Remistanum in patibulo suspendi iussit. Prædictus rex Pippinus usque ad Garonnam accessit; ibi Wascones, qui ultra Garonnam commorantur, ad ejus præsentiam venerunt, et sacramenta et obsides prædicto regi donant, ut semper fideles partibus regis, ac filiis suis Carolo et Carlomanno omni tempore esse debeant. Et aliæ multæ quamplures gentes ex parte Waifarii ad eum venientes, et se ditioni suæ subdiderunt. Rex vero Pippinus benigniter eos in suam ditionem recepit. Waifarius cum paucis per silvam, quæ vocatur Edobola ^h, in pago Petrocorreco latitans, huc illucque vagatur incertus. Præfatus rex Pippinus **702** ad Waifarium capiendum insidias iterum parat. Inde ad reginam suam ad Sellus veniens, legationem Sarracenorum, quam Mettis ad hiemandum miserat, ad Sellus castrum ad se venire præcepit, et ipsi Sarraceni munera quæ Amormuni transmiserat, ibidem præsentant. Iterum rex ipsis Sarracenis qui ad ipsum missi fuerant munera dedit, et usque ad Massiliam cum multo honore adduci præcepit. Sarraceni vero navali evectioe per mare redeunt ad propria.

CXXXV. Præcelsus rex Pippinus iterum de Sellus castro cum paucis ad persequendum Waifarium eo anno iterum perrexit, et usque ad Santonis mira celeritate primus cum paucis venit. Cum hoc Waifarius audisset, solito more terga vertit. Rex Pippinus in quatuor partes comites suos scaritos et leudes suos ad perquirendum Waifarium transmisit. Dum hæc agerentur, ut asserunt, consilio regis factum, Waifarius princeps Aquitanie a suis interfectus est. Præfatus rex Pippinus, jam tota Aquitania acquisita, om-

pra, ad cap. 125.

^e Solus Boh. habet *clam*.

^f Hic locus a Cella sancti Eusepii in Biturigibus ad Carim fluvium, vulgo *Selles*, distinguendus est. Etenim Sellus ad Ligerim exstitit, si nostro auctori fides habeatur.

^g Alii auctores *Amiramomeni* appellant, Almansorem Cointius et cæteri. De hoc, supra, ad cap. 109.

^h Appellatur vulgo, ut monet, Valesius, *la forêt de Ver*.

^a Locum prope Sincerrium, seu Sacrum Cæsaris Castium in Biturigibus (*Gordon, près de Sancerre*), interpretatur Cointius

^b *Al.*, *Bertrada*, quam nonnulli Bertam appellant.

^c *Can. et Freh.*, *Judone*. Legendum *Eudonis*, Aquitanie ducis, de quo supra, qui pater erat Hunoaldi et Remistani, seu, ut alii scribunt, *Remistagni*: proindeque Waifarius Hunoaldi filius patrum habebat Remistanum, quamquam avunculus ipsius dicatur supra, cap. 128.

^d *Ed.* *Chunibertum*; et infra, *Uniberto*. Vide, su-

nes ad eum venientes ditionis suæ, sicut antiquitus A fuerant, se faciunt. Cum magno triumpho et victoria Santonis, abi Bertrada regina residebat, venit.

CXXXVI. Dum Santonis præfatus rex venisset, et causas pro salute patriæ et utilitate Francorum tractaret, a quadam febre vexatus ægrotare cœpit, comites suos ac iudices ibidem constituit. Inde per Pectavis usque ad Toronis urbem ad monasterium beati Martini confessoris accessit, ibique multam elemosynam tam ecclesiis quam monasteriis vel pauperibus largitus est, et auxilium beati Martini petens, ut pro ejus facinoribus Domini misericordiam deprecari dignaretur. Inde promovens se cum prædicta regina Bertradane, et filiis suis Carolo et Carlomanno, usque ad Parisius, ad monasterium beati Dionysii martyris veniens, ibique commoratus est aliquan- B diu; cernensque quod vitæ periculum evadere non potuisset, omnes proceres suos, duces et 703 comites Francorum, tam episcopos quam sacerdotes, ad se venire præcepit, ibique una cum consensu Francorum et procerum suorum, seu et episcoporum, regnum Francorum, quod ipse tenuerat, æquali sorte

inter prædictos filios suos Carolum et Carlomannum, dum adhuc ipse viveret, inter eos divisit. Id est Austrasiorum regnum Carolo seniori filio regem instituit; Carlomanno vero juniori filio regnam Burgundia, Provincia, Gothia, Alesacis ^a et Alamannia tradidit. Aquitaniam, quam ipse rex acquisierat, inter eos divisit. His gestis rex Pippinus post paucos dies, ut dolor ^b est ad dicendum, ultimum diem et vitam simul caruit. Sepelieruntque eum prædicti 704 reges Carolus et Carlomannus filii ipsius regis in monasterio sancti Dionysii martyris, ut ipse voluit, cum magno honore, regnavitque annis viginti quinque ^c.

CXXXVII. His transactis, prædicti reges Carolus et Carlomannus, unusquisque cum leudibus suis ad propriam sedem regni eorum venientes, instituto placito, initoque consilio cum proceribus eorum, mense Septembri, die Dominico, xiv Kalendas Octobris ^d, Carolus ad Noviomem urbem, et Carlomannus ad Saxonis civitatem, pariter uno die a proceribus eorum et consecratione sacerdotum sublimati sunt in regno.

Explicit Fredegarii Chronicum cum suis continuatoribus.

^a Can. et Fröh., *Alesans*; Ches., *Alexacis*. id est, Elisatia, vulgo *l'Alsace*.

^b Ch. et Fröh., *ut dolus*.

^c Nullo pacto admitti potest hic calculus. Pippinus quidem ex quo rex acclamatus est in conventu Suessionensi, regnavit annos sexdecim, menses sex; ex quo a Stephano papa coronatus fuit, annos fere quindecim; ab anno autem quo, patre mortuo, majoris domus dignitatem obtinuit, annos septem et

viginti. Mortuus est autem mense Septembri, anno 768.

^d Hæc verba, xiv Kal. Oc. ab interpolatore additas fuisse ait Cointias, quod juxta suum calculum Pippinus viii Kal. ejusdem mensis obierit. Ea tamen habent Editi simul et Mss. cum Annalibus Mettensibus. Carolus autem Noviomii (*Noyon*) inauguratus est, et ejus frater Suessione (*Soissons*), quam urbem veteres nonnulli *Saxonem*, *Sessionem*, etc., appellant.

MONITUM IN SUBSEQUENTIA FRAGMENTA.

Fredegarii Chronico visum est subjungere ejusdem auctoris Fragmenta selecta ad Francorum Historiam pertinentia, quæ ex aliis ejus operibus descripsimus. Quamvis enim testetur ille auctor se ea referre quæ ex Eusebio, Hieronymo, Idatio, etc., excerpserit, nonnulla tamen quandoque habet quæ in istis auctoribus desiderantur; sive ea retulerit ex antiquis traditionibus quæ tunc circumferebantur, sive illa ex vetustis auctoribus nobis ignotis descripserit. Ex illis vero selegimus ea solum quæ ad nostram Historiam pertinent, quæque veteri stylo, prout tum in codice ms. collegii Parisiensis Societatis Jesu, auctoris ætate scripto, tum in alio Divionensi ex illustrissimi viri Boherii bibliotheca leguntur, repræsentamus.

FRAGMENTA

EX ALIIS FREDEGARIi EXCERPTIS SELECTA,

QUÆ AD HISTORIAM FRANCORUM PERTINENT

1. — *Inter Excerpta ex Eusebii Chronico, Hieronymo interprete.*

705 In illo tempore (Cap. 5) Priamus Helenam rapuit. Trojanum bellum decennale surrexit. Causa

^a Can., *pastori judici pollicente*.

C mali quod trium mulierum de pulcritudinem certantium præmium fuit una earum Helena, pastore iudice pollicente ^a. Memnon et Amazones Priamo tulere subsidium. Exinde origo Francorum fuit. Priamus

regem primo habuerunt; postea per Historiarum libros scriptum est ^a qualiter habuerunt regem Frigiam, postea partiti sunt in duabus partibus; una pars perrexit in Macedoniam, vocati sunt Macedones secundum populum a quo recepti sunt, et regionem [Can., regem] Macedoniae, qui opprimebatur a gentes vicinas invitati ab ipsis fuerunt, ut eis auxilium praerent. Per quos postea cum subiecti in plurima procreatione crevissent, ex ipso genere Macedones fortissimi pugnatores effecti sunt. Quod in postremum in diebus Philippi regis et Alexandri filii sui fama confirmat illorum fortitudinem qualis fuit. Nam et illa alia pars quae de Frigia ^b progressa est ab Olivo [Id est, Ulysse] per fraudem decepti, tamen non captivati, nisi exinde dejecti per multis regionibus pervagantes cum uxores et liberos.

Electo a se rege (Cap. 4), Francione nomine, per quem Franci vocantur. In postremo, eo quod fortissimus ipse Francio in bellum fuisse fertur, et multo tempore eum plurimis gentibus pugnam gerens, partem Asiae vastans, in Europam dirigens, inter Rhenum vel **706** Danuvium et mare consedit.

Ibique mortuo Francione (Cap. 5), eum jam pro proelia tanta quae gesserat, parva ex ipsis manibus remanserunt, duces ex se constituerunt. Attamen semper alterius ditione negantes, multo post tempore cum ducibus transegerunt, usque ad tempore Pompegii consolis; qui et cum ipsis demicans, seu cum reliquis gentium nationes quae in Germania habitabant, totasque ditione subdidit Romanam ^c. Sed continuo Franci eum Saxonibus amicitias iniungentes, adversus Pompegium rebellantes, ejusdem rennuerunt potestatem. Pompegius in Spaniam contra gentes dimicans plurimas moritur ^d. Post haec nulla gens usque in praesentem diem Francos potuit superare, qui ^e tamen eos suae ditioni potuissent subjugare. Ad ipsum instar et Macedones, qui ex eadem generatione fuerunt, quamvis gravia bella fuissent atriti, tamen semper liberi ab externa dominatione vivere conati sunt.

Tertiam ex eadem origine gentem Torcorum ^f fuisse fama confirmat (Cap. 6). Ut enim Franci

^a Aimoinus, lib. 1 de Gestis Francorum, laudat quosdam auctores qui de hac origine scripserunt. Id forte quod hic datus ex Dacis Frigii Historia de origine Francorum excerptum est. Etenim in eod. Boheriano et in nro Canisii plura inseruntur sub hujus auctoris nomine: in omnibus vero eod., post hoc fragmentum, quod hic descripsimus, subiungitur: *Redeamus quo ordine Hebraeorum gens fuit. Dacorum, sed quem fictitum censet, et quidem fabulas narrat. Certe haec fuit olim Francorum opinio communis gentem suam ex Trojanis prodisse, uti ex antiquis Chronicis et auctoribus patet, maxime qui desinent prima regum nostrorum stirpe et postea scripserunt. Vide Chesnium tomo I H-st. Frane., Sigibert., etc.*

^b Can., et quidem recte, *Frigia*.

^c Sic Clar. At Boh., *Romana*, Can., *totasque ditiones subdidit Romanis*.

^d Can., *morti tradidit*.

^e Clar. haec verba, *qui tamen eos suae ditioni vo-*

Asiam pervagantes pluribus proeliis transissent, ingredientes Europam; super litore Danuvii fluminis inter Oceanum et Thraciam una ex eis ibidem pars resedit. Electum a se utique regem, nomen Turquoto, per quod gens Turcorum nomen accepit. Franci hujus itineres gressum cum uxores et liberos agebant, nec erat gens, qui eis in proelium potuissent resistere. Sed plurima egerunt proelia, quando ad Rhenum consederunt, dum **707** a Turquoto minnati sunt, parva ex eis manus aderat. A captivitate Trojae usque ad primam olympiadem sunt anni cccvi.

II. — Inter eadem Excerpta.

Gallienus firmatur in imperio (Ex cap. 40). Germani Ravennam venerunt. Alamanni vastatum Aventicum praevisione vulibili cui nomen, et plurima parte Galliarum, in Aetalia transierunt ^g. Graeci Pannoniam occupaverunt. Germani Spanias obtulerunt, etiam et Syriam incursaverunt, Francos in eorum habentes auxilium.

Valentinianus (Ex cap. 45), etc. Saxones caesi Deusone ^h in regione Francorum consedit.

Qui superfuerunt in illo tempore Burgundionum octoginta fere millia (Ex cap. 46), quot nunquam antea nec nominabantur, ad Rhenum descenderunt, et ubi [Al., ibi] castra posuerunt, quasi Burgo vocataerunt, ob hoc nomen acceperunt Burgundiones, ⁱ; ibique nihil aliud praesumebant, nisi quantum pretium ementis [Al., ementes] a Germanis eorum stipendia accipiebant. Et eum ibidem duobus annis resedissent, per legatos invitati a Romanis vel Gallis, qui Lugdunensium provinciam ^j et Gallea Comata, Gallea Domata et Gallea Cisalpina manebant, ut tributarii publicae potuissent rennuere, ibi cum uxores et liberos visi sunt consedisse.

III. — Inter Excerpta ex Idatii Chronico.

Martianus (Cap. 55 Can., lib. III, cap. 5), etc... Gens Chunorum pace rupta ruunt in Galleis, quos cum Agecius patricius venientes comperisset, sanctum Anianum Aurelianensem episcopum ad Theodorum regem Gotthorum in legationem dirigit, petens auxiliare contra Chunis: si praevaleret resistere,

tuisset subjugare, omittit.

^k Infra, *Turcorum*. Boh. et Can., *Torquorum*, *Thurcorum*; et infra, *Torquoto*.

^g Sic Clar. Boh. vero: *Præventionem violabili cogno-mento... Galliarum; indeque in Italiam*. Can. sic habet: *Pervenerunt inastimabili nocentia, et plurimum partem Galliarum vastaverunt; indeque in Italiam*, etc.

^h Sic quoque legitur in Chronico Eusebii, ex omnibus Mss., ut movet Scatiger, qui hoc nomine aliquam urbem circa Rhenum designari censet. Boh., *Diosone*. Can.: *Saxones caesi Diosone, in regione Francorum consederunt qui superfuerunt*. Tunc incipit cap. 46: *In illo tempore*, etc.

ⁱ Vide Orosium, lib. VII Historiae cap. 4.

^j Boh.: *Provinciae et Gallea Comata Cisalpina manebant*. Can.: *Provinciae et Gathae domata Cisalpina ut tributarii publicae... ibique cum*, etc. Gallia Comata seu Transalpina continebat hodiernam Franciam, Cisalpina vero, seu Togata, Italiae partem, quam nunc Lombardiam appellamus.

mediam partem Galliae Gothis daret. Cum a Theodoro rege hujus petitionis annuens auxilium fuisset promissum, Agceius legatos mittens ad Attilanem regem Chunorum obviam, petens auxilium **703** contra Gothis, qui Galleas conabant invadere: si praevalebant Chuni e contra Gothis defendere, medietatem Galliae ab Agecio perciperent. Attila rex cum Chunis festinans, et parens a civitatibus Germaniae et Galliae, contra Gothis, super Ligere fluvio residens, nec procul ab Aurilianis configit certamine. Caesa sunt Gotthorum ducenta millia hominum. Theodorus rex hoc praelio occubuit. Caesa sunt Chunorum centum quinquaginta millia. Civitas Aurelianus orationibus beatissimi Aniani liberata est. Chuni repedantes Trecassis b in Mauriacensem con-sedentes campaniam. Thoresmodus c filius Theu-dori, qui ei successit in regnum, collectum Gottho-rum exercitu, patrem ulcisci desiderans, cum Atti-aneni et Chunis Mauriaco configit certamine, ibique tribus diebus uterque phalangae in invicem praec-iantes, et innumerabilis multitudo gentis d occu-ponit. Agecius cum esset strenuosissimus consilii, per noctem ad Attilanem veniens dixit ad eum: Opta-bilem duxeram ut tua virtute regionem hanc a per-iculis Gothis potuissem [Boh., potuisses] eripere, sed nullatenus fieri potest. Usque nunc cum minimis pugnatoribus praelias, hac nocte Theudericus ger-manus Thoresmodi cum nimiam multitudinem et fortissimos Gotthorum pugnatores advenit: haec non sustines, atque utinam vel evadere possis. Tunc Attila dedit Agecio decem millia solidorum, ut per suo ingenio Pannoniam repedaret. Ipsaque nocte Agecius ad Thoresmodo idemque perrexit, dicensque ei causam consimilem, quod apud viles Chunorum pugnatores usque nunc pugnaverant; nam maxima multitudo et fortissimi pugnatores a Pannoniis ipsa-que nocte Attiliani advenerant, et audissent fratrem suum Theudericum in aures Gotthorum occupasse, regnumque vellet arripere, nisi festinus ad reseden-dum pergeret, periculum ad degradandum haberet. Acceptis idemque **709** Agecius a Thuresmodo decem millia solidis, ut suo ingenio a persecutione Chunorum liberati Gotthi ad sedes proprias remea-erent, Et protinus abierunt. Agecius vero cum suis, etiam Francos secum habens, post tergum direxit Chunorum, quos usque Thoringia a longe prosecu-tus est; praecipitque suis, ut unusquisque nocte ubi manebant, decem sparsim focus facerent, ut im-mensa multitudine semilarent e. Qui evit hoc praec-

lium. Agecii consilium Gallia ab adversariis libera-tur. Postea cum a Thursimodo rege et Gothis haec factio perlata fuisset, requirentes promissionem Agecii implendam, et ille rennuerit, per pacis jura orbiculum f aureum gemmis ornatum, pensante libras quingentas ab Agecio compositionis causa transmittitur Thursemodo, et haec jurgia quievec-runt. Quae species devotissime usque in hodiernum diem Gotthorum thesauris pro ornatum veneratur et tenetur.

Anno 2 Anthemii (*Ex cap. 58, Can., lib. m, cap. 8*) in medio Tolosae civitatis sanguis erupit de terra, et tota die fluxit, significans Gotthorum domina-tione sublata Francorum adveniente regno.

IV.— *Inter eadem Excerpta ex Iuatio.*

Quadam s vice (*cap. 60; Can., lib. m, cap. 10*) Chlo-doveus rex Francorum et Alaricus rex Gotthorum, qui sedem Tholosae habebat, post multa praelia quae invicem gesserant, intereedentes legatus, cum pacem inire coepissent hujus convenientiae, ut Alaricus barham tangeret Chlodovei effectus ille h pa-trenus, perpetuam ad invicem pacem servarent; et ad hujus placita conjunctione i nec Francos nec Got-thos armatos penitus accederent. Statuentes diem ad locum designatum ab invicem; ibique legatus Chlo-dovei, Paternus nomine, ad Alaricum accessit, in-quirens utrum eo habitu Gotthi inermes quo spon-derant, placitum custodirent: aut forte more solito, ut post probatum est, mendaciis parerent j. Cum lo-queretur Paternus **710** ad Alarico regem, nuntians salutes Chlodovci, et diligenter inquirens qua ordine deberent conjungere, Gotthi fraudulenter uxos k pro-baculis in manum ferentes. Adprehensum unum ex his Paternus extrahit, dicens: Mendacia tua placita sunt, rex, ut fraude coneris cum tuis Gotthis domi-num meum et Francos decipere. Accepto placito cum Alarico, spondens Paternus pro Francis ut ju-dicium Theuderici regis Aetaliae hujus rei terminus fieretur. Ibi legatus Alarici regis, et Paternus di-rectus a Chlodoveo, conspectum properant Theude-rici. Exponens per ordine Paternus causam Chlodovei et Francis, quod legatus Alarici denegare non potuit, nisi tantum petens, ut iudicium Theuderici fineretur. Cogitans in semetipsum Theudericus hujus causae eventum, et futuris temporibus quae oportebant obli-vionem non tradens, zelum adversus hos duos reges retenens; dicens his legatis: In crastinum quod attentius hujus rei pro pacis concordiam, ut justitiae ordo poscuerit, cum senioribus Palatii pertractare

a Clar., partens. Boh., pargens.

b Boh., Chunis repedantibus Trigassis. Can., castris.

c Boh., Thorismodus. Can., Thorsimodus.

d Clar., genti; tum additum est um, id est gentium.

e Boh., Sparsi focus facerent, ut immensa multitu-dinem similarent. Can., sparsim..... similarent.

f Missorium appellat Fredegarius ipse in Chro-nico, cap. 75. Sic quoque dicitur in Chronico sancti Benigni. Hinc collige missorii nomine apud illum actorem caenum, sive pelvium designari.

g Confer hoc caput cum capite 20 lib. 1 Aimoini e Gestis Francorum, et Roriconis lib. iv.

h Pro illi. Hinc in Clar., alia, sed vetustissima ma-nu, efficitur illi patrinus. Postea non tactu solummodo, sed et harbae aut capillorum incisione affinitas spiri-tualis inita fuit. Qui alieni crines incidebat, ejus fiebat pater spiritualis. Vide Paulum Diac., in Gestis Langob., lib. iv cap. 40, et lib. vi cap. 55. Plura de hac re habet Mabillon. in praef. 1 Saec. in Act. sanct. ord. Bened.

i Boh. et Can., conventione.

j Id est, mendaces apparerent, ut habet Can.

k Sic uterque Ms., et recte. Vide Chronici cap. 64, et Cangii Glossarium.

potuero, fratribus meis cum integra dilectione, et amore profuso mandare non sileo. Tractansque in arcano cordis jam olim celaverat, cupiens his duobus regibus ab invicem semper esse discordes, talem inter eosdem iudicium termenavit, ut difficile Gotthis, quos Alaricus regebat, huius culpæ compositio suppleretur, ut veniret legatarius Francorum sedens super equum, contum erectum tenens in manum ante aulam palatii Alarici, et tandiu Alaricus et Gotthi super eum solidos jactarent, quousque legatum et equum et cacumine conti cum solidis cooperirent. Renuntiantes legati Alarico protinus, quod Theoderici huius rei terminasset iudicium: et cum esset difficile hæc Alarico vel Gotthis supplere, volentes fraude Paternum legatum Francorum decipere, quem in solarium missum, per noctem quod subpositum erat ruens, fracto brachio **711** vix tandem evasit. Ducitque eum Alaricus in crastinum [*Can.*, castrum], suos ostendens thesauros, et cum sacramento dicens amplius solidos non habere, quam ad præsens arcis plenius ostenderet. Ubi Paternus unum solidum de pugno extrahens, sinu projecit dicens: Hos solidos adarrabo ^a ad partem domini mei Chlodovei regis, et Francis. Revertens ad Chlodoveo, narrans per singula. Chlodoveus adversus Alaricum arma commovit, quem in campania Voglavensem, decimo ab urbe Pectava milliario, interfecit, et maximam partem exercitus Gotthorum ibi gladium trucidavit, regnumque ejus a Legere fluvium et Rhodano per mare Terrenum ^b et montes Perenæos usque mare Oceanum abstulit, quod hodieque ditione condigno ^c permanet ad regnum Francorum.

V. — *Inter eadem Excerpta ex Idatio.*

Chrocus rex Wandalorum ^d cum Suxævis et Alanis egressus de sedibus Gallias appetens (*Cap. 62; Can., lib. 11, cap. 12*), consilium matris nequissimæ utens, dum ei dixisset: Si novam rem volueris facere, et nomen acquirere, quod alii ædificaverunt cuncta destrue, et populum quem superas, totum interfice. Nam nec ædificium meliorem a præcessoribus facere non potes, neque plus magnam rem, per quam nomen tuum cleves. Qui Rhenum Magantiam ponte ingeniose transiens, primum ipsamque civitatem et populum vastavit: deinde cunctasque civitates Germaniæ vallans Mettis pervenit, ubi murus civitatis divino nutu per nocte ruens, capta est civitas a Wandalis, Treverici vero

^a Boh., *his solidos. Can., His solidis sit arrhabo.*

^b Can., *Tyrrhenum.*

^c Can., *condigna. Boh., ditioni condigne.*

^d De Wandalis suo loco egit Fredegarius, ut apud Idatium. Chroci irruptionem Sigibertus ad primum Theodosii Junioris imperii annum revocat, quam alii temporibus Valeriani et Gallieni consignare con-

in arenam huius civitatis quam munierant libi sunt. Post hæc cunctas Gallias Chrocus cum Wandalis, Suxævis, et Alanis pervagans, alias subsidiis [*Al.*, obsidione] delevit, aliasque ingeniose ruinam vastavit, nec ulla civitas aut castra ab eis in Gallia libera est. Cunque Arelate obsiderent, Chrocus a Mario quodam milite captus et vinculis constructus est. Qui ductus ad pœnam per **712** universas Gallias tates quas vastaverat, impiam vitam dignam finivit, cui Trasemundus successit in regnum. Trasemundi manni adversus Wandalos arma commovunt. Utque consentientes, singulare certamen præliandum miserunt. Sed et ille qui a Wandalis missus esset Alamanno superatur; victusque Trasemundus a Wandali secundum placetum cum Wandalis, Suxævis et Alanis, Gallias prætermittit Spanias adpetit, ibique multos Christianorum pro fide catholica interfecit. Post paucos tempore mare traducta in Mauritania, credo divino nutu, fera ducente, cum Wandalis vadando, transivit. Fertur mare ibi septem milium passuum latitudinem esse. Mortuo in Mauritania Trasemundo, Honericus mente crudelior Wandalis successit in regnum, Mauritaniam ^e occupans, nihil stragem in Christianis exercuit, consiliante Cyrolo hæreticorum episcopo, ejus persecutione plurimus numerus Christianorum martyrii palma sunt coronati. His diebus Eugenius, Longinus et Vindemialis episcopi miras virtutes in Christi nomine ^f ostendebant, et et mortuos suscitabant. Cyrolo quemdam hominem præventum datis quinquaginta aureis, ut se cæcus fingeret, et clamaret coram Honerico regem Cyrola virtutibus se lumen accipere. Qui tactus a Cyrolo cæcus efficitur; postea, oratione Eugenii, lumen cepit. Instigante Cyrolo ab invidiæ morbum, Honericus jubente, Eugenius capite truncatur; Longinus et Vindemialis diversis pœnis adfecti pro Christi nomine, ad æternam migrant beatitudinem. Honericus merito exigente propriis se morsibus laniavit, in vitam justam morte finivit. Cui Childericus successit in regnum. Ipso defuncto, Childemeris regnum suscepit, apud quem Belisarius patricius fortissimus dimicavit; in quo regnum Wandalorum finivit.

[Belisarius] a Bucceleno quodam Franco in Africa superatus est, tantæ victoriæ nomenis gloria a Buccelino victus nomen vitamque amisit ^g.

Expliciunt Fragmenta Fredegarii.

sueverunt.

^e Sic Boh. Clar., prima manu, *auream totam; terra, Mauretaniam. Can., terram totam.*

^f Boh., *Christianorum ostendebant ægros.*

^g Confer cum Aimoino, lib. 11 de Gestis Francorum cap. 25.

SANCTI GEORGII FLORENTII GREGORII EPISCOPI TURONENSIS LIBRI MIRACULORUM.

Proœmium.

Non poetarum figmentis, aut philosophorum sententiis, sed Evangelicæ veritati insistendum esse.

713-714 Hieronymus presbyter, et post apostolum Paulum bonus doctor Ecclesiæ, refert se ductum ante tribunal æterni Iudicis, et extensum in supplicio graviter cæsum, eo quod Cicconis argutias vel Virgilii fallacias sæpius lectitaret: confessumque se coram angelis sanctis ipsi Dominatori omnium, nuntiari se deinceps hæc lecturum, neque ultra tractaturum, nisi ea quæ Deo digna et ad Ecclesiæ ædificationem opportuna judicarentur (a). Sed et Paulus apostolus, *Quæ pacis sunt, inquit, sectemur, et quæ ad ædificationem in invicem custodiamus* (Rom. xiv, 19). Et alibi: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat; sed quis bonus ad ædificationem, ut det gratiam audientibus* (Ephes. iv, 29). Ergo hæc nos oportet sequi, scribere atque loqui, quæ Ecclesiam Dei ædificent, et quæ mentes inopes ad notitiam perfectæ fidei instructione sancta fecundent. Non enim oportet fallaces commemorare fabulas, neque philosophorum inimicam Deo sapientiam sequi, ne in iudicium æternæ mortis Domino discernente cadamus. Quod ego metuens, et aliqua ex sanctorum miraculis, quæ hactenus latuerunt, pandere desiderans, non me iis retribus vel vinciri cupio, vel involvi (b). Non ego Saturni fugam, non Junonis iram, non Jovis stupra, non Neptuni injuriam, non Eoli sceptrum; non Æneadum bella, naufragia, vel **715-720** regna commemoro: taceo Cupidinis emissio- nem, non Ascanii dilectionem; hymenæosque, lacrymas, vel exitia sæva Didonis: non Plutonis triste vestigium, non Proserpinæ stuprosum raptum, non Cerberi triforme caput: non revolvam Aulisæ colloquia, non Ithaci ingenia, non Achillis argutias, non Sinonis fallacias: non ego Laocoontis consilia, non Amphyrionidis robora, non Jani confictus, fugas, vel obitum exitialem proferam; non Eumenidum, variorumque monstrorum formas exponam: non reliquarum fabularum commenta, quæ hic auctor aut (c) finxit mendacio, aut versu depinxit heroico: sed ista omnia tanquam super arenam locata, et cito ruitura conspiciens, ad divina et Evangelica potius miracula revertamur, unde Joannes Evangelista exorsus est dicens: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* (Joan. i, 1, 2, 3). Et deinceps ait: *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratia et veritate* (Ibid., 14). Quod autem in Bethleem nasciturus erat, ita ait Propheta: *Et tu, Bethleem Ephrata (d), non es minima in millibus Juda. Ex te enim prodiet Rex qui regat populum meum Israel* (Mich. v, 2; Matth. ii, 6; Joan. vii, 42). Hoc enim et Nathanael ille a Cana Galilææ dixit: *Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel* (Joan. i, 49). Ipse est et salus mundi, de quo et ille Simeon ait: *Nunc dimittis, Domine, servum tuum in pace, quia videntur oculi mei salutare tuum* (Luc. ii, 29).

(a) Hoc ipsum narrat Hieronymus in epistola ad A^{ustochium}. (c) Aliqui Codd. cum Edit. ante finxit mendacio... depinxit.

(b) Ille desinit prologus in cod. Clar. a.

(d) Aliquot mss. cum edit., Eufrata.

LIBER PRIMUS.

DE GLORIA BEATORUM MARTYRUM.

CAPUT PRIMUM.

De nativitate Domini nostri Jesu Christi in Bethleem.

721 Nato ergo Domino nostro Jesu Christo se-

^a Editi: *Stellam quam magi viderunt, adhuc in Bethleem mundis corde apparere.* Porro in Colb. tut. desunt undecim priora capita, ibique liber incipit a

cuudum carnem in Bethleem oppido (*Ante aram vulg. an. 5, 25 Dec.*), in diebus Herodis regis, juxta fidem evangelicam, magi ab Oriente venerunt Ille- capite 12: *De sancto Joanne Baptista*, quod in isto codice primum appellatur, habet tamen prologum.

rosolyms, dicentes : *Ubi est qui natus est Rex Judæorum? Vidimus enim stellam ejus in Oriente, et venimus adorare eum* (Matth. ii, 2), et reliqua. Est autem in Bethleem puteus magnus, de quo Maria gloriosa aquam fertur hausisse : ubi sæpius aspeientibus miraculum illustre monstratur, id est stella ibi mundis corde, quæ apparuit magis, ostenditur. Venientibus devotis ac recumbentibus super os putei, operiuntur linteo capita eorum. Tunc ille cujus meritum **722** obtinuerit, videt stellam ab uno pariete putei super aquas transigrare ad alium, in illo modo quo solent super cælorum circulo stellæ transferri. Et cum multi aspiciant, ab illis tantum videtur, quibus est mens sanior. Nonnullos vidi qui eam asserebant se vidisse. Nuper autem diaconus noster retulit quod eum quinque viris aspexit ^b, sed duobus **B** tantum apparuit.

CAPUT II.

De miraculis Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi.

Dominus ^e igitur noster Jesus Christus in assumpta carne de Virgine (An. 30), multa populis miracula est **723** dignatus ostendere. Hæc enim lactees in vini saporem convertit, cæcorum oculis depulsa nocte lumen infudit, paralyticorum gressus ablata debilitate direxit, febres ægrotantium fugato ardore restinxit, hydropicum compresso tumore sanavit, lepram discedere sacri oris virtute mandavit, mulierem dæmonio inclinatam invidentibus Judæis erexit; super aquas vero, non dehiscenibus aquis, incessit : profluvium mulieris tactu fimbriæ salutaris avertit. Multa quidem et alia fecit, quæ sacra Evangeliorum narrat historia. Tamen cum multos salubri cœlestique mandato restaurasset ad vitam, tres ab infernali morte reductos, vitæ restituit : id est, archisynagogi filiam resuscitavit in domo; unicum viduæ surgere jussit ad portæ egressum; et Lazarum vocavit ex monumento.

CAPUT III.

De passione, resurrectione et ascensione ejus.

Igitur Judæi, furore succensi, falsis accusationi-

^a In Colb. a. habetur hic in tituli modum, alia quidem, sed vetusta manu : *De stella in puteum lapsa*. Id autem observamus, quod etiam in prope cavernam Bethleemitanam puteus seu cisterna peregrinis ostendatur, in quam vulgus putat stellam magorum dilapsam fuisse.

^b Colb. a., alia manu, *introspexit*.

^c Hoc caput cum sequentibus ad undecimum inclusive deest in cod. Clarom. a.

^d Hic incipit Clar. b. An vero aliquando præcedentia capita in eo cod. exstiterint, incertum est, cum istud initio paginæ habeatur, et numerus nullus singulis capitulis præmittatur, nec ullus capitum indiculus in eo codicis unquam fuerit.

^e Mor., *perfruetur*. Hæc porro, quæ de morte beatissima Virginis ejusque circumstantiis narrat hic Gregorius, proeni dubio hausit ex Pseudo Melitonis Sardensium episcopi libro de Transitu beatæ Mariæ, inter apocryphos a Gelasio papa recensito, qui liber editus est in Bibliotheca Patrum. Mortuam autem eam Ephesi fuisse, doctorem virorum est sententia. At nemo ante Gregorium Turonensem disertis verbis resurrectionem beatæ Mariæ, ejusque corporis simul

bus circumdantes Instum tradiderunt morti, et crucis affixione damnaverunt (An. 33, 3 April.) quem Deus Pater suscitavit a mortuis tertia die, solutis doloribus mortis (Act. ii, 24); quoniam impossibile erat eum apud inferos relinqui, sicut ait apostolus Petrus. Posthæc promittens Paracletum, et imbuens cœlestibus doctrinis apostolos, victor ascendit ad cœlos, venturumque se ad judicandum, angelis te tantibus, repromittens, dicente apostolice Aetus historia : *Hic Jesus qui receptus est a vobis* **724** *sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum* (Act. i, 11).

CAPUT IV.

De apostolis et beata Maria.

Post ^d admirabilem igitur dominicæ ascensionis gloriam (An. 33, 14 Maii), quæ, contrito diabolicæ malignitatis capite, mentes fidelium ad contemplanda cœlestia animavit, sancti apostoli Domini et Salvatoris nostri cum beata Maria matre ejus, in unam congregati domum, omnia ponebant in medio : nec quisquam suum aliquid esse dicebat; sed inusquisque cuncta possidebat in charitate, sicut sacer apostolicæ actionis narrat stylus (Act. iv, 54). Posthæc dispersi sunt per regiones diversas ad prædicandum verbum Dei (An. 36). Denique impleto a beata Maria hujus vitæ cursu, cum jam vocaretur a sæculo, congregati sunt omnes apostoli de singulis regionibus ad domum ejus (An. 48). Cumque audiissent quia esset assumenda de mundo, vigilabant eum ^c simul : et ecce Dominus Jesus advenit cum angelis suis, et accipiens animam ejus, tradidit Michaeli archangelo, et recessit. Diluculo autem levaverunt apostoli cum lectulo corpus ejus, posueruntque illud in monumento, et custodiebant ipsum, adventum Domini præstolantes. Et ecce iterum adstulit eis Dominus, susceptumque corpus sanctum in nube deferri jussit in paradysum : ubi nunc, resumpta anima, cum electis ejus exsultans, æternitatis bonis, nullo occasuris sine, perfruitur ^e.

et animæ in cœlos assumptionem asseruisse reperitur. Hæc tamen sententia haud multo postea ita in Galliis prævaluit, ut etiam in Liturgiam fuerit inducta, quod patet ex Missali Gotthico, lib. xi Liturgiæ Gallicanæ, in missa de Assumptione sanctæ Mariæ, ubi non semel hujus beatissimæ Virginis corpus in cœlos dicitur fuisse translatum, et quidem in contestatione eum iisdem circumstantiis, quæ hic a Gregorio nostro narrantur. Vide et aliud sacramentarium Gallicanum, tomo I Musei Italici, pag. 300. Nihil tamen simile habet sacramentarium Romanum sancti Gregorii. De hæc re autem disputatum est fusius hoc sæculo, occasione Martyrologii Usuardi. Vide clar. viri Tillemontii notas 14 et 15 in Vitam beatæ Virginis Mariæ, tomo I Hist. eccles., quibus adde loann. Adamnani, lib. i de Locis sanctis, cap. 9, ubi de sepulchro beatæ Mariæ, quod prope Hierosolyman in valle Josaphat ostendebatur, sic loquitur : *In quo, inquit ille auctor, aliquando sepulta pausavit. Sed de eodem sepulchro quomodo, vel quo tempore, aut a quibus personis sanctum corpusculum ejus sit sublatum, vel quo loco resurrectionem expectat, nullus, ut fertur, pro certo scire potest.*

CAPUT V.

De cruce et mirabilibus ejus apud Pictavum.

725. Crux dominica, quæ ab Helena angusta reperta est Hierosolymis (*Christi an. 526, 3 Maii*), ita a quarta et sexta feria adoratur. Hujus reliquias et merito, et fide Helenæ comparanda, regina Radegundis expetiit (*an. 569*), ac devote in monasterium Pictavense, quod suo studio constituit, collocavit ^b; misitque pueros iterum Hierosolymis, ac per totam Orientis plagam. Qui circumneutes sepulera, sanctorum martyrum confessorumque cunctorum reliquias detulerunt: quibus in arca argentea cum ipsa cruce sancta locatis, multa exinde miracula conspici meruit. De quibus illud primum exponam, quod ibidem Dominus in diebus passionis suæ dignatus est revelare. Sexta feria ante sanctum Pascha, cum in vigiliis sine lumine pernoctarent, circa horam tertiam noctis apparuit ante altare lumen parvulum in modum scintillæ: deinde ampliatum, huc illucque comas fulgoris spargens, cœpit gradatim in altum conscendere: effectaque pharus magna obscuræ nocti vigilantique plebeculæ lumen præbuit supplicanti; illucescente quoque cœlo, paulatim deficiens, data terris luce, ab oculis mirantium evanuit. Ego autem audiebam sæpius, quod etiam lychni, qui accendebantur ante hæc pignora, ebullientes virtute divina, in tantum exundarent oleum, ut vas suppositum plerumque replerent: et tamen juxta stultitiam mentis duræ nunquam ad hæc credenda movebar, donec brutam segnitiam ad præsens ipsa quæ ostensa est virtus argueret; ideoque quæ oculis propriis viderim explicabo. Causa devotionis existit ut sepulcrum sancti Hilarii visitans, hujus reginæ adirem colloquia. Ingressusque monasterium, consalutata regina, coram **726** adoranda cruce ac sacris beatorum prosternor pignoribus. Denique oratione facta surrexi. Erat enim ad dexteram lychnus accensus, quem cum stillis frequentibus defluere conspexissem, testor Deum quia putavi quasi vas esset effractum, quia erat ei concha supposita, in quam oleum defluens decidebat. Tunc conversus ad abbatissam, aio: Tantaue te retinet mentis ignavia, ut integrum cicindilem [*Al., cicindile*] laborare non possis, in quo oleum accendatur, nisi effractum quo defluat ponas? Et illa: Nec est ita, domine mi, sed virtus est crucis sanctæ quam cernis. Tunc ego ad me reversus, et ad memoriam revocans quæ prius audieram, conversus ad lychnum, video in modum ollæ

^a Colb. a., *Hierosolymis sita*. De inventione sanctæ crucis sub Macario episc. ac miraculis ea occasione patratis agunt Cyrillus Hierosolymorum episc.; sanctus Ambrosius in orat. de funere Theodosii; Rufinus lib. x Hist. eccles.; sanctus Paulinus in epistola ad Severum; Severus Sulpicius lib. ii Historiæ sacræ; Theodoret. lib. 1; Socrat., Sozomen. et alii passim auctores Hist. eccles., quod contigisse putant anno 526. De hac ipse Gregorius lib. i Hist. e. 54, sed ex fabulosis actis.

^b De his egit Gregorius lib. ix Hist. cap. 40, ubi nonnulla observavimus, quæ videsis, sicut et Bollandianos ad diem 3 Maii.

A ferventis magnis fluctibus exundare, ac per oram ipsam undis intumescens superfluere, et, ut credo, ad incredulitatem meam arguendam, magis ac magis augeri; ita ut in unius horæ spatio plusquam unum sextarium redderet vasculum, quod quartarium non tenebat: admiratusque si mi, ac virtutem adorandæ crucis deinceps prædicavi. Puellaque quædam Chrodegildis nomine, dum post mortem patris in urbis Cenomanicæ territorio resideret, oculorum amissione multatur. Postquam autem ex jussione Chilperici regis, adhuc beata Radegunde regina superstite, ad antedicti monasterii transmississet ^c regulam, ipsa beatissima ostendente, ante sanctam prosternitur aream: ibique cum reliquis sanctimonialibus vigiliis explicans, dato mane, iisdem discedentibus, prostrata solo in eodem loco quievit; apparuitque ei per visum, quasi aperiret aliquis oculos ejus, et unum sanitati redditum, dum cum alio laboraret, subito ad ostii reserati sonum expergefacta, unius oculi lumen recepit. Quod non ambigitur hoc per crucis virtutem fuisse præstitum. Energumeni, claudi, et alii quoque infirmi persæpe in hoc loco sanantur. Hactenus hinc ^d.

CAPUT VI.

De inventione clavorum.

727 Speciosi autem omnique metallo nobiliores dominicæ crucis clavi, qui beata membra tenuerunt, ab Helena regina, post ipsius sacræ crucis inventionem, reperti sunt (*Christi an. 526*): et de duobus quidem frenum imperatoris munivit, quo facilius, si adversæ gentes restitissent principi, hæc virtute fugarentur. De quibus non est ignotum Zachariam vaticinasse prophetam: *Erit, inquit, quod in os equi ponitur, sanctum Domini* (*Zach. xiv, 20*). Eo enim tempore Adriaticum mare magnis fluctibus movebatur, in quo tam frequentia erant naufragia, ac demersio hominum, ut vorago navigantium diceretur. Tunc provida regina, condolens excidia miserorum, unum ex quatuor clavis deponi ^e jubet in pelago, confisa de Domini misericordia, quod sævas fluctuum commotiones facile posset opprimere. Quo facto redditur mare quietum, tranquillaque deinceps navigantibus flabra præstantur. Unde usque hodie nautæ sanctificatum mare venerantur ^f, cum ingressi fuerint, jejuniis, orationibusque et psallentio vacant. Clavorum ergo dominicorum gratia quod quatuor fuerint, hæc est ratio ^g: duo sunt affixi in palmis, et duo in plantis; et quæritur cur plantæ affixæ sint, quæ in cruce

^c Colb. a., *transmissa fuisset*, quod idem significat ac transmisisset. Hæc enim puella jussu regis in monasterium venit ibi mansura.

^d Editi, *De his hactenus*.

^e Gretserus et alii existimant clavum ab Helena in mare quidem demissum, sed illico etiam retractum ab ea fuisse.

^f Clar. b, *venerant*; alii *veneranter*; cæteri cum editis, *venerantur*.

^g De clavis dominicis cum sancta cruce inventis plerique Patres, capite præced. laudati scripserunt: at nemo, quod quidem sciam, ita diserte quatuor clavos fuisse pronuntiavit, quæ tamen sententia veri-

sancta dependere visæ sint potius quam stare? Sed in stipite erecto foramen factum manifestum est. Pes quoque parvulæ tabulæ in hoc foramen insertus est; super hanc vero tabulam, tanquam stantis hominis sacræ affixæ sunt plantæ. Quæritur etiam quid de his clavis fuerit factum. Duo sunt quos supra diximus aptati in freno; tertius projectus in frenum; quartum **728** asserunt esse defixum in capite statuæ Constantini, quæ civitate, ut aiunt, tota [Al., totæ] excelsior esse suspicitur, scilicet ut tota cui eminet, munitione salutis, quodam modo galea coronata esset ^a. Magnam asserunt virtutem esse hujus freni: quod ambigi nequaquam potest, quod Justinus imperator publice expertus est, ac suis omnibus patefecit. Illus enim a quodam mago propter pecuniam amissam, quas sibi dæmonis umbra intolerabiles per duarum curricula noctium intulisset indicavit insidias ^b: sed cum tertia nocte frenum capiti collocasset, locum insidiandi inimicus ultra non habuit, repertumque auctorem insidiarum gladio percussit. Nobis vero quæ sit virtus ligni hujus hoc modo manifestatum est. Advenit quidam qui nobis pallam holosericam valde vetustam exhibuit, dicens ab hac in Hierosolymis crucem Domini involutam fuisse. Quod cum apud rusticitatem nostram incredibile haberetur, ac rimaremur sollicitè unde ei tanta ibidem fuisset gratia ut ista tenuisset, cum sciamus in tempore quo sacrum hoc lignum adoratur, non solum exinde nihil quemquam mereri, sed etiam importunitis accedentem verberibus arceri, respondit: Quando, inquit, Hierosolyma abii, Futen abbatem **C** reperi, qui magnam cum Sophia Augusta gratiam habuit, huic enim omnem Orientem quasi præfecto commiserat ^c. Huic me subdidi, et cum ab Oriente regrederer, ab hoc et sanctorum pignora, et hanc pallam, de qua ego tempore sancta crux involvabatur, accepi ^d. Postquam mihi vir ille retulit, et hanc mihi pallam tradidit, præsumpsi fateor cam abluere, et frigorificis potum dare; sed mox opitulante virtute divina, sanabantur. Scindebam etiam exinde plerumque particulas, et dabam religiosis **729** pro benedictione. Uni vero abbati partem divisi: qui post

similior est. Ex uno salutem ex his frenum factum fuisse, et alterum diademati imperatorio fuisse affixum, præter vulgatos auctores, affirmat sanctus Ambrosius; et Theodoretus, lib. 1 Hist. cap. 18, alludit ad Zachariæ prophetiam iisdem verbis quæ hic a Gregorio laudantur.

^a Colb. a, *galea et corona sit*. Clar. b, *munitionem salutis.... operetur*.

^b Sic Colb. a; Clar. b, vero: *Amissam, quas sibi dæmonis umbra intolerabili immixtas per... sustinisset insidias enarravit; sed. Cæteri Mss. et Cllet. : Emissam quæ sibi dæmonis umbra intolerabilis per... sustinisset insidias. Alii Editi: Emissas sibi a dæmonis umbra intolerabiles per... sustinuit insidias.*

^c Aliquot Mss., *commiserant*. Quis ille abbas fuerit, ignoro. Photan celebrat Synaxarium Divionense die 6 Junii apud Bollandianos. Sophia autem fuit Justinii junioris uxor, de qua passim in Greg. Historia.

^d Ad illam pallam alludere videtur Fortunatus lib. II carm. 5.

^e Lancea qua latus Salvatoris nostri perforatum

Ad duos ad me annos rediens, cum sacramente asseruit duodecim ab ea energumenos, tres cæcos, duosque paralyticos fuisse sanatos. Muto cuidam ipsam pallam in os posuit: sed cum dentes, linguamque ejus attigit, statim vocem eloquiumque restituit. Quod nos fideliter credere, ipsa Domini promissio illicit dicens: *Omnia quæcunque petieritis in nomine meo, credite quia accipietis, et venient vobis* (Marc. XI, 14).

CAPUT VII.

De lancea, corona spinea, et columna.

De lancea ^e vero, arundine, spongia, corona spinea et columna, ad quam verberatus est Dominus et Redemptor Hierosolymis, dicendum. Ad hanc vero columnam multi fide pleni accedentes, corrigias textiles faciunt, eamque circumdant: quas rursus pro benedictione recipiunt, diversis infirmitatibus profuturas. Ferunt etiam ipsas coronæ sentes quasi virides apparere: quæ tamen si videantur aruisse foliis, quotidie tamen revirescere virtute divina. Prodit et ex monumento quo dominicum ^f jacuit corpus mira virtus, quod sæpius terra naturali candore radiante repletur, et exinde iterum ablata aqua conspergitur, de qua tortulæ parvulæ formantur, ac per diversas mundi partes transmittuntur, de quibus plerumque infirmi sanitates hauriunt. Illud est tripudiabile, quod sæpissime accessus serpentium vitant. Sed quid ego temerarius de his loqui audeo, cum fides retineat omne quod sacrosanctum **730** corpus attigit esse sacratum?

CAPUT VIII.

De tunica Christi inconsuta.

De tunica vero beati corporis non consuta, desuper contexta per totum, quæ juxta Davidicum vaticinium sub sorte jacuerat, fides evangelica pandit. Ait enim: *Partiti sunt vestimenta mea sibi, et in vestem meam miserunt sortes* (Joan. XIX, 24). De hac vero immaculati Agni tunica, quæ a quibusdam audivi, silere nequeo. Ferunt autem in civitate Galathææ ^g, in basilica, quæ ad sanctos Archangelos vocitatur, retineri ^h. Est enim hæc civitas, ab urbe Constanti-

fuit Hierosolymis ostendebatur sub finem sæculi VII, in lignea cruce inclusa, uti testatur Adamnanus lib. 1 de Locis sanctis cap. 9, apud Mabillon. sæculo in Bened., parte II pag. 506.

^f Cod. Colb. a, *divinum jacent corpus*.

^g Colb., *Galateæ*, et al. n. n. n. *Galatiæ*, quo nomine Galatia provincia potius quam urbs designaretur. Vind., *Galathiæ*. Galatheam urbem ex solo Gregorio Turon. memorant Ortelius, Ferrarius, etc.

^h Hæc eadem tunica in Chronico Fredegarii, cap. XI, dicitur ex civitate *Zafad*, apud Sigibertum *Zaphat*, quam Jaffam seu Joppen interpretantur, anno 50 Guntranni regis in sanctam Hierosolymorum urbem translata fuisse. Postmodum in Gallias aliata est tempore Caroli Magni, et apud Argentolium in agro Parisiensi, ubi Gisela ejusdem imperatoris soror ac Theodrada ipsius filia sanctimonialis erant, deposita fuit. Demum cum diu ob bellorum tumultus latuisset, sub sæculi XII medium inventa est, ac præsentate Ludovico juniore cum aliis regni proceribus, ab Hugone archiepiscopo Rothomagensi com-

nopolitana, quasi millibus centum quinquaginta, in qua basilica est crypta abditissima: ibique in arca ignea hoc vestimentum habetur inclusum. Quæ arca a devotis atque fidelibus cum summa diligentia adoratur, nec immerito digna quæ hoc vestimentum relineat, quod dominicum corpus vel contingere meruit, vel velare.

CAPUT IX.

De mirabilibus basilicæ beatæ virginis Mariæ, ab imperatore Constantino exstructæ.

Maria vero gloriosa genitrix Christi, ut ante partum, ita virgo creditur et post partum, quæ, ut supra diximus (Cap. 4), angelicis choris canentibus, in paradysum, Domino præcedente, translata est cujus basilica ab imperatore Constantino admirabili opere fabricata renidet^a: ad quam **731** adductæ columnæ tum præ magnitudine levari non possent, eo quod esset circuitus earum sedecim pedum, ac diebus singulis casso labore fatigarentur, apparuit artifici sancta Virgo per visum, dicens: Noli mæstus esse, ego enim tibi ostendam qualiter hæ queant elevari columnæ. Et ostendit ei quæ aptarentur machinæ, qualiter suspenderentur trochleæ, atque funium extenderentur officia, illud addens: Conjunge tecum res pueros de scholis, quorum hoc adjutorio possis implere. Quod cum ille evigilans quæ præcepta fuerant coaptasset, vocatis tribus pueris ab scholis, crexit summa velocitate columnas. Præstitum est populis spectare miraculum admirandum, ut quod multitudo virorum fortius levare nequiverat, tres pueruli absque virtute perfecti operis sublevarent. Cujus festivitas sacra mediante mense undecimo^b celebratur. Nam in oratorio Marciacensis^c domus Arverni territorii ejus reliquiæ continentur. Adveniente vero hac festivitate, ego ad celebrandas vigilias ad eum accessi. Cumque per obscuram noctem

luribusque aliis episcopis et abbatibus publicæ fidei um venerationi exhibita fuit anno 1156. Exinde summo populorum concursu celebris fuit ecclesia^d argentoliensis, ubi etiam nunc a nostræ congreg. sancti Mauri monachis Benedictinis religiosissime tam pretiosum cœmelium asservatur et colitur. Vide bellum. ea de re a domno Gabriele Gerberon Parisiis editum anno 1677.

^a Describit Adamnanus, lib. I de Locis sanctis cap. 13, ecclesiam prope Jerosolymam, ubi tunc temporis monstrabatur beatæ Mariæ seputrum. Sed cum aute Juvenalis tempora, qui mediante sæculo vixerat, nemo dixerit beatæ Virginis sepulcrum Jerosolymis existitisse, Cl. vir Tittemontius in Vita Constantini Magni, art. 68, existimat ecclesiam hic a Gregorio memoratam aliam non esse a cathedrali phesina, quæ, uti Acta synodi Ephesinæ attestantur, in Virginis Deiparæ honorem consecrata erat, et sola in probis auctoribus ante id tempus beatæ Virginis titulo decorata fuisse legitur.

^b Id est mense Januario, quo in Galliis depositio eius seu assumptionis beatissimæ Virginis festivitas olim celebrabatur. Quod certum est ex antiquis Liturgiis Gallicanis, et vetustissimis Martyrologiis, ad diem 18 Januarii, ut probat noster Mabillon. lib. II Liturgiæ Gallicanæ num. 22 pag. 118. Vult tamen Caliger, libro VI de Emendatione temporum, annum ecclesiasticum a Gregorio nostro inchoari a mense

Aprilem ad oratorium, suspicio a longe per fenestras ita immensam claritatem effulgere, ut putaretur ibi multitudo lychnorum ac cereorum esse accensa. Credens igitur quod aliqui devotorum jam nos ad celebrandas vigilias præcessissent, accedo ad ostium: pulso, nec quemquam invenio, repertumque ostium clave munitum, cuncta silentio data, deprehendo. Quid plura? Transmittimus ad custodem, cui tunc erat obserandi cura, ut scilicet ostium clave exhibita reseraret. Dum autem ille venit, nos accendimus aforis cereum. Interea aperitur sponte et ostium: ingressisque nobis, credo a **732** caligine peccatorum meorum, claritas quam admirabamur aforis, apparente cereo nostro, discessit; nihil tamen præter virtutem gloriosæ Virginis aliud penitus videre potuimus, unde claritas illa fuisset exorta.

CAPUT X.

De puero Judæo valde memorandum miraculum.

Quid igitur in Oriente actum fuerit^a, ad corroborandam fidem catholicam non silebo. Judæi cujusdam vitrarii filius, cum apud Christianos pueros ad studia litterarum exerceretur, quadam die dum missarum festa in basilica beatæ Mariæ celebrarentur, ad participationem gloriosi corporis et sanguinis dominici cum aliis infantibus infans Judæus accessit. Quo sancto assumpto^e, gaudens ad domum patris revertitur: illoque operante^f inter amplexus et oscula, quæ acceperat cum gaudio refert. At ille Christo Domino ac suis legibus inimicus ait: Si cum his infantibus communicasti, oblitus paternæ pietatis, ad ulciscendam Mosaicæ legis injuriam, parricida in te durus existam. Et apprehensum puerum in os fornacis ardentis projecit, adjectisque lignis quo vehementius exureretur, insistit. Sed non defuit illa misericordia quæ tres quondam Hebræos pueros Chaldaico in camino projectos nube rorulenta

Aprili, quo pacto Gregorius hic mensis undecimi nomine Februarium designasset. Cui opinioni favere videtur Sacramentarium Gallicanum, quod ex ms. codice vetustissimo Bobiensis monasterii ab eodem Mabillonio editum est ad calcem tomi I Musei Italici, ubi assumptio sanctæ Mariæ post festum Cathedræ sancti Petri immediate ante Quadragesimam locatur. Passim tamen Gregorius a Martio annum inchoat.

^c Hic, uti videtur, designatur Marziacum (*Marsac*), parthenon antiquus B. Mariæ etiam nunc nomine insignitus, Mauzacensi monasterio subjectus, ubi sanctimoniales sub priorissæ regimine perseverant. Alius est a Marcinianensi parthenone cujus meminit non semel Petrus Cluniacensis abbas. Vide Savaronem in epist. 119 libri II Apollinaris Sidonii.

^d Similem historiam habet Evagrius lib. IV cap. 36, et Nicephorus lib. XVII cap. 25. Idem contigisse memoratur apud Bituricas in ecclesia sanctæ Mariæ, tempore Humati ejusdem urbis episcopi, ut narrat Monachus Sansupicianus in Patriarchio Bituricensi, cap. 19. Hinc cognomen habuit de Furno calido.

^e Aliquot Mss., quod sanctum assumptum, accusandi casu loco sexti adhibito, quæ casuum mutatio frequentior est apud Gregorium. Sed hic observandum est hanc vocem sanctum absolute pro eucharistia assumi, ut fit in plerisque Liturgiæ nostræ, etiam hodiernæ, orationibus.

^f Cod. Colb. a, illoque properante.

resperserat. Ipsa enim et hunc inter medios ignes et prunarum moles jacentem prorsus consumi non patitur. Cum autem audisset mater quod scilicet filium communem pater deliberasset exurere, cucurrit ad liberandum eum. Sed cum vidisset incendia ab ore **733** fornacis patulo huc et illuc flamma dominante respergi, ornatum capitis ad terram projecit, diffusaque cæsarie se miseram clamitans, civitatem vocibus implet. Quod cum Christiani quid actum fuerat didicissent, concurrunt omnes ad tam iniquum spectaculum, retractisque ignibus ab ore fornacis, inveniunt puerum quasi super plumas mollissimas decumbentem. Quo extracto, admirantur omnes illæsum, clamoribusque locus ille repletur, et sic Dominum omnis populus benedicit. Conclamabant etiam ut auctorem hujus sceleris in ipsas projicerent flammæ. Projectum autem ita totum ignis absorbuit, ut vix de ossibus ejus parvum quodammodo relinqueretur indicium. Interrogantes autem infantulum Christiani quale ei inter ignes fuisset umbraculum, ait: Mulier quæ in basilica illa ubi panem a de mensa accepi, in cathedra residens, parvulum in sinu gestat infantem, hæc me pallio suo, ne ignis voraret, operuit. Unde indubitatum est beatam ei Mariam apparuisse. Agnita ergo infans fide catholica, credidit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, ac salutaribus aquis abluta una cum genitrice sua, denuo sunt renati. Multi Judæorum exemplo hoc in urbe illa salvati sunt.

CAPUT XI.

De monasterio Hierosolymitano, et miraculis per virtutem sanctæ Mariæ reliquiarum.

Monasterium est valde magnum in Hierusalem, non modicam habens congregationem, in quo non solum devotio^b populi sæpe plurima confert, verum etiam imperatoris jussu ibi non minima largiuntur. Accidit autem quodam tempore ut præ penuria egestatis valde eis victus necessaria defecissent. Congregatio enim garrula^c monachorum, cum una atque **734** alia die refectionis alimoniam non caperent, vociferantur ad abbatem, dicentes: Largire cibos,

^a Observandum hic primo, panem solummodo, id est unicam eucharistiæ sacræ speciem, a puero Judæo fuisse receptam, qui tamen supra corpus et sanguis Domini a Gregorio appellatur. Observandum secundo, antiquum morem in ecclesiis beatissimam Virginem **D** repræsentandi sedentem cum infante Jesu, quem in ulnis gestat.

^b Sic cod. Rom.; cæteri fere, in quo loco devotio; Ed., in quodam loco. Pæro ex his quæ sequuntur patet hoc monasterium beatæ Mariæ sacrum fuisse.

^c Cod. Rom.: Congregatio enim beata. Ed.: Congregatio itaque garrula... caperet, vociferant.

^d Sic cod. Clar. a. Cæteri vero cum Editis *Ædiluo*, aut *ædilui*. Nonnulli, *æditux*. Clict., *ædium*.

^e Exinde patet monachos ad officium divinum, quod hic Gregorius *cursum*, ut alias sæpe appellat, convocandi curam ad abbatem pertinuisse, quod sanctus P. Benedictus regulæ suæ cap. 47, De significanda hora operis Dei, præscripsit. Codex tamen Clar. a habet *surgerem*.

^f Crucem pectoralem inter ornamenta sacra quibus ad celebrandum utitur summus pontifex, recenset

aut permittit discedere unumquemque in locum quæ vitam propagare possit, alioqui nec te consulto abcedinus, ne pereamus fame. Hæc iis dicentibus abbas: Oremus, fratres dilectissimi, et Dominus ministrabit nobis cibos; nec enim potest fieri ut deficitricum in ejus monasterio quæ frugem vitæ ex uterque pereunti intulit mundo. Quibus vigilantibus noctota, ac psallentibus, mane orto ita reperiunt cuncta horreorum habitacula repleta tritico, ut vix vel reserari ostium posset. Accepto autem cibo, gratias egerunt Deo. Post multos vero annos iterum deficiente cibo, clamaverunt monachi ad abbatem, qui ait: Vigilemus ac deprecemur Dominum, et forsitan transmittere dignabitur alimenta. Denique prosternuntur ad pavementum templi. Vigilantes itaque noctem in psalmis hymnisque et canticis spiritualibus perduxerunt. Cumque se post matutinos somno dedissent, venit angelus Domini, et posuit super altarem multitudinem innumeram auri. Erant enim ostia ædificata obserata. Exsurgente autem mane abbate cum monachis ad celebrandum cursum, viderunt multitudinem auri super altare. Et ait abbas custodi ædis: Quis prefectorum huc ingressus est, qui hæc detulit? Respondit: Post egressum vestrum nullus hic hominum accessum habuit, sed ostii clavem munitam retinui, et mecum habui, donec surgeres ad committendum signum^e. Tunc stupens abbas cum monachis, munus cœleste intellexit: gratiasque Deo agens collegit, comparatisque victui necessariis, plebem creditam affluenter refecit. Nec mirum si beata Virgo sine labore suis protulit victum, quæ sine coitu virgine concipiens, virgo permansit et post partum.

Hujus beatæ Virginis reliquias cum sanctorum apostolorum vel beati **735** Martini quadam vice super me in cruce aurea positas exhibebam. Cumque per viam graderemur, conspicio haud procul a via hospitolum cujusdam pauperis incendio concremari. Erat autem a foliis, quæ ignibus maxima præstant fomenta, contactum. Currebat miser cum liberis et uxore aquam deportans, sed flammæ non mitigabantur. Tunc extractam a pectore crucem elevo contra ignem: mox in aspectu sanctarum reli-

Innocentius III in libro de Mysteriis missæ; sed nusquam invenies id fuisse singulare pontificis Romani privilegium, ut contendit Vicecomes lib. iv de missæ Apparatu cap. 30. Morem illum non adeo antiquum esse colligit piæ memoriæ cardinalis Bona lib. i Rerum Liturgic. cap. 24 num. 10, quod crucis pectoralis mentio nusquam in veteribus sacramentariis occurrat. Vetus est tamen consuetudo deferendi crucem collo appensas, in quibus sanctorum reliquiæ continentur, ut vel ex hoc Gregorii loco colligere licet. Certe Gregorius Magnus phylacteria sacris reliquiis referta ad collum suspensa deferebat, uti narrat Joannes Diac., lib. iv cap. 80. *Phylacteria* autem illa crucem interpretatur ipse Gregorius, lib. xii, epist. 7, ad Theodelipdam. Sed ejusmodi crucem non episcopi solum, verum etiam laici deferebant. Nam idem pontifex, lib. ii epist. 3, Dynamio patricio transmittit *crucem parvulam*, in qua de catenis beati Petri, et de sancti Laurentii craticula aliquid insertum erat, ut ea, inquit, *vestra colla a peccatis solvant*. Confer epist. 6 libri v ad Childebertum regem. Mirum est quanti ponderis crucem Græci imperatores collo-

quiarum ita cunctus ignis obstupuit, ac si non fuisset **A** globum magnum ignis super urbem descendere, et accensus.

CAPUT XII.

De sancto Joanne Baptista.

Joannes ^a vero Baptista astu Herodis per Herodiam uxorem fratris, in carcerem colligatur (*An.* 30). Tunc temporis a Galliis matrona quædam Hierosolymis abierat, pro devotione tantum, ut Domini et Salvatoris nostri præsentiam mereretur. Audivit autem quod beatus Joannes decollaretur (*An.* 31 aut 32): cursu illuc rapido tendit, datisque muneribus supplicat percussori, ut eam sanguinem defluentem colligere permetteret non arceri ^b. Illo autem percussore, matrona concham argenteam præparat, truncatoque martyris capite, cruorem devota suscepit: quem diligenter in ampulla ^c positum patriam detulit, et apud Vasatensem urbem, ædificata in ejus honore ecclesia ^d, in sancto altari collocavit.

CAPUT XIII.

De gemma Vasatensi nata divinitus.

736 Quoniam Vasatensis urbis meminimus, operæ pretium puto miraculum quod in ea Dominus largitus est memorare. Tempore quo diuturna obsidione vallabatur a Chunis ^e, omni nocte sacerdos qui præerat circuibat psallendo, et orabat; nec ab ullo auxilium, nisi a Domini misericordia requirebat. Hortabatur omnes orare et non deficere, asserens humiles preces cœlorum januas penetrare. Hostis vero in circuitu depopulabatur villas, domos tradebat incendio, agros vineasque pecoribus intromissis ^f vastabat: sed sacerdoti bono operi insistenti celeriter virtus divina adfuit. Una [*Ed.*, Nam] nocte visum est ipsi barbarorum regi quasi psallentes homines in vestimentis albis, accensis cereis, circuire muros urbis. Et indignans, ait: Quæ est hæc perversitas et securitas vana, ut obsessi, quasi despectis nobis, canticis nescio quibus ac laudibus perstreant? vere quia digni sunt perditione. Et statim misit ad urbem nuntios, interrogantes quid sibi ista velint. At illi negant scire se quæ dicuntur, neque de iis aliqua persensisse. Alia vero nocte, vidit quasi

ait: Si contra nos hi obsessi contumaciter agunt, nec nos metuunt, vel cœlestis eos ira consumet. Cumque non videret ullum ab urbe incendium consurgere, misit iterum interrogare quæ essent quæ viderat. **737** Similiter negaverunt nihil se omnino vidisse. Tunc rex Gausericus ^g ait: Si hæc isti nesciunt, manifestum est quod Deus eorum adjuvat eos. Et statim discessit a loco illo. Sacerdos autem convocatis civibus vigilias celebrat, et missarum agit festa ^h pro liberatione populi sui. Dum autem hæc ageret, respiciens sursum vidit super altare, quasi de camera ⁱ templi, cadere tres guttas, æquales magnitudine, claritate, et candorem crystalli vincentes. Cumque omnes cum admiratione et stupore vehementi intenderent, easque nullus auderet attingere, Petrus quidam presbyter, qui, ut res ipsa asserit, magni meriti erat, exhibita argentea patena, guttas colligere nititur; quæ dum per altare vago cursu rotantur, defluentes in ipsam patenam, statim in se conjunctæ, quasi unam gemmam pulcherrimam effecerunt: patuitque evidenti ratione contra iniquam et Deo odibilem Arianam hæresim, quæ eo tempore pullulabat, hæc acta. Agnitumque est sanctam Trinitatem, in una omnipotentiae æqualitate connexam, nullis garrulationibus posse disjungi. Tunc gavisus populus, et intelligens munus sibi indultum fuisse divinitus, conferens aurum gemmasque pretiosas, crucem fecit, in qua hanc gemmam statuit. Sed protinus omnes reliquæ gemmæ hac accedente ceciderunt. Tunc pontifex intelligens non esse consortium cœlestibus cum terrenis, fabricata cruce ex auro purissimo, eam gemmam media intercapedine locat, et populo adorandam præbet. Nec mora, fugato, ut diximus, hoste, civitas liberata est. Jam ex hoc multi infirmi hausto vino vel aqua in qua gemma abluitur, protinus sanitati redduntur. Denique cum adorata fuerit, si a peccato est homo immunis, et ipsa apparet clara: cæterum si, ut plerumque assolent, humanæ fragilitati aliquid detulerit criminis, tota ei videtur obscura, miramque præbet discretionem. inter innocentem **738** et noxium; cum uni atra, alteri monstretur splendida.

appensas gestarent, quas ideo encolpia appellabant, quod supra pectus penderent. Præclaram ejusmodi crucem, duplici transversò munitam ac vivificæ ^D crucis non modicis particulis ditatam, nostro sancti Germani a Pratis monasterio serenissima princeps Palatina testamento suo legavit anno 1685, quum a Manuele Comneno imperatore Constantinopolitano factam fuisse indicant duo versus in ejus postica parte insculpti. Cæterum hodie in Gallia episcopi crucem pectoralem collo appensam jugiter deferre solent, quod plerique abbates regulares, exceptis Cisterciensibus, et abbatissæ imitari gaudent.

^a In Colb. tut. post prologum incipit liber ab isto capite, quodque ibi primum dicitur, et sic deinceps.

^b Editi, ut ei... permetteret. Illo. Aliquot Mss., ut eam, etc., ut Editi.

^c Cod. Clar. a, in mappula.

^d Cathedralis ecclesia Vasatensis hodieque sancto Joanni Baptistæ sacra est, in qua servari etiam nunc

dicitur aliquid de sanguine ejusdem beati præcursoris.

^e Aliquot Mss., ab Hunnis, quod idem est.

^f Mss. 2, pecora intromissa, adhibito quarto casu loco sexti. Tamen Colb. tut. et Clar. b habent, et pecora intromissa.

^g Gensericum Vandalorum regem apud quosdam antiquos Gaisericum dictum invenio, qui forte hic designatur. Præferenda tamen videtur esse Valesii sententia scribentis, ad annum 437, tomo I Rerum Francic., hunc Gausericum regem fuisse Chunorum, seu Hunnorum, quos Romani, agente Aetio, tunc advocarant contra Gotthos, qui eam Galliæ partem, ubi Cossio Vasatium sita est, jam tunc obtinebant.

^h Missarum celebratio festi genus censebatur apud antiquos, ut ex hoc loco et ex can. 17 conc. II Turon. colligit Mabillon. in proœmio lib. II Liturgiæ Gallicæ.

ⁱ Id est fornice, seu potius laqueari ex ligno. Vide, infra, cap. 47.

CAPUT XIV.

De muliere quæ obtinuit pollicem Joannis Baptistæ.

Nam (*Ed.*, Etiam) quædam mulier^a a Maurienna urbe progrediens, ipsius Præcursoris reliquias expectavit, et ita se constrinxit vinculo juramenti, ut non ante a loco discederet, nisi de membris ejus mereretur quidquam accipere. Sed cum impossibile hoc incolæ loci narrarent, prosternebatur quotidie ante sepulcrum, orans sibi, ut diximus, de sanctis artibus aliqua condonari. In qua intentione integrum duxit annum. Similiter et alterum, jugi semper oratione deprecans. Tertio vero ingrediente anno, cum orationem suam pervenire non cerneret ad effectum, projecit se ante sepulcrum; et obtestatur non se exinde surrecturam, priusquam hæc petitio obtineretur a Sancto. Septima vero die, cum jam inedia deficeret, apparuit super altare pollex miri candoris ac lucis effulgens. Cognito autem mulier Dei dono, surrexit a pavimento, factaque capsula aurea, in ea recondidit quæ Domino largiente meruerat, et sic gaudens remeavit ad propria: impletumque est in illa quod Dominus ait in Evangelio: *Amen dico vobis, quod si perseveraverit pulsans^b, et si non surgit pro eo quod amicus ejus sit, propter improbitatem tamen ejus surget, et tribuet ei quotquot habet necessarios* (*Luc.* XI, 8). Post hæc tres episcopi advenientes de civitatibus suis ad adorandum in hoc loco, voluerunt partem de hoc pignore elicere: positoque in medio, nihil omnino auferre potuerunt. Tunc una vigilantes nocte, deprecata sunt ut aliquid mererentur a pollice; positoque sub eo linteum, dum partem auferre conantur, una ex eo gutta sanguinis cecidit super linteum. Quod cernentes, duas **739** deinceps noctes vigilant. Deinde prostrati coram sancto altari, dum supplicant ut adhuc majus aliquid mereantur a pollice, duæ iterum ex eo fluxerunt guttæ. At illi gavis, colligentes devote quæ Dominus dederat, juxta numerum suum^c dividerunt linteum cum guttis suis, quæ non sine grandi admiratione urbibus intulerunt. Et quia locus ille Mauriennensis ad Taurinensem quondam^d urbem pertinebat, tempore ille

^a Hæc ab Alberto Stadensi in Chronico Tecla virgo appellatur, ubi sancti Joannis indicem obtinuisse dicitur.

^b Alii, *pulsare*; et infra Mss. quatuor, *surgit, et tribuit*, Clar. b. *surget, et tribuit*.

^c Aliquot Mss. cum editis, *numerum servorum suorum*.

^d Colb. a, *quandam*. Urbs illa primum ad Taurinensem diocesim pertinuit. tum a Francis sub Guntramno rege occupata episcopum proprium obtinuit, qui Dentasiensi metropolitano attributus est. Hinc in vetustis quibusdam notitiis in ea provincie Alpium Graiarum et Penninarum civitates, Morienna ultimo loco recensetur. Ea tamen de re conquestus est Ursicinus Taurinensis episcopus, ut patet ex Gregorii Magni epistola 114 libri VII ind. 2, ad Syagrium episcopum Aduensem, et sequenti ad Theodoricum et Theodebertum reges. Sed nihil obtinuit, et exinde Mauriennensis episcopatus perseveravit, hodieque subsistit, sed sub Viennensi metropoli. Urbs vero ipsa ob miraculorum sancti Joannis reliquiarum celebritatem vulgo, sicut et ipsa vallis,

A quo Rufus erat episcopus, ait archidiaconus ejus a eum: Non est æquum ut hoc pignus in loco viliontencatur; sed surge, et illud accipe; et defer ad Taurinensem ecclesiam, quæ plus popularis habetur. Cui ille respondit quia hæc agere non audebat. Archidiaconus dixit: Ego hoc deferam, si permittis. Et episcopus: Fac quod libet. Tunc archidiaconus accedens ad locum, dum vigiliis celebrat, mittit manum ad capsulam. Mox amens effectus, accensus febre die tertio exspiravit; factusque est timor magnus omnibus, nec quisquam ultra beata pignora ausus est mutare.

CAPUT XV.

De reliquiis beati Joannis infra monasterium sancti Martini positis.

Apud^e Turonicam vero urbem, dum in oratorium atrii beati Martini ipsius Præcursoris reliquias collocarem, cæcus quidam, adminiculo deducente, lumen recepit. Energumenus vero obtestans virtutem beati Joannis, Martinique antistitis, expulso purgatus est dæmone. In hoc oratorio una puellarum cui officium erat **740** lychni fomenta componere, adveniens cum cereo ut hæc ageret, est ingressa: compositoque lychno atque accenso, attracto ad se fune, sublimavit in altum, plexisque^f innexum laqueis ad parietis clavum, et abscessit. Quæ dum redit, cereus quem manu gerebat extinguitur, regressaque velociter ad cicindilem, cereum non attingebat illuminare, neque laqueum funis absolvere. Dum ambigua de hac causa penderet, subito delapsa a cicindile flamma, cereum in manu ejus illuminavit; et sic officio luminis præeunte, quo voluit ivit. Ferunt autem in hoc oratorio a lychno oleum ebullire. Habentur enim^g et ibi reliquiæ sanctæ crucis.

CAPUT XVI.

De ardore manus cujusdam mulieris extincto.

Sub hujus urbis territorio apud vicum Alangaviensem^h, mulier quædam ex incolis, conspersa Dominica die farina, panem formavit, quem, segregatis prunis, cinere ferventi contextit decoquendum. Quod cum fecisset, protinus ei manus dextera divino igne

dicitur Sanctus Joannes de Maurienna (*Saint-Jean de Maurienne*). Vetus instrumentum de ecclesiæ Mauriennensis primordiis dabimus in appendice.

^e Hoc caput cum sequenti deest in cod. Clar. a. In altero vero cod. Clar. deest cum sex sequentibus, id est ad 21 inclusive. Porro oratorium in atrio sancti Martini hic memoratum quidam esse putant, illud quod etiam nunc subsistit sub sancti Joannis Baptistæ titulo, in quo sancti Martini canonici capitulum congregare solent. Exstat aliud vetustum sancti Joannis Baptistæ sacellum in ipso ecclesiæ sancti Martini ingressu, quod hic forte designatur.

^f Sic cod. Colb. a. Cæteri, *plerisque*.

^g Ex cap. 5, supra, idem contingebat ante sanctam crucem in monasterio Pictavensi asservatam, ad quem locum hic alludit Gregorius.

^h Cod. Mart. et Clct. cum Bell. et Colb. a, in indice, *Langaviensem*. Laud. item in indice *Lanviense*. Dicitur in flæ lib. X Historiæ vicus *Alingaviensis*, aliis auctoribus *Lingiacum*, seu *Langesium*, vulgo *Langeay*, locus etiam nunc notus, his temporibus satis celebris.

succensa cœpit exuri. At illa vociferans ac plangens, basilicam hujus vici, in qua reliquiæ beati Joannis retinentur, expetiit. Et oratione fusa, vovit in hac die divino nomini consecrata nullam operam exercere, nisi tantum orationi vacare. Nocte vero sequenti fecit cereum in altitudinem status sui. Tunc in oratione pernoctans, tento tota nocte manu propria cereo, restinctis ardoribus incolumis est egressa.

CAPUT XVII.

De fluvio Jordane.

741 Et quia Joannis Baptistæ meminimus, dignum est ut de Jordane aliqua memoremus. Igitur a monte Phanio duo consurgunt fontes, quorum unus for, alter Dan vocitatur: qui ab utraque parte Phariadæ^a urbis, quæ prius Cæsarea Philippi vocabatur, descendentes, sub ipsa urbe tam fluentis [Al., fluentes] conjuncti, quam nomine uno, Jordanem efficiunt, qui usque Hiericho civitatem et ultra defluit. In eo habetur locus in quo Dominus baptizatus est. In uno enim reflexu^b aqua ipsa revolvitur, in qua nunc prosperi mundantur. Cum autem advenerint, sæpius variantur in flumine, donec ab infirmitate purgentur. e publico tamen, dum ibi commorati fuerint, victum accipiunt; sanati autem, ad propria discedunt. Ipse quoque Jordanis ab eo loco in quinto milliario, mari immixtus Mortuo, nomen amittit. Mare enim Mortuum ob hoc dicitur, eo quod ab incendio Sodomæ reliquiarum urbium est versatum, et aqua ipsa obhalto permixta est: unde a nonnullis mare Asphalti^c appellatur; in quo qui natate nescit, superquam fertur, et circa eum sulphur adhæret.

CAPUT XVIII.

De aquis Levidæ urbis.

unt autem et ad Levidam^d civitatem aquæ calidæ, quibus Jesus Nave lavare solitus erat, ubi similiter prosperi mundantur: est autem ab Hiericho duodecim milia. Prope autem Hiericho habentur arbores quæ s gignunt. Exhibent enim poma **742** in modum arbutarum, testas in circuitu habentes duras, insecus autem plena sunt lana. Et de his etiam ut ipsi Jesu Nave solere fieri indumenta. Sed et eque tales exhibent lanas, ex quibus nos a qui-

paneas, seu Cæsarea Philippi, urbs olim episcopalis, sub Tyrio metropolitano, in Cœlesyriæ finibus, excisa. De qua Eusebius lib. vii Histor. cap. 17, et eo Rufinus cap. 13. Apud Cæsaream Phœnicum quam Phœnices Paneada nominant, ad pedes montis fontes visuntur, ex quibus profluit Jordane. etc. Ipsum urbis nomen Dan fuisse scribit Hieronymus in Quæstionibus in Genesim, ubi et duos flumines Jor et Dan appellari observat, ex quibus rene junctis Jordanis et fluit et dicitur.

iquot Mss., refluxu. Observant tamen etiam peregrini, qui Palæstinam invisunt, eo loco nem esse recurvum, quo Dominus noster ex traditione baptizatus fuisse memoratur. dicitur vulgo Lacus Asphaltites, ex bitumine ibi excrescit. Cæterum, ut ex relationibus disquæ hic Gregorius de mari Mortuo observat hodie experiuntur qui lavandi causa sese in immittunt.

A busdam delatas vidimus, et admirati sumus vel candorem, vel subtilitatem earum.

CAPUT XIX.

De leproso mandato in loco ubi Dominus est baptizatus, et reliquiis B. Mariæ.

Nam vidi ante hoc tempus hominem, Joannem nomine, qui a Galliis leprosus abierat, et in ipso loco quo Dominum diximus baptizatum aiebat se per annum integrum commoratum fuisse. Qui assidue abluebatur in amne: sed redditus pristinae incolumitati, reformata in melius cute, sanatus est. Hic reliquias beatæ Mariæ ab Hierosolymis accipiens, revertebatur in patriam: sed prius Romam abire disposuit. Verum ubi altas Italiæ solitudines est ingressus, incidit in latrones. Nec mora, spoliatur ab indumentis, et ipsa quoque capsula in qua beata gestabat pignora capitur. Existimantes enim inimici illi auri ibidem sestertias aggregatas, effracta clave, omnia rimantur intente. Sed cum nihil in ea pecuniæ reperissent, extracta pignora in ignem projiciunt, cæsoque homine discesserunt. At ille semivivus exurgens, ut vel cineres exustorum colligeret pignorum, invenit super carbones accensos illæsas jacere reliquias: ipsumque linteum quo involutæ erant ita admiratur integrum, ut non putaretur prunis injectum, sed eum ex aquis absconditum. Collegitque cuncta cum gaudio, et viam quam pergebat ingressus, usque ad Gallias pervenit incolumis. Multos etiam vidimus qui vel in Jordane, vel in aquis **743** Levidæ urbis tincti, ab hoc fuerant morbo mundati.

CAPUT XX.

De ecclesia B. Mariæ, et ultione pejerantium, apud Turones.

In e urbe autem Turonica, est ecclesia sanctæ Mariæ virginis, ac sancti Joannis Baptistæ nomine consecrata, in qua in perjuris ultio divina apparuit. Quidam autem cum ad perjurandum in hanc ecclesiam fuisset ingressus, ubi manus ante altare stans sursum extulit, ut sacramentum mendax proferret, statim resupinus ruens, ita caput in pavementum collisit, ut vix vel vivens erigi potuisset. Ad se autem reversus dolum perjurii, quod occultabat, publice patefecit. Vidimus enim et nos quosdam de Turoni-

^d Cod. Colb. tut., *Leviadem*, at cap. seq. habet *Levidæ*, sicut et cæteri scripti in indice. Clict. *Levidam*. Dicitur apud anonymum Ravenensem, quem noster Placidus Porcheron edidit, *Leviada*, a Plinio *Livias*. Celebris est *Aἰθίξ* apud Josephum, Eusebium, etc., sic dicta ab Herode in honorem Liviae Augustæ, quæ antea dicebatur Bethara ex sancto Hieronymo. Suum olim habuit episcopum sub Cæsarea metropoli, sicut et Jericho, urbs ex sacris Litteris satis nota.

^e Istud caput cum duobus sequentibus deest in cod. Clarom. a. Ecclesia quæ hic memoratur ea videtur esse quam Ommatus episcopus construxit, ut dicitur lib. x Hist. cap. 31. Exstabat haud procul a cathedrali sancti Gatiani ecclesia oratorium B. Mariæ dictatum, quod modo destructum est; subsistit etiam nunc aliud in eadem urbis parte sub sancti Joannis titulo. An vero unum ex istis, an aliquid aliud jam destructum, hic memoretur, incertum est.

cis in loco eodem perjurasse, qui ita divino iudicio A
condemnati sunt, ut in ipsius anni curriculo finirentur
a sæculo.

CAPUT XXI.

De forma Domini apud Phaniadam.

Igitur, ut diximus, in ipso primo Jordanis egressu,
Phaniada civitas ^a sita est, in qua habetur statua ex
electro purissimo fabricata, in qua Redemptoris nostri
forma dicitur esse expressa. Nam, ut a plerisque
audivi, qui eam contemplati fuerant, mira claritas
in ejus facie continetur. Sed ne cui videatur absur-
dum, narrare quæ de ea Cæsariensis refert Eusebius
non pigebit. Ait enim: « Mulierem quam sanguinis
profluvio laborantem a Salvatore curatam Evangelia
tradiderunt, hujus urbis civem constat fuisse, domus-
que ejus in ea etiam nunc ostenditur. Pro foribus B
vero domus ipsius, basis quædam in loco editiore
collocata monstratur, in qua mulieris **744** ipsius
velut genibus provolutæ, palmasque suppliciter ten-
dentis, imago ærea videtur expressa. Astat vero alia
ærea nihilominus fusa statua, habitu viri stola compe-
circumdati, et dextram mulieri porrigentis. Hujus ad
pedem statuæ in basi herba quædam nova specie
nascitur. Quæ cum exorta fuerit, excrescere usque
ad stolæ illius æræe indumenti fimbriam solet. Quam
cum summo vertice crescens herba contigerit, vires
inde ad depellendos omnes morbos languoresque
conquirat, ita ut quæcumque fuerit illa infirmitas cor-
poris, haustu exiguo madefacti salutaris graminis
depellatur, nihil omnino virium gerens, si antequam C
æreæ fimbriæ summitatem crescendo contigerit de-
cerpatur. Hanc statuam ad similitudinem vultus Jesu
formatam tradebant: quæ permansit etiam ad nostra
usque tempora, sicut ipsi oculis nostris inspeximus.
Et nihil mirum, si ii qui ex gentibus crediderunt,
pro beneficiis quæ a Salvatore fuerant consecuti, hu-
jusmodi velut munus videbantur offerre, cum videamus
etiam nunc et apostolorum Petri vel Pauli, et
ipsius Salvatoris imagines designari, tabulisque de-
pingi. » Hæc Eusebius ^b retulit.

^a Paneas, de qua supra, cap. 17.

^b Ex versione scilicet Rufini, qui id habet libro VII
Histor. cap. 14, cum Eusebius hanc historiam referat
eodem libro, cap. 18, cui Rufinus hæc verba adjun-
git: « Insignia veterum reservari ad posteriorum D
memoriam, illorum honoris, horum vero amoris indi-
cium est. » Porro Julianus Apostata, ut refert Sozo-
menus lib. V cap. 21, hanc Christi Salvatoris statuam
evertit, suamque ipsius illi substituit. Sed statim,
inquit ille, ignis e cælo lapsus pectus statuæ et vici-
nas pectori partes discidit, caputque cum collo de-
jecit, et pronum humi infixit, atque ex eo tempore
remansit fuligine fulminis obsita. Pagani tamen
Christi statuam per urbem trahentes confregerunt,
quam postea Christiani collectam in ecclesia repo-
suerunt. Utramque statuam, Christi scilicet Domini
in ecclesia, et Apostatæ fuligine deformatam suo
tempore perseverasse testatur idem Sozomenus, qui
sub Theodosio juniore florebat, id est centum et paulo
amplius annis, antequam Gregorius noster scriberet.

^c Celebris erat apud Damascum Theodori martyris
statua, quæ a Sarraceno quodam telo percussa san-
guinem effuderat, ut testatur sanctus Joannes Da-

CAPUT XXII.

De Judæo qui iconicam Christi furavit, et transfodit.

Nam et isto nunc tempore, per credulitatem inte-
gram tanto Christus amore diligitur, ut cujus leger
in tabulis cordis credentes populi retinent, eju
etiam imaginem ad commemorationem virtutis i
tabulis visibilibus pictam per ecclesias ac domos ad
figant: sed et in hoc inimicus semper humani gene-
ris æmulus exstat. Nam Judæus quidam cum hujus
cemodi imaginem in tabula pictam, ac parieti affixam
in ecclesia sæpe vidisset, ait: Ecce seductorem
illum qui nos genusque nostrum humiliavit. Et si
745 nocte veniens, telo ipsam imaginem verberat,
elisamque de pariete, opertam veste, ad domum por-
tans, flammis parat exurere. Sed res mira apparuit
quæ, quod de virtute Dei fuerit, non potest ambigi.
Nam de vulnere ubi imago transfossa fuerat, sanguis
effluxit ^c. Quod ipse iniquus spiculator oppletu
furore non sensit. Cum autem per obscuræ nocti
tenebras domum suam fuisset ingressus, lumine adhi-
bito cernit se totum sanguine cruentatum: timensqu
ne scelus suum patefieret, abjectam a se tabulam
abdedit in obscuris, nec ausus est ultra contingere
quod inique præsumpsit auferre. Venientes autem
Christiani diluculo ad domum Dei, iconicam
non inveniunt, stupentesque ac requirentes quod
fuerat factum, cruosis vestigia deprehendunt. Quo
sequentes, ad domum Judæi accedunt. Denique scis
citati de tabula, nihil certi cognoscunt. Requirentes
autem eam sollicite, in angulo cellulæ Judæi repe-
riunt: qua ecclesiæ reddita, furem lapidibus obruc-
runt.

CAPUT XXIII.

De crucifixo apud Narbonam.

Est et apud Narbonensem urbem in ecclesia sa-
niore, quæ beati Genesii martyris reliquiis plaudi-
pictura quæ Dominum nostrum quasi præcinctum
linteo indicat crucifixum. Quæ pictura dum assidu
cerneretur a populis, apparuit cuidam Basileo pres-
bytero per visum persona terribilis, dicens: Omni-

masceus orat. 3 de sanctis Imaginibus.

^d Alii, *iconiam*, seu *iconam*. Bal., *iconem*. Retinens
nostra lectio, quæ est vetustiorum Edit. et scripto-
rum. Sic enim illi auctores scribebant ad designan-
dam imaginem, ut supra in cap. titulo, et in Vit
Patrum, cap. 12. Hiuc manavit consuetudo sacra
Christi imaginem *Veronicam*, quasi veram iconicam
appellandi, ut ex compluribus auctoribus probat no-
ster Mabillonius Itineris Italici pag. 88 et 89. Qua
tamen vocem nonnulli mulieris esse nomen poste
existimantes, Veronicam finxerunt piam feminar
quæ Christo ad Calvarie montem ascendenti obviam
occurrere, ejus sacrae faciei quam exterserat effigie
in sudariolo impressam receperit. Unde nomen sac-
tæ Veronicæ in aliquot Martyrologia inductum es-
Sed ne in Romanum admitteretur obstitit Baroniu
cum aliis viris eruditis. Hinc mirari subit Bollandi-
nis crimiui datum fuisse a Carmelitis, quod de Ver-
nica muliere quasi dubitanter locuti fuerint. Et quide-
Nicolaus, alique complures pontifices Romani ipsa
Christi Domini imaginem vulgo *Veronicam* appella-
testati sunt. Vide Papebrochii responsionem ad ex-
hibitionem errorum per Sebastianum a Sancto Paulo.

vos obtecti estis variis indumentis, et me jugiter **A** ut initio produntur nescio, ita et fine clauduntur nudum aspiciatis. Vade quantocius, cooperi me **746** ignaro. vestimento. Et presbyter non intelligens visionem, data die nequaquam ex ea re memoratus est. Rursumque apparuit ei; sed et illud parvipendit. Post tertium autem diem secundæ visionis, gravibus ex-cruciato eo verberibus, ait: Nonne dixeram tibi ut operires me vestimento, ne cernerer nudus: et nihil ex hoc a te actum est? Vade, inquit, et tege linteo picturam illam, in qua crucifixus appareo, ne tibi velox superveniat interitus. At ille commotus, et valde metuens, narravit ea episcopo, qui protinus jussit desuper velum expandi et sic obtecta nunc pictura suspicitur ^a. Nam et si parumper detegatur ad contemplandum, mox demisso velo contegitur, ne detecta cernatur.

CAPUT XXIV.

Insigne miraculum de fontibus Hispaniæ.

Est ^b et illud illustre miraculum de fontibus Hispaniæ, quos Lusitania provincia profert. Piscina namque est apud Osen ^c campum antiquitus sculpta et ex marmore vario in modum crucis, miro composita opere. Sed et ædes magnæ claritatis ac celsitudinis desuper a Christianis constructa est. Igitur cum dies sacer post circulum anni decedentis advenerit, quo Dominus confuso proditore mysticam discipulis præbuit cœnam, conveniunt in locum illum cum pontifice cives, jam odorem sacri præsentientes aromatis. Tunc data oratione a sacerdote, ostia templi jubent simul muniri signaculis, **747** adventum vir-**C** tutis dominica præstolantes. Die autem tertia, quod est sabbati, convenientibus ad baptizandum populis, adveniens episcopus cum civibus suis, inspectis signaculis, ostia reserat clausa. Ac mirum dictu, piscinam quam reliquerant vacuum, reperiunt plenam, et ita cumulo altiore refertam, ut solet super ora modiorum triticum aggregari: videasque huc illucque latices fluctuare, nec partem in diversam defluere. Tunc cum exorcismo sanctificatum, conspersum desuper chrisma, omnis populus pro devotione haurit, et vas plenum domi pro salvatione reportat, agros vineasque aspersione saluberrima tutaturus ^d. Et cum exinde multitudo amphorarum sine collecto numero hauriatur, nunquam tamen vel cumulum minuit: licet ubi infans primus intinctus fuerit, mox aqua re-**D** ducitur, et baptizatis omnibus, lymphis in se reversis,

^a Exinde fortasse consuetudo manavit, ut Christus Dominus in cruce pendens vestitus depingeretur. Certe me non semel vidisse memini crucifixum Dominum veste talari indutum apud Rhemos in ecclesia collegiata sanctæ Balsamiæ, seu, ut vocant, sanctæ Nutricis. (Hæc enim beatum Remigium enutrivisse dicitur.) Alias ejusmodi imagines se vidisse testatur Mabillonius in præfatione ad Acta sanctorum ord. Bened., sæc. iv, part. 1, num. 47, et in Itin. Italico, pag. 133.

^b Hoc caput cum tribus sequentibus deest in Clarom. a.

^c Non alius iste locus videtur esse ab *Osser*, seu *Oset*, prope Hispalim, de quo ipse Gregorius lib. vi Historiæ cap. 43. Hispalis vero ex Bætica provincia

CAPUT XXV.

De hæreticis qui non adhibuerunt illis fidem.

Quidam vero ex hæreticis Deum non metuens, neque venerationem præstans huic loco sancto, neque credens corde miraculum, quod in eo Dominus ad corroborandam suorum fidem præstare dignatus est, non silebo. Venit cum turba equorum, solutis quoque impedimentis jussit in basilicam poni, equitibusque [*Id est, equis*] in ea præsepia præparari, irridens miser quæ de hoc loco narrabantur ab incolis. Igitur media nocte prætereunte, a febre corripitur, ac pene exanimis, et tardius quam debuerat pœnitens, exclamat equites ab æde expelli; erat enim ei, sub **B** rege licet, magna tamen in illa regione potestas. Expulsisque a basilica sancta equitibus, ad se conversus cœpit dentibus proprium lacerare corpusculum, nec prorsus retineri a suis ob nimiam poterat debacchationem. Tandemque **748** oppressus, inter suorum manus spiritum exhalavit.

Denique Theodegisilus ^e hujus rex regionis, cum vidisset hoc miraculum quod in his sacratis Deo fontibus gerebatur, cogitavit intra se dicens, quia ingenium est Romanorum (Romanos enim vocitant homines nostræ religionis) ut ita accidat, et non est Dei virtus. Veniens vero ad annum sequentem, ostium sigillis suis cum episcopi sigillo munivit, posuitque custodes in circuitu templi, si forte aliquem deprehendere posset fraudis alicujus conscium, per cujus ingenium in fontibus aqua succederet. Similiter et alio fecit anno. Tertio vero convocata virorum multitudine, fossas in circuitu basilicæ fieri jussit, ne forte togis [*Ed., locis*] occultis lymphæ deducerentur in fontem. Fueruntque fossæ in profundo vicenum quinum pedum, in latitudine vero quindecimum. Sed nihil abditum potuit reperiri. Tamen vitæ finem faciens, et credo pro hujus inquisitionis temeritate, anni sequentis diem quo hoc mysterium celebrabatur videre non meruit, eo quod arcanum virtutis divinæ investigare præsumpsit. Habentur autem in ea reliquiæ sancti Stephani levitæ.

CAPUT XXVI.

De illo qui propter perpetratum furtum nequivit aquam haurire.

Ergo quia fons ille divino nutu, ut supra diximus,

censebatur, hodie Andalusie regni caput. Similes fontes in Galliis habebantur, infra, lib. de Gloria Conf. cap. 69.

^d Viget etiam nunc ea consuetudo, quam, ut ex hoc loco patet, a patribus nostris accepimus, aquam in vigilia Paschæ sacerdotum precibus sanctificatam in domos reportandi ad tutamen adversus diabolicos incursus, et ad aerearum potestatum insidias abigendas. Vide Vitam sancti Cæsarii episc., lib. II, num. 13.

^e Cod. Bell. *Teodegisilis*. Teudisculus ab Isidoro appellatur æra 586. Sed ille post unius anni et aliquot mensium regnum apud Hispalim interfectus est. Hic fortasse designatur Theudix, seu Theudis, aut Theodas, qui ante Theudiscum annis fere 47 regnum tenuit.

ad officium baptizandi repletur; et quia cum completus fuerit, avidè ex hoc populus haurire festinat, quidam accepto vasculo, presbytero qui hanc aquam ministrabat porrexit ad complendum. Quod dum complet senior, hic inter comprimentes turbas manum alterius extendit ab balteum, cultrumque furatus est: quo vagina recondito, manus extendit ad accipiendam hydriam, quam tradiderat presbytero. Qua accepta, amotus in partem aliam, neque unam guttam aquæ in ea potuit reperire. Tunc confusus

749 valde, et sibi ob furti causam hoc evenisse cognoscens, homini cultrum, quem furatus fuerat, reddidit; et sic iterum porrecta lagena, plenam aquæ recepit. Est enim populus ille hæreticus, qui videns hæc magnalia, non compungitur ad credendum, sed semper callide divinarum præceptionum sacramenta nequissimis interpretationum garrulationibus non desinit impugnare: sed virtus Domini diversam partem destruit et confundit.

CAPUT XXVII.

De martyrio Jacobi apostoli fratris Domini.

Jacobus ^a apostolus (*An. 61 vel 62, 1 Maii*), qui et frater Domini vocitatus est, ab ipso Domino nostro Jesu Christo episcopus dicitur ordinatus ^b. Post cujus gloriosam Ascensionem, dum viam justitiæ Judæis errantibus aperire conatur, de pinna templi præcipitatus, alliditur, effusoque fullonis fustè cerebro, spiritum reddidit ^c, sepultusque est in monte Oliveti ^d, in

^a Deest hoc caput in utroque cod. Clarom.

^b Eusebius lib. vii, Chrysostomus in I ad Corinth., Hieronymus in Epist. ad Galat., Proclus in orat. 22, et alii veteres Jacobum ab ipso Christo; alii, ut Clemens Alexand., imo et ipse Eusebius non semel, Hieronymus de Viris illustribus, etc., ab apostolis eundem Jerosolymitanæ Ecclesiæ specialem curam suscepisse tradunt. Quod fortasse a Christo designatus, ab apostolis vero declaratus et inthronizatus fuerit. Hinc forte laminam auream, ut scribit Epiphanius bæres. 29, in capite gestabat, veterum pontificum more. Hic autem Gregorius Jacobum episcopum ab apostolo non distinguit, quæ videtur esse communior apud veteres et recentiores sententia; alii tamen aliter sentiunt, qua de re videndi Bollandiani ad diem 1 Maii, Tillemontius in notis ad Hist. Eccles. tomum I, etc.

^c Ejus martyrium describit Hegesippus apud Eusebium, lib. II Hist. eccles. cap. 23. Vide et Joseph. lib. xx Antiquit. cap. 8. Lege Acta Martyrum sincera, pag. 1 et seqq.

^d Communior tamen est sententia, eum juxta templum, ubi necatus fuerat, sepultum fuisse, cujus monumentum adhuc suo tempore perseverasse tradit Hieronymus testis oculatus.

^e Zachariam sancti Joannis Baptistæ patrem multi interemptum esse volunt Herodis jussu intra templi ipsius septa. Simeonis vero senis, qui Christum in ulnis susceperat, sepulcrum in rupe montis Oliveti existisse testatur Adamnanus.

^f Hoc caput et sequens desunt in cod. Colb. tut.

^g Tonsuræ clericalis originem vulgo ad sanctum Petrum referunt mediæ ævi auctores, cujus instituendæ varii varias causas referant. Vide Bedam, lib. v Hist. Angl. cap. 22. Infra, Vind. non habet *episcopus*. — Hunc locum de clericali corona minime esse intelligendum contendit Thonassius parte I Discipl. ecclesiast., lib. II, cap. 37, sed de omnibus Christianis, qui præ modestia capillos breves deferre deberent;

memoria, quam sibi ipse prius fabricaverat, et in qua Zachariam ac Simeonem ^e sepelierat. Hæc de Jacobo apostolo.

CAPUT XXVIII.

De sancto Petro apostolo.

750 Petrus ^f apostolus (*An. 66, 29 Jun.*), ob humilitatem docendam, caput desuper tonderi instituit ^g, qui ab apostolis cæteris episcopus ordinatus, Romæ cathedram locavit. Cujus oratione et ^h Pauli, Simonis Magi calliditas vel detecta est, vel obruta ⁱ. Exstant hodieque apud urbem Romanam duæ in lapide fossulæ, super quem beati apostoli, deflexo poplite, orationem contra ipsum Simonem Magum ad Dominum effuderunt. In quibus cum de pluviis lymphæ collectæ fuerint, a morbidis expetuntur, haustæque mox sanitatem tribuunt. Sanctus vero Petrus apostolus, ut præfati sumus, cum post Neroniana ac Simoniaca bella ad crucem venisset, impleto jam felicis tropæi certamine, resupinis ad cælum vestigiis se expetiit crucifigi, indignum se vociferans ut Dominum exaltari ^j: sicque dirigens spiritum vivacem in astra, sepultus est in templo, quod vocitabatur antiquitus Vaticanum ^k, quatuor ordines columnarum valde admirabilem numero nonagiuta sex habens. Habet etiam quatuor in altari, quæ sunt simul centum, præter illas quæ ciborium ^l sepulcri sustentant. **751** Hoc enim sepulcrum sub altari collocatum ^m valde rarum habetur. Sed qui orare desiderat, reseratis

atque ea occasione profert egregium Amalarii locum testantis hanc sententiam, quæ tonsuram clericalem ad sanctum Petrum revocat, non adeo esse certam, ut ipsi adhærere necesse sit. Vide notas in Vitam sancti Nicetii, in lib. de Vitis Patrum cap. 17.

^h Mss., *vel*, quod perinde est. Eodem sensu, infra, *vel detecta est vel obruta*, id est *et detecta et*, et sic passim.

ⁱ Victoria, quam in Simonem Magum retulerunt apostoli, tot sanctorum Patrum testimoniis approbata est, ut absque temeritate rejici non possit, quanquam historiæ veritatem nonnulli auctores apocryphis narrationibus in aliquot circumstantiis obscurarint.

^j Eandem rationem afferunt Ambrosius in psalm. cxviii, Augustinus, Theodoritus, etc. Alii alias adjiciunt, quas fusius prosequi non vacat.

^k Apostolorum *tropæa*, ut loquitur Cæsus apud Eusebium, lib. II Hist. cap. 25, jam sæculi III initio celebria erant Romæ, apud Vaticanum et via Ostiensi, id est in iis ipsis locis ubi hodieque eorum sacræ reliquiæ coluntur. Etenim utriusque media pars in ecclesia Vaticana, altera vero medietas in basilica sancti Pauli, quæ abbata est ordinis Benedictini, asservantur, sacra vero eorum capita in basilica Lateranensi.

^l Ciborium est ædicula turrata, ad modum nimbrelli, aliquot columnis innixa, ad tegendum altare seu alicujus sancti sepulcrum. Vide Liturg. Gallic. Mabillon. lib. I, cap. 8, n. 8.

^m Vind., *valde ratum*. Antiquus est mos in Ecclesia receptus sanctorum reliquiis in cryptis subterraneis subtus altare collocandi, ubi sanctorum celebriorum sepulcra in antiquis basilicis etiam nunc visuntur. Hinc consuetudo manavit altaria erigendi super tumulos virorum piorum, quos episcopi pro sanctis haberi volebant, hincque erat olim sanctos canonizandi ritus. Reliquias sanctorum in baptisterio a se depositas memorat ipse Gregorius lib. X Hist. cap. ult.;

cancellis quibus locus ille ambitur, accedit super sepulcrum; et sic fenestella parvula patefacta, immisso introrsum capite, quæ necessitas promit efflagitat. Nec moratur effectus, si petitionis tantum justa proferatur oratio. Quod si beata auferre desiderat pignora, palliolum ^a aliquod momentana [*Id est, statera*] pensatum facit intrinsecus, deinde vigilans ac jejunans, devotissime deprecatur, ut devotioni suæ virtus apostolica suffragetur. Mirum dictu! si fides hominis prævaluerit, a tumulo palliolum elevatum ita imbuitur divina virtute, ut multo amplius quam prius pensaverat ponderet; et tunc scit qui levaverit, cum ejus gratia sumpsisse quod petiit. Multi enim et claves aureas ad reserandos cancellos beati sepulcri faciunt, qui ferentes pro benedictione priores accipiunt, quibus infirmitati tribulorum medeantur. ^B Omnia enim fides integra præstat. Sunt ibi et columnæ miræ elegantia candore niveo, quatuor numero, quæ ciborium sepulcri sustinere dicuntur.

CAPUT XXIX.

De Paulo apostolo.

Paulus ^b vero apostolus (*An. 66, 29 Jun.*), post revolutum anni circulum, ipsa die qua Petrus apostolus passus est, apud urbem Romam gladio percussus occubuit. E cujus sacro corpore lac ^c defluxit et aqua. Nec mirum si lac ejus manavit ex corpore, qui gentes incredulas ⁷⁵² et parturivit et peperit, ac lacte spiritali nutritas, ad cibum solidum Scripturarum sanctarum, opaca reserando, perduxit. De cujus virtutibus multa quidem audivimus: sed de plurimis unum tantum miraculum studuimus declarare. Factum est ^C autem in quodam loco, ut homo laqueum sibi ad extorquendam vitam, instigante diabolo, præpararet. Cumque secretum cellulae in qua hæc ageret reperisset, funem trabi transmissum, laqueum cœpit innectere, nomen tamen semper Pauli apostoli invocabat, dicens: Adjuva me, sancte Paule. Et ecce umbra squalida atque funesta, quæ nihil minus ^d vultu quam diabolus simillabat, apparuit ei, hortans ac dicens: Eia age, ne moreris, exple [*Al., expedi*] celerius quæ cœpisti. At ille cum opus hoc, id est vitæ extor-

et lib. vii, cap. 31, narrat reliquias sancti Sergii in sublimi parietis contra altarium a quodam Syro reconditas fuisse. Nunquam autem, nisi forte brevissimo tempore, super altare locabantur, ut patet ex ipso ^D Gregorio, lib. ix, cap. 6, quod tamen alii improbarunt. Vide Mabillon. lib. i Liturgiæ Gall. cap. 9. Quo autem ævo sanctorum corpora in Occidente levati transferrique cœperunt docet Mabillon. præf. in Acta sanctorum ordinis Benedictini, sæc. ii numero 42.

^a Hæc palliola Hormisdas in epistola ad Justinian. imp. appellat *sanctuarium beatorum Petri et Pauli*. Et ejusdem pontificis legati ipsum deprecari sunt, ut ejusmodi sanctuarium usque ad secundam cataractam propter devotionem imperatoris, cui destinabantur, deponeret. Brandea appellat Gregorius Magnus. Unum ex his, quod ad Brunichildem reginam transmissum dicitur, asservatur in sacrario monasterii nostri sancti Germani a Pratis, quod vulgo *corporale sancti Petri* appellatur.

^b Deest hoc caput in Clarom. b. In Clar. a desunt hæc verba, post revolutum anni circulum; quæ lectio

quendæ, pararet, semper aiebat: Beatissime Paule, esto adjutor meus. Denique expedito jam laqueo, cum vehementius urgeretur ab umbra, ut collum immitteret, subito adfuit alia umbra huic similis; dicens ei quæ cum homine erat: Fuge, miserrime, en Paulum apostolum huc venientem; invocatus enim ab hoc homine, ecce adest. Tunc evanescentibus umbris, hic ad sensum suum reversus, et crucem virtutis dominicæ pectori nutanti depingens, pœnitentiam genis lacrymarum imbre perfusis agebat * cur ista tentasset. Unde manifestum est hunc eundemque hominem per virtutem beati apostoli ab hoc sævæ mortis præcipitio fuisse salvatum.

CAPUT XXX.

De Joanne apostolo et evangelista.

⁷⁵³ Joannes ^f vero apostolus et evangelista Dei (*An. 100 aut 104, 27 Dec.*), post peractum tam agnis legitimi quam prædicationis saluberrimæ cursum, vivus descendens in tumulo, operiri se humo præcepit. Cujus nunc sepulcrum manna ^g in modum farinæ hodieque eructat, ex qua beatæ reliquiæ, per universum delatæ mundum, salutem morbidis præstant. Hic est Joannes quem Dominus plus quam cæteros dilexit apostolos, qui tantæ charitatis amore prælatus est, ut super ipsum sacri corporis pectus accumbens, mysteriorum cœlestium hauriret arcana. Ipsi etiam Dominus noster gloriosam Genitricem, quasi peculiari quodam modo discipulo, in ipsa passionis hora, in cruce pro mundi salute positus, commendavit. De hoc enim et post resurrectionem dixit: *Sic eum volo manere donec veniam* (*Joan. XXI, 22*). In Epheso autem habetur locus in quo hic apostolus Evangelium quod ex ejus nomine in Ecclesia legitur scripsit. Sunt autem in summitate montis illius proximi quatuor sine tecto parietes. In his enim orationi insistens, Dominum assidue pro delictis populi deprecans, morabatur: obtinuitque ne in loco illo imber ullus descenderet, donec ille Evangelium adimpleret. Sed et usque hodie ita præstat a Domino, ut nulla ibi descendat pluvia, neque imber violentus adveniat.

etiamsi veritati conformior videatur, incertum tamen est an re ipsa sit sincerior. Tamen ex Fortunato et ex Liturgia Gallicana apud Mabillon., lib. ii num. 63, patet hanc in Gallia commuuiorem sententiam fuisse, quod Petrus et Paulus eadem die eodemque anno passi fuerint.

* Hoc ex apocrypha sub Lini nomine, aut alia ejusmodi historia, hausit Gregorius, quod silent veteres. Vide Mabillon. Iter Italic. pag. 142.

^d In Colb. a emendatum *nihil magis*.

^e Vind.: *Pœnitentiam agens lacrymarum imbre perfusus, aiebat*.

^f Deest hoc caput in Clarom. a.

^g Hoc manna adhuc ex apostoli sepulcro scaturiebat sæculo viii, ex secunda sancti Willibaldi Vita, num. 5, in ii parte sæc. iii Benedictini. De ejusdem morte non pauci, etiam inter veteres, dubitarunt. Quia de re pro suo more erudite disserentem adi Tillemontium tomo I Hist. Eccles., tit. Sancti Joan., art. 7. Vide sancti Augustini tractat. 124, in Joannem, et Photii Bibliothecam, cod. 229.

In ea urbe Maria Magdalene quiescit ^a, nullum su-
per se tegumen habens. In ea et septem Dormientes
habentur, de quibus aliqua, Domino jubente, in po-
sterum narraturi sumus. In hac et idolum Dianæ
fuit, ab apostolo Paulo destructum. Sed ad cœpta
redeamus.

CAPUT XXXI.

De Andrea apostolo.

754 Andreas ^b apostolus (*Ann. 66 aut 70, seu 93, 30 Nov.*) magnum miraculum in die solemnitate suæ profert, hoc est manna in modum farinæ, vel oleum cum odore nectareo, quod te tumulo ejus exundat. Per id enim quæ sit fertilitas anni sequentis ostenditur. Si exiguum profluxerit, exiguum terra profert fructum; si vero fuerit copiosum, magnum arva proventum fructuum habere significat. Nam ferunt in **B** aliquibus annis, in tantum e tumulo oleum exundare, ut usque ad medium basilicæ profluat rivus ille. Hæc autem aguntur apud provinciam Achaïam, in civitate Patras, in qua beatus apostolus sive martyr, pro Redemptoris nomine crucifixus, præsentem vitam gloriosa morte finivit ^c. Tamen cum oleum defluerit, tantum odorem naribus præstat, ut putes ibi multorum aromatum sparsam esse congeriem, quod non sine miraculo ac beneficio habetur in populis. Nam ex hoc seu inunctiones factæ, sive potiones datæ, plerumque languentibus commodum præstant. Post cujus gloriosam assumptionem multæ virtutes vel ad hoc sepulcrum, vel per loca diversa in quibus ejus reliquiæ collocatæ sunt, feruntur ostensæ. De quibus pauca memorari non putavi absurdum, quia ædificatio est Ecclesiæ gloria martyrum virtusque sanctorum.

Tempore quo, interfecto ^d Chlodomere rege Francorum, se exercitus reparans Burgundiam devastabat, in quadam basilica reliquiæ jam dicti apostoli cum Saturnini martyris tenebantur. Accensaque basilica, cum jam tignorum moles dirueret, pauperes ac senes, quos barbaries reliquerat, flebant, **755** dicentes: Væ nobis qui tantorum pignorum hodie caremus auxilio; nec nobis ultra spes præsentis vitæ manebit, si hæc deperierint. His ita flentibus, nutu Dei adveniens Turonicus homo, condolens his lamentis, et discens virtutem martyrum, non minus fidem quam parma protectus, per medias ingreditur flammam, apprehensasque ab altari sanctas reliquias, ni-

hil ab igne nocitus, extulit foras; sed continuo ita constrictus est, ut gressum in antea agere non valeret. Tunc indignum se judicans qui eas ferret, unam puellam parvulam impollutamque elegit a præda, cui capsulam ad collum posuit, et sic in patriam prospere accessit. Tunc collocatis in altari Novivicensis ^e ecclesiæ, ubi nulla adhuc sanctorum pignora habebantur, annis singulis devotissime eorum solemnitate celebrabat. Cujus filius, cum hæc post patris obitum non impleret, a febre quartana per annum integrum laborans, vovit ut novam basilicam in eorum honorem construeret; quo facto, amota febre sanatus est. Sed nec hoc sine Divinitatis providentia actum reor, quod eadem die qua beatæ reliquiæ in aliam sunt translatae basilicam, errantes homines a via qui beati Vincentii reliquias deferebant, ad vicum ipsum delati sunt. Tunc rogante presbytero, diviserunt ei particulam pignorum, quam in sancto altari unde alias abstulerat collocavit.

Mummolus autem, cum Theodeberti regis tempore, ad Justinianum imperatorem pergens, Constantinopolitani itineris viam navali evectu sulcaret, ad urbem Patras, in qua idem habetur apostolus, est impulsus. Ac dum ibi cum satellitibus moraretur, infirmata vesica calculosus efficitur. Dehinc diversis doloribus aretatus febre consumitur: ablataque delectatione comedendi atque bibendi, adventum mortis solius præstolabatur. Igitur dum se ita fessum et sine spe vitæ decernit, **756** testamentum suum petit scribi, munitumque subscriptionibus ac sigillis, inquiri præcepit si forsitan aliquis reperiretur in civitate qui peritus in arte medicinæ posset perituro succurrere. Sed cum hoc episcopo qui tunc præerat suggeritur, ait: Quousque vos, dilectissimi, casso fatigatis labore, et inter homines requiritis medicinam, cum habeatur hic cœlestis medicus, qui sæpe infirmorum valetudines sine herbarum adminiculo, virtutis propriæ depellat effectu? Et quis, inquirunt, est ille? Andreas, ait, apostolus Christi. Hæc nuntiantes infirmo, rogat se portari ad beati sepulcrum ^f. Cumque, pavimento prostratus, quæ necessitas exigebat fideliter precaretur, medio fere noctis omnes qui aderant sopor obtinuit. Statimque infirmo conatus ejiciendæ urinæ imminet, tangensque unum puorum, voce tenui vasculum postulat exhiberi, illatoque, dum urinam nititur ejicere, lapidem magnum emisit:

^a Idem habet auctor Vitæ sancti Willibaldi in præcedenti nota laudatus, et sanctus Modestus episcopus Jerosolymitanus, sæculi VII initio, apud Photium, Biblioth. cod. 275. Ejus reliquiæ sæculo IX labente Constantinopolim translatae dicuntur sub Leone Sapiente. Aliæ sunt hodie in variis Galliæ locis traditiones circa B. Magdalene sepulcrum et reliquias, quas hic discutere non vacat. De septem quoque Dormientibus agitur in Vita sancti Willibaldi. Vide infra cap. 95.

^b Deest hoc caput in Clarom. b.

^c Hæc est veterum traditio a sanctis Paulino, Gaudenzio, Petro Chrysologo, aliisque scriptoribus approbata. Celebria sunt ejusdem apostoli passionis Acta, quæ sub presbyterorum et diaconorum ecclesiæ Achaïæ nomine habentur, de quorum sinceritate

non una est omnium sententia. Vide Tillemontii notas de sancto Andrea, tomo I Hist. eccles. — In Missali Gothico Gallicano quod ex Thomasio edidit noster Mabillonius lib. III Liturgiæ Gallicanæ num. 17, habetur Missa de sancto Andrea, cujus contestatio, seu, ut loquimur, præfatio ex vulgatorum hujus sancti apostoli Actorum verbis ut plurimum contexta est.

^d Vide, supra, Histor. lib. III, cap. 6.

^e Cod. Clar. a., *Noviacensis*. Colb. tut., *Novicensis*. Locus est apud Turones, vulgo *Neuvi* dictus, ubi hodieque visitur ecclesia antiqua B. Andreae sacra.

^f Ejus sacrum corpus Constantinopolim translatum est an. 357, sub Constantio imp., ut scribunt veteres auctores. Vide Philostorgium, lib. III num. 2, et Theodor. Lectorem, lib. II.

qui tam validus fuit, ut cadens sonum in ipsa quæ parata fuerat concha proferret. Tunc ablata febre cum omni dolore, navi restauratur incolumis a.

CAPUT XXXII.

De Thoma apostolo.

Thomas b apostolus (*Post an. 66, 21 Dec.*), secundum passionis ejus historiam, in India passus esse declaratur. Cujus beatum corpus post multum tempus assumptum in civitate, quam Syri c Edissam vocant, translatum est, ibique sepultum. Ergo in loco regionis Indiæ, quo prius quievit, monasterium habetur, et templum miræ magnitudinis, diligenterque exornatum atque compositum. In hac igitur æde magnum miraculum Deus ostendit. Lychnus etenim inibi positus, atque illuminatus, ante locum sepulcræ ipsius perpetualiter die noctuque divino nutu resplendet, a 757 nullo fomentum olei scirpique accipiens: neque vento exstinguitur, neque casu dilabitur, neque ardendo minuitur; habetque incrementum per apostoli virtutem, quod nescitur ab homine, cognitum tamen d habetur divinæ potentiæ. Hoc Theodorus qui ad ipsum locum accessit, nobis exposuit. In supradicta igitur urbe, in qua beatos artus diximus tumulatos, adveniente festivitate, magnus aggregatur populorum cœtus, ac de diversis regionibus cum votis negotiisque venientibus e, vendendi comparandique per triginta dies sine ulla telonei exactione licentia datur. In his vero diebus qui in mense habentur quinto f, magna et inusitata populis præbentur beneficia. Non scandalum surgit in plebe, non musca insidet mortificatæ carni, non latex deest sitienti. Nam cum ibi reliquis diebus plusquam cen-

* In Clarom. a huic capiti subjungitur caput de miraculis sancti Andreæ apostoli, quod est, infra, caput 79.

b Deest hoc caput in Colb. tut. et simul cum 2 seqq. in Clar. a. In aliis Mss. caput hoc in duo dividitur; alterius titulus est: *De virtute basilicæ in qua postea translatus est.* Historiam passionis sancti Thomæ authenticam nullam novimus. Certum tamen videtur illum apud Indos Christi fidem disseminasse, id attestantibus Gregorio Nazianzeno, orat. 25, Hieronymo epist. 148, Ambrosio in psalm. XLV, Paulino aliisque sanctis Patribus, ex quibus Gaudentius et alii, cum vetustioribus Martyrologiis, aiunt eum ibidem vitam finisse, et quidem martyrio, ex Nilo, Asterio, eodem Gaudentio, etc.

c Aliquot Mss. et Ed., *Syriæ Edessam*, ubi sæculo D iv sancti Thomæ corpus exstitisse constat ex Rufino, etc.

d Aliquot scripti et Editi, *cognitum amicum.*

e Bal., *negotiatoribusque ve ventibus.* Aliquot scripti, *negotiisque venientes.* Negotium, pro mercede, aut re venali, quandoque assumi notat Bignonius in Vet. Formul. cap. 45.

f Hic mensis juxta Syrorum computum, qui annum a Novembri inchoabant, est Martius, quo Syri festum sancti Thomæ celebrabant, ut patet ex eorum Calendario quod Genebrardus edidit Lugduni 1615, simul cum suo in Psalmos commentario: Latini tamen die 3 Julii, seu mensis quinti, lestum sancti Thomæ, nimirum Translationis, celebrant.

g Alii, *publice*, seu *publico.*

h Sic Mart. et Clict. Cæteri Ed. et scripti, *apud Asiam.* Si passionis historia, quam hic laudat Gre-

tenum pedum altitudine aqua hauriatur a puteis, tunc paululum si fodias, affatim lymphas exuberantes invenies, quod non ambigitur hæc virtute beati apostoli impertiri. Decursis igitur festivitatis diebus, teloneum publicum s redditur, musca quæ defuit adest, propinquitas aquæ dehiscit. Dehinc emissa divinitus pluvia ita omne atrium templi a sordibus et diversis squaloribus qui per ipsa solemnia facti sunt mundat, ut putes locum nec fuisse calcatum.

CAPUT XXXIII.

De Bartholomæo apostolo.

Bartholomæum apostolum apud Indiam b passum, agonis ipsius narrat historia (*Sæc. I, 24 Aug.*). Post multorum vero annorum spatia de passione ejus, cum 758 iterum Christianis persecutio advenisset, et viderent gentiles omnem populum ad ejus sepulcrum concurrere, eique deprecationes assidue et incensa deferre, invidia illecti, abstulerunt corpus ejus, et ponentes in sarcophagum plumbeum, projecerunt illud in mare, dicentes: Quia non seduces amplius populum nostrum. Sed providentia Dei cooperante per secretum operis ejus, sarcophagum plumbeum a loco illo aquis subvehentibus sublevatum, delatum est ad insulam, vocabulo Liparis i. Revelatumque est Christianis, ut eum colligerent: collectumque ac sepultum, ædificaverunt super eum templum magnum. In quo nunc invocatus, prodesse populis multis virtutibus ac beneficiis manifestat.

CAPUT XXXIV j.

De Stephano protomartyre.

Stephanus autem primus vel diaconus Ecclesiæ

gorius, alia non sit ab ea quæ sub Abdæ nomine vulgata est, nostra lectio erit præferenda. In Editis caput 33 est de sancto Stephano, et sequens de sancto Bartholomæo. Bartholomæum apud Indos fidem annuntiasse constare videtur ex Eusebio, lib. v, cap. 10, Rufino, lib. iii, cap. 1, Hieronymo, seu Sophronio, de Viris illustrib., Socrate, etc. Sed non adeo certum est quam regionem illi auctores Indiæ nomine designare voluerint. Vide Tillemont, tomo I Hist. eccles.

k Lipara insula præcipua est Æoliarum in mari Tyrrenico, haud procul a Sicilia; proprium olim habuit episcopum, sed ejus episcopatus postea Pactensi, *Patti*, in ora Siciliæ unitus est a Bonifacio VIII. Sancti Bartholomæi sepulcrum, anno 808 a Saracenis violatum est, ejusque sacræ reliquiæ anno sequenti Beneventum translatae sunt, unde Romam allatae fuerunt ab Ottone III, atque in insula Tiberina depositæ, ubi etiam nunc asservantur. Theodorus Lector lib. ii scribit sancti Bartholomæi reliquias anno circ. 508 in urbem *Daras* Anastasii imp. jussu translatas fuisse.

l Hoc in capite Gregorius memorat ecclesiam sancti Stephani, quam apud *Turonicam urbem* exstitisse dicit; addit tamen paulo post se *post multos dies ad urbem regressum*, etc.; quæ verba, nisi de alio quopiam itinere intelligenda sint, indicant oratorium ipsum extra urbem in vico aliquo situm fuisse. Cæterum exstat hodieque apud Turonos haud procul a primario urbis templo ecclesia sancti Stephani, parochiali titulo gaudeas, quæ urbis portæ et vicino suburbio nomen tribuit.

sanctæ vel [*Id est, et*] martyr (*An. 33, 26 Dec.*), apud A Jerosolymam, sicut sacra Apostolorum narrat historia (*Act. VI, 7*), pro nomine sancto Christi, quem a dextris virtutis spiritali contemplatione cernebat, lapidibus est obrutus, pro persecutoribus ipsam supplicans Majestatem. Denique erat oratorium apud urbem Turonicam, ab antiquis ejus nomini dedicatum, quod nos parumper jussimus prolongari. Quod cum factum fuisset, altare ut erat integrum in ante promovimus. Requirentes vero in loculo, nihil de pignoribus sanctis quod fama ferebat reperimus. Tunc nisi unum ex abbatibus, ut ab oratorio domus ecclesiasticæ nobis ejus reliquias exhiberet, oblitus sum tamen clavem capsæ porrigere, quæ cingulo dependebat. **759** Veniens vero abbas, ablato ab armario sigillo, capsam reperit obseratam. Quid faceret? B quid ageret? in ambiguo dependebat. Si ad me rediret, longum erat venire et reverti; si ipsam capsam exhiberet, molestum mihi esse noverat, quia multorum ibi sanctorum pignora tenebantur; si non faceret, jussionem quam acceperat non implebat. Quid multa? dum capsam in manu dubitans retineret, resilientibus cum sonitu repagulis, capsam aspicit reseratam. Tunc cum gratiarum actione assumptas reliquias non sine grandi admiratione nobis exhibuit, quas nos, dictis missis, Domino jubente, plantavimus. Regressus autem post multos dies ad urbem, capsam reperi, reducto pessulo, sicut reliqueram, obseratam. Pars ^a enim beati sanguinis sacrosancti levitæ hujus, sicut celebre fertur, in altari Biturigæ ecclesiæ continetur. Quidam autem tempore Felicis episcopi ^b, vicinos C suos quodam pro crimine impetebat: quos cum plerumque verbis procacibus lacesseret, ac judicio publico provocaret, decretum est sententia primorum urbis, ut se ab hac noxa qui impetebantur sacramento purgarent. Ingressique in hujus memoratæ ædis altare, cum elevatis manibus sacramenta proferrent, persecutor causæ perjurasse eos clara voce testatur. Statimque elevatis in sublime pedibus, in aera excutitur, ac illiso capite in pavimento, pene exanimis a circumstanti turba conspicitur. Post duarum fere horarum spatium, cum ad liquidum putaretur spiritum exhalare, apertis oculis, crimen fatetur, se injuste fatigasse homines, vel proclamasse noxios, declaravit; sicque laxatis insontibus, manifestato nocente, virtus Beati perpatuit. Apud Burdegalensem D

autem urbem, anus quædam gravata senio, sed fide mentis integræ sublevata, cui mos erat in sanctorum basilicis, **760** misso oleo lychnos accendere, ut hoc negotium ageret, nocte Dominica, beati Petri apostoli basilicam ingressa est. Hujus enim altare, positus in altum pulpitis ^e, locatum habetur: cujus pars inferior in modum cryptæ ostio clauditur, habens nihilominus et ipsa cum sanctorum pignoribus ^d altare suum. In hanc venerabilis mulier ad accendendum ut diximus, lumen devota descendit, unam tantummodo habens puellulam in comitatu suo. Quod opus dum ageret, et nox adveniens mundum tenebris operuisset, accedentes clerici, dictis psalmorum capitulis, obserato cryptæ ostio, discesserunt, ignorantes introrsum esse mulierem. At illa accenso lumine, ad ostium properat, ut egrederetur. Quod cum clausum esse sensisset, voces emittit, qui ei aperire debeat ex nomine vocat. Sed cum non esset vox præ senio ita valida, quæ posset penetrare hæc claustra. At ubi se sensit a nullo audiri, prostrata in pavimento quievit, dicens: Deprecer ^e pro peccatis meis et populi Dominum omnium creatorem, quoadusque veniat qui reserare debeat hujus ædis ingressum. In qua oratione excubans, vidit circa medium fere noctis, patefactis ostiis, omnem basilicam immenso lumine effulgere. Et ecce chorus psallentium qui ingressus basilicam ^f, postquam, dicta gloria Trinitati, psallentii modulatio conquievit, audivit viros conquiescentes inter se, atque dicentes: Moram nobis sanctus facit levita Stephanus. Jam enim alias debebamus adire basilicas, et non possumus, nisi ille prius qui præstolatur adveniat. Hæc enim crebro repetentibus, advenit vir subito in veste alba; cujus personam omnis illa venerans multitudo salutavit humiliter, dicens: Benedic nobis, sacer ac sancte levita Stephane. At ille iterum salutans ^g, data oratione, interrogatus ab eis cur a visitatione locorum **761** sanctorum paululum retardasset, respondit: Navis enim in mari periculum demersionis incurrerat, ibique invocatus astiti, erutaque ecce adsum. Et ut ipsi probetis esse vera quæ loquor, vestimentum quod indutus sum, adhuc guttis stillantibus marinis fluctibus cernitur humectatum. Hæc mulier cum tremore magno opprimens pavementum intente suspiciebat. Quibus discedentibus rursus ostiis divinitus obseratis, hæc ad locum in quo sanctus steterat ac-

^a Quæ sequuntur ad hæc verba, *Apud Burdegalensem, etc.*, desunt in *Clarom.* ^b Hodieque in cathedrali Biturigum ecclesia visitur ampulla sanguinæ beati Stephani plena, quæ, ut traditio est, ea ipsa est quam hic noster Gregorius commemorat. Eam aiunt a beato Ursino Biturigas allatam fuisse, cum primum ad fidem Christi nuntiandam illuc appulit. Cæterum fideles beati protomartyris sanguinem studiose collegisse patet ex lib. I de *Miraculis sancti Stephani* cap. I, apud Augustinum, ubi mentio habetur ampullæ ejusdem martyris sanguine plenæ, quæ Uzali in Africa servabatur. Una ejusmodi ampulla vitrea Neapoli hodieque visitur, quam sanctus Gaudiosus ex Africa profugus in Italiam asportasse dicitur. Vide *Historiam persec. Vandalicæ* a nobis editam, parte II, cap. 9.

^b De hoc sancto antistite vide lib. de *Gloria Conf.* cap. 102.

^c Mss. fere omnes, *posita in altum pulpita*. Et inferius, *habens puellam*. Altaria edita fuisse olim, et ut plurimum subtus se cryptam habuisse, ubi fideles orare possent, multis exemplis probat Mabillonius in præf. sæculi III, parte I, num. 79, ad *Acta sanctorum* ord. Benedictini.

^d Reliquias sanctorum subtus altare olim servatas fuisse jam diximus. Vide sancti Paulini Natale IX, de sancto Felice.

^e Editi cum aliquot Mss., *deprecabor*.

^f Ejusmodi visiones passim occurrunt in *Actis sanctorum* etiam probatissimis. Vide *Vitam sancti Germani Antissiodor.* a Constantio scriptam, cap. 15.

^g *Cod. Laud. resalutans*.

cedens, sudario guttas quæ in pavimentum dilapsæ fuerant diligenter collegit, et Bertchramno ^a, qui tunc temporis in episcopatu urbem regebat, manifestavit. Quod ille cum gaudio et admiratione magna suscipiens, secum retinuit. De hoc enim sudario multi infirmi sanitatem experti sunt, ac plerumque et ipse pontifex de eo decerpens pignora, ubi ecclesias consecrabat, fideliter collocavit. Hæc autem ab ipsius episcopi relatu cognovimus.

CAPUT XXXV.

De Clemente episcopo et martyre.

Clemens ^b martyr, ut in passione ejus legitur, anchora collo ejus suspensa in mare præcipitatus est (An. 100, 23 Nov.). Nunc autem in die solemnitatis ejus, recedit mare per tria millia, siccumque ingredientibus iter præbens, usque dum ad sepulcrum ^B martyris pervenitur, ibique vota reddentes et orantes populi, regrediuntur ad littus ^c.

CAPUT XXXVI.

De puero ad Clementis sepulcrum per anni curriculum, perinde atque unius tantum noctis spatium, dormiente.

Factum est autem ut in una solemnitate mulier cum filio parvulo in locum accederet. Epulante autem ea post acta solemnia, obdormivit infans. Dum autem hæc agerentur ⁷⁶², ecce sonus subito factus est accedentis pelagi. Dehinc oblita mulier sobolis suæ, cœpit velociter cum reliquo populo petere ripam. Igitur insequenti maris accessu postquam ad littus venerat, meminit se filium reliquisse. Tunc cum fletu magno dejecta terris, miseram se clamans, littora vocibus replebat, atque discurrebat per circuitum riparum, si forte enecatam prolem ejectamque littori aliquis conspicasset. Sed cum nihil inveniret indicii, tandem consolata a propinquis, ad propria reducitur, totum annum in luctu ac lamentatione deducens. Recurrente autem anni circulo, venit iterum ad spectandam ^d martyris solemnitatem, fortassis de infantulo si aliqua invenire possit indicia. Quid plura? Recedente mari, anticipat omnes ad ingrediendum, et ipsa prima præcedit ad tumulum. Cumque prostrata solo orationem impleret, erecta sursum, genis ubertim fletuum in gremiis madefactis, dum divertit in parte altera tumuli, aspicit filium in eodem loco, ubi eum dormientem reliquerat, in ipso adhuc sopore teneri. ^D Estimans autem eum esse defunctum, accedit dominus, quasi collectura cadaver exanime: sed

cum eum dormire cognovisset, excitatum velociter, expectantibus populis, incolumem levavit in ulnis; interrogansque inter oscula, ubi per anni fuisset spatium. Nescire se ait, si annus integer præterisset, tantum dormiisse se suavi sopore in unius noctis spatio æstimabat.

CAPUT XXXVII.

De aqua fontis ejus virtute reducta.

Fons ^e erat irriguus ruri cuidam, infra territorium urbis Lemovicinæ, cujus unda tam hortorum sata quam agrorum culta vel fovebat accessu, vel impetu fecundabat. Deducebatur etiam factis decursibus per loca necessaria, ut ubi eum natura non ⁷⁶³ dabat, studium provocaret. Et erat tam dulcibus vena exuberante fluentis, ut gaudere cerneret olus sive virgultum, si fuisset ab eodem irrigatum. Opitulabatur etiam in eo gratia Majestatis divinæ, ut in quo fuisset fluentum emissum, velociter germina acciperent incrementum. Cumque eum incolæ loci, quasi ludum agentes, per singula quæque loca deducerent, insidiatoris, ut credo, invidia, sub terra dehiscens, ac velut in stadiis duodecim in medium paludis, ubi nullum prorsus posset opus efficere, fluctibus sparsis exoritur. Extemplo omnium mentes timor obsedit, et novum quemdam advenire regioni loci incolæ præstolantur interitum, simulque et beneficium quod habere consueverant, jugi fletu deplorant. Curriculum igitur unius atque alterius anni in hac ariditate pertransiit. Arescunt siti loci illius omnia, quæ irrigare consueverat. Tertio quoque anno accidit ut quidam iter agens beati Clementis martyris, cujus jam supra meminimus, reliquias exhiberet, quas Aridio ^f ipsius urbis presbytero, viro in omni sanctitate religioso, detulit. Ad quem cum die noctuque vicini mæsti tenderent ^g, confisi de ejus oratione, quod si peteret Dominum, fontem posset suo restituere loco, ait: Eamus, inquit dilectissimi, et si vera sunt quæ portitor noster asseruit hæc esse Clementis martyris pignora, nunc apparebit cum ejus fuerit virtus manifestata. Tunc cum psallentio ad locum fontis accedit. Et dictis psalmis, in oratione prosternitur; positisque sanctis reliquiis in ipso fontis aditu, petit ut qui quondam in deserto damnatis ad secunda marmora flumen irriguum patefecit, in hunc locum aquas, quas prius pia indulserat clementia, Clementis iterum intercessio revocaret. Illico vena re-

^a De hoc plura in Historiæ libris passim.

^b Hoc caput et duo seqq. desunt in Colb. tut. est vero cum quinque seqq. in Clar. ^b. Porro martyris titulum Rufinus sancto Clementi tribuit, ac eiuceps omnes vulgo auctores. Ejus vero Acta, quæ hic Gregorius laudat, ante sæculum vi nota esse nullo antiquitatis monumento evinci potest. Celebria tamen postmodum in Galliis fuisse non ex Gregorio solem, sed etiam ex Missali Gothico patet, ubi eorum epitome refertur. Vide Tillemontii nom. 12 in Vitam sancti Clementis, tomo II Hist. eccl. es.

^c Hoc miraculum sæculo IX, apud Chersonesum

ignotum fuisse narrat auctor Vitæ sancti Constantini seu Cyrilli, die IX Martii Bollandiani. Ejus tamen sancti Pontificis sacrum corpus tunc ibi repertum est, atque Romam allatum, ut fuse idem auctor describit, quem consule.

^d Mss. plerique, *ad expectandam*, ex modo pronuntiationis, ut inferius legitur, *expectantibus*, *prospectantibus*, et sic passim.

^e Mss. duo: *Mons erat*.

^f Is est sanctus Aridius de quo agit Gregorius passim, cujus Vitam infra dabimus.

^g Mss., ut plurimum, *vicina mæsta penderent*.

currit ad aditum magnas evomens aquas, illumque, A quem prius tenuerat, alveum decurrendo replevit, admirantibus populis, immensæ gratiæ Domino referuntur, qui et 764 martyris virtutem prodidit, et fidelis sui orationem implere dignatus est.

CAPUT XXXVIII.

De Chrysantho martyre.

Chrysanthus ^a martyr, ut historia passionis declarat ^b, post acceptam martyrii coronam cum Daria virgine, multa populis sanitatum beneficia tribuebat (*An.* 257, vel 283, 25 Octob.). Et ob hoc etiam crypta super eos miro opere fabricata est, quæ, in arcuum modo transvoluta, firmissima stabilitate subsistit. Denique cum ad ejus festa populorum frequentatio confluisset, iniquissimus imperator erectum in il- B lius cryptæ introitu parietem, conclusa multitudine, jussit ædem arena ac lapidibus operiri, factusque est desuper mons magnus, idque gestum certissime ipsius manifestant scripta certaminis. Quæ crypta diu sub hoc velamento permansit operta, donec urbs Romana, relictis idolis, Christo Domino subderetur. Jam procedente tempore nulli erat cognitus locus ipsius sepulturæ, donec, Domino Jesu revelante, patefactus est: cujus parte in una loci, interposito pariete, sepulcra martyrum Chrysanthi et Dariæ segregata; parte in alia ^c sanctorum reliquorum cadavera in unum sunt congregata. Verumtamen pariete illo qui est in medio positus, fenestram structor patefactam reliquit, ut ad contemplanda sanctorum corpora aditus aspiciendi patesceret. Fe- C runt etiam quod eo tempore quo ad sancta solemnia accedentes inclusi sunt, urceos argenteos ex metallo formatos cum vino quod ad oblationem sacrificii divini offertur secum homines detulissent, argentumque ibi remansisse manifestum est, idque hodie a conspicientibus cerni. Sed quia jugiter mens humana turpibus erubescendisque cupiditatibus inhiat, subdiaconus quidam, viso per fenestram argento, cogitat intra se quod postero 765 die avaritia ^d im-

pellente complevit. Nocte enim consurgens, ingressus est basilicam Sanctorum, deinde per fenestram ingrediens cellulam, ac per obscuritatem noctis palpans manibus, aliquos de urceis capit: deinde egrediens cum præda cupiens, per totam noctem circumiens, nunquam potuit aditum unde ingressus fuerat reperire. Dato vero die, dum opera sua obtegi conscius sceleris voluit, juxta illud dominici oraculi dictum, quod *Omnis qui male agit odit lucem, ut non manifestentur opera ejus* (*Joan.* III, 20), occultavit se in angulo cellulæ tota die ne videretur. Sequenti vero nocte quæsivit iterum aditum, sed reperire non potuit. Sic per trium noctium curricula fecit. Tertia vero die cum jam fame cruciaretur, accessit coram populo ad fenestram, et relicto argento confessus est opus suum, egressusque est foras cum magna verecundia, nec latuit scelus quod gesserat populis quæ aderant. Post multum vero temporis, cognoscens hoc factum Damasus antistes sanctæ sedis apostolicæ, jussit diligentius operiri fenestram, ubi eversibus decoravit locum ^e. Et ibi benedicitur Dominus noster Jesus Christus, ad laudem nominis usque in hodiernum diem.

CAPUT XXXIX.

De Pancratio martyre.

Est ^f etiam haud procul ab hujus urbis muro e Pancratius ^g martyr, valde in perjuris ultor (*An.* 304, 12 Maii). Ad cujus sepulcrum ^h, si cujusquam mens insana juramentum inane proferre voluerit prius quam sepulcrum ejus adeat, 766 hoc est antequam usque ad cancellos qui sub arcu habentur ubi clericorum psallentium stare mos est, accedat statim aut arripitur a dæmone, aut cadens in pavimento amittit [*Bal.* emittit] spiritum. Ex hoc enim quisque fidem cujuscunque rei ab alio voluerit elicere, ut verum cognoscat, non aliter nisi ad hujus basilicam destinat. Nam ferunt plerosque juxta basilicas apostolorum sive aliorum martyrum commanentes, non alibi pro hac necessitate nisi templum

^a In Clar. b. hoc caput deest cum duobus sequentibus. Deinceps vero in Clar. a pleraque desunt, quædam alio ordine quam in cæteris scriptis et Editis posita, intermixtis etiam quandoque aliquot capitulis ex libro de Gloria Confessorum.

^b Acta sanctorum Chrysanthi et Dariæ, quæ hodie habentur, et videntur hic a Gregorio laudari, D nullius sunt ponderis. Et quidem sibi ipsis contradicunt quod hos martyres sub Numeriano passos volunt, id est an. 283, quorum tamen Acta jubente Stephano papa, qui obiit an. 257, conscripta fuisse referunt. Eorum memoria celebris est apud Græcos die 19 Martii, et apud Latinos variis diebus. Laudantur a sancto Adhelelmo in lib. de Laudibus Virginum, sancto Damaso, Missali Gelasiano, Floro, etc. Vide, infra, cap. 83. Coluntur die 25 Octobris.

^c Editi, *segregata parte, in alia*, etc.; al., *segregate*.

^d Mss. fere omnes, *quod postea avaritia... implevit*.

^e Hos versus, quod ipsos Baronius in Annalibus non retulerit, ex Sarazanii Romana editione dabitur in appendice hujus voluminis.

^f Deest hoc caput in Colb. tut. Clar. a, *ab hujus*

muro.

^g Mss. 2, *Pancratus*. Colb. a, semel hic, et in capitulo indiculo *Pancratius*, quæ scribendi hujus nominis varietas in aliis veteribus monumentis occurrit.

^h Hac in basilica homiliam 27 in Joannem habuit Gregorius Magnus ad ipsius martyris *tumbam*. Eandem a presbyteris neglectam monachis attribui voluit idem sanctus pontifex lib. III epist. 18, ad Marcellinum abbatem, qui et de eodem sancto variis in aliis locis egit. Hanc ipsam vero basilicam ab Honorio papa restauratam fuisse observat Anastasius, seu inscriptionem hac occasione positam ex nostro Mabilion. proferemus ad calcem hujus voluminis. In ejusdem sancti reliquiis infra, cap. 83, monasterium Solemniacense, apud Lemovices, in honorem beati Pancratii et aliorum sanctorum constructum fuisse docet nos ipsius sancti Eligii Charta, quæ habet ad calcem Act. sanctorum ord. Benedictini, sæculi XII, pag. 1091. Alterius ecclesiæ eidem et aliis martyribus dicatæ apud Santonas meminit Gregorius Magnus lib. V epist. 50. Sed plura de his vide apud Bollandianos, die 12 Maii.

expetere beati Pancratii, ut ejus severitatis censura publice discernente, aut veritatem audientes credant, aut pro fallacia iudicium martyris beati experiantur.

CAPUT XL.

De Joanne episcopo et martyre.

Multi quidem sunt martyres apud urbem Romam, quorum historiæ passionum nobis integræ non sunt delatæ. De Joanne tamen episcopo, quoniam agon ejus ad nos usque non accessit scriptus^a, quæ a fidelibus comperi, tacere nequivi. Hic cum ad episcopatum venisset, summo studio hæreticos exsecrans, ecclesias eorum in catholicas dedicavit (*An. 526, 27 Maii*). Quod cum Theodericus rex comperisset, furore succensus, quia esset sectæ Arianæ deditus, jussit gladiatores per Italiam dirigi, qui universum quotquot invenisset catholicum populum jugularent. Hæc audiens beatus Joannes, ad regem ne hæc fierent deprecaturus accessit. A quo cum dolo susceptus alligavit eum, et posuit in carcerem, dicens: Ego te faciam, ne audeas contra **767** sectam nostram amplius mussitare. Positus vero sanctus Dei in carcere, tantis attritus est injuriis, ut non post multum tempus spiritum exhalaret; obiitque in carcere cum gloria apud urbem Ravennam. Domini autem misericordia statim ultionem super regem improbum irrogavit; nam subito a Deo percussus, plagis magnis exinanitus interiit^b, suscepitque protinus perpetuum gehennæ flammantis incendium.

CAPUT XLI.

De virtute fidei et nominis Christiani.

Magna^c est enim dignitas nominis Christiani, si illa quæ confiteris fide, opere prosequaris. Nam sicut ait apostolus: *Fides sine operibus mortua est in semetipsa* (*Jac. II, 17, 20 26*). Sicut enim filios Abraham non carnalis nativitas, sed fides facit; ita et Christianos veros, non solum nominis gratia, sed opera præstant. Per hoc enim nomen illuminantur tenebræ, serpentes fugiunt, idola prosternuntur, cessat ariolus, tabescit sortilegus, cultores dæmonum propelluntur, sicut Prudentius noster in libro contra Judæos^a meminit: quod procedens imperator (Diocletianus) ad immolationem fetidam dæmoniorum, adoratis diis, atque coram sigillis [*id est, dolis*] prostratus, exspectabat [*id est, spectabat*] sa-

^a Plura de sancto Joanne habent vulgati auctores. Cæteris præferendus est anonymus scriptor Historiæ Cæsareæ a Constantii Chlorigi principatu usque ad Theodorici Magni regis mortem, editus ab Henrico Valesio post Ammiani Marcellini libros. Ex hoc auctore patet Joannem post Justini imp. edictum de bellendis hæreticis, a Theodorico Ravennam acceritum, indeque Constantinopolim transmissum fuisse, et imperatorem ab exsequendo edicto averteret; et imperatore in suo proposito perseverante, pontificem ex itinere reversum in carcerem regis jussu detrusum fuisse, ibique ærumnis confectum animam amisisse. Vide Bollandianos, ad diem 27 Maii.

^b Eum fluxu ventris, quem triduo pertulit, obiisse tradit anonymus supra laudatus. Quidam eremita Basileus Liparitanæ testatus est eumdem in Vulcani

cerdotes simulacrorum mactantes turbas pecudum, quarum frons revincta lauro securibus cædebatur. Cumque senex cruentis manibus internorum tractaret viscerum partes, jocinoris^e fibras, atque inter præcordia et exta animalium investigare aliquid tentaret divinum, turbata omnia cernit, nec ea quæ cupiebat scire poterat certus agnoscere. Exclamavit turbatus, et ait: Heu! heu! nescio quid hic agitur, quod diis nostris contrarium esse putatur. Video enim deos nostros a longe discedere, nec de præparatis sacrificiis aliqua prælihare. Et hic, ut res ipsa docet, de officiis quorumpiam deorum, qui nobis adversari sunt soliti. **768** Et mirum, si ad hanc fugam non aliqui de cultoribus Dei Christi, quem crucifixum asserunt, deos nostros impellant. Thurbula thymiamatis refrigescunt, aræ tepescit ignis^f, et ipsum quoque ferrum injectum victimis hebetari conspicitur. Require nunc, sacratissime Auguste, quis astet, qui ablutus balsamo unctus, et abscedat protinus, ut accedant dii quos invocamus. Et hæc dicens, ac si ipsum cerneret de his Christum ultorem, procidens ad terram exanimis, offensa proclamatum numina. Tunc et ipse imperator, deposito diademate, ait: Quis est hic numinibus nostris contrarius, ac religionis Christianæ socius, qui frontem chrismatis inscriptione signatam ferat, lignumque crucis adoret? ne moretur edicere. Tunc unus de armigeris Augusti in medio positus, projecit arma solo, et ait: Ego sum, cujus Deus Christus est, et qui ejus baptismo ablutus, et cruce redemptus sum; qui semper ejus nomen invocabam, dum sacerdotes vestri dæmonis hæc quæ sunt apposita consecrarent. Ejus nomen fugiunt dii vestri, nec possunt in loco illo stare, ubi tantæ majestatis nomen fuerit invocatum. Hæc dicente puero, obstupefactus imperator et tremens, reliquit templum dæmoniorum^g, tantusque omnes astantes Dei timor accendit, ut nullus Augustum ad palatium sequeretur, sed cuncti, erectis ad cælum palmis et oculis, Dominum Christum uno ore unoque consensu laudabant, atque ut eisdem adjutor existeret, voce supplicis invocabant. Quæ^h relatio, ne cui fortassis videatur incredula, paucos ex his subjiciam versus:

Principibus tamen e cunctis non deficit unus, Quem pueroⁱ memini, ductor fortissimus armis, Conditor et legum celeberrimus, ore manuque Consultor patriæ, sed non consultor habendæ

ollam a Joanne papa et Symmacho patricio, quos occiderat, fuisse projectum, apud Gregorium Magnum lib. IV Dialog. cap. 30.

^e Deest hoc caput in Clar. a. In aliis scriptis hunc habet titulum: *De Christiano qui coram pagano immotante stetit.*

^f Dicitur vulgo Apotheosis, ex quo versus sequentes descripti sunt a 449 ad 502, aliquot omissis.

^g Cod. Laud., *Lacinoris*. Colb. a, *viscerum fibras atque inter exta.*

^h Cod. Laud., *ara tabescit.*

ⁱ Colb. a, *templum idolorum.*

^h Quæ sequuntur ad finem capitis omittuntur in cod. Clar. b.

ⁱ In Colb. b. supra puero additur *me*, et quidem Prudentius habet: *Me puero ut memini.*

Relligionis, amans ter centum millia divum
769 Augustum caput ante pedes curvae Minervæ,
 Fictilis et soleas Junonis lambere, plantis^a
 Herculis advolvi, genua incerare^b Dianæ.
 Forte litans Achaten^c placabat sanguine multo,
 Vittatus de more senex, manibusque cruentis
 Tractabat trepidas letali frigore fibras,
 Postremosque animi pulsus in corde tepenti,
 Callidus interpres, numeris et fine notabat;
 Cum subito exclamat media inter sacra sacerdos
 Pallidus: Eu quid ago? majus, rex optime, majus
 Numen nescio quod nostris intervenit aris:
 Accitas^d video longe dispergier umbras.
 Nescio quis certe subrepsit Christicolarum
 Hic juvenum: genus hoc hominum tremi infula et
 [omne

Pulvinar divum: lotus procul absit et unctus,
 Pulchra reformatis redeat Proserpina sacris.
 Dixit, et exsanguis collabatur, ac velut ipsum
 Cerneret exserto minitantem fulmine Christum.
 Ipse quoque exanimis, posito diademate, princeps
 Pallet, et astantes circumspicit^e, æquus alumnus
 Chrismatis inscripto signaret tempora signo^f,
 Qui Loroastræos turbasset fronte susurros?
 Armiger e cuneo puerorum flavicomantum^g,
 Purpurei custos lateris dependitur unus,
 Nec negat, et gemino geminata hastilia ferro
 Projicit, ac signum Christi se ferre fatetur.
 Prosiluit pavidus, dejecto antistite, princeps,
 Marmoreum fugiens, nullo comitante, sacellum;
 Dum [Prud. ed., Tum] tremefacta cohors, dominique
 [oblita, supinas

770 Erigit ad cælum facies, atque invoat Iesum.

Hôs tantum versiculos ad hæc quæ narravi confir-
 manda^h, inserui lectioni, ostendens quid nomen
 Christianum, quid crucis vexillum prosit his qui
 fide credentes, opere perficiunt quæ crediderunt,
 sicut superius dictum est.

CAPUT XLII.

De templo beati Laurentii.

Templumⁱ erat in quodam loco beati Laurentii,

^a Colb. a, *plantas*. Quæ sequuntur ad finem capi-
 tis non habentur in cod. Bellov.; vox tamen *plantis*
 refertur ad versum sequentem. Soleæ sunt sandalio-
 rum genus, de quibus in Actis sanctorum Fructuosi
 et aliorum, et in Vita sancti Fulgentii num. 18.

^b Alii, *incurvare*. Nostra lectio melior est, ut mo-
 net Heinsius. Eadem voce utitur Prudentius in Ha-
 martigenis; et Juvenal. Satyra 10, *genua incerare*
deorum.

^c Lege *Hecaten*. Hæc est Diana, quæ in cælis Luna,
 in infernis Proserpina dicebatur. Hecaten dictam
 putant, quod centum victimis placaretur, cui rei
 alludere videtur Prudentius. Infra dicitur *Persephone*.

^d Aliquot Ed. Prudentii, *Ascitas video*. Melior
 lectio, ut monet Heinsius, esset *eccitas*, pro *excitas*,
 quæ vox apud veteres maxime erat in usu ad res ma-
 gicas exprimentas. Ammian. Marcell., *infernis ma-*
nibus excitis, etc.

^e Heinsius, *circum inspicit*.

^f Mss. 3, cum Prudentio Heinsii, habent, *signaril...*
tigno.

^g Hinc Heinsius infert hunc armigerum e prætorianis
 militibus Germanis, aut aliis Septentrionalibus
 populis fuisse, quod illi solerent habere flavos capil-
 los, et quidem promissos.

^h Eadem ferme quæ hic Gregorius ex Prudentio
 narrat, habet Lactantius lib. iv Institutionum, et
 in aureo libello de Mortibus Persecutorum, cap. 10,
 ubi hæc Diocletiano imp. contigisse scribit. Quæ prima
 fuit persequendorum Christianorum occasio, cum
 antea Diocletianus optimo semper animo erga Chris-
 tianos fuisset, ut fusiùs narrat Eusebius lib. viii
 Hist. eccles. In Chronico autem persecutionem con-
 tra milites in Oriente a Veturio inchoatam anno 302
 consignat. — Paulus Baudri Calvinianus, vir eruditus,
 qui Lactantii libellum de Mortibus persecutorum cum

A et reliquiis et nomine consecratum, quod per incu-
 riam longinqui temporis valde detectum erat (An.
 358, 10 Aug.) Quod cum renovare loci incolæ vel-
 lent, silvas adeunt, incisa levigataque ligna, trabes
 efficiunt, impositasque plaustris ad locum exhibent.
 Quibus per humum ad ordiendum extensis, una bre-
 vior est reperta: statimque sacerdotis animum qui
 ad hæc insistebat dolor maximus attingit, et flens
 valde, quid ageret, quo se verteret, ignorabat. Tunc
 intuens roborem brevioris, ait: O Laurenti bea-
 tissime, appositus igni glorifica te, semper pauperes
 fovens ac reficiens: cogita paupertatem meam, quia
 non est exiguitati nostræ facultas, qualiter hic alia
 exhibeatur. Illico, cunctis attonitis, trabs crevit in
 tanto spatio longitudinis, ut necesse esset partem
 B magnam incidi. De qua, industria plebis, beneficia
 perdere nefas putans, credens eam manu Martyris
 tactam ac prolongatam, partem quæ superfuerat fru-
 statim decerpens, diversas infirmitates sæpe submo-
 vit. Quod Fortunatus presbyter his versibus prose-
 cutus est:

Laurenti merito flammis vitalibus uste,

771 Qui fervente fide victor ab igne redis,

Dum tibi templa novant breviori robore plebes,

Creveruntque trabes, crevit et alma fides.

Stipite contracto tua se mercede tendit,

Quantum parva prius, postea cæsa fuit;

Crescere plus meruit succisa securibus arbor;

Et didicit sicca longior esse coma,

Unde recisa fuit. Populis fert inde salutem;

Si venit intrepidus, lumina cæcus habet.

Multo plures exinde scripsit versiculos^j, quos ego
 C prætermisi, hos tantum pro testimonio veri [Al. viri]
 scribens. Acta sunt autem hæc apud Brionas^k Italiæ

variorum notis edidit, suisque observationibus illu-
 stravit, occasione juvenis Christiani qui signo crucis
 edito sacrificia deorum perturbavit, fatetur consue-
 visse Christianos jam a primis Ecclesiæ sæculis Chris-
 ti signaculo sese mudire, profertque Tertulliani ea
 de re insignem locum ex lib. de Corona militis cap. 3,
 ubi legitur: *Ad omnem progressum atque promotum,*
ad omnem aditum et exitum, ad vestitum et calceatum,
ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad se-
ditia, quacunque nos conversatio exercet, frontem cru-
cis signaculo terimus, etc. Paulo inferius laudat Theo-
 doriti Hist. locum ex lib. iii cap. 3, ubi Julianus
 Apostata dæmones crucis signo fugasse dicitur, alia-
 que ejusmodi exempla apud veteres passim haberi
 innuit. Sed cum exinde Catholicorum religionem in
 servandis primævæ Ecclesiæ moribus laudare de-
 buisset, rem alio vertit, contenditque sectam suam,
 quæ hunc morem abiecit, improbari non posse, quod
 iste signandi sese ritus nusquam in Scripturis com-
 pareat. Quasi vero liceat improbare quæ ab apostolis
 aut eorum discipulis accepta posteris Ecclesia com-
 mendavit.

ⁱ Deest hoc caput in Colb. tut. In Clar. b vero
 desideratur simul cum quatuor sequentibus.

^j Est carmen 14 libri ix, quod viginti duos com-
 plectitur versus.

^k *Regionem Brionum* in qua sanguis pluit memorat
 Paulus Diac. lib. iv Hist. Langob. cap. 4. De eadem
 lib. ii cap. 13, sicut et Fortunatus in epistola ad no-
 strum Gregorium. *Breones* in comitatu Tirolensi non-
 nulli locant, de quibus auctor Vitæ sancti Corbiniani.
Brios prope Vercellas habet Ortelius, ubi, ut ait,
 Carolus Calvus imp. interiit. At Carolus apud *Brios*
 quidem animam egit, sed jam Alpes ipsumque
 montem Cinisium, Roma in Gallias rediens, supe-
 raverat.

castrum. Nam vidi ego hominem, qui, graviter dentium dolore laborans, accepta de hoc ligno a sacerdote particula, statim ut dentem attigit, dolore protinus caruit. Sed nec illud silendum putavi, quod reliquiae ejus ab incendio hostilitatis ereptae, a quodam homine in Lemovicinum delatae sunt. Qui cum saepius admoneretur per visum, ut easdem Aredia abbati deferret, nec jussionem impleret, ipse eum conjuge et omni familia aegrotare coepit. Tunc necessitate compulsus, ut eas viro sancto detulit, mox sanitati restitutus abscessit.

CAPUT XLIII.

De Cassiane martyre.

Cassianus ^a martyr Italiae, puerorum magnificus doctor, adveniente persecutione, ipsi puerili ac tenero gregi persecutorum judicio traditur (*An. ... 13 Aug.*). At illi magistri sanguinem sitiens, ceratas in ^b caput illidunt tabellas, secantes latitudinibus stylorum, punctisque minutis transverberantes **772** membra magistri, dignum Dea martyrem effecerunt: in cuius honore hodieque tantus timor habetur, ut nullus penitus de ejus rebus aliquid sit ausus attingere. Quod si fecerit, aut arripitur daemone, aut morte repentina consumitur, non tamen immunis ab ultione recedit.

CAPUT XLIV.

De Agricola et Vitali martyribus.

Agricola ^c et Vitalis apud Bononiam Italiae urbem pro Christi nomine crucifixi sunt (*An. circ. 305, 4 aut 29 Nov.*): quorum sepulera, ut per relationem fidelium cognovimus, quia nondum ad nos historia passionis advenit, super terram sunt collocata. Quae cum a multis, ut sit, vel tangerentur manu, vel ore oscularentur, admonitus est aedituus templi ut immundi ab his arcerentur. Quidam audax atque facinorosus opertorium unius tumuli removit, ut scilicet aliquid de sacris auferret cineribus: missoque introrsum capite, oppressus ab eo, vix ab aliis liberatus, confusus abscessit: nec accipere meruit quod temerario ausu praesumpsit; sed cum majore deinceps reverentia sanctorum adivit sepulera. Alius quoque tributa publica deferens, sacculum pecuniae dum iter ageret, negligenter amisit. Appropinquans autem civitati, recognoscit se amisisse sacculum publicum

^a Ejus martyrium describit Prudentius in libro *περι στεράνων*, hymno 9. Passus est Imolae, quae urbs alias *Forum Cornelii* seu *Syllae* appellatur, in Roman-diola, sub ditione pontificia et Ravennate metropoli. Ejus sacrum corpus in ecclesia cathedrali, quae ab eo saneti Casiani dicitur, asservatur sub majore altari. Ipsius festum agitur die 13 Augusti, sed incertum est quo anno, vel sub qua persecutione passus fuerit. Ejus martyrii historiae compendium exhibet Beda in Martyrologio sincero.

^b In Colb. a et Clar. a deest in. Nam hic, sicut et alias saepe, quartus casus pro sexto adhibetur. Unde Colb. tut. habet, *ceratis caput illidunt tabellis*.

^c Istud caput et duo sequentia desunt in Colb. tut. Horum martyrum passionem descripsit sanctus Ambrosius initio libri de Exhortatione virginitatis, quorum sacra corpora sub altari deposuerat, ut nar-

quod ferebat. Tunc prostratus coram sepulcris Beatorum, cum lacrymis deprecatur ut perditum eorum virtute reciperet, ne ipse conjuxque ac liberi, ob id captivitati subigerentur. Egressus autem foris in atrium, virum qui hanc pecuniam in via jacentem repererat nactus est: scrutatuque diligenter **773** illius horae tempore hic sacculum invenisse se dixit quo iste martyr auxilium flagitavit. Horum reliquias Namacius ^d, Arvernorum episcopus, devote expetit, ut scilicet eas in ecclesia quam ipse construxerat collocaet: direxitque unum illuc presbyterum, qui, abiens cum Dei gratia, quae petierat detulit. Regressusque eum sociis, in quieto ab Arverna urbe milliario revertentes, metatum accipiunt, et ad episcopum missos dirigunt, ut eis quid agant jubeat ordinare. Mane autem facto, sacerdos admonitis civibus, cum crucibus et cereis ad occursum sanctorum reliquiarum devotissimus properat. Cumque ei presbyter offerret ut beatas reliquias aspiceret, si juberet. Et ille: Mihi, inquit, magis est haec credere quam videre; sic enim in Scripturis legimus sanctis, quia ipse Dominus beatos illos judicat, qui in eum cum non viderint credidissent (*Joan. xx, 29*). Hae itaque sacerdotis fide pollente, Dominus sanctos suos glorificat in virtute. Nam venientibus illis, subito contenebratum est caelum: et ecce imber umbrosus atque terrimus super eos descendit: et tanta pluvia ibidem est diffusa, ut flumina per vias illas currere cernerentur. Verumtamen circa sancta pignora per unum abeuntibus illis, pluvia eos a longe, quasi praebens obsequium, sequebatur, populum fovens, gestatores autem pignorum non attingens. Hae videns pontifex, magnificavit Dominum, qui, fidei suae sic favens, talia ad Sanctorum gloriam operari dignatus est. Congregatis vero civibus cum magno gaudio atque devotione, sanctam ecclesiam his illustratam pignoribus dedicavit.

CAPUT XLV.

De sancto Victore martyre.

774 Magnificatur etiam apud Mediolanensem urbem Victor ^e inelytus martyr, quod saepius vincos ab ergastulis dissolvat, captivosque liberos abire permittat (*An. 305, 8 Maii*). Igitur quodam tempore

D

rat Paulinus in ipsius Vita. Eosdem laudant sanctus Paulinus poemate 24, et alii. Jovinus praefectus militiae in Galliis, tum consul, laud multo post eorum martyrium Remis basilicam insignem sub sancti Agricolae nomine construxit, in qua et ipse sepultus est. Hodieque subsistit sancto Nicasio sacra, quam incolunt monachi Benedictini e cong. sancti Mauri.

^d De sancto Namacio et ecclesia ab eo aedificata Gregorius lib. II Hist. cap. 16, quod vide. Hae ecclesia, cathedralis scilicet, primo sanctorum Vitalis et Agricolae dicta est, tum sancti Laurentii, ac denique sanctae Mariae, quod nomen hodieque retinet. Vide Continuar., ad an. 354, mm. 4. Est tamen altera item apud Claroumontem sancti Laurentii ecclesia. Adi Savaron., in lib. de Ecclesiis Clarom. cap. 1 et 5.

^e Hunc martyrem laudat Ambrosius inter speciales Mediolani patronos, libro VII in Lucam. Narrat

Apollinaris cum Victorio duce a Italiam petiit, quem A aiunt apud urbem Romam interfectum b. Apollinarem incolæ loci quasi captivum retinebant, dicentes: Non videbis patriam tuam, sed dignas ut satelles tuus pœnas exsolves. Hæc autem comminati, miserunt enim in exsilium apud urbem Mediolanensem. Factum est autem ut adveniente festivitate sancti Victoris, convenientibus populis, e hic vigiliis interesset, sub libera enim custodia absolutus attendebatur, prostratusque coram sacro sepulcro sancti Victoris, cum semper, tum impensius orare cœpit, ut cum virtus Martyris ab hoc exsilio liberaret. Circa medium vero noctis, egressus ab æde, audivit unum de egenis loquentem ad alium, atque dicentem: Quid putas, o compauper, quæ virtus sit hujus Martyris? Verum dico, nec fallor, quia in hac nocte quisquis B captivus domino per fugam dilabitur, absolutus in patriam accedit, nec prorsus ultra reperitur. Hæc Apollinaris verba, quasi auspiciam ex Dei nutu missam accipiens, iterum atque iterum provolutus ad tumulum Martyris, orat ut, virtute ejus adjutus, absque impedimento possit abscedere. Moxque vocato puero, equam sterni præcepit dicens: Hodie absolvendi sumus a vinculo isto custodiæ. Et ascendentes ita Alpium juga congeriorum e oppleta multitudine pertransierunt, atque Arvernum perlati 775 sunt, virtute beati Martyris præeunte, ut a nullo interrogarentur quo tenderent, vel unde venirent: manifestumque est eos præsidio beati Martyris ab hac ærumna fuisse salvatos.

CAPUT XLVI.

De calice crystallino restaurato.

Est enim d apud eandem urbem basilica sancti

Ennodius, Ticinensis sæculo vi episcopus, epist. 24 lib. viii, se ipsum in extremis agentem oleo B. Victoris permixtum sanitatem miraculo recuperasse, quod in Eucharistico repetit. Ejus martyrii Acta habentur, sed quæ nulla pollent auctoritate. Mediolani in ecclesia sancti Victoris, Ad corpus dicta, requiescit, in qua Benedictinis monachis Olivetani substituti sunt an. 1507. Anno autem 1576 ejusdem sancti corpus e veteri in novam ecclesiam transtulit sanctus Carolus Borromæus. Qua de re videsis Puricellum in Monumentis Ambrosianis, et Bolland. ad diem 8 Maii.

a Apollinaris sancti Apollinaris Sidonii filius fuit, de quo Gregorius lib. ii Hist. cap. 57, et lib. iii cap. 2. De Victorio autem lib. ii, cap. 20 et 21.

b Editi et aliquot scripti, quo, ut aiunt. . interfectio.

c Sic Clar. a. At Mart. et Laud., juga, neque aliorum congeriorum, etc. Colb. a et Mor., neque alium. Rom., neque alium congeriosum. Clici., atque alium congerium montem oppleta. Bad., juga oppleta.

d Hoc caput et quatuor seqq. desunt in Clar. a; supra autem, cap. 42, actum est de basilica sancti Laurentii, sed apud Brionas. Unde conjicio verba *cujus supra*, etc., revocanda esse ad ipsum sanctum Laurentium.

e Sanctus Hieronymus in epist. ad Rusticum laudans sanctum Exsuperium, qui omnia pauperibus erogaverat, ait: *Nihil illo datus, qui corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro.*

f Sic etiam incipit in Colb. int., licet omissis capitibus tribus, in eo quod ibi præcedit non agatur de Mediolano. Ita etiam Clar. b, in quo tamen aliquis recentior detrita priori lectione reposuit, *In Medio-*

Laurentii levitæ, *cujus supra meminimus, ibique admirabili pulchritudine calix crystallinus e habebatur.* Acta vero quadam solemnitate, dum per diaconum ad sanctum altare offerretur, elapsus manu in terram ruit, et in frusta comminatus est. At diaconus pallidus et exsanguis, collecta diligenter fragmenta vaseculi super altare posuit, non diffusus quod eum possit virtus Martyris solitare. Denique in vigiliis, lacrymis, atque oratione deducta nocte, requisitum calicem reperit super altare solidatum. Quæ virtus cum populis nuntiata fuisset, tanta animos d votione succendit, ut a sacerdote peterent nova in honorem ejus Deo solemnia celebrari. Tunc pontifex loci, suspensus super altare calice, ex tunc agens, et in posterum per singulos annos devotissime festa instituit celebrari.

CAPUT XLVII.

De sanctis Gervasio et Protasio, Nazario et Celso.

In hac enim f urbe beatorum martyrum Gervasii Protasiique victricia 776 corpora retinentur (*An. circ. 66, 19 Jan.*), quæ diu, sicut ipsa passionis narrat historia g, sub fossa latuerunt, quæ beato Ambrosio revelata (*An. 386*), atque ab eodem reperta, in basilicam quam ipse proprio ædificavit studio ostensis miraculis sunt sepulta. De quorum reliquiis h quia maxime Turonica urbs seniores ecclesias continet illustratas, sed et per totum Galliarum ambitum, Deo propitio, dilatate sunt. Sermo quadam vice de his quibusdam religiosus est habitus, vel quæ de causa antedictæ reliquæ tam condensæ fuerint per loca singula distributæ. Et quæ super his, quodam referente, audivi, absurdum non putavi inserere lectioni, quia non continentur in historia *pas-*
lanensi. Editi, *In hac etiam.*

g Historiam passionis sanctorum Gervasii et Protasii nullam novius præter epistolam sub sancti Ambrosii nomine ad Italiæ episcopos, *Ambrosius servorum*, etc., sed quæ supposititia est, ideoque a nostris, cum antea, numero 53, recenseretur, in appendicem rejecta. Eorum vero inventionis a se factæ, et translationis historiam ipsemet sanctus Ambrosius narravit (epist. 54 ad Marcellinam sororem suam, quæ in nova editione est 22. Videndi quoque ea de re Paulinus in Vita sancti Ambrosii, sanctus Augustinus, lib. xii de Civitate Dei cap. 28, et lib. ix Confess. cap. 7. De eorundem reliquiis per universum ferre orbem transmissis, et de diversis miraculis quæ per eas conigere, præter eosdem auctores, scripsere sanctus Paulinus Nolæ episc. epist. 12, sanctus Gaudentius, et alii. Passi creduntur sub Neronis persecutione; at detecti sunt anno 386, cum Mediolani ferveret Justinæ Augustæ et Ariariorum adversus sanctum Ambrosium persecutio, die 17 Junii: die vero 19 sub majore altari basilicæ Ambrosianæ depositi fuerunt.

h Videtur hic locus librorum errore corruptus, quem tamen ope Mss. sanare non licuit. Indicare forsitan vult principales Turonensis urbis ecclesias sanctorum Gervasii et Protasii reliquiis fuisse illustratas, quo nomine designaret dubio procul ecclesiam cathedrali et sancti Martini basilicam. Nam vix usquam invenies senioris ecclesiæ nomine alias a cathedralibus apud Gregorium donatas fuisse. Paulo inferius Editi et omnes fere Scripti, excepto Coberthino tut., habent, *reliquæ tam condensatæ fuerint, per loca*, etc.

sionis. Aiebat enim quod quando hæc gloriosa corpora translata in ecclesiam illam fuerunt, dum in honorem ipsorum martyrum missarum solemnia celebrarentur, cecidisse e camera [*Id est, fornice*] tabulam unam, quæ illisa capitibus Martyrum rivum sanguinis elicuerit. De quo infecta linteamina, vel palliæ, sive vela ecclesiastica, beatus cruor collectus est: qui usque adeo confluisse fertur, quoad usque linteamina, qui susciperent, sunt reperta. Ex hoc enim eorum reliquiæ affatim collectæ per universam Italiam vel Gallias sunt delatæ. Ex quibus et sanctus Martinus multa suscepit, sicut Paulini beatissimi narrat epistola ^a.

De ^b sancti vero Nazarii ac Celsi pueri artibus, quos apud Ebredunensem Galliarum urbem passos lectio certaminis narrat (*An... 12 Jun.*), ipsa corpora et ita clam, propter paganorum insecutionem, **777** sepulta sunt, ut in tempora secutura oblivioni darentur. Referre erat solitus vir ille, qui de supradictis sanctis quæ præfati fuimus enarravit, natam fuisse super hæc sepulera pîrum arborem, et fecisse quemdam pauperem hortulum in hoc loco, qui hanc arborem concludebat. Verum cum poma juxta morem tempore debito ferret, quicumque exinde infirmus, qualibet ægritudine detentus, pomum mordicus decerpisset, mox, ablata infirmitate, convalescebat; unde magnum quæstum pauper ille habebat. Sed cum se revelantes Martyres, arborem incidi jussissent, pauper ille in magnis fletibus prorumpens, incidi arborem non sinebat. Quo remoto, succisa piro, basilica miro opere ædificata est, in cujus etiam altari beati Genesii Arelatensis martyris (*V. infra, cap. 68*) reliquiæ venerantur. Tantaque pauper ille fide prælatus est, ut sacerdotium in hac Ecclesia deinceps promeretur.

CAPUT XLVIII.

De sancto Saturnino.

Saturninus ^c vero martyr, ut fertur, ab apostolorum ^d discipulis ordinatus, in urbem Tolosatium est directus (*Post an. 250, 29 Nov.*). Qui impulsu paganorum, bovis petulci religatus vestigiis, per gradus Capitolii præcipitatus, præsentem finivit vitam, capitulis compage dispersa. Cujus reliquiæ cum a quibusdam religiosis in regionem alteram transferrentur,

^a De hac epistola vide Hist. lib. x cap. 51, n. 5.

^b Quæ sequuntur sub alio capituli titulo in mss. habentur, omnino vero desunt in Clar. b. Nazarius et Celsus, qui hic a Gregorio apud Ebrodunum passi dicuntur, alii non esse plerisque videntur ab iis qui Mediolani martyrium consummasse dicuntur sub Nerone. Eos tamen Ado alique diversos esse sentiunt. Celebris priorum fuit sæculo v memoria, ob sacras eorum reliquias a sancto Ambrosio an. 395 ant sequenti inventas, ut scribit Paulinus in ipsius Vita. Aliquid vero de rebus eorum gestis narrant Ennodius episc. Ticinensis sæcula vi et antiquus auctor sub nomine sancti Ambrosii vulgo editus. In Actis eorum vulgatis Nazarius Ebroduni Christi fidem prædicasse memoratur. Cæterum utrique, sive diversi sint, sive iidem, die 12 Junii apud Adonem memorantur; quo die Martyrologium Romanum alium item

A itineris ordo contulit, ut Brivatensis pagi situm in Arverno territorio terminum præterirent. Sole quoque ruente, ad hospitium cujusdam pauperis divertunt, mansionis postulando necessitatem. Recepti quoque ab homine, quid exhibeant narraunt. At ille humanitatis intuitu, et Dei timore commotus, capsam cum reliquiis in cellam penariam ponit, ac super annonam, quæ erat in vase condita, locat. Mane quoque dato, viri, acceptis pignoribus, gratias agentes homini, iter **778** quod cœperant abierunt. Sequenti vero nocte admonetur vir ille, per visum dicente sibi quodam sene: Ne maneat in hoc loco; sanctificatus est enim a pignoribus martyris Saturnini. Ille quoque parvipendens visionem, nihil de his, ut habet rusticitas, quæ admonitus fuerat retractavit. Nec mora, irruit in tædium, ac parvitas facultatis ejus cepit paulatim minui, uxor vero illius ab alio languore tabescere. Quid plura? infra unum annum in tantam redactus est exiguitatem, ut nihil ei unde ali aut legi posset, sicut humana deposcit necessitas, remaneret. Tandem conversus ad se, dixit ad conjugem: Peccavi coram Deo et sanctis ejus, qui ab hoc hospitio, sicut sum admonitus, non recessi. Et scio quod ob hoc nobis mala quæ patimur accesserunt. Nunc autem pareamus visioni quam vidimus, et removeamus hæc hospitium a loco isto, ut salvemur. Tunc amoto tûgurio, oratorium ex ligneis formatum tabulis collocavit; in quo quotidie orationem fundens, opem beati Martyris flagitabat. Tandem cessantibus plagis, aptanti manus ad operam tanta fructuum consequentia fuit, ut in modico temporis spatio amplius quam perdidit, repararet. Hæc infra nostrum territorium gesta sunt. Sed nec hoc silebo ad comprimendam malorum superbiam, quod Plato quidam, Chlotharii regis tempore, ad Pauliacense monasterium accedens, in ejus oratorio hujus sancti reliquiæ continentur; et pro eo quod munus aliquod ab abbate non accepisset, dixisse fertur: Ego faciam de hac ecclesia domum regis, in cujus uno angulo equites [*Al. equi ejus*] alantur. Et cum furor discedens, dum ad principem abire disponit, comprehensus a febre, die tertia spiritum exhalavit: descendensque velociter ad infernum, domum Dei reliquit ad cultum ejus cujus prius fuerat nomine consecrata.

D Nazarium commemorat, Mediolanensem vero cum Celso 12 Julii.

^c Deest hoc caput in Colb. tut., in Clar. b vero cum duobus seqq.

^d Si eo nomine apostolos vere intelligit Gregorius, dissentit a se ipso in lib. i Hist. cap. 50, ubi, ex ipsiusmet Saturnini Actis, ejus Tolosani episcopus initium *Decio et Grato* coss., id est anno 250, consignat. Erat forte jam tunc, ut hodie superest, vulgi traditio sanctum Saturninum ab ipsis apostolis ordinatum fuisse episcopum, et in Gallias missum, quam hic secutus est Gregorius; quanquam ejus Acta, quæ sincera esse existimamus, aliud habeant. Vide Acta Mart. sincera, pag. 109, ubi plura de hoc sancto antistite observavimus. Ejus martyrium Apollinaris Sidonius, lib. ix epist. 16, et Fortunatus, lib. ii carm. 8, celebrant.

CAPUT XLIX.

A

Passio et nomina quadraginta octo martyrum.

779 Quadraginta vero octo martyrum ^a nomina, qui apud Lugdunum passi dicuntur (*An. 177, 2 Jun.*), hæc sunt: Vectius, Epagatus, Zacharias, Macarius, Alcibiades, Silvius, Primus, Ulpus [*Al. Alpius*], Vitalis, Comminus, October, Philominus, Geminus, Jalia, Albina, Grata, Æmilia, Posthumiana, Pompeia, Rodone, Biblis, Quarta, Materna, Elpenipsa, Stamas. Hi autem bestiis traditi sunt, Sanctus et Maturus, Alexander, Ponticus, Blandina. Hi sunt qui in carcere spiritum reddiderunt: Arescius, Fotinus, Cornelius, Zotimus, Titus, Zoticus, Julius, Æmilia ^b, Gaumite, Pompeia, Alumna, Mamilia, Justa, Trifime, Antonia, et beatus Fotinus ^c episcopus. Quorum sancta corpora iudex iniquus igni tradi præcepit, exustisque, in Rhodanam pulveres jussit spargi. Sed postquam hæc gesta sunt, cum Christiani mœrorem maximum haberent, quasi deperissent beatæ reliquæ, nocte apparuerunt viris fidelibus in eo loco, quo igni traditi sunt, stantes integri ac illæsi. Et conversi ad viros dixerunt eis: Reliquæ nostræ ab hoc colligantur loco, quia nullus periit a nobis. Ex hoc enim translatus sumus ad requiem, quam nobis promisit rex cœlorum Christus, pro cuius nomine passi sumus. Hæc renuntiantes viri illi reliquis Christianis, gratias egerunt Deo, et confortati sunt in fide, colligentesque **780** sacros cineres, ædificaverunt basilicam miræ magnitudinis in eorum honorem. Et sepelierunt beata pignora sub sancto altari, ^C ubi se semper virtutibus manifestis cum Deo habitare declaraverunt. Locus autem ille in quo passi sunt, Athanaco ^d vocatur, ideoque et ipsi martyres a quibusdam vocantur Athanacenses.

^a Hi sancti tuere martyrum Gallicanorum primitiæ, si vera sit Eusebii, Sulpicii Severi et aliorum veterum sententia, qui occasione istorum martyrum Lugdunensium asserunt sub Marco Aurelio imp. primum visa esse in Galliis martyria. Egregia eorum certamina descripta sunt (a sancto Irenæo, ut putant viri eruditi) in epistola nomine ecclesiarum Viennensis et Lugdunensis scripta ad Phryges et Asianos, quam nobis fere integram servavit Eusebius lib. v Hist. eccles. cap. 1. Eorum nomina cum antiquis Martyrologiis contulimus in Actis Mart. sinceris, pag. 47.

^b Colb. tut., *Æmilius*. Cæteri Mss., *Æmelia*, ut supra.

^c Alii, *Photinus*, melius ex Græco scriberetur *Photinus*. Porro horum 48 martyrum nomina pollicitus est Gregorius, et non nisi 45 exhibet. Omittit *Attalum* in epistola Lugdunensis Ecclesiæ celeberrimum. In vet. Martyrologiis habentur *Rogata*, *Apollonius*, *Geminianus*, *Julianus*, *Ausonius*, *Donna*. Ex Vita sancti Bernardi episc. Viennensis, parte II, sæc. IV Benedictini, *Severinus*, *Exsuperius* et *Felicianus*. Passi sunt variis diebus sub M. Aurelio.

^d Colb. a, *Athenaco*, et infra *Athenacenses*, quæ lectio nominis ætymologiæ magis congrua videtur; sic enim dictus est locus ille ab Athenis, quod ibi ara esset celebris apud veteres, ob certamina facundie Græcæ et Latine a Caio Caligula instituta. Celebrior postmodum fuit ob sanctos martyres, ibique basilica nobilis excitata est cum monasterio insigni ordinis

CAPUT L.

De sancto Fotino, Lugdunensi episcopo.

Igitur ^e martyrio consummatus gloriosus Fotinus episcopus, qui Lugdunensi præfuit urbi sacerdos, per certaminis nobilis meritum invecus est cœlo (*An. 177, 2 Jun.*). Cui et merito et sanctitate condignus Irenæus ^f successit episcopus, per martyrium et ipse finitus (*An. 203, 28 Jun.*). Ille in crypta basilicæ beati Joannis sub altari est sepultus. Et ab uno quidem latere Epipodius (*An. 178, 22 et 24 April.*), ab alio vero Alexander ^g martyr est tumultus. De quorum monumentis si pulvis cum fide colligatur, extemplo medetur infirmis. Magna enim claritas in crypta illa continetur, quæ, ut credo, meritum Martyrum signat.

CAPUT LI.

De Benigno, martyre glorioso.

Benignus ^h autem dominici nominis testis, apud Divionense castrum martyrio consummatus est (*An. 178, 1 Nov.*). Et quia in magno sarcophago post martyrium conditus fuit, putabant nostri temporis homines, et præsertim beatus **781** Gregorius episcopus ⁱ, ibi aliquem positum fuisse gentilem. Nam rustici vota inibi dissolvebant, et quæ petebant velociter impetrabant. Ad hoc ergo Beati sepulcrum quidam, dum exinde multa beneficia perciperet, cereum detulit; quo accenso, domum rediit. Puernus enim parvulus hæc observans, illo abeunte, descendit ad tumultum, ut ardentem cereum exstingueret et auferret. Quo descendente, ecce serpens miræ magnitudinis de alia parte veniens, cereum circumcingit. Puer autem timens sursum rediit, et bis aut tertio cereum auferre tentans, obsistente angue non potuit. Talia et his similia beato pontifici nuntiata, nullo modo credebant, sed magis ne ibidem adorarent fortiter testabatur. Tandem aliquando Dei Martyr beato se confessori revelat, et dicit: Quid, inquit, agis? non solum quod tu

Benedictini, quod nostris diebus ad canonicos sæculares transit.

^e Confer hoc caput cum 27 libri I Hist.

^f Aliquot Mss., *Hereneus*. Ejus Acta jam sæculo vi perierant; passus esse videtur circa an. 203. Vide Acta Mart. sincera, pag. 59. De crypta in qua sanctus Irenæus cum aliis martyribus sepultus est, vide diem 6 Junii Bollandiani in Chiffletii Illustrationibus Claudianis, cap. 4, pag. 676 et seqq. Calviniani hæretici, quos vulgo Huguenotos appellant, an. 1562, capto Lugduno, sancti Irenæi sepulcrum violaverunt; ejusque sacrum corpus dissipaverunt; capitis cranium ex eorum manibus casu ereptum hodie Lugduni religiose asservatur.

^g Horum passionem dedimus inter Acta martyrum sincera, pag. 61. Vide lib. de Gl. Conf., cap. 64.

^h Hoc caput deest in Colb. tut., laudatur in Chronico sancti Benigni. Omnes fere Mss. habent, *Benignus autem ac dominici*, etc. Hujus sancti martyris Acta supersunt, sed quæ non carent nævis. De eo, ipsiusque inventionione, basilica insigni, ac monasterio Divionensi fuse agitur in Chronico ejusdem loci, tomo I Spicilegii Acheriani edito. Eum sub Marco Aurelio passum fuisse censemus, quod sancti Polycarpi discipulus dicatur in antiquioribus monumentis. Vide Acta Mart. sincera, pag. 68 et 69.

ⁱ Is est Gregorius episc. Lingonensis, cuius Vitam habes infra inter Vitas Patrum, cap. 7.

despicis, verum etiam honorantes me spernis. Ne facias, quæso, sed tegmen super me velocius præpara. De qua ille visione, concussus beatum sepulcrum adit, ibique diutissime pro ignorantia cum fletu veniam deprecatur. Et quia crypta illa quæ ab antiquis inibi transvoluta^a fuerat diruta erat, rursus eam beatus pontifex reædificavit, eleganti transvolvens opere. Sed sanctum sepulcrum, nescio qua causa faciente, foris evenit. Quod ille intus transferre cupiens, convocavit ad hoc opus et obsequium ablates atque alios religiosos viros; in quo conventu grande miraculum beatus Martyr et populis et suo præstitit confessori. Erat quippe validam, ut supra diximus, illud sarcophagum, ut tale in isto tempore nec tria paria boum trahere possint. Cumque diutissime morarentur, nec invenirent qualiter ipsum intus inferrent, sanctus Gregorius illuminatis cereis cum grandi psallentio^b apprehensum a capite Martyris sarcophagum, et duo presbyteri ad pedes, moventes illud, in cryptam habilissime detulerunt, et ubi ipsis fuit placitum composuerunt: quod **782** non minimum populis spectaculum fuit. Post paucos autem annos ab emittibus in Italiam passionis ejus historiam allatam beatus confessor accepit. Sed et deinceps sanctus Martyr multis se virtutibus manifestavit in populis. Nec moratus, super cryptam illam basilicam magnam jussit ædificari^c. In proximo autem est et alia basilica, in qua Paschasia quædam religiosa veneratur. Nam visum est eo tempore structoribus quamdam anum egressam fuisse ab ipsa basilica, nigra veste, cigneo capite, vultuque decoro [*Al. decora*], quæ sic affata est structores: Eia, dilectissimi, perficite opus bonum: eleventur machinæ quibus erigitur hæc structura, et merito acceleretur quæ talem habet executorem. Nam si permitteretur ut vestrorum oculorum acies contempleretur, nempe videretis vobis operantibus sanctum præire Benignum. Hæc effata, basilicam de qua egressa fuerat ingrediens, nulli ultra comparuit. Autumabant enim ejus temporis homines, beatam ibi apparuisse Paschasiam^d. Super lapidem vero illum in quo cum plumbo remisso pedes ejus confixi fuerunt, factis loculis, vinum aut sicceram multi infundunt: unde si aut oculi lippitudine gravati, aut quælibet vulnera fuerint peruncta, protinus fugata infirmitate sanantur, quod ego evidenter expertus sum. Nam cum mihi nimia lippitudine oculi gravarentur; ex hoc sacro unguine tactus, dolore protinus carui. Cum autem ad Arverniam re-

gionem lues illa inguinaris adveniret, quæ sancti Galli episcopi oratione depulsa est [*V. Hist., l. iv, cap. 5*], et in subita contemplatione parietes domorum atque ecclesiarum signarentur, atque caraxarentur, matri meæ apparuit in visu noctis quasi vinum, quod in apothecis nostris habebatur, sanguis esset effectus. Cui lamentanti ac dicenti: Væ mihi, quia signata est plagæ domus mea ait ei vir quidam: Nosti, inquit, quod post pridie, quod erit in Kalendis Novembris, passio Benigni martyris celebrabitur? **783** Novi, ait. Vade, inquit, et vigila totam noctem in honore, ac revoca^e missas, et liberaberis a plaga. Expergefacta autem a somno, implevit quæ sibi fuerant imperata, signatisque vicinorum domibus domus nostra inviolata permansit.

CAPUT LII.

De sancto Symphoriano.

Symphorianus^f martyr apud Augustodunensem urbem martyrium consummavit (*An. 179, 22 Aug.*). De loco autem illo ubi gladio percussus est, et sanguis ejus effluxit, quidam religiosus tres lapillos cum sanguine levavit, et in capsâ argentea reconditos in ecclesiam ligneis constructam tabulis, apud Turingerum (*V. infra, cap. 67*) castrum nris Arverna: in altari sancto locavit. Tempore autem (*V. lib. iii Hist. cap. 12*) quo Theodoricus rex Francorum regionem illam everit, hoc castrum ab hostibus incendio concrematur. Cumque ab aliarum domorum exustione domus Dei, quæ, ut diximus, ligneis erat tabulis fabricata, igni apprehensa consumeretur, populi plangentes dicebant: Utinam vel beatæ reliquie non periissent! Interea cum prunarum magnus esset de incendio acervus effectus, subito aquilone flante atque urente, vehementer favillæ ab incendio relictæ, per diversa jaciuntur, et ecce capsâ illa argentea illæsa refulgens, tanquam sidus præclarum apparuit. Colligentes autem eam qui tunc aderant clerici, requirentes, nihil de beatis pignoribus dimittunt reperientes, mirati sunt inter tam valida incendia speciem tam tenuem sic fuisse salvatam, in qua, ut ita dicam, non solum hæc, sed etiam mille libræ argenti aut ferri potuissent sine mora dissolvi. Vero magna ibidem virtus apparuit, quæ populum ad Dei cultum et honorem sui nominis roboravit, qui **784** facta deinceps alia in eodem loco basilica, sanctas reliquias in altari posuerunt.

CAPUT LIII.

De beato Marcello Cavillonensi.

De beati vero Marcelli Cavillonensis^g martyris

in altero Clar. ad cap. 56. Acta sancti Symphoriani edidimus inter sincera Martyrum, pag. 69, ubi pura de illo observavimus.

^g Colb. tut. semper *Cavillonensis*. Sancti Marcelli Acta quæ edita sunt, illum e Martyrum Lugdunensium numero fuisse memorant, qui, furente persecutione, e carcere elapsus prope Cabillonem Prisco præsidi occurrat, a quo interrogatus, et se Christianum esse confessus, cingulo tenuis in terra defossus tertio post die expiravit. Ad ejus sepulcrum Guntramnus celebre monasterium construxit, de quo diximus ad cap. 1 Fredegarii in Chronico.

^a Sic ædificii fornix exprimit passim Gregorius.

^b Colb. a, *choro psallentium*. De sepulcro sancti Benigni ejusque basilica, etc., vide notas in cap. 44 libri de Gloria Confessorum.

^c Ibi etiam monachos sub Eustadio abbate a beato antistite insitutos fuisse narratur in Chronico sancti Benigni. De Paschasia infra agitur in lib. de Gloria Conf. cap. 45.

^d Quæ sequuntur ex hoc capite desunt in Clar. b.

^e Id est, celebrari curato. Vide Liturg. Gallic. lib. I, cap. 6, n. 4.

^f Deest hoc caput in cod. Colb. tut. Idem vero eum sequentibus ad cap. 57 inclusive deest in Clar. b;

virtutibus pauca ad nos mittenda memoriæ monimenta venerunt. Quæ quamlibet parva censeantur in dietis, ad eum tamen referenda sunt qui hæc operatur in singulis. Causa quædam existerat, ut Fedamius, Eunonii quondam Arverni presbyteri filius, Cavillonensem urbem adiret (*An. 179, 4 Sept.*), idemque apud basilicam sancti martyris Marcelli hospitalem habebat, ab abbate loci victus stipendia capiens; ipse enim quæ loquor exposuit. Inter duos, inquit, viros orta fuit intentio [*Al.*, contentio]: hisque litigantibus, in hoc lis ipsa subiit, ut eam sacramento dirimerent. Ingressique basilicam sancti Martyris, elevatis homo manibus ad perjurandum, cum nomen Sancti voluisset ore patulo nominare, hæsit vox in faucibus, nec lingua poterat ad officium reflecti. Sed ne hoc quidem parum videretur ad beati athletæ gloriam, ipse cum elevatis manibus quasi æneus totus irriguit. Tunc oratio facta pro eo, absolvi diaboli arte viactum obtinuit: ipse quoque post absolutionem sermone proprio opus suum confessus, quæ negligenter egerat emendavit.

CAPUT LIV.

De sancto Valeriano.

(*An. 179, 15 Sept.*) Huic martyri adjungitur, et sanguine et agone propinquus, beatus athleta Valerianus^a, qui apud castrum Trinorciense, quadragesimo a Cavillonensi urbe milliario, consummato **785** certamine tumulatus est. Igitur Gallus, hujus urbis comes, cœliaci^b morbi dolore gravatus, qui totam alvum non modo tortura, verum etiam tumore ita conflaverat, ut hydropticus putaretur, nihil edere, nihilque potus capere posset, fiebatque juxta hoc contagium ut inediæ morbo deficeret, qui prope exanimis, cum se cerneret desperatum, rogat se deportari ad beati Martyris tumulum. Ubi cum projectus fuisset, accessit ad eum Epirechius^c presbyter, qui tunc ipsam regebat ecclesiam, vir virtutum, et puræ mentis homo, sicut ipsi oculis nostris inspeximus, dixitque ei: Si vis sanus fieri, confide in virtute Martyris gloriosi. et voce ut nam trabem cum liga-

^a Valesianus, ut ejus Acta vulgata habent, simili modo ac Marcellus e Lugdunensi carcere elapsus, Trenorehii a Prisco præside tenus, post varia supplicia e pite plexus est. Ecclesiæ ad ejus sepulcrum constructæ additum est percelebre monasterium ordinis Benedictini, quod tandem ad sæculares canonicos transiit. Castrum vero Trenorehium, seu *Tinurtium*, aut *Tornusium*, vulgo *Tournuz*, non nisi 20 circiter milliariibus, id est leucis sex, ab urbe Cabilono dissitum est. De quo vide Valesii notitiam.

^b Colb. a, *cælici*. Bell., al. *mauu, ciliaci*, id est colici.

^c Colb. tul., *Epiricius*.

^d Mss. duo, *Apollonaris*. Horum martyrum Acta illos enim Mauro presbytero aliisque multis, Nerone imperante, sub Lampadio præside passos fuisse commemorant: quæ sententia non placet iis qui nullos martyres in Galliis ante M. Aurelii tempora admittunt. Videntur tamen Maximiani temporibus antiquiores; nusquam enim sub Rictio Varo præside passi, ut cæteri Belgiæ Galliæ istorum temporum martyres, dicuntur. De his Marlot. lib. 1 Metrop. Remensis cap. 21. Frodoardus Acta fere integra exhibet, sed

turis suis ad hujus templi teeta recuperanda transmittas. Erit enim tibi præsidium, si ea devote impleveris quæ promittis. At ille attentius orans, vovit quæ presbyter indicavit; statimque sanus factus, trabem nullo commonente ad basilicam Sancti exhiberi præcepit. Ecce quid præstat Dominus Jesus Christus in terris martyribus sanctis, quos glorificatos ascivit in cœlestibus regnis. Nec immerito, quia sacrum nomen ejus corde credentes, in operibus invocantes, in tentationibus confitentes, non modo ut fideles servi Domini sunt secuti, verum etiam et alios ut sequerentur suis exemplis incitaverunt.

CAPUT LV.

De Timotheo et Apollinari martyribus.

Timotheus et Apollinaris^d apud Remensium urbem, consummato **786** martyrio, cœlestia regna meruerunt (*An... 23 Aug.*): quorum reliquias quidam, ædificata in eorum honore basilica. devotus expetiit. Pontifex vero qui aderat, cum honore per presbyterum dirigit. Cumque iter ageret, mulier importuna, et credo in signa merito, in via procedit, salutatoque presbytero, deosculatur lintem quo sacra tegebantur favillæ, rogans sibi de iis aliquid condonari. Tunc presbyter diu dubitans, et tribuere differens, victus tandem ab improbitate ejus, divisit [*Al.* dimisit] ei particulam. Ascendensque sonipedem [*id est, equum*], iter experire cœpit injunctum: sed percutiens utraque equi latera, nequaquam poterat promoveri; ipse vero ita gravatus erat, ut vix caput valeret erigere. Intelligens autem Martyrum se virtute teneri, pœnitentia motus utiliter recepit quod negligentia intercedente largiri præumpsit: restituitoque in capsâ quod abstulerat, abire permissus est.

CAPUT LVI.

De sancto Eutropio.

Eutropius^e quoque martyr Santonicæ urbis, a beato Clemente episcopo fertur directus in Gallias (*Sæc. II aut III, 30 April.*), ab eodem etiam pontifi-

passionis tempus non exprimit; Timotheum vero ex Oriente Remos advenisse scribit, atque hoc caput Gregorii laudat. Eusebius, *vir spectabilis*, eorum in honorem basilicam construxit in qua, teste Frodoardo, sanctus Remigius sepeliri petierat. Exstat etiam nunc canonicorum collegio et parochiali titulo insignis, sed nobilior, quod in ea complurium martyrum reliquæ asservuntur. Haud procul ab illa visitur antiquum cœmeterium quod *Martyrum* vulgo appellatur, in quo et in vicinis locis, terra effossa, inveniuntur corpora, clavis magnis in capite et in brachiis confixa, quæ martyrum esse putantur. Nullo tamen publico cultu donantur, quod et nullis miraculis coruscant, nec sint, ut loquitur Optatus, ab Ecclesia vindicati.

^e Laud., Bell. et Colb. a, *Eutropis*, et in capitis titulo, *De Eutrope martyre*. Et hic Gregorius martyrem admittit ante Marci tempora ex vulgari traditione. Sancti Eutropii ecclesia apud Santonas venustate fatigatus a Leontio episcopo restaurata est, ut canit Fortunatus lib. 1 eam. 3. Is est Leontius qui circa sæculi VI medium Burdigalensis erat episcopus. Palladius eodem sæculo labente ejusdem sancti corpus

calis ordinis gratia consecratus est ^a, impletoque hujus officii ordine, peracta incredulis prædicatione, insurgentibus paganus, quos auctor invidiæ credere non permisit, illiso capite victor occubuit. Sed quia eo tempore instante persecutione, nequè digno loco sepultus, neque a Christianis debito honore veneratus est, valde datum est oblivioni eum martyrem fore, quod hoc ordine traditur **787** revelatum. Post multa annorum spatia in ejus honore basilica ædificata est, expletoque opere Palladius ^b, qui tunc sacerdotalis ordinis cathedram regebat, convocatis albatibus, sacros cineres in locum quem præparaverat, transferri studuit. Quod cum factum fuisset, duo ex albatibus reserato opertorio sanctum corpus aspiciunt, contemplanturque cicatricem capitis, qua in parte defixum fuerat securis acumen. Sed ne præsens visio duceretur in irritum, etiam spiritualis hæc doctrina commonuit, scilicet cum sequenti nocte stravissent sacerdotes membra quieti, apparuit per visum his duobus, dicens: Cicatricem quam contemplati estis in capite, scitote me per eam martyrium consummasse: et ex hoc quod martyr esset innotuit populis, quia non aderat historia ^c passionis.

CAPUT LVII.

De sancto Amarando.

Amarandus ^d autem martyr apud Albigensem urbem, exacto agonis fidelis cursu, sepultus vivit in gloria (*An. 250, 7 Nov.*). Cujus, ut historia passionis declarat, sepulcrum diu veribus sentibusque [*Ed.*, sepibusque] contextum latuit, sed, Domino jubente, Christianis populis revelatum est, et crypta in qua quiescebat patefacta resplenduit. Sed cum hostilitate impellente locus ille ab habitatoribus fuisset evacuatus, a longinquo venientes incolæ, honorem beato Martyri quasi custodi proprio nitentur impendere. Igitur cum cereos frequenter devotio Christiana deferret, quadam die contigit, ut quidam præ longinquitate itineris incrementum ignis, quo accenderetur **788** cereus, non exhiberet. Arreptumque siliem ferro verberat quasi ignem eliciturus: quod dum ageret, et crebris ictibus lapidem quatiens, nihil foci

A posset excutere, cœlesti lampadæ cereus, qui jam beato sepulcro affixus erat, illuminatur; sicque factum est ut quæ humanæ non expleverant industriæ, peragerentur divini numinis majestate. Cessante humano studio cœlestia officia ministrantur, luminisque novi fulgore cereus clarificatur accensus. Quod cum populis manifestatum fuisset, incrementum loci ulterius ad accendendum lumen nullus exhibere præsumpsit. Postquam vero locus ille inhabitari ab hominibus assidue cœpit, atque ibi domus in quibus ignis accenderetur adessent, hoc miraculum non est ultra præstitum plebi, cum aliis miraculis frequentius illustretur.

CAPUT LVIII.

De sancto Eugenio.

B Huic ^e cryptæ sociatur et ille Honorificianæ ^f persecutionis martyr Eugenius, sacerdotalis infatigæ maximum decus, quem in hac urbe detrusum exsilio, vel ipsius vel sociorum ejus passio narrat (*An. 305, 13 Jul.*). Hic enim magnis in sæculo polleret virtutibus, et jam victor de tormentis martyrialibus exsilisset, tempus vocationis suæ, quo arcersiretur ad gloriam, Domino revelante, cognovit, illud præcipue quod populis occulebatur, manifestum noscens, se martyri Amarando socium esse futurum, ad ejus sepulcrum dirigitur, prostratusque solo, diutissime orationem fudit ad Dominum: dehinc expansis per pavementum brachiis, spiritum cœlo direxit, qui a Christianis **789** collectus, in ipsa qua diximus crypta sepulturæ mandatus est. Ad cujus festivitatem cum tempore quodam innumeri populi convenirent, negotia multa in atrio protulerunt. Puella vero una ex habitatoribus loci stationem adit, quasi aliquid coemptura, speciemque sibi aptam aspiciens, a negotiatore suscepit. Et statim dicto citius porrectam alteri negat se accepisse. Negotiator vero intente aiebat: Mea eam tibi manu protuli, tuque rimandam sollicite suscepisti. Illaque negante, ait negotiator: Si tibi tanta est pertinacia, avaritia stimulante, negandi, judicet illud beatus martyr Eugenius. Ad cujus sepulcrum, si cum sacramenti interpositione

a Ludovico de Ambesia translatum est. De Viancii ecclesia et monasterio vide Hist. persec. Vandalicæ a nobis editam, cap. 8, num. 8. Sancti Amarandi passionis historiam, quam Gregorius laudat, aut aliam quameunque nusquam vidimus.

^e Sic et cod. Clar. h, quamvis ibi caput præcedens desit. In margine additum, *apud Albigensem urbem*. Mss. Eugenium in capitis titulo *martyrem* dicunt.

^f Legendum *Hunericianæ*. Hic nempe celebratur sanctus Eugenius Carthaginensis audistes, qui tempore Hunerici Vandalorum in Africa regis fidem catholicam verbo, scriptis et miraculis, egregie adversus Arianos defendit. Sed tandem, jubente Trasamundo, in Gallias relegatus, Albige defunctus est, ac sepultus prope sanctum Amarandum, atque cum eo, ut ad cap. præced. diximus, in ecclesiam cathedrali translatus est. Colitur Albige die 6 Sept., in Martyrologis vulgaris 15 Julii. Ejus epistolam Gregorius integram retulit Hist. lib. II cap. 3. De eo plura Victor Vitenensis episcopus, quem vide, et Hist. persec. Vandalicæ, quam ei subjunximus, cap. 8.

D transtulit, ibique perseveravit in ecclesia sui nominis cum adjuncto monasterio ordinis Cluniacensis, usque ad sæculum proxime elapsam, quo a Calvinistis concrematus est. Acta ejus habeantur, sed fabulosa, quæ ideo omisit Henschenius ad 30 Aprilis Bollandiani.

^a Cod. Laud., *gratiam consecutus est*.

^b Celebris est in Gregorii Hist. lib. VII et VIII ob ordinatum ab eo Faustianum episcopum Aquensem in Novempopulania. Interfuit concilio Paris. IV et Matisc. II. Litteras simul et sacras reliquias a Gregorio Magno accepit.

^c Exstat hodie ejus passionis historia, imo potius fabularum consarcinatio, ut diximus, nulla fide digna. Sed non spernendus est liber de ejus Miraculis, sæculo XII scriptus, quem Bollandiani ad diem 30 Aprilis ediderunt.

^d Amarandus, seu Amaranthus, Decii temporibus martyrium consummasse dicitur. Sepultus fuit apud Viancium vicum, haud procul ab urbe Albigensi, ibique corpus ejus sacrum remansit ad an. 1404, quo in ecclesiam sanctæ Cæciliæ urbis cathedrali

edixeris te non accepisse, damni mihi nihil æstimo quod amisi. At illa pollicita se posse ex hoc exni sacramento, vadit ocius ad sepulcrum; elevatisque manibus ut juraret, extemplo membris dissolutis irriguit, plantæque ejus affixæ sunt pavimento; vox hæsit in gutturo, tantum os patulum a sermone nudum habebat. Quod negotiator cum reliquo populo cernens, ait: Prosit tibi, inquit, virgo, hæc species quam tulisti mihi, sufficit ultio data per Martyrem. Et hæc dicens, a loco discessit. Illa vero in hoc tormento diutissime detenta, tandem Martyre jubente locuta, palam confessa est quod clam latere voluerat. Quid agis, o infelix avaritia? quid petendis rebus alienis a succumbis mens feminea, non virilis? Ut quid firmam lorica mentis modica transverberas sagitta cupiditatis? Quid congregas, o homo, auri rubiginosi talenta, cum iis arsurus in gehenna? Quid tibi prosunt peritura lucra, quæ æternæ vitæ pariunt detrimenta? juxta illud Domini verbum: *Quid prodest homini si totam mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiat? Aut, quam dabit homo commutationem pro anima sua (Matth. xvi, 26)?*

CAPUT LIX.

De ultione cujusdam furis.

790 Ecclesia^b est vici Icidiorensis, sub termino Turonicæ urbis, quæ plerumque sacris miraculis illustratur, fenestras ex more habens, quæ vitro lignis incluso clauduntur, quo præclarius ædi sacratæ lumen quod mundus meruerit subministrent. Quam ecclesiam fur nocturnus importunusque aggreditur, ingressusque nocte, cum omnia cerneret custodum eura tueri, et nihil de sacris ministeriis quod auferret adverteret, ait intra se: Si aliud, inquit, invenire non possum, vel has ipsas quas cerno vitreas auferam, fusoque metallo aliquid auri conquiram mihi. Ablatis igitur dissipatisque vitreis, metallum abstulit, et in pagum Biturigi territorii contulit. Missumque vitrum in fornace per triduum decoquens, nullum exinde opus potuit expedire: victusque crimine, divinum super se judicium intuens, nequaquam motus perdurat in malis. Ablatum autem a cacabo vi-

^a Mss. quatuor, *petendarum rerum alienarum*, in Colb. a emendatum, *appetentiæ rerum*, etc. Hæc vero ad finem cap. desunt in Clar. b.

^b Hoc caput deest in Clar. a, et simul cum seq. in Clar. b. Colb. a, *Icioderensis*. De hoc loco egimus in notis ad cap. 12 lib. vi Hist.

^c Sic Clar. a; cæteri Mss. et Editi vet., *Donatus*. Horum martyrum passionis historiam dedimus inter Acta Martyrum, pag. 295, et Henschenius die 24 Maji Bollandiani. Eorum martyrium ad annum usque 503 differt Baronius.

^d Bell., *Similianus*, vulgo *saint Sambin*, tertius in Catalogis vulgaris episc. Namnetensium recensetur, sed nihil de ejus ætate compertum habemus.

^e Hanc obsidionem ad extrema Chlodovei tempora, id est an. 510 aut seq., revocat Cointins, sub cujus ræmen potestate anno 511 exstabat urbs Namnetensium. Nam Epiphanius Namnetensis eo anno concilio Aurelianensi subscripsit.

^f Hæc basilica hodieque substitit, parochiali titulo ornata, sicut et basilica sancti Similiani, cujus titularis nominatur ab uno e canonicis ecclesiæ cathed-

rum, quod in pilulis nescin quibus conversum fuerat, advenientibus negotiatoribus vendidit, ut scilicet accepta pecunia, novus Giezi, lepram perpetuam compararet. Nam adveniente die post anni curriculum, quod [Al., quo] hoc furtum fecerat, caput ejus tumori datur: oculi quoque inflantur, ut erui a suis locis autementur. Hæc autem ei singulis annis eveniunt in die illa qua furtum admisit. Plangitque miser vitrum, quod ex itinere quo [Al., quod] transmisit non potuit revocare.

CAPUT LX.

De Rogatiano et Donatiano martyribus, et Similino confessore.

Apud urbem vero Namneticam duo sunt martyres pro Christi nomine jugulati (*An. 290, 24 Maji*). Quorum unus Rogatianus, alter Donatianus^c est vocitatus. Habetur ibi etiam et Similinus^d **791** magnus confessor (*An. 510, 16 Jun.*). Igitur cum supra dicta civitas tempore Chlodoveci regis barbarica vallaretur obsidione^e (*An. circ. 510*), et jam sexaginta dies in hac ærumna fluxissent, media fere nocte apparuerunt populis viri cum albis vestibus, radiantibus cereis, a basilica^f beatorum Martyrum egredi: et ecce alius chorus huic similis de basilica procedere antistitis Similini. Cumque conjungentes se, data salutatione, orationi incubuissent, recesserunt unusquisque ad locum unde progressus fuerat, ac protinus omnis phalanga hostilis immenso pavore exterrita, ita subito impetu a loco discessit, ut facta luce nullus ex his reperiri posset. Apparuit ante dicta virtus Chiloni [*Clar. a, Chillino*] cuidam, qui tunc huic exercitui præerat. Qui necdum erat ex aqua et Spiritu sancto renatus, qui statim compunctus corde, conversus ad Dominum, iterata nativitate progenitus, Christum esse Filium Dei vivi clara voce testatus est.

CAPUT LXI.

De reliquiis beati Nazarii.

In territorio quoque urbis Namneticæ^g, in vico quodam supra alveum Ligeris, beati Nazarii reliquiæ continentur (*An... 12 Jun.*). Igitur quodam tempore

dralis, ideo sancti Similiani dicto. Diversa est ab illis abbatia sanctorum Rogatiani et Donatiani in pago Namnetensi, quæ memoratur in charta Odonis regis an 895, lib. vi de Re diplomat. num. 121.

^g Aliquot Mss., etiam Clar. b, in quo caput præcedens deest: *In territorio quoque ipsius urbis, in*. Et hic ultimus in margine, *apud urbem Namneticam*. Locus ille infra Namnetas hodieque nomen retinet Sancti Nazarii, ubi præter parochialem ecclesiam prioratus exstat monasterio sancti Albini Andegavensis subjectus, cui tempore Gregorii, uti ex hoc loco conjicio, abbas præerat virorum conventui. Quis vero ille sit Nazarius, divinare non licet, cum eodem die 12 Junii Nazarii tres colantur, primus Mediolani cum Celso puero a sancto Ambrosio Mediolani inventus, item duo martyres illis cognominis, si tamèn diversi sint. Ebroduni; et tertius Romæ, cujus corpus anno 765 Chrodegandus, Mettensis episcopus, Romæ in Gallias attulit, quæ occasio fuit condendæ celebris abbatie Lareshamensis in diocesi Wormatensi.

homo devotus balneum ex auro purissimo cum omni apparatu studiosissime fabricatum, super altare basilicæ illius posuit ^a, orans ut in causis suis Martyris virtus dignaretur adesse. Quo recedente, Britto quidam ex satellitibus Warochi Britanavorum comitis ^b, et primus cum eo adfuit, ablatoque violenter apparatu balnei, ipsum quoque balneum repetiit (An. 590). Reniteute presbytero ac dicente : Dei res hæc sunt, **792** et ad reficiendos pauperes sancto Martyri sunt collata, ne famem pessimam patiantur, qui huic templo fideli devotione deserviunt : unde tu potius huc aliqua inferre, non a terre debebas. Non molli-vit hominis avari animum abbatis illius prædicatio ; sed potius succensus, minari ei cœpit, ac dicere : Nisi sine mora reluderis balneum, manu mea interimeris. Tunc victus abbas, speciem super altare quo sancta teguntur pignora collocauit, dicens : En ipsam quam petis reticulam ; si metus de virtute Martyris nullus est, aufer. Erit enim, ut confidimus, de vestigio iudex, si ea auferre præsumperis. At ille nihil metuens, abstulit, jubens sibi equum ante ipsam basilicæ porticum præparari. Cui ait sacerdos : Nullus unquam in hoc loco equum præsumpsit ascendere. Da, quæso, gloriam Deo, et honora Martyrem, ne mali aliquid patiaris. Ille vero mandata negligens sacerdotis, ascenso in atrio sancto equite, ubi egredi venit ^c, percusso ad portæ limen superius capite, ad humum testa disrupta corruit, manibusque suorum deportatus, ut tugurium cuiusdam pauperuli, quod erat proximum, est ingressus, protinus spiritum exhalavit. Quod Warochus audiens, et res ^C quas hic abstulit restituit, et de suo proprio multa contulit pavore perterritus.

CAPUT LXII.

De quinquaginta martyribus Thebæis.

Est ^d apud Agrippinensem urbem basilica, in qua dicuntur quinquaginta viri ex illa legione sacra Thebæorum pro Christi nomine martyrium consummasse (An. 286, 10 Oct.). Et quia admirabili **793** opere ex musivo quodam modo deaurata resplendet, Sanctos Aureos ipsam basilicam incolæ vocitare voluerunt. Quodam autem tempore, Eberesisili episcopi ^e, qui tunc hujus urbis erat antistes, capitis

^a Mos erat tunc temporis res Deo oblatas super altare deponere. Vide Bignon., in lib. 1 Marculli form. 1.

^b Id contigisse putant tempore belli quod anno 590 commotum est, de quo Gregor. Hist. lib. x capite 9.

^c Alii, ascenso equo, etc. Mss. at ubi egredi. Clar. a, Colb. a et Clar. b, alia manu, egredi voluit.

^d Quæ sequuntur ad hæc verba capitis 69, *Ferunt etiam*, etc., desunt in Clar. b. Complures martyres ex Thebæorum legione apud Coloniam Agrippinam, ac in vicinis locis passos fuisse vetus est traditio, de quibus Helinandus, seu quivis alius, multa congerit in sermone apud Surium edito die 10 Octobris. *Sanctos Aureos*, qui hic laudantur, interpretatur sanctum Gereonem sociosque ejus, quantum multo plures quam quinquaginta fuisse dicuntur. Eorum basilicam ab Helena Constantini Magni matre exstructam fuisse tenet, eique ministros deputatos, qui divinas laudes

medietas validis doloribus quaticbatur, erat autem tunc temporis in villa oppido proxima quo dolore, ut diximus, valde attenuatus, misit diaconum suum ad Sanctorum basilicam. Et quia in ipsius templi medio puteus esse dicitur, in quo Sancti post martyrium pariter sunt coniecti, collectum exinde pulverem detulit sacerdoti. Verum ubi exinde caput attigit, extemplo dolor omnis exemptus est.

CAPUT LXIII.

De sancto Malloso.

Ab hoc etiam sacerdote sancti martyris Malloso corpus repertum est hoc modo (An. 286, 10 Oct.). Cum fama ferret hunc apud Bertunense ^f oppidum martyrium consummasse, occultum erat hominibus illis quo in loco quiesceret : erat tamen oratorium inibi, in quo nomen ejus invocabatur. Supradictus vero pontifex in honorem ejus basilicam ædificavit, ut scilicet cum aliquid revelationis de Martyre acciperet, in ea beatos artus, Domino annuente, transferret. Denique in latere basilicæ, id est, in pariete qui a parte erat oratorii, in absida collegit ^g, præstolans Domini misericordiam quid juberet de Martyre revelari. Post hæc diaconus quidam Metuensis, per visum ductus, ubi Martyr quiesceret est edoctus. Post paucum autem tempus, veniens ad episcopum, et quasi certa signa, quæ per visum viderat, relegens, cum prius ibidem non fuisset, ait episcopo : Hic effode, et invenies corpus Sancti, id est, in medio absidæ. **794** At ille, cum fodisset quasi in septem pedes, attigit nares ejus odor inmensi aromatis, et ait : Credo in Christo, quod ostendit mihi Martyrem suum, quando me hæc suavitas circumdedit : et fodiens, reperit sanctum corpus illæsum ; et emittens vocem magnam, *Gloria in excelsis Deo* secum omnem clerum pariter psallere iecit. Dicto quoque hymno, corpus sanctum in basilicam transtulit, et cum laude debita sepelivit. Ferunt ibidem et Victorem martyrem ^h esse sepultum, sed non eum adhuc cognovimus revelatum.

CAPUT LXIV.

De Patroclo martyre.

Patroclus ⁱ quoque martyr, qui apud urbem Tricassinorum sepultus habetur, sæpius se amicum Dei

^D persolverent. Monasterium sancti Gereonis appellat, quod hodie insignis est collegiata.

^e Deputatus fuit a Childeberto rege anno 590, ad compescendas turbas monasterii Pictavensis, ut scribit Gregorius lib. x Hist. cap. 15.

^f Cod. Colb. a, *Bertinensem*. Colb. tut. *Bertunensem*.

^g Clar. b, *absidam collegit*.

^h In Colb. a deest hæc vox, *martyrem*. Si verum sit, ut aliqui sentiunt, hunc martyrem ex legione Thebæa fuisse, qui loco ubi cum multis aliis passus est, *Sanctos* nomen dederit, ex quo vulgus *Xantum*, quod Cliviensis ditioris oppidum est, efformaverit, Bertani oppidi situm invenimus. Nam Victor et Mallosus hic in eodem loco quiescisse memorantur ; et vetera quædam Martyrologia utrunque simul celebrant.

ⁱ Deest hoc caput in Colb. tut., cætera quoque ad 74 inclusive, in Clar. a.

virtutibus multis ostendit (*An. 259 aut 275, 21 Jan.*). Erat enim super eum parvulum oratorum, in quo unus tantum clericus serviebat. Locum enim homines parvum exhibebant Martyri famulatum, pro eo quod historia passionis ejus non haberetur in promptu. Mos namque erat hominum rusticorum, ut sanctos Dei, quorum agones relegunt, attentius venerentur. Quidam igitur de longinquo itinere veniens, libellum hujus certaminis detulit, lectori, quem in ipso loco servire diximus, prodidit ad legendum. Ille vero post decursam lectionem valde gavisus, nocturno sub tempore famulante lumine, velociter exemplavit. Homini bus quidem digressis, hic episcopo suo exhibet quæ repererat, putans se per hæc gratiam assequi sacerdotis. At ille non credens, nisi confictum æstimans, cæsum increpatum clericum abscedere jubet, dicens : Te hæc juxta votum tuum dietasse manifestum est; nam nunquam ea cum ullo homine reperisti. **795** Post multum vero tempus, ut virtus Martyris non esset occulta, abiit exercitus in Italiam, et detulit passionis hujus historiam ^a, sicut a clerico tenebatur scripta. Tunc confusus valde episcopus, cognovit vera esse quæ a clerico dicebantur. Populus autem ex hoc magis honorare cœpit Martyrem, constructaque super eum basilica, festivitatem ejus per singulos annos devote concelebrat.

CAPUT LXV.

De basilica sancti Antoliani martyris.

Antolianus ^b autem martyr apud urbem Arvernani martyrium consummavit (*An. 255, 6 Feb.*). In cujus honore Alchima soror et Placidina conjux Apollinaris episcopi templum ædificare cupientes ^c, multa sanctorum corpora, dum fundamenta jacerent, removerunt, nescientes cujus meriti essent quorum sepulcra repererant : quæ cum viritum sepelire propter aliorum sepulcrorum multitudinem quæ locum illum ab antiquo repleverant non haberent, congregatam ossium massam in unam projicientes fossam

^a Frequentes istis temporibus fuere Francorum in Italiam expeditiones, quarum occasione quidam ex Italia Acta sancti Patrocli in Gallias afferre potuerunt. Incertum est autem an ea sint quæ ad nos usque pervenere, in quibus Patroclus Aureliani jussu casus memoratur. Aurelianus autem an. 275 et seq. in Gallias venit. Verisimilius tamen alii putant Aureliani nomine præsidem designari. Ejus sancti Martyris reliquias ab Ansegiso Treccensi episcopo obiit Bruno, Coloniensis episc., Ottonis Magni imp. frater, qui eas apud Susatum (*Soest*), Westphaliæ oppidum, diœcesis Monasteriensis, deposuit, ubi hodieque servantur. Ad Bolland., die 21 Januarii. Translationis historiam ex Rotgero monacho descripsit Camuzatus Promptuarii fol. 454.

^b De Antoliano agit Gregorius lib. 1 Hist. cap. 51, ubi inter alios martyres qui in Chiroci Alemannorum regis in Gallias irruptione passi dicuntur, tempore Valeriani et Gallieni imp., Antolianum aliosque Avernenses martyres recensere videtur. In libro de Ecclesiis Clarom. sanctus Antolianus in ecclesia sancti Galli quiescere dicitur; sed illa destructa, sacrum ejus corpus in ecclesiam sancti Illidii translatum est. Volunt tamen alii sancti Antoliani reliquias, destructa sæculo x sancti Galli ecclesia, in Cantogilense

humo operuerunt : idque, quod Deo vel sancto Martyri acceptabile non fuisset ^d, per visum euidam apparuit; viditque homo ille conquerentem beatum Antolianum cum reliquis sanctis, atque dicentem : Væ mihi, quia propter me multi fratrum meorum injuriati sunt : verumtamen dico, quia qui hæc cœperunt, ad effectum perducere non possunt. Quod ita gestum est. Erectis tamen parietibus **796** super altare ædis illius, turrem ac columnis ^e, pharis, heracliisque transvolutis arcibus erexerunt, miram cameræ fucorum diversitatibus imaginatam adhibentes picturam. Nam ita fuit hoc opus elegans et subtile, ut per longa tempora rimarum frequentatione divisum pene in ruinam pendere videretur. Quod periculum Avitus ^f pontifex cernens, anticipans futuram columnarum stragem, jussit tigna assesque vel tegulas amoveri; quibus submotis nec adjutoris columnis appositis, nutu Dei, discedentibus de machina structoribus ut cibum caperent, recedentibusque et reliquis a basilica, dato columnæ immenso pondere, cum magno sonitu super altare et circa altare diruerunt, completaque est ædes nebula de effracti calcis pulvere. At sacerdos exsanguis, duorum damnorum detrimenta suspirans, ne et marmora confregissent, et aliquis deperisset e populo, scire non poterat quid damni accessisset. Nullus enim propter nebulam pulveris illuc poterat accedere. Post duarum vero horarum spatium, recedente nebula, ingressi sunt vel defunctorum colligere corpora, vel columnarum fragmenta rimari. Nullum hominem periisse cognoscunt : altare quoque mirantur illæsum, in quod e tanta altitudine impactæ columnæ nihil læsionis intulerunt. Quid plura? invenerunt omnia integra, cuncta contemplantur esse salvata : glorificant Martyrem, conspiciunt Dei virtutem, qui sic altare columnasque servavit illæsas.

In hujus urbis territorio et Julianns martyr (*An. 304, 28 Aug.*) agonis palmam legitime decertando **797** promeruit. De cujus virtutibus quæ ad nos

ordinis Benedictini cenobium, hodiernæ sancti Flori diœcesis, translata fuisse, ubi etiam hæc haberi dicuntur cum aliis multis sanctorum reliquiis, quæ hunc locum illustrent.

^c Sic restituendum censet Sirmondus in notis ad Apollinaris Sidonii lib. iii, epist. 15, idque exigit rerum veritas. Vide supra notas in lib. iii Hist. capp. 2 et 12. Haud tamen dissiteor me nusquam hanc lectionem in Editis aut Scriptis invenisse. Sic quippe habent Editi Bad. et alii : *Alchima et soror Placidinæ conjux... cupientes*. Rom. et Colb. tot., *Alchima soror Placidinæ conjux... cupiens*. Land., Bec., Colb. a, *cupientes*.

^d Videant quale piaculum admittant, qui, posthabita omni religione, mortuorum cadavera adeo facile pro suo libitu effodere non verentur.

^e Sic plerique Mss. alii cum Editis, *a columnis*. Et infra Mss. ut plurimum *eractis*, seu *heractis*. Hunc locum sic exponit Bolland. ad diem 6 Febr., ut arcus telamonibus, seu athlantibus, quos Gregorius *Heractas*, quasi *Hercules* appellat, innixi fuerint. Pharus censet esse tigna quæ in molibus phari assurgebant.

^f Episcopus Arvernensis, de quo passim Gregorius.

usque venerunt, in libro quem de ejus miraculis A proprie scribere præsumpsimus declaravimus ^a.

CAPUT LXVI.

De furto patrato in æde sancti Saturnini.

In ipso quoque territorio, tempore quo Chramnus ^b Arvernum abiit (*Post an. 250, 29 Nov.*), cum diversa scelera ab ejus gererentur ministris, quinque viri sacrosanctum oratorium domus Iciacensis ^c furtim appetunt: habentur autem in eo sancti Saturnini reliquiæ, irruptoque, ablatis palliis vel reliquis ministerii ornamentis, nocte tegente discedunt. Sed presbyter recognoscens furtum, ac inter vicinos scrutans, nullum potuit ex his quæ ablata fuerant indicium reperire. Protinus vero latrones qui hæc admiserunt in Aurelianense se territorium transtulerunt: divisisque rebus, accepit unusquisque partem suam. Sed mox insequente ultione divina, quatuor in seditionibus interfecti sunt. Quintus vero totam sibi furti hujus hæreditatem superstes remanens vindicavit. Sed ubi hæc in domum suam contulit, statim oblectis sanguine oculis, excecatus est. Tunc compunctus tam doloribus quam inspiratione divina, vovit, dicens: Si respexerit Deus miseriam meam, et mihi visum reddiderit, referam loco illi sancto quæ abstuli. Et hæc cum lacrymis orans, visum recepit. Accedens vero ad oppidum Aurelianense, providente Deo, diaconem Arvernum invenit. Cui traditis rebus, suppliciter exoravit ut easdem oratorio restitueret, quod diaconus devotus implevit.

CAPUT LXVII.

De sancto Genesio Arverno.

Nuperrimo autem tempore (*An..... 28 Oct.*) in hujus urbis Arvernæ territorio, **798** quod adjacet Tigernensi castello, Genesius ^d ejusdem loci sanctus se hoc modo revelavit. Pauper quidam boves, quos ad exercendam culturam habebat, casu ab oculis dilapsos perdidit, eosdemque sollicita indagine quæsitos, reperire non potuit. Consequenti vero nocte apparuit ei vir quidam per visum, dicens: Vade per viam quæ ad silvam ducit, et invenies boves quos

^a Ipse est liber secundus quem infra habes.

^b Colb. 2, *Condramnus*. De his Chramni sceleribus vide lib. iv Historiæ capp. 15 et 16.

^c Idem cod., in marg., al. manu, sed antiqua, *De oratorio Iciodorensi*. Iciodorum autem oppidum (*Issoire*) notum est apud Arvernos, ubi abbatia olim ob scholas, ubi sanctus Præjectus litteras didicit, celebris, de qua infra. Favet titulus in indice in Bell. et Land.: *De oratorio Iciodorensi in Arverno, ubi sanctus Saturninus requiescit*. Colb. 2: *De... Iciodorensi... ubi sanctus Symphorianus*, etc. Retinendam esse vocem *Iciacensis* verisimilius est. Illic quippe designari videtur vicus *Issac* vulgo dicitur, unica a Ricomago leuca distans, ubi hodieque ecclesia parochialis sanctum Saturninum Tolosatem episcopum patronum agnoscit.

^d In Colb. tut., hic et in indice, dicitur *episcopus*, mendose, ut ex contextu patet, nam *in albis*, id est intra priam sui baptismi hebdomadam, martyrium complevit. Alius est Genesius episcopus Arvernensis habente sæculo vii, qui die 3 Junii colitur. In us sancti Acta habentur, sed quæ parvam merentur fidem.

A sollicite requiris, juxta lapidem marmoris herbarum copiam decerpentes: junctisque ad plaustrum, marmor exhibe, et super sepulcrum quæ viæ est propinqua compone. Ego enim sum, qui tibi hæc loquor, Genesius, cujus est tumulus ille, qui in albis positus per martyrium ab hoc mundo migravi. Consurgens autem homo ille diluculo, reperit boves juxta lapidem, fecitque sicut ei præceptum fuerat per visum. Sed nec in hoc defuit miraculum; cum immeusus lapis, quem multa boum paria movere vix poterant, a duobus tantum delatus est bobus. Ex hoc enim multi infirmi ibidem venientes, votorum promissa solventes, sanitatem recipiunt. Audicus hæc Avitus episcopus urbis illius, basilicam super tumulum Sancti magnam ædificavit ^e, dedicatamque, festivitatem in ea excoli præcepit, in qua nunc multa frequentia populorum cum votis, ut diximus, veniens, cum sanitate regreditur. Hanc etiam basilicam sancti Genesii Arelatensis reliquis illustravit.

CAPUT LXVIII.

De Genesio Arelatense martyre, seu, De moro reviviscente.

Illic vero martyr Genesius ^f, decisione cervicis agonem pro Christi nomine, apud eandem Arelatensem scilicet urbem, pollente fervore fidei, consummavit (*An..... 25 Aug.*). Est autem ibi arbor, ubi dicitur decollatus fuisse, genere morus, ex qua infirmis multa **799** plerumque beneficia, impertiente Martyre, sunt concessa. Sed decursis temporibus, cum rami cortexque ejus pro salvatione a multis detraherentur, arefacta est. Verumtamen adhuc fideliter petentibus vivit, similia præbens medicamina quod superest de columna.

CAPUT LXIX.

De miraculis per beatum Genesium factis.

Sed et pons quondam super Rhodannum fluvium, ubi beatus Martyr natasse fertur, in die solemnitatis ejus, disruptis catenis, quia super naves locatus erat, nutare cœpit, ac præ nimio pondere populorum ipsæ naves deliscentes, in alveo fluminis po-

Dicitur e Græcia cum matre Genesia persecutionem fugiens Arelatem appulisse, ubi a sancto Trophimo baptizatus fuerit. Inde Arvernos veniens Austremonium ibi invenit, a quo ad sanctum Serenatum missus, prope Thigerium a paganis tentus et occisus est, anno ætatis 18. Dicitur vulgo Genesius infans (*saint Genex l'enfant*), ut ab aliis ejusdem nominis sanctis facilius distingatur.

^e Monasterium basilicæ adjunctum fuit, cui post sæculi viii medium præfuit Joseph abbas, qui Pippini regis apocrysiarius fuisse dicitur in Historia translationis sancti Austremonii, tunc temporis factæ. Ordini Cluniacensi postmodum, retento abbatix titulo, unitum fuit, quod hodieque perseverat, vulgo *Thiern*, seu *Thiers*, in inferiori Arvernia.

^f Hujus passionem sancto Paulino tributam dedimus inter Acta Martyrum sineera, pag. 605. Incertum est quo tempore passus sit. Festum ejus celebratur die 25 Augusti. Laudatur a Prudentio, Encherio Lugdunensi episcopo, seu Eusebio Gallicano, Fortunato, et aliis.

putum submergebant. Tunc omnes simul in discrimine positi, una voce clamaverunt, dicentes : Genesi beatissime, eripe nos propriæ sanctitatis virtute, ne pereat plebs quæ fideliter advenit tua devote solemnitate celebrare. Mox flante vento vulgus omne ad litus reductum, miratur se virtute Martyris esse salvatum^a. Nam et cancelli beati sepulcri sæpius a Langobardis vel reliquis hostibus confracti sunt. Sed arrepti a dæmone homines, aut comprehensibili rabie, debacchantes, aut propriis se dentibus laecrantes, nihil de iis quæ violenter ceperant abstulerunt. Ferunt etiam in hac urbe^b fuisse mulierem, cui a viro crimen imputum, nec omnino probatum, a iudice ut aquis immergeretur^c dijudicata est. Cui cum ad collum lapis immensus funibus colligatus fuisset, in Rhodanum de navi præcipitata est. Illa vero beati Martyris auxilium precabatur, et nomen ejus invocans, aiebat : Sancte Genesi, gloriose Martyr, qui has aquas natandi pulsu sanctificasti^d, erue me juxta innocentiam meam : et statim super aquas ferri cœpit. Quod videntes populi, susceperunt eam in navi, et ad basilicam Sancti deduxerunt incolumentem : nec ulterius a viro vel a iudice est quesita.

CAPUT LXX.

De quadam muliere injuste a marito adulterii accusata.

300 O quantum innocentia præstat, quantum mens pura meretur ! Nam simili sorte alia mulier a viro suo adulterii crimen accepit. Quod coram iudice duntaxat denegans, cum propria confessione superari non posset, dijudicatur immersi. Dehinc concurrente ad spectaculum populo, ad pontem ducitur amnis Arariei, connexoque cum fune lapide molari collo ejus, præcipitaverunt eam in flumen, increpante desuper viro, atque dicente : Ablue nunc aquis abundantibus fornicationes immunditiasque tuas, quibus sæpe maculasti stratum meum. Sed Domini pietas, quæ insontes perire non patitur, providit stylium sub aquis, quem videre homo non poterat ; qui suscipiens funem, sustinuit mulierem, ne ad fundum fluminis perveniret. Et erant utraque sub aquis, mulier scilicet, et petra styli illius lance librata. Cumque jam sol ocebuitum peteret, propinqui feminae illius deposcent a iudice, ut liceret per alveum torrentis cadaver parentis inquirere. Accepta itaque indulgentia, descenderunt ad locum in quo præcipitata fuerat mulier. Videruntque eam pendere cum lapide, missoque unco, abstraxerunt

^a De hoc miraculo vide homiliam sancti Hilarii Arelatensis episcopi apud Surium.

^b Sic etiam Clar. h, omissis licet præcedentibus.

^c Forte ad probationem sceleris, ut et cap. seq., quod examen iudicium aquæ appellabatur, de quo passim auctores mediæ ævi. Vide Bignon., in tit. 55 Legis Salicæ.

^d A ministris insecutus Rhodanum natando transiit, ut narrant ejus passionis auctor et Eusebius Gallicanus.

^e Hoc caput et tria sequentia desunt in Clar. h.

^f Edidit Surius istorum martyrum Acta. Eorum festivitas cum missa propria habetur in Missali Gothico apud Thomam et Mabillon. Liturgiæ Gallicanæ

illam : intelligentesque eam esse vivam, velociter ad basilicam, quæ erat flumini proxima, transtulerunt ; timebant enim ne iterum mergi juberetur a iudice. Interrogabant autem mulierem qualiter sub pelago vivere potuisset. Respondit : Non mihi aliter quam somnium visum est, nec amplius aquas sensi, nisi cum in his projecta descendi, aut ab his iterum sum resumpta, surrexi. Et mirabantur omnes non potuisse eam mori in tali discrimine ; salvavit enim eam puræ [Al. propriæ] conscientie fides, et Dominus, quem jugiter imprecata est. Deinde parentibus indulta, nec a **801** iudice, nec a viro est amplius inquisita : sed ad virtutes martyrum redeamus

CAPUT LXXI.

De Ferreolo et Ferrucione.

Vesonticorum^e quoque civitas propriis illustrata martyribus, plerumque miraculis præsentibus gaudet. Huic in abdito cryptæ duo, ut passio^f declarat, martyres, Ferreolus atque Ferrucio sunt sepulti (An. 211, 16 Jun.). Factum est autem quodam tempore ut vir sororis meæ invalescente febre graviter ægrotaret. Cumque jam quarti mensis spatio lectulo anhelus occumberet, ut nihil aliud conjux necesta, nisi quæ sepulturæ erant necessaria cogitaret, Sanctorum basilicam flens ac tristis expetiit : provolutaque coram sepulcris, palmis ac facie rigente, opprimit pavementum. Accidit autem fortuito ut, extensa dexteræ manus palma, folium herbæ salviæ, quod pro honore Martyrum in crypta conspersum fuerat, operiret. Postquam autem, suspirante, cum lacrymis surrexit a tumulis, putans aliquid de linteamini-
bus, quibus induta erat, manu prehensisse, ut assolet, volam continuit clausam ; egressaque basilicam, patefacta manu, folium herbæ miratur : obstupefacta vero quid hoc esset, munus cœlestis iudicium sibi divinitus recognoscit, ut scilicet per eum virtus Martyrum infirmo succurreret. Domum igitur jam lætior rediens, folium dilutum aqua viro porrexit ad bibendum. Qui ut hausit plenus fide, protinus sanitatem plenissimam meruit obtinere.

CAPUT LXXII.

De sancto Dionysio Parisiorum episcopo.

802 Dionysius vero episcopus, Parisiorum urbi datus est martyr^g (An. 250, 9 Oct.) : tempore vero quo Sigibertus rex cum exercitu ad urbem illam venit, et maximam vicorum^h ejus partem incendio

lib. III, n. 53. Eorum martyrium sub initium Antonini Caracallæ cortigisse censent viri eruditi. Vesontionem, ubi passi sunt, fidei prædicandæ causa a sancto Irenæo directi fuerant.

^g Ex his quæ Gregorius in Hist. lib. I cap. 50, scripsit, Dionysius post an. 250 passus est. Si aliis monumentis fides sit, quæ enim a sancto Clemente in Gallias missum testantur, ejus passio sæculo II consignanda erit : quæ sententia fuit Patrum synodi Parisiensis pro sacris imaginibus an. 825. Vide Mabillon, tomo I Analect., pag. 63, et præceptum Theodorici IV regis, in appendice hujus operis.

^h Ex hoc loco Lannoins et ejus sequaces inferre voluerunt basilicam Dionysianam ac martyrum se-

concremavit (An. 574), quidam de primoribus ejus ad basilicam antedicti martyris properat, non orationis devotione, sed tantum ut aliquid fraudaret ab æde: qui scilicet ubi reserata ostia ac vacuum templum a custodibus reperisset, pallam holosericam, aureoque exornatam et geminis, quæ sanctum tegebant sepulcrum, temerario ausu diripuit, secumque sustulit. Veniens autem ad castra, fuit ei necessitas navigandi. Cumque puer ejus, quem tunc creditum habebat, suspensis ad collum ducentis aureis, navem cum eodem ascendisset, subito, a nullo tactus, de navi deruit, oppressusque aquis, nunquam potuit inveniri. Ille quoque judicium Dei in se cernens per pueri amissionem et auri, velociter littori de quo digressus fuerat, remeavit, pallamque sepulcri summa velocitate restituit. Et licet hoc fecerit, tamen diem in quo hæc admiserat, recurrente anni circulo, non attigit. Alius autem super sepulcrum sanctum calcare non metuens, dum columbam ^a auream lancea quærit elidere, elapsisque pedibus ab utraque parte, quia turritus ^b erat tumulus, compressis testiculis, lancea in latere dextra, exanimis est inventus. Id non fortuito contigisse, sed judicio Dei gestum, nullus ambigat.

CAPUT LXXIII.

De sancto Quintino Viromandensi.

803 Apud Viromandense vero oppidum Galliarum, Quintinus martyr ^c quiescit, cujus beatum corpus a quadam religiosa, quæ dudum fuerat cæcata ^d, reperitur (An. 287, 31 Oct.). Sed mox ut a fluminis fundo relevatum est (An. 342), miraculum protulit, cum mulieris facie ^e, ubi primum illuxit, lumina cæcata restituit. In hac etiam urbe unus ex latronibus equum presbyteri furtim abstulit: inventus a presbytero, judici manifestatur; nec mora, apprehensus et in vincula compactus, supplicio subditur; opus suum ore proprio indicans, patibulo dijudicatur. Sed presbyter metuens ne ob sui damni causam anima homi-

pulera tunc in ipsa Parisiorum urbe exstitisse. Sed si hic locus cum libro IV Hist., cap. 44, conferatur, ubi vici qui circa urbem erant dicuntur a Sigiberti exercitu incensi, evanescent illa difficultas, potissimum cum passim vicorum urbis nomine loca ab urbe ipsa valde dissita apud Gregorium aliosque ejus ævi auctores intelligantur, ut probant invicte Cointinus ad an. 574, num. 6, et fuse Had. Valesius in parte II Defensionis suæ contra Launoium, ubi de situ, statu monastico, et aliis ad basilicam Dionysianam spectantibus, disserit. Vide supra, col. 651, in notis ad cap. 79 Chronici Fredegarii.

^a De ejusmodi columbis ad sepulcra appensis vide Mabillon., de Liturgia Gallic. lib. I cap. 9, ubi et de columbis altarum et baptisteriorum disseritur.

^b Id est in modum pyramidis acuminatus, non quod turris ingens unquam supra sepulcrum erecta fuerit. Vide Vales. in Defensione adversus Launoium, parte I, cap. ult.

^c Sanctus Quintinus sub Rictio Varo passus in Actis vulgaris memoratur, proindeque sub Maximiani persecutione, Viromandunorum urbi nomen suum tribuit, hodieque celebri sub sancti Quintini nomine, ubi insignis collegiata, quæ olim episcoporum Viromandensium sedes fuit, priusquam cathedram episcopalem Noviomani transferret sanctus Medardus.

nis auferretur, judicem deprecatur, ut concessa illi vita, hic culpa reus absolveretur a pœna, dicens sibi satis esse jam factum, quod per tot tormentorum genera latro quæ gesserat declarasset: sed severitas judicis, cum nullis precibus potuisset inflecti, reum patibulo condemnavit. Tunc presbyter cum lacrymis prostratus ad beati Martyris tumulum, suppliciter deprecatur, dicens: Quæso, gloriosissime athleta Christi, ut eruas hunc pauperem de manu iniquæ, ne mihi fiat in opprobrium, si per meam accusationem moriatur hic homo. Ostende, deprecor, virtutem tuam, ut quem asperitas humana nequit absolvere ^f lenis pietatis moderamine tu dissolvas. Hæc sacerdote cum lacrymis deprecante, disruptis vinculis patibuli, reus ad terram ruit. Quod audiens ^B judex, timore perterritus, et divinam admirans virtutem, nihil ultra illi nocere præsumpsit.

CAPUT LXXIV §.

De Genesio Beorritano martyre ^h.

804 Est alius martyr infra terminum urbis Beorritanæ ⁱ, presbyterii honore præditus, cujus passionis historia apud loci incolas legitur. Illic dum esset in corpore (An....), castancum diu aridum suis orationibus obtinuit in viriditatem redire: in cujus basilica cum plerumque super infirmos mirabilia ostendantur, illud præ cæteris est admirabile, quod lilium dudum collectum, et siccum, in ejus solemnitate denuo revirescit, ita ut intueantur illa die populi flores novos, quos pridem viderant arefactos. Ad hujus ^C enim sepulcrum plerumque sacramentum mendax prolatum a perfidis virtute Martyris confutatur, ut qui temeritate elatus advenerat, emendatus abscedat.

CAPUT LXXV.

De sancto Sigismundo rege.

Sæpe enim Dominus arrogantiam contumacis mentis virga correctionis enervat, ut eandem cultus sui

Lis est tamen inter viros eruditos an Augusta Viromandunorum sita fuerit ubi nunc Quintinopolis visitur ad Summonam fluvium, aut eo loco ubi superest abbatia ordinis Præmonstratensis cum vico *Viromandus*, etiam nunc *Vermand* dicto. Vide Cointinum, ad an. 551, Valesium in notitia, Samsonem, Hemeræum, Vassorium, et alios.

^d Hæc in Actis vulgaris Eusebia nobilis matrona Romana appellatur. Alteram sancti Quintini inventionem a sancto Eligio factam describit sanctus Audoenus in ejusdem sancti Vita, lib. II cap. 6.

^e Aliquot Mss., *faciem*. Legendum *faciei*.

^f Mss. duo, *humanæ nequitie absolvere nequit*. Colb. a, *absolvere noluit, tu dissolvas*.

^g Istud caput invenimus in codice Floriacensi ab annis circ. 600 scripto, in quo non solum titulus ut in cæteris scriptis habet, *de Genesio Beorritano martyre*, sed et ejusdem martyris nomen, quod in aliis non occurrit, in ipso capitis textu his verbis exprimitur: *Est alius martyr Genesius infra terminum urbis Beorritanæ*, etc.

^h Sic Mss. Editi vero, *De alio quodam martyre*. Quis vero ille Genesius fuerit, non licuit reperire.

ⁱ Id est territorii Bigorritani, ubi urbs Turba (*Tarbes en Bigorre*). Vide notas in Hist. lib. IX cap. 6.

veneratione ^a restituat, sicut quondam de Sigismundo ^b rege manifesta fides gestum profert (*An.* 525, 4 *Maii*). Ille etenim post interemptum per iniquæ consilium conjugis filium, compunctus corde Agaunum dirigit, ibique prostratus coram sepulcris beatissimorum martyrum legionis felieis ^c et pœnitentiam egit ^d, deprecans ut quæcunque deliquerat, in hoc ei sæculo ultio divina retribueret, ut scilicet habeatur in iudicio absolutus, **805** si ei mala quæ gesserat, priusquam de mundo decedat, repensentur: ibique et psallentium ^e quotidianum instituit, locumque tam in territoriis quam in reliquis rebus affluentissime ditavit. Postea vero captus a Chlodomero rege cum filiis, interfectisque ejus jussu, ad eundem locum delatus, sepulturæ mandatus est, quem in consortium Sanctorum ascitum ipsa res quæ **B** geritur manifestat: nam si qui nunc frigiditici in ejus honore missas ^f devote celebrant, ejusque pro requie Deo offerunt oblationem, statim compressis tremoribus, restinetis febribus, sanitati pristinae restaurantur.

CAPUT LXXVI.

De sanctis Agaunensibus, seu De sancto Mauricio et sociis.

Magna ^g est etiam virtus ad antedictorum martyrum sepulcra, de quibus relictis pluribus ^h pauca perstringere libuit. Mulier quædam filium suum unicum ad hoc monasterium adducens, abbati tradidit erudiendum, videlicet ut factus clericus, sanctis manciparetur officiis (*An.* 286, 22 *Sept.*). Verum **C** cum jam spiritalibus eruditus esset in litteris, et cum reliquis clericis in choro cantantium psalleret, modica pulsatus febre, spiritum exhalavit. Cucurrit mater orbata ad obsequium iuneris plangens, sepelivitque filium. Veruntamen non suffecerunt hæc lacrymæ dolori, quæ in exsequiis sunt effusæ: sed per dies singulos veniebat, et super sepulcrum nati sui, emis-iss in altum vocibus, eulabat. Cui tandem appareus per visum noctis beatus Mauriceus, ait: Quid tu, o mulier, incessanter filii obitum plangens,

^a Sic Colb. a et Clar. a. Cæteri Mss., *veneratio*. Editi, *generatio*.

^b Laud., Bell. et Colb. a, *Sigimundo*. De illo fusius agitur in *Hist.* lib. III capp. 5 et 6, ubi et de Agaunensi monasterio et de jugi psallentio in notis.

^c Id est Mauricii, et aliorum martyrum de quibus cap. seq. De hoc nomine diximus in observationibus ad eorum Acta, inter sincera Martyrum, cap. 236.

^d Sigismundum tunc vestem monasticam induisse scripsit Valesius lib. VII *Rerum Franc.*, quod sub finem præfati nis tomii II anno 525 factum dicit, quo anno, *Maximo consule*, ex Martii Aventicensis Chronico, ille a suis traditus et in *Franciam in habitu monachali perductus occisus* est.

^e Colb. a, *psallentium chorum*, et sic semper. Præferenda tamen altera lectio, ut jam monuimus.

^f Habetur hæc mi-sa in vet. Sacramentario Galleano Bobiensis monasterii a Mabillone edito; hanc in appendice dabimus. Oblatio autem pro requie sancti Sigismundi hic dicitur, id est ad gratias Deo referendas pro ejus requie, seu in ejus honorem, ut hic loquitur Greg. Sic in Missali Mozarabum pro *spiritibus pausantium* seu confessorum offertur.

nonquam desistis a luctu? Cui illa: Dies, inquit, vitæ meæ hunc plactum non expleat; sed dum advixero, semper dellebo unicum meum, nec unquam mitigabor a lacrymis, **806** nec oculos corporis hujus debita mors concludat. Cui ille: Noli ita, ait, quasi mortuum flere, sed æquanimiter age, nam scias eum nobiscum habitare, et sedentem ⁱ vitæ perennis consortio nostro perfui. Et ut veraciter credas certa esse quæ loquor, surge crastina die ad matutinum, et audies vocem ejus inter eloros psallentium ⁿ monachorum ^j. Et non solum die crastina, sed etiam omnibus diebus vitæ tuæ, cum veneris audies in psallentio vocem ejus; ideoque ne fleveris, eo quod gaudere te oporteat potius quam lugere. Surgit mulier, longaque ducit suspiria, nec obdormit in stratu suo, donec signum ad con-surgendum commoveatur a monachis: quo commoto, accedit ad ecclesiam, aliqua de visione quam viderat probatura. Nihil enim præterit de pollicitatione saneta, sed quæ fuerant divinitus nuntiata, mox impleta noscuntur. Verum ubi cantator responsorium [*Al.*, cantato responso], antiphonam ealerva suscepit monachorum, audit genitrix, parvuli vocem cognoscit, et gratias agit Deo. Sed et illud quod Martyris ore promissum habebatur, prorsus impletum est, ut omnibus diebus vitæ suæ cum accessisset mulier ad psallentium, vocem audiret hujus infantuli inter reliqua modulamina vocum. Cum autem Guntelramnus rex ita se spiritalibus actionibus mancipasset, ut relictis sæculi pompis thesauros suos ecclesiis et pauperibus erogaret, accidit ut, misso presbytero, munera fratribus qui sanctis Agaunensibus deserviunt ex voto transmitteret, præcipiens presbytero ut ad eum rediens Sanctorum sibi reliquias exhiberet. Igitur dum, impleta regis præceptione, cum his regrederetur pignioribus, Lemanni laei, per quem Rhodanus insuit, navigium petit. Extenditur autem laeus ille in longitudine quasi stadiis quadringentis, latitudine autem stadiis centum quinquaginta ^k **807**. Denique revertens presbyter, ut diximus, cum navigium hæc

^g Hoc et tria quæ sequuntur capita desunt in Clar. b.

^h Eorum passionem, a sancto Eucherio Lugdunensi episc. descriptam dedimus inter Acta Mart. sincera, pag. 289, ubi plura de iisdem sanctis martyribus observavimus, et de legione Feliei pag. 286. Vide et Brouer. in Fortunat. lib. II *cap.* 14.

ⁱ Colb. a, *sedis*, alii, *sede*.

^j Supra clericos appellabat, unde observamos eos qui canendis in choro Dei laudibus vacare consueverant a Gregorio clericos appellatos fuisse. Quod non hic solummodo fecit Gregorius, sed et passim eosdem modo monachos, modo clericos appellat; ejus rei varia exempla in aliis quoque auctoribus frequenter occurrunt, ut fusius ostendit noster Mabillon. in præfat. sæculi II *Bened.* num. 27. Vide Had. Valesium in disceptatione de Basilicis, et in ejus defensione, et Thomassin. *Disciplinæ eccles.* p. I, lib. III.

^k Hunc longum sexaginta millia, latum viginti scribit Marius Aventicensis in Chronico. Vulgo dicitur Laeus Genevensis, ob celebrem urbem ipsi impositam.

fuisset aggressus, subito tempestas exorta fluctus tollit : ad sidera surgunt undarum montes, et nunc puppis naviculæ, prora debiscente, fertur in altum ; nunc iterum, demersa puppe, prora tollitur in sublime. Turbantur nautæ, et nihil aliud nisi sola mors in hoc periculo præstolatur. Tunc presbyter cum videret se his fluctibus obrui, et spumis undarum ipsarum graviter operiri, extracta a collo capsula, quæ Sanctorum pignora continebat, undis tumulentibus fidus objecit, ac Sanctorum præsidium clara invocat voce, dicens : Ne peream in his fluctibus, virtutem vestram deprecor, martyres gloriosi, sed potius qui jugiter pereuntibus præbeatis auxilium, mihi, quæso, dextram salutis porrigere dignemini ; fluctus opprimite, nosque ad litus optatum vestri adjutorii ope reducite. Et hæc dicens, cessante vento, decedentibus undis, ad litus evecti sunt. Hæc ab ipso cognovi presbytero. In hoc etiam stagno ferunt tractarum piscium magnitudinem usque ad centum librarum pondera trutinari.

CAPUT LXXVII.

De sancto Victore Massiliensi.

Est^a et ad sepulcrum sancti Victoris Massiliensis martyris mira virtus (*An. 299 aut 305, 21 Jul.*). Nam cum sæpius ad eum accedentes infirmi sanentur reliqui, energumeni tamen multum se collidentes, et Martyrem declamantes, ejectis dæmonibus liberantur. Aureliani autem patricii servus a dæmonio correptus, dolendo exitu cruciabat, ita ut plerumque propriis se morsibus laceraret : **303** sed adductus ad basilicam Sancti, cum se exuri ejus virtute fateretur, debacchans per totam ædem, die tertia mundatus abcessit. Qui in tantum fidei merito roboratus est, ut deinceps, humiliatis capillis, abbatis sortitus ordinem monasterio uni præponeretur.

CAPUT LXXVIII.

De Baudillio martyre glorioso.

Est apud Nemausensis urbis oppidum Baudillii^b beati martyris gloriosum sepulcrum, de quo sæpius virtutes multæ manifestantur (*An... 20 Maii*). Ex quo sepulcro laurus orta et per parietem egressa, arborem foris fecit salubri coma vèrnantem. Quod

^a Hoc caput et duo sequentia non habet Colb. tot. in cod. vero Clar. a quæ sequuntur ad caput 88 inclusive desunt. Porro sanctus Victor passus est Massiliæ sub Diocletiani et Maximiani persecutione. Ejus Acta dedimus inter sincera Martyrum, pag. 292, cujus festum in Martyrologiis celebratur die 21 Julii, a Fortunato autem laudatur lib. vii. cap. 4. De basilica ipsius noster Gregorius lib. ix. Hist. cap. 22, quæ etiam nunc celebris est cum insigni monasterio ordinis Benedictini, quod originem suam debet celebri Joanni Cassiano, qui sæculo v. floruit. Hujus loci historiam sub titulo Cassiani illustrati edidit Guesnayus.

^b Colb. a, *Baudelii*, et sic semper. Ejus Acta habentur die 20 Maii Bollandiani, sed non adeo antiqua ut integram mereantur fidem. Sedatis gentium persecutionibus, Christiani supra ejusdem sancti sepulcrum ecclesiam construxerunt, quæ postea abbatiæ titulo decorata fuisse dicitur. Sæculo xi laben-

A sæpe loci incolæ in multis infirmitatibus habere cœleste remedium sunt experti. Pro quibus virtutum beneficiis, cum plerumque nudaretur a foliis vel ipsa quodammodo cortice, arida est effecta. Unde quia morbos ab ea multarum infirmitatum diximus depelli, longum fuit singulos quosque memorari : ideo hæc sufficere putavi, quod ea medicamenta largiendo aridam effectam dixi. Etiam fertur celebre a negotiatore quodam in Oriente de his foliis deportatum pignus fuisse : sed priusquam portum negotiator attingeret, energumenus in ecclesia adire Baudillium martyrem Orientalem plagam, stupentibus populis, declamavit. Ostendit autem beatus Martyr et in aliis virtutem suam. Aram vero Theodorici regis Italici dux, dum in Arelatensi urbe resideret, exstitit ei B quidam archipresbyter parochiæ Nemausensis invivus. Tunc fervens felle, contra eum misit pueros, dicens : Ite quancumque, et ligatis pedibus ac manibus, adducite eum cum **309** vi, ut cognoscat quod sim dominus regionis hujus. At illi non intelligentes archipresbyterum, putaverunt quod archidiaconem jussisset adduci. Et ascensis equitibus venerunt ad urbem, interrogantesque de archidiacono, digito eis ostensus est. Erat enim hic Joannes nomine, valde religiosus, et in archidiaconatu suo studium docendi parvulos habens^c : apprehensumque pueri ducis ligatis manibus ac pedibus sub alvo equi adduxerunt eum. Sed non desit virtus Martyris alumno proprio subvenire. Pueri verò juxta ipsam portam cum eo mansionem habuerunt, quia jam obseratis pro nocte portarum valvis, ingredi non potuerunt. In ipsa vero nocte, duce obdormiente, astitit ei archidiaconus per visum, dicens : Quid tibi, o homo, culpabilis exstiti, quod me in hanc humilitatem redactum cum tali jussisti injuria accersiri ? Vere dicam tibi, quia non effugies judicium Dei. At ille expergefactus, consternatusque metu, exclamat suis : Inquirete si pueri quos Nemausum direximus jam venerunt. Interrogantesque de muro urbis responderunt se adesse cum homine. Renuntiant nuntii quæ audierant. Confestimque dux ait : Exhibete ad me hominem quem adduxistis. Quod cum factum fuisset, aspiciens eum dux, timore perterritus, ait : Archipresbyterum ego adduci præceperam, non archidia-

D te in prioratum redacta fuit, et Seguino Casæ Dei abbati subjecta, qui ibi monachos restituit. Sed anno circiter 1561, a Calvinianis hæreticis simul cum regularibus locis in favillas redacta fuit ; jacetque exinde sub ruinis beati Martyris sepulcrum, quod nondum detectum fuit. Ino cum nulla restituerandi veteris monasterii spes affulgeret, Casenses monachi vetus episcopale palatium pretio comparaverunt, ubi novum sub sancti Baudillii patrœinio monasterium excitatum est, in quod, favente ill. episcopo Nemausensi Spiritu Fléchier, monachi Benedictini co gr. sancti Mauri, e Casæ Dei monasterio introducti fuerunt die 23 Sept. an. 1689, qui ibidem perseverant. De ejus sancti reliquiis an Aurelianam translata fuerint vide Bollandianos.

^c Archidiaconi omnia et prærogativas egregie describit sanctus Isidorus epist. ad Leudefredum episc. Cornubensem. Vide et lib. i. Decretal. cap. 2, apud Bolland., 18 Martii, in elogio sancti Braultonis.

conem. Et prostratus ad pedes ejus, ait : Indulge, quæso, injuriam delicti hujus, quia non est in conscientia mea, ut hæc passus fuisses. Et statim dignis honoratum numeribus remisit ad urbem, quem in tanto amore pro ipsa Martyris reverentia dilexit in posterum, ut decedente urbis illius sacerdote, ipsum sacerdotem mandaret institui ^a. Sed nec archipresbyterum amplius inquiri jussit. O magna virtus Martyris, quæ per innocens injuriam noxium absolvit a pœna l impletumque est illud Apostoli, quia *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum* (Rom. viii, 28), cum hæc injuria gradum **810** huic construxit, quem scanderet ad regendam ecclesiam Dei.

CAPUT LXXIX.

De miraculis beati Andreæ apostoli in ecclesia Agathensi.

Ecclesia quoque Agathensis urbis, quæ sancti Andreæ apostoli reliquiis plaudit ^b, plerumque gloriosis illustratur miraculis, pervasores rerum suarum sæpius arguit. Denique cum Gomacharius ^c comes agrum ecclesiæ ipsius pervaderet, tunc Leo episcopus ^d hujus ecclesiæ valde mæstus concurrat ad eum, dicens : Relinque, a fili, res pauperum quas ordinationi nostræ Dominus commendavit, ne tibi sit noxium, et a lacrymis egentium, qui de fructibus ejus ali consueverant, eneceris. Ille vero quia erat hæreticus, paupervidens de his quæ ab episcopo dicebantur, rem in sua dominatione retinuit. Interim, procedente die, arripitur a febre, cumque non modo ardore corporeo, verum etiam animæ vexaretur incommodo, misit ad episcopum nuntios, dicens : Dignetur pro me sacerdos orationem ad Dominum fundere, et ego dimittam agrum ejus. Quo orante, hic a valetudine qua gravabatur convaluit, factusque sanus, ait suis : Quid putatis, quid isti nunc Romani dicant? Aiunt enim me ob hoc fuisse febre gravatum, quia tulerim agrum eorum, quod mihi juxta consuetudinem humani corporis accidit, verumtamen non habebunt eum me vivente. Et dicto citius misit qui eum iterum auferret. Quod cum episcopus comperisset, venit ad eum, dicens : Num pœnitet te prius fecisse bene, quod hoc iterum conaris evertere? ne facias, quæso, ne ultioni divinæ subiaceas. Qui ait ad episcopum : Sile, sile, decrepite, nam infrenatum te loris, circuire urbem super asinam faciam, ut sis in ridiculo omnibus qui te aspexerint.

^a Mirum est hunc Joannem in catalogis Nemensium episc. desiderari. Locus ei dandus est inter Sedatum, qui an. 506 concilio Agathensi adfuit, et Pelagium, qui an. 589 interfuit concil. Narbon., anno vero præcedenti concilio Toletano.

^b Juxta hanc ecclesiam monasterium construxit sanctus Severus, ubi trecentis fratribus præluit, ex ejus Vita in appendice sæculi i Benedictini. Istud monasterium postea ad sæculares canonicos transiit. Ibi habita est synodus Agathensis an. 506, ex ejus præfatione.

^c Cod. Laud., *Comacharius*.

^d Leo Agathensem ecclesiam rexit inter Sophronium, qui an. 506 Agathensi concilio interfuit, et Tigradium, qui subscripsit concilio Narbon. an. 589.

At ille silens ad nota recurrit præsidia : prosteruitur in oratione, **811** celebrat vigiliis, ac noctem totam in lacrymis et psallentio ducit. Mane autem facto, accedit ad lychnos qui de camera ecclesiæ dependebant, extendensque virgam quam tenebat in manu, effregit cinctos, dicens : Non hic accendatur lumen, donec ulciscatur Deus de inimicis, et restituat res domus suæ. Hæc eo dicente protinus hæreticus ille in redivivam febrem corruit. Cumque in extremis ageret, misit ad episcopum, dicens : Oret pro me sacerdos ad Dominum, ut vivam, et restituam agrum, ac similem ejus conferam dominationi. Quibus pontifex respondit : Jam oravi ad Dominum, et exaudivit me. Misit et alios ac tertios ad eum nuntios. Sed sacerdos in uno responso persistens, non movebatur ad hæc, ut pro eo orationem daret ad Dominum. Hæc ille hæreticus cernens, jussit se in plaustro componi, atque ad eundem evehi, ac per se deprecari episcopum, dicens : Quia dupla satisfactione restituo agrum quem iniique pervasi, tantum ut oret pro me sanctitas tua. Illo quoque recusante, compulit eum vi ut abiret ad ecclesiam, quo discedente, ut ecclesiam est ingressus, et hic spiritum exhalavit. recepitque confestum ecclesia rem suam.

CAPUT LXXX.

De approbatione fidei Christianæ per miraculum.

Semper enim catholicorum inimica est hæresis, et ubicunque potuerit tendere insidias, non obmittit : sicut illud est, quod quodam loco factum celebre fama profert. Mulier quædam erat catholica, habens virum hæreticum : ad quam cum venisset presbyter nostræ religionis valde catholicus, ait mulier ad virum suum : Peto charitati tuæ ut pro adventu hujus sacerdotis, qui me visitare dignatus est, lætitia habeatur in domo nostra, ac præparatum dignis impendiis prandium epulemur cum eo. Promittente autem viro ejus sic se, ut illa flagitabat, **812** facturum, advenit et alius hæreticorum presbyter, dixitque vir mulieri : Duplicata est lætitia hodie, eo quod sint sacerdotes utriusque religionis in domo nostra. Discumbentibus autem ad convivium, vir ille cum presbytero dextræ partis ^e cornu occupat, catholicum ad sinistram statuens, positaque ad lævam ejus sellula, in qua conjux ejus resideret. Dixitque vir ad presbyterum hæreticum : Si consenseris dictionibus

^e Multa exempla ex auctoribus sacris et profanis adducit in utramque partem Savaro in notis ad epist. 2 lib. i Apollinaris Sidonii, de nobiliori in mensa loco, an censeri debeat ad dexteram, an ad sinistram. Quæ forte opinionum diversitas ex eo procedit, quod alii alio modo dexteram aut sinistram partem acciperent. Dexteram hic Gregorius, nobiliorum appellat. Veteres icones sanctum Paulum a dextris sanctum Petrum a sinistris representant. De modo accumbendi ad mensam plura habet Lambecius tomo IV Bibliothecæ Casareæ, additamento 8, ubi veteres ea de re picturæ representantur. Vide Sirmondi notas in lib. i Apollinaris Sidonii epist. 2 et duas ejusdem ea de re epistolas tomo V novæ editionis.

neis, exerceamus hodie eachinum de hoc Romano presbytero, ut scilicet apposito ferculo, tu celerius signare festines; cumque ille manum non posuerit, illo tristante nos cum lætitia comedemus cibum. Cui ille: Faciam, inquit, quod præcipis. Denique veniente disco cum oleribus, signavit hæreticus, posuitque primus manum suam. Quod cernens mulier, ait: Ne feceris, quia ingrate fero injuriam sacerdotis. Et exhibitio alio cibo sumpsit catholicus. In secundo vero et tertio ferculo similiter fecit hæreticus. Quarto autem exhibitio, cujus in medium sartago fervens advenerat, in qua compositus erat cibum ille, qui ex collis ovis parumper mixta farina, dactylorum partibus olivarumque rotunditatibus assolet exornari, festinans hæreticus, priusquam ferculum illud vel mensam tangeret, elevata in obviam manu, signat, statimque positum cochlearium sumit, non intelligens an caleret, ferventemque cibum velociter inglutivit. Protinus, accenso pectore, æstuarum cœpit, emissoque cum suspirio immenso ventris strepitu, nequam spiritum exhalavit: ablatumque de convivio, locatus in tumulo, terræ [Al., terrenæ] molis congerie est opertus. Tunc exsultans presbyter nostræ religionis, ait: Vere ultos est Deus servos suos. Et conversus ad virum cujus erat convivium, dixit: Perit hujus memoria cum sonitu, et Dominus in æternum permanet (Psal. ix, 7). Tu vero appone quod comedam. Tunc homo ille perterritus, expleto convivio, provolutus est ad pedes presbyteri, conversusque ad fidem catholicam, credidit cum domo sua, qui in hac 813 perfidia tenebatur; et multiplicata est lætitia, sicut prius mulier flagitaverat.

CAPUT LXXXI.

De altercatione catholici diaconi cum presbytero hæretico.

Arianorum presbyter cum diacono nostræ religionis altercationem habebat, proferens contra Dei Filium ac Spiritum sanctum, ut mos est genti illi, venenosas assertiones. At ille cum diu multumque nonnulla de fidei nostræ ratione disseruisset, et hæreticus perfidiæ obcæcatus caligine, quæ erant vera respiceret, juxta illud, quia *In malevolam animam non introibit Sapientia* (Sap. 1, 4), adjecit, dicens: Quid longis sermocinationum intentionibus fatigamur? factis rei veritas approbetur: succendatur igni æneus, et in ferventi aqua annulus cujusdam projiciatur. Qui vero eum ex ferventi unda sustulerit, ille justitiam consequi comprobatur. Quo facto, pars diversa ad cognitionem hujus justitiæ convertatur. Intellige itaque, et tu hæretice, si hæc pars nostra Spiritu sancto adjuvante compleverit, nihil in sancta Trinitate dissonum, nihil esse dissimile fatearis. Consensit hæreticus huic definitioni, et inuito usque mane placito, discesserunt; sed fidei fervor per quem hæc primum diaconus protulerat, cœpit ini-

A mico insidiante tepescere. Difusio autem surgens, brachium infundit oleo, unguento conspergit. Sed tamen loca sancta circuit, et Dominum deprecatur. Quid plura? circa horam tertiam in foro conveniunt. Concurrit populus ad spectaculum. Accenditur ignis, æneus superponitur, fervet valde, annulus in unda ferventi projicitur. Invitat primum diaconus hæreticum, ut ipse eum a calore auferat. Sed statim recusavit, dicens: Qui hanc sententiam protulisti, debes auferre. Diaconus vero licet trepidus, tamen denudat brachium. Cumque ipsum vidisset unguentis hæreticus pre-byter delibutum, exclamavit dicens: Magicis artibus te elitandum putasti, ut hæc unguenta diffunderes, nec valebunt ista quæ ag's. His na litigantibus, supervenit diaconus ab urbe Ravenna, Jacinctus 814 nomine, sciscitansque quæ esset hæc altercatio, ut veritatem cognovit, nec moratus, extracto a vestimentis brachio, in æneum dexteram mergit. Annulus enim qui ejectus fuerat, erat valde levis ac parvulus, nec minus ferebatur ab unda, quam vento possit ferri vel palea: quem diu multumque quæsitum, infra ubius horæ spatium reperit. Accendebatur interea vehementer focus ille sub dolio, quo validius fervens non facile assequi possit annulus a manu quærentis, extractumque tandem, nihil diaconus sensit in carne sua: sed potius protestatur, in imo quidem frigidum esse æneum, in summitate vero calorem teporis modici continentem. Quod cernens hæreticus, valde confusus, injecit audax manum in æneo, dicens: Præstabit mihi hæc fides mea. Injecta manu, protinus usque ad ipsa ossium intermedia omnis caro liquefacta defluxit, et sic altercatio finem fecit ^a.

CAPUT LXXXII.

De clerico pro confessione Dominica cæso in Hispania.

Sed et nostro tempore, cum incredulitas ac iniqua Arianorum secta in locis Hispaniæ per malorum pessimis assertiones disseminata fuisset, quidam clericus apprehensus, Christianum se esse confessus est, asserens æqualem Patri Filium et Spiritum sanctum esse. Cui rex ^b qui præerat, oblati numeribus, tanquam majorem se suppliciter deprecabatur, ut scilicet compressa confessione de sanctæ Trinitatis æqualitate, minorem Patre Filium cum sancto Spiritu lateretur. Quod si faceret, et facultatibus ditaretur, et magnus haberetur in populis. Quod ille consiliunt, tanquam morsum viperæ fugiens, ac iniqui virus mortiferum respuens anguis, adjecit rex: Video, inquit, duram intentionem mentis insanæ, sed novi temperamentum tuum, ut quem munera non delfectunt, facile tormenta subjecliant. At ille: Utinam dignus habear, ait, in hac juglari confessione, nam munera tua tanquam stercus exhorreo. Tunc iratus rex, jussit eum ad trochleas extendi, et fortiter 815 cædi, interrogans: Quid credis? Respondit:

^a Vide notas in cap. 14 lib. de Gloria Conf.

^b Is fuit, ut reor, Leuvigildus, qui persecutionem in Catholicos movit.

Jam dixi tibi : Credo Deum Patrem omnipotentem, et Filium ejus Jesum Christum. Post hæc cæsus est valde, sed semper durabat in confessione, nec unquam eum a fidei linea potuit hæc tortura deflectere. Nam in primordio cum cæderetur, tres tantum verberum ictus sensit, qui, ut ipse postea referebat, ipsam animam penetrarunt. Reliqua vero flagella, tanquam si aliquod velamentum dorso superpositum fuisset, ita non sentiens, magis fidem quam cœperat inter tormenta positus prædicabat. Itaque cum regi satisfactum de ejus cæde fuisset, dimissus est, obtestante eo ne in terminis Hispaniæ unquam inveniretur. At ille lætus discedens, in Gallias est regressus [Al., egressus]. Sed ut fides dictis adhibeatur, ego hominem vidi, qui hæc ab ipsius clerici ore audita narravit.

CAPUT LXXXIII.

De reliquiis plurium martyrum, Pauli scilicet, Laurentii, Pancratii, Chrysanthi, Dariæ virginis, Joannis et Pauli ejus fratris.

Per^a hanc enim confessionem martyres gloriosissime inefabilia semper salutarium munerum beneficia meruerunt, ac petentibus se hoc præstiterunt virtute, quod eisdem a Domino impertitum est Creatore, sicut nobis nuper a diacono nostro relatam, ita gestam esse cognovimus. Hic autem diaconus^b a papa urbis Romanæ Pelagio (An. 590), quorundam martyrum confessorumque assumpta pignora, cum grandi psallentio vel clericorum officio, ac populi immensi obsequio, usque ad portum deductus est. Et ingressus navem, erectis velis, ac per illum antennæ quæ modulum crucis gestat apparatus extensis, flante vento, pelagus altum arripiunt. Qui dum navigant, ut Massiliensis urbis portum attingant, appropinquare cœperunt ad locum quemdam, de quo a litte re maris lapideus mons exurgens, ac paulatim decedens, summo tenuis unda in mari distenditur. Cumque impellente vento carina magno **816** impetu ferretur in præceps, ut scilicet scopulo illisa quassaretur, ac nuntæ discrimen intuentes, exitum vociferarent, diaconus, elevata cum sanctis pignoribus capsula, invocare nomina singulorum cum gemitu et voce maxima cœpit, deprecans ut eorum virtute ab hoc periculo perituri liberarentur. Jamjamque appropinquabat navis, ut præfati sumus, ad scopulum : et statim in sanctarum contemplatione reliquiarum, ab ipso loco commotus cum violentia majori ventus hinc vento contrarius fluctum elisit, ventumque diversum repulit, ac nave in pelagus profundum revocata, cunctos a mortis periculo liberavit : sicque, gyrata mole periculi, portum quem desiderabant, cum Domini misericordia ac sanctorum patrocinio contigerunt. Erant enim reliquie sanctorum, quo-

rum sacra vestigia Domini manibus sunt abluta, cum Pauli, Laurentiique, atque Pancratii, Chrysanthi, Dariæque virginis, Joannis, atque alterius Pauli fratris ejus^d, reliquiis, quorum certamina ac palmas victoriarum ipsa caput orbis urbs Roma devote celebrat.

CAPUT LXXXIV.

De reliquiis quas pater meus habuit.

Quid vero et de his reliquiis quas quondam genitor meus secum habuit fuerit gestum, edicam? Tempore quo Theudebertus Arvernorum filios in obsidatum tolli præcepit, pater meus nuper junctus conjugio, voluit se sanctorum reliquiis communiri, petivitque a quodam sacerdote ut ei aliquid de eisdem indulgeret, quo scilicet in viam longinquam abiens, tali præsidio tutaretur. Tunc inclusos in lupino aureo sacros cineres circa eum posuit : sed ignarus **817** nominum beatorum, referre erat solitus, se a multis tunc erutum periculis, nam et violentas latronum, et pericula fluminum, improbitates seditiosorum, et assultus sensuum^e, sæpius se evasisse hominum virtutibus testabatur. Quid tamen ego de his viderim, non s lebo. Post genitoris mei obitum, mater mea hæc **817** pignora super se habebat. Igitur segetum advenerat sectio, et congregati in areis frugum acervi fuerant magni. In illis autem debus, cum jam semina tritorarentur, et sicut Lemane^f vestitum segetibus, nudum habetur a silvis, intercedente gelu, cum non esset unde ignis accenderetur, ab ipsis paleis focos sibi ahibnerant excussores. Interea recedunt omnes ad capiendum cibum. Et ecce inter incrementa suræ, cœcit per paleas paulatim ignis spargi. Nec mora, flante Noto, acervi ab igne comprehenduntur : fit magnum incendium, insequitur clamor virorum, strepitusque mulierum, ululatus infantium. Hæc autem agebantur in agro nostro. Quod sentiens mater mea, quæ hæc pignora collo appensa gestabat, exsiliit de convivio, elevatisque sacris pignoribus contra ignium globos, ita omne ce sit incendium de momento, ut vix inter moles exstantium palearum vel semina ignis invenirentur : nihil tamen frugibus quas apprehenderat nocens. Post multos vero annos has reliquias a genitrice suscepti : cumque iter de Burgundia ad Arvernum ageremus, oritur contra nos magna tempestas : cœpitque crebris ignibus micare cœlum, validisque tonitruorum fragoribus resonare. Tunc extractis a sinu beatis reliquiis, manum elevo contra nubem quæ protinus divisa in duas partes dextra lævaque præteriens, neque nobis, neque ulli deinceps nocuit. At ego, ut juvenilis fervor agere solet, vanæ gloriæ inflari supercilio cœpi, et tacitus cogitare, non hoc tantum sanctorum meritis, quam mihi proprie fuisse concessum, atque ad socios iti-

^a Deest hoc caput cum duobus sequentibus in Clar. b.

^b De eo lib. x Hist. cap. 1. Unde conjicimus hanc reliquiarum translationem ad an. circ. 590 esse revocandam.

^c Id est apostolorum, quibus pedes Christus lavit.

^d Hi sunt celebres fratres germani ; Constantie cumuelli, qui sub Juliano Apostata Romæ passi dicuntur.

^e Colb. 2, *assultus ensuum*, an legendum *ensium* ?

^f Alii codices, *Lemmane*, id est Limania Arvernica.

neris jactans, ac proferre quod innocentiae meae Deus praestiterit, ut haec mererer. Nec mora, elapsus subito suo me equus, ad terram elisit; in quo easu tam graviter sum contractus, ut vix surgere possem. Intellexi enim mihi ista a vanitate evenisse, satisque fuit debine observare, ne me ultra vanae gloriae stimulare aculeus. Nam si evenit ut mererer deinceps aliqua de sanctorum virtutibus contemplari, **818** Dei illa munera [*Laud.*, munere] per sanctorum fidem praestita praekonavi.

CAPUT LXXXV.

De eo qui pedes in patena lavit.

In nullo est enim temeritas utilis, ut illud quisque appetat quod exercere non licet. Sic et Britannorum comes eum graviter a doloribus pedum affligeretur, et per medicos expendens substantiam suam, nihil commodius habuisset, dixit ei quidam de suis: Si enim ab ecclesia tibi aliquod vas ministerii quod in altari ponitur deferatur, in quo pedes ablueres, poterat tibi haec causa ferre medelam: stulti et inertes non cognoscentes quod sacrata Deo vasa non debeant ad usus humanos aptari. At ille celeriter ad ecclesiam mittit, et patenam argenteam sacrosancti altaris de sacrario suscepit; ibique pedes abluit^a; sed statim doloribus additis, ad plenum debilitatus, nunquam postea gressum facere potuit. Sed et Langobardorum ducem fecisse similiter comperi.

CAPUT LXXXVI.

De diacono cui turris inter manus effugivit.

Dessemus^b enim scelera nostra et plangimus, cum nos mundos esse nescimus, et ad ipsum altare Domini accedentes, audenter sanctum corpus ejus et sanguinem, cum simus actu polluti, potius ad iudicium sumimus quam ut veniam consequamur. Nam recole quod in adolescentia mea gestum audivi. Dies passionis erat Polycarpi martyr is magni, et in Ricomagensi vico civitatis Arvernæ ejus solemnia celebrabantur. Lecta igitur passione^c cum reliquis lectionibus, quas canon sacerdotalis invexit, tempus ad sacrificium offerendum advenit, acceptaque turri diaconus in qua mysterium^d dominici corporis habebatur, **819** ferre coepit ad ostium, ingressusque templum ut eam altari superponeret, elapsa de manu ejus ferebatur in aera, et sic ad ipsam aram accedens, nunquam eam manus diaconi potuit assequi: quod non alia credimus actum de causa, nisi quia pollutus

A erat in eonscientia. Saepius enim ab eodem adulteria ferebantur admitta. Uni tantum presbytero et tribus mulieribus, ex quibus una mater mea erat, haec videre licitum fuit, ceteri non viderunt. Aderam fateor et ego tunc temporis huic festivitati, sed haec videre non merui.

CAPUT LXXXVII.

De Epachio, qui post sumptum jentaculum ausus est celebrare.

Sic et Epachius presbyter, dum temere, quae indignus erat agere praesumpsisset, divino iudicio solo projectus oecubuit. Illic enim dum dominici Natalis vigiliis celebrare ecclesiam expetisset, per singula horarum momenta egrediebatur de templo Dei, ac in domo sua pocula lasciva spumantibus pateris hauribat; ita ut affirmarent multi eum post galli cantum in ipsa nocte vidisse bibentem. Sed cum esset ex genere senatorio, et nullus in vico illo Ricomagensi, superius memorato, juxta saeculi dignitatem haberetur nobilior, celebrare solemnia missarum expetitur. Nec dubitat miser vino madefactus appetere quod jejunus quisque non sine metu potest terrene eonscientia explicare. Verum ubi explicitis verbis sacris, confracto corporis dominici sacramento, et ipse sumpsit, et aliis distribuit ad edendum: mox equini hinnitus ad modum vocem emittens, ad terram ruit, ac spumas cum ipsa mysterii sacri particula, quam dentibus comminuere non valuit, ab ore projiciens, inter manus suorum ab ecclesia deportatur. Nec caruit ultra hac epilepsie infirmitate, sed per singulos **820**

C lunares eursus incrementis decrementisque hae semper pertulit, quia ab haustu nimio vini minime infelix abstinuit. Quo ergo honore, quave reverentia hae nox celebrari debeat, praesens exemplum docet. Quodam tempore, cum in hac solemnitate de vigilia egressus, paululum obdormissem, venit ad me vir quidam, dicens: Surge et revertere ad ecclesiam; et ego expergefactus, signo crucis opposito, iterum obdormivi. Nec destitit, sed iterat priora verba eadem quae prius persona^e. Sed eum nec secunda admonitus vice consurgerem, et iterum obdormissem, advenit tertio, et alapam imponens maxillae, ait: En tu reliquos ad vigiliis admonere debes, et adhuc sopore opprimeris? Tunc pavore perterritus, eum grandi velocitate ad ecclesiam sum regressus. Hae de Natalis dominici vigilia dicta sufficiant. Sed ad temerarios revertamur.

referens lib. II Collationum capite 52, haec verba interpretatur *capsam cum corpore Domini*. Et quidem Felix episc. Bituricensis laudatur a Fortunato, lib. III carn. 23, quod ejusmodi turrem fieri curavisset,

Quam bene juncta decent, sacrati ut corporis Agni Margaritam ingens, aurea dona ferant.

Hinc egregie confirmatur sententia Mabillonii nostri, in Liturgia Gallicana et in Commentario in Ordinem Romanum, § 20, scribentis morem olim in ecclesia fuisse ut pontifici ad altare procedenti praeretur Eucharistia. Qui mos, uti ex hoc loco patet, non solum Romae, sed etiam in Gallia receptus erat. Ejusmodi turris benedictionem vide infra in appendice.

^e Editi et aliquot scripti, *eademque personat*.

^a Ex hoc loco recte colligit Mabillon., lib. I Liturgiae Galliae cap. 7, patenas tunc capacissimas fuisse. Confer caput 8 libri de Virtutibus sancti Juliani.

^b Hoc caput deest in Colb. tut. In Editis hunc habet titulum: *Non esse tractanda sacra animo polluto*. Vox autem *sacra* Eucharistiam passim designat.

^c Martyrum Acta publice olim in ecclesia lecta fuisse probavimus in praefatione ad Acta martyrum sincera pag. 14. Etiam in missa recitabantur ex hoc loco, cui consentiunt Hilduinus in epistola ad Ludovicum Plum Areopagiticis praefixa, Braulio in Vita sancti Emiliani, et alii.

^d Sic omnes Mss. quos licuit videre, eum Cluet. Alii Editi posteriores, *ministerium*. Nostra lectio confirmatur ex sancto Odone qui hunc Gregorii locum

CAPUT LXXXVIII.

De Jordane fugiente coram muliere facinorosa.

Mulier erat adultera ab Hierico civitate, cujus hæc erat consuetudo teterrima, ut quoties a scorto concipiens partum edidisset, statim suffocatum terræ reconderet, ut scilicet fieret occultum hominibus, quod Deum et ejus angelos non latebat. Scilicet cum dies sanctus Epiphaniorum advenisset, et omnes in Jordanem descenderent abluere tam vulnera corporis (Vid. supra, cap. 17) quam animæ cicatrices, hæc eum reliquo populo ad littus accessit. Cumque levatis usque ad geniculum vestimentis, ut amnem ingrederetur, mirum dictu fugit aqua ante pedes ejus: illa quoque insequente, fluvius ad ripam aliam premebatur^a. Hæc videntes populi, mirati sunt tale factum in die celeberrimo contigisse: cognoscentesque mulierem esse facinorosam, interrogant **821** quid mali fecerit, ut hæc ei in tali frequentatione populi evenissent. At illa conversa ad populum crimen fatetur, dicens: Septem jam a me parvulos editos interfeci, quos de incestu concipiens, metui publicare, octavum adhuc die præterita suggillavi. Rogo ergo ut fundatis pro me orationem ad Dominum, quatenus remissa iniquitate, peccare jam desinam, ne me cœlestis ira consumat. Hæc ea loquente, omnis populus prostratus ad terram, precem fudit ad Dominum, ut ei misericorditer ignosceret, quod adminiculante ignavia deliquisset. Post orationem vero mulier, extensis per terram brachiis, spiritum exhalavit. Quod ob hoc contigisse reor, ne crimen indultum iteraretur ulterius. Cognovit autem populus delictum, eum aquæ fluminis ante faciem mulieris recessissent. Impletumque est illud Salomonis proverbium, quia *Spiritus Domini fugit fictum* (Sap. 1, 5). Miraculum hoc ab ore Joannis diaconi (V. supra, cap. 19) factum ita cognovi; asserebat enim se tunc temporis fuisse præsentem.

CAPUT LXXXIX.

Non potuisse cadaver Antonini scelerati in æde sancti Vincentii quiescere.

Apud^b urbem enim Tolosatium ferunt fuisse quemdam, Antoninum^c nomine, iniquum in Deum, et omnibus hominibus odibilem, eo quod multa perpetraret scelera. Factum est autem, ut, impletis diebus, migrans a sæculo, in basilica beati Vincentii sepeliretur, in qua ipse sibi vivens vas deposuerat. Ve-

^a Simili fere modo Maria Ægyptiaca ingredi ecclesiam diviniis prohibebatur, donec pœnitentiam spondidisset. Vide ejus Vitam die 2 Aprilis apud Bollandianos.

^b Hoc caput et duo seqq. desunt in Clar. b.

^c Colb. int. et Clar. a, Antonium.

^d Simile miraculum contigit monacho, qui parentes suos invisens defunctus fuerat, apud Gregor. Magnum, lib. II Dialog. cap. 24. Vide et lib. IV cap. 13, ubi Valentinus in ecclesia sancti Syri sepultus Mediolani nocte sequenti turpiter ejectus est.

^e Hoc caput deest in Colb. int.

^f Clar. a, Colb. a et Edii plerique, Hispaniis, alii Hispanis. De celeberrimo hoc martyre plura congerere superfluum esset. Videsis Acta martyrum sinœra, pag. 587.

Arum ubi cunctos sub alta noctis silentia sopor arripuit, et omnes blandiente somno dedissent membra quieti, sarcophagus ille a sancta basilica per fenestram projicitur, et in medio deponitur atrii. Mane autem facto, ibi repertus est effractum **822** super se opertorium habens. Denique propinqui illius non intelligentes virtutem Dei, neque sentientes Sancti injuriam, in ejus templo indignum temere sepeliant, iterum deposito sarcophago in loco in quo prius fuerat, alius suffoderunt. Altera vero illucescente die invenerunt eum iterum foris ejectum in medio esse atrii, et sic intellexerunt magna Dei. Ex hoc enim a nullo tactus, usque hodie in loco quo ejectus est in testimonium reservatur^d. Hæc de temerariis dicta sufficiant.

CAPUT XC.

De Vincentio martyre glorioso.

Vincentius^e autem vel levita, vel martyr Hispanus^f martyrium consummavit (An. 304, 22 Jan.). Apud terminum vero Pictavum vicus est in Arbatilico^g, nomine Beéciaeo, in quo ejus habentur reliquie. Cujus solemnitas duodecimo Kalendas^h mensis undecimiⁱ celebratur. Sed incolæ loci, et præcipue archipresbyter errorem nescio quem passus, ante diem eam voluit celebrari. Dictis igitur missis, cum ad convivium residerent, ecce unus ex energumenis clamare cœpit, ac dicere: Currite, cives, egredimini a vico, exite obviam beato Vincentio: ecce ad vigilias venit, ecce festa ejus crastino habituri eritis die. Hæc eo dicente, renovant solemnitas, et tota nocte in vigilis excubant. Mane autem facto, dum missarum mysteria celebrarentur, et hic energumenus, qui adventum Sancti prædixit, et alii cum eodem dumundati sunt: sed et duo paralytici ipsa die directi sunt, et sic a festivitate eum lætitia est discessum. Cum autem reliquie ejus a quibusdam peregrinis deferrentur, ad Ceratensem Turonicæ urbis vicum accesserunt, ibique ad tugurium cujusdam pauperi deferentes, suscepti sunt: **823** in crastino autem duo paralytici super hæc pignora acceperunt gressum, unusque cæcus lumen recepit. Haud procul autem ab illo vico est alius, quem Orbaniaicum vocant, in ejus ecclesia hujus Sancti habentur reliquie: quæ cum a furibus ablatæ fuissent, et ipse quid eadem abstulerat in Biturigo cuidam abbati accept-

^g Arbatilicus, seu Herbatilicus pagus, in Nannetum Pictonumque confinio situs, ab Herbadilla urbe sic dictus, quæ terræ hiati absorpta fuisse dicitur circa annum 580. Diu tamen postea pagus prædicti nomen retinuit cum comitatus titulo (*le Comté d'Herbage*). Lege Valesii notitiam, et Mabillonii notas in Vitam sancti Avandi, sæc. II Benedictino an. 679.

^h Hic aperte Gregorius Januarium mensem undecimum appellat, contra Scaligeri opinionem. Vide et cap. sequens, lib. II cap. 29, et lib. IV de Miraculis sancti Martini cap. 4. Aliter tamen numerare videtur infra, lib. II cap. 55.

ⁱ De hoc et Orbaniaeo in notis ad cap. ult. lib. Historiæ actum est.

pretio reliquisset, revelatum est abbati, ut eas loco A unde dimotæ [Al., demptæ] literant restauraret. Nihilominus et archipresbytero huic monasterio propiaquo per visum manifestatum est, ne penitus moras inneceret ad restituendum. Quas acceptas cum psallendo deferret, homo quidam qui per annum integrum oppressus gravi ægritudine decubabat, inter suorum deportatus manus, ut velum quo sanctæ regebantur favillæ [Al., reliquiæ] adorans suppliciter osculatus est, mox compressa infirmitate sanatus, exsequiis martyrialibus a cum reliquis est secutus.

CAPUT XCI.

De sancta Eulalia.

Eulalia gloriosa apud Emeritam urbem passa b (An. 304, 10 Dec.), magnam miraculum in die im- B molationis suæ populis profert. Sunt igitur ante ejus altare, quo sancta membra teguntur, tres arbores, sed ignarus ego cujus sint generis: cumque jam medio mense decimo, quando ejus passio celebratur, sint ab omni foliorum decore nudatæ, ea die illucescente cælo, in modum columbæ alitis flores proferrunt suavitatis, scilicet quod sanctus ejus spiritus in columbæ c specie penetraverit cælos, et quod beatum ejus corpusculum, jam exanimè vestibisque undatum, nix cœlitus decidua molli vellere contextisset. Quod miraculum si solita arbores protulerint libertate, scit populus sibi anuum vel pressuris vancum, vel frugibus plenum. Quod si tardius flores ex more paruerint, cognoscit plebs sua hoc fieri noxa; nam priusquam erumpant, querula 824 ad sepul- C crum Martyris ac mœsta decumbit, deprecans ut solitam promereatur conspiciere gratiam. Sed nec psallendo procedit, si hæc manifestata non fuerint. Si placatur Martyr a lacrymis plebis, emergunt protinus ex arboribus gemmei flores, qui odorem nectarum respirantes, animi mœstitiam et adventu lætificent, et reficiant suavitate. Dehinc diligenter collecti, et in basilicam sacerdoti delati, processio cum gaudio celebratur, nam et hos flores sæpius infirmis prodesse cognovimus.

CAPUT XCII.

De basilica sancti Felicis.

Quodam d tempore Felicis martyris basilica a fu-

* Clar. a et Colb. a emend. exsequias marty- D riales.

b Cum ipsius Acta vulgata non adeo certa sint, ejus martyrii historiam ex Prudentio retulimus inter Acta martyrum sincera, pag. 497, ubi plura observavimus. Vide missam in ejus Natali, lib. iii de Liturgia Gallie, num. 18 Missalis Gothici. Emerita olim Lusitanæ metropolis hodie in Extremadura excisa jacet, sede ejus Compostellam translata.

c Hoc miraculum, et sequens de nive, habet Prudentius hymno 5 Περὶ στεφάνου.

d Deest hoc caput in Colb. tut. Sancti Felicis Acta in Mss. Codd. passim occurrunt, et quidem non speruenda, in quibus sub Daciano præside passus dicitur. Eum laudant Prudentius, sanctus Eulogius, et alii. Gerunda autem, ubi passus est, vulgo Gironne, urbs est celebris in Catalaunia ad Sambroçam fluvium (le Ter), titulo ducatus et sede episcopali insignita.

ribus est effracta (An. 304, 1 Aug.). Sic vero martyr in Gerunda Hispaniæ passus est urbe. Fur vero apprehensis palliis sericis, textis auro, monilibusque exornatis, cum reliquis ornamentis abcessit. Quo euate, conjungitur ei homo ignotus, interrogans quo pergeret. Cui ille respondit: Si sermo meus occuleretur tecum, ostenderem tibi thesaurum magnum. Et ille: Ostende, ait, quæ volueris, totis a me obtegetur viribus. At ille ostendit ei species illas, dicens: Si in aliis hæc regionibus venundantur, utrique nostrum lucrum inferent multum. Et ille: Ego sum, inquit, homo, cui in diversis regionibus multi habentur amici, et est mihi domus magna atque secreta: si hæc in ea posueris, deinceps eum libuerit, venundabis. Et præcedens, sequelatur B homo cum sarcina, putans se ad aliam duci urbem; concluderat enim Deus oculos ejus, et non cognoscebat quia per viam qua venerat regrediebatur. Quid multa? Pervenitur ad basilicam Sancti, et ait ad eum vir: Ecce domum de qua locutus sum tibi; ingredere et depone sarcinam tuam. Ille quoque ingressus est. Verum ubi deposita sarcina cœpit aspicere, ad se reversus, cognovit basilicam Sancti, de 825 qua res illas abstulerat. Vir autem jam recesserat ab eo. Et sic cuncta quæ cum viro illo gesserat populis enarravit: unde indubitatum est ipsum ei Martyrem beatum apparuisse. Hujus e reliquiæ apud Narbonensem basilicam retinentur. Sed cum hujus ædis altitudo, ne Liguria f, quod est locus amœnissimus, a palatii regis cerneretur arceret, contulit hæc cum Leone g consiliario rex Alaricus. Qui ait: Deponatur ex hoc C ædificio una structura machinæ b; et rex quæ placuerit liberius contemplabitur. Et statim vocatis operariis, ideam consiliarius humiliavit basilicam Sancti, ædificiis non meritis. Sed ille protinus lumine caruit oculorum.

CAPUT XCIII.

De Hemeterio et Chelidonio martyribus.

Calagurris i autem urbs Hispaniæ Hemeterium Chelidoniumque martyres gestat, et sæpe ab eorum virtute miracula cernendo, diversarum ægritudinum medicamina capit. Hi etenim martyres a persecutore comprehensi, et ad supplicium rapti (An... 3 Mart.), dum diversis pœnis afficerentur ob divini nominis

e Quæ sequuntur non habentur in Clar. b.

f Aliquot Mss., non cerneretur. Mart., altitudine Liguria... non cerneretur. Locus ille postmodum appellatus est Livoria, vulgo la plaine de Livière, ut monet Valesius. — Situs locorum etiam hodiernus hujus historiæ veritatem firmat. Nam destructa licet sub Ludovico XII rege sancti Felicis basilica, ne urbis munitionibus noceret, superest sacellum ipsi substitutum, sub nomine sancti Felicis, cum prioratus titulo, quod inter Livoriam (la plaine de Livière) interjacet et locum ubi palatium olim situm erat. Capitolium olim nuncupabatur, hodieque vulgus le Capduciel appellat.

g Is est ipse Leo, cui, tunc Evarigis regis consiliario seu questori, scripsit Apollinaris Sidonius epist. 5 libri viii et epist. 22 lib. iv. Eundem laudat Eusebius in Epiphaniï Vita.

h Alii Scripti et Editi, structuræ machina.

i Hoc caput et sequens desunt in Clar. a. Aliquot

confessi nem, excepta ultimæ damnationis se tentia, A deducuntur ad decollandam. Cumque eorum capita lietor incideret, miraculum populis magnum apparuit. Nam unius annulus, orariumque alterius nube susceptum est, et in cœlos evectum. Viderunt hæc omnes qui aderant, et usquequo acies oculorum intendere potuit, fulgorem auri candoremque lintei suspectu sequebantur attoniti» [Al. attoniti]. Præbet hujus rei testimonium Aurelius Clemens^a in libro Coronarum, his versibus, dicens :

Illa laus oculis non est,
Nec senescit tempore.
Missa quod sursum per auras
Evolarunt munera,
826 Quæ viam patere cœli
Prædicando ostenderunt.
Illius lidem figurans
Nube fertur annulus;
Hic sui dat pignus oris
Ut ferunt orarium.
Quæ superno rajta flatu
Lucis intrant intimum,
Per poli liquentis axem
Fulgur auri absconditur.
Ac diu visum sequacem
Textilis candor fugit,
Subvehuntur usque in astra
Nec videntur amplius.

CAPUT XCIV.

De beatissimo Cypriano.

Cyprianus^b beatissimus Carthaginensis et antistes et martyr (An. 258, 15 Sept.), salutem sæpius infirmis supplicantibus præstat, in cuius basilica analogis, in quo libro supra posito cantatur aut legitur, mirabiliter compositus esse refertur. Nam ex uno lapide marmoris totus sculptus asseritur : id est mensa C desuper, ad quam per quatuor gradus ascenditur; cancelli in circuitu, subter columnæ, quia et pulpitu- tum habet sub quo octo personæ recipi possunt. Qui nunquam ibi ullo ingenio potuit exhiberi, nisi virtus Martyris præstitisset.

CAPUT XCV.

De septem Dormientibus apud Ephesum.

Septem vero germanorum, qui apud urbem Ephesum requiescunt (An. 250, 27 Jul.), hæc est ratio. Tempore Decii imperatoris, cum persecutio in Christianos ageretur, septem viri comprehensi sunt, et ducti coram principe; horum nomina hæc sunt : Maximianus, Malehnus, Martinianus, Constantinus, Dionysus, Joannes, Serapion^c. Qui diversis verbis tentati D ut cederent, nequaquam **827** acquieverunt. Imperator vero pro elegantia eorum, ne in momento perirent, spatium tractandi indulget. At illi in unam se Codd. *Emeterius et Celedonius*. Horum Acta jam tempore Prudentii perierant : passi sunt Calagurri, vulgo *Calahorra*, urbe episcopali Castellæ Veteris. Vide Bolland., ad diem 3 Martii.

^a Prudentius, hymno 4 libri *περὶ στερῶν*.

^b Hæc caput deest in Colb. lat. Ecce sit in indice. De sancto Cypriano nihil satius quam pænæ dicere jayat. Ejus Acta et Vitam a Pontio scriptam, etc. dedimus in Actis mart. sinceris, ad an. 258.

^c Paulo aliter a Graecis referuntur eorum nomina. Primus omnium, quos quidem novimus, hos martyres celebravit noster Gregorius. De his apud Photium, Cod. 255, Constantinum Manassem et alios. Vide

speluncam concludunt, ibique per multos dies habitaverunt. Egrediebatur tamen unus ex eis, et comparabat victus, et quæ necessaria erant exhibebat. Revertente autem imperatore in eandem civitatem, isti petierunt ad Dominum ut eos ab hoc periculo dignaretur eruere, factaque oratione prostrati solo obdormierunt. Cumque imperator didicisset eos in hac antro morari, intuitu Dei jussit os speluncæ magnis lapidibus oppilari, dicens. Ibi intereant qui diis nostris immolare noluerunt. Quod dum ageretur, quidam Christianus in tabula plumbea nomina et martyrium eorum scribens, clam in aditu cavernæ priusquam oppilaretur inclusit. Post multorum vero annorum curricula, cum, data Ecclesie pace, Theodosius^d Christianus obtinisset imperium (An. 447), surrexit

B hæresis immunda Sadducæorum, qui negant resurrectionem futuram. Tunc quidam civis Ephesus, dum caulas ovibus secus montem ipsum facere destinat, ac lapides divolvit ad coaptanda earum septa, iguarus quæ agerentur introrsum, patefecit ingressum ejus; non tamen cognovit arcanum quod habebatur intrinsecus. Dominus autem immisit septem viris spiritum vitam, et surrexerunt, putantesque quod una tantum nocte dormissent, miserunt pnerum unum ex se qui cibos emeret. Cumque veniens super portam civitatis vidisset crucis gloriosæ signaculum, audissetque per Christi nomen jurare populum, obstupuit prolatisque nummis, quos a tempore Decii habebat, a mercatore comprehenditur, dicente sibi: Quia absconditos antiquitus thesauros reperisti. At ille negans deducitur ad episcopum^e ac judicem civitatis. Cumque ab his argueretur, **828** compellente necessitate, absconditum mysterium revelavit, et deduxit eos ad speluncam in qua viri erant. Cumque ingrederetur episcopus, invenit tabulam plumbeam, in qua omnia quæ pertulerant habebantur scripta, locutusque cum eis, nuntiaverunt hæc cursu rapido imperatori Theodosio. At ille veniens ad ravit eos pronus in terra, qui tali colloquio cum eodem usi sunt principe : Surrexit, gloriose Auguste, hæresis, quæ populum Christianum a Dei promissionibus conatur evertere, ut dicant non fieri resurrectionem mortuorum. Ergo ut scias quia omnes, juxta apostolum Paulum, representandi erimus ante tribunal Christi, ideo jussit nos Dominus suscitari, et tibi ista loqui. Vide ergo ne seluearis et excludaris a regno Dei. Hæc audiens Theodosius imperator glorificavit Dominum, qui non permisit perire populum suum. Viri autem iterum prostrati in terram, obdormierunt, quibus Baronium, ad 27 Julii.

^d Is est Theodosius junior, Arcadii filius, sub quo, ut aiunt, Theodorus episcopus Egarum seu Æginensium resurrectionem mortuorum futuram negabat. De hæc re consulendus Theophanes ad annum 25 Theodosii.

^e Hunc Marum seu Marinum appellat Photius, Stephanum Metaphrastes apud Surinno : prior ignotus est, alter vero Bassianum e sede sua exturbaverat an. 448, et ipse vicissim exauctoratus fuit in synodo Caledoniensi an. 451. In uno Cod. Marinus episc. et præconsul Antipatus appellantur.

cum Theodosius imperator sepulera ex auro fabricare vellet, per visum prohibitus est ne faceret. Viri autem usque hodie palliis sericis aut carbainis cooperti, in ipso loco requiescunt: quod passio eorum, quam Syro quodam interpretante in Latinum transtulimus, plenius pandit.

CAPUT XCVI.

De quadraginta octo martyribus Armeniæ.

Formit^b autem fuisse apud Armeniam quadraginta octo viros (An. 520, 9 Mart.), qui in ipsos mentes Armeniæ, in quibus præ altitudine nimia, magno frigore aquæ et terra restringuntur, passi sunt. Quorum montium celsitudinem non parvam esse Legislator exponit, cum super eos arcam a Noe fabricatam requievisse ait (Gen. viii, 4). Ibi effossa persecutor **829** terra, cisternam magnam efficiens, aqua repleti jubet: nudatosque viros, ligatis post tergum manibus, in lacum gelu concatenatum præcepit poni, succenso e regione balneo, dicens: Eligite e duobus unum. Aut in isto frigore Christum vestrum confessi deficite; aut negantes, oblato diis sacrificio, ad balneum convolate, ut possitis vivere, et non male propter crucifixum hominem mori. Negantibus quoque eunctis sacrificare dæmoniis, videt custos eorum quadraginta octo coronas pretiosissimas e cælo dilapsas descendere super capita virorum, et unam quoque earum revocari; defecerat enim fides viri unius, et protinus relictis satellitibus velociter ad balneum convolvit; immolatisque victimis, honoratus a præside, in balneo tepenti ablatus est, excepturus in posterum perpetui ignis supplicium. Hæc eos ille, ut diximus, cernens, voce magna proclamat se Christianum esse, dicens: Cum iisdem mori desidero. Nec mora, diversis pœnis affectus spoliatur veste, non fide: et in lacum ponitur, frigora eum reliquis perpressurus, sed adepturus coronam, quam miser ille perdiderat. Jam enim virorum emortua erant frigore corpuscula, et dentibus in se collisis, ipse quoque vocis sonitus claudabatur: unum tantum murmur orationis cælo ab arcanis pectoris illabebatur notum soli Deo, qui novit occulta cordis. Tremebant fessi artus tam inedia quam pruina; erat spes cælo intenta, jam carne præmortua. Interea iudex iniquus, amotis lymphis, balneum succendi septuplum jubet, ut scilicet quos algor non laxaverat, incendia sæva dissolve-

rent. Prodeuntur viri e lacu, confessi Christum mittuntur inter arstantes ignium vapores; sed sustinent patienter illata supplicia, ut majorem accipiant palmam. Denique in his relinquentes corpora, animas Christo tradentes, martyrium consummaverunt in pace. Tunc præses victum se eorum constantia cernens, putans vel mortuos posse **830** viacere, qui vivos superare nequiverat, jussit ipsa deinceps exuri corpuscula, et in flumen propinquum jectari. Quod cum factum fuisset, miraculi novitas sentibus Christianis apparuit. Restitit igitur unda, nec ossa semiusta absorbit, sed super se tanquam commendata sustinuit: et sic collecta a Christianis gaudentibus, cum honore dignissimo tumultata sunt.

CAPUT XCVII.

De glorioso martyre Sergio.

Sergius^d quoque martyr (An. 503, 7 Oct.) multa signa in populis facit, curans infirmitates, sanansque languores fideliter deprecantium. Unde agitur ut ex hoc ingentia basilicæ vel promittantur vota, vel munera deferantur, ex quibus nihil omnino licet subtrahere aut auferre. Quod si quis fecerit, innox iudicium aut noxæ [Al. Mss., notæ] aut mortis incurrit. Ob hanc vero defensionem multi res suas Sancto devotent, scilicet ut ejus virtute munitæ non diripiantur a malis. Denique anus erat exigua, et credo evangelicæ illius pauperulæ similis, quæ quondam duo minuta, cum nihil aliud haberet, in gazophylaciua devote jactavit (Marc. xii, 41; Luc. xxi, 1). Ergo hæc pauculos gallinarum pullos habebat, quos ex voto basilicari ditioni subdiderat, datura in domo ipsius eum necessitas flagitasset. Igitur cum ad festivitatem Sancti multi populi advenissent, duo, conventione facta, qui hos pullos olim viderant, unum furto subtrahunt, incisoque capite, detractis plumis, truncatisque pedibus, positumque in vase cum aqua super ignem levant, instanterque succendunt. Fervet autem latex validissime, sed earo furva non coquitur: etiam fervendo aqua consumitur, nec prorsus pullus ille mollitur. Tentant crebro manibus, et unguem conantur infingere, sed duriores sentiunt quam mississent. Interim adsunt convivæ evocati ad epulum, nullatenus sumpturi de apparatu. Exstat mensa **831** niveis velata mantilibus, opere plumario exornata. Conversis cibis in novam duritiem, eatinus lymphis

^a Habetur ex Simeone Metaphraste apud Surium die 27 Julii; sed aliam esse ab ea quam Gregorius in Latinum transtulit, vel ex eo solo manifestum est, quod nomina ibi aliter quam apud Gregorium recensentur. Aliam invenimus in Mss. in qua nomina sicut hic recenset Gregorius habentur; sed cum incertum sit an ea sit ipsa quam Gregorius transtulit, nihilque novi habeat, eam edere superfluum fuisse.

^b Deest hoc caput cum sequenti in Colb. tot. Hic, sicut et lib. x Hist. cap. 24, Martyres quadraginta octo dicuntur, quamvis certum videatur eos non plures quam quadraginta fuisse. Passi sunt apud Sebastianum in Armenia sub Licinii persecutione, quorum martyrium sancti Patres pluribus celebrarunt. De his in Actis martyrum egimus pag. 580. Vide et Bollandianos, die 40 Martii.

^c Lacum illum jam antea existisse verisimilius est ex sanctorum Patrum testimoniis, hodieque superstet. Cæterum Gregorius sanctos martyres in ipso lacu congelato frigore euectos cum aliis antiquis memorat, quos tamen Basilii non in lacu, sed in media urbe passos fuisse testatur; at Vossius antiquissimum Cod. Ms. Græcum in Cryptæ ferrate monasterio se vidisse testatur, ubi pro *ἐν μέσση τῆ πόλει*, legitur *ἐν μέσση τῆ λίμνη*. Vide Bollandianos.

^d Hoc caput et duo seqq. desunt in Clar. b. Sergius enim Baccho sub Maximiano martyr occubuisse dicitur. Ejus Acta Surius refert 7 Octob., quo die ejus festivitas celebratur. De eo vide notas in cap. 51 lib. vii Historiæ. Celebris est et antiqua in suburbio Andegavensi abbatia ord. sancti Benedicti cong. sancti Mauri, sub sancti Sergii nomine.

sæpe diluitur, sed nihil coctum quod in eo exhibeant, invenitur; sicque novo miraculo epulis redactis in saxum, confusis invitatoribus, verecundantibus invitatis, a cœna cum pudore discessum est.

CAPUT XCVIII.

De Cosma et Damiano.

Duo vero gemini, Cosmas scilicet et Damianus ^a, arte medici, postquam Christiani effecti sunt (*An. 33, 27 Sept.*), solo virtutum merito et orationum interventu, infirmitates languentium depellebant; qui diversis cruciatibus consummati, in cœlestibus sunt conjuncti, multa miracula in oculis ostendentes. Nam si quis infirmus ad eorum sepulcrum fide plenus oraverit, statim adipiscitur medicinam. Referunt etiam plerique apparere eos per visum languentibus, et quid faciant indicare: quod cum fecerint, sani discedunt. Ex quibus multa audivi, quæ insequi longum putavi, hoc existimans posse sufficere quod dixi. Cuncti fideliter deprecantes sani discesserunt.

CAPUT XCIX.

De inclyto martyre Foca.

Focas ^b quoque martyr, et ipse his martyribus regione conjunctus, apud Syriam requiescit (*An. 5 Mart.*), qui post multas, quas pro nomine Redemptoris est passus injurias, qualiter de antiquo illo serpente triumphaverit, hodieque populis declaratur. Denique si in quempiam in his locis coluber morsum stringens venena diffuderit, extemplo qui percussus est, ut januam atrii quo Martyr quiescit, attigerit, compresso tumore, **832** evacuata virtute veneni, salvatur. Ex quibus nonnulli, ut celebre vulgatum est, jam tumidi male bestie ietu, jam toto corpore inerassante veneno in hoc perflati, ut spiritum exhalarent, inter manus delati, et in atrio positi, sunt sanati: nec unquam ob hoc virus obire hominem fas est, si sacrum limen fide plenus attigerit.

CAPUT C.

De egregio martyre Domitio.

Domitius equidem alius martyr in hac ^c habetur regione, qui cum multa beneficia incolis præstet, sciaticis tamen veloci virtute medetur (*An. 5 Jul.*). Nam fertur ab hoc Sanctus fuisse, dum in corpore esset positus, dolore detentus. Denique cum multis,

^a Varia horum martyrum Acta circumferuntur, sed dubia. Certiora sunt quæ de eorum cultu et miraculis veteres passim scribunt. De his in synodo generali vi, act. 4. Missa in eorum Natali habetur in Sacramentario Gregoriano. Sanctus Sabas paternam domum in ecclesiam eorum memoriæ sacram commutasse dicitur. Dnas ecclesias ipsis ædificavit Justianus, ex Procopio, et nam Romæ Felix IV, sancti Gregorii atavus. Vocantur a Græcis *ἀγίρυροι*, quod medicinam absque lucro exercuisse dicuntur.

^b Deest hoc caput in Colb. tut. Hujus Phocæ martyris Natale apud Antiochiam celebrant vulgata Martyrologia die 5 Martii. An idem sit qui hortolanus apud Synopem vixit, quique a sancto Asterio Amaseno laudatur, non adeo certum est. Vide Acta mart. sincera, pag. 627, et Bolland., ad 5 Martii.

^c Sic et Clar. b, in quo præcedentia capita desunt, unde aliquis substituit in Syria. Domitium in Syria

ut diximus, in hac necessitate laborantibus mederetur, quidam Judæus ab ipsa infirmitate correptus Sancti basilicam, quanquam Christo non crederet, devotus tamen expetit, seque ad januam atrii deponi præcipiens, indignum se esse vociferans qui sanctum limen ingrederetur. Aiebat enim: Scio me quidem, gloriose martyr, legis velamine obcæcatus, cui tu impartiri misericordiam dedigneris: sed nunc ad te confugio, et supplex tuam misericordiam poseo, ut, aversa prius infirmitate corporca, languorem incredulitatis avellas. Hæc cum ante portam aulæ fateretur, adveniente nocte obdormivit: sed Martyr beatus non longi spatio temporis distulit misereri. Igitur ea nocte visitans ægrotum per somnium, jussit recedere sanum. At ille expergefactus sentit se redditum incoluntati, confessusque Christum Filium Dei esse Salvatorem mundi, sanus abscessit. Quod videntes Christiani, qui in ipsa tenebantur infirmitate, querimonias Sancto inferunt, dicentes: Ecce nos bene Deum confessi, **833** needum meruimus liberrari, et incredulus hic in Christum Regem, circumcissus carne non corde, sanus abscedit. Et hæc dicentes cum iralychnos basilicæ, qui ex camera dependebant, comminuere cœperunt. Sed nec his defuit misericordia postulata: nam ipsa die sanati ad propria sunt regressi.

CAPUT CI.

De insigni et glorioso martyre Georgio.

Multa ^d de Georgio martyre miracula gesta cognovimus (*An. 284, 23 April.*), de quibus pauca locutus sum. Hujus enim reliquæ cum reliquorum sanctorum a quibusdam ferebantur: sed cum portitores ad locum quemdam Lemovicini termini advenissent, ubi jam pauci clerici, conserto ligneis tabulis oratorio, Dominum assidue precabantur, mansionem postulant. Susceptique benigne noctem cum cæteris fratribus psallendo deducunt. Mane autem facto, apprehensam capsulam levare penitus non valebant. Denique cum iter agere sine pignore sancto penitus nequirent, et eis maximus dolor animi insedisset intelligunt, inspirante (*Al. imperante*) Deo, sibi aliquid ex his in loco relinquere oportere. Tunc inquisitis ligaturis divisisque particulis, seniori qui cellulæ præerat largiuntur, relinquentes partem patrocinii, sumentes facultatem quo valuerant abundi-

^d passum memorant Latinorum Martyrologia, quem Baronius, nescio qua de causa ab isto quem hic Gregorius laudat distinguit. Græci Domitium, seu Dometionem, in Phrygia martyrem sub Juliano Apostata, celebrant die 23 Martii.

^d Hoc caput deest in Colb. tut. et cum sequente in Clar. b. Plura quidem de sancto Georgio vulgati auctores habent, sed ejus Acta plane sunt fictitia. Varios cruciatibus quos pertulit narrat Fortunatus lib. ii. carm. 15. Celebrem ejus memoriam fuisse in Oriente et Occidente probant complures basilicæ in ejus honorem jam sæculo sexto constructæ, et plerique istius ævi auctores, de quibus fuse Bollandiani ad diem 25 Aprilis. Ejus martyrium anno 284 consignamus, quo Carino scilicet *et Numeriano* passus dicitur in Chronico Alexandrino sen Paschali. Alii eundem sub Decio passum fuisse volunt.

Habentur etiam ejus reliquæ in vico quodam Cenomanensi, ubi multa plerumque miracula ostenduntur. Nam cæci, claudi, frigoritici, vel reliqui infirmi, sæpius ibi sanitatum gratia munerantur.

CAPUT CII.

De Isidoro sanctissimo martyre.

834 Isidorus ^a martyr in insula Chio quiescit (*An.* 250, 15 *Maii*), sic enim nomen est insulæ, puteum in basilica Sancti habens, in quo et fertur injectus, de ejus aqua energumeni febricitantesque, vel reliqui infirmi, sæpius potati salvantur. Dicitur ibi etiam lumen, quasi cereus ardens, a fidelibus sæpe videri. Sed et ego vidi presbyterum qui se affirmabat hoc lumen de ore putei crebrius contemplatum esse. In hac enim insula et granum colligitur masticis ab arboribus celebre, quæ, ut ferunt, aliis non invenitur in regionibus.

CAPUT CIII.

De sancto Poliocto Martyre.

Apud Constantinopolim vero magno cultu Polioctus ^b martyr colitur (*An.* 250, aut 252, 13 *Feb.*), pro eo præcipue quod cum magnis virtutibus polleat, in perjuris tamen præsens ultor existit ^c. Nam quicumque, ut assolet, occultum scelus admiserit, et data suspicione ad hoc perductus fuerit templum, aut statim quod admisit virtute Martyris perterritus confitetur, aut si perjurerit, protinus ultione divina percussitur. Hujus basilicæ cameram Juliana quædam urbis illius matrona ^d auro purissimo textit hoc modo. Cum ad imperatorem Justinianum fama facultatis ejus multis narrantibus pervenisset, ad occursum illius properare celerius non tardavit, dicens: Latere te **835** non puto, o venerabilis mater, qualiter a specie auri thesauri publici sint exhausti, dum vos quietos esse volumus, dum patrias defendere studemus, dum gentes nobis placamus, dum solatia diversorum dando conquirimus. Ergo quia tibi potentia Majestatis divinæ multum contulit auri, quæso ut nobis manum porrigas, atque aliquid pecuniæ commodes, ut scilicet cum tributorum publicorum fuerit summa delata, illico tibi quæ commoda veris reformentur, ac in posterum, laudis tuæ titulo præcurrente, sanatur urbem Constantinopolita-

A nam a Juliana matrona fuisse pecuniis sublevatam. At illa intelligens imperatoris ingenium, sapienter obtegit quæ Deo devoverat, dicens: Parvitas redituum meorum tam de tributis, quam quod de fructibus speratur, per ipsas adhuc residet domos; si ergo gloria vestra recipiendi spatium tribuerit, cum collectum fuerit, conspectui vestro repræsentabitur. Cumque oculis propriis cuncta contemplati fueritis, quæ placuerint et relinquetis, et auferetis. Erit mihi ratum quod voluntas cordis vestri censuerit. His ita delusus imperator verbis, ad palatium gaudens rediit, putans se hanc pecuniam jam in thesauris publicis retinere. At illa vocatis artificibus, quantum reperire auri in promptuariis potuit, tradidit occulte, dicens: Ite, et factis juxta mensuram signorum tabulis, beati ex hoc Poliocti martyris cameram exornate, ne hæc avari imperatoris manus attingat. Illi vero perfecta omnia quæ matrona præceperat, cameræ affixerunt, texeruntque ex auro mundissimo. Quo opere explicito, vocat mulier imperatorem, dicens: Parvitas pecuniolæ, quam conjungere potui, adest: veni ad contemplandum eam, et quod libuerit facito. Surrexit gavisus imperator de solio, nihil percepturus ex auro: pergit ad domum mulieris, putans se copiosos thesauros palatio deportare. Cui cum **836** mulier occursum humiliter reddidisset, invitat in templum Martyris ad orationem; erat enim proximum domui ejus, et hæc quæ habere poterat loco illi delegaverat sancto. Apprehensa autem imperator manu mulieris, eo quod esset senex, ingreditur ædem, prosternitur ad orationem. Qua expleta, ait mulier: Suspice, quæso, cameram hujus ædis, gloriosissime Anguste, et scito quia paupertas mea in hoc opere continetur. Tu vero quod volueris exinde facito, non adversor. Ille vero suspiciens atque admirans, erubuit, et ne pudor ejus manifestaretur, collaudans opus, et gratias agens, abscedere cœpit. Sed ne rediret vacuus a munere, extractum mulier anulum a digito, ejus gemmam vola concuserat, qui non amplius auri pondus quam unius semiunciæ continebat, obtulit ei, dicens: Accipe, imperator sacratisime, hoc munusculum de manu mea, quod supra pretium hujus auri valere censetur. Erat enim in eo lapis Neronianus ^e miræ viriditatis

^a Codd. Mart. et Colb. a, *Isidorus*. Celebris est martyr apud Græcos et Latinos, quamvis ejus Acta quæ habentur nævis scateant, etiam et Græca, quæ Bollandiani ediderunt ad diem 15 *Maii*. Martyrium consummasse dicitur sub Decio an. 252; sed jam tunc Decius defunctus erat: unde Bollandiani eorum martyrium ad an. 250 maluerunt revocare. Aliam vitam antiquiorem se reperisse monent in supplementis, quam se daturos pollicentur. Ibi et quædam habent de ejusdem sancti translatione per Venetos facta. Chio celebris est insula maris Ægæi, inter Samum ac Lesbum sita.

^b Passus est Melitinæ in Armenia, cujus Acta habentur, sed non adeo sincera, ut absque nævis dici possint. Ilum sub Decio et Valeriano passum asserunt, unde nascitur de ejus martyrii tempore difficultas, cum hi duo imp. simul non regnaverint. Vide Bolland. ad diem 13 *Februarii*, et Tillemontium tomo III *Hist. eccles.* Celebris erat Melitinæ sæculo

D v sancti Poliencti basilica, uti patet ex Vita Magni Enthyimii, quem ipsius parentes a Deo ejusdem martyris precibus obtinuerant.

^c Ob hoc etiam apud Francos erat celebris. Vide supra lib. vii *Hist.* cap. 6.

^d Huc forte revocandus Codini in Originibus CP. locus, ubi narrat Julianam Valentiniani filiam, uxoris vero Theodosii Magni sororem, quatuor et amplius annos in exstruenda CP. sancti Polyencti basilica insumpsisse, accessit etiam ex urbe Roma artificibus. Vide Cangii descriptionem urbis CP. lib. iv

^e Id est smaragdus gemma. *Smaragdus* nempe *Neronianus* ex Epiphauio lib. xii de gemmis cap. 5, apud Bollandum, est *parva forma, viridis valde, pelucidus et splendens*. Sic dictum idem auctor asserit, quod Nero hunc lapidis colorem olei ejusdam ope vividiorum reddere consueverit: aut certe ab artifice quodam, Nerone appellato, qui ejus usum maxime commendaverit. Certe Neronem smaragdo de-

ac splendoris : qui cum fuisset ostensus, omne aurum quasi in viriditatem visum est convertisse a pulchritudine gemmæ. At ille accipiens, et iterum atque iterum gratias agens, et collaudans matronam, in palatium est regressus. Unde non est dubium, etiam in hac re Martyris hujus intercessisse virtutem, ne opes locis sanctis et pauperibus delegatæ, in illius transferrentur dominationem, cujus non fuerant studio congregatæ.

CAPUT CIV.

De Felice Nolano iniqui martyre.

De ^a Felice Nolano martyre (*An. 269, 14 Jan.*), quia historia passionis non est in promptu, juxta id quod beatus Paulinus versu conscripsit, pauca tunc lectioni oblectat inserere. Ille enim a Maximo ^b, prædictæ urbis pontifice, **837** presbyterii honore præditus, quantæ fuerit sapientiæ eruditionisque, non modo Christianis, verum etiam ipsis quoque paganis oculi non potuit. Cum autem imperatorum decreta Christianos insequi præcepissent, Maximus pontifex jam senio prægravatus, putans se non posse ferre supplicia, silvarum saltus adivit. Quos dum turbidus de hac persecutione pererrat, affectus fame, gelu attritus solo corruit semivivus. At Felix presbyter captus, cum multa de deorum portentis, quod nihil fuerint, disputasset, percursis diversorum suppliciorum generibus, carceri dijudicatur, in quo non mediocribus vinculis tenebatur astrictus. Nocte autem media venit ad eum angelus Domini, et contractis catenis, scissaque trabe qua pedes ejus conclusi erant, ait : Surge, et sequere me. Qui surgens egressus est cum eo januam carceris ; dixitque ei angelus Domini : Conscede ad montana, et require sacerdotem tuum ; inventumque ac refocillatum reduce ad urbem, et in loco absconde secreto, ne inedia ac rigore depereat, donec desinat perseentio a Christianis. Accepto Felix mandato, pergit quo nesciebat : sed, providente Deo, reperit sacerdotem solo prostratum, clausis oculis, strictisque dentibus, in quo nihil aliud, quam tenuis anhelitus inspirabat : interpellatoque nullum sermonem potuit elicere, tactoque, sensit ejus membra hieme rigida, et absque ullo vitali tepore præmortua. Anxius autem cum nullum alimentum esset, quod periclitanti porrigeret, neque quo ignis accenderetur haberet, dum staret attonitus, quasi de æthereis sedibus dilapsus, quod ita erat, munus contemplantur angelicum. Ecce enim de sente quæ erat proxima, uvam pendere admiratur, de qua granis in os confessoris expressis, paululum senior refocillatus, crectus est : quem

lectatum patet ex Plinio lib. xxxvii cap. 5, ubi dicitur *gladiatorum pugnas spectasse smaragdo*. Idem habet Marbodens lib. de Lapid. pret. cap. 54.

^a Dæst hoc caput in Colb. tut. Sancti Felicis laudes celebravit B. Paulinus carminibus seu poematibus 15, quæ non semel edita sunt : sed in duobus potissimum, id est 4 et 5, res ejus gestas prosecutus est. Incertus est ejusdem mortis annus. Ecclesia ab eodem sancto Paulino Nolæ in sancti Felicis honorem structa hodieque superest. Vide Acta

A humeris impositum tanta velocitate detulit, ut putaretur magis ille ferri quam ferre. Sic tugurio cuiusdam viduæ commendato alimentum præbuit, donec insecutio Christiana discessit. Quo sacerdote migrante, Felix electus a populo, ut cathedræ ecclesiasticæ superponeretur, noluit acquiescere : Quintus ^c **838** nomine, presbyter episcopus ordinatur. Orta igitur persecutione Catholicorum, cum Felix presbyter in platea populum moveret, ne a recto itinere deviaret, persecutor missus adfuit, et ignotus Feliei presbytero, sollicitus ipse cœpit esse, quisnam esset Felix. Dextra ille innuens, ait : Hanc in partem abiit. Quo discedente, hic latebram petiit, seque inter parietes dirutos per modicum ingressus aditum oculi voluit. Nec mora, persecutor insequitur, sed Deus sollicitudinem quærentis elusit. Nam jussu Divinitatis aranæ per aditum quo Martyr ingressus fuerat telarum prætendunt stamina. At illi per vestigium persequentes, dum locum explorare nituntur, exordia telæ conspiciunt, dixeruntque ad semetipsos : Putasne per hæc fila homo pertransiit, quæ sæpius tenuitas muscarum erumpit? Et illusi providentia Dei discesserunt. Beatus quoque Felix data nocte, secessit ad alium locum, in quo per tres menses a muliere quadam ciborum alimenta suscipiens, data pace, ecclesiæ suæ ac populo restauratur : nunquam tamen mulieris ministrantis faciem vidit, aut ab ea suspectus est, dum in latibulo moraretur. Igitur in pace quiescens, sepultus est juxta urbem, multis se declarans virtutibus in populis, de quibus pauca perstringam ^d. Erat enim quidam pauper habens duos boves ad exercendam culturam suam, nec ei erat alia possessio, nisi quod ab his potuisset tellurem sciudens vomere laborare. Accidit autem ut die quadam lassus de hoc opere veniens, his dimissis se hospitiolo reconderet. Nec mora, fur rapax adfuit, qui eos clam capiens secum abduxit : egressusque pauper in crastino, nihil invenit. Deinde quærit per devia, circuit silvas, scandit montium ardua, sed nec vestigium quidem deprehendere potest. Redit ad propria, dat voces in fletu, atque cum uxore ac liberis plangit, dicens : Væ mihi, quia juvenicis defectis (*Rom.*, defraudatis) hoc anno fame moriemini. Quid plura? Accedit lamentans ad sepulcrum beati Felicis martyris, dat cum fletu gemitum, exorat ut ei virtus ejus quæ perdidit reddi obtineret a Domino. Egressus autem a templo, **839** ante ipsam atrii januam agnoscit boves suos, et ait : O magna virtus Martyris, quæ mihi perditum tam velociter restitui fecit! Ingressusque iterum, proster-

mart. sincera, pag. 255, et Bolland., die 14 Januarii.

^b Land., Rom. et Clar. b, *Maximiano*, quæ varietas occurrit quoque in Martyrologiis. Colitur Nolæ die 7 Februarii. Ad quem diem vide Bollandianos.

^c Hunc *sancti* titulo donat Ughellus in catalogo episcoporum Nolanorum.

^d Reliqua hujus capituli omittuntur in Clar. b, proindeque data opera, et interrupto sensu.

nitur ad pavimentum, et gratias agens, cum rebus regressus est suis, oculumque hominis hujus, quem cæcum habebat, Martyris virtus illuminavit. Ad hujus quoque cellulæ parietem, quo beatum corpus tumulo conditum requiescit, adhæret appendens porticus, in qua dependens fune Ichnus lumen loco consueverat ministrare. Ille autem cui hoc erat officium contueri ad ejus compositionem, accedens, laxato fune discessit, quasi oleum petiturus. Cumque omnia tenebris nocturnalibus tenerentur operta, et funis eum uncinulis in medio porticus submissior dependeret, quidam de astantibus in vigilia Sancti, nebula cellulæ, quæ de exusta surrexerat papyro, fatigatus, foris egreditur. Cumque per porticum illam præteriret, unus de uncinulis funis faciem excepit hominis venientis, illato acumine transfigens oculum ejus. At ille dolorem sentiens, extensis celeriter palmis, vultum periclitantem eum ipsis obtegit oculis, clamans non mediocri ejulatu, ac dicens: Succurre, deprecor, sancte sacerdos, et proximum te facito pereunti, qui loco proximus astas. Emitte sacras per occulta medicamina manus, et extrahe malum quod adversatur lumini, ne lumine viduatus abscedam, qui lumen miraculorum tuorum cernere veni. Ad hujus lamentabilem vociferationem, exhibito qui aderant lumine, advertunt hominem transfixo oculo de fune pendere. Cumque, profluente sanguine, nullus manum ad eruendum auderet apponere, Martyris virtus adfuit immensa beati, quæ sic unicum abstraxit, ut nec oculum erueret, nec visum penetraret, et sanguinis decurrentis fluentum stringeret. Sic eruto ferro de oculo, dolore palpebrarum resedato, virtus Martyris sancti declaratur in populo. Energumenes autem ad hanc sacratam athletæ Christi ædem **840** probatos atque purgatos sæpius scripsit hic auctor. Sed ad Galliarum martyres recurramus.

CAPUT CV.

De Vincentio Agenensi.

Vincentius ^a autem Agenensis urbis, et ipse martyr (*An.* 257, 9 Jun.), cujus passionis historia ^b ab incolis retinetur, leviticæ stolæ candore in Ecclesia Christi micans, magnis sæpissime virtutibus fulget, in pervasoribus rerum suarum plerumque ultor severus existit. Tempore autem illo quo contra Gundovaldum commotus exercitus ad Conveniensem urbem directus est, ab hujus hostilitatis multitudine basilica ejus vallatur tota. Erat enim in ea plebs cum omnium rerum suarum præsidio ^c, confidens de reverentia Martyris, quod nullus ea præsumptione

^a Deest hoc caput in Clar. h.

^b Hæc est, uti videtur, historia quam edidit Franc. Bosquetus *Hist. eccles. Gallicanæ lib. v.* Celebris fuit olim beati hujus martyris memoria, quam tamen alterius ipsi cognominis, Cæsaraugustani scilicet diaconi, fama paulo obscurasse videtur; ita ut, si viris aliquot eruditus eredamus, pleræque basilicæ, quæ hodie Vincentium Cæsaraugustanum patronum colunt, primitus sub Vincentii Agenensis titulo fuerint consecratæ. Vide Tillemont., tomo IV *Hist. eccles.* pag. 546 et in notis, pag. 755, ubi et de eju-

dem temeraria auderet attingere, et obseratis ostiis, se ab intus cum rebus incluserat. Circumdantes autem hostes [*Mss.* 5, postes], eum aditum per quem ingrederentur invenire non possent, ignem ostiis ardis subjiciunt, quam diu multumque succedentes, non apprehendebantur valvæ, donec iis impulsu securium comminutis ingressi sunt, diripientes res, populumque inclusum in ore gladii trucidantes. Sed non diu hæc res remansit inulta. Nam alii a dæmone correpti, nonnulli in flumine Garumnæ necati, multi etiam a frigore [*Id est*, febr] occupati, diversis in partibus diversorum morborum genere vexabantur. Nam vidi ex eis multos in Turonico territorio, qui in hoc fuerant mixti scelere, graviter trucidari, et usque ad vitæ præsentis amissionem intolerabilium dolorum cruciatio torqueri; multi enim ex his confitebantur se judicio Dei ob injuriam Martyris fuisse morti pessimæ destinatos. Ecce quantum Deus præstat martyribus suis; ecce qualibus eosdem laudibus Christus Dominus bellorum fidelium inspector honorat; ecce quantum præstat ipsius nominis **841** dignitas Christiani, si non gentilium more, aut inhænius [*Al.*, iuani] cupiditati, aut luxuriæ serviamus.

CAPUT CVI.

Stupendum miraculum in avaros.

Nam ^d audiivi præteritis annis gestum in Galliis. Mulier quædam sub specie religionis vacabat jejuniis, orationibusque insistebat, vigilabat pertinaciter, ac loca sancta devotione simulata circumibat assidue. Cumque in hoc colore justæ vitæ duraret, imensas opes a multis suscipiebat; congregabat aurum quotidie, et quod devotio Christiana pro redimendis porrigebat captivis, loculis abdebatur occultis; et quæ dabantur inopum necessitatibus profutura, iniquis marsupiis condebantur. Nam effossa mulier humo in medio cellulæ ollam immensam imposuit, ibique eum aliquid datum fuisset, recondebat diligenter, et lapide superposito claudens, ut nulli pateret occultum. O terque quaterque et obiter exsecranda cupiditas, quæ luce fraudans homines demergis in tenebras! Quid plura? Cum olla impleta fuisset nummis, huic mulieri tempus resolutionis advenit: mortua vero Deo, migrans in inferno sepulta est. Post cujus exsequias sacerdotes qui aderant, puellam ejus familiarem interrogant, quid de tan a fecisset pecunia, aut si ad eam erogandam temporis sui permisit spatium. At illa respondit nunquam se vidisse quod ulli inopum manuum misericordiæ porrexisset; aut quid pecunia data devenisset, ignorare martyris loco sepulturæ, tumulo, etc., agit, et Broveri notas in Fortunati lib. i earm. 8 et 9, quæ sunt de ejusdem Sancti basilicis a Leontio Burdegala epise. exeultis.

^c Sic. Colb. tut.; cæteri vero, *plebs omnia rerum suarum præsidia*. Eandem historiam narrat Gregorius lib. vii *Hist.* cap. 55, ubi de sancto Vincentio et ejus basilica diximus.

^d Ed., *Etiam*. Titulus hujus capituli sic in *Mss.* habetur: *De muliere quæ pecuniam abscondit.*

se confitetur. Unum tantum scio, ait, quod in cellula deportatum, regressum foris ultra non vidi. Hæc audientes clerici, stupent auditu, et quid ex hoc factum fuisset diligenter inquirunt; totumque crebris ictibus pavementum tundentibus, locus in quo occulta^a jacebat pecunia tinnitum dedit impulsus, cavoque resonans prodidit quæ latebant, et statim remoto lapide invenitur auri congeries. **842** Et clerici stupentes tantæ subtilitatis perversitatem, episcopo quid actum fuerat, indicant. Ille vero commotus, jussit reserato sepulcro pecuniam super corpus examine projici, dicens: Sint tua tibi quæ congregasti^b, pauperibus vero Christi non deerit unde sustententur. Nec mora, cum prima quies nocturno tempore data fuisset, audiuntur voces a tumulo, fletus et ululatus immensus: inter quas voces hæc maxime resonabat, se miseram, se infelicem, quæ auri consumebatur incendio. Denique cum per triduum hæc voces adveniente nocte resonarent, populis non durantibus, ad sacerdotem venit. At ille accedens, iubet tumuli opertorium amoveri, submotoque videt aurum quasi in fornace resolutum, in os mulieris ingredi cum flamma sulphurea^c. Tunc sacerdos oravit ad Dominum, ut quia malitia ejus populis fuerat declarata, tandem Dominus pœnam cessare juberet a corpore, et operto tumulo discessit, vocesque mulieris amplius non sunt auditæ^d. Vides ergo quantum distat inter conversationem cœlestem et opulentiam sæcularem, quantum distat inter martyrum divitias et sæculi pompas; vides qualia martyribus sint collata præmia ad vitæ religiosæ compendia. Et tu, o homo mortalis, non declinas a sceleribus, non cessas a vitis, non agonizas cum concupiscentiis sævis! Te illicit oculus, dum contemplaris aliena, cum sanctum martyrem non deflexit divitiarum oblatio opulenta! Tu cogitationibus iniquis fluctuaris, et edis, cum ille martyr non cessit flammis et unguis! Te unum desiderii pessimi jaculum sauciat, cum Christi martyrem exturbare a justitiæ tramite, nec turbo verberum prævaluit, nec catasta! hæc martyr sustinuit, visibili, ut tu, usus corpore, et tu invisibiles non refrenas corporis commotiones! Et licet juxta Apostolum, caro concupiscat adversus spiritum, et spiritus adversus carnem, et hæc invicem adversentur sibi, ut non quod volumus illud geramus (*Gal. v, 17*), tamen vide quid ait idem doctor: **843** *Video legem in membris meis repugnan-*

A tem legi mentis meæ, et captivum me ducentem in lege peccati (*Rom. vii, 25*). Ergo si te senseris captivum abduci in lege peccati, tuta frontem tuam signo crucis insigni, quo propellas jaculum hujus insidiæ, quia juxta Prudentium^e,

Crux pellit omne crimen:
Fugiunt crucem tenebræ.
Tali dicata signo
Mens fluctuare nescit.

Nam qualis sit hujus vexilli sacratissimi fortitudo, quid contigerit nuper, evolvam.

CAPUT CVII.

De Pannichio presbytero f.

Pannichius Pietaviensis termini presbyter, dum ad convivium cum amicis quos evocaverat resideret, poculum poscit. Quo accepto, musca importuniter circumvolans inquinare poculum nitentur. Quam cum sæpius manu presbyter abegisset, et illa paululum se elevans rursus reverti nitentur, sensit esse insidiam inimici, susceptoque læva poculo de dextera signum crucis facit: mox in quatuor divisas partes liquor qui inerat, elevata in excelso unda, terræ diffunditur^g. **844-847** Patuit namque manifestissime hoc insidiam fuisse inimici. Ergo et tu, si viriliter et non tepide signum vel fronti, vel pectori salutare [*Laud.*, Salvatoris] superponas, tunc resistendo vitis martyr habebis, quia et ipsi martyres ea quæ vicerunt, non suis viribus, sed Dei hæc auxiliis, per signaculum crucis gloriosissime peregerunt, in quibus, ut sæpe diximus, ipse Dominus et dimicat, et triumphat. Unde oportet et nos eorum patrocinia expetere, ut eorum mereamur suffragiis adjuvari, vel, quod nostris digni non sumus meritis obtinere, eorum possimus intercessionibus adipisci, ut adjutorio sacratæ Trinitatis usi, effici mereamur martyres Christi, carnalibus desideriis abdicatis, ut dicit ipse^h, qui pro se fideliter dimicantes lapidibus pretiosis coronat in cœlo, alumnos cultoresque amicorum suorum protegere dignetur in sæculo; ac præstet, ut assistant martyres invocati a suis, quos post victoriam paradisi beatitudinis retinet immortales; ut in illo examinationis tempore, cum illos gloria æterna circumdat, nos aut excuset mediatrix venia, aut levis pœna pertranscatⁱ; nec damnet reos pro criminis actione in perpetuum, quos pretiosi sanguinis commercio reparavit. Amen.

Explicit liber primus.

liani, sequitur, ut ibi dicitur: *liber II de Miraculis sanctorum confessorum, etc.*

^e Lili. Cathæmerinon, carm. 6, vers. 135.

^f Bell. et alii: *De importunitate muscæ signo episcopi aversa.*

^g Sic, uti narrat sanctus Greg. lib. II Dialog. cap. 3, vas pestiferi potus signum crucis a B. P. Benedicto efformatum ferre non potuit.

^h Colb. a, altera manu, *ut ipse dux, qui.*

ⁱ Igne scilicet purgatorio, aut quavis alio modo ad diluendas defunctorum leves maculas destinato

^a Colb. a, *tunsoque crebris ictibus pavimento, locus in quo occulta.*

^b Sic Gregorius Magnus lib. IV Dialog. cap. 53. Justi monachi proprietarii corpus cum ejus argento in sterquilium projecit mandavit.

^c Sic de sepulcro enriales cujusdam facinorosi flamma per aliquot dies exire visa est, ut narrat Gregorius Magnus lib. IV Dial. cap. 32. Vide et cap. 51, et infra lib. de sancto Juliano cap. 15.

^d Hic desinit caput, et liber primus, in Colb. tut., in quo deinde, omisso libro de Miraculis sancti Ju-

LIBER SECUNDUS.

DE PASSIONE, VIRTUTIBUS, ET GLORIA SANCTI JULIANI MARTYRIS^a.

INCIPIIT PRÆFATIO GREGORII.

847-848 Magnum in nobis quodammodo igniculum ad justitiæ suæ adipiscendam semitam pietas divina succendit, eum dicit: *Oculi Domini super justos, et aures ejus ad preces* [Bell., in *prece*] *eorum* (Ps. xxxiii, 16); ostendens quod qui justitiam ex toto corde dilexerit, eum deprecatus fuerit, audiatur a Domino. Utinam quisque nostrum eum hæc cantare^b cœperit, statim spretis mundi scandalis, neglectis concupiscentiis vanis, derelictisque semitis pravis, justitiæ viam expeditus, et sine impedimento sæcularium actionum, conaretur irrepere. Per hanc enim viam Abel justus suscipitur, Enoch beatus assumitur, Noe reservatur, Abraham eligitur, Isaac benedicitur, Jacob natus, Joseph custoditur, Moyses sanctificatur, David prædestinatur, Salomon ditatur, tres pueri in er incendia vorulenta vaticinantur, Daniel inter nocuas^c bestias pascitur. Per hanc viam apostoli diriguntur, martyres beati glorificantur. Et qualiter, inquis? Scilicet dum infirma curant, mortuos^d suscitant, præsentia contempnunt, futura desiderant, tortores despiciunt, pœnas non sentiant, ad cœlestia regna contendunt [Laud., conscendunt]. Quod proculdubio virtute propria non obtinerent, nisi per viam justitiæ rectissime incedentes a Domino audirentur.

CAPUT PRIMUM.

De passione sancti Juliani martyris.

Sic et inelytus martyr Julianus, qui Viennen-ⁱ ortus urbe Arvernus datus est martyr, ab hoc igne succensus, hæc concupivit ac mente tota desideravit^e. Quia cum esset apud beatissimum Ferreolum, jam tunc martyrii odore flagrabat. Qui relictis divitiis ac propinquis, tantum ob solius amorem⁸⁴⁹ martyrii Arvernum adventit. Sed nec hoc sine divino mandato peregit, cum tunc persecutio in Viennensi urbe ferveret. Legerat enim Dominum prædixisse: *Si vos persecuti fuerint in ista civitate, fugite in aliam* (Math. x, 23). Contulit ergo se hic in Arvernum territorium, non metu mortis, sed ut relinquens propria, facilius perveniret ad palmam: metuebat enim ne ei parentes essent obvii, si inter eos hoc certamen iniisset; et perderet miles Christi coronam gloriæ, si legitime non certasset. Igitur instante persecutione ad Brivatensem vicum, in quo fanatici erroris næniæ colebantur, adventit. Et eum insequi adversarios ntu

A Dei sensisset, a vidua quadam se oculi deprecabatur. Quem illa tegens, illico Martyre poscente, dextit, qui suis insecutoribus ita inquit. No o, inquit, diutius commorari in hoc sæculo, quia sitio totum animi aviditate jam Christum. At illi eductam vibranti dextera frameam, deciso capite in tres, ut ita dicant, partes, gloriosus dividitur Martyr. Nam caput Viennam defertur, artus Brivate^f reconduntur, sed anima a Christo conditore suscipitur. Senes quoque qui sacrosanctum corpus inuiciverant sepulturæ, ita redintegrati sunt, ut in senectute summa positi tanquam juvenes haberentur. Caput quoque ejus Ferreolus martyr^g accepit, completoque certamine, tam illius membra quam istius caput in unius turuli receptaculo collocantur. Quod ne eniquam fortassis B videatur incredibilis esse narratio, quæ audivi gesta fideliter prodam [Al., pandam].

CAPUT II.

De revelatione capitis ejus.

Quodam autem tempore dum ad occursum beati

• Passus est anno Christi 504, die 28 Aug.
^b Editi, *tentare*. Colb. c, *tantare*.
^c Sic Colb. a; cæteri cum Ed., *innocuas*.
^d Sic duo Mai. m., Germ. et Gem.; alii, *mortua*.
^e In Mss. duobus Mai. m., Colb. tut., Germ. et Gem. hic præmissa brevi præfatione, refertur integra B. Martyris passio, quam nonnulli existimabant fortasse a Gregorio fuisse huic libro insertam. Et quidem favet capitis seu libri titulus, qui in omnibus Editis et Mss. habet: *De passione*, etc. Cum tamen in cæteris passio illa desideretur, visum est satis eam ad hujus voluntatis calcem proferre.

^f Julianum martyrem Brivate passum fuisse et sepultum nemo est qui inficiatur. Sed eum duplex ejus nominis vicus sit, vetus scilicet et nova Brivas, lis

est quo in loco primitus sanctus Martyr fuerit depositus. Savaro, Sirmondus et alii censent illum in veteri Brivate sepulchrum fuisse, hodieque *Vielle-Brioude* appellata, de qua Gregorium, Fortunatum, Apollinarium Sidonium in Propemptico, seu eam. 24, aliosque veteres locutos fuisse volunt; alii vero hæc de nova Brivate intelligunt, ubi etiam nunc sancti Juliani corpus asservatur in percelebri basilica, quæ nobili canonicorum, qui comites nuncupantur, collegio illustratur. Ibidem habentur reliquæ sanctorum Hippolyti et Arcontii, qui ipsi senes duo fuisse dicuntur, de quibus infra agitur, et cap. 4.

^g Sancti Ferreoli passionem dedimus in er Acta martyrum sincera, pag. 503.

Necti antistitis **850** usque Lugdunum processissem, libuit animo, non aliter nisi orationis causa, Viennam adire, et præcipue sepulcrum visitare Ferreoli martyris gloriosi (*An. 304, 18 Sept.*); inscderat enim menti propter antiquam dilectionem eorum, me sic esse ejus alumnum ut Juliani. Denique oratione facta, crigo oculorum aciem ad tribunal ^a, conspicioque in eo versiculos hoc modo conscriptos :

Heroas Christi geminos hæc continet aula :
Julianum capite, corpore Ferreolum.

Cumque hæc lægens, ædituum consulerem, cur hæc scripta sic fuerint, respondit : Basilica sancti martyris Ferreoli super ipsum Rhodani littus ab antiquis fuerat collocata; denique cum impulsante violentia amnis porticus, quæ ab ea parte erat locata, corrueret, providus ^b sacerdos, Mamertus nomine, qui tunc Viennensem regebat Ecclesiam, ruinam futuram præveniens, aliam basilicam eleganti opere, et in ipsa mensura sagaci intentione construxit, illuc sancti [*Al.*, sanctum] Martyris transferre cupiens corpus. Adventit autem ad hoc opus abbatum atque monachorum magnus numerus, vigilataque nocte, accepto sarculo fodere cœperunt. Cumque in profundum deseenderent, tria sepulera reperiunt, ac confestim stupor mentes spectantium invadit : nec quisquam erat certus quisnam esset beati Martyris tumulus. Igitur cum starent omnes in hebetitate ^c mentis attoniti, inspirante, ut credo, Divinitate, unus ex circumstantibus, exclamat, dicens : Antiquitus referri solitum erat, et celebri per populos sermone vulgatum, caput Juliani martyris [*Al.*, confessoris] in sepulcro reineri martyris Ferreoli. Si oportorio amoto unusquisque consideretur, potest quæ sint membra Ferreoli martyris protinus inveniri. Hæc audiens sacerdos, cunctos jubet in oratione prosterni : qua impleta, **851** proœdit ad tumulos, detectosque duos, singulos in iis quiescentes invenit viros. Cumque aperuisset et tertium, invenit in eo virum jacentem illæso corpore, integro vestimento, qui deciso capite, caput amplexus aliud brachio retinebat. Erat enim ac si nuper sepultus, neque pallore faciei demutatus, neque capillorum decisione turpatus, neque ulla putredine resolutus, sed ita integer et illæsus, ut putares eum adhuc sopore cor-

^a Sic appellat Cyprianus pulpitu in quo diaconus legebat evangelium in ecclesia. Hodie jubæum appellamus.

^b Colb. a, cum aliquot Mss. et Ed, *providens*.

^c Mss. et Ed. plerique, *hebitate*, seu *heb. tate*.

^d Hujus translationis memoria Viennæ celebratur die 13 Decembris.

^e Gem., mendose, *Solilius*. Is enim est Caius Solilius Apollinaris Sidonius, qui verba hic relata hæbet epist. 4 libri vii, ad ipsum Mamertum Viennensem episcopum scribens, ubi eum Ambrosio comparat, quod sicut ille Gervasii et Protasii martyrum corpora transtulerat, sic Mamerto Ferreoli *solida*, id est totius corporis, et Juliani capitis *translatio concessa* fuisset. Basilica sancti Ferreoli, quam Mamertus extruxerat, a Saracenis incensa, Willicatus episcopus, ut habet Ado in Chronico, eorumdem martyrum reliquias in urbem transtulit. Qua occasione Brivateses dicunt se caput sancti Juliani cum B. Ferreoli

A poreo delineri. Tunc antistes gaudio magno repletus, ait : Hoc esse cadaver Ferreo'i, hoc esse caput Juliani martyris dubium non habetur. Tunc cum magno psallentio, plaudente populo, in loco ubi nunc adoratur, Domino annuente perducitur ^d. Hæc autem ut ad sepulcrum martyris ab ipso ædituo cognovi, fideliter retuli. Præbet tamen huic operi testimonium Sollius ^e noster, ipsi Mamerto scribens his verbis, « Tibi soli concessa est in partibus orbis Occidui, martyris Ferreoli solida translatio, adjecto nostri capite Juliani : unde pro compensatione deposcimus, ut nobis inde veniat pars patrocinii, quia vobis hinc rediit pars patroni. »

CAPUT II.

De virtute fontis, ubi caput ejus ablutum est

In ^f loco autem illo, quo beatus Martyr percussus est, fons habetur splendidus, lenis, dulcibus aquis uberrimus, in quo et a persecutoribus caput amputatum ablutum est, de quibus aquis multæ sanitates tribuuntur infirmis. Nam sæpe cæcorum oculi ab his tacti illuminati sunt; tertianarum quartanarumque febrium ardore accensi, ut potati qui patiuntur fuerint, **852** conquiescunt. Nam et si quis gravi laborans incommodo, inspirante Martyre, desiderium habuerit hauriendi, protinus ut hauserit convalescit; et ita velociter exstinguitur vis febrium, ceu si videat super immensum rogi projectis undis incendia universa restingui.

CAPUT IV.

De senibus et matrona, cujus vir carcere tenebatur.

Post passionem vero beati Martyris, ac fama præeunte de senibus, qui dum sanctos artus sepulturæ mandarent, fortitudini pristinæ fuerint restituti, multa ibi beneficia expetentes, credentesque indulgente Martyre consequuntur. De quibus pauca perstringenti deprecor veniam condonari, quod me minus vel idoneum, vel peritum ad hæc narrauda cognosco, nec imbutum grammaticis artibus, nec literis liberalibus eruditum : sed quid facio, quod impellit me amor patroni ut nequeam hæc silere? Vincetus quidam ab Hispaniis, et carceri deditus apud imperatorem Trevericum ^g, capitali dijudicatus sententia detinebatur. Quo conjux illius cognito, dum tumulare

D brachio recepit. De Mamerto et Litanis ab eo institutis, vide, supra, Hist. lib. ii, cap. 54, et Aviti homiliam de Rogationibus, etc. De eodem plura Bolandiani die 11 Maii.

^f Codd. in quibus sancti Juliani passio integra refertur, non habent hoc caput, quod in iis in passionis historia interseratur. Locus autem in quo B. Martyr occubuit, olim *Vincella* dictus, ab utraque Brivate haud multum dissitus, nunc Sancti Ferreoli appellatur; ubi hodieque visitur fons ille miraculis clarus, in quo sancti Juliani caput lotum fuisse dicitur, priusquam deferretur Viennam.

^g Quanquam ex eo tempore quo barbari ex septentrionalibus plagis exorti Gallias appetierunt, plerique imperatores Treveris sæpius morati fuerint, imperatoris tamen Treverici nomine hic specialiter Maximam tyrannum intelligi puto, qui Treveris regiam habuit.

vir membra festinat, ad Brivatensem vicum pervenit, repertosque viros, dum diversa studio intento rimaretur, cognoscit quid in eo loco vel de Martyre, vel de senibus fuerit gestum; fidelique insinuationi credens, ad sepulcrum beati Martyris deliberat properare, ut causas suggerat, casus reseret, vel cunctum laborem sui doloris exponat. Asserentibus tum præterea hominibus: Absque dubio pollicemur, domina, tibi a Martyre reddi lætitiã, qui senum quondam decrepitæ ætatis membra rigentia antiquo vigori restituit. Impletaque hac oratione, promittit ut **853** si sospitem reciperet conjugem, Martyris sepulcrum, in quo posset spatio ^a, cæmento contegeret. Fide plena, et de Martyris pietate securã Treveris est ingressa, inventumque virum gratia imperiali receptum, læta regreditur; inquisitumque tempus quo vir relaxatus esset e carcere, hæc fuit absolutionis hora, qua illa Martyris est auxilium imprecata: dehinc pollicitationem quam promiserat cum immensis muneribus adimplevit.

CAPUT V.

De eo qui alium in basilica occidere voluit.

Erat autem [Al. enim] haud procul a cellula quam supra sepulcrum Martyris hæc matrona construxerat grande delubrum, ubi in columnam altissimam simulacrum Martis Mercuriique colebatur. Cumque delubri illius festa a gentibus agerentur, ac mortui mortuis thura deferrent, medio e vulgo commoventur pueri duo in scandalum, nudatoque unus gladio, alterum appetit trucidandum. At ille cernens nihil veniæ **C** reservari, cum a diis suis non defensaretur, nostræ religionis custodiam, nostræ confessionis veniam, nostræ contagionis medelam, cellulam expetiit Martyris gloriosi. Tunc ille qui sequebatur, cum in assultu gladii cum non potuisset attingere, et hic super se ostium reserasset, atque ille arreptum utrumque postem, ostium conaretur infringere, illico adhærentes manus tabulis dolore maximo quatuntur, et tanta afflictione miser torquetur, ut ubertim fluentes lacrymæ qualis esset dolor intrinsecus extrinsecus nuntiarent. Interea stupente vulgo, inclusus qui fuerat progreditur liber: parentes quoque illius qui virtute Sancti retinebatur, cognoscentes Martyris sepulcrum, devotis multis muneribus pro filio exorabant.

CAPUT VI.

De conversione incolarum.

Factum est autem dum hæc agerentur, ut presbyter quidam via **854** illa descenderet. Qui cum didicisset quæ acta fuerant, pollicetur parentibus ut si a gentilitate discederent, filium reciperent sanum. Ipse quoque sacerdos sequenti nocte videt per somnium simulacra illa quæ a gentilibus colebantur numine divino comminui, atque in pulverem redacta solo

^a Gem., in quantum posset spatiato, cæmento fideque plena.

^b Alii, et sic infra, *Illidius... Velauno*, quo nomine Vellavorum regio intelligenda (*le Velay*).

^c Hic desinit alter Cod. Mai. m., cæteris avulsis.

A prosterni. Quarta autem die cum gentilitas vellet iterum diis exhibere libamina, mœstus presbyter ad sepulcrum Sancti prosternitur, et cum lacrymis exorat, ut tandem gentilitatem hæc quæ jacebat in tenebris splendor divinæ potentæ visitaret, nec sinneret ultra Martyr beatus alumnos proprios ista caligine detineri, cum ille perennis claritatis gaudia consideret. Confestim ad ejus orationem commoventur tonitrua, renident [Al. renitent] fulgura, descendit imber igne mixtus et grandine, turbantur omnia. Concurrit vulgus ad cellulam, prosternitur coram sacerdote omnis caterva gentilium, et mixto cum lacrymis ululatu, cuncti Domini misericordiam deprecantur, pollicenturque sacerdoti, si grando recederet, et Martyrem patronum expeterent, et ad Deum ejus **B** relictis simulacrorum cultibus integro de corde transirent. Porro ille, fusa oratione, cuncta quæ petit meruit obtinere. Recedente autem tempestate, puer cum parentibus credens ipsa die a doloribus liberatur: gentiles in Trinitatis nomine baptizati, statuas quas coluerant confringentes, in lacum vico amnique proximum projecerunt. Ab eo enim tempore in loco illo et fides catholica, et Martyris virtus est amplius declarata.

CAPUT VII.

Qualiter Hillidius populum ab hostilitate liberabat.

Post hæc venientes quidam de Burgundionibus ad Brivatensem vicum, eum cum armorum multitudine **C** copiosa circumdant, captoque populo, direpto ministerio sacrosancto, ultra amnem transenut, et viros gladio interficere, reliquum vulgus sorte dividere parant. Tunc Hillidius ^b quidam a Vellavo veniens, et, ut aiunt, **855** commonitione columbæ alitis incitatus, super eos irruit ^c. Hortatusque socios ita hostes ad interneccionem cæcidit, ut, captivis laxatis, triumphans in laude Martyris, amne transivisse, ad beatam cellulam tanquam novus Moyses cum omni populo canendo revertitur: nec minor, ut arbitror, exultatio fuit ereptis, quam quondam Israelitis demersis fuit Ægyptiis. Quod ne quis dubitet hæc beati Martyris fuisse victoriam, sed insinuatio columbæ aliquod ministerium ^d fuisse creditur virtutis divinæ. Nam **D** veniente Hillidio, hæc in obviam venit: cum ille, ut assolet, aliquid demoraretur, hæc in circuitu illius volitabat; illoque progrediente, ista præcedebat, et revertebatur in obviam, quasi accelerare deprecans iter. Dum hæc agerentur, adveniens puer captivitatem annuntiat, et sic iste viam acceleravit. Sed et ipso pugnante, columba semper circa eum visa est decurrere. Quod ne quis invidet confictum de columba, et homini præstitum Christiano, cum Orosius (*Lib. III, cap. 6*) consulem Romanum ^e, id est Marcum Valerium, a corvo alite scribat adjutum.

^d Sic Germ. et Colb. c. At Colb. a, Mart. et alii, aliquod mysterium. Nonnulli, alitis quod mysterium.

^e Alii, Romanorum. Hæc, qui inde *Corvinus* appellatus est, pugnabat tunc contra Gallum unam e Senonibus. Celebris est apud Romanæ Hist. scriptores.

CAPUT VIII.

De interitu eorum qui ministerium basilicæ exportaverunt.

Prostratis ergo ab Hillidio hostibus, quatuor ex his per fugam lapsi patenam et urceum, qui anax dicitur, in patriam deferunt, et divisam in tantis, ut erant, partibus patenam, urceum regi Gundobado ob gratiam exhibent conquirendam. Reliquum vero argentum regi^a sagacitas reperit, cui additis multis numeribus, loco illi sancto restituit, fideliter insinuans regi non oportere eum ut gratiam Martyris sancti propter argenti parvitatem amitteret.

CAPUT IX.

De Fedamia paralytica.

856 Pro quibus ac talibus virtutum ornamentis magna ibi basilica fabricata a fidelibus, virtutibus, ut præfati sumus, Martyris beati refulget, in qua paralyticorum, claudorum, cæcorum et aliorum quoque morborum sæpius petita remedia conquiruntur. Fedamia quædam mulier paralysis humore constricta, cui nullum corporis membrum sine dolore vigeat, exhibita est, deferentibus propinquis, ad beatam basilicam, ut vel stipem a largientibus mereretur. Quædam in porticu illa quæ sanctæ basilicæ conjungitur decubaret noctem dominicam, dum sacrosanctis vigiliis populi fides devota concelebrat^b, et illa quiescens lectulo paululum obdormisset, a viro quodam per visum correpta atque increpita est, dicente sibi, cur, reliquis excubias nocturnas Deo exhibentibus, illa deesset? Respondit se ab omni membrorum parte debilem, nec penitus gressum agere posse. Tunc quasi sustentata a viro qui loquebatur ei, et ad sepulcrum usque deducta, dum in sopore fundit orationem, visum est ei quasi multitudo catenarum ab ejus membris solo decidere: a quo etiam sonitu expergefata, sensit omnium artuum recepisse plenissimam sanitatem. Protinus surrexit a lectulo, et stupentibus cunctis, cum gratiarum actione vociferans, sanctam est ingressa basilicam. Ferunt etiam quidam, solitam fuisse eam referre habitum viri qui eam fuerat allocutus: dicebat eum statura esse procerum, veste nitidum, elegantia eximium, vultu hilarem, flava cæsarie inmixtis canis, incessu expeditum, voce liberum, allocutione blandissimum, candoremque cutis illius ultra lilii nitorem fulgere; ita ut de multis millibus hominum quæ sæpe vidisset, nullum similem conspicasset. Unde multis non absurde videtur ei beatum Martyrem apparuisse. Quæ mulier **857** post decem et octo annos sanata est.

^a Hæc fuit Caretenes, quæ anno 506 obiit, conditaque est Lugduni in basilica sancti Michaelis, quam extruxerat. Adi Valesium, lib. vi Rerum Franc. Gundobaldus satis est aliunde notus.

^b Colb. a, sacrosanctas vigiliis populi fide devota concelebrant. Colb. c et Germ., nocte dominica, etc. Certe his temporibus non solum clerici, sed et laici omnes vigiliis nocturnis intererant, ut ex hoc aliisque passim locis facile probatur. Vide Thomas-sim., Disciplinæ ecclæs. parte 1, lib. II, cap. 79.

^c Illic et passim manifeste dies quælibet Domi-

A

CAPUT X.

De eo qui percussorem suum de basilica conabatur extrahere.

Quidam dum in seditione quam commoverat centum amisisset, hominem qui ietum intulerat de basilica conabatur extrahere: quod dum agit, non modo amissi oculi non recipit lumen, verumetiam sentit alium, quem sanum habuerat, obcæcari. Porro cum peccata sua confiteretur, dicens: Merito mihi evenit iudicium sine misericordia, qui non feci misericordiam, prostratus coram sancto sepulcro cum populo, qui tunc ad festivitatem advenerat, indulgens lædenti, et visum recepit et gratiam. Sicque factum est, ut is qui Sancti auxilium expetierat tutaretur, ille vero qui non credebat argueretur, et sic uterque lætus emendatusque discessit.

CAPUT XI.

De contracto, qui die Dominica boves junxit.

Alius quoque ausu temerario die Dominica jungens boves agrum sulcare cœpit, apprehensaque securi, ut aliquid emendaret in vomere, protinus contractis digitis manubrium in dextera ejus adhæsit. Cumque præ dolore nimio cruciaretur, post duos annos veniens ad beati Martyris basilicam, vigiliis fideliter celebravit: statim in ipsa die Dominica, reserata manus lignum, quod invitus tenebat, amisit; magnam inferens populo disciplinam, ut quod die Dominica fuerat perpetratum, ipsa quoque die Dominica purgaretur. At ille magnificans gloriam Martyris, recessit incolumis, nec ultra die resurrectionis dominicæ^c quidquam ausus est operari.

CAPUT XII.

De Anagildo muto, surdo et cæco.

858 Sic et Anagildus^d quidam mutus et surdus et cæcus, vel omnium membrorum compage delatitatus, ad limina sacrosancta projectus est, scilicet ut vel ab stipe pasceretur devotorum^e, qui victus alimoniam propriis manibus laborare non poterat. Igitur cum per annum integrum ante sanctam ædem decubasset, tandem visitatus a virtute beati Martyris, ab omni infirmitate sanatus est.

CAPUT XIII.

De his qui Theoderici regis tempore basilicam irruerunt.

Videtur mihi, ut sicut Sancti virtute curata morbida retexuntur, ita et infidelium pravitates oratione illius confutata, ad emendationem aliorum, ne similia appetant, declarentur: quia utraque Sancti

nica resurrectionis dominicæ dies appellatur.

^d Laud. cum Cluet. et Sur., Anagilus. Gem., Sed et, etc.

^e Ille Gregorius et alibi passim devotorum nomine intelligit personas pias, quæ, etiam in sæculo degentes, bonis operibus magis sollicitè quam cæteri incumbebant. Qui loquendi modus hodieque viget. Eodem sensu devotos appellat Augustinus, serm. 32 n. 5, Cassiodorus passim, Hincmarus lib. de Prædest. cap. 2 et in epist. ad Nicolaum papam, Floardardus, etc.

gloria præstat, ut et hos sanitati reddat ne amplius crucientur, et illos arguat ne in futuro iudicio condemnentur. Et quia nullum latere credo aliquid de hostilitate Theoderici regis ^a ac infirmitatibus Sigivaldi, quæ ei in Arverno posito contigerunt, propter virtutem tamen beati Martyris est diligentius exponendum, quo facilius fides dictis adhibeatur. Igitur cum ad direptionem Avernorum rex antedictus festinaret (*An.* 525), et ingrediens terminum vastationi cuncta subigeret, pars aliqua ab exercitu separata ad Brivatensem vicum iufesta proripuit, fama vulgante quod in basilica essent incolæ cum multis thesauris adunati. Cumque pervenissent ad locum, inveniunt multitudinem promiscui sexus, obseratis ostiis, in templo ipso cum propriis facultatibus residere. Cumque intrare non possent, unus effractam ceu fur in altario ^b sancto **859** fenestram vitream, ingreditur, quia qui non intrat per januam hic latro est: dehinc, reseratis ædis illius valvis, exercitum intromittit. At illi direptam cunctam pauperum supellectilem cum ministris ^c ipsius basilicæ, reliquum quoque populum qui infra erat eductum foris diviserunt haud procul a vico. Quæ cum ad regem delata fuissent, comprehensos ex his aliquos diversis mortibus condemnavit. Fugiens vero ille qui irrupta æde caput fuit hujus sceleris, igne de cælo delapso consumptus interiit: super quem cum multi acervum lapidum congregassent, a tonitruis et coruscationibus detectus terrena caruit sepultura. Qui vero de consentaneis latentes regem in patria sunt regressi, correpti a dæmone diversis exitibus hanc vitam crudeliter finierunt. Hæc audiens rex, omnia quæ exinde sunt ablata reddidit. Præceperat enim ne in septimo a basilica milliaro quis vim inferret.

CAPUT XIV.

De Sigivaldo pervasore.

Tunc Sigivaldus cum rege præpotens cum omni familia sua in Arverna regione ex regis jussu migravit ^d: ubi dum multorum res injuste competeret, villam quamdam quam gloriosæ memoriæ Tetradius ^e, episcopus Biturigensis, basilicæ sancti Juliani reliquerat, sub specie obumbratæ commutationis, avidus pervasit: sed mense tertio postquam aggressus est, correptus a febre, et sine sensu effectus, declinavit caput ad lectulum. Cujus uxor dum de hoc exitu mœsta penderet, a quodam sacerdote com-

^a Hoc caput laudatur in Vita sancti Stremonii, tomo II Bibliothecæ Labbeanæ, pag. 498. Theoderici autem regis in Arvernos expeditionem narrat ipse Gregorius lib. III Hist. cap. 12. — Hic idem auctor laudare ibidem videtur Gregorii nostri Historiam, aut certe nescio quod opus ex illa excerptum, quod appellat *Gesta Germanorum*, ex quo Theoderici regis Arverniam expeditionem, sed parum accurate, narrat.

^b Sic Germ., Gem. et Colb. c, id est in presbyterio, ut jam observavimus; cæteri habent *altari*.

^c Legendum dubio procul *ministeris*.

^d Idem habet Gregorius lib. III Hist. cap. 13, ubi Sigivaldus dicitur ex regis parentibus fuisse. In cap. 16 ejusdem libri agitur de ejus administratione.

monita est, ut cum si videre vellet incolumem, auferret a villa. At illa hæc audiens, præparatis carrueis, compositoque plaustro, quo cum eveheret, mox ut prædium sunt egressi, protinus divina sunt pariter gratia munerati. Nam iste sospitate [*Leg. sospitatem*], illa meruit ex hujus incolumitate lætitiâ. Ferunt etiam in oratorium prædii illius **860** sanctum Julianum martyrem cum Tetradio episcopo colloquentem cuidam religioso revelatum fuisse, promittentem se episcopo villam, quam pro animæ suæ remedio sibi reliquerat, recepturum. Sed et habitum beati Martyris in eodem modo esse, ut quondam paralytica exposuerat (*Supra cap. 9*), referebat.

CAPUT XV.

De Pastoris malitia.

Pastor vero quidam, non streuitate, sed nomine Ingenuus, dum in multis rebus contra basilicam sancti Martyris injuste ageret, ad hoc levitas ejus inimico ingrassante convaluit, ut colonias ^f basilicæ concupiscens, quæ agro ejus erant proximæ, pervadere non timeret. Ad quem sacerdos loci, cum aliquos de clericis quasi legatos mitteret, ut, accepta ratione, quod male pervaserat relaxaret, ille quasi contra iuivum hostem telis correptis prosiluit, fugatisque sagittis clericis, res Sancti in sua dominatione retinuit. Factum est autem ut in proximo adveniret dies passionis Martyris gloriosi: ad quam ille immemor pervasionis suæ atque injuriæ, quam intulerat clericis, ante quinque dies solemnitate ad vicum Brivatensem advenit. Qui cum in domo hospitalitatis suæ convivio cum lætitiâ et exultatione fungeretur, subito, coruscatione facta, tonitruum sonuit; rursumque iterato, jaculo igneo de cælis clapso, percussus est, nullo tamen de reliquis pereunte: deinde ad exemplum omnium, tanquam rogos flammeus ardeus, paulatim consumebatur (*V. supra, lib. I, c. 106*). Ad quod miraculum populus qui ad Beati festa convenerat, læc cernens cum admiratione, metuebat; s' tisque illi fuit, ne de rebus Sancti aliquid ultra contingeret. Quod ne fortuito actum quis putet, cernat inter multos innocuos unum interisse sacrilegum.

CAPUT XVI.

De contumacia Becconis.

861 Quid etiam ad Becconis comitis confutandam superbiam beatus Martyr sit operatus, evolvam. Ille cum actiones ^g ageret publicas, et elatus jactantia

^e Interfuit concilio Agathensi an. 507, et Aurelian. 1 an. 511. De eo Bollandus die 16 Februarii.

^f Colonias pro colonicas scribebant plerique mediæ ævi auctores. Colonica autem est villa cum modo agri quantum unus colonus colere potest. Idem porro fere sonant hæc voces, colonica, mansus, villa, et apud Germanos, *hoba* et *hobuana*. Vide Bignonii notas in lib. I Marculli form. 50.

^g Actionis nomine officium designatur. Hinc apud Marcullum lib. I form. 8, *actiones comitatus, ducatus, patriciatus* dicuntur. Et Hunericus, apud Victorem Vitensem, lib. II, vetuit ne quis catholicus in palatio militaret, aut *actiones ageret publicas*. Vide Bignonii notas in lib. I Marculli cap. 11.

multo: contra justitiam aggravaret, casu contigit ut dimissum accipitrem diu per diversa vagantem perderet: similiter, ut unus de servientibus basilicæ sancti Juliani accipitrem alium, dum per viam ambularet, quasi vagum invenit. Erat enim puer ille pincerna in domo basilicæ. Quod cum ad Beconem pervenisset, quod scilicet puer repertum teneret accipitrem, calumniari cœpit ac dicere: Meus ille erat, inquit, et hic furto enim sustulit. Deinde, succedente avaritia, misit illum vincetam in carcere, deliberans enim in sequenti patibulo condemnare. Tunc sacerdos mœstus valle ad sepulcrum Sancti properat, reseratisque cum gemitu capsis, apprehensis decem aureis per fideles amicos Beconi obtulit. Quod ille pro nihilo respiciens, cum juramento asseruit nunquam se puerum dimissurum, nisi exinde aureos triginta acciperet. Quod presbyter desuper sepulcro Sancti accipiens, Beconi transmisit, quos acceptos, satiata avari^a cupiditate, puerum restauravit incolumem. Sed Deus omnipotens, qui permanet ante solem, secundum bonitatis suæ divitias humiliavit calumniatorem. Nam ipsius anni transacto curriculo, veniens ad Sancti festivitatem cum caterva satellitum, ingressus est limen sanctum. Procedente vero lectore, qui beatæ passionis recenseret historiam, ut revolvit librum, et in principio lectionis sancti Juliani protulit nomen, confestim Becco voce nescio qua teterrima ad terram corruit, cruentaque spumans dare voces diversas cœpit: inde inter snorum manus sublatus a basilica, domum reducitur. Nec fuit dubium pueris ejus hæc ob injuriam basilicaris **862** famuli evenisse: omnem quoque ornatum, quod super se tunc habuit, tam in auro quam in vestimentis, basilicæ contulit, et multa deinceps munera misit; sed usque ad diem obitus sui sine sensu duravit.

CAPUT XVII.

De diacono qui oves basilicæ abstulit.

Fuit etiam quidam diaconus qui, relictam ecclesiam^b, fisco se publico junxit, acceptaque a patronis potestate, tanta perpetrabat scelera, ut vix posset a vicinis circumpositis sustineri. Accidit autem quadam vice ut saltus montenses, ubi ad æstivandum oves abierant, circumiret, atque pascuaria^c quæ fisco debebantur inquireret. Cumque diversos spoliaret injuste, conspicit eminus greges qui tunc sub nomine Martyris tuebantur, ad quos levi cursu evolans, tanquam lupo rapax diripit arietes. Conturbati atque exterriti pastores ovium, dicunt ei: Ne, quæsumus, contingas hos arietes, quia beati martyris Juliani dominio subjugati sunt. Quibus ille hæc irridens respondisse fertur: Putasne quia Julianus comedit arietes? Dehinc ipsis verberibus affectis, quæ voluit abstulit: ignorans miser quod qui de

^a Sic Germ. Alii, *auri*. Mart. et Germ., *auro*.

^b Germ., *relicta ecclesia*, sed Gregorius accusandi casum loco sexti assumit.

^c Pascuarium dicitur vectigal ex animalium passione, ut agrarium illud quod agri imponitur. De

domibus sanctorum aliquid aufert, ipsis sanctis injuriam facit, ipso sic Domino protestante: *Qui vos spernit me spernit* (Luc. x, 16); et, *Qui recipit justum, mercedem justii accipiet* (Matth. x, 41). Contigit autem ut post dies multos, non religiose, sed casu conferente, ad vicum Brivatensem properaret, projectusque humo ante sepulcrum, max a febre corripitur, et tanta vi caloris opprimitur, ut neque con surgere, neque puerum evocare posset. Famuli vero cum vidissent eum extra solitum plus occumbere, accedentes: Quid tu, inquam, in tanta diuturnitate deprimeris? non enim tibi tam longus mos erat orandi, aut devotio^d. Ferebant autem de eo, quod quandoquidem in ecclesia fuisset ingressus, parumper immurmurans, nec [Al., ac] capite inclinato, **863** regrediebatur. Tunc interpellantibus pueris, cum responsum reddere non valeret, ablatu manu e loco, in cellam quæ erat proxima lectulo collocatur. Igitur invalescente febre, proclamatur se miser incendi per Martyrem; et quod primo siluerat, admotis animæ judicii facibus, crimina confitetur, jactarique super se aquam, voce qua poterat, deprecabatur. Delatis quoque eum vasculo lymphis, et in eum sæpe dejectis, tanquam de fornace ita fumus egrediebatur e corpore. Interea miseri artus, ceu combusti, in nigredinem convertuntur, nude tantum procedebat fetor, ut vix de astantibus possent aliqui tolerare. Innuens enim delinque manu, indicat se esse leviolem; mox illis recedentibus, hic spiritum exhalavit. De quo haud dubium est qualem illie teneat locum, qui huic cum tali discessit iudicio.

CAPUT XVIII.

De eo qui caballum in vigilia Sancti^e furatus est.

Alius autem per vigiliam festivitatis equum alienus, qui tunc forte ad eandem solemnitatem venerat, furto comprehendit, ascensoque velociter properat: scilicet ut qui lumen perdiderat veritatis, non inveniretur a luce, et ejus pectus cupiditatis tenebræ obsederant, ejus et furtivam fraudulentam nox celaret. De talibus enim Dominus dicebat in Evangelio: *Omnis qui male agit, odit lucem* (Joan. iii, 20). Albescente igitur cœlo dicebat: Jam securus sum, nam triginta leucas a Sancti basilica elongatus sum, jam secus propriam domum esse me credo. Dum hæc tacitus revolveret infra se, demotis ex axe tenebris, cognoscit se ipsi vico propinquum inter populos divagari; timensque ne scelus suum patieret publico, cum cautela grandi caballum in loco unde digressus fuerat reformavit. Sic miser virtute Martyris tota nocte detentus in circuitu vici, et, ut ego credo, ab auctore qui eum obsederat est delusus, ut viam quam apprehendere voluit non valeret. O scelerata cupiditas, quid agis! semper amatores tuos in confusionem præcipitas.

his Bignon. in Marculfum, form. 55 lib. 1.

^d Plerique Mss., *tam longa mos erat orandi devotio*.

^e Laud. cum Cluet., Bal. et Mor., *sancti Petri*.

CAPUT XIX.

De eo qui propter triantem pejeravit.

864 Quidam alteri triantem præstiterat, quem interpositis paucis diebus recepit. Post annum vero in atrio Sancti convento homine, rem suam quasi non recepisset sibi reddi deposebat. At ille detestans, asserbat se reddidisse susceptum. Cumque diutissime altercarentur, ille qui reddiderat ait ad socium: Usquequo uterque contendimus? sub iudicio hoc omnipotentis Dei ponamus. Eamus ad tumulum Martyris, et quod sub sacramenti interpositione dixeris, discernat virtus sancta Patroni. At ille nec dubitans, ingressusque sepulcrum, dum audacter elevat manus ut pejeraret [*Al.*, perjuret], infeliciter miserirruit. Hæret vox in gutture, lingua coarctatur in fauce, vibrat labia vacua a sermone: ipsa quoque brachia, quæ ad adiutorium frustrati sacramenti erexerat, prorsus retrahere non valebat. Ad hæc vulgo admirante, publicato scelere, multitudo cuncta populi, una voce prorumpens, Domini misericordiam ac beati Martyris auxilium deprecatur. Post quatuor vero aut eo amplius horas ad sensum regressus, quod injuste repetebat publica confessione patefecit, et sic sanus abscessit.

CAPUT XX.

De eo qui basilicam sanctam furto spoliavit.

Sæpe hæc ille audierat qui basilicæ sanctæ violentiam intulit, sed iniquam mentem semel obsessam vitio, bonitas mollire non potuit, Salomone obtestante: *In malevola anima non ingreditur sapientia* (*Sap. 1, 4*). Advenerat festivitas Sancti, et ecce quidam e populo conspicitur ornamentis immensis beatam basilicam effulgere. Concupiscit iniqua mente quod adipiscens non poterat occultare. Igitur discedente populo a basilica post gratiam vespertinam, hic se in angulo basilicæ reprimens latitavit, ac dato cunctis nocturna quiete silentio, vel operiente umbrosa caligine mundum, consurgit ab angulo, **865** et nihil dubitans, utique quia satellite Satana impellebatur, super cancellum beati sepulcri cursu prosiliit rapido, detractamque a summo unam gemmis coruscantibus crucem ^a, ad terram dejecit, collectisque velutis ac palliolis de circuito parietum pendentibus, unum voluclum facit, imposuitque humeris, ac elevata cruce manu, locum unde discesserat repetit, ac posita capiti sarcina, peccati sopore compressus, obdormivit. Media vero nocte circum-euntes custodes sanctam basilicam aspiciunt in angulo unam geminam crucis, tanquam jubar cælestis refulgere: obstupefacti accedunt cominus cum timore, admotoque cerco, inveniunt personam cum rebus furatis, quas auferre non potuerat, inibi decubare. Denique sub custodia cum illa nocte detentum, mane facta, cuncta quæ fecerat patefecit, asserens se

^a In ciboriorum quæ supra altaria aut sanctorum tumulos construi solebant summæ crux imponebatur, qua de re plura habet Mabillon. lib. 1 Liturg. Gallic. cap. 8, n. 7.

A lassum obdormisse, eo quod diutissime circumiens cum fascæ [*Al.*, face] basilicam, ostium unde egrediretur reperire non potuit.

CAPUT XXI.

De eo qui caballum in festivitate perdidit.

Multa quidem et alia in prævaricatoribus ostendit: sed satis sint ista ad coercendam desidiam eorum. Nunc vero ad gaudia prosperitatum, quæ larga pietate præstat populis, revertamur. Sed prius illud non arbitror postponendum, quod expertum valde cognovimus, quid in rebus perditis apud hunc patronum fidelis deprecatio consequatur: ex quibus unum tantum commemorare studui. Ad festivitatem beati Martyris devotus pauper advenerat, laxatoque equite, sacram ingressus est ædem, ac vigiliis immobilis iustans, noctem cum cæteris orando deduxit. Illucescente vero cælo ad metatum regressus, caballum quem reliquerat non invenit: quæsitumque diutissime, nec signa quidem quam in partem discessisset agnovit. Transacto igitur biduo, recurrit iterum per saltus, perscrutans locorum **866** incolas, si forte aliquis aut teneret captum, aut capi vidisset ab aliquo. Nullum dehinc iudicii genus reprensens, anxius atque mæstus ad sepulcrum Sancti regreditur, ibique causas doloris ac mæroris exponens, aiebat: Ad tua, Sancte, limina veni, nihil a iud quam parvitas meæ vota deferre: nihil injuste abstuli, nihil gessi indignum tua solemnitate; cur, inquam, perdidit rem meam? Rogo ut restituas amissum, ut necessarium reddas. Hæc fletu addito aiebat, ut egressus est templum, conspicit eninus a quodam viro suum equitem retineri. Ad quem accedens, dum discutit unde sit, aut unde venerit, aut ex quo tempore hunc habeat equum, didicit ipsa hora eum fuisse repertum, qua ille beati Martyris imploravit auxilium.

CAPUT XXII.

De cæco illurinato.

Cum autem quidam ab eo loco per incursum diabolicum oculum perdidisset, et ad hospitium suum viduatus lumine infeliciter resideret, ac manibus propriis nihil laborare prævalens, spem ullam alimonii non haberet; apparuit ei vir in visu noctis, commoneus ut ad beati basilicam ambularet; ibique, si devote suggerat, promittit auxilium inveniri. At ille nihil moratus, arrepto baculo, adminiculante puero, sanctum ingressus est locum. Qui post completam orationem archipresbyterum ^b, qui tunc locum ipsum regebat, nomine Publianus, adivit, supplicans ut oculis cæcis Christi crucem imponeret. Erat enim valde religiosus. Quod ille dum jactantiam evadere cupit evitans, tenetur a cæco, nec omnino dimittitur, nisi quæ petebat adimpleret. Tunc ille prostratus ante sepulcrum diutissime Martyris est suffragium

^b Jam itaque tunc erant in vicis archipresbyteri. De eorum officiis, etc., fuse describit Thomassinus Disciplinæ eccles. parte 1, lib. 11, cap. 3 et seqq.

deprecatus : deinde, adnotam oculis cæcis manum, protinus ut signum crucis imposuit, visum iste recepit. Admiramini, queso, virtutem Martyris, cui cum parum sit per se exercere miracula, nunc etiam per manus discipulorum, astipulante virtutis **867** suæ favore, publice operatur. Sed nec meritum discipuli fuit exiguum, cui hæc præstita esse cernuntur.

CAPUT XXIII.

De pede Galli, postmodum episcopi, sanato.

Erat enim tunc temporis apud urbem Arvernæ patruus meus, Gallus episcopus (Vid. Vit. Patrum cap. 6), de quo non videtur omitti qualiter in adolescentia sua fuerit a Sancti virtute iuvatus. Et quia sæpius commemoravi quale excidium Arvernæ regioni rex Theodericus intulerit, cum neque majoribus, neque minoribus natu aliquid de rebus propriis est relictum, præter terram vacuum, quam secum barbari ferre non poterant; his ergo temporibus gloriosæ memoriæ patruus meus, qui postea, ut dixi, sacerdotali fasce Arvernæ rexit Ecclesiam, puerulus erat, ejus facultates ita direptæ sunt ab exercitu, ut nihil prorsus remaneret in promptu. Ipse quoque cum uno tantum puerulo usque ad Brivatensem vicum plerumque itinere pedestri discurrebat. Accidit autem quodam tempore, dum hoc iter tereret, ut laxatis præ calore solis calceamentis, nuda incedens planta, sudem calcaret spineam, qui ^a tunc fortassis incisis adhuc terræ hærens, erecto acumine inter herbis virides latitabat. Qui defixus plantæ et supergressus, effractusque deorsum extrahi nequibat. Igitur defluente sanguinis rivo, cum gressum facere non valeret, beati Martyris implorat auxilium, paululumque dolore compresso, licet claudicando, iter quod cœperat expedivit. Tertia vero nocte, putrescente vulnere, dolor maximus incitatur. Ille vero ad experta dudum præsidia cōfugiens, sepulcro glorioso prosternitur; expletisque vigiliis regressus ad lectulum, dum virtutem Martyris præstolatur, somno incumbente deprimitur. Deinde consurgens, nullam doloris sentit injuriam, aspectaque planta, pars sudis quæ ingressa fuerat, non videtur, evulsam tamen sentiebat a pede. Quod lignum diligenter inquirens in stratu suo reperit, **868** admirans qualiter fuisset egressum. Solitus namque erat in episcopatu suo locum vulneris ostendere, in quo magna adhuc **D** fossa conspiciebatur, obtestans in hoc beati Martyris fuisse virtutem.

CAPUT XXIV.

De febre Petri fratris mei.

Post multum vero tempus advenerat festivitas beati Martyris, et pater meus cum omni domo sua ad hujus solemnitatis gaudia properabat. Nobis vero iter

^a Sic omnes Scripti cum Cluet. et cæteris. Alii Editi, *quæ*, etc., femineo genere expressa.

^b Colb. a, Germ. et cæteri, *agitur*. Aliquot Ed., *angitur*, ut neque bibere. Petri fratris sui, tunc diaconi, necem narrat Gregorius lib. v Hist., cap. 5. Is erat sancti Galli, de quo cap. præced., nepos, quod Mss. in hujus capitis titulo expriment.

A agentibus, Petrus frater meus senior ab ardore febrim occupatur, et tam graviter agit ^b, ut neque vigere, neque cibum sumere posset: totumque illud iter cum grandi agitur mœrore, et in discrimen res vertitur, utrum conualeat aut [A/, an] pereat. Denique cum isto labore pervenitur ad locum: ingredimur basilicam, adoramus sacrosancti Martyris sepulturam; prosternitur et ægrotus in pavimento, deprecans medelam a Martyre glorioso. Post completam vero orationem, ad metatum regressus, febris paululum conquievit: veniente autem nocte, nobis ad vigiliis properantibus, rogat se et ille deferri, incumbensque ante sepulcrum, tota nocte Martyris suffragium deprecatur. Exactis deinde nocturnis excubiis, rogat ut de pulvere qui circa beatum erat **B** tumultum collecto vel potui darent, vel collo suspenderent. Quo facto, ita omnis ardor febrim conquievit, ut ipsa die et cibum caperet incolumis, et ubi delectatio vertisset animum ambularet.

CAPUT XXV.

De mei capitis dolore.

Sequenti vero festivitate, dum iterum cum magno gaudio ad sanctam properaremus basilicam, mihi caput a sole percussum graviter dolere cœpit: qui dolor accrescens, febrem intrinsecus generabat, ita ut nec cibum me capere, nec loqui permetteret. Cumque per duos dies ab hoc dolore consumerer, die tertia ad basilicam **869** sancti Ferreoli, cui fons ille de quo superius meminimus (Cap. 3) est contiguus, advenimus. Distat autem basilica a Brivatensi vico quasi stadiis decem. Cumque in loco illo venissemus, libuit animo ad fontem usque procedere, confidens de virtute Martyris, quod si me exinde levis unda perfunderet, mox sanarer. Adveniens vero orationem fundo, aquam haurio, os refrigero, caput infundo: statimque decidentibus lymphis, fugato dolore sanus abseedo, et usque ad sepulcrum Martyris gloriosi lætus ingredior, admirans et gratias agens Martyri, quod prius me virtute sua dignatus fuerit visitare, quam ipsius mererer cernere sepulcrum.

CAPUT XXVI.

De febricitante ad fontem sanato.

Est enim ad hunc fontem ^c, quia ibidem martyr percussus est, virtus eximia. Quidam a febre correptus, dum in extremis ageret, desiderium habuit de aqua fontis haurire, ad quam etiam se deportari fideliter exoravit: qui a suis inter manus apprehensus, et in loco depositus, protinus ut aquæ haustum accepit, et faciem caputque perfudit, recipere meruit sanitatem; et aliorum manibus illatus, propriis

^c Sic Colb. a, cum Sur. et Cluet. At Colb. c, et Germ.: *Est enim fontis virtus eximia, quia*, etc. Mart. et plerique Ed., mendose: *Et enim ad Hunorouem. Laud. et Bell., Unoronem. Germ.: Est enim ad fontem, in quo beatissimi Juliaui ablutum est caput, virtus eximia, quia ibidem Martyr percussus est. Quidam, etc.*

gressibus est regressus. Fuit autem incolae hujus vici, A sed excidit nomen ejus.

CAPUT XXVII.

De tonitruo in basilica facto, et coruscatione.

Quadam autem die orta tempestas cum magno venti impetu super vicum Privatensem rapide descendebat; micabant enim de nubibus fulgura, ac tonitrua terribiliter voces dabant. Quatitur terra fragore, et exuri a coruscatione pene omnia putabantur: sola erat expectatio in virtute Martyris gloriosi. Nec mora, dato cum fulgore gravi sono tonitruum, jaculum **870** igneum per aditum quo funis ille signi dependet ingreditur; percussisque duabus columnis, frustra exussit: inde repercussus per fenestram quae super sanctum habetur tumultum est egressum, nullo tamen per Beati custodiam de populo laesit. O quam magnus circa alumnos proprios beati Martyris amor! columnas sustinuit percussis, non sinit a phalangas; confringi passus est vitream, non catervam; permisit super sepulcrum proprium praeterire coruscum, ne fieret multitudinis totius interitus. Igitur expulsus a basilica sancti Martyris jaculum acervos foeni combussit, interfecit pecora, jumenta delevit. Quod si haec fortuita quis putat, admiretur magis et stupeat inelyti potentiam Martyris, quod praeteriens ignis per medium populi, neminem nocuit, sed ibi tantum explevit vota, ubi se cognovit habere licentiam.

CAPUT XXVIII.

De eo qui praer multitudinem populi ad sepulcrum non valebat accedere.

Clericus autem quidam Aridii Lemovicini abbatibus ad festivitatem veniens, praer multitudinem populi non modo ad sanctum tumulum accedere, verum etiam nec in ipsam basilicam potuit introire. Cumque moestus metatui se reddidisset, recubans in lectulo obdormivit. Protinus astitit ei vir in visu, dicens: Quid tu, inquit, sopore deprimeris? Vade celerius ad templum Martyris, et omnia invenies reserata. At ille metu territus exurgens, credulus dictioni, properat velociter experiri si vera essent quae sibi fuerant indicata. Cumque venisset ad ostium, reperit, remotis undique populis^b, usque ad sanctum altare vel ipsum tumultum viam factam nullo obsistente: et sic sine ulla impressione accedens, fusa oratione, D cum gaudio est regressus. Quod ne quis dubitet, te-

^a Sic Germ. et Gem. Colb. e, *sustulit*. Sur., *Martyris affectus*, etc. Colb. a, *magna... martyris virtus, columnas sustulit percussis, non phalangas*.

^b Ed., *remotos populos*. Germ., *populos et usque... nullum obsistere*.

^c Observa monachum hic a Gregorio dici quem prius clericum appellarat, quod et passim occurrit apud alios quoque ejus aevi auctores. Vide notam in lib. 1 de Gloria Mart. cap. 76, supra, col. 806.

^d Id narrat Constantius in ipsius sancti Germani Vita, lib. 1, cap. 25.

^e Et hic Gregorius annum a Martio incipit, Septembrem appellans septimum mensem.

^f In Chronici Alamaunorum regis irruptione passus est, ut narrat Gregorius lib. 1 Hist. cap. 32, idque

stor omnipotentem Deum, quia ab **871** ipsius abbatibus haec ore cognovi, apud cujus monachum e gesta sunt.

CAPUT XXIX.

De festivitate ejus.

Hujus festivitatis tempus ignara plebs moesta perdebatur, nesciens diem in quo Martyr beatus deberet pro virtutis ac passionis gloria honorari, et haec ignorantia usque ad beatam Germanum Autissiodorensis antistitem est protracta. Factum^d est tantum ut antedictus pontifex Brivatem adveniret, seiscitatusque ab incolis quo tempore hujus sacra celebrarentur, se nescire respondent. Tunc ille: Oremus, inquit, et fortassis nobis haec Domini potentia revelabit. Quod cum fecissent, mane orto, convocatis senioribus loci, ait v Kalendarum mensis septimi e celebrandam esse festivitatem. Ex hoc nunc devotus adveniens populus, vota praesuli reddens, refert et animae et corporis medicinam.

CAPUT XXX.

De energumenis.

Energumeni vero cum advenerint, plerumque evomunt in Sanctum Dei convicia, cur sanctos alios ad sua convocet festa, ipsosque nominatim confitentem, eorum fatentur virtutes et merita. Aiunt enim: Sufficiat tibi, Juliane, nos propria virtute torquere. Ut quid reliquos provocas? quid invitas extraneos? Ecce Martinum Pannonicum, inimicum jugiter nostrum, qui tres a nostris cavernis repulit mortuos. Adest Privatus ex Gabalis^f, qui oves suas barbaris, nostra instigatione commotis, tradere noluit. Advenerit Ferreolus collega tuus ex Viennensibus, qui nobis in te supplicium, **872** incolis praesidium misit. Quid Symphorianum Aeduum, quid Saturninum vocas Tolosanum? Aggregasti concilium, ut nobis ingeras infernale tormentum. Haec et his similia dicentibus, ita sanctos Dei humanis mentibus representant, ut nulli sit dubium eos inibi commemorari: multi tamen ab his infirmi curantur, et sani recedunt.

CAPUT XXXI.

De mansuetudine pecorum.

Sed et illud est memoratu dignissimum, quae sit mansuetudo pecorum in hac basilica votivorum e: qualiter vituli petulantes, calcitrantes equi, grunnientes suillae [Al., sues], cum limen sanctum ingressi

circa an. 265, si haec clades Gallieno imperante contigit: malunt quippe alii eam saeculi v initio consignare. Vide Tillemontii Hist. eccles. tom. iv. Ejus acta habent Moubritius et Surius ad 21 Augusti, sed quae post nostri Gregorii aetatem videntur scripta. De aliis sanctis hic memoratis fusius suis locis egimus.

^g Votiva dicebantur animalia quae Deo aut sanctis oblata fuerant; a nonnullis etiam appellabantur *sacriva*, quod ejusmodi apud ethnicos sacrificiis fuissent destinata. De his in lege Salica tit. 2, in quem locum videt Bignonii notas. Equos in trajiciendo flumine Rubicone a Julio Caesare consecratos, ideoque sine custodibus dimissos, memorat Suetonius lib. 1 num. 81.

fuerint, conquiescunt. Nam vidimus sæpe cothurno-
 sos tauros, qui a quindecim aut eo amplius viris alli-
 gati, funibus ducebantur, talem in hominibus impe-
 tum dare, ut putares eos ipsos quoque dirumpere
 funes : sed cum ædem sanctam ingressi sunt, ita
 quieverunt, ut arbitreris eos tanquam agnos mansue-
 tos haberi. Vidimus etiam [Al., et nunc] per medias
 turmas multos ingredi, inclinato capite populos amo-
 ventes rostro, non cornibus; et tanquam tribunal
 adirent judicis, aliquem sensum habere timoris;
 non calcem mittere, non aliquem cornu petere, non
 oculis torvis aspicere, sed in omni mansuetudine
 usque ad sanctum properantes altare, oseulantesque,
 rursus in ipsa qua ingressi fuerant patientia repedare.
 Sic et reliquorum jumentorum petulantia, cum illuc
 accesserit [h. leg. accesserint], deposito cuncto furore, B
 mitescit, ut ea in mansuetudine columbarum cum gran-
 di admiratione conspicias. De his vero quæ votiva sunt,
 nulli penitus quidpiam subtrahere licet; nullus prius-
 quam ad basilicam veniat, aut commutare præsumit,
 aut emere. Nam qui fecerint, sæpius ultione divina
 graviter 873 quatiuntur. Nam aut febris inminet, aut
 malum aliquod obrepit, aut damnum grave succedit,
 aut hoc quod abstulit morbus aufert. Difficile tamen
 sine præsentis ultione res præterit.

CAPUT XXXII.

De reliquiis ejus in Campaniam translatis.

De illis ^a dixisse virtutibus sufficiat quæ circa
 sanctam basilicam aut gesta sunt, aut geruntur :
 nunc pauca de locis illis in quibus ejus habentur reli-
 quia disseverentes, finem hujus libelli facere placet, C
 devotione commonente. Quidam apud Belgicæ se-
 cundæ provinciam, id est suburbano Rhemensis urbis,
 basilicam in honore beati Martyris studiosè constru-
 xit, cujus reliquias post perfectam fabricam expetuit
 fideliter ac devote. Quas acceptas dum viatim psal-
 lendo regreditur, Rhemensem est ingressus Campa-
 niam. Erat enim haud procul a via ager cujusdam
 divitis Campanensis, ad quem sciendum magna
 multitudo convenerat. Igitur appropinquante viatore
 cum his pignoribus, cœpit quidam de aratoribus male
 torqueri, et quasi in excessu mentis dicere : En,
 inquit, beatissimum Julianum appropinquantem, ecce
 virtutem ejus, ecce gloriam ejus. Currite, viri, relin-
 quite boves, dimittite aratra, caterva omnis eat in D
 obviam. Stupentes illi, et quid narraret ignoti [Al.,
 ignari], dum hebetati admirantur tam voces quam
 dicta personæ, protinus miser, relicto in arvis vomere,

^a Hoc caput laudat Frodoardus lib. i Hist. Rhemen-
 sis cap. 23, ubi de basilica hic memorata agit, in qua
 Atolus vir præclarus ejus, ut creditur, conditor sep-
 ultus est. Cujus epitaphium, quod hic auctor *titulum*
 appellat, *summo templi pinnaculo* erat insculptum, in
 quo laudatur ob duodecim xenodochia in honorem
 sancti Remigii ab eo extructa. Cæterum basilica san-
 cti Juliani Rhemis etiam nunc superest arch monaste-
 rio Remigiano subjecta, cum parochiali titulo.

^b Germ., Gem. et Colb. : *Simile huic gestum in...
 signat. Quod in quadam Orientis civitate dum in eccle-
 sium dæmoniacus adduceretur, in navi, etc.*

^c Alj, commonct, seu commonuit.

elidens se in terram, verberansque palmas, in parte
 qua vir ille beati Martyris veniebat, cursu celeri rap-
 pitur, clamans : Ut quid me, Sancte, sic crucias? ut
 quid me, gloriose Martyr, incendis? cur regionem
 tibi non debitam aggredieris? cur habitacula nostra
 perlustras? Talia eo dicente, ad locum ubi jam sa-
 cerdos tabernaenulum erexerat, turbulentus advenit,
 prostratusque 874 coram Sancti reliquiis, diutissime
 humo [Al., homo] ineubuit. Tunc presbyter capsulam
 illam sanctam super eum ut posuit, illico erumpente
 ex ore ejus sanguine, ab incursione diabolici erroris
 mundatus est; ac deinceps virtutem Sancti prædicans,
 comes fuit hujus itineris.

CAPUT XXXIII.

De reliquiis ejus in Oriente exhibitis.

Quid ^b de ejus reliquiis in Oriente fidelium fratrum
 relatio signat, edicam. In quadam Orientis civitate,
 dum in ecclesia a dæmonio quidam torqueretur, in
 navi beati Martyris prædixit esse reliquias. Cumque
 navis portum fuisset adepta, hic ad eam saltuatim
 prosiliit, ac provolutus solo coram navi, erumpente
 ab ore et naribus tabe, persona purgata est. Quæ
 cum episcopo nuntiata fuissent, commovet ^c popu-
 lum cum accensis cereis ad portum usque præcedere.
 Igitur nauclerus audiens, fletusque præ gaudio, in
 occursum episcopi properat, nihil se aliud asserens
 de Beati sustulisse basilica, nisi parumper pulveris
 qui circa sanctum jacebat tumulum : sed Deus omni-
 potens comprobans fidem viri, oculi virtutem Mar-
 tyris non permisit. Dehinc episcopus sublatis reli-
 quias usque ad sanctam ecclesiam cum magno honore
 deportat. Negotiator vero tanta cernens mirabilia,
 basilicam in honore Martyris ædificavit, in qua bea-
 tas reliquias collocans, multa deinceps ibi miracula
 vidit operari.

CAPUT XXXIV

Qualiter Turonis in basilica ejus reliquæ sunt locatæ.

Hæc ego dudum expertus sum ^d. Contigit ut post
 ordinationem meam Arvernos accederein : profectus-
 que beati basilicam adivi, expletaque festivitate, di-
 ruptis a palla quæ 875 sanctum tegit tumulum sim-
 briis, in his mihi præsidium ferre credens, impleta
 oratione discessi. Apud Turonicam vero urbem mo-
 nachii in honore ipsius Martyris basilicam ^e, qualem
 possibilitas eorum habuit, ædificaverunt, cupientes
 eam ejus virtutibus consecrari. Audientes autem hæc
 pignora a me fuisse delata, rogabant ut dedicata

^d Mart. et Colb. a : *Hæc ego dudum experta, pro
 his. expertis, ut habet Pitheus. Germ., Gem. et
 Colb. e, Hæc... habens experta.*

^e Monasterium sancti Juliani Turon., olim de Sca-
 lariiis dictum, a Northmannis dirutum, restauratum
 fuit, anno circiter 938, a Tetolone archiepiscopo, qui
 ipsum sancto Odoni abbati Cluniacensi reformandum
 commisit. Quo in opere desudans vir sanctus ibidem
 obiit, ac sepultus est prope ipsum Tetolonem. Vide
 ejus elogium in sac. v Act. sanctorum ord. Benedic-
 tini, numm. 25, 41 et seqq. Monasterium sancti Juliani
 hodieque subsistit regule Benedictinæ addictum sub
 congr. sancti Mauri.

ædes iisdem augetur exuviis. At ego, apprehensam secretius capsam, ad basilicam beati Martini incipiente nocte propero. Referebat autem mihi vir fidelis, qui tunc eminus astabat, cum nos basilicam sumus ingressi, vidisse se pharum immensi luminis e cælo delapsam super beatam basilicam descendisse, et deinceps quasi intro ingressa fuisset. Cum enim nobis hæc in crastinum a fidelibus relata fuissent, coniecimus eam a virtute beati Martyris processisse. Depositis ergo super altare [*Al.*, altarium] sacrosanctis reliquiis, vigilata nocte, cum grandi psallentio ad antedictam deferebantur basilicam. Et ecce unus ex energumenis, manibus in se collisis, ore patulo, eruenta projiciens sputa ^a, aiebat: Ut quid te, Martine, Juliano junxisti? Quid eum in his provocas locis? Satis nobis erat præsentia tua supplicium, similem tui ad augenda tormenta vocasti. Cur hæc agis? quare nos eum Juliano sic erueas? Hæc et alia misero declamante, expletis missarum solemnitatibus, dum se ante sanctum altare dintissime collidit, profuente sanie ex ore ejus, ab infestatione furoris diabolici liberatus est.

CAPUT XXXV.

Quod vinum ea nocte creverit.

Sed nec hoc silere ^b puto quid in nocte illa, priusquam sanctæ reliquiæ ibidem collocarentur, sit gestum. Monachus ipsius loci, dum de adventu solemnitate gauderet, et singulos ^c 876 quosque ad cellariolum basilicæ promptissimus invitaret, hortans ut omnes in basilica fideliter vigilarent, extracto a vase vino, cœpit eis causa devotionis cum gaudio propinare, dicens: Magnum nobis patrocinium in beatum Martyrem pietas divina largitur. Ideo rogo charitatem vestram, ut unanimiter vigiletis mecum; cras enim sanctæ ejus reliquiæ in hoc loco sunt collocandæ. Exacta quoque cum sacris hymnis modulisque cœlestibus nocte, celebratis etiam Missarum solemnibus, festivitate ovans clericus ^e cœpit eos iterum, quos prius invitaverat, rogare ad refectorem, dicens: Gratias vobis ago quod sic ad vigilandum immobilis perstitistis. Sed nec Martyr diu distulit bonam voluntatem virtutis suæ gratia numerare. Nam ingressus promptuarium clericus, reperit cupellam, quam pene mediam reliquerat, per superiorem aditum redundare, in tantum ut copia defluentis vini rivum per terram ad ostium usque deduceret. Quod ille admirans, posito deorsum vase, sæpius extulit plenum: sed et de ipso cum satis abundeque fuisset expensum, nihil prorsus defuit, sed usque in crastinum mirantibus cunctis semper stetit plenum. Erat autem in Kalend. mensis quinti ^d. O admirabilis vir-

A tus Martyris! cum produxit de vase sine illa vindemiam, enim sit solitum ut collecta vna condantur in vascula, protulit dolium musta, in quo non uva ^e, sed virtus sola defluxit: turgescit vasculum a liquore, fructus non illatus est, sed creatus. Agit hoc ille Dominus ad glorificandum Martyrem, qui implens uterum Virginis sine semine, permanere præstitit matrem in castitate: sed tamen hic novo magis ^f exuberat fructu, cum sine eaudieibus falerna porrigit ad bibendum. In aliis vineis vix adhuc erumpunt gemmæ, in hoc vero vase vinum defluit. A virtute ^g æquatur Maius Octobri, cum nova ^h 877 porrigit pocula, et plus habet quam ille, cum in promptu non ostenditur vinea, et in domo gignuntur falerna. Rudis etenim venit sine torculari vindemia, quæ non in palmitibus, sed in occultis mysteriis est reperta; acervus acinorum non premitur ab arbore, et vini defluunt undæ; hauriuntur falerna, cum in torculari non eernuntur impressa; vitis ecce non aspiciuntur, et pocula large complentur. Sed quid inquam? non enim deest fidelibus virtus illa cœlestis. Nam qui quondam in nuptiis de aquis præstitit vna, nunc suis eadem large porrigit sine ullius elementi natura; et qui geminis piscibus quinque millia hominum satiavit, nunc bonæ voluntati multiplicata restituit. In ipsius enim ortus tempore angelica vox testata est, dicens: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis* (*Luc. II, 14*). Sed jam ad sequentia virtutum opera veniamus.

CAPUT XXXVI.

De contracto in eodem loco sanato.

Serviens ^h ejusdem monasterii diu contractus, infeliciter trahebatur. Adveniens autem ad ipsam Sancti basilicam, vigilias celebrat. Quibus expletis, mane dum ad stratum suum regreditur, inter portantium manus resolutis sanatus est nervis.

CAPUT XXXVII.

De puella lippa ⁱ.

Puella quædam lippis erat oculis, et nimio imbre lacrymarum profuente pene cæcata: cujus pater, audita virtute Martyris gloriosi, eum ea ad basilicam sanctam properat, celebratisque vigiliis, mane pauperibus qui ad matriculam illam erant eibum potumque protulit. Epulantibus vero illis, subito puella capitis dolore se torqueri proclamat, et ut modico sopori indulgeatur implorat. Qua quiescente, cum convivæ epulam explicarent ⁱ, ^g 878 illa surrexit, et ad sanctum se altare duci deposcit: antequam ^k solo prostrata fuisset, et attente Domini misericordiam deprecaretur, restrictis lacrymis, purga-

^a Mart., Rom., Germ. et Colb. 2, *cruentos... sputos.*

^b Alii, *sileri*. Editi, *silendum*.

^c Gem., *monachus*, et sic infra, sed perinde est.

^d Ille contra suum morem Gregorius mensem quintum videtur Maium appellare; proindeque inchoare mensem a Januario. Vide supra notas ad cap. 90 lib. I.

^e Gloria Mart.

^f Aliquot Scripti cum Editis, *non rina*; et infra,

liquore quo fructus. Germ., *in quo fructus.*

^f Gem., *majus*, forte pro *Maius*.

^g Legendum forte, *defluit a virtute. Æquatur.*

^h Germ., *servus*. Editi, *serviens hujus*, etc.

ⁱ Mss. plerique, *De cæco illuminato.*

^j Sic Germ. et Colb. c. Alii, *applicarent*.

^k Germ., Gem. et Colb. c, cum Sur., *ante quod cum solo.*

tis lippitudine oculis, læta surrexit : tunc patre A gaudente domi redditur a sana.

CAPUT XXXVIII.

De alio contracto.

Alius quidam puerulus parvulus, ejus parentes haud procul ab ipsa basilica commanebant, in secundo ortus sui anno membris totis contractus, sine spe alienus boni nutriebatur. Qui ita contractus erat, ut genua ab ejus ore penitus separari non possent. Cujus parentes, cum ad sanctam basilicam vigilassent, et projectum infantulum coram sacrosanctis reliquiis dimisissent, post paululum reperiunt eum sedentem, membris omnibus esse directum. Dehinc, fusa oratione, gaudentes ad domum suam regressi sunt.

CAPUT XXXIX.

De perjuris.

Est etiam in Turonico vicus, cui Gaudiaco b nomen est, in quo beati Martyris reliquiæ continentur, qui cum magnis virtutibus erebro illustretur, in perjuriis tamen plerumque agitatur ultionem. Nam eum ibidem quis, inimico humani generis suadente, perjurerit, ita ultio divina prosequitur, ut protinus aut in successione damni, aut in amissione proximi, aut in consumptione morbi manifesta pateat : non tamen causam remanere inultam Martyr prorsus indulget; sed nec inibi tam [Al., jam] ausu temerario perjurat barbarorum cruda rusticitas. De quo negotio ista sufficiant, quia longum est singula quæ de his acta sunt per ordinem memorare.

CAPUT XL.

De reliquiis ejus, quas Aridius presbyter sustulit.

879 Cum autem ad me Aridius presbyter ex Lemovicino venisset, vir valde religiosus, ejus etiam in secundo virtutum beati Martini libro (Cap. 39) memini, dum sollicite vitam ejus perscrutarer, et actionem inquirere cœpi quæ ibidem beatissimus Julianus in miraculis prodidisset. In honore enim beati Martyris basilicam ædificavit, quam et ejus reliquiis illustravit. Sicut ergo est verecundissimus, diu cunctatus, tandem hæc et valde invitatus exposuit. Quando, inquit, primum beati Juliani adivi basilicam, parumper eoræ a sepulcro sustuli : inde veniens ad fontem in quo beati Martyris sanguis effusus est, abluta aquis facie, parvam ab his pro benedictione complevi ampullam. Testor omnipotentem Deum,

a Ibidem, *reducitur*. Rom., *redit*.

b Habetur apud Turones ad Carim fluvium locus Joyacum dictus, vulgo *Joué* aut *Jouay*, qui forte hic designatur. In libro autem v Hist. cap. 14 memoratur *domus Jocundiensis*, quam nonnulli putant esse hunc ipsum locum *Jouay*, alias Gaudiacum, aut Joyacum, nuncupatum. Ursinus in Vita sancti Leodegarii Gaudiacum memorat, cap. 22, sed in *parochia Carnotensi*.

c In Colb. a *deest nocte*.

d De cruce in summo altaris posita disserit Mabillon. lib. 1 Liturgie Gallie. cap. 8, num. 8, et cap. 9, num. 24, ubi insignem ea de re locum sancti Paulini episc. ad Severum scribentis laudat, quem sub-

quia antequam ad domum accederem, colore, spissitudine atque odore in balsamum commutata est. Veniens vero sacerdos ad dedicandam ædem, eum hæc exposuissent, nihil aliud pro reliquiis in sanctum altare condere voluit, nisi vasculum cujus aqua in balsamum commutata fuerat, dicens : Hæ sunt certæ reliquiæ, quas Martyr paradisiacis virtutibus illustravit.

CAPUT XLI.

De paralytico sanato.

multa quidem et alia sunt, de quibus plurima præmittens, aliqua pando. Infirmus quidam, omnibus membris debilis, plaustro impositus ad ejus monasterium est adductus. Qui cum ante ipsam basilicam in hoc vehiculo nocte e jaceret, videt eam subito magno splendore fulgentem; voesque in ea psallentium tanquam multorum hominum audiebat. Dum hæc agerentur, et ille orationem funderet, quasi stupens factus [Al. stupefactus] nec memor dolorum, eo appropinquante, splendor quem viderat præterit ante **880** oculos ejus. At ille, fulgore demoto, in se reversus, sensit se pristinae saluti recuperatum.

CAPUT XLII.

De cæco illuminato.

Cæcus quoque, adminiculo deducente, ad sacrosanctum altare ejus accedens, dum de opertorio sanctarum reliquiarum oculos attingit, lumen recepit. Sed et energumini ab hac palla cooperti, sæpe mundati sunt : et potestas judicium, quotiescunque in eo loco superflue egit, confusa discessit.

CAPUT XLIII.

De cruce altaris furata.

Pendebat autem super ipsum altare crux d holeris, eleganti opere facta : et erat tam præclara visu, ut eam putares ex auro esse mundissimo. Advenientibus vero barbaris, a quodam esse aurea æstimata direpta est et sinu recondita. At is qui eam sustulerat, tanto subito pondere prægravatur, ut eam penitus sustinere non posset, statimque compunctus virtute Martyris, ac poenitentia motus, de itinere transmissam loco sancto restituit.

CAPUT XLIV.

Qualiter expetita sunt ejus pignora.

Quæ postquam gesta sunt, misit e clericum suum, dicens : Vade, inquit, ad beati Juliani basilicam, et

jeimus :

Divinum veneranda tegunt altaria fœdus,
Compositisque sacra cum cruce martyribus
Cuncta salutiferi coeunt insignia Christi,
Cruce, corpus, sanguis, martyris ipse Deus.

Inde etiam lux aliqua afferri videtur canoni tertio concilii ii Turonensis, quo cavetur : *Ut corpus Domini in altari non in imaginario ordine, sed sub crucis titulo componatur*. Ad Mabillon., lib. 1 Liturg. Gallie. cap. 9.

e Germ., Gem. et Colb. e, *misit supra dictus Aridius clericum*.

fundens orationem, supplicat ut tibi aliquid aeræ vel pulveris de sepulcro jacentis largiri dignentur ædificari, ut delatum a me eum benedictione suscipiatur. Ille vero veniens, quæ sibi fuerant imperata flagitat ac suscipit. Et eum suscepta ferre vellet, tanto gravatur pondere, ut vix cervicem posset erigere. Unde tremore magno concussus, pavimento prosternitur, et iterum eum lacrymis orationem fundens, surrexit incolumis, et acceptam sensit abeundi habere se libertatem. **881** Igitur arrepto itinere, incandescente nimium sole, siti corripitur. Veniens autem ad villam viæ proximam, unam casulam adit aquam deponens : de qua egrediens juvenis dare responsum, ut eum vidit in terram corruit, factusque est sicut mortuus. Concurrentes autem parentes ejus calumniabantur hominibus, asserentes parentem suum eorum magieis artibus fuisse peremptum, et apprehensum puerum elevaverunt eum semivivum. At ille de manibus eorum elapsus, percussis palmis, cœpit debacchando clamare vel dicere quod martyr Juliani virtute exureretur. Clericus vero hæc audiens, posita super caput ejus capsula cum pignoribus sanctis, fide plenus orare cœpit attentius : ipse quoque cum vomitu sanguinem dæmoniumque projiciens, purgatus abscessit. Dehinc firmatus in fide portitor, iter totum eum psalmis et gratiarum actionibus carpens ad locum præoptatum, Martyre ducente, pervenit. Jam exinde, tempore procedente, quanti ibi energumini, frigoritici, vel diversis morbis oppressi, Martyris virtute sanati sunt, nec nomina retineri, nec numerus potuit colligi.

CAPUT XLV.

De puero ad ariolos ducto, et alio per virtutem Sancti sanato.

Inter reliqua vero insignia suscipiendorum miraculorum, ponimus et istud, quod insipientes corrigat et roboret sapientes. Igitur Cautini episcopi tempore, quo, ingruentibus peccatis populi, Arverna regio ab excidio luis quam inguinarum vocant devastabatur (*Vid. Hist. l. iv, c. 31*), ego Brivatensem vicum expetii, scilicet ut qui meritis tutari nequibam, beati martyris Juliani salvarer presidio. In quo dum commemorarer vico, unus puer ex nostris ab hoc morbo corripitur, reclinatoque ad lectulum capite, graviter ægrotare cœpit. Erat autem febris assidua cum stomachi pituita, ita ut si aliquid acciperet, confestim rejiceret; nec erat ei cibus confortatio, sed magis exitus putabatur. Denique mei cum viderent eum in extrema vexari, ariolum quemdam **882** invocant. Ille vero venire non differens accessit ad ægrotum, et artem suam exercere conatur. Incantationes immurmurat, sortes jactat, ligaturas collo suspendit, promittit vivere quem ipse mancipaverat morti. Hæc autem me nescio agebantur; quæ cum mihi delata fuissent, amarissimus reddor, et cum gravi suspirio

illud commemoro, quod Dominus per Eliam prophetam Ozia regi pronuntiat, dicens : *Quia dereliquisti Dominum Deum Israel, et consulisti deum Acharon; ideo de lectulo in quo ascendisti non consurges, sed morte morieris (IV Reg. 1, 16)*. Nam iste post adventum arioli validius febre succensus, spiritum exhalavit, cujus post obitum interpositis paucis diebus, puer alius simili laborare cœpit incommodo. Tunc ego eis inquit : Accedite ad Martyris tumulum; et aliquid exinde ad ægrotum deportate, et videbitis magnalia Dei, atque cognoscetis quid sit inter justum et injustum, et inter timentem Deum et non servientem illi. Accedentes autem, parumper pulveris circa sepulcrum jacentis sustulerunt. De quo ut hausit infirmus eum aqua, protinus assecutus est medicinam, recuperatisque viribus ac restincta febre convalescit. Intelligite ergo nunc, o omnes qui insipientes estis in populo, et postquam ista diseusseritis, scitote quia nihil sunt quæ ad seducendum humanum genus diabolus operatur. Ideo moneo ut si quis vexillo crucis signatus, si quis baptismi ablutione mundatus, si quis vetustate deposita in novo nunc homine viget, talia postponat ac negligat; quærat autem patrocinia martyrum, per quos sanitatum miracula celebrantur : postulet adjutoria confessorum, qui merito amici sunt dominici nuncupati; et quæ voluerit, obtinebit.

CAPUT XLVI.

De rosis ad sepulcrum ejus divinitus ostensis.

Eo tempore, eum post obitum Proserii martyris ^a, Urbanus diaconus, hujus basilicæ ordinatur æditus, mira res ad sepulcrum Sancti apparuit. Nam vigilante diacono in **883** lectulo suo auditus est sonitus, quasi ostium basilicæ panderetur. Post multarum vero horarum spatium, audivit ipsum iterum claudi. Post hæc surgens de strato, præcedente lumine accedit ad tumulum Sancti : mirum dictu, vidit pavementum rosis rutilantibus esse respersum! Erant autem magnæ valde, cum fragrantia odoris immensi. In ^b ipsas quoque cancelli celaturas, mirabatur rosas intus, nonus enim erat mensis; et hæc ita erant virides, ac si easdem ipsius putares horæ momento ^c ramis virentibus esse decerpas. Tunc cum grandi reverentia collectas secretius posuit, multis exinde infirmis medicamenta distribuens. Nam energumenus ^d quidam ex Thronico veniens, ut exinde delibatum potum sumpsit, ejecto dæmone purgatus abscessit.

CAPUT XLVII.

De muliere illuminata.

Mulier erat a nativitate cæca, quæ se exhiberi a parentibus ad beati Martini tumulum deprecata est : ubi eum venisset, prostrata per friduum ad cancellos, qui ante sepulcrum sancti Antistitis habentur extrinsecus, responsum accepit per somnium, dicente sibi sancto viro : Si hunc recipere desideras, requiro

^a De martyrio jam diximus, hic idem esse videtur ac basilicæ æditus seu custos, sive etiam rector. Hinc quædamque abbates se martyrios dixere, et æditos.

^b Hæc, usque ad mensis, desunt in Coll. 2, Germ., Gen., Laud. et Bell.

^c Editi, eadem... hora et momento.

basilicam sancti Juliani, in qua dum præsidium Martyris expetes [*Al.*, expetieris], ille conjunctus Martino visum tibi necessarium, simul orationum suarum suffragiis, revocabunt. Exurgens autem mulier, et ignorans quod in Turonico hujus martyris reliquæ tenerentur, ad Santonicam urbem dirigit. Victorina^a etenim materfamilias, ex nobili stirpe progenita, in villæ suæ territorio basilicam construxerat, reliquiasque beati Martyris condiderat. Ad hanc ergo ædem mulier accedens, orat per triduum. Die autem tertia advenit natalis Baptistæ dominici : stante autem populo, **884** et lectionum dogmata auscultante, subito murmur magnum oritur. Presbyter vero qui solemnia celebrabat, comprimere voces cupiens, interrogat quid hoc esset. Cui unus ex astantibus ait : Murmur mitescere non potest, quia virtus Domini miraculum prodidit. Ecce enim mulier illa quæ se cæcam testabatur ortam, erumpente ab oculis sanguine, visum recepit. Tunc omnes benedixerunt Deum, cognoscentes pariter quæ fuerant gesta.

CAPUT XLVIII.

De reliquiis quas Nanninus presbyter detulit.

Nanninus^b igitur presbyter domus Vibriacensis, Martyris hujus gloriosi reliquias expetivit, quas ex jussu beati Aviti^c pontificis assumptas, cum psallenti tulit u-que ad basilicam sancti Ferreoli, quæ [*Adde non*] procul ab ipso vico sita est : et cum ad eam pervenisset, unus ex emergentibus est mundatus. Procedens autem psallendo, cum ad medianam pervenisset horam^e, hoste improbo virtute Sancti depulso, puella alia purgata discessit.

CAPUT XLIX.

Quod de ejusdem reliquiis multi infirmi sanati sunt.

Accedens autem ad locum ubi oratorium, quod in honorem Sancti construxerat, posuit hæc pignora in

^a Colb. a, *Victuriana*. Land., *Victurina*.

^b Alii, *Manninus*, aut *Nannus*. Porro nomine Vibriaci Veterem Brivatem, vulgo *Vieille-Brioude*, hic designari censet Savaro in Originibus Clarom., et quidem basilica exstat in honore sancti Ferreoli haud procul a Veteri Brivate sita. Verum Nanninus reliquias sancti Juliani e nova ad Veterem Brivatem deferens, sancti Ferreoli ecclesiam habere obviam non potuit : si quidem Brivas Nova inter Veterem sita est et

albari sancto. Accedens^d autem ad eum unus cum amissis oculis, alius manu debilis, impleta oratione, hic lucem recepit post tenebras, manus ille usum post otia diuturna. Mulier etiam, nomine Æterna [*Gem. Acerna*], cum filia ab hoste iniquo vexata, ad hoc altare curata, cum prole sospes abscessit. Frigoritici etiam in illo loco nonnulli salvati sunt.

CAPUT L.

De alio cæco illuminato.

885 Sed quoniam non est absurdum, si beatus Julianus cum Joanne aut Martino dona sanitatum impertiat, cum quibus victor sæculi in cælo tripudiat, referam adhuc qualiter cum Nicetio Lugdunensi simili virtute floruerit. Igitur infra terminum territorii Turonici, Litomeris quidam in honore sancti Martyris basilicam ædificavit, in qua nos ex more ad benedicendum evocati, sancti Juliani martyris, cum Nicetii Lugdunensis, reliquias collocavimus. Sed non multo post tempore cæsus adveniens, dum **886-890** fideliter orationem fudit, visum recipere meruit. Memini hujus cæci in libro Vitæ sancti Nicetii (*Vitæ Patrum cap. 8*), quia dignum est ut communis virtus utriusque sancti scripta [*Land.*, scriptura] connectat. Ergo his miraculis lector interdum intelligat, non aliter nisi martyrum reliquiarumque amicorum Dei adiutoriis se posse salvari. Ego autem Domini misericordiam per beati martyris Juliani patrocinia deprecor, ut advocatus in causis alumni proprii, coram Domino assistens obtineat ut absque impedimento maculæ ullius hujus vitæ cursum peragat, atque illa quæ confessus sum in baptismo irreprehensibiliter teneam, fideliter exerceam, ac viriliter usque ad consummationem hujus vitæ custodiam. Amen.

Explicit liber secundus, de Gloria sancti martyris Juliani peculiaris patroni nostri.

ecclesiam sancti Ferreoli. Forte *Vibriacensis domus* hic appellatur *Vibrac* seu *Vibrat*, vicus diocesis Claromontensis, aut certe *Vebret* in eadem diocesi.

^e Sic *Germ.* et *Colb. c. Gem.*, *ad meridianam pervenisset horam*. Cæteri cum *Edit.*, *pervenisset, coram hoste*. *Sur.*, *palam hostæ*.

^d *Gem.* : *Veniensque ad eum unus amisso oculorum usu*.

SANCTI GEORGII FLORENTII GREGORII

EPISCOPI TURONENSIS

LIBER

DE GLORIA BEATORUM CONFESSORUM.

Præfatio.

891-892 Pudet insipienti^a, reprobo imperitioque atque inertī, illud aggredi quod non potest

^a *Laud.*, cum *Edit.* plerisque, *insipientem, etc.*, in quarto casu. *Ed.*, *infra, quod non possum*.

adimplere : sed quid faciam? quod oculi non patior, quæ de beatorum virtutibus vel ipse sæpius inspexi, vel per relationem bonorum virorum et certæ fidei evidenter gesta cognovi : sed timeo ne cum scribere cœpero, quia sum sine litteris rhetoricis et arte grammatica, dicat mihi aliquis [*Al.*, alter] : Ausu rustico et idota, ut quid nomen tuum inter scriptores indi æstimas? Aut opus hoc a peritis accipi putas, cui ingenium artis non suppeditat, nec ulla litterarum scientia subministrat? qui nullum argumentum utile in litteris habes, qui nomina discernere nescis; sæpius pro masculinis feminea, pro femineis neutra, et pro neutris masculina commutas, qui ipsas quoque præpositiones, quas nobilium dietatorum observari sanxit autoritas, loco debito plerumque non locas. Nam pro ablativis accusativa, et rursum pro accusativis ablativa ponis ^a. Putasne videbitur ut bos piger palæstræ ludum exerceat, aut asinus segnis inter sphæristarum ^b ordinem celeri volatu discurrat? Aut certe nunquid poterit corvus nigredinem suam albertium columbarum pennis obtegere, aut obscuritas picis, liquoris lactei colore mutari? Nempe ut ista fieri possibile non est, ita nec tu poteris inter scriptores alios haberi. Sed tamen respondebo illis, et dicam : Quia opus vestrum facio, et per meam rusticitatem vestram prudentiam excrebo. Nam, ut opinor, unum beneficium vobis hæc scripta præbebunt ^c : scilicet, ut quod nos inculte et breviter stylo nigrante describimus, vos poteritis lucide **893** ac splendide stante versu in paginis prolixioribus dilatare. Igitur in primo libello inseruimus aliqua de miraculis Domini ac sanctorum apostolorum, reliquorumque martyrum, quæ hactenus latuerunt, quæ Deus ad corroborandam fidelium fidem quotidie dignatur augere, quia valde molestum erat ut traderentur oblivioni. In secundo posuimus de virtutibus sancti Juliani martyris. Quatuor vero libellos de virtutibus sancti Martini. Septimum de quorundam feliciorum ^d vita. Octavum ^e tunc scribimus de miraculis confessorum, specialis legentem poscentes, ut quia nobis, ut sæpe testati sumus, nec artis ingenium suppeditat, nec sermonum facundia juvat, veniam temeritati libenter indulgeat : quem non jactantia mundialis erigit ut scribat, sed deprimit pudor ut sileat, amor timorque Christi impellit ut referat. Et quoniam primum libellum de Domini miraculis inchoavi, velim et huic libello de sanctorum angelorum virtutibus adhibere principium.

^a Mss. plerique : *Nam ablativis..... rursum accusa- A*
tivis ablativa præponis.

^b Sic dicebantur qui sphæra seu pila indebant. Vide Apollinarem Sidonium, lib. II epist. 9, et lib. V epist. 17. Hic porro lusus agilitatem exigit, qua asinus caret, unde manavit adagium quod hic laudat Gregorius.

^c Clar. a. et Colb. a. cum Edit., *scriptura præbebit.*

^d Laud. et Bell. eum Bat., *religiosorum.*

^e Octavo hic loco recenset Gregorius librum de Gloria Conf., quia etsi ante librum quartum de sancto Martino, et nonnulla capita de Vita Patrum conscriptus fuerit, eum tamen post cæteros recognovit: unde et in vetustioribus Mss. ultimum locum occupat. Certe ipse Gregorius in prologo ad Vitas Patrum librum de Confessoribus laudat. Quare satius visum est ordinem in Editis jam admissum sequi.

CAPUT PRIMUM.

De virtutibus angelorum.

Igitur dum in Arverno territorio commorarer, vir mihi fidelis retulit, et scio quia vera narravit, quia evidenter cognovi gesta fuisse quæ dixit. Jubeo ^a, inquit, fieri ex ammonis aqua infusis atque decoctis, messoribus poculum præparari. Hanc autem coctionem Orosius a coquendo ceriam ^b vocari narravit : quod cum præparatum fuisset, et in vase reconditum, atque ille apud urbem moras iniret, ut nos servorum est, maxima parte exhausta, exiguum dominicis usibus reliquerunt. Ille quoque fidus de ussime invitare messorum jubet, ut eo ab urbe redeunte hos segetem decidere reperiret. Quo facto jam operariis in **894** segete collocatis circiter septuaginta, advenit dominus Iundi, perscrutansque ^c qualitatem quantitatemque potus, perparam reperit. Tunc pudore confusus, et sibi factum ad verecundiam reputans, ne potus deficeret operariis, quod,

^a Colb. tut., *Jubeo.* Clar. a, *Jubet, inquit, fieri quidam ex.*

^b Sic Laud. Cæteri Mss. eum Bad., *caliam.* Alii Editi, *coctiam.* Cæria autem genus est potus ex fragibus confectum, quo Hispani utuntur, ut ex Plinio observat Passeravius.

^c Sanctum Hilarium laudat Gregorius lib. I Hist. cap. 36. Ejus Vita, quæ infra laudatur, a Fortunato scripta dicitur, qui et alterum librum edidit de ejus-

^B ut ipse arbitrabatur, super quinque modiorum mensuram non erat, quid ageret, quo se verteret, in ambiguo dependebat. Tandem inspirante Domino, conversus ad vasculum, nomina angelorum sanctorum, quæ sacræ docent lectiones, super aditum ejus devote invocat, orans ut virtus eorum parvitatem hanc in abundantiam convertere dignaretur, ne operariis deficeret quod haurirent. Mirum dietu! tota die ab hoc extractum nunquam defuit bibentibus; sed usquequo nox finem operandi fecit, omni-lus fuit in abundantia ministratum.

CAPUT II.

De sancto Hilario episcopo Pictaviensi.

Hilarius ^e beatissimus quarto exsilii anno ad urbem propriam est regressus, impletoque operis boni cursu, migravit ad Dominum (*An.* 368, 15 Jan.). Ad ejus beatum sepulcrum multæ quidem virtutes osiensæ narrantur, quas liber vitæ ejus continet. Sed tamen duo leprosi in eodem loco mundati sunt.

dem sancti Miraculis. Ejusdem sancti Vitam fusio-rem ex ipsiusmet scriptis collectam præfixit noster Petrus Coutant novæ ipsius operum editioni, quæ anno 1695 in lucem prodit, ubi et habentur pleraque sanctorum Patrum et aliorum scriptorum de ejusdem sancti scriptis et virtutibus testimonia.— Habentur in Missali Francorum, num. 14, orationes et preces de Natali sancti Hilarii, prout in Missa, et fortasse in aliis officiis, tunc temporis dicebantur.

Mons enim erat in Gabalitano territorio, eognomento Helanus^a, lacum habens magnum: ad quem certo tempore multitudo rusticorum, quasi libamina lacui illi exhibens, linteamina projiciebat, ac pannos qui ad usum vestiuenti virilis præbentur; nonnulli lanæ vellera; plurimi etiam formas casei ac ceræ, vel panis, diversasque species, unusquisque juxta vires suas, quæ dinumerare perlongum puto. Veniebant autem cum plaustris potum cibumque deferentes, maectantes animalia, et per trilium epulantes. Quarta **895** autem die, cum discedere deberent, anticipabat eos tempestas cum tonitruo et coruscatione valida; et in tantum imber ingens cum lapidum violentia descendebat, ut vix se quisquam eorum putaret evadere. Sic fiebat per singulos annos, et involvebatur insipiens populus in errore. Post multa vero tempora, quidam sacerdos ex urbe^b ipsa episcopatu assumpto accessit ad locum, prædicavitque turbis ut absterent ab his, ne cœlesti ira consumerentur: sed nequaquam ejus prædicatio a cruda rusticitate recipiebatur. Tunc inspirante Divinitate, sacerdos Dei basilicam in honore beati Hilarii Pictaviensis^c eminens ab ora stagni ædificavit, in qua reliquias ejus locavit, dicens populo: Nolite, filiioli, nolite peccare ante Deum; nulla est enim religio in stagno. Nolite maculare animas vestras in his ritibus vanis, sed potius cognoscite Deum, et amicis ejus venerationem impendite: adorate autem sanctum Hilarium Dei antistitem, cujus hic reliquiae sunt conditæ; ipse enim potest pro vobis apud Dei misericordiam intercessor assistere. Tunc homines compuncti corde, conversi sunt: et relinquentes lacum, omnia quæ ibidem projicere erant soliti, ad sanctam basilicam proferebant; et sic ab errore quo vinciti fuerant relaxati sunt. Sed et tempestas deinceps a loco illo prohibita est; nec ultra in hac solemnitate, quæ Dei erat, nocuit, postquam beati Confessoris ibidem sunt reliquiae collocatæ.

CAPUT III.

De sancto Eusebio Vercellensi episcopo.

Eusebius vero Vercellensis episcopus^d (An. 370, 1 Aug.) magnum huic Hilario adjutorium **896** con-

^a Colb. 2, *Hilarius. Clar. a, Elarum. Bad., Helarum*: quæ vox in Laud. detrita est.

^b Id est episcopus Gabalitanus, hodie Mimatensis.

^c Suspiciantur nonnulli falsum fuisse in hac narratione Gregorium, qui Hilarium Gabalitanum cum Hilario Pictavensi confuderit: sed ejus rei nullam afferunt rationem, nisi quod re ipsa existerit episcopus Gabalitanus, nomine Hilarius, qui uti sanctus colitur; verisimilisque sit ejus sancti reliquias apud Gabalitanos existisse, quam Pictaviensis. Verum si sancti Hilarii Pictaviensis aliquot reliquiae apud Lemovices tunc habebantur, ut certum est ex sancti Aredii Vita, quidni et nomihil ex iis potuerit obtinere episcopus Gabalitanus, qui eas, ut pote acerrimi fidei defensoris, infidelium superstitiosis ritibus opposuerit. Reliquiae autem tunc ut plurimum non ossa, sed vestes, pulvis et sepulcro erasus, oleum lampadis, aut quid simile, dicebantur.

^d Inter eos, qui adversus Arianos sæculo iv dimicaverunt, celebris fuit sanctus Eusebius ob animi constan-

tra hæreses fuit, qui vivere se post tumulos præsentibus virtutibus manifestat. Nam in die natalis sui cum multi infirmi salventur, energumeni tamen rotatu valido per totam ecclesiam debacchantes, et nimio confiteentes se torqueri cruciati, elevati in aera, lychnos qui ad officium luminis succenduntur, manu verberantes effringunt; de quo perlusi liquore, illico discedente dæmone, personæ purgantur; scitque tunc populus tot infirmos esse mundatos quot viderit lychnos effractus. Sed et omnia quæ sub ditione basilicæ ejus habentur ita pia protectione conservat, ne exinde quidquam auferatur ab aliquo. Nam videas inter hostes iniquos greges pecorum junentorumque et ovium, nec penitus a quoquam attingi, cum vox sonuerit. Confessoris sunt hæc **B** Ensebii. Hujus sancti reliquias mater mea in oratorio domus suæ locavit. Factum est autem quadam die per hiemem dum colloctione hilari pro longinquitate noctis diutius ante focum, qui multa lignorum strue compositus fuerat, resideret, familia jam dormitante, surrexit, et se lectulo haud procul ab ipso igne locavit. Dormientibus autem cunctis, scintillæ flammarum ad trabes usque conscendunt, de quibus apprehensa una earum, valide cœpit flammam spargere: sed credo virtute Sancti filii, cujus reliquiae propinquæ erant, flamma contra naturam desursum incurvata retorquetur. Nec ad tectum, ut mos est, extenditur, sed deorsum fluit; ut putares non flammam, sed vellera lanæ de trabe pendere: nec exurebat trabem, nisi tantum ardens per ipsam vagabatur, donec expergefata materfamilias, vocatis servientibus, aqua superposita, restinxit incendium, **897** quo facile omnis domus cunctis dormientibus exuri potuisset, si virtus Beati defuisset.

CAPUT IV.

De sancto Martino Turonico episcopo, et sepulcro sancti Gatiani.

Gatianum^e etiam episcopum a Romanis episcopis ad urbem Turonicam transmissum, primumque Turonicis pontificem datum, fama ferente cognovimus (Post an. 250, 18 Dec.). Ad ejus tumulum beatus Martinus cum ad orationem venisset, post effusas

tiam, morum suavitatem, et immensos labores, quos pro fidei defensione sustinuit. Alii martyrem dicunt, alii confessorem, utrumque titulum merito adeptus est, quanquam eum post longum martyrium in pace quiescere communiore videatur esse veterum sententia. Ab Arianis tamen lapidibus obrutum et enectum tradit ejus Vita, quæ in vetustis Mss. occurrit, auctor, quem plerique secuti sunt, maxime e recentioribus; idem habent sermones aliquot sub sancti Ambrosii nomine vulgati, quod veteri Ecclesie Vercellensis traditione firmatur. De his vide Ferrerium episc. Vercell. Inse et erudite disserentem, qui multa de sancto Eusebio et ejus successoribus collegit. Sepultus fuit in ecclesia sancti Theonesti martyris, quæ exinde, ob miraculorum frequentiam, sancti Eusebii dicta fuit. Ejus festum Martyrologium Bedæ, et alia, commemorant: die 1 Augusti.

^e Colb. tut., Viet. et Clar. m., *Gratianum. Colb. a. Clar. b. et Bad., Gatianum. Clar. a, Gazianum. Laud., Bell. et Colb. a, in indice, Gatiani.*

preces, dicto etiam capitello, ait: Benedic, inquit, A mihi vir Dei. Hæc eo dicente, vox ad eum delapsa auditur, dicens: Te etiam deprecor benedicas mihi, serve Domini. Et data iterum oratione discessit. Admirabantur autem qui aderant eo tempore, et dicebant enim habitare tunc in Martino, qui quondam Lazarum vocavit ex monumento.

CAPUT V.

De eodem, et sepulcro Vitalinæ virginis.

Simile huic facto apud Arthonam ^a Arvernensem vicum referre sæpius senes viros audiui (An. 590, 25 Maii). Vitalina quædam religiosa in hoc loco quiescit, ad cujus beatus Martinus tumulum veniens, dedit salutationem. Et illa ut sibi dignaretur benedicere flagitavit. Postquam autem expleverunt orationem, conversus vir beatus: Dic, ait, sanctissima virgo, si jam Domini præsentiam meruisti? Quæ ait: Restitit mihi una causa, quæ facilis in sæculo videbatur. Sexta enim feria, qua Redemptorem mundi passum novimus, aquis ablui caput. Recedens autem beatus Confessor a tumulo Virginis, ait suis: Væ nobis qui in hoc mundo versamur! si hæc virgo Christo sacrata hinc offendiculum meruit, quod sexta feria abluit caput, quid nos faciemus quos quotidie **898** fallax sæculum peccare persuadet? Multa etiam in eo vico vir beatus operatus est, quæ insequi longum putavi. Egressus autem vir Dei ab Arthonensi vico, ad urbem Arvernam gressum direxit. Audientes autem senatores urbis, qui tunc in loco illo nobilitatis Romanæ stemmate refulgebant, quod scilicet vir sanctus appropinquaret urbi, egressi sunt in occursum ejus cum equitibus et carrucis, cum curribus atque rhedis: at ille a sella impositus, super stratam vilissimum residens, cum advenisset in cacumen montis Belenatensis ^b, de quo vici Riomagensis positio contemplatur, vidit hos cum his pompis ad se accedere, dixitque: Quid sibi volunt hi, qui nobis cum hoc apparatu appropinquant? Respondit unus qui prior accesserat, quia senatores Arverni veniunt in occursum tui Cui ille: Non est meum, inquit, ut cum hac jactantia ingrediar in urbem eorum. Et confestim, retorto retrorsum aselli freno, viam qua venerat regredi cœpit. At illi consequentes, cum suppliciter deprecabantur, ut ad urbem accederet, dicentes: Audivimus famam sanctitatis tuæ, multi sunt enim infirmi quos te oporteat visitare. Cumque obtinere non possent, impositis manibus super infirmos qui advenerant, sanitati restituit, et ad vi-

loco cancellus, in quo Sanctus dicitur stetit. Post hæc accedens ad tumulum Virginis, ait: Gande nunc, Vitalina soror beatissima; post triduum enim majestati dominicæ præsentaberis. Et discessit ab eo loco. Posthæc multis per visum Virgo ostensa est, et beneficia petita præbuit, et diem obitus sui in quo commemoratio ejus celebraretur edixit. Quod non aliter sentiendum est, nisi quia beati Antistitis obtentu, dominicæ majestatis præsentiam meruisset, ut hæc deinceps ageret. Quodam ^c autem tempore celebratis in ejus honorem vigiliis, cum archipresbyter loci Eulalius clericos convivio invitasset, Edatius vero alius presbyter **899** viduis ac pauperibus reliquis edulium præpararet, et uni pisces deessent, B alteri vinum bouum, commonitus piscator quidam per visum a Virgine est ut archipresbytero piscium copiam deferret. Surrexitque e lectulo, invenitque immanem esocem ^d in lapsum suum, quem ubi jussus fuit exhibuit. Edatio autem presbytero apparuit similiter per visum, dicens: Vade, et sub una arbore atrii invenies unum triantem; ipsum donans, vinum dignum epulis pauperum comparabis. At ille nulli quæ viderat narravit: abiit, inquisivit, reperit; coemptoque vino, pauperes Christi refecit. Sicque virtus Virginis utrique apparens, de speciebus quæ minus erant utrunque locupletavit.

CAPUT VI.

De lapide in quo Sanctus sedit.

C Plurima quidem fecit in hoc sæculo, de quibus scriptores ejus Vitæ multa præterierunt, dum fastidium arcere detrahentium adnisi sunt, ne non crederentur ab his qui bonorum sanctitatem linguis veneficis impugnare sæpius volunt. Sed nos qui quotidie, indigni quidem, ejus miracula cernimus ad sepulcrum, quia non est opus sanis medicus, sed qui male habent, absurdum duximus si ea quæ evidenter ab eo prius gesta cognovimus sileamus. Quod si quis est adhuc infidelis et æmulus, ut hæc non credat, accedat ad basilicam, et videbit quotidie et nova agi, et quæ facta dudum fuerant iterari. Et quia tertium de ejus operibus libellum ^e scripsimus, ne et hic liber ab ejus virtutibus sit immunis, scribere in eodem aliqua de his quæ nobis evidenter sunt D comperta tractavimus, quia multa sunt, sicut sæpe testati sumus, quæ hactenus latuerunt. Exstat nunc in ipsa superius memorata basilica, quam in ejus honore fideles ædificaverunt, lapis, super quem vir

venerabantur. De Riomago, vulgo *Riom*, alibi diximus.

^a Quæ sequuntur et cap. seq. desunt in Clar. a.

^a Alii, *Archtona*. Hodieque priseum nomen retinet, vulgo *Artonne*, ubi collegium canonicorum in honore sancti Martini, cujus fundationis litteras, an. 1048 datas, refert Labbeus tomo I Bibl. novæ. De hujus loci oratorio in honorem sancti Gabrielis agit Fortunatus lib. x. carm. 1 et 15, quanquam ibi Editi habeant Artaensium, pro Artonensium. Vitalina, in aliquot Mss. *Vitaliana*, colitur 25 Maii. De ea Bolland. ad 5 Februarii.

^b Hujus montis situs satis ex hoc Gregorii loco intelligitur, qui aliunde vix notus est, et hodie incolis plane ignotus. Sic dictus a Beleno deo, id est Apolline, quem potissimum cum Mercurio et Marte Galli

^c Editi plerique, *piscem*. Eadem vox apud Severum Sulpicium occurrit, quæ salmonem piscem notissimum (*un saumon*) apud Britones nostros seu Armoricanos denotat. Vide Cangii Glossarium. Lapsus autem ex Alteserra est sinus amnis, in quem pisces veluti lapsi coire solent. Sic retia appellantur in auctoribus mediæ ætatis, ut jam observavimus. Vide *Vitas Patrum* infra, cap. 17.

^e Bal. cum Vict. et Clar. m., *quatuor.... libellos*.

beatus dicitur resedisse. Post multum autem tempus, Leo quidam presbyter, **900** ut sibi sepulcrum deponeret, lapidem sanctum a loco demovit : nec mora, ad domum suam cum tremore rediens, correptus a febre, die tertia exspiravit, cognitumque est offensum Antistitem habuisse. Hoc igitur nostro tempore gestum recolimus.

CAPUT VII.

De arbore erecta.

Fuit et in Nobiliacensi ^a pago urbis Turonicæ arbor, quæ ab impulsu venti ruens, viam publicam impediabat, Quod iter cum vir beatus ageret, viantium motus misericordia, facto desuper signo crucis, erexit eam. Quæ usque nunc stare juxta viam erecta visa est, etiam præmorta : quia spoliata cortice, vivebat tamen honore viri Dei ^b; de quo cortice multi fideliter eradentes, ut dilutam aqua [*Ed.*, aquam] sumebant, mox medicamina capiebant. Vidimus etiam nos hanc arborem erectam.

CAPUT VIII.

De oratorio Martiniacensis prædii.

Igitur Turonico oppido oratorum erat propinquum, situm in villa Martiniacensi ^c, in quo celebre ferebatur sæpius orasse Martinum. Denique Guntharius abbas ^d dum gregi monasteriali præesset, si viam quæ haud procul ab oratorio inceditur casu conferente tereret, oratione facta transibat. Post assumptum vero episcopatum, aggerem ipsum præteriens, venit ante oratorium, sed distulit ad orationem in loco descendere : illico equus conversum habens caput ad oratorium, in media restat via. Dehinc verberatur calcibus, loris agitur, urgetur stimulis : sed tanquam æneus non movetur. Tunc sacerdos sensit se virtute divina teneri; et descendens, facta oratione, equite ascenso præterit. Velim, o sonipes, si tibi os Dominus, uti quondam fecit asinæ, reseraret, diceres quid **901** vidisti spectabile, ut non incederes; quid amabile, ut ostium cellulæ contempleris; quid formidabile, ut ascensorem orare compelleres. Nempe altiore voce clamares quia claritatem Martini cernens movere non es ausus, nisi tuus occursum debitum præponeret dominus.

CAPUT IX.

De oleo sepulcri ejus.

Aredius ^e autem presbyter ex Lemovicino, vir summæ bonitatis ac sanctitatis, quadam vice dum necum resideret in cellula, sollicitus esse cœpi, si aliqua in oratorio miracula ubi reliquias beati Antistitis collocaverat ostenderentur. Qui ita retulit, quod tempore quo beatus Eufronius erat episcopus, ad Turonicam urbem venit, in qua diu commoratus plenam ampullulam olei de sepulcro sancti Antistitis

A abstulit. Regressusque ad domum, dum fatigatus ex itinere resideret, et viæ labores matri referret, subito fieta percussus tam graviter, ut nec anhelitum resumere posset. Conversus vero ad oratorium in quo beati Antistitis reliquæ tenebantur, deductaque in vigiliis nocte, mane de oleo quod attulerat, locum infirmitatis inunxit, sedatoque dolore convaluit. Post hæc quidam manum inflatam ab spina percussam detulit, quæ protinus ut de oleo delibuta est, incolumitati donatur. Mulier quæ sensum perdiderat, et quibusdam horis dæmonium putabatur habere, de hoc oleo tacta, sanata est. Nam et alius abbas ^f, ejusdem cellulæ proximus, de hoc oleo cæci oculos attigit, qui protinus visum recepit. Sed et cum multos energumenos exinde restituisset sanitati, uni qui **B** atrocior, ut credo, dæmonem habebat, super caput de oleo posuit : illico dæmonem per fluxum ventris egessit; et alteri in ungula pollicis dæmonium descendit. Quo viso presbyter super digitum oleum infudit, moxque disrupto corio, sanguine defluente, discessit. Hæc ille de oleo retulit.

CAPUT X.

De uva vitis, quam ipse plantavit, et de cera sepulcri.

902 De uva quoque ex vite quam Sanctus plantaverat adjecit, quod assumptam eam in ampullulam recondidit, quam aqua complevit. Non post multum vero tempus, venit ad eum homo, cujus os a pustula mala tumefactum, caputque et oculi inflati ob nimium venenum præcludebantur. Cui ille infusa in os aqua de ampulla uvæ [*Bal.*, oris], omnis tumor ac dolor gutta decedente discessit. Asercibat etiam **C** grana uvæ illius in ipsa aqua post quatuor annos adhuc viridia perdurare. De cera vero quam de sepulcro tulerat, adjecit. Surda et muta, quæ, ut credo, dæmonium habebat, ad eum accessit, in cuius aure de ipsa cera posuit : alia vero die veniens, gratias pro accepta sanitate retulit sacerdoti.

CAPUT XI.

De Virtutibus ejus Ternodorensibus ostensis.

Infra terminum autem Ternodorensis castri, quod ad Lingonicam civitatem pertinet, erat presbyter gressu debilis : cumque per viam pergeret, quæ ad Dei ecclesiam ducit, obvium habuit senem cum puero. Erat autem uterque clericus, datoque sibi **D** invirem salutationis occursum, dixit senex ad presbyterum : Vis sanus fieri ? Cui ille : Et quid humanum genus amplius concupiscit habere, nisi ut sospes vivat in corpore ? Et senex, facto beatæ crucis signaculo super poplitem, dixit presbytero : In nomine Domini nostri Jesu Christi, extende pedem tuum. Quem presbyter sine mora extendens, sanum ad se reduxit : et gratias agens, iter quo pergebat agere cœpit. Vocatoque eo, puer qui cum sene erat, ait :

tribus aut quatuor lencis ab urbe dissita.

^d De eo Gregorius lib. iv Hist. capp. 4 et 11, et lib. x cap. ultimo.

^e Hæc caput et seq. desunt in Clar. a.

^f In Coll. a. deest vox abbas.

^a De Nobiliaco vide notas in lib. x Hist., cap. ult. num. 15.

^b Laud., Bell. et cæteri, viri : de quo. Alii, viridi, de quo.

^c Hodieque priscum nomen retinet, vulgo Martigny,

Et scis presbyter quis est qui te reddidit sanitati? **A** Ignoro, ait. Cui ille: Sanctus Martinus Turoniæ urbis antistes, ipse te virtute sua sanitati restituit. Tu vero in loco in quo Sanctum stare vidisti, oratorium sine mora ædifica; erit enim populis salubre, si quæ loquor expleveris. Nec **903** moratus presbyter, oratorium in eodem situ construxit; in quo nunc nuper multi paralytici gressum, cæcique visum recipere meruerunt ^a

CAPUT XII.

De monasterio ejus in Hispania.

In Hispaniis autem nuper factum cognovi (*An. 183*). Cum Leuiveldus rex contra filium suum ambularet, atque exercitus ejus, ut assolet, graviter loca sancta concuteret, monasterium erat sancti **B** Martini inter Sagunthum atque Carthaginem Spartariam ^b. Audientes autem monachi, quod hic exercitus ad locum illum deberet accedere, fugam ineunt, et se, relicto abbate sene, in insulam maris abscondunt. Advenientibus autem Gothis ^c ac diripientibus res monasterii, quæ sine custode remanserant, albatem senio incurvatum, sed sanctitate erectum offendunt. Extractoque unus gladio, quasi amputaturus cervicem ejus, resupinus ruit, ac spiritum exhalavit. Reliqui vero hæc videntes timore perterriti fugerunt. Quod enim regi nuntiatum fuisset, cum testificatione præcepit omnia quæ ablata fuerant monasterio restaurari.

CAPUT XIII.

De hæretico qui hominem illuminare voluit, sed excæcavit.

Cernens autem præfatus rex tanta miracula per servos Dei qui nostræ religionis erant fieri, vocavit unum episcoporum suorum, dixitque secretius ad eum: Quamobrem vos, ut isti qui se Christianos dicunt, non ostenditis signa in populos secundum fidem vestram? Dicit ei episcopus: Sæpius ego cæcis lumen reddidi, et surdis auditum, nunc autem hæc possunt facere quæ dicis. Et vocato ad se uno de hæreticis, clauculo ait ad eum: Accipe quadraginta aureos, et clausis oculis reside in loco unde nobis est transitus; et prætereunte me cum rege, **904** exclama in virtute ut perditum lumen mea tibi credulitate restituam. Cumque hic accepta pecunia fecisset quod sibi fuerat imperatum, procedit **D** novus Cirula ^d regis ad dexteram, constipatus hæreticorum caterva: exclamat et iste cæcatus pecunia, ut fide episcopi reciperet oculos suos. At iste enim non minima arrogantia imponens manus super oculos ejus, ait: Secundum fidem meam fiat tibi. Hæc eo

^a Locum hoc in capite memoratum volunt esse Chablennum, oppidum Burgundiæ, ubi hodieque habetur ecclesia collegiata sub jurisdictione sancti Martini Turonensis.

^b Saguntum urbs Tarræconensis Hispaniæ, celebris ob excidium quod ab Annibale perpessa est. In eadem provincia est Carthago Nova seu Spartaria, vulgo *Carthagène*, hodieque ob portum amplissimum celebris.

^c Alludit ad similem historiam, quæ Cyroke episc.

dicente, ita obserati sunt oculi hominis eum dolore, ut non solum visum perderet, verum etiam dolorem, quem avaritia impellente finxerat, publicaret.

CAPUT XIV.

De altercatione hæretici cum catholico.

Retulit alius vir fidelis spectasse se Christianum cum hæretico pro fide nostra certantem. Altercantibusque diu de divinis Scripturis, cum flecti non posset hæreticus, ut agnosceret veritatem, ait: Si nostræ religionis, si Scripturarum sacrarum testimonia te ad credendum minime movent, vel virtutem individue Trinitatis miraculis experire. Est digito meo annulus aureus: ego enim in ignem jacio, tu caudentem collige. Projectumque inter prunas annulum, ita igniri permisit, ut eis similis cerneretur. Conversusque ad hæreticum ait: Si vera est prosecutio tua, sume cum ab igne. Illo autem resistente, ait vir: Immensa Trinitas Deus, si aliquid indignum te credo, ostende. Certe si recta est fides mea, nihil mihi prævaleant hæc incendia sæva. Et ablatum ab igne annulum diutissime palma sustinuit, et nihil est nocitus: sed magis confuso hæretico, catholicos reliquos fervore suæ fidei roboravit ^d. Haecenus hinc.

CAPUT XV.

De Venantio abbate.

Haud ^e procul vero a basilica beati Martini, Venantius abbas requiescit (*Sub fin. sæc. v. 15 Oct.*), **905** vir magnificæ sanctitatis, qui multis infirmis in corpore positus opem accommodavit: qui impleto tempore a sæculo migrans, jugiter se in æternum vivere virtutibus propriis manifestat. Nam si quis typos frigoriticos incurrens nocte una ad ejus tumulum depreeans vigilaverit, mox, compresso accessu, adipiscitur medicinam. Nam inter reliqua quæ ibidem gesta vel vidimus, vel audivimus, mulierem ^f quamdam a quartano typo correptam, sanatam aspeximus. Quæ diuturno tempore ab hoc detenta contagio, neque cibum, neque somnum capere poterat, sed ita omni corpore deciderat, ut vix in ea vel illud vitale spiraculum remaneret. Ad hujus sepulcrum in gemitibus et oratione pernoctans, usque ad lucis adventum perduravit immobilis; mane vero soporise collocans, cum expergefata fuisset, nihil mali sentiens, sanata discessit. Hujus autem sancti vitam nos scripsimus (*Vit. Patrum cap. 16*).

CAPUT XVI.

De sancta Papula.

Fuit et beata Papula ^g valde religiosa (*An. 500*,

Ariano in Africa contigit, quamque retulit lib. II Hist. cap. 5. Confer caput 15 libri IX.

^d De ejusmodi judiciis plura observavit Bignonius in notis ad tit. 55 Legis Salicæ. Postmodum variis tam civilibus quam ecclesiasticis legibus proscripta fuere. Vide, supra, lib. I de Glor. Mart. cap. 81.

^e Deest hoc caput in Clar. a. et Coll. tot.

^f Laud., *gesta vidimus, mulierem.*

^g Clar. a. eum Edit., *Pappula*, Alii, *Pappola*. Nihil certum de ejus Aetate habetur. Porto celebris est

51 Jan.), quæ cum sæpius a parentibus flagitaret se in monasterio locari puellarum, eo quod in domo parentum, enris sæculi impredientibus, Deo servire non posset; et illi præ amore nolent eam a se separari, totondit comam capitis sui, indutaque virili habitu, Turonicam diœcesim adiens, in congregationem se contulit monachorum; ibique in jejuniis orationibusque degens, virtutibus deinceps multis emicuit. Erat enim tanquam vir inter viros, nec ulli erat cognitus sexus ejus. Parentes autem requirentes eam, nunquam reperire potuerunt. Interim abbate monasterii ad quod venerat defuncto, monachi propter virtutes assiduas hanc eligunt, ignorantes sexum, quod illa totis viribus renuit. Triginta autem annos in monasterio fuit a nullo agnita quid esset. **906** Ante tertium autem diem quam ab hoc mundo migraret, id monachis patefecit; et sic defuncta, ab aënis mulieribus abluta, sepulta est, multis se deinceps virtutibus manifestans esse ancillam Dei. Nam et frigitici, et aliis morbis oppressi, sæpe ad ejus tumulum sanitati redduntur.

CAPUT XVII.

De opertorio cujusdam sepulcri.

In alio autem pago Turonico erat inter vepres et rubos sepulcrum positum (*An.... 28 Jun.*), in quo ferebatur episcopum quemdam fuisse sepultum: nomen ignorabant ^a. Contigit vero ut cujusdam pauperis filius moreretur. Quo sepulto, cum pater opertorium sarcophagi non iuveniret, ad hunc locum accessit, ablatoque de hoc sepulcro cooperculo, quod tam inmane erat ut tribus duceretur paribus boum, textit corpusculum filii furto alterius sepulcri. Quod cum fecisset, surdus, mutus, cæcus ac debilis est effectus; mansitque in hoc supplicio integrum fere annum. Dehinc apparuit ei quidam sacerdos per visum, dicens: Quid, inquit, tibi tuisque vim intuli, o vir, quia detexisti me, aufrendo opertorium tumuli mei? Vade nunc, si vis sanus fieri, jube ipsum velociter revocari; quod si nolueris, protinus morieris. Ego enim sum Benignus episcopus ^b, qui in hanc urbem peregrinus adveni. At ille suis innuens, accessit ad monumentum filii sui, elevatunque lapidem planstro impositum, reportatumque ut sarcophago reddidit, illico sanus effectus est. Nam in redeundo ^c ita lapis levis erat, ut quem tria paria boum evexerant, boves deinceps duo revocarent.

CAPUT XVIII.

De duarum virginum tumulis.

Infra ipsum etiam terminum Turonicum erat mons

Eugenia virgo et martyr, quæ pariter sub virili habitu in monasterio virorum habitasse dicitur. Vide ejus Vitam apud Rosweydu libro 1 de Vitis Patrum. Eandem pluribus commendat Avitus lib. vi de Virginitate, vers. 503 ad 554.

^a Colb. a, *nominis tamen ignari erant*. Sic et Colb. tut., et Clar. a, sed non habent *tamen*.

^b Hunc esse putat Baronius Benignum episcopum, in Martyrologio Rom., die 28 Junii memoratum, cujus sacræ reliquæ postmodum Trajectum ad Rhe-

parvulus, seutibus, **907** rubis, vitibusque repletus agrestibus, et tanta densitate labruscæ contextus, ut vix aliquis intro posset irrumperere (*An.... 27 Jan.*). Ferebat enim fama duas Deo sacratas virgines in illo loco quiescere. Scilicet ^d cum in vigiliis dierum festorum lumen accensum divinitus a fidelibus sæpius eerneretur, unus audacior, et animi fretus auctoritate, ad locum accedere sub obscura nocte non metuit; atque cereum miri candoris immenso lumine fulgurantem aspiciens, admiratusque diu, discessit, aliisque quæ viderat nuntiavit. Tunc nui de incolis loci se Virgines per visum ostendunt; exponunt se ibidem esse sepultas, ac sine tecto inbrium injuriam diutius ferre non posse; hic vero si sibi vellet esse consultum, incisis vepribus, tegumen tumulis adliberet. Expergefactus vero, irruentibus aliis cogitationibus, tradidit oblivioni quæ viderat. Alia vero nocte apparuerunt ei iterum, vultu minaci terribiliter comminantes, nisi locum tegeter, annu præsentem ab hoc sæculo migraret. Territus igitur vir ille visu, accepta secure, stirpe succisa, tumulos detexit, invenitque validas de cereis guttas in modum libani odore nectareo effragrare. Tunc deputatis bobus et planstro, lapides congregat, et data æstate oratorium superædificat: explicitoque opere beatum Eufonium, qui tunc Turonicam regebat ecclesiam (*An. 572*), ad benedicendum invitat. Sed ille jam defessus senio, excusat abire dicens: Vides, inquit, fili, quod senuerim, et hiems solio asperior ingruat: descendunt pluvix, ac venti cuncta turbine perflant, inflantur flumina, et ipsæ quoque viæ a frequentatione inbrium effusæ, pene in lutum sunt dissolutæ; et nunc non convenit ætati meæ ista modo properare itinera. Hæc audiens vir ille, discessit a conspectu sacerdotis, aliens valde mœrens. Verum ubi sacerdos membra quieti laxavit, vidit duas Virgines astare sibi, quarum senior tristi vultu sic inquit: Quid tibi ingratae existimus, beatissime pontifex? quid molestiæ intulimus regioni tibi a Deo commissæ? Cur nos despicias? cur **908** ad consecrandum locum quem nobis vir fidelis ædificavit venire dissimulas? Veni nunc, obsecramus per nomen omnipotentis Dei, cujus nos sumus ancillæ. Hæc effata, genas lacrymis rigabat abortis. Expergefactus vero senex, vocat ecclesiasticæ domus rectorem, dicens: Peccavi, non cundo cum homine. Ecce enim vidi duas virgines me ob id increpantes, et vereor Dei offensam incurere, si illuc distulero ambulare. Acceleransque iter viam ingreditur. Igitur eunte illo quievit pluvia, anstrorumque violentia sæva succubuit. Ipse quoque

num translatae fuerunt. Eundem nonnulli recentiores Carnotensem episcopum fuisse volunt, sed refragantur antiqui catalogi, qui nullam Benigni mentionem faciunt. Est alius Benignus apud Turones notus, filius sanctæ Mauræ, sed martyr, non episcopus.

^c Colb. a. et Clar. a, *ad redeundum*.

^d Colb. a, *hilicet*. Clar. a, *hilico*. Colb. tut., *qui cum in.... luminibus accensus*.

feliciter conficiens iter, benedicto loco cum pace regressus est. Nam referebat plerumque vultum incessumque virginum : et unam quidem dicebat proximiorē, alteram minorem statu, non merito, utramque tamen nive candidiorem ; quarum unam Mauram, Brittam alteram vocitabat ^a, dicens se ab earum ore hæc nomina cognovisse.

CAPUT XIX.

Quid sanctus Eufronius de Chariberto rege prædixit.

Ipsē ^b quoque pontifex cum a multis crebrius urgeretur, ut ad occursum Chariberti regis deberet accedere, et innectens moras ire differret, tandem commotus a suis, ait : *Ite, præparate iter, ut eamus ad occursum regis, quem visuri non sumus. Igitur imponens plaustris necessaria, et caballis ad iter præparatis, jamque in hoc stante ratione ut deberet viam incedere, ait : Revertantur plaustra, laxentur equi, non modo hoc iter incedimus. Dicentibus autem suis quæ esset hæc levitas, ut quæ tam instanter parari jusserat, tam facile deturbaret, ait secretius : Princeps, ad quem nos ire compellitis, obiit, nec viventem, si abierimus, inveniemus. Stupefacti audientes diem notant, et Sancti verba taciti servant.*

^a Hodieque sub his nominibus coluntur apud Turones, die 23 Januarii : in oppido autem quod ab illis nomen habet Sanctæ Mauræ, die præcedenti. An vero distinguendæ sint a sanctis Maura et Brigitta que in diocesi Bellovacensi celebres sunt, verbis subsequētibz patet. — Celebres sunt in Bellovacensi territorio virgines duæ ac martyres, Maura et Brigitta, quæ, ut habet eorum Vita in cod. ms. ecclesiæ collegiatae Cridoliensis, in Scotia natae ex regibus, post patris et matris obitum, abjecto regno virginitatis servandæ studio, Romam abiere cum Hispadio earum fratre ; atque post varias peregrinationes, associatis sibi Ursicino Romæ, et Joanne cum matre sua ex pago Andegavensi, tandem in Belgicam secundam appulere, ubi apud Baligniacum diocesis Bellovacensis vicin a latronibus spoliatae fuerunt, qui cum beatissimis virginibus vim inferre frustra diu tentassent, eas sociosque earum, excepto Ursicino, occiderunt. Harum virginum corpora Bathildis piissima regina in monasterium Calense transferre tentans miracula impedita fuit. Quare deposita sunt apud Novigentum, virginum ab his dictum ; ubi etiamnunc quiescere dicuntur in ecclesia sub prioratus titulo Fiscammensi monasterio subjecta, haud procul a Cridolio oppido ad Isaram fluvium. Hanc vero Vitam cum compluribus navis scatentem, erroribusque chronologicis, quos persequi non vacat, aspersam advertissent nonnulli viri pii et eruditi apud Bellovacum, in animum sibi induxerunt ambas istas virgines alias non esse a Maura et Britta, quas Gregorius noster in sua Turonensi diocesi inventas commemorat. Quæ sententia Saussayo in Gallicano Martyrologio non displicuit, nec plane rejecta fuit a Bollandi die 15 Januarii. Quare visum est rem paulo accuratius enucleare : quod ut præstarem, semel et iterum Turonos scripsi. Responsum mihi est Mauram et Brittam virgines in Turonensi diocesi celebres haberi, quarum festivitas die 28 Januarii celebratur ; exstare vero septem circiter leucis ab urbe dissitum oppidulum sub sanctarum Mauræ et Brittæ nomine, in colle positum, cuius situs ei loco congruit quem Gregorius descripsit ; ibique in ecclesia oppidi parochiali religiose asservari thecam amplam et ornatam, in qua, cum anno 1636, permittente

^A Advenientibus autem ab urbe Parisiaca hominibus, ea hora regem transiens e nuntiant qua sacerdos plaustra de itinere jusserat revocari ^o.

CAPUT XX.

De dedicatione oratorii nostri.

⁹⁰⁹ De oratorio autem nostro, in quo reliquæ sancti Saturnini martyris ac Martini antistitis cum Illidio confessore vel reliquorum sanctorum collocatæ sunt, pro instructione credentium narrare aliqua non pigebit, qualiter se virtus beati Martini revelatione revelavit, ita ut appareret multis ignitus globus ille terribilis, qui quondam solemnitate celebranti emerserat paucis visibilis, a capitis arce ^d prorumpens. Concepit enim inspirante divinæ pietatis instructu animus, ut cellulam valde elegantem, quam sanctus Eufronius ad usum promptuarii habuerat, ad opus orationis fideliter dedicarem. Qua diligenter composita, et altari ex more locato, ad basilicam sanctam vigiliis noctem unam ducentes ^e, mane vero venientes ad cellulam, altare quod erexeramus sanctificavimus. Regressique ad basilicam, sanctas ejus reliquias cum Saturnini Julianique martyrum, vel etiam beati Illidii exinde solemniter radiantibus eccreis crucibusque admovimus. Erat autem sacerdotum

Victore Buticlaro, archiepiscopo Turonensi, ab ejus vicario generali aperta fuisset, inventa sunt viginti quinque majora ossa cum pluribus aliis minoribus, liuteis et sericeo panno decenter involuta, cisque superposita instrumenta varia in pergamentis descripta et sigillis munita, quæ fidem faciebant ea in theca beatarum Mauræ et Brittæ sacras reliquias contineri. Ex his instrumentis, ut ex viri venerabilis hujus loci parochi epistola ad nostrum D. Carolum Lopin scripta didici, unum est Vincentii, archiepiscopi Turonensis, quo testatur se anno 1267 post Dominicam *Reminiscere* thecam sanctarum Mauræ et Brittæ reserasse, indeque ad preces Guilelmi sanctæ Mauræ toparchæ capita earum extraxisse, cæteris ossibus in arca remanentibus. Ex alio constat eandem sanctarum reliquias a Joanne archiepiscopo visitatas fuisse, presentibus Ricardo Constantiensi episcopo, abbate Nuceriario, Joanne loci toparcha, aliisque plurimis viris illustribus, die 30 Junii 1454. Quæ quidem omnia, ut mihi videtur, satis superque probant Mauram et Brigitam Bellovacenses virgines a Turonensibus, quas noster Gregorius laudat, esse distinguendas, sicut et aliam Mauram, quæ cum septem filiis suis tempore sancti Martini a Gotthis in territorio itidem Turonensi martyrium pertulisse dicitur. Istorum Vitam, sed vidiatam, ex cod. ms. majoris monasterii accepimus.

^b Deest hoc caput cum duobus seqq. in Clar. a.

^c Ex hoc loco colligi potest Charibertum Parisiis defunctum, ibi quoque sepultum fuisse. Vereor quippe ne ii qui cum auctore Gestorum Franc. ipsum apud Blavium Aquitanicæ castrum sepultum fuisse volunt, eum cum alio Chariberto, Dagoberti fratre, confundant.

^d Sic Bad. Alii Editi, *a capite arcæ* ; Scripti *arce*. Miraculum narrat Sulpicius Severus, dialogo 2.

^e Observa ritus jam tunc in ecclesiarum dedicatione adhibitos in Ecclesia Gallicana. Confer Sacramentarium Gregorianum Menardi, p. 155, 156, etc. Luninaria vero plurima in reliquiarum delationibus adhibita passim apud veteres occurrunt. Vide libros Evodii de miraculis sancti Stephani apud Augustinum.

ac levitarum in albis vestibus ^a non minimus chorus, A isto gratiæ supplementum; illud fuit tunc occultum et civium honoratorum ordo præclarus, sed et populi sequentis ordinis magnus conventus. Cumque sacrosancta pignora palliis ac nasis ^b exornata in excelsum deferremus, pervenimus ad ostium oratorii. Ingredientibus autem nobis, subito replevit cellulam illam fulgor terribilis, ita ut præ timore et splendore nimio astantium oculi clauderentur. Discurrebat autem per totam cellulam tanquam fulgur, non parvum nobis ingerens **910** metum: nec quisquam scire poterat quid hoc esset, et omnes pavore prostrati solo jacebant. Tunc ego: Nolite, inquam, timere. Virtus est enim sanctorum quam cernitis; et præsertim rememoramini librum Vitæ beati Martini, et recolite qualiter verba sacrata pronunti de capite globus ignis egressus, usque ad cælos visus est conscendisse; et ideo ne terreamini, sed ipsi nos cum sanctis reliquiis credite visitasse. Tunc timore postposito, magnificavimus Deum, dicentes: *Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, et illuxit nobis (Psal. cxvii, 26)*. Sed illud antè miraculum visum est paucis, istud apparuit populis universis; in illo fuit virtutis indicium, in

^a Vide lib. ii Hist. cap. 23, Hieronymum lib. i adv. Pelagianos, et alios. Caterum alba indutos fuisse ministros non majores solum, sed et minores, cum divinis intererant, probat can. 12 concil. Narbon. an. 589, quo cavetur ne presbyter aut diaconus de altario egrediantur, et ne subdiaconus ac lector albam exuant, ante missæ consummationem. Ex can. seq. subdiaconus, ostiarius, etc., senioribus vela ad ostia sublevabant.

^b Sic Colb. a., Colb. tut. et Bell. Ed. vern. *mappis*. Pithæus in Glossario ad legem Salicam, tit. 17, ad hæc verba *homo sepultus in naufragio, aut in petra, etc.*, nauti nomine intelligit sarcophagum ligneum. Hinc nata vulgaris vox *nau*, seu *neue*.

^c Sic Laud. et Bell. Editi, *ibi de more festiva*. Colb. tut., *ibi de more festiva*. Pith., *festivo*.

^d Id tamen habet solummodo cap. 38 hujusce libri, et cap. 39 de Brachione loquitur. An quod in libri revisione capitulum ordinem mutaverit? — De eodem igne loquitur Gregorius in Vita sancti Brachionis, cap. 12 Vitæ Patrum. Utrumque vero locum laudat sanctus Odo Cluniacensis abbas in sermone *Quod sanctus Martinus per apostolis dici potuerit*, ubi hæc habet: *Non dissimiliter Gregorio Turonensi ejus reliquias in novam basilicam inferenti apparuit. Brachio quoque oratorium ingrediens, globum igneum per ecclesiam superiora discurrere sæpius videre consuevit*.

^e Sic SB.; at Bell. et Colb. 2, *quam vel prodere*. Laud., *qui*. Col. et alii Ed.: *Sed nec divinæ majestatis vacare potest gratia, quæ vel se prodere*. Bad., *qui vel se, etc.*

^f Alii *Solemnis*, vulgo dicitur *saint Soulein*. Laudatur a Sigiberto ad an. 6 Chlodovei his verbis: *« Solemnis episc. Carnotensis claret, qui in prædicando Francis Christum non segniter institit. »*

^g Sic Colb. a. Editi vero: *Nequivimus quod apud Malliacense monasterium comperimus, quod... constitutum*. Colb. duo non habent *comperimus quod*. Malliacum apud Turonos duplex est: unam ad Vingennam Ruvium, vulgo *Maille-Lallier* dictum; alterum vero tribus leucis infra Turonos supra Ligerim, quod hodie mutato nomine notum est sub Luini nomine (*Luines*), dncatus titulo insigne, et canonicorum collegio, quod paucis abhinc annis in monasterium canonicarum regularium sancti Sepulcri dictarum conversum est. Eo in loco vixit et defunctus est

propter jactantiam, istud manifestum est cunctis ad gloriam; ibidem ore festiva ^e fideliter acta Domino nuntiantur, hic in novitate oratori quod ad laudem Domini proficeret illustratione sanctorum pignorum consecratur. Ergo fideliter, ut oportet, a nobis querendus est et orandus, ut ille visitet hunc populum, qui plerumque orationis vota per hunc sacrum ignem sustulit in excelsum. Hunc enim ignem vel cum de monacho orante narravi ^d, vel cum Brachionem abbatem a pignoribus sanctorum visisse egressum ignem exposui, mysticum esse puto, eo quod non exurat, sed illuminet; sed nec sine divinæ majestatis gratia, quæ vel se prodere ^e, vel apparere quibusdam potest.

CAPUT XXI.

De sepulcro sancti Solemnis.

Et licet de Turonica urbe aliqua jam scripse imus, tamen quoniam **911** nuper sancti Solemnis ^f sepulcrum aspeximus, silere nequivimus quod factum sit apud Malliacense monasterium, quod in cacumine montis est constructum ^g, ab antiquis vallatum ædi-

sanctus Solemnis in monasterio quod nunc in prioratum redactum Majori monasterio subjectum est. Ecclesiæ prioratus, quæ sancto Venantio sacra est, adjunctus est parochiæ titulus: inde corpus sancti Solemnis Blesas translatum est, atque in ecclesia sancti Petri depositum, quæ ab eo deinceps sancti Solemnis nomen tulit cum parochiæ titulo, donec hoc anno in cathedralem erecta, mutato nomine, sancti Ludovici dici cœpit. Sacrum ejus corpus, paucis ossibus exceptis, Calviniani sæculo superiori combusserunt. Ejus Vitam, inventionis a Gregorio nostræ factæ et Translationis historiam ac miracula vidimus in Ms. Cod. bibliothecæ regiæ. — In hac Vita sanctus Solemnis Flavio Carnotensi episcopo successisse dicitur, tempore Chlodovei, quem adversus Gothos proficiscentem catechumenum fecisse dicitur. Eundem, uti narrat ille auctor, in altera expeditione contra Gothos secutus est Turonos usque; ubi cum in morbum incidisset, apud Malliacum castrum a rege relictus obiit, et sepultus est in vetusta basilica sanctæ Mariæ, in montis cacumine sita, qua postea a paganis destructa, corpus sancti antistitis remansit ignotum usque ad Gregorii nostri tempus, quo corpus ejus cum Carnotum deferretur, Blesis in ecclesia sancti Petri depositum fuit, unde sequenti die nunquam potuit efferi, ibique deinceps intraculis compluribus fuit illustratum, quæ idem auctor, sæculo xi labente, scripsit. Quæ vero de Gregorio nostro habet, huc referre visum est: *« Beatus etiam Gregorius, tunc temporis Turonorum episcopus, cognitis, quæ ad sepulcrum sancti gerebantur virtutibus, abiit ad locum, ea quæ jam a multis audierat per [se] visurus. Videns quoque mira et assidua per virum Dei fieri opera Domini insignia, collaudans Deum, quod hæc est omnibus sanctis gloria, latibundus recessit ad sna. Ante et inter cætera, quæ de sanctorum confessorum laude scripsit miracula, de beato Solemni pontifice Carnotensi locutus est ita: Licet de Turonica urbe aliqua jam scripserimus, tamen quoniam nuper sancti Solemnis sepulcrum venerabile aspeximus, quid de eo cognovimus silere nequivimus. Castellum namque, cui antiquitus Malliacum nomen est, ab urbe Turonorum versus occidentalem plagam duodecim ferme miliaribus distat, juxta quod ad solis ortum mons eodem vocitatus nomine, cujusdam vallis interposita concavitate, præeminet, in cujus ca-*

ficiis jam eratis (An. 519, 25 Sept.). Nam ferunt A quod in eo loco cum crypta adhuc haberetur occulta, et nulli Christianorum locus ille esset revelatus, per singulas Dominicarum solemnitate noctes ab habitatoribus lumen cernebatur accensum, sed nullus sciebat quid sibi hoc vellet mysterium: tantum suspicio retinebat homines aliquid ibidem retineri divinum. Interea advenerunt duo energumeni ex basilica sancti Martini, qui collis in se palmis, clamare cœperunt, dicentes: Illic requiescit Sollemnis beatissimus in crypta abdita. Reserate igitur sepulcrum antici Dei. Quod cum repereritis, velis tegite, lumen accendite, cultumque debitum ei exhibete: erit regioni huic salubre, si quæ loquimur adimpleveritis. Et hæc dicentes cum clamore magno, effodere tellurem unguis nitabantur. Tunc videntes B incolæ quæ gerebantur, accepto sarculo, effodientes aperuerunt cryptam, in qua per seriem graduum descendentes, repererunt sepulcrum magnum, de quo testabantur illi adhuc mente infirmi hoc esse sepulcrum Sollemnis beatissimi, qui mox sensu discesserunt recepto. Post hæc autem cœperunt ad eum diversorum morborum ægroti confluere, et accepta sanitate redire incolumes. Sed et Lithomeris urbis ipsius a indigena, cum ab quartani typi agrotatione fatigaretur, 912 acceptis ex hospitio suo cereis, surrexit cum uno tantum puero, accessitque ad locum. Fusa vero oratione, accensis cereis, manque propria per totam noctem detentis, vigilias celebravit. Dato igitur mane rediit ad propria, nec ultra ab hoc morbo frigiditatis b vel contractionis nullius C pertulit gravitatem.

cumine monasterium prisca Christianorum construxit religio. Ibi etenim Sollemnis beatissimus, Clodoveo rege regi Alarico bellum ingerente, præsentis vitæ terminum clausit. Et quoniam pro suis meritis divina ad ejus tumulum pietas virtutes operabatur plurimas, ejusdem loci homines super venerabiles ipsius cineres mirificis ædificiis honorificum fabricaverunt sepulcrum, quod postea non parvo tempore evoluto ab impiissima paganorum gente ita desolatum fuerat, ut jam tunc nec solum cerni potuisset illic fuisse ædificii. Nam ferunt ejusdem castrum indigenæ, quod dum crypta sepulcræ ipsius adhuc haberetur occulta, nemini Christianorum certum loci illius patebat mysterium: et tamen suspicabantur, atque ex veritate asserebant ibi aliquid teneri sacrosanctum, donec D per Dei misericordiam patuit revelatum. Sancti enim Sollemnis episcopi Carnotensis ibi habebatur mausoleum, quod multis languidorum curantibus Domino propitiante fidelibus populis exstat notificatum. Hæc sanctus de sancto in testimonium. b Idem auctor sanctum Solemsem viii Kalendas Octobris obiisse memorat, ejus tamen festivitas sequenti die in variis Martyrologiis celebratur.

a Sic Mss. cum Bad. Cæteri Editi et SB., *Lithomeris urbis Pictavensis*.

b Colb. int., *frigoris*. Colb. a et Bell. *frigoræ*. Frigiditas autem est accessio febris, sic dicta, quod a frigore incipiat; contractio vero est internissio ipsius quod sic frangi videatur febris.

c Hoc caput et seq. desunt in Colb. int.

d Hanc vitam nusquam vidimus; aliam vero habemus ex Cod. Ms. Majoris monasterii, a quodam monacho, seu clerico Cænonensi collectam: sed pauca habet præter ea quæ hic a Gregorio profertur.

CAPUT XXII.

De Maximo abbate.

Fuit autem quidam religiosus (An. 460. . . 20 Aug.), et virtutibus et nomine Maximus, et, ut liber Vitæ^d ejus docet, quam versu conscriptam legimus, nostri fuit Martini discipulus. Qui occidere quod erat cupiens, apud Insulam Barbaram e monasterii Lugdunensis peregrinari expetit: manifestatus autem et ibi, ad patriam redire disposuit. Denique dum Ararim fluvium transire cuperet, nave impleta demergitur, ac ipse sacerdos pelago operitur, habens ad collum eum Evangeliorum libro ministerium quotidianum f, id est patenulam parvam cum calice. Sed pietas divina non perferens perire quod suum est, ita de hoc periculo Domino jubente restitutus est littori, nec vitæ damna perferret, nec rerum detrimenta lugeret. Impletumque est illud quod Psalmographus Spiritu sancto influente cantavit: *Cum ceciderit justus non collidetur, quia Dominus firmat manum ejus* (Ps. xxxvi, 24). Et iterum: *Non necabit Dominus animam justi* (Prov. x, 5). Deinde ad castrum 913 Cænonense urbis Taronicæ veniens, monasterium collocavit: quod castrum cum ab Ægidio obsideretur g, et populus pagi illius ibidem esset inclusus, hostis adversus effossum a latere montis puteum, quem obsessi ad usum habebant bibendi, obturat. Quod cum antedictus Dei famulus, qui tunc cum reliquis infra castrum munitionem conclusus erat, cerneret, videretque populum consumi sitis injuria, orationem nocte tota C fudit ad Dominum, ut respiciens populum hostes improbos effugaret, et non pateretur eos sitis ardore

tur. — V. C. Stephanus Baluzius Maximum hic memoratum cum esse putat *Maximinum*, quem Leidradus in epistola ad Carolum Magnum imperatorem recenset inter Insulæ Barbaræ abbates, quibus Lugdunenses episcopi vices suas commendaverunt. Et quidem Eucherius in epistola ad Phionem, quam idem Baluzius in appendice ad Agobardi opera edidit, hunc presbyterum rogat, ut sese ad monasterium Insulæ Barbaræ conferat, *videatur et adhortetur fratrem*, inquit, *nostrum Maximum abbatem, qui præest ipsi monasterio, quia pervenit ad nos quod velit ex eo discedere et fratres suos deserere, eo quod multi propter metum gentium oblationes suas subtraxerint, quas pro Dei intuitu dare consueverant. . . Domum pensilem, quam jussimus fieri, nobis præparet et membranas, quia, si Deus annuit, Quadragesimam in Insula cum eo tenere disponimus*, etc. Tunc mandat pontifex ut trecenti annone modii aliæque victui necessaria ad monasterium debeantur, plura sese oblaturum spondens post reditum suum.

e Insula Barbara vetustissimum est agri Lugdunensis monasterium, in ipso Araris fluvii medietate supra Lugdunum urbem situm, quod cum per complura sæcula Benedictino ordini fuisset addictum, ad sæculares canonicos transit an. 1549. Ejus loci historiam Gallicè scripsit D. le Laboureur, sub titulo *Rudera Insulæ Barbaræ*.

f Clara est huc vocis hujus significatio, de qua passim jam diximus. Vide Menardi nostri notas in Sacramentarium Gregorianum, pag. 175.

g Hoc circa annum 465 comigisse putant, quo Ægidius seu Gallo Romanæ militiæ præfectus Cænonensis obsidionem solvere coactus fuit.

consumi. Tunc, revelante sibi Spiritu sancto, ait ad plebem: Quisquis habet vasculum, ejiciat foras in plateam, et deprecetur Dominum. Dabit enim vobis hodie largitas ejus aquas in abundantia, ut non deficiatis vos et parvuli vestri. Hæc eo dicente, nubes subito texerunt cælum, et descendit imber magnus de cælo, cum tonitruis et coruscationibus, super castrum, duplum populis beneficium præbens, pluvia arcens sitim, fragoribus effugans hostem. Completaque sunt vasa omnium, et satiati sunt cuncti. Sicque obtentu sacerdotis, fugatis adversariis, populus salvatus a castro discessit. In monasterio^a autem loci illius plenus dierum transiit, ibique sepultus est: ad ejus sepulcrum sæpius infirmi sanantur. Puerulus autem unus ex familia ecclesiæ Turonicæ in valetudinem corrui. Is cum anhelus occumberet, ac in extremis positus putaretur spiritum exhalare, ad ejus basilicam deportatus, protinus extincta febre sanitati est redditus. Sed et puella de his mancipiis simili sorte febricitans, cum ante cancellos monumenti fuisset exposita, in ipsa die incolumitati est restituta. Ad nos vero cum horum notitia devenisset, puerum humiliatis capillis huic monasterio cessimus: puellam^b vero mutata veste cœtui sanctimonialium conjungi præcepimus, ad serviendum Deo.

CAPUT XXIII.

De Joanne recluso.

914 Requiescit haud procul ab hac basilica Joannes quidam presbyter^c (*An.* 400... 5 *Maii*), natione Britto, in summa religione degens, per cujus manus Dominus multa signa sanitarum dignatus est operari: qui ob amorem divinum ab aspectibus se hominum colibens, parvulam oratorii cellulam habebat aut ipsam Cainonensis vici ecclesiam. Ibique in viridario, quod manu propria excolebat, lauros arbores plantaverat, quæ nunc vastis columnarum fomitibus jucundarum frondium amœnitate tenduntur; sub quarum umbraculo vir sanctus considens, aut legebat aliquid, aut scribebat. Cujus post obitum cum arbores illæ, ut diximus, patulis diffusæ ramis obumbrarent locum viridarii, una ex his vetustate senescens exaruit. Tunc custos loci effossa cum radicibus columna, incisus ipsis cum ramis suis scamnum adaptat, in quo interdum aut resideret lassus, aut aliquid secure decideret, cum necessitas exegisset. Quod cum per duos annos aut fere amplius scamnum in hoc usu habuisset, tactus, ut credo, inspiratione divina, dolore cordis, ait: Væ mihi quia peccavi, ut

^a Istud monasterium hodieque subsistit apud Cainonem (*Chinon*), sed in collegiatam ecclesiam jam pridem conversum, ubi servatæ sunt sancti Maximi, vulgo *saint Meisme*, reliquiæ ad an. 1565, quo a Calvinianis hæreticis combustæ fuerunt. Aiunt tamen canonici sancti Maximi, *saint Maxe*, apud Barrum Ducis (*Bar-le-Duc*), in diocesi Tullensi, corpus sancti Maximi, nescio quo modo ab hæreticorum furore Cainone creptum, ad se delatum fuisse, eundemque sanctum patronum agnoscunt.

^b Hæc ad finem cap. desunt in Colb. a.

^c Joannes *Reclusus* appellatur in Vita sanctæ Radegundis per Baudoniviam, num. 4, ubi B. reginam

A arborem quam talis sacerdos propria manu plantavit, ego ad diversas necessitatum utar scissionses [*Mss.*, incisiones]. Et hæc dicens, accepto sarculo, effossa humo, et incisus scamni pedibus, posuit ipsum sub terra, replevitque fossam humo. Mirum dictu! adveniente verno tempore, sicut reliquæ arbores florescunt, ita et hæc columna, quæ viri manu, ut ita dixerim, sepulta fuerat, rediviva in sospitate virens, novas frondes emisit. Exstant de ea hodie quoque virgulta in quinum senumque aut fere amplius pedum altitudine, quæ annis singulis incrementum sumentia, a Domino sublevantur.

CAPUT XXIV.

De Monegunde religiosa.

915 Apud^d ipsam vero urbem Turonicam beata Monegundis^e obiit (*An.* 570, 2 *Jul.*). Fuit autem ex Carnoteno territorio. Quæ relinquens tam patriam quam parentes, ad hoc tantum Turonis expetiit, ut orationi vacaret: per quam Deus crebro miracula ostendere est dignatus. Nam si quis pusulam^f malam incurrisset, et ad eam veniens orationem precabatur; confestimque illa prosternebatur ad supplicandum Dominum, et colligens folia cujuslibet oleis aut pomi, saliva illiniebat, faciensque crucem super ulcus imponebat folium: confestimque ita omne venenum evanescebat, ut nihil dignum leti ægrotus ultra perferret. Quartanariis quoque et gulam dolentibus, data benedicta aqua sæpius medebatur. Ad cujus nunc sepulcrum assidue infirmi confluunt et sanantur. Nam quanti frigiditas passi, quanti a pusulis malis veneno incrassante præmortui, quanti a dysenteria ibi sunt sanati, virum non potest explicari. Sed quoniam multa ex his in libro quem de ejus Vita conscripsimus (*Vitæ Patr. c.* 19) memoravimus, quæ deinceps gesta sunt tacere nequivimus. Probati archidiaconi nostri famula graviter a quartano typo quatiebatur, et jam prope annum in hac febre ægrotabat: quæ inter manus parentum deposita super tumulum sanctum, domum incolumis est relata.

CAPUT XXV.

De Senoch abbate.

Senoch abbatis Vita dudum a nobis scripta fuit^g (*An.* 576, 24 *Nov.*). In quo libello multis ejusdem virtutibus memoratis finem fecimus: sed quoniam ad ejus tumulum virtus apparuit, sileri a nobis absurdum fuit. Nantulfus autem puer nimia cæcitate detentus, et ipsam adhuc **916** adolescentiam ætatis

in suo proposito confirmasse dicitur. Exstat hodieque sub titulo sanctæ Radegundis oratorium hoc in capite memoratum, in quo visitur beati Joannis tumulus, sed reliquiis vacuum, quas nempe Calviniani eodem an. 1565 combusserunt.

^d Hoc caput cum duobus seqq. deest in Clar. a.

^e Colb. tut. et Bell., *Monagandis*; alii, *Monigundis*.

^f Colb. et alii, *pustulam*. Et sic passim Scripti et Editi. Alii habent *pusulam*; alii *pustulam*.

^g In libro de Vita Patrum cap. 15. De eodem egit quoque in lib. v Hist. cap. 7.

primæ ab hoc contagio deturpatam jugiter deflens, hujus sancti expetiit tumulum, atque prostratus, et humili prece subnixus, flagitat sibi ejus suffragio lucem perditam revoeari. Quatriduum in hoc preceatu perdurans, reseratis oculis illuminatus abseessit. Sed et nunc multi frigoriticorum aliorumque morborum detenti incommodo, ut palli ejus aut decerpserint fimbrias, aut contigerint, mox sanantur. Haetenus de Turonicis.

CAPUT XXVI.

De sancto Simeone a Columna.

Simeon^a vero confessor, qui in columna pagi Antiochensis dicitur stetit^b, frequenter in eolis triquit sanitates (*An. 400, aut 463, 5 Jan.*). Et quia, ut legitur in ejus Vitæ libro, nullam unquam mulierem post conversionem oculis attentis inspexit; postquam vero columnæ editiori se sanetitate fervens inexit, non modo extraneæ mulieri, verumetiam nec propriæ matri se videndum permisit, et nunc etiam cum ipsum ab hujus sexus defensat accessu. Nam erunt quædam mulierem indutam fuisse veste virili, et in basilicam ingredi voluisse columnæ. Trahens secum misera agere posse per indumentum quod latere posset Altissimum: ignorans illud Apolloli, quia *Deus non irridetur* (*Gal. vi, 7*). Illic ibi coniens ad templum, erexit pedem, ut sanctum intruderetur limen: tamen protinus retrorsum ruens, cecidit, et mortua est; satisque fuit populis, ne hæc ultra mulier ulla præsumeret, cum in istam eerneret rationem pessime irrogatam.

CAPUT XXVII.

De sepulcris presbyterorum in basilica sancti Martialis.

igitur sanctus Martialis episcopus a Romanis missus episcopus (*An. 250, 50 Jun.*), in urbe **917** Leovicina prædicare exorsus est; eversisque simulacrorum ritibus, repleta jam credulitate Dei urbe, misit a sæculo. Erant^d tunc temporis cum eo duo presbyteri, quos secum ab Oriente adduxit in Galliam: verum ubi completi sunt dies eorum, ut et vocarentur de hoc sæculo, conjunctis sarcophagis in eadem erypta in qua sanctus episcopus sunt

Hoc caput cum duobus seqq. deest in Colb. tut. stris est apud Græcos et Latinos Simeonis. Stylicæ memoria, quam Theodoritus, Evagrius, Theodorus Lector alique celebrarunt. Vitam ejus habes in Rosweydem in Vitæ Patrum, lib. 1, et die 5 Januarii Bollandiani.

In Laud. add., alia sed antiqua manu, in ecclesia vocatur Pœnitentiæ.

Pith., *Illico ubi*. Ed., *Et licet*. Infra, in Ms., *et tamen*.

Hæc verba, usque ad *verum*, desunt in Colb. a; supra, post *missus episcopis*, additum est, alia u, cum duobus presbyteris. Porro illi duo presbyteri, alia, sed fere æquali manu, in Bell. dicuntur *Albinianus et Stratoclianus*; et in Martyrol. Rom. 50 Junii, *Albinianus et Austriclinianus*. Vide Beronid Guidonis Sanctorale, apud Labb., tomo II, p. novæ pag. 265. De sancti Martialis in Gallias missionis tempore fusius agere non vacat. Eum Gregorius Decii et Grati consulat, id est an. 250) con-

sepulti; et unus quidem parieti proximus, alter vero huic contiguus erat. Super terram tamen utrique stabant: sed non poterat alteri propter illum qui primus erat honor impendi, hoc est non ibi e palla expandi poterat, non lumen accendi. Quod eum incolæ loci moleste ferrent, quodam mane accedentes ad eryptam, invenerunt sepulcra diversis parietibus esse locata; et sic accessus liber ad utrumque sepulcrum patuit, et qualiter beatus antistes ut eultor Dei veneraretur enituit.

CAPUT XXVIII.

De miraculis ad sepulcrum ejus factis.

Puella^f quædam eui, nescio quo existente peccato, manus una dirigit, ac digiti palmæ defixi erant, ad ejus sepulcrum advenit, confisa de virtute Confessoris, quod posset ejus intercessio manum aridam absolvere, ejus prædicatio populum vanis superstitionum ritibus irretitum absolvit. Celebratis ergo vigiliis in ipsa nocte festivitatis, dum attente juxta sepulcrum orat, manum suam directis digitis populo teste sanatam miratur attonita.

CAPUT XXIX.

De eo qui loquelam a sacerdote recepit.

Quidam eloquium emeruit hoc modo. Ille etenim, ut eruda **918** operatur rusticitas populorum, juramentum mendax in ecclesia protulit. Mox rigente lingua, mutus effectus est, ita ut non vocis humanæ, sed bidentis mugitum simulare videretur. Adveniens autem ad hujus confessoris tumulum, prosternitur ad orationem, sensitque, ut postea asserebat, tanquam si aliquis guttur ejus tangeret: quod, ut eredo, virtus erat dominici Confessoris Egressusque, presbyterum qui aderat nutu deprecabatur, ut signum crucis faucibus clausis imponeret. Quod cum presbyter fecisset, iterum prosternitur ad orationem; protinusque elevatus, vocis officio reddito, omnia quæ pertulerat proprio patefecit eloquio.

CAPUT XXX.

De sancto Stremonio episcopo Arverno.

Per sanctum enim Stremonium^h, qui et ipse a

figisse scribit lib. 1 Hist. cap. 28. Eundem vero a Romanis episcopis missum hic dicit, quem paulo inferius innuit ex Oriente in Gallias adventasse. Vide Bosqueti historiam. Ipsius Aeta, quæ circumferuntur, nullius videntur auctoritatis, nec majorem merentur epistolæ ipsi attributæ. De ejusdem apostolatu, discipulis et percelebri sub ejus nomine monasterio apud Lemovicas, quod sæculo XI Cluniacenses obtinuerunt, ac tandem ad canonicos sæculares transiit, plura habentur passim in tomo II Bibliothecæ novæ Labbeanæ. Parisiis vero jam sæculo VII habebat ecclesiam, quam sanctus Eligius dotavit.

^e Clar. a, non sibi; Ed., non nisi.

^f Hoc caput et duo seqq. non habet Clar. a.

^g In Colb. tut. *De sancto Martiali Lemovicensi episcopo*, Bell. et Laud. nullum habent titulum.

^h Colb. tut., *Austremonium*. Vulgo appellatur *saint Austremonie*. Ejus in Gallias adventum temporibus Decii consignat noster Gregorius lib. 1 Hist. cap. 28.

Remanis episcopis cum Gatiano [Mss., Cat'ano] beatissimo et reliquis, quos memoravimus, est directus, primum Arverna civitas verbum salutis accepit, eoque prædicante Salute mundi Redemptoremque omnium Christi Dei Filium credere cœpit (An. 250, 1 Nov.). Hujus autem sepulcrum apud Ieiodorensium vicum habetur: ad quod cruda rusticitas, licet sciens quod quiesceret, nullum tamen ibi exhibebat honoris cultum. Post longinqua vero annorum curricula, Catinus qui ipsius Arvernæ urbis episcopus datus est, in diaconatu suo ecclesiam vicii illius rexit. Igitur dum nocte quadam in lectulo cellule suæ, quæ huic basilicæ adhærebat, decumberet, audivit psallentium quasi parum resonantibus vocibus: et surgens vidit templum magno splendens lumine, et obstupefactus aspicit intrinsecus, erat enim cellula illa in superiore contra fenestras templi; et vidit, **919** et ecce circa tumulum multitudo albatorum tententium cereos, et psallentium. Quod diutissime cernens, cum discessissent, statim facto mane, jussit tumulum cancellis vallari, ac palliis nitentibus obvelari, præcepitque reverentiam loco illi impendi. Ex hoc enim oratio super tumulum funditur, et auxilia Antistitis impetrantur. Hæc ab ipsius episcopi ore audivi.

CAPUT XXXI.

De eo qui eulogias accepit a sacerdote.

Magna enim gratia est, si sacerdotium digne custodiatur in actu. Si enim homini iniugo ac persecutori justitiæ tantum contulit sacerdotium, ut prophetiam mereretur, id est Caiaphæ, qui prophetavit unum oportere mori de populo, ne gens tota periret (Joan. xi, 50); quanto magis timentibus Deum, et sancte ac pure sacerdotium custodientibus, tribui potest a majestate divina, ut etiam, juxta Jacobum, prosit infirmis cum oratione visitatio sacerdotis (Jac. v, 1), et plerumque conferat presidium sola tantum eulogia unum porrectio ejus ex manu, secundum illud quod apud Arvernos gestum in adolescentia mea in veritate cognovi. Quidam presbyter solitarius iter carpens, ad hospitium ejusdam pauperis Limanici mansionem expetiit. Quæ accepta, juxta morem sacerdotum^a, nocte a stratu suo consurgens, orationi astitit; sed et homo, quem necessitas compellebat lignum ex silvis evehere, valde mature surrexit; et sicut mos rusticorum habet, nondum inchoante luce, postulat cibum a conjuge, quæ sine mora porrexit. Acceptum vero homo ille panem, non prius comedit quam a sacerdote benediceretur, ant

quem alii unum e septuaginta discipulis Christi, aut certe a sancto Petro directum fuisse voluit. Urbico sibi in successorem ascito secus ite Ieiodorum, ubi sepultus est. Ejus Vitam, sed fabulis scatentem, edidit Labbeus tomo II Bibl. novæ pag. 482. Ieiodorum, vulgo *Issoire*, ubi sanctus Præjectus, postea Arvernorum episc. et martyr, litteras et vitæ monasticæ præcepta didicerat, ex ejus Vita, hodieque celebre est ord. sancti Benedicti monasterium e gong. sancti Mauri, sancto Stremonio dicatum. Sed ejus reliquiæ iude Volovicium, tum Mauziacum, (Volvic, Mozac), in a. ob. m. nasteria ord. Benedictini

ab eo enlogias acciperet. Quibus acceptis, sumpsit et abiit. Cumque ad amnem adhuc ante lucanum venisset, imposito planstro cum bobus in ponte, qui super navem locatus erat, alterum transmeare cœpit in litus: verum **920** ubi in medium amnis devenit, audivit vocem dicentem: Merge, merge, ne moreris. Cui respondens vox alia ait: Sine tua enim admonitione quæ proclamans fecissem, si res sacra meis conatibus non obstaret. Nam scias eum enlogiis sacerdotis esse munitum, ideo ei nocere non possum. At ille voces audiens, et personam nullius cernens, ac de se verba jactari cognoscens, consignans se cruce dominica gratias Deo egit, quod ei pars adversa prævalere non potuit. Tunc in litus ulterius progrediens, cum optato oncre domum regressus est sa'vus.

CAPUT XXXII.

De Duobus Amantibus.

Duos fuisse apud Arvernum, virum scilicet et puellam, refert antiquitas, qui conjuncti conjugio, non coitu, et in uno stratu quiescentes, non sunt ab altero polluti in voluptate carnali (An. 500, ... 25 Maii). Post multos vero annos cum eis esset latenter vitæ castissima, ex consensu pari, vir tonsuratus ad clericatum, puella vero religiosum induit vestimentum. Factum est autem ut impletis diebus puella migrare a sæculo; denique vir ejus præparata sepultura, exhibuit corpusculum ad sepeliendum. Cumque eam sepulero reconderet, arcuum quod inter eos congenerat, elevatis manibus ad cælum pandit, dicens: Gratias tibi, rerum omnium artifex, ago, quod sicut mihi eam commendare dignatus es, ita tibi reddidisti ab omni voluptatis contagio impollutam. At illa subridens, ait: Sile, sile, vir Dei, quia non est necessitas ut fatearis nostrum nemine interrogante secretum. Post hæc obiecta opertorio recessit. Non post multum vero tempus et ipse migravit a sæculo, sepultusque est in loco suo. Erant autem in una quidem basilica, sed e diversis parietibus utrumque sepulcrum habebatur; et unum quidem ad meridiem, alterum ad aquilonem. Mane autem **921** facto, inventa sunt pariter esse sepulcra, quæ usque hodie sic perdurant. Idecirco nunc incolæ Duos Amantes vocitant, et summo venerantur honore^b.

CAPUT XXXIII.

De Amabili presbytero.

Fuit etiam in supradicta Arverna urbe admirabilis sanctitatis Amabilis quidam, vicii Ricomagensis præ-

insignia, translatae sunt, ut fusius apud Labb., loc. laudato, pag. 300 et seqq., refertur.

^a Notanda patrum nostrorum religio in persolvendo, etiam privatim, statis horis nocturno officio. Vide notas in hb. ix Hist. cap. 6.

^b De his vide, supra, lib. I Historiæ cap. 42, quæ ibi observavimus. Tertullianus in libro de Animæ immunitate ejusdem corporis in eum mterio positi, quod alteri juxta ipsum collocando spatium dimisit. Vide et vitam sancti Joannis Eecemosynarii, cap. 50, libro I de Vitæ Patrum.

lyter, qui virtutibus magnis præcellens, sæpe ser-
pentibus dicitur imperasse (*Sæc. v, 19 Oct.*). Nam ad
hujus tumultum cum dux Victorius despexisset orare,
affixo e regione equo, nequaquam poterat amovere.
Quem cum flagris stimulisque urgeret, et ille quasi
æneus staret immobilis, tandem aliquando dux a
suis commotus, qui, ut ita dicam, ipsi pecudi si-
milis erat factus, ad orationem descendit; eumque
fideliter orasset, quo voluit ivit. Ad hujus sepulcrum
energumæum vidi mundatum; perjurantem diri-

A guisse ut ferrum, crimen confessum, illico absolu-
tum ^a

CAPUT XXXIV b.

De Georgia religiosa.

Fertur etiam fuisse in ea urbe puella quædam, re-
ligiosa atque devota Deo, quæ in rure commanens,
quo ab urbana populatione submotâ liberius dignas
Deo laudum hostias exhiberet, quotidie autem jeju-
niis et orationibus insistebat (*An. 500, 15 Feb.*).
Factum est igitur, ut migrans ab hoc mundo, ad ba-
quorum ædificiorum ruinis, quas sub Normannis passi
sunt Arverni, obruti fuerint. In ecclesia sancti Cassii
visitur hodieque ad latus Evangelii arca lapidea, quæ
corpus sanctæ Georgiæ continebat cum his versibus
lapidi marmoreo incisus, quos referimus eo modo quo
in ipsa inscriptione habentur, nulla metri seu ver-
sum ratione habita :

**HOC. IACET. IN. TVMVLO. SACRATA
GEORGIA. CHRISTI. ET. DIVOTA
BONIS. MENTE. FIDE. MERITO
OB. QVAM. MAGNA. PATREM
PREMERET. CVM. TVRBA
PROCORVM. ILLA. DEVM
LEGIT. FELICIORE. TORO**

In ecclesia sancti Venerandi nulla inscriptio, præter
unam infra martyrum sepulcra insculptam, apparet,
quam alicujus esse conjicio, qui ut sibi sanctorum
patrocinia conciliaret, prope eos sepeliri postulavit.
Fingentibus ac senidetritis litteris hæc solummodo
legi potuerunt :

... ETVM NATVRE QVIDEM CO... P... VE..... FRACELE
VMEDA TERRA SVMIT NON TENIT AD... HIC ANTRA SEFVL-
CRI SED HACELOS QVEM JVSTA... FELICEM CONDETVM HOC
TOMOLO LEVITA DNI... DEM INNOCENCIVS ILLI NOMEN AB
AVO PROTRA... BEATVS IN MOREBVS VITAM BENICNA T...
... VIX CESSERAT ANNYS CVM S..... CO.....
NEPOTIN... CEDASPEC.....
..... R... X KL ABRILIS

In oratorio quod sanctæ Mariæ inter Sanctos nomen
retinuit, altare habetur marmoreum, sub quo visitur
crux in marmore albo sculpta, ad cujus pedes duæ
sunt inscriptiones, quas hic referimus.



† IN HAC. PARTE HVIVS. TV- † IN HAC. ALTERA. PARTE
MVLI. REQVIESCVNT COR- HVIVS. TVMVLI REQVIES-
PORA SCORVM. QUORV NO- CVNT. CORPORA. SCORVM.
MINA. DS. SCIT CVM QVIBVS. SEPTEM INNOCENTVM. QVO-
CORPVS CORVI. PATRV. I. RVM NOMINA SUNT. APVD
SCI. ILLIDI. REQVIESCIT. DEVM

In sacello ecclesiæ Illidianæ, quod hodie S. P. Bene-
dicto sacratum est, visuntur marmoreæ tabulæ,
exhibentes miraculum Christi Domini panem multi-
plicantis, in quorum una hæc habetur inscriptio:
**IHC. REQVIESCVNT. CORPORA. SANCTORVM
QVORVM. NOMINA. DEVS. SCIT.**

D In sacello sancti Justi similis habetur tabula marmo-
rea cum variis figuris et hæc inscriptione.

**IHC. REQVIESCIT. SANGTVS
JVSTVS. ARVERNICA
VRBIS. EPISCOPVS**

Hunc porro Justum alium esse a Justo sancti Illidii
archidiacono, de quo Gregorius lib. i Hist. cap. 40,
præter *episcopi* titulum, qui hic Justo attribuitur,
suadet historia translationis sancti Illidii factæ anno
4311, ubi Arbertus episcopus dicitur post elevatas
sanctorum Illidii et Venerandi reliquias, cæterorum
sanctorum corpora, et potissimum B. Nepotiani epi-
scopi, et Justi archidiaconi et discipuli sancti Illidii,
dimisisse in suis locis *propter difficultatem quæ endi*.
Certe Justo duos habet libellos de Ecclesiis Claro-
montensibus. Unde Savaro et post eum Sirmundus,
in lib. iv epist. 11 Apollinaris Sidonii, Justo inter
episcopos Claromontenses locum dederunt inter Avo-
lum et Cæsarium.

^a Legitur in libro de Ecclesiis Clarom. a Savarone
edito, cap. 12: « In ecclesia sancti Hilarii... ubi san-
ctus Amabilis in corpore requiescit. » Visitur ejus
sepulcrum in ecclesia sanctæ Mariæ Magdalænæ de
Croso in suburbio Claromontensi, quæ, uti conjicere
licet, eadem est quæ olim sancti Hilarii dicebatur,
hodieque ecclesiæ sancti Amabilis Ricomagensis sub-
jecta. Inde tamen a multis sæculis hujus sancti viri
corpus Ricomagum translatum est, ubi ecclesiam
abbatiali titulo insignem suo nomini dicatam habet,
quæ anno 1548 ex canonicis regularibus ad sæculares
transiit. In theca ipsa, ubi sacræ ejus exuvie ser-
vantur, inventa est aliquot abhinc annis vetus hæc
inscriptio, marmoreæ tabulæ insculpta: **HIC. IACET.
CORPUS. S. AMABILIS. CONFESS. QUI. OBIT. RECNANTE...
Ricomagi, uti præcipuus oppidi patronus colitur
die 19 Octobris, quæ ejus festum in variis Martyro-
logis memoratur. Qua item de Surius ejusdem Vitam
exhibet, sed quæ compluribus mendis respersa est.**

^b Cum in hoc capite et sequentibus de antiquis
monumentis agat Gregorius, quæ suo tempore prope
sancti Illidii basilicam habebantur, visum est de is-
dem paulo fusius agere; quorum nonnulla hodieque
supersunt in monasterio nostro Illidiano, prope Claro-
montensem urbem sito. Complures martyres apud
Arvernium passos, atque juxta urbem sepultos fuisse
testis est Gregorius lib. i Hist. cap. 51; unde non tan-
tum episcopi urbis, sed et cæteri quoque Christiani
in eodem loco sepeliri voluerunt. Certe jam tempore
Apollinaris Sidonii, id est sæculo v, locum illum *sepul-
crorum multitudo* repleverat, in quibus *multa
sanctorum corpora* requiescebant, quæ cum Alcima
et Placidina incaute a loco dimovissent ad ponenda
ecclesiæ fundamenta, in magnopere sancto Antoliano,
cui nova illa ecclesia parabatur, displicuit, ut narrat
Gregorius lib. i Mirac. cap. 63. Ibidem, si veteri Ar-
vernorum traditioni credamus, Austremonius primus
eorum antistes, ecclesiam in honore Virginis Deiparæ
construxit, quæ *sancta Maria inter sanctos* appellata
est, quod in cœmeterii medio sita multis sanctorum
sepulcris circumcingeretur. Novam in honorem sancti
Clementis a sancto Illido adjunctam fuisse volunt,
cui ipse, postea in eadem sepultus, nomen suum de-
dit. Alii alias in vicinia adjungere. Et quidem certum
est tempore Gregorii tres ibi basilicas existisse, cum
plurimis sanctorum sepulcris, quorum aia in illis
basilicis, alia extra ipsas exstabant, ut narrat infra,
cap. 56. Tres illæ basilicæ hodieque supersunt, et
quidem duæ priores sub his nominibus quæ Gregorius
refert, nempe sancti Illidi, quæ monasterii princi-
palis est, et sancti Venerandi, in hodiernis mona-
sterii hortis; tertia vero, cujus nomen non exprimit
Gregorius, sancti Cassii dicitur, haud procul ab aliis
sita, quæ etiam parochiæ titulo insignitur. In his vi-
suntur antiqui sanctorum aut saltem Christianorum
tumuli, quales eos describit Gregorius, sed potissi-
mum in ecclesia sancti Venerandi, ubi plures ha-
bentur, in quibus Christi Domini prædicatio, patrum
piscinæque ab eodem facta multiplicatio, aliaque
sacræ historiæ representantur, juxta modum pris-
tam librorum temporum, uti videre est in Roma sub-
terranea, aliisque antiquis ecclesiæ monumentis. At
nulli extra ecclesias illas nunc exstant, sive quod
in ecclesiis fuerint translati, sive quod in anti-

silicam oppidi a causa sepeliendi portaretur : verum ubi levato feretro corpus per viam **922** ferri cœpisset, adveniens grex magnus columbarum super eam volare cœpit, atque illic volitando sequi quo hæc a proximis ferebatur. Qua in basilicam delata, grex totus super tectum ædis ipsius visus est cœdesse; illaque sepulta, ad cœlos evolavere columbæ. Unde non immerito Georgia nuncupata est, quæ sic exercuit mentem cultura spiritali, ut adepto virginitatis sexagesimi fructus proventu, egrediens de sæculo, cœlestibus honoraretur exsequiis.

CAPUT XXXV.

De sepulcro effracto in basilica sancti Venerandi.

In basilica autem sancti Venerandi ^b, quæ sancti Illidii est proxima, transvoluta [*Id est, fornice instructa*] cellula a parte occidentis fuit in qua multa ex marmore Parii sepulera sculpta sunt, in quibus nonnulli virorum sanctorum ac mulierum religiosarum quiescunt. Unde non ambigitur eos esse Christianos, quia ipsæ historiæ sepulcorum de virtutibus Domini et apostolorum ejus expositæ sunt. Eo quoque tempore, quo Georgus Vellavorum civis Avernæ urbis comitatu potiebatur (*Circ. an. 569*), pars transvolutionis illius, quæ per longinquæ incuriæ negligentiam pluvii erat infusa, super unum eorumdem sarcophagum ruit, opertoriumque ejus impulsum in frusta comminuit : in quo apparuit puella jacens, ita membris omnibus solidata, quasi nuper ab hoc sæculo fuisset assumpta. Nam facies manusque ejus cum reliquis artibus integræ erant, cum ingenti casariæ **923** longitudine, sed credo eam aromatis fuisse conditam : vestimentum autem, quod artus tegebat exanimis, aguarum erat ^c, illæsumque, nulla putredine resolutum, ac nigredine quacunque fuscæum. Quid plura? ita apparebat integra, ut dormiens potius quam mortua putaretur. Antiquabant autem quidam nostrorum ob candorem vestimenti holoserici in albis eam transisse. Aiebant enim annulos murenasque aereas circa eam repertas, et clam ne episcopus sentiret, ablatas : nulla tamen ætas temporis nostri cuius meriti, generisque, aut nominis fuerit, aut opinione, aut lectione cognovit. Dum autem hoc corpusculum per anni unius spatium detectum jaceret, nec esset, qui respectu humanitatis huic adhiberet sepulcro tegumen, contigit ut uxor antedicti comitis post obitum viri graviter

A ægrotaret, ac diuturna valetudine obtenta, oculorum lumine mulcetur. Quæ laxata a febre, vocat medicos, diversa adhibet studia, largitur et præmia : sed nullis potuit modis ab eisdem elicere medelam ; donec tandem aliquando pietas Domini commota respiceret. Apparuit enim ei persona quædam per visum noctis, dicens : Si vis visioni pristinae restaurari, perge quantocius, et require lapidem mundum, a sarcophagum puellæ quiescentis, quod in basilica sancti Venerandi detectum habetur, citius tege : mox detectis visibus oculorum tuorum, clare cuncta prospicies. Quo facto, ut vas illud clausit opertorio, protinus apertis oculis lumen recepit ex integro. Unde non ambigitur esse eam nobilis meriti ^d, quæ talia præstare potuit ægrotanti.

CAPUT XXXVI.

De aliis sepulcris sanctorum in eadem basilica.

Sunt ^e autem in hoc loco multa sepulera quæ, ut diximus, fidelium **924** esse probantur. Habetur enim ibi tumulus huic a læva contiguus, longitudine, latitudine, altitudine, omni que positione consimilis. In hujus fronte superiore habetur scriptum : SANCTÆ MEMORIÆ GALLÆ (*An....., 51 Maii*). Est et illud nihilominus sepulcrum sculptum ^f meritis gloriosum, inter egressum basilicæ sancti Illidii et ingressum templi beati Venerandi in edito positum, in quo ferunt Alexandrum quemdam religiosum fuisse sepultum ; de quo frequens infirmorum necessitas, eraso pulvere, hausta dilutione, extemplo consequitur sospitatem ; unde tam frequens exigitur [*Al., exsequitur*] medicamentum, ut pro assiduis beneficiorum commodis transformatum ab aspicientibus cernatur. E regione autem hujus sepulcri, si ingreditis per ostium in basilicam sancti Venerandi, dextra de parte sepulcrum parvulum contempleris super terram situm, rusticiori formatum lapide, sed ignotum est omnibus quis quiescat in eo. Nam haberi in eo divinum aliquid res ipsa quam dicturus sum paudit. Mendicus quidam, ut ipsi oculis nostris inspeximus, super ipsum erat solitus considerare, sed credo eum, ut fragilitas humana præbet, in aliquo indignum facinus obvolutum : quia virtute quiescentis cum sonitu magno excensus, longe projectus est sepulcrumque medium crepuit, quod usque nunc iterum cernitur. Indignum quippe se hominem humanum existimavit ^g, qui super hos artus deberet facere ses

^a Sepulta est in ecclesia sancti Cassii, ex libello de Ecclesiis Clar. mont. a Savarone edito, cap. 9, ubi sacrum ejus corpus quievit usque ad nostram ætatem in arca lapidea, cum inscriptione veteri quam supra, not. *, dedimus. Primo sacrum ejus caput exinde extractum an. 1551 a Guillelmo du Prat episcopo Illidiano monachis datum est ; tum integrum corpus in eandem sancti Illidii ecclesiam fuit illatum, an. 1655, a Ludovico de Stein episc. Clarom., ubi religiose asservatur.

^b Basilica sancti Venerandi, 2) circiter passibus ab Illidiana, et paulo amplius ab ecclesia sancti Cassii distita, etiam nunc superest : in hortis monasterii Illidiani. De hæc agitur in lib. de Eccles. Clarom. cap. 10, ubi complurimum millium sanctorum corpora in

ea quiescere dicuntur. Vide superius. Venerandum ex Paulino laudat Gregorius lib. II Hist. cap. 15.

^c Sic omnes Mss. At Editi, a quarum vi erat illa sum, nullaque, etc.

^d Hodieque nomen ejus ignotum est.

^e Hoc et sequens caput desunt in Clar. a.

^f Sic SB. At Colb. a, Bad., Mor. et Chol., *Sculpti alii, sculptis*. Bal., *multis*. Cæterum nulla jam existant inter has basilicas sepulera. Vide cap. 54 not. * Hanc porro Gallam confundit Baronius in notis a 5 Octobris cum Galla sancti Eucherii uxore, cui festum Ado 16 Novembris commemorat.

^g Sic Editi. Laud. : *Indignum sibi, ut puto, hominem humanum existimans*. Colb. 2, *ut pote hominem. his actibus.*

sionem. In hac enim basilica et beatus martyr Liminius^a est sepultus (*Circ. an. 258, 29 Mart.*): cujus agonis historia cum ab incolis teneatur, nullus tamen ei cultus venerationis impenditur. Sunt enim ibi, ut diximus, illustrium inceptorum viri, quorum nomina ignota incolis, scripta tamen, ut credimus, retinentur in cœlis^b.

CAPUT XXXVII.

De sanctorum Venerandi Nepotianique episcoporum sepulcris.

925 Est ibi et sepulcrum ipsius sancti Venerandi episcopi (*An. 400, 18 Jan.*), a quo hæc ædes nomen accepit, sub analogio compositum, super quod caput per fenestellam quicumque vult, immittit, precans quæ necessitas cogit, obtinetque mox effectum, si juste petierit^c. Ibi et sanctus Nepotianus episcopus requiescit (*An. 588, 22 Oct.*), qui fuit in sæculo summæ vir sanctitatis, obtinens nunc cum Domini potentia, quæ ab eo fuerint implorata. Sæpe enim super hæc sepulcra^d frigiditatorum oratio fusa desideratam obtinet medicinam.

CAPUT XXXVIII.

De monacho, quem orantem abbas spectabat.

Magna quondam fuerunt mundi luminaria quæ, ut sol radiis, ita mundum virtutibus illustrabant. Aiunt ergo in quodam monasterio fuisse monachum, qui cum apud alios juxta regulas monasteriorum orationi et lectioni insisteret, secretius tamen atque peculiariter omnipotenti Deo sacrificia reddebat orationum. Nam post impletum in oratorio cursum, elabebatur clam a præsentia fratrum: et abiens inter condensas rubos, buxosque, et ilices, ubi jam spes erat quod a nullo nisi a solo inspiceretur Deo, prosternebat se in orationem. Verum postquam decumbens Dominum diutissime deprecatus fuisset, elevans se ab humo, erectis ad cœlum palmis atque luminibus, psalmorum tacite seriem recitabat: et in tanta compunctione cœlo erat intentus, ut rivi lacrymarum ab ejus oculis vehementer effluerent. Quod cum unus fratrum, cautius prosequens, prævidisset, abbati non siluit. Ille vero attentus quando ad hæc agendi properaret, **926** prosecutus est a longe, et prostratus solo spectabat [*Al.*, expectabat] quid fidelis discipulus exerceat. At vero attentus a longe, vidit miraculum magnum. Nam ab utraque parte oris ejus flamma processerat, et in longo paulatim deducta, quasi funiculus^e super eum ascendit, conjunctaque simul pharum magnam effecit, quæ usque ad cœlos vide-

batur scandere: et quanquam coma^f in sublimi producta excrevit, non tamen erat noxia capiti. Stupens visu abbas, compressit se paululum: ille vero eompleta oratione ad monasterium rediit. Abbas autem per viam aliam est secutus, multis postmodum opprobriis monachum arguens ad vanam gloriam coerendam^g, non tamen indicans quæ vidisset.

CAPUT XXXIX.

De igne qui a reliquiis sanctorum sæpe prorupit.

Mysticum, ut opinor, hic ignis continet sacramentum, et tenebræ sensus mei eum intelligere non queunt, qualiter apparens lumen tantum præhet, nec quidquam adurit: unum tantum scio, quod justis aut super justos apparent ista. Nam Moysi in rubo reliquisque patribus apparebat in holocausto. Beati quoque Martini prorumpens e capitis vertice, cœlorum ardua penetravit^h. Nam et Brachionem abbatem sæpius audivi referentem, sicut in libro (*Vit. Patrum cap. 15*) Vitæ ejus scripsimus, dum in antedicti pontificis basilica nocturnas excubias celebraret, et reliquæ sanctorum a peregrinis delatæ super altare haberentur, subito globus ignis ab eisdem emergens usque ad cameram templi visus est conscendisse, sed non multis, ut ipse aiebat, ostensus est. Sic et in dedicatione oratorii nostri apparuit, sicut supra memoravimus (*Cap. 20*).

CAPUT XL.

De visionibus pro patris mei infirmitate habitis.

927 Sedⁱ nec illud absurdum est credere, quod sæpius per visiones expertas Dominus revelare dignatur, qualiter aut honorentur sancti, aut infirmi medicamina consequantur. Nam recolo gestum in infantia, cum pater meus ab infirmitate humoris podagrici laboraret, et ardore febrium ac doloribus multis attenuatus, lectulo decubaret, vidisse me in visu noctis personam, dicentem mihi: Legisti, ait, librum Jesu Nave? Cui ego: Nihil aliud litterarum præter notas agnovi, in quarum nunc studio constrictus affligor. Nam hic liber prorsus an sit ignoro. Et ait: Vade, inquit, facitoque hastulam parvulam ex ligno, quod hoc nomen recipere possit, scriptumque ex atramento sub paterni capitis fulcrum colloca; crit enim ei præsidium, si quod loquor impleveris. Mane autem facto, matri quæ videram indicavi; jubet impleri visionis præcepta. Quod cum fecissem, statim genitor ab infirmitate convaluit. Decurso quoque alterius anni curriculo, iterum ab hoc incommoda

^a De eo Gregorius lib. i Hist. cap. 51. Vide et Savaronis notas in cap. 10 libri de ecclesiis Clarom. Passus creditur in Chroci irruptione, quam Gregorius Valeriani et Gallieni temporibus, alii sæculi v initio consignarunt.

^b Id indicat vetus inscriptio a Savarone laudata. Vid. cap. 54 not. *.

^c De sancto Venerando egit Gregorius lib. ii Hist. cap. 15. Ejus sacræ reliquæ anno 1511 ab Arberto episcopo translatae sunt in capsam simul cum sancti Illidii corpore, rogante Guidone Seno abbate monast. Illidiani. Transl. festum recolitur 22 Decembris. De eodem sancto Bollandus die 13 Januarii,

^d Corpus sancti Nepotiani ab Arberto episcopo diu frustra quæsitum inveniri non potuit: quare ejus sacri cineres, in ipso sepulcrae suæ loco remansisse creduntur. In vetustis tamen ecclesiæ Illidianæ reliquiarum catalogis habetur corpus sancti Nepotiani. Ille autem B. Illidio successerat ex Greg. Hist. lib. capp. 40 et 41.

^e Colb. 2, Clar. a et Mor., *funiculus*. Confer eum, cap. 20, supra.

^f Colb. a, *comam... producta excreveret*.

^g Confer. cap. 54 libri iv Historiæ.

^h Id narrat Sulpicius Severus, dialogo 2.

ⁱ Deest hoc cap. cum seq. in Clar. a

capitur : accenditur febris, intumescunt pedes, dolore pessimo nervi intorquentur. Hæc illo perferente, dum cum magno gemitu in stratu decumberet [Al., decumberem], vidi iterum personam in visione interrogantem me, si librum Tobie cognitum nunc haberem. Respondi, quod non legerim. Qui ait : Noveris hunc fuisse cæcum, cujus filius, angelo comitadam iter ageret, in flumine pisces cepit, cujus, indice angelo, cor jecurque sustollens, patris sublumigat oculis, qui statim fugatis tenebris lumen recepit. Vade igitur tu, et fac similiter, et accipiet refrigerium dolorum genitor 923 tuus. Hæc matri eum referrem, confestim pueros ad amicum dirigit : piscis capitur, subtracta sunt de extis a quæ jussa fuerant, et primis imposita. At ubi primum fumus odoris patrem attigit, protinus tumor dolorque discessit.

CAPUT XLII.

De sancto Germano Autisiodorensi.

Germanus ^b autem gloriosus confessor in urbe Roma ^c obiit (An. 448, 31 Jul.) : inde vero levatus post dies sexaginta, ad civitatem Autisiodorum delatus, sepulture mandatus est ^d. Tempore autem Tendechild ^e reginæ, Nunninus [Al., Numnius] quidam tribunus, ex Arverno de Francia post reddita reginæ tributa revertens, Autisiodorensium urbem adivit, causa tantum religionis : provolutusque ad beati sepulcrum, cum diutissime orasset, extracto de vagina tigre ^f, lapidem qui super venerabile sepulcrum ha-

^a Colb. a, *sublatisque de... imposuit.*

^b Deest hoc caput in Colb. tui. Ipsum tamen et sequens sub nostri Gregorii nomine refert integrum Hericus de Mirac. sancti Germani, cap. 29 et 30.

^c In Colb., a emendatum est antiqua manu Ravenna. Sic et habet Bad. cum Herico, et quidem sanctus Germanus Ravennæ obiit.

^d In percelebri monasterio, quod sub ejus nomine hodieque subsistit Autisiodori. Ejus sacrum corpus a Calvinianis hæreticis sæculo superiori combustum est. Superest lapideum sepulcrum cum aliquot ossibus, sicut et sudarium aquilis imperialibus ornatum, in quo a Placidia Augusta beatus ille pontifex sepultus fuerat. Ejus vitam scripsit Constantinus presbyter ejus discipulus, quam habes apud Surium. Plerique ejus sedis successores juxta ipsius tumulum sepeliri voluerunt, quorum sepulcra hodieque in crypta subterranea videntur, cum sacris eorum reliquiis. Missa de sancto Germano primo loco habetur in Missali Gallicano, apud Mabillon. lib. in Liturgiæ Gallicanæ.

^e De hac vide notas in cap. 26 libri iv.

^f Bad., *ense.* In Bell., al. manu, sed antiqua, sic emendatum est : *extractumque gladium de vagina tigram*, etc. Quartum pro sexto casu adhibet.

^g Laud. Bell. et Ed., *et nullum ab... accepisset.*

^h Siciliensis de Miraculis sancti Germani, cap. 30. At Laud. et Bell. cum ipso Herico in cod. Vindociensium, habent *Musciacas*. Videtur esse locus hodieque percelebris ob insignem abbatiam ord. sancti Bened. a Calminio senatore, ut scribit Savaro, comitam, et a Pippino rege restauratam. Hæc dicta vulgo *Mauzac* seu *Mozac*, in pago Ricoinagensi sita, postea Cluniacensi ordini subjecta est, hodieque subsistit sancti Austremonii corpore illustrata.

ⁱ Laud., Bell. et Colb. a; *Elarius*, et sic passim, aut *Elarius*. Hoc caput Iudat Chronicon sancti Benigni Divionensis ex Gregorii libro de *Viris Illustribus* ubi Hilarii conjux appellatur *Quitta*; ibique

beatur, nemine vidente percussit. De quo excussa particula modica, tanquam æneus dirigit, ita ut nullum membrum posset ullatenus judicare, aut vocem emittere. Videntes autem eum pueri sic jacere, neciebant quid ei evenisset. Accedens vero unus eorum, cum eum interpellasset, nullum ab eodem responsum accepit ^a. Tunc ille, ut erat rigidus, in corde intelligens se damnatum, vovit dicens : Scio me præsumptuosum exstitisse, beatissime Confessor, sed devoti exegit ut præsumerem : et ideo si me dignaris absolvere, et ad propria cum tua gratia redire permiseris, in basilica has reliquias condens, festivitatem tuam devotissime annis singulis celebrare curabo. Cujus clausum murmur vir Sanctus intelligens, eum absolvit, et abire eum permisit incolumem. Qui veniens reliquias illas in ecclesia posuit, et Sancti festa per singulos 929 annos fideliter celebravit. Quodam autem tempore ad supradictam basilicam, in qua reliquie conditæ sunt, cum Avito episcopo accessimus. Quo cum sanctus pontifex jejunos ingressus fuisset hora quasi decima, omnes qui cum eo eramus, odorem liliorum et rosarum naribus hausimus, quod nobis beati pontificis præsinitum merito non ambigimus. Erat enim mensis nonus. Actum in vico Musiacas ^b.

CAPUT XLIII.

De Hilario Divionensi senatore.

Apud castrum Divionense Hilarius ⁱ quidam ex se-

dicuntur *sancti*, et parentes fuisse sancti Joannis abbatis Reomaensis, de quo infra, cap. 37. Quod disertè traditur in ejusdem sancti Vita, ab auctore subpre scripta, in sæc. ii Benedictino ad an. 539. Inficiatur tamen Cointius, ad an. 534, Joannem ab his natum fuisse. Eorum translatio memoratur in Martyrologio ins. die 1 Julii. — In cap. 42 et duobus sequentibus memorantur quidam sancti apud Divionem celebres, in variis basilicis prope urbem sepulti. Ibi autem cœmeterium primitus exstitisse constat, ubi sanctus Benignus sepultus fuerat. Et licet crypta super ejus tumulum exædificata fuisset, ignotus tamen erat loci incolis, imo et ipsi episcopo sancto Gregorio, qui revelatione divina didicit ibi jacere beatum martyrem, quod, uti habet Gregorius libro de Gloria mart., cap. 51, occasionem præbuit *magnæ* super cryptam basilicæ exædificandæ, in qua beatus antistes monachos constituisse dicitur sub Eustadii abbatis regimine. Vicina erat huic basilicæ alia sub sanctæ Pachelasie patrocinio, ubi ipsa jacebat. Nec procul aberat baptisterium sub utriusque sancti Joannis, Baptistæ scilicet et Evangelistæ, patrocinio, ab ipso Benigno, ut ferebant, consecratum, ubi et sanctimonialium congregationem exstitisse affirmat Chro nici Benigniani auctor. Hæc in ecclesia sepulti fuerunt sanctus Urbanus alique complures Liugonni episcopi, ex quibus celebres exstiterunt ipsemet Gregorius, et Tetricus ejus filius et successor. Qua autem in ecclesia sepultus fuerit primitus Hilarius cum ejus conjugè Quitta, et sancta Florida, non exprimit Gregorius, qui has omnes ecclesias uno nomine *basilicas* appellavit lib. iv Hist., cap. 16, in quas admissus hinc a Tetrico episcopo Chrammus, qui, Chlotarii patris metu fugiens, *intra muros Divionenses intrare permisus non fuerat*. Ex his hodie pæ duæ aut tres perseverant, sed intra urbis muros inclusæ. Quarum, et cæterarum urbis, princeps est basilica sancti Benigni cum adjuncto monasterio ordinis Benedictini ex congregatione Mauri. Altera sancto Joanni dicata est, paro-

natoribus habitavit, habens conjugem, ex qua et filios A
dicitur suscepisse (*Sæc. v, 28 Nov.*). Sed omnem
domum suam ita in castitate atque omni puritate tam
animi quam corporis excolebat, ut nullus ibi adulte-
rium exercere præsumeret, essetque impletum in hac
domo, quod dudum sancto repletus Spiritu Apostolus
prædicavit: *Honorabile connubium, et torus immacu-
latus* ^a (*Heb. xiii, 4*). Ille itaque tam inter dominos,
quam inter famulos castitate pollente, obiit vir ille:
qui qualis quantusque fuerit juxta sæculi dignitatem,
sepulcrum ejus hodie patefacit, quod mariore Pario
sculptum renitet. Quo defuncto, et juxta humanam
consuetudinem sepulturæ mancipato, mulier deducto
anni circulo ægrotavit, obiitque atque abluta est. Et
quoniam sepulcrum illud tam immensum erat, ut
ipam juxta imperium viri susciperet, amoto operto-
rio, dum locaretur in tumulo, subito elevata viri
[*Al. vir*] dextera conjugis cervicem amplectitur. Quod
admirans populus, deposito recessit 930 opertorio
cognovitque quæ eis castitas, qui timor in Deum,
quæ etiam inter ipsos dilectio fuisset in sæculo, qui
se ita amplexi sunt in sepulcro.

CAPUT XLIII.

De sancta Florida et Paschasia.

In hac autem basilica et sancta Florida ^b quiescit
(*An. . . , 10 Jan.*), quæ, ut ferunt incolæ, veste ma-
tata, religiosa valde fuit. Est haud procul et alia ba-
silica, in qua Paschasia ^c sancta quiescit (*An. 177,
9 Jan.*). Hæc fertur apparnisse structoribus basilicæ
sancti Benigni martyris, qui secus habetur, hortans
ut ad opus cceptum insisterent, scirentque se Marty-
ris adjutorio adjuvari. Quæ in basilicam suam regressa
nusquam comparuit.

chiali titulo insignita, sicut et tertia, hodie sub sancti
Philiberti nomine nota, Benignianæ proximior, sed
cujus origo incerta est. Benigniana autem basilica
restaurata fuit anno 1005 a Wilhelmo piissimo abbate,
cujus descriptionem habes in sæpe laudato ejusdem
loci Chronico. In illius parte orientali visitur crypta
cum oratorio sancti Joannis Baptistæ terno colum-
narum ordine fulto, cui supereminet octogoni operis
ædicula beatæ Mariæ nuncupata, sexaginta octo col-
umnis subnixæ. Quo autem ordine sæculo xi sanctorum
corpora in ea basilica disposita fuerint, ex eodem
Chronico discimus, ubi hæc leguntur: « Enstadus...
meruit sepulturam juxta corpus sancti Benigni mar-
tyris. Cui successit Tranquillus, (qui) sepultus est ad
dexteram partem sepulcri sancti martyris Benigni,
juxta sanctam Paschasiam, juxtaque eum posita fuit
sancta Florida. Ex altera vero parte juxta sanctum
Enstadum sepulcrum fuit sancti Hilarii senatoris
conjugisque ejus sanctæ Quintæ. » Hodie vero in ipsa
inferiori crypta visitur sepulcrum lapideum sancti
Benigni cum aliis tumulis circumpositis, sed ignoto-
rum. Sancti vero Martyris corpus in theca ditis-
sima inclusum a servatur; at cæterorum sanctorum
reliquiæ, excepto sanctæ Paschasie capite, vel
haecenus in terra sepultæ jacent, aut certe cum aliis
ignotis permixtæ sunt in capsis duabus ligneis auro
lucis, quæ in monasterii sacrario asservantur.

^a Colb. a, *honorare... et toros immaculatos.*

^b Ejus corpus prope sancti Benigni sepulcrum ja-
cuisse testis est auctor Chronici sancti Benigni. Nul-
lum lit de ea officium. Vide cap. 42, not. o.

^c Idem habet Gregorius supra, lib. i de Gloria

CAPUT XLIV.

De sancto Tranquillo episcopo.

In ^d hoc loco et Tranquillus beatus confessor re-
quiescit, super terram sepulcrum habens, de quo
magnum beneficium præstatur petentibus (*Sæc. vi,
15 Mart.*). Nam de mussulis ^e supernatis medicamina
populi promerentur, unde ego valde experimentum
tuli. Namque cum manus meæ minutis efferbuissent
pusulis, et dolores pessimos ob hoc graviter sustine-
rem, de hac mussula tactas, quiescente humore, pro-
tinus retuli sanas.

CAPUT XLV.

De Severino Burdegalensi episcopo.

Habet ^f et Burdegalensis urbs patronos venerabiles
B (*An. 400, 25 Octob.*), qui s episcopus 931 se virtutibus
manifestant, sanctum Severinum episcopum subur-
bano murorum summa excolens fide: et licet jam
dixerimus in prologo libri hujus, ut ea tantum scri-
beremus quæ Deus post obitum sanctorum suorum
eis obtinentibus est operari dignatus, tamen non puto
absurdum duci, si de illorum vita memoremus ali-
qua, de quibus nulla cognovimus esse conscripta.
Sanctus igitur Severinus, ut ipsorum Burdegalensium
clericorum fidelis ratio profert, de partibus Orientis §
ad eandem destinatur urbem. Dum autem iter age-
ret, et ecclesiam Burdegalensem Amandus ^h episco-
pus regeret (*An. 400, 18 Jun.*), apparuit ei Dominus
in visu noctis, dicens: Surge, et egredere in occur-
sum famulo meo Severino: et honora eum sicut
C honorari Scriptura sancta docet amicum Divinitatis;
melior est enim te, meritisque sublimior. Exurgens
autem Amandus episcopus, accepto bacillo in manu
sua, perrexit in occursum ejus, nihil de viro sancto

Mart., cap. 51. Hæc autem dicitur in Chronico sancti
Benigni *virgo et martyr, per ignem martyrio consum-
mata, postquam a sancto Benigno edocta ac baptizata
fuisset. Altare in ejus honorem construxit B. Guillel-
mus abbas sancti Benigni sæculo xi. Ejus translatio
consignatur die 1 Julii in Martyrologio ms., ubi et
ejus festum die 9 Januarii memoratur, qua die colitur
in variis Burgundiæ ecclesiis.*

^d Hoc caput deest in Clar. a. Laudatur tamen in
Chronico sancti Benigni, ubi Tranquillus Eustadio
monasterii Benigniani primo ablati successisse dici-
tur. Festum ejus nusquam celebratur, nec fuit epi-
scopus. De ejus sepultura vid. cap. 42 (in fine notæ i).

^e Bel., *mussulis*. Bad. et infra, *museo*; vulgo dicimus
de la mousse.

^f Hoc caput et quatuor seqq. desunt in Clar. a.

§ Hunc tamen Severinum ipsum esse putant, qui
Coloniensi ecclesie præerat tempore sancti Martini.
Cujus obitum divinitus, licet absens, cognovisse di-
citur lib. i de Mirac. sancti Martini, cap. 4. Quæ om-
nia fuse describuntur in sermone ab antiquo auctore
edito apud Surium die 25 Octobris, ubi plura de ejus
morte, sepulcro, et translationibus habentur. Qui-
dam autem Severinum hic memoratum e Trevirensi
episcopo ad sedem Burdigalensem transisse voluit,
quos refellit Coitius ad a. 597, n. 9. Vide Lopesii
Historiam.

^h Hunc ex Paulini epistola laudat Gregorius inter
sanctissimos præsules lib. ii Hist. cap. 13. Sed et ad
eum scripsit aliquot epistolas idem Paulinus, quæ
exstant. Ejus reliquiæ in ecclesia sancti Severini
conquiescunt.

sciens, nisi quæ Dominus revelasset. Et ecce sanctus A Severinus veniebat quasi obviam ei. Tunc appropinquantes sibi, ac propriis se nominibus salutantes, rruunt pariter in amplexus, deosculatique, fusa oratione, ecclesiam cum magno psallentio sunt ingressi. Quem deinceps in tantum dilexit ac veneratus est Amandus episcopus, ut eum in locum suum substitueret, ac ipse quasi junior habebatur. Denique post paucos annos, obiit beatissimus Severinus: quo sepulto, Amandus episcopus recepit locum suum, quem ei non dubium est per obedientiam redditum, quam in Dei Sanctum exercuit. Ex hoc incolæ, cognita ejus sanctitate, patronum sibi asciscunt, certi quod si quandoque urbem aut morbus obrepit, aut hostilitas obsideat, aut aliqua querela percellat, protinus concurrentes populi ad basilicam a Sancti 932 indictis B jejunii, vigiliis celebrant, devotissime orationem fundentes, et mox ab imminente calamitate salvantur. Vitam tamen hujus, postquam hæc scripsimus, a Fortunato presbytero conscriptam b cognovimus.

CAPUT XLVI.

De Romano ejusdem urbis presbytero.

Habetur in hoc territorio et sanctus Romanus presbyter, quem, ut scripta Vitæ ejus edoent, Martinus noster sepulturæ locavit (An. 582, 24 Nov.). Est autem sepulcrum ejus contiguum Blaviensi castello c super litus amnis Garonnæ, in quo sæpius naufragio perituros virtutis suæ salvat occursu, proclamantes inter fluctus torrentis undosi: Misere nostri, sancte Romane confessor Dei. Sed mox sedata tempestate, C optato littore potiuntur. Nec fas est tamen ullum perire naufragio, qui ejus basilicam amnis de medio contemplari meruerit. Quod et nos valde in grandi necessitate experti sumus. Nam cum imber creberimus per multos defluens dies, amnem Garonnam extra littora eiecisset, atque impellente vento validis fluctibus exundaret, elevarenturque fluctuum montes validi, qui non parvum intuentibus ingererent metum, exoratus beatus Confessor obtinuit, sicut credimus, virtutis suæ suffragio, ut compressis fragoribus, planum præberet fluminis alveum: et sic ingressi navem, ad ripam alteram sine periculo sumus devecti.

a Exstat etiam nunc apud Bordegalam, abbatix titulo decorata, quam olim canonici regulares Augustiniani, hodie vero sæculares obtinent.

b Hanc deperditam esse dicit Brouverus in ejusdem Fortunati Vita cap. 5.

c Ibi etiam nunc visitur abbatia sancti Romani, quam Augustiniani canonici regulares possident. De castro Blavio, vulgo *Blaye*, infra confluentes Garonnæ et Duranii, in diocesi Burdigalensi, vide Valesii notitiam Galliarum. Sigibertus ad annum 585, quem penultimum Gratiani imp. fuisse dicit, ac proinde annum 582, hæc habet: *In Gallia sanctus Romanus Blaviensis obiit...*

d An vicus *Bouliac*, seu, ut illi pronuntiant, *Vouliac*, vulgo dicitur, qui est inter duo maria, id est Garonnam et Dordoniam?

e Castrum est hodieque notum, vulgo *Riantium*, *Rions*, dictum, ad Garonnam positum supra Burdegalam.

f Bal., *claustrum*, mendose. Nam Clausum Pascha,

CAPUT XLVII.

De duobus presbyteris psallentibus.

Sunt etiam sub ejusdem territorii vico sepulti duo presbyteri (An....), ut res 933 ipsa declarat, egregiæ sanctitatis viri. Nam eos post sepulcra vivere, ipsius rei miraculum quæ geritur manifestissime doctet. In una quidem sunt sepulti basilica, sed e diversis parietibus. Nam unius eorum sepulcrum a parte Austri, alterius habetur ad Aquilonem. Igitur cum ad implendum officium clerici psallentium cœperint exercere, et, choris a se factis, Domino turba canora concinere, miscetur publico [Al., publica] vox utriusque psallentio: et unus quidem chorus unius vocis adiutorio adjuvatur, alius vero alterius vocis modulamine convalescit. Tantæque est suavitatis hujus concentus, ut audientium sæpe melleat attentos auditus. Prohantur et cum his pleraque indulgeri beneficia, si fidelis oratio præmittatur. Agitur autem hoc in vico Vo lollacensi d

CAPUT XLVIII.

De Ecclesia Reontiensis.

(Sæc. v.) Haud secus et Reontio e villa est in qua cum esset ecclesia Catholica, advenientibus Gothis, ad suam sectæ immunditiam eam transtulerunt. Est autem secus eam domus magna, eunque adveniret vigilia Paschæ, hic cum hæreticorum sacerdotibus parvulos in ecclesia nostra tinguebant [Mss., tingebat]; ut negato scilicet sacerdoti aditu baptizandi, facilius ad hanc sectam populus implicaretur. Sed ille sagaci intentione, dum ii in ecclesia nostra essent, hic præparato ministerio, in domo eorum baptizare cœpit, illis in ecclesia baptizantibus: sed præcurrente divina 934 ultione de infantulis quos ibi hæretici tinxerant, id est bis denos, nullus ad Clausum f pertingere potuit vivens. Quod videntes hæretici, et domum suam ecclesiam fieri timentes, presbytero suam ecclesiam reddiderunt. De his vero quos ille baptizavit, nullus eo tempore est defunctus, nisi quem Dominus post legitimam ætatem vocare dignatus est.

CAPUT XLIX.

De Justino et Misilino [Al., Similino] presbyteris.

Infra terminum autem Beorretanæ urbis, in vico Sexciacensi, sanctus Justinus g presbyter quiescit

id est Dominica in Albis, in Octava Paschæ hic designatur.

g Bel., *Justissimus*; alterum vero Laud., Col. a et Bell. Similinum in indice appellant. Sanctum Justinum episcopum eam sociis tribus *Begorra civitate* celebrant vetera Martyrologia die 1 Maii. Quia et Justinus confessoris, ejus corpus apud vicum Partiniacum in partibus Waconicæ servatur, vitam exhibet sed fabulosam, Labbeus tomo II Biblioth. novæ, pag. 579. Cujus festum ibi dicitur 5 Maii celebrari; eumque eundem esse cum Bigorritano censet Papebrochius die 1 Maii Bollandiani. Justinum et Similinum laudat Ferrarius die 17 Septembris ex Molani additionibus, quos in agro Turonensi ex Gregorio nostro celebres esse scribit. Hunc secutus est Saussayus in supplemento Martyrol. Gallieani, ubi et commemorat die 24 Maii Missotinum, qui in Tarbeusi ecclesia colitur. — Hujus Missolini, vulgo *saint Mesclin*, sepulcrum in maremoreum visitur pone majus altare ecclesie parochia-

(An... 1 Maii). Qui cum multis virtutibus polleat, sæpius ad sepulcrum ejus encergumeni declamantes mundantur. Hujus meritis ac sanctitate propinquus est Misilinus, qui ejusdem ordinis officium in Ecclesia habuit: qui apud Taluam vicum hujus territorii quiescit, similibus florens virtutibus.

CAPUT L.

De sancto Severo presbytero.

His urbe et termino sociatus ^a sanctus Severus ^b, et ipse presbyter ordinatus, nobili stirpe progenitus (An. 500, 1 Aug.). Nam in rure domus Sexciacensis, quod in ejus sessione subsistebat, ecclesiam ædificavit: exinde iterum in alia villa aliud ædificavit temp'um Dei, utrumque tamen sanctorum ^c reliquiis eommunivit. Cum autem dies ^d 935 Dominicus advenisset, celebratis missis uno in loco, ad alium pergebat. Erat autem inter utrasque ecclesias spatium, quasi millium viginti. Hoc ei erat opus per singulos Dominicis dies. Factum est autem quadam Dominica, dum hoc iter tereret, et velocius eornipedem calce verberans properaret, caput ejus ramus mespoli ^e arboris percuteret. At ille injuriam sentiens, ait: Arescere te jubeat Deus, cujus nutu de terra egressa es. Et confestim aruit arbor usque in ipsis virtutis suæ radicibus. Ille vero accedens quo ibat, celebratis solemnibus, fuit in eodem loco tribus diebus. Quarta autem die regressus, eum vidisset arborem aridam, ait: Væ mihi qui in amaritudine cordis maledixi huic arbori. Et ecce enim qualiter aruit. Et descendens prostravit se ad radices ejus, et ait ad Dominum: **C** Deus omnipotens, ejus nutu omnia gubernantur, ejus imperio non nata creantur, erecata vivunt, mortua reformantur: ejus salubre præceptum tenentes, vivere nos post mortem corporis hujus credimus per futuram resurrectionem, tu præcipe ut revirescat hæc arbor, et sit sicut antea. Et statim quasi

his sancti Joannis apud Tarbam quod, eum a biennio a vicariis generalibus illust. episcopi fuisset apertum, vacuum omnino repertum est. Supplicatio generalis totius cleri ipsius die festo 24 Maii celebratur. De Justino autem et vico Sexciacensi hæc accepimus post edita quæ ad librum de Gloria Confessorum observavimus. Haud procul a parochiali ecclesia vici Serciaci seu Sexciacensis, ut appellat Gregorius, vulgo *Sers*, visitur in monte edito vetus oratorium pene destructum cum cellulis duabus, sub Justini nomine Deo sacrum; ubi fortasse idem sanctus Gregorii temporibus quiescebat. Taluæ vicum nescio; Sersiacum autem in valle Baregiensi situm est in comitatu Bigorritano, sex circiter leucis ab urbe Tarba distitum.

^a In Clar. a, detrita priori scriptura, id substitutum est æquali manu, *Infra terminum Beorritanæ urbis*. Quod scilicet, uti videtur, relictis his verbis: *His urbe*, etc. Nullus esset sensus omisso præcedente capite. Hinc tamen patet ipsum data opera fuisse omissum.

^b Bal., *Severinus*. Hunc nonnulli post Rosweydam putant esse Severum Sulpicium beati Martini discipulum, qui præter Historiam sacram, et alia opuscula, etiam ejusdem sancti Vitam descripsit. Exstat in diocesi Tarbensi, *Tarbes en Bigorre*, monasterium sancti Severi, de Rostagno dictum, ut putant, a sancto Severo hic memorato. Et quidem filii revires-

per aliquam venarum dispositionem humor a terra consurgens, per totos arboris patulæ ramos uberi irrigatione diffunditur, laxansque nodos arentes, prurpentibus foliis, revixisse ab astantibus est mirata. Magna enim illi fuit virtus ac elemosyna, ita ut, sicut superius dictum est, de domibus suis ecclesias faceret, ac facultates suas in eibos pauperum erogaret. In una vero earum sepulcrum suum deposuit, in quo et sepultus est. Solitus erat namque flores liliorum tempore quo nascuntur, colligere ac per parietes hujus ædis appendere ^f.

CAPUT LI.

De lilio sepulcri ejus.

Unde qualis fuerit vita ejus in hoc sæculo, ita Domino cooperante 936 clarescit, ut evidentibus nunc prodigiis designetur. Igitur liliun, quod diximus ab eo collectum, atque in basilica sepulcri ejus positum, prætereunte tempore, laxatis deorsum florum foliis, arente eoma emarescit: et ita siccatum videtur, ut si contingatur manu, putetur in pulverem extemplo resolvi, totumque annum in hac ariditate perdurat. Adveniente vero die, quo Confessor migravit a corpore, in rediviva viriditate resurgit. Videasque foliis paulatim revirentibus ipsos flores attoni, et sine ullo aquæ ac telluris humore, in ea specie qua quondam fuerat, renovari. Et sic beatus Confessor profert novos flores e tumulo, qui eum sanctorum reliquis [*Al. reliquiis*] ut palma floret in cælo.

CAPUT LII.

De sepulcris quæ elevantur.

Sub termino quoque Vici Juliensis sunt tres presbyteri consepulti, ut fertur per antiquam relationem (An...), nullius consanguinitatis propinqui vinculo nisi tantum in amore Dei socii, e cælo fratres effecti, qui unius loci spatium, sepulcris juxta posi-

centis miraculum apud se patratum probant loci incola, non ex veteri solum traditione, sed etiam quod sculptum fuerit super veterem concham, in quo sacrum beati viri corpus, post primam ejus elevationem, ante annos 700 depositum est. Idem sancti Severi corpus cum aliis reliquiis combusserunt Calviniani an. 1575; monasterium vero hactenus subsistit ord. Benedictino sub congr. sancti Mauri additum, ubi sancti Severi festum celebratur die 1 Augusti. — Unus e nostris monuit memiraculum arboris quæ sancti Severi precibus aruit, et postea ad pristinum statum eodem orante restituta est, repræsentatum videri in sepulcro sancti supra memorato.

^c Sic Bell. et Colb. 2; cæteri vero, *duas ecclesias ædificavit, templum Dei sanctorum*, etc.

^d Nota ab uno presbytero binas missas Dominicis singulis dietas fuisse.

^e Bad., *mespuli*. Cæteri editi, *mespili*, quod re ipsa est hujus arboris nomen.

^f Mos fuit etiam primis Ecclesiæ sæculis aedes sacras, ac martyrum sepulcra floribus adornare. Ea de re Nepotianum laudat Hieronymus in ejus epitaphio, et Radegundem Fortunatus lib. viii epigram. 9. Ad id invitat fideles Paulinus poemate 14, et Augustinus miracula narrat, lib. xxii de Civ. Dei cap. 8, quæ per ejusmodi flores reliquiis sancti Stephani admotos facta fuerant.

tis, assiduitate miraculorum illustrant. Qui eum multorum annorum curricula in his ubi sepulti sunt loculis quiescerent, seissum nuper pavementum, quod calce atque comminuta testa quasi silex durissima fustum erat, unius sepulcri eademem apparuit. Quo pulvulum elevato, tellus seissa apicem alterius patefecit. Illoque emicante, secutus est tertius tumulus, qui nunc juxta initium ostensionis suæ gradatim elevantur super terram ^a. Sed nunc jam primus liber a mole terrena, liberum se visibus præstat humanis; dæo adhuc sequuntur, sed annis singulis proficiunt ad egressum. O admirabile mysterium Deitatis! quod artum sepulcrorum puritatem manifestat sæculo, dum prodit e pavimento, et præparat ad **937** resurrectionem non vermi non morturo ^b dandos, sed luci solis claritati æquandos, ac dominici corporis conformatione clarificandos. Sunt autem hæc sepulcra infra terminum quem superius diximus, apud vicum Atroam ^c.

CAPUT LIII.

De sepulcro Thaumasti episcopi.

Thaumastus ^d quoque, juxta expositionem nominis sui, admirabilis sanetitate, Momociaensis urbis fuisse fertur episcopus: de qua urbe nescio qua causa de motus, Pietavum oppidum petiit, ibique præsentem vitam, in bona perdurans confessione, finivit (*An...* 4 Jan.). Cui quæ sit merces in cælo, ad ejus ostenditur tumulum; eunque inhabitare paradisi prodit virtus egrediens de sepulcro: illudque in eo veraciter ostenditur, quod Dominus Jesus Christus in Evangelio Marthæ dicit: *Qui credit in me, etiam si moriatur, vivit* ^e: *et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in æternum* (*Joan.* xi, 25, 26). Ille ergo super terram sepulcrum habet ante ipsum atrium beati Hilarii. De quo tumulo erasus a multis pulvis, et haustus, ita dolori dentium febriumque medetur,

^a Canonizatio olim per elevationem corporis defuncti a terra fiebat, super quod altare erigebatur. Unde magnum sanetitatis indicium erat, si miraculo alienjuss sepulcrum a terra absque hominum ministerio elevabatur. Quod sancto Droetoveo primo sancti Germani a Pratis abbati contigit, ex ejus Vita, num. 18, sæc. 1 Aet. sanctorum ord. Bened., pag. 257: «Ursa ejus tumuli per aliquot annos commota paulatim super terram exegit altare. Habitationem quippe in terra viventium adeptus fuerat, morari inter ambitum terræ morientium penitus non debebat.»

^b Clar. a, cum Ed.: *Non vermi morturos dandos.*

^c Forte legendum *Atora*, seu *Atura*, unde nomen Vicius Julii accepit, quod hodieque revidet, vulgo *Ave*.

^d Hoc caput et quinque seqq. non habet Clar. a. Mss. omnes etiam Bad., *Theomastus*, præter Antuerpiensem, qui habet *Thomastus*. Nominis etymon quod Gregorius affert, nostram lectionem exigit. Munit est hunc sanctum nequidem in ecclesia sancti Hilarii Pietavensis celebrari, nec in titulis Pietoniensibus Ludovici Castanari, ubi solummodo in addendis habetur ex hoc Gregorii loco. Sepulcrum tamen ejus visitur in oratorio sancti Bartholomæi prope sancti Hilarii basilicam, et quidem celebre ob coheos dolores, quos in pueris sedare dicitur. De urbe vero Momociaensi diximus ad lib. ix Hist. cap. 29, quam Mogontiacensem

aut qui hauserit, miretur effectum. Nam ita hæc benedictio assidue expetit, ut jam in uno loco sarcophagus appareat transformatus.

CAPUT LIV.

De Lupiano confessore.

Infra ipsum Pietavorum terminum, qui adjaet civitati Namneticæ: **938** id est, in vico Ratiatensi ^f, Lupianus quidam in albis transiens requiescit (*Sæc.* iv, 11 Oct.). Ille fertur a beato Hilario antistite domum baptismatis suscepisse; sed mox, ut diximus, migravit a corpore. Cui a Deo honorum omnium largitore tanta est gratia attributa, ut ad ejus sepulcrum cæcus visum, paralyticus gressum, mutus mereretur eloquium.

CAPUT LV.

De Melanio Rhedonensi episcopo.

Melanius ^g autem Rhedonicæ urbis episcopus, post innumerabilium signa virtutum, jugiter intentus cælo emicuit sæculo: super ejus sepulcrum miram Christiani fabricam eelsitudine levaverunt (*An.* 530, 6 Nov.). Sed instinctu maligni, qui semper bonis adversatur operibus, quodam tempore ab igne comprehenditur. Palla etenim erat linea [*Ed.* ligrea], quæ sanctum Confessoris tegebat sepulcrum: illicet, ubi tignorum congeries flamma dominante truncatur, ruunt tegulæ eum ligaturis, et reliquo tecti apparatus. Una tamen e trabibus flammato capite impetu ruinae propulsa, super tumulum Sancti rait. Quæ non modo succendere pallam, verum etiam conterere inter se et lapidem sepulcri potuerat. Ruit insuper et imensa multitudo carbonum. Alia quoque vela, quæ vel parietibus vel ostiis dependebant, ad primum flammæ flatum exusta sunt. Hæc vero palla non solum non usta, verum etiam nec summo tenuis ab igne decolorata est ^h. Igitur expleto incendio, ingreditur populi eum ejulatu magno, et usque ad **939**

sem esse plerique volunt, Labbens et Castaneus Mimatesem. In tabulis geographicis veteris Gallia: supra Mosam fluvium habetur in Rhemorum finibus, *Momo iacum*, eo loco, ubi situs est Mosomagus, oppidum jam tunc temporis celebre, vulgo *Mouson*. At nusquam legitur ibi episcopum sedisse.

^e Ed., *mortuus fuerit vivet*.

^f Celebris fuit locus ille, qui pago nomen dedit, indeque nonnulli Pietonum antistites *Ratiatensis episcopi* titulum tulere. Variæ autem sunt sententiæ de hujus loci situ. Vide notitiam Gall. Valesii. Lupiani festum aliquot Martyrologia die 4 Januarii celebrant et translationem apud Clarummontem die 4 Julii, quem ideo suspicantur nonnulli fuisse Arvernum, et alium a sancti Hilarii discipulo.

^g Hoc caput deest in Colb. tut. Sanctus Melanius subscripsit concilio Aurelian. an. 511. Obiit an. 530, die 6 Novembris, quo apud Rhedones colitur, aut eerte an. sequenti, si verus obitus dies in Martyrologio Romano assignatur vii Idus Januarii. Vide Continuum ad an. 530, num. 7 et seqq., et Bollandum ad diem 6 Januarii, ubi ejus Vita exhibetur. Særum ipsius corpus asservatur in monasterio ejus nominis dicato ord. sancti Benedicti et eong. sancti Manri, cujus loci, uti videtur, abbas fuit Bertulfus, qui conc. Cabilouensi, an. 650, pro Durotero epi c. Redonensi subscripsit.

^h Laud. cum Ed., *adecorata est*.

sepulcrum Antistitis properant, inter fletus et lacry-
ras nova gaudia percepturi : removent desuper
tumulum ligna cum flammis, apprehensumque tumuli
velum, excussis prunis, mirantur omnes illæsum.

CAPUT LVI.

De Victorio Cenomanorum episcopo.

Victorius ^a Cenomanorum episcopus, magnis se
virtutibus sæpius declaravit (*An. 490, 1 Sept.*). Nam
ferunt quadam vice, dum civitas ipsa cremaretur in-
cendio, et validis globis flammæ huc illucque impel-
lente vento propellerentur, hic quasi pastor bonus
non perlerens ecclesiasticas easlas ab insidiis Satanæ
devastari, obviam se turbini obtulit, elevataque
manu, facto signo crucis e contra, illico omne cessa-
vit incendium, liberataque civitas gratias Pastori ^B
retulit, eo quod non permiserit res suas ab imminente
igne vorari. Et ad hujus sepulcrum sæpius infirmi
sanantur.

CAPUT LVII.

De Martino abbate Santonicorum.

Martinus Santonicæ urbis abbas, Martini, ut ferunt,
nostri discipulus, apud vicum urbis ipsius, in mona-
sterio ^b quod ipse post magistri dogmata ædificavit,
in pace quiescit (*An. 400, 7 Dec.*) : ad ejus tumu-
lum quidam [*Ed.*, quadam] e pagensibus manus
contractas deferens, retulit sanas. Alius qui exustus
humoris febre nervis, poplitibus intortis, gressu ca-
ruerat, ut ad sepulcrum sanctum prostratus est,
novum robur simuens, ariditate sublata, incolumis
relatus est, ^C 940 multos ibi deinceps serviens annos.
Hujus sepulcrum Palladius episcopus, cum non va-
luisset cum multis, opitulante adjutorio Confessoris,
cum quinque abbatibus movit, composuitque quo
voluit.

^a Victoro patri suo successit, a sancto Martino, cujus
discipulus fuerat, ordinatus. Sedit annos unum et
quadraginta, menses sex, dies decem, ante et post
obitum miraculis clarus, ut testatur auctor Gestorum
episc. Cenomanensium, cap. 6, tomo III vet. Analect.
Mabillon. editus, qui vetus auctor Vitam ejus-
dem sancti viri a se scriptam laudat. Interfuit concilio
Andegav. pro ordinatione Talasii an. 453, et Turon. I,
an. 461. Scripsit epistolam cum Leone et Eustochio
ad episcopos Lugdunensis Ecclesiæ quæ exstat. Obiit ^D
Kal. Septemb. Fausto juniore et Longino bis con-
sulibus.— Pater vero ipsius obiit die 25 Augusti.
Uterque sepultus est in ecclesia de Prato, quæ hodie-
que celebre est monasterium virginum Benedictinarum,
ubi in crypta subterranea, quæ aliquot abhinc
annis muro obstructa est, visebantur plerumque
præcorum Cenomanensium episcoporum sepulcra,
qui ibi circa sancti Juliani tumulum quiescebant.
Sanctum Victurium peculiarem suum patronum appel-
lat sanctus Bertrannus episc. Cenomanensis, in
Testamento suo, tomo III Analect. Mabillon. pag. 442,
ubi et sancti Victurii basilicam memorat, eam ipsam,
nisi fallor, quæ hodieque haud præsent ab abbacia de
Prato videtur, parochiali titulo donata.— Hoc caput a
sancto Odone Cluniacensi abbate laudatur in ser-
mone : Quod Martinus dici potuerit par apostolis, his
verbis : *Hinc est quod sancto Trojano Santonensi epi-
scopo in igne sanctus Martinus ostensus est.*

CAPUT LVIII.

De Bibiano ejusdem urbis episcopo.

Suburbano quoque urbis hujus Bibianus antistes
quiescit ^c (*An... 28 Jul.*) : ejus virtutum moles liber
qui jam de ejus Vita scriptus tenetur enarrat : nunc
autem exoratus, crebro languentibus tribuit hospita-
tem. Unde videtur ut de tantis miraculis vel unum fari
præsumam. Mulier enim ejus manus aruerant,
unguibusque jam sauciata [*Colb. 2, sauciata*], con-
tractis nervis, opus operandi perdiderant, ad Beati
sepulcrum devota prosternitur, factaque oratione,
manus redintegratas, laxatis digitorum filis, ad
agendas Domino gratias meruit elevare.

CAPUT LIX.

De Trojano ipsius civitatis episcopo.

Trojano item pontifex ipsius civitatis, huic con-
junctus cælo, vicinus est tumulo ^d (*An. 532, 30 Nov.*).
Magnæ enim virtutis fuisse dicitur hic sacerdos.
Quodam vero tempore, dum inter obscura noctium
tempora loca sancta, quæ tunc in circuitu urbis habe-
bantur, uno tantum subdiacono comite circuiret,
apparuit ei globus magnus luminis, quasi de cælo
descendens. Cognita autem vir Dei re, ait comiti :
Ne sequaris penitus, donec ego te vocem. At ille
terre devolutus, spectabat hand procul quendam
941 miraculi ageret Dei servus; erat enim ager
publicus in quo constiterat. Appropinquante vero
lamine, cucurrit sacerdos ad occursum ejus, et usque
ad terram se humilians, ait : Benedic, quæso, mihi,
beate pontifex. Cui ille qui advenerat, ait : Tu mihi
benedic, sacerdos Dei Trojane. Et dato sibi osculo,
facta oratione, locuti sunt diutissime simul. Subdia-
conus vero attonitus, spectans vidit lumen quod ap-
paruerat, eadem qua venerat via reverti. Vocatoque
ad se subdiacono, ait : Accede nunc, ut explicemus

^b Saliginense appellat Coitinus ad an. 752.

^c Sancti Bibiani, seu Viviani aut Vibiani festum
colitur die 28 Julii. Fortunatus lib. I, carm. 42, Leon-
tium Burdegalensem laudat ob consummatam ejus-
dem sancti basilicam, quæ ab Eusebio, tum ab Emerio
Santonum episcopis incœpta fuerat. In ea erat sancti
Bibiani sepulcrum, quod argento aureoque tectum
fuisse Leonitii et Placidie sumptibus idem auctor atte-
stat. Ecclesia sancti Viviani cum suburbio cogno-
mini hodieque subsistit. Exstat in vet. Ms. sancti
Petri Carnutensis epistola sub nomine sancti Augustini
ad Bibianum episc. Santonensem data, quæ edita est
a nostro Mabillon. in append. ad Litu gram Gallica-
nam; ubi respondet Augustinus litteris quas ei Bibia-
nus per Trojanum diaconum suum transmiserat.
Secundus est in vulgatis catalogis Santonum epi-
scopus.

^d Ed. : ipsius Sanctonicæ civitatis sancto Bibiano
huic. Apud Colb. tut. dicitur Trojannus, et Trophian-
us. Ipse est, uti videtur, qui ad Emerium Nanne-
tensem episc. scripsit epistolam de puero, qui in
baptizandis esset nesciebat. Unde colligit Coitinus, ad
an. 508, Trojanum Chlodoveo et prælio Vogladense
revertenti non occurrisse, quod nonnulli dicunt, cum
Petrus Trojani decessor eone. I Aurelian. subscripserit
an. 511. Alius est a Trojano diacono sancti Bibiani
in præced. nota laudato.

cœptum iter ad visitanda sanctorum loca. Tremens A caretur. Denique impenduntur totæ vires trahentium, sed non valent mutilare sepulcrum : frons cuncta sudore perfunditur, sed opus validum non impletur ; voces dantur hortantium atque dicentium : Eia, age, trahe funem, sed non movetur omnino sepulcrum. Quid plura ? Lassantur omnes in opere, et intercedente nocte petunt cuncti dare quietem. Illic ubi, transactis nocturnis tenebris, novum illuxit mane, anxius cogitatione sacerdos, rogat iterum procedere suos ad oratorium, ipse anticipans cunctos, ingrediensque invenit ipsum super ipsos quos composuerat lapides, omni firmitate subsistere. Admiransque Dominum glorificat, qui potenti virtute perfecit quod manus humana nequiverat. Horum tamen nomina nulli sunt revelata.

B

CAPUT LXI.

De sancto Nicetio Lugdunensi episcopo.

943 Nicetius ^e quoque confessor in urbe Lugdunensi, vir totius sanctitatis, conversationis castissimæ, charitatis eximix, vita perfunetus est (*An. 573, 2 April.*) Cujus eleemosynæ atque humanitates [*Ed. humilitas*] nec investigari tantum, nec enarrari a nol is possunt. Qui postquam beatum spiritum præmisit ad cælos, positus in feretro, ad basilicam in qua sepultus est ferebatur. Et ecce unus puerulus diuturna cæcitate gravatus, cum reliquis, plangens, adminiculo sustentante, sequebatur. Factum est autem cum gradetur, perlata est vox in aure ejus, secretius dicens : Appropinquare feretro, et cum subter ingressus fueris, protinus recipies visum. Ille vero interrogabat hominem qui eum trahebat quis esset qui hæc verba auribus suis inferret. Negat ille quemquam videre qui ei loquatur. Cumque bis et tertio hæc vox aures illius verberasset, cognovit aliquid novi gerendum, et se ad feretrum postulat duci. Accedensque, et inter albeantium diaconorum turbam perlapsus, quo jussus fuit ingreditur. Denique ut nomen Sancti in vocare cœpit, illico, reseratis oculis, lumen recepit. Post hæc puer erat assiduus in basilica ad sepulcrum Sancti deserviens, et lumen accendens : sed a quibusdam civitatis majoribus opprimebatur atque fatigabatur, ut nec victus alimoniam posset habere. Cumque sæpius hæc ad beatum imploraret sepulcrum, apparuit ei Sanctus per visum, dicens : Vade ad Gunthramnum regem, et ei quid patiaris diligenter enarra. Ipse enim tibi præbebit vestitum et alimentum, eripietque te de manu inimicorum. Denique hæc admonitione firmatus puer, ad regem accedens,

D

CAPUT LX.

De sepulcro divinitus amoto in eadem urbe.

942 Haud ^e procul ab hujus confessoris æde, erat oratorium parvulum, et in angulo unde arcus oriebatur erat magnus sarcophagus, in quo ferebatur sepultus fuisse duos, sponsum scilicet et sponsam ^d, qui post baptismum, in albis positi, a sæculo discesserant : hos etiam affirmabat antiquitas fuisse ex genere sancti Pietavensis Hilarii. Hoc ergo sepulcrum tali in loco situm, non modo pervium arcebat ingredientium, verum etiam qualiter paries, qui a stillicidio infusus fuerat, emendaretur, quia esset contiguus, inhibebat. Qua de causa Palladius pontifex civitatis, qui ex genere quondam divitis Palladii descenderat, remove ipsum a loco summo nitebatur studio (*An. 480*), ita ut, conjunctis amplius trecentis viris, eum funibus trahere et vectibus impellere conaretur, positus jam lapidibus, super quos hic sarcophagus lo-

^a Simili modo referente Joanne Diacono in libro IV Vitæ sancti Gregorii Magni cap. 69. Petrus diaconus cum videret invidios homines sancti pontificis memoriam obscurare velle, et jam iis instigantibus quosdam ex ejus libris combustos fuisse, reliquos vero simili sorte brevi damnandos, contestatus est publice in ecclesia se Spiritum sanctum sæpius vidisse beati viri libros suos scribentis capiti in modum columbæ insidentem. Quod ut verum probaret, ait sese in hujus rei testimonium mox animam efflatum, quod re ipsa contigit. Vix enim verba compleverat, cum in ipso ambone absque ullo dolore defunctus est.

^b Amphibalus, seu birrus, vestis erat villosa quæ assutum habebat capitium. Vide Cangii Glossarium. Et quidem sanctus Martinus tunicam suam amphibalo suo, id est veste superiori, retento, pauperi dedit, apud Sever. Sulpic. dialogo I.

^c Deest hoc cap. in Clar. a.

^d Nulla est horum apud Santonas memoria, ignoratur quoque oratorii situs, sicut et ecclesie sancti Trojani, cujus nullum superest vestigium.

^e Deest hoc caput cum seq. in Coll. III. Sancti Niceti Vitam infra has inter Vitas Patrum, cap. 8.

quæ suggestit obtinuit. Sed et nunc ad sepulcrum A beati Confessoris multa miracula Christo auspice tribuuntur. Nam et miserorum 944 ibi catenæ rumpuntur, cæci illuminantur, dæmones effugantur, sauitati redduntur paralytici, perferentes accessus febrium liberantur. In quo loco tam frequenter ostenduntur miracula, ut ex ordine scribi longum sit. Tamen retulit mihi vir fidelis quatuor ibi cæcos ante paucos dies fuisse illuminatos, et quod hominem quem claudum olim noverat, incolumem nuper aspexit.

CAPUT LXII.

De sepulcro Helii ejusdem urbis episcopi.

Dum quadam vice ad occursum supradicti pontificis ambulassem, et loca sancta Lugdunensis oppidi circuirem, vir ille qui nos præcedebat, ad cryptam B beati Helii^a invitat ad orationem, dicens, quia magnus sacerdos in hoc loco quiescit (An. 248). Cumque oratione facta Sancti tumulum admirarer, et tacitus de meritis ejus aliquid interrogare cogitarem, aspicio in ostio esse scriptum qualiter sepulcri violator cadaver spoliavit exanime. Inquirens vero causam, si hæc vera essent quæ in ostio picto cernebantur, vir mihi talia retulit: Sanctus Helius tempore paganorum in hac urbe fuit episcopus, qui defunctus sepultus est a fidelibus. Nocte autem sequenti veniens quidam paganus, lapidem qui sarcophagum tegebat revolvit, erectumque contra se corpus Sancti conatur spoliare. At ille, extensis lacertis, constrictum ad se hominem fortiter amplexatur, et usque mane, populis spectantibus^b, tanquam constipatum loris, ita miserum brachiis detinebat. Igitur iudex loci violatorem sepulcri jubet abstrahi, ac legali^c poenæ sententia condemnari; sed non laxabatur a Sancto. Tunc intelligens voluntatem defuncti, facta iudex de vita promissione, laxatur, et sic incolumis redditur. O vere sanctam ultionem pietate permistam! Retinuit hominem ut argueret, sed tradi non permisit supplicio, 945 quem jam reddiderat emendatum.

CAPUT LXIII.

De filia Leonis imperatoris.

Leonis^d autem Romani imperatoris filia, cum a spiritu vexaretur immundo, et per loca sancta duceretur, assidue clamabat nequam spiritus: Non hinc egrediar, nisi archidiaconus Lugdunensis adveniat; D et nisi ipse me de hoc vasculo, quod acquisivi, eji-

^a Laud. et Clar. a, *Helix*. Colb., *Elii*; et infra, *Helias*. In vulgatis catalogis locum habet ante Faustinum quem sanctus Cyprianus laudat in epist. 67, novæ edit. 68, an. 254 scripta, ad Stephanum papam contra Marcianum Arelatensem, qui sese Novatiano conjunxerat. Heliam et Faustinum in unum conflavit Severus in Chronologia episc. Lugdunensium.

^b Ed. plerique, *expectantibus*. Simile miraculum narrat Joannes Moschus Prati Spirit. cap. 78, ubi fur a virgine mortua quam spoliaverat dimissus non est, quin se monasticam vitam amplexurum spondisset. Ibidem, cap. 77, alius sepulcri violator cæcitate incurrit. Vide et Gregorii Magni Dialog. lib. III cap. 22.

^c Colb. a, et Clar. b, *legalis*. Sepulcri violatores

ciat, nullatenus hinc sum egressurus. Audiens hæc imperator, dirigit suos in Gallias. Quem illi repertum suppliciter exorant, ut enim eis ad visitandam puellam Romanam dignaretur accedere. Ille vero contradicens, et se indignum per quem Christus miracula ostenderet esse vociferans, admonitus episcopi sui consilio, eum eisdem missis iter dirigit^e et ad imperatorem veniens cum honore suscipitur. Audiens autem de infirmitate puellæ, se ad basilicam beati Petri apostoli confert: ibique, continuato cum vigiliis et orationibus triduo jejuniis, quarta die per invocationem Domini nostri Jesu Christi, et ercis vexillum, immundum spiritum a corpore puellæ depellit. Qua sanata, tria ei centenaria auri imperator offert: sed ille vir altioris spiritus caducas divitias pro nihilo respuit, dicens: Si me tuis muneribus locupletare desideras, illud quod cunctæ proluciet civitati largire. Tributum, ait, in tertio circa muros milliario populis cede, hoc utrisque animabus salubre beneficium erit. Aurum vero tuum necessarium non habeo, pauperibus illud pro tua tuorumque felicitate dispensa. Quod ille non abnuens, aurum pauperibus erogat, et tributum petiit civitati concedit. Unde usque hodie circa muros urbis illius in tertio milliario tributa non redduntur in publico. Post discessum vero beati archidiaconi, ait imperator suis: Si iste, inquit, Deum plusquam pecuniam diligit, digne ecclesia illa, cui talis minister obsequitur, nostris muneribus illustratur. 946 Tunc capsam ad sancta Evangelia recludenda, patenamque et calicem ex auro puro pretiosisque lapidibus præcepit fabricari. Quod, miro perfectum opere, per hominem creditum dirigit ecclesiæ. Sed nuntius ille inter Alpes positus, qui hæc exhibebat, ad aurificis cuiusdam domum divertit; cumque ab eo artifex sciscitaretur quid negotii gereret, rem secretius ac simpliciter pandit. Et ille: Si, inquit, meo consilio conviventiam præbueris, multa nobis hæc ratio poterit lucra deferre. Ad hæc ille, diabolo instigante, seductus, et, ut fertur inter rusticos sermo vulgatus, quod inhianti auro ac circumventionis fallacias inferenti sæpius animi conjunguntur, statim hujus consilii effectus est consentaneus. Tunc ille deceptor fecit similes de argento species, ut nihil aliud quam aurum purissimum putaretur, et sic opera quæ cum gemmis filisque aureis fuerant superposita studiosissime cum clavis affixit. Veruntamen calicem non comminuit, quia cataclyza^f in ipso fuerant solidata.

capite plectendos passim leges civiles pronuntiant. Complures ea de re videsis in Cod. Theodosiano.

^d Inter imperatores qui Romæ regnarunt, nullus Leo est appellatus. An hic Leo fuerit qui post sæculi v medium CP. imperavit, an quisvis alius, divinare non licet.

^e Colb. a, *missis dirigit*. Clar. et Colb. tut., *dirigitur*.

^f Clar. b, *Cataclipha*. Ille locus sic exponendus est, quia lapilli pretiosi solidius vasi inserti erant. Sic et vestes ex *cataclipsis*, seu potius *cataclipsis* dicebantur, in quibus gemmæ et lapides erant intexti, aut quæ opere phrygio adornatæ erant. Vide Cangii Glossarium.

Denique portitor cum hac fraude Lugdunum advenit, oblatisque muneribus, ab episcopo muneratur: regressusque ad socium, aurum de speciebus figuratum recipere flagitat. Artifex vero adhuc non esse totum paratum pronuntiat, sed sub ipsa expliciturum se nocte pollicetur. Exacta igitur cœna, cum in cellula qua hæc operabatur, pariter residerent, conensa subito a terræ motu super eos diruit, disruptaque terra sub pedibus eorum, ipsos pariter cum pecunia deglutivit, descenderuntque viventes ac vociferantes in tartarum, ultusque est Deus velociter de fraude Ecclesiæ suæ. Ego vero has species in ecclesia Lugdunensi sæpissime vidi. Sit hoc populis documentum, ut nullus res ecclesiæ aut appetere, aut fraudare nitatur. Nam aliter, videbit Dei iudicium super se velociter imminere.

CAPUT LXIV.

De muliere quæ Epipodii martyris calceamentum collegit.

947 Requiescit in suburbano murorum urbis ipsius mulier (An. 478), quæ dicitur collegisse calceamentum beati martyris Epipodii^a, quod de pede ejus cecidit, cum ad martyrium dueretur: ad ejus tumulum sæpius frigoritici cæterique infirmi sanantur. Erasum de tumulo ipso pulverem hauriunt incolumesque discedunt.

CAPUT LXV.

De alia muliere, cui vir pro oblatione apparuit.

Duos in hac urbe fuisse ferunt, virum scilicet et conjugem ejus, senatoria ex gente pollentes, qui absque liberis functi, hæredem Ecclesiam dereliquerunt; sed vir prius obiit, in basilica sanctæ Mariæ sepultus est. Mulier vero per annum integrum ad hoc templum degens, assidue orationi vacabat, celebrans^b quotidie missarum solemniam, et offerens oblationem pro memoria viri: non diffusa de Domini misericordia, quod haberet defunctus requiem in die qua Domino oblationem pro ejus anima delibasset, semper sextarium Gazeti vini præbens in sacrificium basilicæ sanctæ. Sed subdiaconus nequam, reservatum gulæ Gazetum^c, acetum vehementissimum offerebat in

^a De Epipodio egit Gregorius lib. 1 de Glor. mart. cap. 50. Ejus vero Acta dedimus inter sincera martyrum ad an. circ. 478. In his mulier hic memorata dicitur Lucia.

^b Nota loquendi modum, quo missa etiam a muliere *celebrata* dicitur. Observa etiam locum insignem ad probandum sacrificium pro requie defuncti procuranda. Denique ex hoc loco patet, non omnes qui offerrebant, aut sacrificiis intererant, semper Eucharistiam sacram in ea missa percepisse. Hinc merito Mabillonius, lib. 1 Liturg. Gallic. cap. 6, observationem in tractatum sancti Cypriani de oratione Dom. editoris Oxoniensis reprehendit, asserentis ignotam olim missæ solitarii sacerdotis communionem ex his sancti Cypriani verbis: « Quando in unum cum fratribus convenimus, et sacrificia divina cum Dei sacerdote celebramus, etc. » Celebrare enim missam dici potest etiam laicus, si solummodo missæ intersit, ut ex hoc et aliis Gregorii nostri locis patet.

^c Id est, *reservato... Gazeto*. De hoc vino vide notas in lib. vii Hist. cap. 29.

calice, muliere non semper ad communicandi gratiam accedente. Igitur eum fraudem hanc Deo placuit revelare, apparuit vir mulieri, dicens: Heu, heu, dulcissima conjux, in quid^d **948** defluxit labor meus in sæculo, ut nunc acetum in oblatione delibem! Cui illa: Vere, inquit, quia charitatis tuæ non immemor, semper Gazetum potentissimum obtuli pro requie tua in sacrario Dei mei. Expergefata autem admirans visionem, eandemque oblivioni non tradens ad matutinum secundum consuetudinem surrexit. Quibus expletis, celebratisque missis, accedit ad poculum salutare: quæ tam fervens acetum hausit ex calice, ut putaret sibi dentes excuti, si haustum seguius deglutisset. Tunc increpans subdiaconem, emendata sunt quæ nequiter fuerant^e defraudata. Sed nec hoc **B** miraculum sine operis boni merito gestum puto.

CAPUT LXVI.

De Memmio Catalaunensi episcopo.

Catalaunensis^f vero urbis proprius exstat patronus Memmius antistes, qui cum adhuc maneret in corpore mortali, mortuum dicitur suscitasse (Sæc. II, vel III, 5 Aug.). Ad ejus nunc sepulcrum sæpius contractas miserorum catenas atque compedes vidimus, sed et nos proprie virtutem ejus experti sumus. Quodam enim tempore, dum in urbe illa commoraremur, puer unus ex nostris a febre corripitur, fatigatur vomitu, ac cibum potumque simul exhorret: nobis vero magna consumptio generatur, quod hujus pueri infirmitas itineri nostro moras inieceret. Nec mora, basilicam Sancti adeo, sepulcro prosternor pro puero, effusis lacrymis deprecor, ut qui laborantibus vinetis, disruptis compedibus, respectu pietatis plerumque consolationem exhibuit, huic febrienti medelæ refrigeria ministraret. **949** Mirum dictu: in ipsa nocte a Sancti virtute visitatus infirmus mane facto incolumis surrexit a lectulo.

CAPUT LXVII.

De Lupo Tricassinorum episcopo.

Lupum^g antistitem apud Tricassinorum Campaniæ urbem sepultum (An. 479, 23 Jul.), nulli ha-

^d Colb. a et Clar. b, *inquit*, Colb. tut. in quo. In Ed. et aliquot Scriptis absolute, *defluxit*.

^e Clar. a, cum Ed., *excuti, quæ nequiter fuerat*.

^f Hoc caput deest in Clar. a. Auctor est Frodoardus, Memmium simul cum sancto Sixto Rhemorum primo episcopo a sancto Petro in Gallias missum fuisse. Hanc missionem sancto Petro tribuit quæque vetus auctor ejus Vitæ, qui sæculo vii floruisse dicitur; Anno tamen monacho Altivillaris in diocesi Rhemensi, qui sæculo ix floruit, visum est satis eam ad sanctum Clementem revocare. Vide Mabillon. Analect. tom. II pag. 86 et seq., ubi et de ejus inventione sub Carolo Calvo an. 868 agitur. Abbatia sancti Memmii, vulgo *saint Menge*, hodieque persistat prope Catalauni muros, primum a monachis, nunc a canonicis regularibus inhabitata.

^g Lupus^e monacho Lirinensi factus episcopus Trevarum cum sancto Germano Antissiodorensi in Britanniam transmisit contra Pelagianos decertaturus, ubi Verolamii synodo interfuit. Suam urbem, cui Attila Hunnorum rex excidium minabatur, libe-

betur incognitum : ad cujus basilicam Mauri a cujus-
dam servus, negligentia admissa, confugit; frendens
vero dominus ejus, de vestigio prosectus, ingressus
basilicam, nec oratione prostratus, blasphemias [*Al.*
blasphemans] in Sanctum evomere cœpit, ac dicere:
Etu tu, Lupe, servum meum auferes, et propter te non
licebit mihi in eum ultionem debitam exercere? Et
injecta manu servum trahere cœpit, dicens: Non
mittet hodie hic Lupus manum suam de sepulcro,
ut eruat te de manibus meis. Hæc dicente misero,
extemplo lingua quæ in Sanctum blasphemias effu-
dit, divinitus obligatur: atque mutatus [*Al.*, mutus]
homo debacchare cœpit per totam ædem, dans mu-
gitum ut pecus, sermonem ut homo non proferens.
Cumque hæc suis nuntiata fuissent, apprehensum
duxerunt ad domum suam. Uxor vero ejus multa
munera in basilicam posuit; sed hic tertia die cum
gravi cruciati vitam suavit. Quo defuncto, mulier
quæ dederat recepit, servus tamen permansit inge-
nuus.

CAPUT LXVIII.

De Aventino ministro ejus.

Hic antistiti famulabatur Aventinus b quidam re-
ligiosus (*An. 537, 4 Feb.*), ad quem post hujus obi-
tum captivi fecere 950 confugium, quorum domino
Aventinus pretium obtulit. Sed ille obligans se sa-
cramento ait: Nunquam hæc nisi in pago meo sum
accepturus. Deditque dexteram suam, quod si illuc
pecuniam transmitteret, iste confestim captivos a
vinculo servitutis absolveret. Transmisso itaque pre-
ravit. Complures ei epistolas Sidonius scripsit, a quo
episcopus episcoporum, Gallie pontificum facile prin-
ceps, vir sanctus, etc., non semel dieitur. Eumque
laudat epist. 4 libri vi, ob novem quinquennia in apo-
stolatu decursa. Ejus Vitam habet Surius die 29 Ju-
lii. Sepultus est in suburbana ecclesia sanctæ Mariæ,
postmodum sancti Lupi dicta, ob crebra miracula
quæ ad ejus sepulcrum fiebant. — Hæc ecclesia, sæ-
culo ix labente, a Normannis destructa, nova intra
urbem sub ejusdem sancti Lupi nomine paulo post
constructa est, in qua beati pontificis reliquiæ depositæ
suerunt. Sacello vero sancti Martini, quod e prima
ecclesia supererat, clerici aliquot præfecti fuerunt,
qui anno 1104 canonicorum regularium institutum
suscepere, quos anno 1155 imitati sunt canonici
novæ ecclesiæ sancti Lupi in urbe, jam quippe ibi
monachi defecerant. Et hæc fuit utriusque abbatæ
canonicorum regularium origo in urbe Trecensi. Vi-
desis Camozati Promptuarium. Porro non liquet quis
fuerit extremus beati Lupi annus.

^a Sic Mss. et Bad.; cæteri Ed., *Maurus*.

^b Hujus Vitam edidit Camozatus in Promptuario
Tricassino, et Bollandus die 4 Febr.; ubi sub sancto
Cameliano beati Lupi successore floruisse dieitur, et ab
eo ecclesiæ promptuarii præpositus. Hic vero extra
urbem recessit, ut sibi paulo liberius vacaret; dein
ad locum, Insulam dictum, quod Oza fluvio (*l'Oze*)
circumdaretur, ibique abbatem muere iunctus, tan-
dem sancto Fidolo (*saint Fale*) sibi substituto, circa
an. 534, in solitudinem prope Verreries secessit, ubi
anno 537 defunctus est. — Monasterii Insulæ situs
adeo incertus est, ut neque Camozato, neque aliis
viris eruditis, qui loca instraverunt, probe notus sit.
Celebre tamen olim fuit, ut patet ex Vita sancti Leo-
tis abbatis Mentuniaci, ibique sepultus fuit sanctus
M. Ianius episc. Trecensis. Præferenda videtur eorum
sententia qui putant esse oppidulum duobus circiter

lio, oblitus dominus fidei suæ, dum captivos absol-
vere dissimulat, ipse ligatur. Nam statim summitas
digiti de manu quæ fidem fecerat dolere graviter
cœpit: deinde paulatim dolor accrescens, per ma-
num brachiumque totum extenditur. Quid plura?
Truncatum ad ipsam juncturam cubiti brachium cum
(sic) eecidit, et hic spiritum exhalavit. Uxor vero ejus
post hæc voluit eos iterum ad servitium revocare;
sed capitis dolore percussa, virum secuta est. Et sic
hi in ingenuitate perpetua absque ullius scripturæ
munitione manserunt.

CAPUT LXIX.

De Marcellino episcopo.

Habet c et Ebredunensis urbs patronum propriam,
Marcellinum antistitem, per quem dum adhuc in
corpore moraretur, multa Christus miracula operâ-
tus est (*Sæc. iv, 20 April.*). Hic enim fecisse dicitur
lavacrum ad baptizandum, in quo Natale Domini do-
minicæ d cœnæ aqua dicitur divinitus exoriri. De quò
etiam ad aliud lavacrum, in quo consuetudo prisca
baptizari instituit, aqua defertur. Non tamen eun-
latur, ut de illis fontibus Hispaniæ supra retulimus
(*Cap. 24 de Glor. mart.*). Ad hujus ergo sancti se-
pulcrum lychnus assidue lumen præbet: sed accen-
sus semel multis noctibus sine ullo additamento per-
durat; et plerumque contingit ut extinctus a vento,
951 divinitus iterum accendatur. Ex quo olco ple-
rumque infirmi medicamenta suscipiunt.

CAPUT LXX.

De Marcello episcopo Decensi.

Fuit etiam et Marcellus Decensis e urbis episcopus
leucis distitum ab urbe, hodieque Insula (*l'He*) di-
ctum, ubi visitur prioratus monasterii Molismensis.
Cæterum sancti Aventini corpus beatus Vincentius,
tunc Trecearum episcopus, in ecclesia suburbana a se
constructa in loco ubi vir sanctus aliquandiu vixerat,
deposuit, ubi et ipse postea sepultus est. Hodie pa-
rochicæ titulo sub sancti Aventini nomine gaudet,
ejusque reliquias possidet, quas tamen in cathedrali
ecclesia alii asservari contendunt. Vide Coimtum ad
ann. 486 et 557.

^c Deest hoc caput in Colb. tit. Sancti Marcellini
Acta post Monbrium edidere Bollandiani 20 Maii,
ubi dicitur a sancto Eusebio Vercellensi consecratus
episcopus, Ebredunensem ecclesiam, quæ Alpium
Maritimarum metropolitana est, instituisse. Socios
habuit Dominum et Vincentium, qui apud Dianam
quiescunt. Eos Wandelbertus simul jungit in Marty-
rologio, in aliis tamen variis diebus celebrantur.

^d Editi, *Domini et dominicæ*. Pith., *Natale domini-
cæ cœnæ*, id est, in solemnitate Cœnæ dominicæ. Co-
dex tamen ad quem editum suum contulit, ut cæteri,
habet *Domini, dominicæ*. Unde suspicor id solum-
modo ex conjectura emendatum a Pithæo fuisse.

^e Colb. 2, Clar. a et Bad., *Diensis*. Utraque lectio
bona, dicitur hodieque *Die* in Delfinatu sub metro-
poli Viennensi, cujus sedes diu Valentina unita,
paucis ab hinc annis divisæ sunt, et utrique urbi suis
datus est episcopus. Marcellus vero circa sæculi vi
initium floruit. Ejus basilica cum monasterio sibi
adjuncto Cluniaensis ord. extra urbem sita, sæculo
proxime elapso a Calvinianis hæreticis destructa est.
Inde monachi in urbem translati ibi hodieque perse-
verant. Sancti Marcelli Vitam sanctus Ulfinus, qui
sæculi viii initio Diensem ecclesiam rexit, soluta ora-
tione scripsisse dicitur. De eo Martyrolog. Romanum
et Bollandiani ad d. cum 9 Aprilis.

magnificæ sanctitatis, ad cuius nihilominus tumulum A Cui etiam si ab ardore febris interdum sitis accederet, aquam tantum, nihil aliud hauriebat. Quid plura? In hac ægrotatione integrum ducit annum; sed mens prava non flectitur. Interea labitur caesaries enneta eum barba, et ita omne caput remansit nudum, ut putares eum olim sepultum, nuper ejectum fuisse post funera de sepulero. His et talibus miser afflictus malis sero recogitat, dicens: Peceavico quod exspoliaverim Ecclesiam Dei, atque episcopo sancto intulerim injuriam. Nunc autem ite quantocius, et reddita villa, sexcentos aureos super tumulum Sancti deponite; est enim mihi spes quod res reddita tribuat ægrotanti medelam. Quod audientes homines ejus, accepta pecunia, fecerunt sicut eis fuerat imperatum. Reddiderunt agrum, solidosque super sepulcrum servi Dei posuerunt. Sed cum hoc fecissent, statim ille in loco quo erat spiritum exhalavit; lueratusque est detrimentum animæ per ademptionem acquisitionis iniquæ. Episcopus autem obtinuit ultionem de inimico 953 Ecclesiæ, quam promiserat futuram per Athletæ Dei virtutem.

CAPUT LXXI.

De Metria Aquensium confessore.

Aquensibus (vulgo *Aix*) etiam est concessus inclytus athleta Metrias ^a, vir in corpore, juxta historiam actionis (13 Nov.) magnificæ sanctitatis, et licet conditione servus, liber tamen justitia: qui, ut ferunt legentes certaminis ejus textum, peracto cursu boni operis a sæculo victor abscessit, sæpius se in cælis degere virtutibus manifestis ostendens. Tempore igitur quodam cum Franeo episcopus hujus municipii ecclesiam gubernaret (An. 566), Childericus, qui tunc primus apud Sigihertum regem habebatur, villam ejus competit ^b, dicens, quia injuste ab Aquensi ecclesia retineretur. Et dicto eitis convenitur episcopus: datisque fidejussoribus, in præsentia regis assistit, clamans et obsecrans ut rex ab hujus causæ audientia præsentiam suam averteret ^c, ne cælesti judicio condemnatur, addens: Seio enim virtutem Metriæ viri beati, quod velociter in pervasorem suum irrogat ultionem. Denique conjuncti auditores ^d causam discutunt. Insurgit Childericus, atque improperans eriminibus exacerbatum ^e episcopum, quod res fisci ditionibus debitas iniquo ordine retineret, extrahi eum vi a 952 judicio jubet; et tentum, ablata per judicium præsentium villa, trecentis aureis condemnavit. Favebant ei omnes, nec quisquam contra voluntatem ejus audebat decernere, nisi quod eidem libuisset. Denique condemnatus spoliatusque sacerdos ad urbem rediit, atque prostratus in orationem coram sepulcro Sancti, dicto psalmi capitello, ait: Non hic accendetur lumen ^f, neque psalmodiarum modulatio canetur, gloriosissime Sancte, nisi prius ulciscaris servos tuos de inimicis suis, resque tibi violenter ablatas Ecclesiæ sanctæ restituas. Hæc eum lacrymis effatus, sentes cum acutis aculeis super tumulum projecit; egressusque clausis ostiis similiter in ingressu alias collocavit. Nec mora, corripitur pervasor a febre, decumbit lectulo, exhorret eibum, fastidit et potum, profert æstuans juge suspirium.

^a Alii, *Mitrias*. Clar. b, *Menas*; et infra, *Metri*.

^b Competere est rem alienam occupare. Jude Gregor., lib. iv, cap. ult., *rerum alienarum competitor* dicitur qui eas invadebat.

^c Colb. tut. et aliquot Ed., *ad..audientiam... averteret*. Bal., *adverteret*.

^d Sic Colb. 2 et Clar. b; cæteri, *adjuutores*.

^e Colb. a, et Clar. a, *exacerbatur*. Bell., *crimini-busque exacerbatur*.

^f Idem fecit sanctus Elgius ex ejus Vita a sancto Andoeno, lib. 1, cap. 30. Cereos ante sancti Stephani reliquias accensus memorat Evodius in libris de Miraculis sancti Stephani apud Augustinum.

^g Sic habent Mss. et Editi, quos vidi, excepto unico Clar. a, qui habet *Servatius*, cui consentit Codex sancti Laurentii Leodiensis, qui huic ecclesiæ oblatus est in ejus dedicatione a Regina Leodiensi episcopo, facta an. 1034, ut observat Henschenius in Exege i de episcopatu Trajectensi, ubi *Servatii* nomen

B super sepulcrum servi Dei posuerunt. Sed cum hoc fecissent, statim ille in loco quo erat spiritum exhalavit; lueratusque est detrimentum animæ per ademptionem acquisitionis iniquæ. Episcopus autem obtinuit ultionem de inimico 953 Ecclesiæ, quam promiserat futuram per Athletæ Dei virtutem.

CAPUT LXXII.

De sancto Arvatio Trajectensi episcopo.

Arvatus ^g vero Trajectensis episcopus, tempore Chunorum, cum ad irruendas prorumperent Gallias fuisse memoratur (An. 450, 13 Maii); qui et sepultus refertur juxta ipsum pontem aggeris publici ^h: circuejus sepulcrum quamvis nix delluxisset, nunquam tamen marmor quod super erat positum humectabat; et eum loca illa nimii frigoris gelu ligentur, e nix usque in trium et quatuor pedum erassitudine terram operiat, tumulum ullatenus non attingit. Datur enim intelligi verum Israelitam hunc esse. Nam illis [*Forsan*, illi] inter muros aquarum aquæ non sunt perniciosi, sed salutis; et circa hujus justitiam nix decidens, non humoris causa est, sed honoris. Videasque in circui montes niveos elevari, nec tamen attingere terminum monumenti; et non miramur si terra operiatur nive, sed admiramur quod attingere ausa non est locum beati sepulcri. Nam plebsque devotio studiumque fidelium oratorum construebant de tabulis ligneis levigatisque: se protinus aut rapiebantur a vento, aut sponte ruc

D esse retinendum pluribus contendit. Codex tamen sancti Dionysii sæculo viii scriptus, quem penes s habebat, *Arvatus* exhibet, ut monuit me vir Cl. Daniel Papebrochius. Sic et habet Codex Floriacensis in capitulo indice: *De Arvatio Trajectensium episcopo*. Vide quæ observavimus ad caput 5 libri Hist. et ad cap. 1 Fredegari Epitom. Porro hæc prim occasione Tungrorum episcopum Trajectensem nuncupatum fuisse observat Valesius; Bad. tamen, et Clar. a, alt. manu, hic habent *Tungrensium*.

^h Aggeris publici nomine designari viam publicam seu militarem lapide vel silice stratam probat Altoserra in cap. 5 lib. 11 Hist. ex l. 4 et 5 Cod. Theodo. Sulpicius Sever., dial. 2, cap. 4, sic loquitur: «*Per aggerem publicum plena militatibus viris fiscalis rheda veniebat.*» Agger dicitur quoque sepius generis publicis aut fluvii impositum ad continendas ripas. Servio est media pars viæ publicæ elevata, et lapide strata. Unde et viæ militares stratae dicitur

bant. Et credo ideo ista fieri, donec veniret, qui dignam ædificaret fabricam in honorem Antistitis gloriosi. Procedente vero tempore adveniens in hanc urbem Monulfus ^a episcopus (An. 550), templum magnum in ejus honorem construxit, composuit, ornavitque, in quod multo studio et veneratione translatum corpus magnis nunc virtutibus pollet.

CAPUT LXXIII.

De cœmeterio Augustodunensis urbis.

954 Cœmeterium apud Augustodunensem urbem Gallica lingua vocitavit ^b, eo quod ibi fuerint multorum hominum cadavera funerata: inter quæ quod sint quorundam fidelium dignarumque Deo animarum sepulcra, frequens occulti psallentii mysterium docet; cum plerumque multis appareant, in ipso vocum præconio reddentes omnipotenti Deo gratiarum debitam actionem. Nam audiivi quod duo ex incolis loci, dum loca sancta orandi gratia circumire dispoherent, audiunt in basilica sancti Stephani, quæ hinc conjungitur cœmeterio, psallentium sonum: admirantesque dulcedinem moduli, appropinquant ad ostium templi, autumantes a quibusdam religiosis vigiliis celebrari. Inredientes autem, et orationi diuissime incumbentes, consurgunt, psallentium chorum conspicunt; nihilque lucere per templum, nisi propria claritate cuncta prospiciunt splendere: de personis vero nullam prorsus agnoscunt. Denique cum essent attoniti et stupore percussi, unus de psallentibus accedit ad eos, dicens: Exsecrabilem rem existis, ut nobis arcana orationum Deo reddentibus esse præsumeretis. Discedite ergo, et a domibus vestris ^c absecidite, alioquin ab hoc mundo migratis. Ex quibus unus discedens abiit; alter vero qui loco remansit, post non multos dies a sæculo immigravit.

CAPUT LXXIV.

De sepulcro Cassiani episcopi.

955 In hoc cœmeterio vidi beati Cassiani sacerdotis magni sepulcrum ^d a multis infirmis erasum, quod pene transformatum eo tempore putabatur (Sæc. 5 Aug.). Abluuntur enim ex hoc pulvere ægroti, et protinus virtutis magnitudinem sentiunt. Ibi et Simplicius (Vid. cap. 76) ipsius, ut aiunt, urbis epi-

^a Sedit inter sanctos Domitianum et Gundulfum, de quo plura Herigerus, Ægidius Aureavallis, etc. Vide Anselmum in præmissis ad tom. VII Maii Bollaniani, et Coimium ad an. 550.

^b Est tamen vox e Græco derivata κοιμητήριον, quasi dormitorium. Mss., *cimiterium*. Porro hodieque ad procul ab Ædua urbe visitur cœmeterium, ubi ens lapideorum sepulcorum numerus superest, cum ecclesia, aut potius ecclesiæ sancti Stephani muris, que tecto. Ibi Petrus Ladoneus sanctorum Rhetici, Cassiani, Simplicii aliorumque Augustodunensium sepulcorum tumulos exstare scribit. Vide notas in p. seqq.

^c Sic Colb. tut. At Colb. a et Clar. a, *vestris*. Cæ Mss. et Ed., *ad domos vestras*.

^d Vidit et illud sanctus Germanus episc. Antissiodori, cum sanctus Cassianus gloriam suam revelasset, sese ac plebem precibus commendavit beatis istis, ut narrat Constantius Vita lib. II, cap. 6. In

A scopus est sepultus, cui crimen adulterii sæva popularum objecit insania.

CAPUT LXXV.

De Riticio episcopo.

Sed quia de his aliquid proloqui juvat, prius de sancto Riticio ^e, quia prior obiit, sermo habendus est. Fuit autem nobilissimis parentibus et litterarum acumine clarus (An. 514, 19 Jul.), qui, transacta adolescentia, uxorem simili morum honestate præclaram sortitus est cum qua spiritualis dilectionis continentia, non luxuria copulatur. Concurrent elemosinæ, vigiliæ celebrantur, et opus Dei per eos incessabiliter exercetur. Igitur longa post tempora mulier declinans caput ad lectulum, beati viri acribus extrema profert verba, dicens: Deprecor, piissime frater, ut post discessum meum, percurso ævi tempore, in illo quo ego collocor sepulcro ponaris, ut quos unius castitatis dilectio uno conservavit in toto, unius retineat sepulcri consortium. Hæc effata, lacrymans spiritum emisit ad cœlos. At Riticius episcopatum Augustodunensis urbis populo eligente **956** sortitur: qui talem se præbuit in religione, ut morum bonitas pontificatus gratiæ æquaretur, et ad diem obitus per diversos gratiarum spiritualium gradus plena perfectione consummationeque veniret. Quo abluto et super feretrumposito, movere ipsum non queunt officia famulantium. Tunc in stupore mentis defixi, audiunt a quodam sene, virum dominam conjurasse ut cos unius sepulcri amplitudo susciperet: sermone vero percurso, confestim sustollitur feretrum, allatoque eo prope sepulcrum, resumit sacerdos spiritum. Alloquitur sociam dicens: Recordare, dulcissima conjux, quæ nobis fueras deprecata. Nunc suscipe expectatum diu fratrem, et conjungere artibus impollutis, quos non luxuria polluit, sed castitas vera mundavit. Hæc eo dicente, mirum in modum commotum sepulcrum, uno in loco ossa virginis conglobantur: beatus vero Sacerdos, receptus in pacis somno hujus sepulcri tectus est opertorio ^f. Huic Cassianus, ejus supra meminimus, successit. Post hunc Egemonius cathedram pontificatus assumpsit ^g.

^d hoc autem cœmeterio hodieque sancti Cassiani sepulcrum habetur in oratorio ipsius nomini sacro. At nulla ibi sancti Simplicii memoria, ejus forte sepulcrum eum cæteris commistum est.

^e Colb. tut., *Aricio*, et infra *Aricius*. Celebris est Rheticius in Historia ecclesiastica, qui a Constantino Magno in causa Donatistarum iudex datus fuit. Subscripsit eonc. Arelatensi 1, anno 514. Eum ejusque opera passim laudant Hieronymus, Augustinus, Optatus, etc.

^f Juxta cœmeterium capp. præced. laudatum habetur ecclesia parochialis sancti Petri de Strada (*de l'Etrier*) dicta, in qua visitur sepulcrum beati Antistitis sub fornice parvo in muro ecclesiæ cavatum, cum hæc recenti inscriptione: SCS RHETITIVS EPS AEDUENSIS CCCXIV.

^g Habemus in vetustis Mss. Codd. Vitam sancti Cassiani, soluta et stricta oratione descriptam, in qua Rheticio Egemonius, et huic Simplicius successisse

CAPUT LXXVI.

De Simplicio episcopo.

Quo decedente, beatus Simplicius ecclesiæ ipsi præponitur ^a (An. 361, 24 Jun.). Fuit autem de stirpe nobili, valde dives in opibus sæculi, nobilissimæ conjugi sociatus: his fuit castissima, obtegente sæculo, vita, soli Deo cognita, mortalibus tamen ignota. Erant enim ambo justis et in eleemosynarum semina ac vigiliarum tolerantiam valde promptissimi. Interea propter illam, ut diximus, 957 sæculi dignitatem, Simplicius, decedente Egemonio, a populis eligitur, sed a Deo pro castitatis et sanctitatis gloria destinatur. Accepto quoque pontificatus ordine, beata soror, quæ prius fuerat non libidine, sed castitate viro conjuncta, non passa est a stratu pontificis submoveri; sed in illa puritatis castitate, qua prius, viri castissimi torum adibat, secunda de conscientia mentis sanctæ, sciens se uri non posse ab inveniendi ignis ardore. Sed sæva dæmonis invidia contra sanctos Dei probrosa excitat bella, et quæ instinctu suo destruere non potuit, nititur verbis subdolis infamare. Quid plura? In illo deminisci Natalis die commoventur cives in scandalum, et ad beatam Virginem rapido cursu concurrunt, dicentes: Incredibile est mulierem viro junctam pollui non posse, sed nec vir poterit artubus mulieris junctus a coitu abstinere. Sic etenim Solomonis proverbium proferunt: *Nemo, ait, tangens picem mundus poterit esse* (Eccli. xiii, 1). Neque enim in sinu ignem quis gestiens non cremabitur. Ergo videmus vos uno in toro recumbere, et suspicari aliud non possumus, nisi misceremini simul. His commota Virgo sanctissima, aggreditur Pontificem simili castitate pollentem, replicatque coram omni populo sermonibus quos audierat, puellam, quæ tunc plenam, ut assolet, pro injuria hiemis arulam cum carbonibus retinebat, vocat ^b; expansoque pallio prunas ardentes suscipit, et fere horæ unius spatio tenens, sacerdotem evocat, dicens: Accipe mitiorem solito ignem, nequaquam tuis velaminibus nociturum, ut ostendant in nobis hæc flammæ extinctas flammæ esse luxuriæ. Suscipiente vero Pontifice, nihil nocitum est velamen ejus ab igne. Hoc miraculo populus, qui erat tunc incredulus, credidit Deo, et inter septem dies amplius quam mille homines sacri innovatione lavacri sunt renati. Quos

dicuntur. Cassianus vero in Ægypto natus, ibique Oriensis episcopus factus tempore Joviani imp. refecta sede in Gallias venit, ubi a Simplicio Æduensi episcopo susceptus est, eique successit. Obiit sæc. iv labente. Unde emendandum videtur hic Gregorius, qui Cassianum Egemonio et Simplicio præponit. Et quidem Simplicius inter episcopos recensetur, qui anno 346 concilio Coloniensi contra Euphratam ejusdem urbis episcopum dicuntur interfuisse; proindeque ante Cassiani adventum sedebat, qui Joviani tempore, id est an. 363, factus est episcopus. Si tamen quis maluerit Cassiani vitam ex Gregorio reformare, non refragabor.

^a *Vir summæ simplicitatis atque charitatis appellatur a Constantio in Vita sancti Germani Antissiod., lib. 1, cap. 5.*

A suscipiens Ecclesia, gaudens cœlesti regno per hostes milites complavit.

CAPUT LXXVII.

De simulacro Berecynthiæ.

958 Ferunt etiam in hac urbe simulacrum fuisse Berecynthiæ, sicut sancti martyris Symphoriani passionis declarat historia ^c. Hanc cum in carpento pro salvatione agrorum ac vinearum suarum miseris gentilitatis more deferrent, adfuit supradictus Simplicius episcopus, non procul aspiciens cantantes atque saltantes ^d ante hoc simulacrum: gemitumque pro stultitia plebis ad Deum emittens, ait: Illumina quæso, Domine, oculos hujus populi, ut cognoscant quia simulacrum Berecynthiæ nihil est. Et factis signo crucis contra, protinus simulacrum in terram ruit: ac defixa solo animalia quæ plastrum quo hoc vehebatur trahebant, moveri non poterant. Stupens vulgus innumerum, et deam læsam omnis eorum conclamat: immolantur victimæ; animalia verberantur, sed moveri non possunt. Tunc quadringenti de illa stulta multitudine viri conjuncti simul aiunt ad invicem: Si virtus est ulla deitatis, erigatur sponte jubeatque boves qui telluri sunt stabili procedere. Certe si moveri nequit, manifestum est nihil esse divinitatis in ea. Tunc accedentes, et immolantes unum de pecoribus, cum viderent deam suam nullatenus posse moveri, relicto gentilitatis errore, inquisitoque antistite loci, conversi ad unitatem Ecclesiæ cognoscentes viri [*Leg. veri*] Dei magnitudinem sancto sunt baptismate consecrati.

CAPUT LXXVIII.

De episcopo super cujus pectus agnus apparuit.

Sed quoniam superiore capitulo exposuimus qualiter castitas diligentes Deum ornaverit, venit in memoriam quæ Felicem ^e Namneticum referentem dum de his confabularem, audivi. Agebat enim fuisse antistitem 959 in civitate sua cum conjuge sed cum ad honorem sacerdotii accessisset, lectulum juxta ordinem institutionis catholicæ sequestravit: quod mulier valde molestum tulit. Cumque diebus singulis cum eo ageret, ut in uno stratu quiescerent nec acquiesceret pontifex rem tam improbam, quam canonum decreta non admittebant, quadam die accensa furore, ait intra se: Non puto esse absque

^b Sic Colb. 2 et Bell. Ed. vero, *audierat, arculam puella tunc... hiemis cum... vocat puellam.*

^c Hanc dedimus inter Acta mart. sincera, ad an. circ. 180, ubi locus hic laudatus habetur num. 2. Gallorum veterum morem fuisse observat Sulpicius Severus in Vita sancti Martini deorum simulacra per agros circumferendi. Sed et passim ejus rei occurrunt exempla in Hist. Romanæ scriptoribus.

^d Sic Cl. a., SB. et Pith. At Bell. et Colb. 2, *psaltantes*. Ed., *psallentes*.

^e De Felice Namnetico episc. passim egit Gregorius in Historia. Vide lib. v, cap. 5.

^f Hoc nempe canonibus compluribus sancitum erat. Vide lib. 1 Historiæ cap. 39, et Greg. Magni lib. 19 Dialog. cap. 20. Hinc natæ voces, episcopa, presbyteria, diaconia,

aliqua conscientia viri mei quod ab amplexu ejus taliter sum repulsa; sed ibo et videbo, ne forte alia mulier cum eo decumbat, pro cujus me amore despiciat. Et statim adfuit in cubiculo episcopi, invenitque eum post meridiem dormientem. Accedensque ante lectulum ejus, vidit agnum immensæ claritatis super pectus ejus quiescentem. Tunc timore perterrita, velociter se a lectulo sancti removit, nec adjecit ultra quærere quid vir Deo plenus ageret in oculis; sed cognovit manifestissime illud cum servis Dei impleri, quod ipse Dominus suis fidelibus est polliceri dignatus, dicens: *Ecce ego a vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi* (*Math. xxviii, 20*).

CAPUT LXXIX.

De Remigio Rhemensium episcopo.

Remigius vero Rhemensis urbis episcopus ^b (*An. 555, 13 Jan.*), qui, ut ferunt, septuaginta aut eo amplius in episcopatu annos explevit, et oratione sua defunctæ cadaver puellæ obtinuit suscitari, plerumque infirmis sanitatum gratiam porrigit, et in pervasores sæpissime ultor existit. Erat autem haud procul a basilica ^c campus tellure fecundus, tales enim incolæ oleas ^d vocant, et hic datus basilicæ sanctæ fuerat: quem unus ex civibus pervadit, despiciens hominem qui eum loco sancto contulerat. Qui cum ab episcopo ac loci ^e **960** abbate crebro conventus fuisset, ut quæ injuste pervaserat, redderet; parvipendens verba quæ audiebat, pertinaci direpta defensabat intentione. Denique causa existit et non devotio, ut Rhemensem urbem adiret: properat ad Sancti basilicam. Arguitur iterum ab abbate pro invasione campi, sed nihil dignum ratione respondet. Explicitisque negotiis, ascenso equo, ad domum redire disponit: sed obstat nisi ejus sacerdotis injuria. Nam sauciatus a sanguine ^e, diruit in terram: obligatur lingua quæ locuta fuerat campum tolli; clauduntur oculi qui concupierant, manus con-

A trahuntur quæ apprehenderant. Tunc balbuciens, et vix sermonem explicare potens, ait: Deserte me ad basilicam Sancti, et quantumcunque super me anri est, ad sepulcrum ejus projicite. Peccavi enim auferendo res ejus. Aspiciens autem dator campi hunc cum muneribus venientem, ait: Ne accipias, quæso, Sancte Dei, munera ejus quæ nunquam accipere consuevisti; ne sis, deprecor, adjutor ejus qui, inflammante concupiscentia, rerum tuarum nequam possessor existit. Nec distulit Sanctus audire vocem pauperis sui. Nam homo ille, licet dedisset munera, rediens tamen domum, emisit ^f spiritum, recepitque Ecclesia res suas. Sed nec illud sileri placuit quod illo gestum est tempore cum lues inguinaria populum primæ Germaniæ ^g devastaret (*An. 546*). Cum **B** autem omnes terrerentur hujus cladis auditu, concurrunt Rhemensium populus ad Sancti sepulcrum, congruum hujus causæ flagitare remedium. Accensis cereis lychnisque non paucis, hymnis psalmisque cœlestibus per totam excurbat noctem. Mane autem facto quid adhuc precatui desit in tractata rimatur; reperiunt etenim, revelante Deo ^h, qualiter oratione præmissa, **961** adhuc majori propugnaculo urbis propugnacula munirentur. Assumpta igitur palla ⁱ de Beati sepulero, componunt in modum feretri; accensisque super cruce cereis, atque ceroferalibus ^j, dant voces in canticis, circummeunt urbem cum vicis. Nec prætereunt ullum hospitium, quod non hac circumtione concludant. Quid plura? non post multos dies fines hujus civitatis lues aggreditur memorata. **C** Verumtamen usque ad eum locum accedens, quo Beati pignus accessit, ac si constitutum cerneret terminum, intro ingredi non modo non est ausa, sed etiam quæ in principio pervaserat, hujus virtutis repulsa reliquit.

CAPUT LXXX.

De sancto Ursino Biturigum episcopo.

Bituriga vero urbs primum a sancto Ursino ^k, qui *habebat.*

^a Alii cum Ed.: *Ecce enim vobiscum, etc.*
^b Hoc caput ferme integrum Historiæ suæ inseruit Frodoardus libro 1, cap. 19 et 20. De sancto Remigio plura habet Greg. in Hist., potissimum libro II, cap. 31. Ejus vitam scripsit Hincmarus ejus sedis sæculo IX successor, quam apud Sorium habes. Obiit Idibus Januarii, quem tamen pleraque Martyrologia die 1 Octobris commemorant. Ejus festivitatem sub apostoli Francorum titulo celebrari decreto sancivit sanctus Leo IX, summus pontifex, quod decretum Clerus Gallicanus in generali conventu anno 1657 renovavit.

^c Basilica Remigiana etiamnunc superest, sed intra urbis muros ab aliquot sæculis inclusa, archimonasterii titulo aliisque prærogativis donata, ob beati Pontificis corpus, quod ibi in magnificentissimo mausoleo incorruptum asservatur. Hanc incolunt monachi Benedictini e cong. sancti Mauri.

^d Vulgo *une osche*, vel *osche*, certa terræ portio. Vide Cangii Glossarium.

^e Id est apoplexi correptus; vide lib. V Hist. c. 5.

^f Clar. a, Colb. tut. et Frodoardus, *amisit*.

^g Sic appellabant provinciam sub Moguntia metropoli constitutam.

^h Cod. Remigianus addit: *Qui sanctum suum miraculari apud homines voluit, quem apud se mirificatum*

ⁱ Non solum superest illa palla quæ in basilica Remigiana religiose asservatur, vulgo sancti Remigii sudarium dicta; sed et perseverat illa pia consuetudo, eam *in modum feretri* compositam, eum ingruit aliqua necessitas, per urbis compita deferendi. Quam quidem consuetudinem a Gregorii nostri ævo interruptam non fuisse probant vetera aliquot monumenta. Ex his est Codex ms. ab Hincmaro bibliothecæ Remigianæ datus, ubi ejusmodi supplicatio in icone representatur; alia ejusdem rei descriptio habetur in veteribus altaris quæ similem supplicationem representant.

^j Bell., *crucem... atque ceroferariis*. Rem., *atque super ceroferariis*. Ex hoc autem loco Menardus in notis ad Sacrament. sancti Gregorii, pag. 202, infert olim in publicis processionibus cereos accensos ipsis erucibus affixos fuisse, idque a sancto Joanne Chrysostomo institutum fuisse probat ex Scerate lib. VI et Sozoneno lib. VII.

^k Sancti Ursini missionem varij variis temporibus assignant. Eum Gregorius hic ab apostolorum discipulis missum dicit, quod de sancto Clemente nonnulli intelligunt. Quo pacto discipulus ille septem episcoporum, qui Decii temporibus apud Biturigas ecclesiam instituit, uti narrat Gregor. lib. I Hist.

in discipulis apostolorum episcopus ordinatus in Gal-
 lias destinatus est, verbum salutis accepit, atque
 ecclesiam Biturigensem primum instituit rexitque,
 qui migrans a sæculo, in campo ^a inter reliqua se-
 pulcra populorum sepulturæ locatus est (*Sæc. II, 9
 Nov. aut 29 Dec.*). Non enim adhuc populus ille
 intelligebat sacerdotes Domini venerari, eisque re-
 verentiam debitam exhibere. Unde factum est ut, in-
 crescente terra, plantata desuper vinea, omnem
 memoriam de primo urbis sacerdote convelleret, et
 usque ad tempus illud **962** quo Probianus ^b episcopus
 urbis ejus est subrogatus, nullus de eo sermo habe-
 retur. Fuit autem quidam, Augustus nomine, de
 domo Desiderati ^c quondam episcopi, cujus manus
 ac pedes ita contraxerant, ut non aliter nisi de ge-
 nericulis atque cubitis sustentarentur, si alicubi proces-
 surus vellet incedere. Is, inspirante Deo, de elee-
 mosynis devotorum apud Brivas ^d vicum in honore
 sancti ac beatissimi Martini antistitis oratorium ædi-
 ficavit: cujus cum in ipsum reliquias detulisset,
 statim directis membris sanus effectus est. Deinde
 collectis secum paucis monachis, sub regula mona-
 sterii degens, semper orationi vacabat. Unde factum
 est ut in sequenti accersitus ab episcopo, abbas or-
 dinaretur in basilica sancti Symphoriani, quam me-
 moratus pontifex fabricaverat ante conspectum muri
 Biturigi. Nec tamen monachos quos prius congrega-
 verat relinquens, sed instituens eis præpositum, ipse
 utrasque cellulas gubernabat. Denique cum apud
 hanc basilicam moraretur, apparuit ei sanctus
 Ursinus per visum noctis, dicens: Defossa humo, **C**
 inquirere corpusculum meum (*An. 560*). Ego enim
 sum Ursinus hujus urbis primus episcopus. Qui ait:
 Quo ibo, aut ubi quæram sepulcrum tuum, cum
 ignorem locum ubi sis positus? At ille, apprehensam
 ejus manum, duxit ad locum, et ait: Sub harum vi-
 tium radicibus corpus meum habetur. Expergefactus
 abbas narravit hæc sacerdoti suo; sed ille parvi-

cap. 29, alius esset a beato Ursino, Senicianus for-
 tasse, qui secundus Biturigum episcopus fuisse dic-
 titur.

^a Extra urbes in campis et agris sepeliendi con-
 suetudo antiquissima est, quæ legum auctoritate
 sæpius firmata et renovata fuit etiam ab imperato-
 ribus Christianis. Hanc præ cæteris religiose colue-
 runt Galli, ut patet ex can. 36 Conc. I Bracaren-
 sis, etc. Vide Savaronis notas in epist. 12, lib. III
 Apollinaris Sidonii.

^b Laudatur a Fortunato in Vita sancti Germani
 Paris. ubi hæc ipsa translationis historia habetur.
 Puer sancti Hilarii meritis a gravi morbo liberatus
 fuit, ex lib. II Mirac. Sancti Hilarii; presbyter factus
 conc. IV Aurelian. nomine Arcadii episc. Bituric.
 subscripsit an. 541. Cujus successor post Deside-
 ratum factus, interfuit conc. Paris. II an. 555,
 et III an. 557. Romam profectus ibi obiit ac sepultus
 est.

^c Probiani decessor, cujus vitam ab abbate Bo-
 viensi scriptam ferunt. Sed ipsa est sancti Audoeni
 Vita per Fridegodum scripta, quam aliquis nebulo-
 si patriarchæ Bituric., mutato Audoeni in Deside-
 ratum nomine, ipsi attribuit, ut ex utriusque colla-
 tione probat Cointius ad an. 549 n. 70 et seqq.
 Subscripsit conc. Aurelian. V et Arvern. II an. 549.

pendens quæ **963** a presbytero dicebantur, nullum
 inquirendi studium posuit. Interea beatus Germanus
 Parisiæ urbis episcopus adfuit, susceptusque ab
 episcopo, post cœnam domus ecclesiasticæ cum se-
 sopori dedisset, apparuit utrique per visum, episcopo
 simul scilicet et abbati, duxitque eos ad locum se-
 pulcri, deprecans ut auferrent eum a loco illo. Ex-
 pergefacti simul ad vigilias conveniunt in ipsam
 sancti Symphoriani basilicam; explicitisque officiis
 matutinis, refert episcopus abbati quæ viderat,
 confessusque est et ipse vidisse similiter. Igitur in-
 sequenti nocte accedentes illuc cum uno tantum
 clerico, qui cereum ferret, venerunt ad indicatum
 locum, eumque fodientes usque in profundum,
 sepulcrum reperiunt: quo detecto, amotoque oper-
 torio, viderunt sanctum corpus tanquam dormientis
 hominis, nulla putredine resolutum. Quod admi-
 rantes, et iterum oportorium componentes, indi-
 carunt episcopo, data die, quæ viderant. Tunc ille
 convocatis abbatibus et clero, cum honore atque
 psallentio levaverunt beatum sepulcrum: et quia
 vectes illi quibus ferebatur valde longi erant, cum
 venissent ad porticum, non poterant deflecti in in-
 gressu ejus, ut ad ostium ædis sine labore accede-
 rent. Tunc beatus Germanus, elevata voce, ait:
 Sancte Dei sacerdos, si voluntas tua est in hanc
 basilicam ingredi, sentiamus levamen adjutorii tui.
 Et statim, amisso pondere, ita in summa levitate
 factus est sarcophagus, ut, relictis vectibus, pauci
 manibus ferrent quem usque ad locum illum multi
 detulerant. Et sic, celebratis missis, gaudente
 populo, juxta altare sepelitur ^e, multis se deinceps
 virtutibus manifestans.

CAPUT LXXXI.

De Mariano recluso.

964 Fuit autem in ipso termino ^f Marianus qui-
 dam eremita (*An. 515, 19 Aug.*), cui non erat alter

Obiit an. 520, die 8 maii, quo ejus festum cele-
 bratur. Augustus vero, qui postmodum abbas fuit,
 in Molani additionibus ad Usuard., 7 octob., uti
 sanctus laudatur.

^d Laud. cum Ed., *Brias*. Habetur in archipresby-
 terato Exoldunensi locus *de Brivis (Brives)* dictus,
 ubi cum ecclesia parochiali exstat prioratus, Dolensi
 olim monasterio subjectus, qui fortasse hic designatur.

^e Ibi hodieque asservatur. Vide Patriarchium Bi-
 turic. Hæc vero ecclesia nunc intra urbis muros,
 mutato nomine, sancti Ursini appellatur, collegio ca-
 nonicorum et parochiæ titulo insignis.

^f Colb. a, *ipso tempore*. Colitur in Martyrologio
 Rom. die 19 Augusti. Ejus tamen festum celebratur
 die 19 Septembris in ecclesia Bituricensi, cujus vi-
 tam ex vetustissimo Breviario edidit Labbeus tomo
 II Bibl. novæ, pag. 452, ubi dicitur annis sex in
 monasterio Princiæo, sub sancto Faterio abbate
 vixisse, tum recessisse apud Spinolaium vicum, ibi-
 que 44 annis eremiticam vitam transegisse. Nihil ha-
 bet de ejus morte. Tetradius episc. Bituric. qui ec-
 clesiam ejus dedicasse dicitur, interfuit concilio Aga-
 thensi an. 506, et Aurelian. I an. 511. Unde colligi-
 mus Marianum regnante Clodoveo I floruisse. Nepo-
 tem habuit beatum Animum, et Terentia abbatissa
 ejus barbam pro reliquiis diu servavit.

cibus nisi poma agrestia : et si ei aliquoties a quibusdam miel delatum fuisset, aut si ipse reperire potuisset in silvis, hoc ei erat cibus. Qui cum plerumque visitaretur a plurimis, quodam tempore a querentibus non poterat inveniri. Investigantes demique eum viri qui venerant, deprehenso vestigio, invenerunt locum in quo flexo genu aquam hausit a fluvio; et exinde progressi reperiunt eum sub una arbore malo jacentem mortuum. Unde celebre ferebatur in populo eum elisum ex arbore spiritum exhalasse; sed evidenter non est cognitum, quoniam a nullo refertur visum. Tunc viri qui advennerant, elevantes, attulerunt ad vicum Eyaunensem^a: quem ablutum dignisque indutum vestibus sepelierunt in ecclesia, festa obitus ejus per singulos celebrantes annos: ad quæ^b convenientes populi, crebro ab infirmitatibus sanabantur. Quidam autem de vicinis annonas diu infectas aqua ac germine pro ducto conflatas, facto igne, super vimina contexta torrere parat ad pocula facienda. Accedens autem unus vicinorum ejus, ait: Quid tu, o homo, hoc detineris in opere? An ignoras quod solemnitas est beati Mariani? Qui cum furore respondit: Putasne, o tu qui hæc loqueris, quod homo elisus ex arbore propter compendia gulæ, angelorum sit relatus consortio, ut sanctus debeat adorari? Melius est enim opus necessarium in domo exereere, quam talem sanctum excolere. Quod ille audiens discessit, et eum reliquis ad basilicam sancti abiit, relicto domi vicino in opere laborante. Nec **965** mora, flante vento, apprehenditur domus, incendio exurit omnis, nec quidquam de substantia restat hominis. Exinde elevati globi flammarum super hospitio aliorum quæ circumlocata erant, transilientes^c, hujus hominis aream, sepes, tuguriola vel porcorum vel animalium, reliquaque quæ ad eum pertinebant, flamma percussit; nec quidquam remansit huic misero, quod non fuisset igni succensum. Quod si evenisse quis fortuito putat, admiretur quod nulli vicinorum circummanentium nocuit. Quid nunc agis, o cruda rusticitas, quæ semper in Deum et ejus antecos murmurat, ut tibi exinde damnum acquiras? Alterius igitur hominis malitia furis boves abstulerat, qui, apprehenso vestigio, et inter infusos aqua viarum tramites ac profundas luti voragines perdito, ad Sancti recurrit sepulcrum, fusaque oratione, dum de basilica fuisset egressus, advertit hominem per aggerem publicum venientem, qui boves illos

A ante se cum caballo ex itinere lasso prosequens adducebat, Turbatus enim fuerat a via, et quasi amens factus in illam partem de qua egressus fuerat, mente turbata, redibat. Cognoscitque vir ille boves quos perdidit: hos recipiens, hominem absque calumnia redire permisit, quia cognovit hoc sibi per virtutem sancti Mariani præstitum, cum in illa hora reperit perditum, ova ejus adivit plenus fide sepulcrum: quæ postquam gesta sunt, diligentiore cura Confessorem Dei plebs cœpit excolere Bituriga.

CAPUT LXXXII.

De Eusitio recluso.

Fuit in hoc territorio et Eusitius^d vir virtutum (An. 532, 27 Nov.), qui, tanquam eremita, inter spinarum condensitatem ab hominum se familiaritate removerat, qui aurum vel divitias mundi hujus tanquam stercora exhorrebat. Ad hunc cum diversi propter diversas infirmitates irruerent, plerumque ei infantes **966** quibus fauces intumuerant deferebantur: quos ille tactu blandissimo pertractans, aiebat, quasi spiritali joco delectans: Merito, inquit, hæc gula doloribus quatitur, quæ inglutire non sinit^e. Sed in Trinitatis nomine signum crucis imponens, infirmas fauces a doloribus et tumoribus liberabat. Quartanariis vero tam præsens beneficium erat, ut aquam tantum benedictam ad bibendum tribuens, continuo eos redderet sanitati. Habebat eletriei ejus duo vasa apum: eunque unus ex vicinis ejus quartani typi vexaretur ardore, ad eum veniens solitam ab eodem accipiens medicinam, sanus est redditus; et redire domum eupiens, vasa illa eminus cernit in arbore. Inflamante protinus cupiditate, quæ radix omnium malorum esse describitur, cogitat ea furtim auferre. Inventoque simili sibi satellite, nocte arborem illam petit. Cumque in eam ascendisset, ut socio porrigens vasa deponeret, ecce ab alia parte senex advenit. Quo viso ille qui ad terram erat, fugam petit, nec socio quid caveret exposuit. Senex vero sub arbore stetit, et vas unum quod fur porrexit, mutuo accepit: eunque et alterum vellet auferre, ait Sacerdos: Sufficiat nunc, fili, istud; alterum vero ei qui ipsum laboravit conserva. Qua ille voce perterritus, se deorsum jaetat. At ille apprehensum eum ad cellulam deducens, ait: **D** Cur, inquit, fili, diabolo præcedente tu sequeris? Nonne hesternò die ad me veniens, benedictionem Domini accepisti? Si, inquit, ex melle delectabar, *Eutichius multarum vir.* Primum in monasterio Patriaciæo vixit, tum in eremum secedens initium dedit monasterio celebri, quod hodie ex ejus nomine Cella sancti Eusicii (*Selles en Berry*) appellatur. Eusitii vitam et observationes edidit Labbens tomo II Biblioth. novæ, pag. 371; miracula autem pag. 463. Alterius vero Vitæ fragmenta Chesnius tomo I Hist. Franc. exhibet. Quo autem pacto eum Gregorii textu, et inter se ipsas componi debeant, exponit Coindus ad an. 531. Ejus mortis annus incertus est. Senex erat an. 531, quo Childebertus bellum in Wisigothos movit.

^e Bell., quæ in gutture non sinit.

^a Vicus est diœcesis Lemovicensis, vulgo dictus *Evaux*, ubi sepultus fuit Marianus, qui in vicina silva (*la forêt d'Antraiques en Combrailles*) mortuus repertus fuerat. Sacrum ejus corpus in ipso pariete ecclesiæ, quam hodie incolunt canonici regulares sancti Augustini, depositum fuerat, sed exinde translatum fuit in capsam argenteam a Reginaldo *de la Porte*, episc. Lemovicensi, an. 1500, ut refert Bernardus Guido apud Labbeum, tomo I Bibl. novæ, pag. 635.

^b Sic Colb. a, alt. manu; cæteri, *atque*.

^c Hæc vox *transilientes* est in solo Colb. a, alt. manu, ubi et infra *arcam incenderent*.

^d Alii, *Eusicius*. Bell., in titulo, *Usichius*. Ed.,

a me petisses, et ego sine ullo improprio et tuo A impedimento, ut tibi fuerat copia, tribuissem. Tunc et aliis multis verbis arguens eum, favum ei mellis largitus est, et illæsum abire permisit, dicens : Cave ne ultra repetas, quia furtum Satanæ pecunia est. Ad hunc ergo senem Childebertus in Hispaniam abiens, venit (An. 531); eumque ei quinquaginta aureos obtulisset, ait senex : Quid mihi ista profers? illis qui ea pauperibus largiantur attribue, **967** mihi autem hæc necessaria non sunt. Sufficit mihi, et pro meis peccatis Dominum merear deprecari. Et adjecit : Vade et victoriam obtinebis, et quod volueris ages. Tunc rex aurum pauperibus erogans, vovit ut si eum Dominus cum sua gratia de itinere illo reduceret, in honore Dei basilicam in eo loco ædificaret, in qua senis membra quiescerent. Quod B postea adimplevit.

CAPUT LXXXIII.

De Maximo Regiensi episcopo.

Maximus Regiensis episcopus atque confessor ^a (An. 460, 27 Nov.) sæpius se incolis in multis virtutibus manifestat; ad cuius sepulcrum non solum cæci illuminantur, sed etiam et alia morborum genera ejus virtutibus depelluntur. Nuper autem quæ gesta cognovi referam. Puerulus erat quasi annorum trium, adhuc ad matris dependens ubera. Illic a febre correptus, dum genitricis manibus bajulatur, taliter est addictus, ut nec papillam, nec alium cibum sumere posset. Interea dum per triduum graviter agens, amatorum bajularetur in ulnis, ait quidam ex famulis : Utinam ad sepulcrum beati Maximi hic parvulus deferretur. Confidimus enim de ejus meritis, quod possit eum sanitati pristinæ restaurare. Qui dum defertur inter amatorum manus, spiritum anhelus emisit : quod cernentes parentes ejus, flentes ac clamantes, projecerunt eum ante sepulcrum beati Maximi confessoris, clausisque ostiis reliquerunt corpus exanime. Nocte vero in lamentatione deducta, cum redditis terræ dies alius illuxisset, reseratis ædis sacratæ ostiis, infantulum erectum per cancellos sepulcri trahentem se, atque ambulare conantem aspiciunt. Nondum enim ei erat ætas perfecta, ut recte posset incedere. Quod admirantes **968** parentes gavisi sunt : suscepitque eum mater inœsta cum gaudio, ac domui restituit sanum. Ipsum D

^a Factus est ex abbate Lirinensi episcopus Regiensis (*Riez en Provence*) sub Aquensi metropoli, anno 455. Interfuit concilio Regiensi an. 459, Aranciano i an. 441, et Arelatensi in occasione jurisdictionis monasterii Lirinensis an. circiter 455. Faustus ei primum in abbatia Lirinensis regimine, tum in episcopatu successit, ut canit Sidonius in Eucharistico. Miraculis ante et post mortem claruit. Ejus laudes istorum temporum scriptores plurimum commendaverunt. Vitam vero ipsius scripsit Dynamius Patricius, quæ omnia Vincentius Barralis in Chronologia sanctorum Lirinensium refert. Vitam quoque Surius habet die 27 Novembris, quo ad superos abiit. Sepultus est in ecclesia sancti Petri a se constructa. Aliquot homilias scripsit, quæ inter eas quæ sub Eusebii Emissemi, seu Gallicani, sive Eucherii Lugdunensis nomine editæ sunt, habentur.

A autem puerum jam adultum vidi, qui nobis hæc retulit.

CAPUT LXXXIV.

De Valerio episcopo.

Valerius beatus confessor, Consoranensium primus episcopus ^b (An.... 5 Jul.), hoc se revelavit modo. Nam oratorium super se constructum prius habuit; sed per incuriam ruens, oblivioni datum est quo in loco quiesceret : hoc tantum ab incolis ferebatur, quod fuisset ante sanctum altare sepultus. Adveniens autem Theodorus episcopus ^c (An. 550), oratorio ipso in majori spatio ampliato, magnam effecit basilicam : deinde sanctum venerabilis viri corpus inquirens, reperit duo sepulera, sed nesciebat quis esset sacerdotis illius e duobus. Tunc, convocato clero, vigiliis tota celebrat nocte, deprecans ut sibi beatus Confessor quo in loco jaceret exponeret, implevitque duas ampullas vino, et posuit super unumquemque tumulum, dicens : In quo falerna fuerint ampliata, ipsam manifestum sit esse Valerii antistitis sepulcrum. Data vero luce egressus de basilica, et ostiis sigillis munitis, dedit membra sopori. Surgens autem ad horam tertiam, venit ad sanctam basilicam, reseratis ostiis, cum clero et populo : reperit ampullam unam parumper vini habentem; alteram vero in tantum ore patulo exundare, ut totum beati Pontificis ablueret monumentum. Per hoc itaque cognovit sacerdos quis esset Valerii episcopi tumulus. Sed evidentius adhuc scire cupiens, detegit monumentum, amotoque operitorio, reperit venerabile corpus valde integrum, de quo non cæsaries decidua, non barba fuerat diminuta, neque aliquid in cute corruptum aspiciebatur **969** aut tetrum : sed erant omnia illæsa, ac si nuper fuissent recondita, tantusque odor suavitatis fragrabat e tumulo, ut non dubitaretur ibi quiescere Dei amicum. Lauri etiam folia sub se habebat strata, de quibus assumens Episcopus, multis infirmis præbuit medicinam. De vestimentis igitur ejus reliquias sumpsit : rursusque aperto tumulo venerandum deinceps Antistitem honoravit, multaque miracula de his pignoribus cernens in posterum.

CAPUT LXXXV.

De Silvestro Cabillonensi episcopo.

Beatissimus ^d vero Silvester Cabillonensem

^b Quo tempore vixerit sanctus Valerius, incertum est. Glicerius ejus, in catalogis vulgatis, successor subscripsit concilio Agatheusi an. 506. Consoranensium urbs a Licerio quinto ejus episcopo nomen habet *Saint-Lizier de Consorans*, in Wasconia sub Auxitana metropoli.

^c Eleutherius archidiaconus a Theodoro episc. Consoranicæ ecclesiæ missus subscripsit concilio v Aurelian. an. 549.

^d Hoc caput cum sex seqq. deest in Clar. a. Referatur tamen integrum eum sequenti in historia elevationis sanctorum Silvestri, etc., quam e veteri Ms. post Perrium et Cussetum edidit Bollandianus ad diem 17 Martii. Ex hac historia discimus sanctorum Silvestri, Agrieolæ et Desiderati Vitas jamdudum, si unquam scriptæ fuerunt, deperditas fuisse. Sed hæc jacturam resarcire conatur ille auctor et

^a rexit Ecclesiam (An. 514, 26 Nov.), qui, quadraginta A duobus annis sacerdotio ministrato, plenus dierum atque virtutum migravit ad Dominum. Habuit autem lectulum funibus subtilibus innexum: sub quo cum semel atque iterum infirmi, sive quartanarii, sive variis febribus oppressi subderentur, statim, virtute divinitus indita, sanabantur. Idecirco hic lectulus in ecclesie sacrarium deportatus, simili virtute nitescit. Multi enim, sicut oculis propriis inspexi, abscissis de funibus illis particulis, in longinquum deferebant, ipsisque super infirmos locatis, sanitatis adesse beneficium contuebantur. Nam mater mea ab hoc decisa particula, ut puellæ a frigoribus febricitanti collo dependi fecit, morbo extemplo depresso, puellam sanam aspexit.

CAPUT LXXXVI.

De Desiderato ejusdem territorii recluso.

970 In hac urbe fuit et Desideratus presbyter, quem ego apud monasterium Gurthonense ^b vidi (An. 570, 30 April.), virum sanctitate magnificentum, qui sæpius frigoriticis, dolore dentium laborantibus aliisque morbis, orando finem imposuit. Nam ^c usque quoque reclusus erat, hoc est non egrediebatur e cellula: sed qui voluisset videbat eum in cellula. Hic, ut diximus, eximiis illustratus virtutibus emicuit sæculo. Quod audiens benedictus Agricola ^d episcopus, misit archidiaconum suum, ut beatum urbis cœmeterio deferret: sed resistentibus monachis, quod jussus fuerat non implevit. Posthæc, ædificato xenodochio leprosum sacerdos suburbano, in ejus basilicam collectis abbatibus et omni clero, beatum ^e corpus transtulit, et in basilica superius memorata summo studio sepelivit: qui se nunc vivere cum Christo magnis virtutibus manifestat.

laudatis Gregorii nostri capitibus, et historia inventionis eorum reliquiarum, quam suo tempore factam describit. Hanc procuravit Girbaldus sen Girboldus, labente sæculo ix, Cabillonensis episcopus, qui post elevatum e terra an. 877 sancti Lupi episc. Cabillonensis corpus in sancti Petri basilica suburbana, de sanctis Silvestro, Agricola et Desiderato, qui apud sanctum Marcellum jacebant, transferendis in animum induxit. Quod anno 878 aut sequenti exsecutus est pridie Nonas Maii. Joannes vero VIII papa paulo post Cabilonem veniens annuam solemnitatem in eorumdem sanctorum honorem celebrandam instituit.

^a Laud., Colb. tut. et Bell., al. manu, *Cabillonensem*; et infra Scripti omnes, *quadagesimo secundo anno*. Subscripsit Silvester conc. Epaonensi an. 509, et Lugdun. i an. 547. Festum ejus recolitur die 20 Novembris.

^b In historia inventionis supra laudata, *Guerdonensi*. Hodie dicitur *Gourdon*, vicus in pago Cadrelensi (*le Charolais*).

^c Plerique Mss.: *Non enim usquequaque*.

^d De sancto Agricola Cabillonensi episcopo Gregorius agit lib. v Historiæ cap. 46, ubi plura de eo diximus. Scripsit ad sanctum Germanum, episc. Paris. pro obtinenda cubicularii sui sanitate ex Vita sancti Germani cap. 1. De voce *benedictus* vide notas ad cap. 16 lib. iii Hist.

^e Hist. inventionis supra laudata, quæsitum quidem corpus sancti Desiderati in sancti Marcelli basilica memorat; sed nusquam dicit ipsam fuisse repertum.

CAPUT LXXXVII.

De Joanne abbate.

Fuit ^f in Tornodorensi pago in parochia Lingonicensi vir sanctitate præcipuus Joannes abbas, juxta sui nominis etymologiam divina gratia præventus (An. 559, 28 Jan.). Denique fertur quia cum monasterium ædificare vellet, quod Reomatis nuncupatur, et fratres nimiam aquæ penuriam paterentur, reperit **971** puteum immani profunditate altum, ubi pessimus serpens basiliscus habitabat. Hic itaque divina invocatione percipiente serpente, ac mandato puteo, puteum potabilem fratribus reddidit: de qua aqua et nos cum Lugdunum pergeremus a fratribus illius monasterii benigne suscepti, causa miraculi hausimus, cujus etiam haustu plurimi frigitur curantur. Fertur et de præfato viro tale miraculum. Quidam fraticida, pro enormitate criminis ferreis circulis alligatus ^g, præceptum habuit ut septem annis loca sanctorum peragrandando circuitet. Hic cum Romam venisset, revelatione divina comperit non aliter se posse absolvi, nisi ad sancti corporis reliquias Joannis Reomaensis abbatis perveniret. Hic ergo passim lustrando loca, tandem devenit ad basilicam, ubi haud longe a monasterio ^h sacratissimum corpus ejus locatum est: ibique orationibus ac vigiliis incubans, vinclis omnibus absolutus est. Vixit vir hic justus et vir religiosus, sicut legislator Moyses, centum viginti annis, cujus nec oculus caligavit, nec dens motus est: fuit autem instituta viri memorabilis (*Forsan, sancti Sequani, cap. seq.*), de quo in suo loco narrabimus.

CAPUT LXXXVIII.

De Sequano abbate.

Magnæ autem virtutis fuit et ille Sequanus ⁱ Lin-

^f Hoc caput deest in Mss. Sancti Joannis vitam scripsit monachus anonymus Reomaensis ipsius suppar, quam Jonas interpolavit, eique librum de ejus Miraculis adjunxit. De his vide Mabillon. Acta sanctorum ord. sancti Benedicti, sæc. i, ad an. 559; Bollandum die 28 Januarii; et Cointium ad an. 559, num. 18. Monasterium Reomaense quod condidit, ex ejus nomine vulgo *Moutier-saint-Jean*, hactenus perseverat sub ordine sancti Benedicti. et cong. sancti Mauri in agro Tornodorensi, cujus historiam edidit Petrus Roverius.

^g Id pœnitentiæ genus passim in libris de sanctorum miraculis occurrit, quod ab episcopis ac presbyteris pœnitentiariis ob crimina graviora imponi solebat. Vetitum est in lib. i Capitul. Caroli Magni. Ejus tamen non pauca exempla sæculis sequentibus occurrunt, ut observat Mabillonius. Vide Roverii notam 75, aut Bolland. tomo II Januarii, pag. 806.

^h Hæc basilica hodie parochialis est vicii, cui exinde nomen inditum est Corporis sancti, haud procul ab ipso monasterio. Varias ejusdem sancti translationes memorant laudati auctores, quos si loquetur consulere. Lapideum ejus sepulcrum hodieque ibi visitur.

ⁱ Sancti Sequani vitam habes sæc. i Act. sanctorum ord. Benedictini. Monasterium Segestrense, quod ab eo conditum, nunc vulgo Sancti Sequani (*Saint-Seine*), cum adjuncto oppido, quinque leucis infra Divionem, appellatur, hactenus perseverat sub ordine sancti Benedicti et cong. sancti Mauri, ubi ejus sacre reliquie asservantur.

gonici abbas territorii, qui vivens sæpe homines a vinculo diabolici nexu absolvit, et post obitum ad sepulcrum suum ergastulari catena revinctos liberos meritis suis abire permisit (*An. 580, 19 Sept.*). Denique Guntchramnus rex cornu ^a, cujus voce vel molossos colligere, vel illa corneorum **972** arborum armenta effugare consueverat, furto ablatum perdidit: quæ res multos in vincula coniecit, nonnullos facultate privavit, Ex quibus tres viri memorati Confessoris monumentum petierunt: quo rex comperto, jussit eos catenis atque compedibus neci. Factumque est ita. Media nocte vero lux in basilica humana luce clarior oritur: dissiliunt ferrearum pedestrium repagula, catenarumque disruptis bacis ^b vincti laxantur. Quo audito, rex exterritus velocius eos liberi arbitrii potestate donavit.

CAPUT LXXXIX.

De Marcello Parisiorum episcopo.

Marcellus vero Parisiacæ urbis episcopus, qui quondam, ut in ejus Vita ^c legitur, serpentem immensum hoc depulit ab oppido, et nunc in ipsius civitatis vico quiescit (*Sæc. iv, 1 Nov.*). Ad ejus tumulum cum Ragnimodus presbyter, qui nunc ejus municipii habetur sacerdos ^d, quartano typo veniens decubasset, totaque die jejuniis et orationi vacasset, facto jam vespere obdormivit. Expergetus vero post paululum a somno, incolumis surrexit a tumulo.

^a Reges cornibus in venationibus, in præliis vero tubis semper usos fuisse observat Valesius in defensione sua contra Launoium, parte 1. Vide Rigordum in Gestis Philippi Augusti.

^b Omnes Scripti, *bacis*. Hanc vocem eodem sensu usurpat Fortunatus in Vita sancti Germani, cap. 50.

^c Sancti Marcelli Vitam a Fortunato presbytero scriptam refert Surius die 1 Novembris. Sepultus est in ecclesia suburbana, quam Launoius tunc temporis cathedralis fuisse contendit, Valesio et aliis reclamantibus. Eam sub prima regum nostrorum stirpe jam celebrem fuisse nemo inficiabitur. Illi collegio canonicorum a compluribus sæculis gaudet: sancti tamen Antistiti corpus inde majorem ecclesiam translatum est, ubi in ditissima theca asservatur.

^d Id est, episcopus Parisiensis. De eo passim in Historia Gregorii.

^e Sanctum Germanum passim laudat noster Gregorius in Hist. libris. Ex abbate Augustodunensi factus episcopus subscripsit concil. Paris. in an. 557, Turon. in anno 567, et Paris. iv an. 573. Ejus epitaphium ad Brunichildem in appendice dabimus. Ante et post mortem miraculis clarissimus fuit, ita ut vulgo ab antiquis auctoribus *Sanctissimi* ac *Beatissimi* titulo designaretur. Ejus nomini paulo post obitum ecclesiam cum monasterio Bertramus extruxit; sepulcrum vero ipsius auro, argentoque et gemmis exornavit sanctus Eligius, ut refert sanctus Audoenus lib. 1, cap. 32. Beda in sincero Martyrol. de eo ait: « Tantæ virtutis fuit, ut eam as infirmitatem hoc esset curare quod tangere. » Sepultus est in oratorio sancti Symphoriani, majori basilicæ monasterii, quod ipso hortante Childebertus rex construxerat, adhærente, ubi etiam nunc visitur ejus tumulus. Sacrum corpus sæculo viii translatum est in majorem ecclesiam. Servatur in theca auro argentoque fabricata ac gemmis exornata. Ejus Vitam a Fortunato scriptam edidit Surius, Mabillon. sæc. i Bened., ac Bullan-

CAPUT XC.

De Germano ejusdem urbis episcopo.

Ingrediente autem Chilperico rege in urbem Parisiacam, sequenti die quam rex ingressus est civitatem (*An. 576, 28 Maii*), paralyticus, qui in porticu basilicæ sancti Vincentii, in qua beatus Germanus ^e requiescit in corpore, residebat, dirigitur: mane autem facto, expectante populo, gratias beato Antistiti referebat. **973** Nam sæpe ibi et gressus paralyticorum et cæcorum visus virtute Sancti restituuntur, et raro advenit ejus solemnitas quin ibi ejus virtus ostendatur.

CAPUT XCI.

De Genovefa virgine sanctissima ^f.

B Est ibi et sancta Genovefa ^g in basilica sanctorum sepulta apostolorum (*An. 509, 3 Jan.*), quæ in corpore posita tantum in virtute prævaluit, ut mortuum suscitaret. Ad ejus tumulum sæpius petitiones datæ suffragium obtinent; sed et frigoriticorum febres ejus virtute sæpissime restinguuntur.

CAPUT XCII.

De sepulcro beati Lusoris.

In Dolensi autem Biturigi termini vico beatus Lusor, Lencadii quondam senatoris filius, requiescit (*An. 255, 4 Nov.*), qui fertur in albis migrasse a sæculo: in crypta vero positus super pavementum, sepulcrum habens ex marmore Pario mirabiliter exsculptum ^h. Factum est autem ut quadam vice

C diani ad diem 28 Maii, ubi et sæc. iii Benedictio habentur plura de ejusdem sancti translatione, miraculis, ac monasterio, quod hodieque, cum toto suburbio maximis urbibus æquali, ab eo Sancti Germani a Pratis dicitur. Epitaphium quod a rege Chilperico factum dicitur, iidem auctores exhibent ex Aimoino.

^f Laud., Bell. et Colb. a: *De Genovefa religiosa.*

^g Eam Gregorius *Beatissimam* appellat lib. iv cap. 1, ejus Vitam Surius et Bollandus die 3 Januarii referunt. Interpolata est ea quam Chiffletius edidit. Ejus virtutes laudat Constantius in Vita sancti Germani Antissiodori. episcopi, a quo Virgo beatissima Deo sacra fuit; cujus memoriam jam celebrem paulo post ipsius obitum fuisse non vetera solum Martyrologia probant, sed et missa propria, quam in Liturgia veteri Gallicana habes apud Mabillon, lib. ii, num. 16. Sigibertus, in Chronico, ad an. 512, Theodosii junioris 20, quem 28 Clodovei appellat (qui fuit 509) cuique concilium i Aurelian. anno 511 habitum illigat, hæc habet: « Genovefa virgo Parisiensis octogenaria transit ad Dominum. » Basilicam in ipso loco, ubi sepulta fuit, extruxit Clodoveus, quæ post varias fortunas canonicis regularibus sancti Augustini concessa est, sæculo xii agente, Sugerio abbate Sancti Dionysii, qui ibi etiam nunc perseverant sub abbate regulari, totius Gallicanæ congregationis strictioris observantiæ præside generali. De variis sanctæ Genovefæ translationibus, quarum Acta refert Bollandus, fuse disserit R. P. Gerardus bubois in Hist. Paris. lib. 1, cap. 9. Ejus sacrum corpus, quod in publicis calamitatibus solemniter per urbem deferri solet, in eodem monasterio religiose asservatur in theca ditissima, quam idem auctor describit.

^h Visuntur etiam nunc in crypta subterranea ecclesiæ sanctorum Stephani et Saturnini Dolensis, vulgo *Bourg-Déols*, apud Bituriges, duo sepulcra vetustissima variis figuris decorata, in quorum uno

sanctus Germanus, **974** Parisiæ urbis episcopus, ad hunc tumulum vigilias celebraret, haud procul formulam habens, in qua genua, cum necessitas cogeret, deflectebat. Factum est autem in una vigiliarum nocte, dum psalmos lectionis Davidicæ decantarent, stationis labore lassique clerici, quasi pro aliquo relevamine, se super sepulcrum Sancti defixis ulnarum compagibus sustentarent. Contremuit illico beati tumulus Confessoris, et sibi injuriam irrogari præsentem vibratione fatetur. At Germanus pontifex, pavore perterritus, amoveri desuper præcepit somnolentos, dicens: Absistite, o segnes, procul a tumulo, ne sancto Dei molestia inferatur. Quibus amotis, tremorem illum deinceps non senserunt. Sed nec illud placuit præteriri, quod cuidam pauperi idem Lusor beatus per visum apparuit, præcepitque cellulam emundari, in qua, ut serunt, infantia vagitus exegerat: sed cum pauper ille bis commonitus agere iussa differret, apparuit ei tertio, dicens: Si feceris quæ præcipio, unum triantem pro obedientia famulatu recipies. Ille vero consurgens, cellula scopis mundata, abluta aqua, herbisque respersa, stabat attonitus, pollicitam promissionem opperens, donec nutu Dei advertit **975** triantem in pavimento lucere, quem colligens latus abscessit.

CAPUT XCIII.

De Maximino Treverorum episcopo.

Est et apud urbem Trevericam suburbano sanctus Maximinus ^a, magnus cum Domino populi illius advocatus, ad cuius tumulum sæpe cernuntur miracula gloriosa (*An. 349, 29 Maii*). Tempore enim Theodoberti regis Arboastes ^b quidam presbyter cum Franco quodam intendebat, rege præsentem. At dum hæc agerentur, rex loca sancta urbis, quæ sub urbis illius vicis habentur, causa visitabat orationis. Cum autem videret rex prosecutionem presbyteri esse callidam, conversus ad eum: Si vera sunt, inquit, quæ prosequeris, hoc super tumulum Maximini antistitis sacramento confirma. Audeo, ait, hæc, presbyter, quæ præcipis adimplere. Et statim ponens

marmoreo sanctus Lusor sepultus fuisse dicitur, et in altero lapideo Leocadius ejus pater, quem ex Vettii Epagati martyris Lugdunensis stirpe prodiisse scribit Gregorius lib. 1 Hist. cap. 29. Lusoris, vulgo *saint Ludre*, qui in *albis*, id est intra primam sui baptismi hebdomadam, defunctus est, festum non recentiora solummodo, sed et Flori Martyrologium recolit die 4 Novembris. Hinc mirum est ipsius nomen ab aliquot annis e breviario Bituricensi fuisse resecatam. Vide Labbei Biblioth. novam, tomo II, pag. 426 et 427. Quo tempore sanctus Lusor vixerit non liquet. Gregorius loco laudato ait Leocadium primis Biturigum Christianis domum suam in ecclesiam convertendam concessisse. Eos autem Christianos a septem episcoporum, quos sub Decio advenisse censet, discipulis fide imbutos scribit. Unde Leocadium ac Lusorem labente sæculo in vixisse conjicimus.

^a Celebris est sanctus Maximinus, qui Athanasium Treviros exsulem suscepit, a quo et ipsius fides laudatur in apologia ad Constantium, et in libro 1 adv. Arianos. Hieronymum in Chronico, Gregorium no-

manus super sanctum sepulcrum, dixit: Hujus sancti virtute opprimar, si aliquid falsi loquor de his quæ prosecutione mea contra hunc Francum insisto. Fermente autem barbaro, et quasi contra Sanctum Dei furibundo, egressi sunt de basilica: cumque per viam pariter pergerent, subito delapsus presbyter solo pessumdedit, et mortuus est. Laudavitque deinceps barbarus virtutem Sancti, cui prius detraxerat. Sicque archidiaconus urbis ipsius, cum a Nicetio episcopo pro adulterii crimine pulsaretur, sacramento se ad hujus sancti sepulcrum purificari expectavit: ingressusque primum cryptæ limen, restitit quasi stupens; dehinc descendens per gradus ad aliud ostium venit; cumque ad tertium accedere vellet, protinus febre correptus, gressum amplius figere non audeus, crimen quo imputabatur, in discrimine **976** mortis positus, est confessus, deprecans populum ut pro se vel sancti Antistitis, vel episcopi sui suffragia flagitaret. Sed statim ut confessus fuit, ab impulsu febris erutus, sui antistitis est in charitate receptus.

CAPUT XCIV.

De Nicetio ipsius urbis episcopo.

Nicetius ^c autem, ut supra diximus, ipsius urbis episcopus, eleemosynæ, charitatis sanctitatisque totius refulsit merito, dum in corpore commoratus est (*Circ. an. 566, 5 Dec.*). Hic a sæculo migrans, ad basilicam sancti Maximini prædecessoris sui sepultus est. Ad cuius nunc tumulum victorum catenæ franguntur, energiam incursionis diabolicæ patientes extrinsecis dæmonibus liberantur, cæcorum oculi plerumque remotis tenebris lumine infunduntur. Jam de perjuriis ^d quid dicam? Si quis enim ibi falsum juramentum proferre ausus fuerit, illico divina ultione corrigitur: nec quisquam hæc vel loqui audeat, si, conscientia torquente, reum se esse cognoverit, quod ibi sacramentum præsumat exsolvere.

CAPUT XCV.

De Medardo Noviomensi [Al., Suessionensi] episcopo.

Medardus vero gloriosus confessor juxta urbem Suessionis ^e quiescit (*Circ. an. 560, 8 Jun.*). Ad cu-

strum lib. 1, cap. 35, et alios omitto. Ejus vitam a Lupo episcopo sæc. ix scriptam edidit Surius; aliam vero, ut putant, ducentis annis venustiore Bollandiani edidit ad diem 29 Maii. Recensetur inter eos qui concilio Sardicensi interfuerunt, an. 547, et conc. Colon. anno præcedenti contra Euphrasium, seu ejus decessorem, uti contendit Henschenius. Obiit die 12 Septembris in Aquitania, relatusque Treviros 29 Maii sepultus est in monasterio suburbano sancti Joannis, quod exinde sancti Maximini appellatum est, hodieque perstat sub hoc nomine celeberrimum ord. Benedictini, ubi in crypta subterranea sub altari majori requiescit cum sanctis Agrethio, et Nicetio, ejusdem urbis episcopis.

^b Plerique, *Arboastis*. Colb. tul., *Arbogastis*.

^c Ejus vitam habes infra inter Vitas Patrum, cap. 17.

^d Aliquot Scripti et Ed., *perjuriis*.

^e Alii, *Sessionis*, *Sessionas*. Ed., *Suessionicam*. Fuit sanctus Medardus episc. Viromandensis, sedemque Novionum transtulit (*Noyon*), ubi hactenus perseverat, comitatus urbis, et pariatas Franciæ tunc

ius sepulcrum sæpe compeles miserorum cocontractos aspeximus. Post scriptum de mirabilibus ejus librum, mulier manu debilis devote expetiit beati præsidia Sacerdotis : denique cum reliquis vigilias fide integra celebrat, confisa ab ejus virtute manus humore ligatas posse dissolvi, qui infelicium catenas potentia virtutis **977** eximeret. Factum est autem dum missæ celebrarentur, resolutis nervorum arenibus ligaturis, gratias Confessori referens, atque ad sanctum altare accedens, gratiam benedictionis accepit incolumis. Et quia priusquam templum ædificaretur, erat super sepulcrum Sancti cellula minutis contexta vrgultis, et dedicato templo hæc fuit amota, dignum est ut de ipsius ligni tenuitate magnum aliquid proferamus. Nam sæpius de eo hastulæ factæ parumper acutæ dolori dentium remedia contulerunt. Hæc audiens Charimeris ^a, qui nunc referendarius Childeberti regis habetur, dum de hoc dolore laboraret, basilicam Sancti expetiit, ut sumpturus ex ligno a virtute Sancti medicinam mereretur accipere ; sed veniens ostium reperit obseratum. Confusus ergo quia virtus Beati ubique sit præsens, extracto cultro hastulam excutit ab ostio. Statimque ut dentes attingit, noxius dolor abscessit. Habetur apud nos et baculus ejus, de quo plerumque infirmi medicamina sunt experti.

CAPUT XCVI.

De Albino Andecavorum episcopo.

Albinus autem confessor (An. 550, 1 Mart.), cujus nuper Vitæ liber ^b a Fortunato est conscriptus presbytero, obtinet et ipse impertiente merito summ ostendi miracula ad sepulcrum. Aderat igitur dies solemnitatis, in quo paralyticus membris omnibus debilis, erectus plaustro, ante vitream absidæ qua sancta concluduntur membra sedebat, datusque sopori vidit virum ad se venientem, et dicentem sibi : Quousque dormitas, et sanus fieri non desideras ? Qui **978** ait : Utinam merear sanus fieri ! Dixitque ei vir : Cum signum ad cursum horæ tertiæ audieris insonare, surge continuo, et ingredere basilicam ad quam venisti. Futurum est enim ut ipsa hora beatus Martinus cum Albino contribute ingrediatur basili-

decorata. De sancti Medardi obitu et monasterio diximus in cap. 19 libri IV Historiæ. Dicitur *Suessionensis* in capitis titulo ob ejus sepulcrum et ecclesiam prope Suessionas. Hoc caput integrum suæ Historiæ inseruit auctor Vitæ cecundæ sancti Medardi tomo VII Spicilegii.

^a Is sancto Agerico in episcopatu Virodunensi successit, de quo supra lib. IX Historiæ cap. 23. Cæterum auctor Vitæ sancti Medardi supra laudatus habet : « Qui tunc referendarius Childeberti regis habebatur. » Ex voce tamen *nunc* Cointius intulit hunc librum scriptum fuisse antequam Gregorius Historiam scriberet. Sed forte hic auctor Gregorii textum suo tempore adaptavit.

^b Hic liber editus est sæc. I Act. sanctorum ord. Benedictini, sicut et apud Surium et Bollandianos, die 1 Martii. Albinus ex abbate Trincillacensi, seu Cincillacensi, factus episc. Andegavensis subseripsit concilio Aurelian. III an. 558, et per Sapaudum abbatem Aurelian. IV an. 549. Ad ejus celebrandam

cam, ut, oratione facta, ad ejus solemnitatem Turonis accedere debeat. Si enim eo momento adpræsens fueris, sanus efficiaris. Nec moratus ille, commoto signo, accedit ad tumulum Sancti. Cumque Davidiei carminis laudationem clerici canere cupissent, odor suavitatis in basilica Sancti advenit, et hic directis pedibus incolumis est erectus. Quod non a paucis, sed a plerisque visum regio testatur alumna. Sic et apud Croviensem ^c vicum mulier a natiuitate cæca, invocans nomen Sancti, ipsa die illuminata est.

CAPUT XCVII.

De Hospitio confessore.

Fuit in regione Nicensi Hospitius ^d magnus Dei famulus (An. 581, 21 Maii), qui multis virtutibus præditus, ab hoc mundo migravit. Cumque sepeliretur, quidam juxta ipsum sepulcrum manum ponens parumper pulveris elevavit, quod in linteo involvens rudi secum sustulit. Progressuque postridie ^e navem quæ Massiliam ire parabat, offendit in littore : sed hic Lirinense monasterium expetere cupiebat. Viri igitur quorum erat navis, Judaica erant a stirpe progeniti. Qua existente causa, noluit vir indicare naucleris quæ ferebat. Denique postquam progressi contra Lirinense monasterium devenerunt, navis in medio pelagi restitit, flantibusque ventis nulla movetur in parte. **979** Stupentibus vero Judæis quid hoc esset, homo ille veritatem aperuit, dicens : Reliquias beati Hospitii necum habeo, et nunc Lirinum adire desidero, quod vobis indicare metui. Nunc autem scio quia ejus virtute retinetur navis vestra : nec hinc moveri prorsus poterit, nisi consensum illuc præbeatis quo ego ire disposui. Quod audientes viri, stupore permoti, mutatis velis flante vento secundo, viro in insula Lirinensi deposito, quo voluerunt libere abierunt.

CAPUT XCVIII.

De eremita, cui caldaria lignea fuit.

Ecce quales quantasque suis congregat divitias mundi paupertas, ut eis non solum quæ voluerint Redemptor, qui cuncta ex nihilo condidit tribuat, verum etiam ipsa eis elementa jubeat famulari. Nam

festivitatem Fortunatus, invitante Domitiano episcopo, Andegavum perrexit, quod iter expressit verbis, carm. 24 lib. II. Quiescit in abbacia nomini suo dicata, quæ etiam nunc sub ord. sancti Benedicti et cong. sancti Mauri celebris est. Non desunt tamen aliæ Ecclesie quæ hujus sancti viri reliquias se habere gloriantur. Vide Gaufridi Vosiensis Chronicon, cap. 15, et Bollandianos ad diem 1 Martii.

^c Sic Mss. omnes, ut et infra non semel in mirac. sancti Martini, quamvis Editi habeant ut plurimum Croniensis vicus, quem putant esse Credonem Andegavorum oppidum, vulgo *Craon*, ubi prioratus conventualis Benedictinorum cong. sancti Mauri. In charta Adalbergæ ejusdem pro monasterio sancti Sergii Andegav., tomo IV Gallæ Christ., memoratur villa *Nubiliacus* in pagò Andegavensi, in vicaria Croniacensi.

^d Vide ad cap. 6 lib. VI Historiæ, et Bollandianos ad diem 21 Maii.

^e Clar. a, post triduum. De Lirinensi monasterio

recolo me audisse ante hos annos exstitisse quemdam in eremo regionis cujusdam, ad quem requirendum cum frater e proximo prompta devotione venisset, exceptus est ab eo plena animi charitate. Tunc ingressi parvulum quodammodo tugurium, oratione facta, rescderunt. Conferentesque plurima de verbo Dei, surgit senex a sellula [Ed., cellula]: ingreditur hortulum, olera decerpit ad cibum. Accensoque foco, ponit caldariam a ligneam super ignem impletam b aqua cum oleribus, urgensque ignem ita vehementer fervere coegit, ut putaretur ænea esse. Hoc autem videns vir qui advenerat, stupore commotus, interrogat quid hoc esset. Respondit senex: Multis jam in hac eremo annis inhabito, sed semper in hac caldaria cibos, Domino jubente, ad reficiendum fragile corpusculum præparavi. Coctisque cibus, redditis Deo debitis hymnis, ambo ex hujus vasculi ministerio sunt refecti. Hæc olim audivi. Nam nuper vidi abbatem, **980** qui eum Ingenium [Colb. a, Ingenium] nominabat, asserens eum intra Augustodunensem terminum commoratum fuisse, et sæpius in hoc vasculo vel olus vel erumelum coctum cum illo sumpsisse. Confirmabat autem cum juramento vidisse se caldariam flammis superpositam validissime fervere, et ita semper fundum ejus humidum exstitisse, ut putaretur jugiter ab aliquo humectari.

CAPUT XCIX.

De Avito confessore Aurelianensi.

Avitus abbas e Carnoteni pagi, quem Pertensem vocant, sæpius imminere dissolutionem sui corporis Spiritu sancto revelante prædixit (An. 550, 17 Jun.). Qui recedens a corpore, honorifice apud Aurelianensem urbem humatus est: super quem fideles Christiani ecclesiam d construxerunt. Post ejus obitum, eum anniversarius assumptionis ejus dies cum summo coleretur honore, unus e civibus, aliis ad missarum specianda solemnia euntibus, accepto rastro, vineam pastinare direxit; inrepatumque a multis, cur huic festivitati deesset, redire noluit, dicens: Et hic quem colitis operarius fuit. Verum ubi ingressus vineam primo ictu terram aperuit, protinus, re-torta cervice, facies ejus ad tergum conversa est e.

dicere superfluum esset. Etiamnunc subsistit, quod Benedictini cong. Casinensis possident. Insula vulgo dicitur sancti Honorati, quæ hodie cum vicinis insulis ad dioccesim Grasseensem pertinet.

a Colb. 2 et Bad., *lebetem ligneam... fervere cœpit.*

b Hic desinit Cod. Clar. a, cæteris avulsis.

c Illic Avitum Coñtius eundem esse cum sancto Avito abbate Miciaecensi, qui Chlodomeris interitum prædixit, putat: sed eos distinguendos esse censet Baronius, quod plusquam probabile videtur Mabilonio in Actis sanctorum ord. Benedictini, sæc. 1 pag. 613. Distinguuntur in Adonis Martyrologio, ubi abbas Miciaecensis xiv Kal. Januarii, alter xv Kal. Julii memoratur. In titulo hujus cap. Colb. tit., *Carnotensi.*

d De hac Ecclesia diximus in notis ad lib. viii Hist. cap. 2.

e Colb. tit.: *Facies ejus ad terram ruit.*

f Vitam monasticam egisse dicitur in monasterio Genoliaco, diocesis Petragoricensis, sub abbate Savalo, tempore Clotarii regis: inde secessit in locum

A Tunc tremens, spectantibus populis, cum flatu magno basilicam Sancti ingreditur. Post paucos vero dies, orans in eodem loco assidue, directa cervice, convaluit.

CAPUT C.

De Cypriano Petragorico abbate.

Cyprianus abbas Petrocorici oppidi magnificæ sanctitatis vir fuit f, per quem Deus multa miracula in hoc mundo operari dignatus est (An. 580, 9 Dec.). Nam manus **981** debiles frequenter redintegravit, paralyticis gressum, cæcis restituit visum; tresque leprosos inunctos oleo pristinae reddidit sanitati. Sed et nunc crebro super infirmos sanitates ostendit si fideliter ejus tumulum expetant, aut exorent.

CAPUT CI.

De Eparcho Equolesinensi recluso.

B Sed et ad Eparchi Equolesinensis g urbis reclusi sepulcrum sæpius infirmi sanantur (Anno 581, 1 Jul.). Nam et frigoriticorum febres et alia incommoda ejus ueritis restinguuntur. Cæcus vero de Petrocorico territorio, ut se sepulturæ illius projecit, fusa oratione, lumen recipere meruit. Comes autem antedictæ urbis Equolesinensis, fure invento ac suppliciiis dedito, patibulo condemnari præcepit. At ille cum duceretur ad mortem, invocare hujus sancti nomen cœpit; et adductus ad stipitem, fusa orationis super terra, patibulo appensus relictus est. Quod cum monachi præsensissent, simul projecti ad tumulum Sancti, orare cœperunt, dicentes: O sancte Confessor, si tibi vita superstes esset in sæculo, eruere potueras hunc pauperem de manu mortis, sicut plerumque tali supplicio addictos liberasti; sed nunc non dissidimus de tua oratione, ut quod vivens fecisti in sæculo, possis renovare sublimatus in cælo. Et data nocte misit abbas usque ad fuream. Accedente autem monacho, statim disruptis ligaminibus terræ delapsus est; et sic sustentatus a monacho, vivens adducitur ad monasterium, haustoque parumper vino convaluit, vitæque a judice obtenta, liber abscessit.

CAPUT CII.

De Felice Biturigum episcopo.

982 Post transitum autem Felicis h Biturigi epi-

D Dordonæ fluvio (*la Dordogne*) vicinum, ubi hodieque vicus sub sancti Cypriani nomine exstat. Floruit tempore Chartherii episc. Petragoricensis, qui an. 585 conc. n Matise. interfuit. Labbeus, tomo II Bibl. novæ edidit Vitam sancti Sori, et fragmentum Vitæ sancti Amandi, qui fuerunt sancti Cypriani sodales.

g Al., *Equolenensis, Engolismensis*, etc. De sancto Eparchio vide lib. vi Hist. cap 8 et notas.

h Ordinatus fuit a sancto Germano episc. Parisiensi an. 568, et interfuit concilio Parisiensi iv, an. 573. Eum laudat Fortunatus lib. iii, earm. 25, ob turrim ab eo fabricatam ad servandam Eucharistiam, quod his verbis exprimit:

Quam bene cuncta decet sacrati ut corporis Agni
Margaritum ingens, aurea dona ferant.
Cedant chrysolithis Salomonis vasa metallis,
Ista placere magis ars facit atque fides.

Quiescere dicitur in ecclesia collegiata sancti Austregisili de Castro, in suburbio Bituricensi, sed nullo cultu publico celebratur.

scopi (An. 575, 1 Jan.), cum ad ejus tumulum, quod marmore exsculptum Pario super terram erat positum, cæcus quidam lumen oculorum, fugatis tenebris, recepisset : cognovissetque plebs amicum Dei, quem in corpore positum, obsistentibus mundanis caliginibus, cognoscere ad plenum non meruit, cœpit in orationum assiduitate ejus limina penetrare. Sed quoniam, ut diximus, sarcophagus marmoreus viliori lapide obtectus erat, sagacitas civium, et præsertim episcopi ^a, meliori sarcophagum opertorio textit, id est ex marmore Heracleo. Amoto ergo viliori lapide, post annum fere duodecimum, iuenerunt corpus beati Confessoris ita illasum, ut nulla dissolutio in corpore, nulla putredo reperiretur in veste : sed ita erant cuucta integra, ac si, ut ita dixerim, ea hora tumulo putarentur ingesta. Sed nec ibi quidem misericordia Domini defuit, ut lapis repulsus non remaneret inglorius. Ferunt enim quod multi, eraso potaque ex eo pulveris modico, tam a quartanis quam tertianis sive quotidianis febribus celeriter liberantur.

CAPUT CIII.

De Juniano Lemovicorum recluso.

Fuit et Junianus ^b reclusus infra Lemovicinæ urbis territorium (An. 530, 16 Nov.), qui vivens multa populis ostendit miracula; sed et nunc ad sepulcrum ejus sæpe morbi curantur. Nam vidi multos, quos dinumerare putavi longum, qui cæcis **983** oculis ibidem evecti ^c lumen receperunt, paralyticique directi sunt. Testisque est ipse populus hodieque, qui cum sanitatem recipiunt, statim se tributarios loco illi faciunt, ac, recurrente circulo anni, pro redditæ sanitatis gratia tributa dissolvunt. Ex quibus plurimi sunt qui ad basilicam sancti Martini nostri antistitis pertinere videntur.

CAPUT CIV.

De Pelagia Lemovicina.

Pelagia vero genitrix beati Aredii abbatis ^d (An. 570, 25 Aug.), cujus supra meminimus, valde reli-

^a Is fuit Sulpicius Severus post Remigium Felicis successor, jam quippe sedebat anno 585, quo concil. Matis. n. subscripsit, duodecimo anno post conc. Paris. iv, cui Felix interfuerat.

^b Ejus vitam refert Gonouus lib. iv Vitarum Patrum Occid.; sed eum a Juniano abbate Mariacensi non distinxit, qui floruit apud Pictones, ubi hodieque colitur in monast. Nobiliacensi, quo translatus est an. 850, ex Chronico sancti Maxentii : alter vero, quem hic Gregorius laudat, in diocesi Lemovic. floruit. Locum discimus ex Chronico Gaufridi prioris Vosiensis, cap. 15, de sanctis apud Lemovices præclarioribus, ubi habet : « Comodoliacenses Juniano jubilant cum Amando præceptore suo; quod videlicet monasterium cum ecclesia sancti Petri de Quadrivio Josfredus quondam thesaurarius a jure sancti Martialis fraude abstulit. » Idem repetit cap. 59. Ecclesiam in qua sepultus fuit construxerat Ruricius junior episc. Lemovic., quem Vir sanctus a dæmone liberaverat. Floruit cum sancto Anando eremita sub Clodoveo I et ejus filiis. Vide Bernardum Guidonem, tomo II Bibl. Labb. p. 277, in opusculis hist., ubi ejus festum xvii Kal. Novemb. consignat. Monasterium Comodolia-

A glosa. cum urgeretur febribus et esset in transitu, petiit filium, dicens : Quæso, fili dulcissime, ne mo ante diem quartum sepeliatis, ut venientes famuli famulæve omnes videant corpusculum meum, nec ullus frustretur ab exsequiis meis de his quos studiosissime enutrivit. Et hæc dicens, emisit spiritum. Abluta juxta morem, collocatur in feretro, atque in ecclesiam deportatur. Quarto vero die, priusquam sepeliretur, tantus odor suavitatis effragavit a corpore, ut omnes admirarentur. De nocte vero globus ignis magnus apparuit, qui ab Oriente consurgens, ac per cœli circulum currens, super ecclesiam stetit, in qua corpus defunctæ jacebat. Ex hoc enim ita cunctiam ædem subitus splendor obtexit, ut putarent se diem medium contemplari. Et statim emergunt multi exclamaverunt, dicentes quod Martinus venit ad transitum Pelagiæ. Succedente vero Dominica die postquam sepulta est, posterunt cereum ad caput ejus, dicentes : Parum nobis est ceræ, et jam nox prolixior habetur, cum ad matutinum consurgimus tunc accendatur cereus iste. Et, clauso ostio, abierunt. Expleto autem somno, ingressi basilicam, invenerunt cereum ardentem, quem extinctum reliquerant. Sed et sanitates infirmorum sæpius aguntur **984** ad hujus religiosæ sepulcrum.

CAPUT CV.

De sepulcro Crescentiæ Parisiorum.

Tumulus erat iam vico Parisiorum haud procul a loco in quo senior, ut aiunt, ecclesia nuncupatur, nullo opertus tegmine; ibique in lapide habebatur scriptum : HIC REQUIESCIT CRESCENTIA SACRATA DEO PUELLA. Sed nulla ætas recolere poterat quale ei fuerat meritum, vel quid egisset in sæculo ^e. Nuper autem a quodam clerico hoc epitaphium legitur. Instigante vero fide, suspecti sunt habiti homines ^f, quod aliquid cum divina majestate Virgo potuerit obtinere. Dum vero in hac suspitione penderent, quidam, quem ardor tertianæ febris cum gravi tremore vexabat, erasi a tumulo parum pulveris haurit, moxque, sedato tremore, convaluit. Vulgatumque

cense in canonicorum sæcularium collegium conversum est, quod simul cum oppido circum posito, vulgo *Saint-Junien* appellatur.

^e Ed., eo perducti.

^d De sancto Aredio passim agit Gregorius, cujus vitam habes infra post Vitas Patrum. In Chronico Gaufridi Vosiensis, cap. 15, quod est de sanctis illustribus Lemovic., legitur : « Apud sanctum Aredium sancta Pelagia mater ejus. » Unde patet eam in monast. Atanensi fuisse sepultam, quod discrete tradit Bernardus Guido in opusculis histor., apud Labb., tomo I Biblioth. novæ, p. 651. — Hoc caput laudat sanctus Odo Cluniacensis abbas in sermone : Quod sanctus Martinus par sit apostolis, ubi habet : « Ad exsequias Pelagiæ, matris beati Aredii abbatis, globus igneus totam illustrans ecclesiam de cælo venit, clamantibus emergumentis ad defunctæ exsequias venisse Martinum. »

^e Ita obliterata est hujus Crescentiæ memoria, ut nihil de ea prorsus sciatur, nec notum sit ubi fuerit ejus sepulcrum.

^f Colb. a, sunt illi homines. Bell., Laud et Colb. tut. hebetes homines.

verbum plerumque profuit multis in hac infirmitate A detentis. Succedente deinde tempore, monetarius urbis graviter aegrotare cœpit, cui in visione puella apparuit, dicens: Vade, ait, quantocius, et tumultum Crescentiæ virginis tege. Erit tibi hoc adiutorium, ne a morbo quo captus es duntius fatigeris. At ille confusus calces inquit, oratorium desuper construit, protinusque ab infirmitate laxatur. Sed ut virtus [Pith., tumulus] Virginis in majoribus efferretur honoribus, cuidam ex urbe dens indoluerat, ita ut, intumescente maxilla, vix vel tenuis cibi parumper capere posset. Pergit fide plenus ad tumultum, factaque hastula ^a una de parte acuta, ut in humanis usibus ad purgandos dentes fieri solet, super sepulcrum puellæ ponit. Statimque ut exinde dentem qui dolebat attingit, omnis dolor obstupuit. Ex hoc autem ac- B cepto experimento, quos hic dolor vexat, hujus Virginis, ut expetunt præsidia, mox sanantur.

CAPUT CVI.

De beata Radegunde Pictaviensi.

985 Beata vero Radegundis ^b, cujus in initio libri (An. 587, 13 Aug.) Martyrum meminimus, post emeritos vitæ labores ab hoc mundo migravit (Cap.5): de cujus transitu accipientes nuntium, ad monasterium Pietavensis urbis accessimus, quod ipsa instituerat. Reperimus autem eam jaentem in feretro, cujus sancta facies ita fulgebat, ut liliorum rosarumque sperneret pulchritudinem. Stabat enim circa feretrum multitudo immensa sanctimonialium, ad numerum circiter ducentarum, quæ per illius prædicationem conversæ vitam sanctam agebant, quæ, secundum sæculi dignitatem, non modo de senatoribus, verum etiam nonnullæ de ipsa regali stirpe hac religionis forma florebant. Stabant autem plangentes atque dicentes: Cui nos orphanas mater relinquis? cui nos desolatas commendas? Reliquimus parentes, facultatesque, ac patriam, et te secutæ sumus. Cui nos relinquis, nisi perpetuis lacrymis, et nunquam finiendo dolori? Ecce usque nunc majus nobis erat hoc monasterium, quam villarum aut civitatum spatia. Quæ quoenque loco accedebamus, contemplantes gloriosam faciem tuam, ibi inveniebamus aurum, ibi argentum; ibi suscipiebamus florentes vineas, segetesque eomantes; ibi prata diversorum florum varietate vernantia. A te carpebamus violas; tu nobis eras rosa rutilans et lilium candens: tua nobis verba quasi sol resplendebant, et quasi luna tenebris conscientiæ nostræ lucidam veritatis lampadem accendebant. Nunc autem contenebrata est nobis omnis terra, angustatum est spatium hujus loci, dum tuam faciem non meremur aspicere. Heu nos derelictas

a sancta matre! felicesque illas quæ te superstitè ab hoc sæculo migraverunt! Et scimus quidem te choris sanctarum virginum et Dei paradiso esse conjunctam: sed enim ex hoc consolamur, **986** illud nobis est lamentabile, quod te corporeis oculis intueri non possumus. Hæc et alia inter lamenta dicentibus, cum a lacrymis temperare non valeremus, conversus ad abbatissam ^c, aio: Sinite parumper ab his fletibus, et ea potius quæ sunt necessaria pertractate. Ecce frater noster Maroveus hujus urbis episcopus non est coram, eo quod illum causa visendarum parœciarum elongaverit. Nunc autem habete consilium, ne sanctum corpuseulum injuriam patiat et gratia quam Deus beatis artibus præstitit auferatur, dum tempus sepulturæ differtur: accelerate debitas exsec- B quias, ut sepulcro cum honore reddatur. Ad hæc abbatissa respondit: Et quid faciemus, si episcopus urbis non advenerit, quia locus ille quo sepeliri debet, non est sacerdotali benedictione sacratus? Tunc cives et reliqui viri honorati, qui ad exsequias beatæ reginæ convenerant, imperant parvitati meæ, dicentes: Præsume de charitate fratris tui, et benedic altare ^d illud. Confidimus enim de ejus benevolentia, quod molestum non ferat si feceris, sed magis gratiam referat. Præsume, precamur, ut caro sancta sepulturæ reddatur. Et sic ab illis injunctus altare in cellula ipsa sacravi. Verum ubi sanctum corpus moventes, psallendo deducere cœpimus, mox energumini declamantes, et sanctam Dei confitentes, torqueri se ab ea fatebantur. Transenntibus autem nobis C sub muro, iterum caterva virginum per fenestras ^e turrium et ipsa quoque muri propugnacula, voces proferre ac lamentari desuper cœpit, ita ut inter sonos fletuum atque collisiones palmarum, nullus posset a lacrymis temperare; sed et ipsi quoque clerici, quorum erat psallendi officium, vix inter singultus et lacrymas antiphonam poterant explicare. Dehinc accedimus ad sepulcrum. Nam providentia abbatissæ capsam ligneam fecerat, in qua corpus aromatibus conditum incluserat, et ob hoc fossa sepulturæ spatiosior erat: ita ut, ablatis duorum sepulcrorum singulis spondis, ac de latere juncta capsam cum **987** sanctis artibus locaretur. Tunc facta oratione discessimus, reservantes episcopo loci ut ab eo celebrata missa, tegetetur operculo. Redeuntes D vero ad monasterium, ducebat nos abbatissa eam virginibus per loca singula, in qua Sancta aut legere consueverat, aut orare, lugens ac dicens: Ecce ingredimur in cellulam, et matrem amissam non reperimus. Ecce spatium in quo flectens genua cum lacrymis Dei omnipotentis misericordiam precabatur, et a nobis non videtur. Ecce librum in quo legebat,

^a Frequens est hujusmodi hastularum mentio apud Gregor. Vide supra, cap. 97, et Vitam sancti Theodulfi abbatis Rhemensis, num. 7, tomo I Act. sanctorum ord. S. Bened.

^b Hoc cap. deest in Colb. int. Sanctam Radegundem passim laudat Gregorius. Vide notas in lib. III Hist. cap. 7, et lib. IX cap. 2.

^c Adhuc supererat Agnes prima abbatissa, de qua passim Gregorius. Ejus festum die XIII Maii colitur.

^d Hinc colligimus cœmeteria antiquitus, non solum sacerdotali benedictione sacrari debuisse, sed etiam nunquam fuisse absque altari, ubi pro defunctis sacrum fieret. Radegundis in Vita hb. II num. 27 sepulta dicitur in ecclesia sanctæ Mariæ, quam hodie, ut jam observavimus, canonici sæculares possident, sed sub beatæ Radegundis titulo.

^e Moniales ex sancti Cæsarii regula egredi non poterant.

et vox spiritali sale condita non verberat aures nostras. Ecce fusa, in quibus per longa jejunia et profusas lacrymas necere solita, et almi sanctitate digiti non cernuntur. Hæc illis dicentibus, renovantur lacrymæ, suspiria proferuntur, et ipsa quoque viscera ab affectu plorantium resolvuntur in fletum. Tantusque mœror pectus meum obsederat, ut a lacrymis non desisterem, nisi scirem beatam Radegundem ablatam monasterio corpore, non virtute; et assumptam a mundo, collocatam in cœlo.

CAPUT CVII.

De Tetrico episcopo.

Licet Mss. omnes hæc tria capita in indice habeant, nullum tamen invenire licuit qui præter nudos titulos quidquam de illis repræsentet. Ut tamen eorum sanctorum quos indicant aliqua habeatur notitia, pauca quæ de iis observavimus huc proferre visum est.

[Sanctus Tetricus episcopus Lingonensis sancto Gregorio patri suo successit (An. 572, 18 Mart.). De quo passim Gregorius loquitur. Plura de eo observavimus ad lib. iv cap. 16, quæ hic repetere non vacat.]

CAPUT CVIII.

De sancto Orientio episcopo.

Sancti Orientii Vita duas habes apud Bolland., die 1 Maii. Ex priori, quæ vetustior est, colligimus eum circa sæculi v medium Auxitanam ecclesiam rexisse (An. 450, 1 Maii), eo scilicet tempore quo Littorius dux Romanus a Gothis captus atque occisus est. In posteriori Vita dicitur sancto Ursiniano successisse. Ejus corpus in ecclesia suo nomini consecrata **988** cum **C** adjuncto celebri monasterio ordinis Cluniacensis in ipsa urbe Ausciensi (Auch) asservatur.

CAPUT CIX.

De Quiteria virgine.

Quiteriæ Acta habentur, sed omnino fabulosa. Colitur potissimum Aduræ in Wasconia (An... 22 Maii), cujus ecclesia in Manso sanctæ Quiteriæ juxta urbem sita concathedralis privilegio et abbatiæ titulo gaudet, ejusque abbas idem est ac episcopus. Ejus ossa, quæ in monasterio sancti Severi, in capite Wasconicæ, ord. sancti Bened. et cong. sancti Mauri, servabantur, a Calvinianis in rogam conjecta, Catholici semiusta, ut potuere, ab incendio eripuerunt. Colitur die 22 Maii, ad quem diem vide Bollandianos, et Gononum lib. III. Tamayus vero de ea multas habet fabulas.

CAPUT CX [Al. CVIII].

De sancto Paulino episcopo Nolano.

Fuit vitæ venerabilis Paulinus Nolanæ urbis episcopus ^a (An. 431, 22 Jun.), ex nobili stirpe ortus, Tarasiam similem sibi sortitus est conjugem, habens divitias multas, et tam in fundorum possessione quam in præsidio domorum valde dives erat ac lo-

^a Hæc vox episcopus est in solo Colb. a, et quidem alia manu. Paulini laudes celebravit Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Gregorius Magnus et plerique Patrum, quorum testimonia, simul cum B. viri scriptis, Vita, etc., summa eum diligentia edidit Parisiis an. 1685, vir cl. Le Brun. Vide et Clifletii Paulinum

A cuples. Sed cum primum aures ejus Evangeliorum lectio illa penetravit, in qua Dominus adolescentem propter divitias arguit, dicens: *Vade, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo; et veni, sequere me* (Matth. xix, 21); et illud: *Facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem introire in regnum Dei* (Ibid., 24); statim, venditis omnibus quæ habebat, pauperibus erogavit. Exoneratus a cunctis cupiditatibus, Magistrum liber sequitur, per hæc se putans paradisi divitiis locupletari, si videretur nihil de transitoriis possidere. Cui Majestas divina tribuit, ut quod impossibile dixerat per Evangelium, hic possibiliter adimplere mereretur per actum. Quadam vero die venit ad eum qui stipem peteret, et ait conjugi: *Vade, et da ei quod habet necessarium. Quæ respondit: Non est nobis amplius quam 989 unus panis. Cui ille: Vade, inquit, porrige eum. Dominus enim dabit nobis victum. Sed illa quasi strenua reservari cupiens, ne aliquid deesset, porrigere noluit. Interea advenerunt quidam dicentes, missos se a dominis suis, ut illi annonæ ac vini deferrent speciem: sed per hoc se moratos, quod orta tempestas unam eis eum tritico abstulerit navem. Tunc vir Dei conversus ad mulierem, ait: Intellige te nunc pauperi unum panem fuisse furatam, et ideo hanc navem esse mersam. Perrexit ergo cum conjuge quasi pergrinaturus in aliam regionem, nihil habens præter statum proprium. Post multum vero tempus, cum ab incolis regionis suæ requireretur, nec posset penitus reperiri, negotiator de civitate illa ad hanc urbem advenit, in qua vir beatus cœlesti Domino serviebat. Cuique vidisset enim, statim projiciens se solo, et pedes sancti amplectens, ait: Ille est beatus Paulinus toto vulgatus orbe, qui multum a suis civibus quæsitus, prorsus non potuit inveniri. Et narrans omnes actiones ejus, obstupuerunt hæc audientes. Nec mora decedente sacerdote apud Nolanam urbem, ipse in locum episcopi subrogatur. Habebat autem ecclesia illa multas divitias, implevitque in eum Dominus quæ per Evangelium promittere est dignatus; quia: *Qui reliquerit omnia propter me, centuplum in hoc sæculo accipiet; in futuro autem vitam æternam possidebit* (Matth. xix, 29). Verum assumpto episcopatu semper se humilem proferbat, quia sciebat se apud Deum excelsum futurum, si humilitatem sectatus fuisset. Pecunia vero de redditibus ecclesiæ, quæ manus ejus attingebat, eonfestim pauperibus erogabatur. Castissima enim conjux ejus non discedebat ab eo. Erat autem vir sanctus miræ prudentiæ, rhetoricis litteris eruditus. Quod opus ejus quando ad nos pervenit, valde patefecit. Nam cum ad diversos tam versu quam prosa scriberet, de virtutibus beati Martini sex versu conscripsit libros ^b: scripsit et alios versiculos in*

illustratum. Sepultus est Nolæ in ecclesia sancti Felicis quam construxerat. Inde translatus Romam dicitur, ubi ostenditur in ecclesia sancti Bartholomæi.

^b Hæc omnia non Paulinus Nolanus, sed alter, qui in Mss. novæcellis Petricordiensis appellatur, composuit, ejus opuscula non semel edita sunt.

laudem ejus. Viditque eum in corpore positum, et A oculum suum ab eo illuminatum recepit. Qui tantum in virtute **990** multiplicata gratiarum spiritualium charismata ^a resplenduit, ut ante obitum suum ipsum Martinum, Januariumque ^b Italicum, priusquam spiritum redderet, corporeis oculis contemplaretur. Prius enim ab eo de hoc mundo migraverant: et quia de hujus Beati vita nihil legeramus, idcirco ea quæ per relationem fidelium cognovimus, dum de elemosynis proloqui voluimus, memoravimus. De transitu autem ejus est apud nos magna lectio ^c, ideo eum ex ordine persecuti non sumus. Ecce quid tribuit elemosyna, ecce quales thesauros sanctis suis qui se in pauperibus diligunt, Deus indulget. E contrario avaritiæ malo inhiantibus quæ nequiter concupiscunt aufert, juxta illud Evangelii sancti oraculum, quia: **B** *Qui habet, dabitur ei, et abundabit; qui autem non habet, quod videtur habere auferetur ab eo (Mat'h. XIII, 12; xxv, 29).*

CAPUT CXI [AL., CVIII].

De negotiatore qui elemosynam non fecit.

Sic et quodam loco in portu maris gestum fuisse multorum confirmat relatio. Quidam pauper et senex, marsupii oneratus, venit ad littus maris; et accedens ad portum petere elemosynam a naucleris cœpit, atque illi qui primus carinæ erat, importunior assistebat, dicens: Da mihi aliquid. Tunc ille commotus ait: Absiste, quæso, decrepite, et noli a nobis quærere quidquam. Nihil enim hic aliud præter lapides habemus. At ille ait: Si lapides dicis esse quæ in **C** tuis ditioribus navis hæc continet, omnia vertantur in lapides. Et statim cunctum navis onus, quod mandipotuit, in saxum conversum est. Ego enim ex his et dactylos vidi, et olivas aspexi marmore duriores. Nam cum in lapidis duritiam conversa fuissent, nunquam tamen colorem quem habuerant perdiderunt: illis eadem forma eademque species erat. Dominus autem navis pœnitentia motus, inquisitum senem nusquam potuit reperire: et, sicut ferunt, per multas civitates de iis quæ in saxum mutata fuerant ad videndum direxit, ut scilicet exemplum **991** esset omnibus, ne similia perpetrarent. Ecce quid agis, impudens avaritia: fecisti hominem pauperem, qui non porrigendo pauperi putavit se posse fieri ditiozem.

CAPUT CXII [AL., CIX].

De alio qui vinum adulteravit.

Quid etiam et alii contigerit, qui per adulteria

^a Quartum casum pro sexto adhibet.

^b Mss., *Genuarium*. Hæc Florus in Martyrologio exscripsit, ad diem 22 Junii. Hic porro celebris Januarius ind eatur episcopus Beneventanus, qui cum aliis martyribus apud Puteolos passus est in Diocletiani persecutione die 19 Septembris. Corpus ejus Neapolim translatum est. Hanc vero visionem narrat Uranius presbyter in epistola quam de beati Paulini

multiplicare terrena studuit lucra, non sileam. Quidam apud Lugdunensem urbem vix ita laborans, ut unum triantem posset habere, accensus auri execrabilis sacra fame, voluit per eum sacculi ora replere, juxta illum Prudentii nostri versiculum:

Auri namque fames parto conquiritur auro.

Igitur de hoc ^d triante vinum comparat, admixtisque aquis, iterum per argenteos venundans, duplat pecuniam. Hoc iterum atque iterum agit, et tam diu turpis lucri sectator est factus, usquequo centum solidos de hoc triante lucraretur. Sed judicium Dei confutavit lucra diaboli. Congerens enim avarus negotiator aurum in sacculum, possessurus pecuniam unius horæ momento, alterius negotiatoris nundinas adit. Extractoque triante quasi aliquid negotiaturus, colloqui cum socio cœpit; erat autem sacculus ex pelle Phœnicia ^e, sicut his manu gestare mos est. Et ecce subito adveniens milvus rapit eum pedibus, atque decerpere tentat, putans a colore partem aliquam carnis esse. Sed cum nihil pinguedinis **992** sentiret in eo, evolans super alveum Araris, de quo hic aquas hauriens vino miscuerat, laxatum sacculum dejecit in flumen. At ille apprehensus capillis, elidens se ad terram, spargensque pulverem super caput suum. aiebat: Væ mihi qui iudicio Dei oppressus perdidit pecuniam quæ inique fuerat aggregata, nam ex uno triante centum erexi solidos: Nunc perditis centum solidis, unus mihi tantum remansit trians. Væ mihi! sicut feci sic recepi: et qui e nihilo eos habui, ad nihilum rediisse conspicio. Talis pecunia, diabole, tua est, per tale lucrum deducis tibi obedientes ^f in tartarum. Tale enim commercium et in præsentidamni notam ingerit, et in futuro diversarum pœnarum genera parit. Absistite ab his, quæso, qui hæc legitis, absistite et nolite talibus participes esse. Sint lucra vestra divinæ majestatis gratia: sint exercitia vestra, Scripturæ sanctæ doctrina. Fiat congregatio vestra in marsupiiis pauperum, quæ æternæ gehennæ flagrans restinguat incendium; et hoc ipsum a Domini est misericordia poscendum, non propria virtute quærendum, qui nobis præstare dignetur illorum intercessione sancta, quorum hic liber sacra prodit miracula, ut non solum de terrenis divitiis, sed etiam de talentis verbi sui bonam facientes rationem, multiplicationis mercede recepta, audire mereamur ab ipso: *Euge! serve bone, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium Domini tui (Mat'h. xxv, 21).* Amen.

obitu scripsit ad Pacatum.

^e Habetur Uranii epistola de transitu sancti Paulini, quæ non semel edita fuit.

^d Hic desinit Colb. a, cæteris avulsis.

^e Pelles Babylonicas ad libros ornandos memorat Hieronymus in epistola ad Lætan.

^f Ed., *deduxisti Deo inobedientes.*

Explicit liber de Gloria Confessorum.

In Codice membraneo, qui olim fuit monasterii Dionysiani prope Parisios, nunc autem est Antuerpiæ penes RR. PP. Bollandianos, in fine libri Gregorii Turonensis de Gloria Confessorum clausula habetur de Pippini, cujus temporibus Codex scriptus est, in Francorum regem consecratione, facta post abdicationem Childerici, ultimi Merovingianorum

hæ regis. Quam clausulam, ex ipso codice descriptam, et ab illis editam hic exhibere visum est, ad confirmanda ea quæ superius, col. 685, in notis ad Fredegarii tertium continuatorem ea de re observavimus.

Si nosse vis, lector, quibus hic libellus temporibus videatur esse conscriptus, et ad sacrorum martyrum pretiosam editus laudem, invenies anno ab Incarnatione Domini septingentesimo sexagesimo septimo, temporibus felicissimi atque tranquillissimi et catholici Pippini, regis Francorum et patricii Romanorum, filii beatæ memoriæ quondam Caroli principis : anno felicissimi regni ejus in Dei nomine sexto decimo, indictione quinta, et filiorum ejus, eorundemque regum Francorum Caroli et Carlomanni (qui per manus sanctæ recordationis viri beatissimi domni Stephani papæ, una cum prædicto patre, domno viro gloriosissimo Pippino rege, sacro chrismate, divina providentia, et sanctorum Petri et Pauli intercessionibus consecrati sunt) anno tertio decimo. Nam ipse prædictus dominus florentissimus Pippinus, rex pius, per auctoritatem et imperium sanctæ recordationis domni Zachariæ pæ, æ, et unctionem sancti chrisma is, per manus beatorum sacerdotum Galliarum, et electionem omnium Francorum, tribus annis antea in regni solio sublimatus est. Postea per manus ejusdem Stephani pontificis, die uno in beatorum prædictorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii ecclesia (ubi et venerabilis vir Folradus archipresbyter et abbas esse cognoscitur) in regem et patricium, una cum prædictis filiis Carolo et Carolomanno in nomine sanctæ Trinitatis unctus et benedictus est. In ipsa namque beatorum martyrum ecclesia, uno eodemque die nobilissimam atque devotissimam, et sanctis martyribus devotissime adhærentem Bertradam, jam dicti florentissimi regis conjugem prædictus venerabilis pontifex regalibus indutam cycladibus, gratia septiformis Spiritus benedixit : simulque Francorum principes benedictione et Spiritus sancti gratia confirmavit ; et tali omnes interdicti et excommunicationis lege constrinxit, ut nunquam de alterius lumbis regem in ævo præsumant eligere ; sed ex ipsorum, quos et divina pietas exaltare dignata est, et sanctorum apostolorum intercessionibus per manus vicarii ipsorum beatissimi pontificis confirmare et conservare disposuit. Hæc ideo charitati vestræ breviter in novissima paginula libelli inseruimus hujus, ut per succedentium temporum et vulgi relatione propago in ævo valeat cognoscere posterorum.

SANCTI GREGORII EPISCOPI TURONENSIS EPISTOLA IN QUATUOR LIBROS DE VIRTUTIBUS SANCTI MARTINI EPISCOPI.

993-994 Dominis sanctis, et in Christi amore dulcissimis ^a fratribus ac filiis Ecclesiæ Turonicæ mihi a Deo commissæ, Gregorius peccator.

Miracula illa ^b quæ Dominus Deus noster per beatum Martinum antistitem suum in corpore positum operari dignatus est, quotidie ad corroborandam fidem credentium confirmare dignatur. Ille nunc exornans [*Al.*, exornat] virtutibus ejus tumulum, qui in eo operatus est cum esset in mundo ; et ille præbet per eum beneficia Christianis, qui misit tunc prænslem gentibus perituris. Nemo ergo de antea actis virtutibus dubitet, cum præsentium signorum cernit munera dispensari, cum videt claudos erigi, cæcos illuminari, dæmones effugari, et alia quæque morborum genera ipso medicante ^c curari. Ego vero fidem ingerens libri illius ^d qui de ejus Vita ab anterioribus est scriptus, præsentis virtutes, quantum [*Al.*, de quanto] ad memoriam recolo, memoriæ in posterum, Domino jubente, mandabo. Quod non præsumerem, nisi bis et tertio admonitus fuissen per visum. Tamen omnipotentem Deum testem invoco, quia vidi quadam vice per somnium ^e media die in **995-996** basilica domni Martini debiles multos, ac diversis morbis oppressos sanari, et videbam eos, spectante matre mea ^f, quæ ait mihi : Quare segnis es ad hæc scribenda quæ prospicis ? Cui aio : Non te latet ^g, quod sim inscius litterarum, et tam admirandas virtutes stultus et idiota non arte me promulgare ? Utinam Séverus, aut Paulinus viverent, aut certe Fortunatus adesset, qui ista describerent ! Nam ego ad hæc iners notam incurro, si hæc adnotare tentavero. Et ait mihi : Et nescis quia nobiscum propter intelligentiam populorum si quis loquitur, sicut tu loqui potens es, eo habetur magis præclarum ? Haquæ ne dubites, et hæc agere non desistas : quia crimen tibi erit si ea tacueris. Ego autem hæc agere cupiens, duplicis tædij affligor cruciatione, mœroris pariter et terroris. Mœroris, cur tantæ virtutes, quæ sub antecessoribus nostris factæ sunt, non sunt scriptæ ; terroris, ut aggrediar opus egregium rusticanus. Sed spe divinæ pietatis illectus, aggrediar quod inonetur. Potest enim, ut credo, per meæ linguæ sterilitatem [*Al.*, officium] proferre ista qui ex arida cote [*Al.*, petra] in eremo producus aquas, populi sitientis exstinxit ardorem ; aut certe constabit eum rursus os asinæ reserare, si labia mea aperiens, per me indoctum [*Ed.*, indignum] ista dignetur expandere. Sed quid timeo rusticitatem meam, cum Dominus Redemptor et Deus noster, ad destruendam mundanæ sapientiæ vanitatem, non oratores, sed piscatores ; nec philosophos, sed rusticos præelegit ? Confido ergo orantibus vobis ^h, quia etsi non potest paginam sermo incultus ornare, faciet eam tamen gloriosus Antistes præclaris virtutibus elucere.

^a Germ. cum Editis, *dilectissimis*.

^b Plerique Mss., *miracula quæ*. Illic incipit Cod. Beccensis.

^c Editi cum aliquot Scriptis, *mediante*. Bell., *medicante*.

^d Sic Codd. Mart. Coll. a, Germ., Rom., Laud., Bell., alii plerique, *fidem gerens*. Coll. b, *in geminans*.

^A Editi, *fidem gerens libro huic*.

^e Aliquot Mss., *per somnum*. Et infra, *a diversis...* et vidi hæc.

^f Bec., *vidi expectantem matrem meam*,

^g Clar. et alii Mss. : *Num te latet... inops litteris*.

^h Editi, *orationibus vestris*. Bec., *credamus ergo*, etc.

SANCTI GEORGII FLORENTII GREGORII
EPISCOPI TURONENSIS
DE MIRACULIS
SANCTI MARTINI EPISCOPI
LIBRI QUATUOR.

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

A

CAPUT II.

Quod Severus Vitam sancti Martini conscripsit.

999 Multi sunt, qui virtutes sancti Martini, vel stante versu, vel stylo prosaico conscripserant. De quibus primus ille Severus Sulpicius ^a, cui tantus fervor amoris fuit in Sanctum Dei, ut eo adhuc degente in sæculo, unum librum de Mirabilibus vitæ ejus scriberet, exinde post transitum beati viri duos libros scripsit, quos Dialogos ^b voluit vocitari. In quibus nonnulla de virtutibus eremitarum, anachoretarumque, referente Posthumiano, inseruit. Sed in nullo inferiore nostrum **1000** potuit reperire Martinum, quem apostolis ^c sanctisque prioribus exæquavit, ita ut etiam diceret, « felicem quidem Græciam, quæ meruit audire Apostolum prædicantem; sed nec Gallias a Christo derelictas, quibus donavit Dominus habere Martinum. »

^a Sic et Gennadius in Catalogo, cap. 29: *Severus cognomento Sulpicius*. Alii tamen malant scribere *Sulpicius Severus*. Et quidem in Mss. Sulpicii nomen quandoque alteri præmittitur, alias postponitur, ut in uno Cod. sancti Germani a Pratis, num. 652, ab annis 800 scripto, observavimus. — Hunc nonnulli putant eundem esse ac Sulpicium Severum Bituricensis episcopum; et e contrario alii volunt Sulpicii Bituricensis nomen in Martyrologium Romanum loco nostri Sulpicii fuisse invecum. Vide Bolland. ad 29 Januarii, et supra notas ad cap. 50 de Gloria confessorum.

^b Tres scripsit dialogos Severus, sed duobus solummodo posterioribus præfigitur titulus *De sancti Martini virtutibus*, quanquam et in primo quoque de eo agat.

^c Editi habent, *apostolis ac sanctis martyribus, sanctisque*, etc. Et infra, *apostolum Paulum*. Quam vocem *Paulum* nec Severus habet in fine dialogi 3, unde hic locus descriptus est.

^d Sic omnes Mss. et Editi hic et in lib. de Gloria conf., cap. 110. Et tamen Paulinus ille a Nolano episcopo distinguendus est. Nolanus quippe sancto Mar-

Quod eandem vitam beatus Paulinus versu composuit.

Paulinus quoque beatus, Nolanæ urbis episcopus ^d, post scriptos **1001** versus [*Al.*, versu] de virtutibus ejus, quas Severus prosa complexus est, quinque libros, illa comprehendit miracula quæ post ejus gesta sunt transitum, id est, in sexto operis sui libro. Ait enim: Cum energumeni per eanecellos basilicæ veherentur volatu aereo, et sæpe in puteum qui in ipsa habetur basilica, impulsu dæmonis jactarentur abstracti, exinde illæsi, populis spectantibus, sunt resumpti. Idque in eodem puteo, et nostris temporibus vidimus gestum. Al us quoque dæmon acquisitum vasculum præcipitem duxit ad amnem, quasi prædãdam, quam ceperat, demersurus [*Ed.*, dimissurus]. Sed non defuit perituro beati Confessoris auxilium. Nam ingressus in flumen, et ulteriorem ripam petens, nihil nocimenti accepit, sed siccis ^e est etiam

tino æqualis fuit; at is cuius hic laudantur opera, miraculorum indigentum, ut ipse Gregorius paulo inferius scribit, a Perpetuo Turonensi episcopo receperat, et initio et in fine libri sexti Perpetuum laudat, quod sibi certæ et indubitata miracula narrasset. Qui quidem Perpetuus post Martini obitum ecclesiæ Turonensi sextus præfuit episcopus. Deinde idem auctor Paulinum Notæ episcopum sæpius laudat. Dicitur in Codd. mss. *Paulinus Petricordicæ*, quo nomine Vesunna Petrocoriensium urbs, vulgo *Périgueux*, nonnunquam designatur. Cæterum Gregorio fortasse fucum fecit Severi locus ex Dialogo 3, ubi Posthumianus monetur ut Paulinum Nolanum adeat, eique narrata communicet, ut sicut jam de priore libello fecerat, et alios etiam per Italiam et Illyricum divulgaret. Fortunatus, lib. 1 de Vita sancti Martini, videtur quoque in eundem errorem cum Gregorio impigisse: sed tamen eum sanctus Paulinus plura passim de sancti Martini laudibus scripserit, huc Fortunati verba revocari possunt. Porro Paulini libri quos Gregorius laudat, sæpius recusati fuerunt; sed ut plurimum sub Paulini Nolensis nomine.

^e Mss. fecit omnes, nihil nocitus, siccis.

vestimentis egressus : cumque ad cellulam Majoris A monasterii pervenisset, mundatus apparuit. Hunc etiam testatur ^a multas voces emittere solitum, ac lingua gentium incognitarum sæpissime loqui, venturaque fateri, et crimina confiteri. Sed, ut diximus, postquam limen Sancti ^b attingit, sanus abscessit. Egidius ^c quoque cum obsideretur ab hostibus, et excluso a se solatio, turbatus impugnaretur, per invocationem beati Viri, fugatis hostibus liberatus est. Idque dæmoniacus in medio basilicæ, ipsa hora qua gestum fuerat, est professus sancti Martini obtentu hoc fuisse concessum. Puella quædam paralysis humore gravata, et, quod pejus est, errore cultus fanatici involuta, Beati sepulcrum expetiit, vigiliisque celebratis, sanitati est reddita. **1002** Rursum autem ad idololatriæ vomitum revocata, languorem, quo B obtentu beati Pontificis caruerat, iterato incurrit. Clunus ^d quidam ravidus, instinctu dæmonis actus, coronam sepulcri quæ Sancti meritum declarabat, violenter arripuit. Mox lumine privatus, prædani, cogente dolore, restituit, lumenque quod perdiderat recepit. Quidam ^e vero a tentatore commotus, prolato gladio, cum quemdam ferire conaretur in atrio Confessoris, protinus ira in se retorta, veloci iudicio Dei prosequente, ipso se mucrone perfodit. Denique cum C populus ad Beati templi ornatum columnas deferre cuperet gaudens, quidam vir, qui operi huic invidus et contrarius fuit, in alveum exclusum ^f multa minabatur, pro eo quod solatium aliquod ad plaustra petentibus non præberet ^g. Cumque superhus equum feriret, in parvo fluvio præcipitatus, in sinu aquarum gurgitis, ictibus suis suffocatus interiit. Tunc juvene ^h præcedente, columnæ usque ad beatum templum delatæ sunt. Quoties etiam ad beatum sepulcrum oleum fuisset positum, referunt illud vidisse adauctum. Sanctus vero Perpetuus episcopus, merito Beati discipulus præconandus, ampullam cum oleo ad sanctum tumulum detulit, ut eum [*Id est, id; Ed., eam*] virtus iusti infusa sanctificaret. Et eraso a marmore, quo sancta membra teguntur, pulvere, ac liquori permixto, ex quo in tantum oleum redundavit, ut vestimentum sacerdotis nectareo effragrans odore, oleagina unda perfunderetur. Multique **1003**

ex hoc infirmi experire salutem. Sed et procellæ ab agris hoc liquore purificatis ⁱ sæpe prohibitæ sunt. Cum autem ad templum sanctum quidam devotus fide plenus accessisset, et gratiam Sancti sitiens, cogitaret quid de beata æde raperet ad salutem, prope sepulcrum accedens, ædituum supplicat, ut sibi parumper benedictæ ceræ largiretur e tumulo. Quam accipiens lætus abscessit; et agro, cui frugem severat, confisus imposuit. Adveniens autem tempestas sævissima, quæ viciniam ^j in annis præcedentibus sæpe vastaverat, ab hac est prohibita benedictione, nec ibidem ultra, uti consueverat, nocuit. Magnifica vero atque desiderabili paschali festivitate adveniente, populus ad Beati cellulam, in qua commoratus sæpe frequentaverat cum angelis, devotus advenit. Et singula loca afflabens osculis, vel irrigans lacrymis, in qua vir beatus ante scderat, aut oraverat, sive ubi cibum sumpserat, vel corpori quietem post multos labores indulserat, classe navium præparata, amnem transire parat, ut beatum sepulcrum adeat, et cum fletu veniam deprecans, coram Confessore se prosternat. Navigantibus autem illis, tentatoris impulsu commoto vento, classis ^k in profundo demergitur, et sexus uterque ab amne diripitur. Cumque inter procellas fluctuum rotarentur, et spes omnis evadendi deperisset, una omnium vox in clamore profertur, dicens: Miserator Martine, eripe a præsentis interitu famulos famulasque tuas! Illis dictis, ecce afflatus auræ placidus artus submersorum subvebens ab undis illesos, omnes littori, quod desiderabant, unda famulante, restituit: nec ullus deperit; sed cuncti salvati, paschalia festa summa cum exultatione perfuncti sunt. Non enim defuit illa virtus, quæ Jordanem scindens, populum sub aquarum mobilibus margine arente traduxit, cum de fundo fluvii duodecim lapides ablatos signa apostolica gestientes Josue littori cui advenerat consecravit; vel illa quæ Petrum pereuntem pia **1004** amplectens dextera, ne periret, eripuit; vel quæ nautam submersurum, Martini Dominum invocantem ^l, de profundo pelagi ad litus quod optabat elicuit. Quidam pro benedictione aliquid de sancta æde assumere flagitans, aliquid [*Ed., parum*] ceræ de sepulero Sancti accepit,

^a Aliquot Mss. cum Edit., *testantur*. Sed loquitur Gregorius de Paulino, qui id ipsum versibus expresserat.

^b Mss. plerique, *ut limen sanctum*.

^c Is est magister militiæ in Galliis, qui postea dicitur Childerico Francorum regi substitutus. Arebate tunc inclusus erat, cum invocato sancti Martini auxilio ex urbe erumpens Wisigothos fugavit. Quæ victoria Majoriano imperatori securitatem et Galliæ pacem præstitit. Id contigisse anno 459 testatur Valesius, lib. iv Rerum Francicarum.

^d Sic legendum esse ex Paulino certum est, cui omnes fere Mss. consentiunt. Aliqui, mendose, *scimus*, et Editi, *Thimus*. Aliquot etiam Mss. pro *ravidus*, habent *rapidus*.

^e Ex eadem Chunorum seu Hunnorum gente, qui tunc in Galliis eruperant, ut dicit Paulinus.

^f Alii, in *alterum exclusum*. Nonnulli, *contrarius erat, multa*.

^g Hic locus in Mss. et Editis est corruptus, plerique

que habent *petentibus præberet*. Ex Paulini textu sic restituendum puto: *Contrarius fuit, multa in uxorem minabatur, pro eo quod solatium, id est opem, ad plaustra vehenda petentibus præberet*. Et infra, *ictibus suis suffocatus, quod vix aqua in rivulo existente ipse arenam premens fuisset suffocatus, ut habet Paulinus*. Totus vero hic numerus deest in Cod. Gat.

^h Sic plerique Mss. Alii habent *populo*. Editi, *juventute*.

ⁱ Edit., *potiti sunt salute... sanctificatis*.

^j Sic Gat., Vinc. et Bec. Plerique alii Mss., *vicinia*. Nonnulli, *vicina*. Editi, *omnia*.

^k Rom., *navis*. Et intra Ed., *et populus undique ab anne*.

^l Pith., *Martino Dominum invocante*. At refragatur cum cæteris Mss. Paulinus, qui memorat nautam in periculo constitutum, invocato Deo, quem Martinus colebat, incolumem evasisse..

et infra penetralia domus tanquam thesaurum cœlestem reposuit. Factum est autem, ut invidia tentatoris immissum incendium domus voraci flamma circumureretur, et sparsum per aridas tabulas cuncta vastaret. Interea clamor ad cœlum tollitur, et beati Martini auxilium imploratur. Meminit ^a ille etiam cere particule a Sancti templo delatæ. Quæ reperta, et igni injecta, protinus cunctum restinxit incendium, novoque miraculo cera, quæ ignem alere erat solita, violentiam ignis vi sanctitatis oppressit. Hæc Paulinus in sexto operis sui libro versu conscripsit, accepto a sancto Perpetuo episcopo de his indiculo. Verum cum ad eum hujus indiculi charta venisset, nepos ejus gravi tenebatur incommodo. At ille confusus in virtute Sancti: Si tibi, inquit, placet, beate Martine, ut aliquid in tua laude conscribam, appareat super hunc infirmum. Impositaque charta pectori ejus, extemplo recedente febre sanatus est, qui erat ægrotus ^b. Sed et Fortunatus presbyter omne opus Vitæ ejus in quatuor libris versu conscripsit. His nos exemplis illecei, etsi imperiti, tentabimus tamen aliqua de virtutibus sancti et beatissimi Martini, quæ post ejus obitum actæ sunt, quantum invenire possumus, memoriæ replicare: quia hoc erit scribendi studium, quod in illo Severi aut Paulini opere non invenitur insertum.

CAPUT III.

De ordinatione et transitu beati Martini.

Luceidus, et toto orbe renitens gloriosus dominus Martinus, decedente jam mundo, sol ^c novus exoriens, sicut anterior narrat Historia, **1005** apud Sabariam Pannoniæ ortus, ad salvationem Galliarum, opitulante Deo, dirigitur. Quas virtutibus ac signis illustrans, in urbe Turonica episcopatus honorem invitatus, populo cogente, suscepit: in quo gloriosam, et pene inimitabilem agens vitam, per quinquennia quinque bis insuper geminis mensibus cum decem diebus, octogesimo primo ætatis suæ anno, Cæsaria et Attico conscribibus, nocte media quævit in pace. Gloriosum ergo, et toti mundo laudabilem ejus transitum in die Dominica fuisse manifestissimum est, idque in sequenti certis testimoniis comprobabimus. Quod non parvi meriti fuisse censetur, ut illa die cum Dominus in paradiso susciperet, qua idem Dominus et Redemptor, victor ab inferis surrexisset; et, ut qui Dominica solemnia semper celebraverat inpollute, post mundi pressuras Dominica die locaretur in requie.

^a Plerique Mss., meminiturque cere. Alii, ceram.

^b Et id miraculum refert idem Paulinus, in versibus quos in gratiarum actionem ea de re edidit.

^c Alii, decedente jam sole mundo.

^d Hoc caput et sequens desunt in Colb. b, Vine., Bec. et Germ. In Codd. vero Clarom. et Colb. tit. habentur solummodo eorum initia, lectorem monendo alio esse requirenda in ipso Codice ubi extra ordinem descripta sunt sub nomine sermonum, aut lectionum, si e epistole, quod in officiis divinis sub eo titulo legerentur. Et sane sic etiam descripta sunt in Bec., Vine. et Colb. b, et in alio Germa. annor. circiter 700. In Cod. autem Carberensi ab annis 900 descripto sub hoc titulo existant, *Versicolus de trans-*

CAPUT IV.

Qualiter sancto Severino episcopo psallentium de ejus transitu revelatum est.

Beatus ^d autem Severinus Coloniensis civitatis episcopus, vir honestæ vitæ, et per cuncta laudabilis, dum die Dominica loca sancta ex consuetudine post matutinos hymnos ^e cum suis clericis circumiret, illa hora qua Beatus obiit, audivit chorum canentium in sublimi. Vocatumque archidiaconum interrogavit si aures ejus percuterent voces quas ille attentus audiret. Respondit: Nequaquam. Tunc ille: Diligentius, inquit, ausculta. Archidiaconus autem cepit sursum collum extendere, aures erigere, et super summos articulos, baculo sustentante, stare. Sed eredo eum non fuisse æqualis meriti, a quo hæc non merebantur audiri. Tunc prostrati terræ, ipse pariter et beatus episcopus, Dominum **1006** deprecantur, ut hoc ei divina pietas audire permitteret. Erectis autem, rursus interrogat senex: Quid audis? Qui ait: Voces psallentium tanquam in cœlo audio, sed quid sit prorsus ignoro. Cui ille: Ego tibi quid sit narrabo. Dominus meus Martinus episcopus migravit ex hoc mundo; et nunc Angeli canendo cum deferunt in excelsum. Et ut parumper moræ esset, ut hæc audirentur, diabolus eum cum iniquis angelis retinere tentavit, nihilque suum in eodem reperiens, confusus abcessit. Quid ergo de nobis peccatoribus erit, si tanto sacerdoti voluit pars inimica [Al., iniqua] nocere? Hæc sacerdos loquente notavit tempus archidiaconus, et Turonos misit velociter, qui hæc diligenter inquireret. Qui veniens, eo die et hora manifestissime cognovit transisse beatum Martinum, quo sanctus Severinus audivit psallentium chorum. Sed et si ad Severi ^f recurramus Historiam, ipsa hora eum sibi scripsit in [Al., cum] libro vitæ suæ fuisse revelatum.

CAPUT V.

Qualiter beato Ambrosio idem transitus est ostensus.

Eo namque tempore beatus Ambrosius, ejus hodie flores eloquii per totam Ecclesiam redolent, Mediolanensi civitati præerat episcopus. Cui celebrandi festa Dominicæ diei ista erat consuetudo, ut veniens lector cum libro suo non antea legere præsumeret quam Sanctus nunquam jussisset. Factum est autem ut illa die Dominica, prophetica lectione recitata, jam lectore ante altare ^g stante, qui lectionem beati Pauli proferret, beatissimus antistes Ambrosius super sanctum altare obdormiret. Quod videntes multi, cum *itu sancti Martini*, et illi sanctus Severinus dicitur *Colossensis* episcopus. Tota porro hæc visionis historia refertur quoque in Vita sancti Severini Coloniensis episcopi, quæ die 25 Octobris habetur apud Surium.

^e In Codd. Laud., Bell., Gat., Mart. et Colb. a, desunt hæc verba *post matutinos hymnos*. Alii habent *post matutinos*, seu *matutinas*.

^f Cod. Mart., *Severini*. Loquitur, ni fallor, Gregorius de visione quam se habuisse scribit Sulpicius Severus in epistola ad Aurelium diaconum.

^g Sic Corb.; alii, *lectione jam lecta, ante altare*, al., *altarium*. Si vera sit hæc Gregorii narratio, ⁹⁰⁴

nullus enim penitus excitare præsumeret, transactis A
fere duarum aut trium horarum spatiis, excitaverunt
eum, **1007** dicentes: Jam hora præterit. Jubrat
dominus lectori lectionem legere; exspectat enim po-
pulus valde jam lassus. Respondens autem beatus
Ambrosius: Nolite, inquit, turbari. Multum enim
mihi valet sic obdormisse, cui tale miraculum Do-
minus ostendere dignatus est. Nam noveritis fratrem
meum Martinum sacerdotem egressum fuisse de cor-
pore, me autem ejus funeri obsequium præbuisse,
peractoque ex more servitio, capitellum tantum, vo-
bis excitantibus, non explevi. Tunc illi stupefacti,
pariterque admirantes, diem et tempus notant, sol-
licite requirentes. Qui ipsam diem tempusque trans-
itus Sancti reppererunt, quod beatus Confessor
dixerat se ejus exsequiis deservisse. O beatum vir-
rum, in cuius transitu sanctorum canit numerus,
angelorum exsultat chorus, omniumque cœlestium
virtutum occurrit exercitus: diabolus præsumptione
confunditur, Ecclesiæ virtute roboratur, sacerdotes
revelatione glorificantur; quem Michael assumpsit
cum angelis, Maria suscepit cum virginum choris,
paradisus retinet lætum cum sanctis! Sed quid nos
in laudem ejus tentamus, quod non sufficimus a lim-
plere? Ipse est enim laus illius, cuius laus ab ejus
ore nunquam recessit. Nam nos utinam vel simpli-
cem possimus historiam explicare ^a.

CAPUT VI.

De translatione beati corporis sancti Martini.

Operæ pretium ^b est enim etiam illud inserere C
lectioni, qualiter sanctum ejus corpusculum in lo-
cum ubi nunc adoratur ^c fuerit, angelo annuente,
translatum. Anno sexagesimo quarto post transitum
gloriosi domini Martini, beatus Perpetuus Turonicæ
sedis cathedram sortitus est dignitatis. Adeptusque
hunc apicem, cum magno **1008** devotorum ^d con-
sensu, fundamenta templi, ampliora quam fuerant,
seper beata membra locare disposuit; quod sagaci
insistens studio, mirifice mancipavit effectui. De qua
fabrica multum quod loqueremur erat; sed quia præ-
sens est, conticere exinde melius putavimus ^e. Ad-
veniente ergo optato tempore Sacerdoti ut templum
dedicaretur, et sanctum corpusculum a loco ubi se-

pultum fuerat transferretur, convocavit beatus Per-
petuus ad diem festum vicinos pontifices, sed et
abbatum ac diversorum clericorum non minimam
multitudinem. Et quia hoc in Kalendis Julii agere
volebat, vigilata una nocte, facto mane, accepto sar-
culo, terram quæ super sanctum erat tumulum eoc-
perunt effodere. Quo detecto, manus, ut cum com-
moverent, injiciunt, ibique multitudo tota laborans,
nihil prorsus per totam diem profecit. Vigilata de-
nique alia nocte, mane tentantes, nihil omnino agere
potuerunt. Tunc conturbati atque exterriti, quid fa-
cerent nesciebant. Dicit eis unus ex clericis: Sciatis
[*Al.*, scitis] quia post hoc triduum natalis episcopatus ^f
ejus esse consueverat: et forsitan in hac die se
transferri debere vos admonet. Tunc jejuniis, ac ora-
tionibus, et jugi psallentio [*Ed.*, silentio] die noctu-
que insistentes, triduum illud continuatim duxerunt.
Quarta autem die accedentes, ponentesque manus,
non valebant penitus movere sepulcrum. Pavore au-
tem omnes exterriti, jam in hoc stantes, ut terra
vasculum quod detexerant operirent, apparuit eis
veneranda canitie senex, ad instar nivis candorem
effereus, dicens se esse abbatem, et ait eis: Usque-
quo conturbamini, et tardatis? Non videtis domnum
Martinum stantem vos juvare paratum, si manus ap-
ponitis? Tunc jactans pallium, quo utebatur, posuit
manum ad sarcophagum cum reliquis sacerdotibus,
erucibus paratis, ac cereis, impositaque antiphona,
dederunt cuncti **1009** voces psallentium ^g in ex-
celso. Tum ad senis conatum protinus sarcophagum
eum summa levitate commotum, in loco, ubi nunc
adoratur, Domino annuente, perducitur. Quo ad vo-
luntatem [*Al.*, votum] sacerdotis composito, dictis
etiam missis, ut ventum est ad convivium ^h, requi-
rentes sollicite senem, nequaquam reperiunt. Sed
nec homo quidem existit, qui cum de basilica exire
vidisset. Credo aliquam fuisse virtutem angelicam,
quæ et beatum virum se vidisse pronuntiavit, et
deinceps nulli comparuit. In quo loco ex illa die
multæ virtutes factæ sunt, quæ per negligentiam
non sunt scriptæ. Nos vero quantum tempore nostro
aut fieri vidimus, aut factum certe cognovimus, silere
nequivimus.

Ambrosii obitus ultra an. 397 differendus est, ex-
cessit nempe mense Aprili; aut verum non est Mar-
tinum hoc ipso anno mense Novembri obiisse.
Hæc porro historia opere nunsivo depicta ab annis
fere 900 habetur in altari basilicæ Ambrosianæ Me-
diolani, cuius icon habetur apud Puricellum, vol. I,
pag. 155.

^a In Corb. hæc clausula subjungitur: *Finit versi-
culus sancti Ambrosii de transitu sancti Martini epi-
scopi et confessoris. Rec. : Recessit Dominus noster Je-
sus Christus, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit, etc.*

^b Deest hoc caput in Colb. b. In Vine. autem et
Rec. habetur extra ordinem, et quidem in Vine. sub
titulo sermonis de translatione, etc. In Clar. et Corb.
tut. solummodo adsunt prima verba.

^c Sic plerique Mss., sicut et infra. Alii vero cum
Editis, *veneratur*. Perinde est. Hanc nempe vocem
adorare Gregorius ad reverentiam illam exprimentam
qua res sacras pertractamus, aut cultum quo viros

D sanctos prosequimur, sæpius adhibuit.

^d Mss. aliquot cum Editis, *cum magno votorum*.

^e De hac vide lib. II Hist. cap. 14, et lib. X cap.
51. In Chronico Malteacensi cremata fuisse dicitur
anno 905, et ab Herveo thesaurario restaurata. —
Videsis notam e col. 211. Edit.

^f Id est anniversarium ejus ordinationis in epi-
scopum. Quod etiam nunc in Martyrologiis simul cum
ejus translationis festivitate recolitur die 4 Julii. Vide
Mabilionii Liturgiam Gallicæ, lib. II, num. 72. Beda
in Martyrologio sincero tria hæc festa simul commem-
morat.

^g Editi, *psallentes*. Gat., *cuncti psallentium*.

^h De ejusmodi conviviis in sanctorum natalitiis
celebratis, quæ postea ob abusum prohibita fuerunt,
multa congerit Savaro in epist. 15 Apoll. Sidonii
lib. IV, quem consule. Vide Augustini epist. 22 et 29.

CAPUT VII.

De Theodemundo muto.

Adveniens juvenis quidam, Theodemundus ^a nomine, audiendi loquendique obstructo aditu, quotidianis diebus ad sanctam basilicam recurrebat, et inclinans se ad orationem, labia tantum movebat. Nam nullam poterat vocem emittere sensu integro, sed erat multatus vocis officio. Qui tam prompte videbatur orare, ut flere cerneretur inter ipsa tacita verba plerumque. Cui si quis pro mercedis respectu aliquid eleemosynæ contulisset, continuo hoc similibus pauperibus erogabat, et sibi ab aliis nutu postulans, stipendia indigentibus porrigebat. Cumque in loco illo sancto in hac devotione per trium annorum spatia commoratus fuisset [*Del.*, horarum], quadam die a divina pietate commotus, venit ante sanctum altare; et stans oculis ad cælum elevatis et manibus, erupit ab ore illius rivus sanguinis cum putredine. Et conspuens in terram, cœpit graviter gemere, et excreare partes nescio quas cum sanguine, ita ut putaretur quod **1010** aliquis ferramento guttur ejus incideret. Sed et tabes ex ore illius tanquam fila sanguinea dependebat. Tunc disruptis aurium ac faucium ligaturis, elevans se, et erigens iterum [*Gat.*, interim] oculos et manus ad cælum, ore adhuc cruento in hanc primum vocem prorupit: Gratias tibi magnas refero, beatissime domne Martine, quod aperiens os meum, fecisti me post longum tempus in tuas laudes verba laxare. Admirante autem omni populo, et stupente de tali miraculo, interrogant si et auditum pariter recepisset. Qui libere omnia audire, populo testante respondit ^b. Sanitati ergo sic redditus, a Chrodechilde regina pro virtute reverentiaque sancti Martini collectus est, et ad scholam positus, omnem psalmorum seriem memoriam commendavit. Quem Deus perfectum efficiens clericum, per multos in posterum annos in servitio Ecclesie commorari permisit.

CAPUT VIII.

De Chainemunda muliere cæca.

Mulier quædam, nomine Chainemunda ^c, oculorum luce privata, nesciens visu tenere viam, nisi alio ducente, devota valde et fide plena, venit ad vene-

^a Laud., Vine., Rom., Bec. et Colb. duo: *Adveniens quidam Theodomundus. Gat., Theodmundus.*

^b Sic Bec., Gat. et Rom. Alii vero, *populo teste. Editi, populo testatus est.* Et quæ sequuntur sic sunt in Editis: *Post sanitatem ergo rediit ad Chrodechil-dem reginam, etc. Bal., Throdechil-dem.* Chrodechilde erat Clodovei Magni relicta, quæ post viri obitum Turonos recessit, ubi et obiit, uti narrat Gregorius in Historiæ libro iv, cap. 1. Schola vero in unaquaque ecclesia erat, in qua clerici canendi arte aliisque disciplinis erudiebantur. Hinc in libris Pontificalibus et Ritualibus *scholæ* nomine designatur quicquid a clericis in commune cantari debet. Vide Menardi notas in Sacrament. Gregorianum.

^c Colb. tut. et Gat. cum Editis, *Chamemunda. Clar., Chanemunda.* Colb. et Bec., *Camemunda.*

^d Sic Mss. fere omnes At. Edit.: *Ante ædem gloriosi Præsulis cum fide staret, Mart., constaret.*

A rabile templum beati Martini antistitis. Erat autem non solum, ut diximus, cæca, sed etiam toto corpore ulceribus [*Al.*, vulneribus] plena. Obsederat enim omnia membra ejus putredo cum pustulis, et erat miserabili facie, et horribilis ad videndum, ut tanquam leprosa putaretur a populo. Cumque palpando diebus singulis ad ædem gloriosi Præsulis cursitaret ^d, post tres fere annos, stante ea ante sepulcrum, aperti sunt oculi ejus, ita ut cuncta clare prospiceret. Amotoque omni languore membrorum, atque siccato humore qui fluebat a corpore, nova eute superveniente, taliter est **1011** pristinae redita sanitati, ut nec indicium quidem infirmitatis in ejus corpore resedisset. Quæ multos in posterum vivens annos, gratias omnipotenti Deo referebat assidue, quod eam per beatum Confessorem suum sic instaurasset incolumem.

CAPUT IX.

De beato Baudino episcopo.

Quam ^e præsens invocatio nominis ejus mare procellosum compescuerit, non omittam. Cum beatus Baudinus ^f episcopus Turonicæ civitatis in villam ^g navigio subvehente transiret, subito adveniente cum violentia venti nimbo teterrimo, mare placidum commovetur impulsu flaminis, navisque undarum mole turbatur. Tollitur caput primum in fluctus, secundum declinatur inter undarum hiatus. Hi in scena ^h montis aquosi dependent, hi apertis undis in ima dehiscunt: sed nec antenna residet, quæ beatæ crucis ⁱ signaculum præferebat. Tunc resolutis timore membris, et omnibus sine spe vitæ jam mori paratis, prosternitur senior in oratione cum lacrymis, et geminas tendens palmas ad astra, beati Martini auxilium precabatur, et ut sibi dignaretur adesse velocius proclamat. Unus autem ex perfidis dixit: Martinus ille, quem invocas, jam te dereliquit, nec tibi in hac necessitate succurrit [*Al.*, succurret]. Vere credo hanc vocem ab insidiatore fuisse prolatam, ut beatum sacerdotem ab oratione turbaret. Sed ille hoc jaculum fidei lorica repellens, magis ac magis sancti viri præsidium flagitabat, simulque cohortabatur, ut omnes orarent. Cumque hæc agerentur, subito supervenit odor suavissimus quasi balsamum in navi, et tanquam si cum thuribulo aliquis circuitet, odor

^e Editi, *quod. Clar., quantum,*

^f Sic et appellatur lib. x. Hist. cap. ult., ubi num. 16 recensetur. Hic tamen Gat. habet *Baudoenus*, Colb. b, *Bladenus.* Bec., *Blandenus;* Editi, *Baudenus.*

^g Sic omnes Mss., præter Mart., qui habet, *de villa in villam.* Editi, *de urbe in urbem.* Infra, Rom., *commoveretur.* Bec., *fluminis.* Ed., *fluctuum.*

^h Gat., *hi unenam.* Colb. tut., *hi in inscena.* Colb. a, *hi in tesceam.* Bec., *hi in cena.* Sed retinenda est vox *scena*, quæ faciem exteriorem alicujus rei designat, similitudine ducta a scena theatri, atque eodem modo somitur a Tertulliano in libro de Anima; Apollinari Sidonio lib. vii epist. 1; Apuleio lib. ix et v; Eumenio, etc.

ⁱ Codd. Laud. et Colb. a, *quæ beati regis.* In velo antennæ appenso pictum erat laud dubie sacre crucis signum, aut ipsa antea cruce referebat.

thimiamatis effragavit. Quo odore **1012** advenientes cessit violentia sæva ventorum, clisisque aquarum astantium molibus, redditur mare tranquillum. Mirantur omnes morti jam dediti fluctuum pacem, et protinus data serenitate redduntur in littore. Quod nullus ambigat, beati viri adventu hanc tempestatem fuisse sedatam. Tunc omnes in commune Domino gratias referunt, quod eos per invocationem Antistitis sui dignatus sit de hoc periculo liberare.

CAPUT X.

De eo, qui Sancti reliquias Camaracum detulit.

Hujus tempore quidam de Camaracense ecclesia reliquias beati Martini expetiit. Quibus jam vespere acceptis, cum psallendo proficisceretur, et dum Ligerim fluvium transisset ^a, sero factum est, et subito **B** contenebratum est cœlum; et ecce fulgura magna ac tonitrua magna descendebant. Dum hæc agerentur, duæ puerorum lanceæ, emissas flammeas pharos, lumen ^b euntibus præbuerunt. Ibantque fulgurantes hastæ, non minus miraculi quam beneficii viatoribus præferentes ^c, virtutemque beati Antistitis ostendentes.

CAPUT XI.

De rege Galliciæ populoque conversis, sive, De Suevis.

Deficit lingua sterilis tantas cupiens enarrare virtutes. Gharrarici ^d cujusdam regis Galliciensis filius graviter ægrotabat, qui tale tædium incurerat, ut solo spiritu palpitaret. Pater autem ejus fœtidæ se illi Arianae sectæ una cum incolis loci illius subderat. Sed et regio illa plus **1013** solito quam aliæ **C** provinciæ lepra ^e sordebat. Cumque rex videret urgeri filium in extremis, dicit suis: Martinus ille, quem in Galliis dicunt multis virtutibus effulgere, cujus, quæso, religionis vir fuerit, enarrate? Cui aiunt: Catholicæ fidei populum pastorali cura in corpore positus gubernavit, asserens Filium cum Patre et Spiritu sancto æquali substantia vel omnipotentia venerari debere: sed et nunc cœli sede locatus, assiduis beneficiis non cessat plebi propriæ providere. Qui ait: Si hæc vera sunt quæ profertis,

A discurrant usque ad ejus templum fideles amici mei, multa munera deportantes; et si obtineant mei infantuli medicinam, inquisita fide catholica, quæ ille credidit credam. Pensato ergo auro argentoque ad filii sui pondus ^f, transmisit ad venerabilem locum sepulcri. Quo perlato ^g, oblati muneribus exorant ad Beati tumulum pro ægroto. Sed insidente adhuc in patris ejus pectore secta, non continuo integram recipere meruit medicinam. Reversi autem nuntii narraverunt regi se multas virtutes ad Beati tumulum vidisse, dicentes: Cur non sanatus fuerit filius tuus, ignoramus. At ille intelligens, non ante sanari posse filium suum, nisi æqualem cum Patre crederet Christum, in honorem beati Martini fabricavit ecclesiam; miroque opere ea expedita, proclamat: Si suscipere mereor ^h viri justi reliquias, quodcumque sacerdotes prædicaverint, credam. Et sic iterum suos dirigit majore cum munere: qui venientes ad beatum locum, reliquias postulabant. Cumque eis offerrentur ex consuetudine ⁱ, dixerunt: Non ita faciemus, sed nobis quæsumus licentia tribuatur ponendi, quæ exinde iterum assumamus. Tunc partem pallii serici pensatam super beatum sepulcrum posuerunt, dicentes: Si invenimus gratiam coram expetito patrono, quæ posuimus **1014** plus insequenti pensabunt, eruntque nobis in benedictionem posita, quæsitæ ^j per fidem. Vigilata ergo una nocte, facto mane, quæ posuerant pensitabant. In quibus tanta beati viri infusa est gratia, ut tandiu elevarent in sublime æream libram, quantum habere poterat quo ascenderet momentana. Cumque elevatæ fuissent reliquæ cum magno triumpho, audierunt voces psallentium qui erant in civitate detru: i in carcerem, et admirantes suavitatem sonorum, interrogant custodes quid hoc esset? Qui dixerunt: Reliquæ domni Martini in Galliciam transmittuntur, et ideo sic psallitur. Tunc illi stentes invocabant sanctum Martinum, ut eos sua visitatione de ergastulo carceris liberaret. Exterritisque custodibus, et in fugam versis, disruptis obicibus retinaculorum, liber populus surgit a vinculo, et sic usque ad sancta pi-

^a Ed., transit. Aliquot Mss., transiret, et sero factum esset, subito, etc.

^b Alii Mss., emissis flammis lumen.

^c Mart., præstantibus ferentes.

^d Plerique Mss. habent Chararici. Nullus fuit eo nomine rex in Gallæcia. Sed is ipse est, uti ex historia certum est, quem alii Theodemirum, seu Ariamirum appellant, sub quo Suevi, qui Gallæciam ab initio sæculi v occupabant, ejurata hæresi Ariana, catholicæ Ecclesiæ adjuncti sunt. Filius vero regis qui hic memoratur, fuit, uti patet ex libro iv, infra, cap. 7, Miro, qui patri in regno anno 570 successit.

^e Colb. a, a lepra sordebat. Quod ansam præbuit Pithæo Codici suo apponendi hac lepra, ita ut lepræ nomine hæresis Ariana designaretur. At de lepra corporis loqui Gregorium ex fine hujus capituli patet.

^f Qui minoris erant conditionis, cereum qui pondere ægrum cœquaret, aut ad staturam ipsius mensuratum, offerre ad sanctorum opem implorandam ut plurimum consueverant.

^g Bec., quo perlato. Ed., qui profecti.

^h Bec., Suscipere merear, etc.

ⁱ Linthea scilicet sen panni, qui aliquandiu super beati viri tumulo impositi fuerant; quomodo Romæ fiebat ad Aposolorum sepulcra, ut ex Gregorii Magni epistolis notum est, qui ejusmodi linthea brandea appellabat. — Fallitur, ut vel ex sola Gregorii narratione patet, Mariana libro v de rebus Hispaniæ cap. 9, ubi scribit Theodemiri legatos a Turoneisibus Pallii, quo Martinus superstes utebatur, partem obtinuisse. Nec aliud quam ejusmodi pallium aut linteum fuisse puto celebrem sancti Martini cappam, quam reges nostri et tumulo sancti antistitis allatam secum in itineribus, potissimum in bellicis expeditionibus deferri curabant a clericis, qui exinde capellani dieti fuerunt. Porro ecclesiam sancti Martini, quam hic Gregorius in Gallæcia exstructam commemorat, nonnulli, ut loco laudato Mariana observat, ad Aquas calidas, hodie Auriani, seu Orensem, constitutam fuisse volunt, sed nullo firmitiori argumento, quam ejus urbis templi maximi, quod a sancto Martino nomen habet.

^j Plerique Mss., eruntque nobis in benedictione quæsita. Confer cum cap. 28 lib. 1 de Gloria mart.

gnora, plebe inspectante ^a, venerunt, osculantes **A** ppetiit ea corde devoto prospicere. Abstiniens ergo se a cibis et somno, præcurrentibus etiã largissimis cleemosynis, pervenit ad locum sanctum, ingressaque basilicam, timens et tremens, nequaquam audebat beatum adire sepulcrum, indignam se esse proclamans, nec ibidem posse, obsistentibus culpis, accedere. Tamen deducta in vigiliis et orationibus ac profluis lacrymis una nocte, mane oblatiis muneribus multis, in honorem beati Confessoris missas expetiit revocari ^g. Quæ dum celebrarentur, subito tres cæci, qui ad pedes beati Antistitis longo tempore privati lumine residebant, **1016** fulgore nimio circumdati, lumen, quod olim perdidderant, receperunt. Quo facto, clamor in cælum attollitur magnificentium Deum. Ad istud miraculum **B** currit regina, concurrunt et populus, mirantur omnes fidem mulieris, mirantur gloriam Confessoris: sed super omnia collaudatur Deus noster, qui tantam virtutem præstat sanctis suis, ut per eos talia operari dignetur, tale inter reliqua luminaria huic mundo beatum Martinum immensum sidus attribuens, per quem ejus tenebræ refulgerent [*Al. refulgeant*]: qui vere sicut oliva fructifera, per singulos dies fructus exhibet Domino de conversionibus miserorum ^h.

gnora cum summa veneratione suscipientes, fidem **1015** miraculis firmant. Nam filius regis, dimissa omni ægritudine, sanus properat ad occursum. Beatus autem Martinus sacerdotalis gratiæ accepit principatum ^d, Rex unitatem Patris et Filii, et Spiritus sancti confessus, cum omni domo sua christumatus est. Squalor lepræ a populo pellitur, et omnes infirmi salvantur, nec unquam ibi postea usque nunc super aliquem lepræ morbus apparuit. Talemque gratiam ibi in adventu pignorum beati patroni Dominus tribuit, ut virtutes, quæ ibidem illa die factæ sunt, enarrare perlongum sit. Nam tantum in Christi amore nunc populus ille promptus est, ut omnes C martyrium libentissime susciperent, si tempus persecutionis adesset.

CAPUT XII.

De Ultrogotha Regina.

Nam et Ultrogotha ^e regina, auditis miraculis quæ ad locum fiunt quo sancta membra quiescunt, tanquam si sapientiam Salomonis veniret audire ^f, ex-

De eo qui a pustula in extremis ⁱ positus laborabat.

Sed nec prætereundum est ⁱ, quod venerabilem conservum meum Fortunatum presbyterum retulisse commemoro. Quidam in Italia, dum veneno pustulæ ^k pervasus in discrimine sic ageretur, ut vivere desperaret, aliquos interrogat ad templum beati Martini quis fuerit ^l. Tunc quidam ex astantibus asserit se fuisse. Requirit ægrotus quid inde pro benedictione detulerit. Qui negat se aliquid præsumpsisse. Quem iterum interrogat qua tunc veste indutus sit, cum ad templum Sancti occurrerit. Respondit, quod ea qua super se ipso tempore utebatur. Tunc abscissam fideliter indumenti particulam imposuit super pustulam.

esset orphanorum, consolatrix pupillorum, sustentatrix pauperum et Dei servorum, atque adjutrix fidelium monachorum. ^m

^f Mss. fere omnes, *tanquam si sapientiam Salomonis audiret*. Alludit Gregorius ad reginam Saba, quæ Jerosolymiam accessit audiendi Salomonis gratia.

^g Editi cum Clarom., *celebrari*. Retinenda cæterorum omnium Codicum lectio: ea enim loquendi forma alias usus est Gregorius. Vide lib. 1 de Gloria mart. cap. 51. Hanc etiam adhibuit non semel Fortunatus, uti a nostro Mabillonio observatum est lib. 1 Liturgiæ Gallic. cap. 6, ubi ea retractat vir eruditus, quæ de missa *revocata* alias scripserat, nihil aliud hac voce significari monens quam *missa celebrata*. Quod et ex hoc loco confirmari potest.

^h Sic omnes Mss., præter Clar., qui habet, *de conversatione miserorum*. Editi vero, *dies factis exhibet gloriam Domino, et conversionibus justorum*.

ⁱ Mss. plerique, *in exercitu positus*.

^j Mss., *sed nec hoc præterito*.

^k Mss. plerique, et quidem antiquiores, *pustule*, et sic fere semper quoties ista vox recurrit.

^l Id est, *accesserit*. Quo sensu verbum *esse* frequenter apud Gregorium occurrit.

^a Mss., *populo expectante*; alii, *spectante*.

^b Id est, episcopum, scilicet Turouensem, ubi hæc agebantur.

^c Mss.: *Tunc commouitus a Deo beatus Martinus*. Confer quæ in Historiæ libro v cap. 58 de eo dicuntur, et notas ibidem appositas. Cæterum hæc Suevorum conversio anno circiter 560 contigit, sub initio Theodemiri regis. Martini Elogium videtur apud D Isidorum in libro de Viris illustribus, cap. 35.

^d Primo quidem Dumiensis monasterii, quod sub regula Benedictina considerat, episcopus fuit, postea ad metropolim Braccarensem erectus est. Utrique Martino Suevorum conversionem tribuit Fortunatus in epistola ad lib. v. Carm. præmissa, quæ est ad eundem Martinum cum Carm. 1 seq. illumque non semel alias laudat.

^e Mss. fere omnes, *Ultrogotha*. Sic quoque dicitur apud Fortunat., et in can. 15 concilii v Aurelian. Bcc., *Ultrogodis*. Hæc fuit Childeberti I uxor, de qua et duabus ejus filiabus Greg. 1. iv Hist. cap. 20, et Fortunatus lib. vi Carm. 8. Sepulta est in sancti Germani a Pratis monasterii basilica. Eam inter sanctas reginas laudat auctor Vitæ sanctæ Balthildis, his verbis: *De Ultrogotha fertur regina, Childeberti videlicet christianissimi regis conjuge, quod nutrix*

Mox ut ægri membra tetigit, vulnus pustulæ veneni **A** vim perdidit : quæ tali medicamine et virtutem **1017** Sancti protulit, et infirmum refert incolumem. Hanc apud Italos asserens specialem vigere medelam, ut si quis pustulæ percutiatur vulnere, ad propinquum quod fuerit beati Martini oratorium habeatur [*Al.*, abeat] per fugium, et aut ex velo ^a januæ, aut palliolis, quæ pendent de parietibus, quidquid primum raptum fuerit, si ægro superpositum adhæserit, sit salubre. Hæc medela genitorem suum carnalem ab interitu pustulæ, ut ipse patris sui testis asserit, liberavit.

CAPUT XIV.

De castello Italiae, Tertio nomine.

Idem his verbis retulit, in cacumine castelli regionis Italiae, quod dicitur Tertium, oratorium beati Martini fundatum est; ibique turri vicina, quoties incursione barbarorum per fraudem ^b hostis accederet nocturnis insidiis, quisquis de vigilantibus habuisset in turre lanceam, aut spatam, vel cultellum, seu grafium protulisset ex theca, fere per ^c horæ spatium tale lumen reddebatur ex universo gladio, tanquam si illud ferrum verteretur in eereum. Et mox ex ipso signo custodes admoniti, magis intenti vigiliis, hostes latebrantes lapidibus exturbabant. Quod ope sancti Martini recto iudicio reputatur, qui vicinitate sua sibi devotus populis sedulam exhibuit præsentemque custodiam. Et hanc virtutem a supra dicto cognovimus Fortunato.

CAPUT XV.

De oleo cicendilis super pictura Beati.

1018 Sibi quoque in Ravenna ^d atque in rhetorica socio suo Felici, ex oleo, quod sub imagine picturæ beati Martini in cicendili ardebat, dum tetigerunt oculos, lumen rediisse [*Forsan, reddidisse*] confessus est.

^a Laudat Nepotianum Hieronymus ob studium in ecclesias impensum, et inter alia recenset vela quæ in ostiis erant. *Velum sacrarii* memorat Gregorius noster libro IV Histor. cap. 51. De quo et concilium Narbon. can. 15. De his quoque passim Anastasius in Vitis pontificum. In majoribus ecclesiis etiam nunc in Gallia certis diebus velum extensum chorum a sacrario seu loco in quo est altare majus separatur; et vela circa altare, cortinas vulgo appellamus, pendent. Sic et parietes velis etiam tegebantur, quæ hic Gregorius *palliola* appellat; et in his ut plurimum sacræ aliquot historiæ depictæ erant, ad rudium eruditionem.

^b Cod. Coib. a, *pro fraude.*

^c Mss. quinque, *super horæ spatium.*

^d Hoc caput deest in Colb. b et Bec. Lectionem Gat., Clar. et Vine., reduimus. Alii Mss. habent: *Sibi in Ravenna... socii sui Felicis. Editi, et Felici et Rhetorico sociis suis.* Sed locus iste facile illustrari potest ex Paulo Diacono, qui capite 15 libri II de Gestis Langob. idem miraculum narrat, quod contigisse ait Ravennæ cum ibi Fortunatus cum Felice, postea episcopo Tarvisiano, ut cap. præcedenti dixerat, rhetoriæ studiis inebueret: « Hic, inquit, cum oculorum dolorem vehementissimum pateretur, et nihilominus Felix iste ipsius socius pari modo oculos doleret, uterque ad basilicam beatorum Pauli atque Joannis, quæ intra eandem urbem sita est, perrexerunt, in qua etiam altarium in honorem beati Mar-

CAPUT XVI.

De Placido procuratore.

Similiter in prædicta urbe dum Placidus procurator, desperatus a medicis, ad aliud ^e puellarum oratorium sibi vicinum confugeret, et in atrio recubaret, venit noctu ad abbatissam beatus Martinus per somnium, quam requirens quid faceret, ait, se requiescere. Dicit Sanctus ad illam: In Gallias habui jam redire, sed propter istum, qui foris jacet in atrio me remoratum profiteor. Tunc surgens abbatissa, et referens visionem, fidem fecit homini quia de periculo liberaretur, quod certe meruit obtinere. Sed ut [*Forsan, et*] prædictus presbyter asserit, multum desiderabilis in locis Italicis Martini gloriam venerari quam, si licet dici, quo ^f propria membra recubant tumultata: in tantum ut frequentia miracula nec sparsa colligantur in verbis, nec tam infinita recondantur in paginis.

CAPUT XVII.

De his quæ Ambianis gesta sunt.

1019 In porta Ambianensi, in qua quondam vir beatus pauperem algentem eliamyde decisa contextit ^g, oratorium a fidelibus est ædificatum, in quo nunc puellæ religiosæ deserviunt ob honorem sancti Antistitiis, parumper habentes facultatis, nisi quod eas devotorum alit sæpe devotio. Erant tamen eis quondam tempore pauca apium alvearia, quæ eis fuerant data, quæ cum quidam invidus conspexisset, ait intra se: Utinam aliquid de his vasis possem auferre. Secuta autem nocte instigatus a dæmone, ablatiis tribus vasis, navim onerat, ut scilicet transito amne sibi facilius quæ abstulerat vindicaret. Sed, credo, ei impedimentum fuisse hoc furtum, sicut postea manifeste probatum est. Igitur cum sole oriente ad portum fluminis causa transmeandi homines properarent, navim ad littus aspiciunt, apesque ex alveariis

tini confessoris constructum propinquam habet fenestram, in qua lucerna ad exhibendum lumen est constituta; de cujus oleo mox sibi isti, Fortunatus scilicet et Felix, dolentia lumina tetigerunt. Illico dolore fugato, sanitatem quam optabant, adepti sunt. Atque occasio hæc fuit Fortunato, ut Paulus prosecutur, qui in loco dicto *Duplavillis*, hand procul a *Cenitensi castro*, seu *Tarvisiana civitate*, ortus, et Ravennæ educatus fuerat, in Gallias accedendi ad sancti Martini tumulum. Dehinc Pictavum profectus primum presbyter, tum episcopus ejusdem urbis creatus est.

^e Plerique Mss., *alium. Mart., arium. Ed., ad illud.* Vetus erat monasterium Ravennæ sub titulo sancti Martini, quod a Theodorico rege constructum fuisse dicebatur, postea sancti Apollinaris Novi dictum. Ibi fortasse Gregorii tempore habitabant sanctimoniales, quibus monachi ordinis nostri, qui hunc locum diu possederunt, successerint. Tandem anno 1314 locus Franciscanis cessit, redditus vero abbatiae sancti Pauli Romæ attributi fuerunt.

^f Editi: *Italicis veneratur quam ubi propria membra recubant; in tantum.*

^g Facinus istud tantopere in Ecclesia celebre narrat Severus Sulpicius in Vita beati Martini; locus vero ille ubi id contigit, nunc a RR. PP. Coelestinis habitatur, in quorum ecclesie chori medio erecta est columna, cum inscriptione quæ rem gestam exponit. Ambianum urbs est notissima, vulgo *Amiens*, Picardie caput, sub metropoli Rheimensi.

catervatim emergere, hominemque seorsum jacere A prostratum. Sed putantes eum a somno occupatum, sicut didicerant jam a puellis furtum factum, quanto citius properant ad alligandum eum, sed accedentes mortuum reperiunt. Statimque puellis notum faciunt factum, et quod furto raptum [Al., furatum] fuerat cellulae restituunt, admirantes tam velociter in homine divinae ultionis accessisse sententiam.

CAPUT XVIII.

De Siroialense oratorio.

Sic et apud Siroialense ^a oratorium, cujus altarium sancti Confessoris manus alma sacravit, dum plerique beneficia expetita mererentur, quidam paralyticus adveniens, et cereum **1020** in status sui altitudinem nocte tota vigilans retinisset, mane facto, ut lux reddita est mundo, ipse absolutis gressibus, populo teste, incolumis exsilivit.

CAPUT XIX.

De Bella caeca.

Nec hoc silebo, quid caecitati contulerit, cum beati sepulcrum devota mulier expetisset. Quaedam de Turonico territorio femina, Bella nomine, amisso oculorum lumine graviter laborabat. Et cum die nocteque incessabilibus doloribus urgeretur, dicit suis: Si ad basilicam domni Martini ducta fuisset, continuo sanitatem recepissem. Confido etenim, quod possit oculis meis lumen infundere, qui potuit pauperis lepram osculo libante sanare ^b. Deinde, adminiculo deducente, venit ad sanctum locum, ibique jejuniis et orationibus crebris insistens, visum quem amiserat recipere meruit. Et ita sanata est, ut quae caeca venerat alio perducente, caecis affatim dux futura regressa sit. Quae postea virum accipiens, et filios generans, recuperatori gratias rependit incolumis.

CAPUT XX.

De Ammonio praecipitato.

Et quia bis aut tertio de sola gloriosi nominis invocatione, et virtutes factas, et pericula sedata narravimus, qualiter eundem pereunti in ipso mortis praecipitio beatus Pontifex invocatus sustentaculum praebuisset, evolvam. Ammonius quidam agens ^c sanctae basilicae, dum de coena madefactus vino veniret, de rupe excelsa, quae viae conjungitur, inimico impingente, praecipitatur. Erat autem profundum loci illius fere ducentorum pedum. Cumque per profunditatem **1021** praecipitii illius rotaretur, et deorsum sine alarum remigio volitaret, sancti Martini auxilium per singula descensionis suae momenta cla-

mabat. Tunc quasi manibus aliorum de jumento suo excussus, super arbores, quae valde inerant, dejecitur. Et sic paulatim per singulos ramos descendens, sine mortis periculo ad terram usque pervenit. Tamen ut opus insidiatoris non usquequaque videretur easatum, quod fuerat inchoatum, unum pedem ejus leviter laedit. Sed veniens ad gloriosi domni Martini templum, orationi ineumbens, omnem viam doloris amisit.

CAPUT XXI.

De alio appenso.

Non credo haberi superfluum, si inseratur lectioni qualiter invocatio nominis ejus vitam praestiterit mortituro. Quodam loco unus propter furti scelera comprehensus, atque gravibus verberibus actus, ductus est ad patibulum, ut condemnaretur suspendio. Cumque in hunc exitum, morte jam appropinquante, venisset, orandi spatium petiit. Tunc sicut erat ligatis post tergum manibus, jactavit se pronus in terram, et coepit cum lacrymis invocare nomen beati Martini, ut etsi in hac necessitate ei non succurreret, vel a culpis eum in posterum excusaret. Cumque completa oratione suspensus fuisset, recesserunt milites [Cat. ministri] a loco illo: ipse autem ore semiaperto parumper labia movens, sancti Martini semper nitebatur auxilium implorare. Discedentibus tamen illis, statim solutae sunt manus et pedes ejus. Et sic per biduum pendente eo, revelatum est eundem religiosae ^d ut eum tolleret. Quae veniens invenit eum adhuc viventem. Tunc adjutorio beati Martini de patibulo depositum, incolumem adduxit ad ecclesiam: ibique eum videntes stupescabant, et admirabantur, dicentes: Quomodo vivit? Et interrogabant eum qualiter liberatus esset. Ille autem dicebat: Beatus Martinus me de praesenti morte liberavit, et hucusque perduxit. Vere hanc ego virtutem **1022** in hoc homine ostensam, juxta sensus mei intelligentiam, non inferiorem censeo, quam mortuum suscitatum: quem sic beatus Confessor, contracto, ut ita dicam, mortis liatu, et ejus ab ore retractum vite restituit. Qui usque hodie ad testimonium virtutis beati viri vivus habetur in saeculo.

CAPUT XXII.

De Leomere contracto.

Quid etiam in Condatensi dioecesi ^e actum sit, non praeteribo. Locus autem ille crebris virtutibus illustratur. Ab hoc enim vir beatus, sarcina carnis abjecta, migravit ad Dominum. Leomeri ergo quidam nuntius, servus cujusdam hominis Andecavini a san-

Severus Sulpicius in beati viri Vita. Quod miraculum postea occasionem praebuit oratorii in ejus honorem construendi, de quo alibi dictum est.

^e Editi, *vives agens*. Sed melior est Mss. lectio. Agentes quippe saepius memorat Gregorius, eos scilicet qui sic et hodie appellantur, gerendis ecclesiae aut virorum illustrium negotiis deputati.

^d Mss. aliquot cum Editis, *cuidam religioso...qui*.

^e Id est vico. Haec vocem saepius usurpat Gregorius ad designandum pagum seu parvam regionem.

^a Sic Mss., praeter Colb., qui habet *Sirmalense*. Bec., *Sirmalensim*; et Victor., *Sirogalense*, quam lectionem etiam Bell., Colb. a et Colb. tut. habent in indice capitum libro praefixo, ubi Gat. *Siroialensi*; Mart. *Sirojarensi*. Editi vero hic *Sirojabense*. Hunc locum Marollus putat esse *Siran la Late*, haud procul a Severiaco et Bellismo apud Turones; aliis tamen videtur esse *Saint-Ciran du Sambot*, vicus ad Angerem inter Castellionem et Luucas.

^b Id in Parisiaca urbis porta contigisse testatur

guine ^a percussus, contracta manu, ligataque lingua rige-
 gebat; multoque tempore in hac debilitate deten-
 tus, neque sibi, neque domino aliquid operis exerce-
 bat. Hic fide commotus, cum ad beati basilicam vi-
 gilasset, directa manu, deliberataque ab omni impe-
 dimento lingua, beati Martini miraculum populis te-
 stabatur, dicens: Ecce quid in hac nocte sanctus
 Dei operatus est, me teste, probate. Reversus autem
 ad dominum suum narravit ei omnia quæ acta fue-
 rant. Sed ille minime virtutem gloriosi Pontificis
 credens, ad solitum eum adaptat servitium. Qui cum
 operari cœpisset, rursus in debilitatem redigitur.
 Intelligens autem dominus ejus Dei hoc esse myste-
 rium, transmisit eum iterum ad locum sanctum, ad
 quem prius abierat, in quo ille cum in maxima devo-
 tione pernoctans, dato die, sanitati quam prius me-
 ruerat instauratur. **B**

CAPUT XXIII.

De Wiliachario soluto a catenis.

Dignum existimavi et illud non omittere in relatu,
 quid Wiliacharium presbyterum referentem audivi
 Tempore quo idem Wiliacharius per perfidiam
 Chramni Chlotarium **1023** regem iratum incurre-
 rat ^b, ad basilicam sancti Martini confugit, atque
 ibidem in catenis positus custodiebatur, sed virtute
 beati Præsulis comminutæ catenæ stare non potue-
 runt. Nescio autem qua imminente negligentia foris
 atrium comprehensus est. Quem oneratum ferro, vin-
 ctisque post tergum manibus, ducebant ad regem. At ille
 voce magna clamare cœpit, et ut sibi beatus Martinus
 miseretur orare, nec eum sineret abire captivum,
 cujus devotus expetierat templum. Statimque in ejus
 vocibus, orante beato Euphronio episcopo de muro
 civitatis contra basilicam, dissolutæ sunt manus ejus,
 et omnes bacæ catenarum contractæ ceciderunt.
 Perductus autem usque ad regem, ibi iterum in
 compedibus et catenis constrictus retinebatur. Sed
 invocato nomine sæpe dicti patroni, ita omne ferrum
 super eum comminutum est ^c ut putares illud fuisse
 quasi lutum figuli. Hoc tantum erat in spatiis, ut non
 solveretur a vinculo, quoadusque nomen illud sa-
 cratissimum invocasset; invocato autem, omnia sol-
 vebantur. Tunc rex altioris ingenii, videns virtutem
 sancti Martini ibidem operari, et ab onere vinculo-
 rum absolvit eum, et pristinae restituit libertati. Hæc **D**
 ab ipsius Wiliacharii presbyteri ore coram multis
 testibus factum esse cognovi. Utinam se mihi in tali

^a Sic Mss. omnes, id est apoplexi correptus. Editi tamen, *ab augue*.

^b Hunc locum sic ex Gat., Mart., Bec., Colb. tut. et aliis restituiimus. Editi, cum Clar. et aliquot aliis: *Tempore quo propter perfidiam Chramnus, seu Chranus iram Clotarii regis incurrebat, et in capitis titulo, de Chramno, seu Chranio, etc. Wiliacharium, aliquot Codices Wilicharium, seu Viliatharium, nonnulli Miliatharium appellant.*

^c Bec., *Charigilius*; Editi, *Charigisitus*.

^d Mss. aliquot, *contraxerant*. Quæ vox in sequioris ævi auctoribus passim occurrit pro, contracti erant.

^e Ex hoc loco probat Labbeus in Miscellaneis historiis domestici et referendarii dignitates omnino

A virtute dignaretur manifestare beatus Confessor, ut sic absolveret eorum ligamina peccaminum, sicut super eum contrivit vasta pondera catenarum.

CAPUT XXIV.

De Alpino comite debili.

Alpinus quoque comes Turonicæ civitatis cum per totum annum graviter ab unius pedis dolore consu-
 meretur, et die noctuque requiem non haberet, at-
 que inter ipsas torturæ **1024** suæ voces beati Mar-
 tini jugiter auxilium imploraret, apparuit ei beatus
 Confessor in visu nocte, hilari vultu arridens, et
 consueta deferens arma; ut beatum signaculum
 sanctæ crucis super pedem infirmum imposuit, mox
 omni dolore fugato, sanus surrexit de lectulo.

CAPUT XXV.

De Charigisilo contracto.

His expertis Charigisilus ^e referendarius regis
 Clotarii, cui manus et pedes ab humore contracti
 erant ^d, venit ad sanctam basilicam, et orationi in-
 cumbens per duos aut tres menses, a beato Antistite
 visitatus, membris debilibus sanitatem obtinere pro-
 meruit: qui postea antedicti regis domesticus ^e fuit,
 multaque beneficia populo Turonico vel servientibus
 beatæ basilicæ ministravit.

CAPUT XXVI.

De Aquilino amente.

Narrabo et illud, qualiter diabolicæ artis insanie
 ad ejus basilicam denudentur. Quidam, Aquilinus
 nomine, dum venationem cum patre suo in silvis
 Franciæ exerceret, pavorem pessimum, inimico in-
 sidiante, incurrit. Erat enim ei tremor cordis, et in-
 terea videbatur exsensus ^f. Parentes vero ejus intel-
 ligentes eum diaboli immissione turbari, ut mos
 rusticorum habet, a sortilegis et ariolis ligamenta ei
 et potiones deferebant. Sed cum nihil valerent ex-
 more ^g, illi sancti Martini auxilia prompti, dolore
 cogente, requirunt, dicentes: Potest hic insidiarum
 nudare malitiam, qui detexit umbram multam, ut au-
 divimus, falso religionis nomine adoratam ^h. Quem
 de regione commotum miserunt ad **1025** sanctam
 basilicam, ibique in oratione cum summa parcitate
 se continens, opem Sancti poscebat assidue. Cumque
 in hac fide diutius commoratus ibi fuisset, omni pa-
 vore dempto, sensum ut habuerat ante, recepit,
 oblitisque parentibus in eo loco usque hodie pro
 beneficio accepto deservit.

diversas fuisse.

^f Id est amens, quasi extra sensum, quod qui priores editiones curarunt non attendentes, hic et alias sæpe ubi hæc vox repetitur, posuere *extensus*.

^g Alii Mss. cum Ed., *valeret mos ille*.

^h Alludit ad historiam quam Sulpicius Severus narrat in beati viri Vita, ubi detexisse dicitur falsi martyris larvam, qui cum fuisset latro et ob scelera supplicio affectus vitam finisset, pro martyre tamen a populo habebatur. Sed beati viri oratione pressus sub *umbræ sordidæ et trucis specie* apparens imposturam fateri coactus est. In plerisque Mss. dicitur *vox multum*.

CAPUT XXVII.

De Charivaldo debili.

Sed et Charivaldus quidam per venationem similes incurrens insidias, latus unum, debilitata manu ac pede, perdiderat. Qui ad gloriosum templum famulorum manibus deportatus, jejuniis et orationibus se subdens assiduis, per totum ferre annum. Quod cum fecisset, omnium membrorum sanitate recepta, gaudens remeavit ad propria. Et ideo monemus ut nullus sollicitetur ab ariolis, quia nihil unquam proderunt infirmis. Plus enim valet parumper de pulvere basilicæ, quam illi [Al., mille] cum medicamentis insanæ.

CAPUT XXVIII.

De fune abscisso.

De pulvere, aut cera loci illius, vel quidquid raptum quis potuit de sepulcro, quantæ virtutes aut assidue fiant, aut factæ sint, quis unquam poterit investigare aut seire? Unum tamen manifestum miraculum, quod a fidelibus comperi, putavi crimen dicere taceri. Unus fide plenus expetiit ut aliquid pignoris de Sancti basilica secretius deportaret; et multis conatus vicibus, nunquam potuit, dum publice non præsumpsit. Reverti autem cupiens, nocte ad funem illum de quo signum commovetur advenit; ex quo fune decisam cultro particulam, secum detulit. Regressusque ad domum, multis exinde infirmis sanitatem accommodavit, ita ut non dubium esset ægotum evadere, qui pignus illud meruisset fideliter osculari. Ecce quod, Sancte, præstas fidelibus qui tua mœnia expetunt a pie. Per te salvantur, qui pignora votive detulerint, et **1026** subsequente tuo auxilio, liberantur. Sed hæc omnia fides strenua operatur, dicente Domino: *Fides tua te salvum fecit* (Luc. xviii, 42).

CAPUT XXIX.

De Chariberto rege, qui res ecclesiasticas pervasit.

Videtur nec illud sileri, qualiter vir beatus præsidia famulis ad res suas defendendas quaquam jubet accommodet. Charibertus rex, cum, exosis clericis, ecclesias Dei negligeret, despectisque sacerdotibus, magis in luxuriam declinasset, ingestum est ejus auribus locum quemdam, quem basilica sancti Martini diuturno tempore retinebat, fisci sui juribus redhiberi. Loco autem illi Navicellis^b nomen prisca^d vetustas indiderat. Qui accepto iniquo consilio, pueros velociter misit, qui reiculam illam in suo dominio subjugarent. Cumque hæc recte non possidens, videretur habere, jussit in locum illum stabularios eum equitibus [Idest, equis] dirigi, ibique sine æquitatis ordine præcepit equos alii. Accedentes ergo pueri fenum quod coacervatum fuerat accipiunt in equorum expensas. Cumque injunctum studiose ageretur servitium, atque equites appositum fenum cœpissent expendere, corripiuntur a rabie. Et fremen-

A tes ad invicem, disruptis loris, per plana prosiliunt, et in fugam vertuntur; et sic male dispersi, alii exæcantur [Bec., exnecantur], alii rupibus præcipitantur, alii se sepibus ingerentes, palorum acuminibus ultro transfodiuntur. Tandem stabularii iram Dei intelligentes, paucos extra terminum loci, quos assequi potuerunt, expellunt, sanosque recipiunt, nuntiantes regi rem illam injustissime retineri. Et ideo hæc cum fuissent perpepsi, dixerunt: Dimitte eam, et erit pax tibi. Qui furore repletus sic dixisse fertur: Sive juste, sive injuste reddi debeat^c, regnante me, hanc basilica non habebit. Qui protinus divina jussione transitum accipiens requievit. Adveniente autem gloriosissimo Sigiberto rege in ejus regnum, ad suggestionem beati Eufronii **B** episcopi hoc in dominio **1027** sancti Martini restituit, quod usque hodie ab ejus basilica possidetur. Audite hæc omnes potestatem habentes. Sic vestite alios, ut alios non spoliatis: hoc adjungite vestris divitiis, unde damnum [Al., ut damna] non inferatis ecclesiis. Vindex est enim Deus velociter servorum suorum. Et ideo monemus ut qui de Potestatibus hæc legerit, non iraseatur. Nam si irascitur, de se confitebitur dictum.

CAPUT XXX.

De Eustochio Pictavensi.

Simili conditione beatus Confessor in rebus sibi injuste ablatis apparuit. Eustochius quidam cum plerumque contra injustitiam sanctorum Eufronium episcopum de hæreditate Baudulfi cognati sui pulsaret, qui hæredem basilicam sancti Martini instituerat, commotus ab eo per assiduas injurias beatus pontifex aliquid ei de rebus illis reddidit. Portante autem illo hoc ad domum suam, protinus filius ejus unicus in febrem corruit, unaque die et nocte graviter exæstuans, exspiravit. Cui tam præsens fuit mortis occursum, quam velociter pater ejus de rebus sibi non debitis effectus est dominus. Qui in exemplum Giezi possedit aurum, et argentum, sed, quod illi erat pretiosius, acquisita animæ lepra, amisit et filium: nec unquam meruit deinceps alium adipisci.

CAPUT XXXI.

De eo qui in sancta porticu perjuravit.

D Quam præsens et super alium ultio divina processerit, qui in sancta porticu perjuraverat, ad comprimendam perfidorum audaciam non silebo. Cui ad matraculam illam quam Sanctus suo beneficio de devotorum eleemosynis pascit quotidie a fidelibus necessaria tribuantur, consuetudinem benedicti pauperes habent, ut cum multi ex his per loca discesserint, custodem inibi derelinquant, qui quod fuerit oblatum accipiat. Quidam ergo **1028** devotus unum triantem mercedis intuitu detulit, quem custos loci collectum fratribus occultare non metuit.

^a Mss. fere omnes, *proprie*.

^b Locus est ad Siceram (la Cisse) fluvium, vulgo dictus *Nazelles*.

^c Bell., Clar. et Laud., *redhibeatur*. Bec., Colb. tres, Victor. et cæteri, *retineatur*.

Convenientes autem pauperes ad sextam, sciscitati A sunt antedictum eustodem quid sibi beatus pastor solita pietate respiciens transmisisset, audierant enim ibidem aliquid fuisse largitum. Qui ait cum sacramento : Per hunc sanctum locum, et virtutes domni Martini, quia hic amplius non venit, quam unus argenteus. Necdum enim verba compleverat, sed adhuc in ore sermo pendebat, cum statim tremens corruit in terram, suoque lectulo aliorum manibus redditus, cœpit graviter singultire. Interrogatus autem a circumstantibus quid sibi esset, respondit : Triantem illum quem pauperes requirebant, perjuravi, et ideo me præsens vindicta flagellat : sed rogo ut eum accipientes reddatis matriculæ. Quo reddito, statim emisit spiritum. O infelix a, qui sic ab iniqua cupiditate præventus periiit, ut et lucrum vitæ perderet, nec damna adeptæ pecuniæ possideret. Sed ad quid non mortalia pectora cogit execranda cupiditas? Quæ invida quondam viduæ duobus minutis cœleste regnum mercanti fueras b, modo hunc per unum triantem ad ima præcipitas. Et quæ Judam appendisti laqueo in Magistri pretio, hunc per parvum numisma demergis in tartara. Satis ergo hæc ad comprimendam malorum temeritatem dicta sufficiant.

CAPUT XXXII.

Qualiter me virtus ejus ab infirmitate restauravit incolumem.

Ergo his exactis, quæ circa alios gesta sunt, aggreddiar quæ circa me indignum virtus præsentis est operata patroni. Anno 103 post assumptionem sancti ac prædicabilis viri beati Martini antistitis, rege- C gente ecclesiam Turonicam sancto Eufronio episcopo anno 7, anno 2 Sigiberti gloriosissimi regis e, irruì in valetudinem cum pustulis 1029 malis et febre, negatoque usu potus atque cibi, ita angebar, ut amissa omni spe vitæ præsentis, de solis sepulturæ necessariis cogitarem. Obsidebat enim membra febris assidua d cum ardore, animam cupiens expugnare de corpore. Tunc jam valde exanimis, invocato nomine beati Martini antistitis, parumper convalui, et lento adhuc conamine iter incipio præparare; insederat enim animis ut locum venerabilis sepulcri visitare deberem. Unde tanto desiderio affectus sum, ut nec vivere me optarem e, si tardius direxissem. Et qui vix evaseram ex ardore incommodi, cœpi iterum desiderii febre succendi. Nec mora, adhuc parum fortis iter cum meis arripio,

a Quæ sequuntur ad finem capitis desunt in Colb. b.

b Editi cum aliquot Mss., *mercandi causa fueras, hunc per, etc.*

c Annus Sigiberti regis secundus est æræ vulgaris 503 et juxta hunc calculum annus 400 fuit beati Martini extremus. Nulla quippe est in Editis aut scriptis hoc loco lectionis varietas : unde Cointius legendum censet supra *an. 166 post assumptionem, etc.*

d Sic Germ. Alii vero : *Obsidebat enim memora assidua*. Pith., ex Colb., sed recent. manu : *Obsidebat enim me vis assidua*.

e Cod. Laud., *oporteret*. Pith., ut supra, manu

actisque vel duabus vel tribus mansionibus ingressus silvas, corruì rursus in febrem, et tam graviter agere cœpi, ut omnes me autumarent vitam amittere. Tunc accedentes amici, et videntes me valde lassum, dicebant : Revertamur ad propria; et si te Deus vocare voluerit, in domo tua morere; si autem evaseris, votivum iter facilius explicabis. Satius est enim reverti ad domum quam mori in eremo. Ego vero hæc audiens, vehementer lacrymabar; et plangens infelicitatem meam, locutus sum cum eis, dicens : Adjuro vos per omnipotentem Deum, et reis omnibus metuendum judicii diem, ut ad ea quæ rogo consentiatis. De cœpto itinere non desistite; et si mereor sancti Martini videre basilicam, gratias ago Deo meo; sin aliud, vel exanime corpus deferentes ibidem sepelite, quia deliberatio mea est, non reverti domum, si non ejus sepulcro meruero præsentari. Tunc una pariter flentes, iter quod cœperamus aggredimur. Præcedente ergo præsidio gloriosi domni, ad basilicam ejus advenimus.

CAPUT XXXIII

De clerico nostro amente.

Eo tempore unus ex clericis meis, Armentarius nomine, bene eruditus 1030 in spiritualibus Scripturis, cui tam facile erat sonorum modulationes apprehendere, ut eum non putares hoc meditari, sed scribere, in servitio valde strenuus, et in commisso fidelis. Illic vero, inficiente veneno, a pustulis malis omnem sensum perdiderat, et ita redactus fuerat, ut nihil penitus aut intelligere posset, aut agere. Tertia autem nocte postquam advenimus ad sanctam basilicam, vigilare disposuimus, quod et implevimus. Mane autem facto, signo ad matutinas commoto f, reversi sumus ad metatum [Ed., dormitum] : qui lectulis quiescentes, usque ad horam prope secundam dormivimus. Expergefactus ergo, amota omni languoris et cordis amaritudine, sentio me pristinam resepsisse sanitatem, et, gaudens, puerum familiarem, qui mihi serviret, evoco. Exurgens autem Armentarius velociter coram me stetit, et ait : Domine ego parabo g quod jusseris. At ego existimans adhuc esse eum exsensum h : Vade, aio, si potes, voca puerum. Et ait : Ego quæcumque præceperis aimplebo. Obstupefactus interrogò quid hoc esset. Qui ait : Intellego me valde sanum, sed unus error est animo, quod nescio de qua parte huc advenerim. Et incipiens ita mihi impendit servitium, sicut erat solitus ante tedium i. Tunc ego exsultans et flens præ-

rec., *putarem*.

f Codd. Gath. et Colb. tit. : *Signo matutinis horis commoto*. Laud., Bel. et Colb. 2, *communio*. Bec., *commorato*. Nota hic Matutinas a Vigiliis nocturnis distingui. Vigiliis hodie Matutinas appellamus, Matutinas vero Laudes dicimus. Easdem, ut hic Gregorius, distinguit S. P. Benedictus in Regula sua.

g Cod. Laud., Clar. et Bec., *parebo ad quod jusseris*.

h Aliquot mss., *exsensim*, et sic cum ista vox repetitur.

i Editi, *triduum*. Cod. Clar., *sicut erat solitus ante*. Tunc.

gaudio, gratias omnipotenti Deo tam pro me, quam pro ipso refero, quod intercedente patrono incolumem me corpore, illum mente reddiderit, et unus occursum ex fide etiam alteri amenti, qui nec petere noverat, salntem præstitisset. Sed nec hoc præteribo, quod post dies quadraginta eodem die primo vinum delectatus sum bibere, cum illud, faciente incommodo, usque tunc exosum habuerim.

CAPUT XXXIV.

Quod virtus ejus ab agro nostro tempestatem prohibuit.

Nos vero revertentes tres cereolos pro benedictione beati sepulcri **1031** portavimus: de qua cera quam multæ virtutes factæ sunt super frigiditatis et aliis infirmis, longum est enarrare. Sed unum e multis miraculum proferam. Agrum quemdam possessionis nostræ grando annis singulis vastare consueverat, et tam graviter sæviebat, ut nihil ibidem cum venisset relinqueret. Tunc ego in vineis illis arborem unam, quæ erat excelsior cæteris, eligens, de sanc a cera super eam posui. Post illam autem diem usque in præsens tempus nunquam ibidem tempestas cecidit, sed veniens, locum illum tanquam timens præteriit.

CAPUT XXXV.

De ligno beati cancelli ad nos delato.

Fide commonente, quidam ^a ex nostris lignum venerabile de cancelli lectuli, quod est ad monasterium sancti Domni, me nesciente, detulerat, quod in hospitio suo pro salvatione retinebat. Sed, credo, quia non sic honorabatur, aut diligebatur, ut sibi decuerat ^b, cœpit familia ejus graviter ægrotare. Et cum penitus nesciretur quid hoc esset, nec emendaretur aliquid, sed quotidie ageretur deterius ^c, vidit in visu noctis personam terribilem, dicentem sibi: Cur sic tecum agitur? Qui ait: Ignoro prorsus unde hoc evenerit. Dicit ei persona. Lignum, quod de lectulo domni Martini tulisti, negligenter tecum huc retines, ideo hæc incurristi. Sed vade nunc, et defer illud Gregorio diacono, et ipse illud secum retineat. At ille nihil moratus mihi exhibuit. Quod ego cum summa veneratione collectum loco digno reponui. Et sic omnis familia in domo ejus sanata est, ita ut nemo ibidem deinceps aliquid mali perferret.

CAPUT XXXVI.

Quod virtus ejus nobis inimicos inhibuit.

Factum est autem quodam tempore, ut visitationis studio ad venerabilem **1032** matrem meam in Burgundiam ambularem. Cum autem silvas illas quæ

^a Germ.: *Inde quidam ex nostris.* Voce lectuli hic tumulum designari observat Mabillon. lib. 1 Liturg. Gall. c. 8, n. 11. Nonnunquam altare significat, ibid., num. 5.

^b Editi, *decorabatur, ut decuerat.*

^c Codd. aliquot cum Editis, *nec emendaretur aliquid, sed quotidie augetur deterius.*

^d Aliquot Mss., *Verberem;* alii *Berberim.* Dicitur a nonnullis *Barberus*, vulgo *le Barberon*, qui in ditionem egerit, et hic in sinistram Rhodani ripam infra Viennam, ut ex Chorerio in descriptione flumi-

A trans Berberem ^d fluvium sitæ sunt præterire, latrones incurrimus. Qui circumdantes nos, volebant spoliare et interficere. Tunc ego ad auxilia consueta confugiens, sancti Martini præsidium flagitabam. Quod mihi protinus dignanter assistens, ita eos conterruit, ut nihil contra nos agere possent. Sed versa vice qui venerant ut timerentur, timere cœperunt, et cursu velocissimo fugere. Sed ego non inmemor Apostoli dicentis, inimicos nostros potu ciboque debere satiari (*Rom. xii, 20*), potum eis offerri præcipio. Qui nequaquam expectantes, quantum poterant, fugiebant. Crederes eos fastibus agi, aut invitos contra possibilitatem caballorum suorum currere cogi; et sic, tribuente Domino, et juvante patrono, quo dirigebamus ^e advenimus. De quantis me tribulationibus **B** et ærumnis eripuit, in quantis mihi necessitatibus sua pietas astitit, vel quantas in me amaritudines sua virtute compescuit, non dicam ad scribendum, sed etiam ad referendum perlongum est.

CAPUT XXXVII.

De dysentericis.

Quid de dysentericis dicam, ubi tam velociter invenitur medela, quam fideliter fuerit inquisita? Nam vidi mulierem a dysenteria per quinque menses graviter laborantem, ita ut cum necessitas commoveret, inter manus ad loca necessaria transferretur, quæ simul et confortationem cibi, et virtutem corpusculi superflue digerendo perdiderat; me indice novi hanc ad basilicam vigilasse. Reddito autem post nocturnas tenebras die, abraso beati tumuli pulvere ^f, et remedium hausisse simul et poculum; eamque domi propriis gressibus fuisse redditam, quæ veniens ab aliis fuerat sustentata.

CAPUT XXXVIII.

De energumenis et frigiditæis.

1033 Vel quid ego de energumenis vel frigiditæis referam, quibus si vere fuerint parcitas et fides conjunctæ, mox adminiculante patrono, cunctæ [*Ed.*, *mente*] submoventur insidiæ? Sic multi ex frigiditæis, dum vi febris pessime quatiuntur, tota die inter altarium et sanctum tumulum decubantes [*Al.* *debauchantes*], ad vesperum autem hausto ex beati sepulcri pulvere, continuo promerentur accipere sanitatem. Nam Paulus energumenus, qui legionem dæmoniorum dicebatur habere, insistente inimico, machinam, quæ sanctæ cameræ erat propinqua, conscendens, dixisse fertur: Pereat vasculum, quod exustus ^g inhabito. Et exæstnans, et præcipitans se deorsum, ita beati virtute leviter in pavimentum depositus est, ut nullum membrorum damnati corpuseuli collideret.

num Delphinatus observat Cointius ad annum 574. Vide notas in cap. ultimum libri 11, infra.

^e Sic plerique Mss. Et quidem sæpius occurrit in mediæ ævi scriptoribus hoc verbum sic expressum. Alii habent, *ubi dirigebamur.* Mart., *diligebamur.*

^f Plerique Mss., *Abrasum pulverem.* Addit Colb. *b* *ferunt et remedium, etc.*

^g Sic plerique mss. Editi: *Parcatur vasculo quod exustus inhabito.* Codd. Colb. a, Land., et cæteri, simpliciter, *fertur. Vasculum quod exustus inhabito. Et præcipitans.*

CAPUT XXXIX.

De Leomeria cæca.

Leomeria [*Bec.*, *Deomena*] quædam cæca atque contracta, longo tempore miserabiliter vivens, dum iter illud per manus aliorum crebris occursibus utitur, quoad Beati basilicam itur, tandem ab ejus pietate respecta, jacens ad sanctum ostium, lumen pariter gressumque recepit. O si totum proderetur in publicum, quod singuli quique, dum fideliter poscunt, latenter accipiunt, et retinet occultum multorum conscientia, quod fideliter poscendo clam quæsitâ sanitas est adepta! Quod si hæc, ut diximus, cuncta publicarentur, non solum 1034 libros, sed nec ipsum mundum, ut ait evangelista de Domino, arbitror potuisse recipere (*Joan. xxi, 25*).

CAPUT XL.

De Securo contracto.

Et quoniam sermo clausulam petit, unum vobis adhuc præclarum miraculum priusquam liber finem accipiat, enarrabo. Adolescens quidam, nomine Securus, ex utero matris egradiens, manum aridam pedemque protulerat, et ita omnium membrorum sic-

^a Cod. Germ. : *Pro delictis, eo præstante, qui judicaturus est vivos et mortuos in sede supernæ majestatis. Amen. Ethic desinit codex.*

Explicit liber primus.

LIBER SECUNDUS.

DE VIRTUTIBUS QUÆ FACTÆ SUNT POSTQUAM VENIMUS NOS.

Prologus.

1037 Quoniam perscriptis virtutibus sancti Martini, quas vidimus, vel a fidelibus viris de antea tempore reperire potuimus, ardentem valde in hac siti, ut non traderetur oblivioni quod Dominus exercere dignatus est in laudem Antistitis sui ^a, libellum primum explicuimus; narrare etiam ea cupimus quæ nostro tempore agi miramur, relinquentes non parvam materiam eloquentioribus, sumentes autem magnalia virtutum in nostris operibus, ut quod peritia non dilatat in paginis, numerositatis virtutum extendat in cumulis.

CAPUT PRIMUM.

Qualiter a febre et dysenteria erutus sum.

Anno 572 post transitum beati Martini 1038 antistitis, Sigiberto glori- sissimo rege duodecimo anno ^b regnante, post excessum sancti Eufronii episcopi, non meo merito, cum sim conscientia terribimus, et peccatis obvolutus, sed tribuente fideli Deo, qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, onus episco-

^a Coll. b, *superest ea narrare quæ nostro*. Plerique alii mss., *Antistitis sui, narrare, etc.*, ut Editi.

^b Si hos omnes numeros referunt omnes Mss. et Editi. Porro Sigiberti annus 12, vulgaris æræ fuit 575. Et hos calculos seenti sunt clerici Turonenses, seu potius Odo abbas in Vita beati Gregorii. Cointins tamen Sigiberti annum 12 vult esse anno 476 post

A cata compage dirigerat, ut monstrum aliquod simularet: erat autem et iugo servitutis innexus. Quem cum viderent domini sui jam per septem annos nihil omnino posse proficere, manibus deportantes posnerunt eum ante beatum sepulcrum, ut vel a præterentibus pasceret, qui labore proprio ali non poterat. Jacente autem eo in loco illo per multos dies, directus est pes ejus qui fuerat debilis, manusque ejus sicca, infectis sanguine venis, sanata est: et ita omni corpore, accepta beati Confessoris ope, formatus est [*Ed.*, sanatus], ut putares eum denuo fuisse renatum. Qui puerulus a Justino comite redemptus, et ingenuus dimissus est: et postea baptismum consecutus, usque hodie sub patrocinio sanctæ ecclesiæ persistit incolumis. Quis unquam ista sic ex ordine inquirere, aut referre poterit, ut ex æquo laudare sufficiat? Tamen nos, quantum investigare potuimus, scribere fideliter studuimus, hanc sperantes retributionem mercedis accipere, ut dum hæc leguntur in laudem sanctissimi Sacerdotis, nobis fortasse tribuantur refrigerium pro delictis ^a, dicente poeta:

Forsan et hæc olim meminisse juvabit.

C patus indignus accepi. Mense autem secundo ordinationis meæ, cum essem in villa ^c, incurri dysenteriam cum febre valida, et taliter agi cœpi, ut imminente morte vivere omnimodis desperarem. Emittebam autem assidue digestionum officia, quæ accipere non poterant in expensa, et erat horror cibi; cumque ab inedia deficeret virtus stomachi, febris tantum erat victus corpori ^d. Nam nullatenus accedebat confortatio

sancti Martini transitum debere illigari.

^c Sic omnes omnino Mss. Editi tamen, *cum issem in urbem*. Et quidem ex hujus capitis fine patet eisdem in loco a presbytero rusticano fuisse celebratam.

^d Aliquot Scripti enim Editi s, *virtus corporis*.

sumptuosa : erat autem et dolor gravis totam alvum **A** penetrans, et descendens ad ilia, non me minus consumens tortura sua quam febris exegerat. Cumque sic ageretur mecum, ut non remansisset spes vitæ, **1039** sed cuncta deputarentur in funere, nec valeret penitus medici antidotum, quem mors mancipaverat ad perdendum, ego ipse de me desperans, vocavi Armentarium archiatrum, et dico ei: Omne ingenium artificii tui impendisti, pigmentorum omnium vim jam probasti, sed nihil proficit perituro res sæculi. Unum restat quod faciam, magnam tibi theriacam ostendam. Pulverem de saceratissimo domui Martini sepulcro exhibe, et exinde mihi facito potionem. Quod si hoc non valuerit, amissa sunt omnia evadendi perflugia. Tunc misso diacono ad antedictum beati Præsulis tumulum, de sacrosancto pulvere exhibuit, **B** dilutumque mihi porrigunt ad bibendum. Quo hausto, mox omni dolore sedato, sanitatem recepi de tumulo. In quo tam præsens fuit beneficium, ut cum id actum fuerit hora tertia, incolumis procederem ad convivium ipsa die hora sexta^a.

Visum est et hoc insererelectioni, qualiter me Deus arguerit, ne ante me permitterem stultos et faciles de beatis^b solemnibus obrectare. In crastino autem postquam convalui, die Dominico ad missam veniens, nolensque me fatigare, uni presbyterorum gloriosa solemnina celebrare præcepi. Sed cum presbyter ille nescio quæ rustice festiva verba depromeret^c, muli eum de nostris irridere [*Ed.*, increpare] cœperunt, dicentes: Melius fuisset tacere, quam sic inculte loqui. Nocte autem insecuta, vidi virum dicentem mihi: **C** De misteriis Dei nequaquam disputandum. Testor enim Deum, quia hoc a me non est compositum, sed ipsa verba quæ audivi, vobis exposui. Unde, dilectissimi, nullus de hoc mysterio [*Mart.*, ministerio], etiam si rustice videatur dici, disputare præsumat, quia apud Dei majestatem magis simplicitas pura quam philosophorum valet argutia.

CAPUT II.

De infirmitate Justini.

Gratum arbitratus sum et illud non omittere, quod nihil in libro anteriore excidit. Nam eum retulerim **1040** de cereolis illis quos de sepulcro beati Antistitis sustuli^d, a quibus et tempestates sedatas, et alias infirmitates prohibitas dixi, hos eum mecum detinerein, Justinus vir sororis meæ in valetudinem irruit. Nam, invalescente febre, eum doloribus membrorum omnium, valde ad extremum agi^e cœpit. Nuntius hæc ad me delatus retulit, efflagitans ut si quid unedicamenti reperire possem, morituro transmitterem, ne obiret. At ego in virtute beati Antistitis confisus, unum ex cereolis transmitto per puerum,

^a Mss. fere omnes, ipsa die ad sextam. Hora tertia, secundum nostrum computandi morem in æquinoctio, horæ, ut vocamus, nonæ matutinæ respondet, sexta vero meridici.

^b In *Ed. de st. de. Bec.*, de Beati.

^c *Bec.*, nescio quid rustice depromeret festiva verba.

^d In libro præced., cap. 54.

^e Aliquot Mss., valetudo ad extrema age-re; alii:

dicens: Accendite illum coram eo, et in contemplatione luminis orationem fundat ad Dominum, et deprecetur omnipotentiam [*Rom.*, potentiam] Antistitis, ut ei succurrat. Missus autem puer quod dederam deportavit. Quo accenso ante lectum ægroti, favillam scirpi, quem jam ignis consumpserat, cultro eradunt, dilatumque aqua ægroti porrigunt ad bibendum. At ille ut hausit, sanitatem protinus recepit, incolumisque redditus est. Nobis postea qualiter sibi virtus beati Antistitis subvenit, exposuit. Nam referre erat solitus, quod ubi primum oculis ejus jubar luminis progressum a cereo pepulit tenebras noctis, protinus in contemplatione flammæ febris recessit a corpore, ac stomachus qui diu languerat iudicia, cibum consolationis efflagit, et qui tantum aquam puram ad **B** restinguendum febris ardorem haurire consueverat, nunc vinum desiderat. Facit hæc virtus Antistitis, quæ saepe miseris opem proflua miseratione tribuit, et infirmis medicamenta largitur.

CAPUT III.

De Meurusa chiragrica.

Vereor ne nimium progredi præsumens, obsoleat paginam sermo rusticior. Maurusam quamdam graviter chiragrici humoris dolor affecerat, ita ut retortis ad crura pedibus, nullatenus se erigere posset. Erat enim et oculorum luce muletata; quæ longo tempore graviter agens, tanquam mortua putabatur superstes, nec erat ei **1041** spes alimonix, nisi aliquis ei manum misericordix porrexisset. Quotidie autem respectam intuens devotorum, victus necessaria deposcebat. Factum est autem ut quodam tempore extra solitam gravius ageret, nec poterat quinquam judicare membrorum, nisi tantum in pectore flatus spiraminis discurrebat^f. Quæ jam valde exanimis rogavit ut eam ad pedes sancti Martini deferrent. Ad quem locum cum manibus fidelium fuisset illata, dolore cogente, vociferans beati Viri auxilium, ut sibi miseretur orabat. Tandem pietas illa respiciens, quæ pauperes dimittere nunquam consuevit inanes, in festivitate sua laxata sunt fila nervorum arentium, et sic de dextera, quam per sex annos non judicaverat^g, signum leatæ crucis ad os faciens, in pedibus restituta est, ita ut ad hospitium suum nullius usque adjutorio remearet, oculorum lumine non recepto. Post annos autem duos iterum veniens ad beati patroni tumulum, cœpit attentius, sicut erat opportunum, orare: mox apertis oculis, in redidiva luce surrexit. Hanc virtutem ideo hic scripsimus, qui postquam huc advenimus, illuminata est. Nam antea a debilitate sanata fuerat.

CAPUT IV.

De servo Simonis presbyteri.

Simonis fidelissimi compresbyteri nostri servus, vergere cœpit.

^f Sic omnes omnino Scripti. Editi vero habent: Quoquam modo juvari membrorum officio, nisi quod... decurrebat. Judicare paulo inferius item sumitur promovere, seu levare, et sic alibi.

^g Id est, levaverat, ut Editi. Colh. b, *eraxerat*. Pith. moverat. *Bec.*, dicaverat.

Veranus nomine, qui erat ei in commissis promptuariis probatus ^a, dum ad custodiam sibi dispositam ^b resideret, superveniente humore podagrico, pedum gressu muletatur. Qui cum per totum annum talibus doloribus vexaretur, ut etiam viciniam in proximo positam commoveret, contractis subito nervis, ad plenum debilitatur. Quod videns dominus ejus, dolens exitum fidelis vernaui, jussit eum ad pedes beati Antistitis deportari, promittens votum, et dicens: Si eum reddideris sanitati, piissime **1042** domne Martine, in illa die absolutus a mei servitii vinculo, humiliatis [*Ed.*, incis] capillis tuo servitio delegetur. Positus ergo ad pedes pretiosissimi Domni, cum per quinque dies ibidem jaceret immobilis, sexta die sopore comprimitur; et obdormienti visum est ei, tanquam si in lectulo solitus sit homo pedem **B** extendere ^c. Expergefactus autem sanus ab omni debilitate surrexit. Qui tonsurato capite, et accepta libertate, ibidem beati Domini usibus nunc deservit. O admirabilem beati viri redemptionem! Quis unquam de mille talentis sic redemit, sicut præsens nostrorum eriminum suffragator? qui uno ictu, unoque momento, sine numismate auri, et corpus a debilitate, et conditionem absolvit ab onere.

CAPUT V.

De paralytico Autisiodorensi.

Quidam ex Autisiodorensi oppido, Manulfus ^d nomine, deferentium manibus ad beati Martini sepulcrum jactatus est. Qui jugi oratione et jejunio incumbens, pedes quos intortos exhibuerat, reddita subito sanitate retulit in usum consuetum directos; et ita Sancti virtute, quod immodo reformatus est, ut **C** qui aliorum manibus deportabatur, propriis firmatus vestigiis, præsentibus nobis, consurgeret sospes.

CAPUT VI.

De paralytico Aurelianensi.

Alius autem paralyticus ex Aurelianensi territorio carruca devectus, venit ad sanctam basilicam: qui diebus multis jacens ad ostium illud, quod secus baptisterium ad medium diem [*Al.*, meridiem] pandit egressum, beati Antistitis implorabat auxilium. Factum est autem, ut una die jacens gravius extra solitum torqueretur, ita ut vicini de proximo ad ejus voces concurrerent ^e. **1043** Dissolvebantur autem ligaturæ nervorum ejus, et dirigebantur, propterea **D** erat dolor intolerabilis; et sic, tribuente patrono,

^a Editi cum aliquot Mss., *prælibatus*. Bec., *promptuarii*. Observa hic Simonem presbyterum a Gregorio episcopo compresbyterum appellari. Vide conc. Turon. II can. 7.

^b Plerique Mss. cum Edit., *depositam*. Bec. et Colb. b, *commissam*.

^c Sic Mss. omnes, excepto Colb. b, qui habet: *Ei tanquam si in lectulo solitus erat pedem extenderet*. Editi: *Visum est sibi quasi in lectulo suo solito pedes extendere*.

^d Laud. et Bell., *Malulfus*; alii, *Mallulfus*.

^e Aliquot Codices, *vicinia... con urreret*.

^f Bec., *sine consilio*, utraque lectio vera est. Hanc Historiam narrat Iosephus Gregorius lib. IV Historiæ cap.

erectus super plantas, flens præ gaudio, populo teste surrexit. Qui continuo clericus factus, et in sospitate firmatus, ad domum regressus est.

CAPUT VII.

De paralytico ex Biturigo.

Sed et alius gressu debilis, nomine Lenbovens, jam clericus adveniens, super terram se trahens, quia paupertatē faciente non habebat qui eum ferret, de die in diem beati Martini limina requirebat. Qui dum quadam die a foris ad Sancti pedes fleret, directis genibus atque pedibus, spectante populo sanitatem recepit. Tres virtutes istas ipsa die factas fuisse constat quo Sigibertus gloriosissimus rex, Sequanam transiens, sine collisione ^f exercitus pacem cum fratribus fecit (*An.* 574). Quod nullus ambigat hanc etiam [*Ed.*, tertiam] beati Antistitis fuisse victoriam.

CAPUT VIII.

De cæco illuminato.

Eo quoque tempore cæcus quidam ab eleemosynariis postulans stipem, cui non erat aliud in victu, nisi aliquis ei manum porrexisset pietatis intuitu, nec erat domi præsidium, nisi miseratio devotorum, die una, dum ante sanctum sepulcrum fixis staret vestigiis, subito corripuit eum dolor in oculis; et cum graviter ab hoc dolore consumiatur, cœperunt ejus oculi spumam emittere. Et sic erumpente a palpebris ejus sanguine, in redivivam lucem renascens, lumen, quod olim perdidit, videre promeruit.

CAPUT IX.

De aliâ cæca.

1044 Gunthrudis ^g quædam, de Viromandense ^h territorio, oculorum lumen perdidit: quæ relinquens domum et patriam, fide commouente, venit ad sanctam basilicam, ibique diebus multis deserviens, unius oculi meruit recipere visum. Quæ mox oblita virum et filios, vesteque mutata, ad religionem ecclesiasticam, Domino iuspirante, transivit.

CAPUT X.

De muliere a profluvio sanguinis liberata.

Sed nec hoc silebo, qualiter velut ex veste Redemptoris nostri, ad beatum sepulcrum fluxus sanguinis sit siccatus ⁱ. Mulier quædam ex Arverno

50, ubi etiam et ista tria miracula commemorat, et pacem hanc beati Martini patrocinio tribuit.

^g Alii, *Gundetrudis*, vel *Gunthetrudis*.

^h Veromandui, olim populi celebres Belgicæ, hodiernæ Picardiæ partem occupant, vulgo *le Vermandois*, quorum caput est Augusta Viromandorum, vulgo dicta *Saint-Quentin*. Vide lib. de Gloria mart. ep. 75. Cæterum Mart. cum Clie. habet in *vico Mandense*, et Chol. *Vico Madense*. Bigu., *Vicomandensi*. Sed librorum est error.

ⁱ Alludit ad mulierem hæmorrhœissam, quæ ad tactum vestimenti Domini nostri curata est, uti narrat Matthæus cap. 1x, et alii evangelistæ.

veniens cum viro suo, de pago Transaliensi ^a, pro-
fluvio sanguinis ægrotabat, secus autem atrium basi-
licæ mansionem habebat. Quæ diebus singulis ad
sancti Confessoris limina jacens, prostrata open san-
nitatis poscebat. Factum est autem ut quadam die
accedens ad sanetum sepulcrum, orans, et osculans,
de palla quæ super est posita, aures et oculos sibi
tangeret. Protinus siccato rivo sanguinis, ita sanata
est, ut putaret se Redemptoris simbriam contigisse.
Cujus vir in valetudinem irruens, ad osium basilicæ
manibus depositus aliorum, fideliter exorans, restin-
cta febre, convaluit. Et sic pariter hic ab incommodo,
hæc a profluvio sanata, magnificentes Deum ad pro-
prium domum regressi sunt.

CAPUT XI.

De muliere clauda.

Conjux Animi ^b tribuni, nomine Mummola ^c, nocte
conterrita a **1045** pavore, usum unius pedis perdi-
derat; et ita in debilitatem corruerat, ut aliorum
manibus sustentaretur erecta, sicubi disponeret pro-
gressura ^d. Quæ ad beati Martini pedes deposita,
nocte tota cereum manu pro voto detinuit, nobis in
basilica vigilantibus. Mane autem facto, moto ad
matutinos signo, super pedem debilem constitit, ita
ut omni debilitate sedata, ad metatum suum propriis
gressibus, nullo sustentante, libera remearet.

CAPUT XII.

De dysenterico sanato.

Quodam autem tempore cum beatus Germanus,
Parisiacæ urbis pontifex, ad festivitatem Antistitis
gloriosi accederet, Ragnimodus ^e tunc diaconus, **C**
nunc epi-copus, in servitium ejus accessit, graviter
a dysenteria laborans. Sed beatus Germanus prius
ad villam ecclesiæ suæ ^f, quæ in hoc territorio sita
est, venit. Igitur cum ante noctem vigiliarum solem-
nitatis ejus Turonis advenire cœpisset, diaconem in
villa residere jubet, dicens: Ne forte fatigeris eundo,
et aliquid tibi deterius contingat. At ille: Potestas,
inquit, Dei est, quæ nos jubcat juxta meritum pati:
nam ego non exeo aliter, nisi ad basilicam beati An-
tistitis eam; confido enim quod si tumultum ejus atti-
gero, salvus ero. Et statim, ascenso equite [*id est,*
equo], ad basilicam venit. Mane autem accepta po-
tione de pulvere sepulcri, sedata protinus infirmitate,
convaluit.

^a Sic vetustiores Codices scripti. Aliquot, *Trasaliensi*. Editi cum Clar., *Transiliensi*. Vietor., *Trasalerensi*.

^b Sic Mss. omnes præter Bell. et Clar., qui habent *Animii*. Editi tamen *Aniani*.

^c Sic plerique Mss. Bec. et Colb. b, *Nummola*; Vinc., *Nummola*; et Clar., *Nummola*. Editi vero *Unimola*.

^d Editi duo, *si quo propo uis et accedere*.

^e Editi, *Ragnimundus*, vel *Ragiamundus*. Is ipse est qui beato Germano in Parisiensi sede successit.

^f Hæc est, ut quidem mihi videtur, *Sevriacum*, vulgo *Sevray* in Turonibus, de qua Fortunatus in Vita sancti Germani, cap. 63, ubi pro *villam sanctæ Ecclesiæ*, etc., sic legendum puto: *Cum de basilica sancti Martini ad villam suæ Ecclesiæ Severiaci recurreret*. Bal., *ad urbem suæ, etc. urb. residere*.

^g Clar., *Orsulfus*. Vinc., Bec. et Colb. b, *Ar-*

CAPUT XIII.

De cæco illuminato.

Ursulfus ^g autem quidam ex Turonica civitate, de
pago trans Ligerim, cæcus, beati Martini suffragia
devotus expetiit. Qui duobus assidue mensibus ad
ejus temp'um deserviens, in jejuniis orationibusque
perdurabat. Factum est autem in una **1046** die
resurrectionis dominicæ ^h dum esset ad pedes Domni,
et cum reliquo populo mis-arum solemnia specta-
ret ⁱ, subito apertis oculis cuncta clare cernere cœ-
pit, ita ut ad sanctum altare communicandi gratia,
nemine ducente, veniret. Quæ autem fuerit causa
cæcitatæ, edicam. Primo die Paschæ jussus est a do-
mino suo ut agrum circumiret, inventuraque aditum
B unde pecora introibant obseraret. Dum eum clau-
dere conatur, excæcatus est. Tunc, ut diximus, ad
sepulcrum veniens, fleus et ejulans, visum, quem
perdiderat, flagitabat. Die autem illa dum populo
gratia dominici corporis traderetur, et ei beatus An-
tistes lumen reddere dignatus est, ac elucente sole
luminum suorum refulserunt stellæ. Quis unquam,
rogo, talis medicus poterit inveniri, qui in una in-
firmitate duas contulerit medicinas? Ecce in uno
cæco duæ virtutes ostensæ, eui corporales oculos ad
contemplanda terrena prius aperuit, et unne cordis
oculos ut ea non concupiscat illuminavit; et ad suum
dignatus est dicare servitium, quem, ut ita dicam,
renasci denuo fecit in mundum.

CAPUT XIV.

De puella paralytica.

Sed neque hoc reticebo quid in sua festivitate ope-
ratus sit hic patronus. Palatina quædam puella, pa-
ralysis humore percussa, usum gressuum male re-
ducta perdidit, ita ut contractis in poplitibus ner-
vis, calcaneos ad erura conjungeret. Quam pater
Turonis deferens, ante pedes beati Martini devotus
exposuit, ibique tribus mensibus jacens, stipem a
prætereuntibus postulabat. Factum est autem in die
insignis solemnitatis beati Viri, ut illa, nobis missam
dicentibus, in loco quem superius naminavimus fide-
liter exoraret. Cumque nos rite sacrosancta solemnia
celebrantes, **1047** contestationem ^j de sancti domni
virtutibus narremus, subito illa vociferari cœpit, et
 flere, indicans se torqueri. At ubi, expedita contesta-
D *nulfus*.

^h Sic omnes dies, ut vocamus, Dominicas ejus ævi auctores frequenter nuncupabant, quod sic a præcipua Dominica, qua resurrectionis solemnitas in Ecclesia celebratur, appellatæ fuerint.

ⁱ Aliquot Mss., *expectaret*. Sed hoc ex modo pronuntiandi ^s quasi *es*. Nam alias frequenter Gregorius missas spectare pro iis interesse scripsit. Unde nihil refert quod ille cæcus fuerit.

^j Alias illatio seu inmolatio dicebatur, hodie præfationem appellamus. Olim cuique festo sua erat propria, in qua sancti ejus erat festivitas præclare gesta recensentur. Vestigium hujus rei superest etiam unne in majorum festivitatum præfationibus, in quibus mysteria quæ celebrantur paucis verbis exponuntur. Contestationem quam hic laudat Gregorius dabimus in appendice.

tionem, omnis populus Sanctus ^a in laudem Domini proclamavit, statim dissoluti sunt nervi qui ligati erant, et stetit super pedes suos, cuncto populo spectante, et sic, propitiantem Domino, usque ad altare sanctum ad communicandum propriis gressibus nullo sustentante, pervenit: quæ usque hodie incolumis perseverat.

CAPUT XV.

De cæco illuminato.

Merobaudus ^b quidam ex pago Pictavensi, dum esset laborans in opere, cæcitate pessima, insidiatore immittente, percussus est. Qui cum per sex annos male agens in hac infirmitate duraret, advenit ad sanctum templum beati Martini, ibique assidue orationi incumbens, in crastina die de sancta festivitatem, dum ad pedes beati Martini staret, subito visum est ei, circa se tanquam coruscatio resplenderet; et statim, apertis oculis, cuncta prospexit. Qui continuo clericus factus in eodem loco, sanus abscessit.

CAPUT XVI.

De his quæ nauta retulit.

Fuit et illud insigne miraculum, cum Dominus in die Epiphaniarum obtentu beati Antistitis ex aquis Falerna produxit, ac de alvei fundo vinum elicuit pauperi, qui quondam latices in vina mutavit. Igitur cum quodam tempore iter ageremus ^c in pago Balbiaciensi ^d ad Ligerim usque fluvium pervenimus. Cumque a nauta, qui nos ripæ alteri transponere debebat, sollicitè requireremus loca in quæ piscaturi procederemus, locum indicat, **1048** dicens: Sit vobis beatus Martinus in adiutorium. At nostri ingratis hæc susceperunt, dicentes quod in ejus nomine nunquam visa est evenisse captura. Ille autem: Haud dubium sit, quia præstat hoc virtus ejus. Nam referam, inquit, vobis quæ mihi hoc anno contigerunt, vel qualiter per invocationem nominis ejus, opitulante Domino, quod optavi promerui. Denique dies erat Epiphaniarum, et ingressus in promptuario, nihil potius quod haurirem inveni, egressusque oravi, dicens: Sanctissime Martine, trans mitte mihi in hac sacra solemnitate aliquid vini, ne epulantibus aliis, ego jejunos remaneam. Dum autem hæc tacitus orarem, vocem in ulteriori ripa audivi me vocantem, ut navim homini qui iter agebat adducerem. Verum ubi, acceptis contis, eo versus impetum ^e fluminis **D** sulcare cœpi, et ut in medio an ne perveni, subito excussus magnus ex gurgite piscis in navim cecidit: quo confestim oppresso, transpositis hominibus, donum regressus sum, venditoque pisce uno vini modio, cum cæteris sum reffectus. Ergo noveritis quam

velociter in illud quod invocatus fuerit, si petatur fideliter, apparebit. Testor autem Deum quia hæc ab ipsius nautæ ore cognovi.

CAPUT XVII.

De Gunthramno duce.

Quodam die dum Gunthramnus Boso contra vicum Ambasiacensem ^f Ligerim fluvium transmearet, ac irruentibus jam tenebris mundum nox horribilis retineret, subito adversante vento nautæ turbantur in pelago, separatisque navibus quæ pontem illum sustinebant, et aqua usque ad summum repletis, descendunt cuncti usque ad cingulum cum ipsis navibus in profundum, nequaquam tamen navibus subductis **1049** a pedibus. Exterritis autem omnibus, Boso non raucè vociferans beati Martini auxilium proclamabat, et ut eis ad liberandum festinus occurreret, precabatur, dicens fidenter suis: Nolite timere, scio enim quod dextera sancti Viri ad auxilium porrigendum maxime in necessitatibus sit parata. Hæc eo dicente, directis a Deo navibus, mutatoque vento contrario in secundum, nullo pereunte, pervenerunt in littus, ubi tam præsens occurrit beati Confessoris suffragium, ut etiam argentum quod rapiente fluvio perdiderant, ipso denique fluvio in littus restituente, reciperent.

CAPUT XVIII.

De Landulfo lunatico.

Quidam ex Viennensi ^g territorio Landulfus nomine, graviter a lunatici dæmonii infestatione vexabatur, ita ut plerumque ab hoste se vallari putans in terram corrueret, cruentasque ex ore spumas emittens, tanquam mortuus habebatur. Quod genus morbi epilepticum ^h peritorum medicorum vocitavit auctoritas; rustici vero cadivum ⁱ dixere, pro eo quod caderet. Cumque se antedictus in hoc exitu videret affligi, audita beati Præsulis fama, sanctam ejus adiit basilicam, ut sibi præsentia cunctis suffragia subvenirent. Sed cum eodem in loco plenus fide venisset, ardentius cum sævi dæmonis pulsata audacia: nec ei licebat atrium egredi propter publicam dæmonum infestationem: in atrio tamen nihil nocebatur. Nam visibiliter cum magno armorum strepitu venientes, conabantur eum castelorum acuminibus perfodere. **D** Quod si se subderet terræ, ranarum super eum multitudo horribilis desilire videbatur. Sed et voces publice ab eo audiebantur exprobrantium, et dicentium: Martinus, quem expetisti, nihil poterit tibi subvenire, quia nostris es ditionibus mancipatus. Sed ille ad hæc fidenter et immobilis **1050** signum

in pago Arvernensi in concambium fratres dederunt.

^a Plerique Mss., contis, tursorum etiam impetu fluctus secare.

^f Plerique Mss., Ambiacensem, vulgo Amboise. De Gunthramno Bosone plura habet Gregorius in Historia, ubi etiam de Ambasiaciensi oppido diximus.

^g Editi, Vianensi territorio Laudolphus. Bec., Landulfus.

^h Plerique Mss., ephiliticum.

ⁱ Sic Mss. At Editi, ut hodie loquimur, caducum.

^a Id statuerat an. 520 conc. Valense II can. 5.

^b Mss. aliquot, Merobaudis. Coll. II, Geroblandus. Clar., Gerobaudus. Bec., Meroblandus.

^c Hæc et quæ sequuntur in singulari persona plerique Mss. efferunt.

^d Sic omnes Mss., editi autem Belvacensi. Est forte locus Beauvau dictus haud procul a Cainone et Ligeri. Savaro, in Sidon. lib II, ep. 14, ex pancharta nigra sancti Martini: Belvacens ad calciamenta fratrum, etc., pro qua subdole decepi Martiacum villam

crucis opponens, terribiliter eos per aerem tenuem ^a A effugabat. Post has autem vacuas et inanes inuisiones, cum videret inimicus cum sibi vindicare non posse, dolis eum tentavit illudere. Componens namque se in specie veterani ^b venit ad eum, dicens: Ego sum Martinus, quem invocas; surge, et adora coram me, si vis recipere sanitatem. Cui ait ille: Si tu es dominus Martinus, fac super me signum crucis, et credam. At ille audito nomine signi sibi semper contrarii, tanquam fumus evanuit. Post hæc autem stans ad pedes gloriosi Domini factus est in stupore mentis, et vidit beatam basilicam novo lumine effulgere; ex qua egrediens Sanctus dixit ad eum: Exaudita est oratio tua, et ecce eris sanus ab infirmitate quam patieris. Et sic beatæ crucis signaculum super caput ejus faciens abscessit. Ille vero in se reversus, ^B amotis omnibus insidiis, salutem se sensit integram recepisse. Tamen post receptam sanitatem, cum cœpisset vino uti superflue, corpusque ejus diu abstentum imbre maduisset ^c latus ei cum uno pede manuque contrahitur. Sed parcimoniam se iterum deputans, caputque tonsurans, rursum Beati virtute redditur sanitati.

CAPUT XIX.

De Theodomere diacono cæco.

Dum ^d singula quæque miracula beati Viri succincte scribimus, nec ea in ampliorem sermonem expandimus, verendo valde, atque timendo iter carpinus inchoatum, ne forte dicatur a prudentioribus: Multum hæc poterat peritus extendere ^e. Sed nobis in ecclesiastico dogmate versantibus videtur ut historia quæ ad ædificationem Ecclesiæ pertinet, postposita verbositate, brevi atque simplici sermone texatur, ut et virtutem beati Antistitis prodat, et sapientibus fastidium non imponat. Quo facto et lector provocetur in lectione, et Sanctus prodatur ¹⁰⁵¹ in opere. Theodomericus ^f diaconus cum præ humore capitis, deciditibus [*Al.*, claudentibus] cataractis, oculorum aditus haberet per quatuor annos graviter obseratos, venit ad cellulam Condatensem, in qua vir beatus transiit. Prostratusque ad ejus lectulum, nocte tota lacrymis et orationibus deducta, immobilis madefecit terram fletibus, tepuitque suspiriis ejus venerabile lignum cancelli; lucescente autem die, reseratis cataractis luminum, lumen videre promeruit. Quid unquam tale fecere cum ferramentis medici, cum plus doloris negotium exerant quam medelæ, cum distento transfixoque spiculis oculo, prius mortis tormenta figurent quam lumen aperiant? In quo si

^a Sic Colb. a; alii *per aera tenerum*.

^b Militis, scilicet: quod jam forte tunc temporis beatus vir, ut nunc fit, in militis ehlamydem suam cum paupere dividens speciem depingeretur, ob præclari facinoris celebritatem.

^c Sic Codd. Gat., Rom., Colb. tut. et Vinc. At Mart. et Clar., *diu absente imbre maduisset*. Bell., Laud., Colb. a, *abstento imbre maduisset*. Vict., *abstentum maduisset*. Colb. b, *diu attenuatum imbre maduisset*. Editi Chol., Chet. et Col., *diu absente imbre abuisset*. Ba'es l., *abluisset*.

^d Hæc usque ad verba *Theodomericus diaconus*, etc.

cautela fefellerit, æternam misero præparat cæcitate. Illic autem beato Confessori voluntas ferramentum est, et sola virtus unguentum.

CAPUT XX.

De Desiderio energumeno.

In qua cellula cum Desiderius energumenus ex Arverno veniens, nocte integra debacchasset, mane facto, cœpit declamare quod eum beatus Martinus incenderet. In his vocibus evomens purulentum nescio quid cum sanguine, dæmone ejecto, purgatus est; infectumque sanie pulverem derelinquens, cellulam egressus est sanus.

CAPUT XXI.

De homine manum contractam habente.

Quidam in eodem loco manum debilem contractis digitis detulit, ita ut unguis in palma ejus affixi, decurrente interdum sanguine, dolorem ei nimium generarent. Illic projiciens se ad antedictum gloriosi domini lectulum, flens et deprecans, tam dolore instigante quam fide, postera die directis digitis, manum recepit incolumem.

CAPUT XXII.

De Remigia matrona.

¹⁰⁵² Similem infirmitatem Remigia matrona incurrens, ad beatam cellulam valde devota pervenit. Quæ vigiliis et orationibus insistens, cum matriculam, quæ ibidem congregata est, pasceret, aridum bracium cum contractis digitis sanum extulit ad miscendum ^e. Et sic tota die benedictis pauperibus deserviens, sospes remeavit ad propria. Hæc in posterum annis singulis antedictis fratribus alimentum sufficiens exhibebat. Factum est autem, ut quadam vice una puellarum suarum male a quartani typi febre quateretur. Dum autem secundum consuetudinem veniens, pauperibus illis exhibebat victum, sancti Viri implorat auxilium. Et per quatuor dies ad beatam cellulam continuatione orationis atque jejuniis ^h decubans, ab omni febre sanata puella, cum familia ⁱ magnificans Deum domum regressa est.

CAPUT XXIII.

De Vinaste cæco.

Talia exerceens quidam, ^j Vinastis nomine, lumen recepit, dum scilicet pauperibus illis victus necessaria ministravit. Illic autem cæcitate maxima per annos plurimos aggravatus, habebat in consuetudine, ut veniens de regione sua ad antedictam Sancti cellulam,

Desunt in Bec. et Colb. b.

^e Editi, *multum hoc poterat peritius extendi*.

^f Alias, *Theodomericus*, seu *Theodomerus*.

^g Hoc est ad præbendos vini haustus, id quippe significat vox *miscere*, ut fusius probatur in præf. ad partem primam Sæc. iv Act. sanctorum Benedictinorum.

^h Editi cum aliquot Mss., *continua orationi atque jejuniis*. Colb. b et Bec., *continua oratione in jejuniis*.

ⁱ Plerique Mss., *sanata, cum familia magnificans*.

^j Sæc. vetustiores Mss. alii, *Vinastus*, aut *Vinastus*.

pauperibus illis amplissimum alimentum exhiberet, A
vigiliisque devotissime celebratis, eos in satietate
reficeret : quibus ipse, juxta possibilitatem, tanquam
famulus serviebat. Dum igitur hæc p r multos, ut
diximus, annos impenderet, quadam vice impleto
voto, servitioque simul, prosternitur ad cancellum
sancti Iacobi, et orans ac valedicens, regredi cupie-
bat. Post completam autem orationem exsurgens,
apertis parumper oculis, intuetur cortinam sericam
de cancello pendere ; et ait : Video tanquam pallium
sericum hic appensum. **1053** Cui aiunt sui : Veri-
tatem te videre cognoscimus. Ipse autem cœpit ite-
rum flere atque orare, ut beatus Confessor opus
cœptum dignanter expleret. Qui dum orat attentius,
obdormivit ; apparuitque ei vir per visum, dicens :
Vade ad basilicam domni Martini, et ibi plenam obti-
nebis sanitatem. Qui nihil moratus, famulorum
manibus deductus, ut limina beati Confessoris attingit,
lumen integrum, opitulante fide, recepit.

CAPUT XXIV.

De homine omnibus membris contracto.

In Biturigo quoque fuit quædam mulier, quæ con-
cipiens peperit filium, ejus poplites ad stomachum,
calcanei ad erura contraxerant ^a : manus vero ejus
erant adhærentes pectori, sed et oculi elansi erant.
Qui magis monstrum aliquod quam hominis speciem
similabat. Qui cum non sine derisione multorum
aspiceretur, et mater argueretur eum talis ex illa
processerit filius, confitebatur eum lacrymis, nocte
illum Dominica generatum. Quem interimere non
audens, ut mos matrum est ^b, tanquam sanum pue-
rum nutriebat. Adultum vero tradidit mendicis, qui
eum accipientes poverunt in carrucam, et trahen-
tes ostendebant populis, multum per eum stipendii
accipientes. Dum hæc per longa tempora gererentur,
anno ætatis suæ undecimo [*Bec.*, quadragesimo] ad-
venit ad festivitatem beati Martini, projectusque a
foris ante sepulcrum miserabiliter decubabat. Trans-
acta autem festivitate, visum auditumque recepit.
Inde reductus ad solitam consuetudinem, postulabat
stipem. Post annum fere aut eo amplius venit iterum
ad solemnitatem, positusque est in loco in quo
prius jacuerat, decursisque solemnitatis festis, di-
rectis omnibus membris, plenissimam obtinuit sani-
tatem. Quæ ne incredibilia fortasse videantur, ego ^D
eum sospitem vidi : nec audita ab aliquo, sed ab
ejus ore narrata cognovi ^c. **1054** Sed quia dixi,
parentibus ejus hoc ob peccatum evenisse per viola-
tionem noctis Dominicæ ; cavete, o viri, quibus
sunt conjuncta conjugia. Satis est aliis diebus vo-

luptati operam dare ; hæc autem diem in laudibus
Dei impolluti deducite. Quia ^d qui in ea conjuges
simul convenerint, exinde aut contracti, aut epilep-
tici, aut leprosi filii nascuntur. Sitque hoc quod
diximus, documentum, ne malum quod una nocte
committitur, per multorum spatia annorum perfe-
ratur ^e.

CAPUT XXV.

De Paralytico sanato.

Illud præ cæteris admirandum miraenlum, vobis
orantibus ^f, explicabo, quod post immensum mœ-
roris cumulum magnum nobis gaudium patefecit,
dum ei virtutem Beati protulit, et quod titubabat
erexit ^g, cordaque nutantia populorum larga stabi-
litate firmitate munivit. Nam cum in venerabili do-
minicæ Nativitatis nocte sacrosanctis deducta exeu-
biis, procedentes de ecclesia ^h, ad basilicam Sancti
ire disponeremus, quidam ex energumenis, atrocior
cæteris, cœpit nimium debacchari, et discerpens se,
atque collidens, clamabat : Frustra appetitis limina
Martini, casso ejusdem ædem aditis, quia vos pro-
pter multa crimina dereliquit, et ecce vos abhorrens,
Romæ mirabilia facit. Ibi cæcorum oculis lumen
infundit, ibi paralyticorum gressus dirigit ; sed et
aliis quoque morbis sua virtute finem imponit. Ad
hanc diaboli vocem omnis populus exturbatur, et
non solum obruta membrorum ⁱ minorum corda,
sed etiam nos ipsi pavore concutimur. Ingredientibus
autem nobis eum fletu magno basilicam, omnes pa-
vimento prosternimur orantes, ut sancti Viri præ-
sentiam mereamur. Et ecce unus, Bonifus nomine,
cui ante tres annos præ nimia multitudine febris ^j,
manus ambæ eum **1055** uno pede contraxerant, et
ad festivitatem beati Viri manibus directis, pede
adhuc debili claudicabat, ante sanctum altare ster-
nitur, orans ut qui sibi manus aridas restituerat, pe-
dem quoque contractum simili virtute dirigeret. In
hæc autem oratione a febre nimia circumdatur, et
tanquam extensus in eculeum nervorum dolore tor-
quetur. Interea de supplicie dolor exeat contuma-
cem, et qui venerat inquirere medicinam, cœpit in-
ferre calumniam. Aiebat enim : O domne Martine,
sanitatem a te, non tormenta quæsi. Quam si non
mereor, vel doloribus non affligar. Cumque nos eum
fletibus circumstantes beati præstolaremur adven-
tum, et inter hæc dum sancta solemnia agerentur,
oblatis super altare sacris muneribus, mysterioque
corporis et sanguinis Christi palla ex more cooperto,
moliuntur contracturæ nervorum, et disrupto post
infirmi poplitis corio, defluente sanguinis rivo, pe-

^a Editi, *contracti erant.*

^b Bal., *ut monstrum, tanquam.*

^c Hic Colb. ^b habet *Explicit liber II Miraculorum sancti Martini* ; nec habet sequente, sed sequitur *Vita Pelagie pœnitentis.*

^d Viet., Colb. tut. et alii, *quia plerumque evenit, ut erinde aut, etc.*

^e Hic desinit *Bec.*, sicut et *Vine.*, cum hæc clausula, *Explicit de Miraculis sancti Martini episcopi et Confessoris.*

^f Ed., *nobis, etc. Rom., vobis orationibus.*

^g Gal., *et quod timebatur avertit.*

^h Id est de majori ecclesia seu cathedrali, ubi ex Perpetui instituto, ut dicitur lib. x *Historiæ cap. ult.*, vigiliæ celebrabantur, ad basilicam sancti Martini.

ⁱ Plerique Codices non habent *membrorum*. Aliquot, *Non solum bruta minorum corda, etc.*

^j Rom., *per nimiam valetudinem febris.*

dem extendit incolumem. Quod videns ego, Deo A omnipotenti gratias agens, liminaque fletibus madefaciens ^a, in hac ad populum voce prorupi: Timor a cordibus vestris omnis abscedat, quia beatus Confessor nobiscum inhabitat, nec omnino credite diabolo, qui nihil unquam protulit verum. Ille ab initio mendax est, et in veritate non stetit (*Joan. viii, 44*). Me autem ita dicente, omnium luctus laxatur in gaudium. Ipse etiam infirmus coram nobis assurgens, in pedes constitit absolutus. Videns autem hæc omnis populus, in cælum clamore prolato, plaudabat dicens: Gloria in excelsis Deo, qui sicut quondam pastores angelico lumine, ita nos hodie præsentia Confessoris beati clarificavit, et eum nobis adesse præsentem virtute monstravit. Et sic a timore inimici omnes erepti, Christi præsidio roborati sunt.

CAPUT XXVI.

De Piolo muto.

Nec dissimili in virtute per sanctum Epiphani-
rum diem vir beatus apparuit, cum os muti ejus-
dam obstrusum coram populo reseravit. Piolus ^b qui-
dam Condatensis clericus, a **1056** nativitate pro-
cedens manus clausas laborioso mundo protulit, in
usu laboris inertes. Et hoc cur acciderit, utrum hic,
aut parentes ejus peccaverint (*Joan. ix, 2*), ut sic
mancus nasceretur, non est nostræ discretionis ex-
solvere. Unum tantum scimus, quod in eo, sicut et
in reliquis infirmis, est ostensa gratia Sacerdotis.
Nam cum factus esset decem annorum, accrescenti-
busque unguibus graves dolores manuum pateretur,
eosdemque ferre non toleraret, limina beati Confes-
soris adivit. Ibi diebus multis cum summa par-
cimoniam demoratus, digitos directos, manusque re-
tulit sanas. Post annos autem fere quinque pessim-
um incurrit incommodum, et dum vi nimie febris
atteritur, vocis elocutione mulctatur, ereptusque a
febre sine loquelæ officio permanebat: sed taliter
fuerat aditus oris ejus obstructus, ut nec qualem-
que mugitum posset emittere; sed annectens cum
corrigia tres tabulas manu ferebat, easdem inter se
collidens, sonumque, quem ab ore non dabat, tabu-
lis proferebat. Hoc opus vinitoribus utile est, cum
vineta ab infestantium avium catervis defensare co-
nantur. Cum autem venisset antedictus ad Sancti
basilicam in ea nocte in qua Dominus noster Jesus
Christus fluentia laticum hauriens Falerna porrexit, D
ad Beati pedes vigilare disposuit. Transacto autem
tempore mediæ noctis, obdormivit. Qui cum nescio
quid per visum periculi cerneret, pavore contritus,
in hanc vocem primum obseratum apernit os:
Domne Martine, libera me. Et sic erumpens ab ore
et faucibus ejus sanguis, auditum pariter et eloquium
recepit.

CAPUT XXVII.

De muliere paralytica.

Cum vero interempto Sigiberto rege (*An. 575*),

^a Aliquot Mss., *liminaque... madefacta*, pro, *limi-
nibus vel limini' us... madefactis*.

^b Sic omnes Mss., præter Clar., qui habet *Piolus*.
Editi vero, *Paulus*, et sic in titulo.

Chilpericus regnum, exemptus ab imminente morte,
cepisset, Ruccolenus cum Cenomanicis graviter ci-
vitatem Turonensem opprimebat ^c, ita ut cuncta
devastans, nullam spem alimonie in domibus eccle-
siae, vel pauperum hospitalis relinqueret. Postera
autem die legatos ad civitatem mittit, **1057** ut ho-
mines qui propter culpam minime nobis incognitam
ad Sancti basilicam residebant extraherentur a ele-
cticis: quod si differretur fieri, universa promittit in-
cendio concremare. Et nos hæc audientes, mæsti
valde basilicam sanctam adimus, et Beati auxilia
flagitamus. Statimque paralytica, quæ per duodecim
annos fuerat contracta, dirigitur. Ipse vero Rucco-
lenus ulteriorem ripam aggressus, morbo confestim
regio sauciatur, atque ab infirmitatibus Herodianis,
B quas enarrare longum videtur, allisus, et sicut cera
a facie ignis guttatim defluens, quinquagesima die
ab hydrope inflatus interiit. Sed nec hoc silebo, quod
illo tempore alveus fluvii nutu Dei, vel [*Id est, ei*]
virtute beati Viri, absque pluviarum inundationibus
repletus, hostem, ne civitatem læderet, transire pro-
hibuit.

CAPUT XXVIII.

De muliere cæca.

In die autem illa recurrentis solemnitatis, qua Do-
minus pro salute mundi mox passurus ^d, confuso
proditor discipulo, epulum apostolis ministravit,
cum omnes ad ecclesiam properarent desiderabilia
Domino vota dissolvere, quædam mulier diuturna
cæcitate gravata, cum esset in villa, flere cœpit, et
dicere: Væ mihi, quia cæcata pro peccatis non mereor
hanc festivitatem cum reliquo populo spectare. Tunc
cum fletu magno solo prostrata, nomen beati invo-
cat Confessoris: completa autem oratione luci pri-
stinæ restituitur. Porro recepto lumine, ob reddendas
Deo gratias ad beatam basilicam cum admirabili oculorum
claritate pervenit. Sed et unus ex energumeni-
nis die illa Sancti virtute curatus est.

CAPUT XXIX.

De duobus cæcis.

Duo cæci ex Biturigo venientes, arefactis palpebris,
et glutino conjunctis, ad pedes beati Domni orantes
decubabant. Factum est autem in die festivitatis suæ
astante populo, **1058** dum virtutes de vita illius
legerentur (*Vid. infra, cap. 43*), factus est super illos
splendor coruseo similis, et confractis ligaturis quæ
palpebras obseraverant, defluente ex oculis san-
guine, lateque visu patente, cuncta cernere merue-
runt.

CAPUT XXX.

De muliere muta.

Mulier quædam, cujus os patulum humor [*Ed.*,
dolor] nimis cum febre ligaverat, ut nec linguam
regere posset, sed tantum mugitum ut animal, non
vocem ut homo poterat emittere, fide instigante,

^c Vide quæ habet Gregorius lib. v Historiæ cap.
2 et 4, ubi hæc fusius enarrantur.

^d Sic Mss. Colb. tut. et Vict. Alii, *perpassus*. Editi,
propensus.

cum magna animi confidentia, atria beati Confessoris aggreditur; ibique multis diebus residens, et stipem simul atque oris apertionem postulans, tandem a Sancti virtute respicitur. Nam quadam die Dominica dum missarum solemnia celebrarentur, hæc in sancta basilica cum reliquo populo stabat. Factum est autem cum Dominica oratio diceretur, et hæc aperto ore cœpit sanctam orationem cum reliquis decantare. Ipsa autem cum jugo servitutis haberetur vincata, de rebus beati Confessoris redempta est: et nunc cum vocis officio ingenua perseverat.

CAPUT XXXI.

De alia muliere debili.

Nec minori miraculo se beatus Vir adesse invocatum ostendit. Apra [AL., Abra] quædam religiosa, vi febrium oppressa, omnem usum membrorum, sola tantum lingua famulante, perdiderat. Nam cum manibus simul ac pedibus contractis jaceret, et die noctuque Beati flagitaret auxilium, visum est ei quadam nocte venisse ad se senem, qui molli tactu membra ejus cuncta attractaret. Expergefata manent pedes cum una manu redditos sanitati, et stupens ignorabat qui casus hæc fecerit. Alia vero die admonita per soporem, ad beatam basilicam nihil retardans proficiscitur. Nox autem illa erat vigilia de transitu Confessoris. Mediæ autem noctis tempore jam transacto, 1059 vigilans nescio quo terrore concutitur, et subito manus ejus contracta dirigitur. Superente autem populo, cueta quæ prius pertulerat enarrabat: cognoscens ipsius eandem fuisse virtutem prius in illa erectione pedum, quæ nunc in manus suæ directione clarebat.

CAPUT XXXII.

De oleo ad sepulcrum Sancti crescente.

Cum talia miracula, quæ scripsimus, quotidie cernamus, quid illi miseri sunt dicturi qui Severum in Vita sancti Antistitii mentitum esse pronuntiant? Nam audivi quemdam, nequam, ut credo, spiritu repletum, proloquentem non potuisse fieri ut oleum sub Martini benedictione crevisset. Sed nec hoc, quod elapsa ampulla super stratum marmoris corruens, perstitisset illæsa^b. Quod ergo nuper actum est, multos in testimonium exhibens, declarabo. Quidam de diaconibus nostris male a quartani typi febre cruciabatur, quem cum plerumque arguerem, cur segnis ad basilicam Sancti non proficisceretur, nec ex corde oraret, ut ei virtus Pontificeis subveniret; tandem a nobis compunctus, ad beatum tumulum provolvitur tremens. Dehinc cum paulisper ignis febrim quievisset, rogat sibi exhiberi ampullam cum rosaceo oleo semiplenam. Jam enim ad ipsam febrem, exinde licet parum profecisset, multum tamen expenderat, et erat valde mediæ. Perungensque ab hoc liquore frontem et tempora, postulat ut et vasculum

A sceus Beati tumulum poneretur. Quarta vero die cum eum febris urgeret, basilicam petit, provolutusque diutissime oravit. Apprehensam autem ampullam, quam reliquerat mediam, invenit plenam, admiransque virtutem beati Antistitii, eam domum cum timore et veneratione reportat. Ex qua rursus cum esset perunctus, protinus omnis ardor quievit incommodi, nec ab eodem ultra contractus est. Quod etiam de eadem ampulla post hæc actum sit, non sine gravi suspitio atque miraculo memoramus. Nam cum in antedieti diaconis hospitio de pariete penderet, incursantibus insidiis inimici, percussa est, atque 1060 in frusta decidit comminuta, effusumque oleum velociter terra absorbit. Tamen puer qui aderat, cum vidisset factum, accepto vasculo, ipsam terram exprimens parumper olei elieuit, rosamque quæ effusa fuerat, cum effracto vitro colligens, nobis exhibuit. Quod ego accipiens, diligenter in vasculum alterum transmisi. Erat enim mensura olei quasi dimidii calicis parvuli: et tamen in vasculo duorum digitorum tantum altitudinem fecit. In crastino autem prospiciens, erat altitudo olei quasi quatuor digitorum. Obstupefactus ego ob virtutem sancti liquoris, hoc signaculo meo munitum atque coopertum reliqui. Post dies autem septem iterum prospiciens, plus ibi quam unum sextarium reperi. Advocans autem diaconem, et hoc ei ostendens admirabar. Ille vero affirmabat cum juramento, tantum tunc in effracta periisse ampulla, quantum tunc in ista cerneretur. Quæ usque hodie in Dei nomine beneficium petentibus præstat. Ipse quoque postea ab hoc unguento similiter infirmum perungens, oleo crescente, sanavit, et multos deinceps per illud sanitati restituit.

CAPUT XXXIII.

De Allomere contracto.

Proferat et Andegava regio miraculum suum, de qua Allomeris^c quidam procedens cum contractis pedibus ac manibus, lingua etiam debilis, beati Confessoris templum expetiit. Ubi cum tota Quadragesima resedisset, assidue orans ac deprecans, ut eum virtus sancti Antistitii visitaret, advenit dies illa Dominica ante sanctum Pascha, in qua Dominus noster Jesus stratas ab arborum spoliis [Ed., foliis] vias incedens, Hierosolymis venit, turba prosequente, ac clamante: Hosanna, Benedictus qui venit in nomine Domini (Matth. xxi, 9). Illa ergo die cum sero jam factum esset, et ipse sidus a foris ante tumulum decubaret, subito factus est in ecstasi, et pavore perterritus jacebat ut mortuus. Qui cum, ut ipse refert, per duarum horarum spatium aut amplius fuisset oppressus, tanquam de somno evigilans, subito ad sensum suum revertitur: 1061 elevatusque sursum, sanum se esse miratur; ibique tota nocte vigilans, mane nobis quæ acta sunt ore proprio rese-

^a Etiam apud Græcos omnes simul orationem Dominicam cantabant, qui ritus a Romano discrepabat, testante Gregorio Magno lib. vii, ind. 2, epist. 64. Vide Liturg. Gallie. lib. 1, cap. 5, num. 22.

^b Hæc duo miracula simul refert Severus Sulpicius initio dialogi 5, de virtutibus beati Martini.

^c Aliqui Codd. cum Editis, *Allomeris*, vel *Elomeris*, seu *Leomeris*, et sic in indice capitum.

vit : clericusque factus, ineolumis ad hospitium A quos pedibus non adiisti virtutibus tremendis illustres. Sed et deinceps cæcus quidam, adminiculo deducente, in occursum earum veloeiter properat. Adveniens autem quando Beati pignora in sanctum locabantur altare, expedita solemnitate, visum recipere meruit oculorum. Sed et alia nihilominus mulier, quæ diu muta fuerat, sermonis usum recepit.

CAPUT XXXIV.

De clerico cæco.

Denique eodem anno, cum festivas, quæ in æstivo celebratur ^a, desiderabilis populis advenisset, clericus quidam, ejus oculum nubes tetra contexerat, ac lumen videre posset areebat, ædem beati Confessoris adivit. Vigilata cum reliquis nocte, illueente cælo, dum de basilica procedit, visum, quoniam perdidit, recipere incruit. In eadem vero civitate tres energumeni multum se collidentes, beatum Antistitem declamantes, fatentes erimina, ut sibi Sanetus pacem redderet ^b deprecantes, eundem purulentum neseio quid ex ore projiciunt, sic virtute Sancti mundati sunt.

CAPUT XXXV.

De carcerariis dimissis.

In proximo autem, id est post tertium de festiva die, erant quatuor vincti in carcere. Cumque sævitia judicis ita constringeret, ut nec vietus necessaria ulli præbere liceret, Antistitis beati prælia corde puro preceantur. Dum hæc igitur devote erent, medio die subito scinditur irabs, qua pedes eorum conclusi coarctabantur, confractisque catenis operatos se sentiunt. Nee mora ostium pctunt, quocirca, ecclesiam Sancti nemine prohibente, ingressi sunt. Custodes autem in tantum obstupefacti fuerunt, ut nec verbis eos quidem increpare præsumerent : qui etiam sequentes eos, cum eisdem in ecclesia se abdiderunt. Illi autem admirantes maximas gratias Deo referunt, quod eos **1062** obtentu Pontificis dignatus fuerit liberare.

CAPUT XXXVI.

De pignoribus, quæ Leodovaldus episcopus detulit.

Multi etiam fide pleni reliquias beati Viri portantes, virtutes multas experiuntur. Nam Leodovaldus Abrincatinæ civitatis episcopus ^c, sancti Domni reliquias per presbyterum suum devotus expetiit. Quibus acceptis, eum terminum antedietæ civitatis ingressus fuisset, occurrit ei adhuc inter deserta poto paralyticus deferentium illatus manibus ; osculans autem fideliter velum quo eapsa sanctorum pignorum cooperta erat, mox in pedes constitit, ac propriis gressibus domum regressus est. Hæc enim agis, **D** beatissime Confessor, nec tibi sat est propriam ædem exornare prodigiis, nisi etiam diversos saltus

^a Die 4 Julii, quo ejus ordinatio et translatio celebrantur simul eum basilicæ dedicatione.

^b Sic Colb. a, cæteri enim editis, *parceret*.

^c Ecclesiam Abrincensem, *Avanches*, in Lugdunensi secunda, quam hodie Normanniam appellamus, rexit inter Sinerium, seu Senatorem et Chilodalum, ex Coitio.

^d Aliqui Codd., *eum multis se cruciatibus dæmonium*, etc.

^e Omnes ferme Scripti, *devolutus terræ*.

^f Pierique Mss., *quas cunabulorum tempus exigit*.

^g Mss., *quæ exhibita secum puella, pergit intrepida*.

CAPUT XXXVII.

De energumeno sanato.

His etenim diebus ad beati Viri basilicam quidam ex energumenis, cum multos se cruciatibus dæmonum ^d perferre declamaret, et vi se ejici de acquisito vaseculo per beatum Antistitem fateretur, dejectus in terram ^e sanguinem fetidum per os cepit ejicere. Qui duarum fere horarum spatio jacens, **B** pulso dæmone, purgatus ac erectus est.

CAPUT XXXVIII.

De puella muta.

1063 Puella quædam parvula, indigena Turonicæ civitatis, ab utero matris suæ muta proecessit. Cujus os in tantum obseratum fuit, ut nec illas, quæ cunabulorum tempore eduntur ^f voces posset emitte-tere. Mater vero de tam tristi factu anxia, enim lugeret assidue, commonetur per visum, ut beati Præsulis sepulcrum adiret. Quæ exeitata ad templum sancti cum puellula pergit ^g intrepida ; expositaque ante sepulcrum Sancti, cum diutissime orasset, iterum eam secum assumit. Accenso vero thymiamate, cum eam desuper retineret, interrogat eam, si bonum ei odorem faceret ? Illa respondit : Bonum. Hanc primam vocem filix mater mæsta cognovit. Imposita vero ori ejus aqua, quam quondam de fontibus acceperat benedictis, interrogat iterum qualem ei saporem præberet. Illa respondit : Bonum. Tunc mater cum gaudio sospitem domum filiam refert, quam tristis ad Beati tumulum fide fida detulerat (*Vid. lib. II de Gloria Mart. c. 26*).

CAPUT XXXIX.

De eo quod Aredius presbyter pro benedictione portavit.

Aredius ^h vir religiosus ex Lemovicino eansa tantum devotionis Turonis advenit, et beatum sepulcrum orando deosculans, ad monasterium sanctum ⁱ amne transito pervenit. Qui dum singula loca visitat, quæ Vir beatus aut orando depresserat, aut psallendo sanctificaverat, ac ubi vel fesso corpori somnum, vel iuedia deficienti cibum præbuerat ; dumque

^h Aliquot Mss., *Aridius*. Editi, *Aridus*. Sed hic est sanctus Aredius de quo passim agit Gregorius. Ejus vitam ex Gregorio dabimus, aliam ab ea quæ in sæculo i Benedictino edita est.

ⁱ Hodie dicitur Majus monasterium, vulgo *Marmoutiers*, de quo alias egimus. — Præter cellulam in rupe incisam, quæ hodieque intra basilicæ majoris muros inclusa visitur, ubi sanctus Martinus dicitur quiescisse, haud procul exstat in rupis concavo fons, quem ex traditione a sancto viro effossum fuisse aiunt. Et quidem facile crediderim hunc ipsum esse qui hic a Gregorio memoratur.

cuncta circuit, cuncta peragrat, venit ad putrem, quem Sanctus Dei proprio labore patefecit, fusaque oratione aquam haurit, impositamque in ampullula, domum regrediens deportavit. Cumque exinde **1064** infirmis multis tribueret sanitates, quadam vice Renosindus frater ^a ejus vi febrium impulsus, decubuit lectulo. Octava vero die cum jam oculis elais in hoc jaceret, ut spiritum exhalaret, atque omnis familia perstreperet mortem condolens patroni, vel funeri necessaria præpararet, venit in mentem presbytero, ut de aqua beati putei in ore defunctoro guttam inferret. Qua illata, ubi primum os ejus attigit, mox oculos ægrotus apernit, absolutaque etiam lingua, rogat sibi adhuc exinde ministrari: acceptoque calice, ut bibit, statim omnis febris effugit; et sic, admirante familia, sanus a lectulo in quo **B** jacebat erectus est.

CAPUT XL.

De Sisulfo manco.

Quid autem de istis miraculis mea parvitas poterit ^b enarrare, cum assumptus Sanctus Dei de mundo adhuc prædicator habeatur in mundo? Et cum se palam populis ostentare nequeat, jugiter se patefactis virtutibus manifestat, dum cæcos illuminat, dum paralyticos sanat, dumque et reliquos ægrotos pristinae sospitati reformat. Sed ego, ut sæpe testatus sum, indignum me censeo tanti viri signa depromere. Tamen quia andax audeo, veniam peto a legente. Quia enim me impellit amor patroni, et quia esse adhuc eum denuntiavi prædicatorum, dicam quid contigerit nuper. Sisulfus ex Cenomanicis paupereculus, dum in hortulo suo meridie obdormisset, nescio quid nequitiae perpessus est. **E** somno autem exsiliens, contractis in volam digitis, cum magno dolore manus debiles elevavit, ipso quoque dolore premente, rursus solvitur in soporem: et vidit per visum, et ecce vir stabat ante eum nigris vestibus, cano autem capite. Qui conversus: Quid sic, inquit, tu fletibus commoveris? Et ille: Ecce, venerabilis domine, dum parumper obdormivi, enim dolore expergefactus opus manuum **1065** mearum perdididi, et nescio quid sceleris commissem. Tunc vir ille, tanquam discipulis Dominus de cæco nato, quia neque ille peccaverat, neque parentes ejus, sed ut manifestaretur opus Dei in illo (*Joan.* ix, 3), ait: Debilitas tua tormentum indicat populi delinquentis. Vade ergo nunc per vicus et castella, et ad civitatem usque pertende; et prædica, ut se omnis homo a rapinis, perjuriis et usuris abstineat, et in die Dominico nullum opus, absque solemnitatibus mysticis, agat. Ecce enim coram Domino in lacrymis decumbemus veniam pro

^a Sic Colb. dno, Lauh., Bell., Viet. SB. et Clar. Editi vero, *Rinosindus pater ejus*, mendose, nam in utraque Vita sancti Aredii pater Jocundus appellatur, sicut et in Chronico Gaufrœi Vosiensis cap. 15.

^b Editi duo sic caput istud inchoant: *Verum istud miraculum quod nuper apparuit quis poterit enarrare, cum assumptus sanctus Dei adhuc prædicator habeatur*

A populo deprecantes, et adhuc spes est obtinendi, emendatio subsequatur in plebe. Nam hostilitates, et infirmitates, et alia multa mala, quæ perfert populus indignatio Domini commovet. Et ideo annuntio velociter, ut se emendare studeant, ne crudeliter in scelere suo pereant. Tu vero his peractis quæ imperavi, Turonis ad basilicam meam propera; ibique te visitans, obtinebo apud Dominum ut saneris. Cui ille: Dicit, quæso, domine, quis es, vel quod est nomen tuum? Cui vir: Ego sum, inquit, Martinus Turonorum sacerdos. In his Sancti verbis pauper surrexit a somno, apprehensoque bacello, iter imperatum aggreditur, et quæ sibi fuerant imperata populis nuntiavit. Mense autem septimo postquam hæc acta sunt, beatam basilicam adiit, ibique prostratus per triduum, quarta die a Sancti virtute visitatus est. Jam enim computruerat in eo caro palmarum ejus, quæ elausa ^d detinebatur. Et eum digiti ejus directi fuissent, sanguis ab eisdem erupit. Sed ei omnibus medicatis, ore proprio quæ retulimus enarravit.

CAPUT XLI.

De cæco illuminato.

Facis ergo, beatissime Confessor, tuo more propitiaris iniquitatibus populi, et sanas languore omnium, cunctosque te fideliter invocantes tuis medicamentis illustras; nec fraudas extraneos, quoque propriis libenter indulges. Homo ergo incola territorii Turonici, annorum quasi viginti quinque **1066** cum a febre lippitudinis gravaretur, decidit dentibus cataractis, obstrictisque palpebris valde cæcatus est. Super quod malum adjiciebatur et illud, quod a fuste percussus, disrupto visu, unus crepuit oculus. Jam enim per viginti quinque annos in hac cæcitate degebat. Admonitus ergo per visum ad Beati tumulum venit, ubi orationi incumbens die tertia unius oculi lumen recepit. Delinens autem hoc medicamine, attentius cœpit orare. Quarto autem die oculus qui erepuerat, reformato visu, aperitur. Qui licet non tam clarus cernatur [*At. elare cernat*] quam alter, luminis tamen beneficium præbet.

CAPUT XLII.

De manu hominis contracta.

D Debilis quidam, cujus manus contracta dirigere non potest, dum in atrio, quod ante Beati sepulcrum habetur, oraret attente, in sancta ejus vigilia visitatus est. Directisque digitis, manus ejus ad usum pristinum restituta convaluit.

CAPUT XLIII.

De puero suscitato.

O quoties hic prophetarum, et sublimium virtute

in mundo. Qui si se palam, etc.

^c Aliquot Scripti et Editi, indignationem... commovent.

^d Editi, *caro vel nervi palmarum, qua de causa detinebatur.*

^e Rom., quasi quinque. Et infra Bell. et Colb. a per quinque.

corum, quas olim gestas legimus, renovari miramur. Sed quid inquam? Quod hi multi fecerunt vi-
vientes in sæculo, hic solus renovat quotidie, etiam
post sepulcrum. Quid ergo agimus? quid silemus?
Quid occultamus pauci quod populi declamant multi?
Non diutius in hac statione moremur. Proferamus
vultum Elisæum sæculo nostro, qui cadaver defuncti
vultum remisit a monumento (IV Reg. xiii, 21):
quoque beatus Confessor nobis præsentibus ope-
tus est. Quæ enim causa fuerit, adjutorium indi-
duæ Trinitatis efflagitans, explicabo. Puer genitus,
matre materno deficiente, nutrice ad alendum datur.
Quæ hoc liquore sterilis dum non copiose, ut illi
statulæ opportunum est, lactis alimentum ministrat,
cepit qui proficere debuerat, die prætereunte, de-
rescere, et ita minui, 1067 ut nihil in eo amplius
quam pellis tenuis, quæ ejus ossula sola contegeret,
remaneret. Qui, matre mortua, unum prope in hoc
vultu duxerat annum. Erat enim unicus patri, et de
sua dilectione a quoddam memoriale. Cui, victu,
ut diximus, minvente, jam deficienti ex inedia fer-
ris accessit. Ut autem hic cum fervor attingit, con-
currit pater ad ecclesiam, ne proles absque baptismi
regeneratione moreretur. Qui baptizatus, nec con-
fortatus corpore præter illud spiritale remedium,
cum suffossis oculis, palpebrisque laxatis atque de-
missis, nullum jam flatum spiraminis habens, super
beatum sepulcrum, patre ejulante deponitur. Nec
defuit virtus illa cœlestis, quæ quondam parvulum
inter manus Confessoris beati vivificavit. At ubi
primum ejus vestimentum coopertorium tumuli atti-
git, illico parvulus respiravit. Mirum miraculum! vi-
deres pallentes genas gradatim, virtute divina insi-
sente, rubescere, et sopitos oculos in lumine redi-
vivo laxari. Tunc a Sancto vivificatus, et a patre
receptus, sospes usque hodie in testimonium vir-
tutis habetur.

CAPUT XLIV.

De alio cæco illuminato.

Sed et de Pictavo quidam cæcus, per sex annos
lumine viduatus, triduanâ prostratione ad beatum
tumulum orans, lumen quo diu caruerat, operante
solita virtute, recepit. Actum est autem hoc per fe-
stivitatem sancti patroni, in qua Maroveus e Pictavis
antistes aderat, non immerito Hilarii beatissimi di-
scipulus præconandus. Qui, solemnitate explicita,
cum illuminato concive gaudens remeavit ad pro-
prium urbem.

CAPUT XLV.

De duobus puerulis sanatis.

Apud Vultaconnum d quoque vicum Pictavensem,

a Aliquot Scripti, unicum patri de uxoris dilectione, etc.

b Narrat hoc miraculum Severus Sulpicius initio dialogi 2, qui est de sancti Martini virtutibus. Hoc contigit in itinere, quod Carnotum vir beatus confecit.

c Editi, Meroveus, seu Meroneus; notus est quod tunc sederet cum turbæ in monasterio Pictaviensi

dum duo pueruli 1068 nocte Dominica in uno
stratu quiescerent, visum est eis quasi signum quod
matutinis commoveri solet sonantem audissent; et
surgentes de cubili suo, direxerunt ad ecclesiam.
Cumque in atrium ecclesiæ pervenissent, invenerunt
ibidem choros mulierum canentium. Exterritique
valde, cognoscentes catervam esse dæmoniorum,
dum ad terram corruunt, nec se, ut est atalis in-
firmitas, signo salutari præmuniunt, unus lumine,
alius et lumine et gressu mulcatur. Cumque per mul-
torum annorum curricula in his infirmitatibus gra-
varentur; unus, qui tantum lumine caruerat, ad
beati Martini basilicam devote veniens, ut orationem
explevit, statim visum recepit. Alius, in eodem
saneto loco lumine recepto, ad propria rediens,
adhuc debilis claudiebat. Veniensque ad eccliam
Condatensem, in qua lectum beati Viri habetur,
dum ibidem nocte Dominica vigiliæ celebrarentur,
subito, orante populo, sensit divinam virtutem ad-
esse. Et spectante plebe se per terram trahens, con-
tra parietem se erexit, in quo fenestra retinetur,
quæ fuit quondam Beati corporis porta. Et orans,
atque præ gaudio laerymans, integræ sântitati resti-
tuitur, nec ulterius pertulit de malis infirmitatibus
gravitatem.

CAPUT XLVI.

De claudo directo.

Puerulus quidam, Leodulfus nomine, pede sini-
stro debilis, dum cum reliquis petentibus stipendia
quærendo circuit, Turonis adventit. Et cum pa-
rumper moratus e, iter quod agere cœperat conatur
explere. Et progressus claudicando cum satellitibus,
decimo ab urbe milliario vi doloris opprimitur. Re-
lictus vero a sociis, solus super ripam alvei ejula-
bat, multis ad festivitatem concurrentibus procla-
mans, et dicens: Væ mihi quia solemnitatem gloriosi
Viri spectare nolui, ideo me virtus ejus allidit. Qua
de re 1069 rogo vos, fidelissimi Christiani, qui
Deum timetis, subvenite ignorantix meæ, subve-
nite oppresso et debili; et, si timor Dei manet [Al.,
mover], me usque ad sanctum locum deportate. Igi-
tur cum hæc a multis prætereuntibus imploraret,
quidam plastro suo superpositum usque ad sanctam
basilicam duxit. Ubi triduanam orationem conti-
nuans, redintegratis pedibus, incolumis abscessit.

CAPUT XLVII.

De contracto, quem bos trahebat.

Erat quidam contractus, qui in similitudinem ere-
mitæ, cui bos quondam solatium fuit, bovem unum
habebat. Quæ bove plastro conjuncto per domos

sanctæ Radegnadis excitatæ sunt, de quibus Gre-
gorius in Historiæ lib. ix et x disserit.

d Gal., Multaconnum; Viet., Multacomium. Lan-
dat Valesius in notitia nummum Teudomeris, in
cujus aversa parte legitur Vultaconno.

e Mss. plerique, et parumper moratus. Editi, et
parum remoratus.

trahatur, stipem postulans devotorum. Igitur cum imminente festivitate Pontificis Turonis advenisset, prostratus coram sepulcro, et orationi incumbens, devotissime beati Antistitis auxilium flagitavit, deportatusque iterum a suis ante sanctam absidam tumuli ponitur. Cumque expletis missis, populus cœpisset sacrosanctum corpus Redemptoris accipere^a, illico dissolutis nodis qui genua nexa tenebant, in pedes erigitur. Admirantibus cunctis, gratias agens, proprio gressu usque ad beatum altare, nemine sustentante, processit, sanus deinceps degens.

CAPUT XLVIII.

De eo qui manus ac pedes contractos habebat.

Ex pago autem Carnonensi^b, qui in Andegavo territorio habetur insitus, vir quidam, nomine Floridus, manibus pedibusque contractis, ad sanctam cellulam Condatensem, de qua beatus Confessor ad Christum migravit, allatus est. Ubi dum in vigiliis et oratione paucis diebus vacare studuit, omnis ægritudo a corpore ejus fugata discessit. Sicque directis membris, incolumis ad propria remeavit.

CAPUT XLIX.

De eo qui contractum brachium detulit.

1070 Venerat dies festus solemnitatis, in qua catervæ populorum multæ convenerant, et ecce debilis quidam contracto brachio adfuit. Dumque beatum sepulcrum labiis osculatur, lacrymis rigat, voce beati Confessoris auxilium implorat, fide non diffusis solum præstolabatur auxilium. Denique sacerdotibus qui advenerant, ad agenda solemnia procedentibus, eum lector, cui legendi erat officium, advenisset, et arrepto libro, vitam sancti cœpisset legere Confessoris (*Vid. supra, cap. 29*), protinus hic directo brachio sanus erigitur, et spectantibus cunctis, præsidia quæ fideliter petiit impetravit.

CAPUT L.

De cæco illuminato.

Sic et cæcus in eadem festivitate supplex implorans receptionem visionis, ut pallulam attigit, quæ a foris ad pedes Sancti de pariete dependet, mox erumpente a palpebris sanguine, testo populo, visum recepit.

CAPUT LI.

De dysentericis.

Cum autem morbus ille dysentericus cum occultis pustulis multas attereret civitates, ac inter reliqua loca urbs Turonica gravius laboraret, multi abrasso a beato tumulo pulvere et hausto, sanabantur. Plerique, de oleo quod inibi habetur delibuti, liberabantur; fuitque nonnullis remedium aqua illa unde

^a Missa censebatur finita, priusquam communitio astantibus porrigeretur. Vide notas ad cap. 5 libri I Historiæ.

^b Sic habent Bell., Land., Colb. et Ed. Cluet. At Gat., Mart., Colb. tut. et Clar., cum Balesd., habent *Carnotensi*; Chol. et Col., *Carnoensi*; ac denique SB., *Croviensi*, ut in libro IV, infra, capp. 17 et 25, ubi Editi habent *Croniensi*. Qui locus putatur

sepulcrum ablutum est ante Pascha^c. Igitur, cum multis multa tribuerentur beneficia, vidi unum desperatione a dysenteria jacentem, huncque ad basilicam ductum, aliis vigiliis celebrantibus, nocte inquietam **1071** duxisset; diluente vero accedente ad tumulum, potato cum vino pulvere, sanus rediit e sepulcro.

CAPUT LII.

De alio ab humore gravi sanato.

Alter quoque arreptus a febre valida, dejiciente ore venenum, et per inferiorem partem extraductum solutus, lectulo decubabat. Igitur grassante veneno, laboranti oritur vulnus in inguine, et incredibili modo movet se visibiliter usque ad plantam. Erat enim in magnitudine ovi anscriini. Deinde sursum repêrens, cum nimio dolore discurrit per latera per brachia, et usque ad cervicem progreditur: deinde per aliud latus ad plantam usque deducitur exinde retrorsum revertens, ad eum locum unde primo ortum fuerat venit. Cumque taliter per membra vagaretur ægroti, quo mi-er tenderet, quid agere nesciebat, nisi tantum voces cum stertibus dabat. Exigebat enim dolor gemitum, cum in uno corpore tanto dolores irruerent. Tandem cum hæc nobis nuntiata fuissent, indico solitam theriacam a vero requiri medico, ex quo vitam moriturus haberet. Ad suadco fidenter pulverem assumi de tumulo. Ad satellites cum magna festinatione currentes, elevatum pulverem monumenti deferunt ad ægrotum, delibutumque cum vino bibendum porrigunt. Quo hausto, ita omnis dolor fugatus est, ut ipsa hora redderetur incolumis.

CAPUT LIII.

De exsente redintegrato.

Sine numero populi talia audientes, de longinquis regionibus beati expetunt præsidia Confessoris. In quo illud est præ cæteris admirandum, qualiter sensus hominum diaboli arte fraudati restituantur. Quidam ergo Bajocassensis civis, dum vino nimium hausto **1072** turbatus per viam incederet, subito diversis flantibus ventis pulvis campi commovetur, et mixtus, ut solet, cum stipulis in sublime levatur, fitque totus aer una nubes pulveris, de qua hic operatus, amisso sensu, equo dejicitur. Igitur post paululum a suis inventus domum turbulentus adducitur. Hinc effrenis factus conabatur fugere, nemine persequente. Quid plura? Arctatur vinculis, constipatur catenis, et in custodia detinetur. Qui dentibus fremens ob negatam sibi fugæ libertatem, propriis se morsibus lacerabat. Dum autem hæc agerentur, admoniti parentes ad Beati eum basilicam perduxerunt: ibique oratione per longum tempus facta sanus

esse *Credo*, vulgo *Craon*. Vide quæ diximus in notis ad lib. de Gloria confessorum, cap. 96.

^c Die scilicet cœnæ Domini, quo, uti mos est etiam nunc in aliquot ecclesiis Gallicanis, solemniter post majus sacrum altaria cum aqua et vino a sacerdotibus lavabantur. Vide Menardi notis in Sacramentarium Gregor., pag. 88; et infra, lib. III, cap. 34

abscissit, vovens ut singulis annis veniens, vota sancto redderet Confessori. Deinde ad monasterium sibi proximum, humiliatis capillis ^a, ac presbyter ordinatus, cœpit Deo strenue deservire, non tamen reddens quæ promiserat beato Pontifici. Quarto igitur anno data, ut credo, iterum inimico in eum potestate, rursum ruit in redivivam amentiam, et constrictus, ut fuerat prius, catenis, ad sanctam reducitur ædem: ubi per sex dies ^b, et eo amplius, degens in vigiliis et orationibus, et reddens quæ prius ignave fraudaverat, sanus domum regreditur. Sed peccatis facientibus, iterum vino sæpius madaetus, in eadem tribulatione obiit.

CAPUT LIV.

De puella Luxoviensi æva.

Si singula quæque vel quæ aguntur, vel quæ acta sunt prosequamur, magnum eunulum congeremus de mirabilibus Confessoris. Puella ^c vero ex **L**uxoensi jam adulta, lumen amiserat oculorum: quæ Sancti limina devote adiens, per omne tempus festivitatis orabat humo prostrata. Tertia autem die post sanctam festivitatem, cum sui eam redire urgerent, rogat se ad sepulcrum Beati deduci. Ibique iterum **1073** atque iterum prostrata, de palla, quæ sanctum tegit tumulum, oculos abstergens, et valedicens discessit. Cumque jam in navi ascenderet, ait: Gratias tibi ago, beate Confessor, quod etsi videre non merui tua sancta limina, vel taetu præseusi. Cum igitur hæc eum lacrymis edidisset, dum detergit oculos, lumen recepit, et conversa ait: Forsitan hæc est Beati basilica? Cui, qui propinqui erant, ita esse aiunt. Tunc illa: Non revertar, inquit, nisi gratias pro accepta sanitate referam patrono. Redemptam autem, et in laudem Antistitis declamantem multi viderunt. Quæ completa oratione gaudens discessit.

CAPUT LV.

De puerulo manum contractam habente.

In eadem vero festivitate alius de Senonio puer manum aridam detulit. Post quartam autem diem solemnitatis beatæ, dum stans ad pedes oraret, spectante populo directi sunt digiti ejus; viditque omnis conventus plebis magalia Dei, qualiter inficiebatur manus a sanguine, ascendebatque gradatim per arentes venas, et ita erat manus bibula, ut putares spongiam diu aridam lymphis injectam, sitienter haurire liquorem. Repletis ergo venis, roboratisque nervis, ac rubescente cute pallidam manum extulit sanatam.

^a Sie Editi cum Mss., præter Colb. tut. et Victor., qui habent, *humilitatis causa capillos abscondit; ac presbyter*. Nostra lectio Gregorio familiaris est, et quidem non inde inferendum censemus hunc hominem veste monastica donatum fuisse. Id enim ut dicamus non patiuntur quæ de eo referuntur infra, ex quibus patet eum sui juris remansisse. In monasterium itaque secessit, ut clericali officio erudiretur, exercitiisque spiritualibus aliquandiu vacaret, ut de Merovo habet Gregorius lib. v Historia, cap. 14.

^b Codd. Colb. tut. et Clar. Viet., *per sex menses, aut eo*. Laud., Bell. et Colb. a, *per sex menses aut dies*.

CAPUT LVI.

De muliere quæ contractis in palma digitis venit.

Pari quodammodo ordine Pietavensis mulier meruit obtinere medelam. Nam hæc contractis in volau digitis, unguibusque defixis in ipsis, ut ita dicam, ossibus, tota jam manu putrefacta, venit ad Sancti festivitatem devota, optabilem expetens medicinam. Igitur, spectatis ex more solemnibus ^d, dicit suis: Integro quidem corde ad deponendum Beati præsidium venimus, sed obsistentibus peccatis, non meruimus quod petebamus accipe e. Consummata ergo nunc oratione, revertamur ad patriam, fidentes de bonitate **1074** Præsulis, quod corpore imbecillo proposit animæ fidelis oratio. Hæc et his similia aiens, et quasi Sancto valedicens, discessit. Vergente quoque in vesperam die, prope amnis Caris ^e ripam accepit mansionem. Ad medium autem fere noctis expergesta, gratias Deo refert, quod esset, quod viveret, quod vigeret, vel quod beati Pontificis tumulum attigisset: quæ cum maximo fletu proferret, iterum obdormivit. Et ecce vir cruce eyneo, indumento purpureo, cruce gestans manu, stans ante eam ait: Nunc sana eris in nomine Christi Redemptoris nostri. Et apprehensa manu ejus, misit digitum suum inter digitos illius, qui clausurant palmam, et parumper movens, direxit eos. Dum hæc in visu videret evigilans, defluente adhuc sanguine, sanam elevavit manum in Dei laudibus. Diluculo autem regressa ad basilicam, et impleta gratiarum actione, læta rediit.

CAPUT LVII.

De ea quæ dum in festivitate sancti Joannis operabatur, debilitata est.

In festivitate vero beati Joannis cum populus ad missarum solemniam conveniret, mulier quædam accepto sarenlo, agrum adiit, ut scilicet evulsa mali seminis zizania, messem sola purgaret; nec enim poterat esse vallata divino ^f solatio ob reverentiam dominici Præursoris. Cumque operari cœpisset, protinus manus ejus divino igne sunt apprehensæ. facies quoque ejus quasi emittens flammam, tota vesicis ac pusulis ebullivit. Urebatur misera non minus pudoris dolore, quam corporis, quando ea quæ elargesserat, invita prodebat. Dehinc vociferando atque ejulando, beati Martini basilicam velociter expetivit; ante ejus sepulcrum in hoc tormento per quatuor mensium spatia prostrata, restincto omni vapore, integritatem corporis solidata est. Erat enim ancilla

^e Laud., Gat. et Colb. a, *Paula vero, etc.* Inferius vero Laud., *Lesoensi*; unde Editi, *Leuensi*; Viet., *Luxoviensi*, quæ omnia eandem urbem designant episcopalem in secunda Lugdunensi seu Normannia, vulgo *Lisieux*.

^d Quidam Mss. cum Edit., *solemnibus sancti diebus, dicit suis*.

^e Aliqui Mss. cum Edit. Bal., *Cari*. Fluvius est in Ligerim influens paulo infra Turones, vulgo *le Cher* dictus.

^f Sic Cod. Victor.; at SB., *humano solatio*; cæteri Scripti, *vallata solatio*.

ejusdam civis Turonici, qui medietate pretii concessa, aliam requisivit.

CAPIT LVIII.

De cæco et contracto.

1075 Puer Parisiacus, cujus artis erat vestimenta componere, inrescente melancholia, id est decocti sanguinis fece, quartanarius efficitur, atque effervescente humore, ita omne corpus ejus minutis pustulis coarctabatur, ut a quibusdam leprosus putaretur. Sed et per omnia membra dolores pessimos sustinebat, amborum oculorum luce multatatus. Igitur auditam beati Antistitis famam, et virtutes ubique vulgatas^a, Turonicam expetivit civitatem; accedensque ad basilicam Sancti, per dies multos jejunans et orans, recepto lumine, pristinae restituitur sospitati. Erat enim ingenuus genere. Audiens autem Leodastis^b, qui tum Turonicum gerebat comitatum, quod talis esset artifex, calumniari cœpit, dicens: Refuges tu dominorum, nec tibi licebit ultra per diversa vagari. Et victum in domum suam custodiendum dirigit. Sed nec ibidem defuit virtus angelici Confessoris. Nam cum apprehensus fuisset, statim ab infirmitate qua caruerat coarctatur; et cum pessime ageret, videns comes nihil se in eum prævalere posse, relaxatum a vinculis liberum abscedere jubet. Ille vero ad basilicam regressus, sanatus est de novo.

CAPUT LIX.

De alia muliere, quæ post ingenuitatem est vendita.

Simile est huic et illud, quod mulier post emeritam libertatem rursus a patroni filii barbaris venditur. Sed virtute Sancti, quo facilius defensaretur, contractis ad plenum debilitatur **1076** membris. Nam et poplitum nervi ita retorsi sunt, ut suræ [Al., subtus] crura contingerent. Tunc relicta a dominis, quibus fuerat inique distracta, patrocinia beati expetit Confessoris. Ad cujus ædem non multo tempore commemorata, libertati simul ac sospitati donatur.

CAPUT LX.

De oculorum et capitis mei dolore.

Et quia prior libellus ab eo tempore initiatus est quo Paulinus reliquit^c, et sub quadraginta capitalis constabat impletus, destitavi hunc inceptum sub sexaginta complere. Scilicet ut beatus Martinus^d, qui viduatus ab hoc mundo virginitatis custodivit in-

^a Accusandi casum pro sexto, ut sæpe alias adhibet.

^b Is est Leodastes qui Gregorium apud Chilpericum accusaverat, de quo plura in libro v Historiæ, capp. 48 et seqq. Ejus vero mors funesta refertur libro seqq., cap. 52.

^c Primum quidem caput de Severo agit, sed nullum ibi miraculum narratur; ideoque secundum, ubi de Miraculis a Paulino descriptis, initium libri de Miraculis dici potest.

^d Per tres fructuum gradus ex semine parabole evangelicæ Matthæi xiii, 25, procreatos sanctus Augustinus videlicet virginum, et martyrum coronas designari voluit, quas omnes in Martino inveniri persuasus Gregorius, illas capitum operis sui numero significare conatus est. Etenim in priore libello quadraginta sunt capita, quæ exæquant viduarum coro-

tegrum decus, martyrium quoque vel in occultis insidiis, vel in publicis injuriis triumphaliter adimplevit, cui etiam aderat corona trigesimi et sexagesimi, vel centesimi fructus in his centum virtutibus ageretur^e. Spes autem mihi erat me non frustrari a voto, quod in octo annis Domino jubente complevi, ipso scilicet libro a virtute super me facta cœpto, ad me iterum sum regressus^f. Quod non sine providentia Divinitatis esse arbitror factum, ut ad eum finiretur, a quo legitur cœptus. In quo cum quinquaginta novem virtutes descripsissem, et sexagesimam adhuc attentius præstolarer, subito mihi sinistram capitis tempus arctatur doloribus, et pulsantibus venis, defluentibusque lacrymis, tantus imminebat cruciatus, ut oculum vi comprimerem ne creparet.

B Quod dum per unam diem ac noctem graviter ferrem, mane adveniens ad basilicam Sancti, orationi prosternor. Qua expleta, doloris lacum velo, quod ante beatum dependebat sepulcrum, attingi. Quo tacto, **1077** protinus et pulsus venarum, et lacrymarum fluxus stetit. Post triduum vero dextram capitis partem similis attingit dolor. Pulsabant venæ, atque ubertim lacrymæ defluebant. Iterum mane consurgens, pari ut prius modo contacto velo, capite sanus abscessi. Transactis vero decem diebus, visum est mihi minuere sanguinem: tertia autem die post sanguinis diminutionem, subiit mihi cogitatio et, ut credo, per insidiatorem injecta, quod hæc quæ pertuleram a sanguine evenissent, et si vena protinus fuisset incisa, confestim ista cessassent. **C** Dum hæc cogito, ac revolve, amborum temporum venæ prosiluisse, renovatur dolor qui prius fuerat, et jam non unam partem capitis, sed totum arripuit caput^g. Commotus ergo doloribus, ad basilicam propero, ac pro cogitatione prava deprecans veniam, pallaque, quæ beatum operit sepulcrum, caput tetigi; mox, dolore sedato, sanus recessi de tumulto.

Multa quidem sunt et alia quæ vir beatus quotidie operatur, quæ insequi longum est. Tamen si adhuc meremur videre miracula, placet ea alteri conjungi libello. Nam, ut diximus, hi duo libelli in hoc numero teneantur. Ego quoque pietati dominicæ maximas refero **1078** gratias, quod mihi per suffragium Antistitis gloriosi concessum est, ut quod in initio tractavi, potuerim usque ad finem perducere^h; de-

D nam; secundi vero libri sexaginta capita fructum virginum expriment, quæ simul conjuncta centum, id est martyrii coronam, complent. *Viduatus ab hoc mundo Martinus*, ut loquitur Gregorius, viduarum merita adeptus est, *Virginitatis decus* continentia meruit, ac *martyrii palmam injuriis publicis affectus, et insidiis occultis appetitus*, obtinuit.

^e Editi, *sexagesimi; centesimo fructum in his... auctus est.*

^f Editi, *ipsum scilicet librum... cœptum in me iterum finire.* Quæ igitur toto hoc libro narrantur, octo prioribus episcopatus Gregorii annis peracta sunt, id est ad annum 581.

^g Laud., *totum arripit corpus.*

^h Editi, *est, quæ in initio promisi, usque ad finem perducere posse.*

recans, ut quod sæpe Confessor tribuit populis, mihi Agum, sententiam Judicis præstoletur. Cumque eo judicante fuero flammis infernalibus deputatus, sacrosancto pallio, quo ille tegitur in gloria, me coniectum excuset a pœna, dicentibus Regi angelis, quod quondam de monacho resuscitato dixerunt: *Iste est pro quo Martinus rogat*^b. Fiatque, ut quia non mereor illa claritate vestiri, vel ab irruentibus tartarorum ministris merear liberari: nec tantum mihi noxa prævaleat, ut separer ab ejus regno quem fideliter sum confessus in sæculo.

^a Mss. plerique, *me a morbis*. Editi, *a me morbos*.
^b Hunc adhuc catechumenum suscitavit beatus vir in monasterio prope Pictavos positus, priusquam ad

episcopatum assumeretur. Quam historiam narrat Sulpicius Severus in libro de beati Martini Vita.

Explicit liber secundus.

LIBER TERTIUS.

Prologus.

1081 Tertium, ordinante Christo, libellum de virtutibus beati Martini scribere incipientes, gratias agimus omnipotenti Deo, qui nobis talem medicum tribuere dignatus est, qui infirmitates nostras purgaret, vulnera dilueret, ac salubria medicamenta conferret. Nam si ad ejus beatum tumulum humilietur animus, et oratio sublimetur, si defluant lacrymæ, et compunctio vera succedat; si ab imo corde emittantur suspiria, et pectora facinorosa tundantur; invenit ploratus lætitiâ, culpa veniam, dolor pectoris pervenit ad medullas. Nam sæpius tactus beati sepulcri profluvii imperavit sistere, cæcis videre, paralyticis surgere, et ipsam quoque pectoris amaritudinem longe discedere. Quod ego plerumque expertus indignum me judico, ut inter tantorum miraculorum moles etiam illa hic inseram, quæ super me operari dignatus est. Sed iterum timeo ne noxialis appaream, si ea tanquam fraudulentus abscondam. Testor enim Deum, et spem illam, quam in ejus virtute posui, credens me ab illius misericordia non frustrari: quia quotiescunque aut dolor capitis irruit, aut tempora pulsus impulit, aut aures auditus gravavit, **1082** aut oculorum aciem caligo suffudit, aut aliis membris dolor insedit, statim ut locum dolentem, vel tumulo vel velo pendente attingi, protinus sanitatem recepi, mirans tacitus in ipso tactu dolorem recessisse cum cursu.

CAPUT PRIMUM.

De dolore faucium mearum.

Quid autem nuper pertulerim, primum inseram huic libello miraculum. Dum ad convivium residentes post jejunium ederemus, piscis infertur in ferculo: quem dominica cruce signatum dum edimus, una mihi ex aristis ipsius piscis injuriosissime adhæsit in gutture. Quæ dolores commovens graves, incidabat fauces acumine, et ipsam gulam longitudine obserabat: impediabat vocis sonitum, et neque ipsum salivæ liquorem, qui sæpe a palato defluit, transire sinebat. Tertia autem die cum neque tussiens, neque excreans eam valerem projicere, recurri ad nota præsidia. Accedo ad tumulum, provolvor in pavimento, profusisque cum gemitu lacrymis, auxilium deprecor Confessoris. Dehinc erectus, velo, quod dependebat, gulam, faucesque et reliquum capitis attingi. Nec mora, sanitatem recepi; et priusquam **1083** limina sancta egrederer, nullam fatigationem sensi. Quid tamen aculeus malus devenerit, ignoro. Non

Beum rejeci per vomitum, non discessisse sensi in alvum. Unum tantum scio, quod ita me in velocitate sensi sanatum, ut putarem quod injecta aliquis manu, illa quæ injuriam faucibus intulerant abstulisset.

CAPUT II.

De puella debili sanata.

Puella vero annorum duodecim, omnibus membris debilis, per sex annos tanquam mortua in domo parentum lectulo decubabat, non gressum faciens, non opus manuum implens, non lucem cernens, non sermonem eloquens, non audiens elocutum. Ad Beati tumulum fundunt parentes pro filia preces, offerunt munera, et adhuc vota promittunt. Convenit autem populus ad solemnia, celebratur cum gaudio sacra festivitas. Tertia vero de festivitate die, vocat patrem puella, dicens: Sitio. Qui gaudens quod filie vocem, quam nunquam audierat, meruisset audire, cucurrit velocius, et assumptum paululum aquæ puellæ detulit ad bibendum. Qua hausta, ait: Porrige mihi manum. Apprehensa quoque pater ejus dextera,

levavit eam. Quæ stans super pedes suos, elevatis A ad cælum manibus oculisque : Gratias, inquit, tibi ago, omnipotens Deus, qui respiciens humilitatem meam, me per sanctum Antistitem tuum salvare dignatus es. Et sic redintegratis membris, visum auditumque recepit, ac domum læta regressa est.

CAPUT III.

De homine in cujus manu fustis adhæsit.

Ante duos autem annos quam hæc agerentur, quidam non metuens, neque honorans diem sanctum dominicæ resurrectionis, accepta annona, ad molam vadit, impositoque tritico, molam manu vertere cœpit. Expleto autem opere non poterat volam aperire, sed cum gravi dolore fustem quem apprehenderat tenebat invitus. Posthæc videns se non laxari, inciso B ab utraque parte fuste, ad Sancti basilicam 1084 venit, factaque oratione, et vigiliis celebratis, laxatis digitis, manus ejus ad opus pristinum restituta est. Alio vero anno, in hac die sancta, operam propter quam prius increpitus a Deo fuerat, apprehendit, rursumque ei lignum in manu ejus adhæsit. Ille autem cum dolore plorans ad basilicam sancti Confessoris repetiit, sed non protinus meruit exaudiri. Post duos vero annos ad eandem festivitatem, qua puellam sanatham retulimus, et iste liberatus est ab onere ligni.

CAPUT IV.

De contracto sanato.

Ex Lemovicino autem adveniens contractus, qui nec gressum facere poterat, nec lumen oculorum C habebat, deportatus manibus devotorum ante sanctum sepulcrum deponitur; deprecatusque misericordiam beati Antistitis, directis membris debilibus, sanitati donatur.

CAPUT V.

De cæco illuminato.

Quidam cæcus, qui longo tempore lumine caruerat oculorum, ad eandem festivitatem venit. Et facta oratione, dum ante sanctum sepulcrum staret, subito apertis oculis, recepto lumine jucundatur.

CAPUT VI.

De debili sanato.

Puer autem incola civitatis Turonicæ, dum valetudine nimia ac diuturna consumitur, omnibus membris debilitatur, et sine spe gressuum a febre relinquitur, cui tibiæ, ceu funes, intortæ, separari non poterant. Post discessum vero febris, expetiit a parentibus, ut eum ad sanctam basilicam deportarent. Quem exhibitum deponentes ad pedes Sancti, orationem faciunt, ut ei virtus solita subveniret. Tertia vero die cum ille vel parentes ejus in oratione ac jejunio perdurarent, exorto misericordiæ lumine, distortis tibiis, a parentibus incolumis est receptus.

* Sic omnes Mss., præter Colb. a, qui habet *Cratonno*. Editi 2. *Cracotonno*. Glict., *Cratotonno*.

^b De hac legatione lib. vi Hist. cap. 18.

CAPUT VII.

De eo qui clavem die Dominico faciebat.

1085 Sic et alius, Senator nomine, de Cracatonno ^a Andegavensi vico, dum die Dominico clavem fecit, digiti ambarum manuum ejus contraxerunt, unguibus in palman defixis. Sic qui ostiur pandere voluit, manus reserare non poterat. Dehinc quatuor mensibus exactis, jam unguibus in carne defixis, computrescente palma, auxilia expetiit Confessoris, et per quatuor dies orationi ac jejunio vacans, manus sanas elevans, incolumis est regressus collaudans virtutem Antistitis, et ut nullus aggrederetur quod ipse præsumperat prædicabat.

CAPUT VIII.

De mortuo suscitato.

Eo tempore quo talia apud urbem Turonicam gerebantur, legati de Hispaniis, id est Florentius et Exsuperius, ad Chilpericum regem veniebant ^b. Quo cum ad convivium ecclesiæ recepissem, epulantibus nobis, eo quod se assererent esse catholicos, Florentius, qui erat ætate senior, sollicitè flagitat aliquem de beati Viri virtute cognoscere. At ego Deo gratia agens, interrogo si vel nomen ejus in illis regionibus audiretur, vel Vita illius legeretur ab aliquo. Hæc me interrogante, ait in illis locis magnifice honorari nomen ejus; sed et se peculiarem alumnum Antistiti narra!, dicens super se magnam ejus virtutem ostensam fuisse. Avus, inquit, meus ante multorum curricula annorum basilicam construxit in honore beati Martini antistitis: perfectaque, ac eleganti opere exornata, Turonis ^c clericos religiosos destinavit, expetens Pontificis reliquias, ut scilicet locum, quem in ejus nomine ædificaverat, ejus reliquiis consecraret. Quod cum fecisset, per singulos dies veniebat, et prostratus solo cum conjuge, sancti Pontificis auxilium implorabat. Post multum vero 1086 tempus infans his nascitur. Cum autem trium mensium esset a febre pulsatus, in tantum exinanitur, ut neque papillam sugere, neque ullum alimentum valeret accipere. Interea perdurante morbo, cibo abnegato palpitaute tantum spiritu, solus transitus præstolabatur. Nec mora, ipse quoque exhalatur spiritus. Tum mater mœsta, vel avia, de unicæ ac primogenitæ sobolis morte, apprehensum inter brachia ante altare beati Martini jam exanime corpusculum sper non incerta deposuerunt: et tanquam si Sanctum visibilibus cernerent oculis, anus [Al., avus] alloquitur, dicens: Spes nobis erat maxima, beatissime Confessor, tua huc pignora deportasse, per quæ morbi depellerentur, febres exstinguerentur, fugarentur cæcitatæ tenebræ, et aliæ quoque infirmitates emundarentur, pro eo quod de te legantur plurima, quæ vel vivens feceris, vel post transitum operaris. Nam audivimus te oratione mortuos suscitasse, lepram osculo depulisse, energumenos curasse verbo,

^c Huc usque Cod. Martinianus, cæteris quæ sequuntur scabie et putredine exesis.

venenum digito compressisse, et alia multa fecisse: A hic apparebit virtus tua, si et nunc juxta fidem nostram hunc resuscitaveris parvulum. Quod si non faeceris, non hic ultra colla curvabimus, luminaria accendemus, aut alicujus honoris gratiam exhibebimus. Et hæc dicens, relicto ante altare infantulo, ipsa, et qui cum ea erant ^a, abierunt. Mane autem facto venientes, invenerunt eum ad altare conversum, et dum admirarentur, suscepit eum mater in ulnis, et cognoscens eum resumpsisse flatum, applicat ad papillam, qui protinus, hausto lacte, confortatus est. Tunc mater cum patre et omni domo, elevata in cælum voce, benedixerunt Deum, dicentes: Nunc cognovimus quia magnus Deus es, et facis mirabilia solus, qui nobis parvulum Confessoris tui oratione restituisti. Loco autem illi majorem deinceps B exhibito, vinoque diluto, ut hausit fideliter, recepta quam prius fecerant, reverentiam exhibebant. Hæc ab ipsius Florentii ore ita gesta cognovi.

CAPUT IX.

De eo qui pedem debilem habuit.

1087 Clericus erat ab urbe Pictava in agro illius regionis, qui ad sanctam basilicam pertinebat, unius usu pedis debilis, quem, ut ipse asserebat, per incursum dæmonii meridiani (*Vid. infra, lib. IV, c. 36*) perdiderat. Qui inciso fuste ad mensuram geniculi, et pelle superposita ad ipsum geniculum, extenso retrorsum vestigio, gressum, quem pede nitebatur agere, fuste adminiculante perficiebat. Ad antedictam basilicam novem post annos advenit, fusaque oratione per triduum, ante tertium festivitatis diem C poplite directo surrexit. Adveniente autem ad Sancti solemniam populo, qualiter per virtutem ejus sanatus esset, edocuit.

CAPUT X.

De tibia matris meæ.

Matri vero meæ hoc ordine virtus Sancti subvenit. Tempore quo transactis parturitionis doloribus me edidit, dolorem in uno tibiæ musculo incurrit. Erat autem subttaneus, tanquam si clavus affigens, atque ita fictam ^b gravissimam dabat, ut plerumque eclipsim generaret, nec erat quod eum mitigare posset, nisi cum diutissime contra ignem tentus a vapore foci obstupesceret: sed et si unguentum aliquod parumper fuisset infusum, quiescebat. Quid plura? Post ordinationem meam advenit Turonis vel ad D occursum Antistitis sancti, vel causa desiderii mei. Cum hic igitur per duos aut tres menses commorata fuisset, et assidue beati Pontificis auxilium precaretur; tandem respiciente miseratione consueta, discessit dolor a tibia, qui per triginta quatuor annos ^c feminam fatigaverat.

^a In aliquot Mss. desunt hæc verba, *ipsa, et qui cum ea erant.*

^b Vide notas in lib. 5 Hist. cap. v col. 209.

^c Exinde colligi potest Gregorium anno saltem 34 suæ ætatis fuisse ordinatum. Hunc quippe dolorem, ex captis initio, mater ejus incurrerat in partu quo ipse fuerat editus.

^d Sic Cod. Gat. Editi non habent *sanctæ*. Bell., Laud.,

CAPUT XI.

De mulieris manu sanata.

Sed et alia mulier de Andegavo territorio, digitis in palma defixis, **1088** ut ad locum sanctum preces effudit, digitis directis, sanata manu discessit.

CAPUT XII.

De puero a valetudine sanato.

Puer familiaris noster correptus a febre graviter urebatur. Ardebant enim extrinsecus membra, intrinsecus vero sitis valida erat; et si potum aliquem recipiebat, mox rejiciebat a stomacho, nihil tamen capiens cibi. Cumque in hoc labore quarto aut quinto die [AL., anno] fatigaretur, petiit ut ei parumper exhiberent pulveris de sepulcro ad bibendum. Quo B exhibito, vinoque diluto, ut hausit fideliter, recepta sanitate convaluit.

CAPUT XIII.

De Theodanæ pede sanato.

Theoda vero, Wiliacharii quondam presbyteri filia, dum ab humore pedum frequentius laboraret, unius pedis usum, qui in debilitatem redactus fuerat, perdidit. Post hæc ad beatam advenit basilicam, in qua dum crebras effunderet preces, amota debilitate, incolumitati donatur.

CAPUT XIV.

De homine inclinato.

Erat tunc temporis in villa [Ed., urbe], quæ sub tuitione sanctæ matris ecclesiæ ^d habebatur, homo C quidam, qui, tanquam effractis renibus, inclinatus ambulabat. Hic juxta illam Evangelicæ seriei mulierem (*Luc. XIII, 11*) deorsum proclinus nequaquam sursum poterat erigi, sed duobus in ascellis fustibus additis, incurvus agebat gressum. Ad festivitatem autem adveniens, tertia die post acta solemniam erectus, ab omni incursione diabolica mundatus, sanus abscessit.

CAPUT XV.

De Gundulfo debili.

Gundulfus vero quidam ipsius urbis civis, ab infantia sua cum **1089** Gunthario, Clotarii ^e regis filio, habitavit. In cujus dum haberetur servitio, et, ordinante rege, ascenderet in arborem, ut matura decerperet poma, effracto ramo corruit; collisoque ad lapidem pede, debilitatus est. Post multos vero annos dum in hac debilitate persisteret, et ascenso equite [*id est, equo*] velociter eum impelleret ad eundem, lapsante gressu, præcipitatur, compressumque pedem alium, qui sanus erat, graviter læsit. Dehinc portari se ad sanctam basilicam postulat, projectusque ad pavementum, orationem fideliter fundit. Nec inorata est pietas ^f, quæ semper tribulantibus subvenire consue-

Colb. duo et Clar., *sanctæ matriculæ*. Mater ecclesiæ appellatur ecclesia cathedralis, quam hic potius designari puto quam matriculam.

^e Is erat ex Ingunde regina Clotarii Magni filius primogenitus, qui vivente adhuc patre defunctus est, ut testatur Gregorius ipse lib. IV Historiæ cap. 3.

^f Rom., *nec moratus est effectus, qui.*

vit, sed protinus, ablato omni dolore, incolumis a pavimento surrexit. Igitur per triginta circiter annos, de alio pede, sicut superior diximus, jugiter claudicabat. Tandem inspectis propriæ conscientiæ noxis, converti decrevit, scilicet, ut humiliatis capillis ipsi sancto deserviret Antistiti. Sed prius a rege præceptum elicit, ut res suas omnes basilicæ traderet vivens. Quo facto, capite tonsurato, impletoque bonæ deliberationis voto, pes ejus, qui effractis ossibus fuerat brevius, est elongatus. Et qui ante a duobus pueris sustentatus ibat, nunc sine ullius hominis adminiculo, quo voluerit, absque aliquo debilitatis impedimento discurrit.

CAPUT XVI.

De cæco illuminato.

Post hæc puerulus quidam ex Lemovicino cæcus B adveniens, lumen recepit oculorum hoc modo. Anno tertio nativitatæ suæ cum jam gressum incipiens figere, crumpenteque lingua in verbis labra laxaret, dum matri alludit blande, dum oscula libat, dum collo ejus appenditur, dum in ulnis defertur, commota per immissionem diabolicam vi venti, pulvis a terra cum paleis elevatur, et super puerum ac matrem ejus cum magno turbine fertur : sed rustica mulier et incauta, 1090 non tractat se filiumque Salvatoris a vexillo munire, ideoque prævalentibus insidiis oculi adolescentis repleti pulvere obscurantur. Qui diu vociferans, tandem mitigatus a matre permansit cæcus. Adultus autem datus est mendicis, ut vel cum eisdem ambulans stipendii quiddam acciperet. Erant autem parentes ejus valde pauperes. Igitur duodecimo cæcitatæ suæ anno advenit Turonis ante diem solemnitatæ, qua Deus Pater Verbum carni glutinans, mundo salutem invexit. Decursa autem festivitatis vigilia [*Laud.*, die], dum recedentibus aliis hic ad pedes Sancti decubaret immobilis, tunc sensit quasi pupugisset aliquis oculos ejus a spiculo, et statim sanguis ab his crumpens cœpit defluere per genas ejus, aversaque sursum facie, vidit super se cereum elucere, et exclamans voce magna, ait : Gratias tibi ago, sancte Confessor Dei, quia virtute tua lumen recipere merui. O admirabilis gratia ! o virtus inmensa ! multimodis enim affectibus dona tua spargis in populo. Nam qui stipem petierat, lumen recepit, et diu ex terra luce, virtutis tuæ lumine vultus ornatur. O si te multorum criminum tenebræ a nostris visibus non arcerent, nempe venires visibiliter, et infirmis voce Petri clamaris : Aurum et argentum non habeo, sed quod habeo do vobis : in nomine Christi Jesu abite incolumes (*Act.*, III, 6).

CAPUT XVII.

De Siggonis Referendarii aure.

Fuerat causa quædam ut Remense oppidum pete-

* Plerique Mss., *salutari*. Id est signo crucis, quo a primis Ecclesiæ sæculis utebantur fideles ad arcendas dæmonum insidias

^b Clar., *nativitatæ*. Editi, *ætatæ*.

^c Editi, *multis enim effectibus*.

^d Aliquibus, *Sigo*. De hoc vide supra lib. v Hist.

* Idem videtur esse ac si legeretur... *deportatoque* (oleo) *in domum, pecora... attigerat, intincto digito... signat.* EDIT.

remus ; cumque ab Ægidio episcopo, qui tunc Ecclesiam regebat, benigne fuisset excepti, illucrescente in crastinum Dominica die, ad ecclesiam accessimus. residentesque in sacrario adventum præstolabamur Antistiti. Eo tempore sancti Martini reliquias, licet temerario ordine, super me tamen habebam. Igitur Sigo^d referendarius quondam Sigiberti, ad occursum nostrum accedit, osculatumque juxta me sedere depono. 1091 Sed^e ille unam habens obturatam aurem, vix de alia poterat quæ loquebamur advertere. Verum ubi sufficienter colloquio usi sumus, ille in domum vocatur ecclesiæ. Protinus igitur ut a me discessit, disrupta auris surdæ claustra, et quasi magnum exinde ventum exire sentiens, auditum recepit : reversusque continuo mihi gratias agere cœpit, dicens : Tertia jam dies erat, quod de hac aure auditum amiseram, sed cum tecum loquerer, sensi velociter reseratam. Tunc ego confessus [*Al.*, confusus], ne mihi hæc ascriberentur, aio : Noli, dulcissime fili, mihi aliquid gratiarum referre, sed ei cujus tibi virtus auditum restituit. Nam scias beati Martini mecum haberi pignora, cujus tibi potentia auditus gravitas est depulsa.

CAPUT XVIII.

De infirmitate pecorum.

Quodam vero tempore dum sæva lues taliter desæviret in pecora, ut nec ad recuperandum genus putaretur aliquod remanere, quidam de vobis basilicam sanctam adiit, oleumque lychnorum, qui cameræ dependebant, suscepit cum ipsis aquis in vasculo, deportatumque in domum, pecora quæ adhuc hic morbus non attigerat*, intinctoque digito in liquore, per frontes et dorsa cruce dominica signat, ipsisque animalibus terræ dejectis, ac resupinatis, ex hoc unguine fide plenus infudit in ore. Mox dicto citius, clandestina peste propulsa, pecora liberata sunt.

CAPUT XIX.

De cæco illuminato.

Abrincatinus^f quoque incola, cui per sex annos videndi usus fuerat denegatus, beati Confessoris expetiit salvari præsidio. Ad cujus basilicam accedens, multoque tempore jejuniis et orationibus vacans, auxilium beati implorabat Antistiti. Denique adveniente sacrosancta festivitate, populis missarum solemniam spectantibus, huic visus est redditus ; rediitque in patriam 1092 videns, qui ad sanctam basilicam alio deducente pervenerat. Ipse autem pro tantæ pietatis gaudio vovit se ibidem tonsurari. Quod postea devotus rediens implevit.

CAPUT XX.

De alio cæco illuminato.

Nam et quidam de transmarinis partibus veniens, cap. 3. Hunc Gregorii locum laudat Frodoardus lib. II Hist. Rhemensis cap. 2, et lib. IV cap. 50.

^e Hæc usque ad *Verum*, desunt in Rom.

^f Clar., *Cebrincatinus*. Is erat ex urbe Abrincensi, Avranches, in Normannia.

dum operam exerceret in agro, subito orta super se A violentia venti cum pulvere, lumine caruit oculorum. Et qui diu cæcis via fuerat, ipse domum alio regente deducitur. In hac enim cæcitate per trium annorum curriculum detinetur. Post hæc basilicam beati Confessoris expetiit, atque [Al., ad quam] per quatuor annos orationi incumbens, visitatus virtute divina, patefactis luminibus lucem videre promeruit.

CAPUT XXI.

De Juliano contracto.

Sed et hæc fama, ut sæpe diximus, non solum ad propriam urbem, verum etiam in aliis urbibus, et pene in toto mundo vulgata perpatuit. Julianus quidam ab Hispaniis veniens, manus et pedes habens debiles, ad hunc medicum devotus ingressus est, B dicens: Credo enim indubitanter, * sanctissime Præsul, quod poteris mihi ea medelæ adjumenta præbere, quæ cæteris in te sperantibus non es solitus denegare. In hac credulitate orationi assidue insistens, et de Domini miseratione non dubitans, directis pedibus manibusque, incolumis est redditus.

CAPUT XXII.

De muliere ad sancti lectulum illuminata.

Verum quia in superioribus libellis sæpius diximus et in loco illo de quo migravit ad cælos plerumque miracula celebrari, quid nuper gestum sit pandam. Mulier indigena urbis Turonicæ visus claritate multata, 1093 cellulam Condatensem, in qua lectulus beati Antistitiis habetur, expetiit, putans sibi præsidium fore, si cancellos ipsius lectuli tetigisset. Lectulus autem non aliud dicitur, nisi quod in pavementum illud substrato cinere, et apposito capiti lapide, Israël nostri temporis flexa cervice recubuit^b. Ergo ad hoc oraculum mulier viro adminiculante deducitur, in quo per multos dies orationem compuncta fundebat. Tandem pietas ad miserandum sæpe profusa eam respiciens, visum muliera amissum restituit. Tantaque deinceps feminam fides ascendit, ut usque ad diem sui obitus nunquam a loco illo discederet.

CAPUT XXIII.

De muto cui fratres abstulerant facultatem.

Incola autem Andegavensis urbis, turbatis membris morbo, caput convertit ad lectulum: dehinc per singulos dies invalescente febre, cunctis artibus destitutus, auditu et locutione pariter privatur. Post paucos vero dies cum de febre convalesset, et sine voce maneret, ablata sibi a fratribus facultatis parte, de domo paterna projicitur, dicentibus fratribus: Hic amens effectus est. Non patiatur Deus, quod aut facultati nostræ inhæreat, aut partem hæreditatis acquirat. Erant autem ingenui et possessionem propriam incolentes: sed nihil^c cogitantes de his quæ

* Plerque Scripti, manu et pede debitis... ingessit, dicens: Credo enim, sanctissime, etc.

^b Vict. cum Edit. Bal. et Chol.: Lectulum autem non aliud dicunt, nisi in pavimento illo substratus cinis, et appositus capiti lapis, in quo nocturno tempore

Dei erant, ejecerunt mutum et surdum, quem potius fovere debuerant. Ille vero quanquam sine his usibus esset, sensum tamen in corde retinebat. Porro autem apprehensis manu tabulis, et inter se collisis, vocem quærentis imitabatur. Cum hoc enim artificio ad supradictum vicum advenit, ibique aliis stipem flagitantibus adjungitur. Sextus igitur jam effluxerat annus, quod pauper iste a divitiis sanctæ cellulæ vescebatur. Factum est autem ut in una Dominicarum nocte, dum in domo hospitis sui decumberet, subito locus ille immenso repletur lumine, et ecce hic pavore perterritus solo prosternitur. 1094 Et statim visus est ei vir quidam sacerdotali habitu comptus, qui tangens eum, et crucem Christi fronti ejus imponens, ait: Dominus te sanum fecit. Surge, et propera ad ecclesiam, et age gratias Deo tuo. Ipse autem elevata cum gratiarum actione voce, clamoribus viciniam complet. Illico concurrunt omnes ad spectaculum, et mirantur loquentem, quem pridie viderant mutum. Interea signum movetur horis matutinis: aggregatur et populus, vigiliisque celebratis, virtus Sancti clarificata perpatuit. His diebus duo energumeni in hoc loco, ejecto dæmone, sunt mundati.

CAPUT XXIV.

De oleo crescente.

Sed revertamur ad Aredium^d nostrum, imo etiam peculiarem, ut ita dicam, beati Confessoris alumnium, cui sæpius de suis pignoribus cernere miracula præstat. Hic ad festivitatem Sancti cum illa qua solitus est, benignitate, humilitate et charitate pervenit. Regrediens vero ampullam parvulam de oleo sancti sepulcri completam secum detulit, dicens: Forsitan infirmus aliquis in via adest, qui a beati Martini æde benedictionem, corde compunctus, accipere desideret. Denique in quodam loco devota mulier accessit ad eum, exhibens ampullam aliam cum oleo, dicens: Rogo te, serve Christi, ut tua hoc oleum benedictione sanctifices. At ille, ne vanitati subjectus videretur, ait: Parva est virtus mea; sed, si placet, oleum de sepulcro beati Martini habeo, ex quo hoc oleum perfundatur. Tu vero, si credis ejus virtutem magnam, ex hoc salutem hauries. At illa gaudens, petiit expleri quæ presbyter loquebatur. Vas etenim illud medium erat. Cumque de hoc liquore, qui a basilica Sancti assumptus fuerat, perfunderetur, protinus ebulliens oleam ampullam usque ad summitatem implevit. Quod matrona cernens, admirans virtutem Confessoris beati, domum regressa est gaudens.

1095 CAPUT XXV.

De digitis cujusdam mulieris directis.

Alia vero mulier, cujus digiti in ipsam palmam contracti defixi erant, basilicam beati Martini anti-

flexa cervice recumberet.

^c Editi tres: Erant autem inquilini, et possessioni propriæ incumbentes, sed inique cogitantes, etc.

^d Et hic Editi Aridus. Vide libri præced. caput 30.

stitis expetiit. Paucis quoque interpositis diebus orationem fundens, et Sancti auxilium implorans, directis digitis, manum recepit incolumen.

CAPUT XXVI.

De muliere contracta.

Ante hos annos puella in infirmitatem pessimam ruens, membris omnibus debilitata contrahitur. Hæc auditis miraculis quæ Antistes gloriosus in singulis operabatur, nomen ejus invocabat devote. Post dies autem paucos rogat se ad ejus basilicam deportari, in cujus atrio diebus multis jacens, fusa sæpius oratione cum lacrymis, a virtute Pontificis visitatur; sicque subveniente divina misericordia, sanata discessit.

CAPUT XXVII.

De puero contracto.

Puer vero ex Andegavo territorio, dum in domo parentum resideret, per immissionem, ut ipse asserbat, artis diabolicæ, manuum pedumque perdidit usum, ita ut contractis intrinsecus digitis, unguæ in palmam defigerentur, nexusque [*Al.*, nervique] poplitum arefacti calcaneos ad crura diverterent: sicque per sex annos a parentibus male bajulatus, ad templum sancti Antistitis deportatur. Sed in oratione perdurans, restitutis membris, juxta nominis sui proprietatem quasi novus effloruit Floridus.

CAPUT XXVIII.

De cæco illuminato.

Clericus ex nativitate servus ipsius sanctæ basilicæ, per incursum insidiatoris lumine multatus, in hospitio proprio, nihil ibi laborare potens, residebat ægrotus. Tribus fere 1096 annis hanc sustinuit cæcitatem, ædem beati sacerdotis expetiit; ibique deprecatus consuetam misericordiam, illuminatus rediit ad propria.

CAPUT XXIX.

De homine, cui fustis in manu adhæsit.

Ex Turonico vero territorio servus cujusdam, dum die Dominico sepem componeret, manus ejus ad lignum ipsum hædere cœperunt. At ille velociter extracta dextera, dum factum admiratur attonitus, manus ipsa cum dolore magno contrahitur, defixæ sunt quoque unguæ in palmam: contractisque totis digitis dextere, ad diversorium regreditur cum mœrore. Post quatuor vero annos ad basilicam Sancti advenit, orationeque facta sanatus est, prædicans populis ne factum ejus quis imitaretur, ne tanti diei solemnia avarus agricola macularet, ne resurrectionem sacræ ac redemptionis nostræ^a cœlestis mysterium humanitas infirma, terrena exercens opera, dissolveret.

CAPUT XXX.

De puero, cui stomachus infirmabatur.

Puerulus quidam ex Albigeni, tabescente diversis

^a Rom., macularet redemptionis sacræ, resumptionis nostræ.

^b Perseverabat adhuc sæculo ix pia hæc consuetudo, qua fideles a vespere Sabbati labori manuum

morbis stomacho, cibum potumque exhorrebat; ipsum quoque quod accipere videbatur cum gravi rejiciebat amaritudine. Cumque per multos dies in hoc labore [*Ed.*, languore] cruciaretur, fide plenus desiderium habuit veniendi ad basilicam beati Confessoris. In qua per triduum jejunans et orans, die quarta accipiendi cibi desiderium capit, vinumque ore delibans confortatus est: dehinc gratias agens, sanus discessit.

CAPUT XXXI.

De dextera mulicris arida.

Mulier quædam, et ipsa, ut aiunt, ex Andegavo veniens, quæ omnibus quidem membris arida erat, sed præcipue dexteram cum digitis aridiorem cæteris artubus deferebat, ad sepulcrum Sancti prosternitur. **B** Exinde 1097 egressa, per paucum tempus in atrio commorata est. Succurrente vero interventu Antistitis gloriosi, vena sanguinem, cutis ruborem, corpus reliquum fortitudinem recipiens, solidatum est. Cui hæc fuit causa ut ista perferret, quia die sabbati post solis occasum, qui nocti Dominicæ adiacebat, panem voluit conformare^b.

CAPUT XXXII.

De muliere cujus manus in se adhæserunt.

Simile huic alia mulier fecit, cujus manus introrsum contractæ et ad se invicem conjunctæ adhæserunt. Cumque doloribus maximis vexaretur, viam ingreditur, dicens: Si ad basilicam sancti Martini abiero, protinus hæc abscedet infirmitas. Conlido enim quod et mihi subveniet, qui sæpe talia perfectibus est misertus. Hæc cum ita aieret, et inceptum, ut poterat, carperet iter, manus ejus illico separatæ sunt, non tamen directis digitis. At vero ubi ad locum sanctum accessit, et orationem fudit, protinus ablato omni dolore, solidatis digitis, manus liberæ cum gratiarum retulit actione.

CAPUT XXXIII.

De morbo caballorum.

In Burdegalensi autem regione hoc anno gravis caballorum exstitit morbus. Apud villam [*Ed.*, urbem] vero Marciacensem, quæ in hoc termino continetur, subdita ditionibus beati Martini, oratorium est ipsius et nomine et virtutibus consecratum. Denique adveniente supradicta clade, accedebant ad oratorium, vota facientes pro equis, ut scilicet, si evaderent, ex ipsis decimas loco conferrent. Cumque his hæc causa commodum exhiberet, addiderunt ut de clave ferrea, quæ ostium oratorii recludebat, characteres caballis imponerent. Quo facto, ita virtus Sancti prævaluit, ut et sanarentur qui ægrotaverant, et qui non incurrerant, nihil ultra perferrent.

CAPUT XXXIV.

De luc quæ cum vesicis fuit.

1098 Superiore quoque anno gravissime populus

parcebant ob reverentiam subsequentis Dominicæ, ut patet ex Miraculis sancti Theoderici abbatis Remensis in sæc. i Benedictino, pag. 621.

Turonorum a lue valetudinaria vastabatur. Erat enim talis languor, ut apprehensus homo a febre valida, totus vesicis ac minutis pustulis scateret. Erant autem vesicæ albæ cum duritia, nullam habentes mollitiem, nisi tantum dolorem nimium inferentes. Jam si data maturitate crepitantes corpissent defluere, tunc adhærentibus corpori vestimentis, dolor validius augebatur : in qua ægritudine nihil medicorum poterat ars valere, nisi cum dominicum adfuisset auxilium. Multi enim de basilica sancta benedictionem petentes, opem merebantur. Sed quid de plurimis memorare necesse est, cum id meruerint cæteri, quod unam vidimus meruisse? Uxor ergo Eborini comitis, cum ab hac lue detineretur, ita his operta vesicis est, ut neque manus, neque plantæ, neque ulla pars corporis ejus remaneret vacua, sed et ipsi quoque oculi ab his continebantur obtecti. Cumque jam in discrimine mortis haberetur, sancti sepulcri benedictionem expetiit. Tunc transmissum est ei de aqua, qua beati tumulus est in Pascha Domini ablutus (*Vid. supra, lib. II, c. 51*). Denique delibutis ex ea vulneribus, ipsa exinde potum sumpsit; mox igitur restincta febre, sine dolore decurrentibus vesicis, sanata est.

CAPUT XXXV.

De duobus paralyticis, et uno cæco sanato.

Sed quoniam multæ virtutes sunt, quas orbis totus experitur, de quibus ad nos nec minima, ut opinor, pars attingit, vel illa quæ vicinitas experitur indicemus. Invitatus itaque Badegisilus^a Cenomanorum episcopus, ad quemdam locum diœcesis suæ venit, ad basilicam beati Viri et nomine et reliquiis consecrandam. Celebrata solemnia^b, invocantes sancti Martini **1099** nomen, duo paralytici gressum, cæcusque unus visum recepit.

CAPUT XXXVI.

De Augusto contracto.

Augustus^c autem quidam civis urbis Turonicæ, dum nimio renum dolore laborat, contractis pedibus et prope ad ipsos renēs redactis, pessime debilitatur: in qua infirmitate per duorum annorum curricula laboravit. Deinde a suis commonitus basilicam Sancti expetiit, ibique per septem dies jejunans et orans, dempto dolore, directisque pedibus, sanus^d abscessit.

CAPUT XXXVII.

De puella muta.

Hoc tempore et mulier quædam, dum discedentibus paribus, solo tantum remansit ad telam, apparuit ei sedenti umbra têterrima, quæ arripiens illam [*Al.*, puellulam] trahere cœpit. At illa vociferans et plangens, cum nullum aspiceret auxilium, viriliter tamen resistere conabatur. Post decursa vero duarum aut trium horarum spatia, regressæ mulieres

reliquæ, invenerunt eam semivivam humo jacentem, nihil penitus loqui posse. Innuebat quidem illa manu: sed nihil eis intelligentibus, hæc muta permansit. Umbra vero, quæ ei apparuerat, in tantum hominibus domi illius insidiata est, ut relinquentes locum, alio commigrarent. Postea vero, duorum aut trium mensium diebus decursis, ad basilicam puella veniens, eloquium meruit recipere. Sicque cuncta quæ pertulerat ore proprio enarravit.

CAPUT XXXVIII.

De diacono Catalaunensi.

Interea Catalaunensis diaconus, ut mos illi genti est, aliis matutinales gratias celebrantibus, cum potum hauriret, oculorum amissione multatur; recognoscensque reatum suum, et se non dignam proposito suo rem gessisse, suspenditur a cibo potuque, pernoctans in vigiliis, orationibusque insistens. **1100** Interea dum hæc ageret, fama, quæ totum late compleverat orbem, ad ejus aures usque pervenit, esse scilicet apud Turonis Martinum antistitem, ad cujus sepulcrum sæpe talium infirmitatum clades depulsa quiesceret. Nec moratur diaconus, sed illico iter institui jubens, ad basilicam sanctam non dubius de virtute beati Viri pervenit, ibique prostratus solo, orationi subnixus, die tertia apertis oculis lumen recepit. Ego vero dum cautius nitor extorquere veritatem, cur ei hæc evenissent, hæc ab eo didici. Ante hos, inquit, septem menses, dum, commoto matutinis signo, ecclesiam peterem, obviam habui unum amicorum meorum; in cujus amplexus et oscula ruens, sciscitari cœpi, si cuncta domi prospera reliquisset. Tunc revocatus a via, potum cum eodem haurire cœpi. Postquam autem charitatem per pocula explevisse visum est, vale dicto abscessit. Quo abeunte, tanto oculi mei glutino conjunctis palpebris adhæserunt, ut eos nullatenus aperire possem. Denique cum in hac infirmitate tristis abirem, desiderium habui sepulcrum beati Antistitis visitare: die autem tertio postquam veni, cum ejus sepulcro assisterem, subito febris magna oculos meos arripuit. At ego ingemere vehementer cœpi, et Sancti auxilium fortiter deprecari: illico autem erumpens ex oculis meis sanguis noctem pepulit, diemque reduxit. Hæc nobis diaconus effatus, incolumis remeavit ad propria.

CAPUT XXXIX.

De muliere contracta et cæca.

Erat etiam mulier quædam cæca, quæ contractis retrorsum manibus ac pedibus, cum parentum solatio celebrare beatam festivitatem gloriosi Antistitis expetivit. Quæ cum die tertia post decursam festivitatem ad domum redire cuperet, prostrata in sancta basilica orare cœpit, ut ei Dominus solitam misericordiæ suæ opem dignaretur ostendere. Quod dum cum lacrymis peteret, illico directis manibus,

etc. Editi, *ubi autem celebrat solemnia.*

^c Mss., pro more scribendi eorum temporum, *Agustus.*

^a De ejus electione vide lib. VI Historiæ cap. 9.

^b Sic Mss., casuum mutatione Gregorio familiari. Clar. habet, *post celebrata*, etc. Colb. tut., *celebratis*,

ac pedibus stabilitis, ad sanctum adducta sepulcrum, A gratias pro accepta sospitate peregit. Post hæc rogat se deduci ad ostium, ubi prostrata iterum dicit **1101** suis: Non hinc consurgam, nisi prius mihi oculorum lumen reddat, qui pedum manuumque restituit usum. Hæc ea dicente, subito energumeni torqueri se proclamant, et Martini adesse præsentiam confitentur. Sed cum diabolus, qui ab initio mendax est (*Joan.* VII, 44), ad credendum minime admittatur, rebus tamen ipsis beati Viri præsentia declaratur. Nam femina hæc, quæ paulo ante directa fuerat, nunc illuminata, adesse beatum Antistitem approbavit.

CAPUT XL.

De paralytico sanato.

Modico autem succedente spatio, jacebat paralyticus unus in grabato, qui ex Biturico plastro deventus advenerat. Ipse etiam pari modo virtute beati Antistitis visitatus surrexit incolumis, suisque redditus grossibus, parentum a spectante caterva, sanus excipitur.

CAPUT XLI.

De catenis super puellam confractis.

His diebus puella quædam, jam ex libertis b parentibus procreata, a filiis patroni, confracta libertate, ad jugum servitutis addicitur: unde factum est ut illa non acquiescente injustis dominis quidquam operis exercere, catenis et compedibus vinciretur. In qua custodia dum aliis beatam festivitatem expetentibus resideret, flens et ejulans, cur non interesset beatæ festivitati, subito trabs in qua pedes C ejus aretati erant scinditur; et hæc quasi jam libera, nexa quidem catenis, elapsa beatam basilicam expetivit. Verum ubi primum pedes ejus sacra limina contigerunt, statim confractæ catenæ ceciderunt a collo ejus; et sic incolumitate pariter libertateque donata est.

CAPUT XLII.

De libro Vitæ ejus inter flammam salvato.

1102 Quid si ad ipsa beatæ Vitæ scripta recurram? Nunquid non erit admirabile, quod sacer ille hujus historiæ liber circumdatus flammis, nec adustus est, nec consumptus? Monachus igitur Majoris monasterii ex jussu abbatis ad cellulam e aliam, quasi aliquid operaturus, accessit, ac, pro salute D animæ ac vitæ correctione, librum vitæ beati Antistitis detulit secum. Adveniente vero nocte, in lectulo se diuturno o;pleto stramine collocat, librum ad caput locans. Cui dormienti apparuit vir per somnum, dicens: Noli dormire in his paleis, sanguine enim aspersæ sunt. Credo ego, ut mortalitas

* Editi 2, *consanguineorum.*

b Quidam Codices scripti cum Editis, *ex liberis.* Sed melior est nostra lectio, quæ est vetustiorum codicum. Et quidem istius puellæ parentes non erant liberi, scilicet taliter nati, sed servi, qui libertate fuerant donati, atque ejusmodi hominès *liberti*, quasi *liberati* dicebantur. Id patet quod filii *patroni*, id est ejus qui eos libertate donaverat, puellam iterum in servitatem redigere conabantur.

A habet, aliquod in his facinus perpetratum, et ob hoc non pateretur Vir beatus verba laudis suæ inibi volutari. Facilis a autem prima visio viro fuit, nec secunda commonitio valuit: tertia autem terribiliter monachum quatit. At ille surgens, et ad operam diluculo progrediens, puero jubet ut paleas a lectulo detractas igne consumeret, nihil de libro commemorans. Puer vero ignarus inter paleas apprehensum librum foras ejecit, et ignem accendit. Quibus in favillam redactis, cum nihil aliud nisi cineres remansissent, apparuit liber illæsus, de quo non littera [*Colb. tut., latera*], non unum, ut veritas habet, folium est consumptum. Ita virtus divina custodire dignata est alumni quodammodo proprii laudes, ut librum ejus flamma non ureret, quem aculeus concupiscentiæ in hoc sæculo non adussit. Sed ne cui incredibile videatur, Codex ipse apud nos e usque hodie retinetur.

CAPUT XLIII.

De duobus pueris sanatis.

Denique cum quadam vice iter ageremus, duo pueri de custodibus **1103** equorum ægrotare cœperunt: et unus quidem eorum valetudine alter dysenteria laborabat. Utrumque tamen febris valida retinebat, lassatique taliter erant, ut nec super dorsa caballorum possent impositi sustineri. Extractum autem pulverem, quem de sepulcro Sancti abstuleram super capsellam, delutumque aqua ipsis haurire præcipio. Mox compressa febre, restinctoque dolore, uterque convaluit.

CAPUT XLIV.

De Malulfo contracto.

Incluta sunt enim miracula quæ quotidie Dominus ad laudem Antistitis sui operari dignatur, et, ut sæpe testatus sum, hæc a me imperito narrari non possunt: tamen, ut ipsa imperitia præstat, elucubrarentur, ne oculi f videantur. Malulfus e quidam, Turonici territorii civis, ægrotudine sæva compressus, lectulo in suo anhelus occubuit; ex quo tabescens incommodo, manibus pedibusque contrahitur, quinque vero annorum curricula in hac debilitate sustinuit. Sexto denique anno ad Sancti basilicam se efferri deposcit: in qua orationi decumbens, perdita debilitate, sospitatem meruit adipisci.

CAPUT XLV.

De alterius manibus directis.

Et ne ob hoc cuiquam quæ referuntur videantur incredibilia, quia singulorum nomina non sunt in paginis prænotata, facit hoc hæc causa, quia cum a Sancto Dei incolumitati fuerint redditi statim

e Id est villam, seu, ut hodie dicimus, prioratum aut præposituram.

d Id est, *fulilis*, seu *vana*, ut ex compluribus aliis Gregorii locis patet.

e Rom., *nobiscum.* Ed., *index ipse nobiscum.*

f Sic Mss. Editi vero, *ne contemni vel oblivioni tradidi videantur.*

g Gat. *Palulfus.* Ed., *Madulphus.*

edunt: et aliquoties ita clam redeunt, ut, si dici
est, a nemine videantur. Cumque rumor surrexit
ti Antistitis apparuisse virtutem, vocatis ad nos
todibus ædis, quæ sunt acta cognoscimus: no-
na tamen non semper ab his discimus. Illos vero
umque nominatim scribimus, quos videre potue-
us, aut quos ipsi discutimus. Venit ad festivitatem
vir quidam ex Biturigo manibus debilis, cujus
ti in palma erant defixi in tantum, ut putaretur
104 vermibus scatere. Sed celebrata solemnitate,
ectis ambarum manuum digitis, incolumitati do-
us est; viditque eum omnis populus sospitem
euntem. Cui causa debilitatis ex hoc contigit,
d sepem segetis die Dominico componere vo-
isset.

CAPUT XLVI.

De muliere cujus brachium contraxerat.

Mulier ex Pictavo territorio erat, cujus brachium
tractis nervis emarcuerat. Ad sepulcrum autem
ti Viri veniens, ac in oratione vigiliisque perno-
ans, brachium suum sanum retulit: sed illico a
minis in servitio mancipata, eadem incurrit. Re-
tuitur iterum, et sanatur. Tunc venientes domini
s, et eam abducere nitentes; accepto de rebus
cti pretio, quieverunt, et ita hæc libertati dona-

CAPUT XLVII.

De eo qui pro debito tenebatur.

his diebus cum quidam pro dissolvendo debito,
ad in necessitatibus suis contraxerat, interpella-
tur, nec esset virtus atque facultas ad reddendum
e mutuaverat, in carcere coarctatur. Denique
n videret creditor quod ei nihil extorquere posset,
a nihil habebat, nec esset qui ei manum miseri-
diæ porrigeret, arctius eum in vincula constringit,
gatoque cibo ac potu dicebat: Ego te faciam ad
nium documentum fame tabescere, donec omnia
das. Hæc autem cum agerentur, sancti Antistitis
quia, quæ in Suessionicum pagum ferebantur,
plateam præteribant. Auditis itaque vinctus
flentium vocibus, oravit ut eum virtus Antistitis
cti visitaret: statimque dissolutis ligaminibus,
lo retinente, basilicam sanctam ingreditur. De-
c a devotis redemptus, a nexu debiti absolutus

CAPUT XLVIII.

De cæca illuminata.

1105 Factum est etiam in una festivitatum
mulier quæ, perduto lumine, in cæcitate durabat,
litis Sancti viri miraculis, alacri devotione basili-
n ejus expeteret. Prostrata autem super aridam
num ante sepulcrum, mox ut orationem fudit, lu-
n recipere meruit.

CAPUT XLIX.

De paralytico omni corpore debile.

n hac solemnitate advenit puerulus oculorum ob-
tus clausis, aurium aditibus oppilatis; oris offi-

Laud., *Chadegisilus*; alii, *Chardegysilus*.

ciis obstructis, manuum usibus perditis, pedum
gressibus condemnatis. Quid plura? ita erat omnium
membrorum usu præmortuus, ut solo spiritu palpi-
taret. Ut autem locum sanctum attigit, omni prorsus
debilitate submota, cum gratiarum actione sanus
abscessit.

CAPUT L.

De presbytero a frigoribus sanato.

Lupus Burdegalensis urbis presbyter quodam tem-
pore graviter a quartano typo vexabatur, ita ut acce-
dente febre, neque cibum, neque potum sumere
posset. Interea advenit festivitas sancti Martini an-
tistitis. At ille celebratis cum reliquo clero [*Ed.*,
populo] vigiliis, mane præcedit omnes, et ad basili-
cam Sancti festinat. Dum autem properat, obvium
habuit Judæum, et eo inquirente quo pergeret, re-
spondit: Typum quartanum incurri, et nunc ad basi-
licam Sancti propero, ut me virtus ejus ab infirmitate
hac discutiat. Qui ait: Martinus tibi nihil proderit,
quem terra opprimens terreum fecit, et tu incassum
ejus ædem expetis. Non enim poterit mortuus viven-
tibus tribuere medicinam. At ille despiciens verba
serpentis antiqui, abiit quo cœperat, et prostratus
coram sanctis pignoribus orationem fudit, reperit-
que ibi duas candelulas ex cera et papyro formatas.
Quibus assumptis, 1106 ad domum exhibet, illu-
minatisque eis, favillam papyri cum aqua munda
hausit, moxque sanitatem recepit. Judæus vero ab
hac infirmitate correptus, per anni spatium ventilatus
est; sed mens iniqua neque tormentis mutari potuit
unquam.

CAPUT LI.

De infantulo Cardegisili filio sanato.

Cardegisilus^a vero Santonicæ urbis civis, cogno-
mento Gyso, susceptis nobis ad domum suam, invitat
ad oratorium quod mater ejus ædificatum beati Mar-
tini reliquiis consecravit. Denique cum expleta ora-
tione solliciti essemus si ibidem virtus sancti Anti-
stitis ostensa fuisset, respondit: Ante annum tertium
puerulus iste filius meus, quem coram cernitis, cum
adhuc penderet ad matris papillam, incommode
agere cœpit, ac per triginta dies aut eo amplius,
inter manus non sine labore deportabatur, donec
ita addictus est, ut nec mamillam valeret sugere,
D nedum alium capere cibum. Deficiente autem eo,
jam die sexto postquam gravius agere cœpit, depo-
suimus eum ante altare flentes, atque ejus obitum
præstolantes. Ego autem dolorem non ferens, discessi
a domo, mandans mulieri ut cum obiisset, statim
sepulturæ eum locaret. Flente autem genitrice, ja-
cuit infans usque ad vesperum; cadente autem sole
elevat vocem suam, dicens: Dulcissima soror, ubi es?
Sic enim genitricem, ut blanditia infantium habet,
vocitare solitus erat. At illa accurrit, dicens: Adsum,
fili dulcissime. Susceptoque eo in ulnis, et mox por-
recta papilla, hausto lacte protinus convaluit.

CAPUT LII.

De clerico dysenterico.

His diebus quando nobis hæc relata sunt, unus clericorum nostrorum ventris fluxum incurrit cum febre, ac nimiam defectionem stomachi; et quæ proiciebat per inferiorem partem, pars maxima cruor erat. Et ea causa eum magis affecerat, quia cibum quem accipiebat, invalescente **1107** nausea, statim rejiciebat: sed protinus, ut de sepulcri pulvere bibit, omni infirmitate dempta, firmatus est.

CAPUT LIII.

De appenso absoluto. Item de alio.

Sed nec hoc silendum putavi, quod sæpius in mortem præcipites, extensa pietatis dextera, sublevavit. Denique Genitoris civis nostri [*Ed.*, denique **B** noster] servus a iudice pro furti scelere comprehensus, patibulo adjudicatur. Qui dum duceretur, nomen beati Antistitis invocabat, dicens: Libera me, sancte confessor Martine, ab imminente periculo. Appensus igitur ac solus relictus, commoto subito vento, audivit vocem dicentem: Liberemus eum. Et ecce a quatuor partibus cæli concussus stipes qui hominem sustentabat, cum immenso cespite in modum arboris eradicata a terra divellitur, et sic homo morti deditus redivivus erigitur. Alius quoque ^a qui multa fecerat scelera, et, compunctus a Deo, pœnitentiam pro malis quæ gesserat agebat, apprehensus sine causa, simili nece damnatur, invocans semper sancti Confessoris auxilium. Qui cum appensus fuisset, disruptis vinculis illæsus ad terram ruit. Sed mala **C** mens hominum iterum appendit quem Deus eripuit. Quod audiens abbas monasterii a loco proximi, currit ad comitem, rogaturus pro eo; erat enim longe exinde quasi tribus millibus, obtentaque cum eo rei hujus vita, rediit, vivumque reperit. Quo a suspendio deposito, adduxit ad monasterium profitentem atque dicentem: Quia sensi virtutem sancti Martini qui me eripuit.

CAPUT LIV.

De muto sanato.

Erat enim homo infra terminum ipsius Turonicæ urbis, ex vico montis Laudiacensis ^b, et homo ille erat natura simplex, nexus vinculo conjugali. Cui cum conjugue quiescenti nocte media pavor exoritur, exterritusque ac de lectulo exsiliens, dum per **1108** **D** hospitium suum vagatur trepidus, vocis perdidit famulatum. Nec moratus, indicat nutu conjugi ut eum ad Sancti basilicam exhiberet. Qui adveniens, dum ante beatum sepulcrum per sex assidue decubat menses in oratione, absoluta lingua, eloquium sicut antea habuerat, recipere meruit virtute beati Antistitis.

CAPUT LV.

De muliere cujus manus contraxerat.

Mulier Transligeritana in die Dominico cum ope-

ram exerceret, quam in die illo fieri Patrum in auctoritas, manus ejus contracta dirigit, digit in palmam defixi sunt. Quæ dum doloribus crucietur, ad sanctam ædem Confessoris accessit; vixitque, ut si ab hac sanaretur infirmitate, nullum deinceps in hac dominicæ resurrectionis agere quod illi die esset incongruum: statimque a digitis a palma, manu directa discessit.

CAPUT LVI.

De muliere contracta et cæca.

Magna est enim pietas Confessoris, quæ sic a insipientes, ut ponens vitium ante oculos, reddat posterum emendatos. Pro hac causa mulier aliam bilitatur. Nam cum die Sabbati post solis occasum quod adjacet resurrectionis dominicæ nocti, per furno collocaret, brachium ejus dolore quatuor Post injectum alium et tertium panem, manus in lignum quod tenebat cœpit astringere: intelligens mulier divinæ se virtutis iudicio condemnari, venter palam quam tenebat abjecit: nihilominus effugere potuit pœnam. Nam ita manus ejus gravi dolore contractæ sunt, ut ungulæ in ipsa gerentur palma. Ex hoc nullius medici se crederent posse fomento sanari, Beati basilicam expetente ibique fideliter orans, directis manibus, sanatus discessit; vovitque ut per singulos menses, una domada ad **1109** sanctum templum veniens, beat^o Deo et beato Antistiti deservire. Quod unum annum eam observasse manifestissime constat. Post annum vero intermissa vivius **C** hebdomada, non accessit ad sanctam basilicam. Ibi vero in hospitio suo oculus ei a dolore trahebat: illum autem comprimens perdidit, et quoque dolere cœpit extemplo. Ita in unius huius momento cæca ab oculis ambobus efficitur. Post mora, confessa culpam ad præsidia nota confestim ibique orationem suppliciter fundens, ac pœnitentem pro negligentia compuncte agens, die octava, sanguine ab oculis profluente, illuminata est.

CAPUT LVII.

De cæco illuminato.

Hominis cujusdam oculi crassa caliginis nube tecti, quodam glutino conjunctis palpebris fuerat obserati, et quod supererat viro, magnis doloribus tenebatur. Quid plura? Festivitatem Sancti cum aliis devotus expetiit, attente exorans ut a viro beati Antistitis visitari mereretur in die solemnibus. Sed sacra solemnibus prævenit potentia Confessoris ostendens se adesse populis, cum tenebras perdidit lumenque refudit. Igitur ante diem tertium festivitatis, hoc in atrio quod absidam corporis ambobus orante, subito aperti sunt oculi ejus, et aspicientem videre meruit. Quod cum his qui aderant gratiarum actione narraret, dictum est ei ut s-

^a Gat. hic caput dividit, proindeque deinceps capitulum numeri non concordant, licet eadem narrentur.

^b Ibi Perpetuus ecclesiam in honorem sancti Lau-

rentij construxit. Vide notas in cap. ult. lib. Historiæ.

^c Laud., Colb. tut., etc., *debeat deservire.*

orationem funderet, ut cœptam virtutem bea-
tistes celerius adimpleret. Tunc prostratus
cum in lacrymas prorupisset, firmatis oculis,
incolumis surrexit.

CAPUT LVIII.

*lytico et duobus cæcis sanatis, et duobus ener-
gumenis emundatis.*

diem vero tertium hujus solemnitatis, erat
paralyticus hoc in loco exorans, cui debilitas
causa, ut ipse enarravit, evenerat, quia dum
parvulus, et **1110** cum reliquis pasto-
recorum in campo custodiam gereret, super
quemdam obdormivit; aliis quoque ad me-
recedentibus, hic solus remansit. Tandemque
a somno, dum consurgere nititur, doloribus
ur. Mox membris omnibus contractus, ac re-
xtorsum brachiis, contractis in poplite ner-
vaneis ad crura deductis, cum nulla esset vir-
di, immensæ ab eo lacrymæ cum magnis vo-
luebant. Reversis autem sociis ad visenda
hic ejulans invenitur. Dehinc parentum ulnis
domui restituitur. Post dies vero paucos cum
er a doloribus laxaretur, mendicis quibusdam
is est, cum quibus per decem aut eo amplius
egiones urbesque circumiens, ad hanc quo-
tivitatem adveniens, membris omnibus solit-
st. Duo eadem die illuminati cæci, duo ener-
ad sepulcrum Antistitis emundati sunt.

CAPUT LIX.

De puero febricitante.

scens quidam ex nostris, nocturnis febribus
ur in tantum, ut ab hora diei octava usque
inum secunda diei hora, nullam æstuandi
posset accipere. Erat enim ei et horribilis
ibus, nec quidquam unde confortaretur, ac-
Dolor etiam sævus membra omnia quatie-
et pallor genas obsederat. Dumque sic inter-
erretur parentum ut æger, ægre obtinere po-
ad sepulcrum beati Antistitis deferretur.
allatus, ut de sacrosancto tumuli pulvere
otum sumpsit, mox ab hac benedictione, fu-
verso dolore, febris exstincta est. Nec mora,
digestionum loca puer expetit, deducitur in
ventris purgandi gratia. Verum ubi volunta-
D
flatu impellente profudit, statim duo ver-
eo in modum serpentum processerunt: qui
eri oculis hominum videbantur, ut vivere pu-
His ergo ab eo digestis, illico ad plenum

sanatus est, et cibum, ut solitus erat, hausit et po-
tum, ruborque genis, fugato pallore, **1111** redditur,
membrisque omnibus solidatur.

CAPUT LX.

De his quæ in meo itinere gesta sunt.

Opportunitatis causa nuper exstiterat ut ad visitan-
dam genitricem meam in territorium Cavillonensis^b
urbis adirem. Sed metuens superventuras infirmita-
tes, de hoc pulvere, id est sepulcri beati Antistitis
auferre, et mecum deferre præsumpsi, scilicet ut
cum quempiam nostrorum morbus aliquis invasisset,
virtus Sancti ope consuetudinaria subveniret. Ubi
igitur ad matrem accessi, protinus unum puerum
febris cum dysenteria arripit, atterit et consumit,
ita ut negato usu vescendi, de solis febribus alere-
tur. Die tertia cum hæc agerentur, et ad me perlatum
fuisset, delibutum^c pulverem ad bibendum porrigo
moribundo, statimque, fugata febre sedatoque dolore,
convaluit. His diebus a Verano antistite^d audivi,
quod quodam tempore dum typi quartani æstu ure-
retur, expetita beati Martini basilica, quæ in loco
illo erat, celebrata vigilia sanatus fuit. Nos vero ex
hoc itinere Arvernum venientes, reperimus Avitum
episcopum a tertiano typo ita graviter concuti, ut
etiam si aliquid cibi sumeret, statim rejiceret: sed
de hoc pignore potu sumpto, calcata febre roboratus
est. Duos ex pueris nostris valetudinaria **1112** fe-
bris invaserat, omnesque membrorum juncturas, ut
C
ex hoc contagio plerumque assolet, dolor sævus ob-
sederat: sed ab hac benedictione potati, sanati sunt.
Ego ipse in hoc itinere cum dolorem dentium gra-
viter sustinerem [*Rom.*, sentirem], et jam non solum
ipsi dentes, sed omne caput venarum pulsibus, ac
dolorum spiculis figeretur, ac tempora valide prosil-
lirent, hoc præsidium expetii, et mox dolore com-
presso convalui. O theriacam inenarrabilem! o pig-
mentum ineffabile! o antidotum laudabile! o purga-
torium, ut ita dicam, cœleste, quod medicorum
vincit argutias, aromatum suavitates superat, un-
guentorumque omnium robora supererescit! quod
mundat ventrem ut agridium, pulmonem ut hyssop-
pus, ipsumque caput purgat, ut peretrum. Etiam
non solum membra debilia solidat, sed, quod his
omnibus majus est, ipsas illas conscientiarum ma-
culas abstergit ac levigat. Sufficiant ergo hæc huic
libello quæ indita sunt. Tamen si adhuc miracula
cernere meremur, placet ea alteri libello inseri, ut
ea quæ ostenduntur, non oculi, sed magis voci-

ss. omnes, excepto Clar., qui cum Edit. habet
potuit.

habent omnes Mss., præter unicum Clarom.
et cum Editis, *Cabilonensis*, unde visum est
hic designari Cabilonum Burgundiæ urbem,
Châlons-sur-Saône, cum certissimum sit Gre-
gorio de Cavelltonensi, seu Cavelllicensi, aut
Cansi urbe, vulgo *Cavillon*, loqui, quæ urbs
Cavelltonensi, nunc Avenionensi metropolitano
et quidem Veranus episcopus, quem infra

Gregorius laudat, Cabellicensis, non Cabilonensis
episcopus fuit, atque tunc temporis duæ istæ urbes
Burgundiæ regno attributæ erant. L-
gesis Cointium ea de re disserentem, et confer ea quæ ob-
servavimus ad cap. 31 lib. VIII, et ad cap. 4 lib. IX
Historiæ, ubi viri eruditi rationes auctoritate Codi-
cum mss. confirmavimus.

^c Sic Rom.; alii, *cum hæc audissem, delutum*. Bal.,
delibutum.

^d Episcopus fuit Cabellicensis, ut mox dicebamus.

bus debeant propalari. De cætero vero virtutem ejus a istius de sepulcro, ut in illo resurrectione deposcimus, ut qui talia præstat ex tumulo, nos jam nostræ tempore nobis obtineat indulgentiam a peccatis Deo mortuos suscitare dignetur mortis provehetur ad coronam.

Explicit liber tertius.

LIBER QUARTUS.

Prologus.

1115 Saluberrimo nos hortatu Propheta admonet, dicens: *Honorandi sunt amici tui*, D. CXXXVIII, 17). Nihilominus et in alio psalmo: *Qui timentes Dominum magnificant* (Psal. XIV, 4), b copulantur domus æternæ. Ergo perspicue patet intellectui humano quod admoneantur quique n immunes crimine, verumetiam noxialis criminis malo dediti, cultum reverenter reddere amicis res non solum in præsentis sæculo tribuit beneficium, verumetiam præstat et refrigerium in fut cum sæpe videamus virtutum insignia prodire de tumulis beatorum, non immerito commonemur eis honoris reverentiam impendere, a quibus non desistimus infirmitatum remedia flagitare. Quo cibus et ipsam peccaminum remissionem non dubitamus adipisci: et non modo hanc mereri, infernalibus suppliciis eorum interventu salvari. Confidimus enim quod sicut hic morborum gen cant, ita illic sævas tormentorum pœnas avertant; et sicut hic mitigant febres corporeas, ita ill guant æternas; et quomodo **1116** hic lurida lepræ ulcera sordentia mundant, ita illic delictorum mundari suo interventu obtineant; ac sicut hic mortuorum cadavera ad vitam resuscitant, ita ill sepultos, ex Acheronticis stagnis manu injecta erutos vitæ æternæ restituant. Quocirca dum un lætificatur in gaudio proprio sub patrono, tunc impensius honorem reddit debitum, cum se se infirmitate qua detinebatur ejus virtute mundatum: sicut nunc de beato ac toto orbi peculiar Martino antistite et nos et innumeri populi sunt experti: et utinam ignavia mentis nostræ p eum a sic venerari, sicut decet amicum Dei, qui tantis nos morborum oppressos generibus p restituit sanitati.

* Hic d. sinit Ms. Colb. Tutelensis, cæteris a Codice avulsis. Habetur tamen in eo hujus libri capitulum in

CAPUT PRIMUM.

De dolore ventris mei.

Nuperrimo autem tempore ventris dolorem incurri. Et licet non usquequaque dabat solutionem, tamen doloris malum in illis intraneorum flexuosis recessibus vagabatur. Adhibui, fateor, sæpius balneas atque res calidas **1117** super ipsas alvi torturas ligari faciebam, sed nihil mederi poterant infirmitati. Sexta etenim dies illuxerat, quod magis ac magis dolor invalescebat, cum mihi venit in memoriam, ante paucos annos, sicut in libro secundo hujus operis continetur scriptum (Cap. 1), me ab hoc dolore C Sancti virtute fuisse sanatum. Accessi temerarius a ad locum sepulcri, projectusque solo orationem fudi, atque secretius a pendentibus velis unum sub vestimento injectum filum, crucis ab hoc signaculum in alvo depinxi: protinus dolore sedato, sanus abscessi.

CAPUT II.

De lingua et labiis meis.

Quodam vero tempore lingua mihi graviter irri-

B guerat, ita ut plerumque dum loqui vellet tire me faceret, quod non mihi sine impro Accessi autem ad tumulum Sancti, ac p cancelli linguam impeditam traxi: protin compresso convalui. Intumuerat enim val tum palati impleverat antrum. Deinde post tium labium mihi exsilire graviter capi iterum quærere sospitatem ad tumulum labio b a dependentibus velis, protinus stetit sus. Et credo mihi hæc ex abundantia evenisse: non tamen sanguinem minu propter Sancti virtutem. Nullam tamen molestiam fecit hæc causa.

CAPUT III.

De puero a febre sanato.

Denique puerulus parvulus gravabatur exesis membrum, cum nullum acciperet cib erat ut spiritum exhalaret. Cucurrit ad cum lacrymis: cui ego indicavi ut, delatur licam, super eum nocte tota vigilaret. Qu cisset, statim puerum sanum per virtut Antistitis recepit.

* Editi duo: *Accessi haud temerarius.*

b Sic Clar. Alii vero, *tactusque, aut tactam*

CAPUT IV.

contracto, et cæca, et tribus energumenis.

Ad festivitatem vero quæ mense quinto
ur, adveniens quidam, cujus digiti in pal-
ontraxerant, oratione facta digitis directis
t. Mulier vero cæca post octo annos, pro-
plo coram Sancti sepulcro, illuminatis oculis,
it in locum suum. Tres tunc energumeni
virtute mundati sunt.

CAPUT V.

De servo Theodulfi.

Anno (An. 588), id est Childeberti regis 13, ad-
ntem quæ de beato ejus transitu celebratur,
ervus Theodulfi civis Turonici, custos suillæ^a,
n nocte circa gregem creditum excubaret, ne
am ex eo aut bestia raperet, aut fraus furis
t, oculis subita caligine interfusis, lumen
Qui per sex annos in cæcitate durans ad
stivitatem advenit; post tertium vero diem,
virtute illuminatus, a domino est dimissus
is.

CAPUT VI.

De multis infirmitatibus sanatis.

quoque 14 regis supradicti (An. 589), adve-
solemnitate Sancti, duodecim paralytici di-
tres cæci illuminati, quinque energumeni
ati sunt. Adfuit huic festivitati et Aredius,
icicæ urbis abba, cujus in superioribus libellis
imus^b, per quem Dominus paralyticam unam,
er octo annos carrucæ superposita in atrio
Confessoris decubuerat, directis vestigiis, re-
vit Nam asserebat ipse vir Dei sensisse se
beati Martini manum, cum infirmæ membra,
to signo crucis, tactu salutari palparet. Adve-
ntiam in hac festivitate et Florentianus 1119
cum Romulfo^c palatii comite. Quibus non
admiratio fuit de gloria Confessoris, per quem
us talia nunc miracula dignatus est operari.

CAPUT VII.

De uva apud Galliciam.

uia Florentiani majoris memoriam fecimus,
b eo didicerim nefas puto taceri. Tempore
m causa legationis Galliciam adiit, atque ad
is regis præsentiam accedens, negotia patefe-
uncta. Erat enim eo tempore Miro rex in civi-
la, in qua decessor ejus basilicam sancti Mar-
dificaverat, sicut in libro primo hujus operis
uimus^d. Ante hujus ædis porticum, vitium ca-
extensa per traduces, dependentibus uvis,
picta vernabat. Sub hac enim erat semita, quæ

de Gat., Rom., Laud., Colb. et Clar., id est
porcorum; alii Mss. duo, *villæ*. Editi vero,

b. ii, cap. 39, et lib. iii, cap. 24.

c omnes Mss., et quidem recte, ut patet ex
x Historiæ cap. 3, ubi illi duo viri Turonos hoc
anno accessisse dicuntur ad census exigendos.
mendosa est editorum plerorumque lectio, ubi

A ad sacræ ædis valvas peditem deducebat. Cumque
rex sub hac præteriens orationis gratia hoc templum
adiret, dixit suis: Cavete ne contingatis unum ex
his botrionibus, ne forsitan offensam sancti Anti-
stitis incurratis. Omnia enim quæ in hoc habentur
atrio ipsi sacrata sunt. Hoc audiens unus puerorum,
ait intra se: Utrum sint hæc huic Sancto sacrata an
non, ignoro. Unum scio quod, deliberatio animi mei
est ab his vesci. Et statim, injecta manu, caudam
botrionis cœpit incidere, protinusque dextera ejus
adhærens cameræ, arente lacerto, dirigit. Erat
enim mimus regis, qui ei per verba jocularia lætiti-
am erat solitus excitare. Sed non eum adjuvit cachinnus
aliquis, neque prætigium artis suæ; sed cogente do-
lore, voces dare cœpit ac dicere: Succurrite viri
misero, subvenite oppresso, ferte levamen appenso^e,
et sancti antistitis Martini virtutem pro me depreca-
mini, qui tali exitu crucior, tali plaga affligor, tali
incisione disjungor. Egressus quoque rex, cum rem
quæ acta fuerat didicisset, tanto furore contra pue-
rum est accensus, ut ejus manus vellet abscidere, si
a suis 1120 prohibitus non fuisset. Dicentibus ta-
men præterea famulis: Noli, o rex, judicio Dei tuam
adjungere ultionem, ne forte injuriam quam minaris
puero, in te retorqueas. Tunc ille compunctus corde,
ingressus basilicam, prostratus coram sancto altari,
cum lacrymis preces fudit ad Dominum: nec ante a
pavimento surrexit, quam flumen oculorum hujus
paginam delicti deleteret. Quo a vinculo quo nexus
fuerat absoluto, ac in basilicam ingresso, rex ele-
vatur a solo, et sic recipiens incolumem famulum
palatium repetivit. Testabatur autem major præfatus
hæc se ab ipsius regis relatione, sicut actum narra-
vimus, cognovisse. Sic enim gloriosus Pontifex suam
illustrat urbem miraculis, ut deesse non sentiatur
alienis.

CAPUT VIII.

De basilica Sancti apud urbem Santonicam.

Præsenti vero anno, Palladius Santonicæ urbis
episcopus, hujus sancti Confessoris reliquias petiit.
Construxerat enim in ejus honorem basilicam, quam
his pignoribus consecravit, meruitque ibi suscipere
miracula quæ sæpius urbs propria habet experta.
Nam post duorum aut trium mensium curricula, lit-
teras ejus accepti, in quibus indicavit tres paralyticos
contractis pedibus advenisse; qui statim ut in basi-
licam ingressi orationem fuderunt, directis vestigiis,
sanitati sunt redditi. Duo cæci in eo loco lumen re-
cipere facta oratione meruerunt, et amplius quam
duodecim a febre frigorica detenti, depulso tremore
convalescerunt.

legitur *Temulpho palatii comite*. Cæterum Florentianus
erat major domus regiæ, ut in Historiæ loco laudato
habetur.

^d In cap. scilicet 11, ubi Mironis pater, qui Suevis in
Gallicia tunc imperabat, Charraricus appellatur

^e Codd. duo, *relevamini appenso*. Clar. cum Editis
relevate appensum.

CAPUT IX.

De duobus dysentericis.

Duo de pueris nostris, clericus scilicet Dagobaldus, et laicus Theodorus, dysenteriam cum febre patiebantur; in tantumque lassati [*Gat.*, laxati] morbo erant, ut non aliter nisi manibus **1121** aliorum, cum digestionis necessitas advenisset, estrato sublevarentur. Sed de sepulcri pulvere hausto, statim convaluerunt.

CAPUT X.

De patenis quas Sanctus exhibuit.

Est apud nos patena colore sapphirino, quam dicitur Sanctus de Maximi imperatoris ^a thesauro detulisse, de qua super frigoriticos virtus sæpe procedit. Nam in accessu febrium quis positus, qui cum tremore fieri solet, si advenerit ^b, et de ea aquam hauserit, mox sanatur. Est et apud Condatensem vicum, alia quoque patena a Sancto exhibita metallocrystallina ^c, simile infirmis beneficium præbens, si fideliter expetatur. Bodillo unus de notariis nostris, cum stomachi lassitudine animo turbatus erat, ita ut nec scribere juxta consuetudinem ^d valeret nec excipere, et quæ ei dictabantur vix poterat recensere, tunc cum sæpius verbis increparetur, super hanc beati Viri patenam, quam nobiscum esse diximus, aquam fudit, ipsamque ore transponit. Mox sensui suo redditus, opus officii sagacius quam consueverat, expediabat.

CAPUT XI.

De Bliderico, cui filii non erant dati.

Sed quid mirum, si sensum adversitate turbatum reddat hominibus, qui sæpius sterilitatem in fecunditatem convertit? Blidericus ^e quidam, Carnoteni territorii civis, accepta uxore, ut dono Dei procreationis suæ prole ditaretur orabat; sed nihil ^f ex ea germinis merebatur accipere. Tricesimus etenim annus curriculum expedierat, uxore sterili permanente, **1122** cum vir saluberrime pro animæ comodo tractans, ait uxori: Ecce sæculum quo utimur præteriens est, et nulla inter nos soboles gignitur, quæ, nobis deficientibus, congestum laboris nostri debeat possidere. Accedam, inquit, ad basilicam

^a Is scilicet, qui contra Valentinianum II, Juniorem dictum, rebellavit, quem sanctus Martinus Trevirim ubi regiam habebat, convenit. De qua re plura apud Severum Sulpicium.

^b Sic Clar. At Vict., *positus, si cum tremore, ut fieri solet, advenerit*. Cæteri cum Edit., *qui cum... solet, advenerit, etc.*

^c Editi, *holocrystallina*.

^d Alii cum Edit., *consuetudinem, nec excipere quæ ei dictabantur poterat*.

^e Editi cum Clar., *Bledericus*. Vict., *Betidericus*.

^f Edit., *scilicet quia nihil*.

^g Editi tres cum Clar., *Torancensem*. Clict., *Turonensem*. Colb. tut., in indice capitum, *Tornacesim*. Omnes omnino Mss. habent *villam*. Sed hic, et sæpius alias, apud Gregorium, ubi Mss. habent *villam*, Editi *urbem* apposuerunt. Porro hic locus, uti coniecit Valesius in notitia Galliarum, vicus est, vulgo dictus *Tornes*, inter Lavarzinum et Carcerem castrum, situs trans

A sancti Martini, et eam faciam hæredem mihi liberis abnegatis, vel cum eodem quæ habere possideam in futuro. Consensit mulier sapienter prudentis consilio. Nec mora, proceditur ad basilicam Sancti, fusaque oratione invitat abbatem domini cum accedere. Quo accedente, tradidit ei possessionem suam, dicens: Sint hæc omnia tibi in possessionem sancti Martini ditionem quæ habere videor, tantum exinde utar, ut de his dum vixero aliquid signatisque rebus cogit abbatem manere ibi. Post dictu! post triginta, ut diximus, annorum curavit in ipsa qua res suas basilicæ tradidit nocte vit uxorem suam, quæ concipiens peperit filium et deinceps alios habuit. Quod non ambigitur virtute Sancti præstitum huic viro fuisse. Verum tamen non refragavit acceptis filiis promissis homo ille, sed eis alia loca tribuens, quæ pro Sancto largitus fuerat confirmavit.

CAPUT XII.

De cæca apud Turnacensem villam.

Apud Turnacensem ^g vero Cenomanici territorii villam, quæ nunc in ipsius sanctæ basilicæ ditione retinetur, mulier quædam diuturna cæcitate doli et senio prægravata, ad oratorium villæ ipsius ingressa, dum stipem quæreret, ac assidue sancti Martini nomen invocaret, quadam nocte Dominici perierunt oculi ejus a dolore compungi. Tunc illa strata coram sancto altari, erumpente **1123** guine, lumen recepit. Verumtamen reliquiæ in loco beatissimorum apostolorum, id est Petri et Pauli, habentur: sed hæc asserebat virtute Antistitis se fuisse sanatum. Verumtamen fides contra retinet in multorum sanctorum virtutibus Dominum operari; et nec illos disjunctos virtutibus quos cælo pares, miraculis Dominus æquales in terris.

CAPUT XIII.

De manu arida restituta.

Ad festivitatem vero illam, cui Aunacharius tissiodorensis urbis pontifex adfuit, quidam noster aridam contractamque detulit, sed post diem festivitatis, redintegratam domi reportavit

flumen Lidericum aut Lidum, in extremis Cenomanicorum finibus. Jure reprehendit Chiffletus in notitia Cholderici, cap. 21, Joannem Cognatum putavit Gregorium hic loqui de donatione a Chifflet facta ecclesie Tornacensi in Belgi a secundo non minus ipse erravit substituendo *Tornacem* quo enim pacto Turones in cenomanico territorio locaret?

^h Alii, *Annacharius*. Colb. et Vict., *Aunarius*, legitur in Gestis episcoporum Antissiodori, apud Beum, tomo I Biblioth. Is laboravit ad tumultum nialium Pictaviensium sedandum, ut refert Gregorius lib. ix Histor. cap. 41. Compluribus synodis in unamque cum suis presbyteris habuit Antissiodori canones exstant. Obiit anno 605, ut observat Colb. et sepulchrum est apud Sanctum Germanum cui prædecessoribus. Inter sanctos relatus, colitur Kal. Octobris.

CAPUT XIV.

De Baudegisilo debili.

Baudegisilus quidam ex Andegavensis urbis tertio, Baudulfi filius, vici Geinensis a incola, dum a patre saevi jaculo sauciatur, debilitatus occubuit. Cum a patre paupere sine operis beneficio pariter, ut basilicæ sancti Martini limina oscularetur, patrem lacrymis obortis efflagitat. Qui nec in navi positum, quia veli altera evectioe non potest, ante pedes Sancti, id est, foris sepulcrum, a devotus exposuit. Qui per dies aliquot oratione vacans, et Sancti auxilium poscens, amota deinde sanitate restituitur, sicque cum genitore incolomis restitutus est.

CAPUT XV.

De homine qui ceram transmisit.

Ausiensi e quoque territorio erat homo, Cœlestinomine, cui multa 1124 erant apum alvearia : quibus cum examen egressum alta conscendens competeret, et ille sequens, nullum prorsus capiendi obtineret effectum, prostratus solo sancti Martini invocato nomen dicens : Si virtus tua, beate Confessor, hoc examen retinere voluerit, quæ in posterum excreta fuerint, mel usibus meis sumam, ceram ad luminaria basilicæ tuæ cum omni soliditate sumam. Hæc effatus, cum adhuc terræ decumberet, a patre examen apum super unam arbusculam, quæ erat proxima, decidit et insedit, collectumque alveare reconditum domi detulit : de quo infra octo aut tres annos multa congregavit. Ex quibus jam amplius quam ducentas ceræ libras aggregasset, rumor hostilitatis obortus est. At ille periculum suum perire cerneret, ceram fossa humo occultavit. Pace quoque reddita, diaconum nostrum, qui peteret, accersivit. Erat tunc cum eo puer, cui renem gravissimum perferebat dolorem. Qui cum ad virum, et cognoscens ab ore ejus quæ fuerant, ceram quæ in terra latebat detegi iussit. Puer vero qui dolorem, quem diximus, patienter, accepto sarculo ut terram foderet, ait : Si tu sanus es, sancte Martine, ad hoc munus hominis aspiciendum, contingat virtus tua renes meos, et mihi salus cum hanc detexero ceram. Cumque percussisset sarculo terram, sonuit ossiculum renum, et statim omnis dolor ablatus est ; sicque in diebus cum hac cera beate basilicæ præsentatus est.

CAPUT XVI.

De absolutione vinciti.

no quidam urbis Turonicæ judici culpabilis

e Colb. et Laud. At Bell. et Car. habent *Geniensis Gennensis.*

emportum limina osculandi mos est a primis sæculis receptus in Oriente et Occidente. Vide Prudentium, homil. 30 in It ad Corinth. ; Prudentium in libro de sancto Laurentio ; sanctum Paulin. in libro de sancto Felice ; Fortunat. lib. iv de Vita sancti Martini, etc.

e Clar. Alii autem, *Ausiensi. Bign., Anseinsi.* Hic procul Asiaticum designatur, vulgo *Asay*, cujus

A exstitit, quem in vincula compactum custodiri præcepit. 1125 Advenientibus autem diebus sanctis dominicæ resurrectionis, jussit eum iudex in ulterius Ligeris fluvii littus in alia retrudi custodia. Ducebatur ergo non solum catenis colla revinctus, verum etiam post tergum manibus colligatis : cumque ad ripam nominati annis advenissent, et navigium quo transire deberent præstolarentur, atque ille sancti Martini auxilium incessabiliter flagitaret, visum est repente custodibus, quasi ab aliquo capite verberati fuissent. Protinusque in terram ruunt, ac catenæ quæ vincetum tenebant hominem confractæ sunt, laxatæ vero corrigiæ de manibus solvuntur. Ipse autem liberum se sentiens, decumbentibus adhuc solo hominibus, secessit ab eis, et sanctæ ecclesiæ limen ingressus est, sicque a iudice relaxatur. Ferebant enim nonnulli his diebus et apud Pictavensem urbem vinctos ab ergastulo carcerali fuisse resolutos. Quod ambigi non potest, quia unius Confessoris a virtus utramque urbem sacris potuit illustrare miraculis.

CAPUT XVII.

De puero cæco.

Puerulus parvulus, nomine Leudovaldus e, servus cujusdam Baudelcifi, de vico Andegavensi, cui Cronio f antiquitas nomen indidit ; postquam renatus ex aqua et Spiritu sancto cum reliquis infantibus ludum in platea exercens, ut ætas illa patur, huc illucque discurreret, subito commotus cum impetu ventus, et pulverem elevans, oculos infantis implevit. Qui cum a cæcitate percussus doloribus cruciaretur, apparuit aviæ ejus vir quidam per somnium, taliter eam instruens : Vade, inquit, ad basilicam sancti Martini, et recipiet visum puer iste. Nec morata mulier, fide plena venit ad festivitatem beati Viri, recepitque illuminatum virtute Pontificis nepotem suum.

CAPUT XVIII.

De puella cæca.

1126 Hujus etenim urbis territorii puella, Viliogundis e vocabulo, simili conditione cæcatur. Dum enim cum reliquis puellulis per stratas villæ ludum exercendo discurreret, venti violentia pulvis elevatus opplevit oculos ejus. Quæ statim doloribus vexata, petiit parentes suos, ut eam ad basilicam sancti Martini deducerent. Quo facto, protinus ut orationem pro ea fuderunt, illuminata est. Nobis quoque egredientibus de sanctis missarum solemnibus occurrerunt simul prælatus puer atque puella, dicentes se ipsa hora lumen virtute beati Antistitis recepisse. Quod nobis magnum præstitit gaudium credentibus, quod nos virtus beati Confessoris visitare dignata sit.

nominis complures sunt vici in Turonibus, uti observat Valesius in notitia Galliarum.

a Sic Gat. Plerique alii Mss., quia utriusque Confessoris. Cæteri cum Editis, quia Confessoris.

e Colb. tut. et Clar., *Leodowaldus.* Editi, *Lendonaldus.*

f Sic omnes Mss. Editi vero, *Cronio.* Vide infra, cap. 23, et, supra, notas in lib. ii cap. 43.

e Gat., *Juliogundis.* Editi, *Vigiogundis*; et infra, *stratas urbis.*

CAPUT XIX.

De contracto et cæco.

Litoveus ^a autem quidam, ex infantia sua membrum debilis, accedente febre cæcatus est: sed ad superiorem veniens festivitatem, directis membris, lumine tamen adhuc dempto discessit. Sed cum ad hanc iterum regressus fuisset solemnitate, exemptis tenebris, lumen ei clarum exoritur ^b.

CAPUT XX.

Item de alio cæco.

In hac etiam festivitate et Leudardus ^c, servus Emnerii Namneticæ urbis diaconi, cum per sex annos cæcitate fuisset catena constrictus, ad basilicam accedens, virtute beati Confessoris illuminatus est. Per visionem enim somnii admonitus fuerat ut hujus sancti auxilia flagitaret Antistitis.

CAPUT XXI.

De eulogiis quas Motharius civis Turonicus sustulit.

1127 Quidam de civibus Turonicis, dum ad regis properaret occursum, vas cum vino, unumque panem ad sepulcrum una mansurum nocte deposuit, ut scilicet in itinere positus hoc haberet salutis præsidium. Quibus exinde assumptis, iter carpere cœpit. Factum est autem ut metatum requirens, hominis cujusdam ingrederetur hospitium, depositisque sarcinis, mulier quæ habebat spiritum immundum, beati Martini adventum vocibus immensis annuntiare cœpit, et dicere: Quid nos persequeris, Sancte? quid nos crucias, serve Dei? Tunc hospes ille qui venerat, accepto calice, paululumque vini de illo vase auferens, frustum benedicti panis ^d effractum posuit in eo. Quod ubi mulier illa quæ debacchabatur accepit, mox, cum sanguine ejecto dæmonio, salvata est. Alia in eodem loco mulier quæ diu a frigore [*Al.*, a frigoribus] febrium ægrotabat, accepto ab hac benedictione modico, mox ut sumpsit, sanata est.

CAPUT XXII.

De contracto directo.

Silluvius ^e incola Bajocassinus cum in rure positus operaretur quiddam, commoto vento, pavore percussus, tremere cœpit, ac membris omnibus destitui, vociferari etiam, et sibi mortem imminere testabatur. Interea concurrentibus vicinis ad spectaculum tale ^f, ipse inter voces et ululatus, contractis nervis, debilitatur ad integrum; et non solum ei ^D usus aurium denegatur, verum etiam et ipso lumine caruit oculorum. Post quindecim vero annos dum in hac infelicitate degeret, ad festivitatem sancti Martini adveniens, solidatis membris, oculisque receptis, abscessit.

^a Editi cum Clar., *Litoneus*.

^b Mss. aliquot, *lumini datus exoritur*.

^c Editi, *Lendaidus servus Emneri*. Colb. et Clar., *Eumerii*.

^d Vict., *crustam... effractam*; alii, *frusta... effracta...*

^e Gat., *Sillimius*. Clar., *Hicluvius*. Editi, *Similtimius*.

^f Ed., *spectaculum, per iter ipse*.

^g Bign., *Eroniensis*. Alii, *Croniensis*. Vide supra

A

CAPUT XXIII.

De cæca ac debili sanatis.

1128 Nec dissimili virtute mulier Ermegund Andecavensis civis, vici incola Croviensis ^g, contracta ac cæca, in hac festivitate directa, illuminataque discessit. Sed et Charimundus, ex Bricilonno debilis veniens, virtute beati Antistitis redintegratus est.

CAPUT XXIV.

De plurimis cæcis energumenisque sanatis.

In hujus etiam solemnitate die virtutem nonnisi cooperante Christi gratia, persenserunt. Nam Leudemundus cæcus post septem annos ad basilicam præfati Antistitis veniens, visum recepit. Et tres super alii cæci ⁱ in hac festivitate visum per opus beati Antistitis receperunt, et energumeni plerumque mundati sunt.

CAPUT XXV.

De puella a febre sanata.

Leonis presbyteri nostri vernacula, cum ad viciniam urbi proximam parentalibus ulnis deportata cessisset, vi febris opprimitur, et die ac nocte vehementer commota in mortis discrimine cernitur. Quamvis dens presbyter exanimari violentia morbi, non ascenso equite [*Ed.*, equo], ad basilicam sancti Confessoris accessit, pulsansque ostium cellule qua ædituus quiescebat, virum suscitare nequebat. Cumque basilicam sanctam ingredi non valeret, ram absida sepulcri fudit orationem collectam parumper de pulvere terreno, quod secum fide ^C nus evexit, eumque dilutum, ut puellule ad bibendum protulit, protinus febris abscessit.

CAPUT XXVI.

De carcerariis absolutis.

1129 Fuerat nobis causa quædam Childericus regis adire præsentiam. Pergentibus quoque noster iter per pagum Rhemensem aggressi sumus, remissusque hominem quemdam qui nobis relatu suum effectum carcerem hujus urbis, in quo inter reliquos viatos hujus famulus tenebatur, Martini virtute fuisse dicebat; viatosque ab ergastulo absolutos berosque abscessisse narravit. Erat enim hujusmodi carcer ita tectus, ut super struem tignorum axillidum superpositi pulpitaerentur ^j, ac desuper, quodammodo opprimerent, insignes fuerant lapides columnarum. Nihilominus et ostium carceris sera ferro munito ducto clave pessulo obserabatur: sed virtus Antistitis, ut ipse relator asseruit lapides dimovit, dardipulpita, catenas confregit, et trabem quæ vinculo coarctabat pedes, aperuit, ac nec reserato ostio cap. 17.

^b Varie in variis Codd. scribitur. Sic Laud. et at Bell. et Clar., *Bricillonno*. Vict., *Briciolonno*. Bricilonno. S. B., *Brisiconno*. Denique Editi, *Bricilonno*, vel *Brisillami*.

^c Laud., Bell., Clar. et Colb. habent: *Leodemundus cæcus post septem annos, Domnitta post tres, insuper alii cæci in hac, etc.*

^d Alii, *asseret validi... palpitaerent*. Nostra melior; pulpitem quippe est tecti fastigium.

nes per aera sublevatos, foris lecto patente pro- A
duxit, dicens: Ego sum Martinus miles Christi, ab-
solutor vester. Abscedite cum pace, et abite securi.
Sed cum nos ad regem accedemes, virtutis huius
diffamaremus miraculum, affirmavit rex quosdam ex
his qui absoluti fuerant ad se venisse, atque compo-
sitionem fisco debitam, quam illi *Iredum*^a vocant, a
se fuisse reis indultam. Hoc autem factum est ante
quatuor festivitatis dies (*An.* 591), in memorati regis
anno 16.

CAPUT XXVII.

De servo Nonnichii episcopi a debilitate sanato.

Adveniente autem festo beati Martini, Nonnichius^b
Namneticorum **1130** pontifex ad basilicam Sancti
advenit, exhibens secum puerum membris dissolu-
tum, nomine Bandegisillum. Celebratis igitur solemni- B
niis Sancti, hunc artubus restituitis, secum reduxit
incolumem.

CAPUT XXVIII.

De Claudii regalis cancellarii febre.

Nobis quoque cum rege morantibus, Claudius qui-
dam ex cancellariis regalibus^c a febre corripitur.
Cumque cibum potumque nimia oppressus febre ex-
horruisset, nobis quæ patiebatur questus est, dilu-
tumque pulverem, quem de Sancti ac Beati sepulcro
pro salvatione levavimus, ut hausit, mox, compressa
febre, sanatus est.

CAPUT XXIX.

De eo quod Agnes Pictaviensis abbatissa de nauta quodam retulit.

Venerabilis vero Agnes, Pictavarum sanctimoniali-
um abbatissa^d, relatam sibi ab ipso cui contigit, C
Treverico scilicet negotiatore, rem miraculi proven-
nisse, sic retulit: Dum, inquit, Mettis accessissem,
interrogavit me quidam negotiator unde venirem.
Dixi: De Pictavis. Dixit mihi si aliquando ad basili-
eam beati Martini Turonis occurrissem. Dixi quod
quomodo in Austria^e ambularem, sic ibi me præ-
sentassem. Dixit mihi quale beneficium domini Mar-
tini senserat. Dum enim Mettis salem negotiasset,
et ad pontem Mettis^f applicuisset, dixit: Domne
Martine, me et puericellos quos habeo, et naviculam
meam tibi commendo. Inter hæc recubantes in navi,
omnes obdormivimus. **1131** Mane excitans me cum
puericellis, quos mecum habebam, invenimus nos
ante portam Trevericam, nescientes quomodo venis-

^a Mss. plerique, *fretum*. Huius autem vocis signifi-
catio satis hic exponitur, quam a voce Germanica
frid, quæ pacem sonat, derivatam volunt. Vide Bi-
guonium, in lib. 1 Marculli form. 3. Freda autem, ex
veteri Glossario, est operculum ligneum quod retro al-
tare fit super corpora sanctorum. De utraque voce vide
Cangii Glossarium.

^b Editi, *Mounichius*. Vide lib. viii Hist. cap. 43.

^c In Bell., *cancellariis nostris regalibus*, et in titulo
capitis deest vox *regalis*. Porro cancellarii minoris
momenti diplomata scribebant subsignabantque: de
quorum nomine et officiis vide Gotofredum in Cod.
Theodos. lib. 1 tit. 12, et Mabillon. de Re diplomat.
lib. II, cap. 11. Certe vel ex hoc Gregorii loco patet
tunc complures fuisse cancellarios, unde postea in-
vectum est archicancellarii nomen, quam dignitatem
memorum archiepiscopus diu obtinuit in Francia,
ut postea in imperio tres archiepiscopi electores.

semus, qui nos adhuc Mettis credebamus consistere;
qua ratione aut navigatum est, aut volatum; sola
commendatione beati Martini, nec fluvium sensisse-
mus, et Mosellæ tunc sævientis [*Al.*, tumescentis]
undas naufragas evitasset: et, quod satis est mi-
rabile, quomodo inter saxa nocturno tempore præ-
terissemus incolmes, non nauta vigilante, non
vento flante, non remo ducente.

CAPUT XXX.

De virtutibus Locodiensis monasterii.

Tempore post habito, cum usque Pictavam acces-
sissemus urbem, libuit gratia tantum orationis mo-
nasterium Locociagense^g adire, quo congregatam
monachorum catervam locaverat Vir beatus. Ibi
enim mortuum primum suscitasse legitur^h, et ex illo
ad episcopatum ductus scribitur. Ergo desideratum
ego expetens locum, prosternor ad cancellos angu-
li, in quo dicitur defuncti spiritum reduxisse. Post
effusas vero cum oratione lacrymas, ac celebratas
solemniter missas, percunctor abbatem, si aliquod
ibi Dominus miraculum ostendisset. Asseruitque ille
coram qui aderant fratribus, plerumque ibi illumi-
nari cæcos, ac debiles redintegrari. Quid tamen nu-
per sit gestum, inquit, tibi, domne, quia sollicita
inquiris, evolvam. Mulier quædam vicina loci hujus,
paralysis humore percussa, officium membrorum
omnium usquequaque perdiderat. Quæ carrucæ im-
põsita, a bobus trahentibus ferebatur, circuiens do-
mos divitum, ut incipiaⁱ suæ expleret necessitatem.
Ergo dum delata ad hunc locum pavimento proster-
nitur, lento conamine accedens, velum quod sanc-
tum tegebat cancellum devote osculatur, dicens:
Ilic te, beate Confessor, adesse credo, hic te mor-
tuum suscitasse testifcor. Confido enim quod si vo-
lueris, poteris me salvare, ac sanitati restituere, sic-
ut quondam, disruptis inferni **1132** faucibus, de-
functi animam reduxisti. Hæc effata, genas lacrymis
rigabat ubertim: ac statim, impleta oratione, quidquid
aridum, quidquid contractum, quidquid dissolutum fuit,
redintegratum est mulieri in corpore a beati Antistitis
virtute. Simili sorte et alius paralyticus ad hoc acce-
dens monasterium, ut velum ipsius cancelli attingit,
amota omni debilitate, sanus abscessit. Distat autem
ab urbe Pictava quasi stadiis quadraginta.

^d Prima fuit monasterii sanctæ Crucis abbatissa,
ipsa sancta Radegunde præmante instituta, quam
Fortunatus lib. xi pluribus celebravit, de qua et agit
lib. viii eam. 4.

^e Cod. Collb.: *Dixi quod cum in Neustria ambula-
rem, sic ibi me præsentassem*. Editi: *Quod dum in Au-
stria... urbi me, etc. Infra, et puerulos meos... cum
puerulis*.

^f Rom., *pontem Mortis*. Et quidem apud Mettas ho-
dicque pons *Mortis* dictus habetur.

^g Ms. plerique, in capituli indice, *Locodiacense*, hic
Locociagense, vulgo *Ligué*, de quo in notis ad lib. I
Hist. cap. ultimo.

^h Nempe in Vita ejus per Severum Sulpicium, ubi
et eju- electio, seu potius raptus ad episcopatum de-
scribitur. Quæ omnia Fortunatus libro I de ejusdem
sancti Viri vita versibus expressit.

ⁱ Bal., *domos diurna stipe, inopie*.

CAPUT XXXI.

De fonte quem oratione Sanctus ut oriretur obtinuit.

Exinde egressi, Santonicum territorium ingressi sumus. Cumque in quodam convivio de beati Martini virtutibus fabularem, hæc mihi unus ex civibus, affirmantibus aliis vera esse, fideliter retulit. Najogialo villa est in hoc territorio sita, ad quam cum sanctus Martinus adhuc superstes in corpore adiret, obvium habuit virum exhibentem aquam cum vasculo. Erat enim puteus ille, de quo hanc exhibebat, situs in valle quasi mille passus a villa, et ex eo incolæ haustam deferrebant aquam. Tunc ait Vir Dei homini aquam ferenti: Quæso, dilectissime, contine manum tuam, et huic asello cui sedeo, paululum aquæ ad bibendum indulge. Qui ait: Si necessarium ducis animal tuum adquare, accede ad puteum, et hauriens dabis ei. Nam ego quod cum labore detuli non præbeo; et hæc dicens præteriiit. Quo discedente venit protinus mulier, et ipsa deferens aquam in urnam [Mss., in ulna]; dixitque ei similiter Vir Dei. Quæ illico ei, ac si Rebecca quondam audiens nuntium Dei (Gen. xxiv): Et tibi præbeo, ait, et asino tuo potum; nec mihi labor est ut iterum hauriam. Tantum voluntas tua fiat, qui iter pergens necessitatem pateris. Et deposito de ulnis vasculo dedit asino illius bibere. Quo facto, iterum hausta aqua, impletoque vasculo revertebatur ad villam. Quam prosequens Sanctus ait: Reddam tibi pro mecede beneficium, quia adaquasti asinum meum. Et positus genibus **1133** in terra oravit ad Dominum, ut in loco illo fontis ostenderet venam. Ac statim consummata oratione, disrupta terra fontem immensum populis admirantibus patefecit. Qui usque hodie beneficium præbet hominibus commanentibus in agro illo. In illius enim fontis ore est lapis in testimonium, qui vestigium retinet aselli hujus super quem sanctus sedit Antistes.

CAPUT XXXII.

De incendio urbis Pictavæ.

Nec illud silentium puto, quod illo tempore cum Plato^a episcopatum Pictavæ urbis adeptus est, virtus Sancti fuit ostensa. Domus adjuncta ecclesiasticæ domui incendio maximo cremabatur, ac scintillæ cum carbonibus super domum ecclesiæ, impellente vento, cadebant. Sed ille de pulvere beati sepulcri secum habens, elevato chrismario^b contra ignem, exorans subito ventus vento illi contrarius, flammam a tecto ecclesiastico defendens, aliam pepulit in

^a Sic Mss. omnes. Factus est episcopus anno 592 ex Gregorii nostri discipulo, qui illi ecclesiam suam ingredienti adfuit, ut versibus canit Fortunatus libro v, c. 20. Huic anno 599 defuncto successit ipse Fortunatus. Placidum tamen Platoni quidam substitunt, sed male, ut observat Coitinus. Imo Placidum a Platone alium non fuisse ex hoc ipso quem tractamus Gregorii loco probatur, cum hic Editi pro Plato habeant Placidus, nec aliunde ut fatentur Saumarthaui Placidus ille notus sit. Platonem archidiaconum suum laudat Gregorius lib. v Hist. cap. 50, ab isto, ut teor, non distinguendum.

^b Chrismarium vas erat ad sanctum chrisma recipiendum, quo tamen nomine etiam vasa ad sanctas

A partem, et sic domus ecclesiæ liberata est.

CAPUT XXXIII.

De viro a febre sarato.

Cum autem puer ejus in valetudine acerbissima febre exustus jaceret in lectulo, et jam quasi exanimis haberetur; ut de hoc pulvere diluto porrexit infirmo, protinus lugata febre puer convaleuit de labore. Sed ad basilicam Sancti redeamus.

CAPUT XXXIV.

De Leodulfo amente et debili.

Cum autem ante hos annos terræ motus magnus terram concuteret, cunctaque valde moverentur, quasi **1134** in uno momento casura, Leodulfus^c quidam ab eo vehementer excussus, non solum sensu muletatur, sed etiam omnibus membris debilis est effectus. Qui veniens ad basilicam Sancti Turonis, et orationi paucis diebus incumbens, et voci redditur et sensui, et membris omnibus quasi redivivus sospes est redditus.

CAPUT XXXV.

De homine innocente per calumniam accusato, et liberato.

Nec illud prætermittendum puto, quod innocenter homo accusatus per calumnias malorum, adducebatur ad urbem vinculus loro, ut truderetur ergastulo. Cumque ante basilicam sancti Petri apostoli in publicum adductus aggerem devenisset, solutæ sunt manus ejus, dixitque custodibus: In hoc apparet me a culpa quam dicitis esse immunem, eum meæ manus divinitus sunt solutæ. Tunc illi indignantes acriter eum revinxerunt, et insuper adhuc alio loro ligamini adjecto, ut ita dicam, vincula ipsa vinxerunt. Contigit autem eo tempore, ut nos de basilica sancti Martini per plateam veniremus. Hi autem cum nobis obviam venientes appropinquarent, ut primum basilicam Sancti homo vinculus aspexit, statim solutæ sunt manus ejus: exsilensque de caballo in quo sedebat, pedes nostros arripuit, exponens se injuste damnari. Sicque nobis cum iudice colloquentibus, absque fatigatione discessit.

CAPUT XXXVI.

De muliere obmutescente sanata.

Conjux Sereñati hominis nostri, cum de cultura, viro præmissis rediret, subito inter manus dilapsa comitantium terræ corruit, ligataque **1135** lingua, nullum verbum ex ore potens proferre, obmutuit. Interea accedentibus ariolis, ac dicentibus eam meridiani dæmonii^d incursum pati, ligamina herbarum

reliquias includendas mediæ ævi auctores donaverunt, ut Fortunatus in Vita sancti Germani Paris. episc.; Eddus in Vita sancti Wilfridi, etc. Chrismale autem vas erat in quo corpus Christi aservabatur, et quidem Glaber Rodulfus *chrismale* idem esse ac *corporale* dicit.

^c In Mss. nonnullis, *Leodulfus*; unde Editi, *Leodulfus*.

^d De hoc in passione sancti Symphoriani inter Acta martyrum sincera, pag. 72, ubi dicitur: « Dianam dæmonium esse meridianum, sanctorum investigavit industria. » Vide Vitam sancti Rusticulae, sac. 2 Act. sanctorum ord. sancti Benedicti, ubi ad unum. 27, ex hoc Gregorii loco et aliis sanctorum vitis Mabillonius observat, dæmonium meridianum, seu ejus incursum,

atque in eantationum verba proferebant; sed nil medicaminis juxta morem conferre poterant periturae. Cūque familia mixto ululatu perstreperet, filius ejus ad neptem nostram Eusteniam^a anhelus accurrit, nuntians matrem suam extremæ vitæ terminum attingisse. Quæ adveniens ad ægroam, eamque visitans, amotisque ligaminibus quæ stulti indiderant, oleum beati sepulcri ori ejus infudit, ceraque sofovit^b. Mox sermone reddito, nequitie dolo dirempto, ægra convaluit.

CAPUT XXXVII.

De frigoriticis sanatis.

Tempore autem quo post obitum gloriosissimi regis Gunthebranni Childbertus rex Aurelianensium urbem adivit (An. 493), puerorum unus aulicorum graviter a typo tertiano, accedentibus discedentibusque febribus, tremore superveniente quatiebatur. Id eum nobis fuisset questus, de pulvere sancti sepulcri potum ei porreximus: quem hauriens, compresso tremore convaluit. In sequenti vero nocte cum dies ille, quo frangi consueverat, advenisset, vidit per visum advenientem personam teterrimam, dicentemque sibi: Ecce jam tempus tui tremoris advenit, quid dissimulas? Age quod consuevisti. Hæc eo dicente, advenit vir quidam vultu splendidus, cæsarie niveus, aspectu decorus, dicens ei: Ne tremueris, sed facito super frontem tuam signum venerandæ crucis, statimque sanaberis. In hac visione expergefactus, mucinisque hoc signaeulo quo fuerat jussus, nunquam ulterius quæ pati soleret passus est. Ab hoc typo reginæ puella fatigata, potu hujus sancti medicaminis **1136** sumpto, sanata est.

CAPUT XXXVIII.

De cæcis, enervumenis et paralyticis.

Non post multos dies, eum solemnitatis sanctæ dies annuus recurrisset, nos a rege regressi, festivitati ejus adfuimus, in qua quatuor cæci lumine recepto regressi sunt, duo enervumeni mundati, duo paralytici contracti, restitutis gressibus, incolmes redierunt.

CAPUT XXXIX.

De carceratis laxatis.

Post paucos vero dies eum culpabiles quosdam urbis Turonicæ, judicis sententia carcerali ergastulo conclusisset, lamentantibus vinetis, virtus beati Confessoris apparuit, quæ diruptis vinculis compeditorum, liberos in basilicam abire permisit. Sicque et hi a iudice relaxati, ad propria recesserunt.

CAPUT XL.

De Maurano muto.

Quidam^d in regione Cantabriæ, Mauranus nomine, maue a lectulo eonsurgens, dum de domo egreditur,

apud veteres appellari subitam et apertam morbi violenti incursionem, qua quis repente sensuum aut mentis facultate privatus videbatur. Sic autem appellabatur, quod crederetur a dæmone imprimi, et quod summo die contingere soleret. De hoc et cardinalis Bona de divina Psalmodia, cap. 3, § 5.

^a Cod. Gat., *Eusteniam*. Clar., *Eusteniam*.

^b Id est, *sufficit*, ut habet Cod. Clar.

^c Id est dies quo febris intermittitur. Vide hb. de

visum e t ei quasi ad aliquo percussus fuerit in cervicem. Qui protinus ruens in terram, factus est tanquam mortuus, ac per triduum solo spiritu vivens, tanquam mortuus putabatur. Quarta autem die apertis oculis nihil poterat loqui. Ablata enim ei fuerat fandi facultas. Auditis autem beati Martini miraculis, unum trian'em nantis porrexit, ianens eum supplicatione ut eum ad beati Antistitis templum deferrent. Quibus abentibus, ille ad domum suam reversus, vidit **1137** ante pedes suos aureum in similitudinem triantis. Quo assumpto, pensatoque, unius solidi appensus est pondere. Quod ille cernens, dixit intra se: Reddidit mihi virtus beati Martini meritum pro senore quod ejus templo direxi. Et accensus desiderio voluit in unam atque aliam navim conscendere, sed a parentibus est retentus. Reperta autem tertia navi, retineri penitus non potuit. Quæ seensa, cum impellente vento altum mare ingressi fuissent, os ejus virtus sancti Antistitis reseravit. Qui extensis ad cælum manibus locutus est, dicens: Gratias tibi ago, omnipotens Deus, qui me hoc iter suscipere jussisti. Jam enim priusquam templum Sancti tui videam, ejus refectus sum beneficiis. Quibus navigantibus Burdegalæ urbi appulsi sunt: egressusque hinc de navi, ad basilicam sancti Dei accedens, ac votum suum exsolvens, quæ scripsimus, ab ipsius ore relata eogrovimus.

CAPUT XLI [Al., XL].

De contracto et vinculis liberatis.

Alia vero festivitate adveniente, quæ in hinc celebratur, Maurellus quidam ex domo Ponticonensi (*Pontion*), servus Agini ducis, qui mense Martio per incursionem nescio quam unius poplitis perdiderat usum, et gressum figere non valens, adhibito sibi ad geniculum fuste, ut mos est claudorum, adfuit. Is cum per triduum orationem fudisset ad Dominum, quarta die quæ est in crastinum de festivitate, genu directo sanus abseessit. Post paucos autem dies homines, qui carceris vinculis tenebantur, divinitus absoluti, Sancti basilicam sunt ingressi, et per judicem immunes a damno laxati sunt.

CAPUT XLII [Al., XLI].

De alio contracto.

Puer quidam pedibus manibusque contractus, de villa Themello in pago Turonicæ urbis, vicij Ambiacensis^e, adveniens ad basilicam Sancti, dum inter reliquos petentes postularet victus stipem, visitatus a Sancti virtute directus abseessit.

CAPUT XLIII [Al., XLII].

De pueris febricitantibus sanatis.

1138 Alius quoque puerulus Euthymi [Gat., Enchenii] presbyteri nostri, eum in valetudinem febris

Gloria confess. cap. 21.

^d Hic omnes Mss. eam ut quadragesimum incipiunt, quos seenti fuimus, licet in Editis quæ sequuntur ad caput sequens habeantur sub capite trigesimo nono. Cantabriam hodie appellamus *la Biscaye*, quæ Hispaniæ provincia est inter Navarra, Castellam veterem et mare sita.

^e SB., *Ambaciensis* (*Amboise*). de quo jam non semel diximus.

nūniæ incidisset, ac exanimari ab eadem putaretur, A
de pulvere sancti sepulcri presbyter levans, ac fim-
brias pallæ superpositæ disrumpens secum detulit,
pulveremque puero hauriendum dedit, fimbrias vero
collo ejus alligavit. Mox febre restincta sanatus est.
Non dispari modo et Ulfariens presbyter alteri puero
febricitanti studium adhibens subvenit, et ille protin-
us per virtutem Sancti febre carens convaleuit.

CAPUT XLIV [Al., XLIII].

De Principio amente.

Principius ^a quidam vir bonus, Petrocoricæ ^b ur-
bis civis, amentiam nescio quam incurrisse putabatur,
et tam graviter agebatur interdum, ut de sensu vide-
retur excidere. Quod cum multis mensibus perferret,
beati Antistitis basilicam expetivit; ibique, ut arbi-
tror, quatuor residens menses, abstinens se a cibo ^B
carnium ac vino, adjutus Confessoris beati præsidio,
incolumis domui suæ re-titutus est.

CAPUT XLV [Al., XLIV].

De Leodulfo cæco sanato.

Et quia rusticitas hominum, dnm parum prædica-
tionem sacerdotalem sequitur, ipsa se præparat ad
Dei offensam, quod nuper gestum fuit edicam. Leodul-
fus quidam, Biturigæ urbis homo, cum fenum se-
cuisset, metuens ne adventu pluvie venientis infun-
deretur et laborem suum perderet, die Dominico
mane junctis bobus ad pratum direxit, ac super plau-
strum fenum agglomerare cœpit: statimque pes ejus
unus quasi ardens ei visus est, regressusque ad hos-
pitiū suum, quievit ab opere. Post missarum vero ^C
solemnia celebrata, **1139** iterum junctis bobus
opus cœptum pergit explere: completumque cum
esset plaustrum feno, statim oculi ejus quasi a qui-
busdam aculeis puncti, dolorem maximum intulerunt.
Quibus conclusis nunquam deinceps eos aperire po-
tuit. Sicque per annum integrum in cæcitate perman-
ens, ad festivitatem sancti Antistitis devotus advē-

^a Editi cum Gat., *Præcipuus*.^b Petrocorii, vulgo *Périgueux*, urbs Gallie Aquita-
nicæ, ad Illam (*Lille*) fluvium.^c Capitula duo sequentia in veteribus Mss. non oc-

uit: cujus post diem tertiam, beneficio lucis quam
perdiderat restauratus est.

CAPUT XLVI [Al., XLV].

De duobus aliis contractis.

Eo ^e tempore, et alius contractus adveniēns, vir-
tute Sancti directus, propriis gressibus ad urbem
suam regressus est. Advenerat quidam ex Britannia,
nomine Paternianus, qui cæcus, mutus, ac surdus,
et manibus contractus per quoddam contagiū fue-
rat, et confectis omnibus membris a morbo, soli
tantum pedes præbebant homini sustentaculum. Pa-
troni præpotentis hic expetiit basilicam, orationem
fudit, apertis oculis lucem perditam aspexit, manus ad
usum pristinum recepit, et se salvatum beati Antisti-
tis virtute demirans, sospitatis **1140** suæ gratiam
populis declaravit. Ob hujus miraculi gratiam a nullis
munera capit, de quibus jam nonnullos a jugo
captivitatis exemit.

CAPUT XLVII [Al., XLVI].

De incendio ope ejus extincto.

Præsentī quoque tempore, apud Burdegaleusē
urbem domus una ignibus comprehensa vehementer
cœpit exuri. Cumque flammis hinc et inde spatiantibus
aliæ domus huic discrimini subjacerent, nec esset
dubium easdem hujus fœnitis calore depasci, con-
gregatus in circuito populus nomen beati Martini
cœpit attentius invocare, et ne vicinas domos virtus
ejus exuri permitteret, cum lacrymis deprecari:
sicque ad elevatam vocem deflentium cœpit crepitus
flammæ decidere. Atque illis clamantibus ad cœlum,
advenit subito, Antistite impartiente, præsidium;
collisumque supplicii oratione incendium, restinxit
plebs per lacrymas quod nequiverat superare per
undas. Eo tempore puer noster Laudovaldus ^d cum
graviter a dysenteria fatigaretur, ut de pulvere se-
pulcri accepit, protinus morbo caruit.

currunt in indice libris præfixo, et tamen habentur
integra in Codice suo loco

^d Colb., Clar., Rom. et Bell., *Launoaldus*.

Explicit liber quartus de virtutibus et miraculis sancti Martini confessoris.

*In Codice ms. sancti Victoris Parisiensis, qui Gregorii libros de Miraculis sancti Martini complectitur et aliquot capi-
tula libri de Gloria confessorum, habentur prosa uti illic appellatur et oratio in sancti Martini honorem, quæ opuscula
cont stationem et collectionem potius esse crediderim, ex vetustis Missalibus excerpta. Ea vero huc referre visum est,
quod nonnullis fortasse videbuntur talia quæ possint inter Gregorii nostri opera locum habere.*

PROSA DE SANCTO MARTINO.

Sacerdotem Christi Martinum cuncta per orbem ^D
canat Ecclesia pacis catholica, atque illius nomen
omnis hæreticus fugiat pavidus. Pannonia lætetur
genitrix talis filii, Italia exsultet alitrix tanti juvenis,
et Gallie trina divisio sacro certet litigio cujus es-
debeat præsul; sed pariter halere se patrem omnes
gaudeant, Turonici soli ejus corpus foveant. Hinc Fra-
corum atque Germanie plebs omnis plandat, quibus
videndum inspexit Dominum in sua veste. Hic celebris
est Ægypti partibus, Græcie **1141** quoque cunctis

* Hic aliquid deesse videtur. Edit.

sapientibus, qui impares se Martini meritis sentiunt, A
atque ejus medicamini. Nam febres sedat, dæmones-
que fugat, paralytica membra glutinat, et mortuo-
rum sua prece trium reddit corpora vitæ pristinæ.
Hic ritus sacrilegos destruit, et ad Christi gloriam
dat ignibus idola. Hic nudis mysteria brachiis confi-
ciens, præditus est cœlesti lumine, hic oculis ac ma-
nibus in cœlum est totis viribus suspensus, terrena
euneta respuit. Ejus oïi nunquam Christus absuit,
sive justitia, vel quidquid ad veram vitam pertinet.
Igitur te eumti poscimus, o Martine, ut qui multa
mira hic ostendisti, etiam de cœlo gratiam Christi
nobis supplicatu tuo semper infundas, etc.

Omnipotens sempiternæ Deus, fons et origo totius
boni, qui in beato Martino antistite glorificaris, laus
virtutis ejus, et robur fortitudinis illius; gloria san-
ctitatis ejus, et decor formæ ipsius, amor cordis ejus
suspensioque animæ ipsius, lumen mentis **1142**

ejus et dux itineris illius; qui in eo imaginis tuæ si-
militudinem mirabili expressione reformasti, et per
eum puritatis tuæ formam quodammodo palpabilem
nobis exhibuisti; quem, eum diligeret, te inspirante,
justitiam, odiretque iniquitatem, unxisti oleo exul-
tationis non præ participibus tuis, sed inter maximos
Unigeniti tui participes; exaudi, ipso intercedente,
deprecationes nostras gravi peccatorum pondere
pressas, et præsta ut preces ejus apud misericordiam
tuam scelerum meorum maculas deleant, exempla
me, ad altiora piæ operationis provocent, miracula a
malis terreant, charismatumque ejus flagrantia ad
currendum post te in odore unguentorum tuorum
me pertrahat. imber doctrinæ ejus mei cordis duri-
tiam infundat, omnisque gratia, quam abs te boni
auctore acceperit, ad meæ proficiat devotionis atque
salutis augmentum. Per eundem.

SANCTI GEORGII FLORENTII GREGORII

EPISCOPI TURONENSIS

VITÆ PATRUM,

SEU

LIBER DE VITA QUORUMDAM FELICIOSORUM *.

Prologus.

1143 Statueram quidem illa tantum scribere, quæ ad sepulera beatissimorum martyrum confesso-
rumque divinitus gesta sunt: sed quoniam quædam de iis nuper reperi quos beatæ conversationis meritum
evexit ad cælum, quorumque vitæ tramitem certis relationibus cognitum Ecclesiam ædificare putavi, dicere
aliqua ex illis opportunitate cogente non differo, quia sanctorum Vita non modo eorum pandit propositum,
verum etiam auditorum animos incitat ad profectum: et quæritur a quibusdam utrum Vitam sanctorum, an
Vitas a dicere debeamus. Agellius ^b autem et **1144** complures alii philosophorum Vitas dicere voluerunt.
Nam Plinius ^c auctor in tertio Artis grammaticæ libro, ait: Vitas antiqui cujuscunque nostrum dixerunt; sed
grammatici pluralem non putant habere vitam. Unde manifestum est melius dici Vitam Patrum quam Vitas:
quia cum sit diversitas meritorum virtutumque, una tamen omnes vita corporis alit in mundo. Et scripsi
fateor in inferiore ^d Confessorum libro aliqua de quorundam vita, quæ in corpore operati sunt breviora:
ideireo quia eum de Dei virtute ingenia censeantur, parva tamen redduntur in scriptis: prolixiora quoque
in hoc, quod Vita ^e Sanctorum vocitare volumus, libro imperiti idiotæque **1145** præsumimus propalare,

* Al., *religiosorum*.

^a Laud. et Ed. *Vita..... Vitæ*.

^b Sic Mss. At Editi habent *Aulus Gellius*, quæ
varietas etiam apud alios auctores occurrit. Vide
August. lib. 1x de Civ. Dei cap. 4, edit. novæ. Is est
Atticæ Noctium auctor, qui sæculo 11 floruit circa
tempora M. Aurelii imp.

^c Is est Plinius senior, qui Neronis tempore vixit,
et scripsit Historiam naturalem, in ejus prologo lau-
dat Artis grammaticæ libros. Avunculus fuit Plinii
junioris.

^d Editi, *superiore*. Et quidem supra laudat librum

^C de Gloria confessorum; sed, ut jam monuimus, libros
de Gloria confess. scripsit post plerasque Vitas Pá-
trum, licet Vitas Patrum post librum de Glor. conf.
recognoverit. Unde hic utraque lectio bona est. Li-
brum de Vitis Patrum post libros septem Miraculo-
rum recenset ipse Gregorius in fine Historiæ: illum
autem alias præmittit libro de Gloria confessorum,
ut ex ejus prologo patet.

* Bad., *quem Vita*. Alii Ed., *quem de Vita*. Dicitur
in prologo libri de Gloria conf.: *De quorundam fe-
liciosorum*, seu, ut alii Codd. habent, *rel gioso: vitæ*
Vita.

orantes Dominum, ut dignetur dare verbum in ore nostro, qui ora multorum ad usus pristinos sæpius reseravit, ut a auditoribus lectoribusque salutaria, et sanctis Patribus digna, labia mea referant; et quæ in sanctis præcipit scribi, reputet ea suis in laudibus declamari.

^a Hæc usque ad *referant*, desunt in Mss.

CAPUT PRIMUM.

De Lupicino atque Romano abbatibus.

Series evangelicæ admonet disciplinæ (*Matth.* xv, 27), ut dominicæ largitionis pecunia nummulariis fenerata, cum digno multiplicationis fructu dispensante Domino restaretur, nec altis defossa foveis recondatur ad detrimentum, sed rationabili dispensatione porrecta, æternæ vitæ ereseat ad iterum; ut incipiens retributionis Dominus quæ commodavit inquirere, cum usuris receptis fenerationis suæ duplici satisfactione talentis, dicat: *Euge, serve bone, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui* (*Matth.* xv, 21). Prædestinatorum est enim ista cum Dei ope perficere, qui ab ipsis eunabulorum vagitibus, ut sæpe de multis legitur, Dominum scire meruerunt, cognitoque eo, nonquam ab ejus præceptionibus recesserunt, neque post baptismi sacramentum niveam illam polentemque regenerationis stolam impudicis actibus polluerunt. Qui merito sequuntur Agnum quocumque ierit, quos ipsius Agni candor egregius liliis decoris nullo tentationis ætu marcentibus coronavit. His denique seris, dextera inelytæ dominationis extenta, inchoantes provocat, vincentes adjuvat, victores adornat, quos nominis sui titulo præsignatos de terrenis gemitibus elevans, in cælorum evexit gaudia gloriosos. De quorum niveo electionis numero et illos esse non ambigo, qui Jurensis eremi opaca lustrantes, non modo se Dei templum efficere meruerunt, verum etiam in multis mentibus Spiritus sancti gratiæ **1146** tabernacula paraverunt: id est, Lupicinus, Romanusque ^a germanus ejus.

I. Igitur Lupicinus (*Crist. an.* 430, 21 *Mart.*) ab exordio ætatis suæ Deum toto requirens corde, litteris institutus, cum ad legitimam transisset ætatem, genitore cogente, cum animi non præberet consensum, sponsali vinculo necitur. Romanus vero adhuc adolescentior (*An.* 460, 28 *Feb.*), et ipse ad Dei opus animum extendere cupiens, nuptias refutavit. Parentibus vero relinquendis sæculum, hi communi consensu eremum petunt, et accedentes simul inter illa Jurensis ^b deserti secreta, quæ inter Burgundiam Alemanniamque ^c sita, Aventicæ adjacent civitati, tabernacula figunt, prostratique solo Dominum de-

^a Utriusque, et sancti Engendi, Vitas scripsit anonymus auctor ejusdem sancti Engendi discipulus, qui sæculi vi initio vixit. Quas videsis apud Bollandianos et sæc. i Act. sanctorum Bened.

^b Sic appellatur a Jura monte, hodieque sub hoc vel sancti Claudi nomine celebre, inter Helvetos et Sequanos situm. De Aventicæ civitate, cujus sedes episcopalis Lausannam translata est, jam diximus. Fallitur, ut quidem existimo, qui Aventicæ urbis rudera se invenisse nuper putavit haud procul a monasterio

A bus singulis cum psallentii modulamine deprecantur, victum de radicibus quærentes herbarum. Sed quoniam livor illius qui de cælo delapsus est, semper insidias humano generi consuevit intendere, contra hos Dei servos armatur, hosque per ministros suos a cæpto itinere nititur revocare. Nam lapidibus urgere eos dæmones per dies singulos non desinebant, et quotiescunque genua ad orandum Dominum deflexissent, statim iuber lapidum super eosdem jacientibus dæmonis deruebat, ita ut sæpe vulnerati immensis dolorum cruciatibus torquerentur. Interea ætas adhuc immatura cœpit injurias quotidiani hostis metuere, nec passa diutius sufferre dolores, relinquens eremum, ad propria redire deliberat. Sed quid invidia non cogat inimici? Verum ubi relinquentes hoc habitaculum quod expetierant, ad villas manentium sunt regressi, domum cujusdam pauperis ingrediuntur. Percunetatur autem mulier de quo itinere milites Christi venirent. Respondent non sine confusione se reliquisse eremum, et quæ eos causa a cæpto distulerit opere, per ordinem pandunt. At illa ait: *Oportuerat vos, o viri Dei, contra insidias diaboli viriliter dimicare, nec formidare ejus inimicitias, qui sæpius ab amicis Dei superatus occubuit. Æmulus 1147* est enim sanctitati, dum metuit ne unde ille perfidabilis ^d corruit genus humanum fide nobilitatum ascendat. At illi compuncti corde, et seorsum discreti a muliere, dixerunt: *Væ nobis, quia peccavimus in Deum dimittendo propositum nostrum. Ecce nunc a muliere arguimur pro ignavia. Et qualis nobis in posterum erit vita, si ea unde æstu inimici expulsi fuimus non repetamus?*

II. Tunc armati vexillo crucis, sumptis in manu bacillis, regressi sunt ad eremum. Quibus venientibus iterum eos insidiæ dæmonis lapidibus cœperunt urgere: sed persistentes in oratione, obtinuerunt a Domini misericordia ut, remota tentatione, liberi ad illum divini cultus famulatum expeditique perseverarent. His denique in oratione vacantibus [*Ed.*, persistentibus], cœperunt ad eos turbæ fratrum hinc et inde confluere, et audire verbum prædicationis ab eis. Cumque jam beati eremite populis, ut diximus, publicati fuissent, fecerunt sibi monasterium, quod Condatiscone ^e vocitari voluerunt, in quo, succisis

D Jurensi.

^e Alemannorum sedes in Suevia trans Rhenum fuere, sed postea, trajecto Rheno, regionem quæ tunc ad Maximam Sequanorum pertinebat, ab illo fluvio ad Juram montem occuparunt. Cui et Alemanniæ nomen fecerunt, de qua hic Gregorius. Vide Sirmond. in *car.* 7 Apollinaris Sidonii.

^d Edit., *perfidia vilis*.

^e Vulgo Condatescense appellatur, postea sancti Engendi (*Saint-Oyan*), qui fuit ejusdem loci abbas,

silvis et in plana redactis, de laboribus manuum A
 propriarum victum quærebant; tantusque fervor de
 Dei amore proximos locorum accenderat, ut con-
 gregata ad officium Dei multitudo simul habitare non
 posset: feceruntque iterum aliud monasterium, in
 quo felicis alvearis examen instituerunt. Sed et his
 deinceps cum Dei adjutorio ampliatis, tertium intra
 Alemanniæ terminum monasterium locaverunt. Ibant-
 que vicissim hi duo patres requirentes filios, quos di-
 vinitus imbuerent disciplinis, prædicantes in singulis
 monasteriis ea quæ ad institutionem animæ pertine-
 bant. Lupicinus tamen abbas [*Ed.*, abbas] super
 eos obtinuit monarchiam. Erat autem valde sobrius,
 et a cibo potuque abstinens, ita ut plerumque tert a
 die reficeretur. Cum autem eum, sicut corporis hu-
 mani deposcit necessitas, sitis arriperet, vas cum
 aqua exhiberi faciebat, in qua manus immersas diu-
 tius retinebat. Mirum dictum! ita **1143** absorbebat
 caro ejus aquam appositam, ut putares eam per os
 ejus assumi, et sic ardor sitis exstinguebatur. Erat
 enim severus valde in distinctione fratrum, nec quem-
 quam non modo perverse agere, verum etiam nec
 loqui sinebat: mulierum quoque vel colloquia, vel
 occursus valde vitabat. Romanus ita erat simplex, ut
 nihil de his penitus ad animum duceret, sed omnibus
 tam viris quam mulieribus æqualiter flagitamam bene-
 dictionem Divinitatis nomine invocato tribueret.

III. Lupicinus igitur abbas cum minus haberet unde
 tantam sustineret congregationem, revelavit ei Deus
 locum in eremo, in quo antiquitus thesauri reconditi
 fuerant: ad quem locum accedens solus, aurum argen-
 tumque, quantum levare poterat, monasterio in-
 ferebat, et exinde, coempto cibo, reficiebat fratrum
 multitudines quos ad Dei officium congregaverat. Sic-
 que faciebat per singulos annos. Nulli tamen fratrum
 patefecit locum quem ei Dominus dignatus est reve-
 lare. Factum est autem ut quodam tempore visitaret
 fratres quos in illis Alemanniæ regionibus diximus
 congregatos; et accedens meridie, cum adhuc fra-
 tres in agro essent, ingressus est domum, in qua
 cibi coquebantur ad reficiendum: viditque diversorum
 ferulorum apparatus magnum, piscinumque mul-
 titudinem aggregatam, dixitque in corde suo: Non
 est dignum ut monachi, quorum vita solitaria est,
 tam ineptis utantur sumptibus. Et statim jussit præ-
 parari æneum magnum. Cumque locatus super ignem
 fervere cœpisset, posuit in eo cunetos simul, quos
 paraverant cibus, tam pisces quam olera sive legu-
 mina, vel quidquid ad comedendum monachis desti-
 natum fuerat, dixitque: De his pulvis nunc refici-
 entur fratres. Nam non deliciis vacent, quæ eos a

ac demum sancti Clandii; quod ille, dimisso Veson-
 tionensi episcopatu, huc secesserit, dictum est. Quod
 nomen hodieque retinet, ac perseverat celebre sub
 S. P. Benedicti ordine. Alterum monasterium Lau-
 concense dicunt, jam pridem destructum est. Super-
 est ecclesia, quæ parochialis est titulus. Denique ter-
 tium situm in comitatu Waldensi diocesis Lausan-
 nen-sis seu Aventicensis, sæculo ix labente, sancti
 Odonis Cluniacensis abbatis regimini commissum
 fuit, ut ex litteris Adeleydis patet, quæ sæculo v Act.

divino impediunt opere. Quod illi cognoscentes,
 valde moleste tulerunt. Tunc duodecim viri, habito
 consilio, iracundiâ inflammati, reliquerunt locum, et
 abierunt per **1149** deserta vagantes, et ea quæ
 erant sæculi delectabilia inquirentes. Revelatumque
 est statim per visum Romano, nec ei voluit divina
 miseratio rem actam occultare. Regresso quoque ab-
 bate ad monasterium dicit: Si sic futurum erat, ut
 ad dispersionem fratrum abires, utinam nec acces-
 sisses ad eos. Cui ille: Noli, inquit, moleste ferre,
 frater dilectissime, quæ acta sunt. Nam scias purga-
 tam esse aream Domini, et triticum tantum recondi-
 tum in horreo, pleas autem ejectas esse foras. Et
 ille: Utinam nullus abscessisset ex his! sed nunc in-
 dica, quæso, mihi quanti exinde abierunt. Qui re-
 spondit: Duodecim viri cothurnosi atque elati, in
 quibus Deus non habitat. Tunc Romanus cum lacry-
 mis ait: Credo in illo divinæ miserationis respectu,
 quia nec illos separabit a thesauro suo, sed congreg-
 abit eos, et lucri eos faciet pro quibus pati dignatus
 est. Et facta pro his oratione, obtinuit ut reverten-
 tur ad gratiam omnipotentis Dei. Dominus enim
 compungit fecit corda eorum; et agentes pœnitent-
 tiam pro excessu suo, congregaverunt singuli con-
 gregationes suas, et fecerunt sibi monasteria, quæ
 usque hodie in Dei laudibus perseverant. Romanus
 autem persistebat in simplicitate et operibus bonis,
 visitans infirmos, et salvans eos oratione sua.

IV. Factum est autem quodam tempore, dum iter
 ageret ad visitandos fratres, ut, occupante crepu-
 sculo, ad hospitium diverteret leprosororum. Erant
 autem novem viri. Susceptusque ab eis, statim plenus
 charitate Dei jussit aquam calidam fieri, atque om-
 nium pedes manu propria lavit, lectulumque spatio-
 sum fieri præcepit, ut omnes in uno strata requiesce-
 rent, non abhorrens luridæ maculam lepræ. Quod
 cum factum fuisset, obdormientibus leprosis, hic in-
 ter decantationes psalmorum vigilans, extendit ma-
 num suam, et tetigit latus infirmi unius, statimque
 mundatus est: tactuque salubri iterum tangens
 alium, et ipse protinus est mundatus. Cumque se
 sensissent redditos sanitati, tetigit unusquisque proxi-
 mum suum, ut scilicet expergefacti rogarent **1150**
 Sanctum pro emundatione sua. Sed cum tacti ab in-
 vicem fuissent, et ipsi mundati sunt. Mente autem
 facto aspiciens omnes nitente eute effulgere, gratias
 agens Deo, et vale dicens, ac singulorum oscula
 libans, abscessit; mandans eis ut semper ea quæ Dei
 erant et retinerent pectore, et operibus exerceant.

V. Lupicinus autem jam senex factus accessit ad
 Chilpericum regem, qui tunc Burgundiæ præerat.

sanctorum Ord. Bened. editæ sunt, pag. 155. Dicitur
Romanum monasterium in Bibliotheca Cluniac. sub
 quo nomine hodieque nomen est, vulgo *Romain-Mou-
 tier*, in pago Bernensi (*le canton de Berne*), in Hel-
 vetia, prope Novum Castrum (*Neuschâtel*).

* Is est Chilpericus Gnuinchi Burgundionum regis
 filius, Clotildis, Clodovei Magni Franc. regis uxoris,
 pater: quem ejus frater Gundobadus cum uxore oc-
 cidit, ut narrat Gregorius lib. ii Hist. cap. 28 et Fre-
 degarius epitom. cap. 17. Ille regiam habuit agra-

Audierat enim cum habitare apud urbem Janubam. A Cujus cum ingressus est portam, tremuit cathedra regis, qui ea hora ad convivium residebat, exterritusque ait suis: Terramotus factus est. Responderunt qui aderant, nihil se sensisse commotionis. Et ille: Occurrite quantocius ad portam, ne forte aliquis adversari cupiens regno nostro adsit, quasi nociturus nobis; non enim sine causa hæc sella contremuit. Qui protinus concurrentes, offenderunt senem in veste pellicia, et dixerunt regi de eo, qui ait: Ite, adducite eum in conspectu meo, ut intelligam ejus ordinis homo sit. Et statim adductus stetit coram rege, sicut quondam Jacob coram Pharaone. Cui ille ait: Quis es, vel unde venisti? aut quod est opus tuum? vel quid necessitatis eges [Ed., habes] ut venias ad nos, edicito? Cui ille: Pater sum, inquit, dominicarum ovium, quas cum Dominus spiritalibus B fructibus jugi administratione reficiat, corporalia eis interdum alimenta deficiunt. Ideo petimus potentiam vestram ut ad victus vestitusque necessaria aliquid tribuatis. Rex vero hæc audiens ait: Accipite agros vineasque, de quibus possitis vivere, ac necessitates vestras explere. Qui respondit: Agros et vineas non accipiemus, sed si placet potestati vestræ, aliquid de fructibus delegate, quia non decet monachos facultatibus mundanis extolli, sed in humilitate cordis Dei regnum justitiamque ejus exquirere. At rex, cum audisset hæc verba, dedit eis præceptionem ut annis singulis trecentos modios tritici ejusdemque mensuræ numero vinum accipiant, et centum aureos ad comparanda fratrum indumenta. Quod usque nunc a fisci C ditionibus 1151 capere referuntur.

VI. Post hæc autem cum jam senes perfectæque essent a ætatis, Lupicinus abbas scilicet, et Romanus frater ejus, ait Lupicinus germano suo: Dic, inquit, mihi in quali monasterio vis tibi parari sepulcrum, ut simul quiescamus? Qui ait: Non potest fieri ut ego in monasterio sepulcrum habeam, a quo mulierum accessus arceatur b. Nosti enim quod mihi indigno et non merenti Dominus Deus meus gratiam tribuit curationum, multique per impositionem manus meæ ac virtutem crucis dominicæ, a diversis languoribus sunt erepti. Erit autem concursus ad tumulum meum, si ab hac luce migravero. Ideoque rogo, ut emibus a monasterio requiescam. Pro hac vero causa cum obiisset, in decem millibus a monasterio in monte parvulo sepultus est: super ejus deinceps sepulcrum magnam templum ædificatum est c, in quod ingens frequentia populi diebus singulis accurrit. Multæ enim virtutes ibi in Dei nomine nunc ostenduntur.

Genevam, quam Gregorius hic Janubam, Bal., mendose, Lanubam appellat. De hoc Apollinaris Sidon. l. v. epist. 6 et 7. Vide S. Hieronimi et Simondi notas.

a Ed., cum senex provecæque esset ætatis.

b Ne quidem in ecclesiam monachorum admittantur mulieres in plerisque locis, ut probat noster Marcellinus Praef. in sac. i Act. sanctorum Bened., quam consuetudinem Cistercienses initio renovaverunt.

c Iste locus in anonymo in Vita sancti Romani Balmense monasterium dicitur, ejus hodie sub trisco nomine Balmæ sola superest ecclesia, inter

duntaxat; nam et cæci ibi lumen, et surdi auditum, et paralytici gressum plerumque recipiunt. Lupicinus autem abbas obiit, intra monasterii basilicam est sepultus: reliquitque Domino pecuniæ creditæ multiplicata talenta, id est, beatas monachorum congregaciones in ejus laude devotas.

CAUT II.

De sancto Illidio episcopo.

Inter reliqua vitæ perpetuæ semina, quæ cælestis Sator ex illo divinitatis fonte mentis incultæ arvom vel irrigavit institutione, vel dogmate fecundavit, ait: Omnis qui non accipit crucem suam et sequitur me, non est me dignus (Matth. x, 33). Et d alibi: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam; et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam (Joan. xii, 24, 25). 1152 Sed ille nihilominus vas electionis beatus Paulus apostolus, dicit: Semper mortificationem Christi in corpore vestro circumferentes, ut et vita Jesu manifestetur in corde [Mss. duo, corpore] vestro mortali (II Cor. iv, 10). Ergo Confessores Christi, quos tempus persecutionis ad martyrium non laessivit, ipsi sibi persecutores effecti, modo e ut digni Deo haberentur, diversas abstinentiæ cruces adhibuerunt; et ut mortificationis membris soli illi f viverent, de quo idem Apostolus dixit: Jam non vivo ego, v'vit autem in me Christus g (Gal. ii, 20); et alibi, allegans illud psalms quadragesimi tertii: Propter te mortificamur tota die. aestimati sumus, sicut oves occisionis (Rom. viii, 36). Aspicebant enim per illos mentis internæ oculos Dominum cælorum descendisse ad terras, non abjectum ad humilitatem, sed humiliatum misericorditer ad mundi redemptionem: aspicebant pendentes in patibulo, non deitatis gloriam, sed assumpti corporis hostiam mundam, de qua Joannes paulo ante prædixerat: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata hujus mundi (Joan. i, 29). Habebant in se et clavorum affixionem, cum a timore ejus confixi, atque a judiciis divinis exterriti, nihil indignum ejus omnipotentis in corporis sui habitatione gerebant, juxta illud quod psalmo centesimo decimo octavo scriptum est: Confite timore tuo carnes meas; a judiciis enim tuis timui (Psal. cxviii, 120). Fulgebat in his et illud resurrectionis lumen insigne, quo angelus refulsit, dum revolvit lapidem monumenti, de quo Marci decimo sexto: Et introeuntes in monumentum, viderunt juvenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, saxa et rupes sita. Aliud enim est monasterium virginum ejusdem nominis, quod etiam nunc sub regula Benedictina perseverat inter Vesuntionem et Montem Belliardii, sicut et tertium Cluniacensis ord. in eadem diocesi Vesuntionensi.

d Hæc desunt in Mss. tribus usque ad, sed ille.

e Colb., sibi persecutoris modo, ut. Land. in Ed., sed deest modo.

f Ed., Christo.

g Hæc in Mss. tribus desunt usque ad occisionis. Desunt et textus psalms cxviii et Marci xvi, infra laudati.

et obstupuerunt (Marc. xvi, 5). Quo et Jesus splenduit sub illa ostiorum obseratorum inclusione, cum improvisus in medio apostolice senatus astitit comitatu: quos idem Dominus eosdem verbis vitæ imbuens cœlesti est euectus in arce. Inter quos et beatus confessor Illidius ita hæc omnia in cordis sui tabernaculo collocavit, ut et ipse quoque templum sancti Spiritus effici mereretur: de ejus vita aliqua scripturus, veniam peto a legentibus. Non enim **1153** me artis grammaticæ studium imbuuit, neque auctorum sæcularium polita lectio erudit, sed tantum beati patris Aviti Arverni pontificis studium ad ecclesiastica sollicitavit scripta^a. Si mihi non ad iudicium contingerent quæ ipso prædicante audivi, vel cogente relegi, quia ea nequeo observare: qui me post Davidici carminis cannas [Mols., cantiones], ad illa evangelicæ prædicationis dicta, atque apostolicæ virtutis historias epistolasque perduxit; de quo ea tantum capere potui, ut cognoscerem Jesum Christum Filium Dei ad salutem mundi venisse, atque amicos ejus qui accepta cruce austeræ observantiæ Sponsum secuti sunt, dignis obsequiis honorare. Qua de re crudæ rusticitatis temeritatem ostendens, quæ de beato cognovi Illidio, illo quo possum proferam stylo.

I. Sanctus igitur Illidius cum perfectæ vitæ sanctitate polleret (An. 385, 5 Jun.), ac diversarum in se gratiarum charismata largiente Domino congressisset, illud quod adhuc sanctitatis culmini dærat, Deo inspirante ac populo eligente promuerit, ut sacerdos Arvernæ ecclesiæ, et dominicarum ovium pastor eligeretur. Cujus sanctitatis fama dum per diversos gratiarum evehitur ascensus, non solum ipsos Arverni territorii terminos, verum etiam vicinarum urbium fines adivit. Unde factum est ut hæc gloria Treverici imperatoris aures attingeret, cujus filia^b cum a spiritu immundo correpta graviter vexaretur, et non inveniretur a quo posset erui, beatum Illidium fama detexit: et dicto citius ab imperatore directi pueri, sanctum senem in antedicta repertum urbe potestati regis celeriter repræsentant. At ille venerabiliter exceptum de exitu infelicitatis conqueritur filia. Ille

^a Bol., *studium ecclesiastica sollicitavit scriptura*, quibus verbis Henschevius putat epistolam sancti Aviti laudari, quæ contineret loca Scripturæ superius memorata. At nihil aliud vult Gregorius quam sese a beato Avito educatum, et in literis ecclesiasticis eruditum fuisse, et sic hic locus exponitur in ejusdem Gregorii Vita huic tomo præfixa. Vide et Fortunati lib. v. carm. 4.

^b Idem habet Gregorius lib. i Hist., cap. 40, ubi Illidius quartus Arvernorum episcopus recensetur. Imperator, qui utrobique *Trevericus* appellatur, alius non est a Maximo tyranno, qui diu Treviris commoratus est. Ejus filiam, quæ a dæmone liberata fuisse dicitur, apud Arvernos sepultam volunt ex veteri inscriptione. — Narrat hic Gregorius et in lib. i Historiæ cap. 40, *Treverici imperatoris* filiam a sancto Illidio liberatam fuisse a dæmone. Sed nihil habet de ejus apud Arvernos adventu, imo nec secundæ Vitæ auctor. In ecclesia tamen Illidiana hodieque sepulcrum ejus visitur. Et quidem anno 1511, ut in historia translationis sancti Illidii legitur, apud Bollandianos, die 5 Junii, Albertus episcopus Claromontensis post aliorum sancto: um corporum factam translationem ape-

vero confusus in Domino in oratione prosternitur, nocteque cum sacris hymnis canticisque spiritalibus ducta, immissis in os puellæ digitis, nequam spiritum a corpore abegit obsessæ. Quod miraculum imperator cernens, immensos auri argentique cumulos sancto offert sacerdoti. Quod ille exsecrans ac refutans, hoc obtinuit ut Arverna civitas, quæ tributa in specie triticea ac vinaria dependebat, in auro dissolveret, quia cum gravi labore penuri inferebantur imperiali. Sanctus vero, ut aiunt, inpleto vitæ præsentis tempore, in ipso itineris curriculo migravit ad Christum, a suisque delatus, in urbe sua sepultus est^c.

II. Et forsitan, ut plerumque homines murmurare soliti sunt, quispiam garrulatur^d, dicens: Non potest hic haberi inter sanctos pro unius tantum operatione miraculi. Nam si perpenditur illud quod Dominus ait in Evangelio: *Multi mihi dicent in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus, virtutesque multas fecimus? et [Bell., et non] respondebo eis dicens, Quia non novi vos (Math. vii, 22, 23)*, profecto intelliget quod magis proficit ad laudem virtus egressa de tumulto, quam ea quæ quisquam vivens gessit in mundo: quia illa labem habere potuerunt per assidua mundanæ occupationis impedimenta, hæc vero omni labe ad liquidum caruerunt. Ergo quia illa, ut credimus, quæ sanctus Illidius ante hoc tempus operatus est, oblivioni data sunt, nec ad nostram notitiam pervenerunt, ea quæ propriis inspeximus oculis, expertique sumus, vel quæ a fidelibus agnita cognovimus, declaramus. Tempore quo Gallus episcopus Arverniam regebat ecclesiam (Vid. infra, cap. 6), horum scriptor in adolescentia degens graviter ægrotabat, et ab eo plerumque dilectione unica visitabatur, eo quod patris ejus esset; erat enim valetudo cum nimia stomachi pituita ac febre valida. Interea advenit parvulo desiderium, et, credo, inspirante Deo, ut ad beati Illidii basilicam deportaretur; illatusque manibus puerorum ad ejus tumulum, fusa oratione cum lacrymis, **1155** levi rem se sensit esse quam cum venerat;

ruit vas plumbeum, viro ecclesiæ monasterii Illidiani prope altare B. Mariæ affixum, in quo reperia sunt ossa filia imperatoris, quam sanctus Illidius a dæmone liberaverat. Prout, inquit, ille auctor, *infra idem vas in memoriali quodam plumbeo visum est contineri*. Memoriale istud, quod tunc æri incisum est, hæc exhibet inscriptionem, uti Savaro refert:

A. IMPERATORIS
ALEMANNICI. FILIA
QUAM. SCS. ILLIDIUS
LIBERAVIT. SEPULTA
XVI. K. APRILIS

^c Sepultus est in ecclesia quam ipse construxerat, hodieque sub ejus nomine celebri (*Saint-Allire*) cum adjuncto monasterio ord. sancti Bened. et cong. sancti Mauri, quod abbate regulari gaudet. Alteram sancti Illidii vitam habent Bollandiani ad diem 5 Junii, sed fabulis scatet. Sincerior est appendix ibi relata de ejusdem sancti corporis translatione an. 1511, ab Alberto episcopo facta. Ejus festum die 5 Junii memorat Martyrolog. Rom., at die 5 Junii celebratur apud Arvernos,

^d Colb., *garrulatur*. Ed., *garrulabit*.

reversnsque ad domum, iterum a febre corripitur. Quadam vero die cum gravius agere cœpisset, cumque febris asperior solito aggravaret, et utrum evaderet dubia sub sorte jaceret, accedens genitrix ejus ait ad eum: Mœstum hodie, dulcis nate, sum habitora diem, cum te talis attinet febris. Et ille: Nihil, inquit, prorsus, obsecro, contristeris, sed ad sepulcrum me remitte beati Illidii pontificis. Credo enim, et fides mea est, quod virtus ejus, et tibi lætitiā, et mihi tribuet sospitatem. Tunc Sancti deportatus ad tumultum, orationem ad Dominum fudit ^a, spondens prostratus sponte, si eum obtentu Antistitis sui Dominus ab hoc contagio liberaret, clericum se futurum; nec prorsus moraretur, si deprecatio obtineret effectum. Hæc effatus sensit protinus discedere febrem, vocatoque puero, domum se reportari deposcit. Cumque in recubitu ubi tunc epulabantur fuisset illatus, erumpente a naribus sanguinis copia, febris simul cruorque defluxit. Quod meritis beati Confessoris præstitum habetur probatum. Sed et nuper Venerandi comitis servus, cum in diuturna cæcitate resideret, celebratis vigiliis, sanus abscessit.

III. De reliquiis vero ejus hæc ipse præfatus scriptor, ut actum est, propria contemplatione prospexit. Dedicaverat igitur oratorium (Vid. lib. de Gloria conf., cap. 20) infra domum ecclesiasticam urbis Turonicæ in primo sacerdotii sui anno, in quo cum reliquorum sanctorum pignoribus hujus antistitis reliquias collocavit. Post multos vero dedicationis dies admonitus est ab abbate ut reliquias quas in altari ipso locaverat visitaret, ne ab humore novi ædificii humectatæ, aliquid in his putredinis insideret. Quas cum requirere reperisset infectas, ablatas ex altari contra ignem siccare cœpit. Verum ubi ligaturas illas sigillatim composuit, ventum est ad reliquias beati Illidii episcopi. Denique tenens easdem contra ignem, filum quo ligatæ erant, quia erat valde prolixum, super ardentes decidit prunas, et tanquam æneum aut ferreum ab ardore ignis incanduit. Illo quoque parvi pendente quid **1156** filum fieret quo sanctæ reliquie ligarentur, æstimans ipsum ^b jam in favillam fuisse resolutum, comperit adhuc integrum et incorruptum, quippe quod vinculum et ligamen paulo ante fuisset hujus gloriosi pontificis.

IV. [Puer ^c erat parvulus quasi mensium decem, qui, ut res veritatis edocuit, ipsius Beati abnepos habebatur; gravissimi incommodi accessu afficiebatur. Flebat autem illius genitrix non minus obitum parvuli, quam quod non fuerat adhuc divino delibutus sacramento. Denique consilio habito, beati Confessoris adiit tumultum, exponit in pavimento ægrotum, qui nihil aliter quam solo spiritu palpitabat; atque in vigiliis obsecrationibusque coram sepulero Antistitis

^a Ed., orationem fudit... si eum antistitis sui virtus.

^b Sic Laud., Bell. et B. I. At. Colb. et cæteri Ed.: Fieret, tantum sanctæ reliquie siccarentur. Æstimans autem ipsum. BOH.: Quid de filo fieret, tantum ne sanctæ reliquie læderentur, dehinc sequitur et filum illæsum.

^c Quæ sequuntur ad clausulam Multa quidem, etc.,

excubat. Cumque plausam ales ille lucis nuntius [*Id est, gallus*], percussis alis, altius protulisset, puer, qui valde exanimis projectus fuerat, convaluit; et gaudia cordis, risu præcedente, patefaciens, aperto divinitus ore, evocat matrem, dicens: Accede huc. At illa cum tremore et gaudio accedens, quæ nunquam adhuc filii vocem audierat, stupens: Quod vis, inquit, dulcissime nate? Qui ait: Curre quantocius, atque aquarum mihi pocula defer. At illa persistens immobilis usque ad adventum lucis in oratione, grätias agens sancto Antistiti, sobolemque devovens, abscessit ad domum; porrectaque aqua, hausit infans; atque omni infirmitatis nexu absolutus, ad plenum convaluit. Deinde ad pristinos infantie vagitus rediens, loqui ultra non potuit, nisi cum ad illam ætatis seriem, in qua infantium lingua ad loquendum laxari solet, edacatus accessit. Sed nec illud silere arbitror, quod quodam tempore, quo elibanus ad coqueudas calcas basilicæ ipsius succenderetur, actum est. Jugum igitur quod os fornacis validissime confirmabat, dormientibus cum ipso loci abbate qui aderant, est effractum. Quo facto astitit presbytero repente per visum quasi sacerdos dicens: Festina velociter, et excita dormientes, ne eos futuræ ruinæ casus anticipet. Jam enim paratum est jugum, quod totam molem lapidum sustinet, **1157** cum ipso igne corruere. Ille vero expergefactus, amotis ab ore fornacis omnibus, cecidit ab utraque parte acervus lapidum aggregatus, nullum de astantibus lædens. Quod non sine Antistitis intercessionem præstitum reor. Tunc presbyter memoratus, oratione facta ad sepulcrum Sancti, reparatis jugis, lapidibusque relatis, in elibano opus cœptum, Antistite opitulante, peregit. Hujus confessoris beatum corpus ab antiquis in crypta sepultum fuit: sed quia arctum erat ædificium, ac difficilem habebat ingressum, sanctus Avitus pontifex urbis, constructa in circuitu miri operis absida, beatos inquisivit artus, reperitque in capsula tabulis formata ligneis, et juxta morem sarcophago clausit. In hoc loco et meritis et nomine Justus ^d requiescit; qui fuisse hujus gloriosi pontificis fertur archidiaconus.]

V. Multa quidem et alia de hoc sancto miracula sunt relata, quæ scribere longum putavi, hæc æstimans fidei perfectæ sulficere quæ dicta sunt, quia cui pauca non sufficiunt, plura non proderunt. Nam ad hujus tumultum cæci illuminantur, dæmones effugantur, surdi auditum et claudi recipiunt gressum, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui credentibus repromisit a se petita sine ambiguitate largiri.

CAPUT III.

De sancto Abraham abbate.

Nulli Catholicorum esse occultum reor quod Dom-

habentur in solo codice Molsheimensi, apud Bollandianos, die 5 Junii, qui codex ab annis supra noningentos in monasterio sancti Dionysii prop. Parisios scriptus fuit.

^d De hoc supra, lib. I Hist. cap. 40. Vide ad cap. 34 et seqq. de Gloria confess. not. *, supra, col. 855. Erit.

nus ait in Evangelio : *Amen dico vobis, si habueritis fidem integram, et non hæsitaveritis, si dixeritis huic monti: Transfer te; et transferet se, et omnia quæcumque petieritis in nomine meo, credite quia accipietis, et venient vobis* (Matth. xxi, 21; Marc. xi, 25). Ergo non erit dubium quin sancti obtinere possint a Domino quod petierint, quia in eo fidei fundamine positi ^a, nullis hæsitacionum fluctibus vacillantur: pro qua fide non solum infra patriæ terminum propriæ, dum cœlestem vitam agere cupiunt, exsules facti **1158** sicut, sed etiam transmarina ac peregrina petierunt loca, ut ei cui se devoverant plus placerent. Sicut nunc beatus Abraham abbas, qui post multas tentationes sæculi, fines est territorii ingressus Arverni. Qui non immerito Abraham illi comparatur seni pro magnitudine fidei, cui quondam dixerat Deus : *Exi de terra tua et de cognatione tua, et vade in terram quam monstravero tibi* (Gen. xii, 1). Reliquit autem hic non solum terram propriam, sed etiam illam veteris hominis actionem, et induit novum hominem, qui secundum Deum formatus est in justitia, sanctitate et veritate. Ideoque cum se perfectum in Dei opere cerneret, non fuit dubius in fide petere quod per vitam sanctam conlatus est obtinere: per quem opifex cœli, maris ac terræ, parva quidem numero, sed admiranda miracula operari dignatus est.

1. Igitur Abraham iste super Euphratis fluvii littus exortus est (An. 480, 15 Jun.), ubi in Dei opere proficiens ad visitandos eremitas, adire Ægypti solitudines concupivit. Quod iter dum tereret, a paganis ^b comprehensus, et multis pro Christi nomine affectus verberibus, in vincula conjicitur; in quibus per quinque annos exsultans, angelo solvente, laxatur. Occidentalem quoque plagam visitare cupiens, Arvernis advenit, ibique ad basilicam sancti Cyrici monasterium ^c collocavit. Erat enim viræ virtutis, fugat rhamonum, illuminatorque cæcærum, aliorum quoque morborum potentissimus medicator. Igitur cum festivitas supradictæ basilicæ advenisset, præpositum vocat, ut vasa vino plena ad reficiendum populum qui solemnitati aderat, in atrio ex more componeret. Clausatur monachus dicens: Ecce episcopum cum luce et civibus invitatum habes, et vix nobis supersunt quatuor vini amphoræ; unde omnia ista complebis? Et ille: Aperite mihi, inquit, penum. Quo aperto, ingressus est: et dans orationem, quasi ^d novus Elias, elevatis ad cœlum manibus, infusus fletu luminibus, ait: Ne deficiat, quæso, Domine, de hoc vasculo vinum, **1159** donec evinctis ministretur in abundantia. Et irruente in se Spiritu sancto, ait: Hæc dicit Dominus (III Reg. xvii, 14): Non deficiet

vinum de vase, sed omnibus petentibus affatum tribuetur, et abundabit. Veruntamen ad verbum et hilaritatem dispensationis illius cuncto populo in abundantia ministratum est, et superfuit. Sed quia strenuitas præpositi prins mensuraverat vasculum quinquagenarium, et repererat quatuor palmorum mensuram, cernens quæ acta fuerant, in crastino iterum mensurans, tantum reperit in vase, quantum in eo præcedente reliquerat die. Ex hoc Sancti virtus in populis declarata est, in quo monasterio plenus dierum obiit, ibique cum honore sepultus est. Erat enim eo tempore sanctus Sidonius episcopus, et Victorius dux, qui super septem civitates principatum, Eoricho Gothorum rege indulgente, susceperat. Hujus vero sancti epitaphium ^d beatus Sidonius scripsit, in quo aliqua de his quæ locutus sum est præfatus. Ad hujus enim beati Abraham sepulcrum plerumque frigoritici decubantes medicinæ cœlestis præsidio sublevantur.

CAPUT IV.

De sancto Quintiano episcopo.

Omnis qui se terrenæ materiæ corpus ferre cognoscit, cogitare debet, ne in his devolvatur quæ terrena et carnis hujus amica esse noscuntur; quia juxta apostolum Paulum: *Manifesta sunt opera carnis* (Gal. v, 19), plena immunditia et iniquitate, pollutumque et fetidum hominem qui ea sectatus fuerit reddunt, atque ad extremum fletibus deputant sempiternis. Fructus autem Spiritus est omne quod in Deo pollet ac nitet, quod in hoc sæculo, mortificata carne, animam exsultare facit, in futuro autem gaudiis donat æternis. Unde nos qui nunc sumus in corpore positi, aspicere debemus quæ **1160** operatus est Deus in sanctis suis, in quibus, tanquam in [Ed., intra] splendidum candidumque ac levigatum meritis tabernaculum, diversisque virtutum floribus adornatum, residens, extensa dexteræ majestate, dignatus est per eos miseratione propria perficere quæ petissent, sicut nunc per beatum Quintianum, de quo sermo futurus est, mentis nobilis generositate fulgidum, justitiæ opus plerumque complevit. Ergo non nos more pecorum carnis sectatio ad terrena submergat ac deprimat, sed potius sanctorum exemplis illecti, prudenter intelligentes quæ Dei sunt, spiritualis nos opera ad cœlestia ac sempiterna sustollat; neque in nobis mens ab impudicis actionibus victa luxuriat, sed, æternitatis pro meritis vindicans solum, victrix sapientia regnet.

1. Igitur beatissimus Quintianus, Afer natione (An. 527, 15 Nov.), et ut quidam volunt, nepos Faustus episcopi ^e, qui genitricem suam suscitasse perhibetur,

dem destructo, parochiæ titulo illustratur, juxta quam fons fuit sancto Abraham occupatus.

^d Ipsum in appendice dabimus. De Apollinari Sidonio et Victorio duce passim Gregorius loquitur.

^e Celebris fuit tunc temporis Faustus episc. Præsidiensis, qui pro fide exsul tempore Honerici, in exsilio loco monasterium edificaverat, ut patet ex Vita sancti Fulgentii. B. Faustum Buronitanum episcopum laudat Victor Vitensis lib. 1. tit. 11. Alterutius forte nepos fuit sanctus Quintianus.

^a Land. et Coll., in eo fides... posito. Ed. et Bell., in eis fides fundamine posito... vacillat.

^b Id est a Persis, ut ex ejus epitaphio patet, ubi rex eorum rex Susidis oræ dicitur, a Susa celebri Persarum urbe.

^c Idem habet lib. ii Hist. cap. 21, ubi vitam Abraham a se scriptam laudat. Ecce etiam sancti Cyrici ubi beatus Abraham et alii requiescunt, recenset auctor libri de Ecclesiis Clarom. cap. 14. Hodieque subsistit, vulgo Saint-Cirgues dicta, quæ, monasterio jam pri-

sanctitate praeclitus, virtutum dote fulgidus, charitatis igniculo fervidus, castitatis flore praecipuus, ad episcopatum Rutenae ecclesiae eligitur, expetitur, ordinatur^a. In quo episcopatu ampliatis adhuc virtutibus, cum in Dei semper operibus cresceret, auctam beati Amantii antistitis basilicam^b, sanctum corpus in antea transtulit; sed non fuit Sancto acceptabile hoc opus. Unde factum est ut per visum apparens diceret ei: Quia ausu temerario artus in pace quiescentes visus es amovisse, ecce ego removebo te ab hac urbe, et eris exsul in regione altera; verumtamen non privaberis ab honore quo frueris. Non post multum vero tempus, orto inter cives et episcopum scandalo, Gothos qui tunc in antedicta urbe morabantur suscipio attingit, quod se vellet episcopus Francorum ditioribus subdere, consilioque accepto, cogitaverunt eum perfodere gladio^c. Quod cum viro sancto innotiatum fuisset, de nocte consurgens, cum fidelissimis ministris suis **1161** ab urbe illa egrediens, Arvernus advenit; ibique a sancto Eufrasio episcopo, qui Aprimulo quondam antistiti successerat, receptus est, largitisque ei tam domibus quam agris et vineis, vel illis, vel qui^d Lugdunensi urbi praerat, summa eum diligentia excolebant. Erat enim iam senex, et verus Dei cultor. Decedente autem ab hoc mundo sancto Eufrasio, Apollinaris, tribus mensibus sacerdotio subministrato, migravit^e. Cum autem haec Theoderico regi nuntiata fuissent, jussit inibi sanctum Quintianum constitui, et omnem ei potestatem tradi ecclesiae, dicens: Hic ob nostri amoris zelum ab urbe sua ejectus est. Denique cum sanctus Quintianus in antedicta urbe potiretur episcopatu, Proculus quidam, ex aetario presbyter ordinatus, multas ei injurias intulit, omnemque potestatem illi de rebus ecclesiae auferens, vix ei quotidianum satis tenuem victum ministrari praecipit: sed per ejus orationem a civibus correptus prudentioribus, restituta omni potestate, se ab ejus removit insidiis. Antedictus tamen sacerdos non immemor injuriae, sicut quondam Paulus apostolus de Alexandro (*II Tim. iv, 14*), ita et hic de Proculo decantabat, dicens: Proculus aetarius multa mala mihi fecit, reddet illi Dominus secundum opera sua. Quod in posterum ei evenisse manifestum est.

II. Erat enim Vir beatus in oratione assiduus, et in tantum amator populi sui, ut adveniente Theoderico, ac vallante cum exercitu urbem, Sanctus Dei muros ejus per noctem psallendo circumiret, et ut regioni vel populo Dominus velociter succurrere di-

guarretur, afflicto in jejuniis atque vigiliis instanter orabat. Porro Theodericus rex cum cogitaret etiam muros urbis evertere (*An. 525*), mollivit eum misericordia Domini, et oratio sacerdotis sui^f, quem in exilium retrudere cogitabat. Nam nocte pavor perterritus de stratu suo exsilit, ac solus per viam publicam fugere nititur. Perdiderat enim sensum nesciens quid ageret. Quod animadvertentes suumque retinere conantes, vix potuerunt, cohortantes ut se signo salutari muniret. Tunc Hilpingus **1162** dux ejus accedens propius ad regem, ait: Audi, gloriosissime rex, consilium parvitas meae. Ecce muri civitatis istius fortissimi sunt, eaque propugnae ingentia vallant. Quod ut plenius magnificentia vestra cognoscat, de sanctis quorum basilicae muros urbis ambiunt haec loquor, sed antistes loci illius magnus apud Deum habetur. Noli facere quod cogitas; noli episcopo injuriam inferre, aut urbem evertere. Cujus consilium rex clementer accipiens, praecipuum posuit ne ullus ab octavo urbis milliario laederetur. Quod obtentum Sacerdotis praestitum nullus ambigat. Tunc et Proculus ille presbyter, irruptis Lovolautensis^g castris maris, ab ingredientibus hostibus ante ipsum ecclesiae altare gladiatorum ictibus in frusta disceptus est, reddiditque illi Dominus, sicut Sacerdos cantare consueverat, secundum opera sua.

III. Post peractam igitur stragem cladis Arvernae, Hortensius, unus ex senatoribus, comitatum urbis illius agens, quemdam de parentibus Sancti, id est Honoratum nomine, in urbis platea nequiter retineri jussit. Quod celeriter beato Viro nuntiatum est. At ille per amicos suos cepit rogare, ut eum data audientia absolvi juberet. Quod ille nullatenus praestitit. Tunc beatus senex deferri se in plateam qua ille tenebatur jubet: allatus autem rogabat milites ut eum dimitterent. Illi vero timentes, obedire ausi non sunt Pontifici. Et Sacerdos: Ad domum, inquit, Hortensii me velociter deportate. Erat enim senex valde, et propriis pedibus abire non poterat. Deferebant autem eum in domum Hortensii ministri ejus, excutiens in eam pulverem calciamenti sui, ait: Maledicta sit domus haec, et maledicti habitatores ejus in sempiternum, fiatque deserta, et non sit qui inhabitet in ea. Et dixit omnis populus: Amen. Et adjecit: Quaesio, Domine, nunquam de hac generatione provehatur quisquam ad episcopale sacerdotium^h, qui episcopum non obandit. Egresso autem ex ea Sacerdote, protinus omnes familiae, quae in

^a Fo nomine subscripsit concilio Agathensi an. 506, et Aurelian. i an. 511.

^b Alii, *aucta... basilica*. Sancti Amantii Vitam habet Labbens tomo II Bihl. novae, in qua de ejus translatione. Abbatiam sancti Amantii Ruthenensis, quae monasterio sancti Vitoni Verdunensis subjecta erat, comiti Ruthenensi oppigneravit pius abbas Richardus, pauperibus subveniendi causa in publica calamitate, ut refert Hugo Flaviniacensis in Chronico. In Actis visitationis diocesis Ruthenensis factae a Simone archiep. Bituricensi an. 1286, mentio fit prioris sancti Amantii burgi Ruthenensis.

^c Confer lib. II Hist. cap. 36.

^d Ed., *et ille et qui*, eodem sensu.

^e Confer cum lib. III Hist. cap. 2.

^f Et., *mollitus est... oratione sacerdotis ejus*.

^g Sic Mss., ut et in Hist. lib. III cap. 13, ubi eadem historia narratur. Editi tamen hic habent *Utrense*.

^h Sic et Saturninus Tolosatium primus episcopus imprecatus fuisse dicitur, supra, Hist. lib. I, cap. 28, ne nullus unquam ex Tolosae urbis civibus illi in episcopum assumeretur.

domo illa erant, a febre corripimur, et **1163** parumper ingemiscientes spiritum exhalabant. Quod cum jam die tertia ageretur, videns Hortensius sibi nihil de suis servientibus re-ervari, timens ne etiam et ipse pariter interiret, ad sanctum Virum mœnsis ingreditur, projectusque ad pedes ejus cum lacrymis veniam rogat. Quam ille benignissime indulgens, benedictam aquam domui transmisit, illaque per parietes respersa, omnis ægritudo protinus est depulsa, magnaque ibi virtus apparuit; nam et qui incurrerant sanati sunt, et qui sani [*Al.*, sanati] erant ultra non incurrerunt.

IV. In ecclesiasticis vero scripturis cruatit est habitus hic sacerdos; sed et in elemosynis magnificus fuit. Nam cum pauperem quempiam clamare cerneret, aiebat: Succurrite, quæso, succurrite, et pauperi victus necessaria ministrare. Ignari enim estis, o desides, et forsitan ipse est qui se per evangelicæ lectionis seriem reficiendum in pauperibus minimis esse mandavit (*Matth.* xxv, 40). Ejiciebat autem et dæmonia se confitentia. In monasterium autem Candidobrinse ^a veniens, cum energumenum quemdam reperisset atrocius debacchantem, misit presbyteros ut ei manus imponerent: sed cum eorum exorcizatione larva non fuisset expulsa, Sanctus Dei cominus appropinquans, et innissis in os ejus digitis, personam reddidit absolutam. Multa et alia miracula Vir beatus operatus est, et oratione facta, sæpius quæ petisset ad Dominum obtinebat. Porro in Arverno quodam tempore cum magna siccitas consumeret arva, et arentibus herbis nulla penitus junctis pabula remanerent, et Sanctus Dei rogationes illas, quæ ante ascensionem dominicam aguntur devotissime celebraret; die tertia cum jam portæ civitatis appropinquarent, suggerunt ei ut ipse antiphonam dignaretur imponere, dicentes: Si tu, beate Pontifex, devote antiphonam imposueris, confidimus de sanctitate tua, quod protinus nobis Dominus pluviam dignabitur benigna pietate largiri. At ille prostratus super cilicium suum, in ipsa platea diutissime **1164** eum fletu oravit. Exurgens autem antiphonam quam petebant, ut virtus fuit, imposuit: verba autem ejus ex illa Salomonicæ orationis edita hæc erant: *Si clauso cælo pluvix non fuerint propter peccata populi, et conversi deprecati fuerint faciem tuam; exaudi, Domine, et dimitte peccata populi tui, et da pluviam terræ, quam dedisti populo tuo ad possidendum* (*II Paral.* vi, 26, 27). Cumque psallere devotissime cœpissent, penetravit exelsæ potentix aures humilis oratio Confessoris; et ecce contenebratum est cælum, ac nubibus obtectum; et priusquam por-

A tam visis attingerent, descendit pluvia vehemens super universam terram illam, ita ut omnes mirarentur, ac dicerent ad preces hoc beati Viri fuisse largitum.

V. Senuit autem Sacerdos Dei, et in tantum ætate provecus est, ut sputum oris in terram projicere non valeret: sed adhibito labiis truchione ^b in eum salivas oris exponeret. Non caligavit oculus ejus, nec immutatum est cor a viis Dei: non seposuit vultum pauperis, nec metuit personam potentis; sed una eademque ei fuit in omnibus sancta libertas, ut ita susceperet penulam pauperis, ac si veneraretur togam inclyti senatoris. Obiit autem perfectus in sanctitate, et sepultus est in basilica sancti Stephani ^c ad lævam altaris, ad cujus nunc tumulum ^B pierumque quartanorum febris, melancholia compressa, restinguitur.

CAPUT V.

De sancto Portiano abbate.

Quanta omnipotens Deus sua dicatis nomine indulgeat, quantaque eisdem pro fidei servitio beignitatis ope ^d compenset! Magna quidem se pollicetur redditurum in cælo, sed quæ accepturi sunt plerumque hoc declarat in sæculo. Nam sæpius de servis liberos, de liberis efficit gloriosos, juxta illud Psalmographi dictum: *Suscitans a terra inopem, et de stercore erigens pauperem: ut collocet eum cum principibus* **1165** *populi sui*, (*Ps.* cxii, 7, 8). De hoc et Anna Helcanæ ait: *Saturati prius pro pane se locaverunt, et famelici saturati sunt* (*I Reg.* ii, 5). Ex hoc et ipsa Redemptoris nostri genitrix virgo Maria dicebat: *Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles* (*Luc.* i, 52). Sic et ipse Dominus in Evangelio ait: *Erunt primi novissimi, et novissimi primi* (*Matth.* xx, 16). Micet ^e ergo amore suo divina misericordia super inopes, ut de parvis magnos statuat, ac de infirmis Unigeniti sui faciat cohæredes. Præfecit enim de hac mundana egestate in cælo, quo scandere non potuit terrenum imperium; ut accedat illuc rusticus, quo accedere non meruit purpuratus. Sic nunc de beato Portiano abbate, quem non modo de onere mundani servitii eruit, verum etiam magnis virtutibus sublimavit, atque post mundam [*Ed.*, motum] et pressuras sæculi in requie æterna constituit, locavitque eum inter angelorum choros, de quibus expulsus est dominus ille terrenus.

I. Beatissimus igitur Portianus (*An.* 527, 24 *Nov.*) ab iuente ætate Deum querere cœli semper, etiam inter terrena servitia, conabatur. Sic enim servus fertur fuisse cujusdam barbari ^f, iisque cum plerum-

^a Sic Colb., Land. et plerique Editi. Bell., cum Bal., *Candidobrinse*. Hodie vulgo appellatur *Combronde*, prioratus Menatensi monasterio ordinis sancti Benedicti subjectus, in oppidulo cognomini.

^b Laud., cum Ed., *trudione*.

^c Hanc ecclesiam construxisse dicitur sancti Namatii uxor, supra, lib. ii Hist. cap. 17, ubi de ea diximus. Sancti Quintiani in ea quiescentis meminit libellus de Ecclesiis Clarom. cap. 13, ibique etiam-

nunc visitur ejus sepulcrum. Sed sacrum corpus inde translatum est in ecclesiam sanctorum Symphoriani et Genesii in urbem, ubi hodieque quiescit.

^d Ed., cum Laud., *quantumque... opem*.
^e SB., *Illucet*. Colb., *licet... misericordia inopum*. Bell. et Laud., *inlicet*. Bad. et Ed., præter Bal., *illucet*.

^f Id est, Frauci. Eum *Malsaugum* vocant nonnulli, quod effictum nomen videtur.

que ad monasterium confugeret, ut eum domino suo A abbas redderet excusatum : ad extremum fagens, dominus ejus ^a de vestigio sequitur, et abbatem calumniari cepit, reputans quod ipse eum seduceret ne sibi suus famulus deserviret. Cumque de consuetudine ut eum redderet calumniando abbatem insistere, dicit abbas Portiano : Quid vis ut faciam? Et ille : Redde, inquit, me excusatum. Cumque excusatus redditus fuisset, et dominus ejus reducere eum domum vellet, ita cæcatus est, ut nihil penitus posset agnoscere. Cernens autem se gravibus doloribus affici, abbatem vocat, dicens : Supplica, quæso, pro me Dominum, et accipe hunc servum ad ejus cultum ; forsitan promerebor recipere lumen amissum. Tunc abbas vocatum Beatum ^b ait : Impone, quæso, manus **1166** tuas super oculos ejus. Cumque ille reluctaret, tandem abbatis devictus precibus, super oculos domini sui signum beatæ crucis imposuit : statimque, disrupta caligine, et sedato dolore, pristina redditus est sanitati. At vero exin beatus Portianus clericus factus tanto virtutis cumulo est prælatus, ut decedente abbate ipse succederet ^c. Qui fertur æstivo tempore, cum ardor solis vi caloris sui cuncta consumeret, et etiam corpora, quæ robustiora potu ciboque erant, ab æstu defatigaret ; hic jejuniis post ^d perditum omnem ab ore lunioem, salem æstivans ruminabat, ex quo iterum assumpto liquore arentes gengivas parumper infliceret. Quæ res, quanquam palatum aridum humectaret, tamen majus tormentum addita corporis siti præstabat. Sal enim, ut nulli oculitur, magis ardorem sitis concitat quam exstinguat, sed ^e hic, tribuente Domino, areebatur ab eo.

II. His diebus Theodericus ingressus Arvernum terminum (An. 525), omnia exterminabat, cuncta devastabat. Cumque in Arthonensis ^e vici pratis castra metasset, antedictus senex ad occursum ejus properat, quasi pro populo rogaturus : ingressusque castra mane, rege adhuc in tentoriis dormiente, Sigivaldi papilionem, qui tunc primus cum eo habebatur aggressus est : et dum de hac captivitate conqueritur, Sigivaldus ut, ablatis aqua manibus, merum dignaretur accipere deprecatur, dicens : Magnum mihi hodie gaudium commodumque divina pietas præstat, si infra tentorii mei septa, facta oratione, potum dignaris accipere. Audierat enim famam sanctitatis ejus, idcirco et honorem ei pro Dei reverentia impendebat. Quod ille diversis modis excusans,

^a Ed. cum Laud., *fugientem... eum de.*

^b Accusandi casum pro ablativo hic, ut alias, usurpat insicr Gregorius.

^c Hoc monasterium, quod oppido circumjacenti nomen dedit, in Arvernorum finibus versus Burbonenses etiamdum subsistit, amisso ab annis octingentis abbatia titulo, in prioratum redactum, et monasterio Trenorchensi subjectum. Trenorchiensibus monachis an. 1627 seculari toga donatis, monasterium sancti Porciani sub regulari ordine permansit, ipod an. 1645 cong. sancti Maabri monachis Benedictinis reformandum commissum est.

^d In Colb. deest *post*, quæ lectio sincera videtur, Gregorio accusativum pro sexto casu, ut solet, ponente.

asserebat hoc non posse fieri : Quia, inquit, nec horum debita esset, nec regi dignum præbisset occursum, et, quod his omnibus potius erat, nec dum adhuc Domino psalmarum decantationem debitam exsolvisset. Sed his sepositis **1167** vi enim compulit, allatumque vasculum quo potio tenebatur, rogat ut eum Sanctus imposita prius manu sanctificaret. Qui elevata dextera cum signum crucis imposuisset, vasculum scinditur medium, ac vinum quod infra tenebatur, cum immenso serpente terræ diffunditur. Quod cernentes qui aderant, metu exterriti ad pedes beati Viri decidunt, lambunt vestigia, osculantur et plantas : mirantur omnes virtutem senis, mirantur et se ab iniqui anguis viru divinitus fuisse salvatos. Ad istud miraculum concurrunt omnes exercitus, valla ^b multitudo omnis beati Viri, cupiens ejus simbria manu tangere, etsi oculo honorare non potuit : et rex exsilit de stratu suo, accurritque ad beati Confessoris adventum, illoque tacente, cunctos quos respicebat captivos absolvit, et reliquos deinceps ut voluit, sic recepit. Duplex ^c ibi beneficium Domini cooperante largitus, et illos a morte eruit, et hos a iugo captivitatis exemit. Vere, ut ego credo, et fides mea est, quia constat ab hoc periculo salvatos quasi suscitatos a mortuis.

III. Nec hoc præterire volui quod eum diabolo diversis machinis conatus illudere, cum videret se nihil ei posse nocere, visibilibus illum præliis est aggressus. Nam nocte quadam dum se sopori dedisset, subito expergefactus vidit cellulam suam quasi incendio concremari ; exurgensque perterritus ostium petiit. Quod cum reserare nequiret, in oratione prosternitur, ac signum salutare coram se et circum se faciens, protinus phantasia flammarum quæ apparuerat evanuit, cognovitque hoc diaboli fuisse fallaciam. Idque statim revelatum est beato Protasio, qui tunc apud Cambidobrense monasterium ^f habebatur reclusus, qui eum summa festinatione monachum ex cellula sua ad fratrem dirigens, hortatus est, dicens : Oportet te, dilectissime frater, insidiis diaboli resistere viriliter, et nihil de illius dolositate pavescere, sed omnia quæ intulerit oratione assidua, ac signum crucis ^e contra **1168** opposito evincere, quia talibus semper tentationibus servos Dei nititur exprignare. Senuit autem Vir beatus, et, impleto boni ^d operis cursu, migravit ad Dominum, cujus nunc tumulus ^h sæpius divinis gloriatur virtutibus. Hæc

^e Plerique Ed. cum Laud., *Arthonensi*. Sed hic Artona vicus memoratur apud Arvernos no.issimus. Hæc Theoderici expeditio narratur in lib. II Hist. cap. 12 et seqq, ubi et de Sigivaldo agitur. Vide cap. præcedens de sancto Quintiano.

^f Ed., et sic recepit duplex, et deest largitus. Colb., *recepti ; sic duplex.*

^g De hoc monasterio dictum est cap. præced. Protasium recenset Saussains in appendice Martyrol. Gallie, inter eos quorum natalis dies est incertus. Branchus in Vitis sanctorum Arvernesium 24 Novembris consignat. Ex hoc solo Gregorii loco notus est.

^h In proprio monasterio sepultus est. Ejus sacrum corpus sæculo x labente e terra levatum est : exinde

tantum de sancto Viro cognovimus, non diducantes A
alios qui majora de eo cognoverunt, si voluerint
aliqua in ejus laudem conscribere.

CAPUT VI.

De sancto Gallo episcopo.

Nobilitatis mundanæ fastigium semper inhiat cupi-
ditatibus, gaudet honoribus, inflatur occursibus, liti-
bus forum pulsat, rapinis paseitur, calumniis dele-
ctatur, rubiginosi auri talenta desiderat; et dum
parva possidere videtur, ut agglomeret plurima ma-
gis accenditur, ingeritque ei congeries auri sitim
arduam possidendi, sicut Prudentius ait:

Auri namque fames procedit ^a major ab auro.

Unde fit ut dum gaudet pompis sæculi et vanis ho-
noribus oblectari ^b, nihil ei de mansuris dignitatibus B
in memoriam revocetur: nec respicit ad ea quæ non
videntur, dummodo illa quibus satiari animum putat,
importune possideat. Sed sunt qui se de his nexibus,
tanquam aves de muscipulis evolantes, et ad altiora
tendentes, mentis alacrioris ingenio absolverunt, ac
relictis exosisque terrenis facultatibus, totis se viri-
bus ad illa quæ sunt cœlestia aptaverunt. Sicut
sanctus Gallus incola Arvernæ urbis, quem a Dei
cultu abstrahere non potuit, nec splendor generis,
nec celsitudo senatorii ordinis, nec opulentia facultatis;
quem separare a Dei amore non potuit, nec
dilectio patris, non matris blanditiæ, non amor nu-
tricium, non obsecundatio bajulorum: sed his omni-
bus pro nihilo ductis, et tanquam stercora exosis,
Dei se dilectioni, Dei se officio vovens, monasteriali C
se distinctioni subegit. Sciebat enim juvenilis fervoris
flamas **1169** non alter posse devincere, nisi
censuræ canonicæ et disciplinæ severissimæ subdere-
tur. Sciebat enim se ab humilitate sæculi ad altiora
sublevaturum, et per patientiam tolerationis ad illam
excelsi apicis gloriam evecturum, quod postea pro-
bavit eventus.

I. Sanctus denique Gallus (*An. 554, 1 Jul.*) ab
adolescencia sua devotus Deo esse cœpit, diligensque
ex tota anima Dominum, et ea quæ Deo dilecta esse
noverat diligebat. Pater ejus nomine Georgius ^e,
mater vero Leocadia a stirpe Vectii Epagati descen-
dens, quem Lugduni passum Eusebii testatur Histo-

caput et aliquot ossa a Normannis quibusdam furata,
delata sunt in castrum Normanniæ, Aquilam (*l'Aigle*)
vulgo dictum. Reliquæ ejus sacri corporis exuvie
etiã nunc in monasterio sancti Portiani requiescunt.
— Sacrum caput beati Portiani Normanni quidam
sæculo x labente fortim ablatum in suam patriam
detulerunt, ubi hodieque in ecclesia sancti Martini
apud oppidum Aquilam dictum visitur. Anno 1675,
die 26 Novembris, permittente Henrico de Maupas
Ebroicensium episcopo, loci diocesano, aperta est
capsa sancti Portiani appellata, in qua beati viri
caput in varia frustra conscissum repertum est cum
hac inscriptione: *Caput D. Portiani, quod fractum
fuit ab hæreticis in ecclesia sancti Martini de Aquila
anno millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, d e
vero Martii decima octava.* In altera capsâ inventum
est ejusdem sancti viri brachium.

^a Al., parturit.

^b Bal., oblectatur.

ria, qui ita de primoribus senatoribus fuerunt, ut in
Galliis nihil inveniatnr esse generosius atque nobi-
lins. Cumque ei pater ejusdam senatoris liliam quæ-
rere vellet, ille assumpto secum uno puerulo mona-
sterium Crononense ^d expetiit, sexto situm ab
Arverna urbe milliario, suppliciter abbatem exorans
ut sibi comam capitis tondere dignaretur. At ille vi-
dens prudentiam atque elegantiam pueri, nomen
inquiri, interrogat genus et patriam. Ille vero Gallum
se vocitari pronuntiat, civem Arvernæ, Georgii fi-
lium senatoris. Quem abbas ut cognovit de prima
progenie esse progenitum, ait: Bene desideras, fili,
sed primum oportet hæc in patris tui deferri noti-
tiam; et si hoc ille voluerit, faciam quæ deposcis.
Denique abbas pro hac causa nuntios mittit ad pa-
trem, interrogantes quid de puero observari jube-
ret. At ille parumper contristatus, ait: Primogeni-
tus, inquit, erat mihi, et ideo eum volui conjugio
copulare; sed si cum Dominus ad suum dignatur
acchie servitium, illius magis quam nostra voluntas
fiat. Et adjecit: Quidquid vobis infans, Deo inspi-
rante, suggesserit, adimplete.

II. Tunc abbas ista nuntiis referentibus discens,
puerum clericum ^e fecit: erat autem egregiæ casti-
tatis, et tanquam senior, nihil perverse appetens, a
jocis se etiam juvenilibus cohibebat, **1170** habens
miræ dulcedinis vocem cum modulatione suavi, le-
ctioni incumbens assidue, delectans jejuniis, et abs-
tineus se multum a cibis. Quem cum beatus Quin-
tianus episcopus ad idem monasterium veniens cau-
tantem audisset, non enim permisit ultra illuc reti-
neri, sed secum ad civitatem adduxit, et ut cœlestis
pater in dulcedine spiritali nutritiv. Cumque defuncto
patre vox ejus magis ac magis die adveniente compo-
neretur [*Mss. duo, componeret*], atque idem in po-
pulis maximum haberet amorem, nuntiaverunt hæc
Theoderico regi, quem dicto citius accessitum tanta
dilectione excoluit, ut eum proprio filio plus amaret:
a regina autem ejus simili amore diligebatur, non
solum pro honestate vocis, sed etiam pro castimonia
corporis. Nam tunc Theodericus rex ex civibus Ar-
vernens clericos multos abduxit, quos Trevericæ ec-
clesiæ ad reddendum famulatum Domino jussit as-
sistere; beatum vero Gallum a se nequaquam passus

^e Is est Gregorii nostri avus, pater nempe sancti
D Galli et Florentii senatoris. Vectius Epagatus unus
fuit e martyribus Lugdunensibus, ejus elogium ha-
betur in celebri epistola quam Eusebius Historiæ
suar libro v, cap. 4, inseruit.

^d Sic Ed. Colb., *Crononense*. Laud., *Crononinsim*.
Bell., *Crononsensim*, vulgo *Cournon*. Vide lib. iv Hist.
cap. 40.

^e Ex hoc aliisque passim Gregorii locis infert Lud.
Thomassinus abbates olim tonsuram clericalem con-
ferre consuevisse, eandemque olim fuisse monacho-
rum ac clericorum tonsuram, monachos denique
sæpius clericorum nomine fuisse designatos. Quod
passim nos quoque observavimus. Lege ea de re ejus-
dem Thomassini Disciplinam eccles. Latine editam
parte 1, lib. ii, cap. 59. Cui consentit Coitius ad an.
518. Vide et Mabillonii notas in Vitam sancti Se-
quani, sæc. i Bened., pag. 261.

est separari : unde factum est ut eunte rege in Agrip-
pinam ^a urbem, et ipse abiret simul. Erat autem ibi
fanum quoddam d' versis ornamentis refertum, in quo
barbaris proxima [Ed., opima] libamina exhibens,
usque ad vomitum cibo potuque replebatur : ibi et
simulaera ut deum adorans, membra secundum quod
nunquamque dolor attigisset, sculpebat in ligno.
Quod ubi sanctus Gallus audivit, statim illic cum
uno tantum clerico properat, accensoque igne, eum
nullus ex stultis paganis adesset, ad fanum applicat
ac succendit. At illi videntes fumum delubri ad cœ-
lum usque conscendere, auctorem incendii quærunt,
inventumque evaginat' gladiis prosequuntur. Ille
vero in fugam versus, aulæ se regiæ condidit. Verum
postquam rex quæ aeta fuerant, paganis minantibus,
recognovit, blandis eos sermonibus lenivit, et sic eor-
um furor' improbum mitigavit. Referre enim sæpe
erat solitus Vir beatus hæc eum lacrymis, et dice-
bat : Væ mihi **1171** qui non perstiti ut in hac
causa finire! Fungebatur eo tempore diaconatus
officio.

III. Denique cum beatus Quintianus episcopus ab
hoc sæculo, jubente Domino, transisset, sanctus
Gallus apud urbem Arverniam eo tempore morabatur.
Cives autem Arverni ad domum Impetrati presbyteri
ejusdem avunculi convenerunt, conquerentes de obitu
sacerdotis, et qui in ejus locum deberet substitui re-
quirentes. Quod diutissime pertractantes, regressus
est unusquisque ad semetipsum. Post quorum dis-
cessum sanctus Gallus vocavit unum ex clericis, et
irruente in se Spiritu sancto, ait : Quid hi mussitant? **C**
quid cursitant? quid retractant? Vaeum est, inquit,
opus eorum, ego ero episcopus, mihi Dominus hæc
honorem largiri dignabitur : tu vero eum me redire
de præsentia regis audieris, accipe equum decessoris
mei stratum, et egrediens te in obviam exhibe mihi.
Quod si audire despexeris, cave ne te in posterum
pœniteat. Cumque hæc loqueretur, super lectulum
decumbibat. Tunc iratus contra eum clericus, eum
multa exprobraret, elisum super spondam ^b lecti la-
tus ejus læsit, turbidusque discessit. Quo discedente,
ait Impetratus presbyter ad beatum Gallum : Audi,
fili, consilium meum. Noli penitus retardare, sed
vade ad regem, et nuntia ei quæ hic contigerint ; et
si ei inspirat Dominus ut tibi hoc sacerdotium lar-
giatur, magnas Deo referemus gratias ; sin aliud, vel **D**
ei qui ordinatus fuerit commendaberis. Ille vero
abiens, quæ de beato Quintiano contigerant regi
nuntiavit. Tunc etiam et Aprunculus Treverorum
episcopus transit ^c ; congregatique clerici civitatis
illius ad Theodericum regem, sanctum Gallum pe-
tebant episcopum. Quibus ille ait : Abscedite, et
alium requirite, Gallum enim diaconem alibi habeo
designatum. Tunc eligentes sanctum Nicetium epi-

scopum acceperunt : Arverni vero clerici cum con-
sensu ^d insipientium facto, et multis numeribus,
ad regem venerunt. Jam tunc germen illud iniquum
cœperat fructificare [Ed., pullulare], ut sacerdotium
aut venderetur a regibus, aut compararetur a cleri-
cis. Tunc ii audiunt a **1172** rege, quod sanctum
Gallum habituri essent episcopi. Quem presbyte-
rum ordinatum jussit rex ut, datis de publico expen-
sis, cives invitarentur ad epulum, et lætarentur ob
honorem Galli futuri episcopi. Quod ita factum est.
Nam referre erat solitus non amplius donasse se pro
episcopatu quam unum trientem eoquo qui servivit
ad praedium. Post hæc rex, datis ad solatium ejus
duobus episcopis, Arvernis eum direxit : clericus
vero ille qui super spondam lecti latus ejus illiserat,
B Viventius nomine, ad occursum Pontificis secundum
verbum illius properat, non sine magno pudore, et
se, simulque equum quem jusserat repræsentat. In-
gressisque utrisque in balneum, dolorem lateris,
quem ab impulsu superbiæ ejus clerici incurrerat,
elementer improperat, magnam ex hoc ei ingerens
verecundiam, non cum ira, sed tantum joco spiri-
tali delectatus. Igitur exinde eum multo psallentio in
civitatem suscipitur, et in sua ecclesia episcopus or-
dinatur.

IV. Jam vero assumpto episcopatu, tanta humilitate
tantaque charitate eum omnibus usus est, ut ab omnibus
diligere'tur. Patientiam vero ultra h' minimum morem
habens, ita ut, si dici fas est, Moysi compararetur ad
diversas injurias sustinendas. Unde factum est ut a
presbytero suo in convivio percussus in capite, ita se
quietum reddiderit, ut nec sermonem quidem aspe-
rum respondisset ; sed omnia quæ ei accidebant pa-
tienter ferens, in Dei hoc arbitrio, a quo se petebat
enutrir', lætabat. Nam et Evodius ^e quidam ex se-
natoribus presbyter, eum in convivio ecclesiæ eum
multis calumniis atque conviciis læcessisset, consur-
gens Sacerdos loca basilicarum sanctarum circumibat
tamen cum hoc Evodio fuisset perlatum, post eum
cursu veloci dirigens, et se ante pedes ejus in ipsa
platea prosteruens, veniam petiit, deprecans ut eum
oratio ejus eum omnipotente Judice non fuseret.
At ille benigne eum colligens, cuncta quæ locutu-
luerat elementer indulsit, eum arguens ne hæc ultra
contra sacerdotes Domini auderet appetere, quia ipse
episcopatum nunquam promerere'tur **1173** accipere
Quod postea probavit eventus. Nam cum in Gabali-
tano ad episcopatum jam electus ^f, jam in cathedr-
positus, jam cuncta parata essent ut benediceretur
episcopus, ita subito contra eum omnis populus con-
surrexit, ut vix vivus posset evadere ; qui postea
presbyter transit.

V. Apud Aurelianensem autem urbem, inerminali
ab iniquis episcopo Marco, et in exsilium tran-

^a Ea est Colonia (Cologne), urbs vel suo nomine celebris.

^b Id est latus lecti, a voce σπονδή, fœdus.

^c Obiit circa an. 527. Festum ejus celebratur die 22 Aprilis.

^d Id est instrumento electionis.

^e Ed., sicut et infra, *Ennodius*.

^f Post mortem sancti Hilarii, cui substitutus est Euanthius, qui conc. Aurel. iv subseruus.

magnus episcoporum conventus est aggregatus, Chil-
debertō rege jubente, in qua synodo^a cognoscentes
beati episcopi, hoc esse vacuum quod contra eum
fuerat mussitatum, eum civitati et cathedræ suæ
restituunt. Denique tunc in servitio sancti Galli Val-
entinianus^b diaconus, qui nunc presbyter habetur
atque vocalis, abiit; cumque episcopo alio missas
dicente, diaconus ille propter jactantiam potius quam
pro Dei timore cantare vellet, a sancto Gallo prohi-
bebatur, dicente sibi: Sine, inquit, fili, quando [Ed.,
quod non] Domino jubente nos celebraverimus solem-
nia, tunc et tu canere debes. Nunc ejus clerici concin-
nant qui consecrat [Ed., consecrant] missas. At ille et
tunc se posse pronuntiat. Cui Sacerdos: Fac ut libet,
nam quod volueris non explebis. Ille quoque negli-
gens mandatum Pontificis abiit, et tam deformiter
cecinit, ut ab omnibus irrideretur. Adveniente autem
alia Dominica, dicente sæpedicto Pontifice missas,
jussit eum abire: Nunc, inquit, in nomine Domini
quod volueris explicabis. Quod cum fecisset, in tan-
tum vox ejus præclara facta est, ut ab omnibus lau-
daretur. O beatum virum! cui talis gratia concessa
est, ut sicut animæ, ita et cum eo voces hominum
sub ejus potestate consisterent, quas et cum voluit
tantu prohibuit, et cantare permisit.

VI. Præstitit autem Deus et alia miracula magna
per illum. Nam cum Julianus Defensor^c, presbyter
princeps, dulcissimæ voluntatis homo, a quartano
typo correptus graviter cruciaretur, 1174 lectulum
sancti Sacerdotis expetiit; in quo decubans, a lectua-
ria ipse coopertus, paululum obdormiens, ita sanatus
est, ut nec contactus quidem postea ab hac infirmitate
passisset. Cum autem Arverna civitas maximo incendio
remaretur, et hoc Sanctus comperisset, ingressus
ecclesiam diutissime Dominum ante sanctum altare
cum lacrymis exoravit, surgensque, Evangelia com-
prehensa, apertaque in obviam se igni obtulit. Qua
contra parata^d, protinus ad aspectum ejus ita omne
incendium est extinctum, ut nec favillæ quidem in
loco igneæ remansissent. Sub ejus autem tempore
magno terræ motu Arverna civitas est concussa, sed
per hoc acciderit ignoramus. Hoc tamen scimus quod
nullum ex populo læsit. Cum autem lues illa^e, quam
anguinariam vocant, per diversas regiones desæviret,

^a Ea est synodus Aurelianensis v quæ in præfatione
jubente Childeberto coacta dicitur. Marcus autem Au-
relianensi iv interfuerat an. 547.

^b Sic Colb. Alii cum Ed., *Valentinianus*. At infra omnes
habent, *Valentinianus*. Vocalis dicitur, id est, *cantor*,
ex Glossario Cangii. Et quidem infra diserte *cantor*
appellatur.

^c Defensores ii erant quibus rerum et negotiorum
ecclesiæ cura et defensio commendata erat. Vide
Domassin. Disciplinæ eccles. parte I, lib. ii cap.
1, etc.

^d Et., *Evangeliiis comprehensis apertisque.... quo
temperante*. At nostra lectio sincerior, licet obscur-
ior, quod Gregorius pro more suo quartum pro sexto
usu adhibeat.

^e De eadem lue agit Gregorius lib. iv Hist. cap. 5,
lib. i de Gloria Mart. cap. 51. Contigit an. 545 aut
quenti.

^f An eulogias, an communionem sub una specie?

A et maxime tunc Arelatensem provinciam depopularet,
sanctus Gallus non tantum pro se quantum pro po-
pulo suo trepidus erat: cumque die noctuque Do-
minum deprecaretur, ut vivens plebem suam vastari
non cerneret, per visum noctis apparuit ei angelus
Domini, qui tam cæsariem quam vestem in similitu-
dinem nivis candidam efferebat, et ait ad eum: Bene
enim te, o Sacerdos, prospectat divina pietas pro
populo tuo supplicantem; ideoque ne timeas, exau-
dita est enim oratio tua, et ecce eris cum populo tuo
ab hac infirmitate liberatus: nullusque te vivente in
regione ista ab hac strage deperibit. Nunc autem noli
metuere, post octo vero annos expletos migrabis a
sæculo. Quod postea manifestum fuit. Expergefactus
autem, et Deo gratias pro hac consolatione agens,
B quod per cœlestem nuntium confortari dignatus est,
rogationes illas instituit, ut media Quadragesima psal-
lendo ad basilicam beati Juliani martyris itinere pe-
destri venirent. Sunt autem in hoc itinere quasi sta-
dia trecenta sexaginta. Cum autem regiones illas, ut
diximus, 1175 lues illa consumeret, ad civitatem
Arvernam, sancti Galli intercedente oratione, non
attigit. Unde ego non parvam censeo gratiam ejus
qui hoc meruit, ut pastor positus oves suas devorari,
defendente Domino, non videret.

VII. Sed veniamus ad illud tempus cum eum Do-
minus de hoc mundo jussit assumi. Cum gravatus in-
commode decubaret, ita febris interna omnia membra
ejus depavit [Al. depilavit], ut capillos et barbam
simul amitteret. Sciens autem se, revelante Domino,
post triduum migraturum, convocat populum, et om-
nibus confracto pane, communionem^f sancta ac pia
voluntate largitur. Adveniente autem die tertia, quæ
erat Dominica dies, quæ civibus Arvernensibus immanem
intulit luctum, albescente jam cœlo, interrogat quid
in ecclesia psallerent. Dixerunt benedictionem eos
psallere. At ille psalmo L et benedictione decantata,
et alleluatico cum capitello expleto, consummavit
matutinos^g. Quo perfunctus officio ait: Vale dicimus
vobis, fratres. Et hæc dicens, extensis membris,
spiritum cœlo intentum præmisit ad Dominum. Trans-
iit autem ætatis suæ anno 65, episcopatus vero sui
anno 27^h. Exin ablutus atque vestitus in ecclesiam
defertur, donec comprovincialesⁱ ad eum sepelien-

^g Sic Scripti. Id est officium, quod Laudes appella-
mus, absolvit. In quibus eosdem psalmos hodieque,
ut hic designantur, canimus, scilicet L, *Benedicite*, et
cxlviij, cum duobus seqq. qui *alleluatici* ex suo ti-
tulo appellantur. Editi vero hic habent: *Consumma-
vit officium totum temporis matutini. Quo jam extremo
perfunctus*, etc. Porro ex hoc loco patet *decantare*
idem esse ac *recitare*.

^h Paulo minus habet Fortunatus in ejus epitaphio,
quod est carmen 4 libri iv, forte metri legibus coarctat-
us. Obiit circa an. 554, non quidem 1 Julii, licet ea
die festum illius celebretur. Adi Comtium et Mabil-
lon., sæc. i Bened. pag. 119. Gallus autem subscrip-
sit conc. Arvernensi an. 535, Aurelianensi iv an. 541,
et v an. 549. Per Laurentium vero presbyterum ad-
fuit Aurelian. ii an. 533, et iii per Optardenum an. 538.

ⁱ Vicini scilicet episcopi, qui ad episcoporum de-
functorum exsequias, sicut ad novorum ordinationes
convenire solebant.

dum convenirent. Magnum enim ibi miraculum ostensum populis fuit, quod Sanctus Dei, attracto dextro pede in feretro, se in aliud latus, quod erat versus altare, contulit. Dum autem hæc agerentur, rogationes illæ, quæ quotannis ubique in Paschate fiunt ^a, celebrantur. Jacuit autem in ecclesia triduo, **1176** assiduo instante psallentio ^b cum magna frequentia populi. Episcopis autem quarta die advenientibus, eum de ecclesia levaverunt, et portantes in sancti Laurentii ^c basilicam, ibi sepeliunt. Jam vero in exsequiis ejus quantus planctus, quanti populi adfuere, enarrari vix potest: mulieres cum lugubribus indumentis, tanquam si viros perdidissent; similiter et viri, oblecto capite ^d, ut in exsequiis uxorum facere mos est; ipsi quoque Judæi accensis lampadibus plangendo prosequantur. Omnes præterea populi una voce dicebant: Væ nobis qui post hanc diem nunquam similem merebimur habere pontificem. Et quia, ut diximus, provinciales longe distabant, nec celerius venire potuerant, ut mos rusticorum habetur, glebam super beatum corpus posuere fideles, quo ab æstu non intumesceret. Quem cespitem post ejus exsequias mulier quædam, et vere, ut ego diligenter inquisivi, virgo purissima et devota Deo, Meratina [Bal., Meretina] nomine, ab aliis ejectum collegit, in horto suo posuit, et infusa sæpius aqua, Domino incrementum dante, vivere fecit. De quo cespitem infirmi non solum auferentes atque bibentes herbam, sanabantur, verum etiam fidelis super eum oratio suffragium merebatur. Qui postea per incuriam, virgine migrante, deperiit. Denique ad sepulcrum ejus multæ virtutes ostensæ sunt. Nam quartanarii et diversis febribus ægroti, ut ad beatum tumulum fideliter attingunt, protinus hauriunt sanitatem. Valentinianus igitur cantor, cujus supra meminimus, qui nunc presbyter habetur ^e, cum diaconatus fungeretur officio, a typo quartano corripitur, ac per multos dies magna defectione laboravit. **1177** Factum est autem, ut in die accessus hujus febris, loca sancta circuire disponeret orans, veniensque ad hujus sancti sepulcrum, prostratus ait: Memor esto mei, beatissime ac sancte sacerdos. A te enim educatus, doctus ac provocatus sum; memor esto alumni proprii quem amore unico dilexisti, et erue me ab hac qua detineor febre. Hæc effatus, herbulas quæ ad honorem Sacerdotis tumulo respersæ fuerant a devotis colligit; et, quia virides erant, ori applicat, dentibus decerpit,

^a Colb. et Laud., quæ post Pascha fiunt; et Colb., celebrabantur. Quæ lectio Mabillonii nostri sententiam firmat, locum hunc in Liturgia Gall., lib. II, n. 57, exponentis de illo toto tempore quod a Resurrectione ad Ascensionem, imo et ad Pentecosten excurrit.

^b Observa preces continuas circa corpus defuncti.

^c Idem habet libellus de Ecclesiis Clarom., cap. 3. Alius est Gallus, qui ibi in sui nominis ecclesia quiescere dicitur cap. 8, sic et cap. 11. Alius item Gallus in ecclesia sancti Illidii dicitur sepultus, sed ignotus est. Porro basilica sancti Laurentii a Victorio duce constructa fuit ex Greg. Hist. lib. II cap. 20, quam a cathedrali distinguendam esse monent Savaro et Cointius.

^d Observat Mabillonius hodieque in exsequiis regum, viros defuncti officarios capitibus tectis funeri as-

succumque earum deglutit. Præterit enim dies illa, nec ab hoc est pulsatus incommodo, et deinceps ita sospitati est restitutus, ut nec illas quas vulgo fractiones ^f vocant ultra perferret. Hoc ab ipsius presbyteri ore ita gestum cognovi. Non enim ambigitur per illius potentiam prodire virtutes de tumulis servorum suorum, qui Lazarum vocavit ex monumento.

CAPUT VII.

De sancto Gregorio episcopo Lingonensi.

Egrogia sanctitatis viri, quos palma perfectæ beatitudinis e terris editos evexit ad cælos, hi sunt quos aut non fictæ charitatis vinculum ligat, aut eleemosynarum fructus ditat, aut flos castitatis adornat, aut martyrii agonizatio certa coronat: in quibus ad inchoandum perfectæ justitiæ opus illud fuit studium, ut in primis corpus sine macula præparatum habitaculum Spiritui sancto præberent, et sic ad reliquarum virtutum excelsa contenderent; atque ipsi sibi persecutores facti, dum in se sua perimebant vitia, tanquam martyres probati, peracto cursu agonis legitimi triumpharent. Quod nullus sine Deo ope valebit efficere, nisi dominici adjutorii protegatur vel parma vel galea; et quod egerit non sui, sed ad divini nominis gloriam deputet, juxta illud Apostoli: *Qui gloriatur, in Domino gloriatur* (I Cor. I, 31). In hoc enim et beatus Gregorius omnem **1178** gloriam contulit, qui de excelsa senatorii ordinis potentia ad illam se humilitatem subdidit, ut, omnibus sæculi curis abjectis, soli se Deo dicaret opere, quem in pectore retinebat.

I. Igitur sanctus Gregorius ex senatoribus primis, bene litteris institutus Augustidunensis civitatis comitatum ambivit (An. 539, 4 Jan.); in comitatu autem positus regionem illam per quadraginta annos justitia comitante correxit [Al., rexit]: et tam severus atque districtus fuit in malefactoribus, ut vix ullus reorum posset evadere: Conjugem de genero senatorio habens, Armentariam nomine, quam ad propagandam generationem tantum dicitur cognovisse, de qua et filios, Domino largiente, suscepit aliã vero mulierem, ut juvenilis assolet fervor, inardescere non contigit.

II. Post mortem autem uxoris ad Dominum convertitur, et electus a populo Lingonicæ ^g urbi episcopus ordinatur. Cui magna fuit abstinentia; sed ne jactantia putaretur, occulte sub triticeos panes ^h sistere.

^e Sic Mss. et Ed., præter Bal., qui habet, qui tum presbyter habebatur. Inde tamen Thomassinus lib. II parte I, cap. 31, intulit cantores sæculo vi non fuisse ut antea, pueros, aut minores clericos, sed presbyteros, etc.

^f Aliquot Mss. et Editi, *frictiones*. Fractio febris est intermissio, qua illa veluti frangi videtur.

^g Urbs notissima, vulgo *Langres*, cujus episcopus dux est et par Franciæ.

^h Sic Mss. pro *sub triticeis panibus*. Cui casu mutationi non attendentes, hunc locum corruperunt qui Gregorii opera edidere, sic substituentes: *subnericos panes ex hordeo aliis tenuioribus supponebat triticum*.

alios tenues ex hordeo supponebat : triticeum frangens aliis erogabat, ipse vero clam hordeum, nemine intelligente, præsumens. Similiter de vino faciens, dum aquam ei pincerna porrigeret, ad dissimulandum aquam desuper effundi jubebat, tale vitrum eligens quod claritatem aquæ obtegeret. Jam in jejuniis, elemosynis, orationibus atque vigiliis tam efficax tamque devotus erat, ut in medio mundi positus novus effulgeret eremita ^a. Nam cum apud Divionense castrum moraretur assidue, et domus ejus baptisterio ^b adhæreret in quo multorum sanctorum reliquiæ tenebantur; nocte de stratu suo, nullo sentiente, consurgens, ad orationem, Deo tantum teste, pergebat, ostio divinitus reserato, attente psallebat in baptisterio. Sed cum hoc multi temporis spatio ageret, tandem ab uno diacono res cognita atque manifestata est: idem cum cognovisset hæc agi, a longe, ne eum Vir beatus sentire posset, prosequeretur, et quid ageret spectabat. Aiebat enim **1179** diaconus, quod veniens Sanctus Dei ad ostium baptisterii, pulsans manu propria, ostium nemine comparente aperiebatur, illoque ingrediente diutissime silentium erat: postea psallentium tanquam multarum vocum per trium horarum et fere amplius spatium audiebatur. Credo ego quod cum magnorum sanctorum in eodem loco haberentur reliquiæ, ipsi se beato Viro revelantes psallentium Domino in commune reddebant. Nam, impleto cursu ^c, revertens ad lectulum, ita se caute super stratum deponerat, ut prorsus nemo sentiret: observatores vero ostium baptisterii obseratum invenientes, clave sua solite aperiebant, commotoque signo, sanctus Dei, sicut reliqui, novus ad officium dominicum consurgebat. Nam cum energumeni eum primo die ^d episcopatus sui confiterentur, rogabant eum presbyteri ut eos benedicere dignaretur. Quod ille viriliter ne vanam incurreret gloriam refugiebat, clamans indignum se ad manifestandas virtutes dominicas esse ministrum: sed tamen quia diutius hoc dissimulare non potuit, adduci eos ad se jubens, sine ullo tactu, facto tantum signo crucis e contra, verbo dæmonia

^a Quæ infra de energumenis, etc., ad beati viri obitum referuntur, hic habentur in editione Bollandi.

^b Hoc baptisterium auctor Vitæ Garnerii secundi abbatis sæculo XII scriptæ putat fuisse oratorium sancti Vincentii, quod hodieque superest basilicæ sancti Stephani vicinam et subjectum, absque aliquo titulo. Ecclesia tamen sancti Joannis in Chronico Benigniano baptisterium fuisse dicitur; ibique complures erant sanctæ reliquiæ.

^c Quam religiosi essent olim clerici in persolvendis officiis divinis, jam non semel observavimus. *Canonicum cursum* appellat sanctus Audoenus in Vita sancti Eligii, lib. I, num. 11, ubi laudat sanctum virum ejusque clericos, qui « diu noctuque in ejus camera cum omni studio solemniter canonicum adimplere studebant cursum. » Et infra *cursum* vocem explicat: « Cum, inquit, visitaret diœcesin suam, ut solent episcopi, quadam ex causa interdixit, ne cursus, id est preces canonicæ et sacrificium celebrarentur in basilica quadam, donec ipse juberet. »

^d Boll., in primordio. Ed., in primo.

A discedere imperabat. Quod illa protinus audientia, corpora quæ sua nequitia devinxerant ^e absoluebant. Nam illo absente, multi de virga quam in manu ferre solitus erat suspensos atque signatos energumenos expellebant. Nam et de stratu ejus si quis ægrotus quidpiam abstulisset, erat præsens medicamentum. Armentaria ^f autem neptis ejus cum graviter quodam tempore in adolescentia sua a quartano fatigaretur incommodo, ac medicorum studio plerumque fota, nullum posset sentire levamen, et ab ipso Confessore beato sæpius ut orationi insisteret **1180** hortaretur, quadam die lectum ejus expetiit, in quo posita ita febris cuncta restincta est, ut nunquam hac deinceps ægrotaret ^g.

III. Sanctus vero Gregorius cum per ^h diem sanctam Epiphaniarum ad civitatem Lingonas ambulasset, a modica febre pulsatus, relicto sæculo migravit ad Christum: cujus beata facies ita erat glorificata post transitum, ut rosis similis cerneretur. Hæc enim apparebat rubea, reliquum vero corpus tanquam candens liliū refulgebat, ut æstimares eum jam tunc ad futuræ resurrectionis gloriam præparatum. Quod deferentes ad castrum Divionense, ubi se jusserat tumulari ⁱ, in campania illa quæ a parte Aquilonis habetur haud procul a castro aggravat ^j, gestatores non sustinentes feretrum solo deposuerunt, ibique parumper resumentes vires, et post paululum elevantes, ad intramuraneam ecclesiam ^k eum detulerunt. Advenientibus autem quinto die episcopi, ab ecclesia ad basilicam ^l beati Joannis deferebatur; et ecce vincti carceris ad beatum corpus clamare cœperunt, dicentes: Miserere nostri, piissime domne, ut quos vivens in sæculo non absolvisti, vel defunctus cœleste regnum possidens digneris absolvere; visita nos quæsumus, et miserere nostri. Hæc et alia illis clamantibus, aggravatum est corpus ita, ut ipsum penitus sustinere non possent. Tunc ponentes feretrum super terram, virtutem beati Antistitis præstolabantur. His ergo expectantibus, subito reseratis carceris ostiis, trabes illa qua victorum pedes coarctabantur, repulsis obici-

^e Aliquot ed., *dixerant*. Al., *deverant*.

^f Ea fuit Gregorii nostri mater. Sic enim appellabatur, et erat sancti Gregorii ex filia neptis.

^g Hic in editione Bolland. insereritur brevis narratio de translatione sancti Benigni per sanctum Gregorium (de qua in lib. de Glor. mart. cap. 51), tum de basilica Benigniana ab eodem exstructa, et monachis ibidem institutis, quæ fuse in Chronico Benigniano narrantur tom. I Spicilegii Acheriani.

^h Passim apud Gregorium vox *per* occurrit propter, quæ sic est hic accipienda, alias die 4 Januarii obliisse dici non posset.

ⁱ Interpolator Bolland., ubi ob devotionem sancti Benigni se petierat tumulari.

^j Sic Laud., Bell. et Colb., pro *aggravatur*. Ed. habent, *aggravati gestatores*. Max., *fatigati*.

^k Ea est ecclesia sancti Stephani, postea a canonicis regularibus possessa, qui anno 1613 facti sunt sæculares. Hujus historiam nuper edidit vir cl. Claudius Fiot ejusdem loci abbâs et restaurator.

^l Interpolator: *Ad antiquius constructam et sepulchris Lingonensium pontificum insignitam*.

bus, scinditur media, confractisque catenis omnes A pariter dissolvuntur, et ad beatum corpus, nemine retinente, perveniunt: dehinc elevantes feretrum gestatores, ii inter **1181** reliquos obsequuntur, qui et a iudice postea sine damno aliquo sunt dimissi.

IV. Post hæc beatus Confessor multis se virtutibus declaravit. Aiebat enim quidam religiosus, cœlos se apertos in die ejus sepulturæ vidisse; nec enim ambigitur quin post actus angelicos sidereis sit cœtibus aggregatus. Vincit quidam per viam illam qua beatum corpus Lingonis est exhibitum ad antedictum castrum adducebatur. Cumque milites cum equitibus præcedentes post terga traherent vinctum, ad locum ubi beati Confessoris artus quieverant pervenerunt. Quem prætereuntes, vinctus, invocato nomine beati B Antistitis, petiit ut eum sua misericordia liberaret. Quo orante, laxati sunt laquei de manibus ejus, et sentiens se solutum, quietum reddidit; coopertisque manibus, putabatur adhuc esse ligatus. Ingressi autem portam castrum, cum ante atrium ecclesiæ pervenissent, hic exsiliens, et corrigiam ligaminis trahentium in manu tenens, cum auxilio omnipotentis Dei et obtentu beati Pontificis liberatus est. Admirabile autem est et illud miraculum, qualiter beatum corpus ejus cum post multa tempora transferretur, apparuit gloriosum. Cum beatus Pontifex in angulo basilicæ fuisset sepultus, et parvus esset locus ille, nec ibi populi sic possent accedere ut devotio postulabat, sanctus Tetricus a filius et successor ejus hæc cernens, et virtutes ibidem assidue operari prospiciens, C ante altare basilicæ fundamenta jecit, erectaque absida, miro opere construxit et transvolvit: qua transvoluta, disruptoque pariete, arcum ædificavit. Quod opus b perfectum atque exornatum, in medio absidæ loculum fodit: quo corpus beati patris transferre volens, convocat presbyteros et abbates ad illud officium, qui vigilantes orabant, ut se beatus Confessor ad hanc præparatam habitationem transferri permitteret. Mane autem facto, cum choris psallentium, apprehensum sarcophagum ante altare in absidam quam beatus episcopus ædificaverat, **1182** transtulerunt e. Quod sepulcrum dum diligenter componunt, subito, et, ut credo, ad Dei jussum, opertorium sarcophagi motum est in una parte: et ecce apparuit beata facies ejus ita integra et illæsa, ut D putares cum non mortuum esse, sed dormientem; sed nec de ipso vestimento quod cum eo positum fuit aliquid ostensum est diminutum [Bal., offensum]: unde non immerito apparuit gloriosus post transi-

* De hoc Sancto diximus ad lib. iv Hist. cap. 16. Sepultus est juxta patrem suum in ecclesia sancti Joannis, ubi et jacebat sanctus Urbanus, ex Chronico Benigniano. Eorum corpora in basilicam Benignianam translata sunt, ubi integrum superest sancti Urbani corpus; sancti Gregorii vero reliquiarum partem mediam possidet Lingonensis ecclesia. At sancti Tetrici corpus cum aliis ignotis sanctis reliquiis permixtum est.

b Id est, quo opere perfecto, etc. Laud., locum fodit.

tum, cujus caro non fuit corrupta ludibrio. Magna est enim corporis et cordis integritas, quæ et in præsentis sæculo præstat gratiam, et in futuro vitam largitur æternam, de qua Paulus apostolus ait: *Pacem sequimini et sanctificationem* a, sine qua nemo videbit regnum Dei (Heb. XII, 14).

V. Puella quædam, die Dominico cum suum caput componeret, pectine apprehenso, credo ob injuriam diei sancti, in manibus ejus adhæsit, ita ut affixentes tam in digitis quam in palmis magnum ei dolorem inferrent. Quæ cum basilicæ sanctorum flens atque obsecrans circuiret, ad sepulcrum beati Gregorii antistitis, in ejus virtute confisa prosternitur: cumque diutissime beati Confessoris præsidium flagitasset, directa manus ejus ad opus pristinum pectine decidente reducit. Sed et energumeni eum confitentes ad ejus sepulcrum sæpe purgantur. Nam plerumque vidimus post ejus transitum, virgula, cujus supra meminimus, quam manu gerebat, per parietes ita eos affixos, ut putares illos validis atque acutissimis sudibus retineri.

VI. Multa quidem et alia de eodem gesta cognovimus; sed ne fastidium incitarent, de pluribus pauca perstrinximus. Obiit autem episcopatus sui anno 33, ætate nonagenarius, qui se virtutibus manifestis sæpius declaravit e.

CAPUT VIII.

De sancto Nicetio Lugdunensi episcopo.

Præsentis f divinæ bonum, quod plerumque regno suo provideat **1183** quos asciscat, ipsa sæpius sacræ lectionis testantur oracula, sicut ad Jeremiam eximium vatem cœlestis oris mystica deferuntur eloquia, dicentis: *Priusquam te formarem in utero novi te, et antequam exires de vulva sanctificavi te* (Jerem. I, 5). Et ipse Dominus utriusque conditor Testamenti, cum illos quos largitio hilaris agneo decoratos vellere suis locat a dextris, quid ait? *Venite benedicti Patris mei g, percipite præparatum vobis regnum a constitutione mundi* (Matth. XXV, 34). Sed et illud vas electionis beatus Apostolus: *Quos, inquit, præscivit et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui* (Rom. VIII, 29). Nam et de Isaac (Gen. XVII), Joanneque (Luc. I), qualiter nascerentur, vel quid agerent, et nomen, et opus prædixit, et meritum. Sic nunc et de beato Nicetio ipsa illa prisca miseratio pietatis quæ immerita ditat, non nata sanctificat, et omnia priusquam gignantur et disponit et ordinat, qualibus sacerdotalis gratiæ infulis floreret in terris, prius genitrici voluit revelare: de cujus Vita retine-

e Hujus Translationis festum die 6 Novembris celebratur in Martyrol. Gallicano.

f Colb., sanctimoniam.

g Subjicit Interp. Boll. epitaphium a Fortunato editum, quod est libri iv carm. 2. Sanctus Gregorius interfuit an. 517 concilii Epaonensi et Lugdun. i an. 535, Arvern. i. et per Evantium presb. Aurelian. iii an. 538. Eundem Gregorius laudat lib. iii Hist. cap. 15 et 19.

h Laud. præscientiæ.

i In Colb. et Bell. deest Patris mei.

tur quidem exinde libellus ^a nobiscum, nescio a quo compositus, qui multas quidem virtutes ejus pandit, non tamen vel exordium nativitatis conversionisque ejus, vel seriem virtutum declarat ad liquidum; et licet nec nos omnes ejus virtutes investigavimus, quas per eum Dominus vel occulte operari est dignatus, vel publice, tamen quæ ad priorem auctorem non pervenerunt, etsi rusticiori stylo pandere procuravimus.

I. Igitur Florentius [Al., Florentinus] quidam ex senatoribus accepta Artemia conjuge, cum duos jam haberet liberos, ad episcopatum Janubensis (Genève) urbis expetebatur (An. 583, 2 April.), et re jam obtenta cum principe [id est, a rege], ad domum revertitur, conjugique quæ egerat nuntiavit. Quod illa audiens respondit viro: Desine, quæso, dulcissime conjux, ab hac causa, et ne quæsieris episcopatum urbis, quia ego ex conceptu a te sumpto episcopum gero in utero. Requievit Vir sapiens audita uxore, rememorans illud quod vox divina quondam principio [Colb., principi] fidei nostræ Abrahamæ beato præceperat: *Omnia quæcumque dixerit tibi Sara, audi vocem* **1184** *ejus* (Gen. XXI, 12). Denique impletis pariendi diebus mulier enixa est puerum, quem quasi victorem ^b futurum mundi, Nicetium in baptismo vocitavit, eundemque summa nutritum diligentia litteris ecclesiasticis mandavit institui. Defuncto autem patre, hic cum genitrice jam clericus in domo paterna residens, cum reliquis famulis manu propria laborabat, intelligens commotiones corporeas non aliter nisi laboribus et ærumnis opprimi posse. Quodam vero tempore, cum adhuc in domo ipsa degeret, orta est ei pusula mala in facie: quod virus invalescens ac excoquens fecit puerum desperatum. Sed mater ejus jugiter inter multa sanctorum nomina, beati Martini nomen pro ejus salute peculiarius invocabat. Cumque per biduum puer jacuisset in lectulo clausis oculis, et nullum verbum consolationis matri lamentanti proferret; sed potius ipsa genitrix inter spem metumque titubans, juxta ritum exsequiarum necessaria funeris præpararet, secunda die ad vesperum aperiens oculos, ait: Quo ivit mater mea? quæ statim adveniens ait: Ecce adsum, quid vis, fili? Et ille: Ne timeas, inquit, mater, beatus enim Martinus super me crucem Christi faciens, surgere me jussit iucolumem. Hæc effatus statim surrexit a lectulo, geminavitque virtus divina miraculi hujus gratiam, ut et Martini panderetur meritum, et hic, quia futurus erat pontifex, a contagio salvaretur. Testis enim fuit hujus causæ visa cicatrix ejus in facie.

II. Ætate quoque jam tricenaria presbyterii ^c ho-

nore præditus (An. 543), nequaquam se a labore operis quod prius gessit abstinere, sed semper manibus propriis operabatur cum famulis, ut Apostoli præcepta compleret, dicentis: *Laborate manibus, ut habeatis unde tribuere possitis necessitatem patientibus* (Ephes. IV, 28). Illud omnino studebat, ut omnes pueros qui in domo ejus nascebantur, ut primum vagitum infantia relinquentes loqui cœpissent, statim litteras doceret ac psalmis imbueret: scilicet ut ingressui ^d tale jungeretur psallentium, ut tam antiphonis quam meditationibus **1185** diversis, ut devotio flagitabat animi, posset implere ^e. Castitatem autem non modo hic diligenter erat custodiens, verum etiam custodiendi gratiam aliis jugiter prædicabat, et a polluto tactu et verbis obscenis ut desisterent edocebat. Nam recolo in adolescentia mea cum primum litterarum elementa cœpissim agnoscere, et essem quasi octavi anni ævo, et ille indignum me lectulo locari juberet, ac paternæ dilectionis dulcedine ulna susciperet, oram indumenti sui articulis arripiens, ita se colobio concludebat, ut nunquam artus mei beata ejus membra contingerent. Intuemini, quæso, et advertite cautelam viri Dei! Quod si ab infantuli artubus, in quo nullus adhuc esse poterant stimuli concupiscentiæ, nulla incitamenta luxuriæ, ita se, ne ab ejus artubus tangeretur, abstinent; qualiter de loco, ubi suspicio luxuriæ esse potuit, ille refugit? Erat enim, ut diximus, castus corpore, mundus corde, non in scurrilitate verba proferens, sed semper quæ Dei sunt loquens. Et licet omnes homines in illo cœlestis charitatis vinculo diligeret, matri tamen ita erat subditus, ut quasi unus ex famulis obaudiret.

III. Denique ægrotante Sacerdote ^f Lugdunensi antistite in urbe Parisiaca, cum a Childeberto seniore magno amore diligeretur, voluit rex usque ad ejus lectulum proficisci, ac visitare infirmum. Quo veniente ait episcopus: Optime nosti, o rex piissime, quod tibi in omnibus necessitatibus tuis fideliter servierim, ac quæcumque injunxisti devote impleverim; nunc precor, ut, quia tempus resolutionis meæ adest, ne dimittas me ab hoc mundo cum dolore discedere; sed unam petitionem quam supplico libenter indulge. Et ille: Pete, inquit, quod volueris, et obtinebis. Rogo, ait, ut Nicetius presbyter, nepos meus, Ecclesiæ Lugdunensi substituat^gur episcopus. Est enim, ut mei testimonii verba proferunt, amator castimoniam, dilectorque ecclesiarum, et in eleemosynis valde devotus, et quæcumque servos Dei decent, et operibus gerit et moribus. Respondit rex: Fiat voluntas Dei. **1186** Et sic

gressui.

^a Sic Colb., Bad. et alii ed. At Laud., Bell. et Bal., *flagitabat, animum*. Bol. et Sur., *animi, Deo servire possent*.

^f Ejus festum celebratur 12 Septembris. Interfuit conc. v Aurel. an. 549. Obiit vero an. 551.

^g Hæc verba usque ad *ac pacis*, desunt in Colb. et in Laud.; in isto autem spatium est vacuum eorum loco, in quo nihil unquam scriptum fuit.

^a Hunc libellum ex ms. Cod. monasterii Jurensis edidit Chiffletius in Paulino illustrato, et ex eo Bollandiani die 2 Aprilis. Scriptus fuit jussu Ætherii episcopi, ut auctor ipse testatur.

^b Victor Græce *νικητής* dicitur.

^c Ordina'us est, ut in altera Vita dicitur, a sancto Agricola episc. Cabilonensi, de quo in Hist. lib. v. cap 46.

Mss., scilicet *ingressus*. Boll. et Sur., *primo in-*

pleno regis et populi suffragio episcopus Lugdunensis ordinatus fuit. Erat enim præcipuus^a concordiae ac pacis amator : et si læsus fuisset ab aliquo, statim aut remittebat per se, aut per alium insinuabat veniam deprecari. Nam vidi ego quodam tempore Basilium presbyterum missum ab eo ad Armentarium^b comitem, qui Lugdunensem urbem his diebus potestate judiciaria gubernabat ; dixitque ad eum : Pontifex noster causæ huic, quæ denuo impetitur, dato iudicio, terminum fecit, ideoque commonet ne eam iterare præsumas. Qui furore succensus respondit presbytero : Vade et dic ei quia multæ sunt causæ in ejus conspectu positæ, quæ alterius iudicio finiendæ erunt. Regressus presbyter quæ audivit simpliciter exposuit. Sanctus vero Nicetius commotus contra eum, ait : Vere, inquam, quia eulogias de manu mea non accipies, pro eo quod verba quæ furor exegit meis auribus intulisti. Erat autem convivio recumbens, ad cuius et ego lævam cum adhuc diaconatus fungerer officio propinquus ac cubueram, dixitque mihi secretius : Loquere presbyteris, ut deprecentur pro eo. Cumque locutus fuisssem, non intelligentes voluntatem Sancti silebant. Quod ille cernens : Tu, inquit, surge et deprecare pro eo. At ego cum trepidatione consurgens osculatus sum sancta ejus genua, orans pro presbytero. Quo indulgente, atque eulogias porrigente, ait : Rogo, dilectissimi fratres, ut verba inutilia quæ ignave mussitantur, aures meas non verberent, quia non est dignum ut homines rationabiles irrationabilium hominum procacia verba suscipiant. Hoc tantum vos studere oportet, ut illi qui contra Ecclesiæ utilitatem quædam machinare cupiunt, vestris propositionibus confundantur : irrationabilia enim non solum non admirari, sed nec audire desidero. O beatum virum qui omni intentione vitare cupiebat scandalum ! Audiant autem hæc illi, qui si offensi fuerint, ignoscere nolunt, sed totam in sua ultione convocantes urbem, etiam testes adhibere non metuunt, qui vocibus nefariis dicant : Hæc **1187** et hæc audivimus de te hunc loquentem. Et ita fit, ut pauperes Christi talibus accusationibus misericordia postposita opprimantur.

IV. Quodam autem mane cum surrexisset ad matutinas^c sanctus Nicetius, exspectatis duabus antiphonis, ingressus est in sacrarium, ubi dum resi-

deret, diaconus responsorium psalmum^d canere cœpit. Et ille commotus, ait : Sileat, sileat, nec præsumat canere justitiæ inimicus, et dicto citius oppilato ore siluit. Jussitque eum vocari ad se Sanctus, et ait : Nonne præceperam tibi ne ingredereris ecclesiam Dei ? et cur ausu temerario ingredi præsumpsisti ? aut cur vocem in canticis dominicis es ausus emittere ? Stupentibus autem omnibus qui aderant, et nihil mali de diacono noverant, exclamavit dæmonium in eo, et se torqueri a Sancto immensis cruciatibus confitetur. Ipse enim præsumpsit in ecclesia canere, cujus vocem ignorantibus populis Sanctus agnovit ; et ipsum verbis acerrimis, non diaconum^e, exsecravit. Tunc impositis Sanctus diacono manibus, ejecto dæmone, personam restituit integræ menti.

V. His et aliis signis declaratus in populis, episcopatus sui anno 22, ætate sexagenaria migravit ad Christum. Qui dum ferretur ad sepeliendum, cæcus quidam se sub feretro flagitavit adduci, statimque ingressus, vultus diu lumine viduatus, reseratis oculis, adornatur^f : nec distulit divina pietas beatos artus glorificare signis, cujus beatam animam cum choris angelicis suscipiebat in astris. Post dies autem quos lex Romana sancivit, ut defuncti cujuspiam voluntas **1188** publice relegatur, hujus antistitis testamentum in foro delatum, turbis circumstantibus, a iudice reseratum recitatumque est. Presbyter quoque basilicæ tumens felle, quod nihil loco illi in quo sepultus fuerat reliquisset, ait : Aiebant semper plerique stolidum fuisse Nicetium : nunc ad liquidum verum esse patet, cum nihil basilicæ in qua tumulatus est delegavit. Sequenti autem nocte apparuit presbytero cum duobus episcopis, id est Justo atque Eucherio^g, in veste fulgenti, dicens ad eos : Hic presbyter, sanctissimi fratres, blasphemias me obruit dicens, quia nihil facultatis scripserim templo huic quo requiesco ; et nescit quia quidquid pretiosius habui ibidem reliqui, id est glebam corporis mei. At illi dixerunt : Injuste fecit ut detraheret servo Dei. Conversusque Sanctus ad presbyterum, pugnis palmisque guttur ejus illisit, dicens : Peccator conterende, desine stulte loqui. Expergefactus autem presbyter, tumefactis faucibus ita doloribus coarctatur, ut ipsas quoque salivas oris vix cum labore posset maximo deglutire. Unde

^a Editi, *ordinatus fuit præcipuus*.

^b Bell., *Ermentarium*.

^c Ejus ad *matutinos* persolvendos studium laudat libelli supra laudati auctor. Quo autem id cordis et oris devotione persolveret sic exponit : « Nocturni vel diurni temporis cursus, quos in divinis officiis institutio vetusta sacræ religionis fixis terminis certa lege constituit, ita jugi semper psallendi studio geminavit, ut nunquam de ore vel de corde suo meditatio divinæ legis abesset. »

^d Psalmi responsorii in missa cantati meminit Gregorius lib. viii, cap. 3, ubi hunc sic dictum fuisse notavimus, quod uno versum quemque psalmi dicente, cæteri antiphonam seu responsum subjungerent, uti ianueræ videtur Augustinus lib. ix Confess. cap. 12. At J. Carus, sive Thomasus, vir eruditiss., in

præf. ad Psalterium ait versus omnes integros, prout a cantante dicebantur, ab omni cœtu repetitos fuisse in psalmis responsoriis.

^e Ed., *non dicam*, quæ verba Sur. et Boll. omiserunt.

^f Vide lib. de Glor. conf. cap. 61, quod est de ejus miraculis.

^g Uterque Lugdunensis episc. fuit. Sanctus Justus colitur die 2 Septemb., Eucherius vero 16 Nov. Sepultus est autem Nicetius in ecclesia apostolorum, quæ exinde sancti Nicetii dicta, hodieque subsistit collegio canonicorum et parochiæ titulo decorata, ubi sacræ ejus reliquiæ asservantur. Ejus epitaphium refert Stevertius. Eum patriarcham appellat Gregorius lib. v Hist. cap. 29. Subscripsit concil. II Lugdun. an. 567.

factum est ut per dies quadraginta lectulo decubans graviter cruciaretur : sed, invocato Confessoris nomine, sanitati redditus, nunquam ausus est ea verba quæ prius præsumpserat garrulare. Et quia novimus Priscum episcopum ^a huic Sancto semper fuisse adversum, diacono cuidam hujus casulam ^b tribuit. Erat autem valida, eo quod et ipse vir Dei robusto fuisset corpore. Cappa ^c autem hujus indumenti ita dilatata erat atque consuta, ut solent in illis candidis ^d fieri quæ per Paschalia festa sacerdotum humeris imponuntur ; ibatque diaconus **1189** cum hoc vestimento discurrens, ac parvipendens de cujus usibus remansisset, hoc habens in lectulo, hoc utens in foro, de cujus fimbriis, si credulitas certa fuisset, reddi potuit salus infirmis. Cui ait quidam : O diacone, si scires virtutem Dei, et quis fuit cujus vestimento uteris, cautius te cum eo vivere oportebat. Cui ille : Vere, inquit, dico tibi, quia et hac casula tergo utor, et de capsula ejus parte prolixiore decisa tegumen pedum aptabo. Fecit illico miser quod pollicitus est, suscepturus protinus divini judicii ultionem. Verum ubi deciso cucullo aptatis pedibus pedes operuit, extemplo arreptus a dæmone ruit in pavimento. Erat enim solus in domo, nec erat qui succurreret misero. Cumque spumas cruentas ore projiceret, extensis ad focum pedibus, pedes cum pedulibus ignis pariter devoravit. Hactenus de ultionibus.

VI. Agiulfus [*Ed.*, Aigulfus] quoque diaconus noster a Roma veniens, beata nobis sanctorum pignora deferebat. Hic causa orationis tantum locum quo Sanctus quiescit adivit, ingressusque ædem, dum diversorum miraculorum opus illustre perpendit, vidit immensum catervatim populum ad ejus sepulcrum, ac velut felicium examina apud ad consuetum alveare confluere ; et alios, presbytero qui aderat ministrante, particulas cereæ pro benedictione sumere, alios parumper pulveris, nonnullos disruptas ab opertorio ejus fimbrias capere, et abire ferentes in disparibus causis unam gratiam sanitatis. Hæc ille cernens, fide compunctus, lacrymans, ait : Si marinorum me moles fluctuum sulcare tonsis actum ^e mei Sacerdotis devotio fecit, ut lustrata ^f Orientalium martyrum sepulcra, aliquid de eisdem pignoris deferre deberem ; cur non Gallicani mei Confessoris pignora capiam, per quæ mihi meisque salus integra reparatur ? Et statim accedens, quasdam de herbulis ^g,

quas devotio populi sacrum jecit in tumulum, manu linteo operta, sacerdote porrigente suscepit, repositasque diligenter domum detulit : sed statim fidem hominis miraculorum **1190** actio comprobavit. Nam discerptis de his foliis, frigoriticis cum aquæ potu porrectis, protinus cum haustu salutem invexit, sed et multis deinceps. Quando autem nobis hæc retulit, jam quatuor exinde sanos factos ab hac infirmitate narravit. Joannes autem presbyter noster, dum ab urbe Massiliensi cum commercio negotiationis suæ rediret, ad hujus Sancti sepulcrum in oratione prosternitur, de qua consurgens, aspicit contractas compedes, disruptasque maculas catenarum, quæ culpabilium vel astrinxerant colla, vel suras attriverant, et admiratus est : sed hæc contemplatio non fuit vacua miraculis. Nam rediens ad nos presbyter, assebat cum sacramento tres coram se ibi cæcos fuisse lumini redditos, ac domum rediisse salvatos. Nam apud Genabensem ^h Galliarum urbem dum ejus reliquiæ cum honore psallentii portarentur, tantam ibi Dominus gratiam præstare dignatus est, ut suppliciter adorantes, et cæci visum, et claudi reciperent gressum : nec dubitare poterat quispiam præsentem esse Confessorem, cum videbant talia infirmis remedium munera ministrari.

VII. Seditio etenim in quodam loco exorta, cum vulgo sæviente volantibus saxis ac facibus, furor arma non mediocriter ministraret, unus elevato ensis acumine cum assultu gravi virum perculit. Post dies autem paucos nactus ab interempti germano, simili exitu trucidatur. Quod cum judex loci illius comperisset, vinctum virum in carcerem retrudi præcepit, dicens : Dignus est letho hic scelestus occumbere, qui voluntatis propriæ arbitrio, nec exspectato iudice, ausus est temere mortem fratris ulcisci. In qua dum teneretur custodia, et multorum sanctorum nominibus invocatis misericordiam precaretur, quasi ad Sanctum Dei proprie conversus, ait : Audivi de te, sancte Niceti, quod sis potens in opere misericordiæ, ac pius in competitorum flentium absolute. Deprecor nunc, ut me illa supereminenti pietate visitare digneris, qua in reliquorum absolute **1191** victorum sæpius claruisti. Et post paululum obdormiens, apparuit ei vir beatus, dicens : Quis es tu, qui nomen Nicetii invocas ? aut unde nosti quis fuerit, quod eum obsecrare non desinis ? At ille causam delicti ex ordine reserans, adjecit : Miserere, quæso, mihi, si tu es vir Dei quem invoco. Cui Sanctus ait :

^a Qui scilicet beato Nicetio successit. De eo supra, in lib. iv Hist. cap. 36. Compluribus conciliis interfuit et subscripsit ab an. 573 ad an. 585, quo habita est synodus II Matiscon.

^b Colb., infra, *casubulam*. Bell., *casublam*. Laud., *casulam*.

^c Land et plerique Ed., *capsa*. Cucullum habebat id vestimentum, ut patet infra ; et quiddam cappæ olim cucullam habebant. Vide Mabillon. lib. i Liturg. Gallic. cap. 7, n. 2.

^d Cæsarius Arelatensis libro i Vitæ suæ *casulam* *proccessoriam* et *Albam paschalem* pauperibus dedisse dicitur. Sanctus Remigius Rhemorum antistes in suo

Testamento *amphibatium album paschalem* suo successori legavit.

^e Sic Mss. omnes et Ed., præter Sur. et Boll., qui duo hæc verba *tonsis actum* omittunt.

^f Id est, *lustratis... sepulcris*.

^g Vide lib. vii Hist. cap. 12, et de Gloria conf. cap. 50. Nepotianus apud Hieronymum in epistola ad Heliodorum laudatur, quod basilicas ecclesiæ et martyrum conciliabula diversis floribus et arborum comis, vitiumque pampinis adumbraret.

^h Bal, *Genebensis*. Genabum, id est, Aurelianensem civitatem hic designari dubium non est, nam Gregorius Genevam passim *Janubam* nominat.

Surge in nomine Christi, et ambula liber; a nullo enim comprehenderis. At ille in hac expergefactus voce se absolutum, catenis comminutis confricaque trabe, miratur. Nec moratus, nemine retinente, usque ad ejus sepulcrum perrexit intrepidus. Tunc a iudice noxialis culpæ damnatione concessa, laxatus abscessit ad propria.

VIII. Gratum est illud addi miraculis, quid accensus^a ad lectum ejus fecerit cicindilis, quia ingentia sunt quæ hic Sanctus in cœlis habitans operatur in terris. Igitur lectulus, in quo Sanctus quiescere erat solitus, sæpius miraculis adornatur illustribus, quique grandi studio ab Ætherio^b nunc episcopo fabricatus devotissime adoratur non immerito, cum frigoritici sæpius sub eo siti, compresso vapore ac frigore, salvantur, cæterique infirmi ibidem projecti protinus sublevantur. Palla etenim speciosa tegitur, lychni in ea jugiter accenduntur. Unus igitur ex his per quadraginta dies totidemque noctes, ut ipse ædituus asseruit, absque ullius fomenti adiutorio perduravit splendens, in quo nec papyrus^c addita, nec gutta olei stillantis adjecta, sed in ipsa qua primum statutus^d est compositione, permansit in luce præclara. Hujus Sancti reliquias Gallomagnus Tricassinorum pontifex^e devotus expetiit, quæ cum psallentio [Al., psallendo] deducerentur, et cæcorum oculi illuminati sunt earum virtute, et aliorum morborum genera meruerunt recipere medicinam. Ad nos quoque facietergium, dependentibus villis^f in-textum, **1192** quod Sanctus super caput in die obitus sui habuit, est perlatum: quod nos tanquam munus cœleste suscepimus. Factum est autem, ut post dies plurimos ad benedicendam ecclesiam in parochia Paternacensi^g urbis Turonicæ invitaremur. Accessi, fateor, sacravi altare, decerpsi fila de linteo, locavi in templo: dictis missis, facta oratione, discessi. Paucis deinde diebus interpositis, advenit ad nos ille qui invitaverat, dicens: Gaude in nomine Domini, sacerdos Dei, de virtute beati Nicetii antistitis, nam noveris quia ostendit magnum miraculum in ecclesia quam sacrasti. Cæcus enim erat in pago nostro diuturna cæcitatibus et caliginis oculorum nocte detentus, cui apparuit vir quidam per visum noctis, dicens: Si vis sanus fieri, prosternere in orationem coram basilicæ sancti Nicetii altari, et recipies visum. Quod cum fecisset, disruptis tenebris, lumen ei virtus divina patefecit. Posui, fateor, de his pignoribus et

in aliis basilicarum altaribus, in quibus et energumeni Sanctum confitentur, et fidelis oratio sæpius promeretur effectum. Phronimii^h igitur Agathensis episcopi famulus epileptici morbi accessu fatigabatur ita ut plerumque cadens ac spumians linguam suam propriis dentibus laceraret: et cum ei a medicis plurima fierent, accidebat ut, paucis mensibus interpositis, non tangeretur a morbo; sed iterum in recidivum cruciatumⁱ ruens, pejus quam prius egerat perferebat. Dominus vero ejus cum vidisset tanta virtutes ad sepulcrum beati Nicetii fieri, dixit ad eum: Vade et prosternere coram sepulcro Sancti orans ut te adjuvare dignetur. Qui cum jussa expletisset, sanus regressus est, nec ultra eum hic attigit morbus. Septimus enim erat annus ab incolumitate pueri, quando eum nobis episcopus præsentavit.

1193 IX. Quidam vero pauper vivente Sancto, litteras ab eo elicit manu ejus subscriptas qualiter sibi per devotorum domos eleemosynam flagitaret: post cujus obitum, adhuc cum ipsa circumcuiens epistola, non pauca ab eleemosynariis pro Sancti memoria capiebat. Desiderium enim erat omnibus, ut quisque vidisset subscriptionem Sancti aliquid præberet egentibus. Quod videns quidam Burgundio, non honorans, neque venerans Sanctum observare pauperem cœpit a longe: vidensque eum silvas ingressum, irruit, et abstulit ei sex aureos cum epistola, collisumque calcibus reliquit exanimem. At ille inter calces, et reliqua verbera, hanc vocem emisit: Adjuro te per Deum vivum et virtutem sancti Nicetii, ut vel epistolam ejus mihi reddas, quia mihi ultra non erit vita, si eam perdidero. Ille vero ea projecta in terram abiit, quam pauper colligens venit ad civitatem, erat enim ibidem eodem tempore Phronimius episcopus, cujus supra meminimus. Ad quem accedens pauper ille, ait: Ecce homo qui me graviter cæsum exspoliavit, abstulitque sex aureos, quos pro intuitu epistolæ sancti Nicetii acceperam. Episcopus autem narravit hæc comiti: iudex vero vocatum Burgundionem, perunctari cœpit ab eo quid exinde diceret. Negavit autem coram omnibus, dicens: Quia nunquam vidi hominem istum, neque res ejus abstuli. Episcopus autem aspiciens epistolam, vidit subscriptionem Sancti, et conversus ad Burgundionem, ait: Ecce in hac epistola subscriptio sancti Nicetii tenetur. Si es innocens, accede propius, et jura tangens manu

^a Sic Mss. et recte, nam *cicindelis* nomine lampadem intelligit, de qua infra sub nomine *lychni*, qui quadraginta dies absque fomento perduravit. Ed., *accensis*.

^b Prisco successit. Subscripsit episcoporum rescripto pro monasterio Pictavensi, apud Gregor., lib. ix Hist. cap. 41. Vide et lib. x cap. 28. Non semel ad eundem Gregorius Magnus litteras scripsit.

^c Papyrus vice eltychuii sæpius adhibitam ex veteribus passim auctoribus constat. Unde in Glossariis nonnullis *papyrus*, quasi *parans pyr*, id est, ignem. Vide Gregor. Magni lib. i Dialog. cap. 5.

^d Colb. et Laud., quod *primum statutum est*.

^e Gallomagnus, episc. Trecentensis, subscripsit concil. Paris. iv an. 573, et Matiscon. i an. 581. Porro

reliquiæ sancti Nicetii hic memoratæ servantur etiam nunc, ut observat Camusatus in Catalogo episc. Trecentens. in ecclesia eidem sacra, quæ parochialis titulus est in urbe Tricassina.

^f Linteum villis onustum memorat Apollinaris Sidon. epist. 17 lib. v, in quem locum Savaro plura habet de villosis mantilibus.

^g Hodieque superest, vulgo *Perrenay*, seu *Pernay*, dictus.

^h Sic Boll., et quidem recte, non *Phronimius*, ut habent cæteri Ed. et Mss., nam infra ipse episcopus Phronimius dicitur. Varias ejus fortunas descripsit Gregor. lib. ix Hist. cap. 24.

ⁱ Laud. et Colb., in *redivivo cruciatu*.

ipturam quam ipse depinxit. Credimus enim de A
tute illius quia aut te hodie reddet ab hoc scelere
probatum, aut certe abire permittet innoxium.
ille nihil moratus, accedit ad manus episcopi,
hanc epistolam extentam tenebat; elevansque
nus suas ut sacramentum daret, cecidit retror-
n supinus, et clausis oculis, spumas ab ore proji-
ns, quasi mortuus putabatur. Transeunte autem
si duarum horarum spatio, **1194** aperuit ocu-
sus, dicens: Væ mihi quia peccavi auferendo res
peris hujus! Et statim retulit per ordinem qua-
r injuriam intulerat homini illi. Tunc episcopus
iudice a obtenta culpa, ea tantum quæ abstu-
it inopi reddidit, et pro cæde duos insuper soli-
addidit, et sic uterque a iudicis conspectu dis-
sit.

X. Quanti per hunc Sanctum carcerali ergastulo
incti absoluti sint, quantum compeditorum ca-
æ sive compedes sint confractæ, testis est hodie
les illa ferri, quæ in basilica ejus aspicitur, de su-
dictis suppliciis aggregata. Nuper autem in con-
ctu Guntchramni principis Syagrium Augustodu-
sem episcopum regi referentem audivi, in una
cte in septem civitatibus carceraliis apparuisse
atum Virum, eosque absolvisse ab ergastulo, et
re liberos permisisse; sed nec iudices contra eos
dquam agere deinceps ausi sunt. De cujus sepul-
si febricitans, si frigas habens, ac diversis
rbis laborans quid pulveris sumpserit, ac dilutum
eperit, mox recipit sanitatem. Quod non est du-
m præstare eum qui ait sanctis suis: *Omnia*
ecunque petieritis in nomine meo, credite quia acci-
tis, et venient vobis (Marc. XI, 24).

XI. Igitur apud vicum Prisciniacensem ^b urbis
ronicæ ecclesia dudum constructa absque sancto-
n pignoribus habebatur. Cumque incolæ loci ple-
nque peterent ut eam quorumpiam sanctorum
eribus sacrarem, de supradictis reliquiis sancto-
ari collocavimus ^c: in qua ecclesia sæpius virtus
mini per beatum manifestatur antistitem. Nuper-
no autem tempore, mulieres quædam vexatæ a
monio, ex termino Biturigo venientes, tres nu-
ro, dum ad basilicam sancti Martini deducerentur,
ac ecclesiam sunt ingressæ: illico collisis in se
mis, dum sancti Nicetii faterentur se virtutibus
ciari, projicientes ab ore nescio quid purulentum
n sanguine, ab obsessis [Al., immundis] spiritibus
tinus sunt mundatæ. Dado unus ex his pagensi-
s, cum in hostilitate illa quæ apud Convenas
a ^d est **1195** accessisset, et plerumque in peri-
is mortis irrueret, vovit ut si domum reverteretur

Id est, a iudice, seu comite.

Duplex est hodieque hujus nominis vicus in pago
onensi, alter alteri proximus, et uterque sub præ-
ura Luccensi. Primus Prisciniacus major dicitur
Grand-Précigni, ad Clasiam fluvium (*la Claise*);
r minor Prisciniacus (*le Petit-Précigni*), ad Bre-
nem amniculum (*Brignon*).

Colb., consecravimus.

Id est in expeditione adversus Gundobaldum
lomerem, in qua Convenarum urbs destructa

incolumis, ad memoratam ecclesiam exornandam in
honore beati Nicetii aliqua ex his quæ acquisierit
[Al., acquisierat] largiretur. Rediens igitur duos ca-
lices argenteos detulit, vovitque iterum in itinere,
ut hos ecclesiæ conferret, si ad propria sospes acce-
deret. Ad domum igitur accedens, unum tantum-
modo dedit, alium fraudare procuravit, dans cooper-
torium Sarmaticum, quo altare dominicum, cum
oblationibus tegetetur. Apparuit autem viro Vir bea-
tus per somnium, dicens: Quousque dubitas, et vo-
tum implere dissimulas? Vade, inquit, et calicem
alterum quem vovisti redde ecclesiæ, ne pereas tu
et domus tua: coopertorium vero, quia rarum ^e est,
non ponatur super munera altaris, quia non exinde
ad plene tegitur mysterium corporis sanguinisque

B dominici. At ille exterritus, nihil moratus, votum
quod voverat velociter adimplevit. Hujus hominis
frater ad vigiliis dominici Natalis advenit, monuitque
presbyterum, dicens: Vigilemus unanimiter ad ec-
clesiam Dei, atque exoremus devote beati Nicetii po-
tentiam, ut, eo obtinente, hujus anni curriculum cum
pace ducamus. Quod presbyter audiens, gavisus
jussit signum ad vigiliis commoveri. Quo commoto,
adveniente presbytero cum clericis et reliquo po-
pulo, hic gulæ inhians moras veniendi innectebat;
misitque sæpius presbyter ad eum arcessendum. Qui-
bus respondebat: Paulisper sustinete, et venio.
Quid plura? transactis vigiliis, data luce, hic qui
prius commonuerat, ad vigiliis non accessit. Pres-
byter vero, impleto officio, commotus contra homi-
nem, ad metatum ejus properat, quasi eum a com-
munionem suspenderet: at ille correptus febre, sicut
vino, ita divino exurebatur incendio: nec mora,
viso presbytero, datis vocibus cum lacrymis, suppli-
cabat sibi pœnitentiam tradi. Cumque eum presbyter
increparet, dicens: Merito a sancti Nicetii virtute
exureris, ad cujus **1196** ecclesiam venire ad vigi-
lias neglexisti, inter sermocinantium colloquia spiri-
tum exhalavit. Facta quoque hora tertia, cum popu-
lus ad missarum solemniam ^f conveniret, hic mortuus
in ecclesiam est delatus. Quod virtute sancti Anti-
stitis actum nemo ambigere potest. Hæc enim nobis
ipse exposuit presbyter. Plurima etenim de his vel
proprie experti sumus, vel per fidelium relationem
cognovimus, quæ indicare longum putavimus.

D XII. Sed quoniam placuit libello clausulam dare,
unum adhuc admirandum de libro Vitæ ejus, quem
supra a quodam scriptum præfati sumus, memorabo
miraculum: de quo virtus divina procedens non reli-
quit inglorium, sed ad comprobandam virtutem di-
ctorum patefecit esse plurimis gloriosum. Diaconus

fuit, ex lib. vii Hist. cap. 38.

^e Scilicet ob tenuitatem transparens.

^f Unicæ missæ mentio hic fit in Natali Domini,
qui mos erat Ecclesiæ Gallicanæ. Tres in Ordine Ge-
lasiano et in Gregoriano assignantur, quod triplex
Romæ erat hac ipsa die statio, ubi missa celebraba-
tur, sed a tribus diversis sacerdotibus. Hinc tamen
manavit consuetudo tres missas illa die celebrandi.
Vide Mabillon., lib. ii Liturg. Gallic. num. 7.

enim Augustodunensis gravi oculorum cæcitate turbatus, audivit hæc quæ glorificator sanctorum suorum Deus ad Sancti tumulum exercebat, dixitque suis: Si ejus adirem sepulcrum, aut aliquid de sanctis pignoribus sumerem, aut certe si pallium, quò sancti artus teguntur mererer attingere, fierem sanus. Cumque hæc et hujusmodi cum suis verba conferret, astitit repente clericus quidam, dicens: Bene, inquit, credis, sed si de iisdem firmare mentem cupis virtutibus, en volumen chartaceum, quod de his habetur scriptum, ut facilius credas ea quæ ad auditum tuarum aurium pervenerunt. At ille priusquam legere appeteret, inspirante divinæ pietatis respectu, ait: Credo quia potens est Deus egregia operari per famulos suos. Et statim posuit volumen super oculos suos. Extemplo autem, fugato dolore disruptaque caligine, usum videndi recipere meruit voluminis a virtute, et in tantum claritate potitus est ^a, ut ipse propriis oculis legens virtutum gesta cognosceret. Operatur hæc autem unus atque idem Dominus, qui gloriatur in sanctis suis, atque ipsos ^b illustribus miraculis editos efficit gloriosos: ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT IX.

De sancto Patroclo abbate.

1197 Cum egregia Moysis vatis prudentia, ad conformandum divinæ descensionis tabernaculum, juxta ipsum oris dominici præceptum, fabricare disponderet, atque ad hoc eundemque ^c apparatus multa congerere jussus, non haberet cuncta in regestu promptuarii, quæ ab ipso Domino ostensa fuerant in montis ardui summitate, jussit commoneri populum, ut offerret unusquisque pro viribus quiddam muneris Deo, et hoc non ex necessitate, sed sponte (*Exod.* xxv). Offerebant ergo donaria auri, argenti, æris ac ferri metalla; gemmarum etiam micantium pulchritudines, ac fila byssi duplicati cocci que bis torti; nonnulli pelles arietum rubricatas, pilosque caprarum. Sed cum hæc omnia doctores Ecclesiarum esse allegorica tradidissent, et in reliquis donariis gratiarum genera demonstrassent [*Bal.*, declarassent], in illis caprarum pilis laudationum verba comparaverunt; ita nunc et nos sterilem sensu, imperiti studio, squalentes in actu, et si aurum, argentum, vel gemmas, filaque duplicata ac torta non offerimus, saltem vel pilos caprarum, id est verba quæ sanctorum atque amicorum Dei prodant miracula, in Ecclesia sancta porrigimus, ut legentes eo incitentur studio quo sancti meruerunt scandere polum. Ergo quia nobis de beati Patrocli Vita nuper data relatio quædam prodidit, non omittenda sed manifestanda curavi; et licet sermone rustico, non tamen oculi

arbitratus sum quæ Deus gessit per famulum suum.

I. Igitur beatissimus Patroclus Biturigi territorio incola, Ætherio patre progenitus (*An.* 576, 19 *Nov.*) cum decem esset annorum pastor ovium destinatus fratre Antonio tradito ad studia litterarum. Erat enim non quidem nobilitate sublimes, ingenui ingenii ^a; cumque quodam meridie hic a scholis, a grege commisso ad capiendum cibum paterno hospitio convenissent, dixit Antonius fratri suo: Discede longius, **1198** o rustice; tuum est enim opus oves pacere, meum litteris exerceri: quare nobiliorem me ipsius officii cura facit, cum hujus custodia servitus vilem reddat. Quod ille audiens, et hanc increpationem quasi a Deo sibi transmissam putans, reliquit oves in campi planitie, et scholas puerorum nisu animi agili atque cursu velocissimo expetivit, traditisque elementis, ac deinceps quæ studio puerili necessaria erant, ita celeriter memoria opitulante, imbutus est, ut fratrem vel scientia præcederet, vel alacritate sensus, adjuvante divini Numinis auxilio, anteciret. Dehinc Nunnio [*Ed.* Mumioni], qui quondam cum Childeberto Patris siorum rege magnus habebatur, ad exercendum commendatus est. A quo cum summa amoris diligentia nutriretur, ita se humilem atque subjectum omnibus præbebat, ut omnes eum tanquam propriam parentem in summa bonitate diligerent. Regressus ad domum, patre defuncto, reperit matrem ^b adhuc superstitem. Cui illa ait: Ecce genitor tuus o dulcissime nate, obiit; ego vero absque solamine dego. Requiram puellam pulchram ingenuamque, copulatus solatium præbeas maternæ viduitati. Ille respondit: Non conjungor mundanæ conjugii, quæ concepit animus cum Domini voluntate persequi. Cui cum genitrix non intelligens quæreret quid hoc esset, prodere noluit, sed abiit ad Arcadium Bituricæ urbis episcopum, petiitque sibi comitum capitis tonderi, ascirique se in ordinem clericorum. Quod episcopus, Domino volente, sine mora complavit. Nec multo post diaconatus officium sumens, vabat jejuniis, delectabatur vigiliis, exercebatur lectione, atque in oratione assidua promptus effunditur, ut nec ad convivium mensæ canonicæ cum rebus quis accederet clericis. Quod audiens archidiaconus frendens contra eum, ait: Aut cum reliquis fratribus cibum sume, aut certe discede a nobis; non enim rectum videtur ut dissimules cum his habere victum, cum quibus ecclesiasticum implere putas officium.

II. Non est autem de his servus Dei commotus animo, qui jam eremi sitiebat **1199** adire secretum sed ab urbe egressus memorata, venit ad vicam Noreensem ^c, ibique ædificato oratorio, sancti Martini

^a Sic Colb. Cæteri. *in tanta... positus.*

^b Editi, *ut qui ipsos... efficit.*

^c Bad. et Sur., *ejusdemque.* Bal. et Laud., *ad hunc eundem.* Infra, *ei ostensa.*

^d Ingenui erant inter nobiles et servos medii, liberi scilicet nati.

^e Subscripsit conc. Aurelian. III an. 538 et per

Probianum presbyterum Aurelian. IV an. 541.

^f Archidiaconi erant veluti cæterorum clericorum præfecti. De eorum officiis et prærogativis agit Theodorus Massinus *Disciplina eccles.* part. I, lib. II, cap. I. Nota clericos tunc in communi mensa vixisse.

^g Bal., *Mereensem*, et sic infra. Habetur apud Bituriges Meriacum supra Carem fluvium (*Mery su*)

illis consecrato, pueros erudire cœpit in studiis
rum. Veniebant autem ad eum infirmi et sana-
r, atque energumeni nomen ejus confitentes
labantur: nec ei erat solitudo ut voluerat, sed
ta virtus publicum usquequaque reddebat.
pro auspicio quiddam a brevibus conscriptis
super altare, vigilans et orans tribus nocti-
t quid ei Dominus agere juberet, dignaretur
estissime declarare. Sed pietatis divinæ in clyta
atio, quæ eum præsciens eremitam esse decre-
brevem illum accipere jubet, ut ad eremum
raret. Ille autem in cellula in qua degebat,
egatis virginibus, monasterium instituit puella-
nihil de omni labore suo quod ibidem aggrega-
cum abscederet sumens, nisi rastrum unum,
que bipennem: ingressusque altas silvarum so-
nes, venit ad locum qui dicitur Mediocantus;
e constructa cellula, in opere, quod supra dixi-
Deo vacabat; atque inibi cum multos energu-
e, manu imposita, per signum crucis effugatis
nibus, mente integra reddidisset, unus ad eum
us est rabidus, qui rictibus patulis dentibusque
is, quod attingere poterat dentibus propriis
at. Pro quo per triduum in oratione prostratus,
it ad illam divinæ miserationis potentiam, ut,
to furore, letho obnoxius mundaretur, im-
que in os ejus digitis, fugato feralis atrocitatis
, personam restituit incolumitati. Nullas enim
um vires habere poterat persuasionis iniquæ
gium. Nam sicut hos qui vexabantur emun-
ita et quæ immitebat occulte atrocita auctor
is, repellebat per crucis sacratissimæ virtu-
Nam Leubellæ cuidam feminae, cum per luem
inguinariam diabolus, Martinum mentitus,
nes quibus quasi populus salvaretur **1200**
er obtulisset, hæ ad Sanctum delatæ, non so-
velante Spiritu sancto evanuerunt, verum-
ipse inceptor malorum Sancto terrimus appa-
quæ nequiter gesserat est confessus. Transfi-
enim se sæpe diabolus in angelum lucis (*II*
, 14), ut hac fraude decipiat innocentes. Sed
multas intentaret insidias, ne hic ascenderet,
ille corruerat, immisit ei cogitationem, ut,
missa cremo, ad sæculum reverti deberet.
e Sanctus cum virus grassari sensisset in pec-
u oratione prostratus petebat ut nihil aliud
od Deo esset placitum exerceret. Tunc appa-
D angelus Domini per visum, dicens: Si vis
m videre, ecce columna, in quam ascendens
plare omnia quæ geruntur in eo. Erat enim
um per ipsam visionem columna miræ celsi-
collocata, in quam ascendens vidit homicidia,

Sed nostra lectio, quæ est aliorum Edit. et
ræferenda. Hic quippe designatur locus olim
, *Aquæ Neri* dictus in tabulis Peutingerianis,
dieque priscum nomen retinet in agro Burbo-
vulgo *Neris* nuncupatus, oppidum non inele-
t prioratus visitur, sed monasterii virginum
em rudera supersunt.

tunc pro hospitio quoddam. Unde Sur., tunc
ptio eligendo quædam conscripta brevia, etc.

A furta, cædes, adulteria, fornicationes, et omnia
prava quæ geruntur in mundo. Et descendens ait:
Ne, quæso, Domine, revertar ad has pravitates, quas
dudum te confessus oblitus sum. Tunc ait illi ange-
lus qui cum eo loquebatur: Desine ergo quærere
mundum, ne pereas cum eo; sed potius vade in ora-
torium in quo Dominum depreceris; et quod ibi in-
veneris, hoc tibi erit consolatio in peregrinatione
tua. Ingressusque cellulam oratorii, invenit tegulam
ficilem, in qua signum crucis dominicæ erat expres-
sum; agnoscensque munus divinum, intellexit sibi
ad omnia mundanæ persuasionis incitamenta hoc
esse inexpugnabile munimentum.

III. Post hæc ædificavit sanctus Patroclus monas-
terium Columbariense ^b in miliaribus quinque a
cellula eremi in qua habitabat, et congregatis mo-
nachis, ut in solitudine libero potius fungeretur ar-
bitrio, abbatem instituit, qui gregi monasteriali
præesset. Octavum enim et decimum in hoc eremi
loco expleverat annum. Tum, congregatis fratribus,
transitum suum annuntians, obiit in senectute
bona ^c, sanctitate **1201** præcipua; qui aquis
ablutus, feretroque impositus ferebatur ad monaste-
rium suum, ubi se vivens sepeliri mandaverat. Tunc
archipresbyter Nerensis vici, collecta clericorum
cohorte, voluit vi auferre glebam sancti corpusculi,
videlicet ut ad vicum suum unde egressus fuerat se-
peliretur; sed cum furibundus veniens vidisset a
longe pallam quæ tegebat artus sanctos eximio al-
bere nitore, ita nutu Dei est metu perterritus, ut
omni velocitate revocaret ab animo quod male con-
ceperat levitatis arbitrio, conjunctusque psallentio
in exsequiis Sancti progressus, tumulavit eum cum
reliquis qui aderant fratribus, in ipso Columba-
riensi monasterio: ad cujus sanctum sepulcrum
Prudentia cæca cum alia Lemovicina puella, simi-
liter lumine viduata, ut sepulcrum sanctum in ora-
tione osculatæ sunt, lumen recipere meruerunt.
Maxonidius autem post quintum cæcitatæ suæ an-
num, hunc tumulum sanctum adiit, lumenque recepit.
Energumeni vero Lupus, Theodulfus, Ruco, Sco-
pilia, Nectariola et Tacihildis ad hunc Sancti tumu-
lum sunt mundati: sed et puellæ duæ de Lemovicino
venientes, oleo quod ipse Sanctus benedixit per-
unctæ, a nequitia qua obsidebantur mundatæ sunt.
Et quotidie ibidem ad corroborandam fidem gentium
operatur Dominus, qui perpetualiter glorificat san-
ctos suos.

CAPUT X.

De sancto Friardo reclauso.

Multi variique ^d sunt gradus per quos ad cœlorum

^b Vulgo, *Columbiens*, in archipresbyteratu montis
Lucii (*Mont-Luçon*), apud Bituriges, ubi prioratus
ord. Cluniacensis monasterio Silviniacensi subjectus.
Aliud est monasterium Columbariense, quod memo-
ratur in libro 1 de Ecclesiis Claromontensibus,
cap 30.

^c Obiit octogenarius, ut dicitur lib. v Hist. cap. 10.

^d Scripti duo, *Multi enim sunt*.

regna conscenditur, de quibus, ut opinor, et David A dicit, quia *ascensus in corde deposuit* (Psal. LXXXIII, 6). Accipiuntur ergo hi gradus diversorum operum ad cultum divinum profectus, et nullus in his gressum figere potest, nisi fuerit, sicut sæpe testati sumus, Dei adjutorio provocatus. Sic enim Psalmodigraphus in illo mediæ profectionis gradu loquitur, dicens : *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laborant qui ædificant eam* (Ps. CXXVI, 1). Quod adjutorium, non modo martyres, verum etiam et illi quos sacræ vitæ roboravit auctoritas [Ed., celebravit], **1202** jugiter inquirentes, ad hoc quod sitis desiderii spiritalis promebat alacres pervenerunt. Nam si ad martyrium mens accensa est, hujus adjutorii opem poposcit martyr ut vinceret ; si jejunii observantiam adhibere studuit, ut ab eo confortaretur afflicto est ; si castitati artus reservare voluit impollutos, ut ab illo muniretur oravit ; si post ignorantiam pœnitendo converti desideravit, ut ab eo nihilominus sublevaretur cum lacrymis flagitavit ; et si quid operis boni exercere eorum quispiam meditatus est, ut ab hoc adjutorio juvaretur expetiit. Per hos ergo scalæ hujus ascensus tam difficiles, tamque excelsos, tam arduos, cum sint diversi, ad unum tamen Dominum per hujus adjutorii opem conscenditur. Idcirco semper ille poscendus, ille quærendus, ille invocandus erit, ut quod de bono mens concipit, adjutorio suo ipse perficiat, de quo et nobis sine fine oportet dicere : *Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum et terram* (Ps. CXXIII, 8). Sicut et ille beatissimus, de quo nunc C nobis futurus est sermo, qui inter diversas vel tentationes, vel cruces sæculi, semper hujus adjutorii munimen expetiit.

I. Fuit igitur apud insulam Vindunittam ^a urbis Namneticæ vir egregiæ sanctitatis, Friardus nomine, reclusus (An. 576, vel 577, 1 Aug.), de cujus vita parumper ad ædificationem Ecclesiæ dicere delectat animum, quia ignoro si ab aliquo sit scripta. Hic ab infantia sua semper Deo devotus fuit atque pudicus : factus autem vir, semper in Dei laudibus, semper in oratione, semper in vigiliis degebat : victus necessaria propriis manibus exigebat a terra ; et si in opera inter reliquos properaret, nunquam ab oratione cessabat. Quod vicinis aut extraneis, ut mos rusticorum habet, ridiculum erat. Quodam vero die, dum cum reliquis, in segetem culmis incisis, D manipulos colligaret, examen miserabilium atque sævarum muscarum, quas vulgo vespas vocant, reperiunt ; cumque acerrime messorum, emissis aculeis, lacerarent, undique circumeuntes messem, locum illum in quo hæ adunatæ erant transiliunt, atque irridendo beatum Friardum alloquuntur dolose, dicentes : Veniat benedictus, veniat religiosus, qui orare non **1203** desinit, qui crucem auribus et oculis semper imponit, qui viis itineris sui salutaria

vexilla præmittit : ipse metat super examen sua oratione mitescat. Tunc quasi ad cœlum dominicæ virtutis hæc verba suscipiens, lutus terræ orationem fudit ad Dominum ; cadens, facto desuper signo crucis, ait : *Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum et terram*. Ad hanc ejus orationem confestim omnes vix infra antrum unde egressæ fuerant abdidere, vero ad spectaculum omnium messem desuper sus expetiit. Quod non sine miraculo irriduit, eo quod Dominus in se sperantem ad cœlum eorum sic dignatus fuerit roborare. Iam post hæc, cum in arborem pro quadam nece ascendisset, subito colliso sub pedibus ramos cœpit, cadensque deorsum, per singulos quosque cutiebat ramos, Christi beatissimum nomen invocabat, dicens : Christe omnipotens, salva me. Cum pervenisset ad terram, nihil est nocitus, sed semper : *Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum et terram*.

II. His et aliis virtutibus animatus, cœpisse secreta cordis tacitus cogitare dicens : Si crucis, et invocatio nominis ejus, atque adjutorii postulatum ab eo tantam potentiam habet, ut quæque mundi devincat, periculosa obruat, tentationum atra depellat, et omnia quæ sunt sæculi oblectamenta pro nihilo reputata fastidiat mihi et mundo, nisi ut relictis omnibus quæ sunt, illius vacare solius debeam obsequiis nominis invocatione a periculis sum salvatus in cœlum. Et egressus ab hospitio suo, oblitus patriam, eremum petiit, ne in sæculo habitandi pedimentum aliquod de oratione mundi sollicitudo conferret. Ipse quoque et abbas Sabaudus [et Baudus], qui quondam regis Clotarii minister pœnitentiam accipientes, Vindunitensem Narbonensis territorii insulam sunt aggressi : habebant secum et Secundellum diaconum. Abbas vero ta de aratro Domini manu, ab insula discedens monasterium rediit ^b, nec multo post, occupatus, **1204** gladio est peremptus. Sanctus Friardus cum Secundello diacono in supradicta insula stetit immobilis. Habebat tamen uterque propriam cellulam, sed procul a se positam. Cum strenue in oratione persisterent, nocte Secundello diacono apparuit tentator in specie Domini, dicens : Ego sum Christus, quem quotidie deprecari soles, enim sanctus effectus es, et nomen tuum liberasti cum reliquis sanctis meis ascripsi : egredere ab hac insula et vade, fac sanitates in populo, et ille illectus deceptionibus discessit ab insula socio ^c nuntiavit : tamen cum infirmis in manus Christi manus inponeret, sanabantur. Regressus autem post multum tempus ad insulam, venit cœcum cum vana gloria, dicens : Abii enim ex insulam, et virtutes multas in populis feci. Cum

^a Plerique Ed., *Vindimittam*. Colb. et Bell. infra habent *Vindonitensem*.

^b Bal., *monasterium reliquit*

^c Scripti duo, *satelliti*, quæ vox Gregorio factis est.

itus ille interrogaret quid hoc sibi vellet, cun-
 e gesserat simpliciter pandit. At senior obstu-
 s, suspiransque et lacrymans, ait: Væ nobis,
 ntum audio a tentatore delusus es! Vade, age
 ntiam, ne ultra tibi prævaleant ejus doli.
 lle intelligens, et periisse se timens, cum fletu
 les ejus prosternitur, rogans ut pro se Do-
 a deprecaretur. Vade, inquit, et pariter ejus
 otentiam pro salute animæ tuæ poscamus. Non
 m difficilis Dominus se confitentibus misereri,
 se per prophetam dicat: *Nolo mortem pecca-*
ced ut convertatur et vivat (Ezech. XXXIII, 11).
 bus autem illis, advenit iterum tentator in
 specie ad Secundellum diaconum, dicens:
 præceperam tibi, eo quod oves meæ morbidæ
 , et pastore indigerent, ut egredereris et visi-
 atque opem sanitatis eis tribueres? Et ille:
 itate enim comperi quod seductor sis, neque
 m credo, cujus te speciem mentiris habere.
 i si Christus es, crucem tuam quam reliquisti
 ostende, et credam tibi. Cumque non osten-
 diaconus crucem Domini in os ejus faciens,
 sus evanuit. Rursumque ad eum veniens cum
 udine dæmonum, tanta eum cæde mactavit,
 x putaretur evadere, et discedens, nusquam
 ruit. Idem postea diaconus in 1205 summa
 tate perdurans, die debito defunctus est ^a.

Beatus vero Friardus, cum magnis virtutibus
 eret, quadam vice effractum e vento ab arbore
 u, quem, ut ferunt, ipse inseruerat collegit,
 situmque baculum sibi exinde, quem manu ^C
 t, fecit. Post multum vero tempus jam are-
 u virgam in terra plantavit, infusaque aqua
 s, baculus ille frondens emisit et poma, atque
 duos aut tres annos in magnam arboris proce-
 n distentus excrevit. Quod cum grande mira-
 a populis cernentibus haberetur, et quotidie ad
 visendam inmanis turba conflueret, ut etiam
 remotionem insulæ virtus prodita publicaret,
 us Dei, ne vanæ gloriæ labe subrueret, arbo-
 rrepta securi succidit. Rursusque Sanctus alte-
 rboris ruinam cernens, quæ acta venti violen-
 toribus plena corruerat, misericordia motus
 , dicens: Ne pereat, quæso, Domine, hujus
 æ fructus, quæ te jubente florum ornamenta
 xit: sed potius a te incrementum ^b reparationis ^D
 um, fructuum adipisci mereatur effectum. Et
 icens, accepta secure, amputata arboris co-
 l, super radices quæ adhuc hærebant, com-
 m ipsam in modum sudis fecit acutam, eam-

cul cum sancto Friardo colitur apud Namnetes
 Augusti, quod prima dies, quæ est natalis
 Friardi, festo sancti Petri ad Vincula impe-
 tit. Albertus de Monte Relaxo sanctum Secun-
 a dicit obiisse III Kalend. Maias.

est, incremento .. indulto.

est, placitorum (les plaidis): Bal., membris

ronius sancti Benedicti epistolam ad sanctum
 ium rejicit, quod in ea sanctus Pater beatum
 tem fratrem nuucupet.

que terræ defixit. Mox ligatis sine radice ramis, ad
 pristinum restituta statum, flores qui aruerant vi-
 ruerunt, ipso quoque anno hæc arbor fructus cultori
 suo restituit. Credo ego de misericordia Dei, quod
 miraculum præsens exegit loqui, quia obtinere potuit
 hic oratione sua vitam mortuis a Domino impertiri,
 qui obtinuit arbores aridas in rediviva viriditate
 frondescere.

IV. Idem cum plerumque transitum suum fratri-
 bus prædiceret, quadam die tactus a febre, dicit suis:
 Ite ad Felicem episcopum, et nuntiate ei discessum
 meum, dicentes: Frater tuus Friardus dixit: Ecce,
 consummato cursu vitæ hujus, de hoc mundo absolvor,
 et ut sis 1206 certior de hoc verbo, die Dominica
 transitum accipio, et vado ad requiem quam mihi
 B promisit Rex æternus Deus. Veni, obsecro, et vi-
 deam te prius quam obeam. Cumque ille occasione
 nescio qua detineretur, mandatum misit, dicens: Rogo
 si fieri potest ut me modicum sustineas, donec,
 moris actionum ^e dissolutis, ad te usque perveniam.
 Revertentibus vero nuntiis et ista dicentibus, cum
 jam lectulo decubaret, ait: Surgamus ergo, et sus-
 tineamus fratrem ^d nostrum. O virum sanctitate
 ineffabilem! qui quanquam festinaret dissolvi, et
 cum Christo esse, non tamen oblitus charitatem,
 obtinuit apud Dominum adhuc esse in mundo, ut
 fratrem cerneret spiritali intuitu. Sed nec illum in-
 firmi reor fuisse meriti, cujus adventu Dominus hujus
 sancti dilatare dignatus est dies. De qua tarditate
 accepto nuntio, protinus quiescente febre, sanus
 surrexit a lectulo. Post multum vero tempus, adve-
 niente episcopo, a febre corripitur, ingressumque
 ad se salutatur et osculatur, dicens: Grandes mihi
 moras de itinere debito facis, o sancte sacerdos!
 Quibus vigilantibus nocte, quæ erat Dominica, mane
 facto, tradidit spiritum. Quo emisso, mox omnis
 cellula ab odore suavitatis repleta tota contremuit;
 unde indubitatum est angelicam ibidem adfuisse
 virtutem, quæ Sancti meritum signans, cellulam
 divinis faceret aromatibus effragare: cujus gloriosum
 corpus sacerdos ablutum recondit in tumulo ^e, Chri-
 stus animam suscepit in cælo, relinquens terrigenis
 exempla virtutum.

CAPUT XI.

De sancto Caluppiane reclauso.

Semper paupertas sæculi regiam ^f reserat cæli,
 atque utentes se non modo præparat polo, verum
 etiam glorificatos miraculis illustres esse declarat in
 mundo, quo fit ut dum illa ergastularis contritionis ^g
 revinctio 1207 paradisi januam patefacit, anima an-

^e Ibi nunc exstat parœcialis ecclesia sub titulo
 sanctorum Friardi et Secundelli, ut ex Breviario
 Namnetensi observat Cointius. De Felice episcopo
 passim agit Gregorius, de quo suis locis nonnulla
 observavimus. Friardum laudavit idem Gregorius
 lib. IV Hist. cap. 37 novo. De ejus mortis anno vide
 Cointium ad au. 577, n. 49, et confer cum loco Gre-
 gorii mox laudato.

^f Id est, januam. Ed., Regna; et infra BaI., atque
 viventes ac non modo, etc.

^g Aliquot Ed., constrictionis.

gelicis choris inserta in requie sempiterna persultet : sicut nunc de beato Caluppone reclauso, quod verum cognovimus, prorsus silere nequimus.

I. Hic autem ab ineunte ætate (*An.* 578, 3 *Mart.*) semper religionis ecclesiasticæ bonum quæsit et reperit, et apud monasterium Meletense termini Arverni conversus ^a, in magna humilitate se fratribus præbuit. Erat enim summæ abstinentiæ, ita ut ab inedia nimium attritus, quotidianam cum reliquis fratribus operam explere nequiret. Unde, ut mos est monachorum, magnum ei improprium inferebant, dicente sibi præsertim Præposito : Qui non deliberat laborare, indigne postulat manducare. Dum autem hic assidue ureretur [*Al.*, uteretur] his exprobrationum verbis, vallem haud procul a monasterio conspicatur, de cujus medio lapis natura præbente consurgens, provehitur in excelsum quasi in quingentis aut eo amplius pedibus, nullam penitus habens cum reliquis montibus circumpositis conjunctionem : cuius vallis medium fluvius alluit, qui hunc montem placide contingens dilabatur. In hujus ergo lapidis scissuram, quod priscis temporibus quondam propter transitum hostium receptaculum fuit, eremita sanctus ingreditur, et, exciso lapide, habitacula statuit, in quæ nunc per scalam valde difficilem scanditur : locus etenim ille tam difficilis est ad incedendum, ut etiam feris bestiis illuc accedere sit laboris. In hoc loco oratoriolum parvulum quodam modo fecit, cui oranti, ut ipse nobis cum lacrymis referre erat solitus, serpentes super caput ejus sæpius decidebant, et involventes se circa collum ejus, non minimum ei inferebant horrorem. Sed quia diabolus ad speciem callidi serpentis habetur, non ambigitur ejus hanc fuisse immissionis insidiam. Nam cum ille ad hæc perstaret immobilis, nec moveretur minorum anguium ictibus, quadam die duo dracones immensæ magnitudinis ad eum ingressi, astiterunt procul : quorum unus, ut arbitror, ipse dux tentationis, validior altero erat, qui erecto pectore os suum **1208** contra os Beati quasi aliquid mussitaturus erexit. At ille timore perterritus, tanquam æneus ^b valde dirigit, nullumque penitus membrum movere potens, neque manum elevare ut signum beatæ crucis opponeret. Cumque ambo diutissime in silentio constitissent, venit in mentem Sancto per spiritum, ut orationem Dominicam, et si labia movere non poterat, vel corde clamaret. Quam dum tacitus loquitur, cœperunt paulatim membra ejus, quæ inimici fuerant arte revincta, dissolvi, et sentiens se manum dexteram habere jam liberam, ori signum beatæ crucis imponit, rursumque conversus ad hydram, pingit iterum crucem Christi adversus eum, dicens : Tune es ille, qui protoplastum de paradisi habitaculo projecisti, qui germani dexteram parricidio cruentasti, qui Pharaonem ut populum Dei

A persequeretur armasti ? qui ad extremum Hebræum populum, ut invidia succedente queretur Dominum, excitasti ? Discede a servis a quibus sæpius superatus discessisti confusus enim in Cain projectus, in Esau supplantatus in Goliath prostratus, in Juda traditore suspectus et in ipsa illa Dominicæ virtutis cruce cum peccatis tuis triumphatus atque tritus es. Abde nunc, Dei inimice, caput, et faciem tuam liare sub signaculo crucis divinæ, quia non es portio cum servis Dei, quorum est hæreditas regni Christi. Hæc et hujuscemodi Sancto dicente, draco hujusmodi virtute confusus, vicissim se humilians terratur. Sed dum hæc agerentur, ille alius circa pedes Sancti in insidiisolvebatur. Cumque ad pedes suos confusum sanctus eremita orationem faciens, eum abire jussit, dicens : Vado retro Satana, nihil mihi in nomine Domini mei poteris ultra nocere. At ille usque ad limen egredens, sonum validum per inferiorem terram emisit, et tanto cellulam fetore replevit, ut aliud quam diabolus crederetur ; nec ultra Sancto aut serpens, aut draco comparuit.

1209 II. Erat enim assiduus in opere Dei vacabat ad aliud, nisi aut legeret aliquid, aut orationem etiam cum parumper cibi caperet, semper oratione sumebat interdum piscem de flumine, raro quidem, sed cum voluisset, opitulante Domino ; confusus aderat. Cibum panis non aliunde sumebat, nisi de monasterio mittebatur : si quis vero devotus panes detulisset aut vinum, id in cibos deputabat egentium, in illorum duntaxat qui ab eo aut signum salutare suscipere, aut infirmitatum remedia sumebat, etiam cibi refectio fovet, illud Dominum colens, quod in Evangelio de turbis quas a divinis morborum contagio sanaverat dixit : *Dimittite eos jejunos nolo, ne deficient in via* (*Matth.* XV, 2). Sed nec illud beneficium oculi arbitror, quod loco illo divina pietas est largita. Nam cum a fundo vallis illius, quasi per stadia decem aqua ferretur, oravit ad Dominum, ut ei in ipso cella suæ habitaculo fontis venam ostenderet. Sed non fuit virtus illa cœlestis, quæ quondam sitientibus populis aquas produxit a silice. Statim igitur ad orationem gutta laticis a caute prorumpens, celsum solum stillis frequentibus irrigare : at ille munus leste congaudens, concavum in lapide parvulum modum cisternæ faciens, tenentem quasi congiam [condiam] duo, lymphas divinitus sibi indultas sumebat, de quibus tantum ei ministrabatur per singulos, quantum ipsi pueroque sufficeret, quod minister fuerat datus.

III. Accessimus autem et nos ad locum cum b

^a Alii, *conversatus*. Bal., *territorii... conversatus*. Porro Meletense monasterium ignotum est. Occurrit in hodierna sancti Flori diocesi vicus *Melet* dictus, et alter in Claromontana, nomine *Mialet*, sed nulla

ibi superest aut sancti Caluppæ, aut ejus monasterii memoria.

^b Aliquot Ed., *aheneus* ; et infra, *movere poterat*.

^c Colb. et Bell., *Tune es... contritus. Abde*.

ito a episcopo, et omnia quæ narravimus, quædam A ipso relata cognovimus, quædam oculis propriis peximus. A memorato autem pontifice diaconatus presbyterii sortitus est gradum; multa populo versis vexato morbis remedia contulit. Nulli tantum cellulam egressus se præbuit contemplandum, tantum per fenestellam extendens manum saluæ signaculum imponebat, et si a quoquam visitatus fuisset, ad hanc accedens speculam orationem loquiumque præbebat. Denique in 1210 hac regione cursum vitæ consummans, ævi anno 50, ut mor, migravit b ad Dominum.

CAPUT XII.

e sancto Æmiliano eremita, et Brachione abbate c.

quantum disciplina cœlestis se custodientibus præbet, quantumque non custodita negligentibus irrore debeat, per os Psalmographi Spiritus sanctus dicit: *Apprehendite, inquit, disciplinam, nequando peccetur Dominus, et pereatis a via justa* (Psal. II, 1). De bonis autem Salomon ait: *Disciplina pacis a super eum* (Isai. LIII, 5). Disciplina ergo hæc timor Domini facit, timor autem Domini initium sapientiæ præbet, sapientiã vero diligere Deum docet: dilectio enim [AL., enim] Dei hominem a terrenis subtrahit, ad cœlos evocat, paradiso locat, in quo cœcium animæ ex illius vitis vitalis sumpto vini liquore epulantur in regno Dei. Desiderare ergo præbet homines hujus vitis haurire mysterium, ut edere valerent ad illum tam jucundæ habitationis enissimum locum. Quod si istæ quas nunc cernivites, quæ, per traduces extensæ, emissis palmis pampino intextæ, dependentibus uvis, amœna contemplatione lætificant, dum non solum præbent copiam fructuum, verum etiam opportuno nos miraculo protegent igniti solis ab æstu, quas sciss post assumptum fructum temporis legitimi deciss foliis quasi aridas reddi; quanto magis illa desiderare debemus, quæ nullo fine deficiunt; neque tentationis æstu marcescunt: ubi, spe præterita, ipsa quæ sperabatur et tenetur, et fruitur. e multi desiderantes non modo facultates proccis reliquerunt, verum etiam deserta quæque et alta aggressi sunt, ut sitim hujus desiderii solitæ ac remotioris orationis patrociniò [AL., solacrymarumque fluente restinguerent: sicut nunc tus Æmilianus, novus nostris temporibus eremita, D esse probatur.

Aviti electionem narrat Gregorius lib. IV, cap. 35, ræ editionis, quod integrum exscripsit ante as-xcentos auctor anonymus in ejusdem Aviti, quam Savaro passim laudat. De quo vide notas radeti cap. 35, lib. IV.

Colitur in variis Martyrologiis die 3 Martii. An mortis ex libro v Hist. discimus, cap. 9.

Laud. et Colb., *Æmiliano et Brachione abbatibus*. Sic Colb. Atii, *patris*.

Bal., *Pontivacensium*. Vertit Branchus in Vitis storum Arvernæ *la forêt de Pont-Gibaud*. Pons o Givotji oppidum est inferioris Arvernæ ad Ci-am fluvium (*la Sioule*). Ibi visuntur rudera eccle-veteris, cui olim adjunctum fuisse ordinis Bene-ni monasterium vulgus putat. At nulla ibi est

I. Hic igitur, relictis parentibus ac facultate 1211 propria, eremi deserta petivit, et se intra secreta silvarum Ponticiacensium e Arverni territorii abdidit, in qua decisa silva modicum deplanans campum, rastro ipsam effodiens humum, vitæ eliciebat alimentum. Habebat et hortum parvulum, quem aqua superveniente rigabat, de quo olus ad refectionem nullo impinguat adipe præsumebat: solatium vero absque Dei adjutorio nullum habens, cohabitatores enim bestię avesque illi [Ed., illic] erant, quæ ad eum quotidie tanquam ad Dei famulum confluebant. Vacabat autem jejuniis et orationi, nec eum ab hac causa ulla mundanæ sollicitudinis occasio impedire poterat, quia præter Deum aliud nihil habebat.

II. Erat autem tunc temporis apud Arvernam urbem Sigivaldus f magna potentia præditus, in cujus servitio erat adolescens quidam, nomine Brachio s, quod in eorum lingua interpretatur Ursi catus. Hunc antedictus vir ad capessendam porcorum silvestrium venationem delegerat, ibatque cum ingenti molossorum turba, circuiens silvas, et si quid cepisset domino deferebat. Quadam vero die dum suem immensi corporis cum hac latrantium b turba prosequeretur, sus intra septa, quæ circa cellulam erant Sancti, ingreditur: prosequens vero canum turba cum latratu, usque ad aditum accessit vestibuli, moxque in suis hæsit vestigiis, nec ingredi est permissa post suem. Quod cernens Brachio, et cœlitus hæc evenisse admirans, ad cellulam Sancti se confert, viditque suem ante ostium stantem nihil penitus formidantem. Consalutatus autem ac osculatus a sene, invitatur ad residendum. Quibus consequentibus, ait senex: Video te, fili dilectissime, in grandi elegantia compositum, et sequi ea quæ magis detrimentum animæ præparant quam salutem. Relinque, quæso, terrenum dominum, et sequere Deum verum, cœli terræque factorem, cujus nutu omnia 1212 gubernantur, cujus imperio cuncta subduntur, cujus majestate ipsa quam cernis bestia astat intrepida. Non te tumidum faciat, aut extollat potentia domini tui, quæ nihil est. Sic enim ait Paulus apostolus: *Qui gloriatur, in Domino gloriatur* (I Cor. I, 31). Et alibi: *Si hominibus placerem, Christi servus non essem* (Gal. I, 10). Subde te ejus servitio, qui ait: *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos* (Matth. XI, 28). Ipse enim est Dominus, cujus onus leve est, cujus jugum suave est

sancti Brachionis aut Æmiliani memoria. Non displicet unius e nostris conjectura, qui Ponticiacum interpretatur vicum *Punsat*, in Combralia, cujus loci patronus est *saint Bravy*, abbas Menatensis, idem ut putat ac sanctus Brachio. Iste tamen dicitur Februarii, prior 15 Septembris colitur, sed forte alterutrum festum translationis est. Haud procul exsistat prioratus sancti Saturnini *de Vensat*, quem idem putat esse locum, qui inferius *domus Vindiciacensis* appellatur.

f Colb. et Laud., *Sigivaldus*. De eo Gregorius lib. III Hist. cap. 13, etc.

s Idem Codd. qui habent hic et alias *Brachio*, quandoque *Brachio* exhibent. Fuit genere Thorin-gus, ex libro v Hist. cap. 12.

b Bal., *canum allatrantium*; alii, *cum allatrantium*.

(*Ibid.*, 30), *cujus cultus et tribuit præsentia, et vitam largitur æternam. Sic enim ait: Si quis remittaverit omnibus quæ possidet, centuplum accipiet, et insuper vitam æternam possidebit (Matth. XIX, 29).* Hæc et his similia sene viriliter disserente, sus illæsus silvas petiit, puerque discessit ab eo non sine grandi admiratione, quod aprum quem inchoaverat sequi ferum, in conspectu senis mansuetum astare videbat ut agnum. Plurima igitur animo tractans, ac multa secum revolvens, quid ageret, quidve faceret; utrum sæculum relinqueret, an sæculo deserviret; tandem compunctus a divina pietate, et credo sancti Æmiliani oratione, aditum quærere cœpit occulte, qualiter clericus esse posset, quia publice propter terrenum dominum non audebat. Tamen cum esset adhuc laicus, in nocte bis aut ter de stratu suo consurgens, terræ prostratus orationem fundebat ad Dominum. Nesciebat tamen quid caneret, quia litteras ignorabat: Videns autem sæpius in oratorio litteras super iconicas^a apostolorum reliquorumque sanctorum esse conscriptas, exemplavit eas in codice. Cumque ad occursum domini sui clerici vel abbates assidue convenirent, hic ex junioribus quem primum potuisset accersire, secretius interrogabat nomina litterarum, et ob [*Bal.*, ab] hoc eas intelligere cœpit: antea autem, inspirante Domino, et legit et scripsit, quam litterarum seriem cognovisset. Exin, mortuo Sigivaldo, ad antedictum **1213** senem properat, et cum eodem duos vel tres annos faciens, Psalterium memoriæ commendavit. Quem ejus germanus plerumque interficere voluit, quod nollet matrimonio copulari. Dehinc monachi ad eos additi sunt.

III. Impletis autem beatus Æmilianus diebus vitæ suæ et circiter nonagenaria ætate egrediens a corpore, Bracchionem reliquit hæredem (*An.* 538). Hic stabilito monasterio, obtinuit a Ranichilde^b, Sigivaldi memorati filia, multa terrarum spatia, quæ ad hoc monasterium dereliquit; erat enim saltus ex domo Vindiacensi^c. Hic vero de hoc egressus monasterio, Turonis venit, ibique ædificatis oratoriis, duo monasteria congregavit. Quodam autem tempore advenientes homines peregrini reliquias sanctorum detulerunt secum, quas super altare basilicæ sancti Martini Turonis locaverunt, quasi in crastinum profecturi. Adfuit ei [*Bal.*, eis] Bracchio abba,

^a Sic appellabant imagines quæ ad vivum representabant. Hinc imago Salvatoris vera iconica dicta est, ut diximus in notis ad lib. I de Gloria mart. cap. 22.

^b Sic Colb., Bad., Gon., et cæteri. Bell. vero habet *Ranichilde*, quod perinde est *Bal.*, *Rachinilde*; et *Laud.*, *Rahinilde*. Ragnahildæ reginæ meminit Sidonius lib. IV epist. 8, quam Sirmondus Eurici regis putat fuisse uxorem. Eam tamen Theoderico Eurici fratri et decessori nupsisse scribit Savaro, sed Sigivaldi filia multo ista junior fuit.

^c Colb.. *Vindiciacense*.

^d Confer cum cap. 20 de Gloria confess.

^e Monasterium Menatense, vulgo *Menal*, hodieque subsistit apud Arvernos, Ordini Benedictino addictum. Ibi vixere sancti Carilefus, Avitus et alii, qui postea celebres fuerunt, et aliorum monasteriorum Patres.

qui vigilans in basilica, circa medium fere noctis edit quasi globum ignis immensi de sanctis pignoricare^d, et usque ad templi cameram cum lumine magno conscendere. Quod non est dubium aliquando fuisse divinum: nulli tamen de astantibus aliis, illi tantum fuit ostensum. Post hæc autem regressus est Arvernum ad prius monasterium, in quo quinque annos inhabitans, venit Turonis, stabilique abbatibus in monasteriis supradictis, Arvernum regressus est. Cumque ad priorem cellulam resisteret, in monasterium Manatense^e, quod per incuriam abbatis intepuerat, ordinatur, ut scilicet ejus studium congregatio ipsa canonicè regeretur. Erat enim stissimæ conversationis, sed et alios strenue dirigebat castam agere vitam. Qui erat suavis colloquens et blandus affectu^f; in transgressoribus^g vero vigulæ ita severus habebatur, ut aliquoties putaretur esse crudelis: in jejuniis vigillisque **1214** et claritate perfectum reddiderat virum. Cumque tempore migrationis appropinquaret, vidit in visu, sicut ipse beato Avito episcopo retulit^h, ductum se ad æthera in præsentiam Domini, ibique cherubin ac seraphim obumbrare majestatem Domini, et Esaiam prophetam, extenso volumine, verba quæ vaticinaturus erat intimare, tubam circumstantem angelorum laudem Dei sedentis super æthera clamare. Dumque hoc attonitus spectaret, expergefactus, somniumque suum attente discutens, ut finem vitæ suæ, Domini revelante, cognosceret, dicit abbati quem in prioribus statuerat in monasterio: Locus ille secus fluvium in quo oratorium facere computabam, jucundus mihi valde. Ideo rogo ut quod ego volui tu expleras, atque illuc ossa mea transferre non abnuas. Quo migrante (*An.* 576, 9 Feb.), et in oratorio prioris cellulæ sepulto, cum abbas injunctum cuperet opus exploratum Dei et calces coctos antiquitus, et fundamentum in ea mensura quam ipse ponere cogitabatur, nactus est, perfectoque ædificio, detexit abbas sepulcrum. Quo patefacto, reperit corpusculum illud, ut putaretur ante diem alterum fuisse defunctum; et sic cum gaudio, prosequente caterva monachorum quam ipse edocuerat, in locum illum per duos annos translatus est.

CAPUT XIII.

De sancto Lupicino.

Athletæ Christi atque triumphatores mundi vitæ

^f Bell., *effectus*. Et., *effa u.*

^g Id est, *transgressores*; alii, *transgressionibus*.

^h Bell., *beato episcopo retulit*. Quæ sequuntur Ed. et Mss. videntur corrupta. Sic Colb.: *Domini cherubin ac seraphim obumbrare majestatem. Isaya prophetam extenso volumine verba quæ vaticinaturus erat clamare. Et dum attonitus. Bell: Domini æthereos et in hac seraphim obumbraret.... clamare turbam dum attonitus. Editi: Ibiq; seraphim obumbrare majestatem Domini et Isayæ prophetæ verba, quæ vaticinaturus erat, intimare, turba circumstante angelorum, in laudem Dei voce sedentes æthera et in hoc [Bal.: Dei sedentis super æthera et ibi] seraphim obumbrare majestatem. Esayam prophetam extenso volumine verba quæ vaticinaturus erat clamans, etc.*

istius fugitivæ jacturam facere cupientes, pertendere ad illam vitam voluerunt, quæ in exultatione perpetua manet, quæ nullo gemitu obstrepit, nec ququam sine concluditur; ejus lumen nunquam extinguetur, ejus serenitas nulla obscuritate nobis obtegatur. Ideoque semper præsentium dolorum contumelias pro nihilo habuerunt, scientes se in paucis vexatos, in multis bene disponendos. Et ob hoc quisquis ille est, qui in isto agone contendit, metui non terretur, pœna non solvitur, dolore non fragitur, ut tantum illa æternæ jucunditatis amœnitatem cum electis Dei perfœni mereatur: sicut multos fecisse novimus de sanctis viris, quorum nunc vita tractatur aut legitur.

I. Igitur Lupicinus quidam magnæ sanctitatis, fortissimusque in operibus Dei (*An. 100, ... 24 Jun.*), qui primum elemosinam per domos devotorum deponens, quæ acquirere potuisset sibi similibus erogabat: ad extremum jam mediam habens ætatem, ad vicum Berberensem, qui nunc Lipidiæo dicitur^a, veniens, parietes antiquos reperit, ibique reclusus, ab omnium se hominum aspectibus inhibebat: ac per modicam fenestellam parumper panis vel aquæ acciciens, quod ei aliquoties, eum esset valde exiguum, usque ad diem tertium perdurabat. Aqua enim per canalem parvulum inferebatur, fenestella vero velo operiebatur; utriusque tamen rei aditus ita obtectus erat, ut nullus beatum ejus vultum posset advertere. Et dum ibidem die noctuque in Dei laude psalmorum modulis delectatur, tormentum sibi quod corpuseulum plus gravaret adhibuit, non immemor illius Apostoli dicti, quia *non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis* (*Rom. viii, 18*). Lapidem namque grandem, quem duo homines vix levare poterant, cervici impositum tota die, dum Deo caneret, per cellulam deportabat: nocte autem ad additamentum injuriæ, in virga quam manu gerebat, duas defixerat sudes, desuper æumina parans, quæ ad mentum suum ne somnum caperet supponebat. Denique ad extremum vitæ tempus, corrupto pectore a pondere saxi, sanguinem per os ejicere cœpit: quem per parietes præsentis projiciens spuebat. Sed et plerumque fidelibus viris nocte ad cellulam clam appropinquantibus, quasi vox multi psallentium^b resonabat: sed et multos infirmos, et præsertim ab accessionibus **1216** frigorificis vel pusulis malis oppressos, tactu tantum, vel signo salutari imposito, sanitati restituebat.

II. Cum autem jam senio inclinatus esset, vocavit ministrum suum, dicens: Præterito tempore ce-

culendi, manifestandi tempus advenit. Seito ergo me post triduum ab hoc sæculo liberandum. Voca nunc fideles quosque fratres et filios, quibus sum vale dicturus, ut veniant ad nos visitandum. Illucescente autem die tertia, confluentibus fratribus, ostium quod clausum erat aperuit, atque ingredientibus, cunctis qui aderam consalutatis, deosculatisque, orationem fudit ad Dominum, dicens: Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, qui me salvari jussisti ab hujus mundi impedimentis, et ita me favore dignatus es in hoc sæculo, ut nihil sum in me auctor eriminis inveniret. Et conversus ad plebem, ait: *Magnificate, quæso, dilectissimi, Dominum mecum, et exaltemus nomen ejus in commune* (*Psal. xxxiii, 5*), qui me cretum de stereore, erutum de tenebrarum opere, anticorum suorum fecit esse consortem; qui misit angelum suum ad me accersendum ab hac mundana statione, et pollicitus est me in requiem sempiternam perducere, ut collega amicis ejus effectus, mererer regno ejus aseribi. O beatum virum qui ita consolari meruit in hoc corpore, ut prins cognosceret quod erat fruiturus in cœlo, quam migraret a sæculo, meruitque hic obtinere apud divinam potentiam quod David sæpius deætantabat: *Notum fac mihi, Domine, finem meum, et numerum dierum meorum, ut sciam quid desit mihi* (*Psal. xxxviii, 5, 6*). Dehinc humo iucubans, spiritum cœlo intentum præmisit ad Dominum. Tunc omnes in fletu prostrati, alii plantas osculantur, alii fimbrias vestimenti diripiunt, alii de pariete beatum sanguinem qui ab ejus fuerat ore projectus, inter se certantes excudunt: miserum se quisque dicebat, si immunis ab ejus pignoribus discessisset. Testis est hodieque et ipse paries, qui tot fossulis patet, quot ab orê beati Confessoris sputos emeruit: testis est ipse canalis de quo vir beatus aquam sumpsit ad usus, de quo fideliter osculantes hauriunt sanitatem. Nam vidi ego multos, qui evulsos a pariete sacrati **1217** oris sputos, in diversis infrmitatibus positi meruerunt accipere medicinam.

III. Denique hoc, ut diximus, defuncto, adfuit quædam matrona, quæ ablutum dignis induit vestimentis, et cum eum ad vicum Transaliense^c inferre vellet, restitit ei populus pagi Lipidiæensis, dicens: Nostrum hunc solvum fovit, nobis corporis ejus gleba debetur. Matrona autem respondebat ad hæc: Si aliqua de victus ejus exproptatis necessitate, sapius ei ego et triticum misi, et hordeum, quod vel ille sumeret, vel aliis ministraret. At illi dicebant: Nostri generis homo effectus est, nostri fluminis aquas hausit, nostra enim terra cœlo trans-

^a Ignotus nobis est sub utroque nomine hic locus.

^b Ed., multorum psallentium.

^c Colb. hic Transaliensem, et infra bis Transaliensem. Laud. et Bad., Transaliensem, et infra Transaliensem. Bell., Transsaliensem. Sic. semper Transaliensem, et Gon. Transaliensem. Supra, lib. II de Mirac. sancti Martini memoratur vicus Transaliensis in pago Arvernico situs, ubi erat, si bene conjicimus, ecclesia Treselliaci (*de Trézay, seu Trésel*), in veteri

Cléromontensis diœcesis beneficiorum catalogo laudata. Hanc ecclesiam Trenochiensi monasterio subjecit Fulco de Jalignaco an. 1056, ubi Guillelmus ejusdem Foleonis frater Trenochii abbas monachos instituit. Hinc Henricus I, anno 1053, inter alia quæ eidem monasterio confirmat, occurrit *monasterium Tresal in comitatu Arvernensi*. Habetur quoque apud Bituriges locus *Transaulx* dictus. An alteruter, aut noster ex istis hic memoretur, incertum.

misit. Æquumne ergo est ut tu de terra aliena veniens rapias eum de manu nostra? Noveris enim quia non hoc sustinebit quisquam nostrum, sed hic sepelietur. Matrona respondit: Si germen stirpis ejus inquiritis, ex aliis hic regionibus adventavit, si aquas fluminis ingeritis, parum sitim ejus mollierunt, quam potius e cœlo manans fons ille restinxit. Cumque hæc et hujuscemodi inter se verba proferrent, et Lipidiacenses effossa humo, et deposito sarcophago eum sepelire niterentur, convocatis matrona solatiis [Ed., auxiliis], fugatis pagensibus, rapuit sanctum corpus, ac ferre cœpit in feretro ad vicum Transaliacensem, dispositis in itinere psallentium turmis cum crucibus, cereisque, atque odore fragrantis thymiamatis. Quod illi cernentes, pœnitentia moti, miserunt post matronam, dicentes: Peccavimus resistendo tibi, profecto enim cognoscimus in hoc esse Domini voluntatem; nunc autem petimus ut non abiciamur ab hujus funeris obsequiis, sed admittamur officii ejus. Illa quoque permittente ut sequerentur, conjunctus est uterque populus; et sic pariter usque ad Transaliacensem vicum venientes, celebratis missis, beatum corpus cum summo honore gaudioque sepelierunt. In quo vico sæpius beatus in virtutibus declaravit. Sed et Lipidiao, ut **1218** supra præfati sumus, plerumque opus ejus sanctum ostenditur, uterque enim locus minus Sancti præsiliis communitur. Et fortassis quorundam incredibilium latratus de his coatur obstreperere, noverint a me visum Deodatum presbyterum, summam octogenarii ævi ferentem, qui mihi hæc ut scripta sunt contulit, confirmans sacramento nihil se de his admixto mendacio enarrasse.

CAPUT XIV.

De sancto Martio abbate.

Magnum nobis divina pietas largitur augmentum, cum delictis nostris fieri præcepit de remissione refugium, si ignoscamus negligentibus, si indulgcamus lædentibus, si odientibus nos e contrario commodum benedictionis impertiamur, dicente Domino Jesu Christo: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro calumniantibus et persequentibus vos, ut sitis filii Patris vestri qui in cœlis est* (Matth. v, 44, 45). Ecce quam magnum thesaurum congregat contemptus iræ, reconciliatio damnati, remissio judicati: filium te Dei Patris facit, cohæredem Christi ascribit, cœlestibus te regnis habitatorem statuit. Unde manifestum est obliterari delicta ejus in cœlo qui delinquenti beneficium veniæ impertitur in sæculo. Sic enim Dominici oris sententia prolata testatur: *Si, inquit, dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et Pater vester cœlestis peccata vestra* (Matth. vi, 14). Cum vero supplices famulos docet orare, ait: *Sic enim dicetis ad Patrem: Dimitte nobis debita nostra, quemadmodum et nos di-*

mittimus debitoribus nostris (Ibid., 12). Illic igitur sanctus Martius beatus abbas, sanctitate præclarus divinis eruditus studiis, hujus sententiæ bonum retinuit corde, ut libenter dimitteret delinquenti; e non solum ignovit noxam, verum etiam munere præbuit gratiam, ne in aliquo vilem redderet culpam personam. Sed ante **1219** de conversatione ejus pauca locuturi sumus, priusquam ad hujus gratia beneficium accedamus.

I. Igitur beatissimus Martius, Arvernæ urbis abbas (An. 525, 15 April.), ejusdem territorii fuisse incola fertur, et a pueritia sua religiosam agens vitam, totum se Dei operibus dedicavit. Erat enim pareus in cibis, largus in eleemosynis, promptus in vigiliis, in orationibus valde devotus: totis viribus luxuriam abstinentiæ freno, ac pareitatis agone coercens, ne sibi aliquid subreperere posset. Non immerito Martius vocitatus, qui Marte triumphali pululantes actionum mortalium cogitationes gladio Spiritus sancti in ipso emicationis [Ed., dimicationis] exordio succidebat, non surdus auditor Apostolicæ exhortationis dicta commemorans: *Accingite vos armatura Dei et gladio Spiritus sancti, ut possitis ignita diaboli tela contemnere* (Eph. vi, 11, 16). Cumque ad illam ætatis legitimæ perfectionem venisset, et tanquam sidus egregium in hac urbe fulgeret, adhuc aliquid sibi deesse putans, haud procul ab ea secessit, acceptoque sarculo, montem lapideum cædere cœpit, in quo cellulas sculpens, habitacula sibi parvula fecit: scilicet ut arctius sobrietatis catena constrictus, facilius Deo omnipotenti precum thura laudationumque holocaustomata super cordis mundi altare proferret, recolens Dominum dixisse per Evangelium: *Intra in cubiculum, et clauso ostio ora Patrem tuum, et Pater tuus qui videt in absconso reddet tibi* (Matth. vi, 6). Sciebat enim et angelicæ sibi visitationis consolatio em adfore si se ab humanis aspectibus longius amovisset. In hac ergo rupe cavi montis, habitationis ut diximus necessaria præparabat, formans in antris ex ipso lapide scamnum, et sellulam^b, sive lectulum, in quo post laborem multum fessi corpusculi requiem indulgeret. Sed erant hæc immobilia, quia ex ipso lapide incisa massæ ipsi petreæ^c inhærebant: nihil autem super eam cum quiesceret sternebat, nisi tantum cum vestimento quo indutus erat decumbebat, nec alios habens tapetes, plumellas aut stragula, quibus hæc operirentur, nisi cum ipse desuper consedisset. Nilul enim habebat proprium **1220** nisi Dei cultum, in quo indeficiens permanebat. Victum ei interdum devotorum largitio ministrabat.

II. Denique et æternus Dominus, qui jugiter glorificat sanctos suos, cœpit cœleste famuli meritum terrigenis declarare, vel qualis esset cultor suæ divinitatis ostendere, dum ei curationum gratiam dignatus est impertiri. Nam dæmones de obsessis cor-

^a Colb. *munera... grata*. Bal., *pro munere... nec aliis valem velit reddere*.

^b Ed., *cellulam*. Infra Boll., *fesso corpusculo*.

^c Sic. Colb.; at Boll. et plerique Ed., *incisæ massæ ipsi petreæ*. Bal., *incisa malleo*, etc.

poribus in nomine Jesu Christi verbo fugabat, venenum malæ pusulæ crucis signaculo opprimebat, quartanis, tertianisve febribus infuso benedicti olei liquore pellebat [Ed., medebatur], et multa alia beneficia populis, annuente Domino largitore bonorum omnium, tribuebat. Ad tantum viri famam cœperunt quidam ad eum confluere, gaudentes ejus instrui disciplinis. Quid plura? colligit viros, format monachos, efficit ad opus Dei perfectos. Erat enim ei magna patientia, tantamque adversus sustinendarum injuriarum tela sumpserat bonitatem, ut putares eum lorica dulcedinis esse vallatum. Erat autem monachis hortus, diversorum olerum copia ingenti refer-tus, arborumque fructuum, et amœnus visibus, et fertilitate jucundus: sub quarum arborum umbraeulo susurrantibus auræ sibilo foliis, beatus senex ple-rumque sedebat. Quidam autem impudens et sine timore Dei, gulæ circumscriptus desiderio, effa-ta sepe horti, furtivo est ingressus accessu a, sicut Dominus exprobrat in Evangelio, quia *qui non intrat per januam, hic fur est et latro* (Joan. x, 1). Porro autem erat noctis tempus, nec enim poterant hæc nisi in nocte perpetrari, quia *omnis qui male agit, odit lucem* (Joan. iii, 20). Illic vero collectis oleribus, cepisque, et aliis, sive pomis, oneratus fuscæ fraudis iniquæ, ad aditum quo ingressus fuerat pergit; sed nequaquam reperit ut egrederetur. Gra-vatur onere, conscientia b terretur, et inter labores ponderum alta suspiria ducit: sustentatur interdum super columnas arborum. Circuit iterum iterumque omnem ambitionem horti; et non modo ostium non reperit, verum etiam nec ipsum, quem inter nocturnas tenebras patefecit, advertit ingressum. Torquetur enim duplici cruciatus dolore, ne aut **1221** teneatur a monachis, aut a iudice capiatur. Inter has cogitationum faces nox ei elongatur, jubar lucis non desideratæ redditur: abbas vero in psallentio no-etem ducit, et, ut credo, revelante Deo, quæ gere-bantur agnoscit. Etenim albescente jam polo vocat præpositum, dicens: Accurre velocius ad hortum, hos enim petulus ingressus est in eum, sed nihil læsit ex eo, accede nunc, et impositis necessariis dimitte eum. Sic enim legitur: *Bovi trituranti os non colligabis* (I Cor. ix, 9). Præpositus quoque non in-telligens quæ narraret, abiit implere jussionem. Quem cum vidisset homo appropinquantem, pro-jectis in terram quæ sumpserat, fugere cœpit, ac inter spinas et rubos caput immergit, et in modum porcorum aditum unde egredere. ur, ietu facili co-natur aperire. Quem monachus apprehendens, ait: Ne timeas, fili, quia senior noster misit me ut edu-cam te ab hoc loco. Tunc collectis monachus quæ ille projecerat, tam pomis quam oleribus, imposuit

a Plerique, *ascensu*. Bal., *furtivum... ascensum*.

b Bol., *gravata onere*. Alii, *gravatus... conscientie*.

c Destructo jam pridem sancti Martii monasterio, superest exiguum oratorium abbatiæ sancti illius sub prioratus titulo subjectum, in quo sancti Martii corpus jacere creditur, sed ignotus est ejus tumuli locus. Ea ipsa est *sancti Martii ecclesia* in libro ii de

A humeris ejus, et aperto ostio dimisit eum, dicens: Vade in pacem, et ne ultra repetas quæ ignavia comi-tante gessisti.

II. Ipse quoque Sacerdos, velut jubar veri lami-næ in orbe resplendens, infirmitatum morbida virtu-tum efficacia pellebat assidue. Nivardus quidam diu-urna febre detentus, dum aquas æstians ab ardore haurit assidue, ab hydropse intumuit, ita ut tan ven-ter quam stomachus in modum vesicæ cerneretur extensus. In desperatione ergo pro tali infirmitate positus, deferri se ad Sanctum beneficio plaustrum de-posit. Denique a lectulo elevatur, imponitur super vehiculum, atque ad cellulam sancti Martii perducitur, deprecans humiliter ut sibi Sacerdos Dei manus B impoueret. At ille prostratus in orationem coram Domino, conversus est ad infirmum, tactuque blan-dissimo ejus membra contrectans, eum in contem-plateatione astantium reddidit sanum. Nam ita fertur tumor omnis ante digitos ejus aufugisse de corpore obsesso, ut nullum in eo ulterius ægritudinis hujus remaneret indicium. Hæc **1222** autem a mei ge-nitoris relatione cognovi, eo quod ei fuerit hic Ni-vardus in amicitia conjunctione devinetus. Asserebat autem idem vidisse se Sanctum, his verbis: Cum esset adhuc puer, quasi annorum undecim, ab illo tertianarum accessu febrium occupatur. Tunc amici apprehen-sum puerum, duxerunt eum ad Virum Dei. Erat enim jam senex et proximus resolutionis diei, caligabant-que oculi ejus. Posita vero manu super puerum, ait: C Quis est hic, vel cujus est filius? Responderunt: Fa-mulus tuus est puer Florentius Georgii quondam filius seuatoris. Et ille: Benedicat, inquit, tibi Dominus Deus, fili mi, et sanare dignetur languores tuos. At ille osculans manus ejus, et gratias agens absees-sit sanus. Asserebat autem nunquam deinceps se in omni vita sua ab hoc contagio fuisse pulsatum.

IV. Ipse vero jam ætate nonagenarius, bono de-sudans certamine, consummato cursu vitæ, servans in Deo fidem, ad illam coronam justitiæ quam in illa retributionis die redditurus est ei Dominus, commi-gravit. Dehinc cum summo honore ablatus, dignisque vestimentis indutus, intra oratorium monasterii c est sepultus. Quod autem beatus ejus tumulus divinis virtutibus illustretur, ipsa quæ astuit caterva poterit D contestari, quæ eum infirmos mittit ad tumulum, extemplo incolumes remittit ad domum. Nam cum de diversis partibus confluentes, deferentesque mor-borum genera, iuibi capiunt medicinam, frigoritico-rum tamen vibrantia tremore membra sæpius ad so-liditatem integram restaurantur, tribuente hoc Do-mino nostro Jesu Christo, qui glorificat illustribus miraculis sanctorum nunc tumulos, quondam mor-

ecclesiis Clarom. memorata cap. 16, ubi idem san-cus *requiescere* in ea dicitur. Sita est traditio procul ab urbe, ad radices *Waiseri castri*, inquit Savaro, *inter monasterium Rubiacense et ecclesiam sancti Victoris*. Sancti Martii festum colitur apud Arvernus die 13 Aprilis. Laudatur a Trithemio et in variis sanctorum indicibus.

tuos reducens e tumulis. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT XV.

De sancto Senoch abbate.

Vanitas vanitatum ^a, dicit Ecclesiastes, *et omnia vanitas* (*Eccle.* 1, 2). Verumne **1223** est ergo quod omnia quæ geruntur in mundo cuncta sint vanitas? unde fit ut sancti Dei, quos nullus libidinum æstus exussit, nullus concupiscentiæ exagitavit stimulus, quos nullum luxuriæ cœnum nec in ipsa, ut ita dicant, cogitatione tentavit, astu tentatoris elati, visi sunt sibi esse justissimi, et ob hoc jactantiæ cothurnosæ perflati supercilio, sapius corruerunt: factumque est ita, ut quos non valuit majorum criminum gladius trucidare, levis vanitatis funis addictos facile pessumdaret. Sicut et ipse ille, de quo nunc nobis sermo futurus est, cum multis virtutibus florisset, pene in illo arrogantiae barathro obrutus occumberet, si cum non exhortatio fratrum fidelium attentata recuperasset.

I. Igitur beatus Senoch, gente Theiपाल, Pietavi pagi, quem Theiपालiam ^b vocant, orinodus fuit (*An.* 576, 24 Oct.), et conversus ad Dominum, clericusque factus, monasterium sibi instituit. Reperit enim infra territorii Turonici terminum parietes antiquos, quos eruderans a ruinis, habitationes aptavit dignas; reperitque ibi oratorium, in quo ferebatur celebre nostrum orasse Martinum. Quod diligenti cura compositum, erecto altari, loculumque in eo ad recipiendas sanctorum reliquias præparatum, ad benedicendum invitat episcopum. Aduit tunc Euphronius beatus episcopus, qui, consecrato altari, diaconatus eum honore donavit. Celebratis igitur missis, cum capulam reliquiarum in loculo cuperent collocare, exstitit eapsa prolixior, nec recipi in loculum poterat. Tunc prostratus diaconus cum ipso Sacerdote pronus ad orationem, lacrymas precibus mixtas effudit, obtinuitque petita. Mirum dictu! ita enim locus divinitus amplificatus, capsulaque constricta est, ut in eum spatiosissime non sine admiratione reciperetur. In hoc loco ^c collectis tribus monachis, Domino assidue serviebat, et in primis arcto vitæ tramite incedebat, exiguosque cibos et tenues portiones sumens: diebus autem Quadragesimæ sanctæ addebatur augmentum abstinentiæ ciborum diminutione. Nam esus illi panis tantum hordeaceus **1224** erat, et aqua, de utrisque elementis libras singulas per dies singulos sumens: rigorem vero hiemis sine ullo pedum tegmine ^d contentus, manibusque ac pedibus, sive et collo, ferrea catena revinctus. Dehinc a fratrum contemplatione demotus solitarie se reclusit in cellula, orans assidue, atque in vigiliis et orationibus die noctuque sine ambiguitate perdurans. Conferebat ei devotio fidelium plerumque pecuniam, sed non eam in abdi-

tis oculis, sed in pauperum marsupiiis condebatur, illud Dominici eloquii oraculum sæpe commemorans: *Nolite thesaurizare vobis thesaurum super terram* (*Matth.*, vi, 19), quia *Ubi fuerit thesaurus tuus, illic et cor tuum* (*Ibid.*, 21). Dabat enim hic quæ accipiebat pro Dei intuitu, in diversis necessitatibus indigentium. Unde factum est ut in vita sua de his amplius quam ducentos a nexu servitutis debiliqua onere sublevaret.

II. Cum autem nos in Turonicum venissemus, egressus est de cellula, venitque ad inquirendos nos, salutatisque ac deosculatis regressus est iterum. Erat enim, ut diximus, valde abstineus, sanans infirmantum languores: sed ut de abstinentia sanctitas, ita de sanctitate vanitas cœpit obrepere. Nam egressus de cellula, jactantia cothurnosa ad requirendos visitandosque parentes in pago Pictavensi, cujus supra meminimus, abiit. Regressusque, tumidus arrogantia sibi soli placere nitabatur; sed objurgatus a nobis, et accepta ratione quod superbi longe fiant a regno Dei, ita se purgatus jactantia humilem reddidit, ut nulla in eo penitus radix superbiæ remansisset; ita ut profiteretur, dicens: Vera nunc es e cognovi, quod beatus Apostolus sacri oris contestatur eloquio: *Qui gloriatur, in Domino gloriatur* (*I Cor.* 1, 31). Sed cum per eum Dominus super infirmos multas faceret virtutes, et ille ita se duxit includere, ut nunquam humanis aspectibus appareret, consilium suavis, ut non se perpetuo in hac conclusione constringeret, nisi in illis duntaxat diebus, qui inter depositionem sancti Martini, ac dominici Natalis solemnitatem habeantur, vel in illis similiter qua fragilia **1225** diebus quos ante Paschalia festa in summa duci abstinentia patrum sanxit auctoritas; reliquis vero diebus infirmorum gratia populi se præberet. Audito autem consilio nostro, libenter quæ dieta sunt accepit, implevitque sine ambiguitate.

III. Denique, quia de conversatione ejus pauca prolocuti sumus, ad virtutes quas per illum medicabilis divini potentia dextera operari dignata est accedamus. Cæcus quidam, Popsitus nomine, ad eum venit; erat enim tunc beatus Senoch jam pre-byter ordinatus. Qui dum aliquid alimenti postulat, tactis a sancti Sacerdotis manu oculis, ut signum salutare mernit, protinus visum recepit. Alius quoque Pictavensis puer hujuscemodi morbo laborans, audita confessoris hujus opera, pro luminis perditæ receptione precatur. Nec moratur ille, sed invocato Christi nomine, crucem oculis erei imponit, statimque defluente rivo sanguinis, lux intravit, ac post viginti annorum curricula, orbata fronti geminorum siderum jubar inclaruit. Duo pueri membris omnibus debiles, et in modum sphaeræ in rotunditate contracti, ejus conspectibus sunt delati: quibus impositis Luceensi, nomini ejus sacer, vulgo *Saint-Senou*, ubi vixisse creditur, sed nulla ibi visumur monasterii rudera, quod jampridem destructum fuerit.

^d Ed. addunt *pati.... simul et collo.* S. r. et Gou. *pati contentus erat.* *hæcra infra, senotus.*

^a Sic Mss. duo et ita legit Augustinus. Alii, *vanitatum*.

^b Vide notas in lib. iv Hist. cap. 13, et cap. 25 libri de Gloria confess.

^c Modèque castat vicus haud proci ab oppido

manibus, reintegratis artubus, unius horæ momento utrumque reddidit absolutum; geminavitque deinde geminæ virtutis beneficium. Puer enim puella coram eo contractis manibus asiterunt, erat autem tunc medium paschalis festum solemnitatis; cumque pro suæ directionis medela Dei famulo supplicarent, et ille pro ea quæ ad ecclesiam convenerat populi frequentia hæc agenda differret, indignum se clamitans, per quem Deus infirmis præbere beneficia dignaretur, supplicantibus cunctis, manus eorum suis suscepit in manibus, quibus atrectatis, directis digitis, sacros abscedere jubet. Sic et Benaia, hoc enim erat nomen mulieris, oculos deferens clausos, tactu salutaris dextræ benedicta, illuminata discessit. Sed nec illud oculi puto, quod sæpius ejus oratio virus serpentium exinanire obtinuit. Duo enim tumidi morsu hydry ejus pedibus prosternuntur, deprecantes ut virum quod deus male bestiarum artubus moribundis injecit, sua virtute disenteret. At ille orationem fudit ad Dominum, **1226** dicens: Domine Jesu Christe, qui in principio cuncta mundi elementa creasti, et serpentem illum humanis dignitatibus armulum sub maledicto esse sanxisti (*Gen. iii, 14*), tu depelle ab his famulis tuis veneni hujus matrem, ut non anguis de his, sed hi de angue valeant triumphare. Hæc autem cum dixisset, palpavit omnem compagem corporis eorum, statimque compresso timore, virus mortiferum nocendi perdidit vires. Dies dominicæ resurrectionis adve erat, et homo quidam dum ad ecclesiam pergeret, vidit pecorum multitudinem suam segetem depascentem, ingemuitque, et ait: Vae mihi, quia annualis mei laboris opera ita deperit, ut nihil prorsus ex ea remaneat. Et accepta secure, amputatis ramis, aditum sepiis claudere cepit: confestimque contracta manus invita refiunt, quod voluntarie comprehendit. Dolore etiam instigante ad sanctum Confessorem mœstus accessit, trahens post se rami quem manu constrinxerat, narravitque omnia licet gesta erant. Tunc ille oleo benedictione sanctificato manuum manu perungens, abstracto ramo, sanitati restituit. Sed et deinceps multos a serpentium morsu, et a pusulæ malignæ veneno, signo crucis peccato desuper, reddidit sospitati. Nonnullos autem hinc-osc a dæmonis sævi livore, ut manus imposuit, contempto fugatis dæmonibus, mentem energia turbatum ad integritatem intelligentiæ reparavit. Omnes autem quoscumque per eum a diversis infirmitatibus externa divina salvavit, si inopes fuissent, ipse eorum vestitumque dispensatione hilari porrigebat; tantaque ei cura de egentibus fuit, ut etiam pontes super alveos amium diligenter instrueret, ne quis nudantibus aquis in infraga sæva lugeret.

IV. In his ergo virtutibus clarus in populis declaratus, cum esset annorum circiter quadraginta, morbo pulsatus febre, per triduum lectulo decubavit, tantumque est mihi cum transitus esset propinquus. At ego velocius illuc properans, ad lectulum

^a Hæc est, nonnullis... obsessis.

^b Prologus deest in Mar. m. b.

A ejus accessi, sed nihil ab eo colloquutionis elicere potui, erat enim valde defessus: dehinc, interposito quasi unius horæ spatio, spiritum exhalavit. Congregataque est ad ejus exsequias multitudo illa **1227** redemptorum, quos supra diximus, ab eo vel a jugo servitutis, vel a diversis debitis absolutos, quos vel alebat cibo, vel vestitu tegebat. Plangebant enim dicentes: Cui nos, Pater sancte, relinquis? Post hæc sepulturæ locatus, sæpius se manifestis virtutibus declaravit. Nam trigesimo ab ejus obitu die, cum ad ejus tumulum missa celebraretur, Chaidulfus [*Ed.*, Chaidulfus] quidam contractus dum stipem postulat, ad ejus sepulturam accedit: qui dum pallam superpositam oculis veneratur, dissolutis membrorum ligaturis directus est. Sed et multa alia ibi gesta **B** comperi, de quibus hæc tantum memoriæ habenda mandavi.

CAPUT XVI.

De sancto Venantio Abbate

Solitarium atque multiplex donum ecclesiis populisque terrigenis cœlestis ^b potentia præstat, cum largitur jugiter sæculo non modo peccatorum suffragatores, verum etiam vitæ doctores æternæ; quod unicuique cernitur, dum a majestate divina tribuitur multiplex; quia enuctis qui expetere voluerint, affluenter indulgetur, juxta illud: *Petite et accipietis* (*Joan. xvi, 24*), et reliqua. Unde vigilanter incessanterque debet investigare mens humana Sanctorum vitam, ut hoc provocata studio, accensa exemplo, ad ea semper extendatur quæ Deo novit esse acceptabilia, ut ab ipso vel mereatur erui, vel possit audiri. Hæc autem ab ejus majestate quærebant sancti percipere, poscentes jugiter ut ipse insinaret cordi, ipse perficeret in opere, ipse loqueretur in ore; quo facilius purgata mens cogitatione, eloquio, actione, cogitaret sancta, loqueretur justa, operaretur honesta. Unde factum est ut dum in his quæ Divini atque sunt placita famulabantur, obtinerent sibi remitti peccati debitum, eruerentur a cœni sordentis contagio, cœleste pro meritis invitarentur ad regnum. **1228** Ponebant etiam et præcessorum exempla ante oculos suos, et omnipotentem Dominum pro eorum affectibus collaudabant, quorum, ut diximus, exempla sequi meditabantur. Unde et nos in præconio devoti Deo famuli Venantii abbatis effari vitentes, **D** Divinitati potius dona sua referimus, quæ dexteram ejus manifestum est effecisse quod sanctos constitit operasse ^c, deprecantes ut aperiat os muti ad publicanda opera Antistitis sui: quia sicut esse nos recognoscimus scientia tenes, ita novimus in conscientia peccatores.

I. Igitur sanctus Venantius Bitunigi territorii incolæ fuit, parentibus secundum sæculi dignitatem ingennis atque catholicis (*An. 400... 15 Oct.*). Qui dum esset juvenili ætate florens, a parentibus sponsali vinculo obligatur. Cumque, ut ætati huic convenit, amori se puellari præstaret affabilem, et eorum poenitentiam frequen-

^c *Ed.*, operatos esse. Scripti duo sanctis.. operasse.

tibus etiam calciamenta deferret ^a, contigit ut urbem **A** Turonicam, Domino inspirante, veniret. Erat enim tunc temporis monasterium ^b basilicæ sancti Martini propinquum, in quo Silvius abbas gregem Deo devotum regulari sceptro regebat. Ad hoc vir iste devotus accedens, virtutesque cernens beati Martini, ait intra se : Ut conjicio, melius est servire impollutum Christo, quam per copulam nuptialem contagio involvi mundano. Relinquam sponsam territorii Biturigi, et annectar catholicæ per fidem Ecclesiæ, ut qui [*Al. quæ*] credo corde, etiam opere merear effectui condonare. Hæc intra se volvens, advenit ad antedictum abbatem, provolutusque ad pedes ejus, quid intimo corde gereret cum lacrymis patefecit. At ille gratias agens Deo pro fide pueri, et addita etiam prædicatione sacerdotali, juvenem totum sit, et **B** gregi monasteriali ascivit. Ex hoc se in humilitate fratribus exhibens, charitatem cum omnibus diligens, in tanto sanctitatis apice erectus asseritur, ut ab omnibus tanquam parens proximus summo studio coleretur. Unde factum est, ut, decedente abbate, jam **1229** dicti monasterii, ipse in loco abbatis eligentibus fratribus substitueretur.

II. Denique quadam die Dominica ad missarum celebranda solemniter invitatur, dixitque fratribus : Jam enim oculi mei caligine obteguntur, nec possum libellum aspiciere. Presbytero igitur hæc alteri agenda mandate. Dicente igitur presbytero, ipse **C** proximus astitit, ventumque est ut sanctum munus, juxta morem catholicum ^c, signo crucis superposito, benediceretur. At ille intus, vidit quasi ad fenestram absidæ scalam positam, et quasi descendentem per eam virum senem, clericatus honore venerabilem, atque oblatum altario sacrificium dextera extensa benedicentem. Hæc enim agebantur in basilica sancti Martini, quod nullus videre meruit nisi ipse tantum, reliqui vero cur non viderint ignoramus. Ipse tamen deinceps fratribus retulit, nec enim est dubium hæc fideli famulo Dominum demonstrasse, cui etiam dignatus est arcanorum secreta cœlestium revelare. Nam idem dum de basilicis sanctorum die Dominica expleta oratione reverteretur super bacillum sustentatus, in medio beati Confessoris atrio, erectis auribus, oculisque ad cœlum distissime attentis, stetit immobilis : deinde motus a loco, cœpit dare gemitus ac suspiria longa producere. Interrogatusque a suis quid hoc esset, aut si aliquid divinum fuisset intuitus enarraret, respondit : Vae nobis inertibus et pigris. Ecce jam in cœlo missarum solemniter

A expediuntur, et nos segnes nec inchoare cœpimus hujus mysterii sacramentum. Vere, inquit, dico vobis, quod ego audivi voces angelorum in cœlis, Sanctus, Sanctus in laude Domini proclamantes. Et dicte citius in monasterio missarum solemniter jussit expleri. Sed nec illud præteribo, quod quadam vicem dum juxta consuetudinem, ut supra diximus, de basilicis quas orationis gratia adierat repedaret, et in basilica ad missas Dominicæ orationis verba decantarentur, cum illi dixerunt, Libera nos a malo, audivit e tumulo cujusdam vocem dicentem similiter Libera nos a malo. Quod non sine perfectionis **1230** merito cenetur, ut hæc meruisset audire. Sed et ad Passivi ^d pre-byteri tumultum veniens, et qualitatem ejus meriti, et quantitatem refrigerii, ipso **B** docente cognovit.

III. Et licet hæc magna sint, ad illam tamen sanctorum gratiam, quam per eum Dominus infirmis protulit, libet accedere. Non enim ambigitur quod per eum, sicut supra diximus, operata sit dextera Dei, cui ista quæ memoravimus tanta voluit revelare ^e. Puerulus enim quidam, Paulus nomine, crurum poplitumque gravi dolore vexatus, Sanctum adiit, prostratusque genibus ejus, exorare cœpit, ut ei medicinam oratione sua a Domini misericordia obtineat impertiri. Qui protinus oratione facta, cum oleo benedicto palpata ^f membra infirmi, eum super lectulum suum requiescere fecit. Quo paululum quiescente, post huius horæ curriculum surgere jubet. Qui consurgens, sanos matris suæ Sancti est manibus restitutus. Faretri ^g cujusdam servus, infensus domino suo, hujus Sacerdotis oratorium expetivit : sed ille elatus superbia, absente beato Viro, servum abstrahit, ceciditque. Sed mox a febre correptus spiritum exhalavit. Quartanarum, tertianarumve, vel reliquarum accessus ^h febrium oratione facta sæpius mitigavit. Venenum malæ pusulæ, imposito salutari signo, restinxit, obsessos demonibus, invocato Trinitatis nomine, emundavit. Nam et ab ipsis demonibus sæpius impulsatus est, sed victor in certamine perstitit. Nam surgente eo quadam nocte de stratu suo ad reddendum officium, vidit duos arietes magnos suis faribus assistentes, quasi præstolantes adventum ejus : quo viso furibundi ad eum cum impetu valido dirigunt. At ille signum crucis opponens, illis **D** evanescentibus absque metu oratorium est ingressus. Alia nocte, regressus ab oratorio, invenit cellulam suam plenam dæmoniis, dixitque eis : Unde venitis ? **A** Roma, aiunt, hesternæ die egressi, ad hunc locum

^a Gononius, et præter pocula frequentia etiam luxuriose indueretur. Sed nostram laudans lectionem in notis, ait olim sponsum et sponsam sibi invicem in signum mutui amoris et fidei dedisse calceos, ita ut sponsus se ipsum discalceans, calciamenta sponsæ traderet, quod et hæc vicissim sponso faciebat. Pocula vero hic memorata quasdam laise catenulas aureas vel argenteas in modum poculorum fabricatas putat. Vide infra, cap. 20, de sancto Leobardo, et Alteserram in cap. 42 lib. 1 Hist. Gregorii nostri.

^b Hodieque subsistit sub jurisdictione capituli

sancti Martini, jam dudum in collegium canonicorum conversum sub sancti Venantii titulo.

^c Nota morem catholicum, id est in Ecclesia universa receptum, sacra munera crucis signo benedicendi.

^d Editi et Mai m. duo, *Passini*. Sur. et Gon., *Bassini*.

^e Mai m. duo, *tanti habuit revelare*.

^f Sic Mss., pro *palpatis membris*. Ed., *palpans*.

^g Ed., *Pharetri*. Germ., *Raretri*.

^h Mss. plerique, *accensus*. Bad., ut passim habent Scripti, *accensus*.

accessivus. Quibus ille : Abscedite, inquit, detestabiles, et nolite accedere ad locum in quo nomen Domini invocatur. Hæc eo dicente **1231** sicut fumus cyanuerunt.

IV. His et talibus virtutum magnarum gratia polleus ^a, impleto vitæ præsentis curriculo, vitam percepturus æternam emicuit ^b sæculo, cujus beatum sepulcrum miraculorum illustrium effectu plerumque redditur gloriosum. Mascarpionis servi ipsius monasterii mentem iniquus demon obsederat, qui per trium annorum curricula enervatus factus, ad sepulcrum beati viri debacchans, tandem ejus est, ut credimus, oratione ejecto dæmone expurgatus, multos deinceps mente integra vivens annos. Juliani conjux quartanæ febris accensu laborans, ut sepulcrum beati viri attingit, compresso ardore ac tremore corporali, sanata discessit. Simili sorte et Baudimundi uxor ab hac febre laborabat : sed ubi ad letulum sancti viri prostrata fudit orationem, mox incolumitati restituta convaleuit. Multa quidem et alia de eo audivimus, sed sufficere hæc ad credulitatem Catholicorum quæ scripta sunt arbitramur ^c.

CAPUT XVII.

De sancto Nicetio Treverorum episcopo.

Si fides dictis adhibetur, relatoribus sacrorum operum pro fidei merito fideliter arbitror esse credendum, quia non omnia quæ in scripturis leguntur, omnibus propriis cerni potuerunt : sed quædam ipsius scripturæ relatione firmata, quædam aliorum auctorum testimonio comprobata, quædam vero proprii intuitus auctoritate creduntur. Sed sunt, quod pejus est, qui perverso sensu ut scripta non credunt, ita testificata reprehendunt, visa vero tanquam conficta fastidiunt; non habentes illud in sua credulitate, quod Thomas apostolas gestabat in corde, dicens : *Nisi videro non credam* (Joan. xx, 25). *Beati quidem qui non viderunt, et crediderunt* (Ibid. 29) **1232**. Sed iste ut vidit, statim credidit. Nam, ut diximus, multi videntes non modo non credunt, sed et derident ^d. Unde et ego aliqua de sancti Nicetii Treverici sacerdotis virtutibus, virilitate, magnanimitate, sanctitate, scripturus, reprehendi ab aliquibus vereor, di-

^a Uterque Mai m., *privilegiis pollens*.

^b Germ., *emigravit*, et terminatur Vita his verbis : *reddidit gloriosum*. De ejus sancti sepulcro vide lib. de Gloria conf. cap. 15. Hodieque in ecclesia sancti Venantii in claustris sancti Martini sita, visitur crypta choro ecclesiæ subjacens, in qua tria habentur sepulcra lapidea e terra levata, unum scilicet in medio, cui altare superpositum est, et creditur esse sancti Venantii; alia vero duo hinc et inde sita sunt. At sacre ejus reliquiæ, tempore, uti conjicimus, quo Normanni omnia devastabant, inde translata sunt, et depositæ apud Cavinum vicum in pago Lomacensi prope Namurem, ubi monachi sancti Germani a Prælati initio sæculi x, teste auctore Vitæ sancti Gerardi Broniensis, in *exuviis sancti abba is Venantii* erant. At eodem sæculo exeunte, Cavinum excedere coacti monachi Germanenses Parisius redierunt, secum defertentes ejusdem beati abbatis reliquiæ, quæ hodieque in sancti Germani basilica aservantur.

^c In Mai m. a subjungitur caput 15 libri de Glo-

centibus mihi : Tu cum sis junior, quomodo seniorum gesta poteris scire? qualiter ad te eorum facta venerunt? Nempe non aliud nisi conficta a te hæc quæ scripta sunt decernuntur. Qua de causa relatorum hujus operis in medio ponere necesse est, ut hi qui veritati derogant confundantur. Noverint igitur a beato Aredio ^e abbate urbis Lemovicinæ, qui ab ipso Nicetio antistite nutritus, et clericatus ordinem sortitus est, hæc quæ subjecta sunt me audisse quem in hoc non credo fefellisse, cum per eum Deus eo tempore, quando mihi ista retulit, et cæcorum oculos illuminavit, et paralyticis gressum præstitit, et enervatos ejectis dæmonibus sanæ menti restituit. Nec credendum est eum mendacii nube obturbari posse, quem Deus sæpius ab imbrum nube obtectum ita protegit, ut imbutis sociis, ipse nulla stillarum cadentium infusione maderet. Denique si de tali relatore dubitatur, de beneficiis Dei diffiditur. Aiebat ergo memoratus sacerdos de antedicto antistite : Multa quidem, dulcissime frater, de sancto Nicetio bonorum virorum testimonio divulgata cognovi, sed plura meis oculis propriis inspexi, vel etiam ab eo vix elicitæ cognovi. Et cum mihi quæpiam de his quæ per illum Deus operatus est explanaret, non cothurno jactantiæ tumescebat, sed compunctus corde cum lacrymis aiebat : Ideo tibi hæc, fili charissime, paulere videor [*Ed.*, volo], ut et tu cum summa conversans innocentia cordis similia mediteris. Non enim ad excelsa virtutum Dei contendere quis **1233** poterit, nisi fuerit *innocens manibus et mundo corde* (Ps. xxiii, 4), sicut canna ^f Davidici carminis canit. Hæc ergo de eo præfatus relator exorsus est.

I. Igitur sanctus Nicetius episcopus ab ipso ortus sui tempore clericus designatus est (*An. 536, 5 Dec.*). Nam cum partu fuisset effusus, omne caput ejus, ut est consuetudo nascentium infantum, a capillis nudum cernebatur : in circuitu vero modicorum pilorum ordo apparuit, ut putares ab eisdem coronam clerici fuisse signatam ^g. Exinde a studiosissimis nutritus parentibus, litteris institutus, abbatii cuidam in monasterio commendatur : in quo loco ita se devotum Deo exhibuit, ut migrante abbate ipse

ria confess., quod est de eodem sancto Venantio, et in fine hæc addit : *Hæc Gregorius Turonensis sedis episcopus de se loquitur*.

^d Colb. et Land., *videntes modo non credunt. Unde. Ed., unum et ego*.

^e Hic a sancto Nicetio educatus fuit, ut testis est ipse Gregorius lib. x Hist. cap. 29. Vide et ejus Vitam, infra.

^f Canna fistulam hoc leco designat.

^g Hoc est omnium antiquius testimonium, si Thomassinus credamus, quo evinci possit tonsuram clericorum in modum coronæ prioribus sæculis factam fuisse. Nam antea, ut ipse fusius disserit, tondebantur quidem clerici, sicut et monachi, ut ex compluribus conciliorum canonibus et Patrum dictis patet, sed absque ulla coronæ configuratione. Illum consule in parte I Disciplinæ eccl. lib. ii cap. 59, et vide in Roma subterranea Bosii aut Aringhii, Ciampini musævis, ac in aliis antiquis monumentis veteres sacerdotum icones.

succederet. Jam vero assumpto abbatis officio, tantum se, talemque ad instructionem atque districtiorem fratrum exhibuit, ut non modo agere, verum etiam nulli liceret aliquid vel loqui perverse, dicens: Cavenda est scurrilitas, dilectissimi, et omne verbum otiosum, ut sicut corpus omne purum exhibere debemus Deo, ita etiam et os non ad aliud aperire, nisi ad iandem Dei. Quia tria sunt in quibus genus dilabitur humanum: aut enim cogitat, aut loquitur, aut agit. Ergo vos, dilectissimi, oportet vitare scurrilitatem, malitiam, et omne opus pessimum. Multa et alia exhortabatur fratres, ut eos dignos Domino exhiberet ac mundos. Venerabatur autem eum et rex Theodericus magno honore, eo quod sapiens vitia ejus nudaret ac crimina, castigatus emendatior redderetur: et ob hanc gratiam, decedente Trevericæ urbis sacerdote, eum ad episcopatum jussit accersiri^a: cumque dato consensu populi ac decreto regis ad ordinandum a viris summo cum rege [*Id est, apud Regem*] honore præditis adducebatur. Verum tamen eum propinqui ad urbem cadente sole fixis tentoriis mansionem pararent, illi confestim, laxatis equitibus^b, per segetes pauperum dimiserunt. Quod cernens beatus Nicetius misericordia motus, ait: Expellite quanto citius **1234** equos vestros a segete pauperis, alioquin removebo vos a communione mea. At illi indignantes dixerunt: Quænam est hæc causa quam loqueris? adhuc enim episcopalem apicem non es adeptus, et jam excommunicationem minaris? Et ille: Vere, inquit, dico vobis, quia destinavit rex, ut me avulsim a monasterio huic oneri consecrari juberet. Fiet quidem voluntas Dei, nam regis [*Sur., ullius*] voluntas in omnibus malis me obsistens non adimplebitur. Tunc cursu rapido abiens, ejecit equos a segete, et sic cum admiratione hominum illorum ad urbem deductus est. Non enim honorabat personam potentis, sed Deum tantum et in corde, et in operibus metuebat. Impositus itaque in cathedra, dnm lectionum seriem auscultaret, sensit nescio quid grave super cervicem suam. Cumque his aut ter manum clam ad tentandum injeci-set, nullius rei causam invenire potuit, quæ hoc pondus inferret; divertensque caput ad dexteram et levam, odoratus est odorem suavitatis: intellexit quoque hoc onus esse sacerdotii ipsius dignitatem.

II. Assumpto vero episcopatu (*An. 527*) tam terribilem se præbuit omnibus, si Dei mandata non servarent, ut imminere mortem proximam voce præconis [*Al., præconia*] testaretur. Quibus de causis pauca loqui placet ad roborandam sacerdotum censuram, vel ad instructionem populi, sive etiam ad

^a Mss. duo Bad. et cæteri, *arceri*. *Sur., al. aciri*. Exempla consensus civium et regii decreti habes in appendice.

^b Id est, *equis*. Ed. *laxatos equos*.

^c Multum tamen a Gregorio laudatur lib. in Hist. cap. 25.

^d Ex hoc loco confutatur eorum sententia qui asserunt Ordinem Gallicanum a Mozarabico Hispanorum prodixisse. Cum hic dicatur canon antiquus

A ipsorum regum præsentium emendationem. Nam cum Theoderico decedente Theodebertus filius ejus regnum ambiisset, ac multa inique exerceret, et ab eodem plerumque corripere, quod vel ipse perpetraret^e, vel perpetrantes non argueret: advenit dies Dominicus; et ecce rex cum his qui ab hoc sacerdote communioni abesse jussi fuerant, ecclesiam est ingressus. Lectis igitur lectionibus, quas canon sancit aut quos^d, oblati muneribus super altare Dei, ait Sacerdos: Non hic **1235** hodie missarum solennia consummabuntur, nisi communi ne privati prius abscedant. Hæc rege renitente, subito exclamans de populo arreptus a dæmone, puer juvenis, cepitque voce valida inter supplicia torture suæ et Sancti virtutes, et regis crimina confiteri. Dicebatque Episcopam castam, regem adulterum; hunc timore Christi humilem, illum gloria regni superbum; istum sacerdotio impollutum a Deo in posterum præferendum, hunc ab auctore sceleris sui velociter elidendum. Cumque rex timore concussus peteret ut hic energumenus ab ecclesia ejiceretur, dixit Episcopus: Prius illi qui te secuti sunt, id est incesti, homicidæ, adulteri, ab hac ecclesia extrudantur, et huic Deus silere jubebit. Et statim rex jussit omnes hos, qui sacerdotis sententia damnati fuerant, egredi ab ecclesia. Quibus expulsis, jussit Sacerdos dæmoniacum foris extrahi. Sed cum apprehensa columna evelli a decem viris non posset, Sanctus Dei, sub vestimento suo propter jactantiam, faciens crucem Christi e contra, dæmonem relaxari præcepit.

C Quî protinus corruens cum his qui eum trahere nitentur, post paululum sanus erectus est. Deinde post acta solennia requisitus nunquam reperiri potuit, nec ullus scivit unde venerit, vel quo abierit. Conjiciebatur tamen a plurimis eum a Deo missum, qui regis Sacerdotisque opera non taceret. Unde factum est ut Sacerdote orante rex mitior fieret, pastor a Domino remunerandus digne propheticum illud audiret, quia *qui reddiderit pretiosum de vili, tanquam os meum erit* (*Jerem. xv, 10*). Quotidiè autem prædicabat Sacerdos populis, denudans crimina singulorum, et pro remissione deprecans assidue confitentium. Unde adversus eum sæpius odii virus exarsit, quod tam veraciter multorum facinora publicaret. Nam plerumque se persecutoribus ultro obtulit, et gladio exserto cervicem præbuit, sed nocere eum Dominus non permisit; voluit enim pro justitia mori, si persecutor fuisset infestior. Aiebat enim: Libenter moriar pro justitia. Sed et Clotarium regem pro injustis **1236** operibus sæpius excommunicavit^e, exsiliumque eo minitante, nunquam est territus.

prinsquam Mozarabiens, a sancto Isidoro editus, in lucem prodixisset.

^e Id est, non permisit ad sacram communionem accedere, aut ei elogias denegavit, uti conjicio. Nec enim majori excommunicatone a fidelium societate segregatum fuisse a Nicetio Clotarium existimo. Quam duplicem excommunicationem apprime distinguit Mapius episc. Rhemorum in epistola ad ipsum Nicetium, quam in appendice dabimus.

III. Quodam vero tempore, eum jam ad exilium ductus, ab episcopis reliquis, qui adulatores regis effecti fuerant, removeretur, atque a suis omnibus derelictus, uni diacono, qui adhuc perstabat in fide, ait: Quid tu nunc agis? quare non sequeris fratres tuos, ut eas quo volueris sicut ille fecerunt? Qui ait: Vivit Dominus Deus meus, quia usquequo spiritus meus infra hos artus contentus fuerit, nunquam derelinquam te. Et ille: Quia, inquit, hæc dixisti, dicam tibi quæ Domino revelante cognovi. Cras enim in hac hora, et honorem recipiam, et ecclesiæ meæ restituar; hi autem qui me reliquerunt eum magno pudore ad me confluent. Præstolabatur itaque diaconus rem promissam attonitus, quod postea est expertus. Illucescente autem die crastina, subito advenit legatus Sigiberti regis cum litteris, nuntians regem Clotarium esse defunctum, seque regnum debitum cum episcopi charitate de ere percipere. Hæc ille audiens ad ecclesiam regressus, potestati restituitur, confusisque his a quibus derelictus fuerat, omnes in charitate recepit. Jam vero quam fortis fuerit ad prædicandum, quam terribilis ad arguendum, quam constans ad sustinendum, quam prudens ad docendum, quis evolvere queat? Unus enim ei semper erat rigor in prosperis et adversis; nec minuantem timuit, nec a blandiente deusus est. Nam vere, ut aiebat relator ille (sanctus Aredius) memoratus, parum fuit quin juxta Paulum apostolum (*II Cor. xi, 26*) non fuisset injuriatus periculis fluminum, periculis latronum, periculis in civitate, periculis in falsis fratribus, et reliqua. Nam quadam die dum Mossellam fluvium navigio transnaret, inter pilas pontis fluctuum actus impulsu, palmis tantum pilæ adhæsit, pede continens cavem, et sic ab intuentibus jam ad demersionem paratus erutus est, quod non sine tentatoris insidiis se pertulisse ferebat. Sed et ipse auctor criminis plerumque se obtutibus ejus quasi nociturus ostendit. Denique dum quadam **1237** die iter ageret, descendens ab equo, inter vepres condensas ventris purgandi gratia est ingressus: et ecce assistit ei umbra teterrima, statu pro-cera, crassitudine valida, colore tetra, oculorum scintillantium immensitatem in modum tauri petulantis habebat, ore patulo quasi ad deglutendum Virum Dei parata. At illo faciente [*Al., facto*] signum crucis e contra, in modum fumi ascendentis evanuit: quod non ambigitur ipsum ei sceleris principem fuisse monstratum.

IV. In jejuniis autem valde, ut diximus, fortis erat. Nam cæteris reficientibus, sæpe ipse, contecto capite a cucullo, ne agnosceretur in publico, cum uno tantum puero sanctorum basilicas circumibat. Sed et curationum gratia data est ei a Deo. Dum autem hæc in illo, ut supra diximus, ha ita sanctorum habitacula circumiret, ad templum sancti

^a Is primus fuit dicitur Trevirorum episcopus. Colitur die 8 Decembris.

^b Coll. et Ed., *lapsus*. Infra Mss. duo *ma eria*. Porro licet lapsus nomine rete ut plurimum designari

A Maximini antistitis accessit, in cujus atrio post multas debaculationes tres energumeni pressi sopore quiescebant, cernensque eos somno deditos, fecit signum crucis e contra: statimque expergefacti, elevantes in sublime voces, dato impetu ad vomitum, emandati sunt. Cum autem lues inguinarum Trevericum populum in circuito civitatis valde vastaret, et Sacerdos Dei pro ovibus commissis Domini misericordiam imploraret assidue, factus est sonus de nocte magnus, tanquam tonitruum validum, super pontem annis, ita ut putaretur urbs ipsa delibescere. Cumque omnis populus exterritus in lectulis resedisset, lethiferum sibi interitum opperirens, audita est in medio rumoris vox una exteris clarior, deens: Et quid hic, o socii, faciemus? Ad unam enim portam Eubiacius ^a sacerdos observat, ad aliam Maximinus excubat, in medio versatur Nicetius; nihil hic ultra prævalere possumus, nisi sinamus hanc urbem eorum tuitioni. Hæc voce audita, statim morbus quievit, nullusque ab eo ultra defunctus est. Unde non ambigitur virtute memorati Antistitis fuisse defensam. Invitatus autem quodam tempore Sacerdos a rege, dicit suis: Querite nobis piscium multitudinem in abundantiam, **1238** ut euntes ad occurrum regis, et nostrum expleatur opus, et amicis ministretur affatim. Dixeruntque ei: Lapsus ^b noster, in quem pisces decidere soliti sunt, prorsus desertus habetur: sed et maceræ ipsæ de locis suis annis impetu evulsæ nocentur. Non est qualiter jussio vestra adimpleatur, dum non est in promptu qualiter capiantur quæ præcipis. Et ille hæc audiens, ingressus in cellulam suam vocavit puerum, et ait: Vade, et die coquorum præposito ut exhibeat pisces ab amne. Qui jussa referens, derisus est ab homine. Reversoque ait Sacerdos: Scio quia locutus es ea quæ præcepi, sed audire noluerunt. Vade, et dic eis ut eant. Cumque bis aut tertio hanc ordinationem dure susciperent, commoti tandem abierunt ad lapsum, et aspicientes invenerat eum ita refertum piscibus, ut decem viri quæ repererant vix exhibere potuissent. Ostendebat enim ei virtus divina sapius quæ ei opportuna erant.

V. Sed nec hoc silendum putavi, quod eidem de regibus Francorum a Domino fuit ostensum. Vidit enim in visu noctis turrem magnam, tanta celsitudine præditam, ut polo propinqua suspiceretur, habentem fenestras multas, Dominumque stantem super caecumen eps, et angelos Dei per speculas illas positos. Unus autem ex eis tenebat librum magnum in manu, dicens: Tantum temporis rex ille et ille victurus est in saeculo. Nominavitque omnes viritum, vel qui eo tempore erant, vel deinceps nati sunt; dixitque et qualitatem regni, et quantitatem vitæ eorum. Sed post miusejusque nomen semper Amen cæteri angeli respondebant. Sicque de his in poste-

soleat, hic tamen videtur locus exprimi in quem pisces confluentes facilius capiuntur, seu receptaculam, in quo jam capti nutriuntur.

rum impletum est, sicut Sanctus per præfatam revelationem annuntiavit. Regressus autem a rege eVectu navali, obdormivit. Et ecce commotus vento fluvius cœpit fluctus in excelsa porrigere, ita ut putaretur navis ipsa demergi. Sacerdos autem, ut præfati sumus, dormiens somno nescio quo, ut plerumque dormientibus evenit, quasi ab aliquo oppressus est. Excitatus quoque a suis fecit signum crucis super aqua, et cessavit **1239** procella. Deinde suspirans crebrius, interrogatus a suis est quid vidisset. Qui ait: Silere quidem decreveram, sed tamen dicam. Vide enim me quasi per universum orbem retia ad capiendum extendere, et nullus erat adjutor meus, nisi tantum hic puer Aredius. Et merito eum Dominus retificem ostendere voluit, qui quotidie populos ad divinum officium capiebat. Venit autem ad eum homo quidam, cæsariem barbaramque prolixam effereas, prostratusque ad pedes ejus, ait: Ego sum, domine, qui in maris periculo positus, tuo adjutorio sum salvatus. At ille objurgans hominem, cur de eo laudationis hujus proferret gloriam, ait: Dic qualiter te Deus ab hac necessitate eripuit, nam virtus mea nullum juvare potest. Qui ait: Nuperrimo tempore cum navem ascendens Italiam peterem, multitudo paganorum mecum ingressa est, inter quos et ego tantum solus eram inter illam rusticorum multitudinem Christianus. Orta autem tempestate cœpi invocare nomen Domini, atque ut me intercessio tua eriperet flagitare; pagani vero invocabant deos suos, et ille Jovem, iste Mercurium proclamabat, alius Minervæ, alius Veneris auxilium flagitabat. Cumque jam in discrimine mortis essemus, aio ad eos: O viri, nolite hos deos invocare, non enim sunt dii isti, sed dæmones. Nam si vultis de præsentis interitu erui, invocate sanctum Nicetium, ut ipse obtineat cum Domini misericordia vos salvari. Cumque una voce elevata in hujuscemodi clamore dixissent: Deus Nicetii, eripe nos, protinus mare mitigatum est, ceciditque ventus, ac sole reducto, eo quo voluntas nostra fuit navis accessit. Ego autem vovi ne prius comam capitis tonderem quam tuis obtutibus præsentarer. Tunc jussu Episcopi tonsuratus homo Arvernus adit, unde se esse confessus est. Innumera sunt etiam quæ de hoc viro relata a **1240** memorato abbate cognovimus, sed finiendum libellum puto.

VI. Cum autem propinquum transitus tempus migrationis suæ cognovisset, fratribus retulit, dicens:

^a De his in lib. de Gloria conf. cap. 94. De ecclesia vero et monasterio sancti Maximini, ubi etiam nunc servatur sancti Nicetii corpus, diximus in notis ad caput 95 ejusdem libri. Nicetius adfuit conc. Arvern. 1 an. 555, Aurelian. v an. 549, et eodem anno Arvern. 1. Anno vero 555 Paris. n. Tullense ejus occasione convocatum est an. 550, cui interesse renuit Marcius Rhemorum antistes, quod eo inconsulto coactum fuisset, ut ex ejus epistola ad ipsum Nicetium patet. Laudatur a Formato lib. iii carm. 9, et ejus castellum supra Mosellam carm. seq. Carmine vero 11 Magnericus ejus successor et *discipulus* appellatur. S. ripsit ad Justinianum imp. ut eum ab

A Vidi Paulum apostolum cum Joanne Baptista invitarem me ad requiem sempiternam, atque exhibentem mihi coronam cœlestibus margaritis ornatam, ac dicentibus mihi viris: Talibus enim speciebus perfrueris in regno Dei. Hæc quibusdam fidelibus referens, post paucos dies modica febre pulsatus spiritum præmisit ad Dominum, sepultusque est in basilica sancti Maximini antistitis, cujus nunc tumulus plerumque divinis virtutibus illustratur^a.

CAPUT XVIII.

De Urso et Leobatio abbatibus.

Legiferi vatis oraculum cum de principio principum fandi sumpsisset, et Dominum extendisse cœlos dextera majestatis fuisset effatus, ait: *Et fecit Deus duo luminaria magna et stellus, et posuit ea in firmamento cœli, ut præessent diei ac nocti, et lucerent in firmamento cœli (Gen. 1, 16, 17)*; sic nunc et in illo mentis humanæ cœlo, sicut priorum sanxit auctoritas, luminaria magna dedit, Christum scilicet et Ecclesiam ejus, quæ luceant in tenebris ignorantia, et illuminent sensus humilitatis nostræ, sicut Joannes evangelista de ipso Domino ait, quia hic est lux mundi, qui *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (Joan. 1, 9)*. Posuit etiam in eo et stellis, patriarchas videlicet, prophetas apostolosque, qui vel doctrinis nos erudiant, vel mirabilibus suis illuminent, sicut in Evangelio ait, quia *vos estis lux hujus mundi (Matth. v, 14)*. Et: *Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum qui est in cœlis (Ibid., 16)*. Hi enim Apostoli merito pro tota accipiuntur Ecclesia, quæ non habens rugam aut maculam **1241** impolluta subsistit, sicut Apostolus ait, quia *ipse sibi exhibuit Ecclesiam mundam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujuscemodi (Eph. v, 27)*. Ex horum ergo doctrina et usque ^b ad nostra fuerunt tempora, qui in hoc sæculo quasi astrorum jubar, non solum meritorum radiantes luce, verum etiam dogmatum magnitudine coruscantes, orbem totum radio suæ prædicationis illustraverunt, euntes per loca singula prædicando, ac monasteria ad divinum cultum locando, docendo homines a curis sæcularibus abstinere, et relictis tenebris concupiscentiæ Deum verum sequi, per quem facta sunt ^D omnia, sicut de Urso Leobatioque abbatibus fidelium fratrum relatio signat.

I. Igitur Ursus abba Cadurcinae urbis incola fuit

hæresi revocaret, et ad Clothsindam ad conversionem Langobardorum procurandam. Nicetium episcopum auctorem hymni *Te Deum laudamus* fuisse ex ms. Cod. scripserunt nonnulli viri eruditi, sed incertum eis erat Nicetii Lugdunensis an Trevirensis fetus esset. *Trevirensi* disertè tribuitur in Martyrologio ab annis sexcentis scripto, quod in monasterio Vallis Gregorianæ in Alsatia vidimus. Verum hic hymnus utroque Nicetio antiquior est, qui laudatur in sancti Patris Benedicti regula cap. 11.

^b Labb. ex Cod. sancti Albini, *usque in nostris fuerunt fratribus, qui in hoc.*

(An. 500.... 28 Jul.), ab ineunte ætate religiosus et in Dei amore devotus. De quo egressus loco, Bituricum terminum est ingressus, fundatisque monasteriis apud Tausiriaenum, Oniam atque Pontiniaenum^a, stabilitisque præpositis sanctitate honorificis [Lab., honoris ejus], dispensatione libratiss, Turonicum territorium est ingressus, et ad locum quem Senapariam^b vocitari prisens instituit auctor accessit. Aedificatoque oratorio, monasterium stabilivit; commissaque Leobatio præposito summa regulæ, monasterium aliud statuit, quod nunc Loecis^c vocant, situm scilicet super fluvium Angerem in recessu montis, cui nunc castrum supereminet, ipso nomine ut monasterium vocitatum. Ubi adjuncta congregatione, statuit apud animum suum, ne ultra alium proficisceretur in locum, sed in eo eum omni congregatione^B manibus propriis operari, et vietum a terra in sudore vultus exigere, 1242 illud fratribus inter reliqua prædicationum dona commendans, quod Paulus apostolus ait: *Labora manibus, ut habeas unde possis^d retribuere necessitatem patientibus* (Eph. iv, 28). Et illud: *Quia qui non laborat, nec manducet* (II Thes. iii, 10). Dedit autem ei Dominus et gratiam curationis, ita ut insufflatis energumenis, protinus dæmonia eijcerentur a corporibus obsessis. Sed et alias per eum Dominus dignatus est operari virtutes. Erat enim abstinens a cibis et potu, interdicens^e monachis sine cessatione avertere oculos et cogitationem ab omni luxuria.

II. Dum autem hæc ageret, ac fratres molam manuvrutes tritæ cum ad vietus necessaria comminuerent, pro labore fratrum visum est ei molendinum in ipso Angeris fluvii alveo stabilire; defixisque per flumen palis, aggregatis lapidum magnorum acervis, exclusas fecit, atque aquam canale collegit, ejus impetu fabricæ rotam in magna volubilitate vertere fecit: hoc opere laborem monachorum relevans, atque uni fratrum delegans, opus necessarium implebatur. Hæc autem fabricam Siehlaris^f quidam Gotthus, qui magno cum Alarico rege amore diligebatur, æmulus monasterio concupivit, dixitque Abbati: Dona mihi hoc molendinum^g, ut sit sub di-

^a Colb., *id est Tausiriaco, Onia, atque Pontiniaco*. Et habent *Pontiniacum*. Labb., *Saysiriacum, Onia, etc.* Tausiriaenum est forte locus *Tausiliacum*, vulgo *Toiselay* dictus, ubi hodieque perstat prioratus juxta oppidi muros sub titulo sancti Theobaldi, Burgidolensi abbatiæ subjectus. Onia silva est eum vico cognomine apud Bituriges, vulgo *la forêt d'Heugne*, ubi forte exstabat Oniæ monasterium. De Pontiniæ nihil expisari licet. Habetur in diocæsi Bituricensi locus *Montiniacum* dictus, a Saneergiensi (*Sancierge*) capitulo pendens.

^b Viens est Turonum inter Andriam seu Angerim, et Andresium amnes situs, vulgo *Sénévière*, qui hodieque sanetum Leuthatium patronum agnoscit, ubi vulgo *Saint-Leubasse* vel *Saint-Libesse* appellatur. Hunc locum sic a sinapi nomen habuisse vult Valesius in notitia Galliarum, quem ilico *Senapariam* primo dictum fuisse censet.

^c Land. et plerique Ed., *Locis*. Bal., *Locias... fluvium Ligerim*, et sic infra. Labb., *Lucas*; sed iste locus notus est, vulgo *Loches*: Monasterium vero

mea, et quod volueris repensabo. Cui ille: Cum grandi, inquit, hoc labore paupertas nostra statuit, et nunc non possumus ipsum donare, ne fratres mei fame pereant. Et ille: Si vis, inquit, ipsum bona voluntate tribuere, gratias ago; sin aliud, vi ipsum auferam: aut certe faciam aliud, cujus exclusis aqua retrorsum conversa, rotam tuam vertere amplius non permittam. Abbas 1243 respondit: Non facies autem quod Deus non voluerit, nam a nobis ipsum penitus non accipies. Tunc Siehlaris fervens felle, similem sibi hoc fabricam adaptavit. Cumque aqua retrorsum conversa sub hujus operis rotam inundans gurgitem fecisset, restitit prorsus, nec omnino verti potuit ut consueverat; venitque custos ejus ad abbatem media, ut ferunt, nocte, illo in oratorio cum fratribus vigilante, et ait: Surge, abba, deprecare attentius Dominum. Restitit enim rota molendini ab inundatione canalisi alieni, quem Siehlaris fecit. At ille hæc audiens misit confestim fratres singulos ad monasteria illa quæ statuerat, dicens: Prosternite vos in oratione, et non sit vobis opus aliud, donec iterum ad vos dirigam. Sed et ipse non est egressus ab oratorio deprecans Dominum attente, ac præstolans adventum ejus misericordie. Sic fecit per integros duos dies totidemque noctes. Tertia jam illucescente die, accessit iterum monachus ille qui custos fuerat, nuntians rotam fabricæ suæ juxta consuetudinem priorem in summa verti velocitate. Egressusque abbas eum fratribus de oratorio accedit ad littus, conspiciensque molendinum quod Siehlaris fecerat, non reperit: accedensque ad littus, et fundum alvei intuens, indicium nullum de eo accepit. De quo non quidquam ligni, non lapidis, non ferri, vel ullius unquam genus indicii potuit ostendi, nisi quod conjici potuit, ipso quo fabricatum fuerat loco, virtute divina dehiscens ab oculis hominum est ablatum. Tunc misit nuntios ad fratres, dicens: Requiescite jam a labore, quia ultus est Deus injuriam fratrum nostrorum.

III. His et talibus virtutibus præditus, consummato cursu vitæ, migravit ad Dominum: ad ejus tumulum^h postea et energumeni sanati, et cæci illu-

jam pridem exēlit, ejus nihil superest præter ecclesiam, quæ hodie parochialis est, simul eum prioratus titulo, a vicino monasterio Belliloci ord. Benedictini, cong. sancti Mauri subjectam.

^d Colb. et Bell. *laborate... habeatis... possitis*.

^e Editi, *indicens*, et infra Bal., *sine necessitate*.

^f Colb. et Bel., *Silaris*. Et quidem sic appellatur in libro de castro Ambasia et ejus dominorum gestis, cap. 5 tom. X Spicilegii Acheriani pag. 522, ubi Alarici proximus et amicus appellatur. Ibi que monasterium in recessu montis prope castrum Loceas super fluvium Angerem situm fuisse memoratur, *ubi multi religiosi sub Urso abba'e debebant*. Illud vero *cænobium Angeris* occupat, describitque historiam molendinorum quam infra narrat Gregorius.

^g Colb. et Land., *hunc molinum*, et sic infra. Porro hodieque ibi visitur molendinum, ejus molam eandem esse quam B. Ursus fabricari curavit, vulgus existimat.

^h Visitur etiam nunc in ecclesia Loeciensi superius memorata, juxta majus altare. B. vero Ursi reliquias

minati sunt; post ejus obitum præpositi, qui per monasteria erant, abbatum officium, episcopis largientibus, susceperunt. Sed et Leopatius ^a apud Senapariam monasterium, quod infra **1244** territorium Thronicum erat, abbas instituitur, in summa sanctitate ac senectute perdurans, ibique et obiit ac sepultus est.

CAPUT XIX.

De Monegunde ^b religiosa.

Insignia divinorum beneficiorum charismata, quæ humano generi cœlitus sunt indulta, nec sensu concipi, nec verbis effari, nec scripturis poterunt comprehendere; cum ipse Salvator mundi ab illo rudis sæculi exordio patriarchis se præstat videri, prophetis annuntiari, ad extremam semper virginis intactæque Mariæ dignatur utero suscipi, et præpotens immortalisque Creator mortalis carnis patitur amictu vestiri, mortem pro hominis peccato mortui reparatione adire, victorque resurgere; qui nos gravium facinorum spiculis sauciatos, ac latronum insidiantium vulneribus affectos, infuso meri oleique liquore, ad stabulum medicinæ cœlestis, id est Ecclesiæ sanctæ, dogma perduxit; qui nos exemplis sanctorum vivere incessabili præceptionis suæ manere exhortatur, nobisque non modo viros, sed etiam ipsum inferiorem sexum, non segoiter, sed viriliter agonizantem præbet exemplum; qui non solum viris legitime decertantibus, verum etiam feminis in his præliis favorabiliter desudantibus, siderea regni partem capit: sicut nunc beata Monegundis, quæ relicto genitili solo, tanquam regina prudens quæ audire sapientiam Salomonis adivit (*III Reg. x, 4*), ita hæc beati Martini basilicam, ut ejus miracula quotidianis indulta momentis miraretur, expetiti, hauriretque de fonte sacerdotali quod posset aditum nemoris paradisiaci recrudere.

I. Igitur beatissima Monegundis, Carnotenæ urbis indigena (*An. 530, 2 Jul.*), parentum ad votum copulata conjugio, duas filias habuit, super quibus valde gavisæ lætabatur, dicens: Quia propagavit Deus generationem meam, ut mihi duæ filiae nascerentur. Sed hoc mundiale gaudium prævenit sæxali hujus amaritudo, **1245** dum puellæ modica febre pulsatæ metam nature debitam concluderunt. Ex hoc genitrix mœsta deplorans, orbatamque se lugens, non diebus, non noctibus a fletu cessabat, quam non vir, non amicus, non ullus propinquorum poterat consolari. Tandemque in se conversa, ait: Si nullam consolationem de obitu filiarum capio, vereor ne ob hoc lædam Dominum meum Jesum Christum. Sed nunc hæc lamenta relinquens, cum beato Job consolata de-

elevavit aliquot ab hinc annis illustriss. Victor Buticularius Turonum antistes. Hujus obitum anno circ. 50) consignavimus, quod sub Alarico Visigothorum rege vixisse dicatur.

^a Hic omnes Mss. *Leopatius*. Ed., *Leubatus*.

^b Colb. et Bell., *Monigunde*, c. infra, *Monagundis* et *Monegundis*.

^c Mai m., *amici... potuit... in se reversa*.

^d Bal., et ipsa. Mai m. et al. Edit., *ac ipsi co-*

quentem: *Dominus dedit, Dominus abstulit, quomodo Domino placuit ita factum est. sit nomen Domini benedictum* (*Job 1, 21*). Et hæc dicens, exuta veste lugubri, jussit sibi cellulam parvulam præparari, in qua uam tantummodo fenestellulam, per quam modicum lumen posset cernere, præcepit aptari: ibique contempto mundi ambitu, spreto viri consortio, solâ Deo, in quo erat confisa, vacabat, fundens orationem pro suis populique delictis, habens puellulam unam, cujus ei famulatu ministrabantur ea quæ necessitas exigebat. Accipiebat etiam et farinam hordeaceam, infusosque lymphis cineres, ac diligenter colans, ex ea aqua mixturam massæ conficiebat, formatosque propriis manibus panes et ipsam coquens ^d, post longa jejunia reficiebatur: reliquum domus suæ cibum pauperibus dispensabat. Factum est autem quadam die ut memorata puella, quæ ei consueverat famulari, et credo inimici astu seducta, cui semper bonis injurias irrogare mos est, se ab ejus famulatu subtraheret, dicens: Non potero ego cum hac domina permanere, quæ in tali abstinentia commoratur, sed potius utar sæculo, ac cibum potumque in abundantia sumam. Quintus autem jam fluxerat abcessionis ejus dies, quo hæc religiosa neque farinam consuetam, neque aquam acceperat: sed perstabat immobilis, et fixa manens in Christo, in quo quisquam locatus ^e nec venti turbine, nec fluctuum impulsione dilabatur; nec sibi illa de mortali cibo vitam, sed de verbo Dei, sicut scriptum est (*Deut. viii, 3; Matth. iv, 4*), putabat inferri, commemorans illud Sapientiæ Salomoniacæ proverbium, quia *non necabit Dominus fame animam justi* (*Prov. x, 5*). Et **1246** illud, quia *justus ex fide vivit* (*Rom. 1, 17*). Sed quoniam corpus humanum absque esu terreno sustentari nequit, prostrata in oratione, petit ut qui manna populo esurienti de cœlo (*Exod. xvi*), lymphasque sitienti produxit e saxo (*Nam. xx, 11*), ipse quoque alimentum quo parumper corpusculum fessum confortaretur, dignaretur indulgere. Protinusque ad ejus orationem nix de cœlo decidua humanum opernit. Quod illa cum gratulari actione cernens, educta manu per fenestram quod [*al.*, quæ] circa parietem erat ex ipsa nive collegit, de qua aquam exprimens panem solito ^f formavit, quousque ad alios quinque dies v etiam corporeum ministravit. Habebat enim contiguum cellulæ parvulum viridarium: in illud autem pro quadam revelatione ^g prodire erat solita, in quod ingressa intuens herbas loci ac deambulans, mulier quæ triticum supra tectum suum siccandum posuerat, quasi de eminentiori loco, curis oppleta mundanis, importune prospexit, mox-

quens.

^e Ed. addunt *vel fundatus*. Mai m. habet, *quisquam fundatus*.

^f Mai m., *colligit... expressit panem solite formavit, qui*.

^g Bal., *recreatione*. Infra, Mai m.: *In quo ingressa dum... Uci, deambulare, mulier cumque triticum... sicc. re... cu is oblita... lumen caruit*.

que oculis clausis lumine caruit. Cognoscens autem reatum suum, ad eam accedit, renique, ut gesta fuerat, pandens. At illa dejiciens se in orationem, ait: Væ mihi, quia pro parvitas meæ peccata rice aliorum clausi sunt oculi. Et consummata oratione imposuit manum mulieri: confestim autem ut signum crucis expressit, mulier visum recepit. Homo quidam ex pago illo, qui olim auditum perdidit, ad ejus [Al., hanc] cellulam devotus advenit, pro quo deprecati sunt parentes ejus, ut ei manum hæc benedicta dignaretur imponere. Sed illa indignam se esse proclamans, per quam Christus hæc operari dignaretur; solo prostrata, et quasi ipsa dominicorum pedum vestigia lambens, humiliter pro eo divinam clementiam supplicavit; illaque adhuc solo decumbente, aures surdi apertæ sunt, rediitque ad domum propriam, in ærore ablato, cum gaudio.

II. His signis glorificata inter parentes, ne vanæ gloriæ lapsum incurreret, sancti Martini antistitis basilicam, relicto conjugē cum familia vel omni domo sua, fideiiter expetivit. Cumque iter cœptum carperet, venit ad vicum **1247** urbis Turonicæ, cui nomen est Evena ^a, in quo beati Medardi Suessionenci confessoris reliquiæ continentur, cujus et vigiliæ ea nocte celebrabantur; in quibus illa attente exorbans in oratione, hora debita cum reliquo populo ad missarum accessit solemnitas. Quæ dum a sacerdotibus Dei celebrantur, advenit quædam puella, pusulæ malæ veneno conflata, proceditque ad pedes ejus, dicens: Subveni mihi, quia mors iniqua vitam conatur eripere. At illa, more solito in oratione prostrata, suggestit [Ed., supplicavit] pro ea Deo omnium creatori, erectaque signum crucis imposuit. Sicque in quatuor partes vulnere excrepante, puellam, pure decurrente ^b, mors importuna reliquit. Post hæc ad basilicam sancti Martini Monegundis beata pervenit, ibique prostrata coram sepulcro, gratias agens, quod tumulum sanctum oculis propriis contemplari meruerat, in cellula parva consistens, quotidie orationi ac jejuniis vigiliisque vacabat. Sed nec ille locus ab ejus virtute fuit inglorius. Nam viduæ enjusdam filia manus contractas detulit, quæ ut exorata signum salutis imposuit, manibus suis digitos puellæ contrectare cœpit, extensis ^d digitis, nervisque directis, vellas laxavit incolumes. Dum autem hæc agerentur, audita vir ejus [Al., vir ille] fama beatæ, convocans ^d amicos vicinosque suos, perrexit post eam, ac reduxit ad propria, et eam in cellulam in qua prius habitaverat intromisit. At illa non cessabat ab opere quod consueverat, sed exercebatur in jejuniis, obsecrationibusque, ut tandem locum in quo habitare desidera-

bat posset acquirere. Inchoat iterum iter desideratum, implorans beati Martini auxilium, ut qui dederat desiderium, tribueret et effectum perveniendi ^e ad basilicam. Revertitur ad cellulam illam in qua prius fuerat commorata, in eo perstitit inconcussa, nec est amplius a viro suo quæsita; ibique paucas colligens manebas ^d, cum fide integra et oratione degebat; non sumens panem nisi **1248** hordeaceum, non vinum nisi parumper in diebus festis, et hoc ipsum vitio lactice ^e temperatum; nullum habens stratum feci, paleæque molliorem, nisi tantum illud quod intextis juncei virgulis fieri solet, quas vulgo mattias vocant; hoc superponens formulæ ^f, hoc solo supersterneus: hoc erat quoti li nonum scamum, hoc enleitra, hoc plumella, hoc erat stragulum, hoc omnis lectuli necessitudo, sic docens easdem facere quas secum ascevit. Ibi que in Dei laudibus degens, multis infirmis oratione facta salutaria impertiebat medicamenta.

III. Mulier quædam filiam suam exhibuit vulnerebus plenam, et, ut quidam vocant, potæ hæc causa generat ^g. Tunc illa, facta oratione, salivam ex ore suscipiens, vulnera sava peruxit, puellamque reddidit sanam, opitulante ejus virtute qui cæci nati oculos sputo formavit ^h. Puer vero incola loci maleficum in potione hausit, de quo medicatus, ut asserunt, serpentes generati in intraneis pneri magnam dolorem suis moribus excitabant, ita ut nulla quiescendi mora vel in modicum momentum indulgeretur. Sed neque cibum aut potum capere poterat; et si post diu aliquid accipiebat, protinus rejiciebat. Qui adductus ad beatam feminam, petiit se ejus virtute mundari. Cumque illa reclamaret indignam se esse quæ hæc agere posset, implicita precatu ⁱ parentum, ventrem pueri palpat, et palma demulcet; sensitque ibi anguim venenatorum nequitiam latitare. Tunc accepto pampini viridis folio, saliva linivit, lixitque super eum crucis beatæ signaculum, quod ponens super alvum juvenuli, dolore paululum sedato, obdormivit in scamno, qui olim doloribus insistentibus carnerat somno. Post unius veri horæ momentum consurgens, ad purgandum ventrem egressus, pestilentiæ generationis germen effudit, gratiasque referens ancillæ Dei, sanus abscessit. Alius vero puer paralyti ægritudine contractus, **1249** ante eam inter manus delatus est aliorum, deprecans a beata sanari. At illa in oratione prostrata, precem pro eo fudit ad Dominum; consummata vero oratione consurgens, apprehensa manu pueri crexit eum, sospitemque abire permisit. Mulier erat cæca, quæ adducta ad eam, deprecata est ut ei manus impone-

^a Ibi Perpetuus ædificavit ecclesiam, ex lib. x Historiæ cap. 31.

^b Mai m.: *In quatuor partibus excrepans pusula, puellam putredine decurrente.*

^c Mai m., *effectum. Pervenit... ex hoc perstitit.*

^d Hoc cœnobium dictum est sancti Petri Puellaris, quod etiam nunc nomen retinet, quod nunc in Collegium canonicorum secularium conversum, sub jurisdictione capituli sancti Martini.

^e Bal., *modice. Mai m., et hoc nimis aceto.*

^f Mai m., *superponens Christi famula, hoc. Matiam lectum monachis assignat sancti Patris Bened. et ceteri vitæ monasticæ Patres. Formula hic pro sedili, 3e i scamno.*

^g Sic Scripti omnes. Ed., *pus eadem generat; alii, genuerant.*

^h Bal., *reformavit. Mai m., aperuit... libavit, de quo medicatus.*

ⁱ Mai m., *impleta tamen prece parentum.*

ret. At illa respondit: Quid vobis et mihi, homines Dei? nonne sanctus Martinus hic habinat, qui quotidie illustrium virtutum opere resulget? Illuc accedite, ibi obsecramini, ut ipse vos visitare dignetur. Nam ego peccatrix quid faciam? Illa vero in sua petitione perdurans, aiebat: Deus per omnes timentes nomen suum quotidie opus exerceat egregium; ideoque supplex ad te confugio, cui præstita est divinitus gratia curationum. Tunc commota Dei famula, luminibus sepultis manus imposuit, statimque, reseratis cataractis, mundum late patentem quæ fuerat cæca prospexit. Multis etiam emergentibus ad eam ingressis, ut manus imposuit, fugato hoste nequam, sospitatem restituit; nec morabantur ex his curari, quos ad se Sancta permisisset accedere.

IV. Jam autem tempus vocationis ejus appropinquabat, et defessa corpore solvebatur. Quod cum viderent sanctimoniales quas secum habebat, flebant valde, dicentes: Et cui nos, mater sancta, relinquis? vel cui commendas filias, quas in locum hunc pro Dei intuitu congregasti? At illa parumper lacrymans, ait: Si pacem sanctimoniamque sequamini, Deus erit protectio vestra; habebitisque sanctum Martinum antistitem pastorem magnum. Nam et ego non discedam a vobis, sed invocata adero in medio charitatis vestræ. At illæ rogabant dicentes: Venturi sunt multi infirmi ad nos, flagitantes benedictionem a te accipere; et quid faciemus cum te non viderint esse superstitem? confusæ enim eos foris emittemus, cum tuam faciem non contempnabimur. Rogamus autem

1250 ut, quia hæc ab oculis nostris absconditur^b, saltem digneris oleum salemque benedicere, de quo possimus agrotis benedictionem flagitantibus ministrare. Tunc illa benedicto oleo ac sale tradidit eis, quæ suscipientes diligentissime servaverunt. Sicque beatissima obiit in pace, et sepulta est in ipsa cellula^c, multis se in posterum virtutibus representans. Nam de memorata benedictione multi post ejus transitum agroti incolumitatis beneficia sunt experti. Bosonis denique diaconi^d pes unus a pusula mala conflaverat, ita ut gressum facere non valeret, deportatusque ad ejus tumulum, orationem fudit; puellæ vero accipientes ex oleo memorato, quod Sancta reliquerat, posuerunt super pedem ejus, et exemplo erumpente vulnere, defluente veneno sanatus est. Cæcus quidam adductus ad ejus tumulum in oratione prosternitur; irruente autem in eum sopore obdormivit, apparuitque ei beata dicens: Indignam quidem me judico exæquari^e sanctis, sed tamen unius

A hic oculi recipies lumen; deinceps autem propria quantocius ad beati pedes Martini, et prosternere in compunctione animi eoram eo. Ipse enim tibi restituet alterius oculi visionem^f. Expergefactus homo, unius oculi recepto lumine, abiit quo jussio impulit imperantis; ibique iterum obsecrans beati Confessoris virtutem, depulsa cæci oculi nocte, videns abscessit. Mutus etiam ad hunc Beatæ tumulum prostratus acubuit, qui in tantum^g fide compunctus est, ut rivis lacrymarum cellulæ inficeret pavimentum. Qui consurgens absoluta lingua virtute divina regressus est. Alius denique mutus veniens, et in oratione decumbens, corde tantum implorabat, et non voce solubili, beatæ femine auxilium^h: in ejus ore de memorata benedictione parte infusa, erumpente sanguine mixto cum pure, vocis officium meruit adipisci. Frigoriticusⁱ quoque accedens ad hoc monumentum, ut pallam **1251** tegentem attingit, restincta contagionis febre, convalescit. Contractus vero, Marcus nomine, manibus deportatus aliorum ad sepulcrum Beatæ, orationem diutissime fudit. Ille autem nona pedibus propriis stetit, domumque regressus est. Leodinus puer cum in valetudinem gravem irruens quarto agrotaret mense, et non solum gressum, verum etiam ciborum usum, insistente febre, nimia perdidisset, ad ejus deportatus sepulcrum præmortuus, accepta salute surrexit e tumulo redi-vivus. Quid de frigoriticis reliquis loquar, cum plerisque hoc fuit beneficium remedii, cum pallam tumuli ejus sunt fideliter osculati? Quid etiam de emergentibus, qui adducti ad cellulam Beatæ, cum limen sanctum fuerint ingressi, integræ menti restituntur? Nec moratur larva egredi e corpore, cum Sanctæ hujus senserit adesse virtutem, operante hoc Domino nostro Jesu Christo, qui timentibus nomen suum præmia largitur æterna.

CAPUT XX.

De sancto Leobardo reclauso in Majori monasterio prope Turonum.

Ecclesia fidelis ædificatur, quotiescunque sanctorum gesta devotissime replicantur: et licet de his teneat maximum gaudium, quod hi qui ab initio ætatis religiosam vitam ducentes pervenire meruerunt perfectionis ad portum, tamen et de his Domino jubente lætatur, qui conversi a sæculo opus inchoatum valuerunt perducere, divina opitulante misericordia, ad effectum.

I. Igitur beatissimus Leobardus Arvernici territorii

dicitur in nostro exemplari, quod videtur esse autographum.

^d Mai m., *Basenus denique diaconus.*

^e Mai m., *quidem esse judico exæquare.*

^f Editi, *visum.* Mai m., *alteram oculum.* A visione expergefactus.

^g Mai m., *incubuit, qui in tanta.* Ed., *occubuit.*

^h Mai m., *et non voce solo sibi bea & femine auxilio implorabat.*

ⁱ Idem, *Febricitans,* et sic infra, *quidam ad hoc tumulum.*

^a Mai m., *mundi lucem patentem.*

^b Mai m., *quia ab oculis nostris absconderis.*

^c Sepulta est in ecclesia sancti Petri Puellaris superius laudata, ubi ejus sacra exuvia in theca pretiosa servatæ sunt ad an. 1562, quo Calviniani furentes eam diripuerunt. Pleraque tamen ejus ossa incendium evasere, quæ semiusta cum ejusdem Sanctæ capillis in terra absconsa sunt; ibique latere ad annum 1657, quo die nona Julii levata fuerunt e terra, et fidelium venerationi exposita. Ejus festum die 2 Julii in variis Martyrologiis celebratur. Quidam Usuardi Codices *Virginem* appellant; at *Deo sacrata*

indigena fuit (*An.* 595, 18 *Jan.*), genere quidem non senatorio, ingenuo tamen, qui ab initio Deum in pectore tenens, cum non floreret natalibus, gloriosis meritis præfulgebat. Qui tempore debito cum reliquis pueris ad scholam missus, quæpiam [*Al.*, quempiam] de Psalmis memoriæ commendavit, et nesciens se clericum esse futurum, jam ad Dominicum parabatur innocens ministerium. Sed cum ad legitimam pervenisset ætatem, cogentibus juxta consuetudinem

1252 humanam parentibus, ut arrham puellæ, quasi uxorem accepturus, daret impellitur. Illo quoque respiciente, ait pater: Cur, dulcissime fili, voluntatem paternam respicis, nec te jungere vis conubio, ut semen excites nostro de genere sæculis sequentibus profuturum? Casso enim labore exercemur ad operandum, si possessor deerit ad fruendum. Quare [*Al.*, vel cur] implemus domum opibus, si de genere nostro non processerit qui utatur? Quid mancipia dato pretio nostris ditionibus subjungamus, si rursus alienis debent dominationibus subjacere? Obedire debere filios voci parentum Scripturæ testantur divinæ (*Ephes.* vi, 1); et tu cum inobediens esse parentibus probaris, vide ne te cœlestibus eruere nequeas ab offensis. Hæc patre loquente, licet haberet alium filium ^a, facile tamen tali ætatulæ persuasit voluntati propriæ contraire. Denique dato sponsæ annulo porrigit osculum, præbet calciamentum ^b, celebrat sponsaliæ [*Ed.*, sponsalium] diem festum. Interea genitor et genitrix mortis somno sopiti migraverunt a sæculo^c, vitæ præsentis curriculo jam peracto. Illic vero cum germano ^e tempore luctus expleto, oneratus donis nuptialibus, fratris pergît ad domum; quem in tantum reperit vino madidum, ut nec cognosceret, nec reciperet propria in domo germanum. Ille vero suspirans et lacrymans secessit in partem, venitque ad tugurium in quo fenum fuerat aggregatum, ibique colligato præbens equiti [*Ed.*, equo] pabulum, decubuit super fenum ad quiescendum. Expergefactus autem media nocte, surgit de stratu suo, erectisque ad cœlum manibus, gratias agere cœpit omnipotenti Deo, quod esset, quod viveret, quod aleretur donis ejus; et alia hujuscemodi prosecutus. Cum suspiria longa protraheret, atque lacrymis crebris genas ubertim rigaret, Deus omnipotens, qui illos quos præscivit et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui (*Rom.* viii, 29), **D** compinxit cor ejus, ut relicto sæculo manciparetur ad cultum divinum.

II. Tunc ille, quasi jam sacerdos custosque animæ

^a Comp., *alios filios*. Vide infra.

^b Confer supra notas in cap. 16. Annulus et calcei sponsæ porrigebantur, inquit Marollius, in possessionis inveniendæ signum. Sic enim quodammodo sponsæ pedes et manus vinciebantur in viri subjectionem.

^c Comp., *cum uno germano... alterius fratris*.

^d Hæc sola ars a Majoris monasterii monachis exercebatur, ut testatur Severus Sulpicius in Vita sancti Martini. Ejus laudes vide apud Cassiodorum libro ii Institut., cap. 7; Petrum Venerab., lib. 1, epist. 29.

A suæ, prædicare sibi ipsi exorsus est, dicens: Quid agis, anima? **1253** quid in ambiguo suspensa teneris? Vanum est enim sæculum, vanæ sunt concupiscentiæ ejus. Vana gloria mundi, et ea quæ in illo sunt omnia vanitas. Melius est igitur relinquere eum, et sequi Dominum, quam ad ejus opera [*Al.*, appetitum] præbere consensum. Hæc effatus cum diem terris reddere lux diurna cœpisset, ascenso equite [*Ed.*, equo] cœpit ad hospitium suum reverti. Cumque per viam jam alacris pergeret, volvere intra se cœpit quid ageret, quo abiret. Dixitque: Expetam Martini beati tumulum, unde procedit virtus alina super infirmos. Credo enim quod et mihi cœlis oratio iter reserabit ad Deum, qui deprecatus Dominum mortuos reduxit a tartaro. Et sic viam carpens, oratione comite, sancti Martini basilicam est ingressus; circa quam paucis diebus demoratus, transito amne, ad cellulam Majori monasterio propinquam, de qua Alaricus quidam recesserat, devotus accessit; ibique se, propriis manibus membranas faciens, ad scribendum aptavit ^d; ibi se, ut Scripturas sanctas intelligeret, ac [*Al.*, ad] Davidici carminis Psalmos, qui dudum excesserant memoriæ, retineret, exercuit: sicque divinarum Scripturarum lectionibus eruditus, cognovit verum esse quod ei Dominus prius inspiravit in corde. Sed ne hæc cuiquam fabulosa videantur quæ retulimus, testor Deum quia ab ipsius benedicti Leobardi hæc ore cognovi ^e. At vero interposito pauci temporis spatio, humilem se tantumque præbuit, ut honoraretur ab omnibus; acceptoque sarculo, cellulam, in quam ingressus fuerat, incidens lapidem, ampliavit. In qua cellula delectabatur jejuniis, oratione, psallentio ^f, lectione, nec unquam a divinis officiis et oratione cessabat; scribebat interdum, ut se a cogitationibus noxiis discuteret.

III. Interea ut se tentator manifestaret Dei servis semper inimicum esse ac invidum, cum aliquis de illius monaculis ^g litem quemdam cum vicinis habuisset, immisit ei cogitationem, ut, **1254** relicta cellula illa, ad aliam transmigraret: cumque ibi ad orationem solite ^h devenissemus, dolum nobis veneni grassantis aperuit. Ego vero suspirans non minimo dolore, increpare hominem cœpi, asserens diaboli esse calliditatem; librosque ei et Vitas Patrum ac Institutionem monachorum, vel quales qui recluduntur esse debeant, vel cum quali cautela monachos vivere oporteat, abscedens ab eo, d. rexi. Quibus relictis, non solum cogitationem pravam a se discussit, verum etiam tanto sensum acumine erudit, ut mirare-

^e Hic desinit iste liber in cod. Bellov. Vox *Leobardi* in solo Comp. habetur. Idem: *Ipse vero interposito*.

^f Comp., Sur., Gon. et Rip., *silentio*.

^g Sic Laud. Ed. vero, *cum quidam*, etc. Colb. habet, *cum aliquid de illius monacholi*. Comp., *cum aliquid de illius monacholi habitu litem*, etc. Sur. et Boll., *quidam de sanctis monachis*.

^h Confer cum Vita ipsius Gregorii. Porro hi libri erant Vitæ patrum et Cassiani opera, quæ hisdem ferme verbis sanctus pater Benedictus monachis commendavit.

mnr facundiam locutionis ejus. Erat enim dulcis allo-
 quio, blandus hortato, eratque ei sollicitudo pro
 populis, inquisitio pro regibus, oratio assidua pro
 omnibus ecclesiasticis Deum timentibus. Verumtamen
 non ille, ut quidam, dimissis capillorum flagellis, aut
 barbarum ^a demissione plaudat, sed certo tempore
 capillum tondebat et barbam. In qua cellula viginti
 et duos annos in hoc opere degens, tanta Domini
 gratia confortatus est, ut pusulis malis saliva oris sui
 perunctis, vim veneni savientis opprimeret [*Al.* re-
 primeret]; frigiticis vero per poculum vini chara-
 ctere crucis beatæ sanctificatum, frigorem acceden-
 tem æstumque restinxit: non immerito disentiens
 incommodas febres ab aliis, qui in se extinxerat in-
 centiva criminis noxialis. Quodam autem tempore
 cæcus ad eum veniens, ærurnam doloris sui humili-
 ter deplorabat ^b, ac deposebat ut tactu dextere
 suæ Sanctus lumina clausa palparet. Quod ille diu-
 tissime reuens, tandem fletibus hominis victus,
 misericordia motus, cum per triduum pro eo oratio-
 nem fudisset ad Dominum, quarta die imponens ma-
 num super oculos ejus, ait: Domine omnipotens, Fili
 unigenite Dei Patris, qui cum eo ac Spiritu sancto
 regnas in sæcula, qui homini a nativitate cæco red-
 didisti lucem (*Joan.* ix, 6), beati oris spūto, tu redde
 huic famulo tuo luminis visum, ut cognoscat quia tu
 es Dominus omnipotens. Et hæc dicens, ut crucem
 1255 super oculos cæci depinxit, mox pulsus tene-
 bris lucem de præsentī restituit. Hujus virtutis testi-
 monio Eustachius ^c abba astipulator astitit.

IV. Denique hic de labore lapidis submontani, ^C
 quam assidue credebat, contractus, jejūnii austeritate
 confectus, oratione indeficienti corroboratus cœpit

^a Sur. et Boll., *verum tamen nec ille... aut barbæ demissione.*

^b Comp., *complangens, implorabat ac.*

^c Aliquot Ed., *Eustathius*. Erat abbas Majoris mo-
 nasterii, ut putant. Dicitur Eustochius in anonymo
 Boehelli de Gesù episc. Turon., etc. Non exstat in
 Gallia Christiana. Majus monasterium rupi quæ hodie
 ipsi vicina est adhaerebat, in qua complures
 erant cavernæ, uti habet Severus Sulpicius, sancto-
 rum virorum habitacula, quæ excisa rupe, aut ea
 sponte cadente, ut plurimum destructa sunt. Servata
 tamen studiose fuit cella quæ sanctus Martinus in-
 habitasse dicitur, cum alia inferiori in qua fertur
 Bricius ejus successor pœnitentiam egisse. Utraque ^D
 ab illorum sanctorum reverentiam intra basilicæ ma-
 joris muros inclusa, in oratorium mutata est, ædifi-
 catis ibidem altaribus. Haud procul in caveis in ipsa
 rupe exeis visitur fons sancti Martini, de quo dictum
 est supra, sicut et de oratorio septem Dormientium.
 Haud procul a monasterio superest antiqua ecclesia
 hodierni vicī parochialis, sanctæ Radegundi dicata,
 quod ibi mansisse et in oratoris in rupe cavatis qui-
 bus basilica ipsa adhæret orationi sæpius vacasse di-

paulatim corporis infirmitate ^d destitui. Quadam
 autem die dum nimium fessus haberetur, nos ad
 se vocari præcepit. Ad quem accedentes, post-
 quam suæ suæ necessitatem deflevit, eulogias
 a nobis peccatoribus flagitavit. Quibus acceptis,
 hausto mero, ait: Tempus meum jam impletur,
 jubente Domino, ut me ab hujus corporis vincu-
 lis jubeat relaxari, sed adhuc paucis diebus erit
 spatium. Verumtamen ante diem sanctum [*Al.*, se-
 cundum] Paschæ vocandus ero. O beatum virum, qui
 sic servivit Creatori omnium, ut summū obitum reve-
 latione divina cognosceret! Erat enim mensis deci-
 mus quando hæc est effatus: duodecimo autem men-
 se ^e cœpit iterum graviter 1256 agrotare. Advenit
 dies Dominica, vocat ministrum suum, et ait: Præ-
 para quiddam cibi quod accipiam, quia valde defes-
 sum me sentio. Illo quoque respondente: Præsto est,
 domine, ait ad eum: Egredere foras, et aspice si
 jam, celebratis solemnibus, populus de missis egre-
 ditur. Hoc autem dicebat, non quod cibum capere
 vellet, sed ut transitus sui nullus testis adesset. Quo
 egrediente, et revertente, cum ingressus luis et cel-
 lulam, invenit virum Dei extensum corpore, clausis
 oculis spiritum exhalasse. Unde factum manifestum
 est eum ab angelis susceptum, qui hominem adesse
 voluit suum sacerheros ad transitum. Hæc cernens
 minister ille, elevavit vocem in fletu. Sicque concur-
 rentibus reliquis fratribus ablatus, ac vestimentis
 dignis indutus, in sepulcro, quod ipse sibi in ante-
 dicta cellula sculpserat, reconditus est, quem in
 consortio sanctorum ascitum ^f, nulli fidelium haberi
 reor incertum.

Vicinum est huic aliud sacellum sancto Claro
 nuncupatum, cujus martyrium in fenestræ vitris ab
 annis amplius 400 depictum cernitur, quæ omnia
 sanctorum monachorum et eremitarum qui ibi, te-
 stante Severo Sulpicio, sub beati Martini disciplina
 vixere, et eorum qui eis succedere, habitaculorum
 vestigia esse non dubitamus. Leobardus vero orato-
 rium habet suo nomini sacratum ad utris muros,
 juxta castellum ibi positum, quod frequentare solent
 ii qui febribus laborant.

^d Editi, *oratione indesinenti debilitatus... firmitate destitui.*

^e Si vere ipsa die 18 Januarii obiit Leobardus, ut
 innunt Martyrologia, hic Gregorius annum a Janua-
 rio incipiens Decembrem appellat mensem duodeci-
 mum.

^f Sic habet Comp.: *Ascitum, miraculis crebris pro-
 dentibus nulli fidelium haberi remur incertum, præ-
 stante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et
 Spiritu sancto vivit et gloriatur Deus per infinita sæ-
 culorum sæcula. Amen.*

SANCTI GREGORII EPISCOPI TURONENSIS

FRAGMENTA COMMENTARII IN PSALMOS.

Incipit explicatio Florentii Georgii Gregorii de Titulis psalmodum

(Ex ms. Cod. Vaticano eruta a viro cl. Josepho Thomaso.)

1257 Denique psalmi qui fugam persecutionem- que David explicant, ostendunt persecutionem passionemque dominicam. Illi autem qui *In finem* inscribuntur, perfectionem bonorum operum ostendunt, quia hic finis dissimilis est aliis finibus; cum illi habent terminum, hic replementum. *Finis enim Legis Christus ad justitiam omni credenti* (Rom. x, 4). *Pro tercularibus*, pro æternorum munerum fructibus hymnus est. *Pro his qui hæreditabuntur*, retributionem sanctorum sive Ecclesiæ, quæ est corpus Christi, ut hæreditatem capiant et regna cælorum, docent. *Pro Octava*. Quidam hunc numerum Evangelii deputant, eo quod continentur in his octo beatitudines per quas venit in regnum Dei; sive illius arcæ octo animæ. *In consummatione*, vel *dedicatione tabernaculi*, perfectio Ecclesiæ intelligitur. *Pro his qui commutabuntur*. **B** Populi Judaici de gentili, vel de Synagoga Ecclesiæ commutationem prædicat. *Pro occultis*. De adventu Filii Dei pronuntiat, qui Judæis occultus fuit. *Canticum resurrectionis*, id est, ipsius dominicæ resurrectionis veritatis. *Oratio Moysi hominis Dei*. Ad Legem revertitur, eo quod ipsa nos Redemptoris **1258** resurrectioni sociari pronuntiat. *Psalmus in Salomone*. Hoc est, pacifico in Christo, qui *est pax nostra*, cantatus intelligitur. *In confessione* vero docet ut jugiter homo Deum et voce fateatur et corde. Illi sane qui res gestas secundum litteræ narrant veritatem, spirituales intelligentiam cognoscuntur habere. *Psalmus filiis Chore*, per passionem Christi redimendum populum præfiguravit, quia Chore interpretatur calvitium, sicut Dominus noster Jesus Christus in loco **C** Calvariæ crucifixus est. *Pro verbis Chusi filii Jemini*. Hoc est quod Chusi, relicto David, ad Absalon transiit, qui erat hostis patris sui, sicut Judas Christi. *In assumptione matutina*, quia Dominus resurgens mane assumptam reduxit captivitatem ab inferis. *In prima*

Sabbati, in ipsa resurrectione. *Priusquam I niretur*, antequam resurrectione clarificaretur. *In rememoratione delictorum*, utique suorum. *Canticum graduum*, namque cælestem designat ascensum. Psalmus ergo ille qui in medio canticorum graduum est, tanquam turris pulcherrima ponitur.

Sed nec hoc sine mysterio arbitror esse, quod hic liber in tribus quinquagenariis constat scriptus, quorum hoc, ut opinor, ratio est. Primus enim remissionem **1259** criminum præstat; secundus ad spem regni cælestis invitatur; tertius nos ad regnum æternæ beatitudinis in civitatem mittit.

Diapsalmæ vero quæ *semper* interpretantur, docent ut animæ semper in his exerceatur fidelis intentio.

FRAGMENTA DUO EX COMMENTARIO IN PSALMOS.

(Eruta a D. J. Mabillon ex vetustissima collectione de virtutibus et vitiis in Cod. ms. sancti Martini Tornacensis.)

I. In capitulo de compunctione. GREG. TURONENSIS in Comm. in **1260** Psalm. Si enim disrupta fuerint vincula delictorum nostrorum, et delectata fuerit in Christo mens nostra, tunc nosmetipsos offerimus Deo hostiam vivam et sanctam, permanentes cum eo in cælesti Jerusalem.

II. In ultimo capitulo de retributione Justorum. GREG. in Expositione Psalmorum. Et nos igitur si in præceptis Dei aures non obduramus, si sanctorum monita cum innocentia exsequamur, si nostrorum spinis facinorum non affligamur, si manus ab omni sanguine immunes cum innocentibus abluamus; honorabit nos Dominus Deus noster dignis præmiis, quibus sancti cum ipso perpetualiter collætantur. Ipse gloria cum æterno Patre et Spiritu sancto in æternum. Amen.

OPERA

SANCTO GREGORIO EPISCOPO TURONENSI

ATTRIBUTA.

SANCTI GREGORII EPISCOPI TURONENSIS PRÆFATIO IN LIBRUM MIRACULORUM BEATI ANDRÆE APOSTOLI.

(*Ex Cod. ms. Sancti Germani a Pratis.*)

1261 Inelyta sanctorum apostolorum tropæa nulli A
credo latere fidelium, quia quædam exinde evangelica
dogmata docent, quædam apostolici actus narrant. De
quibusdam vero exstant libri, in quibus propriae
actiones eorum denotantur; de plerisque enim nihil
aliud nisi passionum scripta suscepimus. Nam re-
peri librum de virtutibus sancti Andræe apostoli,
qui propter nimiam verborum a nonnullis apo-
cryphus dicebatur. De quo placuit ut retractatis
enucleatisque tantum virtutibus, prætermissis his
quæ fastidium generabant, uno tantum parvo volu-
mine admiranda miracula clauderentur, quod et le-
gentibus præstaret gratiam, et detrahentium auferret
invidiam. Quia inviolatam fidem non exigit multi-
tudo verborum, sed integritas rationis et puritas
mentis.

INCIPIIT TEXTUS IPSORUM MIRACULORUM.

Igitur post illum dominicæ Aseensionis nobilem
gloriosamque triumphum, cum beati apostoli prædi-
care verbum Dei per diversas regiones dispersi fuisset,
Andreas apostolus apud Achaïam provinciam
annuntiare Dominum Jesum Christum exorsus est.
Matthæus autem apostolus qui et evangelista Mirini-
donæ urbi verbum salutis annuntiavit, etc., fere ut
in vulgato *Abdia* libro in apostolicæ *Historiæ*. Quem
ideo librum huc integrum referre visum non est. Satis
fuerit capitulorum indicem, prout in *ms. Codice* habe-
tur, hic exhibere cum duobus extremis capitibus inte-
gris; in quorum priori Apostoli mortem, quæ paulo
fusius apud *Abdiam* narratur, paucis exhibet, in altero
vero de oleo ex ejusdem sancti tumulto manante loquitur,
quod *Abdias* non habet. Quæ omnia brevi epilogo
Gregorii concluduntur.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI DE MIRACULIS BEATI ANDRÆE APOSTOLI.

CAPUT PRIMUM. De Matthæo apostolo, et quæ in **1262**

Mirmidonia acta sunt. Igitur post illum, etc., ut
supra.

CAP. II. *De cæco illuminato.* Andreas autem recedens
ab eo loco venit in regionem suam, cumque deambularet, etc.

CAP. III. *De puero suscitato.* Demetrio autem primo
civitatis Amaseorum, etc.

CAP. IV. *De Sustrato puero cui mater crimen impege-
rat.* Puer quidam, Sustratus nomine [*Cod. Colber-
tinus et Edit.*, Sostratus nomine], etc.

CAP. V. *De Gratiano ac filio et uxore ejus.* Gratiani
quoque Sinopensis filius [*Colb.*, Gratini; *Edit.*,
Cratini... filius], etc.

CAP. VI. *De septem dæmonibus a Nicæa expulsis.*
Posthæc ad Nicæam proficiscitur, ubi erant, etc.
B [*Ed.*, Nicæam proficiscitur in Asiam ubi erant,
etc.] Instituit ibi episcopum nomine Cælestem.
[*Colb. et Edit.*, Calistum.]

CAP. VII. *De mortuo suscitato.* Denique appropin-
quans ad portam Nieomediæ.

CAP. VIII. *De commotione maris sedata.* Egressus
inde Apostolus, ingressusque Hellesponticum fre-
tum navigabat ut veniret Bizantium, etc.

CAP. IX. *De latronibus obstupefactis.* Inde progressi
ut venirent Thracias, etc.

CAP. X. *De his qui in navi crediderunt.* Sanctus vero
Apostolus pervenit ad Berintum, civitatem Thra-
ciæ, et invenit ibi navem quæ in Macedoniam pro-
peraret, etc. [*Colb.*, Berintum; *Editi*, ad Perinthum
civitatem Thraciæ maritimam, ut nave in Macedo-
niam trajiceret, etc.]

CAP. XI. *De nuptis puerorum.* Fuerunt duo viri in
Philippis fratres.

CAP. XII. *De Exiio* (sic) *et parentibus ejus.* Erat quidam
juvenis in Thessalonica, Exolus nomine [*Colb.*,
Exhus; *Ed.* Exoos nomine], etc.

CAP. XIII. *De filio Carpiiani debile.* Rogabat autem

adolescens beatum Apostolum, ut præfiscerentur A simul in Thessalonicam, etc. [Edit., Igitur eum multo tempore **1263** apud Thessalonicam... moraretur, etc.]

CAP. XIV. *De mortuo suscitato.* Unus autem e civibus, e e. [Ed., Accessit et alius a civibus, etc.]

CAP. XV. *De filio Mediæ, et pueris ejus, aliisque infirmis sanatis.* Venit ad eum quidam vir de Philippis Medias, etc.

CAP. XVI. *De debili filia cujusdam sanata.* Denique Nicolaus quidam, etc.

CAP. XVII. *De dæmone expulso.* Sequenti vero die, etc.

CAP. XVIII. *De Virino proconsole, et filio ejus, ac muliere suscitata.* Dum hæc autem agerentur, etc. [Proconsul in Colb. dicitur Virinus sicut in nostro B Germ.; in Edit., Quirinus.]

CAP. XIX. *De serpente interfecto, et mortuo suscitato.* His ita gestis, etc.

CAP. XX. *De revelatione passionis beati Apostoli.* Sequenti vero nocte, etc.

CAP. XXI. *De eo qui in mare cecidit.* Multi autem ex Macedonia, etc., Patras Achaïæ civitatem appulsi sunt, etc.

CAP. XXII. *De Lisbio proconsole et fide ejus.* Denique cum eum multi rogarent, etc.

CAP. XXIII. *De Trofima et uxore proconsulis.* Igitur Trofima quæ, etc.

CAP. XXIV. *De multis mortuis suscitatis.* Post deambulationem vero, etc.

CAP. XXV. *De difficultate partus cujusdam mulieris.* C Era! autem mulier, Caliope nomine, quæ hominidæ conjuncta conceptum susceperat illicitum... et partum proferre non poterat, etc.

CAP. XXVI. *De Sustrato et servo ejus.* [In Colb. et Ed. dicitur Sostratus.] Cum autem multa signa... aceret in Corintho, etc.

CAP. XXVII. *De dæmoniis sanatis ad balneum.* Post dies autem paucos.

CAP. XXVIII. *De Nicolao sene.* Cum hæc agerentur, ecce quidam, etc.

CAP. XXIX. *De Antiphane et uxore ac servis ejus.* In quo loco dum commoraretur venit ad eum Antiphanus civis Merarensis. [Colb., Antiphanis... Megarensis. Ed., Dum hæc apud Corinthum... Antiphane civis Megarensis.]

CAP. XXX. *De Maximilla uxore proconsulis Egeæ.* Venit autem beatus Apostolus in Patras, etc.

CAP. XXXI. *De debili sanato.* Inde descendens, etc. [Colb., Inde discedens. Ed., Egressusque domum, etc.]

CAP. XXXII. *De tribus cæcis illuminatis.* Digressus vero in alium locum, etc.

CAP. XXXIII. *De arido sanitati restaurato.* Videns

autem hæc signa quidam, etc. [Ed., Hæc dum apud Patras.]

CAP. XXXIV. *De puero Stratoclei fratris proconsulis.* Cumque talia apud Patras per beatum Apostolum agerentur, venit Stratoelens, etc. [Colb., Stratoeles. Ed., ex Italia Stratoeles, etc.]

1264. CAP. XXXV. *De proconsole ab itinere regresso.* Omni enim die, etc.

CAPUT XXXVI.

De passione sancti Apostoli.

Posthæc comprehensus a beatus Apostolus ab Egea proconsole, positus est in carcere, ad quem omnes conveniebant ut audirent verbum salutis. At ille non cessabat prædicare nocte et die verbum Dei. Paucis vero diebus interpositis, eductus de carcere, et gravissime cæsus cruce suspensus est. In qua eum per triduum vivens penderet, non cessabat prædicare Dominum Salvatorem, donec tertia die, populis fluentibus, spiritum exhalavit. Quod lectio passionis etiam ejus plenissime declarat. Cujus beatum corpus Maximilla accipiens, conditum aromatibus recondidit in sepulcro, assidue autem super illum deprecans Dominum, ut ejus beatus Apostolus memor esset exorabat.

CAPUT XXXVII.

De virtute sepulcri ejus.

De quo sepulcro manna in modum farinæ, et oleum cum odore suavissimo destuit: a quo quæ sit anni præsentis fertilitas incolis regionis illius ostenditur. Si exiguum profuit, exiguum terra exhibet fructum; si vero copiose processerit, magna fructuum opulentia ministratur. Nam ferunt hoc oleum usque ad medium basilicæ sanctæ decurrere, sicut in primo Miraculorum scripsimus libro (Cap. 31). Passionis quoque ejus ordinem prosecuti non sumus, quia hanc valde utiliter et eleganter a quodam reperimus fuisse conscriptam.

CAPUT XXXVIII.

Epilogus scriptoris finem facientis.

Hæc sunt tamen quæ de virtutibus beati Apostoli præsumpsi, indignus ore, sermone rusticus, pravus conscientia propalare. Deprecor autem ejus misericordiam, ut sicut in illius natali processu ex matris utero, ita ipsius obtentu eruar ab inferno; et sicut in die passionis ejus sumpsi vitæ hujus exordium, ita me sibi proprium ascire dignetur alumnum. Et quia de majoribus meritis revocat nos pars magna facinoris, hoc tantum temerarius præsumo petere, ut cum idem post judicium dominico corpori conformatus refulserit in gloria, saltem obtineat de immensis criminibus mihi vel veniam non negandam.

diis vulgatus narrat passionem sancti Andreæ ex Actis vulgatis, eaque librum suum concludit.

Finit Gregorii Turonensis episcopi liber de Virtutibus et Miraculis beati Andreæ apostoli.

SANCTI GREGORII EPISCOPI TURONENSIS LIBER DE PASSIONE, VIRTUTIBUS ET GLORIA

SANCTI JULIANI MARTYRIS.

(Ex Cedecibus mss.)

Incipit præfatio Gregorii episcopi Turonici in passione sancti Juliani martyris.

1265. Magnum in nobis, etc., *ut supra.* col. 847, A audirentur. Sic et iuelytus martyr Julianus, qui Viennensi ortus urbe Arvernensis datus est martyr, ab hoc igne succensus, hæc concupivit ac mente tota desideravit. De cuius gestis et miraculis pauca in hac historico explicare stylo. Sed dum copiosum egregii certaminis opus sermo succinetus aggreditur, pauca, ut dixi, perstringenti deprecor veniam condonari, quod me minus vel idoneum, vel peritum ad hæc narranda coguoso, nec imbutum grammaticis artibus, nec litteris liberalibus eruditum. Sed quid? facio quod a impellit me amor patroni, ut nequeam hæc silere? Aggrediar ergo ut possum, quia apud Deum non reor de sanctorum agonibus requiri amplius quam vicisse; nec cucurrisse plurimum, sed cursum consummasse propositum. Ipse enim licet perseverantium pugnas et victorias ad suam recognoscat pertinere laudem, similes tamen sive brevi sive longo prælio vincens parat coronas. Quare nihil differt quibus monumentis fortia triumphatorum facta pandantur, vel venerabilium rerum ordo memorie mandatur, dummodo constet ut sicut prædicandum celestis athletæ conflictum sub divini remuneratoris obtutu perpetuis litteris superna depingit historia, ita posteritati imitationis causa ad sequendam Christianæ religionis fidem, sermo fidelis eundem conflictum perennat ^b.

INCIPIT PASSIO SANCTI JULIANI MARTYRIS.

1266. Sanctus igitur Julianus Viennensi ortus urbe, Arvernensis datus est martyr: prosapia quidem C illustris, ac morum probitate non mediocriter ornatus, sed, quod majus est, igne superni amoris vehementer succensus. Beatus vero Ferreolus tempore Crispini consularis jam Christi miles, ut necdum proditus, officio tribuniciæ potestatis, habitu non corde, specie non affectu, apud præfatam urbemungebatur. Cui videlicet sanctus Julianus, ætate jam adultus, collega mox futurus in cælo, providentia divina solatium præbebat in sæculo. Se enim invicem in contubernio militiæ temporalis constituti, plus fidei studio quam militari diligebant amplexu, et inter labores publicos Sanctorum societatem fidelibus vinculis sacra dilectio nexuerat. Cum præterea assiduus

persecutionibus se immitis gentilium furor contra Christianorum genus Deo clarum armasset, et immortalis agricolæ renitens pullulantei novellæ plantationis vineam radicitus evellere manu inimica contenderet; sicut impiorum rabies per diversas mundi partes callido inexasurabilis sævitæ gladio discurrebat, urbi nihilominus Viennensi proximare, famam vulgante, nuntiatur.

Itaque cum dubium non haberetur quin eximius Christicola Julianus, martyrii amore flagrans, nullatenus occultari se pateretur; cepit sanetus Ferreolus omnimodis e agere, quatenus antequam rabie persecutorum illo **1267** pertenderet, prædictus vi Dei occulte discederet, et ad superstitem Christianorum solamen ipse superstes, vesani furoris impetum paulisper evitaret. Hoc ergo consiliis suadet, hoc precibus exorat. Ille vero, quia virtute temperantia præditus erat, quamvis certamen martyrii toto cordi affectu jam dudum sitiret, tamen amicabilem mortis parere non distulit. Videbat enim quia nec hoc sine divino mandato perogisset, quandoquidem turba persecutio in Viennensi urbe ferveret. Legerat namque Dominum præcepisse: *Si vos persecuti fuerint in ista civitate, fugite in aliam (Matth. x, 23)*. Metuebat enim ne ei parentes essent obvii, si inter hoc certamen inisset; et perderet miles Christi coronam gloriæ, si legitime non certasset. His vero omnibus apud se collatis, propria quæque relinquens et carnales affectus solius Christi succensus amovendo parvipendens, juxta beati Ferreoli consilium claudiscessit, et in Arvernæ urbis territorio divertens non alicubi nisi ad Brivatensem vicum, in quo famulici erroris novitiæ colebantur, latitare disposuit. Unmanifestum est quia non metu mortis ab urbe Viennensi subterfugerat, sed ob hoc potius, ut Christi præceptum de civitate in civitatem fugiendo compleret, et suis nihilominus vel rebus vel parentibus speretis, optati stadium certaminis liberius cucurrisset.

Porro Crispinus consularis comperto quod sanctus, clandestino discessu fugiens, in Arvernæ urbis territorio latitaret, ad hoc statim exitiale de præceptum, ut ubi ^d reperiretur, insequens et persecutor exstingueret. Et quidem ille, juxta

^a Maj. m. duo, *quo impellit me.*

^b In Gem. hic habetur, *explicit præfatio, tum capitulorum index, post quem: Incipit passio sancti Juliani egregii martyris. Cap 1: Sanctus, etc.*

^c Aliquot Scripti, *omni instantia.*

^d Maj. m. duo, Gem. et Germ. u, ubi ubi, id ubique, ut habet Germ. e. Vide reg. sancti Benedicti cap. 46. Aliquot Codd., *reperiret.*

furore insaniani, qua totus in sanctorum sanguinem præceps invehatur, de beati Juliani nece dictabat. Sed occulta Dei dispensatione agebatur, quod et ille damnationis cumulum sibi exaggeraret, et gloriosus martyr ad Christum, sicut jam dudum desiderabat, celeriter perveniret. Festinus itaque, victor, cum in loco qui Vivicella vocatur sanctum Julianum consequenti aspectu imprimens contemplaretur, ille quorundam senium quasi occultandus ingreditur tugurium. Sed quia nutu Dei adversarios insequi se sentiebat, nec jam evocante Deo, qui ad cælum paratum habebat ascensum, immorari per divortium amplius licebat, illico se detegi poposcit, cum videlicet eum senes certatim oculere vellent. Quibus nutantibus ac remorantibus, cum quidem ille minaci irrupentium terrore peteretur, ne quid periculi excusantibus immineret, continuo foris exsiliens, inquit: Quem poscitis? quem quaeritis? En coram adsum; in me convertite ferrum, optatas pœnas jam mihi date, imperata supplicia de me sumite: reatum apostasiæ vestræ nullatenus ascribi patientiæ innocentis sanguinis sinat effusio. At illi cum ad tantam constantiam beati Martyris **1268** obstupescerent hæssissent, ille constantior subinde adjecit: Nolo ultra cominorari in hoc sæculo, quia Christum tota animi aviditate sitio. Ecce occurro obvius, caput subdo intrepidus: habetis quod tota mente petistis; ictus tantum exerite, et vestram devotionem ^b meumque desiderium implete. Et cum hujusmodi confessione beatissimus vir animam studeret consecrare martyrio, subjuncta nihilominus religiosa oratione, commendavit Christo. Barbaram vero immanitatem, eruentosque insanientium animos non constantia pii propositi, non tam mira in sui oblatione fiducia, ab effusione innocui sanguinis reflexit; sed eductam vibranti dextera frameam in cervicem ejus vibrant. Sanctum vero caput, desecto gutture, abscissum in fontem, qui forte propter locum effusi sanguinis emanat, carnifices ablunt: et quia nec patrata nece persecutorum animus, ut pote insatiabiliter æstuans, parcere novit, corpus truncum relinquentes, ad sanctum Ferreolum illud, quod parricidates manus abluerant, caput deferunt; quatenus non dubitaret cæsum, quem ense, veritate attestante, videbat desectum, et agnosceret hoc excepturum se in morte, quod per passionem ejus cernebat in corpore.

Quod totum juxta divinam voluntatem carnifices

^a In plerisque deest *amplius*.

^b Maj in. duo et Gem., *devotionem*.

A nesciendo fecerunt, ut videlicet fons sacro sanguine irroratus, futura salus multis fieret, et pretiosius sanctos Dei, quos conjunxerat militare collegium, pariter etiam ibi retineret sepulturæ consortium. Nam sicut ei nulla discretione minor est in cœlo, ita maxima et præcipua corporis parte sociatur in tumulo. O quam feliciter beatissimus vir, quamque concito gradu ad summum meruit pervenire fastigium? quam subito profectu pro Christo alacriter dimicans tyro rudis factus est emeritæ militiæ veteranus! quod strenui commilitones vix longo tempore multoque labore percipiunt propositum victoribus præmium, brevi conflictu fortis bellator obtinuit, immortalitatis stipendia percepturus, inexercitata principia victrici auctoritate inclytis sanctorum finibus exæquavit.

B Quibus itaque sicut prædicanda martyris patientia consecratis, ita profana persecutorum atrocitate peractis, in tribus, ut ita dicam, partibus gloriosus dividitur miles. Nam caput Viennæ defertur, corpus a loco in quo percussus est Brivatim delatum est, felix anima a Christo conditore suscipitur.

Beatissimi vero senes qui, succensi spiritali gratia, sacrosanctum corpus sepulturæ mancipaverant, ita redintegrati sunt, ut in summa senectute positi, juvenilis ætatis vigore firmati, tanquam juvenes haberentur. Hic igitur Christi martyr et testis ibidem studiose reconditus, læta quotidie fidelium devotione veneratur: ubi tanta beneficia virtutesque patrantur assidue, ut eas humana lingua **1269** nullatenus sufficiat enarrare. In loco ^c autem illo, quo beatus martyr percussus est, fons habetur splendidus, lenis, et dulcibus aquis uberrimus, in quo a persecutoribus caput amputatum ablutum est, de quibus aquis multæ sanitates tribuuntur infirmis. Nam sæpe cæcorum oculi ab his tacti illuminati sunt; tertianarum, quartanarumve febrium accensi, ut potati qui patiuntur fuerint, conquiescunt. Nam et si quis gravi laborans incommodo, inspirante martyre, desiderium **1270** habuerit hauriendi, protinus ut hauserit convalescit, et ita velociter exstinguitur vis febrium, ecu si videas super immensum rogam projectis undis incendia universa restingui. Semper enim de tanti patroni gratia, indulto supplicationis affectu [*Nonne leg. effectu?*], populus gaudet; et quos locus ille mœrentes excipit, lætos reinitit, regnante Domino nostro

D Jesu Christo, cui cum Patre et Spiritu sancto est honor, virtus et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

^c Hæc usque ad *semper enim* desunt in Germ. b et Germ. n; in aliis vero Mss. et Edit. est caput. 3.

HISTORIA SEPTEM DORMIENTIUM.

EPISTOLA SANCTI GREGORII EPISCOPI TURONENSIS AD BEATUM SULPICIUM BITURICENSEM ARCHIEPISCOPUM IN VITAM SANCTORUM SEPTEM DORMIENTIUM.

Beatissimo a patri Sulpicio, Dei gratia Bituricensi archiepiscopo, Gregorius Turonorum indignus sacerdos, in Deo salutari nostro salutem perpetuam.

Apud poetam sub figura apum sanctorum virtus et prudentia laudatur, cum dicit:

^a Hæc epistola deest in Cod. Clærom. Laudatur in Patriarchio Bituricensi.

Quo magis exhaustæ fuerint, hoc acrius omnes
Incumbunt generis lapsi sarcire ruinas (*Virgil. iv Georgic.*).

Hoc, Pater beatissime, in fronte epistolæ præmissis licuerit, consideranti quanta prudentia, quanta sollicitudine titubantis Ecclesiæ statum firmare, et ejus ruinas resarcire contenditis. Hoc in te proprie exemplis lucentibus, hoc mellifluis exhortantium^a sermonum verbis, hoc denique gestis præcedentium sanctorum in medium prolatis, agere non cessatis. Hinc est enim quod inter cætera, quæ parvitati meæ vestra sublimitas imperavit, urgens scilicet imperium est amici admonitio, quatenus Septem Dormientes, qui apud Majus monasterium dicuntur quiescere, quorumque fama percelebris longe lateque diffunditur, actus, vitam vel finem, si uspiam possem reperire, scripto mandarem. Tunc ego juxta poeticum illud, pro more meo, pro vestra reverentia respondi,

..... Tuus est, pater alme, quid optes
Exposuisse labor, mihi jussa capessere fas est (*Virgil. i Æneid.*).

Statimque vicino, ut dicitur, obedientiæ pede, vestram prosequens jussionem, perscrutatus ecclesiarum scriinia, et bibliothecas revolvens, tandem apud præfatum Majus monasterium reperi quod quærebam. Servato igitur tenore **1271-1272** Ecclesiæ, Paternitati vestræ, ut petieratis, transcriptum destinavi. De cætero vestrum est et promere, vestrum est et ob Christi gratiam quærere, ædificare ecclesias, et amico, imo servo obedienti, Christi Domini gratiam impetrare.

INCIPIT VITA, VEL CONVERSATIO, SIVE ET MORS SANCTORUM SEPTEM DORMIENTIUM^b, QUORUM
CORPORA IN MAJORI MONASTERIO CONTINENTUR, ET NOMINA HIC INSCRIBUNTUR, CLEMENS,
PRIMUS, LÆTUS, THEODORUS, GAUDENS, QUIRIACUS, INNOCENTIUS.

I. Temporibus Diocletiani et Maximiani, crudelitate eorum exigente, deficere cœpit et discedere pene universus orbis a Romanorum potestate: inter multos autem Hunnorum^c regnum discessit, præsidente eis Floro rege strenuissimo. Qui Florus, patre suo Amnaro^d nomine noviter viam universæ carnis ingresso, regnum adeptus est, cum viginti esset annorum. Habebat autem idem Florus duos fratres minores se, Martinum et Amnarum. Duxit autem prædictus Florus uxorem puellam pulcherrimam, Brichildem nomine, filiam Chut regis Saxonum, ex qua genuit tres filios: primogenitum Florum, beati Martini Turonensis genitorem; secundum Hilgrinum; tertium Amnarum. Secundus siquidem Hilgrinus quatuor filios genuit, Clementem, Primum, Lætum, et Theodorum. Tertius autem Amnarus tres genuit, Gaudentem, Quiriacum et Innocentium. Florus igitur cum regno suo fere per decem annos feliciter potiretur, a Maximiano aggreditur. Qui fere per tres annos laborans, vix, et cum maxima difficultate, primas partes regni ejus ingressus est, nec sine morte et sanguine suorum pugnatorum. Siquidem Florus cum eo bis terque confligens eum turpiter devictum fugaverat. Sed proditioe suorum saisivit quoddam castrum, et munivit contra eum, et ejus regnum; et sic secundum et tertium. Tandem obsedit eum in quodam castro munitissimo cum omni fere nobilitate Hunnorum. Obsessus autem per dimidium annum ad deditionem compulsus est venire, vita sibi cum membris suis atque suorum concessa.

A Captosque duxit secum Romam, inter quos fuerunt duo fratres Flori regis, Martinus et Amnarus. Filios autem nondum genuerat, nisi primogenitum suum, Florum videlicet trium annorum: alios autem duos post reversionem captivitatis genuit. Cum autem præsentati essent Diocletiano, misit eos in carcerem. Post annum fere dimidium, recordatus Diocletianus probitatum Flori, jussit cum sibi præsentari. Videns autem pulchritudinem ejus obfæcem et laborem carceris emarcuisse, misericordia motus est, absolutumque remisit ad propria, permissis et regno suo in vita sua cum redditibus, sublatis vel saisitis [*Ed., fractis*] munitionibus. Tali etiam pacto permisit eum regnare, ut post mortem ipsius, filius ejus non sublimaretur in regno, nec in consulatu, sed tantum tribanus existeret. Quod cum ex utraque parte firmatum fuisset, recessit cum omnibus suis.

B II. Reversus autem, eodem anno genuit duos filios geminos, Hilgrinum et Amnarum. [Deus vero^e, qui non accipit personam principum, et reprobat consilia eorum; qui quos vult indurat, et tradit in reprobum sensum, et adducit in stuporem; et imperatores ipsos, qui Ecclesiam persecutionibus gravissimis diu vexaverant, in tantam amentie et vanitatis devenire permisit mutationem, ut Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani, uno die depositis insignibus imperii, post imperium privati viverent, quasi plebei. Verum Maximianus haud multo post facti pœnitens, cum dispositis insidiis genero suo Constantino, jam regnum tenenti, mortem molire-

^a Cod. Vict., *exhortationum.*

^b Clar. addit *consanguineorum beati Martini.*

^c Clar., *Hungrorum*, sed infra eos, ut cæteri, appellat Hunnos.

^d Idem Cod., *Aumarus*, et sic infra. Victorin., ut plurimum, *Ainarus*. Albericus, qui sæculo xiii Chronicam scripsit, ex hac Septem Dormientium Vita, quam Gregorio nostro attribuit, descripsit sancti Martini genealogiam.

C ^e Loco eorum quæ hic ansulis includuntur, cod. Vict. cum Editis habet: « Diocletianus autem non multum post, privatam eligens vitam, apud Mediolanum diem clausit extremum. Maximianus vero cum dispositis insidiis, genero suo Constantino tunc regnum tenenti mortem moliretur, deprehenso dolo illius, apud Massilianam captus, nec post multum in carcere a dæmonibus strangulatus, impiam vitam digna morte finivit. »

tur, deprehenso dolo illius, apud Massiliam captus, nec post multum in carcere, fractis laqueo cervicibus, est strangulatus: vel, ut quidam asserunt, a dæmonibus suffocatus impiam vitam digna morte finivit. Diocletianus vero et ipse eadem de causa, eisdem Constantino factum se intelligens suspectum, trusto veneno sui ipsius effectus est punitor impius, et in villa sua secus Salonas oppidum diem vitæ clausit extremum. His ita et temporali et æterna morte multatis, cum post tetram et horridam bellorum et persecutionum caliginem, diu desideratæ pacis tranquillitas divino nutu late per mundum splendescere inciperet.] Florus primogenitum suum Florum Constantino, qui eisdem imperatoribus, Diocletiano et Maximiano, brevissimo tempore Constantio patre suo et Galerio Maximiano insimul tantum medijs ^a, successerat, **1273** educandum tradidit, quem semper charum et dilectum Constantinus idem habuit. Adultoque, et militi facto, uxorem dedit neptem suam, filiam sororis suæ, tribunumque constitutum remisit ad patrem suum. Qui ex eadem uxore sua filium, vivente patre suo, genuit, quem Florum vocari præcepit. Qui [natus est quidem Constantini anno 17, sed] postmodum tempore [filii ejus] Constantii a beato Paulo Constantinopolitano episcopo, Deo disponente, catechumenus factus, et baptizatus, Martinus est vocatus ^b. [Venerabilis autem baptizator ejus, idem patriarcha Paulus, ab eodem Constantio, qui patri in imperium succedens, in Ariani hæresim declinaverat, apud civitatulam quamdam Cappadociæ, Cucusam nomine, ob Catholicam fidem pulsus exsilio, Arianorum insidijs crudeliter strangulatus, ad cœlestia regna victor migravit ^c.] Florus autem antiquus senio confectus diem clausit extremum, terram suam primogenito suo dimisit, et duos fratres juvenes in manu ejus reliquit. Qui mortuo patre terram viriliter rexit, et fratres suos cum filiabus nobilissimorum pagi Hunnorum copulavit, ex quibus primogenitus suus, Hilgrinus videlicet, ut prædictum est, quatuor filios generavit; secundus autem Amnarus, tres.

III. Florus igitur tribunus, filius Flori regis, mortuo Constantino, et regnante Constantio, Constanti-

^a Editi, cum Vict., brevi tempore Auxentio meditante successerat.

^b Editi cum Vict., vocatus. Natus est autem Constantini undecimo anno. Florus, etc.

^c Quæ de sancto Paulo hic habet Codex Clarom. ceteri referunt in num. sequenti. Idem habet de ejus martyrio sanctus Athanasius. Ipsius vero festum celebratur die 7 Junii.

^d Id est, Martino. Sic quippe eum tunc appellatum solent.

^e S e Clar. At alii, fecit: juvenem etiam secum habuit post mortem Constantii, sed vir sanctus, etc.

^f Quæ habet Cod. Clarom. inter ansulas inclusa referimus, quæ vero editi cum Cod. Vict. habent, et in notis apponere visum est. Quia specialiter lectum est, ut vexillum sanctæ crucis occiduas or-

is portare in partes, et militiæ sacramenta evangelicis mutaret edictis. Qui, ut diximus, a beato Paulo Constantinopolitano episcopo tempore Constantii, Deo educante, primo catechumenus factus, et post

A nopolim venit cum filio suo Floro ^d parvulo, quem imperatori commendavit, qui cum secum retinuit, et militem fecit ^e. [Quem etiam adhuc adolescentulum Julianus Cæsar, ab eodem Constantio patruale suo in Gallias adversus Barbaros, qui Romanorum terras infestabant, ignarus quid de eo disponderet, secum ad ferenda præsidia adduxit, et exercitandum militia, quandiu prævaluit, in comitatu suo detinuit.] Sed vir sanctus magis elegit Deo servire cœlesti, quam sub imperatore terreno militare. [Quia ^f ad hoc specialiter effectus est, ut triumphale sanctæ crucis vexillum in occiduis mundi partibus erigendum et adorandum devehretur, et militiæ sacramenta evangelicis mutaret edictis. Qui clarus avis, sed clarior meritis, sanctus ab infantia, devotus **1274** a pueritia, perfectus in adolescentia, perenniter de die in diem, de virtute in virtutem proficiens, magnis in mundo claruit miraculis, et doctrinis catholicis longe lateque resplenduit. Qui enim a tanta virtute, et miraculo tam grandi et stupendo, in initio viarum Dei inchoaverat, quid mirum si et prosperos in eis semper excursus et beatos exitus haberet? Imo mirum, si post tam mirabilem, qua ad se Deus illum traxit, conversionem, et virtutum sublimitate arduam, et miraculorum claritate gloriosam, et religionis decore splendidam, jugiter usque ad vitæ terminum non ageret conversationem. Quis enim non omni fere virtute et miraculo mirabilius ducat, infantulum vix decem ab uberibus, ut sic dicam, cum lacte materno imbibitam erroris fanatici exhorruisse superstitionem, parentibus, tutoribusque, atque actoribus, nunc minis, nunc verberibus, nunc blanditijs insistendo dehortantibus, ad Christi fidem, et ad Ecclesiæ, cujus sacramenta necdum perceperat, confugisse societatem? Quis non summis attollat præconijs puerum duodennem, instar cordati et fortis viri, ætatis teneritudinem non respiciendo, eremi squalorem, et quidquid ibi tolerare posset, ac si delicias concepiisse; et quod interim pro corporis imbecillitate non valebat, sed postea impleturus erat, meditando saltem et desiderando in conspectu Dei, qui velle nonnunquam pro facto reputat, jam facere? Quis non insigni laude prædicandum censeat adole-

non multum baptizatus est. Qui beatus episcopus a Constantino imperatore apud civitatem quamdam Cappadociæ, Cuthusam nomine, ob catholicam fidem pulsus exsilio, Arianorum insidijs crudeliter strangulatus ad cœlestia regna migravit. Beatus autem Martinus post sacri baptismatis mysterium magnis in mundo claruit miraculis, et doctrinis catholicis longe lateque resplenduit in orbe. Ille vir primo florem adolescentiæ suæ Mediolana transegit in urbe, sed exinde Arianorum sævitia principum expulsus, Gallicanas secessit in partes, venerabilique Pictavensi antistiti Hilario est conjunctus, hujus se disciplinæ sanctus Martinus post relictum militiæ cingulum sociavit. Inde quoque sanctus vir divino admonitus oraculo parentes suos, errore relicto, ad sanctæ fidei professionem convertit; et matrem quæ illum mundo genuit, ipse in Christo generavit, et exemplo avorum suorum Martini et Annari, qui Christianissimi erant, et civitatibus, etc.]

scentem in summis enutritum deliciis, juribus patris **A**urgetur innumeris. Quid faceret, vel potius quid
 sæculari implicitum militiæ, quasi solitarium vel
 monachum se exhibendo, non solum ab operibus
 malis, sed et ab omni concupiscentia nefaria conti-
 nuisse, et in medio fornacis Babylonicæ sulphure et
 pice ferventis se illibatim custodisse; inter alios aliena
 diripientes, et eum irridentes, sua non modo superflua,
 sed etiam necessaria pauperibus erogasse, et quidem
 præcepta quoque transcendat [transcendisse *syntaxis*
postulat], ut in divisa chlamyde patet fecisse? De altera
 quippe duarum vestium pro Christo danda, non de una
 dividenda præceptum habemus, quod fecit iste, cuius
 cor et sua et se ipsum Christo et pro Christo fratribus
 impendere paratum erat. In quo et illud quis **1275**
 non cum stupore accipiat, quod inter parentes ditis-
 simos, et inclytos, utpote regibus atavis editos, **B**
 constitutus, quod et regis Constantii, et Juliani Cæ-
 saris, nunc hujus, nunc illius, in diversis terrarum
 partibus comitatum sequi; et eis, utpote materno-
 rum avuncolorum filiis, in adolescentia adhærere et
 obsequi coactus, quorum alter Arianus, alter apo-
 stata, uterque persecutor orthodoxorum erat, in
 tanta rerum sibi oppositarum contrarietate, et fidem
 incorruptam servavit, et paupertatem terrenam sem-
 per amplexatus est, et humilitatem perfectam tenuit
 Quis et illud in eo inconsideratum prætereat, quod
 ea qua pauperem contexerat parte chlamydis, Chri-
 stum videns circumdatum, et illam quasi ostentando
 apud angelos inde gloriantem, de visione tam grandi,
 tamque gloriosa, de qua alius gloriaretur, ipse glo-
 riatum non est: sed magis humiliatus, anhelanti de-
 siderio iustarum cervi sitientis ad fontes aquarum, re-
 versus Constantinopolim, percepto a beato Paulo urbis
 ejusdem patriarchæ, ut prædiximus, baptismi sacra-
 mento, quod seduloolvebat pectore, et longo æstu
 parturiverat, et jam quasi in partum maturitate na-
 turali ad fructum vitæ erumpere gestiebat, ipse li-
 bens ad effectum perducere instituit? Quis hoc,
 videlicet, ut calcatis omnibus sæculi lenocinantis oble-
 tamentis, libere vacaret Deo, et absque interpella-
 tione curæ exterioris cœlestem erigens conversatio-
 nem, gustaret crebrius, et videret quam suavis est
 Dominus? Quod unum cum juxta sententiam Do-
 mini maxime duceret necessarium, et ad hoc solum
 adipiscendum vehementer ferret, quis non con-
 templari delectetur, quis non imitari conetur, quam
 simplici et germana charitate pro salute fratris dis-
 tulerit? O vere mirabilem sancti adolescentis beni-
 gnitatem! qui cum hanc partem optimam, quæ nulli
 consequenti eam auferatur, non nisi in foramine petrae
 et caverna maceræ, obtinere se posse cognosceret,
 ubi unica protectio, et singulare refrigerium confu-
 gientibus in umbraculum diei ab æstu, et in securi-
 tatem et in absconsionem a turbine et a pluvia, voto
 tamen salvandi socium, contra votum biennio mala
 mundi toleravit, stans foris quasi sine tecto inter
 procellas, nimbos et grandines in limo profundi, in
 lubrico sæculi, ubi non inveniret requiem pes ejus;
 ubi non solum injuriis affligeretur, sed et periculis

Quid faceret, vel potius quid non faceret pro salute multorum, qui pro unius de-
 votione tantum tædii sustinuit, tam diuturnum quietis
 suæ dispendium pertulit? Quas cruceas, quæ sup-
 plicia, quas injurias, si inferrentur pro Salvatore,
 non epulis omnibus quamvis delicatis anteferebat, qui
 pro amore hominis mortalis singularis gaudii sui
 unicum æque desiderium, pro cuius dilatione acriter
 cruciatur, tamdiu adimplere distulit? Sed profecto
 sancti juvenis exercebatur patientia, probabatur for-
 titudo, experientia formabatur, et prædiscebat in se-
 ipso **1276** spontanea charitate quod postea tem-
 pore opportuno, episcopus animarum positus, debita
 sollicitudine faciendum sibi esset de multis. Ita do-
 ctus a juventute, fecit hoc ipsum in senecta, ultra
 fere omnes homines, et plus quam exigi deberet ab
 eo. In diebus Maximi imperatoris, quando secun-
 dum charitatem quæ sua non quærit ambulans, non
 solum juxta Paulum fieri optavit, sed etiam anathe-
 ma pene se fecit a Christo pro fratribus noxiæ com-
 munionis: non voluntate, sed necessitate conven-
 tum iniens, ut his quorum cervicibus sævi regis gla-
 dius imminebat, Hispaniarum ecclesiis consulere.
 Sed sciens procul dubio ad implendam legem aliorum
 onera ab aliis esse portanda, sciens dilectionem esse
 legis plenitudinem, sciens charitatem esse vinculum
 perfectionis, et principium fructuum spiritualium;
 sciens per ipsam serviendum invicem, ipsam vero
 nunquam excidere, et ambulantem in ea non errare
 nec deficere, tantæ virtutis fretus suffragiis, secure
 præsumebat, quoniam quidquid aliquando detrimenti
 pro ejus conservatione incurreret, per ipsam quæ
 operit multitudinem peccatorum facillime restaurari
 vel impleri posset. Nec obsecro cuiquam vel onerosa
 sit, vel otiosa iudicetur ista ob admirationem, et con-
 templanda Martini in ætate adhuc juvenili merita fac-
 a digressio, cum totius opusculi hujus summa in ipsum
 respiciat, nec minus propter ostendendam et charitatis
 ejus abundantiam, qua semper totus affluxit, et originis
 nobilitatem a Severo, primo Vitæ ipsius scriptore, præ-
 termissam, quam propter prædictorum consanguineo-
 rum ejus venerabilem conversationem, vel obitum pos-
 teris insinuandum, inertem licet stylum moverimus.

IV. Sed ut ab his jam ad susceptæ narrationis se-
 riam recurramus, Martinus veteri exutus, et novo
 per baptismum indutus homine, tribuni sui, quem
 tantopere lucrari Christo satagebat, qui evoluto
 tribunatus sui tempore, mutatum vita et habitu,
 servitutum se Deo pollicebatur, revictus suppli-
 catione, et dilectione quasi ligatus, per biennium
 non rapinis, sed sanctis, ut cœperat, insistens ope-
 ribus in comitatu moratus est. Qua expectatione,
 quam gravissime ferebat, exacta, continuo non ac-
 quievit, sed renuntiavit carni et sanguini; et licet
 repugante et indignante Cæsare, abjurata sæculari
 militia, abdicatis parentibus, prædiis et patria in
 qua natus et notus, dives et inclytus, et ob hoc re-
 verendus et magnificus haberi poterat, Deo nobis
 illum in patronum destinante, in exteras has re-

giones diffugiens, ubi incognitus et inglorius reputaretur, exsul et pauper laudabilis, in argumentum suæ magnæ humilitatis, doctrina et exemplis præstantissimi et spectabilis viri Hilarii, qui in diebus illis Ecclesiæ Gallicanæ singularis et lucerna et columna apparebat, erudiendum se subdidit, discipulis, ne in vacuum vel periculose curreret, si suo ferretur iudicio, et se sibi magistrum constitueret; et ne incidere in eorum **1277** numerum, quibus dicitur: *Væ vobis qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobis ipsis prudentes (Isai. v, 21)*! Cui cum in schola virtutum desudanti juberetur a magistro celsiorem Levitici ordinis gradum ascendere, ipse in augmentum profectus sui, in infimo exorcistæ officio, eo securius quo humilius, eodem tandem magistro suo concedente et mirante, subsedit. Quid igitur jam de hoc viro tanta humilitate fundato fieret? Non ut, secundum Scripturas, humilem spiritu susciperet gloria, et qui se humiliaverat, a summo humilitatis doctore, quem pene sequebatur, exaltaretur; quasque in silentio subditus investigaverat, potens opere et sermone, et apostolico dignus ministerio, aliis notas faceret vias vitæ? Sed quomodo ad ministerium accederet, nisi assumeretur? et quomodo prædicaret nisi mitteretur? Propterea cum apud magistrum in summa degeus subiectione, et quiete instrueretur; nihil de se magni æstimans, nihil alti disponens, a Domino, qui cor parvuli sui intuebatur et magnipendebat, opus evangelistæ per revelationem jubetur exercere, et parentes, quos adhuc gentilitatis error obligabat, ad insinuandam illis fidem Christi, monetur visitare. Oraculo itaque fretus divino, ex licentia beati Hilarii, nam necdum ab Augusto Constantio pro fidei defensione in exilium missus fuerat, quorsum jussus fuerat devotus proficiscitur: et circunquaque verbum Dei spargens, multam ex conversione infidelium messem horreo Christi inferre contendit, parentesque suos, cooperante gratia superna, ad Christianæ fidei professionem convertit, solo patre, inscrutabili Dei iudicio, in imagine et errore terreni hominis permanente, et ex sola veteris usus auctoritate male ab infantia imbibiti superstitionem fanatici cultus defendente. Matrem quoque, quæ eum mundo genuerat, ipse in Christo regeneravit; factus ejus spiritualis pater cujus carnalis erat filius; et præstans ei ut esset initium aliquid novæ mundo creaturæ, a qua ipse homo ut existeret, post Deum, initium acceperat. Effecit autem ut et ista et cæteri, quos saluti conquieserat in Christo renascerentur per manus patruorum patris sui, suorum scilicet patruorum Martini et Aumari, qui Christianissimi erant, et civitatibus sibi deputatis episcopatus officio fungebantur, inter quos baptizati sunt etiam Hilgrinus et Amnarus patris ejus, cum septem filiis suis, Clemente videlicet, Primo, Læto, et Theodoro, Gaudente, Quiriaco et Innocentio. Quorum patres, Hilgrinus scilicet et Amnarus, non sicut alii

A fratres paternam hæreditatem dividentes, sed sicut uno ortu gemini nati sunt, sic una domo, uno fundo, una re communi cum uxoribus et filiis contenti sunt. Eodem autem anno quo baptizati sunt, viam universæ carnis ingressi sunt. Horum itaque prænominati septem filii **1278** omnia prædia sua vendentes, pretium pauperibus distribuerunt, servosque suos ingenuos fecerunt. Ipsi vero in quodam loco se incluserunt, lectioni, orationi, et psalmodiæ vacantes, duobus tantum servulis contenti, qui eis officium consolationis impenderent. Vivebant in cœnaculo constituti sine querela, tam Deo quam hominibus placentes, uxorum et liberorum grato consortio carentes, cœlibemque vitam actitare satagentes. De reliquiis autem ciborum suorum, ad quascunque partes deferrentur, vel a quibusconque infirmis suaverentur, qualicunque infirmitate tenerentur, protinus sanabantur. Quamobrem primo ex adjacenti provincia, postmodum ex omni regione illa pene universi venientes, illos sicut prophetas Dei venerabantur. Ex quibus multi prædicatione eorum fidem ipsorum imitantes, Christianitati subiciebantur, et veterem hominem exuentes, novum, qui secundum Deum creatus est, induebantur. Denique omnes eos et obsequiis et multis donativis venerabantur ^a. Cæterum principes, tribuni et milites Christiani, Judæi et gentiles eos visitabant, reverebantur et excolebant. Quae de re servi Dei permoti, inani gloriæ et ambitioni hujus sæculi subijci timentes, fugæ latibulum expectentes, patriam relinquere disposuerunt: quippe cum in hoc exemplo eis esset Abraham, et recentius multi alii justii, et recentissime eorum patruelis ^b beatissimus Martinus. [Qui sicut obtemperanter, et præcepta Christi audiens et consilia, nihil ejus amori præposuerat, sed, omnibus relictis, assumpta cruce, et se sibi abnegato, ipsum ducem sequens, arbitrioque ejus se committens, damnosam cuicunque propriæ voluntatis facultatem abjecerat, ita Christus quoque pollicitationis suæ sententiam in eo liberaliter complens, et miraculorum gloria et honore pontificatus, et divitiarum copia, illum quamvis ista fugientem illustraverat, et promissum sequacibus suis centuplum ei jam et hic reddiderat, in futuro servans illi plenitudinem interminæ retributionis. Cumque de terra et de cognatione sua solus propter Christum exisset, magnificante eum eodem Christo duce suo, in terra peregrinationis suæ, et ad verbum oris ejus faciente prodigia, mirum dictu! de lapidibus suscitavit filios Abrahamæ, et mutabat corda hominum, erroneosque et incredulos conducebat ad semitas justitiæ, et ad prudentiam justorum. Evertibat delubra, fundabat monasteria, ædificabat ecclesias; et ita paulatim succrescens, factus erat in gentem magnam].

V. Audientes igitur prædicti famam sanctitatis et celebritatem nominis ejus, et quod in episcopatu Thironicæ civitatis esset subrogatus, consilio inito, brevi expensa, et exiguis sarcinis collectis, usque

eorum consobrini beatus Martinus. Cæterum audientes famam sanctitatis, etc.

^a Clar., *donariis honorabant.*

^b Editi cum Vict.: *Et multi alii justii, et maxime*

ad ipsum ventre et consilio ejus vivere stabiliverunt : A
1279 quod et factum est. Venientes autem usque ad Turonensem civitatem invenerunt beatum Martinum in episcopatu more suo Dominico die missarum solemniam celebrantem, petieruntque more peregrinorum benedictionem. Post consummata divina [Al., acta autem] missarum solemniam, cognovit eos beatissimus Martinus consanguineos et consobrinos suos; flevitque super singulos, et osculatus est eos : ducensque eos trans fluvium secum, ubi multitudo commanebat fratrum, invitavit ad prandium in commune cum fratribus. Sequenti autem die, omnem peregrinationis suæ seriem retexuerunt, voluntatemque suam in hoc esse dicentes, ut limina apostolorum Petri et Pauli visitarent, ut et in Hierosolymis pergerent, sepulcrum Domini visitaturi, et crucem Domini adoraturi, et per beati Jacobi sepulcrum venturi, et sic ad ipsum reversuri. Quam viam eum benedictione beati Martini aggredientes nudis pedibus, laneis utendo vestibus, pane et aqua, et crudis herbis contenti quinquennio peregrinaverunt. Revertentes autem sani et incolumes, beato Martino se presentaverunt eum multis reliquiis, videlicet de sepulcro Domini et ejus sanctissima cruce, de sepulcro etiam sanctæ Mariæ matris Domini et ipsius vestimentis, de reliquiis apostolorum Petri et Pauli et sancti Jacobi fratris Domini, et ex multis aliis, quas beatus Martinus reverenter accipiens in apsida majoris ecclesiæ cum reverentia posuit. Ipsi vero septem fratres beato Martino, et fratribus ibidem manentibus, tam in anima quam in corpore se dedentes, voverunt se de loco illo non recessuros. Statim autem beatus Martinus eos gratanter excepit, et monacho habitu eos induit, et benedictione propria confirmavit, posuitque eos in latere cavati montis in quodam specu, fecit quoque eis oratorium ^a in ipsa rupe, benedixitque altare, ubi et reliquias proprias manu condidit, quas ipsi apportaverant. Ordinavit autem Clementem et Primum presbyteros, Lætum et Theodorum diaconos, Gaudentem, Quiriacum et Innocentium subdiaconos. Permanserunt autem in eadem cella sive oratorio, ubi et delectabantur jejuniis, oratione, silentio, lectione, quandiu beatus Martinus superfuit. Ipse quidem per revelationem obitum suum longe ante prænoscebat, ad Condatensem vicum ire disposuit, ut pacem inter clericos ecclesiæ illius dissidentes reformaret : cognoscens etiam per spiritum non se reversurum, convocatisque omnibus monasterii fratribus, singulos osculatus est, atque benedixit, et præfecit eis unum ex fratribus loco suo, nomine Gualbertum, abbatemque constituit, et benedictione sua confirmavit, eum et commendavit septem supradictos **1280** fratres et patruos suos, qui eos su-

scipiens in commune cum fratribus aliis singulariter eos diligebat, et spiritualiter revisebat et confortabat.

VI. Beatus autem Martinus post obitum suum usque ad diem migrationis eorum sæpissime eis apparebat in visione, consolans eos et corroborans ^b. Vixerunt autem cum eo in sancto proposito annis sexdecim, post transitum ejus viginti quinque : videlicet sub Gualberto abbate primo annis viginti tribus ; sub Aicardo secundo abbate annis duobus. Hujus scilicet Aicardi secundi abbatis tempore, contigit festivitatem beati Martini de transitu Sabbato evenire ; sequenti vero die, qua Dominicam celebramus, post peracta matutinorum solemniam, media nocte apparuit eis beatus Martinus, nuntians eis diem obitus sui, dicens : Crastina die summo mane vocate huc Aicardum abbatem ad vos : qui dum astiterit, intimete ei singuli omnem vitæ vestræ seriem, et actus vestros, confitentes omnia peccata vestra. Dicite quoque illi ex me, ut in honore sanctæ Trinitatis missam celebret, commemorationem mei faciens, et sanctorum quorum reliquæ in præsentis altario a me consecratæ continentur, ponatque singulas hostias pro vobis singulis immolandas [Al., oblaturas], quibus consecratis singuli communicabitis. Peracta communionem, viaticoque percepto corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi, missaque finita, prosternetis vos ad orationem, viam universæ carnis ingrediimini, tam a dolore mortis extranei, quam a corruptione carnis estis alieni ; sicque ab Angelis suscipiemini, et a meipso sursum conduceimini, donec assignentur vos ante tribunal Christi : quod totum factum est ut beatus Martinus imperavit. Cum autem communio ^c [Al., viaticum] accepissent de manu Aicardi abbatis, finita missa, genibus flexis, sani atque incolumes, in oratione prostrati viam universæ carnis ingressi sunt, ut beatus prædixerat Martinus, tam a dolore mortis extranei quam a corruptione carnis fuerant alieni. Repleta est autem illico cella illa tanto odore, ac si multorum aromatum congeries ibi sparsa putaretur. Suscipiens autem eos non de morte, sed quasi de oratione abbas Aicardus una cum fratribus, non mortuos putabat sed dormientes, eum facies eorum ut rosa ruberet, caro ut nix splenderet. Quam ob rem per sedilia illos disposuit, sicuti soliti erant sedere in cella sua, posuitque eos ita ut ab omnibus ^d inspicere possent, solis necessariis, quibus ab injuria irruentium defenderentur, inter eos et intrantes mediis repagulorum obicibus. Patebant ^e etiam limina ut omnes advenientes viderent sanctorum facies, non sicut mortuorum, sed sicut dormientium : quia licet hominibus mortui essent, **1281** Deo tamen cui omnia vivunt, dormiebant. Per septem autem dies, quibus super terram fuerunt, non defuit odor ille

^a Hoc ipsum esse aiunt quod hodieque prope Majoris monasterii basilicam visitur, in rupe imminente cavatum, ubi eorum sepulcra, seu potius sepulcrorum representatio in lapide excisa habetur.

^b Sic Clar., quo solvitur Marcelli scrupulus, qui in editis legebat : Vixerunt autem post obitum beati Martini viginti quinque annis, tempore beati Martini sexde-

cim annis, tempore autem Galberti post beatum Martinum primi abbatis tricenis annis, tempore vero Aicardi secundi abbatis duobus annis. Tempore siquidem Aicardi, etc.

^e Sic Clar. ; alii vero, posuit eos med. ante januarum repagulo. Patebant, etc.

suavissimus. Tanta autem fuit adventantium multitudo, quantum aut locus admisit, aut vice vel semitæ capere potuerunt. Omnes febricitantes vel frigoritici, qui adveniebant, sani revertebantur; leprosi autem, surdi, muti et claudi multi curabantur. Afferebanturque qui venire non poterant in lectis et grabatis, et ex odoris fragrantia sospites revertebantur. Septimo demum die a transitu ipsorum abbas Aicardus, congregatis fratribus sancti monasterii, ad funus adfuit. Misit quoque et accersivit sanctissimum senem, Turonicæ **1282** sedis civitatis præsullem ^a, beatum

^a Sic Clar.; alii, *archiepiscopum*. Quo nomine Gregorii *avo* Metropolitanæ in Occidente non donabantur. Nec eo alias usquam usus est Gregorius.

^b Sic Clar.; alii autem, *sepulti que sunt*. Ex his collige non semper *depositionis diei* nomine intelligi eum qui fuit obitus. Sacra eorum corpora in capsis servantur retro majus altare principalis basilicæ Majoris

Brictium una cum elero et populo: inloque consilio, sicut erant vestiti, sepelierunt eos in ipsa cella vel oratorio, ante altare ipsius oratoriæ, a beato Martino cum pignoribus sanctorum consecrati. Transierunt autem pridie Idus Novembris, secundo die a festo quo celebratur transitus sancti Martini, et depositi sunt ^b XIII Kalendas Decembris. Qui sepulti terris, in Christo se vivere manifestant virtutibus et miraculis, præstante eodem Jesu Christo Domino nostro, qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

monasterii. Porro præter hos Septem Dormientes, sunt alii item celebres apud Ephesum, de quibus agit Gregorius cap. 95 libri 1 de Gloria martyr. Septem item in *Germania* Dormientes laudat Paulus Diac. in lib. 1 de Gestis Langob. cap. 4, qui ab istis post Baronium Marollo alii esse non videntur.

Explicit vita et mors Septem Dormientium.

INCIPIIT PROLOGUS BEATI GREGORII TURONORUM ARCHIEPISCOPI IN VITAM * BEATI MAURILII
EPISCOPI ET CONFESSORIS.

(*Ex compluribus Codd. mss.*).

Sanctissimo sanctæ Parisiorum matris Ecclesiæ præsulum domino Germano, Gregorius Turonicæ metropolitæ humilis episcopus, salutem. Petisti sane uti Vitas et miracula quæ Dominus per beatum Maurilium atque Albinum Andecavorum antistites operari dignatus est, quas Fortunatus presbyter luculento sermone descriperat, scriptorum vitiiis jam pene depravatas, nostræ auctoritatis peritiâ corrigeremus, vestræque Devotioni, qui priorum exemplis proficere cupitis, misissemus. Sed nos recolentes, si id egerimus, perfidorum nos latratibus atque morsibus, qui doctrinam quærere nesciunt sed invidere, dilaniari; duplicitis tædii mœrore concutimur, dum et vestris non parere jussionibus, ipsisque displicere metuinus. Fisi tamen Omnipotentis promissionibus, qui per prophetam suum loquens innotuit, quia *qui seminant in lacrymis metent in gaudiis* (*Ps. cxxv, 6*), vestræ satisfaciam voluntati. Scimus namque quia si quæ digna sunt imitari, et alteri possunt sæculo prodesse, sanctissimorum Christi confessorum Vitas atque virtutes stylo quis digesserit, correxeritque vel rustico, et sibi mercedem, et imitari volentibus conferet adusque salutem. Permaximas igitur pretiosissimorum Christi confessorum Maurilii atque Albini virtutes non loqui, sive corrigere, quia memoria dignæ sunt, crimen ducentes, plebeio, ut postulastis, utentes calamo, quo potius vulgaribus prosim, de plurimis pauca, sed tamen, Deo teste, verissima corrigemus, omittentes plurima a Fortunato edita, quæ fortassis infidelibus incredibilia viderentur. Quæ vero a nobis correctæ sunt vestræ Sanctitudinis petitioni dignius offerenda putavimus, ut qui illos imitari gaudetis, illorum proficiatis virtutibus informati.

INCIPIIT VITA SANCTI MAURILII.

Igitur Maurilius Mediolanensis oppidi indigena exstitit parentibus splendidissimis, etc. (*In Codice Patriciacensi, de Percy, in Burgundia, ab annis circiter octingentis scripto, post Vitam sancti Albini, quæ For-*

* Melius diceretur *in vitas beatorum Maurilii et Albini*. Has vitas quæ sub Fortunati nomine alibi reudentur, si scire velis qua de causa hic exscribere

tunato tribui solet, habetur hæc clausula: Explicit Vita beati Albini composita a beato Gregorio Turonicæ urbis episcopo.)

noherit Ruinartins, consule præfationem num. 80, col. 65. EDIT.

SANCTI GREGORII EPISCOPI TURONENSIS ANTIPHONA DE SANCTIS MEDARDO ET GILDARDO, EPISCOPIS
ET FRATRIBUS.

(*Ex ms. Codice apud Surium die 8 Junii.*)

Avete, magni toto orbe præsules, ortu gemelli, sanitate compares, sacra simul, coronati pariter, juncti dicastis diem festum: meritis sancte Medarde cum Gildardo inclyto, opem poscenti semper ferte populo.

VITA SANCTI ARIDII ABBATIS.

(Ex vetusto ms. Cod. sancti Galli a D. J. Mabillonio eruta.)

1283 IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, INCIPIT PROLOGUS SANCTI GREGORII TURONICI EPISCOPI, DE VITA BEATI ARIDII LEMODICINI ABBATIS.

I. Quoties sanctorum gesta narramus, et in eorum actibus et exemplis mentem figimus, vel imitatores esse desideramus, ne in hujus exsiliæ ærumna laqueo capti teneamur. Tantum igitur a superna gratia illustramur, quantum humiliato corde ad alta Dei contemplatione conscendere valemus. Ideoque libere non audemus cum possimus, sermone vel tenni ædificationis pandere historiam plebi: præsertim cum apostolica admonemur auctoritate de sanctorum vita seu virtutibus nonnulla commemorare, ut scriptum est: *Laudemus viros gloriosos, qui vicerunt regna mundi, ut sit memoria eorum in benedictione, et nomen illorum permaneat in æternum (Eccli. XLIV, 1); et illud: Memoria sanctorum cum laudibus (Prov. x, 7).* Cum ergo anniversario curriculo sanctorum solemnia celebramus, aliqua ex eorum gestis ad ædificationem, convenientibus Christianis in laudibus Christi, recitare debemus. Quomodo igitur omnium pene miracula confessorum, et multiplices martyrum victoriae jam monumentis litterarum habentur inditæ; nos modo, juxta qualitatem ingenii, vel exiguum aptare tentavimus hunc libellum, in quo de ortu, vel vita, seu et de glorioso sancti ac beatissimi Aridii confessoris obitu, adjuvante gratia Christi, explicare curamus, ut cujus est vita **1284** cum Christo, memoria ejus cum gloria celebretur in mundo. Sancti scilicet patres nostri studuerunt in sæculo nihil amare, ut legaliter ac perfecte proximos diligerent, ut in una charitate conglomerati, cohæredes Christi efficerentur et participes. Plerique vero a primæva ætate, nonnulli in adolescentia, vel in juventute, multi in senectute militantes, Domino adhærere conati sunt: ut qui dudum tentamenta mundi toleraverunt, quandoque ad Christum sine macula remearent. Plus namque ædificat exemplum boni operis cum simplicitate vigoris, quam multa prædicatio cum timore vanæ gloriæ. Prædicator vero egregius, Doctor gentium, perhibet dicens: *Stulta mundi elegit Deus, ut confundat fortia (I Cor. 1, 27); et illud: Sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum (I Cor. III, 19).* Electi vero in prosperis mundi non elevantur, ut apprehendere valeant post triumphum coronam. Quia si consideremus, quæ et quanta nobis promittuntur in cælis, vilescunt animo quæ cernuntur in terris.

* Opusculum omnino mendosum ut legenti patebit, phrasibusque scatens imperfectis. EDIT.

^a Vitam hujus sancti breviorē, quæ istius videtur Epitome, habetur inter Acta sanctorum ord. Benedictini, sæc. 1, pag. 549, sed et cap. 29 libri x Historiæ nostri Gregorii Turon. omnia fere quæ hic fusius narrantur paucis verbis exhibet.

^b Roseodius dicitur in vulgatis Editis apud Gregorium, lib. 12 de Mirac. sancti Martini, sed mendum

II. Igitur beatissimus^a Aridius Aquitaniæ provinciæ in ulteriore Gallia, quæ ad plagam respicit occidentalem, parentela nobili generatus, Lemodiæ civitatis oriundus fuit, ut esset lucerna enectis fidelibus, Domino condonante militibus suis. Pater vero ejus, cognomento Jucundus^b, genitrix vero beata Pelagia vocitata est. Quibus vita testatur esse religiosa, et imitantes exemplum Zachariæ et Elizabeth (*Luc. 1, 6*), nisi quod Joannes in medio non erat, incedentes in mandatis Dei, ut essent sine querela. Natus ergo Aridius atque **1285** nutritus est in fide recta, denique a parentibus christianis catholica religione imbutus, jam pueritiæ annos excedens, ævum adolescentiæ cum magna industria gerebat. Cum autem cernerent parentes ejus in adolescentia filium salubrem viam adeptum, studio religionis ornatum, tradunt litteris erudiendum. Qui mox in tantum divina gratia illustratus est, ut multi mirarentur ejus eloquentiam in ejus verbis, cujus sermo dulcis ore mellifluis flagrabat cunctis. Cor senile gerens, nulli animum voluptati dedit, ne captus ærumna sæculi teneretur obnoxius.

III. Interea regi præcellentissimo Theodeberto commendatur, ut eum instrueret eruditione palatina. Invenit ergo Aridius gratiam coram Domino et coram rege, et ferebatur ejus testimonium ab omnibus, in tantum ut cancellarius prior ante conspectum regis assisteret; crescebatque honor cum magno favore die in diem; oam ex parte probatus vernabat in aula; a quo tanta familiaritate habitus est, ut plurimis felicitas ejus ingens gigneret odium. Oderat quippe superbiam, diligebat veritatem: sed plane illum boni admirabantur. Sectabatur itaque indeficienter charitatem, mansuetudinem, et humilitatem. Diligebat enim Dominum ex toto corde, et ex tota anima, et ex tota mente sua. Erat quoque serenus conspectu, tranquillus moribus: semper opera bona factis amplius quam verbis ostendebat, spem suam semper Christo committens, orationi frequenter incumbens, nihilque amoris Christi præponens, semperque mens ejus præcepta cœlestia meditabatur.

IV. His ita gestis, non post multum temporis, cum jam virilem ageret ætatem, cupiensse vas Domino exhibere sanctificatum, ac metuens futura tremendaque judicia, ut ne aliqua suum pectus delicta fuscarent, omnia acta adolescentiæ suæ coram conspectu viri beatissimi Nicetii episcopi confessus est. Denique commonitus interea divinitus per præfatum Ni-

illud sustulimus ex Codd. mss. Pelagiam laudat idem Gregorius, potissimum in lib. de Gloria conf. cap. 104. Caesarium Arclatensem episcopum, et Aredium^{*} abbatem ex eadem stirpe prodiisse, qua postmodum exortus est sanctus Geraldus, comes Aureliacensis, scribit sanctus Odo Cluniaci abbas in ejusdem Geraldii Vita.

* Sic etiam nomen ejus scribitur. EDIT.

etiam, Trevirorum civitatis episcopi, sæculi pompam fugiens, mundi oblectamenta, ac regalis palatii vanas superstitiones, et indisciplinatas sociorum fabulas declinando, se sub regulæ censura, ad contemplandam cœlestis patriæ palmam contulit; sicque sibi austeram imponens pœnitentiam cœpit viriliter colluctationi carnis spiritus feruore resistere. Proponebat namque sibi adversus præsentis carnis ardores futuri supplicii ignes: *In laboribus scilicet, secundum Apostolum, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in suavitate, in patientia multa, atque in charitate non ficta (II Cor. vi, 5, 6).* Precabatur igitur Dominum pro donis cœlestibus, orabat Christum diebus ac noctibus: adimebat sibi saturitatem panis, ut posset ealestem sibi promereri panem. Ora quidem ejus jejuniis pallebant, corpusque ejus valde aridum mareescebat; sed mens ejus æternorum æstuabat desiderio. Semper autem præsentis vitæ terminum intuens, ac futuram Domini sententiam, seu metuenda judicia formidabat, sciens quod scriptum est: **1286** *Beatus homo qui est semper pavidus (Prov. xxviii, 14);* nec non et illud, quod a Job dictum est: *Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Dominum (Job. xxxi, 23);* et illud Apostoli: *Cum timore et tremore vestram salutem operamini (Philip. ii, 12).* Ante Dei namque conspectum noctibus jacebat, manibus pectus tundens, genas lacrymis rigans, oculis ad cœlum elevatis, illum semper respiciebat, quem fortasse vel in minimis delinquendo se offendisse timebat, ac eum lacrymis Davidica voce hæc verba enixius deprecabatur: *Tibi soli peccavi, miserere mei, Domine, secundum magnam misericordiam tuam (Psal. l, 6, 7).* Et semper ad illud tendens, quod Apostolus dixit: *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quod præparavit Dominus diligentibus se (I Cor. ii, 9).*

Hæc igitur meditando, quanto plus proficiebat, tanto amplius humiliabatur, juxta quod Veritas in Evangelio dicit: *Qui se humiliat exaltabitur, et qui se exaltat humiliabitur (Luc. xviii, 14).* Quanto plus humiliatus fuisset, tanto amplius proficeret; et ut etiam quanta fuit ei mœstitia, tanta fieret venia. O profunda benignitas Domini! o simplex pœnitentia! frequenterque jejuniis misericordiam quam posebat a Domino impetrarat. De talibus quippe per prophetam Dominus dicit: *Dedi ei timorem et timuit me, et a facie nominis mei pavebat (Malac. ii, 5).* Hinc iterum scriptum est: *Qui timet Dominum nihil trepidabit, et non pavebit, quoniam ipse est (Eccli. xxxiv, 16).* Et rursus: *Timor Domini expellit delictum (Eccli. i, 27).* Inter hæc autem Dominum pleno vigore deprecatus est, ut ejus pœnitentia ante Christi conspectum esset accepta. Deinde his initiatus armis, in Christi militia se arctius stringens, ad normam irradiabat Ecclesiæ.

V. Quadam die dum cursum tenens purissimæ conscientiæ, veniens columba delapsa de camera, considens super ejus caput, pergebat cum eodem comitata per plateam, quam removere a se vir Dei Ari-

dus non poterat, donec sui pontificis ingrederetur cellulam. Cum vero declinaret dies ad vesperam, redibat ipsa qua venerat. Mane autem facto, revertente jam clero ad ecclesiam, ipsa super caput ejus, sicut prius fecerat, descendebat. Qua per dies triginta, sicut ipse secreta locutus est, non cessante columba, hanc verecundiam vir Dei pertulit, datam supernam gratiam præsigniebat, ut aperte daretur intelligi, jam tunc divina largitione semel super eum Spiritum descensurum. Unde et Veritas discipulis testatur, dicens: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diligit eum; et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus (Joan. xiv, 23);* quia dignum erat ut innocentiam mentis custodisset, ei visitatio Spiritus sancti adesset.

VI. Tum deinde audita vir beatissimus morte patris, pro matris suæ consolatione Lemovieum regressus est. Igitur beata Pelagia, mutato sæculari habitu, induitur sanctimoniali vestimento, efficitur in Dei amore religiosa, filium bene conversum Dei hortatur ad præmiium. Qui mox vir beatus eremum **1287** petiit, et in concavum saxum se retrudens, ibique diebus ac noctibus sine cessatione Domino supplicabat, et hostem invisibilem orationibus et precibus repellere jugiter contendebat, pugnans ore, non gladio; precibus, non ferro; orationibus, non telo. Cunctis horis cunctisque momentis Dei flagitabat præsidium, ut dignus post mundi laborem posset pervenire ad bravium. Cum per aliquot dies inibi esset cum magna abstinentia, auditis his ejus genitrix, ad pedes filii provolvitur, rogavitque eum exinde egredi, ut monasterii cellulam, ubi prospere aspiceret, in villis amœnis ædificaret.

Tunc et locum amœnum vir Dei Aridius reperit, de eodem saxo, in quo erat reversus, fere trium millium, ibique monasterii cellulam ædificare cum magna industria cœpit, quod cœnobium nuncupatum Atano ^a. Ibique orationi intentus, et incumbens lectioni, quo vacabat, venerabilis mater ejus laborans per agros, alimoniam corpori quærebat: quæ vero post conversionem vita acta sit... Deinde pollebat vir beatus magis magisque in vigiliis, et jejuniis, vel in orationibus, atque in charitate. Cœpitque ejus fama divulgari, confluebantque ad eum undique viri religiosi, advenæ vel monachi. Multitudo etiam pauperum, sicut apes ad alvearium, ita conveniebant ad eum, in tantum, ut quancunque pauperes confluebant ad eum, nullus vacuum ab eo recederet. Quid plura? quidquid ex possessione parentum nobilium habuit totum in pauperibus, vel in cœnobiis, præcipue ad beati Martini Turonensis, vel ad sancti Hilarii Pictaviensis ecclesiam, seu per diversas ecclesias vel etiam monasterio suo omnem possessionem distribuit; auri vero argentique metalla in pauperibus dispersit, sciens Apostoli præceptum: *Habentes autem victum et vestitum his contenti sumus (I Tim. vi., 8);* et: *Qui volunt divites fieri in hoc mundo, incidunt in*

^a Hodieque subsistit apud Lemovices, sed in collegium canonicorum conversum, sub jurisdictione ca-

pituli sancti Martini Turonensis. Oppido nomen dedit quod vulgo *Saint-Irier* appellatur.

tentationem et laqueum diaboli (*I Tim. vi, 9*); et : *Desideria multa inutilia et nociva, quæ mergunt hominem in interitum et perditionem (Ibid.)*. Considerans quippe quod scriptum est, *Date elemosynam, et omnia munda sunt vobis (Luc. xi, 41)*. Et Veritas ait : *Centuplum accipiet et vitam æternam possidebit (Matth. xix, 29)*. Et alibi scriptum est : *Elemosyna a morte liberat; et qui eam fecerit, non ibit in tenebras (Tobiæ xii, 9)*. Hæc autem quotidie adimplebat; semper ad elemosynam largus, in vigiliis sedulus, in oratione devotus in humilitate prolusus, in charitate perfectus. Nunquam otio indulsit, quo non aut lectioni vacaret, aut opus Christi perficeret, aut certe manibus opus aliquod ageret, aut denique sacros Codices scriberet. Maxime autem decreverat, ut in vicinas dioceses sacros Codices, quos ipse manibus suis scripserat, B distribuere; memorans illud quod Apostolus dixit, quia *Ociositas inimica est animæ*. Ad ista igitur omni tempore non cessabat. Cum autem jam monasterii cellulam ædificasset, **1288** quo opus cœptum peregisset, necesse est ut de ipsius miraculis aliquid Christo auxiliante explicare valeamus. Qualiter elemosynis, vigiliis et orationibus se Dei servus indulserit, prædicanda miracula publicaverimus alacriter: de quibus multis brevissime credimus pauca narrare.

VII. Accidit homini Dei Arvernensis iter ut ageret, eo irruente nocte, aquam non inveniret, ut ad manendum se conderet. Cumque quærerent ministri ejus huc et illuc, et non invenissent, tum Aridius defixit in arena baculum. Quo retracto, de terræ foramine C fons abundans exsilivit, ut fluentia aquæ undantis sufficerent, et in tantum postea irrigarent, ut illic pecora biberent. Sic vir iste magnus fuit in miraculis, et Moysi typum gerens, qui percutiens petram aquam populis in solitudine præbuit.

Dedit deinde operam, comitesque sui itineris, quos religio claros reddebat, elegit. Collecto sane cœtu, omnium orationum suffragia postulat, ut venturo itineri solamen largitor pietatis tribuat; et sic cum eisdem, Christo duce, ad locum ubi sancti Dei martyris Juliani membra sancta fuerant sepulta, accedit, agnitis qui secum elementis judicis voluntate adessent. Cumque ad eum locum pervenissent, postulat ut reliquias sancti martyris votiva mente sua ipse mereretur. Sed custos basilicæ beatissimi martyris petenti denegavit. Moratus ibi paululum, et quærens, nec prorsus inveniens, progressus exin, accedit ad locum ubi venerabilis martyr a persecutoribus, transactis jam longævis temporibus, decollatus fuerat, et cum plenissima devotione de eodem loco parvissima saxorum, quod vulgo sabulum dicitur, in chrismarium quod collo suo gestabat læto animo pro sacratis sancti martyris reliquiis condidit. Cumque de eadem provincia remeare cœpisset, tanta horum multitudo, qui a malignis spiritibus vexabantur, ejus vestigia cum magnis clamoribus prosequabantur, ut tantorum vix scribantur tot nomina. Pervenit ergo fama beati

A Viri ad aures pontificis civitatis illius a, qui illico eum suis sancti Viri vestigia prosequutus, et mox ejus pedibus provolutus, cœpit ab eo petere ut tandem ad tumulum sancti martyris remearet, et sacras ejus reliquias deportaret. Tunc ille ait : Hoc quod mihi omnipotens Deus largitus est munus, cum eodem iturus, ipso comitante pergam. Nam Creator omnium Dominus duò virtutum miracula in eodem loco ostendere dignatus est. Cumque Vir Dei suam chrismarium apernisset, reperit diversos pretiosos lapides de saxis quæ de fonte abstulerat, ut mira virtus sancti martyris per diversa terrarum loca declararetur, et Viri Dei fides probaretur, et multis ostenderetur. Cumque ad locum hunc, ubi Vir Dei oratorum condiderat, sacrum munus cum magno gaudio condidit, ibi quoque omnipotens Deus multa **1289** signa et miracula declarare dignatus est.

VIII. Nec non præternittendum est quod Christi famulo cõllatum est. Quadam die viator dum iter arripere incederet, flante ventorum turbine, cum pluvia talis circa Aridium sic fremeret, ut rivis imber efflueret, et ipsum agmen ac suos ministros gutta nec una perfunderet : quo, divisa tempestate, alicubi turbo se verteret, et ipsa nubila aerem fuparent, dum pavescunt viatorem. Si igitur conditori omnium mare et venti obedierunt in fluctibus, et facta est tranquillitas magna, imo et fideli suo jussit hanc virtutem cunctis videntibus ostendendam. Quodam tempore cum ad maturitatem segetes aristas armassent, et jam se aggravatæ meti poscerent a cultore; enormitas erupit pluvix, ne quisquam fruges colligeret, ut in suis spicis grana latentia germinarent. Interea suggeritur ipsi a populo, facit vigilias intercessor. Sequenti igitur die reliquiis sanctorum apprehensis, opportune et venerabiliter coopertis de palliolo serico; diacones in albis exeunt ad processum : plebs clamat pro nimborum incursu. Quibus Vir sanctus respondit : Qui jussit aquam creati, potens est hunc imbrem sedare. Tunc mox de templo progressi sunt, subito nubes excisæ sunt, sol in claritate reducitur, serenitas cœli mundo redditur, ad opera cultor trahitur, et ad manipulos colligendos messor frugibus invitatur. Nec illud prætereundum est in simili causa quod gestum est. Dum Noniaco colonica sua in honore beati Juliani martyris oratorium conderet b, et imber gravis irrueret ipso vero orationem Dominicam memorante, nimbus impetum detorsit, tempestas repulit turbinem, pluvia abscessit, locum vel sanctum virum Aridium cadens gutta non tetigit.

IX. Addatur hoc in pagina, quo rerum crescunt miracula. Quadam die, eodem sancto viro in oratorio orante, Arctardus quidam, Nivardi filius adolescens, exanimatus deportatur, et ante sacrum altare in oratorio beati Juliani martyris deponitur a parentibus. Rogatur ut vivus reformaretur a Domino. Tunc vir reverentissimus, pietate scilicet motus, lacrymis vim ingerens, aspiciens ad cœlum Dominum deprecatur.

a Id est ad episcopum Arvernensem, in cujus diocesi tunc exstabat Brivateusis ecclesia.

b Confer librum de Mirac. sancti Juliani cap. 40.

Dehinc appellat infantulum, sed corpus jacet exanime. Hora fere transacta, exsuscitatur puerulus, clausos aperit oculos, et loqui posse incepit redi-vivus. Sic fidelis miles tantis virtutibus pollens, et gratia divina accinctus, ut sicut Creator omnium rerum filium viduæ adolescentem resuscitavit de grabato, et reddidit matri suæ illæsum, ita vir Dei Aridius valuit obtinere orationibus suis apud Dominum adolescentem esse vivificatum.

Quædam mulier grande vulnus habens in facie occurrit sancto Aridio sanari exorans. Tum illa vexillo crucis signata, illico circumstante populo, tumor vulneris aperitur, **1290** et in similitudine nucis minoris velut petra de ipso progreditur. Quæ sine dilatione sana domi revertitur.

X. Adjiciatur operi res adjecta mysteriis. Filius B Dulcissimi quidam, Ingratus nomine, in grabato jacens, funeri exhibitus a patre, tantum distentus tumore, ut intra se sua lumina ablata fuissent. Tum vir Domini Aridius, oratione pro eo data, de oleo benedicto perungit oculos ejus: quos eum illiniret ex fide, mox quidquid morbi fuerat, tacto fugit ab unguine.

XI. Dum ad profectum sancti viri, atque ad altam Dei contemplationem se sublevant quantum possunt, divinitus eos [agi] credendum est. Quodam tempore affectu pietatis Lemovicum civitatem veniens, audit complures nuper mortis sententia damnatos teneri in carcere vinetos. Aridius ergo memor verbi Domini dicentis: *In carcere eram et venistis ad me* (*Matth.* xxv, 36); et: *Quandiu fecistis uni ex minimis meis, C mihi fecistis* (*Ibid.*, 40), cogitavit si quo modo possit liberare eos. Cunque ad requirendos reos appropinquasset carceri, confestim divino nutu, velut magno ferientis impulsu contractæ seræ, dissipati cardines, ostia carceris patefacta, et omnia vincula compeditorum resoluta sunt. Eadem nocte quasi solis claritas intus apparuit, et lux in tenebris emicabat, custodes pressi a somno, et ad tumultum sacratissimum sancti Martialis antistitis a cuncti fugerunt de ergastulo. Sicque orationibus beati Viri de carcere vel de morte liberati sunt.

XII. Prosit auribus populi Dei quæ presuit lumini. Nivardi præfati filia, nomine Actesledis, lumen oculorum perdiderat, ut nullatenus videre potuisset. Quadam die deducta ad virum Dei Aridium a parentibus suis, ut illuminaretur, exoratur. Cunque prosternerent se ad sacerdotis vestigia, tunc Vir sanctus, signatis ejus oculis, atque intra se Dominum rogans, mox incolumis reddita, quæ fuerat duce pertracta, ductrix redit ad patriam.

XIII. Exempla quoque justorum avidius instruunt sequaces, quam sermo prædicationis multorum. Cum quadam vice properaret vir Dei Burgundiam ad regem, pietatis pro causa, invitatur sedulo a duce Anestio^b, ut diverteret ad ejus domum, cui semiviva illia decubabat in lectulo. Quæ cum ad extremum

A exhalaret spiritum, ingressus vir Dei Aridius domum, data oratione pro ea, lactificata domum adipiscendo remedium puella redit de transitu. Ille etenim qui jussit filiam archisynagogi infra cubiculum resuscitari, mortuam petenti se tribuit, ut hæc de morte reverteretur ad vitam. Quædam mulier, nomine Bessa, pro infirmitate debilitatis membræ, digitis attractis, incurvatis articulis, suis gressibus imbecilla, prona precatur se sanari. devota supplex attenuata: mox Aridius cruce a sancta manu taeta crurum tendit **1291** in pagina, nervi laxantur in organa, et diutius præstolata tandem sese membra recognoscere meruerunt. Sicque orationibus sancti Viri sana facta est.

Ascribantur præconia quæ juste referuntur ad palmam. Quædam mulier prope jam morti credita vulnus in collo gestabat: occurrit sancto Viro obsecrans ut super hoc sanctæ crucis armaret vexillum, mori timens. Cumque super vulnus Christi signum deprimeret, repente mortui sunt vermes, femina rediit incolumis.

XIV. Dum majora miracula sanctorum conspiciamus, et amplius in amore Dei enixius convertimur. Puella namque de urbe Petrocoria [*Périgueux*] ad Dei hominem veniens, taliter contracta, ut de suis calcaneis adhæsa sibi tangeret crura, longo jam tempore gressibus eodemata: quam Vir sacratissimus non prius dimisit quam languor eam dimitteret, et pedibus incederet, quæ prius manibus ambulabat. Igitur seiscitans studiose an haberet in Christo spem, si se crederet sanandam quandoque. Illa autem in omnibus fidem dante, fixit genua Aridius in terra, et prolixè oravit: deinde oculos pariter et manus ad cælum tendens, Dominum Jesum Christum fide plenissima promissionis suæ admonuit, quæ dicit: *Quidquid credentes petieritis, fiet vobis* (*Marc.* xi, 23); et: *Si habueritis fidem, non solum hæc signa facietis, sed majora horum facietis* (*Joan.* xiv, 12). Cumque hæc pleno vigore ac devotione deposceret, conversus ad puellam dixit: *Si fideliter credis, in nomine Domini Jesu Christi surge, et sta super pedes tuos. Et mox surrexit, et solidati sunt pedes et membra ejus, et sana facta est ex illa hora.*

Item de eadem urbe altera ad eum venit femina, simili infirmitate condemnata: eumque sancti viri manu attractata fuisset, directa rediit ad propria; et senior euenit viam, quam non transcendit juvenctum.

XV. Quoties ad alta Dei omnipotentis animum elevamus, vilescunt animo quæ in terris conspiciuntur, ut accepta gratia divinitus supernam patriam penetremus, ut puta vir iste qui tantis virtutibus adornatur, terreno contagio non offuscatur.

Quidam vir cognomento Addo, filius ejusdem Proculi, ad beatissimi Viri venit præsentiam sic debilis, ut de vestigiis calcaneum faceret, nec potuisset separari res infeliciter glutinata, tunc quærens a sancto Aridio remedia. At ille signo crucis superim-

gavum directus dicitur in Gregorii Historia, lib. viii cap. 45.

^a Vide Gregorium in lib. de Gloria conf. cap. 28.

^b Is est fortas e Anestius qui a Guntramno Ande-

posito, qui claudus genibus venerat, directus pedibus **A** ambulans, basium suarum reductus est vestigis.

XVI. Adjiciantur virtutes operum quibus vera esse creduntur. Vir aliquis de territorio Betorioe, contractis nervis, vestigio debilitatus occurrit, ad monasterium concitus venit, et ut sibi vir sanctus succurreret deprecabatur suffragia. Suseepit vir Dei Aridius causam mercedis, oratione pro eo fusa cum benedictione, **1292** rediit incolumis sancta manus quod tetigit.

XVII. Acquiratur pagina, quod præstet gratia. Leonaeter quidam insania corporis ita demens effectus, ut aliud non esse crederetur quam rabies, ejus furor horribilis nimis non ferebatur, etsi nimis vinetus manibus ac pedibus alligaretur in vineulis, et violentia oppressus adhuc catenis constringeretur, hoc superadditus dolor poenæ collideret, et sic crudeliter fremens tandem ad sanctum Dei Aridium perductus est. Nec mora aliqua, facto signo erueis fronte armatus, in momento ab hoste antiquo liberatur simul vineulo, qui postea clericus effectus est, et ad meliora opera eum eantio Christo dependit servitium. Sed mira dispositione omnipotentis Dei agitur, ut quos præmia divina ad meliora non invitant, temporalia flagella erudiant.

XVIII. Eodem vero tempore quo miles Christi debebat in terris, Ferreolus pastor ad gubernandam plebem sibi commissam Lemovicum civitate præsul venerandus aderat; sed quoties ipse pontifex febribus urgebatur, aut aliqua ægritudine in gravi dolore atterebatur, ad virum Dei Aridium dirigebat nuntios, ut pro eo plenius ad Dominum intercederet. Qui celebratis pro eo vigiliis, obtinebat pro pastore, venerabilis abba pro antistite, et abjectus et humilis pro sublimi. Et quia crescens pagina majora tegit miracula, proferatur in medium de quodam cæco claro mysterium. Vir aliquis lumine deceptus longo jam tempore tenebris pressus, crassa caligine nubilus, ad beati viri cellulam pede tendente deducitur, quem vir sanctus miseratus ut vidit, ei visum orando restituit, et remeat ad regionem claro jam lumine illustratus.

XIX. Jueundum est proferre quid gloriosum fuit memoriæ. Quidam vir, nomine Witrimundus ^a, cognomento Atto, tam crudeliter dolorem dentium incurrerat, ut nulla intercedente venia dolor eum imminuens non relaxaret. Tunc ad sanctum virum, cum beato Martino occursum devote redderet, veniens, et interrogatus cur ejus una maxilla videretur inflatior, et illè se torqueri dolore dentium gravissimo responderet; tum Vir Dei faciem turgidam palpavit tactu mollissimo, dicens: Sanaberis a Domino, obtinente Martino famulo Dei fidelissimo. Itaque mox ut a Justo inchoatus sermo completeretur, salus denti refunditur, dolor eum tumore curatur.

^a *Witrimundum, cognomento Taltonem, civem Turonicum appellat Gregorius libro x cap. 29; Guistremundum alterius Vitæ auctor.*

^b Confer caput 59 libri II de Mirac. sancti Martini:

XX. Quædam mulier, Ricovera nomine, conjux Turonici monetarii, cum sancto viro mediam ampullam cum oleo benediciendi causa fideliter obtulisset, tunc Aridius, facto erueis signaculo, et alteram ampullam, in qua de oleo beati Martini continebatur ^b, proferens de chrisuario, superjecta gutta ampullæ mediæ, tanta inundatione olei virtus **1293** exsilivit, ut repletæ ampullæ alibi oleum tolleret, nec aliquid de redundanti benedictione periret. Quæ utrisque benedictio æquanimitè profecit, et ille qui petenti dedit, et petens quæ meruit.

XI. Hoc quoque paucis conceditur, ut tantis miraculis miles Christi ametur. Deceverat quippe Vir reverentissimus, ut pro lucranda cœlestis patriæ palma, Turonos ad beati Antistitiis festivitatem occurreret. Denique quodam tempore accidit ut ad præfatam urbem Vir sanctus properaret. Igitur eum pontifex civitatis illius eum clero in ecclesia psallendi officium nocturno tempore enixius ageret, diaconus ejus dum in ecclesia caneret, somno gravatus est; cumque eum episcopus cerneret dormientem, ait ad eum: Quare obdormis, frater? Qui de somno evigilans, ait: Videbam te, domne mi, egredientem foras ecclesiam, et in obviam beati viri Aridii properantem. Cumque diaconus vix sermonem complexisset, statim nequam spiritus in quodam homine exclamavit se sancti Aridii præsentiam ferre non posse. Quo audito, episcopus cognovit quod vir Domini Aridius adveniret: moxque in obviam Abbatis episcopus eum cereis accensis præ foribus ecclesiæ occurrit, ac eum magno gaudio et exultatione in ecclesiam ingressi sunt, et pene tota nocte in divinis officiis perduraverunt. Nam multi ægri, vel diversis infirmitatibus astrieti, sano vigore, orationibus vel intercessionibus ejus, ad propria regressi sunt. Alio rursus tempore cum ad eandem festivitatem Turonos occurrisset, et aliejus paralytici ^c erura blanda adhibitione contrectaret vir Dei Aridius, testabatur quod sancti Martini manum vidisset, qualiter debilia membra dirigeret, et sic paralyticus Sancti dextera tangente se suis vestigiis protinus direxisset. Tanta vero curationum virtus divina gratia illi collata præmieuit, ut quisquis infirmus advenisset, pleno vigore sanatus incolumis recederet. Energumenis vero tam celeris salus est reddita, ut ingentis multitudinis non præscriberentur **D** tot nomina.

XXII. Si per singula recenseantur miracula, valde incongruum non est ut credantur tantæ virtutis alloquia. Quodam tempore Vir Dei egressus de basilica, peractis nocturnis vigiliis, vidit globum luminis de cœlo descendisse super ejusdem cellulam, credensque splendorem ipsum ab homine fieri, interrogat Vir Dei a suo discipulo, quis est ille qui eum facula per hortum hora tali ambularet. Interea eum admiraretur, protinus globus ipse qui apparuerat desuper cella, re-

cap. 24 libri III; et cap. 9 libri de Gloria confessorum.

^c Id ipsum miraculum de paralytico narrat Gregorius lib. IV de Mirac. sancti Martini, cap. 6.

volvitur ad sidera, ipse vero cum metu et tremore expansis manibus divinæ potestati luminis gratiam deferebat. Scilicet interrogatur a monacho, qui hoc eum eodem videbat, quid esset hoc miraculum tantæ claritatis visio, ut taliter revelarentur beatissimi Sacerdotis mysteria. Cui respondit vir sanctus: Sile, sile, insipiens, cognosce quia beatissimus **1294** Martinus visitat hanc cellulam dignatione præcipua, et ad cælos remeat cum lucis fulgidæ gloria. Sed quem divina gratia protegebat, dignum erat ut illustrante Spiritu sancto acciperet visitationem: sed amicus Dei cavens jactantiæ vitium, præcepit discipulo ut nulli hanc visionem diceret quousque migraret ad Dominum. Sic fidelis miles regulam magistri Mediatoris Dei tenuit, qui transfiguratus in monte discipulis præcepit ut nemini visionem quam viderant dicerent, donec Filius hominis a mortuis resurgeret. Perpende igitur quanto igne amoris Dei et proximi vir iste accensus erat, qui tale revelante Spiritu divinitus meruit accipere donum. Quia *Deus ignis consumens est* (*Deut. iv, 24; Heb. xii, 29*), Jacobo attestante, qui ait: *Omne datum optimum et donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum* (*Jac. i, 17*).

XXIII. His ita gestis, vir sanctus jugiter intentus manebat divinis officiis. Non enim poterat in eo invenire humani generis inimicus, nec quod fraude deiperet, nec quod simulatione fuscaret. Erat quippe in eleemosynis largus, in oratione devotus, in vigiliis sedulus, in humilitate profusus, in doctrina præcipuus, in sermone pacatus, in locutione cantus, in conversatione sanctissimus, in duris passionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissimus, in hospitalitate latissimus, inter odia beneficus, in prosperis etiam et adversis semper in cælum intentus, in charitate, *quod est vinculum perfectionis Christi* (*Col. iii, 14*), perfectus: sinceritatem quidem mentis vultus serenitate monstrabat, et pietatem cordis ostendebat in lenitate sermonis. Nihil ejus risu gravius, nihil prorsus tristitia suavius, nihil quippe ejus animo elementius, nihil erga humiles blandius fuit. Si pauperem vidisset, sustentabat; si divitem, ad bene agendum cohortabatur, Deum invocans testem pro ipsius nomine cuncta hæc agere, illud jugiter memorans, quod Veritas in Evangelio dicit: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur* (*Matth. v, 7*); necnon et illud: *Verumtamen date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis* (*Luc. xi, 41*); et alibi: *Sicut aqua extinguunt ignem, ita eleemosyna extinguunt peccatum* (*Eccli. iii, 55*). Hæc præcepta jugiter memorans enixius adimplebat, eratque pes claudorum, et oculus cæcorum, orphanorum pater, viduarum consolator. Quem autem cæcum non suum vocavit hæredem, aut quem debilem non ejus sustentavit manus? Hoc jugiter comitatus incedebat exercitu, in his etiam Christum conspiciens se amplectere gestiebat, atque his indumenta tribuens, Christi sub inopis veste se tegere membra credebatur: et ob hoc eum Domino suo pecuniam dividens, substantiam suam gaudebat cum Christo sociare, ut

A Christus faceret eum cælestium sibi regnorum cohæredem, sciens namque scriptum quod illa bona hæreditas, quæ Domino custode servatur. Ejus namque monita apud suos nihil **1295** fuerunt aliud, quam divina magisteria, et fundamenta sacrarum Scripturarum. Dignum est enim ut eum boni diligant et imitentur, noxii timeant, quem divina virtus illustravit, ut donum a Deo perceptum eum doctrina melliflua, et sancto Spiritu condita, de Christi desiderio salsa, et de æterna beatitudine semper sollicita.

XXIV. Si consideremus quæ et quanta omnipotens Deus per Sacerdotem suum operatus est, prolixior pagina styli promulgatur. Solent plerumque pessimi male blandientes consiliis regibus terrenis corda subvertere, juxta Salomonis vocem: *Colloquia nata corrumpunt bonos mores* (*I Cor. xv, 35*). Quodam tempore accidit ut populis tributa vel census a regibus fuissent descripta. Quæ conditio universis urbibus per Gallias constitutis summopere est adhibita. Scilicet pro hac re vir reverentissimus, pietate motus, ad regis præsentiam properavit, ut suggestionem daret pro civibus qui gravi censu publico fuerant edicto ascripti. Sed cum scriptum sit: *Cor regis in manu Domini* (*Prov. xxi, 1*), quidquid petit, sancius vir a rege devotus obtinuit. Accidit igitur ut reverente eo de itinere, quodam vico Catuliaco veniens, eodem scilicet die quo resurrectionis dominicæ celebrarentur sancta mysteria, invitatus a populo cœpit sanctis vacare officiis. Celebrante autem eo divina solemnia, puella quædam, quæ a dæmonibus graviter urgebatur, exclamavit se sancti viri non posse sufferre præsentiam, quæ tamen nomen ipsius incognita invocabat. Qui videlicet juxta morem solitum exercens opera pietatis, peractis divinis mysteriis, ad orationis portum profugiens, ut ne diutius ab antiquo hoste puella vexaretur, intercessor assistit. Erant enim in ea septem nequissimi spiritus, qui dum orationi incumberet, statim quinque dæmonia expulit deprecando. Residentibus adhuc duobus, præcepit vir beatissimus parentibus puellæ ut ab ecclesia non discederet, donec quod residuum fuerat maligni adversitatis expelleretur e corpore. Igitur veniens vir sanctus ad ecclesiam, ubi eam stare præceperat, adhibitis secum monachis suis, prostratus orationi, a Domino valuit obtinere ut duo dæmonia quæ residerant expulsa fuissent, qualiter mente sincera, sensuque firmato, remearet ad propria.

XXV. Alio quoque tempore cum vir Dei pro hujusmodi conditione quasi occulto adventu regis expecteret præsentiam, properavit itinere. Cumque Parisiorum civitatis claustra fuisset ingressus, populus urbis hujus gravi febre, dysenteria et morbo pessimo laborabat, ita ut nec numerus corporum præ multitudine morientium diebus singulis, præcipue infantium turba, æstimari potuisset. Quadam vero die dum a pontifice civitatis illius non immerito venerabatur affectu, petit ut eum secum paucis diebus charitatis officio retineret, ut intercessor pro populo **1296** existeret ad Dominum. Igitur dum petitionibus ejus

vir Dei Aridius obtemperare voluisset, contigit ali-
 quibus e suis in eodem tædio pessimo graviter inci-
 disse. Scilicet vir beatissimus confidentiæ tenore in
 Domino securus, solita prece pro plebe civitatis illius
 exorabat, quos blanda exhortatione suis scilicet ser-
 monibus consolare non desiit, ut nullus de pietatis
 Dominicæ misericordia desperaret. Qui videlicet jus-
 sit sibi oleum benedictum exhiberi, et singularum
 cum crucis signaculo manu propria ora naresque per-
 fudit, dicens ad eos: Consolamini in Domino, et vi-
 cissim vos adhortamini, fratres, omnes vos incolumes
 restituit dextera Christi, et ad suos ita locutus, dicens:
 Nolite, quæso vos, fratres mei, nolite contristari, sed
 potius vos viriliter confortamini, et de misericordia
 Domini anxius confidite, quia omnes vos divina po-
 tentia restituit incolumes regiõni propriæ; interea
 revolvens in animo suo ubi regis sciret esse presen-
 tiam, ut scrutatus deberet expetere. Relicis igitur
 fratribus in eadem civitate, cum paucis comitantibus
 properans, tenuis [locum] cognomento Brinnaco^a
 carpebat iter. Dum procul dubio viator assisteret,
 sequentibus se dixit: Regem cognoscite gravi febre
 perurgeri, et pene vitæ ipsius lætens finem inveni-
 nere, sed elementia Domini pro respectu pauperum
 nobis enim salubriter visitantibus liberabit. Hoc quo-
 que secretus retinete. Post hos vero paucos dies
 proles ipsius quæ adhuc sospites esse videntur mi-
 grant a sæculo. Per Spiritum scilicet prophetiæ co-
 gnovit vir Dei Aridius quod postea probavit eventus.
 Cum vero ad locum memoratum sanctus Dei famulus
 pervenisset, cognito rex ejus adventu, cubiculum
 suum eum introduci præcepit, credens se ejus oratio-
 nibus in Domino adjuvandum. Quapropter eum in-
 trogressus fuisset, reddito salutationis officio, cœpit
 eum manibus suis palpare, qui intra se Dominum
 precibus postulabat, ut petitionibus suis rex præbe-
 ret assensum. Qui dum commodius de anxietate suæ
 infirmitatis inter sacras manus beatissimi viri cœpis-
 set habere, suæ causam conditionis exposuit: sed
 lavente Deo, qui cuncta regit et omnia disponit sua-
 viter, quidquid Dei Sacerdos apud regem poposcit,
 facili obtentu potuit promereri. Adjiciensque rex ut
 libros ipsos, quibus inscriptus pro gravi censu popu-
 lus regni ejus tenebatur afflictus, sancti etiam viri
 pro respectu, vel stabilitate sua, manibus ejus tra-
 didit, ut ipsos sui auctoritate incendio concremaret.
 Tunc Aridius, receptis libris, jussit prunas parari.
 Quo facto apprehensus manibus suis ipsos libros,
 multis etiam circumstantibus in incendio concrema-
 vit. Obtena ergo petitionis suæ causa, post diem ter-
 tium principi valedixit.

XXVI. Quodam vero die priusquam Parisios **1297**
 perveniret, hoc quod suis comitibus non longe ante
 dixerat, illic comprobavit eventus. Referente procul-
 dubio nuntio cognovit vir Dei regis obiisse lilios,

^a Vide Gregorium, lib. v Historiæ cap. 53, ubi de
 hac dysenteria, regis ejusque liberorum morbis, cen-
 sualium librorum combustione, etc., agit. Nihil tamen
 illis habet de sancto Aredio.

^b Videtur esse vicus apud Bituriges, hodieque

A quos jam ante ipse prædixerat, et eum magna fine-
 ris turba Parisios deportandos. Qui dum aliquatenus
 ad præfatam urbem rediens pervenisset, reperit po-
 pulum civitatis illius jam a dysentericæ morbo divino
 auxilio liberatum. Invenit etiam quemdam de suis
 collegis, nomine Constantinum, gravi mortis periculo
 subjacentem. Nonnulli vero quos mortuos fuisse
 comperit, orationibus suis incolumes reddidit. Tunc
 deinde hortatur a suis, ut ille qui pessimo succubie-
 rat tædio, in loco aliquo commendaretur tali personæ,
 ut eum de hac læce transiret, cespitis humi tumulo
 clauderetur: ita duntaxat jam fuerat vicinæ morti
 propinquus. Sed vir beatissimus miseratione motus,
 solita pietate promptus, allevans eum supra vehicu-
 lum quod sedere consueverat, regimine ducitur alieno.
 B Qui cum videlicet jam in tertia die itineri insisteret,
 afflictus tædio, mortis iam percussus, corruit exani-
 matus in terram: quod dum cerneret beatissimus
 vir, compuncto corde, eum gemitu et lacrymis
 anxius orationi vacare cœpit. Qui cum ab oratione
 surgeret, conversus ad corpus, dum manibus suis eum
 palparet, cœpit oculos suos aperire; et non post lon-
 gum horarum spatium, præda mortis evicta, redditur
 huius jam pristinæ incolumis; qui fuerat desperatus
 de vita, restituitur sanitate continua: qui igitur lento
 sermone aquam sibi poposcit expendi, cum vagantes
 cuncti læce atque illæc anxie quærerent, minime in-
 venirent, quia ille loens aquæ erat proculdubio ster-
 rilis, sed sanctus Dei Sacerdos paulisper se declinans,
 percussusque ictu baculi terram, aqua prosilit
 C abunde. Qui mox petenti in vasculo detulit. Sic siti
 ardor deprimitur, pallor a facie fugatur, vultus in
 rubore mutatur, erigitur pedibus; et qui fuerat mor-
 tis occasu damnatus, sospes patriæ præsentatur. Qui
 postea multorum annorum duxit curricula.

XXVII. Annuncendum est virtutum miraculis, quod
 corda audientium illustrentur exemplo. Cum jam e
 vicino patriæ jungeretur vico quodam Argentomao^b,
 ibidem Artemius quidam, unus de monachis, oppor-
 tune suggestit, ut alimonia fratribus parari deberet.
 Cui ille ait: *Quærite primum regnum Dei, et hæc
 omnia adjicientur vobis (Luc. xii, 31)*; et illam Psal-
 mistæ vocem: *Inquirentes autem Dominum non defici-
 ent omni bono (Ps. xxxii, 10)*. Sed hæc a me ac-
 ceipe, frater charissime, cum fluminis hujus alveum
 D pertransieris, leva oculos in partem dexteram, op-
 portunum invenies locum, ubi possumus nos vel ve-
 hiculi nostri famis inopiam temperare. Cumque ad
 locum eundem sibi præceptum venisset, reperit ibi
 eundem duos miræ magnitudinis pisees, adhuc maxime
 vivos. Quibus assatis, vir Dei Aridius ex ipsis in re-
 fectionem **1298** partem accepit, et plerique ex
 ipsis usque ad satietatem visi sunt comedisse. Sed
 ille in ejus nomine retia laxaverunt apostoli in
 fluctibus, et illa trahere non valebant præ multitu-

Argentomao dicitur, haud procul a monasterio Salensi
 (Saint-Benoît du Sault) situs, ubi Marcellus et Anastasius pro
 Christo passi dicuntur, apud Usuardum in Kal. Julii.

dine piscium, et his distribuit esurientibus cibum. **A**

XXVIII. Dum iterantur virtutes sanctorum, fideli-um mentes velut sitientes profunda Dei mysteriorum satiari desiderant. Quodam tempore, dum positus in itinere carperet viam, appropinquans euidam vico Argentomao, concionatus est se sequentibus, dicens: Tacite transeamus, ne nobis inducatur mora itineris. Scilicet erat hic locus profanus, superstitionis antiquæ dæmonum cultibus consecratus, quo in loco populus Christianus inhabitans non potuit ferre miseriam, quia infirmitatibus variis subjacent, vel etiam ab ipsis dæmoniis assidue agitantur. Cumque voluisset vir Dei Aridius latenter fugere a populo, et ille secrete oraret, commota est infirmitatum multitudo populi, proprium nomen ipsius invocantes, quia procax dæmonum turba se a sancti viri adventu eclare non poterat. Igitur dum eum sequeretur populi multitudo languentium, respiciens post tergum stetit, et protinus ad orationis studium se in terram prostravit, rogans pro illis Dominum, ut juxta fidem illorum essent salvati. Cumque ab oratione fuisset erectus, crucis vexillum illico super singulos impressisset, tum hi qui languoribus variis detinebantur, vel illi qui a spiritibus immundis vexabantur, adjiciens oleum cum benedictione, Domino gratias referentes, sanitati pristinæ ab infirmitatibus vel a dæmonibus liberati sunt.

XXIX. Quos elegit Deus ante constitutionem mundi, hos despiciit sublimitas reproborum. Hic vir sanctus abjectus fuit inter homines, et minimus a sæculi conspectibus, sed maximus inter sanctorum agmina prælatus. Quodam tempore in itinere positus, die quadam declinante ad vesperam, nec procul a vico, cui vocabulum est Mæno, jussit ut itineri terminus poneretur, et sarcinas quæ jumenta vehabant loco congruo relaxarent; cumque locum amœnum, aspectuque delectabile manendi spatium vidissent, cognoscens vir beatissimus per spiritum prophetiæ quæ essent illi postmodum ventura, hortatur paterno alloquio collegas suos, quibus sciebat maximam injuriam imminere, et allocutus est dicens: Viri fratres et filii, multam credite nos hac nocte injuriam perpesuros, sed confortamini, et confidite nos cœlesti auxilio liberari. Nec aliqua mora, cum cœlum sidereo splendore serenissimum cerneretur, subito in tonitruo commovetur terra, quasi a stabilitate sua præ sonitu gravi in tremorem convertitur, denique conturbantur nubes in aere, apparent tetro colore per sidera; et quæ fuerant candore perlucidæ, vertuntur in pluviam concitæ, crebrius micat **1299** curuseus e cœlo quod fuerat offuscatum: videlicet non longe ab ipsis erant tria idola cultu gentili dicata, cum aera fulgoribus urgerentur, in impetu tonitruum ita eversa sunt cœlitus, ut nulla exinde in crastinum fundamenta idolorum reperirent. Eodem ietu fulguris igne micante, silvam, quæ ab ipsis eminens cernebatur, ingens ignis ex parte exustam

concremavit, et arbusta eruta ventorum impulsio prostravit. Sed tali timore qui eum Dei homine erant perterriti sunt, ut nullus se posse evadere crediderit, metuentes ut plaga Dei super eos descenderet. Inde frequenter hortabatur suos orationi insistere, et tota nocte in psallendi officio perdurare. Locus enim ille ubi vir Dei Aridius ad manendum diverterat, humiliori loco aliis videbatur, quo cæteri sua tentoria fixerant. Ita enormitate aquæ cuncti sunt madefacti, ut nihil remansisset in vestibus ubi aquæ impetus non perecurrisset: sed sanctus Dei Sacerdos capsulam quam cum sacris reliquiis collo suo appensam portabat, circumspiciens comites, superposito palliolo et stratorio ubi requiescere debuerat, tanquam si solis ardore attactus, ut nullum seussisset locus ille humorem.

XXX. Neque silendum est illud, quod virtuti congruit. Accidit quodam tempore, orto inter duos principes bello, Lemovicum populus regionis civitatis ipsius formidantes mœnia rumpere, et in desolatione redigere et destruere: quibus directis nuntius a rege missus, quorum ditioni populus subderetur, et jam depopulata urbs esset in obsidione. Igitur quidam ex ipsis, Domaricus nomine, qui cum aliis ad occupandam civitatem venerat, sanctum Dei virum aggredditur, solerti cura sciscitans eum, ut quidquid per revelationis spiritum cognoverat, futura prædiceret. Quibus silentio ita locutus est: Quanquam sciam vos regem metuere Theodebertum ^a, hoc scitote quod regnum ipsius nuper auferitur, sed hactenus citius interimitur. Rex autem vester multarum scilicet gentium augmenta adversus illum commovebit, super quem victoria ei donabitur: obsenta videlicet pugna victoriæ fraudulenter decipitur, sed a filiis nepotibusque suis, regnum ipsius traditur gubernandum. Cæteri vero reges, quibus stabilitate regnum stare videtur, interveniente articulo mortis pressi in ignobilitate rapiuntur a sæculo, sed præfatus Domaricus ad bellatores regressus est. Nam quod vir Dei Aridius prædixit, ita postea rei probavit eventus. Sed inter hæc cætera bona, sermo quoque ei sapientiæ atque scientiæ affluenter collatus erat, charitatem et humilitatem super omnia possidebat, famulos quoque non ut servos affligebat, sed benigna charitate diligebat. Quid pluribus immorer? In omni conversatione sua quasi lucifer intra astra cœli refulgens instar **1300** magni lampadis micabat. Semper enim perfectos æmulabatur ad bonum, semperque aliorum virtutes sibi proponebat exemplum. Tardus erat ad loquendum, et velox ad audiendum, eratque eleemosynis dives, charitate longanimis, humilitate sublimis, sermone subtilis, vigil ingenio, promptus eloquio, flagrans studio, utile nempe vas in Christi domo.

XXXI. Plerisque sanctorum convenit esse credendum, ut futura prophetantes per Spiritum prophetiæ aperta consideratione divinitus gesta narra-

^a Is est Theodebertus Chilperici filius, qui, Gundobaldo duce devicto, Lemovices et vicinas provin-

cias diripuit, ut narrat Gregorius libro v Hist. cap. 48, et tandem occisus est a Sigiberti exercitu, cap. 54.

tur. Ita et hic vir Dei, illustrante superna gratia, A per revelationem sancti Spiritus annuntiabat quæ hominibus essent ventura. Quidam vir ex civibus Lemovicum civitatis, cognomento Nectarius ^a, non inops rebus, sed locuples divitiis, unicum habens filium, intelligente beato Dei famulo subito illi mortis imminere incursum. Quapropter vir reverentissimas nuntium direxit parentibus suis, ut antea quam morti pner occumberet, suo præsentaretur aspectui. Tum audito genitrix nuntio prorupit in lacrymis pro sobolis internecone. Interea enim paucis sibi famulantibus beati viri obtemperat jussioni: cumque proficisceretur viam, ut prædicatoris veritas probaretur, vi febrim ingenti attackta pueri membra solvuntur, et demisso capite, clausisque oculis, pene mortuus esse videbatur. Et cum vir sanctus hujus rei exspectaret eventum, cernentes adolescentem esse exanimem, illico erumpentes in fletum vociferantes famuli, qui cum summa festinatione venientes ad Dei hominem properant. Scilicet pietate motus suscipiens puerum exanimem ad reliquias saceratas beati Hilarii antistitis credidit exponendum. Qui pro eo magnis orationibus et precibus Domino commendavit, ut qui quadriduanum Lazarum reddidit vivum de sepulero, huic quoque puero subveniret propitius. Consummata igitur oratione, qui exanimis esse cernebatur, statim restituitur matri incolumis: et quem crediderat mortuum tradere sepulture, eum eodem magno gaudio exsultantes domum revertuntur alacres.

XXXII. Hæc igitur, sed et ana quamplurima his C similia quæ per singula prosequi longum est, plerumque vir Domini Aridius prophetiæ gratia ornatus prænuntiavit. Multa etenim sunt quæ per beatissimum virum omnipotens Deus virtutum opera declaravit, quæ dum sæpius revolvuntur, semper accrescant quæ miraculis intueantur. Sed hæc, videlicet quæ superius, pauca de pluribus comprehensa sunt. In terris degens ut incola, postquam cœlestem acquisivit palmam, ad Christum remeans a sæculi laqueo eductus, non minimum referendum nobis reliquit exemplum, quam vivens potuisset operari in mundo. **1301** Sed nunc longum est per singula virtutum ejus miracula verbis enarrare, præsertim cum liber jam supra modum refertus postulans finem sermonem rejiciat, et ariditas sermonis nostri D attemata, vel longo tramite pene defessa succumbat: non quod omnia quæ de eo narranda erant explicavimus, qui nec ad centesimum quidem ejus virtutum operum attingere potest, quanta in Virum beatum operum honorum ornamenta, quæ sunt maxima et pretiosa supernæ remunerationis contulerit prærogativa. Hoc igitur restat, ut ad finem termini valeamus pervenire. O vere imitabilem virum! o quam præferendum omnibus ejus exemplum! o semen secundum Abraham benedictum! Nempe Abraham benedictio meruit filium, Aridius vero benedictus transfertur in cœleste regnum; Abraham tradit hære-

dem, hic nihilominus hæreditatem; postremo Abraham quod habuit pignus exhibuit, Aridius vero totum quod potuit habere in mundo, Domini scilicet arbitrio juriqque commisit. Sufficiat ergo hæc dixisse. Jam vero, ut spero, etsi rustico sensu sermonem prolixum duximus, quanquam ejus meritis digna præconia nullatenus narrare sufficeremus. Nunc vero tam ad audientium ædificationem dignum esse puto quam et legentium, si quomodo ex hac vita ad Dominum migravit, paucis verbis explicare curavero, adjuvante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat in unitate Spiritus sancti per omnia sæcula sæculorum, amen.

INCIPIT DE TRANSITU SANCTI AC BEATISSIMI ARIDI AB-
BATIS ET CONFESSORIS.

B XXXIII. Igitur enim jam vir Domini senilem ageret ætatem, enim jam mundi adversa cunctosque labores æquanimiter tolerasset, postquam fidelissimæ dispensationis creditæ sibi undique merita cumulavit, post multiplicia misericordiæ opera, post monachorum cœnobiolorumque mancipatum, post dulcia vitæ exemplæ, post bonorum omnium et virtutum miracula declarata; vergente jam ætate, enim antem esset annorum amplius octoginta, sciens jam dissolutionem sui corporis imminere, dixit ad suos monachos: Scitote, charissimi fratres, quia me Dominus de laqueo hujus sæculi in proximo liberare dignabitur. Cum hæc audissent, ex eo sermone cuncti labefacti atque in angorem conversi, cœperunt mœrentes dicere: Non contingat, domine, hoc famulis tuis videre, sed magis annis multis ad ornatum Ecclesiæ Beatitudinem tuam Christus hic vernare permittat. At ille eum lacrymis vel longis inspriis dixit ad eos: Non nostra, sed potius Domini ex hoc fiat voluntas. Porro ad hæc verba cunctis mœrentibus ait: Nolite, quæso, fratres mei, nolite contristari, sed magis gandete et exultate, quia olim hoc tempus desiderabam, hanc remissionem percipere cupiebam. Illis itaque in angorem conversis, **1302** atque suspirantibus, nihilominus et rei ambiguitate detentis, a colloquio cessatum est. Igitur nec mora aliqua, post hæc levissima febris infusa corpori tædiari cœpit. Deinde vocato quodam puero præcepit, dicens: Festina, fili mi, perge cito ad virum illustrem Astidium, diéesque ad eum ut celeri cursu veniat, quia hujus cœnobiî regimini curam post dies obitus mei ipse recipiet. Et rursus ait: Quoniam si moram aliquam fecerit, faciem meam in hac vita jam non videbit. Nuntius quippe jussa complevit, sed præfatus Astidius veniendi causa tarde occurrit. Cum antem adfuisset, virum Dei jam superstitem in hoc sæculo non invenit. Itaque ut vir Dei prædixit, ita postea rei probavit eventus. Interea, ut dicere cœperam, eum vir beatus ultimam decumberet ægritudinem, nec quidem a Dei opere cessabat, honam hanc consummationem virtutum suarum existimans, si ad finem usque perduceret. Pernox enim in orationibus et vigiliis, membris fatiscens, Deo spi-

^a Is est, uti videtur, qui beati viri testamento subscripsit.

ritum et mentem servire cogebat, et nihil lætus cupitum iter expectabat. Igitur cum jam propinquum diem sentiret, congregatis ix Kalendas Septembris discipulis suis, quos jam corpore non spiritu incipiebat relinquere, dixit ad eos : Utinam, dilectissimi fratres, parvitatibus nostris audire sententiam [velitis]! Si vere mei amatores estis, Christi monita amate, Dei tremenda iudicia jugiter formidate. Quales eritis in die iudicii præsentandi sollicita consideratione cavete. Ego enim jam gradior viam meam, sed et ego cupio dissolvi, et, si Dominus permiserit, esse in requie. His ita dictis, cum omnes flerent et ejularent, ait ad eos : Ecce hodie in manus vestras commendo salutem animarum vestrarum : mementote ergo admonitionem meam, et cogitate omnes de vobismetipsis. Hæc quæ dico assidue agite, hæc sapite et retexite, et memoriam meam semper vobiscum retinete. Jam ultra Aridius non erit in hoc sæculo vobiscum. Cum hæc audissent omnes qui circumstantabant, ingenti gemitu et fletu levatis, consona voce omnes flebant, dicentes : Cur nos, pater, deseris, vel, cur tam cito a nobis recedere cupis? Scimus quidem te desiderare Christum, sed salva tibi sunt tua præmia, nostri quoque miserere quos deseris. Absentiam tuam ferre non possumus, quia similem tui nunquam postea habebimus. Doleat tibi, pater, ne tam cito relinquant nos orphanos. Talia quippe eis deflentibus, piissimus ille pastor faciem ubertim lacrymis rigabat : et cum esset pius, nec hos deserere, nec a Christo valebat diutius separari; tandem ergo inter amaras lacrymas resumens verbum, dixit : Nolite ex hoc contristari, et ne, quæso, nolite amplius fletu vexari de abscessu meo; gaudere vos magis oportet quam mœrere, quia etsi corpore absens fuero, spiritu præsens ero. Ego vero si quid agere potui, profectibus vestris militavi; et quanquam ego infelix sim, Dominus autem semper est. Illi vos commendando, ipsique curam vestram **1303** committito. Sed o quidem quia inutilis servus non gessi quod debui, Dominus autem scit quomodo volui. Post hæc quoque verba, vergente jam die, subito procidit in pavimento, et elevatis ad cælum oculis orabat suppliciter gemens atque suspirans : Commendo tibi, Domine Jesu, oves quas mihi credidisti. Commendans igitur Domino cum fenore quod ab ipso acceperat talenti munere, jam vero in extremis positus, vocatis ad se discipulis, amplexusque per singulos, fiens, valedicensque omnibus, ait : Jam ultra non loquar ad vos, faciem meam amplius non videbitis, ideoque valet in pace, et jam me sentite quiescere. Illi itaque qui circumstantabant audientes, nullo quiverant genere temperare a fletu. Vix tamen inter amaras lacrymas hæc verba solimmodo resonabant : Dolemus quidem nostri causa, quod nos solatio abscessus tui destitatis; sed tui causa, Pater optime, consolamur; quia post mundi huius laborem ad requiem vadis æternam. Tunc ille oculis ad cælum elevatis tacitam precem fudit, deinde cum lacrymis ait : Memento mei, Domine, qui solus sine peccato

es, Redemptor mundi, et edue me corpore mortis, et salvam me fac in tuum regnum cœleste : tu es protector meus, Domine, in manibus tuis commendo spiritum meum. Suscipe ergo me secundum magnam misericordiam tuam, et non confundas me ab expectatione mea; sed adjuva me, et auxiliare exitum animæ meæ. Aperi mihi, Domine, properanti januam regni tui, et principes tenebrarum non occurrant mihi, sed clementia tua protegat et defendat, ac manus tua perducatur me in locum refrigerii et consolationis, et vel in ultimo tabernaculo quod præparasti timentibus nomen sanctum tuum. Inter hæc etiam addidit, dicens : Nunc dimitte servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace (*Luc. 11, 29*). Et his dictis inter verba orationis emisit spiritum.

B XXXIV. Cum sancta illa anima carnis sarcina fuisset abjecta, statimque cum esset hora secunda noctis, visus est globus nimia claritate resplendens super ejusdem cellulam de cœlo descendisse, et subito ad sidera desuper penetrare. Hoc igitur ordine sancta ejus anima terrenis contagis liberata, deductibus angelis sanctis, ad suum vectorem revolvit læta. Vir quidem spiritum emiserat, luctus et fletus ad cælum resonabat. Compositum quidem ex more corpus, feretroque impositum, ibidem in psalmis et hymnis totam noctem pervigilem ducunt. Cum autem lux diei fuisset exorta, convenit populi multitudo; etiam cum et ad notitiam pontificis urbis Lemovicinæ pervenisset, quo audito, cum magno fletu celerique cursu occurrens, super corpus sancti viri diutissime flevit, quod eum vivum minime in sæculo invenisset; et mox cum ad ecclesiam sancti Juliani martyris, quam vir sanctus ædificaverat, ubi corpus sacrum jacebat, deportare voluisset, nullomodo feretrum vel paucum levare potuerunt. Decreverat autem vir Domini **1304** Aridius in ecclesia sancti Hilarii antistitis, quam et ipse suo opere ædificaverat, corpus suum sepulturæ tradere. Tunc tristes valde Ferreolus pontifex effectus, indixit jejunium triduanum celebrare cum psallentio. Quod cum ita fieret, ipse cum suis indesinenter per illud triduum celebravit jejunium. Interea cum peractum est jejunium, ait : Si Domini est voluntas, aut sancti huius, ut illic eat quo ego vel plebs hæc cupinius, sine ulla dilatione elevetur. Erat autem locus in secretiori parte. Cumque accessissent ad feretrum, ut eum levare conarentur, tanta mox celeritate levatum est, ut facile a duobus portaretur, quod antea nec a plurimis movebatur. Quod omnes qui aderant eodem pontifice cernentes, cum magna exultatione Christi gloriam magnificabant, dicentes : Magna et mirabilia sunt opera tua, Domine Deus omnipotens. Cumque jam deportatum fuisset corpus ad sepulcrum, omnes qui aderant nullo genere temperabant a fletu; patrem se perdere clamabant, et inter fletus et singultus vix hæc verba promebant : Cur nos, Pater, deseris, et cui alumnos tuos tradis regendos? Igitur corpore ex more tradito sepulturæ, præfatus episcopus reversus est ad propria. Comparatur ita-

que, si placet, exsequiis hujus sancti viri, non dicam funeris, sed potius triumphi, inanis gloria sæculi : conferatur, si potest, etiam virorum divitum pompa huic sacerdoti defuncto æquanda. Illos confusis plausibus turbarum honorat insaniam, Aridium mundi ærumna exutum angeli cum cœlestibus laudibus perferunt ad regna perpetua. Illi post sæculi pompas in tartara trudentur, hic post mundi adversa sinu Abrahæ lætus excipitur. Illi divitiarum opibus oppressi et defuncti præcipitantur in gehennam, Aridius vero elemosynis sublimatus cum sanctis resurgit in gloria. Illi postremum lugent in inferno damnati, Aridius laurcatus exultat Ecclesiæ cum cunctis a sæculo sanctis. Gratias tibi Deus noster, qui reddidisti ei magna pro parvis, et quiescere eum fecisti in gloria sempiterna, et illa evangelica promissione, ubi ait : *Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fidelis fuisti, supra multa te constituam* (Matth. xxv, 21), hic meruit audire : *Intra in gaudium Domini tui*. Et sicut de talibus per Salomonem scriptum est : *Justus de angustia liberatus est* (Prov. xi, 8). Et per Jeremiam scriptum est : *Benedictus vir qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia ejus* (Jerem. xvii, 7). Hinc et David dicit : *In lege Domini voluntas ejus, et erit quasi lignum quod plantatum est secus decursus aquarum* (Ps. 1, 2, 3). Hinc etiam per Isaiam prophetam Dominus dicit : *Ego vocavi eum et benedixi ei, et directa est via ejus* (Isai. xlviii, 15). Hinc quoque in libro Ecclesiastico dicitur : *Timenti Dominum bene erit in extremis, in die defunctionis ejus benedictur* (Eccli. 1, 13). Hinc et alibi scriptum est : *Bonorum laborum ejus gloriosus erit fructus* (Sap. iii, 15), et : *in perpetuum corona ejus triumphat* (Sap. iv, 2). Hæc nos de obitu sancti viri sufficiat narrasse, ut ne legentibus fastidium ingeram. Verum et ejus **1305** vita terminetur, noster quoque terminetur et sermo.

INCIPIT DE MIRACULIS SANCTI ARIDII ABBATIS.

XXXV. Nunc de multis miraculis quæ ad sacratissimum ipsius corpus Dominus assidue ejus meritis operatur, vel pauca de pluribus, quæ in calce ejus obitus ibi Jesus Christus declaravit, pro legentium opportunitate aggrediar, ideoque non valet mens humana in verbis erumpere, quantis mysteriis milites suos superna gratia illustrat. Quidam monachorum de viri sacratissimi cellula, nomine Baudenus, cum instrumentis chartarum, quibus monasterii possessio firmabatur, regionem Burgundiæ adire non distulit. Qui igitur expetens venerabilem et egregium antistitem, Syagrium Æduæ civitatis episcopum, eumque suis precibus imploravit, eo quod honore dignissimus præ omnibus in regis palatio habebatur, ut ejus patrocinio a diversorum æmulatorum insidiis cellula tueretur. Qui scilicet petitionibus præfati monopachi annuens, quæ petivit vir reverentissimus non negavit : sed etiam auctoritate regali instrumenta munivit, et ad regionem remeandi tribuit libertatem. Cumque transissent dies plurimi, et obtenta petitione

A festinaret, oppidum Lemovicæ regionis ingressus est. Quodam die in vico quodam, nomine Ricomago, virum magnificum Nectarium ibidem reperit ; et quidquid petitionibus suis eventus præstiterat, omnia patefecit. Qui dum interea percunctaretur ab ipso, cœpit sermonibus suis vacillare, menteque lapsa, ac furibundo vultu, statimque prorumpens in vocem, causam sui operis silere non potuit, quod adulterii vitio fuerat ludibriose inquinatus. Qui dum frenderet dentibus, et se suis morsibus laniaret, chrismarium quod vir beatissimus Aridius gestare consueverat, et reliquias habere sanctorum, a se concitus excutiens, projecit in terram. Et dum furor ingens illius sedari nullatenus poterat, vinctus custodiae mancipatur. Interea unus e famulis præfati viri, apprehenso chrismario quod a se projecerat, nesciens inter vestimenta reposuit. Qui dum hoc ageretur, constipatis in unum rebus, onerare jumentum cœperunt. Nam cum super ipsum onus elevatum fuisset, sacro pondere constipatus, in terra corruens gressum ultra movere non potuit. Quid plura ? supponitur in alio, qui scilicet suscepto pondere, pari conditione idemque similiter in terra procubuit. Qui dum multis stimulis cruentatus urgeretur, nullatenus reddidit animos erigendi, quousque daretur causa intellecti culpa facinoris patefieri. Igitur dum arctius furoris impetu suæ vesaniæ ageretur, exclamavit quod chrismario, quod se indigne deportasse dicebat, cum suis vestimentis esset astrictus ; et ideo vehiculum non movetur nisi hactenus tollatur, ubi **1306** potius est negligentia culpa. Quod videlicet scrutato marsupio illico repererunt, et pro veneranda devotione ac religione vir sublimis Nectarium puero innocenti cum reverentia honoris superimponit ; statim horarum solvuntur spatia. Præfatus namque Baudenus, cum antequam spiritu perturbaretur, utpote nec alio potest æstimari qui suo sensu non regebatur, coram omnibus extensis gressibus fugam iniit. Qui dum in unius spatio horæ pene duodecimi millia suis pedibus velociter curreret, fatigato corpore, semianimis corruit in terram : cumque a custodibus assecutus fuisset, apponitur mansioni. Exacta namque nocte diluculo consurgens, ad sacratissimum tumulum sancti Martialis cogente immundo spiritu se obtulit præsentandum ; ibique ut professionem sui operis patefecit, expulso maligno spiritu, medclam meruit recipere sanitatis.

XXXVI. Sunt multa et alia, quæ post transitum sancti viri omnipotens Deus operatus est. Hujusmodi causa populis expectantibus, unus e familiaribus ad virum magnificum autedictum velocissimo cursu perveniens, nuntiavit conjugem suam gravi mortis periculo detineri, quem vero admonuit ut festinus adesset, si vellet eam reperire vivam. Qui interea confidens de Domini miseratione, puerum qui chrismarium sancti viri secum detulerat jussit concitus inantea properare. Cumque domum fuisset ingressus, omnis familia in luctu et lamentatione vacabant, eo quod tam repentinae mortis articulo

subfaceret. Quæ scilicet oculis clausis iudicium morituræ ostentu gutturis apparebat, ubi gravissimus exortus fuerat nodus. Quæ etiam jam vocis officio obserato, ac caligantibus oculis, nec virum suum agnoscere poterat. At ubi chrismarium sancti viri collo morientis suspenditur, mors illico fugatur; statim oculi solvuntur in lumine, spiritus halitus saluti pristinae reformatur. Quæ eructans fortiter, ablato gutturis nodo, quod esu non acceperat revomit, et restituitur vitæ cui mors imminabat in januis. Ipsum vero chrismarium vocatis sacerdotibus venerabiliter ad monasterium sancti viri deportatum est.

XXXVII. Sed quis singulatim omnia mirabilia quæ ad sanctum ejus sepulcrum Dominus Jesus Christus operatur assidue, verbis valeat enarrare? Quadam die decreverat mulier se sancti viri præsentia esse videndam, ut referret gratias. Nocturnas vigilias celebrantibus monachis, Babolenus quidam habens filium, nomine Babolenum, qui gravi fuerat membrorum vulnere addictus, deportatus a parentibus, ad tumulum sancti viri exponitur, qui dum in pavimento jaceret, nocte fere media puer prorumpens in voce, sensit membrorum compages locis quibus fuerant dissolutæ adjungi, qui videlicet se erigens e pavimento, solidatis membris stetit super pedibus suis: et qui fuerat manibus exhibitus ad sepulcrum, gressu proprio cum ipso suo parente gavisi, gratias Christo referentes, revertuntur ad propria.

XXXVIII. Intuendum summo opere est quanta omnipotens Deus sanctis suis in hac **1307** vita gratiæ suæ contulit dona, ut ad majorem gloriæ cumulum ad supernam patriam remunerentur post triumphum. Itaque quidam ex monachis, nomine Gaudomeres, de monasterio Ambiacini, quod non longe ab urbe situm est, ipse vero a maligno spiritu detentus, ita ut visum quem cerneret morsu vellet decerpere, et in duabus vinetis catenis deducitur ligamentibus quasi reus ad iudicem. Quadam namque die ad tumulum sancti viri deductus est, ibique redditus sanitati pristinae, ab adversario hoste a quo vexabatur ereptus est, in servitio omnipotentis Dei plerosque convertit. Nam catenæ quibus miser astringebatur, sponte solutæ sunt, ut miraculo duplici patefaceret quod in uno momento catenæ constipatæ confringerentur, atque a dæmonio obsessum divina gratia absolveret, ut liber Deo serviret, cui creatura omnis ingemiscit. Nam si quis exigente causa quæcumque fuerit ob culpam vinetis, vel catenis astrictus, si contigerit ut per agrum publicum, qui basilicæ ipsius proximus est, ducatur ligatus, mox ut contra eandem ecclesiam ventum fuerit, confestim disruptis omnibus vinetis solvitur reus, nec patitur ulterius teneri astrictus.

XXXIX. Mirandis rebus plus adhuc miranda succedunt. Quadam vero die duo muti venientes ad tumulum sancti viri, licet lingua rogare non valebant, sed fide. Peruncti igitur oleo, mox solvitur imperante Domino lingua mutorum, et loqui ceperunt adorantes, et qui effecti fuerant elingues, profertur

A sermoeinantur ad plebem. Electi quippe hoc in munere acceperunt, ut quanto magis virtutibus polleant, tanto etiam indignos se iudicent, ne ad inanem gloriam rapiantur, ut dono non priventur superno. Igitur quatuor viri de diversis provinciis venientes, una cæcitate damnati, tunc prostrati in oratorio expectabant lumen, eventu quærentes sancti viri remedium. Interea dum preces ad sacramentum tumulum offerunt, unanimiter postulantes, illico cæcorum oculos aperit, qui longo jam tempore fuerant clausi, claro lumine adepti, poscentes limina templi.

XL. Multa quidem et alia ibidem jubente superna gratia ejus meritis operantur signa atque virtutes: inter quæ etiam et cicindela exundante ubertim oleo superfunditur. Ex quo etiam sancto liquore multi illic peruncti a diversis sanantur infirmitatibus, et benedicuntur ibi jugiter nomen Domini Dei æterni. Sed et ad ejus nihilominus lectum, qui situs est in monasterii sui prædio, multæ virtutes similiter declarantur. Sed et per diversa loca ubicunque sacra ejus reliquiæ deportantur, vel quo etiam delatæ fuerint plurima signa virtutum, ejus merita revelante gloria Christi, enixius efficiuntur. Quæ omnia et ordine cœnoscimus duximus verbis prosequi, et ideo ea his paucissimis syllabis complexi sumus, quia jam cessare a collatione festinamus. Quæ vero si per singula, ut gesta constant, nunc **1308** enotare curaverimus, et modum paucissimi voluminis excedimus, et pro ipsa forsitan prolixitate fastidium legentibus ingerimus. Quæ vero nos minus enarravimus, palam omnibus fidem præstant, conspicientibus illa multimoda vincula compeditorum, quæ ad ejus sepulcrum in argumento rerum cernuntur appensa. Ex quibus etiam nos aut certe pauca, aut penè nulla commemoravimus, per id duntaxat quod in conspectu omnium apposita, velut nos locum, ita et omnes nos ambigimus nosse. Hæc quidem quamplura infra paucum tempore constant acta. Illa scilicet quæ deinceps per prolixa spatia temporum agenda sunt, qualia vel quanta fiant, quis modo æstimatione comprehendere valet, cum nunquam a Præsulis tumba hodieque restent fieri miracula. Sed quotidie ægri ad tumulum sancti viri veniunt, et ibi excubantes sani efficiuntur; cæci veniunt, et illuminantur; dæmoniaci veniunt, et liberantur; perjuri veniunt, et aut moriuntur, aut etiam a diabolo vexantur; ferro vineti confugiunt, et solvuntur; claudi carrucis advecti, consolidatis gressibus, ad propria incolumes revertuntur. Multæ quidem sanitates ex eo, qui illic crescit, olei liquore perficiuntur. Quanti rursus a frigoribus vel diversis infirmitatibus detenti liberati sunt post transitum beatissimi viri, qui fuerant ab hoste captivi. Nam libelli pagina singulatim non potest adnecti, ut ne infirmioribus fide fastidium præparet, et dubitantibus sermo prolixior promulgetur. Hæc igitur pauca de pluribus dixisse sufficiat, ut quasi de diversis floribus in sanctæ Ecclesiæ sinu redolentes repleta multorum corda credentes, ea capere perfectos fructus valeant, quos mundialis

delectatio non inquinat. Non potest enim et hic gaudere cum sæculo et illic regnare cum Christo; nec duobus dominis servire, Deo scilicet et mammonæ. Deponentes igitur opera tenebrarum induamus arma lucis, quia Creator omnium est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum per Dominum nostrum Jesum Christum Filium suum, qui in Trinitate perfecta vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Testamentum sancti Aredii, licet in ms. Codice sancti Galli non habeatur, hic tamen referre visum est potius quam in appendice, ut polliciti sumus in notis ad caput 29 libri x Historiæ, ubi a Gregorio laudatur. Datur autem nunc primum integrum ex archivio sancti Martini Turonensis.

TESTAMENTUM SANCTI AREDII ABBATIS ATTANENSIS.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sub die pridie Kal. Novembr., anno 11^a 1309 regni domini nostri Sigiberti regis, Ego Aredius presbyter, et Pelagia, sana mente integroque consilio, iudices et arbitros rerumstrarum, metuentes easus fragilitatis humanæ, ne nos subito repentina mortis præveniret occasio, residentes, testamentum nostrum eondidimus, quem ego ipse Aredius manu propria scripsi, et testibus numero eompetenti tradidimus subscribendum. Quod testamentum nostrum, si easu, jure civili aut prætorio, aut cujuslibet legis novellæ eonscriptione, vel veteris valere non potuerit, ad vicem eodicillorum et omnium scripturarum, quæ firmitati consistunt valere jubentur^b. Ut id fiat, detur, præstetur, illibatum in omnibus teneatur, secundum tenorem infra scriptum, quem Christo Domino adjuvante eonstituimus.

Itaque te, sancte Martine Turonensis, judicantes constituimus^c ita ut per præpositum sanctæ ordinationis tuæ basilicæ. Quod vero tibi, vel quidquid unicuique donavimus, aut quod fieri rogavimus, hæc omnia potestate et sancta dominatione tua post obitum nostrum ut fiat et permaneat supplicamus. Ideoque donamus tibi, sancte Martine, per hujus testamenti paginam medietatem Grieciensis^d, aliam vero medietatem cum ædificiis, vel eum omni jure suo, Attano consistentes monachi nostri in perpetuum te, sancte Martine, defensante possideant: ea videlicet ratione, ut ad monasterium, quem Domino inspirante et adjuvante nos fecimus, et monachos quos ibi Deus

^a Alii xvii, sed mendose: non enim tot annis regnavit Sigibertus. Ad ejus autem regnum, id est Austrasiam, Lemovices pertinuisse, non ex hoc solo loco probatur, sed etiam ex utraque hujus sancti Vita, et ex ipso Gregorio, lib. x Hist. cap. 29, ubi in aula Theodeberti regis educatus fuisse Aredius dicitur. Quia et idem patet ex pactione quæ lib. ix cap. 23, integra refertur.

^b Mab., firmiter consistunt, valere jubemus. Mart. b, ad invicem quod cancellorum et firmitate jubentur.

^c Mos., indicantes heredem instituimus. Infra Mab., sanctæ ordinetur tuæ basilicæ... quod vero, etc. Porro ex hoc loco et sequentibus patet origo subjectionis monasterii Attanensis (quod hodie collegium est canonicorum secularium) basilicæ sancti

A per nos peccatores esse ordinavit, aut inantea Deus ordinare jusserit, id est tam de ingenuis quam de servis nostris, tibi, domne Martine, fecimus. ordinandos commendamus; ita ut si exinde, quod absit, quisquam abstrahere de potestate vestra volueris, quæ tibi, sancte Martine, ad loca sancta amore Christi et in tuo honore vel sanctorum ædificata sunt, aliquo malo atque iniquo ingenio, quod Deus avertat, quem regendum gubernandumque dignus haberetur, absque proeuratione sanctæ vestræ basilicæ ordinare aut subdere neglexerit^e, sit per virtutes tuas anathema.

Portionem nostram de agro Sisciacensi^f, hoc est domus et oratorium cum reliquis ædificiis, agris, silvis, pratis, paseuis et accolis [Ed., arcolis], cum omni jure suo, sicut a nobis præsentis tempore possidetur, tua sancta basilica, domne Martine, sed et eommendati monachi 1310 Attanenses, quos sub tuo patrocinio vivere sancimus, et qualiter Deum propitium habeatis, et mancipiola vobis ex ipso fundo Siseiacum tibi, domne Martine, atque tuis monachis eondonavimus, quod est ad partem basilicæ tuæ, aratores tres, Parminum, Talasium et Claudium, seu et reliqua mancipia nostra, vel quæcumque nobis debita servitute debentur, exceptis illis qui jam liberi sunt, Clara scilicet et Marcia: Ursacium cum uxore et filiis similiter tibi ad servitutum donamus, ea vero eonditione, ut quaternos aripennos vineæ colant.

Cellam^g quoque nostram in honore sancti Medardi dedicatam, quæ sub Gaudomaro [Al. Gandomoro] sita esse videtur, et vulgo Exidolium appellatur, cum omnibus suis pertinentiis monachi Attanenses, te, domne Martine, defensante, possideant. Nonniaeum^h domum nostram eum ædificiis, vineis, silvis, pratis et pasenis, vel cum omni jure suo, similiterⁱ Luciaciaco, Mareomonte, eum vineis, vel omni jure suo, secundum quod a nobis est Deo propitio possessum, monachi nostri Attanenses ut per te, sancte Martine, habeant volumus, et, te defensante, ut possideant rogamus, eum mancipiis, his nominibus, Parminio cum uxore et filiis, Leomere cum uxore et filiis, Armedio cum uxore et filiis, Rustico eum uxore et filiis, Claudio, Silvio cum uxore et filiis. Hi enim similiter quaternos aripennos vineæ monachis colant, uxores vero eorum decenos argentes singulis annis monachis suprascriptis nostris Attanensibus de-ol-

Martini.

^d Mart. b., Grieciensis cum omni jure suo; aliam in Attano consistentes. In Mart. a deest in Attano.

^e Mss., dignare haberetur, et tuæ piæ sanctæ proeurationis, vestræ præpositus sanctæ basilicæ ordinare aut studere neglexerit.

^f Mos. semper Fisciensi.

^g Hic articulus deest in Mart. a. Exidolium, vulgo Exidenil, castrum est vicinum Attanensi monasterio, quod passim memorat Gaufridus, prior Vosiensis, in Chronico.

^h Sic mss.; at Mos., Homacum, Mab., Memacum. Memac locus est monasterio ordinis Benedictini illustratus.

vant, et nihil amplius ab eis ullus ullo tempore exigere præsumat. Peculiaria vero eorum, campellos et vineolas, nullo inquietante possideant, ea vero conditione, ut nec vendere, nec alienare præsument. Scauriniacum ^a vero domum nostram, quæ portio nostra dicitur [Al., debetur], præter id quod dedimus, vel id quod vendidimus, cum vineis, pratis, silvis et pascuis, medietatem basilica tua, domne Martine, hæres instituta recolat ^b, et medietatem monachi nostri Attanenses per te ut habeant, humili supplicatione deposcimus. Eufrasium et Meroalidum vitatores vineæ [Al., basilicæ] tuæ deputavimus, domne Martine, ea vero conditione, ut quaternos arpennos vineæ colant et deligant [Al., dirigant].

Valentinianum pariter monachis supra scriptis deputamus, ut et ipse quatuor arpennos vineæ colat ^B monachis, et nihil amplius. Uxor **1311** sua Subfronia, et filios, si habuerint, in libertate permaneant. Basilica sancti domni Martini dedimus portionem nostram ex fundo Rosiaco ^c, domum nomine Juliaco ^d, cum omni jure suo. Similiter et dono Genuliacum cum ædificiis, pratis, silvis et pascuis, vel omni jure suo, sancto Martiali volumus esse donatum. Et de Scauriniaco, vineæ cultæ arpennos quinque, quos Provincianus vitator coluit, et in Negiaco vineæ cultæ arpennos quos pro oblata nostra donamus, ut servientes sancto Martiali vel matriculæ suæ per sanctum hæredem nostrum accipiant. Area cum domo nostra intramuranea Lenovicinæ civitatis cum ingressu et regressu ejus, basilica tua, sancte Martine, et monachi nostri Attanenses æquali successione possideant. Similiter in Issandone castro ^e arcem intramuraneam cum domo nostra simili æquitate possideant [Al., possidete].

Eustriaco portionem nostram Florentiæ et filiis suis volumus esse donatam, et liberi nostri, quorum nomina sunt inferius comprehensa, sub defensione tua, sancte domne Martine, consistant; id est Castorio cum uxore sua Linphasia, Octardo cum uxore sua Exsuperia, Aquilino et Pascentio cum uxoribus eorum et filiis, Mallostæ cum uxore sua, Antedia cum filio suo, Leotcharo cum uxore sua Gaudiosa, Gariabauda cum uxore sua, Faustino cum uxore sua Ermentaria, Joanne cum uxore sua et filiis, Marometo cum uxore sua Sanctonidia, Frontino cum uxore sua et filiis, Antonia ^f, Ninasio cum uxore ^D sua Maria, Majoriano cum uxore sua Gerontia, Leoneto cum uxore sua Bajola, Basilo cum uxore sua

A Avencia, Manricio cum uxore sua Margaridia, Saneldo cum uxore sua Marcella, Leontio cum uxore sua Euminta, Urretia, Eulia ^g, quam redemimus captivam, Romana cum filiis, filios Burgoneri, Frontasio cum filiis. Hildemodum cum uxore et filiis liberos esse jubemus, cum campellis et vineolis eorum, vel quantumcumque peculiaria habent, aut habere potuerint inantea volumus esse concessum, ea tamen conditione, ut de campellis vel vineis vendere nec donare habeant potestatem. Proculam et Macedoniam similiter ibidem deservire jubemus, necnon et mancipiola hæc, et agnitio ^h eorum inferius comprehensa, decernere servi nostri jubemus, Solemio cum uxore sua et filiis, Maurenciano cum uxore sua Valeriana, Aligilio cum uxore sua Basilia, Aliasonio cum uxore sua Florentina, Specia cum uxore sua Eugeria [Al., Eugenia], Lupicino cum uxore sua Hoctorecia cum filiis, Francardo cum uxore **1312** sua Orogia cum filiis, Amareto cum uxore sua Savina, Frangomere cum uxore sua Leoboda, Partenio cum uxore sua Mariosa, Sonulfo [Al., Ronulfum] cum uxore sua Animia et filiis. Agnitionem eorum diximus, sed et aliquos ex ipsis liberos fecimus: hi vero cum campellis eorum, et vineolis, vel quidquid habere ⁱ videntur, aut adhuc venire potuerint habere decernimus, ita ut singulis annis terna pondo carræ inferant nostro, et singulis mensibus culogias vicissim ad missas nostras revocent, et inferant in altario quinos argenteos, et donent exenno ^j secundum quod paupertas eorum parare potuerit: nihil amplius ab eis aut a basilica sancti Martini, aut a monachis nostris requiratur, quam quod scriptum est implere debeant.

Et istos liberos nostros et liberas nostras, quos nobis bonæ memoriæ genitor noster Juendus ^k per testamentum suum commendavit, similiter et filios quos pro remedio [animæ] bonæ memoriæ fratris [Al., filii] nostri Eustadii liberos fecimus, tibi, sancte Martine, defendendos commendamus. Et si quis eis amplius præter hoc quod eis injunctum est, in quolibet inquietare aut dominare voluerit, tu, sancte Martine, defendas. Nam et mulieres istas, quas inferius ascripsimus, id est Baudonidia ^l cum filiis suis, Habenda, Allovera, Fraterna, Amasonia, Artenia, Susanna, Proba, Probatia, Frotavia, ut singulis annis singulos trientes monachis nostris dissolvant, et nullus eis magis requirere præsumat, ne incurrat quod supra comprehensum est. Caballos et jumentis

^a Mab., *Cauriniacum*. Mos., *sanctum Caurimacum*.

^b Mab., *Martine, habeat [sicut] instituto hoc recollitur*.

^c Mos., *Rosiaco*. Et quidem hic videtur designari *Moutier-Rouseil*, ubi monasterium exstitit jurisdictioni sancti Martini omnino subjectum, uti hodieque subsistit, licet in collegium canonicorum conversum, et Albussonium nuper translatum.

^d Sic Mart. et Mos.; alii *Viliaco*. Mos., infra, *Genuliacum*.

^e Castrum est ad Viscram situm, vulgo *Issandon*.

^f Alii, et filii Antonia.

^g Alii, cum uxoribus suis *Cumina, Ursecia, Lucia*.

^h Sic quoque pro *Agnatio* scribitur in legibus Visigothorum.

ⁱ Alii, aut adhuc habere potuerint, et possidere decernimus.

^j Alii, terna pondo terræ inferant, afferant nostra, et in singulis mensibus singulos condomas vicissim missas nostras revocent. Mabillonius legendum suspicatur, terna pondo ceræ inferant monasterio, seu cameræ inferant monasterii.

^k Sepultus est in ecclesia sancti Michaelis Pistoriensis in suburbio Lemovicensi, quæ ecclesia hodieque sancti Martini jurisdictioni subjecta est.

^l Al., *Lindonidia... Abenda*.

cauda nostra, seu vaccas, oves et boves, et porcos, lecturia, mensilia per domos, vel quidquid per cellaria aut areas nostras post obitum nostrum invenerit ordinator sancti Martini, medietatem pauperibus eroget, et aliam medietatem monachi nostri supra scripti percipiant.

Adlimus etiam mancipia, quæ colonaria appellantur, et nobis tributaria esse perhibentur [At., debentur] medietas ad basilicam tuam, domus Martine, et alia medietas monachis nostris proliciat, et reddant omnes singulis annis trientes. Hoc est Eulodio cum filiis qui nobis esse debentur, Renchardo cum filiis, Friardo cum filiis, Amanda cum filiis, Gundemero sine [Ed., cum] filiis, Dominica cum filia. Ideo præfata mancipia his sanctis locis donavimus, ut ipsorum merces nos peccatores [liberet].

Quod unusquisque locus sanctus constitutus ibi habeat ministerium ^a declaratum, **1313** rectum duximus inserendum: id est turres quatuor, coopertorios holosericos tres, calices argenteos quatuor. Duo sunt ausati, comparati solidis tricenis. Nam ille medianus præ auro fabricatus valet solidos tricenos, et ille quartus valet solidos tredecim. Patenam argenteam valentem solidos septuagenos duos. Coopertoria holoserica quatuor, unus valet solidos tricenos, alius solidis sexdecim, tertius solidis quindecim, quartus solidis quadragenis quinque. Duo ex ipsis auro sunt fabricati. Item coopertorium lineum ornatum valens solidis quatuor, pallas corporales quatuor, coopertorios holosericos tres, minores quinque, et pallas, tribunalia [At., tribunæ] in basilica valentia solidis duodecim, et alia quotidiana valentia solidis sex, et alia quotidiana quæ sunt ante altare valentia solidis quinque. Vela ornata de ostio majore valentia solidos tres. Alia vela de ipso ostio valentia solidos tres. Item velum ad ostium minus valens solidos duo. Item velum pictum valens solidos quinque. Similiter in oratorio sancti Hilarii coronam cum cruce argentea deaurata cum gemmis pretiosis, plena reliquiis sanctorum domnorum, et suo ornatu, valentem ad arstationem solidos centum, habens corona illa in se pendentia folia ex auro et gemmis facta numero octo; et in illa cruce similes factæ duæ, et mimitatæ gemma grande circumcirca auro, et subtus crucienta ex auro, et gemmulenas octo. Pallam holosericam cum suo ornatu valentem solidos duodecim. Item pallam super altariolo sancti Hilarii linitam auro, et margaritis fabricatam, valentem solidos triginta. Velola per ipsius oratorii parietes tria holoserico ornata, valentia solidos octo. Item pallam super altariolo domno Hilario quotidianam, valentem solidos duo. Item velum in domo Hilarii dramioserico, valens

solidos quadraginta. Item in domno Maximino velolatri. Ante altare unum vermiculum, valentem solidos duo, et illa alia duo, valentia solidos tres. Et item pallam vermiculam in domno Juliano, valentem solidum unum. Pallam quotidianam in domno Maximino holoserico ornatam, pallas corporales in domno Hilario vel velola ad ostia quotidiana. Item ad pallas super sepulcro sancto ^b holoserica duo, valentia solidos sexaginta. Item pallas super sepulera quinque Achaica exornatas, valentes solidos quindecim. Item pallam profadatam [At., prosericam], valentem solidos duo. Item aliam profadatam, valentem solidum unum. Vela ante ipsa sepulera duo, valentia solidos quinque. Hæc omnia et ornata sanctorum, vel quidquid super sepulera nostra martyrii Attanensis sanctorum, id est **B** Scipionem diaconem et Aventiolum, quos instituimus ipsis custodiendum et studendum ante sanctos, et domno nobis Nicetio diacono sancti Martini consignavimus, simul et de Sisciaco oratorio tribunalia duo valentia solidos quatuor, vela ad ostia tres, valentia solidos sex; turres, calices, pallas et **1314** coopertoria prædictis martyriis ad custodiendum tradidimus.

Nam et adhuc adjuramus præpositum sancti Martini et monachos nostros Attanenses per corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi et merita omnium sanctorum, ut in oratorio sancti Hilarii ^c, in cella mea, quinta feria, omni tempore, maturius matutina et missa sanctorum domnorum a monachis ibidem revocetur. Et tectos sanctorum reparari, cum **C** necesse fuerit, jubeatis, hoc est Attano et Sisciaco, admonentes et monachos, et liberos et servos et accolos nostros, ut ipsa loca sancta omni tempore sint munita, sicut mos est, hoc videlicet compositum sicut reliquerimus, sic etiam conservetur ut oportet in Domino Jesu Christo. Illi vero qui nobis vel monasterio atque congregationi nostræ deservire noluerint, a rebus omnibus nostris, tam nobis superstitionibus, quam post obitum nostrum habeantur extranei.

Attanenses ^d si nobis vivis, monachis Vosidensibus solatia, sicut placuerit, præbuerint, Fextoialo portionem nostram et centum arpennos terræ in Sisciaco prona voluntate donamus; sin vero renuerint solatia præbere, quod eis a nobis donatum est, basilicæ tuæ, sancte Martine, et monachi Attanenses tibi **D** commendata omnia revoces in perpetuum possidendum.

Quidquid vero in hoc Testamento nostro fortasse non comprehensum est, aut ut poni debuit, excessit: si terrula, aut aliqua res mobilis inventa fuerit, ab hærede nostro domno Martino omnia sibi vindicanda revocet. Si mancipiola remanserint, et inventa fue-

^a Id est, supellectilem sacram.

^b Sic Mos.; at Ms., *nostro*; et infra Mos., *quinque auro exornatas*. Sanctum Maximinum Aredius suis patronis accensebat, quod diu Treviris fuisset moratus.

^c Petierat Aredius corpus suum in oratorio sancti Hilarii sepeliri, ex ejus Vita, cap. 34

^d Mss.: *Attanensis nobis vivis monachi Vosidensi*

solatia sicut placuerunt præbuerint. Locus est omnino corruptus. In exemplari Vosidensi plura interseruntur ab Aredio et Pelagia Vosidensi monasterio data, quæ videsis tomo II Analect. Mabillon., pag. 66. Vosidense monasterium, vulgo *Vigeois*, ad Vigeannam apud Lemovices olim abbatia, tum prioratus sancti Martialis Lemovicensis, cui præfuit Gaufridus Chronici Vosidensis auctor.

riat foris testamentum, tam qui chartulas libertatis extenderint, quam qui non habuerint, defensante sancto Martino, in libertate permaneant. Et quicumque per chartulas manus nostræ subscriptione firmatas dedimus, omnino valere præcepimus. Si quis autem contra hoc testamentum nostrum venire voluerit, aut aliud quam quod deliberatione nostra ista geritur, ire tentaverit, et hic et in æternum per virtutes sancti et beati domni Martini sit excommunicatus et anathematizatus, et veniat ei illa maledictio, quam psalmus cvm continet in Judam Scariotis. Si quæ litteraturæ aut caraxaturæ inventæ fuerint, nos eas fecimus, dum testamentum nostrum sæpius relegimus, idque emendare decrevimus.

A **AREDIUS**, in Christi nomine peccator presbyter, testamentum nostrum scripsi, relegi, et subnotavi, die et anno quo supra. **PELAGIA** testamentum nostrum relegi et subscripsi die et anno quo supra. **ALSTIDIUS**, rogante domino meo Aredio, et Pelagia, testamentum nostrum ab ipsis factum subscripsi. **1315** **CALPURNUS**, rogante domino meo Aredio et Pelagia Testamentum hoc subscripsi, die et anno quo supra. **LEO** rogatus a domino Aredio et Pelagia Testamentum hoc confirmavi, die et anno quo supra. **NECTARIUS** **1316** hoc Testamentum confirmavi, rogante domino Aredio et Pelagia.

Sign. † Aidelfi subdiacono.

B Sign. † Nectari testis.

APPENDIX AD OPERA SANCTI GREGORII TURONENSIS,

COMPLECTENS ANTIQUA MONUMENTA QUÆ AB EO LAUDANTUR,
AUT EJUS OPERA ILLUSTRANT*.

**CARMEN SANCTI DAMASI PAPÆ DE SANCTIS MARTYRIBUS
CHRYSANTHO ET DARIA** ^a.

(Ex Sarazanio.)

Illic votis paribus tumulum duo nomina servant,
Chrysanthi, Dariæ, nunc venerandus honor.
Effera quem rabies, neglecto jure sepulcri,
Sanctorum tumulos præda furentis erat.
Pauperis ex censu melius nunc ista resurgunt,
Divite sed voto plus placitura Deo.
Plange tuum genus sæva nefas, periere furones,
Crevit in his templis per tua damna decus.

INSCRIPTIO IN ABSIDA SANCTI PANCRATII ^b.

(Ex Annl. Mabillon, tom. IV.)

OB. INSIGNE. MERITUM. ET SINGVLARE. BEATI. PANCRATII MARTYRIS. BENEFICIUM. BASILICAM. VETUSTATE. CONFECTAM. IEXTRA. CORPUS. MARTYRIS. ENGLECTI. ANTIQUITATIS. ^c EXSTRUCTAM. HONORIUS. EPISCOPUS. DEI. FAMULUS. ABRASA. VETUTATIS. MOLE. RUINAQUE. M NANTE. A FUNDAMENTIS. NOVITER. PLEBI. DEI. CONSTRUXIT. ET. CORPUS. MARTYRIS. QUOD. EX. OELIQUO. AULÆ. JACEBAT. ALTARI. INSIGNIBUS. ORNATO. METALLIS. LOCO. PROPRIO. COLLOCAVIT.

TESTAMENTUM PERPETUI TURONENSIS EPISCOPI ^d.

(Ex Spicil. Acheri. t. V.)

1317 In nomine Jesu Christi, Amen. Ego Perpetuus peccator, Turonicæ Ecclesiæ sacerdos, abire nolui sine testamento, ne fraudentur pauperes iis quæ superna gratia mihi non merito liberaliter et amanter contulit; et ne, quod absit, transeant ad alios quam ad Ecclesiam sacerdotis bona.

Presbyteris, diaconibus et clericis Ecclesiæ meæ

pacem Domini Jesu Christi do, lego. Amen. Confirmo hoc, Domine, quod operatus es in nobis; nesciant schismata; stabiles in fide permaneant; quicumque regulam Evangelii fuerit secutus, sit benedictus omni benedictione spiritali in supernis per Christum Jesum, amen. Et Dominus Jesus occidat impium vento oris sui, amen, amen. Pax Ecclesiæ, pax populo, in urbe, in agro, a Deo et Patre Domini Jesu Christi, amen. Veni, Domine, et noli sustinere, amen. Vobis itaque presbyteris, diaconibus et clericis Ecclesiæ meæ, cum consilio Agilonis comitis, sepeliendum cadaver mortis hujus ubicunque elegeritis, permitto; scio quod Redemptor meus non moritur, et in carne videbo Liberatorem meum, amen. Tamen si indigno mihi feceritis misericordiam, quam supplex postulo, optarem ad domni Martini pedes in diem quiescere judicii: videritis, judicabitis, eligetis; volo, statuo. Rarum jubeo quod vobis dominis et fratribus meis placuerit.

C in primis itaque ego Perpetuus, volo liberos esse liberasque homines et feminas quotquot habeo in villa Saponaria, quos emi de meâ pecunia, ut et pueros quos in die discessus mei non manumisero in Ecclesia; ita tamen ut libere serviant, quandiu **D** vixerint **1318** Ecclesiæ meæ, sed absque servitute ad hæredes transmissibili et glebatica. Do etiam Ecclesiæ meæ agrum, quem Aligarius mihi vendidit in dicta villa Saponaria, cum stagno. Item molendina supra Carum prope dictam villam, nec non pecuaria, et prata ipsi Ecclesiæ meæ do, lego. Villam de Bertiniaco cum silva et omni reditu, ea conditione, qua mihi a Daniele diacono vendita est, Ecclesiæ meæ pariter do, lego; ita tamen ut de eorum proventibus oleum pareretur pro domni Martini sepulchro indeficienter illustrando: quod si fuerit neglectum, et voluntas mea, quod non spero,

^a Vid. lib. 1 de Gloria martyrum c. 58, in fine. Edit.

^b Vide lib. 1 de Gloria martyrum, cap. 59, not. ^c col. 74. Ed.

^c Forsan, *Antiquitas*.

^d Vide lib. x Hist. Franc. cap. 51, in fine num. 6, col. 567. Ed.

* Hanc appendicem ex integro recudere non sumus veriti, etsi nonnulla in aliis Patrologiæ locis edidit jam vel edenda contineat. Lectori enim gratis-

sinum fore duximus, si uno tenere sub oculos haberet Gregorii opera necessariunquæ eorum supplementum. Edit.

cassa, dicta villa de Bertinaeo cum adjunctis, hæredibus meis mox nominandis cedat, volo, statuo, jubeo. Quidquid et quoquo in loco, et a quacunque persona fuerit mihi debitum, quo die abcessero, debitoribus ipsis do, lego. Exigere quod dimitto nullus præsumat, volo, statuo. Tibi fratri et consecratori dilectissimo Eufonio thecam ex argento de reliquiis sanctorum do, lego. Illam intelligo quam deferre solebam. Nam deauratam aliam, quæ in capsario meo cum duobus calicibus aureis, et cruce similiter aurea, quam Mabuinus fecit, Ecclesie meæ do, lego. Simul et omnes libros meos, præter Evangeliorum librum, quem scripsit Hilarius quondam Pictaviensis sacerdos ^a quem tibi Eufonio fratri et consecratori dilectissimo cum præfata theca do, lego, volo, statuo. Memor esto mei, amen.

Ecclesie sancti Dionysii de Ambasciaco ^b calicem argenteum, et crucem similiter argenteam, in ejus mambrio est reliquia de eodem sancto Dionysio, do, lego.

Ecclesie de Proillio similiter calicem argenteum et urceos [*Forsan*, urceos] argenteos do, lego. Similiter et Amalario ibidem presbytero capsulam **1319** unam communem de serico, item peristerium, et columbam argenteam ad repositorium, nisi maluerit Ecclesia mea illam qua utitur eidem Amalario transmittere, meam retinere: tibi Ecclesie meæ eligendum permitto, volo, statuo.

Sorori meæ Julię Perpetuæ crucem parvam auream ex emblasmate, in qua sunt de reliquiis Domini, do, lego. Quam tamen obnixè rogatam velim, ut si forte, jule te Domino, eam contingat migrare ante Dadolenam virginem, Ecclesie meæ ei possidendam relinquat. Te etiam rogo, soror Dadolena, ut moriens eam Ecclesie quæ libuerit addicas, ne veniat ad indignos. Quod si transeat Dadolena ante te, sit tibi liberum, charissima soror Fidia Julia Perpetua, prædictam crucem cui volueris Ecclesie relinquere, volo, statuo. Memor esto mei, dilectissima, amen.

Tibi Agiloni comiti ob egregia tua in Ecclesiam meam, et pauperes filios meos merita, et ut pergas eorum defensionem robuste suscipere sicut cœpisti, equum meum parabilem, et mulum quem elegeris do, lego. Memor esto mei, fili dilectissime, amen.

Ecclesie sancti Petri peristromata, quæ ei ad utendum in natali ejusdem sæpe concessi, omnino et absolute do, lego. Tibi fratri et consecratori charissimo, de quo Dominus providebit regenda post discessum meum Ecclesie, nunc meæ, tunc tuæ; aut potius nec meæ nec tuæ, sed Christi, do quidquid ad usum episcopalem de rebus meis volueris eligere in camera et sacario vicino. Quod nolueris, hæredum meorum nominandorum esto. Presbyterum de Malleio, eumque de Orbona ad gradus, nude merito dejecti sunt, nunquam restitue. Sportulam tamen habeant quandiu vixerint super parte reddituum meorum de Preslao. Quod supererit, cum parte illa quam utendam fruendam illis concessi, postquam obierint, et tibi utendum fruendum relinquo, post discessum tuum

^a Vidimus nuper in bibliotheca cathedralis ecclesie Turonensis codicem litteris Saxonice ante annos mille scriptum, quem occasione, ut conjicere licet, hujus loci aiant manu sancti Hilarii exaratum fuisse. At tantæ antiquitatis non esse præter characteris formam probat inscriptio codici præfixa, quæ codicis tempus videtur designare. In ea quippe laudatur sancti Innocentii ex Thebæorum legione martyris inventio, quæ, ut ex Surio ad diem 22 Septembris patet, contigit tempore Protasii Octodurensis seu Sedunensis episcopi, qui concilio Cabilonensi anno circiter 650 interfuit. Qui et in Codicis hinc scriptor nomen suum prodit. Sic habet prima inscriptio litteris majusculis exarata: *Deus, innocentie verus amator, longe post passionem sacra-*

^A Ecclesie meæ do, lego. At tu, frater et consecrator charissime, presbyteros, diaconos, clericos, virginos, meos, tuos, ama, exemplo juva, benevolentia preveni. Fac ut sciant se tibi filios, non servos; te illis patrem, non dominatorem, rogo, volo, statuo.

At vos, viscera mea, fratres dilectissimi, corona mea, gaudium meum, domini mei, filii mei, pauperes Christi, egeni, mendici, ægri, viduæ, orphanæ. Vos, inquam, hæredes meos scribo, dico, statuo. His quæ supra detractis, quidquid in bonis habeo, sive in agris, pascuis, pratis, nemoribus, vineis, mansis, hortis, aquis, molendinis; sive in auro, argento, et vestibus, ceterisque rebus de quibus me disponisse non constabit, hæredes esse vos jubeo. Et ut omnia per discretionem administrantur, volo ut distrahantur quamprimum obiero, et fieri poterit, et in pecuniam redigantur, ejus tres partes fiant. Homini bus egenis doæ distribuuntur, ut placuerit Agrario presbytero et comiti Agiloni; tertia viduis et pauperibus feminis, uti **1320** placuerit virgini Dadolenæ, distribuatur, volo, rogo, statuo.

Testamentum hoc manu propria scriptum relegi et subscripsi ego PERPETUUS Kalend. Maias post consulatum Leonis minoris A. Illud tu, Delmati fili, apud te depositum serva, et cum alio simili mea pariter manu scriptum et subscriptum, quod apud Dadolenam deposui, Agiloni comiti coram fratribus meis presbyteris, diaconibus et clericis aperiendum et legendum trades, in nomine Domini volo, rogo, statuo, fixum ratumque sit. Benedic, Domine; veni, Christe Jesu. Ego PERPETUUS in nomine tuo. Amen.

Epitaphium ejusdem.

Culmina sublimi tollunt quæ vertice cristas
Eximius meritis Perpetuus iherat
Domno Martino, ejus sub marmore pausant
Ossa, veneratur quæ pia plebs precibus.
Hæredem scripsit Christum, atque aurea multa
Sacrandi Domini vasa cruore dedit.
Transmisit cœlo quæ plurima cessit egenis,
Fecit et ante suas scandere divitias.
Clarus avis, atavisque potens, fuit atque senator,
Clarius at sua dum pauperibus tribuit.
Sed neque Martino soli tam grande sepulcrum
Construxit, tumulum fecit et esse sumum.
Et licet ante pedes Martini contumuletor,
In cœlo simili gaudet uterque loco.
Respice de superis super hoc, bone pastor, ovili,
Perpetuusque tuam perpetua patriam.

EPITAPHIUM SANCTI ABRAHÆ ^c.

(Ex Apoll. Sidonio, lib. vii, epist. 17.)

Abraham sanctis merito sociande patronis,
Quos tibi collegas dicere non trepidem.
Nam sic præcedunt, ut mox tamen ipse sequare,
Dat partem regni portio martyrii.
^D Nam ad Euphratem, pro Christo ergastula positis,
Et quinquentium vineula laxa fame,

tissimæ legionis Innocentii, undas Rodani fluminis famulante, revelavit martyris Innocentii inclita membra. In fine autem: *Ego Holandus, mihi Trinitas miserator, amen. Precor vos omnes Christiani, ut pro me communionem Domini diprecemini peccatur, etc.* Ex hoc autem Codice patet Protasium Sedunensem, Domitianum Genavensem et Gratium Augustanum, qui sancti Innocentii inventioni interfuisse memorantur, in vulgatis harum sedium catalogis extra suum ordinem locatos esse.

^b Hodieque superest hæc ecclesia Ambaciensis (*Amboise*) sancto Dionysio sacra, cum parochiali titulo et prioratu, monasterio sancti Juliani Turonensis subjecta.

^c Vide Greg. Vit. Patr. cap. 5, in fine. Ed.

Elapsus regi truculento Susidis oræ,
 Occiduum properas solus adasque solum.
 Sed confessorum virtutum signa sequuntur.
 Spiritibusque malis fers, fugitive, fugam.
 Quaque venis, leniurum se clamat cedere turba,
 Damonas ire jubes exsul in exsilium.
 Expeteris cunctis, nec te capit ambitus ullus,
 Est tibi delatus plus onerosus honor.
 Romuleos refugis Byzantinisque fragores,
 Atque sagittifero mœnia fracta Tito.
 Murus Alexandri te non tenet, Antiochique,
 Spernis Elisææ Byrs ea tecta domus.
 Rara paludicolæ tenuis populosa Ravennæ,
 Et quæ lanigero de sue nomen habent.
 Angulus iste placet, paupertinusque recessus,
 Et casa cui culmo culmina pressa forent.
 Edificas hic ipse Deo venerabile templum,
 Iose Dei templum corpore facte prius.
1321 Finiti cursus isthuc vitæque viæque,
 Sudori superest dupla corona tuo.
 Jam te circumstant paradisi millia sacri:
 Abraham jam te comperegrinus habet.
 Jam patriam ingrederis, sed de qua decidit Adam,
 Jam potes ad fontem fluminis ire tui.

EPISTOLA THEODERICI REGIS AD CLODOVEUM. GRATULATUR
 OB REPORTATAM IN ALEMANNOS VICTORIAM^d.

(Cassiod. l. II, epist. 41)

Luduin regi Francorum Theodericus rex Italia.
 Gloriosa quidem vestræ virtutis affinitate gratulamur,
 quod gentem Francorum prisca ætate residem, felici-
 ter in nova prælia concitastis: et Alamannicos popu-
 los, causis fortioribus inclinatos, victrici dextera
 subdulistis. Sed quoniam semper in auctoribus perli-
 dæ reseccabilis videtur excessus; quia et primariorum
 plectibilis culpa omnium debet esse vindicta, motus
 vestros in fessas reliquias temperate: quia jure gra-
 tiæ mercentur evadere, quos ad parentum vestrorum
 defensionem respicitis confugisse. Estote illis remissi,
 qui nostris finibus celantur exterriti. Memorabilis
 triumphus est Alamannum acerrimum sic expavisse,
 ut tibi eum cogas de vitæ munere supplicare. Sufficiat
 illum regem cum gentis suæ superbia cecidisse; suffi-
 ciat innumerabilem nationem partim ferro, partim
 servitio subjugatam. Nam si cum reliquis confligis,
 adhuc cunctos superasse non crederis. In talibus cau-
 sis accipe frequenter expertum. Illa mihi feliciter
 bella provenerunt, quæ moderato fine peracta sunt.
 Is enim vincit assidue, qui novit omnia temperare,
 dum jucunda prosperitas illis potius blanditur qui au-
 steritate nimia non rigescunt. Cede itaque sanxiter
 genio nostro quod sibi gentilitas communi remittere
 consuevit exemplo. Sic enim fit ut et meis petitioni-
 bus satisfecisse videamini, ne sitis solliciti ex illa
 parte quam ad nos cognoscitis pertinere. Quocirca
 salutantes gratia, honore et affectione, qua dignum
 est, illum et illum legatos nostros ad excellentiam
 vestram consueta charitate direximus, per quos et
 sospitatis vestræ iudicium, et speratæ petitionis con-
 sequamur effectum. Quædam vero que ad nos pro
 vestris utilitatibus pervenerunt, per harum portitores
 verbo insinuanda commisionus; ut cautiore effecti
 optata possitis victoria constanter expleri. Vestra si-
 quidem salus nostra gloria est: et toties regnum Ita-
 liæ prolificere iudicamus, quoties de vobis læta cognos-
 cimus. Citharædum etiam, arte sua doctum, pariter
 destinamus expectum, qui ore manibusque consona
 voce cantando, gloriam vestræ potestatis oblectet:
 quem ideo fore credimus gratum, quia ad vos eam
 iudicastis magno opere dirigendum.

^a Id est, Persiæ.

^b Mediolanum.

^c Eufrates ex Eden paradiso fluit.

^d Vide sancti Gregorii Historiam Francorum lib.

A EXCERPTA EX EPISTOLA AVITI VIENNENSIS EPISCOPI
 AD CLODOVEUM REGEM^e.

(Ex Sirmondo.)

1322 Vestræ subtilitatis acrimoniam quorumam-
 que, etc. Siquidem et occiduis partibus in rege non novi
 novi jubaris lumen effulgorat, cujus splendorem con-
 grue Redemptoris nostri nativitas inchoavit: ut con-
 sequenter eo die ad salutem regenerari ex unda vos
 pareat, quo natum redemptioni suæ cœli Dominum
 mundus accepit. Igitur qui celebris est natalis Domini,
 sit et vestri. Quo vos scilicet Christo, quo Christus
 ortus est mundo; in quo vos animam Deo, vitam præ-
 sentibus, famam posteris consecrasti. Quid jam de
 ipsa gloriosissima regenerationis vestræ solemnitate
 dicatur? cujus ministeriis etsi corporaliter non accessi,
 gaudiorum tamen communionem non defui. Quando qui-
 dem hoc quoque regionibus nostris divina pietas gra-
 tulationis adjecit, ut ante baptismum vestrum ad nos
 sublimissimæ humilitatis nuntius perveniret. Unde
 nos post hanc expectationem jam securos vestri sa-
 cra nox reperit. Conferebamus namque, nobiscumque
 tractabamus quale esset illud, cum adunatorum nu-
 merus pontificum, manus sancti ambitione servitii
 membra regia undis vitalibus confoveret, cum se Dei
 servis inflecteret timendum gentibus caput, cum sub
 casside crines nutritis salutaris galea sacræ unctionis
 indueret, cum intermisso tegmine loricarum immaen-
 lati artus simili vestium candore fulgerent, etc. Qua-
 propter radiante perpetuum præsentibus diademate,
 absentibus majestate, successus felicium triumpha-
 rum, quos per vos regio illa gerit, cuncta concele-
 brant. Tangit etiam nos felicitas. Quotiescunque illic
 pugnavit, vincimus. Inter hæc tamen catholicæ reli-
 gionis affectum servat in vobis cura miserendi, et in
 apice rerum omnium gubernacula continere non mi-
 nus eminent sanitas quam potestas. Ex qua utique
 factum est ut dirigi ad vos servi vestri viri illustris
 Laurentii filium principali oraculo juberetis; quod
 apud dominum meum, suæ quidem gentis regem, sed
 militem vestrum, obtinuisse me suggero. Nihil quippe
 est in quo servire non potest. Commendat directum.
 Congaudi misso, invidi vos visuro. Cui minus com-
 putandum est ad utilitatem parenti proprio restitui,
 quam patri omnium præsentari.

(Gratulus est etiam hac occasione regi Chlodoveo
 Anastasius pontifex Romanus, cujus epistola edita est.
 Qui tunc quoque, ut quidem existimant viri eruditi, bea-
 tum Remigium suum in Francorum regno vicarium in-
 stituit, quamvis epistola ea de re data, quam Hincmarus
 retulit, Hormisdæ nomen præferat.)

EXCERPTA EX COLLATIONE EPISCOPORUM CORAM
 REGE GUNDEBALDO^f.

(Ex Spicil. l. V.)

Providente Domino Ecclesiæ suæ, et inspirante pro
 salute totius gentis cor domni **1323** Remigii, qui
 ubique altaria destruebat idolorum, et veram fidem
 potenter cum multitudine signorum amplificabat, læ-
 etum est ut episcopi plures non contradicente rege
 congregarentur, si fieri posset, ut Ariani, qui reli-
 gionem Christianam scindebant, ad unitatem possent
 reverti. Quod ut melius fieret, videreturque id non
 consilio accidisse sed occasione, dominus Stephanus
 scripsit ad episcopos multos, et invitavit illos ad fes-
 tivitatem sancti Justi quæ instabat, in qua ob frequen-
 tiam miraculorum fiebat concursus plurimum populorum.
 Venerunt itaque de Vienna Avitus, de Arelate
 Æonius, de Valentia..... de Massilia..... jus, et
 plures alii, omnes catholicæ professionis et laudabilis
 vitæ in Domino. Qui omnes ad salutationem regis
 cum domno Stephano ad Sarbiniaevum, tibi tunc erat,

II, cap. 50. Ed.

^e Vide ibid., cap. 51. Ed.

^f Vide ibid., cap. 54, col. 250, not. h. Ed.

perfecti sunt. Erant quidam inibi de potentioribus Arianis cum eo, qui si potuissent, prohibuissent nostrorum accessum ad regem, sed, Domino cooperante, nihil profecerunt.

Post salutationem factam domnus Avitus, cui, licet non esset senior nec dignitate, nec ætate, tamen plurimum deferbatur, dixit ad regem: Si Excellentia vestra velit procurare pacem Ecclesiæ, parati sumus fidem nostram tam clare demonstrare esse secundum Evangelium et apostolos, quod nulli dubium erit illam, quam retinetis, non esse secundum Deum et Ecclesiam. Habetis hic de vestris qui sunt instructi in omnibus scientiis, jubeatis ut nobiscum colloquantur, et videant si possunt respondere rationibus nostris, ut parati sumus respondere rationibus eorum. Ad quæ rex respondit: Si vestra fides est vera, quare episcopi vestri non impediunt regem Francorum, qui mihi bellum indixit, et se cum inimicis meis sociavit, ut me destruerent? nam non est fides ubi est appetentia alieni, et sitis sanguinis populorum; ostendat fidem per opera sua. Tunc humiliter respondit domnus Avitus, faciem habens angelicam ut et sermonem: Ignoramus, o rex, quo consilio et qua de causa rex Francorum facit quod dicitis; sed Scriptura nos docet quod propter derelictionem legis Dei sæpe subvertuntur regna, et suscitantur inimici omni ex parte, illis qui se inimicos adversus Deum constituunt. Sed redite cum populo vestro ad legem Dei, et ipse dabit pacem in finibus vestris. Nam si habetis pacem cum illo, habebitis et cum cæteris, et non prævalebunt inimici vestri. Cui rex: Nonne legem Dei profiteor? sed quia nolo tres deos, dicitis quia non profiteor legem Dei. In Scriptura sancta non legi plures esse deos, sed unum, etc. ^a.

Crastina die factum est. Nam rex per Sagonam rediens ad urbem, misit ad domnos Stephanum et Avitum, ut venirent apud illum: qui cum venissent, rex dixit ad illos: Habetis quod postulatis. Nam sacerdotes mei parati sunt vobis ostendere quod nullus potest esse coæternus et consubstantialis Deo. Sed nolo ut id fiat coram omni populo, ne **1324** turbæ excitentur; sed tantum coram senatoribus meis, et aliis quos eligam, sicut vos eligitis ex vestris quos volueritis, sed non in magno numero, et id fiet die crastina in hoc loco. Quo dicto, episcopi, salutato rege, discesserunt et reversi sunt, ut omnia intimarent aliis episcopis. Erat autem vigilia solemnitate sancti Justi, et licet optavissent quod hoc fieret die solemnitate sequenti, noluerunt tamen propter tantum bonum amplius procrastinare. Sed unanimiter decreverunt apud sancti Justi sepulcrum pernoctare, ut illo intercedente obtinerent a Domino petitiones cordis sui. Evenit autem ut ea nocte cum lector secundum morem inciperet lectionem a Moyse, incidit in illa verba Domini: *Sed ego induravi cor ejus, et multiplicabo signa et ostenta mea in terra Ægypti, et non audiet vos (Exod. vii)*. Deinde cum per psalmos decantatos recitaret ex prophetis, occurrerunt verba Domini ad Isaiam dicentis: *Vade et dices populo huic: Audite audientes, et nolite intelligere; et videte visionem, et nolite cognoscere. Exæca cor populi ejus, et aures ejus aggravæ, et oculus ejus claudet, ne forte videat oculis suis, et auribus audiat, et intelligat suo corde et convertatur et salvem eum (Isai. vi)*. Cumque adhuc psalmi fuissent decantati et legeret ex Evangelio, incidit in verba quibus Salvator exprobrat Judæis incredulitatem: *Væ tibi, Corozain, væ tibi, Bethsaida, quia si in Tyro et in Sidone virtutes factæ fuissent, quæ sunt factæ in vobis, jam dudum in cilicio et cinere pœnitentiam egissent (Matth. xi)*. Denique cum lecto fieret ex Apostolo, pronuntiata sunt verba illa: *An divitiis bonitatis ejus et patientiæ et longanimitatis contemnitis? Ignoras quoniam sustinentia Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam et impœnitens cor thesaurizas tibi iram in tempore iræ (Rom. ii)*. Quod

cum ab omnibus episcopis observatum fuisset, cognoverunt lectiones illas sic occurrisse volente Domino, ut scirent in duratum esse cor regis, Denique illum in sua impœnitentia relinquare, ad ostendendum divitiis justitiæ suæ; inde valde tristes effecti, nocte in lacrymis transegerunt. Non destiterunt tamen veritatem nostræ religionis contra Arianos asserere. Igitur tempore quo rex jusserat conveniunt omnes episcopi, et simul ad regem vadunt cum multis sacerdotibus et diaconibus, et quibusdam de catholicis, inter quos erant Placidus et Lucanus, qui erant de præcipuis militiæ regis. Venerunt etiam Ariani cum suis. Cum ergo sedissent coram rege domnus Avitus pro Catholicis, Bonifacius pro Arianis, sermo cum habuerunt. Sed postquam domnus Avitus proposuit lidem nostram cum testimoniis sacræ Scripturæ, ut erat alter Tullius, et Dominus inspirabat gratiam omnibus quod dicebat; tanta consternatio cecidit super Arianos, ut qui satis amabiliter audientiam præbuerat Bonifacius, nihil omnino respondere posset ad rationes domni Aviti, sed tantum quæstiones difficiles proponeret, quibus videbatur velle regem fatigare. Sed cum ab Avito irgeretur, **1325** ut responderet ad antedicta, promittens se etiam responsurum ad ea quæ proposuerat, non potuit respondere ad unam de rationibus quæ fuerant a domno Avito propositæ, neque ullam pro defensione suæ partis allegare; sed tantum os suum in conviciis aperiebat, et dicebat Catholicos esse præstigiatos, et colere multitudinem deorum. Quod solum cum diceret, videretque rex confusionem suæ sectæ, surrexit de sua sede, dicens quod in crastinum responderet Bonifacius. Discesserunt ergo omnes episcopi: et quia adhuc dies non erat inclinatus, iverunt simul cum cæteris catholicis ad basilicam domni Justi, confitentes Dominum quoniam bonus, et laudantes eum, qui dederat illis talem victoriam de inimicis suis.

Sequenti vero die iterum ad regiam profecti cum his qui in præcedenti aderant. Cumque ingrederentur, invenerunt Aredium, qui eis persuadere volebat ut regrederentur, etc.

Cum itaque sedissent, domnus Avitus tam lucide probavit quod Catholici non plures deos adorabant, ut sapientiam ejus tam Catholici quam adversarii eum stupore mirarentur. Id autem fecit, ut responderet conviciis quæ Bonifacius in nostram fidem jecerat. Postquam ergo conticuit, ut locum daret responsionibus Bonifacii, nihil aliud potuit ille dicere, quam quod præcedenti die fecerat: et conviciis addens convicia, tanto impetu clamabat, ut præ raucitate non posset amplius loqui, et quasi suffocaretur. Quod cum rex vidisset, et satis diu expectasset, tandem surrexit vultu indignationem præterens contra Bonifacium. Tunc domnus Avitus dixit ad regem: Si sublimitas vestra vellet jubeere ut hi responderent propositionibus nostris, ut posses judicare quænam fides esset retinenda. Sed nihil rex respondit, neque cæteri Ariani, qui erant cum illo: adeo stupefacti erant de doctrina et sapientia domni Aviti. Qui cum videret eorum silentium, subjunxit: Si vestri non possunt respondere rationibus nostris, quid obstat cur non omnes simul conveniamus in eadem fide? Tunc murmurantibus illis, de sua fide securus in Domino, addidit: Si rationes nostræ non possunt illos convincere, non dubito quin Deus fidem nostram miraculo confirmet; jubeat sublimitas vestra ut tam illi quam nos eamus ad sepulcrum hominis Dei Justi, et interrogemus illum de nostra fide, similiter et Bonifacius de sua, et Dominus pronuntiabit per os servi sui in quibus complacere. Rex attonitus annuere videbatur, sed inclinare cœperunt Ariani, et dicere se pro fide sua manifestanda facere nolle ut fecerat Saul, et ideo maledictus fuerat; aut rennere ad incantationes et illicita, sufficere sibi se habere Scripturam, quæ sit fortior omnibus præsti-

^a Vide sancti Gregorii Historiam Francorum, lib. II, cap. 52. Ed.

gils. Et hæc semper repetentes, et boantes potius quam vociferantes, rex qui jam surrexerat, accipiens per manus domuum Stephanum et domum Avitum, duxit eos usque ad cubiculum summi, et cum intraret amplexus est eos, dicens ut **1326** orarent pro eo. Cognoverunt quidem illi perplexitatem et angustias cordis ejus, sed quia Pater eum non traxerat, non potuit venire ad Filium, ut veritas impleretur: *Non est volentis, neque festinantis, sed miserentis Dei* (Rom. ix). Et ex ea die plurimi Ariani ad pœnitentiam venerunt, et post aliquot dies baptizati fuerunt. Et magnificavit Dominus lidem nostram per intercessionem domni Justi in conspectu omnium.

EPISTOLA SANCTI REMIGII AD CLODOVEUM REGEM ^a.

Domino illustri meritis Clodoveo regi, Remigius episcopus. Angit me, et satis me angit, vestræ causa tristitiæ, quod gloriosæ memoriæ gerinana vestra transiit Albochledis; sed consolari possumus quia talis de hac luce discessit, ut recordatione magis suscipi debeat quam lugeri. Illius enim vitæ fuit, quod assumpta **B** credatur a Domino, quæ a Deo electa migravit ad cœlos. Vivit vestræ fidei, etsi est conspectus desiderio recepta. Christus implevit ut benedictionem virginittatis acciperet: quæ sacrata non est lugenda, quæ fragrat in conspectu Domini flore virgineo, quo scilicet et corona tecta, quam pro virginitate suscepit. Absit ut a fidelibus lugeatur, quæ bonus Christi odor esse promeruit, ut per eum cui placet auxilium possit conferre poscentibus. Dominus meus, repelle de corde tuo tristitiam, animo rite composito regnum sagacius gubernante, erectiora sumente studio serenitatis consilia: læto corde membra confortata, mœroris torpore discusso, acrius invigilabis ad salutem. Manet vobis regnum administrandum, et deo auspice procurandum. Populorum caput estis, et regionem sustinetis. Acerbitate ne te videant in luctu affici, qui per te felicia videre consueverunt. Esto ipse tuæ animæ consolator, vigorem illius providentiæ continens ingenitæ, ne tristitia candorem tuæ menti subducat. De ejus præsentem transitu, quæ choris est juncta virginis, ut credo, rex gaudet in cœlo. Salutans gloriam vestram, commendo familiarem meum presbyterum Maccolum, quem direxi. Quæso ut tanti habeatis ignoscere, quod qui occursum debui, exhortatoria destinare verba præsumpsi. Tamen per harum bajulum, si jubetis ut vadam, contempta hiemis asperitate, frigore neglecto, itineris labore calcato, ad vos, auxiliante Domino, pervenire contendam.

ITEM ALIA AD EUMDEM ^b.

Domino insigni et meritis magnifico Clodoveo regi, Remigius episcopus. Rumor ad nos magnus pervenit administrationem vos secundam rei bellicæ suscepisse. Non est novum ut cœperis esse sicut parentes tui semper fuerunt. Hoc in primis agendum, ut Domini iudicium a te non vacillet, ubi tui meriti, qui per industriam **1327** humilitatis tuæ ad summum culminis pervenit: quia, quod vulgus dicitur, ex line actus hominis probatur. Consiliarios tibi adhibere debes, qui famam tuam possint ornare; et beneficium tuum castum et honestum esse debet, et sacerdotibus tuis honorem debetis deferre, et ad eorum consilia semper recurrere. Quod si tibi bene cum illis convenerit, provincia tua melius potest constare. Cives tuos erige, afflictos releva, viduas fove, orphanos nutri, si potius est quam erudies, ut omnes te ament et timeant. Justitia ex ore vestro procedat, nihil sit sperandum de pauperibus vel peregrinis, ne magis dona, aut aliquid accipere velis. Prætorium tuum omnibus pateat, ut nullus exinde tristis abscedat. Paternas quascunque opes possides, captivos exinde liberabis, et a iugo servitutis absolves. Si quis in conspectu vestro venerit, peregrinum se esse

^a Vide sancti Gregorii Historiam Francorum, lib. ii., cap. 31., in line. Ed.

^b Ibid., cap. 37. Ed.

A non sentiat. Cum juvenibus joea, cum senibus tracta, si vis regnare, nobilis judicari.

CLODOVEI REGIS EPISTOLA AD EPISCOPOS ^c.

(Ex Ed. et Ms. Corb.)

Domini sanctis et apostolica sede dignissimis episcopis, Clodoveus rex. Enuntiare fama, quod actum fuerit vel præceptum omni exercitu nostro, priusquam in patria Gothorum ingrederemur, beatitudini vestræ præterire non potui. In primo quoque de ministerio Ecclesiarum omnium præcipimus, ut nullus ad subripiendum in aliquo conaretur; neque de sanctimonialibus, neque de viduis, qui se in religione Domini devotas esse probarentur. Simili conditione et de clericis, vel tiliis supradictorum tam clericorum quam viduarum, qui cum illis in domo ipsorum consistere videantur. Id vel de servis ecclesiarum, quos de ecclesiis tractos per episcoporum sacramenta constitit, præceptum est observare, ut nullus ex ipsis aliqua violentia vel **B** damnum pateretur. Sic ita ad integrum est agnosendum, ut ex his supra dictis, si aliquis vim captivitatis pertulisset, sive in ecclesiis, sive extra ecclesias, omnino sine aliqua dilatione reddendos esse præcipimus. De cæteris quidem captivis laicis, qui extra pace sunt captivati, et fuerint approbati, apostolia cui volueritis arbitrii vestri est non negandum. Nam de his qui in pace nostra, tam clerici quam laici, subrepti fuisse et, si veraciter agnoscitis vestras epistolas de annulo vestro infra signatas, sic ad nos omnimodis dirigantur, et a parte nostra præcepto- **C** nem latam noveritis esse firmam. Sic tamen populus noster petit ut cuicumque epistolas vestras præstare fueritis dignati, cum sacramento per Deum, et benedictione vestra dicere non tirdetis, remittam quæ poscitur veram esse: quia multorum varietates vel falsitates inventæ sunt, ut comprehendatur, sicut scriptum est: Perit justas cum impio. Orate pro me, domini sancti, et apostolica sede dignissimi papæ.

DIPLOMA CLODOVEI MAGNI DE CONDITIONE CŒNOBII MITIACENSIS APUD AURELIANOS.

(Ex Spicil. tom. V.)

Clodoveus Francorum rex vir illuster. Tibi, venerabilis senex Euspici, tuoque Maximino, ut possitis, et hi qui vobis in sancto proposito succedent, pro nostra dilectæque conjugis et bliorum sospitate divinum misericordiam precibus vestris impetrare, Miciacum concedimus, et quidquid est fisci nostri intra fluminum alveos per sanctam confarreationem et annulum inexceptionaliter tradimus, et corporaliter possidendum præbemus absque tributis, naulto et exactione, sive infra sive extra Ligerim et Ligerinum, cum Querceto et Salicto et utroque molendino. Tu vero, Ensebi sancte, religionis catholicæ episcopo, Euspicii senectam fove, Maximino fave; et tam eos quam possessiones eorum in tua parochia ab omni calumnia et injuria præsta liberos. Neque enim nocendi sunt, quos regalis affectus prosequitur. Idem agite, o vos omnes sanctæ catholicæ religionis **D** episcopi. Vos ergo, Euspici et Maximine, desinite inter Francos esse peregrini; et sint vobis loco patriæ in perpetuum possessiones, quas donamus in nomine sanctæ, individuae, æqualis et consubstantialis Trinitatis. Ita fiat ut ego Clodoveus volui. Ensebius episcopus confirmavi.

EPISTOLA LEONIS EPISCOPI SENOENSIS AD CHILDEBERTUM REGEM, NE MELEDUNI IN DIOECESIS SUE PAROCHIA, UBI NUNQUAM FUIT, NOVUS FIAT EPISCOPATUS ^d.

(Ex Ed. et Ms. Corb.)

Domino illustri, gloriosissimo domno, et in Christo filio CHILDEBERTO regi Leo episcopus. Litteras celsitudinis vestræ honore quo dignum est me indicio suscepisse, ubi sperare dignamini, ut ad ordinandum

^c Ibid., Ed.

^d Ibid., lib. vi, cap. 51, not. c col. 397. Ed.

Meeledoninsim episcopum aut presentia nostra A
 adesse debeat, aut consensus. Quam rem valde ad-
 miratos nos gloria vestra cognoscat, quod primum
 sine iussu gloriosissimi domini principis nostri, filii
 vestri Theodoberti regis, cuius sumus regni ordina-
 tione subiecti, injungitis, ut ea quæ anteaetio tem-
 pore facta non sunt, nunc presentia nostra aut
 consensu debeant inchoari. Præcipue nunquam nec
 suspicari, nec credere potuimus, quod hanc aut or-
 dini nostro, aut etiam temporibus vestris velletis
 injuriam generari, ut diocesium nostram a Deo nobis
 commissam, et usque nunc pontificali ordine Deo
 propitio custoditam, tanquam negligentes ac desides
 ad alterius permittamus potestatem transire, aut sol-
 licitudinem irrationabili deliberatione transferri.
 Unde salutantes digno ac debito in Deo charitatis
 affectu, rogamus et contestamur, ne ullus pontificem
 contra statuta Patrum audeat facere, unde possit,
 synodali examinatione convictus, de illicita præsum-
 ptione culpari. Illa **1329** tamen vestris debent fieri, B
 Deo inspirante, temporibus, unde et pax inter
 sacerdotes esse possit, et plebs non permittatur
 a pastoris proprii custodia per novam et illicitam
 ordinationem divelli. Custodite, queso, statuta Pa-
 trum, et canonum severitate constricti, non patia-
 mini, sicut scribitis, ad petitionem ejus plebis, su-
 perstite proprio sacerdote, alterum episcopum ordi-
 nari. Quia si hoc petunt, quod nefas est credi, de-
 sertores potius iudicandi sunt quam fideles. Et non
 eorum preces facile audiri debent a principe, quo-
 rum petitionibus potius generentur scandala, quam
 pax Deo amata servetur. Quia sicut beati sunt pedes
 pacem portantes, ita vix his dictum est, per quos
 venit scandalum. Qui si fortasse ob hoc alterum
 episcopum sibi fieri rogant, quia nos, interclusis iti-
 neribus, ad eos nec visitatorem mittere possumus,
 nec venire, ista culpa nos non respicit; quia si iter
 a vestra parte, sicut optime nostis, interclusum
 tanto tempore non fuisset, quamvis senes aut in-
 firmi, populum nobis ecclesiastica disciplina com-
 missum requirere poteramus, aut certe visitato-
 rem, sicut canones statuunt, destinare. Nam Gloria
 vestra optime debet et credere et scire quia si
 contra statuta canonum quicumque episcoporum sine
 consensu nostro Meeledone episcopum voluerit ordi-
 nare, usque ad papæ notitiam vel synodalem audien-
 tiam, tam hi qui ordinaverint, quam qui ordinatus
 fuerit, a nostra erunt communione disjuncti. Leo
 Christi servus suscripsi.

—
 INCIPIT EPISTOLA CLEMENTISSIMI ET BEATI REGIS NOSTRI
 CHILDEBERTI, DATA PER ECCLESIAS SACERDOTUM, VEL
 OMNI POPULO *.

(Ex ed. Et Ms. Corb.)

Credimus hoc Deo propitio ut ad nostram merce-
 dem, et ad salutem populi pertinere, si populus Chri-
 stianus, relictam idolorum culturam, Dei, cui integram
 promissimus lidem, in quantum inspirare dignatus
 fuerit pure deservire debeamus. Et quia necesse
 est ut plebs, quæ sacerdotis præceptum non ita ut
 oportet custodit, nostro etiam corrigatur imperio,
 hanc chartam generaliter per omnia loca decrevimus
 emittendam, præcipientes, ut quicumque admoniti de
 agro suo, ubiennque fuerint simulacra constructa,
 vel idola stemoni dedicata ab hominibus facta, non
 statim abjecerint, vel sacerdotibus hoc destruentibus
 prohibuerint, datis fidejussoribus non aliter discedant
 nisi in nostris obtutibus presententur. Qualiter in
 sacrilegos Dei injuria vindicetur nostrum est per-
 tractandum, et quia fides nostra ut verbo de altario
 sacerdote faciente quæcumque de Evangelio, propheta
 vel Apostolo fuerit annunciatum, in quantum
 Deus dat intellectum, ad nos querimonia processit
 multa sacrilegia in populo fieri, unde Deus tradatur,

et populus per peccatum declinet ad mortem, noctes
 pervigiles cum ebrietate, senrilitate vel canticis,
 etiam in ipsis saceris diebus, Pascha, Natale **1330**
 Domini, et reliquis festiuitatibus, vel adveniente die
 Dominico banstrices per villas ambulare. Hæc omnia
 unde Deus agnoscitur lædi nullatenus fieri permitti-
 mus. Quicumque post commonitionem sacerdotum,
 vel nostro præcepto sacrilegia ista perpetrare præ-
 sumperit, si servilis persona est, centum ietus fla-
 gellorum ut suscipiat jubemus. Si vero ingenuus aut
 honoratior fortasse persona est districta inclusione
 digna, sunt hi autem in pœnitentiam redigendi, ut
 qui salubria et a mortis periculo revocantia audire
 verba contemnunt, cruciatus saltem corporis eos ad
 desiderandam mentis valeat reducere sanitatem.

Constitutiones a subsequenibus regibus factas habes
 tomo I Capitularium regum viri clarissimi Stephani
 Baluzii.

—
 FORMULÆ ANTIQUÆ.

(Ex tom. iv Anal. Mabilon.)

Formula solemnisi de dote. — Illic est testamentum,
 quarto regnum domini nostri Childeberto reges, quod
 fecit regnum ille Chlestantus. Cum juxta consuetudi-
 nem Andecavis civitate, curia publica resederet in
 foro, ibique vir magnificus ill. prosecutor dixit:
 Rogo te vir laudabilis ill. defensor, ill. curator, ill.
 magister militum, vel reliquum curia publica utique
 obitcis [codices] publicis patere jobeatis, quia habeo
 quid apud acta prosevere debiam. Defensor pri-
 cipalis simul et omnis curia publica dixerunt: Patent tibi
 cotecis puplici, prosequere quæ optas. Obedire illa
 per mandato suo pagina mihi injunxi, ut prosecutor
 existere deberit, qual ter mandatum, quam in dul-
 cissimo jocali meo ill. fici pro omnis causationis suas,
 tam in pago, quam et in palacio, seu in qualibet loca
 accidere faciat illa porciones meas, quem ex alote
 parentum meorum ei legibus obvenit, vel obvenire
 debet, aut justissime ei est reddebitum. Contra pa-
 rentis suis vel contra enjuslibet hominem accidere
 vel admallare seu et liticare facias inspecto illo man-
 dato, quem in dulcissimo jocali meo ill. fici, gestis
 municipalibus adlegare debeam. Curia vero dixerunt:
 Mandato quem tibi habere dicis, accipiat vir vener-
 bilis ill. diaconus et amanuensis. Ill. prosecutor dixit:
 Rogo domno meis omnibus puplicis, ut sicut manda-
 tum istum legibus cognovistis esse factum, ut do-
 tem, quem præ manibus tenio, vobis presentibus in
 foro puplico jobeatis recitari. Curia vero dixerunt:
 Dotem quem te dicis præ manibus retinere, ill. dia-
 conus et amanuensis Andecavis civitate nobis præ-
 sentibus accipiat legendum, quo accepto dixit.

Mandatus. — Donno mihi jocali meo ill. rogo ad-
 que supplico dulcissima gratia vestra, ut ad vicem
 meam omnis causationis nostris, tam in pago quam
 et in palacio, seu in qualibet loca accidere faciatis,
 et illas portiones nostras, quem ex alote parentum
 meorum mihi legibus obvenisse vel obvenire debet,
 aut, justissime nobis est reddebitum, hæc contra
 D **1331** parentis meus, vel contra cujuslibet homi-
 num, accidere vel admallare, seu adliticare faciatis,
 et quidquid exinde ad vicem nostram egeris, feceris,
 gesserisve, etenim me habiturum esse cognoscas rec-
 tum. Juratum mandatum Andecavis civitate, curia
 publica.

Cessio. — Dulcissima et cum integro amore dili-
 genda sponsa mea, filia ill. nomen ill. ego ill. Et quia
 propitio Domino juxta consuetudinem ana cum vol-
 untate parentum tuorum sponsavi, proinde cido tibi
 de rem paupertatis meæ, tam pro sponsalitia, quam
 pro largitate tuæ, hoc est casa cum curte circum-
 cineta, mobile et immobile, silvas, pratas, pascuas,
 aquas, a juarumve decorsibus, juncis et submetis,
 et in omnia superius nominata, tu dulcissima sponsa
 mea ad die filicissimo nuptiarum tibi per hanc ces-

* Vide sancti Gregorii Historiam Francorum, lib. iv, cap. 20. Ed.

sione dilecto adque transfando, ut in tua jure hoc recepere debeas. Cido tibi bracele valente solidis tantus, toneneas tantas, lectario ad lecto vestito valente solidus tantus, in aures acreas valente solidus tantus, annulus valentes solidus tantus. Cido tibi caballus cum sambuca et omnia stratura sua, hoves tantus, vaccas cum sequentes tantus, ovis tantus, solidis tantus. Hæc omnia subscripta rem in tua jure et dominatione hoc recipere debias, vel posteris tuis, si inter nus procreati fuerint derelinquntis, salvo jure sancti ill. cujus terræ esse videtur. Et si fuerit nullo unquam tempore, qui contra hanc cessione ista, quem ego in te bona voluntate conscribere rogavi, aut ego ipsi, aut nullus de heredibus meis vel propinquis meis, aut quilibet homo vel extranea, aut emissa persona venire voluerit, aut agere vel repetere præsumpserit, ante lite ingressus duplet tibi tantum, et alio tantum, quantum cessione ista contebet, aut eo tempore meliorata voluerit, et repetitione sua non obtineat effectum : et hæc cessione ista atque voluntas nostra omni tempore firma permaneat. Post hæc curia ait : Se adhuc aliquid abis ex hac causa, aut agere debias, die in præsentia ill. prosector dixit : Gratias agemus magnitudinæ vestræ, quod dotem sua scripta, quem prosequo, gestis municipalibus ut habuit caretas vestra allegasse..... fecisse volis ex more conscripsit.

Alia cessione. — 2. Quod homin faustum sit, lex felicitatis ad satis adsentit, et lex Romana edocet, et consuetudo pagi consentit, et Principalis potestas non prohibet, ut tam pro se intercedentem, quam ad die felicissimo nuptiarum obtabile evenientem. Id circo ego in Dei nomine, ill. nomen, ante proscribo ad sponsam meam, nomen illa, si ia illius, transcribo ad ipsa per hanc epistola atque cessione, hoc est casa cum curte etc.

Item cessione. — 3. Dulcissima etc. Ego ill. filius ill. dum non habetur incognitum qualiter te secundum lege Romana sponsatam visus sum habere etc. habeo concessum dum advixeris perpetualiter ad usum fructuario ad possedendum etc.

Judicium. — 4. Veniens homo nomen ill. ante venerabile 1332 vir ill. abbate, vel reliquis viris venerabilibus adque magnificis, quorum nomina subtas tenuntur inserti, interpellabat aliquo homine nomine ill. quasi servicium ei redeberit; et illi taliter de præsentia aderat, et hoc fortiter denegabat quod servicium unquam redeberit. Interrogatum fuit ipsius ill. de sua agnatione alius homines in suum servicium habebat an non; et ipsi ill. taliter locutus fuit ut hoc non redebebat, nam ipsi ill. servicium ei non redebebat, at de agnatione aut de comparato ut hoc inter se intenderent ut dum ipsi ill. alius homines de sua agnatione non redebebat. Sic visum fuit ipsius abbati vel quibus in eius aderant, ut ipsi homo apud homines XII. manu sua XIII. in basilica domne illius in noctis tantis conjurare deberet, quod de annis xxx. seu amplius, servicium ei nunquam redebebat. se hoc facere poterat, ipsi ill. de hac causa contra ipso ill. compascere deberit: sin autem non potnerit hoc immendare studiat.

Sacramentum. — Notitia sacramenti, qualiter vel quibus præsentibus ingressus est ill. apud homines tantus ingenuos super altare ill. Andecavis civitate, pro eo quod homine nomen ill. ipso pro servicium interpellabat ad vicem genitore suo, seu et genetrice sua. Juratus dixit, juxta quod judicium ex hoc loquitur, per hanc loco sancto et divina omnia quod hic aguntur de annis xxx. seu amplius sub ingenuitate nomen resedi. nam et ipsi superius nomenabitis servicium non rededi, nec redebio pro reverentia loci. Id sunt quorum præsentia.

5. *Aliud.* — Item notitia sacramenti.... Juratus dixit: Per hunc loco sancto et divina omnia sanctorum patrocina, qui hic requiescunt, etc.

A 6. *Aliud.* — Breve sacramenti... in basilica domne ill. Juratus dixit: Per hunc loco sancto et divina omnia que hic aguntur, que hic Deo plenius offeruntur, unde mihi homo, nomen ill. interpellabat, eo quod caballo suo furassit etc.

7. *Solsadia.* — Notitia solsadii qualiter vel quibus præsentibus ill. homo placetum suum attendit Andecavis civitate Kalendas ill. per judicio industri ill. comite, vel auditores suis ac contra homines his nominibus ill. et ill. vel genitrici eorum nomen ill. nomen ill. cam abunculo eorum ill. dum dicerit quasi aliqua femina nomen ill. genitore eorum nomen ill. pro maleficio enim interfecit et. Qui ipsi jam superius (a) nomenati placetum eorum legebis a mane usque ad vesperum visi fuerunt custodisse. Nam ipsa femina nec ad placetum advenit, nec misso ad persona addirexit, qui soma redebuisset. propter ea necesse fuerit predictis hominibus ut hanc notitiam bonorum hominum manibus rohoratas prosequere deberent, qualiter et visi sunt fecisse.

B 8. *Appennis.* — Quicumque ad latroncolus sceleratibus, seditusis seu incendiariis in qua provincia vim aut damnum pertulerit, oportet hoc eidem rectoris civium seu Curiales provincie, 1333 in qua perpetratum fuisse perhibetur, palam ostendere, et publica denuntiatione manifestare. Igitur cum pro utilitate Ecclesie vel Principale negotio apostolicus vir, illi episcopus, ue non et iuluster vir illi comes, in civitate Andecave cum reliquis venerabilibus atque magnificis recipublicæ viris resedisset, ibique veniens homo, nomen ill. palam suggereret seu casa sua in loco nuocupante illo. homines advenissent, et ostia sua frigissent, vel res suas, aurum, argentum, species, vestimentum, fabricaturas suas, vasa aerea, vel reliquas res quamplures, cum strumenta cartarum vinditionis, cautionis, cessionis, donationis, dotis, composcionalis, contulatiouis, commutationis, pactis, conventiis, securitatis, vacaturis, iudicis et notitias, oblectionis vel reliquas res quamplures, quam longum est per singula minustire, ad furtis causis deortassent. Uode per ipsas cartas pluras teras post se dicere venditum, et in crastinum locale accessione sua cum bonas extraneas personas vicinis circa manentis in ipso loco manibus eorum roboratis accessisse: et ob hoc cognita relatione ante suprascriptus senioris præsentabant ad relegendum, per quem ipsum seniores cognoverunt, quod ipsa causa taliter acta, vel perpetrata fuisset, dum taliter diligentia inquirere videtur sub lectum fuit ad ipsas bonas straneas personas vicinis circa manentes, qui bene optime ex hoc comperti aderant, quid exinde cognoscibant, veraciter enarrare deberent, se ipsi homo taliter præbuerunt testimonium: ut inspecta illa epistola quem illi præsentabat, sua denuntiatione veraciter concordabant. Dum sic in omnibus divulgata claruit si suprascriptus pontifex et ipsi comi, vel qui cum eo aderant, denuntiaverunt ipsius illi, ut quequid per amorum spatia de eo tempore usque nunc recte et legaliter possederat, in antea ob-

C D solve principale negotio, recto tramite, testata lege servit, res suas ipsi aut heredis sui tenere et possidere faciant. Et pro præsentis et futura tempora convenit, ut hanc cartola, qui vocatur appennis, præfactorum seniorum, vel reliquorum civium eorum manebus roboratas acciperet, adfirmare deberet. quod ita et fecit: itaut duo appennis coæquatis ex hoc affirmatis accipiat, unum, quem ipsi apud se retineat; et alium quem in foro publico suspenditur. Facto appenni.

9. Incipit epistola quem pater et mater facit in filio. Licet nuncique de rebus suis, quas in præsentis oculo habere videtur, tam ad sancta loca seu parentum meliorare, et lex manet, et consuetudo longinqua percurrat facere quod voluerit. Idcirco ego in Dei nomine illi, et cogive mea illa dulcissima, et à nobiscum integra amore diligendo filio illo. Dum in

(a) Ibid., lib. vii, cap. 25.

omnibus et per omnia, et super totum nobis fideliter servire videris multas penurias et injurias per diversa loca pro nostra necessitate suscepisti; et in utilitate Dominorum partibus Britanniæ seu Wasconici hostiliter ordine ad specie mea fuisti: proinde convenit nobis ut aliquid de facultatis **1334** nostræ te emeliorare debererit. quod ita et fecerunt. Ergo transcrivimus tibi etc.

10. Notitia [de Matrimonio servorum]. Notitia qualiter ill. et ill. Non habitur incognitum qualiter servus nomen ill. ancilla ad ill. nomen ill. extra voluntatem ad conjugium se conjunxerunt, sed modo nos una pacis concordia convenit, ut de agnatione, qui de ipsis procreati fuerint, ill. ad ancilla sua duas partes recipiat, ego et ill. ad servo suo ill. tertia, et quod ipsi aliquid stante conjugio convenerunt ill. servo suo de ipso peculiare duas partes recipiat: similiter et illa ad ancilla sua illa tertia. Proinde ut in postmodum nulla altercatio inter nos non debeat esse, ut manus nostra exinde per duas epistolas uno tenore conscriptas facere deberimus, quod ita et fecimus, et pro rei totius firmitate modo affirmavimus, ut nec nos ipsi nec ullus de heredibus vel de propinquis nostris, aut militans strana persona, qui contra istas epistolas venire voluerit, ad dupla pecunia rebeatur obnoxius, et illa petitio non obtineat effectum, et has conventias inconcusso et inconvolso teniat firmitate.

DE LEGIBUS FRANCORUM.

(Ex Capito. I. Baluz.)

Theodericus rex Francorum, cum esset Catalannis, elegit viros sapientes, qui in regno suo legibus amicus eruditus erant. Ipso autem dictante jussit conscribere legem Francorum et Alamannorum et Bajuvariorum, unicuique genti, quæ in ejus potestate erat, secundum consuetudinem suam. Addidit quæ addenda erant, et improvisa et incomposita resceavit; et quæ erant secundum consuetudinem paganorum, mutavit secundum legem Christianorum. Et quidquid Theodericus rex propter vetustissimam paganorum consuetudinem emendare non potuit, post hæc Childebertus rex inchoavit, sed Clotarius rex perfecit. Hæc omnia Dagobertus rex gloriosissimus per viros illustres Claudum, Chaudum, Indomagnum, et Agilulfum renovavit, et omnia vetera legum in melius transtulit, et unicuique genti scripta tradidit, quæ usque hodie perseverant. Hoc decretum est apud regem et principes ejus et apud cunctum populum Christianum, qui infra regnum Merovingorum consistunt.

EPISTOLA SYNODI ARVERNICE AD THEODEBERTUM REGEM.

Ut clerici alius qui regum aliorum dominio subjacent, possessionibus quas in ejus regno jure obtinent non fraudentur.

Domino illustri atque præcellentissimo domino et filio Theodeberto regi, Honoratus, etc., episcopi. Dum in Arverna urbe ad replicanda canonum instituta, vel studio elucidandæ legis ecclesiasticæ, his **1335** qui dubitatione regendæ vitæ propriæ forsitan premebantur, cultores vestri, ecclesiarum vestrarum episcopi pariter sederent, plurimorum ad nos suæ desperationis remedium flagitantium turba confluit, sperantes, ut non minus pro regni vestri felicitate quam pro sua consolatione pietatem vestram nostra humilitas exoraret, et per suggestionem nostram justitiæ et pietatis vestræ auribus intimaretur, ut nullum de rebus vel possessionibus propriis alienum pietas vestra permitteret, et dum unius regis quisque potestati ac dominio subiacet, in alterius sorte positam, cujuscunque, ut assolet, impetitione non amitteret facultatem. Quod nos de vestri cunctius justitia et pietate fidentes, non credimus denegandum: ut dum plurimorum necessitatibus justa, ut credimus, et Deo placente suggestionem consulimus,

A prosperitatem regno vestro et representationem celestis Domini per indulgentiam pietatis gratiam augeatis. Unde reverentissime, ut dignum est, supplicantes quæsumus, ut hoc nostræ petitioni divino intuitu pietas vestra non denegat, ut tam rectores ecclesiarum quam universi clerici, atque etiam sæculares, sub regni vestri conditione manentes, nec non ad domnorum regum patrum vestrorum dominium pertinentes, de quod in sorte vestra est extraneos, de quod habere proprium semper visi sunt, non permittatis existere, ut securus quicunque proprietatem suam possidens, debita tributa dissolvat domino, in ejus sortem possessio sua pervenit. Quod et thesauris vestris omnino utilius esse censemus, si per pietatem vestram salvata possessio consuetudinariam intulerit fractionem; et nos peculiaribus vestra clementia consolatur, si obtentu hujuscemodi petitionis nos quoque Celsitudo vestra fecerit gratulari.

EXCERPTA EX EPISTOLA AURELIANI EPISCOPI ARELATENSIS AD THEODEBERTUM REGEM.

B

(Ex Freh. et Chesn.)

Domino inelyto et ubique gloriosissimo atque in Christo piissimo domino et Filio, Theodeberto regi Aurelianus episcopus. Licet tam sera scriptorum officia justissime trepidatio comitetur, tamen nequam reor sermo evasa offensione judicabitur, si apud aures clementiæ sola tantum devotione anni perpendatur. Hinc præcipue quod ambientibus cunctis Celsitudinem vestram, nec metum trahunt ex privilegio culminis, nec repulsam metunt de præjudicio tarditatis. Vestra enim erectio ita sollemnis est, ut etiam humilium amore tangatur, ac dignitatum emulorum onerata fastigia vernularum adhuc rudium primitivis cultibus præsumantur. Novis namque nunc studiis in obsequia religiosi principis informamur, et cum testimonio perfectæ deiectionis ad præsentiam sacratæ mentis admittimur. Hac ergo ex parte amoris nostri fiduciam, princeps optime, metieris, cum ministeriis tuis, nec terrore pro tarditate subtrahimur, nec verecundia pauperis ingenii fraudamur. **1336** Suseipe igitur benigne devotionis studio tirocinia famulantum et gremia veniæ largioris expande supplicibus. Quia cum omnes generaliter bono cordis inelyti perfriantur, nos tamen etsi exigua portio obsequii vestri, plenitudinem nobis principatis indulgentiæ ad integrum vindicamus. Etenim cum de te loquimur, adest gratia etsi eloquentia deest, et solo ornatu nostro materia sufficit, quanquam doctrina non adsit. Quæ cum ita sint, præclaram indolem laudis vestræ votis potius celebrabo quam litteris. Quoniam semper quæ sunt maxima, conscientiam potius requirunt quam linguam, digniusque committuntur pectoris judicio quam sermonis. Ac perinde non mihi in votis hoc commemorandum est, quod tempora celebrant, sed quod æternitas probat, etc.

EPISTOLA THEODEBERTI REGIS AD JUSTINIANUM IMPERATOREM.

D

(Ex Freh. et Chesn.)

Domino illustri et præcellentissimo domino et patri Justiniano imperatori Theodebertus rex. Theodorus vir exspectabilis cum Solonem veniens pariter literas, quas imperii vestri clementia destinavit, integra animi charitate et devotione suscepimus, quia cum de nobis curam geritis, sic laus per diversas gentes atque provincias Dei amatam amicitiam propagamus. Id vero quod dignamini esse solliciti in quibus provinciis habitemus, aut quæ gentes nostræ sint, Deo adjutore, ditioni subjactæ, Dei nostri misericordia feliciter subactis Thuriogis, et eorum provinciis acquisitis, extinetis ipsorum tunc temporis regibus, Norsavorum gentis nobis placata majestas colla subdidit, Deoque propitio Visi-

* Vide sancti Gregorii Historiam Francorum, lib. III, cap. 25, notamque f. col. 261. Ed.

gotbis, qui incolabant Franciæ septentrionalem plagam, Pannoniam cum Saxonibus Enciis, qui se nobis voluntate propria tradiderunt per Danubium et linitem Pannoniæ, usque in Oceani littoribus, custodiende Deo, dominatio nostra porrigitur. Et quia scimus angustam Celsitudinem vestram de profectu Catholicorum, sicut etiam litteræ vestræ testantur, pleua animi iuvenuditate gaudere, ideo est quod secundum voluntatem vestram, quæ Deus nobis concesserit simplici relatione mandamus: desiderantibus animis exoptantes, ut felieibus profectibus gloria vestra ita valeat, ut antiquam retroactorum principum amicitiam conservetis, et gratia, quam sæpius promittis, in communi utilitate jungamur.

EPISTOLA THEODEBALDI REGIS AD EUMDEM.

(Ex Freh. et Chesn.)

Domino illustri, inelyto, triumphatori ac semper Augusto Justiniano imperatori Theodebaldus rex. Accedentibus ad nos legatis vestris, Joanne et Missario, non mediocriter lætificati suscepimus, dum eorum relatione felicitatem imperii vestri divinitate fundatam crescere, et permanere **1337** cognovimus inconcussam. Salutantes igitur serenitatem vestram debito, indicamus munera vestra præfatis deportantibus, eo a nobis excepta animo, quo a vobis affectu constat esse transmissa. Ideoque tam pro largitate muneris, quam pro delectatione animorum, quam indicastis vobis præstitam, pro eo quod vos in solium genitoris vestri, ut dignum erat, superna potentia residere præcepit, inexcusablem gratiarum actionem impendimus. Illud namque inter omnia valde animis nostris molestiam generavit, quod tantum ac talem principem, ac diversarum gentium domitorem, post mortem pagina decurrende videmini lacerare, qui vivens imperatoribus ac regibus, vel gentibus universis fidem immaculatam, promissasque sevel amicitias firmis conditionibus conservavit, et Christianæ religionis intuitu, non, ut scribitis, loca sacrosancta destituit, sed magis paganorum consumpta excidio, suis, Christo auctore, temporibus in meliorem enitum revocavit. Nam qualem præfatus princeps, in cuius vos opprobrio tanta dixistis, eunctis gentibus fidem servavit, innumeralium triumphorum, Deo volente, victoriis declaratur. Amicitias nostras, quas delectabiliter requiritis, stabiliter rogamus habere studeatis, et quo melius fœdere inviolabili permaneant, ab animis vestris, nullis intercedentibus causis obsistanti.

EPISTOLA MAPINII EPISCOPI RHEMENSIS AD NICETIUM TREVIRENSEM^a.

(Ex iisdem.)

Domino sancto et in Christo beatissimo fratri Nicetio papæ Mapinius episcopus. Evangelicæ lectionis doctrina testatur *Regnum in se divisum stare non posse*. Si hoc de mundi anatoribus et in terrena cupiditate manentibus recte et non immerito erodatur, iudubitanter rectis de sacerdotum personis sentitur, si discordantibus votis ac studiis inter se dividatî comprudentur. Aut qua fiducia Conditor nostro, qui nos in unitate compagis, quod est corpus suæ Denatis, vivere præcepit, preces oblaturi sumus, si nos vicissim mutua charitate seponimus? ut quodam loco Deilicus sermo docet: *Studere nos convenit, ut frater fratri adjuvant, sicut civitas munita et fortis, inconcusso fundamine stare possit*. Scilicet ut unius fratris mœstitiæ omnes æquanimiter compatiendo participemus, inutisque nos laboribus sublevemus. Pro qua re, piissime ac multum diligende Domine et frater, indicamus nos litteras filii nostri domini regis Theodebaldi excepisse, in in Tullensium urbe die Kalendarum Juniarum adesse deberent; et nullam causam evocationis decarantes, reciprocante pagina indicavimus nos illic

A accedere non debere, quia causam conditionemque nos constabat ignorare, iteratis scriptis edocuit Beatitude vestram, dum aliquos Francorum pro zelo divini timoris corripit, ac pro inest s conditionibus a communione ecclesiastica removet, seaudala seu anxietates multimodas **1338** suscipere. De qua re non mediocriter ingemiscimus, quod nos relatione vestra scire non feceritis utrum ex canonica lectione damnentur, an pro pastoralis diligentia de mediocribus reatibus corrigantur. Licet vultu novi vos de his rebus invenire posse cognoscimus, quod prisca Patrum solertia non potuit reperire; tamen absurdum esse videtur, ut a nobis recipiatur, qui a vobis secundum seriem canonum ecclesiastica severitate abdicantur. Novimus enim, si seienter hoc gerimus, quod criminibus aliorum misceamur; si igranter, reatui non subdamur. Quapropter salutantes charitate debita indicamus, simulque suademus, ut nos in omnibus participes tam tribulationum vestrarum incommodis, quam prosperitatum eommodis fieri studeatis. Nam nos, mediante capite nostro, quod est Christus, nullis adversitatibus a vestra anxietate divellimur, nullisque asperitatibus a vestra charitate dividimur. De qua re si tam presumptuosi non existimus, indicare præsumimus. Decuerat ut vestra consolatio pro hujusmodi conditionibus potius quam regie vocationis nos conserere debuisset: quia pari modo, si vobis aliquid simile, quod in posternum arbitramur posse fieri, contigisset, statim ad vestram fraternitatem scripta direxissemus, ut nos congruo tempore vel loco coram positi videremus. Quamquam parere nos regis præceptis in bonis rebus et conveniat et libeat, tamen non vestris minus scriptis studio charitatis, non supplicio [*Forsan*, supercilio] dirigantur ir despectionis: quia amaritudo vestra dulcedo nostra esse non poterit, vee abjectio vestra absque nostra dejectione constabit, et veneratio vobis debita impensa a nobis non dignoscitur precul posita. Atque utinam, ut præfati sumus, eharitate suadente, ac pagina decurrente, vestra nobis pacifereut. Decrevestis animorum molestiam, cognoveramus utrum compatimur molestiis vestris, an delectamur? Nam tacente, ut ipsi sentis, divina, sola loquente viro humanitas intelligere potest. Hoc tamen plenius noverit vestra perfectio, si ad nos iterata scripta domini regis ante quinque vel sex dies Kalendarum Juniarum pervisset, in die præfata præsentiam humilitatis nostræ in locum habueratis constitutum.

EXCERPTA EX EPISTOLA NICETII EPISCOPI TREVIRENENSIS AD CHLODOSINDAM^b.

(Ex iisdem.)

Domine clementissimæ in Christo filie Chlodosindæ reginæ Nicetius peccator. Cum legatos per Francorum reges germanos tuos ire conspiciamus, de prosperitate vestra solliciti sumus. Sed illa inde audimus quod quam semper sonare etiam et sonare confitemur, quam magna, quam alta, quam laudabilis, quam utilis, quam humana, vel munifica; quomodo de pauperibus sollicita, quomodo de religione astuta, quomodo in cuncto populo pia conversatione splendida. He hoc concedat, qui tibi **1339** spiritum sapientiæ et intellectus jam dedit. Gaudemus ex hoc, gaudere nos Christus faciat de Alboino rege quem habes, et de felicitate sua triumphare. Stupentes sumus, cum gentes illum tremunt, cum reges venerationem impendant, cum potestates sine cessatione laudant, cum etiam ipse imperiis^c ipsum præponit, quod animæ remedium non festinus requirit. Scriptum legimus: *Quærite primum regnum Dei, et omnia bona apponentur*. Qui sic, quemadmodum ille, fulget fama, miror quod de regno Dei et animæ suæ salute nihil investigare studet; sed illos recipit, illos acquiescit, qui potius animam in gehennam perdant,

^a Vide sancti Gregorii lib. de Vitæ Patrum, cap. 17, in fine, notamque e col. 1039. Ed.

^b Vide sancti Gregorii lib. iv Hist. Franc., c. 5. Ed.
^c Galan l., ipse imperator suis. Ed.

quam ad viam salutis adducant. Duos deos esse prædicant, alium in Deitate Patrem, alterum in Deitate, sed pro creatura, Filium; cum Scriptura dicat. *Ego sum Salvator, et non est alius præter me.* Te, domina Chlodosinda, per tremendum diem iudicii conjuro, ut hanc epistolam et bene legas, et bene illi et frequenter exponere studeas, et ut ipsum interroges, Quis est Salvator? Patrem dicunt esse Salvatorem, suum Filium? quoniam a duos esse, cum unus est, et alius non est, denuntiant. Si dicent, Filium, ergo Pater Salvator non est, etc. Quid nos ire per singula necesse est? ad duodecim discipulos quos habuit veniamus, quia ipsi Gothi hodie ipsis venerationem impendant, et reliquiis eorum... furtim tollent^b, sed nihil ibi habent, quia fidem eorum annullare præsumunt. Quid est quod in basilicis eorum corpora ipsorum hodie venerantur, non ingrediuntur? Quid est quod nihil ibidem præsumere audent, nisi furtive, ut canes a foris, animas decipiunt? cum illos suos fideles rex Alboinus sibi demittat, et ad domini Petri, Pauli et Joannis, vel reliquorum sanctorum limi a perducatur, c^a ibidem missas facere, si audent, delibrent: sed non audent, quia domini Petri discipuli non apparent, et contrarii Christi esse probantur; quia quod per crucem ipse redemit, destruere infelices inveniuntur. Qua causa venena eorum talis rex, et talis ætas percipit? Ille si jubet [lubet] ad domnum Martinum per festivitatem suam, quam undecima die facit November, ipsos mittat; et ibi, si audent, aliquid præsumant, ubi cæcos hodie illuminare^d conspiciamus, ubi surdos auditum et mutos sanitatem recipere. Nam quid dicam de leprosis, aut de alijs plurimis, qui quantacunque debilitate percussi sunt, ibidem per singulos annos a illi et alii sanantur? Fontasse dicunt, Conflingunt vel cæcos qui cæci a nativitate esse videntur. Quid dicam cum inde illuminatos conspiciamus, et ad propria, Deo miserante, sanos reverti videmus? Nam quid dicam adhuc de domno Germano, Hilario vel Lupo episcopis: ubi tanta mirabilia hodie apparent, quantum nec dicere verbis valeo: ubi tribulantes, id est demonia habentes in aera suspensi torquentur, et domnos quos dixi esse confitentur? Numquid in ecclesijs eorum **1340** sic faciunt? Non faciunt, quia Deum et domnos sanctos ibi habitare non sentiunt: dæmon dæmonem non exorcizat. Nam ubi sancti habitant, dæmon vagari non dimittitur; ideo licet ibi Deus ostendatur. Quid de domno Remigio, et domno Medardo episcopis, quos tu, creda, vidisti? Non possumus tanta exponere, quanta mirabilia per illos Deum videmus facere. Audisti ab avia tua domina bonæ memoriæ Rodhilde (Clothilde) qualiter in Franciam venerit, quomodo dominum Clodoveum ad legem catholicam adduxerit, et cum esset homo astutissimus, noluit acquiescere antequam vera agnosceret. Cum ista quæ supra dixi probata cognovit, humilis ad domnum Martinum limina cecidit, et baptizari se sine mora permisit. Qui baptizatus quanta in hæreticos Alaricum vel Gundobaldum reges fecerit, audisti; qualia bona ipse, vel limi ejus in sæculo possederunt, non ignoratis. Talis ornatus, talis vir, qualis Alboinus rex esse dicitur, talis fama, quem mundus sic præponit, quare non convertitur, aut quare tardus ad requirendum viam salutis apparet? Deus bone, qui es Sanctorum gloria, et omnium salus, tu te in illum mitte. Et tu, domina Chlodosinda, cum verbum facis, solatium tribue, ut omnes de tali stella, de tali gemma sic gaudeamus, qualiter Deo placere possimus. Saluto tantum quantum valeo, deprecor ut otiosa non sis. Incessanter clama, incessanter canta. Audisti dicentem, *Sanabitur vir infidelis per mulierem fidelem.* Nam

A scias, prima salus prima remissio est, qui converti fecerit peccatorem ab errore suo. Vigila, vigila, quia Deum propitium habes. Rogo ut sic agas, ut et gentem Langobardorum fortem super inimicos facias, et nos de salute tua vel viri tui gaudere concedas.

DE EPISCOPATU DUNENSI.

(Ex 32. et Mss. Corb.)

Tenor suggestionis libelli synodo oblato a Pappolo episcopo. Dominis semper suis atque apostolica dignitate colendis, omnibus episcopis, qui in sancta synodo nunc Parisios convenerunt, Pappolus Carnotina civitatis episcopus humilis vester. Ita nos canonica institutio admonet, ut quoties aliquæ exortæ fuerint in Ecclesia causæ, synodali hoc conventu debeat publicari. Ideo, piissimi domni, in vestrae pietatis noxia hæc quæ contra nos gesta sunt per præsentis libelli nostri tenorem studuimus deferendam. Ergo cum me ante aliquod temporis, clericorum vel civium Carnotina civitatis voluntas per consensum, cum convivia etiam metropolitani mei, fieri episcopum elegisset, quod annuente Domino factum est, post aliquot dies, quidam ex ipsius Carnotina civitatis territorio presbyter, nomine Promotus, qui reliquerat sine litteris antecessoris mei cellolam suam, illicite præsumptione parœciam meam, cui vocabulum est Duno, quasi sub nomine episcopi visus est pervasisse. Etiam et facultaticulam ecclesiæ, cui præesse **1341** videor, quantum in ipso pago esse constat, nescio per cuius ordinationem, simili conditione pervasit. Pro qua re supplex vester Sanctitati vestrae suggero, et per Spiritum sanctum, qui in vobis habitat, et diem iudicii futuri, et per remissionem peccatorum volis, dominis meis, conjuro, ut hoc ita qualiter vobis fieri non volis, emendari jubeatis: quatenus nec per callidam præsumptionem quis audeat in postmodum per tumorem superbiæ similia perpetrare, et simulas ecclesiæ, vestro studio et ordinatione jam, Christo proptio, conquiescat. Cujus suggestione synodus sancta spiritali lavore et canonico ritu respondens, hæc contra temerarios scripsit oblatis.

(Epist. Synodica ad Egidium.)

Domno suo atque beatissimo, et meritis apostolico fratri, Egidio episcopo Philippus, etc., episcopi. Dum pro causis publicis, privatorumque querelis Parisios moraremur, vir apostolicus frater noster domnus Pappolus episcopus mediocritati nostræ detulit in querelam, in castro Dunensi, parœcia denique Carnotina, quod castrum nec ad territorium civitatis vestrae, nec ad vestram provinciam manifestum est pertinere, a vobis contra omnem rationem, et contra canonicam disciplinam episcopum consecratum. Et licet secundum prisca beatissimorum Patrum decreta potuit hujusmodi excessus in vestra injuria acerbius coerceri: sed nos charitatis jura servantes, Beatitudini vestrae indicamus, ut presbyterum ipsum, nomine Promotum, qui omnia severitate canonica a vobis dicitur tam temere consecratum, ut iuste debeat de gradus ipsius dignitate deponi, sicut canonum constituta sanxerunt, ad vos evocetis, vel vobiscum retineatis, ut injuriam nec Ecclesiæ, nec sacerdoti suo ulterius debeat irrogare. Et quia a fratre vestro domno Germano episcopo, ad petitionem domni Constituti metropolitani, ut ad synodum venire deberet, est præsentanea invitatione commonitus, quod quoque domnum Constitutum, et domnum Germanum constat in synodum retulisse, et ad synodum venire distulit, idcirco noverit Beatitudo vestra hoc apud universum præsentem tempore concilium constitutum, ut si memoratus

^a Gallandus legit interrogative: *Quomodo... denuntiant?* Ed.

^b Gallandus uno tenore leg. t, *reliquias eorum furtim tollunt.* Ed.

^c Galland., *perducatur ut ibidem.* Ed.

^d Galland., *illuminari.* Ed.

^e Vide S. Gregorii Hist. Franc. lib. vii, cap. 47. Ed.

presbyter aut propria contumacia, aut cujuscunque potestatis assentatione in prædicta Dimensi ecclesia præsumpserit sub hujus subrepti honoris argumntatione ulterius residere, vel res ecclesiæ ipsius usurpare, aut altaria benedicere, infantes confirmare, vel ordinationes per quascunque parœcias facere, aut episcopo suo, fratri vestro domno Pappolo resistere prava intentione præsumpserit, ab omni cœtu episcoporum, vel a communionis consortio, perpetuo anathemate feriatur: et frater noster domnus Pappolus episcopus, vel ecclesia Carnotina parœcias, quas huc usque habuit, sub sua ordinatione debeat auxiliante Domino gubernare. Statuentes etiam ut quicumque de populo illo benedictionem memorati Promoti presbyteri post **1342** hunc edictum manifestatum vel publicatum, aut expetierit, aut accipere contentus fuerit, a communionis consortio vel ab ecclesiæ liminibus arceatur. Data constitutio die tertia Iduum Septembrium anno 12 regum domnorum nostrorum, indictione 6, Parisiis. Primus in Christi nomine Viennensis Ecclesiæ episcopus hanc constitutionem nostram subscripsit, etc. Subscripta constitutio in basilica domni Petri indictione supra-scripta, Parisiis.

(Altera ad Sigibertum regem.)

Domino gloriosissimo atque sanctæ Ecclesiæ catholicæ filio Sigiberto regi Sapaudus, etc., episcopi. Quantum ineffabili gaudio synodali concilio nuntiat, quod quidem a catholico principe res nova pro dilectione Christi concipitur; tantum lamentabile execrandumque censetur, cum in Ecclesia sancta contra Deum et contra canonum disciplinam dissensio generatur. Nuper etenim non absque conviventia gloriæ vestræ, sicut credimus, evocati Parisios venientes, novam inauditamque ordinationem in castro Dimensi, parœciam denique Carnotinam, factam fuisse cognovimus. Quam rem licet vix credere possumus cum consensu Gloriæ vestræ fieri potuisse; tamen si cujuscunque prava suggestione præventi in hac tam obscena et Ecclesiæ universæ contraria consensistis, ab inhumani scandali defensione sinceritatis vestræ conscientiam expietis, quia satius est ut tunc qui ambitionis instinctu rem tam nefariam dolosa ambitione competiit, per satisfactionem pœnitentiæ reatum suum ablucere compellatur, quam vestra puritas, quod averiat Divinitas, hujus facinoris cum agione maculetur. Et quia nobis necesse fuit, ut juxta canonum constituta personæ temerariæ deberet præsumptio coerceri; ideo salutis obsequium digno in Christo officiositatis et reverentiæ cultu præbentes, poscimus ut vos, quos Deus et culmine præcipuos et sinceritate præclaros esse præcepit, non quocunque aut quomuncunque temerario consilio ad defensanda hujusmodi scandala misceatis, quia Deum sufficit nosse nos nequaquam penitus velle contra vos divinam iracundiam promoveri. Anxiis multis gloriam regni vestri potentia divina cum omni felicitate conservet, domne gloriosissime, et præcellentissime domne, venerator vester Sapaudus episcopus salutem præsumo, etc. Data epistola sub die III Iduum Septembrium anno 12 regum domnorum nostrorum, Parisiis.

AUCTORITAS QUOD EX ANTIQVO MORINENSIS [Mauriennæ] ECCLESIA VIENNENSIS METROPOLI SUBDITA FUIT ^a.

(Ex Edit.)

In diebus præcellentissimi regis Guntrami, mulier quædam Tygris nomine, ex territorio Maurigenense orta, oppido quod nominatur Volacis, nobiliter nata, et sacris litteris educata, quæ curam sacerdotum et peregrinorum adventantium non parvipendebat: sed eo, ut facultas ministrabat, hospitalitatem **1343-1344** et indigentibus victui necessaria impendere curabat. Habebat autem sibi so-

ciam sororem, Pimeniam nomine, quæ conjugi sociata fuerat: sed in viduitate devota permanebat, jam dictæ sorori in omnibus obsequiis divinis, quorum erant opera in jejuniis, vigiliis et orationibus, et loca sanctorum visitare nocte ac die indesinenter et sollicitè studioseque curabant. Accidit honorum virorum monachorum religiosa facultas ex Hierosolymæ partibus Scotiam pergere. Hi intuitu Dei ad has famulas Dei hospitalitatis gratia persistentes, ibique tribus diebus reorantes, et de servitio Dei inter se gratulantes in vigiliis seu jejuniis perseverabant; a quibus illa audivit venerabilis Tygris de beato Joanne Baptista cujus reliquias anxie quærebat, quod membra illius fuissent humata in civitate Samaria, quæ nunc Sebaste vocatur; ac tempore præcedente Alexandriam missa, caputque ejus Phœnicem perlatum. His instructa Dei famula dedit operam usque ad inventionem venerabilium pignorum, et secundum quod desiderium habebat in veneratione beati Joannis Baptistæ in Morienna ecclesiam ædificare disposuit. Audiens autem gloriosus Guntramnus rex de reliquiis beati Joannis, et de miraculis quæ ibi Dominus ostenderat, legatos suos Mauriennam direxit, qui ecclesiam inibi fabricarent, cum circumjacentibus episcopis et comitibus, ubi reliquias beati Joannis Baptistæ reponeret, eamque perfectam episcopo Viennensi, ad cujus diœcesim pertinebat locus, sancto Isychio sacrare præcepit. Synodum vero postmodum in civitate Cabillonis congregare sanctorum episcoporum fecit, et ibidem sanctum Felmasium episcopum Morigennæ ab episcopo Viennensi ordinatum primum constituit, et civitati Viennensi ipsam Moriennam ecclesiam cum consensu episcoporum subjectam fecit. Ad quam ecclesiam Morigennensem, ubi beati Joannis Baptistæ reliquias posuerat, Seusiam civitatem jamdudum ab Italis acceptam cum omnibus pagensibus ipsius loci subjectam fecit, et consensu etiam Romani pontificis Viennensi ecclesiæ jure perenni, episcopum civitatis et vici Maurigenæ subditum esse decrevit.

EPI TOLA SANCTI GERMANI EPISCOPI PARIS. AD BRUNICHILDEM REGINAM.

Domine clementissimæ atque præcellentissimæ, et nobis semper piissimæ, etc.

(Vide tom. seq. inter Opera S. Germani.)

CHILDEBERTI REGIS II DE REBUS ITALICIS, ETC., AD IMP. ET ALIOS EPISTOLÆ ^b.

(Ex Freh. et Chesn.)

1345-1346 I. Domino glorioso, pio, perpetuo, inclyto, triumphatori, ac semper angusto, patri Mauricio imperatori, Childebertus rex. Clementissimæ Serenitati vestræ elegimus aduiri per fœdera, et illum, qui placet Domino, impendere vobis affectum, pacatæ gentis ex vinculo, quod proficiet communiter utrisque partibus, expeditum pacis compendium. Quapropter clementissimæ Tranquillitati vestræ, honore summi culminis vestri debito, salutis officia fiducia-ter porrigentes, sicut legatariis vestris prædiximus, ut nostras dirigeremus, Divinitate propitia, implere deliberavimus. Adeo illustri viro Semmodio optimo, Griponem spatarium, Radanem cubicularium et Eusebio notario, quibus pro certis articulis aliqua vestro principatui verbo commissimus intimanda, quos integre reserantes ad nos prospere remeantibus illud reddatis eloquiis, quod inspirante Domino proficiat res communis.

2. Domino glorioso ^c, atque ineffabili desiderio nominando, dulcissimo nepoti Athanagildo regi Brunichildis regina. Accessit mihi, nepos charissime, votiva magnæ felicitatis occasio, per quam cujus aspectum ferventer desidero, vel pro parte relevo, cum directis epistolis, amabilibus illis oculis representor, in quo mihi, quam peccata subduxerunt,

^b Vide lib. x Hist. Franc. cap. 2, not. a col. 551. F.

^c Vide ibid. Ed.

^a Vide lib. de Gloria martyr. cap. 14, notamque d col. 719. Ed.

dulcissima filia revocatur, nec perdonatam ex integro [Forsan, perditam existimo], si, præstante Domino, mihi proles edita conservatur. Quapropter dulcissimam Celsitudinem vestram salutantes, officia devinctissime persolvimus, et ut me divina Clementia de tua præcipiat innocentia gratulari ac refecti instanter exoramus. Significo piissimo imperatori per nostros legatarios, de quibusdam conditionibus aliqua verbo intimanda mandasse. Per quos de his quæ dispendiosa sunt poteritis agnoscere, si Christus propitius præceperit dignanter implere.

3 Domino gloriosissimo et ubique præcelso, dulcissimo nepoti Athauagildo regi Hildebertus rex. Præsentis opportunitatis relevamur compendio, per quam quod parentillæ redhibemus ex affectu, saltem epistolarum representemus eloquio. Quapropter præcelsæ Gloriæ vestræ salubris officia jure propinquitatis desiderabiliter exsolventes, et confidenter optantes, ut de vestra nos iustificare incolumitate præcipiat, qui singulorum desideria, et secretorum novit arcana, significandum curavimus ad serenissimum principem Romanæ reipublicæ præsentium latorem nos, Christo propitiantem, pro communi utilitate legatarium direxisse, quibus prædicto Augusto, vel feliciter vos gubernante Domino presentatis, poteritis sollicitè requirere agnoscere quid pro vestris conditionibus deliberare nos certum est et optare. Superest ut effectum pacificatis partibus [Al., pacificatis] tribuat, 1347 humana consilia et rerum condita qui gubernat.

Exstant et aliæ epistolæ Childeberti et Brunichildis de eadem re, quas videsis apud Freherum aut Chesnium tomo 1.

4. De domini, id est Childeberti, nomine ad Patriarcham Laurentium. Beatæ opinionis ubique insum meritis extendentes, certantes beatum martyrem æquiparare, sicut nomine sic mercede, ut per vos totus hic ille redeat, cujus adepti estis vocabulum, qui sacrosanctæ Ecclesiæ sic dispersit munuscula, ut census effusione per pauperes augmentaret talenta, ad nos usque bonum tanti operis divulgante, gratias referimus supernæ clementiæ, quæ vobis illud contulit, quod multis hic est in munere, et vobis singulariter futuræ gloriæ tempore proficiat ad mercedem. Quapropter sancto Apostolatu vestro salutationis officia dependentes, commendatione prælata, et ut nostri in sacris intercessionibus vestris memores esse dignemini, fiducialiter obsecrantes, speramus ut quia divina Clementia ea nos ætate corroborat, ut catholicæ parti nostræ non desint solatia [Id est, auxilia], juxta votum Romanæ reipublicæ vel sacratissimi patris nostri imperatoris, in Italiam direximus adversum gentem Langobardorum religioni ac fidei iniquissime perlidam. Vestra sollicitudine ad virum præcelsum Smaragdum Ravenna jubete celeriter nuntiare, ut et pars reipublice in quo per ipsum valet, solatium armatorum inferre super hostes festinet, et quantum Dominus præceperit, quod potest fieri in præsentem non moretur. Quod fuerit vero residuum, si Christo placuerit, adveniente anni futuri tempore optamus exercitum in causa dirigere, quatenus manus Domini gentem execrabilem vobis exorantibus dignetur elidere, quæ injuria sanctorum, et morte suorum fidelium, sanguinis effusione crudelitatis manus armavit. Hoc etiam sperantes, ut ipsi præcelso Smaragdo de nostris legatariis jubetis pariter nuntiare, et iam vestra quam ejus ordinatione, quam ce erit ad locum destinatum imperialis vobis festinent accedere, et ad nos, Christo præse, quæ opportuna mandata sunt, renuntiantes velociter, si qua restant, pacis studio, divinitate propitia, communiter explicentur.

5. Domino excellentissimo atque præcellentissimo Childeberto regi Francorum Romano. Quantum Christianitas regni vestri exquirat quotidie quid ad placandum Deum debeat exhiberi, tantum de Christianorum liberatione cogitare et facere Excellentiam

vestram confiamus, gratumque vobis esse, quod pro ipsorum remedio prosperitatem divino favore constat esse concessam, ut talia tantaque Deo auctore promissa, tam manifesta Dei misericordia invitet Præcellentiam vestram ad participandam mercedem, et laudem maximam acquirendam. Olim autem vos audisse credimus de 1348 Montena, Altino, atque Mantua civitatibus, quia sanctæ sunt reipublicæ reformatæ. Præcellentibus autem scriptis nostris designasse vobis meminimus, quod dum ad obsidendum Parmam, vel Rhegium, atque Placentiam civitates proficisceremur, duces Langobardorum ibidem constituti, in Mantuana civitate nobis cum omni festinatione ab subdendam se sanctæ reipublicæ occurrerunt. Quos postea quam in servitio sanctæ reipublice suscepimus, filios eorum in obsides accipientes, Ravennam remeantes in Istriam provinciam contra hostem Grasoulfum deliberavimus ambulare. Quam provinciam venientes, Gisoulfus vir magnificus, dux filius Grasouli in juvenili ætate meliorem se patre capiens demonstrare, occurrit nobis, ut eam omni devotione sanctæ reipublicæ se cum suis prioribus et integro suo exercitu, sicut fuit subderet. Nam se et gloriosus Nordoulfus patricius cum dominorum nostrorum gratia in Italia [Forsan, Italiam] veniens omnes suos homines ad serviendum serenissimis nostris dominis recolegit, diversasque civitates cum Ossone viro glorioso et Romano suo exercitu, nostro cum consilio reparavit. Et quia Excellentiam vestram in eandem promissionem et devotionem, quam semel piissimis patribus vestris, domini nostris, promissistis, permutare non ambigimus, maxime dum displicuisse vobis constat, jussionibus vestris non impletis, duces hinc reversos, eo que in vestra iracundia constitutas. Præcipiat Excellentia vestra omni cum celeritate implere ea quæ patribus vestris piissimis nostris dominis, promissistis, ut de effectu promissionis digna gratia augeatur, eo que tempore dirigantur, ut fruges cunctas inimicorum foris invadant. Nobisque designare jubete, quibus itineribus, vel quo tempore expectentur a nobis: sperantes præ omnibus, ut dum feliciter Francorum exercitus descenderit, Romano, pro quibus auxilia vestra poscimus, in deprædationem et captivitatem non perducantur; sed et eos, quos transacto tempore abstulerunt, relaxari et provinciæ restitui jubetis, ut præterita emendant, quæ in luto custodire debeant, demonstratis. Sed nec fabricas incendi præcipite, ut agnoscat quia pro defensione Italiæ auxilium Christianæ gentis habuimus.

6. In nomine Domini Dei nostri Jesu Christi imperator Cæsar, Flavius Mauricius Tiberius, Fidelis in Christo, Mansuetus, Maximus, Benevencus, Pacificus, Alamannicus, Gothicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Herulicus, Gepidicus, Africus, Pius, Felix, Indylus, Victor ac triumphator, semper Augustus Childeberto viro glorioso, regi Francorum. Litteræ vestræ gloriæ per Juvenium episcopum et Cathronem cubicularium nobis directæ, amicabilem quidem voluntatem et paternum affectum circa nos atque sacratissimam reipublicam nostram conservare vos indicant, hocque et per alios legatarios multiplicibus verbis ad nostram pietatem 1349 conscriptum invenitur. Et mirum nobis videatur, si rectam habere mentem atque præseam gentis Francorum et ditioni Romanæ unitatem esse comprobata affirmans, nihil operis usque adhuc amicitie congruum Eminentia tua ostendere visa est, dum in scriptis pollicita, atque per sacerdotes firmata, et terribilibus juramentis roborata, tanto tempore excessu nullum effectum perceperim. Et si hoc ita est, quid per tanta spatia terræ atque maris inaniter sine responso necessario vestros legatarios laugatis, juvenili sermone, qui nihil utilitatis induxerunt jactans? Nos tamen imperatorem benevolentiam sequentes, et prælatos legatarios vestros suscepimus, etiamsi cognovimus eos cum veritate a te non transmissos esse.

atque his quæ nuntiata ab eis sunt, placidis auribus intendentes, competens eis dedimus responsum, quod et per alios legatarios vestros manifestum tuæ gloriæ jam factum est. Et optamus vos, si amicitiam nostram appetere desideratis, valide atque inuencianter omnia disceptare, et non solum dictionibus enarrare, sed enarrata viriliter, quomodo regem oportet, peragere, atque similiter nostram piam benevolentiam expectare. Decet igitur gloriam tuam, ea quoque quæ scriptis inter nos placita sunt, vel etiam nunc ad effectum perducere, ut per hanc occasionem magis magisque vestræ gentis unitas atque felicissimæ nostræ reipublicæ conficiatur, et nulla inter nos controversia oriatur. Non enim pro inimicitia memoratæ conventiones a nobis factæ sunt, sed ut amicitia firma et illibata permaneat. Divinitas te servet per multos annos, parens Christianissime atque amantissime. Data Kal. Septembris Constantinopoli imperatore divo Mauricio Tiberio, perpetuo Augusto, et post consulatum ejusdem annis....

7. Litteræ de imperatore directæ ad dominum Childebertum regem. Cum bona omnia dignis operibus conferantur, quantum tibi pro amore orthodoxæ fidei, tantum pro ereptione quam geris eripiendi Christiani sanguinis, meritis tuis jure collatum est, ut de solio inde alii summum decus percipiunt, vestra Gloria ipsi regno ornamenta, non solum de ineffabilibus dispositionibus vestris, sed de filiis et nepotibus ministravit. Scientes enim quia Divinitas Celsitudinem vestram summis ad se coeundum beneficiis provocavit, augere nos credimus studium, per quod regni vestri stabilitas majora fundamenta suscipiat, ut filiorum et nepotum vita servetur, et gloria regni, quæ tibi duplicata videtur per filium, triplicata regnando nepotes, muniatur Dei mandata complendo. Veniente itaque Andrea viro magnifico, illa quæ nobis de Christianitate vestra opinio detulerat vera, ejus relatione cognoscendo majori, velut præsentis et videntes quæ narrabat, amplius quam pridem venerando cœpimus exultare. Ex hoc ergo quæ ad mercedem animæ vestræ pertinent, posci minime expectatis, sed magis vos credimus **1350** voluntatem petentium prævenire. Exposuit ergo nobis quam promptissimo animo vel devotione integra florentissimum Francorum exercitum ad liberationem Italiæ gloria vestra direxerat. Quæ omnia de devotione et christiani-sima voluntate vestra, vel instantia, qua desideratis Italiam liberari, elementissimo principi meo domino, et sorori vestræ serenissimæ Augustæ specialiter, sicut Andreas superscriptus vir magnificus nobis retulit, nuntiavi. Ante vero quam fines Italiæ vestri duces ingrederentur, Deus pro sua pietate, vestrisque orationibus, et Mutinensem civitatem nos pugnando ingredi fecit, pariter et Altinonam et Mantuanam civitatem pugnando, et rumpendo muros, ut Francorum videret exercitus, Deo adjutore sumus ingressi: festinantes ne genti nefandissimæ Langobardorum se contra Francorum exercitum adunare liceret, et uno viro magnifico viginti millibus prope Veronensem civitatem residente, ad quem necessarium duximus sine mora dirigere, sperantes ab eo ut nos videremus in cominus, et quæ essent utilia ad delendam gentem perfidam disponderemus communi consilio. Sed, ut cognovimus, jam ad Autharit Chenus suam legationem transmiserat, et de pace aliqua cum eo fuerat jam depactus, antequam ad me duces vestri venirent. Leufredum tamen, Olligandum et Radingum, viros magnificos duces ad nos direxerunt, quos, sicut deceit, propter gratiam Gloriæ vestræ, cum omni honore suscepi, quibus etiam et munifici fuimus. Et hoc habuimus in tractu, quia Autharit se in Ticino incluserat, alique duces, omnesque ejus exercitus per diversa se castella recluserant, ut nos cum Romano exercitu et Dromonibus et Cheno ab alia parte in vicino, sicut diximus, in vi-

genti millibus residente, ad obsidem tum Autharit veniremus, eoque capto, maxima pars fuerat acquisita victoriæ; et tunc demum, si forte aliqua enim eis loquenda vel facienda essent, omnia prius ad vestram notitiam deferrentur. Quam rem et Francorum florentissimus credimus quia facere volebat exercitus. Quibus autem modis eos rogabamus et hortabamur, epistolarum exemplaribus vestra gloriosa Christianitas poterit informari, dum nos contra inimicos Dei et communes sine ducum vestrorum consilio aliquid loqui vel agere non pertulimus: illi, sicut diximus, ab initio enim ipsis locutionem habentes, in omnibus, nobis omissis, pacem cum ipsis deem mensium facientes, habentes revera et præstantiam copiam, et salodum comitaretur exercitum pro suo ducis arbitrium sequente jam exercitum subito discesserunt. Et hæc res qualem vobis et laudem et mercedem abstulit, considerare vos credimus et dolere. Quia si adhuc modicum tempus sustinere voluissent vel audire, hodie Italia a gente Langobardorum nefandissima libera habuit reperiri, et universa nefandissimi Autharit regis ad vestram Excellentiam habuerunt deferri; vestraque, et si tardius fuerat, completa est **1351** promissio re vera, dum neque intra muros Langobardi tutos se esse putabant, nec Francis præsumebant obsistere. Unde salutationis officia cum honore dignissimo persolventes, speramus, ut vel nunc, sicut regni vestri Christianitas habet cogitare, jubetis de ereptione Christiani sanguinis, et de ecclesiarum reseratione, pro eripiendis sacerdotibus, qui de eorum immolatione evadere potuerunt, convenienti tempore dignos duces, qui præcepta vestra impleant, et exercitum dirigere: ut quam patri vestro fecistis, impleatur promissio, antequam gens ipsa nefandissima possit fruges colligere, maxime dum non solas, quas superius diximus, civitates, sed et alias, id est Parma, Rhegio, atque Placentia cum suis ducibus atque plurimis Langobardis Deus sanctæ Romanæ reipublice reparavit, ut in tanta talique mercede, maximam partem, sicut cœpit, regni vestri gloria consequatur. Præter ea quod ex se Gloria vestra facere consuevit, impenda deposcimus, ut Romanos, quos prædavit Francorum exercitus, pro mercede vestra, et filiorum ac nepotum vestrorum, relaxare præcipiatis. Quia et alia sunt in pactis posita sacramenta, ut captivi debeant relaxari, et patris vestri Christianissimi principis hæc est intentio; ut quotidie de animarum liberatione vobiscum mercedem acquirat.

APPENDIX AD CHRONICUM MARII DE MORTE BRUNICILDIS *.

(Ex Chesn.)

Hujus imperatoris [Heraclii] temporibus ad decimum quartum usque imperii sui annum, et Chlothacharii gloriosissimi Francorum principis, quadragesimum regni sui annum, multa reipublicæ partibus, ubique pene a diversis gentibus dispendia illata fuerunt. Hujus tempore Persi Calcidoniam usque pervenerunt: Hani murum longum interrompentes; et ad mœnia Constantinopolis peraccedentes, cum prædicto imperatore, mutuo in muro stantes colloquantur; qui acceptum ab eo pacis prethum, ad tempus recedunt.

Per idem tempus divisa in tribus olim regnis Francia in unum a præfatorege Francorum regnum conjungitur: atque persequente Theuderico rege germanosum Anstrasiorum regem Theudebertum, viacentes Franci in Burgundiam moventes Austrasios, ad extremum ipsum occiderunt. Nec mora victor Theodericus Mettis cum obiisset, Sigoberto filio parvulo cum avia sua Brunihilde, regnum male usurpatum reliquit: qui vivente adhuc germano suo, nepotem proprium ad pacem in albis elidi jussit. Per idem tempus victi filii sui a rege præfato Chlothachario capiuntur: ac præfata regina prædictorum avia, ab eo capta, diversoque pœnarum genere afflictæ, deinde

* Vide Fredegarii Chronicum, cap. 42, notamque f. col. 653. Ed.

vita laudabilis et morum prohibitas, vel generositatis nobilitas attulit. Et quoniam virum illustrem Desiderium, thesaurarium nostrum, cognovimus religionis observantiam ab ipso pueritiæ suæ tempore in omnibus custodire, et sub habitu sæculari Christi militem gerere, ac mores angelicos et sacerdotalem conversationem habere; ut non solum in contiguis, sed etiam in longinquis regionibus fama bonitatis ejus divulgata crebrescat: ideo credimus eum merito ad sacerdotium debere promoveri, quem, sicut diximus, orationibus videmus jugiter ad cœlestem patriam anhelare. Et dum civium abbatumque Caturcorum consensus hoc omnimodis exposcit, ut eum episcopum habeant, et nostra devotio similiter consentit, absque dubio credimus nuntio Dei id fieri, ut dum satis nobis est in palatio nostro necessarius, ipsi nobis quodammodo violentiam inferamus, et eum ab ædibus nostris profectum vestro procuremus. Sed dum nobis, ut diximus, eum et ab ædibus nostris auferimus, quibus regiones et regna a Deo sunt commissa, quamvis nobis inferamus dispendium, tales debemus procurare pastores, qui secundum Deum et apostolica dicta plebes sibi a nobis commissas debeant regere, unde nobis merces amplior possit accrescere. Quamobrem juxta civium petitionem **1355**, nostram quoque concordantem in omnibus voluntatem, decernimus ac jubemus, ut adjuvante, ac clamante laudes ipsius clero vel populo, vir illustris et verus Dei cultor Desiderius, pontifex in urbe Caturci debeat consecrari, et nostra civiumque voluntas quod decrevit in omnibus in Dei nomine perficiatur; et pontificali benedictione sublimatus, dum Christo propitio vere ac religiose profiteamur, quod vita et conversatio ejus digna et probata ab universis habetur, pro nobis et pro universis ordinibus Ecclesiæ debeat exorare, et acceptabiles Deo hostias studeat offerre: quia ex hoc vitam nobis longiori ævo, auctore Domino, credimus propagandam, si ille in sacerdotio eligitur et subinatur, qui pro nobis et pro vobis sibi commissis securus ante tribunal Christi peccata offerat, et in futuro judicio, ut culpas excuset peccatorum, assistat. Qua de re præsentis auctoritate decernimus ut sæpèdictus Desiderius episcopatum in Caturcensi urbe præsentialiter suscipiat, et Christo propitio ejus temporibus teneat. Et ut hæc deliberatio voluntatis nostræ firmior habeatur, manus nostræ subscriptione subter eam decrevimus roborare. Chrodobertus obtulit. Dagobertus rex subscripsit. Dato sub die Idus Aprilis, anno 8 Dagoberti regis.

Indiculus ad metropolitanum.

3. Domino sancto et apostolico domino patri Sulpicio Dagobertus rex. Deo et vestræ Sanctitati credimus esse compertum qualiter fidelis noster vere illustris Desiderius thesaurarius nobis adolescentiæ tempore fideliter deservivit, nos devotissimam ac monasticam conversationem ejus habemus bene compertam; ideo nos cognoscite taliter decrevisse, ut in civitate Cature, ubi germanus ejus dominus Rusticus prævit, in locum ipsius honorem episcopatus in Dei nomine debeat accipere: quia divina inspirante potentia, talis nostra devotio manet, ut eos quos moribus ornatos et sanctis operibus deditos perspicimus, sicut est iste fidelissimus Dei et noster Desiderius, hos ad episcopale cultum provehere debeamus. Quia sic decet regiam celsitudinem, ut quos cognoscit in Dei timore conversari, et fidem catholicam integre custodire, vel evangelica præcepta, omnimodis ad pontificale officium studeat promovere. Proinde dum vos arcem metropolitanam [At., vos archimetropolitani] scimus tenere, præsentis apices cum debito salutationis officio, Almitati vestræ studium destinare, peentes, ut ad eum benedicendum properare debeatis, et litteras ad comprovinciales fratres vestros dirigatis, ut et illi adesse debeant, ut canonice et juxta apostolicam institutionem sub vestri præsentia in sancta Paschali solemnitate pontificali benedictione

A debeat esse consecratus. Illud etiam ante omnia supplicamus, ut nos in sanctis ac Deo placitis orationibus vestris Domino commendatis, et ad explendum hoc negotium nullam moram faciatis **1356**. Quod vero iudicimus manus nostræ subscriptione, ut mos est, decrevimus roborare. Dagobertus rex subscripsit.

Electio; quomodo a clero et a populo eligitur episcopus in propria sede, cum consensu regis, archipræsulisque, omnique populo.

(Ex Morin. et Cod. Corb.)

4. Domino Francorumque meritis cœquando Patri patrum domno N. præsuli summo, cunctis cleris, omnisque populo sanctæ ill. ecclesiæ, multimodam in Domino optamus salutem. Igitur quoties aliqua plebs vestræ ditioni subdita a proprio fuerit viduata pastore, non aliunde nisi a vobis est implorandum auxilium, quem ad hoc divina præordinavit Majestas, ut non solum vestros specialiter pascatis filios, sed etiam rectores non habentibus, et spiritali pabulo indigentibus pastores tribuatis. Quapropter ad vestræ sanctitati paternitatem fiducialiter nostras fundimus preces, poscente videlicet, ut hunc ill. summæ honestatis, humilem vestrum famulum, nobis pontificem ordinare dignemini. Cujus conversationem et mores in quantum cognovimus laudamus, et ad tam dignum opus idoneum testificamur. Et quamdiu ad benedictionem episcopali immunes sumus, ejus doctriam et exemplo roborati ad viam salutis, Domino miserante, quasi perditam onus [Leg. ovis] et inventa, redituros nos credimus. Quod decretum nostris manibus roboratum ill. ecclesiæ vestræ vobis dirigere statuimus. Anno incarnationis Domini et episcopatus vestri, et regis ill. ann. illorum, indictione tale, datarum tale.

Statuta Ecclesiæ antiqua, qui Episcopus ordinandus est.

(Ex cod. Colb.)

C Ante examinetur si natura prudens est, si docibilis, si moribus temperatus, si vi a castus, si sobrius, si semper suis negotiis, si humilis, affabilis, si misericors, si litteratus, si in lege Domini instauratus, si in Scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus; et ante omnia si fidei documenta verbis simplicibus asserat, id est Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum Deum esse confirmans, totamque in Trinitate deitatem coessentialem et consubstantialem et coeternalem, et omnipotentem prædicans; si singulam quamque in Trinitate personam plenum Deum, et totas tres personas unum Deum. Si incarnationem divinam non in Patre neque in Spiritu sancto factam, sed in Filio tantum, ut qui erat in divinitate Dei Patris Filius, ipse fieret in homine hominis matris filius: Deus verus ex Patre, et homo verus ex matre, carnem ex matrem [Leg. matris] visceribus habens, et animam humanam rationabilem. Simul in eo ambæ naturæ, idem homo et Deus, unus Filius, unus Christus, unus Dominus, creator omnium quæ sunt et auctor, et Dominus et creator **1357** cum Patre et Spiritu sancto omnium creaturarum; qui passus sit vera carnis passione, mortuus [Id est, mortuus] vera corporis sui morte, resurrexit vera carnis suæ resurrectione et vere animæ suæ resurrectione, in qua veniet judicare vivos et mortuos. Quærendum ab eo si novi et veteris Testamenti, id est legis et prophetarum et apostolorum, unum eundemque credat auctorem esse Deum. Si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium facius sit malus. Quærendum etiam ab eo, si credat hujus quam gestamus et non alterius carnis resurrectionem, si credat judicium futurum, et recepturos singulos pro his quæ in hac carne gesserunt vel pœnas vel glorias. Si nuptias non improbet, si secunda matrimonia non damnet, si carniui perceptionem non culpet, si pœnitentibus reconciliatis communicet, si in baptismo omnia peccata, id est tam illud originale contractum, quam illa quæ voluntarie admissa sunt

dmittantur, si extra Ecclesiam catholicam nullus **A** salvetur. Cum his omnibus exam natus, inventus fuerit plene instructus, tunc consensu clericorum et laicorum, et conventu totius populi, provincie episcoporum maximeque metropolitani vel auctoritate vel presentia, ordinetur episcopus. Suscepto in nomine Christi episcopatu non sui delectatione, nec suis moribus, sed his Patrum definitionibus acquiescat. *Explicit sententia.*

SPECIMEN LITURGIE GALLICANE EX ANTIQUIS MONUMENTIS.

Liturgiæ Gallicanæ ordinem fuisse Mabillonius noster exposuit in tractatu ea de re singulari, quam occasione Lectionarii Gallicani a se in Luxovicensi monasterio reperti edidit anno 1685, ubi et tria Sacramentaria exhibet, quæ sub prima regum nostrorum stirpe in usu erant. Quartum habes e Codice Bobiensi ab eodem erutum in appendice ad tomum I Musei Italici. Ex his loca illustriora seligimus ad concinnandum istud Gallicanæ missæ specimen; nonnulla ex Gregorio aliisque ejus avi monumentis supplebimus.

Antiphona sen introitus.

Ab antiphona incipit missa in omnibus Liturgiis. Quod de Gallicana innuit concilium Agathense, canone 30. Quamam vero illa fuerit ignoratur, quod nondum ullum inveniri poterit antiphonarium Gallicanum. Eam ex Mozarabico supplemus.

Alleluia. Benedictus qui venit alleluia, in nomine Domini alleluia, alleluia.

Deus Dominus et illuxit nobis. In nomine Domini alleluia, alleluia.

Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto, ex Gregorii libro vi, capite 40. Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula sæculorum amen. Ex concilio Vasensi II, can. 5. In nomine Domini alleluia, alleluia.

Kyrie eleis III. Frequenter repeti debet ex conc. Vasensi II, can. 3.

Lectio Isaie prophete.

(Lit. Gall. Mabillon. p. 107.)

1358 Tempore illo locutus est Dominus ad Achaz dicens: Pete tibi signum, etc. Ex capite VII, 10, ad versum 8 capitis sequentis, sed omis's passim multis versibus. In sanctorum natalitiis legebatur loco prophetie, uti diximus in nostra præfatione, sancti passio, aut Vita, cujus festum celebrabatur.

Collectio post prophetia.

(Lit. 190.)

Ortus es nobis verus Sol justitiæ, Jesu Christe. Venisti de cælo humani generis Redemptor. Erexisti nobis cornu salutis: et celsi Genitoris Proles perpetua, genitus in domo David propter præscorum oracula vatum, propriam volens absolvere plebem, et vetusti criminis delere chirographum, ut æternæ vitæ panderes triumphum. Ideoque nunc te quæsumus, ut in misericordiæ tuæ viscera nostris appareas mentibus, salus æterna; et nos eripiendo ab iniquo hoste, justitiæ cultores efficias; omniique mortis errore spreto, pacis viam recto itinere gradientes, tibi recte servire possimus Salvator mundi. Qui cum Patre et Spiritu sancto visis, dominaris et regnas Deus in secula sæculorum.

Daniel cum benedictione.

(Lit. 107, 159.)

Benedicite omnia opera Domini Domino. Hymnum dicite et superexaltate eum in secula.

Benedicite angeli Domini Domino. Hymnum dicite et superexaltate eum in secula, etc.

Benedicamus Patrem et Filium et Spiritum sanctum Dominum. Hymnum dicamus et superexaltemus eum in secula.

Collectio post præsem.

(Lit. p. 190.)

Exaudi, Domine, familiam tibi dicatam, et in tue Ecclesiæ gremio in hac hodierna solemnitate natiuitatis tue congregatam, ut laudes tuas exponat. Tribue captivis redemptionem, cæcis visum, peccantibus remissionem; quia tu venisti, ut salvos facias nos. Aspice de cælo sancto tuo, et illumina populum tuum, quorum animus in te plena devotione confidit: salvator mundi, qui visis.

Epistola Pauli apostoli ad Hebræos.

(Lit. p. 107.)

Fratres, Multifarie et multis modis, etc. Heb. I, 1-13. Hic, uti conijcimus, canebatur psalmus responsorius, de quo Gregorius libro VIII cap. 5, ac inter m diaconus procedebat ad locum ubi Evangelium legi solebat.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

¶ Gloria Deo omnipotenti. Ab omni populo respondebatur ex lib. VIII Hist. cap. 4.

(Lit. p. 108.)

1359 Factum est autem in diebus illis exiit editum a Cæsare Augusto, etc. Ex Luc. II, 1-19.

Si homilia ad populum habenda esset, tunc fiebat, ex Vita sancti Eligii per sanctum Audoerum, libro II, cap. 22.

Apologia sacerdotis.

(Lit. p. 251.)

Ante tuæ immensitatis conspectum, et ante tue ineffabilitatis oculos, o Majestas mirabilis, scilicet ante tuos sanctos vultus, magne Deus, et maxima pietatis et potestatis omnipotens Pater, quamlibet non sine debita reverentia, attamen nulla officii dignitate, vilis admodum preceptor accedo, et reus conscientie testis assisto. Quidne rogabo quod non mereor? atne pie (non sine Dei pace dictum sit) quod peccati magis est accusator, qui pro peccatis debuit esse interventor? Accuso ergo me tibi, et non excuso: et coram testibus confiteor injustitiam meam tibi Domino Deo meo. Confiteor, inquam, confiteor sub testibus injustitiam impietatis mee, ut remittas impietatem peccati mei. Confiteor, quod nisi remittas, recte me punias. Habes me confitentem remm, sed (scio) nisi verbis non emendantem. Verbis enim placæ, operibus offendo. Culpam sentio, emendationem differo. Subveni ergo, subveni prælas ineffabilis. Ignosce, ignosce, mihi, Trinitas mirabilis. Parce, parce, parce, supplico, Deitas placabilis. Exaudi, exaudi, exaudi me rogo, his verbis i lins Filii tui clamantem: Pater æternæ Deus, peccavi in cælo et coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus, fac me ut unum de mercenariis tuis. Et nunc, Pater misericors, uniuersam misericordiæ tuæ portum, Christo favente, peto, ut quod per me vilescit, per illum acceptum ferre digneris, qui in æternum tecum vivit et regnat.

Diaconus silentium indicabat, ut missæ auscultarentur. Ex Gregorio libro VII Hist. cap. 8.

Præfatio missæ.

(Lit. p. 190.)

Sacrosanctum beatæ Natiuitatis diem, in quo nascente Domino virginalis uteri arcana laxata sunt, incorruptorumque genitalium pondus sæculi levamen effusum est, sicut exoptavimus votis, ita veneremur et gaudiis. Hic namque ortu die splendidior, luce cornescantior est. In hoc omnipotentem Deum, qui terrenam fragilemque materiam causa nostræ redemptionis assumpsit, fratres dilectissimi, supplices deprecemur: uti nos, quos ortu corporis visitavit, societate conversationis edoerit, præcepto prædicationis instituit, degustatione mortis redemit, participatione mortis amplexus est, divini Spiritus infusione ditavit; sub perpetua devotione custodiat, et in his beati famulatus studiis permanere concedat. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in secula sæculorum.

Collectio, seu missa, seu ante nomina.

(Lit. 191, 325.)

1360 Deus qui dives es in misericordia, qua mortuos nos peccatis convivificasti Christo filio tuo, ut formam servi acciperet, qui omnia formavit: ut qui erat in deitate, generaretur in carne; ut involveretur in pannis, qui adorabatur in stellis; ut jaceret in præsepio, qui regnabat in cælo: invocantibus nobis aurem majestatis tuæ propitiatus accommoda, donans hoc per ineffabilem tuæ misericordiæ charitatem, ut qui exsultamus de nativitate Filii tui, qui vel ex Virgine natus, vel ex Spiritu sancto regeneratus est, pareamus præceptis ejus, quibus nos edocuit ad salutem. Præsta per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum.

Post hanc collectionem, ejectis ex ecclesia excommunicatis, omnibus diebus Dominicis, ut habet concilium in Matisconense canone 4, altaris oblatio panis et vini ab omnibus viris et mulieribus offerebatur tam panis quam vini, quod fidelium voluntati aliis diebus permittebatur, ut ex Gregorio colligimus. Interim dum turrim afferebat diaconus ex sacrario, in qua Dominici corporis mysterium habebatur, cantabantur psalmi, ut licet conjicere, quorum hodieque antiphonam sub offertorii nomine retinemus. Facta oblatione, manera altari imposita velo seu palla, ut passim appellat Gregorius, tegebantur: recitabatur nomen domini papæ, qui in e apostolicæ sedi præerat, et canone concilii in Vusensis; ac deinde offerentium nomina, tum defunctorum, quorum nomina in scheda descripta, ut ex litteris societatis inter canonicos Laudunenses et monachos Remigianos patet, in sacro altari tempore sacrificii deposita remanebant, saltem in aliquot ecclesiis. Diptycha sacra legebantur, id est catalogus episcoporum qui in communionem catholicam decesserant, qualem ex Arelatensi ecclesia edidit noster Mabillonius tomo III Anælect. Id in Remensi ecclesia a subdiacono præstatur, ex Folcuino in Chronico Laubiensi. Diptycha ejusdem ecclesiæ in duobus Codd. mss. invenimus, uno scilicet metropolitana bibliothecæ, et altero archimonasterii Remigiani, quibus hi præmittuntur versus:

Domina pontificis ejusque hic cerne Rhemensis,
Quos intra est medius sol quasi Remigijs.
Sanctificantur enim dum sacræ oblatio mensæ
Horum ita dicuntur nomina pontificum.

Sixti, Sinicii Amansii, etc.

- Sed et aliorum quoque memoria fiebat, benefactorum scilicet et amicorum, ut patet ex formula quæ habetur in fine regulæ sancti Aureliani in codice Regularum, a nostro Mabillonio edita. Simulque precantes (Lit. 43), oramus etiam, Domine, pro animabus famulorum tuorum patrum atque institutorum quorundam nostrorum, Aureliani, Petri, etc., Childeberti, Ulrogothæ, vel omnium fratrum nostrorum, quos de hoc loco ad te vocare dignatus es. Cunctorumque etiam hujus loci memores fidelium pariterque parentum nostrorum, **1361** atque servientium hujus loci; et pro animabus omnium fidelium . . . in pace Ecclesiæ defunctorum: ut eis tu, Domine Deus noster, peccatorum tribuas veniam, et requiem largiaris æternam, meritis et intercessionibus sanctorum tuorum, Mariæ genitricis Domini nostri Jesu Christi, Joannis Baptistæ et præcursoris Domini nostri Jesu Christi, Stephani, Petri, Pauli, etc., Matthiæ, Genesisii . . . Hilarii, episcopi et confessoris . . . Cæsarii episcopi hæc propitiis præstare et exaudire digneris, qui vivis et regnas in unitate Spiritus sancti Deus in sæcula sæculorum amen.

Collectio post nomina, seu super oblata.

(Lit. 299.)

Offerentium nominibus recensitis, fratres charissimi, Dominum deprecemur, ut cornu oblationem inter sanctorum dona suscipiat, quorum a nobis facienda commemoratio est, ut et nostri memores esse dignentur. Petamus et pro his qui nos in Dominica

A pace præcesserunt, ut tartareo horrore segregatos, in sum Abrahæ collocatos resuscitare Omnipotens dignetur in prima sua resurrectione quam facturus est. Per.

Tum Fideles pacis osculum sibi invicem dabant, et sequebatur,

Collectio ad pacem.

(Lit. 255.)

Deus, per ejus os prolatum est, quod pacem omnibus dares, et pacis statuta relinqueres, infunde in cordibus nostris pacis studium, et piæ voluntatis affectum, ut vitiorum omnium labe purgati, pacem, quam labiis ore prosequimur, immaculatis cordibus teneamus. Per.

Contestatio, seu immolatio missæ.

Hanc selegimus, quod a Gregorio laudetur capite 14 libri in Mirac. sancti Martini, finem supplevimus ex ea que est sanctorum Jacobi et Joannis.

(Lit. 255.)

B Vere dignum et justum est, omnipotens Deus, te in Martini tui laudibus honorare, qui sancti Spiritus tui dono succensus, ita in ipso tyrocinio fidei perfectus inventus est, ut Christum texisset in pauperibus, et vestem quam egenus acceperat, mundi Dominus induisset. O felix largitas, qua Divinitas operitur! o chlamydis gloriosa divisio, quæ militem texit et Regem! Inestimabile donum est, quod vestire Deum meruit Deitatis. Digne huic confessionis tuæ præmiur commisisti, digne Arianorum non subjacuit feritati, digne tanto amore Martinus persecutoris tormenta non timuit securus, quia tanta erat [Cod. Bob., est] glorificatio passionis, ut per quantitatem vestis exiguæ, et vestire Christum meruit et videre. O animi imitanda benignitas! o virtutum veneranda potentia! Sic egit suscepti pontificatus officium, ut per formam probabilis vitæ observantiam exegerit **1362** disciplinæ. Sic apostolica virtute sperantibus contulit medicinam, ut alios supplicationibus, alios visu salvaret. Hæc tua est, Domine, veneranda potentia, cui cum lingua non supplet meritis exorare, operibus sancti Martini, te opitulante, mereamur imitari per Christum Dominum nostrum [Filium tuum (Lit. 198), qui est sanctorum omnium virtus et gloria, victoria martyrum et corona, pastor ovium et hostia sacerdotum, redemptio gentium et propitiatio peccatorum: ante cujus sacratissimam sedem stant angeli atque archangeli, et sine cessatione proclamant, dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus.] Sic et præscribit concilium Vasense II, can. 5.

Collectio post Sanctus

(Lit. 193.)

Hosanna in excelsis. Vere sanctus, vere benedictus Dominus noster Jesus Christus Filius tuus, qui sanctus in sanctis, pro morte vitam, pro pœna gloriam, pro confessione victoriam præstare dignatus est. Ipse enim pridie quam pateretur, etc.

D In Missali Francorum, quod a Thomasio et Mabillonio editum est, habetur ad calcem: Incipit canon actionis. Sursum corda, etc. Vere dignum et justum est, etc. Te igitur, etc., ut in Liturgia Romana, quæ omnia initio habentur in Sacramentario Gallicano, quod e Bobiensi Codice trivit idem Mabillonius, sed cum hoc titulo: Missa Romensis cotidiana. Unde in singulis missis nihil post contestationem habetur, quod forte jam tunc canon missæ more Romano diceretur, saltem in quibusdam ecclesiis. Caterum in Missalibus Gothico, Gallicano, et veteri Gallicano, apud Mabillonium, quæ purum Gallicanæ Ecclesiæ ritum exhibent, varius est canon pro solemnitate diversitate, sed ubique brevis, qualem hic representavimus. Verba sacra appellat Gregorius cap. 87 libri I de Gloria Mart.; ex quo item auctore in Vitis Patrum cap. 16 discimus sanctum munus juxta morem catholicum, quod nempe id in Ecclesia universali observaretur, signo nempe in superposito benedictum fuisse. Hæc autem omnia secreto et

submissa voce facta et dicta fuisse colligimus ex oratione sequenti, quæ ubique post secreta, seu post mysterium appellatur; et quidem in ritu Mozarabico præscribitur ut consecratio dicatur in silentio. In Gothico vero præcipitur ut in Rogationibus ad tres missas post Sanctus dicatur Haec igitur oblationem, etc.

Post secreta.

(Lit. 192.)

Credimus, Domine, adventum tuum, recolimus passionem tuam. Corpus tuum in peccatorum nostrorum remissionem contractum; sanguis sanctus tuus in pretium nostræ redemptionis effusus est, qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas.

Eadem oratio aliis dicitur,

Post mysterium.

(Lit. 195.)

1363 Hoc ergo facimus, Domine, hæc præcepta servamus, hanc sacri corporis passionem sacris solemnibus prædicamus. Quæsumus, omnipotens Deus, ut sicut veritatem huic sacramenti cælestis exequimur, ipsi veritati Domini corporis ac sanguinis hæcæmus. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Ante orationem Dominicam.

(Lit. 192.)

Non nostro præsumentes, Pater sancte, merito, sed Domini nostri Jesu Christi filii tui obediētes imperio, audent dicere: Pater noster qui es in cælis, etc.

Post orationem Dominicam.

(Ibid.)

Libera nos, omnipotens Deus, ab omni malo, ab omni periculo, et custodi nos in omni opere bono, perfecta veritas, et vera libertas, Deus, qui regnas in sæcula sæculorum.

Benedictio populi.

(Lit. 200.)

Deus, qui tibi consecrasti primitias martyrum ab innocentia parvulorum. Amen.

Et prius tibi coaptasti in confessione infantiam, quam lingua solveretur in verba. Amen.

Concede plebem tuam innocentem per gratiam, et si non sint tempore sanguine fuso martyria. Amen.

Servetur hic populus purgatus baptismate, qui tibi placitam fecisti innocentiam per cruorem. Amen.

Ut illic suo interventu grex accedat per lavacrum, tibi felices parvuli perlusi rore sanguinis gloriantur. Amen.

Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat.

Collectio ad panis fractionem.

(Lit. 251.)

Respice ad hanc oblationem, omnipotens Deus, quam tibi offerimus in honorem nominis tui pro salute regum et exercitu eorum, et omnium circumstantium, et præsta, ut qui ex ea sumpserint, accipiant sanitatem mentis, integritatem corporis, tutelam salutis, intellectum sensus Christi, securitatem spei, corroborationem fidei, aternitatem Spiritus sancti. Præsta per eum qui tecum vivit et regnat.

Tunc communicaturi accedebant ad altare, cateris vero qui remanserant dabantur eulogia, ut ex Gregorio in præfatione nostra diximus. Psalmos vero tunc temporis cantatos fuisse suadet Aurelianus, qui præcepit in regula, ut omnes psallendo communicent. Et quidem antiphonam ejusmodi psalmis præmissam hæcque sub communionis nomine cantamus.

Post communionem, aliis post Eucharistiam, seu præfatio post Eucharistiam.

(Lit. 190.)

1364 Cælesti cibo potuque roborati omnipotenti

• Vide lib. de Gloria martyr., cap. 75, notamque f. col. 771. Ed.

A Deo laudes et gratias, fratres charissimi, referamus, poscentes ut nos quos dignos habuit participatione corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi unigeniti sui, dignos etiam cælesti remuneratione præcenseat. Per ipsum Dominum nostrum Jesum Christum Filium suum.

Collectio sequitur, aliis consummatio missæ.

(Ibid.)

Quod ore sumpsimus, Domine, mentibus capiamus, et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum.

Hæc oratio in Missali Francorum titulum habet Ad plebem, et sæpius in ea postulat sacerdos ut populus a Deo benedicatur. In missa quam Gothicum Missale habet pro initio Quadragesimæ, et in Missali Gallicano in secunda missa de Adventu, benedictio populi datur post collectionem, seu consummationem missæ.

MISSA DE SANCTO SIGISMUNDO PRO FR GORITICIS a.

Ex Sacramentario Gallicano in Cod. ms. Bobiensi.

Epistola Joannis apostoli ad gentes.

Fratres, nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo, quoniam omne quod est in mundo concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum et superbiæ vitæ. (Ex Museo Italico Mabillon.)

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Diebus illis cirenabat Dominus Jesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, et prædicans Evangelium regni, et sanans omnem languorem, et omnem infirmitatem in populo. Et abiit opinio ejus in totam Syriam, et obtulerunt ei omnes male habentes variis languoribus et tormentis comprehensos, et curavit eos.

Missæ sancti Sigismundi regis.

C Omnipotentem Dominum, qui per apostolos et martyres suos diversis sanitatum dona largitur, fratres dilectissimi, deprecemur, ut huic servo suo illi qui typi quartani vexatione fatigatur, fidelis famuli sui Sigismundi precibus clementer occurrat, et dum nobis illius facit merita, isti conferat medicinam.

Secreta.

1365 Inclina Domine piæ preces [Forsan, aures] ad desideria supplicantium, et quæ devoto corde poscimus, benignus admitte, ut servo tuo illi qui typi quartani vexatione fatigatur, fidelis famuli tui Sigismundi precibus clementer occurras: nobis illius patefacias merita, præsentem ægroto conferas medicinam.

Contestatio.

Vere dignum et justum est, omnipotens Deus, nomen tuum laudare, ejus majestatem tuam tanto magis obnoxii sumus, quantum illi pro suscepta nostri corporis humilitate debemus, exemplum nobis relinquens, ut sequamini vestigia ejus, qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus. Quis in hoc mundo ita poterit sequi, ut nec dolus in ore, nec peccatum ejus inveniatur in opere? sed in patientia quæ Deus amat, majestas divina commendat. Nunc ergo dono majestatis tuæ agnoscimus reliquias esse homini pacifico. Tu ergo, Domine Deus noster, qui inter bellorum tumultus, non examinatione persecutoris, electo tuo Sigismundo triumphum martyrii contulisti, tu dispensando pauperibus pulsanti aperire dignatus es, secutus gratiam, consecutus misericordiam, ut post mortem ostendas in virtute, quem ante mortem firmasti in fide. Tua enim dona sunt, Domine, ut in nomine electi tui Sigismundi per communionem corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi Filii tui, a famulo tuo illi tempestatis frigora, febrium ardorem repellas, et ad sanitatem pristinam revocare digneris, præsta quem in Trinitate laudant omnes angeli, etc.

Ex eodem Sacramentarij.

Benedictio calicis, et patenæ, et turris ^a.

Deus omnipotens, qui cum Moyse fumulo tuo in Chore montem servanda populo tuo præcepta disponeres, templum sanctum tuum qualiter ædificaret instituisti. Precamur te, Domine, tuam majestatem, ut huic calicem, patenam et turrem, in quo celebraturi sumus sacrosancta mysteria, celesti benedictione sanctifices atque benedicas, ut sanctis vasculis tuis acceptabilem deferat famulatum. Per.

Ex Missali Francorum.

Præfatio Chrisnatis, b.

(Lit. 316.)

Oremus, fratres charissimi, ut Deus omnipotens hoc ministerium corporis Filii sui Domini nostri Jesu Christi gerolum, benedictione, sanctificationis tutamine, defensionis dominatione implere dignetur orantibus nobis. Per.

Omnipotens Deus Trinitas, manibus nostris operatæ benedictionis infunde, ut per **1366** nostram benedictionem hoc vasculum sanctificetur, et corporis Christi novum sepulchrum Spiritus sancti gratia perficiatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit. *Habentur ibidem aliæ orationes ad consecrandam patenam, calicem, etc.*

Oratio super vas in loco antiquo repertum.

Omnipotens sempiternæ Deus, insere te officiis nostris, et hæc vascula arte fabricata gentiliū subtilitatis tuæ potentia ita emundare digneris, ut omni immunditia depulsa, sint in s. fidelibus tempore pacis atque tranquillitatis utenda. Per.

Oratio ad præbandas reliquias.

(Ex ms. Cod. sancti Remigij Rhemens's.)

Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam. *Ter.*

Deus, in adjutorium meum intende; Domine, ad adjuvandum me festina, cum Gloria Patri, et cum alleluia, tribus vicibus.

Psal. Exurgat Deus, usque Cantate Deo psalmum dicite, tribus vicibus cum Gloria Patri.

Hymnus. Veni, Creator, etc. *Or.* Deus qui corda fidelium.

Antiph. Justus Dominus. *Psal.* In Domino confido.

Antiph. Sanctis qui in terra sunt. *Psal.* Conserva me, Domine.

Antiph. Igne me examinasti. *Psal.* Exaudi, Deus.

Antiph. Hæc est generatio. *Psal.* Domini est terra.

Antiph. Deus, exaudi orationem. *Psal.* Deus, in nomine tuo.

Antiph. Beati quos elegisti, Domine. *Psal.* Te decet.

Antiph. Veritas de terra. *Psal.* Benedixisti, Domine.

Antiph. Credidi propter. *Psal.* id ipsum.

Antiph. Laudate Dominum de cœlis. *Psal.* Laudate Dominum in sanctis ejus.

Antiph. Trium puerorum. *Psal.* Benedicite.

Antiph. Te gloriosus. *Psal.* Quicumque voluit salvus esse. Dominus vobiscum. Intium sancti Evangelij secundum Joannem. In principio erat verbum. *Tunc litania, usque:* Omnes sancti, orate pro nobis. *Kyrie eleison, ter, Christe eleison, ter, Kyrie eleison, ter.* Pater noster. Et ne nos inducas. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. Et salutare tuum.

Oratio.

Domine Deus Jesu Christe, qui es Rex regum et Dominus dominantium, et amator omnium in te credentium, qui es justus iudex, fortis et potens; qui sacerdotibus tuis tua sancta mysteria revelasti,

^a Vide lib. 1. de Gloria martyr. cap. 86, notamque a col. 781. Ed.

A et qui tribus pueris flammis ignitum mitigasti: concede nobis indignis famulis tuis, et exaudi preces nostras, ut paucus iste, vel filium istud, quibus involuta sunt ista corpora sanctorum, si vera non sint, crementur ab hoc igne; et si vera sint, evadere valeant, ut justitiæ non **1367** dominetur iniquitas, sed tur. falsitas veritati. Quatenus veritas tua tibi declaretur, et nobis omnium in te credentibus manifestetur, ut cognoscamus quia tu es Deus benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Pater noster. *Tunc antiphona.* Igne me examinasti. *Et dum incipitur, in ignem reliquæ ponantur, tandiu donec ter finiatur ipsa antiphona cum psalmo Probasti, Domine, cor meum, et cum Gloria Patri. Sicque faciens, reliquæ utrum veræ sint an falsæ reperies.*

Ex concilio Cæsaranquasano II, æru 650 [id est an 592,] anno 7 Reccaredi regis, sub Gregorio Magno.

Canon 2.

B Statuit sancta synodus ut reliquæ in quibuscunque locis de Ariana hæresi inventæ fuerint, præsertim a sacerdotibus, in quorum ecclesiis reperuntur, pontificibus præsentatæ igne præbentur. Quod si a quibuslibet occultatæ fuerint, et deteguntur, a sacrosanctæ catholicæ cœu segregentur

QUA PROPRIE LINGUA PRISCI FRANCORUM REGES USI.

Ex viro cl. Marquardo Frehero.

(Chesn. t. II, p. 585.)

Cum notatum sit [occasione fœderis inter Ludovicum Pii filios] utrumque sermonem, [Romana lingua et Theudisca] utrique fratrum peræque notum et familiarem fuisse, [utraque tamen lingua profatum ob utriusque regis populo.] non abs re subit quærere quis igitur Francorum regum Gallia potius nativum proprium et naturalis sermo fuerit. Nam præter Latinum, quem et ipsos non minus quam nos hodie arduabili labore addiscere conveniunt, peculiare patrium et nativum idioma eos habuisse dubitare nos non sinit vel unus Fortunatus de Chariberto rege loeus.

Cum sis progenitus clara de gente Sicamber
Floret in eloquio lingua latina tuo.

Qualis es in propria docto sermone loquela
Qui nos Romanos vivens in eloquio.

Et Theganus de Ludovico Pio scribens, lingua Græca et Latina valde eruditus, sed Græcam magis intelligere poterat quam loqui; Latinam vero sicut naturalem æquatiter loqui poterat. Jam vero præter veram illam puram putantque Ausoniam linguam, tunc temporis una cum imperio inclinatam, suborta etiam erat provincialis quadam, multo inquinatio Latina, vel potius Gallo Latina lingua, quam jam tunc Sidorius squamam Latinam sermonis, et alibi rubiginem tribulam barbarismorum jucundus appellat. Franci ipsi non nisi rusticam Latinam dixerunt, ea fere quam Nithardus hoc loco Romanæ nomine dignatur, quia nimirum in Romanis provinciis vulgo utentique terebatur, quas Romaniam Franci vocabant, eodem Fortunato teste ad Chilpericum:

1368 Hinc tibi barbaries, illic Romania plaudit, et a provincia ibus, qui Francis victoribus intermihi, Romani in veteribus legibus subinde dicuntur, usurpabatur. Reges vero ipsos, origine nimirum Sicanos, ut ut in subacta Gallia sermonis Latini illæ reliquæ essent, patria et originaria sua lingua e Sicambria sive Francia a majoribus allata, potius quam populari illa et rusticana semilatina; denique victrice sua, ut credibile est, potius quam captiva subditorum lingua usos, eamque diu constanter retinuisse, dum genus Merovingiorum et Carolingiorum vigeat, cum infinitis argumentis possem, juvat illu-

^b Vide lib. de Miraculis sancti Martini, l. b. iv, cap. 32. Ed.

strioribus tantum quibusdam ipsorum utriusque pro-
sapia regum effatis confirmare.

De Clodoveo igitur, qui primus per baptismi gra-
tiam a beato Remigio accepit fidem salutarem, in
eius Testamento locus exstat : « Cum duabus villis
quas mihi dominus illustrisque memorie Ludovicus
rex, piissimusque princeps, a me sacro baptismatis
fonte susceptus, amore nominis mei, Piscofesheim
sua lingua vocatas, mihi tradidit. » Quo nomine per
mediam Germaniam complures villæ occurrunt *Bis-
chofsheim* dictæ : eadem locum qua beati Nicetii
castellum supra Mosellam exstructum et Fortunati
versibus nobilitatum, *Bischofsstein* hodieque vocatur.
Porro apud Turonensem quatuor locis legimus Gun-
dohaldum quemdam e Græcia profectum, Clotarii
regis se filium mentientem, a Guntramno rege per
indignationem ac contemptum *Balomerem* vocatum,
convicio sine dubio acerbo et gravi, sed hic modo
fusius non explicando. Sufficiat scire pseudoregem
significare, ut *Balmond*, falsum et improbum tu-
torem.

Ad Carolos venio, de quorum primo Continuator
Turonensis cap. 103 : « Igitur præfatus Pippinus
aliam duxit uxorem, nobilem et elegantem, nomine
Alpheidam, ex qua genuit filium, vocavitque nomen
eius lingua propria Carolum. » Quod equidem nomen
nihil omnino cum Caro aut Carino commune ha-
bere, sed micrissime Germanum esse, certo certius
probarem in continenti, nisi Onomatothetam meum
(Id nomen singulari *de Germanis nominibus propriis*
libro indidimus) vel leviter d'illorare mihi cautio
esset. Quis etiam nescit quæ mensibus ventisque
nomina ipse Magnus imposnerit? Filius ejus et suc-
cessor Ludovicus Pius cum in agone mortis obver-
santes malignos spiritus virute fidei repelleret,
Huz, huz ingeminasse, quod nobis significet, Foras,
loras, scriptor Vitæ ejus testatur. Claudam insigni
loco Frodoardi de synodo apud Ingelheim an. 549
habita : « Post quarum litterarum recitationem, et
earum propter reges juxta Theotiscam linguam in-
terpretationem, » etc. Quo quis quid clarius requi-
rat? Quapropter recte faciunt cordanores Gallorum,
qui linguam Teutonicam, quam vulgus insensum cen-
barbaram et inconditam, contumeliose *baragouin*,
voce plusquam barbara vocat, cum suis maj-ribus,
ipsisque adeo primis et laudatissimis, regibus gen-
titem et vernaculam fuisse agnoscant, si **1369** non
ipsi addiscunt, et libenter usurpant, certe ob anti-
quitatem, copiam et majestatem admirantur; ipsam-
que Germaniam in ea, qua olim Romani illum ve-
neratione habent.

Ex canone 17 concilii in Turonensis.

Visum est unanimitati nostræ, ut quilibet episco-
pus habeat homilias.... Et ut eadem quisque aperte
transferre studeat in rusticam Romanam linguam,
aut Theotiscam, quo facilius cuncti possint intelligere
quæ dicuntur.

DE REGALI ABBATIA SANCTI GERMANI A PRATIS PROPE
PARISIIS.

Mihi antiqua quæque monumenta ad illustrandam
Gregorii Historiam colligenti omittere non licuit ea
quæ coram sunt in percelebri sancti Germani a Pra-
tis abbacia, quæ a Childeberto rege Clodovei Magni
filio condita, et a subsequenti regibus culta, eor-
umque tumulis honorata, a Gregorio nostro passim
laudatur ac memoratur. Fecere quidem temporum
vetustas ac rerum humanarum vicissitudo, ut pauca
ex compluribus supersint tam antiquorum temporum
monumenta : sed tamen cum ibi plures quam in
quocunque alio Galliarum loco conspiciantur primæ
regum nostrorum stirpis reliquiæ, his illustrandis
paulo immorandum esse visum est. Basilicam insig-
nem fuisse persuadent loci celebritas, et majestas
conditorum. Post annum 542 incepta, anno 559 per-
fecta fuit, atque ab ipso beato Germano Parisiorum
antistite consecrata. Ejus eandem occasio fuit

A Childeberti de Visigothis victoria, ut nempe mi-
nistria sacra, ac potissimum beati Vincentii stolam,
quam ex Hispania detulerat, loco decenti deponeret.
Ecclesiam in modum crucis sancto Germano curate
constructam fuisse, ac quintuplici altari consecratam,
variisque sanctorum reliquiis refertam docet vetus
auctor Vitæ sancti Droctovei. Hinc sanctæ crucis si-
mul cum beati Vincentii nomine insignitam fuisse
verisimile est. Utrumque enim nomen ab initio eam
habuisse ex Venantio Fortunato, Ermentridis testa-
mento, etc., constat. Sancti Germani basilicam inter
seniores regni recenset auctor Vitæ sanctæ Bathildis;
rogat vero *illustris illius loci abbatem* sanctus Ber-
tramnus Cenomannorum antistes in suo Testamento,
ut snum ipsius nomen in *Vitæ libro*, id est inter ma-
nasterii benefactores, recitetur, data ea de re *Bo-
bane villa*. Quanta autem magnificentia fuerit, disci-
mus ex laudato Vitæ sancti Droctovei auctore, qui
scribebat sæculo ix labente, cum scilicet, jam quid-
dem semel et iterum hæc basilica Normannorum fir-
rore violata fuisset, sed nondum destructa. Quare
eam, sicuti primitus exstructa fuerat, ab eo descri-
ptam fuisse non immerito quis affirmaret. « Cujus,
inquit, basilicæ opus mirificum describere **1370**
nobis videtur superfluum, qualiter scilicet distincta
fenestris, quibus pretiosissimis marmorum luita co-
lumnis, quoque modo erispante camera, compta auratis
laqueariis, necnon parietes, ut Christi decebat
aulam, quo decore nitentur pictura aurei coloris,
strato inferius pulchro emblemate pavimento. Tecum
vero ipsius basilicæ coopertum apprime deaurato cupro
[Id est, Cyprio] aere, repercussum solis jubare
sic flammigero utilabat fulgore, quatenus intuentium
aciem reverberaret nimia claritudine. Unde præ nimio
decore non immerito olim ipsa domus per metaphora-
m INAURATI GERMANI AULA vocabatur vulgi ore. »

Hujus basilicæ parti inferiori duplex erat ad-
junctum oratorium, atque in eorum altero versus sep-
tentrionem, quod jam pridem violatum est, sepultus
fuit beatus Droctoveus, primus loci abbas ab ipso
Germano institutus. Qui postea crebrescentibus mi-
raculis inde levatus, in majorem basilicam translatus
fuit, ubi hæcenus in theca asservatur. In opposito
autem oratorio, quod scilicet ad austram respicit,
depositus fuit ipse beatissimus antistes, cujus sepul-
erum jam Chilperici regis tempore, ut narrat Grego-
rius, miraculis illustre, ab eo rege, si Aimoino vul-
gato credimus, carmine honoratum est, et paulo
post a sancto Eligio, ut testis est beatus Audoenus
ejus Vitæ scriptor, auro argentoque ac pretiosissimis
gemma luit exornatum. Ibi hodieque tanti pontificis
sepulturæ locus a fidelibus frequentatur, quamvis sa-
cerum ejus corpus a nongentis et amplius annis inde
translatum in majorem basilicam fuerit sub Lantfrido
abbate, relicto solummodo in primæ sepulturæ me-
moriæ lapide, cui post aliquot sæcula hæc insculpta
luit inscriptio :

IBC FUIT PRIMO TUMULATUS BEATUS GERMANUS

D Visitur et ibi alius lapis quadratus, in quo cruceis
figura depingitur, cum veteri in circuitu inscriptione
sæculo octavo sculpta, quæ Pippini regis, cum sacri
corporis translationi interesset, liberalitatem indicat,
his verbis, litteris quidem ut plurimum Romanis et
quadratis, sed inter se intextis, et majoribus simul
cum minoribus permixtis, ut aliæ in aliis inclusæ
minus spacium occuparent; quas cum typi formæ
non paterentur, litteris vulgaribus representamus.

IBC PAUZANTE SCO GERMANO DIE TRANSLA-
TIONIZ DEDIT EI REX PIPINUS FISCUM PALA-
TIOLI CV APPENDITIIS ZUIS OMNIBUS.

Oratorium istud sæpius exinde violatum, sed toti-
dem vicibus reconciliatum fuit. Cujus altare hujus
sæculi initio reparatum sanctus Franciscus Saleus
Genevensium episcopus anno 1619 consecravit. Sed
cum totum ædificium vetustate latiscens brevi ruitu-

rum crederetur, totum pene a fundamentis restauratum reparatumque est paucis abhinc annis, tumulusque sancti antistitis exornatus uti hodie visitur, insculpta marmori inscriptione, **1371** quæ diem et annum obitus beati pontificis indicat.

Porro inter utrumque oratorium exstat turris, tantam intuentibus præ se ferens vetustatem, ut nonnulli existimaverint eam esse ipso monasterio antiquiorem. Haud longe aberat idolum vetus, quod Isidis fuisse vulgati auctores scribunt, sæculo proxime elapso comminutum a monachis, quod mulierculis aliquot coram eo orantibus, idololatriæ occasionem præbuisse videretur. Sub ea turre patent majores basilicæ fores cum porticu, in qua visuntur aliquot regum reginarumque statua lapidea ad januæ postes locatæ, quas in prima basilicæ conditione, aut certe paulo post ibi positas fuisse censent viri cruditi, qui eas diligentissime inspexerunt. Et certe res ipsa loquitur. Exstat supra ipsam januæ superius limen cœnæ dominicæ specimen, in qua Dominus cum apostolis suis more solito mense assidet. Statuæ vero, quas hinc et inde ad valvas exstare diximus, numero sunt omnino octo, ad humanam ferme mensuram et formam, qualis barbaro illo ævo repræsentari potuit. Illis præter episcopum, Clodoveum regem cum Clotilde et quatuor filijs, ac Ultrogotta Childeberti fundatoris uxore exhiberi vel ex ipso conspectu diu suspicati fuimus, quod ex diligentiori observatione nobis omnino compertum est. Etenim rotulas, quas eorum nonnulli præ manibus habent, diligentius rimati, deprehendimus in duobus ex illis quædam litterarum reliquias, quarum unæ Clodomærem, alteræ Clotarium esse demonstrarunt. Quas quidem litteras, etsi forte primariis substitutæ videantur, antiquissimas tamen esse ipsa characterum forma, et viridis color fere penitus detritus probant. Certe in ipsa ecclesiæ instauratione depictas colligimus ex Childeberti tumulo, tunc, ut infra dicemus, exsculpto; nam simili colore depictus fuerat, ut indicant aliquot ejus picturæ vestigia quæ supersunt.

Prima statua quæ ingredientibus ad lævam occurrit, episcopus repræsentat pontificalibus vestimentis indutus, baculum pastoralem manu sinistra tenentem, cujus pars superior contracta, qua forma recumbens fuerit, indicare non potest. Manipulum brachio sinistro defert, eo modo eaque forma, quibus etiam nunc illum sacerdotes episcopi gestare solent. Mitram habet in capite, non adeo, ut hodie sit, acuminatam, sed humilem, quales olim deferri consueverant. Casula vestitus est, cujus partes extremas brachia paulum elevata sustollunt satis, ut subtus eam dalmaticæ pars extrema videatur, sub qua inferiores stolæ partes hinc et inde fere ad pedes usque pendentes visuntur super albam, cujus ora inferior variis figuris ornata eam magnificam fuisse indicat. Hunc esse sanctum Germanum, alterum loci fundatorem, nonnulli existimant, at potius crediderint esse sanctum Remigium, cui hic honor datus sit, quod Clodoveum regem ac totam gentem Francorum ad Christi fidem adduxerit. Id mihi persuadet diaboli frementis figura, quam pedibus **1372** premit. Quo symbolo idololatria ab eodem sancto viro extirpata designetur. Proxima huic statua regent repræsentat vestibus amplis et magnificis indutum, coronam in capite habentem, qui tenet sinistra manu rotulum, cujus scriptura, si qua fuit, penitus detrita est: dextera vero manu pro sceptro baculum habet hypaticum cum aquila superimposita, quo Romani consules uti solebant. Hinc dubitare non licet, Clodoveum hic Augustorum patrem exhiberi, chlamyde et tonica blattea seu purpurea redimitum, uti eum describit Gregorius noster, cum post acceptos ab Anastasio imperatore de consulatu codicillos, diademate sibi in basilica sancti Martini imposito, tandem Augustus et consul triumphans in Thronum urbem ingressus est. Hoc vero monumentum eo pretiosius censi de-

let, quod insignem Gregorii nostri iocum plurimum illustret. Juxta Clodoveum regina visitur quam ejus conjugem esse non dubito. Hæc coronam in capite gestat, et capillorum circinnos habet ad gemas fere pretiosas. Quid vero in manu dextra gesserit, nobis non licuit divinare. Hujus porro vestimentorum forma, rudis licet, perquam magnifica erat, ut satis indicat potissimum pallii fibula, quæ pretiosis lapillis constabat. Cingulum etiam habet prisco illo more effictum. Certe ex sancti Eligij Vita discimus, tunc reginas insignia curi gemmarumque ornamenta deferre solitas fuisse, quod in Bathilde regina vidua reprehendit, etiam mortuus, sanctus antistes. Ultima denique ex ea parte statua regis est, quem Clodomærem Clodovei ex Clotilde, mortuo in cunis Ingomere, primogenitum filium esse indicant aliquot litteræ superstitæ, in rotulo quem manu gestat, depictæ: **CLODOMIRUS**.

In altera valvarum parte totidem exstant statuæ, ex quibus ea quæ januæ proximior est, Theodoricum, uti nobis videtur, repræsentat, quem ei locum, quod Clodovei primogenitus esset, Childebertus loci conditor honoris causa cessit. Rotulum, ut cæteri, in manu habet, sed in eo litteræ nullæ comparent. Vicinam ei esse Childeberti fundatoris statuam inde colligimus, quod præ manibus pugillares tenet, in quibus conditi ab se monasterii tabulæ continerentur. Is non solum est corona, ut cæteri fratres, redimitus, verum etiam sceptrum manu dextera gestat, quod forte se Parisiis regnans, solus hic virga regia uti deberet. Huic adhæret Ultrogotta ejus conjux, regio itidem ornata insignis, sed absque cingulo et fibula, quæ in Clotildis statua haberi observavimus. Hujus ad latus sinistrum, Clotarius fratrum junior locum rotulum occupat, ut ex residuis litteris in ejus rotulo descriptis expiscati sumus, **CHLO....VS**. Cirros habet in humeros fluitantes, quales regum nostrorum filios habere solitos fuisse tum a Gregorio, tum ab alijs auctoribus passim observatum fuit. Cæterum licet omnes illi reges et reginæ coronas habeant, et quidem floribus quatuor ornatas, non uno **1373** tamen modo flores illi in omnibus coronis efformati sunt. Alii enim fere similes liliis hodiernis Francijs videntur, alii omnino dissimiles; quæ omnia tabula æri incisa plenius demonstrabit.

In ipsa autem basilica complures viros nobiles olim sepultos fuisse, silentibus nobis, lapides qui passim effodiuntur satis clamarent. Immo hanc regum et principum initio primæ stirpis commune conditorium olim fuisse non immerito quis diceret. Ibi enim Childebertum et Chilpericum sepultos fuisse memorat ipse Gregorius, alios ibidem humatos testantur subsequentes auctores. Quin et cum Clodoveus et Meroveus, Chilperici ex Audovera filii, in alijs locis sepulti fuissent, curavit Guntramnus rex post aliquot annorum curricula, ut ad regalem sancti Vincentii basilicam eorum cadavera deferrentur. Deinde si qui regum violenta morte oppressi fuerunt, quique proinde de sepulturæ loco nihil statuisent, in Vincentiana basilica condebantur: quales fuere Chilpericus et Childericus, ut nemini incomptum est.

Ex his porro tot regum et principum tumulis sex solummodo ante nostram ætatem elati e terra noti erant. Childebertus nempe et Ultrogotta ejus uxor, loci conditores, qui inter matutinum altare et locum ubi sancti Germani corpus servabatur, jacebant in chori absida, diversis tumulis compositi. Alii quatuor in totidem arcibus muro turrium, quæ choro adjunctæ sunt, cavatis depositi erant, in inferiori, uti tunc erat dispositus, chori parte. Chilpericus scilicet cum Fredegunde ad septentrionem, ex altera vero parte Chlotarius II eorum filius, cum uxore sua Bertrude. Singulis vero tumulis sua erat appensa tabella, quæ sepulti nomen et dignitatem indicabat. Soli Chilperici tumulo inerat inscriptio, litteris majusculis et antiquis in gyrum insculpta, his verbis:

† REX CHILPERICUS
HOC TIGITUR LAPIDE.

Tumuli autem illi erant lapidei, humiles, simplices omnino et absque ullo ornatu, exceptis tribus, in quibus exsculpta etiam nunc superest defuncti effigies. Primus representat Childebertum una manu sceptrum, altera ecclesiam, quam scilicet condiderat, gestantem : qui vulgatus est loci conditoris representandi modus. Chilpericus in altero lapide representatur cum scepro in dextera manu, sinistra barbæ suæ apposita, idque hominis occisi qui jugulo manum admoveat, indicium esse nonnulli crediderunt. At scribit Jacobus Brölinus hujus cœnobii sancti Germani monachus eruditus, se vidisse præ manibus Philippi Lanteri, rei monetariæ apud Parisios tunc præfecti, sigillum Chilperici regis, in quo ipse eodem modo, ac in tumulo suo, representabatur. At parum refert, cum illas Childeberti et Chilperici effigies multis post eorum mortem sæculis insculptas fuisse consentiant eruditi, qui eas sextentis aut aliquanto **1374** amplius annis hand antiquiores putant. Quare **B** coniecimus, istos regum tumulos ita compositos fuisse, cum post sedatas Nortmannorum incursiones, qui bis terve hoc monasterium incendio violaverunt, basilicam reparavit Morardus abbas, tempore et ope Roberti regis; aut certe sæculo sequenti, cum Hugonis tertii abbatis æra eadem basilica in meliorem formam reparata est, et ab Alexandro III, summo pontifice, magno cardinalium et episcoporum numero stipante, consecrata. At multo majoris est momenti lapis sepulcro Fredegundis reginæ impositus, ob magnificentiam ejus simul et vetustatem. Is enim ipse est, qui reginæ tumulo primum positus ad nos usque pervenit, in quo Fredegundis representatur coronam libatam habens in capite, sceptrum regale manu gestans, vestibus omnino amplis et magnificis induta, quæ, sicut et cingulum singularis formæ, infinitis propemodum circulis, qui gemmas representant, ornatae sunt. Nulla tamen efficta cernitur ejus vultus effigies, cujus et manuum ac pedum **C** loco planus lapis relictus est : sed tota tumuli area marmoris, jaspidis, similiumque pretiosorum lapidum segmentis, musivo opere colligatis, et filis æreis tenuioribus respersa est. Quæ omnia rem magna cura et artificio pro illo tempore non ignobili, elaboratam indicant.

Hunc vero tumulum Fredegundis esse præter tabellam, ut diximus, antiquitus ipsi superpositam, et continuatam patrum nostrorum traditionem ad nos usque derivatam, probant alæ rationes. Nam reginam esse ipse tumuli conspectus evincit, nec potius alteri reginarum quæ in basilica Vincentiana jacent, quam Fredegundi tribui potest. Non Ultrogothia Childeberti uxori, cum ejus tumulus, ab isto diversus, semper in ecclesia Germanensi ostensus fuerit; nec quisquam sibi facile in animum inducet loci monachos fundatorem suæ monumentum alterius feminae, omnibus exosæ tumulo imposuisse; multo minus Beretrindi, quæ et suum, ut vidimus, tumulum distinctum a cæteris habebat. Deinde tumuli hujus **D** magnificentia Fredegundi potius quam cuivis alteri reginæ congruit. Ultrogotha, post mariti mortem in exilium acta, licet postmodum revocata, piis operibus se totam dedisse memoratur, nullum post se relinquens, qui ei tam magnificentum sepulcrum exstruere voluisset. At Fredegundis obiit eo tempore quo Chlotarius rex ejus filius maxime florebat, qui paulo antea, devictis aliis regibus, Parisios aliasque civitates multas occuparat ipsius Fredegundis consilio et opera. Deinde Fredegundi matri suæ nihil non debebat. Ipse enim quatuor circiter mensibus natus, patre amisso, ab omnibus relictus, ab ea inter pericula, opprobria variasque fortunas nunquam est postpositus. Natales ei regios, quos nonnulli in dubium revocare conabantur, asseruit, Guntramni patris amicitiam conciliavit, atque ab eo partem regni, quo fuerat exclusus, illi obtinuit, denique eidem in

A solio regni locato urbes amissas restitui curavit, alias vi et **1377** artificio acquisivit, eumque de aliis regibus triumphantem gloria et divitiis eumulantium moriens reliquit : nunc mirum nemini videri debet, si eo mausoleo a filio donata est. Quare ipsum æri incisum hic exhiberi visum est.



Tumulus Fredegundis Reginae.

Hæc erat tumulorum regionum dispositio in basilica Germanensi ad hujus sæculi usque medium; at anno 1656, choro in aliam formam commutato, tumulos illos e locis movere necessarium fuit. Sancti Germani corpus quod in theca ex auro argenteoque fabricata diu in ipsa chori absida supra columnas quatuor servatum fuerat, in sacrarium delatum est, ubi novum mausoleum exspectat: locus vero lapideus, in quo primum sepultus fuerat beatus antistes, sub majori altari depositus, simul cum ipso altari in locum ubi nunc visitur translatus est. Corpora Eleutherii et Eusebiæ beati pontificis parentum, quæ ex oratio sancti Symphoriani in sancti translatione in chorum allata fuisse dicuntur, in fossis suis relicta sunt. Regum vero et reginarum tumuli, quos in turrim arcibus depositos diximus, in presbyterium translati fuere, ubi lapideis sepulcris more recenti fabricatis et ornatis inclusi, hinc et inde, sicuti antea erant, dispositi sunt. Lapides vero quibus prius tegebantur, singuli fuere singulis tumulis impositi, addita cuique inscriptione, ne alter cum altero futuris temporibus confunderetur. Imo et illis in quibus nulla exstabat figura, cultro efformatæ sunt simplici tractu regum, aut reginarum effigies, quos tegunt, ad majorem distinctionem. Sed ut Childeberto, quod loci conditor esset, major quam cæteris honos impenderetur, tumulus in medio chori, prout hodieque visitur, exstructus est, satis amplus ut eum, ejusque uxorem caperet. Amborum itaque corpora e loco, ubi jacuisse diximus, levata, loculo plumbeo duas in partes distincto inclusa fuere. Childeberti ossibus superposita est lamina ærea cum hac inscriptione: *Hic Childeberti Christianissimi Francorum regis ossibus et cineribus quies reparata an. Dom. 1656, die Decembris 25, excessus ejusdem regis anniversaria.* Reginæ vero exuviis altera: *Hic Ultrogotha regina Childeberti regis conjux quiescit, reposita an. Dom. 1656, die Decembris 25.* Communis utriusque plumbea tabula, liliis innumeris referta, totum loculum contegit, cui regis ac reginæ nomina inscripta sunt; iisque omnibus in communi tumulo dimissis, superpositus est vetus lapis Childebertum, ut supra diximus, exhibens, qui antea solum regis tumulum contegebat. Tumuli lateribus addita sunt marmora, quæ inscriptiones caperent. Quod est versus septentrionem exhibet epitaphium Childeberti regis veteri sepulcro inscriptum, ut refert vulgatus Aimoinus, quod litteris aureis exaratum est.

REGI SÆCULORUM.

*Francorum rector præclarus in agmine ductor,
Cujus et Allobroges metuebant solvere leges,
1378 Dacus et Arvernus, Britonum rex, Gothus,
Iberus,*

*Hic situs est dictus rex CHILDEBERTUS honestus.
Condidit hanc aulaam Vincenti nomine claram,
Vir pietate cluens, probitatis munere pollens,
Templa Dei ditans, gandeat dona repensans,
Millia mendicis solidorum dat et egenis,
Gazarum cumnlis satagebat condere cælo.*

Ex altera parte Ultrogothæ elogium legitur, ex Vita sanctæ Bathildis excerptum, hoc modo.

ÆTERNITATI.

*Ultrogotha, Childeberti Christianissimi regis conjux,
nutrix orphanorum, consolatrix afflictorum, pauperum
et Dei servorum sustentatrix, atque fidelium adjutrix
monachorum. Addita hæc epigraphe:*

*Hic cum carissimo conjugè diem illum exspectat, quo
laudabunt eos in portis opera eorum. Ambobus optimis
fundatoribus ex humili situ cum lap. sepulcr. translatis
fideliss. alumni hujus Regal. abbatiæ Ascetæ Benedictini
post restituit. in melior. formam basilicam et chorum,
ornatus monum. posuer. an. D. 1656. 10. Kl. Jan. quiet.
ipsorum anniversaria.*

*Absunt a sepulcro paterno Crodesindis et Croberga
regiæ virginis, quæ in eadem basilica sed ignotis quiescunt
loculis. Ne tamen sepeliat oblivio quibus immor-*

*talitatem peperit incorruptio, vivat hic quoque cum
piiss. parentibus dulciss. sobolis augustum nomen et
perennis memoria.*

Porro cum in ornando choro desudarent operarii, pavementis susdeque versis, inventa sunt innumera pretiosorum et variegatorum lapidum minutiorum fragmenta, in varias formas seeta, quæ sudent ecclesiæ nostræ pavementum tessellato opere, quale etiam nunc in nonnullis majoribus basilicis visitur, stratum fuisse. Quod diserte habet auctor Vitæ sancti Droctovei, cujus locum integrum supra laudavimus. Sed et hæc occasione detecti sunt complures tumuli lapidei, quorum nonnulli in ipsis ecclesiæ fundamentis inserti erant, cæteri in ipsa area ecclesiæ circa altare dispositi. Quibusdam casu extractis, visa sunt corpora serico, aliisque pannis pretiosis involuta; inventæ etiam ocrearum, cingulorum seu balteorum, aliorumque ornamentorum reliquæ, quæ indicabant viros principes ibi tumulatos. Sed relicti sunt in suis locis præter Childericum regem ejusque uxorem Bilibildem, qui e terra levati hinc et inde in presbyterio cum aliis regibus fuerunt in tumulis locati, addita utrique sua inscriptione.

Cum vero celebris hæc fuerit inventio, nonnulli quippe ante id tempus Childericum eum sua uxore Rothomagi sepultum fuisse autumabant, eam paulo accuratius describere visum est, ut contigisse ex iis qui tunc aderant, et ex relictis aliorum schedis accepimus. Detecti itaque primum fuerunt anno 1646 duo grandes sarcophagi seu arcæ lapideæ, in quibus regis ac reginæ corpora jacebant sepulta **1379** integra omnino, vestimentis regiis, nondum plane corruptis induta. Sed absentibus monachis, multa ab operariis ornamenta subducta creduntur, qui tamen perferant negantes, nunquam adduci potuerunt, ut ea restituerent, præter partem diadematis ex auro textili, quo regum caput cinctum fuisse affirmant. Reseratis autem anno 1656 altera vice illis tumulis, vestimenta fere omnino violata reperta sunt, ossaque e suis mota locis. Tantum in regis sepulcro supererat ampulla vitrea, quæ siccam odorem, nec plane licetatum, continebat. Erant et gladii ac pugionis rubigine fere exesorum particule aliquot, cum cinguli seu baltei regii reliquiis, nempe fibula ex auro purissimo, octo et amplius uncias pendente, et bullis nonnullis argenteis, quæ amphisbenas seu serpentes bicipites effingebant, et aliis ornamentis. Inventæ sunt et baculi reliquæ, quas sceptri ejus esse nonnulli opinati sunt. Fibulæ forma fere omnino similis est ei, quæ a Chiffletio representatur in Anastasis Childerici I capite 16, in infimo angulo versus marginem anteriorem figuræ, quæ habetur pag. 256. Extremi vero baltei ornatus similes erant ei, qui ibidem describitur cap. 14, p. 234, cujusmodi duo in Childerici nostri tumulo inventi sunt, unus altero paulo amplior. In reginæ autem sepulcro nihil inventum est præter ossa et vestimenta, quæ aperto tumulo statim in pulverem evanuerunt. Reginæ sepulcro superposita erat parvula area lapidea cum infantuli ossibus, quem parvulum Dagobertum ejus filium esse non dubitamus. Hæcebat tamen animo quorumnam essent isti tumuli, donec egesta humo, ut ossa decentius componerentur, in una parte regii sepulcri hæc inscriptio apparuit litteris uncialibus, quæ totam latitudinem occupabant, exarata: **CHILD. REX.** Unde statim omnes in eam iere sententiam, Childerici II ejusque uxoris hæc esse sepulera, quibus proinde locus in presbyterio inter alios reges et reginas merito concessus est.

Hæc de tumulis regiis dicta satis fuissent, nisi aliorum tumulorum inventio an. 1643 facta ut et aliquod de his scriberemus exigeret. Ea casu contigit, quippe cum die parasceves arena e claustro egereretur juxta portam, qua inde ad dormitorium et ecclesiam aditus patet, inventi sunt tumuli duo lapidei, quorum unus hominis corpus, alter feminæ, ut putatur, continebat: isti nulla inscriptio, priori vero hæc

merat lapidi superposito extrinsecus insculpta litteris Romanis, sed inæqualibus compendii causa, et aliis ex aliis enascentibus, ipsisque conjunctis, quales hic effingere non sinunt typi, sed hæc verba efformabant :

TEMPORE NVLLO VOLO HINC
TOLLANTVR OZZA HILPERICI

Intus vero in aversa lapidis parte, eadem precabatur sepultus, ne quis scilicet urnam ejus removeret, aut saltem ossa alio transferret, similibus litteris, sed minio solummodo depictis :

PRECOR EGO ILPERICVS NON
AVFERANTVR HINC OZZA MEA

1380 Lapidis sepulcrorum vulgares erant, formaque eorum communis. Pedes erant Orienti obversi, sicut et in cæteris omnibus tumulis, qui passim effodiuntur. Capita multo plus quam pedes elevata erant. In Hilperici tumulo simul cum ossibus, quibusque suo loco rite dispositis, inventa est lampas ænea parvula, nuclei magnitudine æqualis; tum crux mediæ circiter palmi item ærea, in qua Christi pendens imago affixa erat. Illa duo sepulcra Chilperici regis ac Fredegundis ejus uxoris esse putavit Valesius libro XI Rerum Francicarum, ob Hilperici nomen eorum alteri insculptum. At falsum fuisse virum eruditum facile demonstrari potest, non solum ex his quæ supra de Chilperici et Fredegundis tumulis retulimus, verum etiam ex ipsa istorum sepulcrorum inventione, quam idem Valesius Historiæ suæ inseruit. Nam primo certum scite nulla ibi uxoris Hilperici indicia reperta fuisse. Sutura quidem capitis feminam indicare possent, quanquam et id periti medici penitus infutiantur, at nihil eam Fredegundem potius esse quam aliam quampiam mulierem determinat, præter Hilperici viciniam. Hilpericum vero illum, virum principem facile crediderim, ut vel ex solo nomine conjicere licet, non vero regem. Abest enim regis titulus, qui in inscriptione minime omisus fuisset. Nec cum Valesio dicere juvat, post mortem majores minoribus æquantem principes Christianos his nominibus gloriari non decere, aut certe Chilpericum interemptum tumultuarie sepultum fuisse. Utrumque enim Childerici regis exemplo refutatur. Nam ille nobilium conjuratione, quos violatis Francorum juribus exacerbaverat, occisus, cum uxore et parvulo filio, regio tamen cultu, ut diximus, sepultus est, nec omisus est regis titulus. Deinde Chilpericus in Vincentiana basilica sepultus fuit, iste autem extra fores. Ecclesiam enim nostram eo loco reparatam fuisse post sedatas Normannorum excursions, quo primum exstructa fuerat, probant veteres statuae majori portæ affixæ, pavementorum reliquæ effossæ, ac Childerici aliorumque virorum illustrium monumenta, quæ in presbyterio inventa fuisse memoravimus. His adde utramque tumulo exterioris et intus positam inscriptionem hominum indicare de tumulo suo sollicitè ac provide cogitantem, quem hinc in loco imponi præ humilitate voluit, ut scilicet ecclesiam ingredientium pedibus calcaretur; aut certe in memoriam monachorum, qui frequenter hac transientes, ad Deum pro eo exorandum facilius inducerentur. Eandem viri pietatem indicat Crucifixi imago cum ipso in tumulo inclusa. Quæ sane omnia Chilperici regis nec genio, nec mortis generi satis conveniunt. His et addenda inscriptio ab annis circiter 600 Chilperici regis tumulo insculpta, quam absque gravissima ratione rejicere non licet. Nec enim facile quis sibi **1381** in animum inducat hanc scintilla et tabellas, quæ aliis sepulcris ante chori mutationem appositæ fuerant temere hic a quopiam fuisse inscriptas. Has enim ex vetustioribus monumentis mutuatas fuisse colligimus ex Petri de Corpulayo abbatis Germanensis libello de Gestis regum, qui in basilica sancti Germani quiescunt, aut ei bevelica quædam contulerunt, in quo quidem libro,

A anno 1330 edito, inter alia refert epitaphia, quæ regum sepulcris affixa erant. Nec mirum Germanenses monachos de ornando Chilperici tumulo cogitasse, cum ipse, ut ex testamento sancti Bertrami patet, ecclesiam novam ædificaverit, sancti Germani miracula publicaverit, et prædia nonnulla monasterio contulerit.

Antiquis regum monumentis quæ in sancti Germani basilica visuntur addere liceat insignem Codicem Psalmorum, quem vulgo sancti Germani Psalterium appellant. Hunc a Childeberto sancto antistite donatum fuisse nonnulli scripserunt, quem voluit ex Hispania ab eo rege in Gallias fuisse allatum cum aliis ecclesiarum spoliis, quæ apud Gregorium libro in Historiæ, cap. 10 memorantur. Ut ut sit, certum est huic codici locum inter pretiosa cimelia deberi, nec sancti Germani ætate esse recentiorem. Similis omnino est iis codicibus quos Hieronymus in præfatione ad librum Job describit, in membranis purpureis auro argenteoque uncialibus litteris descriptos. Diu asservatus fuit in basilicæ sacrario inter alias sanctorum reliquias, at postea in bibliothecæ armario depositus est, ubi etiam nunc visitur. Characteris formam ex Mabilloniano libro de Re diplomatica inspicere quis potest, pag. 357, ubi ejus specimen æri incisum habetur. Variantes autem ejus a vulgata editione lectiones referuntur tomo V operum sancti Augustini, novæ editionis a nostris adornatæ. Paulo recentior est alius codex Græcolatinus epistolarum sancti Pauli, cujus specimen eodem in libro de Re diplomatica habetur pag. 347. Non minoris antiquitatis est linteus amplus, corporalia sancti Petri vulgo appellant, quem tradunt a Gregorio Magno Romano pontifice ad Brunehildem reginam transmissum fuisse, atque nostræ ecclesiæ concessum. De ejusmodi linteis, quos brandea appellat, non semel agit Gregorius, potissimum libro III, epist. 50, ubi Constantine Augustæ, quæ ab eo beati Pauli reliquias efflagitaverat, respondet, Romanis non esse consuetudinem, quando sanctorum reliquias dant, ut quidquam tangere præsumant de corpore, sed tantummodo brandeum in pyxide immittunt, quod ad sacratissima corpora sanctorum aliquandiu depositum pro reliquiis habetur. Habemus et sancti Georgii brachium et Innocentium reliquias, quæ a sancto Germano huic basilicæ collatæ creduntur, hodieque asservantur in sacrario cum aliis cimeliis. Onusto sancti Vincentii stolam, quæ condendo monasterio occasionem præbuerat, et crucem illam operis ac ponderis incomparabilis, **1382 gemmis exquisitissimis venustatam, ex Hispaniis allatam, quam Vincentianæ basilicæ collatam fuisse post anonymum auctorem Vitæ sancti Dorothei testatur vetus instrumentum monasterii nostri, ubi et laudantur thesauri ecclesiæ, quos ibi Childebertus rex ad decorem domus Dei multos congregaverat.** Hæc enim omnia temporum vetustas consumpsit. At nulla, Deo favente, nunquam istas tot beneficiorum memoriam a nostris animis obliterabit. Quam enim a patribus suis acceperant patres nostri et ad nos transmiserunt, nos quoque et iis qui sequentur commendabimus, ut et ipsi posteris in ævum futuris commendent. Certe mos erat antiquus hoc in monasterio servatus, ut in schedulis defunctorum, rotulos appellabant, quæ per singulos annos ad alia loca salebant transmitti ad defunctorum commendationem, Childeberti fundatoris nostri cæterorumque regum mentio fieret. Ejusmodi autographum vidimus nuper in bibliotheca sancti Albini Andegavensis ab annis amplius quingentis descriptum, qui sic habet: *Titulus sancti Germani Parisiensis. Anima Roberti abbatis, etc. Orae pro nostris, domino Childeberto rege cæterisque regibus et reginis, omnibusque benefactoribus nostræ ecclesiæ.* Et quidem sollicitè semper fuere patres nostri, ut memoria potissimum Childeberti fundatoris nostri sollemnis in hac regali basilica haberetur. Depositionem ejus in Martyrologio inscripsit Usuardus, celebris hujus loci monachus sæculo IX. Inter præ-

cipuas vero anni solemnitates recensetur *anniversarium Childeberti regis* in præcepto Caroli Calvi pro divisione bonorum monasterii sancti Germani, quibus abbas *irrefragabiliter* monachis refectiones debebat. In libro Benefactorum hujus monasterii anno 1270 compilato inter alia hæc leguntur: « In die anniversarii domni Childeberti regis procuratio fieri debet ab abbate.... tanto largior, quanto ille pro quo fit munificentior fuit in distributione possessionum et rerum sustentationi ecclesiæ assignatarum. » In veteribus libris abbati inunctum erat hac die solemniter celebrare, aut vicario ejus, si ipse non posset, committere vices suas. Quanta autem solemnitate anniversarium istud, die scilicet 23 Decembris, fieret, ex antiquis monasterii constitutionibus discimus, quas piissimus abbas Guillelmus in unum corpus collegit. Prædiximus omnino monachi in capitulum convenire tenebantur, ibique, ammittata ex Martyrologio piissimi fundatoris anniversaria commemoratione, preces in communi fundebantur pro reque ipsi concilianda, atque tunc omnes omnium turrium campæ *pro tanto patrono solemniter* pulsabantur. Deinde regis sepulcrum ornabatur pannis, multisque cereis circumdabatur, ex quibus unus cæteris multo major, ab hac hora usque ad completorium subsequens diei persolutum jugiter ardebat. Vesperæ defunctorum, tum vigiliæ, ac postridie majus sacrum, præter missas privatas, quas omnes a singulis pro fundatore celebrari inunctum **1383** erat, ut in festis solemnioribus ab abbate celebrantur, in quibus incensabantur altaria, tum ipse regis tumulus, atque in eo officio ornamenta iam celebrantis et sacrorum ministrorum, quam et cæterorum officialium pretiosiora erant, et purpurei coloris. Completo officio, *ad dasium*, quod in refectorio erat, panis et vinum cæteraque obsonia ministrabantur. Quæ omnia triginta pauperibus elemosyna distributa concludebat. Quam anniversarii solemnitatem, etsi in nonnullis mutatam, hodieque celebramus.

REGUM DIPLOMATA (a).

De situ, jugi psallentio, etc., regalis basilicæ sancti Dionysii prope Parisios.

CHARTA CHLOTARII II.

(*Ex autographo.*)

..... Viris illustribus Chrodegario..... iente per basilicabus de suis propriis facultatibus per testamenti pagenam voluerit legaliter delegari, per nostris auctoritatibus testamentum..... noster Dodo Abba de basilicæ domni Dionysii martheris peculiare patroni nostri testamenti pagenam a Johanne quondam negotiante..... aliquid de suis facultatibus ad basilicæ ipsius sancti Dionysii vel reliqua loca sancta infra oppidum Parisiorum civitatis, etiam et ad alicuius de suis propinquis, per ipso generaliter confirmari deberimus. Quod nos magnetudo vestra, sicut unicuique justa petentes, vel pro nostræ mercedis compendium hunc beneficium non nenegasse..... sæpe dictus Johannis ad antedicta basilicæ sancti domni Dionysii vel reliqua sancta loca aut suis propinquis juste nuscetur deligasse, hoc est in terris domebus, mancipis... entis vel reliquo beneficio, hujus auctoretate nostræ..... generale beneficium confirmatum ad ipsas basilicæ, vel suis propinquis proficiat in perpetuum..... mentum, similiter per hanc præceptione firmati valeant permanere securi, et ut hæc auctoretas ampliatis titolis nostris et futuris temporibus inconvolso jure..... Chlotacharius in Christi nomine Rex hanc præceptionem subscripsi, Ursinus optulit.... nostri Stirpiniaco fel. in Domino.

Ex Chlodovei II diplomate.

(*De Re diplomat. p. 466.*)

Chlodovius.... pro cuius [Christi] amore et deside-

rio inter ceteros gloriosos triumphos marterum beatus Dionysius, Leutherius et Rustecus meruerunt palmam victuriæ, et coronam percipere gloriosam ubi per multa tempora in eorum basilica, in qua requiescere videntur, non minima miracola Christus per ipsos videtur operare, in quo etiam loco genitores nostri domnus Dagobertus et domina Nantbechildis videntur requiescere... et quia ab ipsis principibus vel a ceteris priscis regebus vel æciam a Deo timentibus Christianis hominebus ipse **1384** sanctus locus... videtur esse ditatus etc. eo scilicet ordine, ut sicut tempore domni genitoris nostri ibidem psallentius per turmas fuit institutus, vel sicut ad monasterium sancti Mauricii Agaunis die noctoque tenetur, ita in loco ipso celebretur, etc. Datum sub die x. Kal. Julias an. xvi [*Id est, an. 633*] regni nostri.

Ex Childeberti III placito, pro mercato sancti Dionysii.

(*Ibid., p. 482.*)

B Childebertus rex, etc. Venientes agentes venerabili viro Dalfino abbate de basilica peculiaris patroni nostri sancti Dionysii, ubi pretiosus domnus in corpore requiescit, adserbant... quod a longo tempore Chlodovius quondam avus noster, seu et posthæc ævunculus noster Childericus, vel domnus et genetur noster Theudericus, etiam et germanus noster Chlodocharius, per eorum præceptionis illo teneu quicquid de omnes negociantes aut Saxonis, vel quascumque libet nationis, ad ipsa sancta festivitate domni Dionysii ad illo mercado advenientes, ab ipsa basilica sancti Dionysii in integretate concessissent, etc. Et quatenus antehactis temporibus clade intercedente, de ipso vigo sancti Dionysii ipse marcadus fuit emutatus, et ad Parisios civitate inter sancti Martini et sancti Laurentii basilicis ipse marcadus fuit factus, et inde præceptionis prædictorum principum acceperunt, ut in ipso loco... pars prædictæ basilicæ domni Dionysii in integretate recipit, etc. Datum quod fuit mensis December dies xiii. anno xvi. [*Id est, an. 710*] regni nostri Marccas feliciter.

Ex diplomate Theoderici Calensis.

(*Ibid., p. 488.*)

Theudericus rex Francorum vir iuluster. Oportet etc. Pro cuius amore et desiderium inter ceteros gloriosus triumphus martyrum beatus Dionysius cum sociis suis Rustico et Eleutherio, qui primi post apostolos sub ordinatione beati Clementi, Petri apostoli successoris, in hanc Galliarum provinciam advenierunt; ibique prædicantes baptismum pœnitentiæ et remissionem peccatorum, dum in hunc modo concertabant; ibique meruerunt palmam marthyriæ, et coronas percipere gloriosas, ubi per multa tempora, et usque nunc in eorum basilicam, in qua pretiosa eorum corpora requiescere videntur, non minima miracola virtute Christi per ipsos dignabatur operari, in quo etiam loco gloriosi parentis nostri, vel bonæ memoriæ proatavi noster Dagobertus, quondam **D** rex videntur requiescere: utinam ut et nus per intercessionem sanctorum ipsorum in cælestiæ signa cum omnibus sanctis miriamur participare et vitam æternam percipere. Igitur venerabilis vir fidelis noster, Deo propitio, Berthoaldus abba de ipsa basilica peculiaris patroni nostri domni Dionysii, missa petitione per illustri viro Carlo majoreni domus nostro clementiæ regni nostri redderunt, suggerentes eo quod a longo tempore a pontificibus **1385** Parisiorum urbis integrus privilegium ad ipsa basilica domni Dionysii fuissent concessus, et ad anterioris Regis parentis nostrus de eo tempore usque nunc confirmatus, qui et ipso privilegio seu e ipsas præceptiones vel confirmationes se præ manibus abire adfirmant: sed pro integra firmitate petiit ipsi vir Carlus, vel ipsi abba celsitudinem

* Vide Fredegarii Scholastici Chronicum, cap. 79, notamque f, col. 656; item lib. de Gloria martyr, cap. 72, notamque h, col. 768. EDIT.

nostra, ut et nus iteratis per nostra præceptione hoc deberrimus adfirmare, quorum tam religiosa petitione libentissimi suscepisse, et in omnibus confirmasse vestra comperiat magnitudo Sed etc. Et illud viro in hunc privilegio nostræ serenitatis placuit inserendi, ut cum abbas de ipsa casa Dei de hunc sæculo nullo divino fuerit evogatus, liceat ipsius sancti congregationi de ipso monasterio ex semetipsis elegire; et quem bonum et condignum invenirent, qui honnis abbatis secundum ordine sancto possit regere vel gubernare, et unanimiter consenserint; data auctoritate a nobis vel a successoribus nostris ibidem in ipsa casa Dei instituat abba: et pro stabilitate regni nostri vel pro cunctis leodis nostris seu salutis patriæ Domini misericordiam valeant exorare. Qua optinatum inlustrum virorum nostrorum procerum gratissemo animo et integra devotione visi inuenimus prestitesse vel concessisse, eo ex scilicet urdene, ut

sicut temporebus anteriorum Regum, parentum nostrorum, ibidem in ipsa sancta baselica præsentius per turmas fuit institutus, sicut ordo sanctus edocuit, die noctique perenniter in ipso loco sancto celebretur. Quam urdenationis etc. Data ipsa die Kal. Martias anno m. regni nostri, Valencianis in Dei nomine feliciter amen.

Ex placito sub Pippino rege.

Pippinus rex, etc. Anno octavo regni nostri [*Id est, an. 759*] venientes Agentes sancti Dionisii, et Follerado abbate... intendebant et ostendebant præceptum Dagoberti regis, qualiter ipsum mercatum stabilisset, in ipso pago, et postea ipsum cum omnes teloneos ad partem sancti Dionysii delegasset ac firmasset. Et ipse dominus rex Pippinus adfirmabat quod semper a sua infantia ipsos teloneos partibus sancti Dionysii habere et colligere vidisset, etc.

INDEX GENERALIS

OPERUM SANCTI GREGORII

EPISCOPI TURONENSIS.

